Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VI
9 8
1

+5002 997 01

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VII

98

1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VINCENTIUS BELLOVACENSIS

(VINCENT DE BEAUVAIS)

SPECULUM QUADRUPLEX

SIVE

SPECULUM MAIUS

NATURALE / DOCTRINALE
MORALE / HISTORIALE

1965

AKADEMISCHE DRUCK- u. VERLAGSANSTALT
GRAZ-AUSTRIA

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VINCENTIUS BELLOVACENSIS

SPECULUM DOCTRINALE

1965

AKADEMISCHE DRUCK- u. VERLAGSANSTALT
GRAZ-AUSTRIA

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

25
ph: c
82602
S 741

96.163

VI

5,002.997.01

Photomechanischer Nachdruck der
Akademischen Druck- u. Verlagsanstalt
Graz/Austria

Printed in Austria
35.65

Philos. Institut
der Universität
Düsseldorf
L 8/373

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

BIBLIOTHECA MVNDI,

SEV

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII BVRGVNDI

PRÆSVLIS BELLOVACENSIS,

ORDINIS PRÆDICATORVM,

THEOLOGI AC DOCTORIS EXIMII,

TOMVS SECVNDVS.

QVI SPECVLVM MORALE INSCRIBITVR.
In quo omnium artium & ſcientiarum perfecta ENCYCLOPEDIA continetur.

Omnia nunc accuratè recognita, diſtinctè ordinata, ſuis vnicuique autori redditis exactè ſententijs; ſummarijs præterea & obſeruationibus quibus antea carebat, illuſtrata.

Operâ & ſtudio Theologorum BENEDICTINORVM Collegij VEDASTINI in alma Academia DVACENSI.



DVACI,

Ex Officina Typographica BALTAZARIS BELIERI,
ſub Circino aureo.

ANNO. M. DC. XXIV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS

TOMVS SECVNDVS,

SPECVLVM DOCTRINALE NVNCVPATVS,
IN LIBROS DECEM ET SEPTEM DISTINCTVS.

De lapſu generis humani & eius reſtauratione per doctrinam.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM EXPLICANS ORDINEM ET CONNEXIONEM conuenientem partis huius ſecundæ, ſcilicet Doctrinalis, ad primam, ſcilicet Naturalem.

QVONIAM *igitur in Prima huius totius operis parte, quod Speculum maius, vt dictum eſt, appellatur, totam naturalem hiſtoriam, auxiliante Deo, diuerſorum autorum floſculos excerpendo, ac ſub certis titulis redigendo, iuxta poßibilitatis noſtræ modulum, breuiter ad plenum proſecuti ſumus: Diſſerendo videlicet de prima natura, de angelica creatura, de materia informi, de fabrica mundi, ac iuxta ſeriem ſex dierum operum, de proprietatibus ſingularum per ordinem rerum; præcipueq; de humanæ naturæ primaria conſtitutione, & eiuſdē per peccatum deſtitutione. Quæ quidem vltimo loco poſt cætera, videlicet ſexta die, condita eſt: quia omnium rerum finis ac ſumma eſt; in qua nimirum creaturæ, ſiue naturæ totius, videlicet corporalis & ſpiritualis, vniuerſitas adunatur: vnde & pars illa, Speculum Naturale, congruè nuncupatur. In hac ſecunda parte, ſimili modo, de eiuſdem naturæ deſtitutæ plenaria reſtitutione, ſcribere breuiter vt poßumus, affectamus; quatenus in hunc modum totius rei ſummam, ſub quodam compendio memoriter teneamus. Et quoniam ipſa reſtitutio ſiue reſtauratio per doctrinam efficitur, atque perficitur; iſta quoque pars, Speculum Doctrinale, non immeritò vocatur: doctrinæ namque cuncta proculdubio ſubiacent, quæ vel ad tuendā, vel ad recuperandam ſpiritualem vel tempo-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

temporalem ſalutem hominis pertinet, ſicut plenius infra docebitur. Hic ergo de doctrinis & artibus in hunc modũ agitur: Primo quidem de omnibus in vniuerſali, videlicet de inuentione, & origine, ac ſpeciebus earum; & de modo ſtudendi, vel addiſcendi. Poſtea vero de ſingulis in particulari. Et inter has, primùm quidem de triuialibus, ſiue de ſermocinalibus; quia ſine his cæteræ non traduntur aut communicantur, ſed peritas de illis congruè, veraciter, & honeſtè diſſeritur. Deinde verò de practicis; quia per eas, purgatis mentium oculis, ad theoricam aſcẽditur. Poſtea quoque de mechanicis; quoniam ipſæ cum in operatione conſiſtant, velut affinitate quadam, practicis coniunguntur. Ad vltimum autem de theoricis, eo quòd in eis omniũ finis à ſapientibus conſtituitur. Et quoniam (vt ait Hieronymus) ſciri non poterit vis antidoti, niſi veneni quoque primò vis intelligatur; Ideo generis humani reparationi Doctrinali, quæ in hoc libro declaratur, de corruptione quidem, & miſeria multiplici (qua peccati ſui merito diuinitùs inflicta, in hoc etiam ærumnoſo exilio aſſidue laborat) tanquam ex ſuperiori parte, breuis Epilogus præmittitur.

De Lapſu, & miſeria generis humani.

CAP. I.

HOMO *cum in honore eſſet non intellexit.* Pſalm. 48. quia contra veritatem, ſemetipſum illuminantem, intumuit. Nã pingui ceruice armatus, aduerſus Deum erecto collo cucurrit; & dum ipſam diuinitatem rapere voluit, impetu ſuo fruſtratus & eluſus, iniquitatis ſuæ pondere quodam, ad ſemetipſum proruit. Ibique patiter infirmitatem, cæcitatem, & vanitatem omnimodam incurrit. Ob hoc ergo dicitur, *Non intellexit*: quia fauente & ſuggerente patre mendacij, & mẽtiente ſibi iniquitate, ipſe quoque ſuimet homicida exiſtens, in veritate non ſtetit: ſed inflata facie ad lumen eius oculos claudens, in ſua cæcitate permanſit, Et quoniam eius iniquitas, (vt dictum eſt) quaſi ex adipe prodijt, in ſemetipſo prolapſus, omnis boni penuriam reperit. Ita velut impellente faſtidio, à ſeipſo per ſemetipſum ad ima propellitur, id eſt ad ea quibus pecora delectantur: Et dum omnia viſcera ſua in terram effudit, infra ſemetipſum totus euaneſcit. Dumque ſolis inhiat bonis viſibilibus, *comparatur iumentis inſipientibus*; quinetiam iumento-

A rum comparatione, maioris ſtoliditatis arguitur. Vnde ad eorum ſcholam vel doctrinam à ſapiẽtibus mittitur. *Interroga* (inquit vnus) *iumenta, & docebunt te. Salomon* quoque Notab. 6. hominem quemlibet ſalutis ſuæ negligentem & improuidum, mittit ad formicam, vt diſcat ab ea ſapientiam.

DENIQVE non ſolum per ignorantiam, & hebetudinem mentis, vtique *ſimilis factus eſt illis*; Verumtamen viribus corporis imbecillior multis atque fragilior, & omnibus ferè naturæ munimentis, quæ in cæteris animalibus ad ſui tuitionem apparent, inuenitur pauperior, atque nudatior. Animalium namque (v.g.) quædam ob ſalutis ſuæ cuſtodiam, atque defenſionem, munita ſunt naturali virtute: ſicut Leo & Vrſus: Quædam vero corporis pernicitate, ſicut ad curſum Lepus, & ad ſaltum Ceruus. Quædam autem corporis magnitudine, velut Elephas, Camelus: Quædam etiam animalium ferocitate pollent ſicut Aper dentibus, Taurus cornibus, & Cattus vnguibus. Quædam præterea pennarum habent officium, ſicut ad natandum Piſces, & ad volandum Apes. Quædam ad percutiendum habent aculeum, vt Apes. Quædam venenum lethiferum, vt Serpentes. Cunctis prorſus vnum aliquod naturale præſidium conſtat diuinitus eſſe collatum. Solus autem homo præ omnibus deſtitutus agnoſcitur. Nam & his quidem, quæ mole corporis eminent, tenuior; & his quę velocitate præeminent, pigrior: his quoque, quæ naturalibus armis excellunt, infirmior homo atque deſpectior eſſe probatur: Neque enim ſaltem duriori cute, vel aliquo exteriori munimento, contra intemperiem aeris, corpus eius obtegitur; cum cæterorum animalium corpora, vel pilis exterius, vt Boues, & Sues; vel plumis, vt volucres; vel ſquamis, vt Piſces, atque Serpentes; vel conchis, vt Teſtudines muniantur. Sed & quibuſdam ſenſibus corporis à cæteris animalibus homo ſuperatur. Nam & Aquilæ clarius cernunt, & Talpæ liquidius audiunt, & Volucres ſagacius odorantur: Vt autem Apuleij Platonici verbis vtar: *Homines quidem ſunt ratione plaudentes, oratione pollentes immortalibus animis, ſed moribundis membris, leuibus & anxijs mentibus, brutis & obnoxijs corporibus, diſſimillimis moribus, ſimilibus erroribus, audacia peruicaci, caſſo labore, fortuna caduca, ſigillatim mortales, volucri tempore, tarda ſapientia, cita morte.*

Homo eſt cæteris animalibus imbecillior & deſpectior.

De miſeria huius vitæ.

CAP. II.

INFOELIX itaque mortalium genus, quorum natiuitas immunda, vita miſeria, mors incerta. Vita inquam miſeria, quia timor in cogitationibus, labor in actionibus, dolor in paſſionibus, nec ſolum in malis, ſed etiam in bonis periculoſa.

CYPRIANVS *in libro de bono patientiæ*. Vnuſquiſque cum naſcitur, & hoſpitio huius mundi excipitur, initium ſumit à lachrymis, & cum adhuc omnium rerum ignarus ſit, nihil aliud quam flere nouit; prouidentia naturali lamentatur, mortalis vitæ procellas quas ingreditur, eaſque ploratu & gemitu, in ipſo exordio ſuo, rudis anima teſtatur. Sudatur enim hic, quamdiu viuitur & laboratur; nec ſudantibus & laborantibus poſſunt magis alia, quam patientiæ ſubuenire ſolatia: nec aliud magis iuſtos & iniuſtos diſcernit, quam quod in aduerſis per impatientiam blaſphemat iniuſtus & conqueritur, patientia iuſtus probatur.

AMBROS. *in tom. 3. de exceſſu Satyri*. Plerumque dubia plus fatigant, vbi periculi metus integer; grauiuſque eſt timere ne acciderit, quam dolere quod iam noueris accidiſſe. Illud enim ſummam formidinis coaceruat, iſtud finem doloris expectat. Nulla poteſt eſſe iucunditas inter has vitæ noſtræ amaritudi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nes ac dolores, quæ vel ex corporis infirmitate, vel extrinſecus accidentium incommoditate generantur. Anxij enim ſemper, & ad ipſa lętiorum vota ſuſpenſi, quodam fluctuamus incerto, ſperantes dubia pro certis, incommoda pro ſecundis, caduca pro ſolidis, nihil habentes poteſtatis in arbitrio, firmitatis in voto: plus enim aduerſorum dolore frangimur, quam ſecundorum fructu potimur. Quid nobis miſerius? qui tanquam ſpoliati & nudi in hanc vitam proijcimur, corpore fragili, corde lubrico, imbecillo animo, anxij ad ſolicitudines, deſidioſi ad labores, proni ad voluptates. Non naſci longe melius, ſecundum ſententiam Salomonis Eccleſ. 4. Vnde & S. Iob, 2. cognoſcens naſci malorum omnium eſſe principium, diem qua natus fuerat perire optauit, vt tolleretur origo incommodorum: optauit perire diē ſuæ generationis, vt diem acciperet reſurrectionis. Quanti porrò mortem mœrori, quanti mortem formidini prætulerunt; iudicantes grauiorem eſſe metum mortis, quam mortem: adeo ſuis malis mors non timetur, ſed vitæ miſerijs antefertur, quod exitus morientis expetitur, vt formido viuentis euitetur. Itaque fuiſſe quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent, obituſque cum gaudio celebrarent, eo quod ex huius mundi procellis emerſiſſent. Nos quoque natales defunctorum dies obliuiſcimur, & eum quo obierunt diem celebri ſolemnitate renouamus.

Nihil homine miſerius.

IDEM *in lib. de bono mortis.* Quid boni eſt homini, qui in hac vita in vmbra viuit, nec expleri poteſt cupiditatibus ſuis; & ſi expletur diuitijs, fructum quietis amittit: quia cogitur cuſtodire, quod miſera auiditate quæſiuit: ſicque miſerius poſſidet, quod ei prodeſſe non valet. Itaque ſi plena oneris eſt vita, vtique finis eius alleuiamentum eſt.

De duobus malis originalibus, Errore, & Cupiditate.

CAP. III.

IGITVR quod ad primam originem pertinet, omnē mortalium progeniem fuiſſe damnatam, hoc ipſa vita (ſi vita dicenda eſt) tot & tantis malis plena, teſtatur. Quid enim aliud indicat horrenda quædam profunditas ignorantiæ, ex qua omnis error exiſtit, qui omnes filios Adam tenebroſo quodam ſinu ſuſcipit; vt homo ab illo, ſine labore, dolore, timore, erui non poſſit? Quid amor tot rerum vanarum atque noxiarum, & ex hoc mordaces curę, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordię, lites, bella, inſidiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, inuidia, homicidia, fœuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, fornicationes, adulteria, inceſtus, & contra naturam vtriuſque ſexus, tot ſtupra, atque immundiciæ (quas turpe eſt etiam dicere) ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentum, calumniæ, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia; & quicquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita iſta hominum non recedit.

Error & peruerſus amor cum quo omnis homo naſcitur eſt radix omnium malorum.

VERVM hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris peruerſique amoris radice venientia, cum qua omnis filius naſcitur. Nam quis ignorat, cum quanta ignorantia veritatis, quæ iam in infantibus manifeſta eſt; & cum quanta abundantia vanæ cupiditatis, quæ in pueris incipit apparere, homo veniat in hanc vitam; ita vt ſi dimittatur viuere vt velit, in hæc facinora & flagitia, vel cuncta, vel multa perueniat. Sed diuina gubernatione non omnino deſerente iam natos ſenſibus generis humani, prohibitio & eruditio, contra iſtas cum quibus naſcimur tenebras, inuigilant, & contrahos impetus opponūtur, plenæ tamen etiam ipſæ laborum & dolorum. Quid enim ſibi volunt multimodę formidines, quæ cohibendis paruulorum vanitatibus adhibentur? Quid pedagogi? quid magiſtri? quid ferulæ? quid lora? quid virgæ? nili vt debelletur imperitia, & praua cupiditas infrænetur, cum quibus malis in hoc ſeculo viuimus. Quid eſt enim, quod cum labore meminimus, ſine labore obliuiſcimur. Cum labore diſcimus, ſine labore neſcimus, cum labore ſtrenui, ſine labore inertes ſumus. Nonne hinc appareret quam velut pondere ſuo procliuis & prona ſit vitioſa natura; & quanta ope, vt hinc liberetur indigeat: deſidia, ſegnitia, pigritia, negligentia, vitia ſunt vtique quibus labor fugitur, cum labor etiam ipſe, qui eſt vtilis, pœna ſit.

De malis communibus iuſtorum & iniquorum.

CAP. IV.

SED prętер pueriles pœnas (ſine quibus diſci non poteſt, quod maiores volunt, qui videlicet aliquid vtiliter volunt) quot & quantis pœnis genus agitetur humanum (quę non ad malitiam nequitiamque iniquorum, ſed ad conditionem pertinent, miſeriamque communem) quis vllo ſermone digerit, quis vlla cogitatione comprehendit? Quantus eſt metus, quanta calamitas, ab orbitatibus atque luctu, à damnis & damnationibus, & deceptionibus & mendacijs hominum, à ſuſpicionibus falſis, ab omnibus violentis facinoribus, & ſceleribus alienis?

Calamitates ſunt homini vndique.

QVID ab innumeris caſibus, qui forinſecus cor pori formidantur; æſtibus & frigoribus, tempeſtatibus, imbribuſque, alluuionibus, coruſcatione, tonitru, fulmine, grandine, motibus, hiatibuſque terrarum, oppreſſionibus ruinarum, à tot venenis fruticum, aquarum, aurarum, beſtiarum, ac ferarum, vel tantummodo moleſtijs, vel etiam morſibus mortiferis. Quæ mala patimur nauigantes, quæ terrena itinera gradientes. Quis ambulat vbicunque non inopinatis ſubiacens caſibus? De foro quidem rediens domum ſanis pedibus ſuis, cecidit, pedem fregit, & ex illo vulnere finiuit hanc vitam. Quid videtur ſedente ſecurius? De ſella in qua ſedebat, Heli ſacerdos cecidit, & mortuus eſt. Agricolæ, immo vero omnes homines, quot & quantos à cœlo, & terra, vel à pernicioſis animalibus, caſus metuunt agrorum fructibus: Contra milleformis dæmonis incurſus, quis innocentia ſua fidit? Quandoquidem ne quis fideret, etiam paruulos baptizatos (quibus certe nihil eſt innocentius) aliquando vexant; vt in eis maxime (Deo iſta ſinente) monſtretur huius vitæ flenda calamitas, & alterius deſideranda fœlicitas. 1. Reg. 4.

IAM vero de ipſo corpore tot exiſtunt morborum mala, vt nec libris medicorum cuncta comprehenſa ſunt; in quorum pluribus, ac penè omnibus, etiam ipſa iuuamina & medicamenta ſunt; vt homines à pœnarum exercitio, pœnali eruantur auxilio. Nonnè ad hoc perduxit ſitientes homines ardor immanis, vt vrinam quoque humanam, vel etiam ſuam biberent? Nonnè ad hoc fames, vt à carnibus hominum ſe abſtinere non poſſent; nec inuentos homines mortuos, ſed propter hoc à ſe occiſos; nec quoſlibet alienos, verumetiam filios, matres, incredibili crudelitate (quam rabida eſuries faciebat) aſſumerent. Ipſe poſtremo ſomnus (qui proprie quietis nomen accepit) quis verbis explicet, ſępe ſomniorum viſis quam ſit inquietus; & quam magnis, licet falſarum rerum terroribus, quos ita exhibet, & quoddammodo exprimit, vt à veris eos diſcernere nequeamus, animam miſeram ſenſuſque perturbet. Qua falſitate viſorum, etiam vigilantes in quibuſdam morbis & venenis miſerabilius agitantur; quamuis multimoda varietate fallacię, homines etiam ſanos maligni dæmones nonnunquam decipiunt. Talibus viſis, etiamſi eos per hæc ad ſua traducere non potuerunt, ſenſus tamen

eorum, ſolo appetitu qualitercunque perſuadente, falſitate illudunt. Ab huius tamen miſeræ quaſi quibuſdam inferis vitæ, non liberat niſi gratia Saluatoris.

De malis proprijs iuſtorum.

CAP. V.

Quantus & qualis iuſtorum labor.

PRÆTER hæc autem mala huius vitæ, bonis maliſque communia, habent in ea iuſti etiam proprios quoſdam labores ſuos, quibus aduerſus vitia militant, vigilijs continuis excubantes; ne opinio veriſimilis fallat, ne decipiat ſermo verſutus; nec ab his quæ agēda ſunt metus reuocet; ne in ea quę agenda non ſunt, cupido præcipitet; ne ſuper iracundiam ſol occidat; ne abſorbeat inhoneſta, vel immoderata triſtitia; ne impartiendorum beneficiorum ingerat B mens ingrata torporem; ne maledicis rumoribus bona conſcientia fatigetur; ne temeraria ſuſpicio noſtra decipiat. Ne aliena de nobis falſa nos fatiget; ne regnet peccatum in noſtro mortali corpore; ne oculus ſequatur concupiſcentiam; ne in eo quod male delectat, vel viſio vel cogitatio remoretur, ne improbum aut indecens verbum libenter audiatur, ne fiat quod non licet, etiam ſi libet; ne in hoc bello laborum periculorumque pleniſſimo, vel de viribus noſtris ſperetur facienda victoria, vel viribus noſtris facta tribuatur, ſed eius gratiæ, de quo ait Apoſtolus 1. Cor. 15. *Gratias ago Deo, qui dat nobis victoriam per Ieſum Chriſtum*, &c. Sciamus tamen qualibet virtute præliandi vitijs repugnemus, vel etiam vitia ſuperemus, vel ſubiugemus; quamdiu ſumus in C hoc corpore, nobis deeſſe non poſſe: Vnde dicamus *Matth. 6.* Deo: *Dimitte nobis debita noſtra.*

De originalibus bonis, & poſt peccatum hominj relictis.

CAP. VI.

ITAQVE nunc iam conſiderandum eſt poſt hanc ipſam miſeriam generis humani, in qua laudatur etiam iuſtitia punientis, qualibus & quam multis repleuerit bonis eiuſdem bonitas cuncta quæ creauit, adminiſtrando primùm benedictionem illam quam protulerat ante peccatum, dicens Gen. 1. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Nec poſt peccatum D voluit inhibere, manſitque in ſtirpe damnata donata fœcunditas: nec illam vim mirabilem ſeminum abſtulit,: immo etiam mirabiliorem qua efficiuntur & ſemina, indidit corporibus humanis, & quodammodo intexuit. Vitium autem peccati (quod quidem potuit auferre) quo nobis impacta eſt neceſſitas mortis non impediuit: ſed vtrumque ſimul currit iſto quaſi fluuio atquè torrente generis humani, malum quod à parente trahitur, & bonum quod à creante tribuitur.

In originali bono ſunt duo.

IN originali malo duo ſunt, peccatum & ſupplicium. In originali bono alia duo, propagatio & confirmatio. Propagationi in primis mundi operibus benedictionem largitus eſt, à quibus operibus die ſeptimo requieuit. Confirmatio vero in illo eius eſt opere, quo vſque nunc operatur: efficacem quippe potentiam ſuam, ſi rebus ſubtrahat, nec progredi poterunt, & ſuis dimenſis motibus peragere tempora, nec prorſus in eo quod creatæ ſunt, aliquatenus permanebunt: ipſe namque operatione qua nunc vſque operatur, facit vt numeros ſuos explicent ſemina, & à quibuſdam latentibus atque inuiſibilibus inuolucris, in formas viſibiles huius quod aſpicimus decoris, euoluant. Ipſeque incorporea natura illa præpoſita, iſtam ſubiectam miris modis copulans & connectens, animantem facit. Quod opus eius tam magnum & mirabile eſt, vt non ſolum in homine (quod eſt animal rationale, & ex hoc cunctis terrenis animantibus excellentius, atque præſtantius) ſed in qualibet minutiſſima muſcula, bene conſideranti, ſtuporem mentis ingerat, laudemque pariat Creatoris.

De bonis animæ naturalibus.

CAP. VII.

IPSÆ namque animæ humanæ mentem dedit, vbi ratio & intelligentia in infante ſopita, & quodammodo quaſi nulla, ſit excitanda, ſcilicet atque exercenda ætatis acceſſu, qua fit ſcientię capax atque doctrinę, habilis perceptioni veritatis, & amori boni; qua capacitate hauriat ſapientiam, virtutibuſque ſit prædita, quibus prudenter, fortiter, temperanter, & iuſtè, aduerſus errores & ingenerata vitia dimicet, eamque nullius rei deſiderium niſi boni illius ſummi atque immutabilis vincat. Quod etſi non faciat ipſa talium bonorum capacitas, in natura rationali diuinitus inſtituta illa tamen quantum ſit boni, quam mirabile opus omnipotentis, quis competenter effatur aut cogitat. Præter artes enim bene viuendi, & ad immortalem peruenjendi fœlicitatem, quæ virtutes vocantur, & ſola Dei gratia quæ in Chriſto eſt, filij promiſſionis regnique donantur. Nonnè humano ingenio tot tantęque artes inuentæ ſunt, & exercitatæ, partim neceſſariæ, partim voluntariæ; vt tam excellens vis mentis atque rationis, in his etiam rebus quas ſuperfluas, immo & periculoſas, pernicioſaſque appetit, quantum bonum habeat in natura, vnde iſta potuit vel inuenire, vel diſcere, teſtetur? Quo enim ad veſtimentorum & ædificiorum opera, quam mirabilia, quam ſtupenda, induſtria humana peruenerit? quo in agricultura? quo in nauigatione profecerit? quam in fabricatione quorumcunque vaſorum, vel etiam ſtatuarum, vel picturarum varietatem excogitauerit, & impleuerit? qui in theatris mirabilia ſpectantibus, audientibus incredibilia, facienda, & exhibenda molita ſit? in capiendis, occidendis, domandis irrationabilibus animalibus, quæ & quanta reperit? aduerſus ipſos homines quot genera venenorum? quot armorum? quot machinamentorum? & pro ſalute mortali tuenda atque reparanda, quot medicamenta atque iuuamina comprehenderit? pro voluptate faucium, quot condimenta, & gulæ incitamenta reperijt? ad indicandas & ſuadendas cogitationes, quam magnam multitudinem varietatemque ſignorum? (vbi præcipuum locum, verba & literæ retinent:) ad delectandos animos, quos elocutionis ornatus? quam diuerſorum carminum copiam ad mulcendas aures? quot organa muſica, quos cantilenæ modos excogitauerit? quantam peritiam dimenſionum, atque numerorum? motuſque & ordines ſiderum quanta ſagacitate comprehenderit? quam multa rerum mundanarum cogitatione ſe implicauerit, quis poſſit eloqui, maxime ſi velimus non aceruatim cuncta congerere, ſed in ſingulis immorari. In ipſis poſtremo erroribus falſitatibuſque defendendis, quam magna claruerunt ingenia philoſophorum, atque hæreticorum, quis æſtimare ſufficiat?

Mentis & rationis vis planè admirabilis.

E

De bonis corporalibus.

CAP. VIII.

NAM cætera pulchritudo & vtilitas creaturæ, quæ homini, licet in iſtos labores miſeriaſque proiecto, atque damnato, ſpectanda atque ſumenda, diuina largitate conceſſa eſt, quo ſermone terminari poteſt: in cœli, & terræ, & maris multimoda & varia pulchritudine: in ipſius lucis tanta

copia,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

copia, tanquam mirabili ſpecie, in ſole, & luna, ac ſideribus; in opacitatibus nemorum, in coloribus & odoribus florum: in diuerſitate ac multitudine volucrum garrularum, atque pictarum; in multiformi ſpecie tot tantorumque animantium: quorum illa plus habent admirationis, quę molis minimum, plus enim formicularum & apicularum opera ſtupemus, quam immenſa corpora Balenarum. In ipſius quoq; maris tam grandi ſpectaculo allectamur, cum ſeſe diuerſis coloribus, velut veſtibus induit. Et aliquando viride, (atque hoc multis modis) aliquando purpureum, aliquando cæruleum eſt. Quod porro delectabiliter ſpectatur, quantumcunque turbatur, & fit inde maior ſuauitas; quia ſic demulcet intuentem, vt non iactet & quatiat nauigantem.

Corporalia bona homini conceſſa inexplicabilia.

Quid ciborum vſquequaque copia contra famem, quid ſaporum diuerſitas contra faſtidium naturæ diffuſa diuinitus, non coquorum arte, ac labore quæſita, cõmemoranda? Quanta in multis rebus tuendæ ac recuperandæ ſalutis auxilia, quam grata viciſſitudo, diei alternantis, & noctis; aurarum quam blanda temperies? In fructibus & pecoribus, indumentorum conficiendorum, quanta materies; omnia commemorare quis poſſet? Hæc autem ſola, quæ à me velut in quendam aggerem ſunt coarctata, ſi vellem velut colligata inuolucra ſoluere atque diſcutere, quanta mihi mora eſſet in ſingulis, quibus plurima continentur? Et hæc omnia ſunt miſerorum damnatorumque ſolatia, non præmia bonorum. Quæ igitur illa ſunt, ſi tot, ac talia, & tanta ſunt iſta? quid dabit eis quos prædeſtinauit ad vitam, qui hęc dedit quoque eis, quos prædeſtinauit ad mortem? Quæ bona in illa beata vita faciet eos ſumere, pro quibus in hac miſeria, vnigenitum filium ſuum voluit vſque ad mortem mala tanta perferre?

RICHARDVS *de ſancto Victore*, Deus itaque ſummè & immutabiliter bonus, ſciens beatitudinem ſuam communicari poſſe, & minui non poſſe; fecerat creaturam rationalem, vt eam beatitudinis ſuæ faceret eſſe participem. Fecerat autem eam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Ad imaginem ſecundum cognitionem rationis, ad ſimilitudinem ſecundum amorem virtutis. Iuſſeratque partem eius in ſua ſimplici puritate ſubſiſtere, ſcilicet naturam angelicã, Partem vero luteis corporibus ineſſe, ſcilicet naturam humanam.

De inuentione ſcientiarum, quæ data eſt homini in remedium malorum.

CAP. IX.

Tria bona data homini in prima eius conditione.

TRIA vero dederat homini Deus in creatione ſua. Primum fuit, quod eum fecerat ad imaginem ſuam. Secundum quod ad ſuam ſimilitudinem. Tertium erat immortalitas corporis, ſi tamen perſtitiſſet in obſequio creatoris. Hæc tria bona fuerant homini in conditione diuinitus data; & naturaliter & originaliter inſita fuerant: Et alia duo bona hominis, quaſi extra eum poſita fuerunt; vnum ſubtus eum, aliud ſupra eum. Subtus eum mundus, ſupra eum Deus. Mundus viſibile bonum, & tranſitorium; Deus inuiſibile bonum, & ęternum. In iſto fuerat homo beatus, in illo beatificandus. Sub Deo fuit conditione, ſupra mundum dignitate. De inferiori bono receſſurus, ad ſuperius bonum peruenturus.

Tria mala principalia hominis. Pſalm. 34.

SVNT autem tria mala principalia, quæ corrumpũt tria bona præcedentia. Per ignorantiam namque corrupta eſt diuina imago, per concupiſcentiam diuina ſimilitudo, per infirmitatem immortalitas corporis. Facta eſt itaque via hominis (*tenebræ*) per ignorantiam, & (*lubricum*) per concupiſcentiam: (*Et angelus Dei*) id eſt infirmitas corporis ad vindictam immiſſa (*perſequens*) eum, per mortalitatem, donec reuertatur in terram de qua aſſumptus eſt. *Porro* tria ſunt remedia, quibus tria mala prædicta repelluntur, & tria bona reformantur, ſcilicet Sapientia, Virtus, Neceſſitas. Sapientia eſt comprehenſio rerum prout ſunt. Virtus eſt habitus animi in modum naturæ rationi conſentaneus. Neceſſitas eſt ſine qua viuere non poſſumus. Propter hæc autem tria remedia inuenienda, inuenta eſt omnis ars & omnis diſciplina. Nam propter inueniendam Sapientiam, inuenta eſt Theorica; propter Virtutem Practica; propter Neceſſitatem Mechanica. Theorica ignorantiam expellens, Sapientiam illuminat: Practica vitium excludens, virtutem roborat. Mechanica penuriam cauens, præſentis vitæ defectum temperat. Theorica in omni quod eſt, & quod non eſt, ſcrutari verum eligit. Practica modum viuendi rectè, & formam diſciplinæ, ſecundum virtutum inſtitutionem, diſponit. Mechanica res defluentes adminiſtrans, humano corpori neceſſaria prouidere ſatagit. Nam omnium humanarum actionum, ſeu ſtudiorum, quę ratio moderatur, finis & intentio ad hoc ſpectare debet, vt vel noſtræ naturæ reparetur integritas, vel defectuum quibus vita ſubiacet, temperetur neceſſitas. Temperatur autem naturæ noſtræ integritas Sapientia, ad quam pertinet Theorica; & Virtute, ad quam pertinet Practica. Temperatur vero Neceſſitas adminiſtratione temporalium, ad quam Mechanica. Nouiſſima autem omnium inuenta eſt Logica, cauſa eloquentiæ, ſcilicet vt ſapientes qui prædictas principales ſcientias, & diſciplinas inueſtigarent, & inuenirent; rectius, veracius & ornatius illas tractarent, ac de illis differerent: Rectius per Gammaticam: Veracius per Dialecticam: Ornatius per Rhetoricam.

Trium malorum tria remedia.

Artes cur inuentæ.

Scientiarum interpretationes.

THEORICA interpretatur contemplatiua, Practica actiua, Mechanica adulterina, Logica ſermocinalis. Sunt igitur hæ quatuor ſcientię, in quas omnis philoſophia diuiditur. Magica vero ſub philoſophia non continetur, ſed foris falſa profeſſione de vero mentiens, & veraciter lędens homines, à diuina relatione ſeducit, cultum dæmonum ſuadet, & ad omne nefas ſequaces ſuos impellit. Hæc quinque maleficiorum genera continet, ſcilicet Manticem, Mathematicam, Maleficia, Sortilegia, Præſtigias, Mantice interpretatur diuinatio: hæc quinque ſpecies habet, Necromantiam, Geomantiam, Hydromantiam, Aëromantiam, Pyromantiam. Prima fit in mortuis, ſecunda in terra, tertia in aqua, quarta in aëre, quinta in igne. Mathematica interpretatur Vanitas: hæc habet ſpecies Haruſpicam, Augurium, Horoſcopicam. Haruſpica dicitur ab inſpectione ararum, quæ fit quando in fibris animalium, quæ in aris ponuntur, fata quæruntur. Augurium ab auibus; hoc aliquando pertinet ad aures, & dicitur augurium: aliquando ad oculos, & dicitur auſpicium. Horoſcopica in conſtellationibus conſtat. Maleficia fiunt per incantationes. Sortilegia per ſortes. Pręſtigiæ per fantaſticas illuſiones.

De primis philoſophis qui naturam ſcrutati ſunt.

CAP. X.

AVGVSTINVS *de ciuita. Dei lib.* 8. In Græca lingua duo philoſophorum genera traduntur, Vnum Italicum, ex parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia nuncupata eſt. Alterum Ionicum, in eis terris, vbi & nunc Gracia nominatur. Italicum genus autorem habuit Pythagoram Samium, à quo etiam ferunt ipſum philoſophiæ nomen exortum. Nam cum antea ſapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitæ alijs præſtare videbantur. Iſte interrogatus, quid profiteretur, philoſophum ſe eſſe reſpondit, id eſt ſtudioſum vel amatorem ſapientiæ: quoniam ſe ſapientem profiteri arrogantiſſimum videbatur. *Ionici* vero generis princeps fuit Thales Mileſius,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vnus illorum ſeptem qui ſunt ſapientes appellati: ſed illi ex vitę genere diſtinguebantur, & quibuſdam præceptis ad bene viuendum accommodatis. Iſte autem Thales, vt ſucceſſores propagaret, rerum naturam ſcrutans, ſuaſque diſputationes literis mandans emicuit (alias enituit) maximeque admirabilis extitit, quod aſtrologiæ numeris comprehenſis, defectus ſolis & lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamen putauit rerum eſſe principium; & hinc omnia elementa, ipſumque mundum & quę in eo gignuntur exiſtere: nihil autem huic operi, quod mundo conſiderato tam mirabile aſpicimus, ex diuina mente prępoſuit.

Hvic ſucceſſit Anaximander eius auditor, mutauitq; de rerum natura opinionem: qui non ex vna re ſicut Thales: ſed ex ſuis proprijs principijs quaſque res naſci putauit: Quæ rerum principia ſingularum credidit eſſe infinita, & innumerabiles mundos gignere, & quæcunque in eis oriuntur: eoſque mundos modò diſſolui, modò iterum gigni exiſtimauit, quanta quiſque ætate ſua manere potuit: nec ipſe aliquid diuinæ menti in his rerum operibus tribuebat. *Huius* diſcipulus Anaximenes, rerum cauſas infinito aëri dedit, nec Deos negauit aut tacuit, ſed eos ex ipſo aëre ortos credidit. Anaxagoras vero eius auditor, harum rerum omnium quas videmus, effectorem Diuinum animum ſenſit; & dixit ex infinita materia, quæ conſtaret ſimilibus inter ſe particulis rerum omnium, quibus ſuis & proprijs ſingula fierent, conſtare omnia, ſed animo faciente diuinè. Diogenes autem Anaximenis alter auditor, aerem quidem dixit rerum eſſe materiam, de qua omnia fierent, ſed eum eſſe impotem diuinæ rationis, ſine qua nihil ex eo fieri poſſet. Succeſſit Anaxagoræ eius auditor Archelaus, & ipſe de particulis ſimilibus inter ſe, quibus ſingula quæque fierent, ita putauit conſtare omnia, vt ineſſe & mentem diceret, quæ corpora æterna, id eſt iſtas particulas iungendo & diſſipando, ageret omnia.

Varia philoſophorum placita de rerum principijs.

De cæteris qui poſtea philoſophiam ad mores compoſuerunt.

Cap. XI.

Hvius diſcipulus fuit Socrates magiſter Platonis, qui primus vniuerſam philoſophiam ad corrigēdos mores, componendoſque, flexiſſe memoratur, cum ante illum omnes magis philoſophicis, id eſt naturalibus rebus perſcrutandis, operam maximam impenderint. Non mihi autem videtur poſſe adliquidum colligi, vtrum Socrates, vt hoc faceret, tædio rerum obſcurarum & incertarum, ad aliquid certum & apertum reperiendum, animum intenderit, quod eſſet vitę beatæ neceſſarium, propter quam vitam, omnium philoſophorum inuigilaſſe ac laboraſſe dicitur, induſtria: An vero ſicut de iſto quidam beneuolentius ſuſpicantur, nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos ſe extendere in diuina, & conari; quandoquidem ab eis cauſas rerum videbat inquiri, quas primas atque ſummas, non niſi in vnius veri ac ſummi Dei voluntate, eſſe credebat. Vnde non eas putabat, niſi mundata & pura mente, poſſe comprehendi: & ideo purgandę bonis moribus vitæ, cenſebat inſtandum: vt deprimentibus libidinibus exoneratus animus, naturali vigore in æterna ſe attolleret; naturamque incorporei & incommutabilis luminis, vbi cauſæ omnium factarum naturarum ſtabiliter viuunt, intelligentię puritate conſpiceret. Conſtat tamen eum imperitorum ſtultitiam, ſcire ſe aliquid opinantium, etiam in his moralibus quæſtionibus, (quo totum animum intendiſſe videbatur) vel confeſſa ignorantia ſua, vel diſſimulata ſcientia, lepore mirabili diſſerendi, ac acutiſſima vrbanitate, agitaſſe atque verſaſſe.

Socrates 1. philoſophiam moralem operam dedit.

Hic plurimos ſuæ philoſophiæ ſectatores reliquit, quorum certatim ſtudium fuit, in quæſtionum moralium diſceptatione verſari, vbi agitur de ſummo bono, ſine quo nemo beatus eſſe poteſt. Sic autem diuerſas inter ſe Socratici de iſto fine ſententias habuerunt: vt quidam ſummum bonum dicerent eſſe voluptatem; ſicut Ariſtippus: quidam virtutem, ſicut Antiſthenes: ſic alij atque alij, aliud & aliud opinati ſunt. Inter quos Plato, cum ſuos condiſcipulos mirabili ingenio anteiret, parum putans perficiendæ philoſophiæ ſufficere ſeipſum, ac Socraticam diſciplinam, quam longe lateque potuit peregrinatus eſt quaque verſum eum alicuius nobilitatę ſcientiæ percipienoæ fama rapiebat. Itaque & in Ægypto, & in Italiæ partibus, vbi Pythagoreorum fama celebrabatur, didicit quæcunque; illic magna habebantur, atque dicebantur. Itaque cum ſtudium ſapientiæ, in actione & in contemplatione verſetur; vnde vna pars eius actiua, altera contemplatiua dici poteſt; quarum altera ad agendam vitam pertinet, ſcilicet actiua; contemplatiua autem ad conſpiciendas naturæ cauſas, & ſyncerißimam veritatem. Socrates in actiua excelluiſſe memoratur: Pythagoras vero magis contemplatiuæ, quibus potuit intelligentię viribus, inſtitiſſe: proinde Plato vtramque iungendo, philoſophiam perfeciſſe laudatur; quam in tres partes diſtribuit; Vnam naturalem, quę contemplationi deputata eſt: Aliam moralem, quæ maxime in actione verſatur. Tertiam rationalem, qua verum diſterminatur à falſo. Quæ licet vtrique, id eſt actioni & contemplationi ſit neceſſaria, maxime tamen contemplatio perſpectionem ſibi vendicat veritatis: ideo hęc tripartitio non eſt contraria illi diſtinctioni, qua intelligitur omne ſtudium ſapientiæ, in actione & contemplatione conſiſtere.

De diuerſis generibus philoſophorum.

Cap. XII.

Isidorvs *in lib. Etymol. 8. cap. 6.* Philoſophi triplici genere diuiduuntur. Nam aut Phyſici ſunt, aut Ethici, aut Logici. Phyſici dicti, quia de naturis tractant. Ethici, quia de moribus diſputant. Logici autem, quia naturis & moribus rationem adiungunt. Diuiſi ſunt autem & hi in hæreſibus ſuis, habentes quædam nomina ex authoribus, vt Platonici, Epicuræi, Pythagorici. Alij à locis conuenticulorum & ſtationum ſuarum, vt Peripatetici, Stoici, Academici. *Platonici* à Platone Philoſopho dicti: hi animarum creatorem eſſe Deum, corporum Angelos aſſerunt, & per multos annorum circulos, in diuerſa corpora redire animas dicunt.

De ſummo bono varia; philoſophorũ placita.

Plato vtrãque philoſophiam conuinxit & in tres partes diſtribuit.

Secta philoſophorũ vnde dicta, & quod quæuis docuerat.

Sstoici à loco dicti: Porticus enim fuit Athenis, in qua picta erant geſta ſapientium, atque virorum fortium hiſtoriæ: in hac ſapientes philoſophabantur, ex quo & Stoici dicti ſunt; Græcè enim Porticus Stoa dicitur. Hanc ſectam primus Zeno inſtituit: Hi negant ſine virtute effici quemquam beatum: omne peccatum vniforme eſſe aſſerunt, dicentes: Sic ille nocens erit, qui paleas furatus fuerit, quam qui aurum; qui mergum occiderit, quam qui equum. Animam cum corpore perire dicunt. Affectant gloriam æternam, cum ſe fateantur non eſſe æternos. *Academici* appellati à villa Platonis Academia Athenarum, vbi idem Plato docebat. Hi omnia incerta eſſe definiunt, nec eſſe aliquid de rebus, quod ita ſit verum, vt non ſit ambiguum. Vnde alij philoſophi ſciri aliquid definiunt, Academici nihil. Hanc ſectam Archeſilaus Chirenaicus reperit, cuius ſectator fuit Democritus; qui dixit tanquam in puteo alto, vbi fundus nullus ſit, in occulto iacere veritatem. Inde commentatur Academiam, id eſt ex incerto veritatem opinari.

Zeno auctor Stoicorum.

Academici à loco dicti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Peripatetici à deambulatione dicti.

PERIPATETICI à deambulatione dicti, eo quod Aristoteles author eorum deambulans disputare solitus esset: Hi dicunt quandam particulam animæ esse æternam, de reliquo magna ex parte mortalem. Cynici ab immundicia impudentiæ nuncupati quod contra humanam verecundiam in propatulo coire cum coniugibus eis mos erat, censentes licitum honestumque esse, palam cum vxore concumbere, sicut canes in plateis; quia coniugium iustum est: vnde & à canibus, quorum vitam imitabantur, nomen traxerunt.

Epicurus cur porcus appellatus.

Epicurei dicti ab Epicuro quodam philosopho; amatore vanitatis, non sapientiæ, quem etiam ipsi Philosophi Porcum nominauerunt: qui quasi volutans in cœno carnali, voluptatem corporis summum bonum asserunt: qui etiam dixit, nulla diuina prouidentia instructum esse aut regi, mundum; Sed originem rerum atomis, id est insecabilibus ac solidis corporibus assignauit, quorum fortuitis concursionibus vniuersa nascuntur, & nata sunt: Omnia constare corporibus, animam nihil aliud esse quam corpus: vnde & dixit, non ero postquam mortuus fuero. *Gymnosophistæ* nudi per opacas Indiæ solitudines perhibentur philosophari, adhibentes tantum genitalibus tegmina: Gymnos enim ex eo dictum est, quod iuuenes nudi exercentur in campum, vbi pudenda sola tantum operiunt. Hi & à generando se cohibent. Philosophorum etiam errores, & apud ecclesiam induxerunt hæreses.

De diffinitionibus Philosophiæ.

CAP. XIII.

Philosophia quid.

RICHARDVS. *Est autem Philosophia omnium rerum humanarum atque diuinarum disciplina, rationes probabiliter inuestigans. Isidorus in lib. 2. originum cap. 24. Philosophia est rerum humanarum diuinarumque cognitio, cum studio bene viuendi coniuncta.* Hæc duabus ex rebus constare videtur, Scientia, scilicet & Opinione. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur. Opinatio est cum adhuc incerta res latet, nullaque ratione firma videtur: vtputa sol vtrum maior sit quam omnis terra; luna globosa sit an concaua; stellæ cæli vtrum adhæreant, an libero cursu ferantur per aëra; cœlum ipsum qua magnitudine, quavè constet materia; terræ quoque crassitudo quanta sit, aut quibus fundamentis librata sit, & suspensa. Philosophia interpretatur Amor sapientiæ: Nam Græci Philian amorem, & Sophiam dicunt sapientiam.

Philosophia constat ex scientia & opinione.

Philosophia interpretatur amor sapientiæ.

Variæ philosophiæ definitiones.

ITEM doctorum nonnulli sic eam diffinierunt. *Philosophia est diuinarum humanarumque rerum, inquantum homini possibile est, probabilis scientia.* Item aliter. *Philosophia est ars artium, & disciplina disciplinarum.* Rursum. *Philosophia est meditatio mortis.* quod magis conuenit christianis, qui seculi ambitione calcata, conuersatione disciplinabili, ad similitudinē futuræ patriæ viuunt. *Mercurius Trismegistus in Asclepiade. Philosophia sola est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus, & sancta religio; simplici enim mente diuinitatem colere, eiusque facta venerari, agere etiam Dei voluntati gratias, quæ est sola bonitas plenissima: hæc est nullius animi importuna curiositate violata philosophia. Michael Scotus. Philosophia,* secundum Aristotelem, *est omnis rei scientia.* Dicit enim quod scientia cuiusque rei quæ inquiritur, sub philosophia continetur, quę est omnis rei scientia. *Isaac autem in libello suo de diffinitionibus,* ponit duas Philosophiæ descriptiones; harum vna sumitur ex eius proprietate, quæ talis est. *Philosophia est assimilatio hominis operibus creatoris, secundum virtutem humanitatis.* Assimilari enim operibus Dei, est scire veritatem rerum, per cognitiones quatuor causarum. Altera vero sumitur ex eius affectu, quæ talis est. *Philosophia est integra cognitio hominis de seipso:* cum enim homo integrè cognoscit seipsum, cognoscit quicquid est, scilicet substantiam, & accidens.

IDEM est ars & scientia, doctrina quoque, disciplina, & facultas. Dicitur enim ars, quia regulis suis arctat; doctrina autem à doctore; disciplina à discipulo: Scientia vero cum iam tenetur in animo. Sed quantum in anima ipsa prius est in dispositione, postea vero in habitu; ideo scientia ipsa, cum iam est habitus mentis, appellatur facultas, quia dat facultatem operandi secundum artem. *Auctor. ars est collectio principiorum,* id est *regularum, ad eundem finem tendentium. Alpharabius in lib. de diuisione scientiarum.* In omni siquidem arte, siue sit actiua, siue speculatiua; siue liberalis, siue fabrilis; regulæ sunt generaliter comprehendentes omnia, vel plura, de quibus ars illa pertractat; quæ ad hoc quidem inuentæ sunt, vt per eas cognoscatur omne id quod est illius artis, ne forte recipiatur in ea quod non est eius, vel reijciatur quod est eius, & vt per eas caueamus, ne forte in alio erremus. Nam & in mechanicis instrumentum quo deprehenditur, si fortè in aliquo erratur (vt in arte fabrili perpendiculum) regula vocatur. *Boetius in libro de articulis fidei. Scientia est vis comprehensiua causarum, per quas & propter quas aliquid habet esse:* Quod si bonis vsibus naturaliter accommodata est, sapientia dici solet.

Ars, scientia, doctrina, disciplina & facultas idē sunt.

Quid scientia.

De partibus Philosophiæ iuxta Isidorum.

CAP. XIV.

ISIDORVS *supra l. 2. ca. 24.* Philosophię species tripartita. Vna est Physica, id est naturalis, in qua de naturę inquisitione disseritur. Secunda est Ethica, in qua de moribus agitur. Tertia Logica, in qua disputatur qualiter in rerum causis, aut vitæ moribus, veritas ipsa quæratur. In Physica igitur causa quærendi; In Ethica ordo viuendi; In Logica ratio intelligendi, versatur.

Tres sunt species philosophiæ.

ALII vero diffinierunt Philosophię rationem in duabus partibus consistere: Quarum prima est Inspectiua: Secunda vero Actiua. Inspectiua dicitur illa, qua visibilia supergressi, de inuisibilibus aliqua comprehendimus, eaque sola mente inspicimus. *Hæc* diuiditur in tres, scilicet Naturalem, Doctrinalem, & Diuinalem. *Naturalis* illa dicitur, in qua cuiusque rei natura discutitur. Nam vnumquodque his vsibus deputatur, in quibus à creatore definitum est; nisi forte cum voluntate diuina miraculum aliquod prouenire monstratur. *Doctrinalis* est illa scientia, quæ abstractam cōsiderat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur, quæ à materia, vel alijs accidentibus, intellectu abstracta, consideratur. Et hæc in quatuor subdiuiditur, scilicet Arithmeticam, Geometriam, Musicam, Astronomiam. Arithmetica est disciplina quantitatis numeralis secundum se. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis atque formarum. Musica est disciplina de numeris qui ad aliquid sunt, his scilicet qui inueniuntur in sonis. Astronomia est disciplina quæ cælestium siderum cursus figurasque cōtemplatur, & habitudines stellarum circa se, ac circa terram, indagabili ratione percurrit. *Diuinalis* est illa, qua aut ineffabilis Dei natura, aut spirirualis creatura, ex aliqua parte, profundissima qualitate differitur. *Porro* actiua scientia dicitur illa, quæ res propositas operationibus suis explicat. Huius partes sunt tres, scilicet Motalis, Dispensatiua, & Ciuilis. Moralis dicitur illa per quam honestus viuendi mos aperitur. Dispensatiua vero, qua domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Ciuilis autem per quam totius ciuitatis vtilitas administratur.

Aliter diuiditur philosophia in inspectiuam & actiuam.

Inspectiua est triplex.

Mathematica quadruplex.

Scientia actiua triplex

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Altera diuiſio eiuſdem iuxta Hugonem.

CAP. XV.

HVGO. Philoſophia eſt amor, & ſtudium ſapientiæ, non eius quæ inſtrumentis explicatur, vt eſt Architectura, Agricultura, & cæteræ huiuſmodi; ſed eius quæ ſola rerum humanarum primæua ratio eſt. Poteſt enim idem actus ad philoſophiam pertinere ſecundum rationem ſuam, & ab ea excludi ſecundum adminiſtrationem. Verbi gratia. Agriculturæ ratio philoſophi eſt, adminiſtratio ruſtici; opera autem artificum, etſi natura non ſint, imitantur tamen naturam. Itaque ratione cogimur Philoſophiam in omnes actus hominum diffundere, vt neceſſe ſit tot eſſe philoſophiæ partes, quot ſunt rerum diuerſitates. *Sunt* autem in rebus alia æterna; quę ſcilicet nec principium, nec finem habent; hoc eſt cui non eſt aliud eſſe, & id quod eſt; quia à ſemetipſo ſubſiſtere habet. *Alia* vero perpetua; quæ ſcilicet cum principium habeant, non tamen finem habent, vt cœleſtia corpora. *Alia* vero quæ vtrumque, ſcilicet temporalia: hæc ſunt naturæ opera, quæ ſuper terram oriuntur ſub lunari globo, mouente igne artifice, qui vi quadam deſcendit in res ſenſibiles procreandas.

Quam late ſeſe philoſophia diffundat.

Res alia æterna, alia perpetua, alia tẽporales. Mundi diuiſio.

HINC Mathematici mundum in duas partes diuiſerunt: Et ſuperlunarem mundum (eo quod omnia ibi primordiali lege conſiſtant) naturam appellauerunt. Sublunarem autem opus naturæ, id eſt ſuperioris, quia omnium genera animantium, quæ in eo vitalis ſpiritus infuſione vegetantur, à ſuperioribus per inuiſibiles meatus infuſum nutrimentum accipiunt, non ſolum vt naſcendo creſcant, ſed vt alendo ſubſiſtant. Ipſum etiam ſuperiorem mundum tempus vocabant, propter ſyderum curſum; inferiorem vero temporalem; quia ſecundum motus ſuperiores agitur. Homo igitur in ea parte qua mutabilitatis particeps eſt, in ea quoque neceſſitati obnoxius; & in ea qua immortalis eſt, diuinitati cognatus. Omnium itaque humanarum actionum ſeu ſtudiorum, quæ moderatur ſapientia, ad hunc finem ſpectare debet intentio, vt vel imaginis diuinę ſimilitudo reperiatur, vel huius vitæ neceſſitati conſulatur. Cum igitur ad reparandam naturam noſtram, id eſt diuinam imaginem intendimus, diuina actio eſt. Cum vero illi, quod in nobis infirmum eſt, neceſſaria prouidemus, humana. Duo vero in homine Dei ſimilitudinem reparant, ſcilicet ſpeculatio veritatis, & exercitium virtutis: vnde illa quæ de ſuperioribus eſt, ſcilicet in intelligentia, in ſpeculatiuam & moralem diuiditur.

Triplex genus actionũ ad vitæ neceſſaria deſeruientium.

ILLARVM vero actionum quæ huius vitæ neceſſitati deſeruiunt, trimodum genus eſt. Primum, quod naturæ nutrimentum adminiſtrat. Secundum, quod contra moleſta quæ extrinſecus accidere poſſunt, munit. Tertium, quod contra iam illata remedium præſtat. Horum ſcientia (quia opera humana proſequitur) congruè Mechanica, id eſt adulterina vocatur. Præter prædictas autem neceſſe fuit Logicam inueniri; quia nemo de rebus conuenienter diſerere poteſt, niſi prius rectè & veraciter loquendi rationem agnouerit. Quatuor igitur dicimus eſſe ſcientias, quæ reliquas omnes continent; id eſt Theoricam, quę in ſpeculatione veritatis laborat; & Practicam, quæ mox diſciplinam conſiderat; & Mechanicam, quæ actiones huius vitæ diſpenſat: Logicam quoque, quæ recte loquendi, & acutè diſputandi, ſcientiam præſtat.

Recentiores putant mechanicũ deriuari à vocabulo Græco quod ſignificat moliri, ſtruere aut excogitare, non autem ab illo quod ſignificat machari.

Quatuor ſũt ſcientiarum genera.

Item alia iuxta Michaelem Scotum.

CAP. XVI.

MICHAEL SCOTVS. Philoſophia vero diuiditur in Theoricam, & Practicam. Nam teſtante Ariſtotele 6. Mor. c. 3. omne quod eſt, aut non eſt ex noſtro opere & voluntate, ſicut & intelligentiæ, elemẽta quoque, & cæli; & ad vltimum omnia naturalia; & ſcientia de his vocatur Theorica; quia finis eius eſt tantum ad ſpeculandum: Aut ex noſtro eſt opere & voluntate, ſicuti leges & inſtitutiones, exercitus & bella; & ad extremum omnia artificialia; & ſcientia de his vocatur Practica, quia finis eius eſt tantum ad operandum. Vnde alibi dicitur, quod duo ſunt quibus anima perficitur, ſcilicet Scientia & Operatione.

Diſtrimen inter ſcientias ſpeculatiuas & practicas.

THEORICA diuiditur in tres partes, ſcilicet Naturalem, Mathematicam, & Diuinam. Vna earum ſpeculatur, quod mouetur & corrumpitur, ſcilicet Naturalis: alia, quod corrumpitur. Sed non mouetur, & eſt mathematica: alia vero, quod mouet ſed non moetur nec corrumpitur, ſcilicet Diuina. *Practica* vero diuiditur in duo, ſcilicet in Ciuilem, & Vulgarem Ciuilem intellige ſcientiam linguæ, Moralem meditationem, cæteraſque ſcientias, quæ pertinent ad ciuiles homines & honeſtos. Vulgarem vero Sutoriam, Fabrilem, ac cæteras artes, quæ pertinent ad vulgus, & viles homines. Vnde poteſt intelligi tres eſſe gradus ſcientiarum; quædam enim ſunt Nobiles, vt Theoricę; quædam Ciuiles; quædam Vulgares.

Scientia alia nobiles, alia ciuiles, alia vulgares.

ITEM Practica philoſophia diuiditur in tres partes: Quarum prima eſt illa quæ adinuenta eſt ad ſimilitudinem naturalium, & quę pertinet ad naturalia, ſicut Medicina, Agricultura, Alchymia. Scientia quoque de proprietatibus rerum, quæ dicitur Necromãtia; & ſcientia de ſignificationibus rerum, quæ dicitur Scientia de iudicijs; & etiam ſcientia de ſpeculis, de nauigatione, multæque aliæ, quæ reſpectum habent ad illam partem Theoricę quæ dicitur naturalis, ad ipſam pertinent, tanquam practicę eiuſdem. *Secunda* eſt quæ adinuenta eſt ad ſimilitudinem doctrinalium, vt negotiatio, carpentaria, fabrilis, cęmentaria, textoria, ſutoria, & aliæ huiuſmodi multæ, quę ſpectant ad Mechanicam, & ſunt quaſi practica illius. *Tertia* eſt illa quę inuenta eſt ad ſimilitudinem diuinorum, & pertinet ad diuina; ſicuti ſcientia moralis; quę quatuor habet partes, ſcilicet qualiter ciuitas debeat regi, qualiter homo cum ciuibus debeat conuerſari, qualiter cum familia ſe habeat, & qualiter vitæ ſuæ modum ordinare debeat: Item ſcientia diuinæ legis, quæ ſimiliter duas habet partes, vnam qualiter debeat credere, aliam qualiter debeat agere. Ad extremum autem omnes ſcientiæ inuitantes ad pietatem & virtutem, quæ omnes tam ciuiles quam vulgares ad diuinam ſcientiam ſpectant, & ſunt quaſi practica eiuſdem.

Philoſophia Practica triplex.

De eodem iuxta Philoſophos.

CAP. XVII.

ARISTOTELES *in Methaphyſica lib.* 1. Pluribus autem repertis artibus, aliæ ſunt ad neceſſitatem, vt Methaphyſica, alię vero ad vtilitatem. Verbi gratia: Ad introductionem, vt Sophiſtica & Dialectica; aliæ autem tantum ad voluptatem, vt comediæ, & alia iocoſa carmina. *Idem in lib.* 6. Modi philoſophię eſſentiales ſunt tres, ſcilicet Mathematicus, Naturalis, & Diuinus.

Tria ſcientiarum genera ſecundũ Ariſtot.

ALPHARABIVS *in libro de diuiſione ſcientiarum*. In hoc libello noſtra eſt intentio ſcientiarum formas breuiter perſtringere, earumque partes ſummatim diſtinguere, ex quo multa prouenit vtilitas. Nam cum aliquam ſcientiarum addiſcere quis voluerit, per

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

hoc quam illarum potius eligat, & cui ſtudioſius intendat, & quæ ex qua ſibi proueniat vtilitas, intelligere poterit. Hinc & poterit facile conuincere eum, qui ſe iactat ſcientiam aliquam comprehendiſſe, cum interrogatus, quæ ſunt eius, & quid contineat, neſcierit reſpondere: Per hoc etiam in omni ſcientia paratus apparebit; non enim expers alicuius ſcientiæ creditur, qui quæ eſt, & quot ſint partes eius, & quid contineat, non ignorare videtur. Itaque paruitati noſtræ ſatis fieri credimus, ſi poſtquam non omnia ſcire poſſumus, ſaltem de ſingulis aliqua deguſtemus. Prima igitur ſcientia linguæ, Secunda Logica, Tertia Doctrinalis ſcientia, Quarta naturalis, Quinta diuina, Sexta ciuilis. Doctrinalis in octo ſubdiuiditur, vt inferius dicetur.

Diuiſio ſciẽtiarum ex Alpharabio

IDEM *in libro de ortu ſcientiarum.* Maxima ſcientiæ diuiſio ſit, in ſcientiã de cœlo, & ſcientiã de mũdo, qui à cœlo cõtinetur: & ſcientiã de illo quod eſt præter hęc. Et maſſã quidem ſubſtãtię quã continet cœlũ, ſcilicet quod eſt ſub circulo lunæ, ex quatuor elementis eſt; & ſemper ex quatuor qualitatibus eorum eius accidentia permutantur, & ex hac ratione corruptibilis vocatur. Subſtantia vero cœli non niſi loco permutatur, nec multifariè formatur vel figuratur, & ob hoc eius maſſa præter hanc corruptibilem eſſe probatur. Quod autem eſt præter hæc, nec maſſam habet, nec materiam, nec accidens, ſed ſeparatum eſt à ſubſtantijs & accidentibus: hic eſt ſolus Deus benedictus & excelſus. *Ex libro fontis vitæ.* Partes omnis ſcientiæ ſunt tres, ſcilicet ſcientia de materia & forma, & ſcientia de voluntate, & ſcientia de eſſentia prima.

Item alia eiuſdem diuiſio magiſtralis.

CAP. XVIII.

AVTHOR item ſicut dicit Ariſtoteles in principio ſecundi Phyſicorum. *Nos ſumus quodammodo finis omnium.* Cum igitur in fine claudatur natura eorum quæ ordinantur ad finem, in homine intelligitur natura cuiuſlibet rei cauſatæ, tam corruptibilis propter naturam corporis, quam incorruptibilis propter naturam animæ. Vnde cum tota Philoſophia ſit propter cognitionem rerum, & proprietatem earundem, Philoſophia ab antiquis diuidebatur in Mechanicam & Liberalem.

Scientia diuiditur in liberalem & mechanicã.

MECHANICA repellit indigentias corporis, quę ſic dicitur ab effectu, quia parti cui correſpondet, & ſeruit, mæcha eſt: Mæcha enim Græcè, ſeruitus Latine. Et hæc diuiditur ſecundum diuerſa officia artis Mechanicæ, in fabrilem, pelliparam &c. Vel ſecundum aliam ſententiam, Mechanicæ dicuntur, quia in talibus antiquitus ſtudebant ſerui & ſubditi, nec licitum erat eis in liberalibus ſtudere. *Liberalis* vero philoſophia ſupplet indigentias animæ, quę pars nobilis eſt, & de iure libera, quod patet per ſui exitum per creationem ab agente nobiliſſimo, id eſt à primo. Vel ſecundum aliam ſententiam, Liberalis dicitur illa pars Philoſophiæ, quia liberat à curis ſecularibus ſtudentes in ea. Vel quia eam liberis licebat ſtudere, & non ſeruis.

Moralis philoſophia eſt practica. Eth. ca. 7.

Hæc diuiditur in Theoricam & Practicam. Practica eſt moralis philoſophia, & ſic dicitur ab effectu, quia conſiſtit in agendo, & non in ſpeculando, ſicut vult Ariſtoteles c. 10. quia non eſt contemplationis gratia, ſed quatenus boni fiamus. Itaque Mechanica & Moralis fiunt circa operationes; ſed Mechanica circa operationes corporis, moralis vero circa operationes animę. Quæ ab antiquis ſolet diuidi in Monaſticam, Oeconomicam, & Politicam: quę diuiſio datur penes habitus diuerſos, quibus mediantibus homo regit ſeipſum, vel propriam familiam, vel ciuitatem totam.

Scientia ſpeculatiua diuiditur in naturalem & rationalẽ.

THEORICA diuiditur in Naturalem & Rationalem. Naturalis autem conſiderat de rebus, quæ non ſunt à nobis, ſed à natura. Rationalis autem ſiue Sermocinalis, de eis quę principium habent à natura, ſed à nobis tamen complentur. Eſt enim de ſermone, cuius principium eſt à natura, quia à naturalibus inſtrumentis. Completio autem ſermonis eſt quod aliquid ſignificat; nam ad hoc eſt inuentus: hoc autem à nobis habet, non à natura, quia ab impoſitione noſtra datur ei ſignificatio talis, vel talis. Naturalis autem communiter dicta, diuiditur in Mathematicam, Methaphyſicam, & Naturalem proprie dictam: quia res de quibus eſt naturalis communiter dicta, aut abſtrahuntur à motu, & à materia, & ſecundum eſſe, & ſecundum eſſentiam; & de talibus agit Metaphyſica, vel prima philoſophia, quod idem eſt: Dicitur autem Metaphyſica à Meta quod eſt trãs, & phyſis, quod eſt natura; quia tranſcendit res naturales proprie dictas. Aut abſtrahuntur à materia ſecundum eſſentiam, vniuntur tamen ei ſecundum eſſe, & de talibus eſt Mathematica: Dicitur autem à Matheſis, quod eſt abſtractio, & Icos, quod eſt ſcientia, quaſi ſcientia de abſtractis. Aut concernunt motum & materiam, & ſecundum eſſe, & ſecundum eſſentiam, & de talibus eſt naturalis proprie dicta.

Natur alis triplex.

De origine ſcientiarum, & primo doctrinalium.

CAP. XIX.

ALPHARABIVS *in libro de ortu ſcientiarum.* Nihil eſt niſi ſubſtantia & accidens, & creator vtriuſque. Quicquid enim eſt creatum, Aut eſt per ſe exiſtens, & hoc eſt ſubſtantia; Aut non eſt per ſe; & hoc eſt quod vocamus accidens. Hæc diuiſio per contradictorias fit, inter quas medium nec cogitari, nec intelligi poteſt. Accidentia quidem comprehenduntur ſenſu nullo mediante; ſubſtantia vero ratione, mediante accidente. Quòd autem vtriuſque creator præter illa ſit, & largius eſſe habeat, ex ſignis euidentibus, & miraculis conuenientibus, apud peritiſſimos eſt manifeſtum.

Ens diuiditur in ſyllabam & accidens, & inde oritur omnes ſcientia.

Origo arithmetica.

Ex his igitur ortum habent omnes ſcientiæ. Nam quia ſubſtantia multiplicem recepit diuiſionem, multamque partium diuerſitatem, hinc ortus eſt numerus, qui eſt multitudo compoſita ex vnitatibus. Et quia ſubſtantia naturaliter habet diuidi in infinitum potentia, numerum quoque oportuit in infinitum eſſe potentia. Hinc igitur orta eſt ſcientia de numeris, quę dicitur Arithmetica, & eſt ſcientia multiplicandi ſubſtantiæ partes, & diuidendi, & aggregandi, & minuendi, & proportionandi ad inuicem.

Origo geometria.

Ex quo autem ſubſtantia diuidi cœpit in multas partes, accidit vnicuique illarum partium aliquam figura diſponi; & ex his quædam eſt figura rotunda, quædam triangula, quædam quadrangula, quædam vero pentagona, & ſic per ordinem. Opus igitur fuit ſcientia, per quam accederemus ad figuras, quæ continent partes illas ſubſtantię, & hæc eſt ſcientia, menſurandi, quæ dicitur Geometria. Per hanc enim ſcimus menſuras, & compoſitionem, & lineas in ſuperficiebus, & corporibus, & compoſitionem illarum inter ſe; quomodo figura proportionalis ſit alij figuræ, & figura in figura, vel ſuper figuram.

Origo aſtronomiæ

PÆTEREA ſubſtantia naturaliter mota eſt, & eius motus in tres ſpecies diuiſus eſt, in velocem, & tardum, & medium. Vnde opus fuit arte per quam ſciremus illorum motuum menſuras, & comparationes adinuicem; & hæc eſt ſcientia de motu, quę dicitur Aſtronomia. per hanc enim cognoſcimus curſus planetarum, & compoſitionem eorum in locis proprijs, directionem, retrogradationem, ſtationem, adęquationem: nec tamen ad aliquid

horum

horum valemus pertingere, nisi per duas præcedentes, sc. Arithmeticam,& Geometriam.

PORRO ex quo substantia mota fuerit,accidit ei sonus; qui in tres partes diuisus fuit, sc. acutum,& grauem,& medium. Vnde & opus fuit arte,per quam veniremus ad horum scientiam , & eorundem inter se compositionem , & hæc est scientia de sonis, quę musica dicitur. Huius vtilitas est ad reparandum mores animalium qui æqualitatem excedunt; & perficiendos decores illorum qui perfecti non sunt,& conseruandũ eos qui videntur æquales. Est etiam eius vtilitas ad salutem corporis, quia quandoque languente anima, corpus etiam quandoque infirmatur,& comeditur; & curatio fit corporis per curationem animæ. *Huius* autem scientiæ radices sunt tres, metrum,melos,gestus. Metrum quidem inuentum est ad proportionem intellectus rationalis in dictionibus . Melos autem ad proportionandas partes acuitatis & grauitatis . Et hę duę radices subiectæ sunt sensui auditus. Gestus autẽ institutus est ad confirmandum se metro, & sono motibus consimilibus , & comparationibus competentibus; & est subiectus sensui visus. Hæc igitur ars duobus præcipuis sensibus subiecta est, qui sunt visus & auditus. Et in hac complentur disciplinæ quatuor; quę dicuntur doctrinales, quia speculatorem suum docent, ac subtiliorem reddunt.

Origo musica.

Tres musicæ radices s. metrum, melos, gestus.

De origine Physicæ, & Metaphysicæ.

CAP. XX.

ITEM substantia permutatur simpliciter. Nam alia rubet, alia pallet, alia augetur, alia diminuitur, alia generatur, alia corrumpitur, & aliquando infirmatur, aliquando sanatur. Ideo opus fuit scientia, quæ hoc totum ostenderet,scilicet qualiter fiant substãtiæ permutationes, & quę sunt eius actiones nocentes, & eas pro voluntate nostra repellere, vel augere. Hæc est scientia naturalis, quæ est de actione & passione; quæ ex quatuor qualitatibus, scilicet caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate, adueniunt substantiæ quatuor elementorum : & hæc siquidem in se latissima est, & largior cęteris scientijs. In hac enim perficitur cognitio omnium accidentium substantiæ absolutę, quæ continetur sub circulo lunę , totiusque massæ illius substantiæ, cui accidit mutatio formæ secundum augmentum & decrementum. Scientia quoque substantiæ superioris, id est spærę circumuolubilis, & motus naturalis mobilis , deseruientis constitutioni mundi,secundum potentiam,& sapientiam,& voluntatem Dei benedicti, & excelsi.

IGITVR substantiæ,cuius cognitio pertinet ad sciẽtiam naturalem, massæ sunt quinque, scilicet Ignis, Aer, Aqua, Terra, Cœlum . Nam cœlum quidem sua natura mouetur, & mouet alia quatuor, ac permiscet,temperat, ac permutat: ipsum autem nec calidum nec frigidum, nec leue nec ponderosum, nec multipliciter formatur vel figuratur, nec nisi in loco permutatur : vnde massa eius præter illa quatuor esse probatur . Considerata autem eius essentia, induxit homines ad inquirendum de illa, & eius massa. Itaque de substantia cœli emersit cognitio de substantijs quę in ipso sunt, scilicet de stellis secundum equalitatem mensurarum,ac diuersitatem dispositionum earum;& hoc totum est scientia de natura. qua adepta, considerauerunt homines an haberet fortiorem, & an esset aliqua essentia non habens prius nec posterius, nec principium nec finem. Hæc igitur inquisitio fuit causa cognoscendi Deum Creatorem substantiæ & accidentis. Et hæc est scientia diuina, quæ est finis scientiarum , & perfectio earum ; nec restat post eam vlla inquisitio, quoniam ipse est finis ad quem omnis speculatio tendit, & in ipso quiescit.

Origo physica.

Origo metaphysica

De ordine scientiarum.

CAP. XXI.

HOc autem totum quod diximus adinuentum est animo speculando, lingua loquendo, narrando, interrogando,respondendo. *Itaque* principium omniũ scientiarum est scientia de lingua,id est de impositione nominum rebus, scilicet substantiæ & accidenti. *Secunda* autem est Grammaticæ, quæ est scientia ordinandi ipsa nomina de rebus imposita , & componendi orationes. *Tertia* Logica, quæ est scientia ordinandi propositiones enunciatiuas secundum figuras Logicas , ad eliciendas conclusiones, quibus peruenitur ad cognitionem dictorum , & ad iudicandum de illis, vtrum vera vel falsa sint. *Quarta* vero Poetica, quæ est scientia ornandi metra, secundum proportionem dictionum, & tempora pedum , ac numerum eorum. Eius igitur ordinatio , scientiarumque præcedentium, pertinet ad scientiam Arithmeticæ , quæ postea continuatur ei ; cæterę que sicut præordinatæ sunt.

Ordo scientiarum.

Poetica ad Arithmeticã pertinet.

QVINTILIANVS *de oratoria institutione, lib.* 1. Non sũt autem ferendi, qui artem Grammaticam vt tenuem atque ieiunam cauillantur: nisi enim fundamenta fideliter ieceris , quicquid superstruxeris corruet, necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & que vel sola ex omnium studiorum genere, plus habet operis,minus ostentationis. Plurimi autẽ ambitiosa festinatione à posterioribus incipiunt, dum ostentare discipulos circa sponsam malunt. *Richardus vbi supra.* In artibus ergo talis ordo seruandus est, prima omnium comparanda est eloquentia , & ideo expectanda est Logica. Deinde per Ethicam purificandus est oculus mentis , & sic ad Theoricam transeundum.

De via cognoscendi in qualibet arte.

CAP. XXII.

ARISTOTELES in veteri Metaphysica lib. 1. cap. 1. Sensum autem qui per oculos est, idcirco præalijs diligimus, quoniam eo nos maxime cognoscere contingit,& multas differẽtias ostendit. Fit autem ex multis memorijs vna experientia , & ex multis experimentis fit ars, & vna vniuersalis de similibus acceptio: namque magis proficere videmus expertos, sine experientia rationem habentibus: Experientia enim singularium est, ars vero vniuersalium . Actus autem & omnes generationes circa singularia sunt : non enim medicans hominem sanat, nisi secundum Platonem , aut Socratem, &c. Denique si quis sine experimento rationem habeat , & vniuersale quidem cognoscat , ignorat autem singulare, multoties peccabit in curatione . Scire tamen & cognoscere, magis arti quam experimento , arbitramur inesse. Experti enim , id est practici sciunt ipsum quia , sed propter quid nesciunt. Artifices autem ideſt theorici propter quid , id est causam cognoscunt , & omnino scientis est posse docere. ob hoc theoricam magis scientiam esse concipimus, quia theorici docere possunt, practici vero non. Nec oportet ordinari sapientem , sed ordinare; nec huic ab altero suaderi,sed ab hoc minus sapienti . Difficillimum autem est hominibus vniuersalia cognoscere ; à sensibilibus enim longissime sunt: maxime vero scibilia , priora & causæ sunt : propter hoc enim & ex his, alia cognoscuntur.

Experientia est artis origo, attamen artifex experum longe excellit.

ITEM *in lib.* 2. Sicut autem noctuarum visus ad lucem diei se habet , sic intellectus noster ad omnia naturæ manifesta . *Idem in noua lib.* 1. Illud quidem ad quod assueti fuimus , magis animo applicabile, quod autem extra illud est inconueniens , immo inopinabile . In hoc quoque scire potes quantum

facit

facit conſuetudo. Inuenies enim apologos & fabulas, propter conſuetudinem magis applicabiles animo, quam ſint ſuæ veritates: Verum in ſenſibus non eſt aliquid fixum, nec eſt poſſibile vt ſenſibilia habeant aliquem terminum communem, cum ſemper ſint in tranſmutatione. Impoſſibile autem eſt, vt aliquis addiſcat aliquid, niſi ſciat eius principia. Et omnis doctrina fit ex prioribus, aut omnibus, aut quibuſdam. *Idem in 2. lib.* Prima actio eorum qui ſcientias rerum comprehendere volunt, eſt perſcrutari de difficilibus quæſtionibus. Non enim comprehenduntur ea quæ ſunt poſt, niſi per diſſolutionem quæſtionum difficilium quæ ſunt ante. Ignorans enim vinculi nodum, nec diſſoluere poteſt, nec ligatus ire: Propoſitiones quidem vniuerſales ſunt principia omnium ſcientiarum. Item ſi quis voluerit ſcire naturas rerum, perſcrutari debet ex quibus componuntur.

Scienda ſunt principia volenti addiſcere.

Qualiter anima humana, per Philoſophiæ ſtudium & doctrinam, ab ignorantia reparatur.

Cap. XXIII.

Hvgo *in libro de anima & ſpiritu*. Anima à creatore ſuo habet principia, ex quo eſt in genere ſuo perfecta. Vnde ex quo eſt, ſciret omnia quæ ab homine ſciri poſſunt, niſi grauitas carnis eſſet. Quod per primum hominem (qui ante corruptionem humanitatis, ex quo fuit, perfectè ſcientiam habuit humanam,) probari poteſt: ſed modo corrupta humanitate, ex quo coniungitur anima carni corrumpitur, nec proprietates ſuas poteſt exercere, donec vſu & experientia, & alicuius doctrina excitata, incipit diſcernere: veluti ſi quis cum ſubtili acie oculorum in tenebroſa detrudatur, videre tamen non poteſt ibi, niſi prius aſſueſcat tenebris, & lumen accendatur.

Idem *in lib. Didaſcalicon.* 1. Anima ſiue per ſenſus ad ſenſibilia exeat, ſiue per intelligentiam ad inuiſibilia aſcendat, ad ſeipſam rerum ſimilitudines trahens regyrat, ſectaque in orbes, geminos motus glomerat. Pythagoricum namque dogma erat, ſimilia ſimilibus comprehendi. Itaque omnium capax, & rerum omnium ſimilitudine inſignita anima eſſe dicitur, & ex omnibus compoſitionem ſuſcipere, eaſque non integraliter, ſed virtualiter ac potentialiter continere: Hãc naturæ dignitatem omnes habent, ſed non omnes æquè nouerunt. Animus enim paſſionibus corporis conſopitus, & per ſenſibiles formas extra ſemetipſum abductus, oblitus eſt quid fuerit: & quia nihil aliud fuiſſe ſe meminit, nil præterquam quod videtur, eſſe credit. Reparatur autem per doctrinam, vt noſtram agnoſcamus naturam. Summum igitur in vita ſolatium eſt ſapientiæ ſtudium, quod philoſophiam primus omnium nuncupauit Pythagoras. Ipſamque philoſophiam, earum rerum quæ veræ eſſent, ſuique immutabilem ſubſtantiam ſortirentur, diſciplinam eſſe conſtituit. *Eſt autem philoſophia diſciplina, omnium rerum humanarum atque diuinarum rationes, plenè inueſtigans.*

Reparatur anima per doctrinam corruptã per peccatum.

Philoſophia quid.

De ſtudio & animo ſtudendi.

Cap. XXIV.

Aristoteles *in veteri Met. primo lib. cap.* 1. Omnes quidem homines natura ſcire deſiderant. Signum autem ſenſuum dilectio, & illius maxime, qui per oculos eſt. Hunc enim præ alijs diligimus, quia eo maxime nos cognoſcere contingit, & multas rerum differentias oſtendit. *Tullius in Rhetorica* 1. *Eſt namque ſtudium aſſidua & vehemens animi ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate, occupatio.*

Quid ſtudiũ.

Avgvstinvs *de Trinitate* 10. *lib. cap.* 1. Quia vero prorſus ignotam rem nullus amare poteſt, conſiderãdum eſt cuiuſmodi ſit amor ſtudentium, id eſt nondum ſcientium, ſed adhuc ſcire cupientium quamque doctrinam. Et in his quippe rebus, in quibus non vſitatè dicitur ſtudium, ſolent exiſtere amores ex auditu; dum cuiuſlibet pulchritudinis fama ad videndum & fruendum animus accenditur: quia generaliter nouit corporum pulchritudines, ex eo quod plurimas vidit; & ineſt intrinſecus vnde approbatur, cui forinſecus inhiatur. Quod cum fit, non rei penitus incognitæ amor excitatur, cuius genus ita notum eſt. cum autem virum bonum amamus, cuius faciem non vidimus, ex notitia virtutum amamus, quas nouimus in ipſa veritate. Ad doctrinas autem aliquas cognoſcendas, plerumque nos laudantium atque prædicantium accendit auctoritas; & tamen niſi breuiter impreſſam cuiuſque doctrinę haberemus in animo notionem, nullo ad eam diſcendam ſtudio flagraremus, quo ad eas peruenire poſſemus. *Seneca ad Lucil. Epiſtola* 48. Dociles itaque natura nos edidit, & rationem imperfectam dedit, ſed quæ perfici poſſit.

Vnde oriatur ſtudendi animus.

Quòd doctrinæ cuiuſlibet animo ſtudioſo aliquatenus impreſſa ſit eiuſdem notio.

Cap. XXV.

Avgvstin. *vbi ſupra. c.* 1. Iam ſi quiſquam neſcienti literas dicat eſſe quandam doctrinam, qua quiſque valeat, quamuis longè abſenti verba mittere manufacta in ſilentio; nonnè dum concupiſcit noſſe quod id poſſit, omni ſtudio circa illum finem mouetur, quem iam notum tenet? Sic accenduntur ſtudia diſcentium; quod enim prorſus quiſque ignorat, amare non poteſt. Ita etiam ſi quis ignotum vocabulum audiat, velut cum dicitur, Cæmentum, & ignorans quid ſit requirat; cum enim omnes literæ, omniaque ſoni ſpatia, nota ſint ei; quid amplius in eo requirit, niſi cum quia audiuit vocabulum, ſimul innotuit ſignum eſſe, moueturque ſciendi cupiditate, cuius rei ſignum ſit? Quo igitur amplius notum eſt, ſed non plene notum eſt, eo cupit animus de iſto noſſe quod reliquum eſt. Nullum enim ſignum perfectè cognoſcitur, niſi cuius rei ſignum ſit cognoſcatur. Hoc ergo, quia ardenti cura quærit vt nouerit, ſtudioque accenſus inſiſtit, non poteſt dici eſſe ſine amore, neque amare niſi nota non poteſt, neque iſtas tres ſyllabas amat, quas iam notas habet. Quid ergo amat, niſi quia nouit atque intuetur in rationibus rerum, quæ ſit pulchritudo doctrinę, qua continentur notitiæ ſignorum omnium, & quæ ſit vtilitas in ea peritia, qua inter ſe humana ſocietas ſenſa communicat, ne ſibi hominum cetus deteriores ſint quauis ſolitudine, ſi cogitationes ſuas colloquendo non miſceant? Hanc ergo ſpeciem decoram & vtilem cernit anima, & nouit, & amat; eamque in ſe perfici ſtudet, quiſquis vocum ſignificantium quæcunque ignorat inquirit. Aliud eſt enim quod eam in luce veritatis conſpicit, aliud in ſua facultate concupiſcit. Conſpicit namque in luce veritatis, quam magnum & quam bonum ſit omnes gentium linguas intelligere ac loqui, nullamque vt alienigenam audire, & à nullo ita audiri: cuius notitiæ decore motus animus, etiam vſu amplectitur quod ratione prænoſcit, eique inhiat in omni opera quam impendit conſequendæ tali facultati. Quocirca cum quis audito verbo incognito, vult noſſe quid ſit, & quærit: vtique in ſtudio diſcendi eſt: videturque amare rem incognitam, quod non ita eſt. Species namque iſta tangit animum quam nouit & cogitat, in qua elucet decus conſociandorum animorum in vocibus notis audiendis, atque reddendis; eaque accendit ſtudio quærentem quidem quod ignorat; ſed notam formam, quò id pertineat, intuentem & amantem. Quamobrem omnis amor ſtudentis animi, id eſt volentis

Amor non eſt niſi cogniti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſcire quod neſcit, non eſt amor eius rei quam neſcit, ſed eius quam ſcit, propter quam vult ſcire quod neſcit.

Quòd Curioſus à Studioſi nomine diſcernendus ſit.

Cap. XXVI.

Aut ſi quis tam curioſus eſt, vt non propter aliquam cauſam notam, ſed ſolo amore rapiatur incognita ſciendi, diſcernendus quidem eſt à ſtudioſi nomine iſte curioſus: Sed nec ipſe amat incognita, immo congruentius dicitur, odit incognita, quæ nulla eſſe vult, dum vult omnia cognita.

Seneca *ad Lucil.* Multi aperta tranſeunt, condita & obſtruſa rimantur, furem ſignata ſolicitant, vile videtur quicquid patet, aperta effractarius præterit, hos mores habet imperitiſſimus quiſque; in ſecreta irrumpere cupit, iactantiæ genus eſt nimis latere, & à conſpectu hominum ſecedere: conuocat turbam quiſquis ocio ſuo aliquam fabulam impoſuit.

Bern. *ſuper Cant. in Homel.* Scio vbi legerim, *ſcientia inflat.* Et iterum: *qui addit ſcientiam, addit & laborem*; videns quia ſcientiarum differentia eſt. Alia eſt inflans, alia contriſtans; nec dubito quin dolens tumenti præferenda ſit, quia ſanitatem quam tumor ſimulat, dolor poſtulat. Qui autem poſtulat ſaluti propinquat; quoniam qui petit accipit, non qui ſe putat aliquid ſcire. Quid autem eſt modus ſciendi, niſi vt ſcias quo ordine, quo ſtudio, quo fine quæque noſſe oporteat. Quo ordine, vt prius quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio, vt id ardentius, quod ad amorem vehementius. Quo fine, vt non ad inanem gloriam, aut curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tantum ad ædificationem tuam, & proximi. Sunt enim qui ſcire volunt eo tantum fine vt ſciant, & eſt turpis curioſitas. Alij, vt ſciantur ipſi, quos irridet fatuitas, dicens: *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter*: eſt turpis vanitas. Alij, vt ſcientiam vendant pecunia, vel honorib. & turpis quæſtus eſt. Alij, vt ædificent, & charitas eſt. Alij, vt ædificentur, & prudentia eſt. Cibus indigeſtus malos humores generat, & corpus corrumpit, non nutrit. Ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animę, quę eſt memoria, ſi decocta igne charitatis non fuerit, & ſic per quoſdam artus animæ, mores ſcilicet & actus trãsfuſa, iure reputabitur huiuſmodi ſcientia in peccatum, tanquam cibus in prauos humores noxioſque conuerſus, an non inflationes & torſiones in conſcientia ſuſtinebit huiuſmodi, ſciens bonum, & non faciens.

Quid modus ſciendi.

Quo fine ſtudendum.

Quòd tria ſtudentibus neceſſaria ſunt.

Cap. XXVII.

Hvgo *Didaſcali quarto libro*. Tria ſtudentibus neceſſaria ſũt, ſcilicet Natura, Exercitium, Diſciplina. In Natura conſideratur, vt audita facile percipiat, & percepta firmiter cuſtodiat. In Exercitio, vt labore & ſedulitate naturalem ſenſum excolat. In Diſciplina, vt laudabiliter viuens, mores cum ſcientia componat. Ad naturam itaque pertinent Ingenium & Memoria. Quæ duo ita ſibi in omni ſtudio & diſciplina cohęrent, vt vnum non proſit, ſi alterum deſit; ſicut nulla proſunt lucra vbi deeſt cuſtodia; & incaſſum receptacula munit, qui quod recondat non habuerit. Ingenium quippe ſapientiam inuenit, memoria cuſtodit. *Eſt autem memoria vis retentiua eorum, quæ ſenſibus ſuppoſita fuerint per ſe, vel etiam in imaginibus. Ingenium eſt vis quædam naturaliter animo vnita, per ſe valens.* Ingenium à natura perficitur, vſu iuuatur, immoderato labore retunditur, & exercitio temperato acuitur.

Tria ſtudentibus neceſſaria ſ natura, exercitium, diſciplina.

Ad naturam ingenium & memoria pertinent.

Memoria quid.

Ingenium quid

ngenũ exercent duo ſ. lectio & meditatio.

Ingenium exercent duo, ſcilicet lectio, & meditatio. Lectionis genus triplex eſt, ſcilicet docentis, diſcentis, per ſe inſpicientis. Dicimus enim, Lego librum illi, & Lego librum ab illo, & Lego librum. In lectione conſideranda ſunt maxime, ordo & modus.

In lectione duo ſeruanda ſc. ordo & modus.

Ordo attenditur in diſciplinis ſecundũ naturam; vt Grammatica antiquior eſt Dialectica. In libris ſecundum perſonam authoris, vel ſubiectam materiam. In narratione, ſecundum diſpoſitionem, quæ duplex eſt. Naturalis, ſcilicet quando res eo fertur ordine, quo geſta eſt. Et artificialis, quando id quod poſtea geſtum eſt, prius narratur; & quod priũs, poſtmodum. In expoſitione, ſecundum inquiſitionem, Expoſitio tria continet, ſcilicet literam, id eſt conſtructionem: ſenſum, id eſt apertam ſignificationem: ſententiam, id eſt profundiorem intelligentiam.

Modvs legendi in diuidendo conſtat. Omnis autem diuiſio incipit à finitis, & vſque ad infinita progreditur. Omne autem finitum magis notum eſt, & ſcientia comprehenſibile. Doctrina autem ab his quę ſunt magis nota incipit, vt cum ab vniuerſalibus ad particularia deſcenditur. Sicque paulatim deſcendendo, eorum quæ continentur natura inueſtigatur.

Vniuerſalia ſunt notoria.

Meditatio *eſt frequens cogitatio cum conſilio, quæ cauſam & originem, modum & vtilitatem cuiuſque rei prudenter inueſtigat.* Hęc principium ſumit à lectione, nullis tamẽ reſtringitur regulis aut præceptis lectionis. Principium ergo doctrinæ eſt in lectione, conſummatio in meditatione. Quam ſi quis familiarius amare didicerit, iucundã valde reddit vitã, & maximã in tribulatione præſtat conſolationem. Oportet autem, vt quæ in diſcendo diuiſimus, commendando memoriæ colligamus, habet namque omnis tractatio aliquod principium, cui tota rei veritas, & vis ſententiæ innititur, & ad ipſum cuncta alia referuntur, hoc quærere & conſiderare colligere eſt. Vnus fons eſt, & riuuli multi. Qui anfractus fluminum ſequeris, tene fontem, & totũ habes. Hoc idcirco dico, quia memoria hominis hebes eſt, & breuitate gaudet; & ſi in multa diuiditur, fit in ſingulis minor. Rogo ergo te ô Lector, ne nimium læteris, ſi multa legeris, ſed ſi multa intellexeris, immo ſi retinere potueris. *Conſtantinus in prima parte.* Sex autem ſunt, quæ ſcientiæ conueniunt introducendę, ſcilicet libri intentionem, eiuſdem vtilitatem, titulum, & ad quam tendit doctrinæ partem, nomen auctoris, & libri diuiſionem noſſe.

Meditatio quid.

Meditatio vitam iucundam reddit.

De ſtudij iuuamentis, & primo de Humilitate.

Cap. XXVIII.

Hvgo *vbi ſupra.* Sapiens quidam cum de modo & forma diſcendi interrogaretur, inquit:

Mens humilis, ſtudium quærendi, vita quieta:
Scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena;
Hæc referare ſolent, nonnulla obſcura legenti.

Illaudabilis quippe eſt ſcientia, quam vita maculat impudica: ideo præceptis legendi, præcepta quoque vitæ adiunxit. Principium diſciplinæ humilitas eſt, cuius tria præcipuè ad lectionem pertinent documenta, ſcilicet vt nullam ſcripturam vel ſcientiam vilem habeat; vt à nemine diſcere erubeſcat: Tertium vt cum ſcientiam adeptus fuerit, cæteros non contemnat. Multos hoc decipit, quod ante tempus ſapientes videri volunt; vnde & ſimulant quod non ſunt, & quod ſunt erubeſcunt; eoque longius à ſapientia vera recedunt, quo nõ eſſe ſapientes, ſed putari cupiũt. Huiuſmodi multos noui, qui cum primis adhuc elementis indigeant, non niſi ſummis intereſſe dignantur. Et ex hoc ſolùm ſe magnos fieri putant, ſi magnorum vel ſapientum ſcripta vel legerint, vel audierint verba, vel ab eis cogniti fuerint. Sed vtinam me nemo agnoſcat, & ego cuncta nouerim. Platonem audiſti, audias & Chriſippum. In Prouerbio dicitur. *Quod tu*

Quinque ſũt ſtudij iuuamenta.

1. *Humilitas qua eſt principium diſciplinæ cuius tria ſunt documenta.*

non

non nosti, fortassis nouit Osellus. Nemini omnia scire datum est: nec quisquam rursum, cui aliquid speciale à natura recepisse non contigerit.

PRVDENS igitur lector omnes libenter audit, omnia legit, indifferenter ab omnibus, quod sibi deesse videt, quærit; nec quantum sciat, sed quantum ignoret considerat. Hinc istud Platonicum aiunt: *Malo aliena verecundè discere, quàm mea impudenter ignorare.* Cur enim discere erubescis, & nescire non verecundaris; pudor iste maior est illo. Sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores fiunt. Si omnia legere non potes, ea, quæ sunt vtiliora lege. Etiam si omnia legere potueris, nõ tamen idem labor omnibus impendendus est. Sed quædam ita legenda sunt, ne sint incognita; quædam verò ne sint inaudita: quoniam aliquando pluris esse credimus, quod non audiuimus; & facilius æstimatur res, cuius fructus agnoscitur. Expedit etiam tibi, vt cum aliquid sapere cœperis, cæteros non contemnas. Bonus enim lector humilis esse debet & mansuetus, & à curis inanibus, & voluptatũ illecebris prorsus alienus, diligens & sedulus, vt ab omnibus libenter discat, & nunquam de scientia præsumat. Peruersi dogmatis auctores, quasi venena fugiat, diu rem pertractet, antequam iudicet; dicta sapientum intellecta diligat, & si qua fortè obscuriora reperit, non statim in vituperium prorumpat; vt nihil bonum esse credat, nisi quod ipse intelligere potuerit. Hæc est humilitas disciplinæ legentium.

Sapientior erit omnibus, qui ab omnibus vult discere.

Ex *decretis Gratiani, distinctione* 38. *cap sedulò. Augustinus in libro de catechizandis rudibus.* Sedulò monendi sunt scholastici, vt humilitate induti Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint magis morum vitia, quàm verborum deuitare; sed cordi casto linguam exercitatam, nec conferre audeant, quam etiam præferre consuerant, &c. *Item Clemens Papa, ibid. in fine distinct.* Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis, à paruulis, vel minimis eruditis, si quid fortè est vtilitatis, & salutis, inquirere negligat. *Seneca ad Lucillum in epistolis.* Quid enim stultius est, quàm quia non didiceris, non discere? Quàm diu viuas, tamdiu discendum est quemadmodum viuas.

De quatuor cæteris.

CAP. XXIX.

HVgo vbi *supra. Studium quærendi* ad exercitium pertinet. Antiqui propter amorem sapientiæ, alij calcabant honores, alij proijciebant diuitias, alij acceptis iniurijs gaudebant, alij deserta petebant, vt contemplationi liberius vacarent. Parmenides Philosophus quindecim annis in rupe Ægyptiaca consedisse legitur; & Prometheus ob immodicam meditandi curam, in monte Caucaso vulturi expositus memoratur. Quidam cuidam Philosopho ait: Nonne vides, quia te deridենt homines? Et ille ipsi. Me inquit deridենt, & eos Asini. Hanc igitur diligentiam in nostris doctoribus esse vellem, vt nunquam in eis seneſceret sapientia. Omnes penè virtutes corporis decrescunt in senibus, crescente sola sapientia. Vnde sapiens ille vir Græciæ Themistocles, cum expletis centum septem annis, se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere quòd egrederetur è vita, quando sapere cœpisset.

2. *Studiũ quærendi. Acta veterũ vt sapientiã compararet.*

In senibus crescit sapiẽtia.

VITÆ *quoque quies*, siue interior, vt mens per illicita desideria non discurrat; siue exterior, vt otium & opportunitas, honestis & vtilibus studijs suppetat, vtraque ad disciplinam pertinet. *Scrutinium* autem, id est, meditatio, ad exercitium spectat. Et studium quidem quærendi, instantiam significat operis. Scrutinium verò, diligentiam meditationis. Opus peragunt labor & amor. Consilium pariunt cura & vigilia. In labore est, vt agas; In amore vt perficias; In cura, vt prouideas;

3. *Vitæ quies.*

In vigilia, vt attendas. Istæ sunt quatuor pedissequæ portantes lecticam philologiæ, idest sedem sapientiæ. His enim suppositis gestari dicitur, quia in his se exercendo promouetur. Vnde pulchrè iuuenes propter robur, à fronte lecticam tenere dicuntur, videlicet Philos, & Cophos, id est Amor & Labor, quia foris opus peragunt. A posteriori puellæ, scilicet Philemia, & Agrimina; quod interpretatur cura & vigilia, quia intus in secreto consilium pariunt.

Quatuor sũt pedissequæ sapientiæ, sc. labor, amor, cura, & vigilia.

PARCITATEM quoque seu paupertatem sectari, maxime ad disciplinam spectat. *Pinguis enim venter*, vt dicitur, *sensum tenuem non gignit. Postremò* terra aliena posita est, quæ & ipsa quoque hominem exercet. Omnis mundus philosophantibus exilium est. Quoniam, vt ait quidam, Ouidius.

4. *Paupertas seu parcitas in cibo & potu.*

5. *Terra aliena seu patria & mundi contemptus.*

Nescio quæ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui. &c.

Magnæ virtutis principium est, vt discat paulatim exercitatus animus visibilia hæc & transitoria commutare, vt postmodum possit etiam derelinquere. Delicatus ille adhuc est, cui patria dulcis est; fortis autem est, cui iam omne solum patria dulcis est; perfectus cui mundus totus exilium est. Ille mundo amorem fixit, Iste sparsit, Hic extinxit. Ego à puero exulaui, & scio quo mœrore animus, arctum aliquãdo pauperis tugurii fundum, deserat; qua libertate postea marmoreos lares, & tecta liquata despiciat.

De his quæ studentes impediunt.

CAP. XXX.

TRia sunt quæ præcipuè legentium studiis obesse solent. Negligentia, scilicet studii: Imprudentia, scilicet ordinis & modi: Fortuna, vt paupertatis, doctorum raritatis. De primo lector admonendus est. De secundo instruendus. De tertio adimendus.

Tria sunt studij impedimenta, sc. negligentia, imprudẽtia, & fortuna.

BOETIVS *in libro de scholastica disciplina.* Non sit ergo scholaris discolus, id est à schola diuisus, per vicos & plateas, tabernasque discurrens, ac meretricum cellulas; per publica quoque spectacula, per pompas & choreas, per comessationes & publicas cœnas, oculis vagis, & effræna lingua; sed à luxuriæ feruore se studeat alienare: quam triplici membro diuidunt satyrici; Vnam consistere dicentes in ornatu, alteram in coitu, tertiam gulositatis assistricem. *Cuiuslibet* fæculentiæ rabie nouimus contumelioso coitus appetitui subiectos, laborare. Est enim meretrix, iniquitatis vita, inferni ianua, percussio scorpionis, vescarium sceleris, puteus interitus. *Huic* comessationis & ebrietatis species permutatim est annexa, tanquam causatum cum causa. Propter coitum enim fit ebrietas relatiue, nec non & cætera vitiorum genera. Vinum autem modicè quidem sumptum, intellectui videtur acumen inferre, non modicè verò potatum, rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, errorem infundit, & in furorem deijcit.

Tres luxuriæ species studium impediunt.

Tertia porro luxuriæ species, quæ ornatibus inhiat, gaudet vestium frequenti variatione, eorumque membratim sigillatione. Pectinis beneficio cæsariem polire, & calamistri tortuositate, florumque diuersitate, seriatim lasciuire: Gulam fuco perfundere, castigationi nouaculorum frequenti inhiare. Sinus aromatibus implere, gemmatis colla monilibus, Parthorumque cingulis, ventrem castigatum plebi ostendere, rostratis calceis & tabulatis incedere; collo elato, gutture inflato, supercilio mutilato, oculo impudico, incessuque fastuoso procedere, appositis quoque cibarijs omnia fastidire, & vltimò raroque scholis interesse.

LENONIS, vetularumque remotio summopere captanda est, ne dum venerit, aliquid suggerat iniquitatum, vel à mancipio extrahat permolitum; quia mancipiorum rara reperitur clementia, rariorque in agone

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cauendus cõgreſſus vetularum, & lenonum, nec facilè mancipio credendum.

conſtantia. Væ autem ſeducenti mancipio, in quo plenaria conſidit dominantis dilectio. Seruus bilinguis procul expellatur, & ipſius eminente nequitia ſtatim deponatur, licet conſanguinitate proximus exiſtat. Seruorum quippe credulitate multos ſociorum vidimus iacturam incurrere, Creditoribus adhibeatur ſumma commendatio, dieque prefixa ſemper pro poſſe debiti ſolutio. Cauendum eſt autem ne delicioſus mentem appetitus exerceat, ne lucrum eneruet; raroque fidelis adulatio. Defraudet familiaris, vt ſiniſtra viſu & auditu ebibat, quod ſcribentis dextera præmolliat. Sit paupertatis facultas munda, portio contenta, viriliter incurſus perferens, ad ſumma ſemper anhelans, omnibus obediens, famulatu prompta, ad obloquendum tarda, fidelis obſequio, dulcis integraque colloquio, cordis tumoroſitate carens.

De his qui ſtudijs inutilibus ſe occupant.

CAP. XXXI.

Studioſus debet præcipuè operam dare artibus liberalibus nõ autem artiũ appendicibus

HVgo vbi ſupra. Scholares noſtri, aut neſciunt, aut nolunt modum congruum in diſcendo ſeruare, & idcirco multos ſtudentes, paucos ſapientes inuentimus. Mihi autem videtur, non minus curandum eſſe lectori, ne in ſtudijs inutilibus operam ſuam impendat, quàm ne in bono & vtili propoſito tepidus remaneat. Malum eſt, bonum negligenter agere, Peius in vacuum multos labores expendere. Duo ſunt genera ſcripturarum. Vnum ſcilicet artium, quæ philoſophicę ſupponũtur, vt eſt Grammatica, Dialectica &c. Aliud eorum, quæ appenditia ſunt artium, & in aliqua extra philoſophiam materia verſantur, vt ſunt Carmina poetarum, Comediæ & Tragediæ, Fabulæ quoque & Hiſtoriæ. Quiſquis igitur ad ſcientiam pertingere cupit, ſi relicta veritate artium, reliquis ſe implicare voluerit, materiam laboris plurimam vel infinitam inueniet, & fructum exiguum. Quapropter mihi videtur primum operam eſſe dandam artibus, maxime ſeptem liberalibus, quæ ſunt fundamentum omnis doctrinę, & ita ſibi cohærent, alterniſque viciſſim rationibus indigent, vt ſi vel vna defuerit, cæteræ philoſophum facere non poſſunt. Deinde cætera, ſi vacant, legantur, quia plus aliquando delectare ſolent ſerijs admixta ludicra.

Studium rerum ſuperfluarum vitandum.

SENECA *ad Lucillum epiſtola.* 88. Potes & ſine liberalibus ſtudijs venire ad ſapientiam: quandocunque partem rerum humanarum diuinarumque comprehenderis, ingenti copia quęrendorum, ac diſcendorum fatigaberis. Hæc tam multa, tam magna, vt habere poſſint liberum hoſpitium, ſuperuacua ex animo tollenda ſunt; laxum ſpatium res magna deſiderat, & plus ſcire velle quàm ſatis, eſt intemperantiæ genus. Quid quòd iſta liberalium artium conſecratio moleſtos, verboſos, intempeſtiuos, ſibi placentes facit, & ideo non diſcentes neceſſaria, quia didicerunt ſuperuacua. Quatuor millia librorum Didimus Grammaticus ſcripſit, miſer eſſet ſi tam multa etiam ſuperflua legiſſet. In his libris de patria hominum quęritur, de Æneæ matre vera, & alia quæ erant dediſcenda ſi ſcires.

Didimus Grammaticus ſcripſit 4000. librorum.

IDEM *in* 48. Niſi interrogationes vaferrimas ſtruxero, & concluſione falſa à vero naſcens mendacium aſtrinxero, non potero à fugiendis petenda ſecernere. pudet me; In re tam ſeria; ſenes ludimus: Mus ſyllaba eſt, Mus autem caſeum rodit, ſyllaba ergo caſeum rodit. Puta me iſtud ſoluere non poſſe, quòd mihi ex iſta ſcientia periculum imminet; quod incommodum, ſine dubio verendum eſt. O pueriles ineptias; quid mihi luſoria iſta componis? Non eſt iocandi locus, aperta decent & ſimplicia bonitatem; etiamſi multum ſupereſſet ætatis, parcè diſpenſandum erat, vt ſufficeret neceſſariis. Nunc vero, quæ dementia eſt ſuperuacua diſcere, in tanta temporis egeſtate?

IDEM *in* 49. Quod inquit non perdidiſti habes, cornua non perdidiſti, ergo cornua habes. Non vaco ad iſtas ineptias, ingens negotium in manibus eſt. Quid agam, mors me ſequitur, vita fugit, aduerſus hoc doce me aliquid. *Varro ad Attenenſem auditorem.* Sunt quædam quæ eradenda eſſent ab animo ſcientis, quia inſerendi veri locum occupant.

De illis qui artem confundunt.

CAP. XXXII.

Artes ſunt diſtinctè & compendioſè tractandæ.

HVgo vbi ſupra. Eſt & aliquis error ſummopere vitandus. Quidam enim, licet ex his quæ legenda ſunt nihil prætermittant, nulli tamen arti quod ſuum eſt tribuere norunt, ſed in ſingulis omnes legunt. In Grammatica de ſyllogiſmorum ratione diſputant. In Dialectica caſuales inflexiones inquirunt. Et quod magis irriſione dignum eſt, in titulo penè totum librum legunt, & inceptum tertia vix lectione expediunt. Huiuſmodi non alios docent, ſed ſuam ſcientiam oſtentant. Sed vtinam quales mihi, tales omnibus apparerent. In qualibet autem arte, aliud eſt agere de arte, aliud per artem. Agere de Grammatica quibuſdam tantum conuenit, vt Priſciano, Donato, Seruio: Agere vero Grammaticæ omnibus. Cum ergo de qualibet arte agimus; maxime in docendo, vbi omnia ad compendium reſtringenda ſunt, & ad facilem intelligentiam euocanda; Non omnia dicenda ſunt quæ dicere poſſumus; ne minus vtiliter dicantur ea quæ dicere debemus. Id tandem in vnaquaque arte quęras, quod ad eam ſpecialiter pertinere conſtiterit. Denique cum artes legeris, & quid ſit vniuſcuiuſque proprium cognoueris, tunc demum rationes ſingularum conferre licebit. Noli diuerticula mulciplicare, quoaduſque ſemitas didiceris. Securus diſcurres, cum errare non timueris.

Sacra ſcriptura non leuiter explicãda pro cuiuſque voluntate.

HIERONYMVS *ad Paulinum.* Quod medicorum eſt promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus indocti doctique poëmata paſſim. Hanc garrula anus, hãc delirus ſenex, hãc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. Taceo de mei ſimilibus, qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares literas venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec ſcire dignantur quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia; quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum dicendi genus, deprauare ſententias, & ad ſacram ſcripturam trahere repugnantem; quaſi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas: ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianum, quia ſcripſerit.

Iam redyt & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto, &c.

Idem ad Pammachium, Felices inquit Fabius eſſent artes, ſi de illis artifices ſoli iudicarent.

De illis qui omnia legere volunt.

CAP. XXXIII.

Multorũ auctorum lectio eſt vitanda.

HVgo vbi ſupra. Sunt qui omnia legere volunt, ſed infinitus eſt librorum numerus. Tu noli ſequi infinita, vbi finis non eſt, nec requies; & ideo nec pax: vbi vero pax nulla eſt, Deus habitare non poteſt, quia *in pace factus eſt locus eius.*

SENECA *in Epiſtola ſecunda.* Primum argumentum compoſitę mentis exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecum morari. Illud autem vide, ne lectio multorum auctorum, & diuerſi generis voluminum, habeat aliquid vagum & inſtabile. Certis ingenijs immorari & innutriri oportet, ſi velis aliquid traherere quod in animo ſedeat fideliter. Nuſquam eſt qui vbique eſt. Non

prodeſt

prodeſt cibus nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur. Nihilque tam vtile eſt, quod in tranſitu proſit; nihil æque ſanitatem impedit, vt remediorum creb ra mutatio. Itaque diſtrahit librorum multitudo; & cum legere non poſſis quantum habueris, ſatis eſt habere quantum legas. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. *Item in* 45. Non refert quam multos libros, ſed quàm bonos; lectio certa prodeſt, varia delectat.

VARRO *ad Them.* Sic multi libros deguſtant, vt conuiuæ delicias; ſed cito tranſcurſa, citius labuntur. Renuit philoſophia faſtidientem ſtomachum; ad ſimplicem cænam hilarem inuitat conuiuam. Multum intereſt vtrum rem ipſam, an libros inſpicias. Libri non niſi ſcientiarum paupercula monimenta ſunt; principia inquirendorũ continent, vt ab his negotiandi principia ſumat animus. Gaudet natura varietate. Omnia quidem noſſe eſt impoſſibile, pauca vero non laudabile. *Bernardus Clareuallenſis.* Multitudo rerum, & temporis breuitas, non patiuntur omnia comprehendi.

De his qui legunt vel audiunt ea quæ ſtatui ſuo non congruunt.

CAP. XXXIIII.

Monachi ſtudio Philoſophiæ nõ debent ſe immiſcere.

HVgo *vbi ſupra.* Cæterum liber non eſt à culpa, qui alienum vſurpat officium. Si monachus es, quid facis in turba? ſi amas ſilentium, cur clamantibus aſſidue intereſſe delectat? tu ſemper ieiunijs & fletibus inſiſtere debes, & philoſophari quæris? Simplicitas Monachi philoſophia eſt. Sed docere inquit alios volo: non eſt tuum docere, ſed plangere. Si tamen doctor eſſe deſideras, audi quid facias. Vilitas habitus tui, & ſimplicitas vultus, & innocentia vitæ, & ſanctitas conuerſationis tuæ, docere debent homines: melius fugiendo mundum doces, quàm ſequendo.

Prohibentur monachi exire ad legendum Phyſicã aut leges.

IN *Decretalibus* 3. *libro, vltimo titulo, Alexander* 3. *c. non magnopere.* Nullus omnino poſt votum religionis, poſt factam in aliquo loco profeſſionem, ad phyſicam, legeſue mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierint, & ad clauſtrum infra duorum menſium ſpatium non redierint, ſicut excommunicati ab omnibus habeantur, & euitentur; & in cauſa nulla, ſi patrocinium voluerint preſtare, audiantur. Reuerſi autem, in choro, capitulo; menſa, & cæteris, vltimi fratrum exiſtant, & (niſi forte ex licentia ſedis Apoſtolicæ,) totius ſpem promotionis amittant.

ITEM *Honorius tertius. c. ſuper ſpecula. Contra religioſas perſonas exeuntes ad audiendas leges, vel phyſicam.* Nos volentes vt decętero ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant diſt. præ. mandamus quatemus à diœceſanis, & epiſcopis ipſorum, quàm à cæteris epiſcopis in quorum diœceſibus ſtudent, monachi tales excommunicati publicentur. Quia vero Theologiæ ſtudium cupimus ampliari, ad Archidiaconos, Decanos. Plebanos, Præpoſitos, Præcentores, & alios clericos Perſonatus habentes, nec non presbyteros (niſi ab his infra ſpatium proſcriptum deſtiterint) hoc extendi volumus, & mandamus etiam Apoſt. poteſtate firmiter obſeruari.

BEDA *ſuper Parabolas lib. primo.* Soli quoque conceditur hæreticorum libros legere, qui adeo ſolidatus eſt in fide catholica, vt nequeat ſeparari labiorum dulcedine, vel aſtutia. *Gratianus in decretis.* 1. *parte, diſt.* xxxvij. Legitur in concilio Carthag. 4. Epiſcopus libros gentilium non legat; hæreticorum autem legat, aut pro neceſſitate, aut pro tempore.

ITEM *Hieronymus ad Damaſum Papam, de prodigo filio.* Sacerdotes Dei videmus omiſſis Euangeliis & Prophetis, comœdias legere, amatoria bucolicorum verſuum verba cantare, tenere Virgilium; & id quod in pueris eſt cauſa neceſſitatis, crimen in ſe facere voluptatis. Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur; qui Phyſicus perſcrutator, oculos trans cœlum eleuat, & vltra profundum terrarum & abyſſi, in quoddam mare demergitur? *Item Rabanus de Eccleſiaſticis preſſuris.* Legimus de bono Hieronymo; Quod cum legeret libros Ciceronis ab angelo correctus eſt.

De ſæcularibus literis, ad eruditionem, non ad voluptatem legendis.

CAP. XXXV.

SED contra legitur etiam, quod Moyſes & Daniel omni ſcientia Ægyptiorum & Chaldæorum eruditi fuerint. Legitur etiam, quod præcepit Dominus filijs Iſrael vt ſpoliarent Ægyptios auro & argento; moraliter inſtruens, vt ſiue aurum ſapientiæ, ſiue argẽtum eloquentiæ, apud Poëtas inuenerimus, in vſus ſalutiferæ eruditionis vertamus. In Leuitico etiam, primitias mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ domino iubemur offerre.

HINC *etiam Beda in libro Regum ait.* Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis ſecularibus omni modo exiſtimat prohibendos. In quibus ſimul ſi qua inueniuntur vtilia, quaſi ſua ſumere licet; alioquin Moyſes & Daniel, ſapientia & literis Ægyptiorum & Chaldęorum non paterentur eruditi; quorum tamen ſuperſtitiones & delicias, & alias deliriationes horrebant: Nec ipſe magiſter gentium, aliquot verſus poetarum, ſuis vel ſcriptis indidiſſet, vel dictis. Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed ſæculares literas quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & ornatu verborum delectati. Quidam verò eas ad eruditionem addiſcunt, vt errores gentilium legendo deteſtentur, & vtilia quæ in eis inuenerint, ad vſum ſacræ eruditionis deuoti mutant: tales laudabiliter ſeculares literas addiſcunt. *Vnde beatus Gregor.* quendam epiſcopum non reprehendit quia eas didicerat, ſed quia contra epiſcopale officium, pro lectione Euangelica Grammaticã populo exponebat. *Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucã.* Legimus aliqua ne ignoremus, legimus alia, non vt teneamus, ſed vt repudiemus.

Seculares literæ ad vſũ ſacræ doctrinæ legendæ, non ob voluptatem.

ITEM *Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum.* Si quis Grammaticam artem nouit, vel Dialecticam, vt rectè loquendi rationem habeat, & vera & falſa dijudicet, non improbamus. Geometria autem & Arithmetica habent in ſua ſcientia veritatem, ſed illa non eſt ſcientia pietatis. Scientia autem pietatis eſt, Noſſe legem, & ſacras ſcriptuaas, & intelligere Prophetias: In Euangelio credere, Apoſtolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina poteſt etiam proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.

Geometria & Arithmetica non ſunt ſcientiæ pietatis.

IDEM. Qui de menſa & vino regis nolunt comedere ne polluantur, vtique ſi ſapientiam atque doctrinam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum, nunquam acquieſcerent diſcere quod non licebat: diſcunt autem, non vt ſequantur, ſed vt iudicent atque conuincant. Quoniam ſi quiſpiam aduerſum Mathematicos velit ſcribere, imperitus Matheſeos, riſui patebit. Et ſimiliter aduerſus Philoſophos diſputans, ſi ignorat dogmata Philoſophorum. Diſcat ergo ea mente doctrinam Chaldaicam, qua Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorum didicerat.

ITEM, ſi quando cogimur ſecularium literarũ recordari & aliqua ex his diſcere quæ olim omiſimus, non eſt noſtræ voluntatis, ſed vt ita dicam, grauiſſimę neceſſitatis; vt probemus ea quæ à ſanctis Prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium literis contineri.

ITEM *Auguſtinus contra Manichæos.* Si quid veri de Deo *Sybilla, vel Orpheus, alijue gentium* vates, aut philo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Valèt prædictiones Sybillarii contra Paganos, quãuis in se nullius sint authoritatis

sophi prædixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem complectendam: quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum, & confessionem Dæmonum; tantum inter curiositatem sacrilegarum scripturarum, & auctoritatem Prophetarum.

ITEM *Clemens Papa.* Cum enim de diuinis scripturis integram quisquam & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ forte à pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat; ita tamen quodvbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

ISIDORVS, *in libro Sententiarum.* Ideo prohibentur Christianis poetarum figmenta legere, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim solum thura offerendo dæmonibus immolant, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

De diuersorum doctorum floribus excerpendis.

CAP. XXXVI.

Flores scriptorum sunt carpendi.

Simile.

SENECA *Epistola.* 84. Alit lectio ingenium studio fatigatum, non tamen sine studio reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus: altera res contristabit vires, & exhauriet (de stilo dico) altera soluet, & diluet: Inuicem hoc & illo commeandum est, & alterum altero temperandum, vt quicquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus. Apes enim imitari debemus, quę vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt; deinde quicquid attulerint disponunt, ac per fauos digerunt, sic & nos debemus, quæcunque ex diuersa lectione congessimus, separare. Deinde adhibita ingenii nostri facultate, in vnum saporem varia illa libamenta confundere. Talem animum nostrum esse volo, vt multæ in illo artes, multa præcepta, multarum ætatum exempla sint in vnum conspirata.

HIERONYMVS *contra Vigilantium.* Operis mei & studij est multos legere, vt ex plurimis diuersos flores carpam. *Idem ad Pammachium.* Qui objcit mihi Origenem, objciat etiam cur hominem Iudæum habuerim præceptorem, cum ego miro odio auersrim circumcisionem. Libros quidem Origenis congregaui; & ideo errores eius non sequor, quia scio omnia quæ dixit: atque vtinam omnium tractatuum haberem volumina, vt tarditatem ingenij eruditionis diligentia compensarem.

De magistris audiendis, & reuerendis.

CAP. XXXVII

Difficile est addiscere sine magistro.

HIeronymus *ad Paulinum.* Habet autem nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures discipuli, de auctoris ore transfusa, fortius sonat, In Actibus Apostolorum sanctus Eunchus, immo vir (sic enim eum sancta scriptura cognominat) cum legeret Isayam prophetam, interrogatus à Philippo; *Putasne intelligis quæ legis? Respondit. Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit?* Ad minores artes veniam, & quæ tam lingua, quam manu administrantur. Agricolę cæmentarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarii quoque, & fullones, & cæteri qui variam supellectilem & vilia opuscula fabricant, absque doctore assequi non possunt quod cupiunt.

Discipuli subiectio in tribus consistit.

BOETIVS *vbi supra.* Qui non nouit subijci, non noscet magistrari; miserumque est fieri magistrum, qui nunquam nouit se esse discipulum. Debet autem discipuli subiectio in tribus consistere; scilicet vt sit attentus ad audiendum, docilis ad intelligendum, beneuolus ad retinendum. Malo quidem balbutientis magistri, licet tædioso fructu deliniti, quàm seducentis cæcitatis dulcore gloriari. Sit ergo discipuli summa magistratui subiectio, sit exercitij attentio, beneuolentia animi, docilitas ingenii, luxuriæ quoque specierũ euitatio, & felicis constantiæ debita professio. Magistro subiici gaudeat, eumque metuendo diligat, & eius mansioni, si fieri potest, cohabitando se inserat; vt cum locus fuerit, ad eum inquirendum recurrat.

Vtilis cohabitatio cum magistro.

VARRO *vbi supra.* Illum autem elige eruditorem, quem magis mireris in suis, quàm in alienis. Non tam laudabile est meminisse; hoc enim alienum est, illud proprij muneris est. Nil magnificum docebit, qui à se nil didicit. Falsoquè magistri nuncupantur auditorum narratores; sic igitur audiendi sunt, vt qui rumores recensent. Elucentissimum autem est edocendi genus, exemplorum subductio.

Magister debet ex propriis proferre.

QVINTILIANVS 2. *lib.* Non autem id quidem æstimandum est, cuius quisque ætatis sit, sed quantum in studiis iam effecerit. Vt præceptorum officium est docere, sic discipulorum præbere se dociles; alioquin neutrum sine altero sufficiet: Sicut frustrà sparguntur semina, nisi antea permollitus fuerit sulcus; ita scientia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipientisque concordia.

De his qui ad magisterium accedunt.

CAP. XXXVIII

Scholaris adiungat sibi socium in studiis, & constantiam.

BOetius *vbi supra.* Iam verò discipulus cum ad perfectionem tendere teneatur, perfectionis effectiuam causam, vtpote continuitatis constantiam, prout facultas tulerit, menti studeat imprimere. Quid enim constantia lucidius, quid inconstantia nequius. Prima parit, secunda destruit; prima procedit, secunda retrocedit; prima colligit, secunda vero collecta dissoluit. Prudens scholaris semper aliquo consorte gaudeat, cui propriam conscientiam detegere valeat, qui nubila fortuna diligentec subueniat, morboquè ingruente sedulum se exhibeat, & si tetra caligo mortis affuerit, superstes facultates disponat. Si vero viuus euadat, possit ab eo pasci, sustẽtari, procurari, cõsolari. Vigẽte quoque valetudine libellis gaudeãt permutatim, quęstiunculis certatim, & commendabili recordatione gradatim, catligationis felicitate conuersim. Et sic inter eos mutuæ dilectionis integritas permaneat, vt primæui temporis ros instillans, in medio inundans, siue verè inebrians existat.

Quinque ab aspirante ad magisterii curanda.

DENIQVE bonæ indolis iuuenis, qui ad magistratus honorem accedere cupit; *primo* quidem oportet, vt quæ ad tanti nominis recurrentiam pertineant, sciat; scitaque exprimere noscat, nec scriptorum commissioni totaliter se committat. *Secũdum*, vt librorum copiam exercitationi suæ conquirat, quatenus cum opus fuerit, eos consulat; nec omnino credat, sicut Nigrius, qui Montani magistri sui sententiis intantum confisus est, quòd omne verbum, ab ipsius ore progressum, quaternulis exarabat, & tanquam sacrum existimans, nihil aliud, magisterij vicem obtinens, in scholis prædicabat. Vnde multoties pudore confusus, concluſus abibat. Miserrimi quippe ingenii est, semper inuentis vti, & nunquam inueniendis: stultius autem omnino magistri confidere sententiis. Sed primo quidem fidendum est, donec videatur quid sentiat. Deinde fingendum ipsum erraſſe, docendo si forte inueniatur, quod commissæ obiiciat sedulitati. *Tertio* vt aliquos habeat secretò quos doceat, eisque libros legat, aliisque eos rudimentis informet; vt sic intellecta sciat, & scita exprimere noscat, expressione vsum comparet, vsuque magisterium propinet: alios nãque docere, est propriè facultas industriæ. *Quarto* vt hos alioſque sibi alliciat, quatenus cum magistrandi oportunitas fuerit, eorum intrinseco aspectu gaudeat. Quid enim turpius, quàm incæptionis primo tempore solus destitui? Quintò vt quorum gratia & fauore coronandus est

Non oportet solis dictis Magistri inniti.

Docere alios est vtile discenti.

illorum

illorum Peripateticè scholas obambulet, & curialiter opponat; proteruientem acriter remordeat, diligentiusquè pro tempore respondeat; ne si muta fuerit voluntas, imputetur cæcitati, vel arroganti temeritati.

De his qui hoc officium assecuti iam exequi volunt.

CAP. XXXIX.

Qualitates magistri.

QVicunque autem officium illud prosequi desiderat, vniuersa morum honestate oportet vt polleat; in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis; constans in vultu, pius in affatu, virtutibus insignis, bonitate laudabilis existat. Præter hæc etiam esse tenetur eruditus, mansuetus, rigidus, antiquus; quia prius oportet vt addiscat, quàm doceat. Mansuetus autem, vt quando necesse est, discipulorum elationem pati sciat. Rigidus, vt erroris vindictam imponat, sophistarum lites dissoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, proteruientes corripiat. Antiquus vero non annis, sed perpetua scientia. Quod si vtraque fuerit conditio, sanior erit. Valde autem absurdum est & iniquum, vt imperiti peritis, nouelli antiquis, rudes præferantur emeritis.

Magister nõ debet esse negligens aut arrogans.

Non sit autem negligens; quia sicut in vnoquoque opere mater inuenitur constantia; sic vniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est negligentia. Neque vero sit arrogans; quoniam & viuax pauperum scintillula, magistrantis extinguitur arrogantia; & diuitibus aufertur discendi voluntas, quia nunquam fideliter instruxit arrogantis sedulitas. Nam & in fastigio simplices despiciunt, & quod sciunt, humiliter docere contemnunt: nec in datorem scientiæ causam referunt, sed in se propriam excellentiam respiciunt.

Cum autem legendi causa scholas intrauerit, extrinsecus assumpto rigore, considerandum est, vt auroræ tempore continuè submissa voce incipiat, ore rotundo mediocriter ascendendo; neminem verò (nisi maxima necessitas vrgeat) expectando; quia si quos vltra debitum expectauerit, hos quidem tepore pigritię confundet, iræque rancore se communet. Si vero primo tempore discentium copiam non habuerit, non ideo tepescat, nec spe deposita euanescat. Sed tanto studiis acrius insistat, seque in conflictu strenuè probet: vt sic, licet cum paucis, honorem contingat: paucorum enim consortio, multos destitutos, profunditatis studio vigente, frequenter strenue vidimus intitulari. Pietatis autem ambitu scholarum rector delinitus, discipulorum corda in paupertate degentium, studioseque discentium, mulcere tenetur; videlicet cibariis, calceis, vestibus saltem tritis (si facultas suppetat) cæterisque donatiuis. *Quintilianus. li.* 1. Optimus quisque præceptor frequentia gaudet, & maiore se theatro dignum putat.

Commẽdatur pietas & liberalitas in magistro.

De interiori magisterio veritatis.

CAP. XL.

Lumen naturale est proprius veritatis magister inquantum deriuatur à lumine rationis aternæ.

AVgustinus *in libro de magistro.* Quis autẽ filium in scholã mittit, vt quid magister cogitet, discat ac istas omnes disciplinas, quas magistri docere proficentur, cum quæ verbis explicuerint, discipuli vtrum vera dicta sint, apud semetipsos considerant, interiorem scilicet veritatem pro viribus iutuentes? Falluntur autem, vt eos qui non sunt, magistros vocent: quia plerunque inter tempus locutionis, & tempus cogitationis, nulla mora interponitur: Et quoniam post admonitionem sermocinantis, cito intus discunt quod foris se ab eo qui admonuit didicisse arbitrantur. Nos autem intelligamus, quàm vere scriptum sit auctoritate diuina. *Ne vobis quenquam magistrum dicamus in terris, & quòd vnus omnium magister est in cœlis.* Quid autem sit in cœlis docebit ipse, à quo & per homines signis admonemur, vt ad eum intro conuersi, erudiamur: quẽ diligere & nosse vita beata est.

Idem *in libro* 1. *retractationum.* In libro quidem soliloquiorum dixi, quòd disciplinis liberalibus eruditi, illas in se obliuione obrutas eruunt, quodãmodo refodiunt: hoc autem nunc improbo: credibilius enim est idcirco vera respõdere de quibusdam disciplinis imperitos earum; quia præsens est eis, quantum id capere possunt, lumen æternæ rationis, vbi hæc immutabilia vera conspiciunt; non quòd ea aliquando nouerunt, & obliti sint; quod Platoni, vel talibus visum est: contra quorum opinionem in libro 15. de Trinitate disserui, quantum occasio dabat operi. *Auctor* De hoc superius habitum est 12. libro, vbi actum est de Anima, capitulo de scientia & sapientia.

De eruditione puerorum.

CAP. XLI.

Difficile est ignorantiam congenitam propellere.

AVgustinus *de ciuitate Dei,* 22. *lib.* Quis autem ignorat cum quanta ignorantia veritatis, quæ iam in infantibus manifesta est, homo in vitam veniat? Sed diuina gubernatione non omnino deserente damnatos, contra tenebras istas, cum quibus nascimur, vigilat eruditio, plena tamen & ipsa laboris, ac doloris. Quid enim sibi volunt multimodæ formidines, quæ paruulis adhibentur? Quid pedagogi, quid magistri, quid ferulæ, quid virgæ, quid aliæ pueriles pœnæ, sine quibus disci non potest quod maiores volunt, qui vix aliquid inutiliter volunt? Quid his pœnis agitur, nisi vt imperitia debelletur, & praua cupiditas infrenetur, cum quibus malis in hoc seculo viuimus? Quid est enim, quod cum labore meminimus, sine labore obliuiscimur? Cum labore discimus, sine labore nescimus: Cum labore strenui, sine labore inertes sumus. Nonnè hinc apparet quãto velut pondere suo procliuis & prona sit vitiosa natura, & quanta ope, vt hinc liberetur, indigeat. Desidia, segnitia, pigritia, negligentia, vitia sũt vtique, quibus labor fugitur, cum labor etiam ipse, qui est vtilis, pœna sit:

Ætas inuenilis instruenda citra seueritatem.

VARRO *vbi supra.* Sapiunt vasa quicquid primũ acceperint; sic est de infantibus. Canale vero fissum est auris, quæ accepta memoriæ non commendat. *Quintilianus vbi supra.* Vtinam verò liberorum nostrorum mores, nòn ipsi perderemus; infantiam statim deliciis soluimus; mollis educatio (quam indulgentiam vocamus) neruos omnes mentis & corporis frangit: Ætas igitur hominis tunc maximè formanda est, cum simulandi nescia est, & percipientibus facillimè cedit; frangas enim citius quàm corrigas, quæ in prauum deruerunt. *Idem in libr. secundo.* Ingenia tamen puerorum nimia emendationis seueritate deficiunt, nam & desperant & dolent, & nouissimè oderunt, quod maxime nocet; dum omnia timent, nihil conantur.

De libris, & auctoritatibus eorum.

CAP. XLII.

Interpretatio vocabulorũ ad libros pertinentium.

ISidorus *libro sexto.* Codex multorum est: Liber vnius voluminis: Et dicitur Codex per translationem à corticibus arborum, seu vitium quasi Caudex, quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat. Liber est interior tunica corticis, quæ ligno cohæret. Vnde & Liber dicitur in quo scribimus, quia ante vsum chartæ vel membranarum, de Libris arborum volumina fiebant, idest compaginabantur. Vnde scriptores à Libris arborum Librarios, antea Bibliopolas dictos. Librum enim Græci Biblium vocant. Folia autem librorum appellata, siue ex similitudine foliorum arborum, vel quia ex follibus fiunt, id est pellibus quæ de occisis pecudibus detrahi solent

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cuius partes paginæ dicuntur, eo quòd sibiinuicem cõpaginantur. Versus autem vulgo vocati; quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra: à sinistra enim ad dexteram primum ducebant stilum, deinde conuertebatur ab inferiori, & rursus ad dexteram versus.

Qui primũ libros introduxerunt, & bibliothecas instituerunt

Romæ primus librorum copiam aduexit Æmilius Paulus Persa, Macedonum Rege deuicto: Deinde Lucullus e Pontica pręda, post hos Cæsar dedit Marco Varroni negotium, eumque maxime prefecit bibliothecæ construendæ. Primum autem Romæ bibliothecas publicauit Pollio, Græcas simul, atque Latinas, additis authorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat. Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Cęsariensis conscripsit, Pisistratum in sacræ bibliothecæ studio primus adæquare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope 30. voluminum millia habuit. Hieronymus atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quærentes, ordine prosecuti sunt; eorumque studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt. Marcus Terrentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Græcos quoque Calciterus miris attollitur laudibus, quòd tantos libros ediderit, quantos quisquè nostrum scribere propria manu vix possit; De nostris quoque apud Græcos Origenes, in scripturarum labore, tam Græcos quàm Latinos, operum suorum numero superauit. Denique Hieronymus sex millia librorum eius legisse fatetur. Horum tamen omnium studia, Augustinus ingenio vel scientia sua vicit; nam tanta scripsit, vt diebus ac noctibus, non solum scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

Aug. in numero librorũ omnes excedit.

De diuersis generibus opusculorum.

CAP. XLIII.

Tria opusculorum genera. Exponuntur vocabula ad libros spectãtia.

Opusculorum genera dicuntur esse tria. *Primum* genus excerpta sunt, quæ Græcè Scholia nuncupantur, in quibus ea quæ videntur obscura vel difficilia, summatim ac breuiter perstringuntur. *Secundum* genus Homiliæ sunt, quas Latini verbum appellant quæ proferuntur in populis. *Tertium* Tomi, quos nos libros vel volumina vocamus. Homeliæ autem ad vulgus loquuntur. Tomi verò, id est, libri, maioris sunt disputationis. *Dialogus* est disputatio vel collatio duorum, vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. *Sermo* autem dictus est, quia inter vtrumque seritur. *Tractatus* est vnius rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa sentiendi, contractando secum. *Commentaria* dicta sunt, quasi cum mente; sunt enim interpretationes, vt commenta iuris, commenta Euangelij. *Apologeticum* est excusatio, in quo solent quidam accusatoribus respondere. *Panagericum* est licentiosum & lasciuiosum genus dicendi in laudibus Regum, in cuius compositione homines multis mẽdacijs adulantur. *Fastorum libri* sunt in quibus Reges vel Consules scribuntur, à Fascibus dicti, id est, potestatibus. Vnde & Ouidij libri Fastorum dicuntur, quia dè Regibus & Consulibus editi sunt. *Proœmium* est initium dicendi, quod apud nos præfatio nuncupatur, quasi prolocutio. *Præcepta* sunt quæ quid faciendum, aut quid non faciendum docent. Primus autem præcepta apud Hebræos Moyses scripsit. Apud Latinos verò Marcus vates primus præcepta composuit, ex quibus est illud: *Postremus dicas, primus taceas. Parabola* alicuius rei per se similitudinem gerit: quod licet sit vocabulum Græcum, iam tamen pro Latino vsurpatur. *Problemata*, quæ Latinè appellantur propositiones, Quæstiones sunt, habentes aliquid quod disputatione soluendum sit. *Quæstio* autem est cum quæritur, an sit, quid sit, quale sit. *Argumentum*, dictum quasi argutum inuentùm, ad probandas res. *Epistolam* propriè Græci vocant, quod interpretatur Latinè Missa. Ante chartæ enim & membranarum vsum, in dolatis ex ligno codicellis, epistolarum alloquia scribebantur. Vnde & portitores earum, Tabellarios vocauerunt.

Tabellarij vnde dicti.

De diuersitate Linguarum ac Idiomatum.

CAP. XLIV.

Augustinus de ciuitate Dei, 19. libro. Est inter miserias huius vitæ linguarum diuersitas, quæ hominem alienat ab homine. Nam si duo aliqua necessitate simul esse cogantur, quorum neuter linguam nouit alterius, nihil prodest ad eos associandos tanta similitudo naturę; ita vt libentius sit homo cum cane suo, quàm cum homine alieno.

Linguarum diuersitas est magna miseria:

Isidorvs *in lib. Ety. 9.* Diuersitas linguarum exorta est in ædificatione turris post diluuium, cuius superbia societatem humanam diuisit. Nam omnium antea nationem vna lingua, scilicet Hebræa fuit, qua Patriarchę & Prophetæ vsi sunt, non solum in sermonibus suis, verumetiam in literis sacris. Fuerunt autem ex tribus filijs Noë gentes 73. scilicet 15. de Iaphet, 31 de Cam, 27. de Sem, totidemque linguæ, quę per terras esse cœperunt, quæque crescendo prouincias & insulas impleuerunt. Et primò quidem, quot gentes fuerunt, tot linguæ. Deinde verò ex vna lingua plures sunt gentes exortę. Linguas autem nunc accipimus pro verbis, eo modo quo id efficitur, per id quod efficit, nominatur, sicut os solet dici pro verbis, & manus pro literis. Tres autem sunt literæ sacræ, quę maximè toto orbe excellunt, scilicet Hebræa, Græca, Latina. Vnde & propter scripturarum obscuritatem, harum cognitio est necessaria, vt si qua dubitatio nominis aut interpretationis in vnius linguæ sermone oriatur, ad alteram recurratur. Et Græca quidem, inter cęteras gentium linguas, habetur clarior: nam & Latinis & omnibus est sonantior. *Huius* varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur Cenedo, id est mixta, siue communis, qua omnes vtuntur. Secunda Attica, qua vsi sunt authores Græci. Tertia Dorica, quam habent Ægyptij, & Syrici. Quarta Ionica. Quinta Colica. Latinas quoque linguas quatuor esse quidam dixerunt, id est, Priscam, Latinam, Romanam, Mixtam. Omnes quidem orientis gentes in gutture linguam & verba collidunt, sicut Hebręi, & Syri. Omnes autem mediterraneæ, sermones in palato feriunt, vt Greci & Asiani. Omnes autem occidentales, verba in dentibus frangunt, vt Italici, & Hispani. Syrus & Chaldæus in sermone vicinus est Hebræo, in plerisque consonans ex literarum sono. Omnem autem linguam homo quilibet, aut audiendo tenere potest, aut legendo ex præceptore accipere. Cumque linguarum omnium scientia cuiquam difficilis sit, nemo tamen tam desidiosus est, vt gentis suę linguam nesciat, alioquin brutis animalibus deterior est: nam & illa propriæ vocis clamorem exprimunt, iste propriæ linguæ notitia caret.

Ante diluuium lingua Hebræa erat communis.

Tres linguæ præcipuæ.

Quinque linguæ Græcæ varietates, & quatuor Latinæ.

De scientia linguæ, & partibus eius.

CAP. XLV.

Alpharabius in libro de diuisione scientiarum. Scientia linguæ omnium naturaliter prima est, quæ in duo diuiditur, scilicet in scientiam considerandi & obseruandi quid vnaquæque dictio significet apud gentem illam cuius est lingua, & in scientiam obseruandi regulas illarum dictionum. Dictionum enim significantium in omni lingua, Aliæ sunt simplices, Alię compositæ. Simplicium, alię proprię, vt Socrates; alię communes, vt Homo. Communium autem, aliæ sunt rerum nomina; aliæ aliarum propria quæ accidunt, vt Nomini genus & numerus; Verbo modus & tempus, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Scientia linguæ diuiditur in ſeptem partes.

IGITVR ſcientia Linguæ diuiditur apud omnes gentes in ſeptem partes. *Prima* eſt ſcientia dictionum ſimplicium, quid ſc. ſignificet vnaquęque; quod genus, ſpecies, vel aliud huiuſmodi. *Secunda* eſt dictionum compoſitarum, ſiue orationum, quibus apud illam gentem vtuntur oratores, vel verſificatores, ſiue ſapientiores apud eos. *Tertia* eſt ſcientia regularum de dictionibus ſimplicibus, quæ ſcilicet inquirit de prolatione literarum, & numero earum; & de vocalibus, & non vocalibus. De literis quoque, quæ ſibi coniungantur in ſyllabam; & de Syllabis, quæ cui coniungãtur ad conſtituendum dictionem; & cum hoc docet, quæ cum qua dictione ordinetur in orationem. *Quinta* eſt ſcientia regularum ad rectè ſcribendum, & dicitur Orthographia, quæ docet quę litera cum qua ſcribi debeat, & quæ non. *Sexta* eſt ſcientia regularum ad rectè loquendum; & docet diſtinctiones, ſubdiſtinctiones, & accentus graues, & acutos, & circũflexos. *Septima* eſt ſcientia regularum ad verſificandum; & hæc docet quæ ſyllaba longa, quæ breuis: poA ſtea de pedibus & menſuris; deinde de varijs metrorum generibus. Metrorum autem varietatem facit numerus, vel diuerſitas pedum, & appellatur à nomine pedis, vel inuentoris.

AVCTOR. Nota quòd Alpharabiushic, ſub ſcientia linguæ Grammaticam comprehẽdit. Superius autem in libro de ortu ſcientiarum dicit, quod ſcientia linguę
B Grammaticampræcedit. Itaque quod ad linguæ ſcientiam attinet, longum vtique nimis eſſet, immo opus imbecillitatis noſtræ viribus penitus impoſſibile, vocabulorum omnium in omnibus linguis origines, atque ſignificationes exponere. Paucorum verò, quæ frequenter in ſcripturis incidunt, nec ſatis omnibus nota ſunt, tam ex Papiæ, quàm aliorum libris, ſignificationes, plerumque etiã & origines, ſtuduimus excerpere, operiq́ue præſenti inſerere. Præcipuè verò
C Latinorum, atque Græcorum. Habent enim Hebraica per ſe volumen ſuum; illa quidem quæ in ſacra ſcriptura continentur. De cæteris ergo iuxta ordinem alphabeti, pauca breuiter proſequamur.

BREVE VOCABVLARIVM.

De vocabulis, quæ incipiunt per A.

CAP. XLVI.

ABauus, pater aui.
Abiegna, ligna abietis.
Abietarius, lignarius.
Abigeus, ab abigo, gis, eſt fur iumẽtorum, vel qui alienum ſeruum ſeducit.
Abiugare, id eſt, diuidere, abolere.
Abolere. i. delere, obliuiſci.
Abra, ancilla.
Abrotanum, genus herbæ.
Abſcire. i. de memoria exire.
Abſenſio, deuiatio.
Abſida, vel abſis Græcè, lucida Latinè interpretatur, & eſt latus ædificij, qui à lumine recepto per arcum reſplendet.
Abſinthium, herba quędam amariſſima.
Abſthemius, abſtinens a temeto, id eſt, vino.
Achalantia, vel achalantis auis, quæ & carduelis dicitur.
Acharis, ſine gratia, vanus.
Achantus, flos, herba qua veſtis inficitur.
Acephali, genus hæreticorum ſine capite.
Acer, ſpecies ligni.
Aciare, ferrum durum.
Acediari, indignari, ſtomachari.
Acedè, id eſt, tædiosè, indignanter.
Accingi, id eſt, præparari, armari.
Accire, vocare.
Acetabulum, quia acetum fert.
Accola, vicinus, vel nouus cultor, vel alienus. Vnde quidam:
Accola non propriam, propriam colet incola terram.
Acolythi Græcè, ceroferarij.
Acredula, auis quædam.
Acroceria, ligatura articulorum.
Acromata, ſcenicorum carmina.
Actuarij, diuerſis actibus generaliter occupati. Inde actuaria, riæ, dicitur nauis, quæ velo & remis ſimul agitur.
Acuba, exilium.
Adactus, id eſt, coactus, vel electus.
Adagoniſta, i. incitator, vel certator.
Adar, Februarius, vel Martius.
Adigi, compelli, ſubigi.
Adyta, oſtia, vel loca ſecreta.
Admeſtia, obliuio.
Admiſſum, peccatum.
Adnepos. i. pronepotis filius.
Annullare, inanire, vel adnihilare.
Adonis adonidis, Amaſius Veneris.
Adoptare, adfiliare.
Ador, far, vel ſacrificia, vel gloria bellicę virtutis.
Adoria, gloria.
Adoriri, id eſt, conari, vel orditi, aggredi.
Adorſus, allocutus.
Adorta, aſſumpta.
Appendix, ſocia comes.
Adria, vrbs Græca Illyrico mari proxima.
Adrum Erina, ab Adrumeto ciuitate.
Adſelotum, aliſum,
Affatim, ſtrenuè abundè.
Aphæreſis, abſciſio de principio verbi.
Afficere, iniurijs grauare.
Aphoriſmus, eſt ſermo breuis integrum propoſitæ rei ſenſum deſcribens.
Aphros Græcè, ſpuma.
Aphricus, ventus à meridie flans.
Aphron Græcè, inſipiens.
Aphronitrum, dicitur ſpuma nitri.
Agamus, ſine coniuge.
Agape, charitas, vel aliorum labor.
Agapeta, vel Agapetes, lenocinator
Agaricum, radix vitis albæ.
Age, feſtina.
Aggeres, quibus foſſæ replentur ad vrbem capiendam.
Aginare, fugare.
Aginator, negotiator.
Agiographa, ſacra ſcriptura.
Agrian Græcè, ferre.
Alabaſtrites, lapis candidus, vnde fit alabaſtrum.
Alla, pars exercitus, habens 30. equites.
Alares, equitum turmę.
Albugo, album quod operit oculũ.
Alarica, haſta habens ferrum trium angulorum
Alcyon, auis.
Allegoria, eſt tropus quo aliud ſignificatur quàm dicitur.
Alpha, prima litera eſt apud Græcos.
Alga, herba.
Alicula, ſinus veſtis.
Alipes, eſt equus velox, celer pedibus.
Alnus, arbor.
Aloa, arbor.
Aloen, herba.
Altanus, flatus qui in pelago fit, dicitur ab alto, id eſt, mari.
Altercari, id eſt, contendere.
Altilia, alites arte vel ſtudio ſaginata.
Alucaria, vaſa ſiue examina Apum.
Alumen, eſt quędam ſalſugo terræ.
Alluuio, aquarum inundatio.
Aluuies, locus cœnoſus.

Adhuc de eodem.

AMma, auis nocturna, quæ & Strix.

Ambages,circuitus.
Ambro, deuorator, profuſus, luxurioſus.
Ambroſium, diuinum.
Amen Hebraice, verè, vel veritas, ſiue verax, vel fiat.
Amentum, ligamentum iaculorum, quod eſt in medio haſtilium.
Amphibolus,id eſt dubius, velatus.
Amphi Græcè,vtrunque.
Amphitapa,ex vtraque parte villoſa tapetia.
Amphitheatrum, locus rotundus, vbi pugnant gladiatores.
Amphora quia habet duas anſas.
Aminea,genus vitis.
Amita, ſoror patris, quaſi alia mater.
Amulum, flos farinæ præ nimia tenuitate de mola erectus.
Amomum,genus vnguenti,vel fruticis.
Amula, vrceolus in quo vinum offertur.
Amurca,fex olei.
Ana Græcè,ſurſum.
Anachoreſis,eremus,vel dicitur vita anachoretalis,vel domus.
Anaglypha,vaſa ſuperius ſculpta,& dicitur ab ana, quod eſt ſurſum, & glyphe, quod eſt ſculpere,vel ſculptura.
Anagoge,ſurſum ductio. Inde anagogeticus, a, um, qui tractat de cæleſtibus.Inde anagogeticè,aduerbium.
Annales,conſules,vel libri annua acta continentes.
Analogia, ſimilium comparatio, vt incerta certis probentur.
Analogium,quia inde ſermo prædicatur.
Anaſcena, aſtructio contraria cacaſcenæ. Hæc enim confirmat ſententiam,illa reuincit.
Anaſtrophe, verborum ordo præpoſterus.
Anate,ſollicitudine.
Anathema,ſeparatio,vel ſeparatũ.
Anaſtole,oriens.
Ancones,vncini, vel incaſtratores.
Androgyni,hermaphroditi.
Anedioſus,tædioſus.
Aneſis,requies.
Aneſum,herba quædam.
Anetum,herba.
Anfractus,circuitus.
Angaria,eſt ſeruitij perſonalis indebita exactio.
Angena,glandulæ.
Angiportus,ędium atria.
Angiſtrum,hamus.
Angois,crudelis.
Anguilla, ſcutica quâ in ſcholis coercentur pueri.
Animaduerſio, ſententiã, vel vltio animæ communior & conſtantior.
Anit incumbit.
Anquina, funis nauis, quo ad malũ antenna conſtringitur.
Antagoniſta,prouocator.
Antarcticus,vnus circulus cœli,cõtrarius arctico.
Antebiblium, pignus pro codice datum.
Antenna, lignũ quo vela dependẽt.
Antidotum,ex contrario datum.
Antiæ, crines dependentes circa aures.
Antiphraſis, vnius verbi ironia.
Antigrahus, nota quæ in libris ponitur, vbi diuerſus habetur ſenſus.
Antipodes,genus monſtri, vel qui ſub terris contraria nobis veſtigia calcare putantur.
Antiquarij,qui vetera ſcribunt.
Antitheſis, literæ pro litera poſitio.
Antitheta, contra poſita.
Antonomaſia, ſignificatio vice nominis proprij poſita.
Anthos Græcè,flos.
Antropos,i.homo, ab ana quod eſt ſurſum,& tropos quod eſt conuerſio, quaſi ſurſum conuerſus & erectus,vt ſuum creatorem aſpiciat.

Adhuc de eodem.

APathia Græcè,impaſſibilitas.
Apex,ſummitas cuiuſlibet rei vel linea iacens ſuper literam.
Apianæ,quædam vuæ.
Apiago,herba.
Apij forum, ab Apio Claudio conſtructum.
Apium herba.
Apluſtra ornamenta nauis
Apocalypſis,reuelatio.
Apocrypha, dubia, vel abſcondita.
Apocryſis,depulſio.
Apodex,comes.
Apofragiſma,ſignaculum annuli.
Apogæum,ſpelunca.
Apoloterium, vbi lauantium veſtes ponuntur.
Apologia,excuſatio, vel ſatisfactio.
Apolus,diuinus.
Aporia,vulnus,cura, moleſtia, ſeditio,angor,tædium,anxietas.
Apoſiopeſis ſuſpenſa locutio.
Apoſtatare,retrocedere.
Apoſtrophe,id eſt,euerſio.
Apothecæ,repoſitoria.
Aqualiculus,ventriculus.
Arrhabo,arra bona.
Aratiuncula,foſſa parua, quaſi ſulcus aratri.
Arceſſire,aduocare.
Archelia,regna ventorum.
Archia,initium,vel principatus.
Archimagirus, princeps coquorum.
Archimandrita,ſummus paſtor.
Arceſtes,ſagittarius.
Architectus,magiſter fabricarum.
Architriclinus,princeps triclinij.
Architua,armaria.
Arcturus,quoddam ſydus.
Arcuatum,eſt vulnus ſcorpij, quia cauda eius,qua fecit eſt curua.
Ardea, auis.
Area,æqualitas tabularum.
Areſton,omnimoda virtus.
Argis,ſylua.
Argiſteria,ſtationes nundinarum.
Argumentum, quod in principio libri cauſam breuiter pandit.
Argutus,loquax,aſtutus.
Ariel,leo Dei,altare.
Aries,machinamentum bellicum.
Arioli, qui circa aras idolorum ſacrificantes, dæmonum reſponſa accipiunt.
Armamentarium, locus armorum repoſitorius.
Ariſtolochia,herba.
Armillæ,propriè virorum ſunt, ob armorum virtutem collata militibus,& ſunt ornamẽta brachiorum,ab armo dicta,vel ab armis.
Armillum, vas vinarium.
Arquaturæ,fornices.
Arſaces, nomen commune regum Perſarum.
Arſenicum,pigmentum.
Arſipio,arcus.
Arſis,vocis eleuatio.
Artaba,id eſt,menſura habens modios tres,& tertiam partem modij.
Artemon, velum nauis, dirigendæ potius quàm accelerandæ cauſa commendatum.
Arteriæ,venæ.
Articulatim, gradatim.
Argumentum, ingenium.
Arriplex,duplex, doloſus.
Arruina,pinguedo cuti adhærens.
Arundo, ſagitta.
Aruſpices,qui exta pecudum inſpiciunt,& ex eis futura prædicunt.
Aſcalonia,herba.

Adhuc de eodem.

AScia,parua ſecuris.
Aſcire,quærere,vocare.
Aſcopa,vas vtri ſimile.
Aſſis,nummus.
Aſſecla, cliens, vel qui aliquem ſequitur cauſa lucri.
Aſſentatio,adulatio.
Aſpalathum,bitumen.
Aſſidei, Iudæi qui erant in cultu Dei aſſidui,vt Iudas Machabæus, & eius ſocij.
Aſylus, Tabanus, vel ſacer locus quem violare nefas eſt.
Aſopa,vbi multa venalia ſunt.
Aſparagus herba ſpinoſa.
Aſpernari,irridere,contemnere.
Aſpiculatio, aſſenſio.
Aſpina,ruina,
Aſtarium,vbi venduntur bona proſcriptorum.
Aſſumentum, additamentum, ſiue pars aſſuenda.
Aſteriſcus, ſtella picta, vt luceſcant quæ omiſſa ſunt.
Aſtipulari,aſſentire,adiungi.
Aſtus,aſtutia,fraus.
Athanatos,immortalis.
Atauus,abaui pater.
Atranius,dicitur à veſte nigra.
Atratus,lugubris.
Authenticum,firmum.
Auctio,publica venditio.
Auernus,infernus.
Auerſari,ſpernere.
Augures, qui volatus auium & voces attendunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Auguſtum, amplificatum, religioſum.
Auitum,antiquum.
Aulea,cortina regia.
Aurugo, erugo, ſiue rubigo, vel morbus ex corrupto felle naſcens, qui ſanguinem vertit in pallorem.
Auſpex, qui auium auſpicia intendit.
Auſpicari,incipere auſpice iuuante.
Auſterus,aſper,durus.
Auſtralis,quidam piſcis.

De incipientibus per B.

CAP. XLVII.

BAbiger, id eſt,ſtultus.
Baburra,ſtultitia.
Baccæ,Oliuæ,Lauriq́ue poma.
Bacchari,furere.
Baccula,à bacca diminutiuum.
Bahen,ornamentum colli,ex annulis aureis confectum.
Baiulan,lectus ad baiulandum.
Baia,portus,à baiulandis.
Baiulat,portat.
Baiulus,portator.
Balearis,funda à loco dicta.
Bali Græcè,emittere.
Bardus,ſtultus.
Bari Græcè,grauis.
Barritus,vox Elephantis.
Barrus,rufus,vel niger.
Baſilla,regina.
Baſileus,rex.
Baſilicæ,regum habitacula.
Baſis,fundamentum.
Baſilica,herba.
Baſiliſcus,ſerpens.
Baſterna,vehiculum mollibus ſtramentis compoſitum.
Bath,veſtis linea.
Batus, capit metretam & dimidiã, & eſt idem in liquidis,quod ephi in aridis, ſcilicet menſura trium modiorum.
Benna,genus vehiculi.
Beta,ſecunda litera apud Græcos.
Bibiones,muſciones qui in vino naſcuntur.
Bibex,pugna.
Bibleis,duplicibus linteis.
Biblij, habitatores Biblos vrbis Phænicis.
Bibliopola,qui codices vendit.
Biblus,liber.
Bibula,papyrus.
Bibulus,bibitor.
Biceps,duo capita habens,vel bis acutus.
Bidens,anchora, vel ouis,vel genus aratri.
Bidental,foſſorium.
Biforium,biforme.
Bifidum,biforme,vel in duas partes fiſſum.
Bigens,de duabus gentibus natus.
Biga duorum equorum currus.
Bilinguis, qui aliud dicit & aliud cogitat,vel potius qui aliud dicit in præſentia,& aliud in abſentia.
Bihs,triſtitia,vel cholera.
Bilices,duplices loricæ.
Bimarcus,ſecundo maritus.
Bimatur,duplicatur.
Bimatus,biennium.
Biothanatus,bis mortuus.
Bipennis,ſecuris.
Byrſa,corium.
Birrus,voluntas,vel vita, vel veſtis.
Biſextus, eſt per quatuor annos vnus dies adiectus, creſcit enim per annos ſingulos quarta pars aſſis, qui completur & vnum diem facit.
Biſſilites,porcus fiſſis vngulis.
Biſinachia, veſtis candida ex lino.
Biſulcum, vtraque parte ſulcatum.
Byſſum,ſericum,tortum, vel genus lini candidiſſimi & nobiliſſimi.
Bitalaſſum,bimaritimum. Eſt enim lingua terræ in mare protenſa,ita quod hinc inde mari circundatur. Nam mare Græci thalaſſum dicunt.
Bitumen,gleba.
Blas, ſtultus.
Blaſto,cubicularius.
Blacta,purpura,vel genus animalis.
Blatera,ſonus ranæ, vel cameli.
Blaterare,ſtultè loqui.
Blemnones,patidi, ſtulti,vel impudici.
Bobinare,clamare.
Bobinator,rixoſus,vel inconſtans.
Bolida,honor magnus.
Bolis bolidis,dicitur vas æneum,vel plumbeum cum catena, quod impletum adipe mittitur in mare, ad probandum vtrum loca petroſa ſint, vbi nauis ſtare poteſt,an arenoſa, quæ nauem perdunt.
Bombyx,genus vermis.
Bombus,ſonus.
Boſtar,paſſus bouis.
Boſtumen,vbi corpora cõburuntur.
Boſtro,aliàs butro,vel bepho,iuuenis.
Boborigmon,ſonus turbidus.
Brances, faucium præfocatio.
Brachiles,ſuccinctorium, quod deſcendens per ceruicem,& à lateribus colli diuiſum, vtriuſque alarum ſinus ambit, vt conſtringens veſtes corpus componat.
Branchæ,fauces.
Bractea,lamina tenuis auri.
Brauium,meritum,prę̃mium,corona,vel munus victoriæ.
Brionia,vitis alba.
Bruma Græcè,ædacitas.
Bucea,armenta.
Buccella,quod bucca, ſemel capere poteſt.
Bucetum,loca boum.
Bucidæ,qui boues cædunt.
Buccinus,clangor.
Bucco,garrulus.
Bucolicum,carmen paſtorale.
Bucula,iuuenca.
Bugeus,ſpado.
Bullę,ornamenta rotunda regalium puerorum, vel equorum, ſicut bullæ quæ ex ſpumis aquarum fiunt,& inflantur à vento.
Burtlo,naſcitur ex equo & aſina,ſicut mulus ex equa & aſino
Burgos,caſtra.
Burgones,caulæ.
Burrum,rufum,vel nigrũm.
Buſtum, rogus, vel vbi mortuus iacet.

De his quæ incipiunt per C.

CAP. XLVIII.

CAcabus,lebes,ahenum.
Cadus, ſitula lignea,vel amphora habens vrnas tres.
Caſa Græcè,lignum.
Calamiſtrum, ferrum in calami ſimilitudine, quo in cinere calefacto crines intorquebant,vt criſpi fierent.
Calamitas, infœlicitas,miſeria.
Calamites,rana.
Calathus, leue geſtamen ex ligno, vel iunco,in quo penſa ponũtur.
Cabe,prima pars plantæ,vel finis.
Calculator, id eſt, numerator,à calculis quibus ſolent numerare.
Calculus, lapillus rotundus,vel numerus.
Calculus, minima pars ponderis.
Callere,diſcere.
Calybs,ferrum.
Callis,ſemita anguſta.
Calones, negotiatores, vel nauiculæ.
Cala,vel colens, id eſt ligna portantes.
Caluaria in capite,ab oſſibus caluis dicta.
Caluariæ locus, vbi damnati decapitabantur.
Calumnia,falſa excuſatio.
Cameræ, columina introrſum reſpicientia.
Camillus,ſacrorum miniſter.
Caminus fornax.
Campeſtria,ſuccinctoria circa genitalia.
Canna,arundo.
Canalis, quia caua eſt in modum cannæ.
Canabum,à cannæ ſimilitudine dicitur.
Cancelli,feneſtræ anguſtę.
Candere,fulgere,vel feruere.
Cancer, morbus quidam in carne paulatim ſerpens, donec interimat.
Caniſtrum, calathus,ex canna fiſſa contextus.
Canon, regula.
Canopeya,Ægyptus.
Canti,quibus rota circundatur.
Chaos,caligo confuſa.
Caparis,herba.
Capillatura,capillorum ornatus.
Capiſterium, vas purgando tritico aptum.
Capitalis,veteranus,vel doloſus,vel ſuperbus.
Capitium, vbi caput tunicã intrat.
Capitolium, quaſi Romanæ vrbis caput.
Capitolinus,capitolio ſeruiens.
Caplum ſiue capulum, funis vnde iumenta indomita comprehenduntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Capſa,vas vbi ponuntur reliquiæ,ſiue capella.
Capſus,carruca vndique circumtecta,quaſi capſa.
Captio,conſpiratio,vel opinio.
Capulus, manuarium gladij , vel pheretrum.
Carabdrio,animal ſimile muſcæ.
Carabus,nauicula.
Character,nota,vel figura.
Carbaſus, lini ſpecies , vnde fiunt vela, quæ & carbaſa.
Cardia,cordis paſſio,
Carectum,herba ſimilis iunco , vel locus caricum.
Charybdis,gurges qui naues abſorbet.
Caricæ,ficus.
Caries,propriè putredo ligni.
Carina,mediè pars nauis.
Carinans,arguens,conuitians,vel illudens.
Carix,herba quædam,inde carectũ.
Carpaſia,nauis,à carpendo.
Carpanus,color viridis.
Carpentum , pompaticum vehiculi genus , quaſi carrum pompaticũ.
Carpens,euellens, vel narrans.
Carpere iter,ambulare.
Cartallus,caniſtrum.
Cartilago , oſſa tenera & ſine medulla.
Caſa , aggreſte habitaculum palis virguliſque contextum.
Caſſes,aranearum telæ,vel retia luporum,vel pericula,vel ærumnę.
Caſia,herba,vel flos.
Caſſidile,burſa,vel ſacellus.
Caſſeu,Nouember.
Caſina,hiatus.
Caſtoreum, vnguentum ex teſticulis caſtoris animalis.
Caſtra,militum cuſtodiæ per circuitum.
Caſtrenſis,militaris,vel hoſtilis.
Caſtrimargia,gula.
Catha,iuxta,vel ſecundum.
Caſa,tabernaculum, vel tugurium; inde caſula.
Cataclyſmus,diluuium.
Catalogus iuſtorum numerus.
Cathamane,de mane.
Cataplaſma,inductio.
Catapulus,aduentus nauium.
Catapota,genus calicis.
Catapletatio,obiurgatio.
Cataractæ,feneſtrę,vel oſtia fluuiorum.
Catarctica,purgatoria.
Cataſcena, confirmatio ex proprietate rei.
Cataſta,ſcala equuleo ſimilis.
Catema, muliebre colare.
Catemare,inſtruere homines in fide ante baptiſmum.
Catilo,guloſus quaſi catulus.
Catinum,vas fictile.
Catus,acutus, prudens.
Cauabuccina,cornea.
Caucaſum,candidum.
Cauculus,tumor veſicæ,vel petra.
Caudix,radix,vel robur.
Caulæ,ſtabula ouium,vel cohortes.
Caupo,negotiator, vel tabernarius, à capiendo dicitur.
Cauteriata,lacerata,corrupta.
Cauterium,dicitur quia vrit,quandoque pro ſigno , quandoque pro cura adhibetur.
Cautio,ſcriptura cautionalis.
Cauus,caballus,vel cancellus.

Adhuc de eodem.

CEleuma, canticum calcatorũ vindemiæ , propriè verò nautarum.
Cælium , genus ferramenti quod vulgo Cælionem vocant. Inde Cælata,id eſt ſculpta.
Celones , naues quædam agiles ad miniſterium claſſis aptæ.
Cæmentarij,architecti.
Cœnaculum, dicitur à communione veſcendi, quod facere ſolebant antiqui ne ſingularitas luxuriam gigneret.
Cœnobium,habitaculum plurimorum in communi veſcentium.
Cœnum,ſordidum & odoratum lutum.
Cenodoxia,iactãtia, ſiue inanis gloria.
Cænon Græcè,commune , vel nouum Latinè.
Cenſor,iudex.
Cenſura,iudicium,vindicta.
Centaurus , quoddam genus monſtri.
Centrum,ſtimulus ferreus,vel punctus in medio circuli.
Centurię,partes exercitus,in centenos milites diuiſæ , quibus qui præſunt Centuriones dicuntur.
Cerealia, arma, vel inſtrumenta piſtoria.
Cerata Græcè cornua.
Ceros,cornu.
Ceraſtes, genus ſerpentis cornutũ.
Ceranos Græcè flumen.
Ceres,fruges.
Cæremoniæ,ſacræ culturæ.
Cernuus , magnus,ſacer, vel ſocius ſine dolo;aliàs ſuccus, ſiue ſolea.
Cerberum aiunt canem trium capitum.
Ceruicatus,vel ceruicoſus, qui duræ ceruicis eſt,vel ſuperbus.
Cerula, alta maria.
Ceruſa,ex plumbo vel ſtagno conficitur.
Cæſones,vel Cæſares,qui ſecto matris vtero extrahebantur.
Ceſſio,propriæ rei conceſſio.
Ceſpes,frutex,vel gleba.
Cęſtus,corium quo manus ſuas pugiles armant,& inuicti cædunt.
Cibarius,panis groſſus , qui ad cibũ ſeruis datur,nec delicatur.
Cicada , genus minuti animalis.
Cicendela,genus Scarabæi.
Cyclades, inſulæ in mari , quæ ſunt 53.
Cyclon Græcè,rotundum.
Cyclopes,ſemiferi homines, vnum oculum in fronte habentes.
Cyclus,orbis,ſiue gyrus.
Cidaris, mitra.
Cidonium,genus pomi.
Cygnum , Syri dicunt quodlibet candidum.
Cillere,mouere.
Cilex,pirata.
Cigni,poetæ.
Cilia , tegmina quibus cooperiuntur oculi.
Ciliarchę,qui mille præſunt, Græcè enim mille chylia dicitur.
Ciachi , pondus decem dragmis appenditur.
Cymbala , acitabula quæ percuſſa inuicem ſe tangunt,& ſonant.
Cidari,(vt quidam putant)acitabula,quę percuſſa in modulos concitant.
Cincinni,capilli dependentes de capite mulierum.
Cinnabarim,quidam dicunt miniũ, alij draconum ſanguinem.
Cinamomum,arbor aromatica.
Cynomia,muſca canina.
Cinus, Latinè Ilex.
Circinus,circulus , vel inſtrumentũ carpentarij, quod vergendo efficit circulum.
Circiter , propriè ad numerum pertinet.
Circa,ad locum,circum ad tempus.
Circus , gitus.
Circulator, qui famam aſportat periculi.
Circenſes ludi, quaſi circum enſes.
Circum putant dictum à circuitu equorum, quia ibi circum metas equi currebant.
Circumforanus , qui aduocationis cauſa, circum fora & conuentus vagatur.
Circumlunium , locus quem aqua circumluit.
Circumpedes , obſequia ſeruorum.
Circumſcribere , circumuenire, vel concludere,vel delere, vel in præiudicium mittere.
Cireæ,inſpirationes.
Chyrographum , manu ſcriptum, vel cautio.
Cis,citra,circa.
Ciſtæ,corbes.
Ciſtella , à cruſtis lignis vel cannis quibus texitur dicta.
Clanculò,occultè.
Claſſica,tuba.
Claſſicum,ſonus in tuba,vel naui.
Clauus,gubernaculum.
Cleros Græcè,ſors vel hæreditas.
Cleronomia,hæreditas.
Climata, plagæ cœli,quæ ſunt quatuor.
Clinicus, qui de lecto non deſcendit. Nam clinon Græcè lectus.
Clinoſus,inclinatus.
Cloacæ,foſſæ balneariæ,vel quibus procloantur aquæ.
Claudus,vacillans pedibus.
Cloes,folles,vel pluma.

Adhuc de eodem.

COaleſcere, creſcere, vel conglutinare,vel ſimul nutriri.
Cociſtrio,tabernarius.
Cochitus,lacus infernalis.
Cochleariũ , dimidia pars dragmæ.
Cochleę,altæ & rotundæ turres , in quibus

quibus per orbem conſcenditur ad ſimilitudinem cochleæ piſcis.
Coccum Græcè, nos rubrum ſiue vermiculum dicimus.
Cocceus, flos purpureus, vel fructus ilicis.
Codex, radix arboris, vel multitudo librorum in vnum corpus.
Codicillum, teſtamentum.
Cophinus, corbis, vel vas ex virgulis, aptum mundare ſtercora, vel terram parare, à concauitate ſui dicta.
Congiarium, donatio Imperatoris.
Cohors minor, habet milites 300. maior autem 400.
Cola, membrum ſententiæ, vel colatoria quibus muſtum colatur.
Colaphus, alapa, vel pugnus.
Colare, mundare, purgare.
Cola Græcè, fel.
Collega, ſocius, à colligatione amicitiæ dictus.
Colles, quaſi colla montium.
Colere, inhabitare, venerari, frequẽtare, exercere.
Callibia Hebraicè, vilia munuſcula.
Colica, paſſio dicitur ab inteſtino, quod Græci Colon vocant.
Colina, coquina.
Collirida, panis ſubcinericius.
Colobium, veſtimentum longum ſine manicis.
Colomelli, dentes longi & rotundi, qui & canini.
Colonia, quæ defectu indigenarum nouis cultoribus adimpletur.
Colonus, peregrinus, vel inhabitans vel cultor, aduena.
Coloquintis, cucurbita agreſtis.
Colos, color fictus.
Coloſtrum, lac nouum.
Colum, dicunt colonem vnde mulieres nent, vel faſtigium templi rotundum, vel inteſtinum.
Columen, culmen.
Colluuio, ſordium congregatio.
Colliria, dicuntur vnguenta quędam, quæ vitia oculorum detergunt.
Collirida, panis quadratus de ſimila factus, in ſartagine cum oleo frixus; vel modicus panis triangulus.
Comma, particula ſententiæ, & interpretatur inciſio.
Commaticus, breuis verſificator.
Comere, componere, ornare.
Comœdia, hiſtoria quæ humilium velut meretricum & priuatorum hominum continet acta.
Commenta, fraudes, artes, adinuentiones, mendacia, volumina, interpretationes.
Commẽtarij, ſcriptores annalium, vel qui cauſas commentabantur & diſputabant.
Comeſſatio, bonitas innocentum, vel conuiuia meretricum.
Cometes, ſtella quædam noua.
Comici, qui comœdias ſcribunt, vel canunt.
Cominiſci, confingere, fraudem adhibere.
Cominus, contra vel propè, cui cõtrarium eſt eminus, id eſt lõgiùs.
Commiſſura, particula, ſiue coniunctura, vel compago.
Committere, peccare, coniungere, credere.
Comis, facilis, ſuauis, aptus. Inde comitas, id eſt, benignitas, vel vrbanitas.
Comicialis, morbus caducorum.
Commolere, dentibus comminuere.
Commune, immundum aliquando dicitur.
Compago, iunctura.
Compellare, interpellare, alloqui.
Comperendinare, differre in tertiũ diem.
Complices, qui vno crimine iuncti ſunt, nunquam verò in bono dicimus complices ſe permiſcere.
Complodere, repercutere.
Compita, loca ad quæ vndique peruenitur, vel vbi plures viæ conueniunt.
Complanare, ſolo æquare.
Compos, perfectus, vel compoſitus vel deſiderium ſuum conſecutus, vel compoſſeſſor.

Adhuc de eodem.

COna, alta rotunditas, vel fructus Cypreſſi.
Concha, quaſi concaua.
Cõcameratum, curuum, & ad modum circuli flexum.
Concentum, dicunt philoſophi ſonum ſuauem, qui fit ex motu ſeptem ſtellarum.
Conciliare, coniungere.
Conchilium, genus coloris ex quo tingitur purpura.
Concinnare, conſequi, componere.
Conclaue, interius cubiculum.
Concrepare, concinnere, conſentire.
Concreti, commixti ſiue coadunati.
Concubi, ſimul concubantes.
Concula, menſura continens tria coclearia.
Conchus, lapis in mari.
Condus, cyphus, vel poculum.
Conditio, condictio, euentus, occaſio, poteſtas.
Condire, ſepelire.
Conductus, hoſpitium dicimus cõductum.
Conſectus, debilitatus.
Confertus, plenus, denſus, vel in vnum collectus.
Conficere, commiſcere, conſumere, diſſipare, perfundere, peragere.
Confrages, loca in quibus venti vndique currunt ac ſeſe frangunt.
Confragoſa, loca aſpera.
Confutare, conuincere, conijcere, æſtimare, colligere.
Concio, populi multitudo, ſiue conuocatio, vel allocutio populi, vel conſilium.
Concionator autem qui populum alloquitur, vel conuocat.
Conniuentia, conſenſus.
Cõniuere, capitis motu acquieſcere
Compingere, coniungere, conſentire, oculos claudere, interdum diſſimulare.
Connixa, partu liberata.
Conopêum, rete in modum tentori quo culices excluduntur, vel ſtragulum, vel ſuppellectile.
Comprimit, coercet, domat.
Conſciſcere, irrogare, vel conſentire, conſtituere.
Conſectarius, pernicialis.
Conſequens, conueniens, vel rectiſſimum, vel credibile.
Conſerere, coniungere, conſulere, Collocare.
Conſidunt, ſedent.
Conſitum, conſtipatum, condenſum.
Conſobrini, filij materteræ, vel auunculi.
Conſpicari, conſiderare, conſpirare, coniurare, conſentire.
Conſtellationes, notationes ſiderũ quas obſeruant Mathematici, quomodo ſe habeat quiſque cũ naſcitur.
Conſternatus, territus, conuictus.
Conſtipatus, denſatus.
Conſul, iudex, vel prætor, à conſulendo.
Conſultus, boni conſilij perſpicax.
Contegere, colligere, ſuſpicari.
Conteſtor iudices.
Obteſtor aduerſarios.
Conticinium, tempus noctis poſt Gallicantum, vel quod Imperator à populo rogat.
Conticium, quando omnes ſilent.
Contignare, comportare.
Contignatio, tignorum conſtructio.
Contrahere, conquirere, apprehendere, colligere.
Controuerſia, contradictio.
Contubernium, ad tempus commanendi conuentio.
Contus, haſta ſine ferro, ſed cuſpide acuta.
Cotumax, contemptor.
Contumeliæ, iniuriæ.
Contutare, occultare, vel in tuto reponere.
Conuenæ, commanentes, vel de diuerſis locis venientes.
Conuexum, quaſi conuerſum, ſiue incuruatum.
Conuulſum, cui ſua adimuntur aliqua.
Conum, prunum, vel acuta rotunditas.
Conus, galea, cypreſſi bacca.

Adhuc de eodem.

COpodium, particula carnis.
Copo, negotiator.
Cops, copia.
Copſus, copioſus.
Corban, munus.
Corbanon, gazophilacium.
Corbes, colatoria muſti curuatis virgis intexta.
Corbinus, vel corbius corde duplex.
Cordatus, ſapiens, vel magnificus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cordiagni, qui poſt tempus nati ſunt.
Corepiſcopi, vicarij epiſcoporum.
Correptum, raptum, ſublatum.
Coriandrum, herba quædam.
Coribantes, Dij Paganorum.
Corylus, arbor nucis auellanæ, vel ipſa nux.
Corymbi, hæderarum baccę, vel vitium, annuli qui proxima quæque ligant.
Corinthus, theca arcuum, vel ſagittarum.
Cormei, acerui lapidum.
Cornicines, qui tubis corneis cantant.
Cornificina, macellum.
Cornipes, equus.
Cornua, in nauibus extremæ partes antennarum, in bello extremitas exercitus.
Cornupeta, bos ferus qui cornu petit aliquem.
Chorus, multitudo canentium, qui apud Iudæos non minus quàm ex decem conſtat.
Chorus Græcè, ventus occidẽtalis.
Chorus, menſura 30. modios continens. In vtraque menſura tenet principium, tam aridorum, quàm liquidorum.
Coſmus Græcè, mundus. Inde Microcoſmus.
Coſtros Græci appellant, qui in extremis caſtrorum partibus maiores creantur, dicti, quod caſtra ducant. Vnde reges vocantur.
Coſſum, rugoſum, & curuum, & Contractum.
Cote Græcè, inciſio.
Cotei, iracundi.
Cotis, lapis quo acuitur ferrum ad incidendum, vel dignitas corporis.
Cotula, hemina, ſex habẽs ciathos.
Cothurnus, ſuperbia, vel ſuperbus, vel genus calciamenti humile, ſed tale vt in vtroque conueniat pede. Vnde ſi quis duobus diſcordantibus fuerit amicus, cothurnus dicitur.
Coturnix, auis quędam.

Adhuc de eodem.

CRabro, id eſt, veſpa longa.
Crapula, nauſea, vel immoderata voracitas, quaſi cruda epula & indigeſta.
Crater, calix habens duas anſas.
Craticula, dicta eſt à crate.
Creagræ, fuſcinulæ tridentes.
Creantes, graciales.
Creas, aggreſtes capras.
Crementum, ſemen maſculinum, vnde animalium corpora accipiuntur.
Cremonia, ſacrificia, immolatiò.
Creperon, dubium dicitur. Vnde creperus, a, um, id eſt, dubius.
Crepida, genus calciamenti vtrique pedi aptum, dictum à pedum crepitu in ambulando.
Crepido, ruina, vel ſummitas riparum, vel cuiuſque rei.
Crepitare, leuiter flare, vel ſonare, vel ſtridere.
Crepor, vel crepitus, ſonus.
Crepundia, initia, vel inſignia, vel indicia, quæ expoſitis infantibus adhibentur.
Crepuſculum, dubia lux quę fit veſpere, vel mane. Nam creporon dubium dicimus.
Creta, genus terræ albæ.
Critici, dies iudiciales, vel determinatiui, vt quo homo vel liberatur, vel purgatur, vel moritur.
Cribrum dicitur, quia ibi frumentum cucrendo purgatur, quaſi currifrugum.
Crypta, ſpelunca.
Criſopis, aurum tantum videtur eſſe.
Criſpans, vibrans, contorquens, ſplendens, concutiens.
Criſtæ, caſſides. Inde criſtatus, id eſt galeatus.
Croceum, rubicundum.
Crocitus, vox corui.
Crocum, ſiue crocus, herba. Inde croceum, id eſt rubicundum.
Croma, Græcè, color.
Cromaticus, qui colore non confunditur, nec colorem mutat.
Chronon Græcè, tẽpus. Inde chronica.
Crudum, durum, forte.
Crumenæ, ſacculi.
Cruſtula, diminutiuum à cruſta, & eſt panis oleo conſperſus, in medio concauus & tortus.
Cubus, in geometria figura vndique ſolida.
Cuculla, veſtis, quaſi minor cella dicta.
Cucuma, vas æneum, à ſono feruoris nominatur.
Cucumis, vel cucumer, herba.
Cudere, fabricare, percutere.
Culleus fit ex corio, in quo parricidæ cum Simia & Gallo & Serpente in mari præcipitabantur.
Culmę, coquinæ.
Culmen, tectum, vel altitudo.
Culmines, pro diuites poni puto.
Culmus, calamus quo ſpica continetur.
Culponei, ruſtica calciamenta.
Cumba, nauicula breuis.
Cunabula, lectuli infantium.
Cunctari, dubitare, vel differre. Inde cunctanter.
Cuneus, minor turba.
Cuniculi, tranſitus occulti, vel agreſtia animalia.
Curio, præco theatri.
Cultri, cultelli.

De his quæ incipiunt per D.

CAP. XLIX.

DAre dexteras, id eſt auxilium præbere.
Dare operam, id eſt ſoluere, vel ſuſtinere.
Dactilon Græcè, digitus.
Damula, genus ferę Capreoli ſimilis. Vel vt quidam dicunt, Muſtella.
Dapſilis, largus.
Deambulacra, deambulatoria.
Deca Græcè, decem.
Decapolis, regio decem ciuitatum.
Dedicare, conſecrare.
Deciduus, deſidioſus.
Decipula, laqueus, muſcipula, pedica.
Deſciſcere, diſſentire, vel à propoſito ſe retrahere.
Decrepitus, valde ſenex, quaſi in crepuſculo vitæ.
Decuriones, decani, qui ſcilicet 10. militibus præſident, vel qui officium curiæ adminiſtrant.
Deductum, tenue, ſubtile, gracile.
Defęcare, à fæcibus ſegregare.
Defecifcere, deſperare, vel defatigari.
Defeciſci, diſſolui, euaneſcere.
Defungi, finire.
Degeneres, ignobiles, vel genere impares, vel generi ſuo non reſpondentes.
Degere, viuere, agere.
Deglubere, decoriare.
Deierare, verum iurare, vel Deum iurare.
Dehiſcere, aperire, vel dilatare.
Delatio, accuſatio.
Delator, qui detegit quod latebat, vt detractor, vel qui alienum caput impetit.
Delatura, proditio.
Delibatus, perfuſus, deguſtatus.
Delibor, immolor.
Delibui, vngi.
Delibutus, vnctus, perfuſus.
Deliquaſſe, in liquorem vel defectum conuerſum eſſe.
Deligere, eligere.
Delirare, deſipere, vanum eſſe.
Deliteſcere, latere.
Delubra, fana, vel templa idolorum.
Demetere, ſeparare, incidere.
Demolitus, diſſipatus, exterritus.
Denarium, genus nummi quod pro decem nummis reputabatur.
Denotare, culpare, manifeſtare.
Dentile, aratri pars prima, in qua vomer inducitur.
Denuò, iterum.
Depelliculari, decipere, à pelliciendo.
Deperire, turpi amore ęſtuare.
Depopulari, ſpoliare, vaſtare.
Depoſitum, commiſſum, vel creditum præcipuè.
Deſcire, diſcedere, ſeparare, denunciare.
Deputare, deſtituere.
Deſerere, diſturbare.
Detractans, recuſans.
Decrementa, damna.
Detrudere, compellere, excludere.
Deuexum, pronum, inclinatum.
Deuocare, accuſare, maledicere per furorem.
Deuteronomium Græcè, ſecunda lex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Dextrum, propitium, prosperum.
Dextra, pugio, vel securis dextræ habilis.
Dextralia, virorum & mulierum sunt iocalia, quoniam vterque dexteram habet.

Adhuc de eodem.

DIaconia Græcè, ministerium. Inde diacones, id est, ministri.
Diaphonia, voces discrepantes.
Dialogus, disputatio duorum.
Diametros, linea circuli recta per centrum ducta, in duas partes diuidens circulum.
Diaplasma, significat semper, vel iugiter, id est, cui annectitur sempiternum esse confirmat.
Didascalus Græcè, magister.
Didragma, duæ dragmæ.
Didragma, mensura duplex, scrupuli sex.
Diducere, distrahere, diuidere.
Dieta, viuendi regula.
Diffamare, diuulgare.
Diffiteri, abnegare.
Diffetiſci, dissolui, marcescere.
Digamiæ, secundæ nuptiæ.
Digerere, deducere, ordinare, exponere, consumere, exigere.
Digestum, serenum, exaltatum, descriptum.
Dilapidare, prodigere, erogare, dissipare.
Diluere, delere, vel lauare, purgare.
Dimicare, pugnare, contendere.
Dimiclium, requietorium.
Dina media, potestas herbarum, vel liber vbi herbarum medicinæ scribuntur, vel locus vbi medicinæ reponuntur.
Dyoscorus apud Græcos, Iunius.
Diplo, diplico.
Diplois, duplex vestimentum.
Dipsas, genus aspidis.
Dipticæ, duæ tabulæ.
Dipondius, quasi duo pondera, id est, libræ duæ.
Diriguit, obstupuit.
Disceptare, contendere.
Dissidium, discordia, vel separatio.
Discire, discedere, dissentire.
Discissere, discrepare, disiungere, succumbere, perire.
Discophorus, discum ferens.
Discolus, difficilis, indisciplinatus, vel immoralis.
Discrimen, periculum, diuisio, dilucidatio, à quo discriminare, diuidere.
Discriminalia, pectines, vel ornamenta capitis mulierum.
Dissertus, diuisus.
Disserere, vel disceptare, adaperire, vel dicere.
Disertus, prudens, facundus.
Disijcere, dispergere, vel disperdere, vel fugare, vel despicere, vel differre.
Dysenteria, intestinorum vulnus.
Dissologia, duplex locutio.
Dispensare, disponere.
Distribuere, gubernare, moderari.
Dispartire, dissipare, distribuere, diuidere.
Displodere, dissoluere, dispergere.
Disterminare, disiungere.
Distichon Græcè, opus duorum versuum.
Distractum, diuisum, vel venditum.
Dysuria, vrinæ difficultas.
Ditio, potestas.
Diuaricare, prostituere, aperire.
Diuortium, separatio.
Dolabrum, bipennis, quia duo habet labra.
Dolantes, tela abscondita, vel vaginę lineæ in quibus latent.
Domata, Græci tecta dicunt.
Domata, mœnia, vel superiores partes domus.
Donaria, loca vbi dona oblata recondebantur.
Dorcones, auidi voratores.
Dorix, nomen fluuij.
Doxa Græcè, gloria.
Dracena, dicitur à draco, sicut leæna à leo.
Drachma, octaua pars vnciæ, genus denarij, & est solido minor, scrupulis tribus constat, id est, octodecim siliquis.
Dromeda, genus camelorum.
Dromedarij, cameli veloces.
Dromis Græcè, cursor. Vnde & dromedes, cursores.
Dromones, longę naues.
Drusus, impatiens, vel rigidus, vel contumax.
Ductile, quod malleo producas.
Duellio, prouigil, vel rebellio.
Duellum, bellum, quia eius duæ sunt partes, vel bellum secundum.
Dulensis, seruitus est, quæ & Deo quantum oportet est reddenda, & hominibus quantum condecet exhibenda.
Dumtaxat, tantummodo.
Durco, trieres, nauis triremis.

De incipientibus per E.

CAP. L.

EBenus, arbor, vel gemma candida, qua artifices aurum poliunt.
Ebeni, de ebeno facti.
Ebiones, pauperes.
Ebionitæ, hęretici quidam ab Ebione, vel paupertate dicti.
Ebul, nouember.
Ebur, ossa & dentes Elephantis.
Echo, imago vocis quæ in cauis locis ostensa resultat, & resonat.
Oeconomus, dispensator.
Equuleus, genus tormenti, sic dictus, eo quod extendit hominem.
Edicere, foris dicere, euocare, vel præcipere. Vnde & edicta.
Editum, vel factum, vel prolatum.
Æditui, ianitores, quasi custodes ædis.
Educare, nutrire, vel eligere, proferre, liberare.
Edulium, quod facilè editur, vt sorbitiuncula.
Ephebia, domus puerorum lupanari similis.
Ephebi, adolescentes à Phœbo dicti.
Effœminati, id est, molles, sine fœminis scilicet turpiter in ephebos operantes.
Effœta, fatigata, vel frequenti fœtu exhausta, vel vacua, vel sterilis.
Ephi, decima pars chori, id est tres modij, & hoc in aridis.
Ephod, superhumerale.
Egerere, tollere.
Egestuosus, miserijs pressus.
Egloga, interlocutio, vel lectio, vel vilis sermo.
Elatæ, palmarum folia.
Electrum, genus lapidis dicitur ex eo quod ad radium solis, auro clarius argentoque refulgeat.
Elegans, honestus, egregius, nobilis, modestus, gratus.
Elegiacus, carmen cuius modulatio miseris conuenit.
Elidere, percutere, lædere, frangere.
Eulogium, prosapia, vel responsum.
Elucubratum, elaboratum, exquisitum, ornatum.
Eluere, diluere, purgare.
Elul, mensis Augustus.
Eluco, vinco.
Elumes, liquor fossæ.
Emancipati, è manu emissi, vel iuris proprij domini statuti.
Emax, emptor, auidus.
Emboliſmus Græcum est, Latinè superaugmentum, eo quod expleat numerum annorum communium.
Emerita, arma victricia.
Emeritus, veteranus solutusque militia, cui iam vsus prælij non est.
Emina, cum aspiratione appendet libram vnam, quæ geminata facit sextarium.
Eminus, procul, vel non longè.
Emissarius, prędo, homicida, vel flagitiorum & luxuriæ satelles.
Emissus, ceruus dicitur quando ceruam sequitur.
Emolumentum, lucrum.
Emorroys, fluxus sanguinis, vel genus aspidis.
Empyrea, ignea.
Emula, similia.
Emunctoria, id est, forcipes ad emũgendum.
Enormia, vitia.
Enchiridion, manuale, quia manu astringitur.
Energia Græcè, id est, agilitas.
Engaddi, locus vbi finitur mare mortuum.
Enigma, sermo figuratus & obscurus.

Enixa, conata, vel à partu liberata.
Eno, vinum.
Enophorum, id est, vas ferens vinum.
Entecam Græcè, id est, repositæ rei copiosam substantiam appellamus.
Eous Græcè, aurora, vel sol, vel homo de oriente.
Epanados, quam nostri regressionem dicunt, principum dignitas erat.
Epar Græcè, iecur,
Epigramma, id est, titulus, vel abbreuiatio scripturæ.
Epilogus, nouissima pars controuersię, quæ preces tantum habet.
Epinicia, victoriæ.
Epinemia, quæ dantur per singulos menses.
Epystilia, quę super capita columnarum ponuntur.
Epitaphium Græcè, super tumulum; est enim titulus, vel carmen mortuorum.
Epithalamium, carmen nuptiarum quod decãtatur in honore sponsi & sponsæ.
Epithema, medicina, dicta quia superponitur alijs adiutorijs præcedentibus.
Epitoma, id est, recapitulatio, vel abbreuiatio.

Adhuc de eodem.

ERebi, inferni.
E regione, è latere, è contra.
Erga Græcè, opera.
Ergasterium Græcè, operarium vbi opus fit, vel taberna, vel vbi aliquod operis exercitium geritur.
Ergastulum, carcer, vel propriè locus vbi deputantur noxij ad aliquod opus faciendum.
Erodius Græcè, fulica.
Eruca, vermis, vel herba.
Eructare, emittere.
Eruderare, purgare, sustollere.
Ærugo, siue rubigo fit in frugibus, quando ros, vel Imber nocte super teneras spicas cadit, & postmodum incalescente sole vertũtur in rubedinem, & inanescunt grana adhuc tenera. Eadem dicuntur & aurugo, ab auralis, vel ab eurus, ventus ab oriente.
Esto, concedo, vel planè.
Æstus, maris inquietudo, id est, accessus, vel recessus.
Etymologia, origo vocabulorum.
Ethnici, Gentiles.
Ethnos enim Græcè, gens.
Eucharistia, id est, bona gratia, vel gratulatio.
Eucstigio, statim.
Euge, bene, gratulatio est, vel laudatio, siue salutatio.
Euitare, castrare, euacuare, examinare.
Eulogetus Græcè, id est, benedictus.
Eulogium, responsum diuinum, vel prosapia, vel bona fama.
Eumenides, id est, furiæ, seu deæ infernales.
Eusebia Græcè, pietas.
Exa Græcè, sex.
Exactum, exquisitum, vel ciectum, vel completum.
Exhalare, id est, emittere, vel spirare.
Examen, multitudo, vel caput, vel probatio, vel filum medium quo statera regitur, & lances æquantur.
Exameter, versus qui senarius dicitur.
Examitum, pannus sex filis contextus, qui vulgo dicitur samix.
Exapla, bibliotheca.
Exaplois, exemplaribus.
Exapla, id est, sextuplica, scilicet singulariter.
Excandere, exardere.
Exceptoria, receptacula.
Excerta, serpens qui Græcè vocatur hydra, id est, multorum capitum.
Excidere, euertere.
Exconsules, qui iam à consulatu exierunt.
Excubare, vigilare.
Excubię, officia vigiliarum.
Excussor, id est prędo, vel percussor, siue homicida.
Exedra, domus conuocationis separata modicum à prætorio vel palatio.
Exequiæ, funeris prosecutio.
Exerere, expedire, aperire, nudare, vel eleuare.
Exesa, coniumpta, vel euacua.
Exilis, tenuis, quia quasi per angustum potest exire.
Eximius, quasi valde eminens.
Exolescere, affluere, delere, euanescere.
Exoletus, vanus, infamis, solutus, turpis.
Exorcismus Gręcè, id est, adiuratio, vel increpatio.
Exorsus, locutus.
Expergisci, euigilare.
Expilare, surripere.
Exossare, id est ossa extra proijcere.
Explodere, illidere.
Ex sententia, id est, prosperè, vel ex voto, siue ex optato.
Exta, intestina.
Extasis, mentis excessus, vel ex pauore, vel intentione ad superna.
Extemplò, id est, subitò.
Extorris, id est, exul, quasi extra terram suam pulsus.
Extricare, id est expellere, exterminare.
Extuberare, tumere.
Exuberare, abundare.
Exulcerare, exasperare.
Exuuiæ, id est, vestes siue spolia, ab exuendo.

De incipientibus per F.

CAP. LI

FAcetus, id est, hilaris, gratus, honestus.
Facilis, tractabilis, ingeniosus.
Facinus, quidquid agit indomita cupiditas ad corrumpendam animam vel corpus suum.
Factio, coniuratio.
Factiosus, seditiosus, fallax, vel faciens.
Facula, à face.
Fallarica, genus teli, vel arcæ grandis.
Falcastrum, ferramentum curruum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam.
Far, genus frumenti.
Farcire, implere.
Farus, siue pharus, turris maxima, quæ flammarum indicio longè videtur à nauigantibus.
Fas, honor, licitum, iustum.
Farum, dictum quia candelam fert.
Fascia, cingulum, quo pectus & papillę comprimuntur. Inde fasciola.
Fasciare, ligare.
Fascis, lignorum colligatio.
Fascinare, grauare, vel adulando decipere.
Fascellus, nauicula vasta.
Fastes, honores, vel dicta.
Fasti, libri in quibus reges vel consules scribebantur, dict. à fascibus, i. potestatibus.
Fasti dies, quibus ius fatur, id est dicitur Nefasti, quibus nõ dicitur.
Fata, dicta, vel responsa, vel mors.
Fatalis, debitus, vel mortalis.
Fatidici, diuini, vel fata canentes.
Fatiscere, multum hiare, siue aperire, dissolui.
Fauni, homines, vel dij siluestres, qui fantur futura, qui & ficarij.
Feculenta, fece plena.
Femen, idem quod femur.
Ferale, mortiferum,
Flebile, pernicioſum.
Ferculum, missorium, vel vascu-lum, vel discus, vel plectus portatilis.
Feriæ, cessationes ab operibus.
Fermè, propè, ferè.
Fetula, herba.
Festinatò, festinanter.
Fæta, plena, vel liberata.
Fialin Græcè siue phialin, vitrum. Inde phiala.
Fibræ, venæ, vel extremitates iecoris, vel membrorum iuncturæ.
Fibulæ, quibus ornantur pectora fœminarum.
Ficarij, fauni.
Fidicula vel fidicen, cythara, vel cytharedus.
Fidiculæ, vngulæ quibus torquentur in equuleo appensi.
Filaxe Græcè, seruare. Inde gazophylacium.
Fimbriæ, catenæ, vel oræ vestimentorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ficellum, vas gracilibus viminibus factum.
Fiſcina, ſaccus, vel ſarcina. Inde fiſcella.
Fiſcus, pellis in qua teſticuli ſunt, vel ſaccus publicus.

Adhuc de eodem.

FLasentia, contracta.
Flagella, ſummitates vitium & arborum, quia flatu agitantur.
Flagitare, poſcere.
Flagitium, quidquid agit indomita cupiditas, à flagitando.
Flagra, incendia, verbera. Inde flagella.
Flagrare, incendere, vel percutere.
Flamines, Pontifices idolorum, quaſi filamines, ſcilicet à filo quo capita religabant.
Focariæ, coquinariæ ad focum faciendum.
Folles, pelles.
Folicatum, curuatum.
Folliculus, theca frumenti in qua ſeruatur granum.
Fomes, firmitas, origo, fomentum.
Fora, theatra.
Forcipes, fabrorum ſunt quibus ferrum candens tenetur.
Forco, ſecuris qua Pontifices in ſacris vtuntur.
Forenſes, à foro.
Forfices, ſartorum.
Fornicatio, amor legitimo connubio ſolutus & vagus, dicta à fornicibus, id eſt ædificijs arenatis.
Fornix, arcus de coctura fornacis extructus in plateis in ſignum triumphi, vel opus concameratum. Inde forniceum, vel galea, vel fornicatio.
Forpices, tenaces, vel inſtrumenta tonſorum.
Fortuna, dea caſuum.
Fortunatus, felix, diues.
Forus, locus exercendarum litium, à fando.
Formum, calidum. Vnde & feruidum.
Fos Græcè, ignis, vel lux.
Fragra vel fraſa, poma ſilueſtria.
Fragantia, redolentia, quia fracta plus redolent.
Framea, haſta longiſſima, vel gladius verſatilis, id eſt bis acutus.
Fraſis, ſeu phraſis, locutio, interpretatio.
Fratrias Græcè, coniuratio.
Fratriſſa vel fratrua, vxor fratris.
Fratruelis, duorum fratrum filius.
Frenuſculi, vlcera circa oris rictum.
Frendere, dentes comprimere, vel concutere.
Fronus Græcè, ſapiens.
Frugalitas, largitas, vel temperantia, ſiue parcitas.
Frugi, temperatus, vel temperatè.
Frumen, eminens gutturis pars qua cibis fruimur.
Frutex, breuis dictus eſt, eo quod fronde terram tegat, à quo fruteta.
Fucatum, tinctum, fictum.
Fucus, dolus, vel genus apis, vel vermiculus vnde veſtis tingitur, vel genus herbę.
Fulcra, quibus lecti fulciuntur.
Fulgere, ferire. Vnde fulmen.
Fulica, auis.
Fuluum, rubeum.
Furnarium domus furni.
Funalia, candelabra.
Functus, vſus, vel conſecutus, vel finitus.
Funda, fundibulum, vel genus rhetis piſcatorij, eo quod in fundum mittatur.
Functoria, tranſitoria.
Fundibalus, quaſi funda emittens; Bali enim Græcè, dicitur emittere.
Fundus, poſſeſſio, quia in ea fundatur vel ſtabilitur patrimonium.
Funebre, luctuoſum.
Funeſtum, ſceleratum, pollutum.
Fungi, dicti quia ignem acceptum concipiunt.
Furceps, ignarus.
Furcifer, qui ob leue delictum furcam circa viam ferre cogebatur, confitens peccatum ſuum, magis ad hominum ignominiã, & aliorum terrorem, quàm ad ſupplicium.
Furiæ, deæ infernales, vel patientia.
Furnum, nigrum, inde fur.
Furunculus, vulnus, vel tumor in acutum ſurgens.
Fuſcina, vel fuſcinula, creagra, ſiue tridens.
Fuſcum, nigrum.

De incipientibus per G.

CAP. LII.

GAla Græcè, lac. Vnde galaticiæ delitiæ, lauticiæ.
Galbanum, ſuccus ferulæ, vel genus pigmenti.
Galeros, corium. Inde galea.
Galerum, pileum de pelle hoſtiæ cæſæ factum, vel pelliceum calamacium, vel pallium de iunco.
Gamos Gręcè, nuptiæ.
Ganeo, tabernio.
Gluto, luxurioſus.
Gannire, vulpium eſt, ſicut latrare canum.
Garganus, mons Apuliæ.
Garos Græcè, liquamen.
Gaza Syriacè, theſaurus.
Gazophilacium, cella vbi theſauri reconduntur.
Ge Gręcè, terra.
Geneſta, genus virgulti amariſſimi.
Genethliaci, qui hominum geneſim per duodecim cœli ſigna deſcribunt.
Geniolus, iugenioſus.
Genos Gręcè, barba, vel genus.
Gentiles, qui ita ſunt vt geniti fuerunt, ſcilicet ſub peccato, & non ſunt regenerati.
Genium, naturale, amicum.
Gerere, diſponere, explicare, agitare.
Gygantomachia, pugna.
Gymnaſium, generaliter exercitiorum locus, vel Philoſophorum, vel athletarum ludus vbi exercentur athletæ, vel curſores.
Gymnos, nudus.
Gymnoſophe, qui nudi philoſophantur in ſolitudinibus Indiæ tantum tectis genitalibus.
Girgillus, lignum tranſuerſum ex quo funis cum ſitula in puteum mittitur, dictus quia in gyrum verſatur.
Gith, genus leguminis.
Glaber, lenis facie, raſus, vel ſine barba purus.
Gladiatores, qui in ſpectaculis mutua ſe cæde trucidant.
Gladiolus, herba folijs gladij ſimilibus.
Glarea, terra glutinoſa vel condenſa, vel lapilli fluminum quos aqua fluens trahit.
Glaucum, album.
Glauci oculi, pro ſplendentes ponitur.
Glis, animal paruum.
Glirium, torcens, immobile.
Gliphe Græcè, inſculptus.
Globa, iunctura.
Globus, ignis euomens vel eructans denſitates.
Globus, lapis.
Globus, penſa mulierum.
Gloſſa Græcè, lingua, vel aduerbium.
Gloſſa, gemma.
Gnota Græcè, ſcito.
Gomor, decima pars ephi.
Grabatum Græcè, reclinati capitis ſuſceptio.
Graphia Græcè, ſcriptura.
Graphin Græcè, littera.
Grapides, auis, quæ & tarda.
Graculus, auis.
Gramma Gręcè, literalis ſcriptio.
Graſſari, ſæuire, prędari, vel creſcere.
Gronſi, dicuntur fructus arboris ficus immaturati & mutiles, pulſu ventorum cadentes.
Gumma, vel gummi, lachryma ſudore lignorum elaxata. Græcum eſt.
Gurdus, ineptus, inutilis.
Gurges, locus altus in flumine, vel verticoſus.
Gurguſtum, guttur, vel antrum anguſtum & tenebroſum, vel caſa breuiſſima in qua mittuntur piſces.
Gutta, dicitur amoniacum.
Guttatus, color in equo albus, nigris interuenientibus notis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De incipientibus per H.

CAP. LIII.

HAmatum, vncis circumdatum.
Hamula, dicitur ab hamo fiſcinula, ſcilicet ad extrahendas carnes, vel diſpenſandas in caldaria.
Harmonia, ex multis vocibus coaptata moderatio.
Harpax, rapax.
Harpe enim Græcè, rapere eſt, & eſt inſtrumentum orci.
Harpię, arum, genus auium.
Hiacinthina veſtis, æthereo colore reſplendens.
Hiacinthus, herba, vel gemma.
Hebenus, arbor nigra Indiæ.
Hectecę, ſolaria de cænaculorum parietibus eminentia.
Hemiſphærium, dimidia ſphęra.
Heros, vir fortis. Inde heroicum.
Hermaphroditus, genus monſtri, in quo vterque ſexus apparet.
Herilis, Dominus, vel Dominicus.
Helluo, vorax, ebrioſus.
Hem, vox iraſcentis.
Herculaneus, eunuchus.
Heri, Domini.
Herilis, domicellus, id eſt, Dominus minor.
Herinacius, animal paruum ſpinoſum.
Hermafroditus, qui vtrumque ſexum habet.
Hernioſus, ponderoſus, ſiue ruptus.
Herodius, falco, vel girfalco.
Heroes, viri fortes.
Hiberi, Hiſpani.
Hibleus, flos, vel floridus.
Hidriæ, vaſa aquarum.
Hymen nuptiæ, vel carmen nuptiale.
Hibex, caprea.
Hypotheſis Græcè, dicitur arcus cæleſtis.
Hiri, menſura in liquidis.
Hiſpidus, piloſus, ſpinoſus, horridus.
Hiſtrio, dicitur ioculator qui hiſtoriam motu corporis ſignificat.
Hiſtria, quædam terra.
Hiſtriata, hiſtoriata, ſcilicet hiſtorias quaſdam continens.
Hiſtrix, quadrupes ſpinoſus.
Hiulca, ſciſſa, aperta.
Holitores, olerum diſtractores.
Homos Græcè, totus.
Homos, ſimilis, vel æqualis.
Homonyma, cum vnum nomen multa ſignificat.
Homouſion, eiuſdem ſubſtantiæ ſcilicet cum patre.
Homuncio, vel homunculus, homo non grandis formæ.
Horripilatio, horror, & erectio pilorum.

De incipientibus per I.

CAP. LIV.

IActura, damnum quod vltro patimur.
Iambus dicitur, quia huiuſmodi carmine ſolent poetæ detrahere.
Ibis, auis quædam.
Icon, nis, Græcè, imago, ſiue iconia.
Idea Græcè, proprietas, vel conſuetudo.
Idos Græcè, forma. Inde idolum.
Iecur, hepar.
Illepidum, inſuaue.
Illex, arboris ſpecies.
Illibata, incontacta, incontaminata.
Illicere, ſuadere, inducere, vel ſeducere.
Illuuies, ſqualor, immmundicia.
Inaures, ab aurium foraminibus dictæ ſunt quibus gemmæ dependent, harum vſus in Græcia, quas puellæ vtraque, pueri tantum dextera gerebant.
Inceſtare, polluere.
Inceſtum, quod committitur cum ſacra virgine, vel cum propinqua.
Incola, aduentitius, ſed permanens.
Incolatus, peregrinatus.
Inconditus, incompoſitus.
Increbreſcere, innoteſcere.
Incus, ferrum in quo cuditur, id eſt, fabricatur.
Innoteſcere, id eſt, frequentari.
Indagare, iuueſtigare.
Indere, inſerere, immittere.
Indoles, propriè quædam imago futuræ virtutis in iuuene.
Induciæ ceſſationes à bello.
Indùſtria, ſolertia.
Inædia, fames, tenuitas.
Inertia, pigritia.
Inerticula, vua nigra.
Inetia, erebus.
Inextricabilis, inexplicabilis.
Infandi, nefandi, id eſt nec nominandi.
Infenſus, offenſus.
Inficiari, crimen inferre, vel negare, vel mentiri.
Infrunitus, guloſus, quaſi ſine freno moderationis, vel ſine frumine.
Ingenitum, innatum, conſuetum.
Ingruere, grauiter irruere.
Initiare, ſacrare.
Initias, agrorum congiraria.
Inoleſcere, inhærere, increſcere.
Impendia, impenſæ, ſumptus, & lucra.
Impetigo, ſicca ſcabies prominens à corpore, cum aſperitate & rotunditate formæ.
Implanare, delere, vel dolare.
Impos, impotens, puſillanimis.
Imprecari, intentè rogare, optare, expugnare.
In præſentiarum, pro in præſenti.
Impræceps, in profundo præcipitio.
In procinctu, in apparatu, vel in militia.
Impunes, ſine crimine vel pœna.
Inquam, dicam, vel dixi.
Inquilini, qui alienam terram inhabitant vel colunt, ſcilicet aduenę.
Inſcribere, accuſationis eſt.
Inſignire, decorare, ſignum imponere.
Inſimulare, accuſare ficto crimine.
Inſitum, inſertum.
Inſoleſcere, contra conſuetudinem agere.
Inſolentius, ſuperbius.
Inſoleuit, inualuit, inhæſit.
Inſtitare, mortuum inuoluere.
Inſtitis, linteolis.
Inſtitor, negotiator, vel nauigator.
Inſudare, cum ſudore quærere.
Inſumere, aſſumere.
Intemerabile, perpetuum, immortale.
Intemerata, integra, nulla temeritate violata.
Intempeſta, nox media dicitur, quia caret tempore, ſ. actu, per quem dignoſcitur tempus.
Intentare, inferre, denunciare.
Intercalare, interponere.
Intercipere, decipere.
Interlunium, tempus inter deficiẽtem & naſcentem lunam, ſcilicet 30. dies.
Internecio, interitus.
Internecium, bellum in quo omnes pereunt.
Interpolatum, interpoſitum, interruptum, vel varium.
Interraſilis, interpolatus, celatus.
Interſcapulum, ſpatium inter ſcapulas.
Inteſtabilis, ſine fide & teſtimonio.
Inteſtinum, domeſticum.
Inuolare, in volam, id eſt in manum includere.
Inuiſere, reſpicere, viſitare.
Inuolucrum, dictum quod aliquid intus teneat inuolutum.
Inurere, imprimere notas vel maculas.
Ipotheſis Græcè, dicitur arcus cæleſtis.
Iter ſabbati, vnum milliarium ſecundum legem.
Itidem, ad ipſum, vel iterum atque iterum.
Iuba, coma.
Iuuat, libet.
Iugiter, perſeueranter.
Iuglandem nucem, quaſi Iouis glãdem.
Iuncus, dicitur eo quod iunctis radicibus hæreat.
Iuniperus, genus arboris.

De incipientibus per K. quæ tamen potius ſcriberentur per C.

CAP. LV.

KAbrina, Laborem inferens.
Kakoſi inteton, vitioſa compoſitio-

poſitio.
Kai,cancelli.
kalamentum,menta agreſtis.
kalendas , dictas quidam putant, quod apud veteres omnia menſium principia colebantur.
Kancer, eſt animal maritimum.
kaniſer,ſenex.
Kanti,acuti.
Kappa,capitulum.
Kappa,diuinarius,voluntarius.
Kapiſterium , quod agnis vel ſuronibus in caput ponitur.
Kaplere,credendum proferre.
Kaploſus,eliſus.
Kara , apud poeticos caput dicitur.
Karinantes,illudentes.
Kariſtea , dies feſtus inter cognatos.
Kariſtia,gratia.
Kathecuminus,in fide inſtructus.
Kathegoria , accuſatio vel dilatio nominis.
Katholicus,vniuerſalis.
Kaupo negotiator,tabernarius.

De incipientibus per L.

CAP. LVI.

LAbyrinthus , ædificium perplexum parietibus , qualis domus fuit Dedali, vbi fuit minotaurus incluſus , dicta quia inde elabi nemo poſſit ſine glomere fili.
Laberna,fur,vel gladiator.
Labrum,vas ad lauandum. Inde & labellum , idem & labium dicitur.
Labruſca,vitis ſylueſtris, quia in labris agrorum naſcitur.
Lacerna , cuculla ſubtilis , vel pallium fimbriatum.
Laciniare,lacerare.
Lacinioſum , pannoſum , laceratum.
Lacinia extremitas veſtis.
Lacteus circulus,via in ſphæra,quã circuit ſol, & ex eius ſplendoris tranſitu lucet,& alba fit.
Lacula,læ,vel laculata veſtis , quæ lacus quadratos quoſdam cum pictura habet intextos, vel additos acu.
Lacunaria,quę cameram ſubtegunt & ornant:quæ & laquearia.
Lacus,ſiue lacuna , idem quod ſtagnum.
Lagana,panes lati ac tenues.
Lagena , vas fictile : Inde lagunc ula.
Lagos Græcè,lupus.
Lamia, dicitur genus monſtri , has fabulæ infantes laniare ſolitas ferunt.
Lamina,id eſt,parua lama aurea ad modum dimidiæ lunæ facta, quæ frontem ornabat Pontificis.
Laniſta,gladiator,vel carnifex: à laniando.
Lanugo , prima barba, à ſimilitudine lanæ.
Lapates eſſe dicunt cibum ex oleribus confectũ,vel ollas minores.
Laquearia,lacunaria.
Laruæ,vmbræ , damnatorum animæ , quos ex hominibus malè meritos dæmones factos aiunt, quorum natura eſſe dicitur terrere paruulos & in locis garrire tenebroſis.
Lateres,tegulæ.
Latex , liquor fontis , quia in venis terræ latet, vel quodlibet humoroſum quod ſuo fructu claditur,vt vinum.
Latomi,lapidum cæſores.
Latrina,ſeceſſus publicus.
Lebes, ſiue lebeta , olla ænea minor caldaria.
Lecythus,ampulla olearia.
Lectica,lectus, vel in quo conſules portantur.
Legio maior,duodecim millia hominum: minor,ſex millia continet.
Lembus,nauicula.
Lemures , laruæ.
Læno,impudicus , vel ſtupri conſiliator,vel adulator.
Lenticula,vaſculum olearium quadrangulum , vel in latere apertum , ex ære vel argento factum, à leniendo dictum.
Lepor , blandities , gratia , ſuauitas.
Lætamen , fimus,quia facit arua lætari.
Lętaniæ Græcè,rogationes.
Leugas Galli,ſtadia Græci,nos verò milliaria dicimus.
Leuga, paſſus habet mille centumquinque.
Leuiathan,ſerpens de aquis.
Leuigare,lenire,dealbare,polire.

Adhuc de eodem.

LIba , vel libamina , ſacrificia de liquidis.
Libare,fundere.
Libanus,mons Arabiæ , vel arbor thuris.
Liber , pater eſt Deus vini apud Græcos : Liber enim vſum vini apud Græcos oſtendiſſe fertur. Dicitur etiam liber interior tunica corticis.
Libertinus,olim Liberti filius,nunc verò à Liberto factus , vel poſſeſſus.
Libra perfectum habet pondus,ſcilicet duodecim vncias,dicta quaſi libera , quia omnia pondera in ſe continet.
Librarij,ſcribæ.
Licia,quaſi ligia, filum innodatum, quo ſcilicet ſtamina telarum ligantur. Inde liciatorium.
Licinius,candela , vel cicendula lucernæ.
Licon Græcè , lupus.
Lictor,apparitor,vel percuſſor , vel eccleſiæ ſeruitor.
Lyen,ſplen.
Lyeum,vinum à Lyenon,id eſt,ſoluere,quia nos à cura ſoluat.
Ligurtire,ſummatim deguſtare.
Limbus , veſtis vel circuitus chlamydis , vel lucubrum cuiuſque rei.
Lymphari,bacchari,vel furere.
Lymphaticus , furibundus , quia aquam timet,vel qui ex aqua quaſi diuinat.
Limpidum,præclarum,purum,perſpicuum.
Lineamenta , extremitates corporum.
Lippitudo , vitium oculorum,cum ex crebra humoris effuſione palpebræ groſſeſcunt.
Lyrici, poetæ , dicti à varietate carminum. Vnde litura, & Lira à liniendo dicta.
Liuor,macula in corpore.
Lix Græcè,aper.
Lixa,olim dicebatur aqua: Vnde & elixare dicitur.
Loculus,locus in terra factus ad aliquid cuſtodiendum.
Logium,rationale.
Lolium,herba tribuloſa.
Lora,retinacula.
Loramenta,laquearia.
Lotium, vrina , quia ea lota indumenta mundantur.
Lucina,luna.
Lucinantes,ſuadentes.
Lucubro,vigilo.
Lucubrationes , nocturna lumina: Inde lucubratiuncula , vnius noctis vigilantia.
Luere,purgare, pœnas ſoluere.
Luligo,genus auis.
Lumbricus,genus vermis inteſtinorum.
Lumbare,cinctorium lumborum.
Lunaticus,epilenticus,i. caducus.
Lunulæ, mulierum ornamenta , in lunæ ſimilitudinem bullulæ aureę dependentes.
Lupanar,proſtibulum vbi meretrices quaſi lupæ miſeros rapiunt.
Lupata,fræna dura & aculeata ad equos domandos.
Luridum,pallidum,ſordidum.
Luſcus, qui minus eſt videns.
Luſtra , obſcura ferarum latibula.
Luſtrare,videre,circumire.
Luſtrum , ſpatium quinque annorum.
Lutrum,vas quoddam,ſiue concha ad lauandum.
Luxis,laxatis,ſiue quaſſatis.

De incipientibus per M.

CAP. LVII.

MAcarius græcè,beatus.
Macellarius, laniſta.
Macellum , vbi mactantur vel venduntur pecora.
Macerare,cruciare,lacerare.
Machina,fabrica,inſtructio , exquiſitio,argumentum.
Macros Græcè,longus.
Macte , maior facta vel magis,aut etiam verbum eſt bene alicui optantis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Macula,turpitudo,nota.
Madidum,infuſum.
Magalia,caſæ paſtorales.
Magiſtratus,prętores,vel conſules, quaſi maiores reliquis officijs.
Magnatus,nobilis,potens.
Magnes,genus lapidis.
Magnificentia,celſitudo,largitas.
Magnoperè,magno opere, vel ad magnum opus neceſſarium.
Magi,malefici,ſapientes,mathematici.
Maieſtas,dignitas,authoritas, gloria,vel numen.
Malagma,emplaſtrum.
Malaxatus,ſubactus, vel maxilatus.
Malæ,maxillæ.
Malefidum,infidum,periculoſum.
Malegratum,ingratum.
Malleolus,nouellus palmes.
Maleſuada,malè ſuadens.
Mallonen Græcè,comam.
Malum punicum,quia de punica regione tranſlatum.
Malus,arbor,vel vanus.
Mammona,diuitiæ,vel dæmon qui præſidet auaritiæ.
Mammotrecti, pueri lac ſugentes, quaſi mammas ttahentes.
Manhu,quid eſt hoc.
Mancia,ſacrificium.
Mancipare,quaſi manu tradere, vel manu captum adducere.
Mancipium facere, in ſeruitutem redigere.
Mancus,manu ancus.
Mandare,commendare,committere, deponere, credere, vel in fidem tradere.
Mandere,manducare.
Mandibula,mola dentium.
Mandragora,genus herbę.
Manes,vmbrę,vel inferi animæ,vel dij defunctorum.
Manere,reſtare,expectare.
Mania,inſania
Manicare,mane ire.
Manicæ,manuum vincula.
Manicleata,tunica manutrita.
Manipulus, ligatura, cuneus 200. militum.
Manſa, comeſta,manſueta.
Manſum,fundum, vel domus.
Mantica,bargila,ſportella.
Manticula,victoria,pera.
Manticulare,fraudare,vel furari.
Mantile,velamen menſæ, vel mappa.
Mantum,quod manus tergit.
Manus, multitudo poteſtas.
Manubiæ, prædæ, quia manu capiunntur.
Manducere,tenendo ducere.
Manumiſſus, libertus, quaſi manu emiſſus.
Manzer,de ſcorto natus.
Mappalia,caſæ paſtorales.
Mappa,cui apponuntur epulę:Inde mapella.
Maran,amarum.
Maratana, Domini aduentus, vel Dominus venit. Syrum eſt.
Marcidus,laſſus,grauatus,lāguidus.
Marcus,malleus maior: Inde marculus.
Mare,totum elementum:Maria verò partes maris.
Margo, extrema pars cuiuſque loci.
Mars,incantator.
Mars,pugna.
Marſupium,burſa, vel ſacculum.
Martia,gens Romana: Sic martia mænia.
Martius campus, id eſt Romanus.
Maſticina,crocea.
Maſtix,reſina lentiſci.
Maſtruga,fortis, vel veſtis ex ferarum pelliculis.
Mathematici,genethliatici, qui vitam hominum ſiderum momentis conſtituunt.
Materia,ſilua,occaſio,
Matrona, vxor,quia iam in matrimonium venit.
Matrix,in qua fœtus generatur.
Maturare,accelerare.
Mauors,belligerator.
Mauortem, matronale operimentum,quod caput operit.
Mauortia,idem quod martia,id eſt, Romana,vel belligeroſa.
Mauſeola,ſepulchra.

Adhuc de eodem.

MEander,quidam fluuius.
Mechaniæ, ingenia fabrorum.
Meapte,meipſius.
Mechanica, peritia fabricandi res quaſlibet.
Meaptus,fatuus.
Meditullium,medius locus, vel locus meditationis.
Megas Græcè, magnus. Inde Megacoſmus, id eſt maior mundus.
Mela Græcè,mala.
Melam Græcè,nigrum:Inde melācholica, quia fel in nigredinem conuertitur.
Meleſia, compoſitor cantus, vel meditationis locus.
Melos,dulcis ſonus.
Melota,,pellis ouina.
Melotes,pellis caprina, vel ouina, à collo pendens,præcincta vſque ad lumbos. Sic dicta, quia prius vt quidam exiſtimant, fiebat de pelliculis melonum. Eſt autem habitus, qui neceſſarius eſt ad operis exercitium.
Membrana, pergamena, quia ex membris pecudum detrahuntur.
Menalias,paſtorales.
Mene Gręcè,luna.
Mantor,inuentor.
Merum, purum.
Meritum,dignum.
Meta, ſignum,recurſus,circuitus, terminus.
Metari,conſtituere, vel locare,finire.
Metellus,mercenarius, qui metit.
Metron Gręcè,menſura. Inde metreta, & metropolitanus,à menſura ciuitatum quibus præſidet. Eſt autem metreta menſura liquidorum, continens ſex ſextarios.
Migma Hebraicè,mixtura.
Milliarium, mille paſſibus terminatur.
Mina,habet 60. ſiclos.
Mimi,ioculatores.
Minitari, frequenter minari,vel comitari.
Myoparo,nauis piratica.
Myrtus,genus arboris.
Miſſilia,haſtilia.
Mirmicæ,formicæ,
Miſſitare,frequenter mittere.
Miſſorium,concha modica.
Myſterium,ſecretum, vel ſacramētum, vel occulta præfiguratio: Inde myſticum.
Mythos Græcè,fabula.
Mythiton, fabulare.
Mna, habet libram vnam, vel dragmas 8. Alii 12. quòd libras duas, & ſemis.
Medialus, per quem axis voluitur.
Modulatio, dulcedo vocis.
Molles, qui ſemen in terram effundunt.
Moliri, conari, fabricare.
Monarchia, principatus.
Monas Græcè, ſingularitas.
Moneta, ſimilitudo.
Monile, ornamen tum ex gemmis, quod pendet è collo fæminarum.
Monumentum, amoris pignus, vel memoria.
Monocors, vnicornis.
Monoptota, vnius tantum caſus, vt frugi.
Monos Græcè, ſolus.
Morio, amens.
Moron Græcè, fatuum.
Moroſus, difficilis, faſtidio ſus.
Mortaria, vbi ſemina trita mortificantur.
Morticinium,in quo ſanguis animę mortuus eſt.
Multare, ideſt manducare, calcare, percutere, frangere, mitigare.
Mulctra, vel mulctrum, eſt vas vbi lac mulgetur: Idem & mulgarium.
Muliebria, menſtrua.
Mulio, ſeſſor Muli.
Mulſum, ideſt potio ex aqua & melle.
Mulcta, vel verius multa, damnum pecuniæ.
Mulctare, condemnare, calcare, affligere
Multifariè, multis partibus.
Munia, officia, vel tributa.
Muniacus, qui munera capit, vel qui munera fiſci accipit; hi ſunt curialium maiores.
Municipales autem originis ciues, & in loco officium gerentes.
Municipium,ciuitas,à munijs,id eſt officiis.
Munifex,munera dans.
Murra,genus ligni,de quo fiunt ciphi.
Murena,genus piſcis: Inde murenulæ, catenulæ auro in virgulas lenteſcente contextæ,ordinis flexuoſi, in ſimilitudinem murenæ piſcis, vel ſerpentis, quæ ad col-

lum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lum ornandum, à capite defluentes aptantur.
Murex, eminens, acutum, præruptum, excelſum ſaxum, vel cacumen montis.
Muria, liquamen.
Muſac ſabbati, gazophilacium regum, ſicut corbonam ſacerdotum; vel ſecundum Hebræos organum erat, quo in ſabbato cantabatur.
Muſcinoes, bibiones.
Muſculi, capita neruorum, vel curua nauigia.
Muſitare, paſſerum eſt.
Muſcius, genus ſoricis.
Mutilare, cadere, vel truncare, debilitare.
Mutire, canum eſt; & eſt gannire, vel ſubmurmurare.
Mutuare & commodare differunt. Nam qui mutuum dat aliud recepturus eſt, qui autem commodat, idem ſibi reddi deſiderat.

De incipientibus per N.

CAP. LVIII.

NAbla, id eſt pſalteria.
Nayades, deæ maris.
Naoz Græcè, templum.
Naptha, purgamenta lini, vel cuiſlibet rei, vel genus fomitis apud Perſas.
Napus, & nardus, herbæ.
Nardum, genus odoris optimi.
Nathinnei Hebraicè, Græcè dicuntur hypodiacones, id eſt ſubdiacones.
Nationes, homines vagi, ſine lege, quaſi ſic nati, qui & Gentiles, quaſi ſic geniti, ſcilicet in præputio.
Nauare, operam dare, vel ſtudio ſe implere, cogere.
Nauclerus, dominus nauis.
Naufragiũ, portus vbi naues ſæpius franguntur.
Nauicularius, nauium fabricator.
Naulum, merces nauigij.
Nauſea, vomitus.
Nautica, res naualis.
Nauus, agilis, ſtudioſus.
Neceſſarij, amici, vel propinqui: Inde neceſſitudo.
Neę, fila.
Nebulo, vanus, mendax, latro.
Neceſſitudo, affectus, vel propinquitas, amicitia.
Nec immeritò, non ſine cauſa.
Neue, vt non.
Nectar, odor, arbor quædam, vita deorum, potus Angelorum.
Nefandum, vel nefarium, execrandum, vel nec dicendum, vel ſceleratum.
Negocitæ, id eſt opifices, mercenarij.
Negotium, cauſa, vel actio.
Neniæ, deliramenta, vel mendacia, vel carmina ſenilia, funebria.
Neophus, rudis, nouellus.
Neomenia, nouilunium, Calendę.
Nepos, luxurioſus, prodigus, euerſor, gluto, nequam, pernicioſus, vel fugax.
Neri penſa mulierum.
Neruici, funes de neruis facti.
Nere, filare.
Neruus, cyppus.
Neruoſum, robuſtum, rigidum.
Neu, neque.
Neoterici, id eſt iuuenes minores, nouitij.
Næuus macula.
Nibatus, ſplendidus.
Nihil, compoſitum eſt ex nil & hilo. Hilum dicit Varro ſignificare medullam ferulæ.
Nihilipendere, pro nihilo habere.
Nicolaitæ, quidam hęretici.
Necromantia, mortuorum diuinatio.
Nycticorax Græcè, noctis coruus, & eſt bubo ſecundum quoſdam; ſecundum alios noctua: magis autem videtur eſſe bubo, nam in Deuteronomio pro duobus ponuntur nycticorax, & noctua.
Nidor, odor, virus.
Niſa Græcè, ignis odor, qui Latinis nidor dicitur.
Niger, quaſi nubiger.
Nympha, ſponſa in nuptijs, vel dea aquarum, muſca paſtorum.
Nimirum, vtique, ſcilicet nec mirum.
Ningere, niuare.
Niſan, Aprilis.
Niſans, implicans.
Nitela, nitor, quaſi ſpecies ſalis.
Niuale, niueum, candidum.
Nixus, munitus, inclinatus, incumbens.
Noctifuga, Luna.
Nodus, inuolutio.
Nola, campana, ſic dicta à ciuitate Campaniæ huius nominis, vbi primò facta fuit.
Non me fugit, non me præterit.
Norga, ſordes maris.
Norma, regula, forma.
Noſtrates, de noſtra patria.
Nota, id eſt macula, inſcriptio, ſignum.
Notus, ventus, qui & Auſter, vel Nothus, homo de adulterio, vel concubina natus, vel qui patre nobili, & matre ignobili generatur.
Nouacula, dicitur ab innouando.
Nouale, ager primùm proſciſſus, vel qui annis alternis vacat, nouandarum ſibi virium gratia.
Nouare, reparare.
Nouiſſimum, viliſſimum.
Noxa, culpa, vel pœna.
Nubilis, ad nubendum habilis.
Nubilum, cęcum, obſcurum.
Nocicula, amigdala.
Nudiuſtertius, aduerbium temporis, & vlterius ſignificat tempus quàm heri.
Nuga, turpitudo, macula.
Nugaces, vani, fatui.
Nugas, vanos, inutiles. Hebræum eſt.
Nugigerulus, turpis nuncius.
Nuere, nutum dare, promittere, aperire.
Nullatenus, nullo modo.
Num, nunquid.
Numen, poteſtas, claritas, dignitas.
Numerarij, qui publicum numerũ ærarijs inferunt.
Numiſma, ſolidus nomine, effigieque ſignatus.
Numularius, campſor.
Nundinæ, commercia, vel mercandi loca.
Nuſcioſus, qui veſpere plus videt.
Nutare, titubare.
Nutus, ſignum, præceptum, poteſtas.

De incipientibus per O.

CAP. LIX.

O Litera per ſe aliquando eſt interiectio admirantis, ſicut cum dicitur, ô rem magnam; aliquando aduerbium exclamantis, vt, ô conditionem miſeram; aliquando pronomen, vel articulus nominatiui caſus, vt, ô ille.
Oa Græcè, oua,
Obaudire, obedire.
Obcludere, præcludere.
Obducere, claudere, operire.
Obductio, oppreſſio, vel mors.
Obelus, virgula ferrea.
Obeſus, pinguis, refertus.
Obire, fugere, circumire, perire, expiare.
Obites, intentio, vel genus ſerpentis.
Obiurgare, increpare.
Oblatrare, obloqui, obmurmurare.
Oblectamentum, delectatio, ſolatium.
Obliterare, delere, vel obliuiſci.
Oblituit, latuit,
Oblitum, media correpta, linitum.
Obloqui, idem quod oblatrare.
Obluctari, reniti.
Obnixè, firmiter, vel intentè, aut totis viribus.
Obnixus, conſtrictus, vel obligatus, vel ſubditus.
Obnubere, obtegere.
Obolus, 20. pars ſicli.
Obrepere, decipere.
Obriſum, aurum coloris optimi, dictum, eo quod ſplendore irradiet.
Obriguit, obſtupuit vel induraui.
Obſepta, oppoſita, vel circumcluſa.
Obſita, obſeſſa.
Obſoleuit, diſſueſcit, euaneſcit, recedit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Obſorbet,inſoleſcit.
Obſtetrix,quæ parienti aſſiſtit adiutrix.
Obſtinatio,mentis duritia, pertinacia,vel perſeuerantia.
Obſtupuit, ſtupefactus eſt,vel percuſſus eſt.
Obſtrepere,obloqui.
Obſtrigilli, genus calciamenti.
Obtemperat,obedit.
Obtendit,opponit,prætendit.
Obteſtor , conteſtor, rogo, adiuro.
Obtigit,contigit.
Optio,electio.
Obtrectatio,inuidia,
Obtruncare , occidere, vel caput præcidere.
Obtutus,aſpectus.
Obuenire,præter ſpem euenire.
Obumbrare,tegere.
Occaſio, facultas.
Ocinum,genus oleris.
Occipitium,capitis pars poſterior, id eſt,poſt auriculas.
Ociſtrio Græcè,tabernarius.
Ocyter,velociter.
Ocyùs,velocius.
Ocreæ,tybialia calciamenta , quia crura tegunt.
Oculatus,videns & prudens.
Occupat,anticipat.
Occurſat,obuiat.
Odeæ Græcè,via.
Oeconomia, diſpoſitio, vel præparatio.
Oephi , decima pars chori, id eſt modij tres.
Oena Græcè,elementa.
Oeſtrus,tabanus.
Offa , pars fruſti eſcæ. Inde offella.
Ofi Græcè,coluber.
Ofax Hæbraicè,aurum obrizum.
Officere, tingere,vel nocere.
Olea , arbor , cuius fructus oliua.
Oleaſter, arbor ſilueſtris ſimilis oliuæ.
Olfactoriola , vaſcula muliebria, quibus odoramenta geſtantur.
Olympias,vel olympiada , ſpatium quatuor annorum.
Olympum,cęlum,mare.
Olympus, mons Macedoniæ altiſſimus.
Olitor,hortulanus.
Olon Græcè , id eſt, totum. Inde holocauſtum , totum incenſum.
Oloſera,veſtis tota ſerica.
Olor,Cignus.
Omen,augurium.
Omentat,expectat.
Omonyma , ſimilia , vel vninomia.
Omouſion,aſſimilatio, vel eiuſdem ſubſtantiæ.
On Græcè, id eſt Aſinus : Inde Onager,Aſinus agreſtis.
Onix,gemma quædam.
Onocentaurus, homo mixtus Aſino.
Onocrotalus,id eſt,auis roſtro longo.

Adhuc de eodem.

OPpanſum , id eſt obiectum extenſum.
Operepretium , neceſſarium , vel magnoperè.
Operiri,expectare,rogare.
Operoſum,laborioſum.
Oppetere,occidere,vel mori.
Oppidani,qui in locis cæteris à Roma habitabant. Nam qui in vrbe vrbani. Sola enim Roma vrbs, cætera oppida.
Oppido,omninò vel valde.
Oppignorare , dato pignore colligare.
Oppilare,obdurare, occludere.
Oppilio , paſtor ab ouibus dictus.
Opima,fœcunda,fertilis,abundans, diues,pinguis.
Opinio,fama,tumor.
Opimachus,lacerta.
Opipera,conuiuia opulenta.
Opion,ſuccus papaueris.
Opo Græcè,id eſt,ſuccus. Inde Opobalſamum.
Ops,opem ferens.
Optimates , ſummi, vel excellentes.
Optio,electio.
Oracula,id eſt reſponſa diuina, vel ipſa delubra , vel templa de quibus dantur reſponſa.
Orbare priuare,auferre.
Orbita,ſtrata.
Orca,vmbroſa,vel vrceus.
Orcheſtra,pulpitum ſcenę,vbi cantabant comici.
Orculus,præſagium.
Orcus,mors,vel Deus terræ ſecundum paganos.
Ordo, id eſt gradus , diſpoſitio , diſtinctio.
Orphani Græcè,pupilli.
Organum , nomen eſt omnium vaſorum muſicorum , ſed illius propriè quod inflatur follibus.
Orge,id eſt,ira.
Orgia,miniſteria ſacra.
Orion,ſtella in ſeptemtrione.
Oriundus,natus.
Ornus,arbor,quæ & alnus.
Orobum , legumen , quod & vitia dicitur.
Oros Græcè,viſio ſomni.
Orſus,locutus,vel loqui cœpit.
Ortigia,inſula. Vnde ortigometra, genus auis. Require infra.
Orthodoxus , rectè credens, quaſi rectę gloriæ.
Orthos enim Græcè , rectè Latinè dicitur.
Oſanna,ſaluifica.
Oſcitatio , oris apertio , vel extenſio.
Oſcilla,genus ludi propriè funis ligatus agitatione perducens ſedentem.
Oſores, odium exercentes.
Oſtenta,prodigia,auſpicia.
Oſtentat, ſępius iactanter oſtendit, vel præfert.
Oſtentui,prodigio,vel monſtro.
Oſtra Græcè,id eſt , teſta. Inde oſtrea.
Oſtrum,purpura,vel odioſum.
Ouare,gaudere,gloriari.
Oxi apud Græcos , acutum. Inde oxea , acutus accentus , vel morbus.
Oxi etiam acetum. Vnde oxigarus, acetum cum liquamine permixtum, & oximel, ex aceto & melle.

De incipientibus per P.

CAP. LX.

PActum,id eſt decretum,lex, inſtitutum,conuentio.
Paculæ,eloquentiæ.
Pagi , loca inter agros apta ædificijs.
Palla, velamentum , vel veſtis ſuperior.
Palantes,fugientes,errantes.
Phalanx , legio , vel multitudo ordinata.
Pallax,doloſus,& fallax.
Palatæ , maſſæ de ficis recentibus compactæ.
Phalera,ornamenta equorum , ſermonum.
Phalerare,ornare.
Phalernum , vinum à Phalerna regione,vbi naſcitur optimum.
Phana,templa idolorum.
Phanatici , templorum miniſtri,vel qui futura prædicant.
Phago Græcè,comedo.
Phagoledoros , maledictio : ledron enim Græci maledictum , & qui alijs detrahunt, maledictis quaſi ſe paſcunt.
Pales,dea paſtoralis,
Palæſtra, lucta , vel locus vbi exercetur.
Paliurus,herba ſpinoſa.
Palmaris,magna,præcipua.
Palmes , pars vitis vbi vua naſcitur.
Palma , gubernaculi pars vna. Inde palmula , extrema remi latitudo.
Palmus , quatuor habet digitos.
Palpitare , tremere, animam trahere.
Palpo,manu tentans.
Paludamentum , inſigne erat pallium imperatorum , cocco & purpura auroque diſtinctum.
Paludes,loca aquoſa.
Pan Græcè , omne. Pan quoque Pagani Deum dicunt, vel incubum ; Latini ſiluanum Deum ruſticorum.
Panerethos , Eccleſiaſticus , dictus à Pan , quod eſt totum , & ars, quod eſt virtus,quia omnium eſt inſtructiuus.
Pandecter,omnia ferens , & vetus & nouum teſtamentum.
Pandum , recuruum.
Pangere , cantare , defigere , plantare.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Panthera,genus beſtiæ, vel reſtis, vel rete.
Pantheus,quaſi omnium Deus.
Pauper,genus herbæ.
Papilæ,capita mammarum.
Papilio,tabernaculum,à ſimilitudine papilionis volantis.
Papyrus, eo quod igni & cæreis ſit aptus. Idem & bibula, eo quòd humorem bibat.
Papyrio,vas de papyro.
Papula , paruiſſima cutis erectio, circumſcripta cum rubore.
Papus Græcè,auus.
Parabola,obſcura ſimilitudo , vel comparatio.
Paraclitus,conſolator,vel aduocatus.
Paradiſum,viridarium.
Paradoxon, quæ dicimus inopinata accidiſſe.
Paraphraſtes,falſus locutor,vel potius ille qui veritati vel ſententiæ pro poſſe innititur , ſed in verbis proprietatẽ interpretationis non ſequitur.
Paragoge,eſt appoſitio ad finem dictionis.
Pharmatia , medicina, vel maleficium.
Parapſis,gabata, vel catinus, & eſt vas quadrangulum, & quadrilaterum.
Paraſceue,præparatio.
Parcæ,fata.
Parduelis,hoſtis.
Pardus,genus beſtiæ.
Parentalia , conuiuia gentilium in morte parentum ſtatuta , quæ in eorum anniuerſarijs celebrabantur.
Parthenſis,eſt interpoſitio cauſæ.
Patet,conſtat.
Parricida,,parentis interfector.
Parilis, æqualis.
Parius,genus marmoris.
Paro,nauigium piratarum.
Parſimonia,parcitas.
Paſſim,promiſcuè , vel indifferenter,vbique.
Paſtinare,plantare.
Paſtophoria,thalami vel cubilia Leuitarum,atria templi.
Patentes campi,id eſt, lati.
Patera,phiala,à potando.
Paticus,mollis , vel qui ſuccumbit maſculo , quia patitur , non agit.
Pathos Græcè,perturbatio.
Patrare,perficere.
Patreſconſcripti,ſenatores.
Idem & patricij,quia prouident reipublicæ,ſicut patres filijs.
Patronymica nomina dicuntur, eo quod trahuntur à patribus.
Patronus,defenſor,aduocatus.
Patruelis,patrui filius.
Patulæ,patentes.
Pauxillum,parum.

Adhuc de eodem.

PEculari,furari de peculio.
Peculium,pecunia, & eſt dictum à pecudibus , in quibus veterum conſtabat vniuerſa ſubſtantia.
Peculiare,familiare.
Pedagogus,id eſt,pediſſequus,vel eruditor paruuli,quaſi pedem eius agens,id eſt,ducens.
Pedalis , à pede , id eſt, fundamento.
Pedetentim , id eſt paulatim , vel cautè,quaſi pede tentando.
Pedor,fætor,ſqualor.
Pedica,laqueus quo pedes illaqueãtur.
Pelaſgi,Græci.
Pellex,adultera,concubina.
Pellicanus,auis quædam.
Pellicere,illecebrare , ſeducere,expellere.
Pelta,ſcutum breue.
Phlebotomum,ab inciſione , quæ Græcè dicitur tomum.
Penates , domus , aræ,foci,Dij patrij.
Penes ,apud.
Peni,Aphri.
Penſio,pretium,exolutio.
Pentapolis , regio quinque ciuitatum.
Pẽtateuchum, quinque libri Moyſi.
Penula,lucerna,vel ſchola,ſiue pallium cum fimbrijs longis.
Penum,acutum,vel telarium.
Peplum , operimentum muliebre.
Pepo,genus herbæ,
Pepulum , ſpeculum, vel ſpelunca.
Pera,ſportella,pellis,quæ & melota dicitur.
Peragrat,ambulat.
Percitus , concitus, vel commotus.
Percontor,inquiro,interrogo.
Perculit percuſſit,occidit.
Perduelles,hoſtes.
Perduelliones,rebellationes.
Perendie,poſt cras.
Perfunctoriè , inaniter , vel tranſitoriè.
Pergula, tuguria parua in alto poſita.
Peribolus , murus cingens , vel deambulatorium.
Periphraſis, circumlocutio.
Perindè , aduerbium comparandi.
Perinſidè,omnino.
Periodus, ambitus,vel circuitus,vel vltima clauſula quæ totam ſententiam concludit , cuius partes ſunt cola & comma.
Peripſema , purgamentum pomi, vel cuiuſlibet rei.
Perichę, ideſt, armillę pedum mulierum.
Peritonium, circumciſio.
Perizomata,id eſt ſuccinctoria,quibus tantum genitalia tegebantur.
Pernix, fugax, velox.
Pernicies, mors, nocumentum, vel exitium. Inde pernitioſum.
Peruox,velox, perugil.
Pero, calciamenti ſpecies.
Perorare , declamare , precari , aſſerere.
Peroſum , odioſum.
Perpendiculum , linea , vel regula.
Perperàm,non rectè.
Perperum,peruerſum.
Perpes,iugis.
Perplexum,implicatum,inuolutum varijs nodis colligatum.
Perpræceps,pro præcipitium.
Perſæpe,ſæpiſſimè.
Perſequi,infeſtare , vel fugientem ſequi.
Perſicum,genus pomi.
Pertæſum,tædioſum,moleſtum.
Pertinax,auidus vehemens.
Peruicas,contumax, rigidus, obſtinatus. Inde peruicacia.
Peruulgatus,inſignis,famoſus.
Peſſimari,affligi.
Peſſulum,piſtillum.
Peſſum,interitum.
Præceps,profundum.
Peſſundare , præcipitare , euertere, deſtruere.
Petalum,lamina aurea.
Petulans,impudens,impurus,ſpurcus,& laſciuus à petendo.
Petulcus , idem.
Peuſis,ſoliloquium.
Piaculum,ſcelus, peccatum , quod expiari poteſt ; vel ſacrificium, quod purgat quaſi expiamentum.

Adhuc de eodem.

PIctatia,quæ ſoleis perforatis apponuntur.
Pictones,qui vincuntur in picturarum certamine.
Picturatum,intextum.
Pious,genus auis.
Pigmæi , quidam homines ſtatura cubitales.
Pigmenta,quaſi piligmenta, quia in pila tunduntur. Vnde: *Pila terit pulles*,&c. Dicitur etiam pila,vas in quo tunduntur grana. Pilus autem inſtrumentum, quo tunduntur.
Pileum,quo caput tegitur.
Piloſi,genus dęmonum.
Philos Græcè,amicus,vel amor.
Pilus,haſta, vel contus vnde in pila aliquid tunditur.
Pionia,penna. Inde & pinnula.
Pionia Græcè,cadauer.
Pionia,quædam herba.
Pyra,genus ſepulchri, vel rogus aut congeſtio lignorum , vbi mortui cremantur.
Pyramis ſepulchrum , vel figura in modum ignis conſurgens.
Pyr enim Græcè,ignis.
Pyratæ , latrones marini , ab incendio nauium quas capiebant dicti.
Pyrhernus , mons eſt à crebris fulminum ictibus dictus.
Piſcina , dicitur per antiphraſim, aqua collecta non habens piſces.
Piſticum,fidele.
Piſtis enim Græcè,fides.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pitriaſis, furfures in vrina.
Pituita, id eſt, humectatio quę ab oculis fluit.
Python, ſpiritus.
Phytonicus, id eſt, ventriloquus, ſcilicet de ventre loquens, vel ars diuinandi, dicta à Phytio appolline, à quo eſt inuenta.
Placenta, eſt panis dulcis, ex ſimila & oleo, vel adipe mellitus.
Placidus, lenis, iucundus, vel qui in omnibus placet.
Placita, conſilia, viſa, cenſa.
Placor, lætitia.
Placatio, placitum.
Planè, ordinatè, apertè.
Planetæ, ſtellæ erraticæ.
Plantarium, plantula quæ cum radicibus euellitur, & alibi plantatur.
Plaſton Græcè, fictum. Inde plaſtes.
Plaudere, manus complodere.
Plebiſcita, plebis conſulta.
Plecta, crater, vel eorum cura vel tricatura, ſicut quæ fit de iunco.
Pliades, ſeptem ſtellæ ante genua tauri.
Plodere, repercutere.
Ploſtetum, à plauſtro diminutiuè, quod eſt genus vehiculi.
Pluma, acus. Inde plumarium, opus acu factum.
Pluſculum, pluſquam oportet.
Podas Græcè, pedes. Inde podagra, pedum dolor.
Poderis, talaris veſtis.
Poepa, carmen poetæ.
Polenta, farina ſubtilis de fabis aut tritico.
Poliadrion, multitudines.
Poliandrum, tumulus mortuorum.
Polymita, veſtis multorum colorum.
Polinctores, humatores vel ſepultores, quaſi pollutorum vnctores, id eſt cadauerum curatores.
Polidion, herba.
Polis, ciuitas.
Ponè, poſt.
Popinę, nundinæ, ſtationes, coquinæ.
Propino, gluto, conſumptor, vel prodigus.
Portenta, ſigna, mirabilia.
Pos, pes.
Poſitura, id eſt, figura appoſita ad diſtinguendos ſenſus per cola & comata & periodos.
Poſtliminio, poſt captiuitatem, vel parentum mortem, tunc enim quod amiſerat quiſque repetit.
Poſthumus, puer qui mortuo & humato patre naſcitur.

Adhuc de eodem.

PRactica, actiua.
Pragma Græcè, cauſa. Inde pragmatica negotia dicuntur.
Praſſa, caſta.
Præcipuè, maximè, egregiè.
Præco, qui ante canit vel dicit.
Præcox, vel pręcoqua, vua præmatura, quæ citius coquitur.
Pręconium prædicatio, vel laus.
Prædes, fideiuſſores, præceptores.
Prædeſtinare, præparare, præſentare.
Prædium, ager, fundus, vicus, poſſeſſio.
Præfatio, prælocutio.
Præfectus, præſes, cuſtos.
Præfinitum, præſcriptum, diſpoſitum.
Præfocare, ſtrangulare.
Prælum, torcular.
Prandere, mandere.
Præpes, velox, percurrens. Idem præpos.
Præputium, à præputando, eſt pellis quæ glandem virilem tegit, & à Iudæis præſcindebatur.
Prærogatiua, excellentia.
Præruptum, præceps, ſcopulum.
Præſagium, præſcientia, vel diuinatio.
Præſcriptio, præfinitio, vel certa diffinitio.
Præſertim, præcipuè.
Pręſidium, auxilium, refugium.
Præſtare, præcellere
Præſes, prouincię præſidet.
Præſtigium, vel pręſtigia, ludificationes, fantaſiæ, mendacia, inſidię, doli.
Præſto adeſſe, præſens eſſe.
Præſtolari, expectare.
Præſtringere, leniter tangere, vel tranſcurrere.
Prætexere, veſtire, operire.
Prætexta, ante poſita, vel pallium puerorum nobilium, qui inde prætextati dicebantur.
Prætores, quaſi præceptores ciuitatum. Inde prætorium, vbi reſidebat prætor ad diſcutiendum cauſas.
Præuaricator, tranſgreſſor, vel malæ fidei aduocatus.
Pridie, ante vnum diem.
Primores, primarij.
Prætiola, dicuntur à prætorio per diminutionem, & ſunt domunculæ in nauibus, vel cellaria, in quibus merces pretioſiſſimæ reponuntur.
Premo Græcè, leniſco.
Priuilegium, priuata lex, vel lex priuatorum, contra legem publicam à principe conceſſa.
Problema, ænigma, quæſtio.
Probra, opprobria.
Procacitas, impudentia.
Procerum, altum, eminens.
Proci, petitores nuptiarum.
Procare enim petere eſt.
Procinctus, apparatus, expeditus.
Procliuum, facile.
Procreare, generare.
Proculus, qui naſcitur abſente patre, vel qui cum patre peregrinat.
Prodigium, monſtrum.
Prohdolor, id eſt, cum dolore loquor, & eſt interiectio dolentis.
Profanare, polluere, violare.
Profectò, pro certo, manifeſto.
Profligat, id eſt cædit, interficit, prouidet, accelerat, proficit, affligit, proijcit.
Profundit, conſumit, diſſipat. Inde profuſus, id eſt, prodigus.
Prognatus, progenitus.
Prognoſtica, ſigna curationis, vel præuiſio ægritudinum.
Proinde, itaque, deinde, vel exinde.
Prologus, pręlocutio.
Proluit, profundit, abluit.
Proluuies, ſqualor, ſordes.
Prominens, altus inſidens.
Promiſcuum, commune, confuſum.
Promptuarium, theſaurarium, cellarium.
Promulgare, aperire, manifeſtare.
Promontoria, rupes in maris littoribus præminentes.
Pronepos, nepotis filius.
Propalare, diuulgare.
Propitiare, ſacrificare.
Propitiatorium, propitiationis oratorium.
Propter, propè, vel iuxta.
Propugnat, adiuuat, defendit.
Pro re, pro iure, pro neceſſitate, pro cauſa.
Proreta, magiſtra nauis.
Prorogat, prolongat, prorum pit, emittit, aperit.
Proruit, cadit.
Proſa eſt oratio profuſa, & à lege metri ſoluta.
Proſapia, genus, progenies.
Proſcriptus, exiliatus, damnatus.
Proſelitus, peregrinus, de lege vna ad alteram tranſiens.
Protelat, protrahit.
Proteſtor, clamo, moneo.
Prouehit, promouet, portat.
Prouentus, euentus, ſors, exitus, prima artium ſtudia.
Pruna, carbo ardens.
Prurigo, dicitur à perurendo.
Pſaltes, qui pſalterio canit.
Pſeudo, falſum. Inde pſeudographus, falsò inſcriptus.
Pubertas, adoleſcentia.
Puberes enim adoleſcentes dicuntur, à pube, id eſt pudenda corporis parte. eo quod hæc loca, ſcilicet genitalia tunc primum lanuginem ducunt, & generare iam poſſunt.
Publicanus, qui publica vectigalia exigit.
Puerpera, puella primi partus.
Pugillaris, calamus ſcriptoris, vel tabella quæ pugno includitur.
Pugio, mucro, à pungendo.
Pulla, veſtis nigra.
Pulmentum, vel pulmentarium, à pulte dicitur; ſed ſiue ſola pultis, ſiue aliud cum eo ſumatur, ita vocatur; quin etiam (vt æſtimo) quidquid cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pane comeditur, quod vulgo cõpanagium dicitur.
Pulpa, caro ſine pinguedine.
Puluillum, plumatium, puluinar, templum, ara ſacra, vel capitale.
Pumex, lapis ſpongioſus & aridus.
Punica, Aphrica.
Puniceum, rubeum.
Pupilla, medius oculi punctus.
Pupillus, orphanus.
Purulentum, putridum.
Pus, cuſtodia, vel putredo.
Puſtula, in ſuperficie corporis turgida collectio.
Putare, ſuperflua reſecare.
Putamen, ſectio.
Putor, id eſt, fœtor. Inde putridus.
Putre, corruptum.

De incipientibus per Q.

CAP. LXI.

QVa de re, quamobrem.
Quadrans, quarta pars vncię, vel temporis cuiuſlibet rei.
Quadrifidum, id eſt, in quatuor fiſſum.
Quantociùs, celerius.
Quatenus, vt quouſque, qua ratione.
Quaternio, quatuor habens ſub ſe milites.
Quæſtionarius, quæſitor.
Quæſtor, pecuniæ publicæ prærogator, vel iudicij actor.
Quæſtus, lucrum.
Quid ſibi vult, quid ſpectat.
Quin, qui non, vel immò.
Quinimmò, immò potius.
Quinio, quinarius, vel qui habet tot milites ſub ſe, ſicut quaternio, vel ternio.
Quintilis, Iulius menſis.
Quirites, populi, vel ſenatores Romani, à Quirino, id eſt, Romulo.
Quiſquiliæ, purgamenta, vel ſordes.
Quò, vt vbi.
Quocirca, quamobrem.
Quo pacto, quomodo, qua ratione.
Quorſum, qua verſum.
Quærulus, tribunal.

De incipientibus per R.

CAP. LXII.

RAbbi, vel rabboni, id eſt, magiſter.
Rabula, rabidus.
Racha, vanus, vacuus, ſine cerebro, & eſt interiectio indignantis.
Raphanus, herba quædam.
Ralla, veſtis raſilis.
Ramalia, rami, vel frondes arborum.
Ramentum, raſura cuiuſlibet rei.
Rhamnus, arbor humilis ſpinoſa.
Rapa herba.
Rapidum, velox.
Raptim, celerrimè.
Ratum, firmum.
Ratus, arbitratus.
Reboat, reſonat.
Recenſere, numerare, recognoſcere.
Reciprocum, reuertens, vel inuicem redditum.
Reclamat, recuſat, contradicit.
Reclinatorium, fulcrum, quod caput reclinantis ſuſtentat.
Reconciliat, diſſidentes repacificat.
Rheda, genus vehiculi quatuor habens rotas.
Redamat, amantem amat, reſpondet.
Redimiculum, ſuccinctorium, vel ſubbrachile, vel illud quo mitra in capite fœminarum alligatur.
Redimitus, coronatus.
Redimitæ, res quæ à prædonibus redimuntur.
Rediuiua, renaſcentia.
Reduces, redeuntes.
Redundat, affluit, exuberat.
Refellit, reuincit.
Refertum, repletum.
Refocillat, recreat, reficit.
Refragatur, refringit, obſiſtit, impedit, contendit, refricat, repetit, reſcindit, recuſat, retractat.
Refuto, recuſo, reuinco.
Regulus, baſiliſcus.
Relegare, in exilium mittere.
Remoratur, detinet, cohibet.
Repagula, retinacula.
Rependens, compenſans.
Reptilia, quia repunt, id eſt, ventre, & pedibus.
Reſides, ocioſi, quieti, reſidui.
Reſina, gummi quodlibet ex arbore fluens.
Reſipere, vel reſipiſcere, ad ſe redire.
Reſpectare, reſpicere.
Reſtes, funes.
Reſultat, reſilit.
Retexere, omiſſa denuo referre.
Reticulata, cancellata.
Rhetor, orator.
Retuſum, repercuſſum, vel hebetatum.
Rictus, oris extenſio.
Ringitur, ſtomachatur, iraſcitur, indignatur.
Rinocheros, beſtia.
Ritè, rectè, pulchrè, ordinatè, vel ex more.
Rythmus, numerus, vel ſonus.
Riuales, duo qui vna muliere vtuntur.
Riualis, vxoris propriæ mœchus.
Robur, dicitur ex omni materia, quidquid eſt firmiſſimum.
Roda Græcè, roſa.
Rodane Græcè, trama.
Rodonizo, torqueo.
Rhodus, inſula quædam.
Rogus, pyra.
Romphæa, gladius, babulus, qui & ſpatha, vel framea.
Rombus, genus piſcis.
Romulea, Romana.
Roſcida, rore infuſa.
Roſtra, prima pars nauis.
Rotabulum, à proruendo ſtercora dictum.
Rubeta, bufo.
Rubigo, ærugo,
Rubus, genus ligni ſpinoſi, cuius fructus & virgulta rubent, & dicitur à Græcis morus.
Rudentes funes nauium, quibus vela ſuſpenduntur, à nimio ſtridore dicti.
Rudera, ſtercora.
Rudimenta, initia.
Ruditus, clamor aſini.
Rugitus, leonis eſt.
Ruma, gula, vnde ruminare.
Rumigerus, rumoris portitor, vel inuentor.
Runcare, herbas euellere, quod fit runcone, qui & falcaſtrum dicitur.
Runcina, inſtrumentum gracile & recuruum, quo cauantur tabulæ, vel aſſeres, vt vna alteri connectatur.
Ruſcum, lignum folijs ſpinoſum.
Ruſticatio, agricultura.
Rutilat, fulget.

De incipientibus per S.

CAP. LXIII.

SAbaoth, exercituũ, vel virtutum Deus.
Sabach, menſis Ianuarius, vel Februarius.
Saccatum, vinum per ſaccum expreſſum.
Sacella, templa vel loca ſacra, ſacrificia, vel ſolennia.
Safarium, atrium templi.
Sagina, pinguedo.
Saginare, nutrire.
Sagma, id eſt, ſella: & dicitur à ſtratu ſagorum, ſcilicet ſuper equos. Vnde & equi ſaginarij dicuntur.
Sagum, pallium militare quadratæ formæ.
Salebra, via inæqualis & lapidoſa.
Salebroſus, aſper.
Sales, lepos, vrbanitas, vel ioculartas.
Salina, vas aptum ſalibus, idem & ſulzica, quaſi & ſalzica.
Saliuncula, eo quod velociter creſcant.
Salpiſta, tubicinator.
Salpizo, tubicino.
Saltus, vaſta & ſilueſtria loca, vbi arbores in altum ſaliunt.
Salue, ſalutare.
Salum, mare.
Sambuca, genus cytharæ ruſticæ, vel ſpecies ſimphoniæ, vel genus ligni fragilis, vnde tybiæ cõponuntur.

Sambu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sambucus, arbor mollis & parua, vel ſaltator.
Samia, vaſa, dicta à Samo inſula, vel à Creta naſcens in Italia.
Sancire, confirmare, decernere. Inde ſanctiones, id eſt, leges.
Sandyx, herba, vel genus coloris.
Sanguinarius, ſanguinis effuſor, vel ſanguinis fluxum patiens.
Sanguiſuga, vermis aquatilis, qui ſanguinem ſugit.
Saraballa, vel ſarabara, fluxa ac ſinuoſa veſtimenta.
Sarcire, conſuere, reparare.
Sarcophagum, tumulus, vel arca in quo mortuus ponitur, & ibi abſumitur. Sarchos enim Græcè caro, phagos comedere.
Sarculum, ſarpa, vel foſſorium.
Sarin, circumfodio.
Sarta, coniuncta, conſuta, vel reparata. Inde ſartatecta.
Sata, ſeminata.
Satagere, feſtinare, vel ſatis agere.
Satyr, genus monſtri, vel ſimiarum.
Sationes, ſeminationes. Inde ſationalis ager.
Satius, melius.
Satrapes, ſapientes, ſeniores, præfecti.
Satum, menſura, vnum & dimidiũ modium continens.
Saturnia regna, aurea ſęcula.
Scaber, aſper.
Scabere, fodere.
Scarbones, veſpæ longiora habentes crura.
Scalprus, dicitur quia ſcalpturis aptus ſit, & foraminibus; cuius diminutiuum eſt ſcalpellus, ſcilicet ferrum ſcriptoris.
Scamnum, à ſcandendo, quia lecticis altioribus ſupponitur.
Scapha, nauicula parua.
Scaptes, bidentes.
Scaptus, ſummitas vel cacumen.
Scara, aduſtio.
Scatere, ebullire.
Scatebra, ebullitio, ſcaturigo.
Scheda, quod adhuc emendatur, & nondum in libris redactum eſt. Inde ſchedula.
Sceleſti, nequam, ſiue qui ſcelera admittunt.
Schema Græcè, figura.
Scena, carminis compoſitio digni agi in theatro, vel vmbraculum in theatro, in quo ſpectacula celebrantur.
Scenæ vel ſcenomata Græcè, dicũtur vmbracula vel tabernacula. Inde ars ſcenofactoria, & ſcenopegia, id eſt, fixio tabernaculorum.
Sceptrum, virga regalis.
Sceua, ſiniſtra, peruerſa, contraria.
Scylla, ſaxum in mari latens in Sicilia.
Scindulæ, quia ſcinduntur.
Scinifex, culicum genus.
Scirpus, iuncus.
Scita, decreta.
Scitropodes, ſecundum quoſdam, furni portatiles; ſed dicit Radulphus ſuper Leuiticum, quod ſunt vaſa fictilia pedes habentia, in quibus cibi portantur.
Scobare, fodere.
Scopin Græcè, intendere.
Scopulum, ſaxum eminens.
Scoria, ſordes metallorum.
Scorpio, genus vermis, vel ſagitta venenata, arcu vel tormentis excuſſa.
Scortum, meretrix.
Scriba, librarius, vel ſapiens in ſcripturis.
Scrupea, aſpera ſaxa.
Scrupulus, lapillus, vel ſolicitudo, anxietas, ſuſpicio.
Scrobes, foſſæ occultæ.
Scurra, irriſor, vaniloquus, vel qui cauſa eſcæ quempiam conſectatur.
Scurrilitas, iocus turpis.
Scutræ, ſunt vaſa ænea æqualis amplitudinis in ore & in fundo, cooperta deſuper ad calefaciẽdum aquam, ad aliud.
Scutulata, dicitur propter orbiculos rotundos.
Secunda, proſpera.
Secunda vel ſecundina, pellicula qua tegitur puer in vtero matris, à ſequendo dicta, quia puerum naſcentem & exeuntem ſequitur.
Secus, propè, aliter.
Seditio, rixa, diſſenſio.
Seiugat, ſeparat, ſecat, diſcernit.
Semiuir, ſpado, effæminatus.
Senatus, nobilium curia, à ſenectute dicta, quia ſeniores erant.
Senſim, paulatim, leniter.
Senta, horrida, aſpera.
Sentaria, ſordida.
Sentes, vepres, ſpinæ.
Sentix, rubus.
Sentina, aqua nauis fœtida.
Seorſum, ſeparatim.
Sepire, circumcludere.
Seponere, ſequeſtrare.
Sequeſter, mediator.
Serapis, Ægyptiorum Deus.
Seria, grauia, vel neceſſaria.
Sericum, bombicinum, quia id ſeres primi miſerunt.

Adhuc de eodem.

Sialochi, ſaliuam inter loquendum emittentes.
Siban, menſis tertius.
Sica, gladius breuis, à ſecando dictus. Inde ſicarij, id eſt latrones qui eo vtuntur.
Sicera, quælibet potio quæ extra vinum inebriare poteſt.
Siclus, in diuinis libris eſt vncia, in gentilium enim quarta pars vnciæ.
Sicomorus, ficus fatua, genus arboris eſt.
Sigilla, minora ſigna.
Sigrapha, vel ſingrapha, cautio, vel ſcriptura.
Siler, genus virgulti.
Silex, lapis duriſſimus, qui ictu ferri ignem emittit.
Siligo, genus tritici.
Siliqua, folliculus, ſiue tunica grani, vel etiam genus leguminis, vel arboris fructus.
Siluani, incubi.
Siluanus, Deus ruſticorum.
Symbolum, collectio plurimorum, vel confectio, pactum, ſignum, indicium.
Simus, naribus preſſis, vnde ſimiæ quoque dictæ ſunt.
Symonides, quidam poeta lyricus, vnde carmina ſymonidia.
Simphonia, conſonantia ſonorum plurimorum, vel genus inſtrumenti muſici.
Simultas, lis, diſſentio, dolus.
Sin, ſi verò, vel ſi non.
Synagoga, collectio.
Sinaxis Græcè, ſolemnitas, vel conuentus.
Sinchronon, contemporaneum.
Sindon, amictorium lineum.
Synechdoche, conceptio, cũ à parte totum intelligitur, vel è conuerſo.
Synodus Græcè, conuentus, vel collectio.
Synonima, nomina plura eandem rem ſignificantia.
Sinopis, genus coloris rubei.
Simplaſma, vocis copulatio in cantando.
Syntagma, dogma, vel conſtitutum vel compoſitio.
Sytonomia, conciſio.
Sinuare, curuare, torquere.
Sinus, portus, receptaculum, receptus.
Syrenæ, genus monſtri.
Sirophæniſſa, ex ſyris, & phænicibus orta.
Syrtes, ſcopuli eminẽtes ſupra dorſum maris, vel loca vadoſa, aut arenoſa.
Siſtere, ſtatuere, preſentare.
Siſtrum, inſtrumentum ſonorum, quod mulieres percutiunt, quod ab Iſide inuentum eſt, & eſt genus tympani.
Sytarcia, ſacculus, vel pera.
Situla, vas, vel ſerpens, qui ſi quem momorderit, ſiti perit. Idem & dipſas.
Smigmata, vnguenta.
Sobrinus, qui de ſorore naſcitur.
Socci, dicuntur, eo quod ſoccũ habeant in quo pars plantæ inijciatur. Inde ſocelli, diminutiuè.
Socors, ſtultus, vanus, hebes. Inde ſocordia.
Soda, dolor capitis.
Solarium, quia ſoli & auræ patet.
Solia, genus piſcis.
Solifuga, animal perexiguum in aranęæ forma.
Solium, thronus regalis.
Solum, terra.
Sonipes, equus celer, quia pede ſonat.
Sons, nocens.
Sophia Græcè, ſapientia.
Sorbet, i. abſorbet, ebibit. Inde ſorbitiuncula ad ſorbendum apta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Soreth, electa.
Sorex, mus.
Soriſcula, vaſculum aquæ.
Sorou, ſepulchrum.
Sors, euentus, conditio, caſus, coniugium, caput, hæreditas.
Sortitur, adipiſcitur, vel ſorte vtitur, aut ſorte ducitur.
Spado, eunuchus.
Spalangus, muſca venenoſa.
Spartus, id eſt frutex virgoſus ſine foliis.
Sparus, genus gladij, vel piſcis.
Spatha, framea.
Spathulæ, id eſt frondes, vel ſpicæ palmarum, quia formam ſpathæ habent.
Specimen, documentum, indiciũ, vel ſignum, ingenium, exemplũ, ſimilitudo.
Spectabilis, ſublimis.
Specus, ſpelunca, id eſt ſpelea.
Sphæra, rotunditas, volubilis.
Spermen Græcè, ſemen.
Spina, iunctura dorſi.
Spiraculum, flatus, vel ſpiritus. Idẽ & ſpiramen.
Spiræ, funes nautici in orbem cõuoluti, vel nodi quibus ſerpentes ſe illigant.
Spoliaria, exteriores balnearum cellulæ.
Sponda, exterior pars eſt lecti. Pluteus autem interior eſt.
Sportella, vel ſportula, parua ſporta ad portandum expenſas.
Spurcus, ſordidus, cænoſus. Idem ſpurcitia.
Spurius, meretricis filius, vel ex nobili matre, & ignobili patre genitus.
Squalet, ſordet, vel ſiccum eſt. Inde ſqualidum, ſordidum, ſiccum, incultum, informe.

Adhuc de eodem.

STactes, myrrha.
Stadium, octaua pars milliarij, conſtans paſſibus, 125.
Stater, nummus ſemiunciam appẽdens, ſic dictus, quia tribus ſolidis conſtat, appendit enim tres aureos.
Statio, portus vbi ad tempus ſtant naues, vel obſeruatio ſtatutorum dierum aut temporum, vt ieiunia quartæ aut ſextæ feriæ ſolent ex lege veteri celebrari. Vnde, *Ieiunio bis in Sabbato*. ſimiliter ieiuniũ quarti & quinti, &c.
Stellio, genus lacerti.
Stiba, ceruſa, plumbum album.
Stibium, genus vnguenti vel coloris, quo tincta facies efficitur rubea; vel ſecundum quoſdam ceruleus color, quo mulieres ſupercilia colorabant.
Stygia, infernalia: Nam ſtyx eſt palus in inferis.
Stigmata, ſigma, ornamenta regalia.
Stipat, congerit, condenſat, arctat, vel ambit, circundat.
Stipes, eleemoſyna, mendicitas.
Stipendium, à ſtipe pendenda, pecuniam enim appendere ſolent, magis quam numerare.
Stipis, mendicitas.
Stipulatio, ſponſio vel promiſſio, dicta à ſtipula; veteres enim cum ſibi aliquid promittebant, ſtipulam ſumentes frangebant.
Stipulari, confirmare, teſtari.
Stipulum, firmum.
Stirax, lachryma ſtoracis, nam ſtiriã Græci guttam dicunt.
Stips, truncus.
Stiua, vel ſteua, manubrium aratri quod tenet arator.
Styx, palus inferni, dicta quod ilico potantem interficit.
Stoa Græcè, porticus.
Stola, toga.
Stolidus, ſtultus, hebes, brutus.
Stomachari, indignari.
Storax, genus ligni, vel lachryma arboris.
Stragulum, veſtis diſcolor artificioſè diſtincta.
Stranguiria, conſtrictio vrinę.
Strata, via munita, quaſi vulgi pedibus trita.
Stratia Græcè, militia. Inde ſtratilates, militum dux.
Stratiotæ Græcè, milites.
Stratiotica, militaria.
Strator, compoſitor.
Stratus, exercitus.
Strabo, qui vnum oculum tortum habet.
Strenuus, fortis, expeditus, agilis.
Strepitus, tumultus.
Strictim, raptim, propriè.
Stridere, aſperum ſonum facere.
Strix, auis nocturna.
Stropha, fraus, argumentatio, ſuffuga, retorta ſententia.
Strophium, pallium virginale, cingulum aureum.
Stromata, commentarij.
Stromatheas, opus varie contextũ.
Strues, congeries.
Stupidus, hebes, quaſi lapideus ſuapte, ſua natura.
Sub diuo, ſub patenti cœlo, ſub aere nudo.
Subducere, abſtrahere.
Subinde, conſequenter, frequenter, idem tidem.
Subdit animo, tangit animum.
Submouet, vetat, repellit.
Subneruare, neruos incidere.
Subnixa, ſubiecta, ſuffulta.
Sub obtectu, ſub nomine, vel ſub ſpecie.
Sub oculis, in conſpectu.
Subornat, immittit, ſubiicit, ſubſtituit.
Subſannare, irridere, vel inſultare.
Subſidium, auxilium, ſuffragium.
Sutrinum, locus vbi ſuitur.
Subucula, ſacerdotalis linea.
Subulcus, porcarius.
Sub vmbra, ſub tegmine, ſub protectione.
Suburra, ſonus quilibet.
Suburbana, circumiecta ciuitatis ædificia, quaſi ſub vrbe.
Succedaneus, ſucceſſor.
Succelli, à ſuccis diminutiuè.
Succendia, fomenta.
Succenſet, detrahit, culpat, imputat, iraſcitur.
Succinctoria, veſtimenta quibus tantum genitalia conteguntur. Idem & perizomata.
Succinus, ſpecies gemmæ.
Sudes, pali, vel fuſtes vtraque parte acuti.
Sudum, ſerenum, tranquillum.
Sufficit, id eſt inficit, ſuſtinuit: Inde ſuffectus.
Suffragatur, ſuccurrit.
Sugillat, ſtrangulat, detrahit, condemnat.
Suillum, vel ſuinum, porcinum.
Sulcare, ſecare, diuidere.
Summatim, cito, ſtrictim.
Sunamitis, à Suna ciuitate.
Suppellex, inſtrumentum domus, id eſt omnia vtenſilia eius, ſed melius dicitur ſuppellectilis in nominatiuo, quia Grammatici negant à nominatiuo ſingulari genitiuum ſingularem duabus[1] ſyllabis poſſe creſcere.
Supercilioſus, ſuperbus, rigidus.
Superliminare, id eſt limẽ ſuperius.
Superſedeo, omitto, prætereo, taceo.
Superſtitio, ſuperflua vel ſuperinſtituta obſeruatio.
Superuacuum, ſuperfluum, inutile.
Suppetit, ſubeſt, opitulatur.
Supprimit, cohibet, reſtringit, tacet, abſcondit.
Sura, pars pedis, vel muſculus tibiæ.
Surum, ſerenum.
Suſurro, qui in aure loquitur detrahendo alteri.

De his, quæ incipiunt per T.

CAP. LXIV.

TAbanus, muſca groſſa, quæ & œſtrus.
Tabellio, ſcriba publicus, eo quod ſit portitor tabularum.
Tabernacula, tentoria, vel papiliones militantium.
Tabernæ, olim dicebantur ædiculæ plebeiorum, tabulis & lignis cõſtructæ.
Tabes, languor, cruor, conſumptio, ſordes. Inde tabidum, & tabificum.
Tabitudo, putredo, morbus.
Tabo, id eſt ſanguine corrupto, ſiue macie, vel pallore.
Talaris, tunica vſque ad talos deſcendens.
Talaſſe Græcè, mare.
Talaſſos, marinus. Inde bitalaſſum.
Talentum, pondus 60. mnarum, ſeu ſex millium dragmarum.
Talio, viciſſitudo, ſimilis vindicta.
Talli, vaſa quædam offertoria in modum turrium facta.
Tamax Hebraicè, menſis Iulius.
Tanatheos Græcè, mortuus.
Tandit, perſeuerat.
Tantiſper, interim, vel iterum.
Tareotum, ciuitas in fine Italiæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inde Tarentinus.
Tatta, veſtis regia.
Tau, litera Græca in modum crucis.
Taxat, ponderat, nominat.
Taxea, lardus.
Taxus, arbor venenoſa, vnde toxica venena exprimuntur.
Theatrum, locus ſpectaculi.
Thebet, menſis december.
Theca, id eſt repoſitio. Inde apotheca, bibliotheca.
Theruam, fraudem.
Thecuitæ, artifices.
Tectones, fabri.
Tedæ, lampades.
Theæ, thalamus, vel limen.
Teloneum, vbi merces nauigij reduntur. Thelos enim Græcè, vectigal dicitur, vbi vectigalis exactor ſedet, pretium rebus impoſiturus, & voce à mercatoribus flagitans.
Telor, terror.
Thema, id eſt norma, forma, vel materia.
Themelici, muſici, ſcenici.
Temerare, polluere, violare.
Temetum, vinum. Inde temulentus.
Temnit, contemnit.
Temo, longitudo aratri, vel plauſtri.
Tempæ, ſiluæ.
Tempeſtiuum, maturum, oportunum.
Temulentus, id eſt ebrius, à temeto, id eſt vino.
Tendiculæ, inſidiæ, quæ parantur auibus, vel leporibus.
Thenea ſmon, paſſio inteſtini recti, quod longaonem vel extalem dicimus.
Themę, inſulæ, vittæ, ligaturæ.
Tenor, ordo, norma.
Tenùs, vſque, vel iuxta.
Theorica, contemplatio.
Theos Græcè, Deus.
Theraphin, figuræ vel imagines.
Terebrat, perforat.
Terebinthus, arbor quædam.
Teredo, vel teredona, vermis ligni.
Teres, aliquid rotundum cum proceritate, vt columna.
Teretes, rotundi, vel lacerti.
Tergora, coria, vel pelles.
Tergiuerſatur, eludit, fruſtratur, procraſtinat.
Terribola, formidoloſa.
Terrigenæ, gygantes, eo quod eos fabulosè parens terra immenſos & ſimiles ſibi genuerit.
Teriſtrum, palliolum mulierum, quo vtuntur in æſtate.
Thermæ, calida loca, id eſt balnea, Græci enim thermon calorem vocant.
Teſcua, id eſt locus in quibus pecora caſtrantur, vnde & caſtratores teſcuatores dicuntur.
Teſſeræ, quadrati lapilli.
Teſſerædecas, quaterdena.
Theſis Græcè, poſitio, vel poſitura.
Teſos, fatigatus.
Teſtamentum, tribus teſtibus conſcripta & confirmata voluntas.
Teſtudo, concameratio, cythara, icutum, paruum animal.
Teter, niger, obſcurus.
Tetra Græcè, quatuor.
Tetragonum, quadrangulum.
Tetragrammaton, 4. literarum.
Tetrarcha, qui quartam partem regni tenet.
Tetricem, triſtem.
Tetricus, obſcurus, auſterus, ſupercilioſus.
Theucos, volumen. Inde penthateucus.
Teucri, Troiani.
Theuſebia Græcè, Dei cultus.
Texit, ordinat.

Adhuc de eodem.

TIara, genus pallij apud Perſas, vel pileum quo caput tegitur.
Thiaſis, laudes virginum.
Tibia, ſymphonia.
Tibicen, tibiarum cantus.
Tibicines, plures in ſymphonia cãtantes.
Tibin, genus vaſculi ex virgulis cõtextum.
Tybiſones, dracones.
Tiphonicus, inflatiuus ſcilicet maris, à tipho.
Ticollum, trabem.
Typhonicus, inflatiuus, ſiue tempeſtiuus.
Typhon, enim Græcè, inflatio dicitur.
Tigillum, tegula, diminutiuum.
Tigna, captiones, ſcilicet qui ſe inuicem capiunt. Inde tignarios, qui tectoria tignis inducit. Idem & ſarteticor.
Tygris, beſtia quædam velociſſima.
Thymiama, incenſum de quatuor ſpeciebus confectum. Inde thymiateria, id eſt thuribula ſiue vaſa thimiamatis.
Timicon, iraſcibile.
Thymus, flos, vel herba quædam odorata.
Thina, id eſt lingua incognita, etiã peritioribus Iudęorum.
Tinea, vermis veſtimentorum, quia tenax.
Tinnula, acuta, liquida, pura leuis.
Tintinabulum, à ſono nomen habet, ſicut & plauſus manuum, & ſtridor valuarum.
Tipi, frigidi, febres.
Typus, figura. Inde typicum id eſt figuratum.
Typus etiam herba eſt, quæ circa fontes, & paludes naſcens, ab aqua ſe inflat. Vnde & ſuperborũ tumor typus dicitur. Item typus dicitur frigida febris periodica.
Tyrannus, Rex ſæuus.
Tyrrenum, mare mediterraneum.
Tyriaca, antidotum contra venenum.
Tyro, miles nouus, ſiue fortis iuuenis, qui ad militiã eligitur rudis.
Tyrocinia, initia rudimenta.
Tyrones, fortes pueri ad militiam delegati.
Thyrſis, herbarum medius frutex.
Thyrſos Græcè genus cimbali.
Tytan Gręcè, ſol.
Tyrania, Luna.
Titanes, gigantes, filij terræ & principes, qui aliquando cœlum expugnare conati ſunt.
Titillatio, ſtimulus luxuriæ, vel inflammatio.
Titio, lignum præuſtum.
Titulus, ſignum, vel indicium, Vnde titulare, ſignare.
Tyſus Græcè, auunculus.
Thophet, locus ſuburbanus Hieruſalem, vbi ſacrificabant idolis filios ſuos.
Thophus, lapis cauernatus cameris.
Toga, puella, vel veſtis Senatoris, eo quod tegat.
Toniferum, vbi ſcholaſtici diſputant.
Tholum, faſtigium templi rotundi ſiue cerebri, camera.
Tomi, libri.
Thomos Græcè, inciſio.
Ton, altitudo.
Tonus, ſonus, accentus.
Toparchia, villæ principatus.
Topazion, ſpecies gemmæ.
Thorax, lorica pectoralis, vel anterior pars trunci, à collo vſque ad ſtomachum,
Torris, lignum aduſtum, quod vulgo titio dicitur.
Thori, lecti, vel brachiorum lacerti.
Tormentum, funes, à tortura.
Tornum, quo vaſa tornantur.
Torpedo, genus piſcis.
Torques, id eſt circulus aureus à collo vſque ad pectus deſcendẽs, vel vinculum colli, ſicut compes, pedis.
Tonſtrina, tonſoris officina.
Toxica, venena, quia è taxis exprimuntur.

Adhuc de eodem.

TAbariæ, nauiculæ amnicę ſingulis trabibns cauatę, vnde & canducæ dicuntur.
Trabea, porticus tecta, vel veſtis regia, ſiue toga. Inde trabeati, trabea induti.
Tractim, lentè.
Traducere, tranſducere, propalare, deriuare.
Tradux, propago, radix, vel origo.
Tragelaphus, animal plateceron, id eſt latis cornibus.
Tragedia, carmen luctuoſum, quo antiqua facinora, & geſta ſceleratorum regum, ſpectanti populo tragædi concinnebant.
Tragos Græcè, hircus.
Tragum, genus retis piſcatorij, quia trahitur. Idem & vermiculum.
Traha, vehiculi genus, à trahendo dictum.
Traiicit, tranſmittit, tranſilit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

trans fodit.
Traiectio, commutatio.
Trames, via anguſta & compendioſa, quia tranſmittit.
Tramoſerica, veſtis quæ ſtamen habet ex lino, tramam ex ſerico.
Tranat, tranſuolat, tranſnatat.
Tranſcendere, tranſgredi.
Tranſcribi, transferri.
Tranſigit, peragit, percurrit.
Tranſtra, ſedilia remigum in nau
Trapetum, mola oliuaria, ſiue concha,
Trapezitæ, numularij, quia pecuniam ſuper menſam dinumerãt.
Trapezia enim, menſula quadra.
Tremiſſum dicunt, eo quod ſolidum faciat ter miſſus.
Threni Græcè, lamentationes.
Tribula. genus machinæ, ſiue vehiculi, vnde frumenta teruntur.
Tribulæ, genus ſpinarum.
Tribunal, ſedes iudicis.
Tributa, quia populis iura vel opẽ tribuunt, vel quia ſingulis tribubus præſunt; aut vt alibi legitur, militibus 30.
Tributum, pretium pacis eſt, ſcilicet redditus, penſio.
Tricæ, capilli.
Triclinium, cœnaculum, dictum à tribus lectulis diſcumbentium ad cõuiuium: Climõ enim Græcè, lectus vel accubitus dicitur.
Tricolon, trimembris.
Tricora, id eſt tres cameras, vel tres abſides habens.
Tridens, fuſcina, vel iaculus trium dentium.
Trieris, nauis magna trium remorum.
Triferos Græcè, tener.
Trima, triennis.
Trimenſis, vel trimeſtris, triticum, quia poſt tres menſes colligitur.
Trinepos, abnepotis filius.
Triones, aratorij boues, quaſi terriones, eo quòd terram terant.
Tripodes menſę, vel arę, vel candelabra cum tribus pedibus.
Tripudium, gaudium.
Triſſiles, tripodes.
Triſtega, tricamerata.
Triſulcum, trifarium.
Triton, Deus maris, vel lacus Aphricæ.
Tritonia, Minerua.
Trocheus, celer.
Trochos Græcè, rota.
Tromos Græcè, tremor.
Tropologia, moralis intelligentia, vel excuſatio.
Tropos, locutionis modus. vel dictio tranſlata ad non propriam ſignificationem.
Trudes, conti ferrati, à trudendo, ideſt pellendo, vel claudendo.
Truncus, ſtatura arboris, vel corpus ſine pedibus, aut ſine capite.
Trutina, ſtatera, ponderatio, examinatio.
Trux, vel truculentus, ferox, crudelis.
Trucidat, occidit, vulnerat.
Tubianei, alienigenæ quos Iudæi tubis in adiutorium conuocabant.
Tucus, cuculus.
Tudes, malleus, à tundendò.
Tugurium, caſa pauperis, vel cuſtodis vinearum.
Tùm, demum, etiam.
Tumulus, ſepulchrum, vel paruus mons, quaſi tumens tellus.
Tundere, percutere, verberare.
Turdus, genus auis.
Tutor, defenſor.
Turgor, tumor.
Turma, 30. milites habet.

De incipientibus per. V.

CAP. LXV.

VAccinia, violæ purpureæ.
Vaccula, à vacca, diminutiuum.
Vada, eo quòd per ea pedibus vadi poſſit, loca humilia in flumine.
Vades, fideiuſſores.
Vafer, ſuperbus, callidus, fictus.
Varius, aſtutus, malitioſus.
Vafrè, id eſt artificioſè, ſiue in geniosè.
Vagitus, infantium fletus.
Vagire enim & mugire, & cætera, ita diſtinguuntur. Infans vagit, ouis balat, Lupus vlulat, Bos mugit, Leo rugit, Elephas barrit, Equus hinnit, Aſinus rudit, Sus grunnit, Canis mutit & latrat, Serpens ſibilat, Rana coaxat, Coruus crocitat, Grus ariſat, alias gruit: Miluus nigit, alias lippit: Turtur & columba gemit, Vulpes gannit.
Vah, interiectio exultantis.
Vallat, circundat, munit, format, componit.
Valetudinatius, qui frequenter ægrotat. Valetudo enim & proſpera eſſe poteſt & aduerſa.
Vallum, gyrum, foſſatum, munitio.
Varicat, ambulat, diuertit.
Varicæ, venæ, extortæ, & plenæ.
Vaſta, lata, profunda.
Vaticinia, Prophetiæ, vel prophetarum carmina.
Varea, calciamenta mulierum.
Vbertim, affluenter.
Vdum, infuſum, humidum.
Vectes, ferrei obices vel fuſtes, quia manibus vectantur.
Vectigal, penſio, tributum, à vehendo dictum.
Vegetus, fortis, validus, ſoſpes.
Vellicat, carpit, mordet.
Velificat, nauigat.
Venabula, quaſi venatui habilia.
Venale, vendibile.
Ventilat, commouet, ſpargit, purgat, examinat, diſcutit.
Venum, venditio, vendendum.
Venuſtat, adornat.
Veredi, qui rhedas vehunt, id eſt ducunt, & qui vias publicas currunt, per quas & rhedæ.
Vergiliæ, ſtellæ, quæ & Pliades.
Vergit, declinat, occidit.
Verres, Porcus.
Verrit, trahit.
Verriculum, genus piſcatorij retis quod trahitur.
Vermiculatum, diſtinctum.
Vermiculum, coccinum, ſiue rubrum.
Verna, ſeruus in domo natus.
Vernaculum, proprium, familiare.
Vernat, floret, lætatur.
Vermilis, ſubdolus, malus ſeruilis.
Vernulæ, ſerui.
Verſat, cogitat, voluit.
Verſatilis, vibrabilis, ſecundum quod ab vtraque parte verſus incidit.
Verſutus, aſtutus, garrulus, qui in qualibet fraude facile vertitur: Inde & verſutia.
Vertex, in mari vel in flumine locus rapaciſſimus, vel ſinuoſa vertigo, ſcilicet vndam in gyrum ducens. In homine autem eſt illa pars qua capilli colliguntur, & in qua ceſaries vertitur.
Vertibula, cardines, vel ſummæ oſſium partes.
Vertigo, eſt cerebri mentiſque turbatio, qua videntur omnia ibi in gyrum volui: vel turbo cum ventus ſurgit, & terram in gyrum mittit.
Veruncant, euellunt.
Vertunt, trahunt, ſcindunt, nauigant.
Verrucę, genus ægritudinis.
Veruex, aries.
Veru, virga, vel contus.
Veſci, paſci.
Veſicæ, bullæ turgentes ac feruentes.
Veſpilio, ſepulchrorum violator.
Veſper, ſtella noctem inducens.
Veſperus, idem.
Veſpertilio, auis nocturna.
Veſta, dea Paganorum. Inde veſtalis.
Veſtibulum, introitus, vel atrium, quaſi veſtiens domum.
Veterani, antiqui, vel, milites qui poſt multos labores militię quietis ſuffragium conſequuntur. Idem & emeriti.
Veterator, antiquus tergiuerſator, vel fraudator.

Adhuc de eodem.

VIat, it, iter facit. Inde viator.
Viaticum, ſumptus in via.
Vibrat, criſpat, torquet, concutit, micat.
Viburna, geneſta molliſſima, vel virgulta, quædam humilia.
Vicatim, viciſſim.
Vices, alternationes.
Vicia, genus leguminis.
Viciſſim, inuicem, alternatim, vel per vices.
Viduare, nudare, deſolare.
Viget, floret, valet, fortis eſt.
Villicat, villam agit, id eſt gubernat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Villicus, villę cuſtos, vel rector, vel diſpenſator.
Vimen, genus virgulti.
Vinacia, acina vnde eliquatum eſt vinum.
Vipera, genus ſerpentis.
Virago, virgo, vel fortis fœmina, quaſi virum agens, id eſt opus virilia faciens; vel mulier, quia de viro acta, id eſt, formata.
Virecta, virida loca, vel virgulta mollia.
Virginale, membrum virginis.
Virgultum, virga vel ſilua minor, id eſt humilis; vel id quod de radice arboris pullulat.
Viritim, fortiter, priuatim, ſigillatim, nominatim.
Viroſa, fortia venenata.
Viſcum, eſt illud putridum de quercu confectum quo aues capiuntur, & ex Italia venit.
Viſere, videre, viſitare.
Vi ſuperum, ira vel violentia Deorum.
Vitabundus, viuenti ſimilis, ſicut moribundus morienti.
Vittæ, infulæ, vel ligaturæ quibus fluentes religantur capilli; ſic dictæ, quia vi tenent.
Vitricus, patriaſter, ſcilicet quæ à matre nouus ſuperducitur, quaſi nouitricus.
Viuidus, validus, fortis, agilis.
Vlcus, plaga, cicatrix.
Vligo, humor, ſordes, limus.
Vliginoſa, humida, pinguis.
Vlna, brachium.
Vlua, palus, herbę paludis.
Vlula, auis nocturna.
Vmbilicus, medius locus corporis, quaſi vmbus iliorum.
Vmbo, locus in medio clipei.
Vmbræ, animæ ſimulacra.
Vmen, dignitas.
Vna ſabbati, prima dies poſt ſabbatum.
Vncat, curuat.
Vncum, curuum. Inde vncinus.
Vncus, anchora.
Vncia, pondus octo dragmis conſtans.
Vndans, abundans, bulliens.
Vngula, onix, vel genus eſt tormenti quo reus in eculeo effoditur & torquetur, vt fides inueniatur; vnde & fidicula dicitur.
Vnguina, vnguenta.
Vnicè, ſummè, ſingulariter.
Vnicuba, vnius viri vxor.
Vniones, quędam margaritæ.
Vniuoca ſunt, quando plurium rerum vnum nomen eſt.
Vola, palma.
Volemum Gallicè, bonum, vel magnum.
Volutabrum, vbi porci ſe voluunt.
Voluus, cuius radix eſt volubilis & rotunda.
Vorago, profunditas, barathrum.
Vori, edaces.
Voti compos, faciens quod vult
Votumen, voti promiſſum.
Votum, donum.
Vr Grecè, ignis.
Vranos Græcè, cœlum, vel genus piſcis.
Vrceus, vas aquarum: Inde vrceolus.
Vri, boues agreſtes.
Vrna, menſura, quam quidam quartariam vocant, propriè autem pro condendis defunctorum cineribus adhiberi ſolet.
Vſque, diu, aſſiduè.
Vſtrina, locus vbi vruntur pecora.
Vſurpat, præſumit, illicitè vtitur.
Vſucapio, adeptio dominij per cõtinuationem iuſtæ poſſeſſionis decennij, vel alicuius temporis.
Vſia Græcè, ſubſtantia.
Vtenſilia, viatici ſumptus, vel mobilia domus vſibus apta.
Vterini, ex vno vtero editi.
Vulcanus, ignis quaſi volans, candor, vel volicanus, quia per aerem volat.
Vultur, genus auis.
Vultuoſus, triſtis, formoſus.

De incipientibus per X. & Y.

CAP. LXVI.

XAndicus, Aprilis.
Xenia, præmia, munera, beneficia.
Xenodochium Grecè, peregrinorum ſuſceptio, vel hoſpitium.
Xilon Græcè, lignum: Inde
Xilo, balſamum, id eſt lignum balſami.
YAdes, ſtellæ quinque in modũ, y, literæ in fronte tauri poſitæ.
Ycon, imago, vel ſimilitudo comparata. Inde yconia.
Ydea Grecè, proprietas, vel exemplar.
Ydin Græcè, videre.
Ydiota, imperitus, vel ſine literis.
Ydor Græcè, aqua. Inde hydria, vas aquarum lapideum ad lauandum.
Ydros, formula.
Ydra, ſerpens multorum capitum, vel draco.
Yle, materia informis omnium corporum.
Ymus, laus canticum.
Ypallage, permutatio.
Ypapanti, obuiatio, vel domini præſentatio.
Yper Græcè, ſuper, vel trans.
Yperapiſtes, fidelis diſpenſator: ab yper, quod eſt ſuper, & piſtis, quod eſt fides, quaſi ſuper a filios fidelis.
Yperbaton, tranſcenſio quædam verborum ordinem turbans.
Yperbole, dictum fidem excedens.
Yperborei, montes Scythię, quia ſuper, id eſt vltra eos, flat boreas.
Yperdulia, ſeruitus quæ Chriſti humanitati debetur.
Ypocentaurus, fingitur homo equo mixtus.
Ypo Græcè, ſub, vel infra.
Ypodromum, ſtabulum equorum, vel locus vbi equi currebant. Nã ypos equus, dromus ſtrata.
Ypogeum, antra, vel ſpelunca.
Ypopodes, genus monſtri.
Ypothami, equi fluuiales.
Ypoſtaſis Græcè, ſubſtantia indiuidua.
Ypotheticus, conditionalis.
Yris, arcus cæleſtis, vel ſpecies gẽmę, aut herbæ.
Yronia, tropus per contraria quod conatur oſtendens.
Yſagoge, introductio.
Yſos Græcè, iuſtum, vel æquum.

De incipientibus per Z.

CAP. LXVII.

ZAba, id eſt galea. Inde zabatus.
Zaberna, arca, vel armariolum.
Zabin, intellectus.
Zabulus, Sathanas.
Zar apud Hæbreos, Aprilis.
Zedoar, quædam ſpecies aromatica.
Zephirus, ventus, qui & fauonius.
Zelus, æmulatio, & in bonam partem, & in malam accipitur.
Zelotipia, id eſt mala ſuſpicio contra vxorem.
Zelotes dictus eſt Simon, à Cana Galilææ; Nam Cana interpretatur zelus.
Zema Græcè, ius.
Zenones antea dicebantur, qui nũc Galli Senones, ſ in z commutata.
Zete, æſtiuales domus, quas frigidas facit aqua ſubducta: hyemales autem quas calidas facit flamma ſubducta.
Zeugma, iugatio, vel coniunctio.
Zeigôn enim iugum.
Zeugma etiam dicitur, in pluribus ſenſibus vnius verbi, clauſula.
Zeuſis Græcè, iunctura.
Zyan Græcè, meritum actum.
Zibimię, lanceę.
Zima Grecè, iris vel frumentum: Inde azimi, id eſt ſine fermento.
Zinziber, genus pigmenti.
Zis, acutus.
Zius, menſis.
Zizania, herba, quæ & lolium.
Zmaragdus, gemma quædam.
Zmirmon, reſina, quæ & myrrha.
Zoa, vita, zodia Græcè, ſigna. Inde zodiacus, ſignifer circulus qui. 12. ſigna continet.
Zographon, pictor. Inde zographia.
Zona, oculus, vel cinctorium.
Zoi, id eſt vita.
Zotica, virtus, id eſt vitalis in corde conſiſtens, quæ facit vitam mẽbris & corpori.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS

Tomus Secundus.

LIBER SECVNDVS.

De Arte Grammatica.

De definitione & partibus Grammaticæ.

CAP. I.

Grammatica quid?

SIDORVS *in lib. primo Etymo. c. 2. & 3. & 5. Grammatica est scientia recte loquendi, origo & fundamentum liberalium literarum.* Hæc in disciplinis post literas communes inuenta est, vt qui iam literas didicerunt, per eam recte loquendi rationem sciant. Huius igitur artis primordia literæ communes existunt, quas librarij & calculatores sequuntur; harumque disciplina, velut quædam huius artis est infantia: vnde & eam Varro literationem vocat. Deniquè Grammatica nomen à literis accepit; grammata namquè Græci literas vocant. Grammatica est scientia gnara rectè scribendi, & rectè loquendi, secundum vnumquodque genus loquelæ in quo composita est: ipsa est literalis scientia, B eo scilicet quod literatum efficit. Nec dico quod littera, syllaba, dictio, & oratio, artis huius sint materia (licet hoc omnes antiqui dixerunt) sed vox potius. vnde secundum artem Grammaticam illa quatuor formantur.

Obiectum Grammaticæ est vox.

Officium Grammaticæ.

Solœcismus quid?

HVIVS ergo artis officium est literas congruè in syllabis, syllabas in dictionibus, dictiones in orationibus ordinate, & easdem competenter pronunciare, ad vitationem solœcismi, & barbarismi. *Solœcismus est incongrua dictionum ordinatio*: dicta quasi mos Solœcensium, à Soloë ciuitate Græciæ: cuius ciues cum Romam venirent, vt latinè loqui addiscerent, corruptè loquentes, dictiones incongruè ordinabant, vel coniugebant.

Barbarismus quid?

Barbarismus vero est incongrua literarum vel syllabarum in scriptura coniunctio, siue dictionis incongrua prolatio, quasi mos barbarorum. Dicebantur vero antiquitus barbari omnes, præter Græcos & Latinos.

A FINIS huius artis est recte scribere, & recte loqui; siue in scribendo & loquendo solœcismi & barbarismi vitatio. *Partes* huius artis sunt quatuor. Prima est de literis. Secunda de syllabis. Tertia de dictionibus. Quarta de orationibus, vel oratione. Ars enim grammatica est scientia omnium istorum simul, & nullius tantum per se; vnde etiam dicuntur partes integrales. *Species* eius sunt genera linguarū in quibus ars grāmatica tractata est & cōposita: vocē enim format artifex in diuersa linguarum genera secundū artem Grāmaticā. Est autem Grammatica composita in lingua Græca, Latina, Hebræa, & Chaldaica. Et possunt artis huius species crescere, hoc est plures esse; vt si Grammatica tractaretur in Gallica lingua, siue in aliqua alia in qua nondum tractata est.

Finis Grammatica quid.

Quot Grāmatica partes.

Hoc ordine docenda est Grammatica. Primo est agendum de litera, in qua parte ars notaria continetur. Postea vero agendum est de syllabis; in qua parte continetur ars metrica, quæ ad musicam multum pertinet. Tertio de dictionibus docendo quæ eis accidunt, secundum quæ debent construi. Ad vltimum agendū est de oratione, docendo quomodo dictiones secundum illa accidentia construuntur.

Ordo docēdi Grammaticam.

De materia eiusdem artis, id est de voce.

CAP. II.

QVONIAM autem vox materia huius artis est, tamen etiam quia in descriptione literæ, syllabæ, dictionis, & orationis, nomine vocis vtitur Priscianus, idcirco diuersorum de voce ponere sententias, necessarium esse duximus. Stoici namque vocem dixerunt esse aëra, ac ideo corpus; quod plerique nostri temporis tenent & confirmant: ita etiam vt plurimi eorum turpia quæque incurrant, concedentes quod vox, alba & nigra est, & fœtida; secundum diuersas aëris qualitates. Plato vero dixit vocem esse aëris plagam, id est

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ëris percuſſionem. Sed hanc rurſus percuſſionem quidam noſtri temporis dixerunt eſſe paſſionem, paſſibili qualitati adiunctam, Alij actionem. Alij itaque dixerunt vocem eſſe ſubſtantiam, Alij qualitatem, Alij quantitatem, Alij vero actionem. quæ omnia vtpote falſa repellimus. Dicimus enim vocem non eſſe quidquam eorum quæ ſunt res, ſed eorum potius quæ proferuntur. Ad nullum itaque prædicamentum pertinet. Prædicamenta namque rerum naturam ſequũtur. Vox vero nihil ponit in rerum natura, quoniam nec ſubſtantia eſt, nec ſubſtantiam informat. *Eſt autem vox ſonus, naturalibus inſtrumentis formatus.* Non eſt autẽ ſubſtantia, vel accidens; quoniam non eſt res, ſed profertur. Illa itaque deſcriptio, *vox eſt percuſſio aëris*, per cauſam data eſt, quoniam vox, lingua percutiente aëra, formatur.

PRISCIANVS vero hanc ponit deſcriptionem. *Vox eſt aer tenuiſsimus, ictus.* aut ergo dicemus eum in ſententia Stoicorum fuiſſe, aut ſi ab illo errore Priſcianum defendere malumus, dicemus deſcriptionem illam datam eſſe per cauſam, ſicuti & illam: *Dies eſt ſol lucens ſuper terram*; non quod dies ſit ſol, ſed quia lux ſolis, diei cauſa eſt. Sic & aëris percuſſio, cauſa eſt vocis. *Tenuiſsimus* autem additur, quoniam in ſpiſſo aëre, vox formari non poteſt: vnde etiam piſces muti dicuntur. Vel *tenuiſsimus* ſecundum antiquos: quia aer in ſui natura tenuis eſt, tenuior cum attrahitur, tenuiſſimus cum pulmone colatur. Vel tenuis fit cum attrahitur, tenuior cum colatur in pulmone, tenuiſſimus cum per arterias emittitur: in qua ſcilicet emiſſione, vox formatur. *Aliam* rurſus ponit deſcriptionem. *Vox eſt ſuum ſenſibile aurium*; id eſt quod auribus ſentitur & eis propriè accidit. Bene autem dixit *ſuum* (aurium ſcilicet) quia & auris ſentit aliquid, ſcilicet audiendo, ſed non eſt auris inſtrumentum tangendi.

Explicatur definitio vocis.

De ſpeciebus vocis.

CAP. III.

Quid vox articulata.

VOx alia articulata eſt, alia inarticulata. Rurſus alia literata eſt, alia illiterata. Articulata eſt, quæ copulata eſt ſignificationi alicui, ſiue conſignificationi. Arctare enim eſt copulare. Inarticulata eſt illa, quæ nulli ſignificationi coniuncta eſt. Literata quoque eſt illa vox, quæ literis iam repertis ſcribi poteſt. Illiterata vero, quæ ſcribi non poteſt litteris iam repertis. Si ergo differentia illa quæ eſt literata, addatur ei quæ eſt articulata, fiet vna vocis ſpecies, quæ eſt vox articulata & literata, vt *Arma virumque cano.* Coniungantur iterum illiterata & articulata. & fiet alia ſpecies, vt gemitus infirmorum. Coeat rurſus literata cum inarticulata, & fiet tertia, vt coax, quæ eſt ranarum vox. Similiter & cra, quę vox coruina eſt. Si vero coniungatur illiterata & inarticulata, fiet quarta, vt mugitus boum, & ſimilia. Et quia reſtat vt etymologiam eius nominis quod eſt vox doceamus. Quid ſit etymologia breuiter abſoluemus.

Quid vox literata.

Quatuor ſpecies vocis.

Etymologia quid, & quomodo ab interpretatione differt.

ETYMOLOGIA *eſt expoſitio alicuius vocabuli per aliud vocabulum, ſiue vnum, ſiue plura, magis ſecundum rei proprietatem, & literarum ſimilitudinem.* vt lapis quaſi lædẽs pedem; feneſtra, quaſi ferens extra. Differt autem ab interpretatione, quę eſt tranſlatio de vna loquela in aliam: Etymologia ſæpius fit in eadem loquela. Vox ergo, vel dicitur à vocando, vel à verbo Græco (boo) mutatione *b*, literæ in *v*, conſonantem. Et vide, quod apo Græcè, ab dicitur latinè: Tou eſt articulus apud Græcos, & valet quantum (hoc). Inde dicitur apo tou boo, id eſt, ab hoc quod eſt boo, quod interpretatur ſono. Vnde compoſitum inuenitur reboo, id eſt reſono.

De Litera.

CAP. IV.

LITERA *eſt pars minima vocis compoſitæ*, id eſt elemẽtarijs ſonis diſtinctæ. Compoſita namque vox diſtinguitur hic contra confuſam. Et hæc quidem deſcriptio, ſecundum vim & proprietatem partis integralis data eſt.

Litera quoque ſic deſcribitur. *Litera eſt vox, quæ ſcribi poteſt, indiuidua.* Id eſt, vox eſt repræſentata figura quaſi ſcriptibilis, & quæ per alias voces diuidi non poteſt. Vox igitur ibi ponitur pro genere: Sed ad differentiam vocis quæ non poteſt ſcribi, additur, *quæ ſcribi poteſt.* Sed quia hoc totum habet ſyllaba, & dictio, & oratio, ad differentiam omnium iſtorum additur, *indiuidua.* Et hæc eſt diffinitio conſtans ex genere & differentiis.

Litera quidt

LITERA vero ſecundum etymologiam dicitur quaſi legitera, eo quod præſtet iter legenti, ſiue figuram attendas, ſiue pronunciationem. Aliter quoque dicitur litera à lituris, eo ſcilicet quod antiqui prius ſcribebant in ceratis tabulis, & poſtea delebant, *Item* dicuntur elementa per ſimilitudinem quandam, quia ſicut elementa coeuntia corpus perficiunt, ita literæ coeuntes faciunt vocem literalem. *Iſidorus vbi ſupra.*, Literæ ſunt indices rerum, ſignaque verborum. His tanta vis eſt, vt nobis abſentium dicta ſine voce loquãtur. Earum enim verba per oculos, non per aures introducuntur. Dicuntur autem quaſi legiteræ, vel quòd iter legentibus præſtẽt, vel quod in legendo iterẽtur.

Litera vnde dicta.

De origine literarum, & primo Hebraicarum.

CAP. V.

VSvs literarum repertus eſt propter memoriam rerum. In tanta namque rerum varietate, nec poterant audientibus omnia dici, nec memoria contineri; itaque ne obliuione fugiant, literis alligantur. Literæ Latinæ & Græcæ ab Hebræis videntur exortæ. Apud illos enim prius dictum eſt Aleph. Deinde ex ſimili enunciatione apud Græcos tractum eſt alpha. Inde apud Latinos A. Quare trãſlator exſimili ſono alterius linguę literã condidit, vt noſſe poſſimus linguam Hebræam, omnium linguarum & literarum eſſe matrem. Sed Hebræi 22. elementis literarum ſecundum veteris teſtamenti libros vtuntur Græci vero 24. Latini etenim inter vtranque linguam progredientes, vigintitria elementa habent.

Latina litera & Græca ab Hebræis ſunt exortæ.

Hebræorum literæ à lege cæpere per Moyſen, vt Aleph Beth Gimel Daleth He Vau Zain Hheth Teth Iod Kaph Lamed Mem Nun Samech Hain Pe Tzadi Cof Res Schin Tau. Syrorum autem & Chaldæorum per Abraham. vnde & cum Hebræis, & numero, & ſono concordant, & ſolis characteribus diſcrepant. Ægyptiorum literas Iſis regina Inachi filia, de Græcia veniens in Ægyptum, reperit, & Ægyptiis tradidit. Apud Ægyptios autem alias habuiſſe literas ſacerdotes dicunt, alias vulgus.

HIERONYMVS *in prologo galeato*. Viginti & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum teſtatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt. Nam & ipſi viginti duo elementa habent, eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Quomodo igitur vigintiduo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hæbraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis & exordiis, in Dei Doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia. *Auctor.* Vt & quiuis armatus his, tanquã ſpiritualibus telis, poſtea in Eccleſia Dei doceret cõfidenter. Vnde 2. Cor. 10. *Arma enim noſtræ militiæ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum,*

Viginti duæ litera Hebraica reſpõdẽt libris veteris teſtamenti.

cogi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cogitationes deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Chriſto, & parati ſubingare omnem inobedientiam.

De Inuentione Gracarum literarum.

CAP. XI.

Phœnices Græcas literas primum inuenere.

GRÆCARVM literarum vſum primum Phœnices inuenerunt. Vnde & Lucanus:

Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi.
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Hinc eſt, quod & Phœniceo colore librorum capita ſcribuntur, quia ab ipſis literæ initium habuerunt. Suntque eorum quorum nunc eſt vſus communis 24. videlicet. Alpha. vita. gamma. delta. epſilon. zeta. eta. theta. iota. cappa. labda. my. ny. omicron. pi. ro. ſigma. tab phi. xi. chi. pſi. o mega.

Quorum hæ ſunt figuræ ordine vt ſequitur.

α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

Cadmus Agenoris filius, Græcas literas à Phœnicia in Græciam, decem & ſeptẽ primus attulit, ſcilicet α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. φ. Palamedes Troiano bello tres adiecit, η. χ. ω. Poſt quẽ Simonides alias tres addidit, ſcilicet ξ. θ. ψ. ϒ, literã Pythagoras Samius ad exemplũ vitæ humanæ primus formauit, cuius virgula ſubterior primam, ætatem ſignificat, incertam quippe, & quæ adhuc ſe, nec vitijs, nec virtutibus dedit. biuium autem quod ſupra eſt, ab adoleſcentia incipit, cuius dextera pars ardua eſt, ſed ad beatam vitam tendens; Siniſtra facilior, ſed ad labem interitumque deducens: de qua ſic Perſius ait.

Et tibi, quæ Samios deduxit litera ramos,
Surgentem dextro monſtrauit limite callem.

Apud Græcos quinque ſunt literæ myſticæ.

QVINQVE autem eſſe apud Græcos myſticas literas. Prima (Y) quæ humanam vitam ſignificat, de qua nunc diximus. Secunda (θ) quę mortem ſignificat. Nã iudices eandem literam theta apponebant ad eorum nomina, quos ſupplicio afficiebant. Et dicitur theta apo tou thanatou, id eſt, à morte. Vnde & habet per medium, telum, id eſt, mortis ſignum, de qua quidam ait. *O multum ante alias infelix litera theta.* Tertia (τ) figuram demonſtrans dominicæ crucis. Vnde & Hebraicè, ſignum interpretatur, de qua dictum eſt 3. Ezech. *ad Angelum tranſi per medium Hieruſalem, & ſigna tau in fronte virorum gementium, & dolentium.* Reliquas vero duas, ſummam & vltimam ſibi vendicat Chriſtus. Ipſe enim principium, ipſe & finis, dicens: *Ego ſum α & ω* Concurrentibus enim in ſe inuicem, alpha ad omega vſque deuoluitur, & rurſus omega ad alpha replicatur; vt oſtenderet in ſe Dominus, & initij decurſum ad finem, & finis decurſum ad initium.

Qualiter apud Græcos omnes literæ numerales ſiunt.

CAP. VII.

Omnes literæ Græcæ ſunt numerales.

OMNES autem literæ apud Græcos, & verba componunt, & numeros faciunt. Nam (α) litera apud eos vocatur in numeris vnum: vbi autem ſcribunt (β) vocatur duo; vbi ſcribunt (κ) vocatur in numeris eorum tria: vbi ſcribunt (δ) vocatur in numeris ipſorum quatuor, & ſic omnes literæ apud eos in numeris habentur. Latini autem numeros ad literas non computant, ſed ſolo verbo componunt, exceptis aliquibus, quæ numeros figura demonſtrant, vt (C) pro centum, (D) pro quingentis, (I) pro vno (L) pro quinquaginta, (M) pro mille (V) pro quinque, & (X) litera, quæ & in figura crucẽ ſignificat, & in numero decem demõſtrat.

Auctor. Eæ ſunt literæ, Græcæ, & hi numeri ſingulis literis reſpondentes. A: pro 1. Hen; Vnum. B. pro 2. Duo. Γ. pro 8. Tria. Δ. pro. 4. Teſſera. E. pſilon pro. 5. pente. 5. pro. 6. Hex. Z pro 7. Hepta. H pro 8. Octo. Θ pro 9. Emea. I. pro 10. Deka. IA. pro 11. Hendeka. IB. pro 12. Dodeka. &c. Triakaideka. 18. 14. Teſſarakaideka. & ſic deinceps vſque ad K. K. 20. Eikosi. Λ. 30. Triakonta. M. 40. Teſſaraconta. N. 50. Penteconta. Ξ. 60. Hexeconta. O. 70. Hebdomeconta. Π. 80. Ogdoeconta. 5. 90. Enneneconta. P. 100. Hecaton.

De inuentione latinarum literarum.

CAP. VIII.

Carmentis alias Nicoſtrata primũ literas Latinas tradidit.

ISIDORVS. *l. 1. Etim. c. 4.* Latinas literas Carmentis nympha, prima Italis tradidit. Decem & ſeptem literis latinis vetus ſcriptura conſtabat, ſcilicet a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. Vnde & legitime nominantur illa ratione, ſcilicet vel quod ab e, vocali incipiant, & in mutum ſonum deſinant, vt ſunt ſemiuocales. Vel quod à ſuo ſono incipiant, & in vocalem e, deſinant, vt ſunt mutæ. H, autem litera pro ſola aſpiratione adiecta eſt poſtea. Aſpiratio enim ſonus eſt vberius eleuatus, cui contraria eſt proſodia, ſonus æqualiter flexus. K, literam Saluſtius Iudimagiſter poſtea latinis adiecit, vt in ſono diſcrimen faceret duarum literarũ c, & q, quæ ideo ſuperuacua quia exceptis Kalendis ſuperflua iudicatur, per c, enim vniuerſa exprimimus. X, litera vſque ad Auguſti tempus nondum apud latinos erat, ſed pro ea c, & ſ, ſcribebant. Vnde duplex vocatur, quia pro c, & pro ſ, ponitur. A Græcis duas literas mutauit latinitas y, & z, propter nomina, ſcilicet Græca, & hæ apud Romanos vſque ad Auguſti tempus non ſcribebantur. Sed pro z, duplex ſſ, ponebant, vt hilariſſat. Pro y vero, i, ſcribebant.

PETRVS HELIAS. De his agit Priſcianus, ſed modo ſecundum figuram, modo ſecundum pronunciationem. Quædam enim attribuit literæ proptet hanc, quædam propter illam. Sunt igitur figurarum 23. quibus vtimur. Sciendum vero, quod in hoc numero cõputat Priſcianus h, licet literam non repræſentet, ſed nota ſit aſpirationis. In hoc eodem etiam numero ponit y, & z, quamuis non vtamur his niſi in barbaris dictionibus. Ideo autem præmittit de figuris vt oſtendat vnam figuram quandoque repræſentare elemẽta multa; vt y, elementa i, & v, & plures figuras vnum elementum vt c, & K, & q, Quod autem in abcedario ponitur illa figura, quæ eſt, & nõ ideo ponitur quod ſit literæ figura, ſed quia ſyllaba quædam vna figura repræſentatur, ac ſi litera eſſet. Cum vero, 23. figuræ ſint, pronunciationes earum, id eſt modi pronunciandi, multo plures ſunt, Quippe cum ſingulæ vocales denos habeant ſonos, vt enim quod de vna dixero de cæteris detur intelligi, A, breuis aſpirata, vel acuitur, vt habeo, vel grauatur, vt habemus. Rurſus a, breuis non aſpirata, vel acuitur, vt abeo, vel grauatur, vt animus. Sunt itaque quatuor modi pronunciandi a, quando corripitur. Sex verò ſunt quando producitur. Producta nãque a, aſpirata, vel acuitur, vt hamis, vel grauatur, vt hamorum, vel circumflectitur, vt hamus. Producta non aſpirata, vel acuitur, vt à re, vel grauatur vt aratrum, vel circumflectitur, vt ara. De h, quæritur vtrum ſit vox. Nos autem dicimus, quod nõ eſt vox ſonus, neque enim plectro linguæ formatur, ſed ad modum tuſſis ſubripitur.

Omnes vocales habent denos ſonos.

Litera (H) non eſt ſonus.

De Accidentibus litera.

CAP. IX.

PETRVS HELIAS. Accidentia ergo literæ dicuntur ea, quæ concurrentia faciunt literæ proprietatem, id eſt concurrentia vocem faciunt eſſe literam. Tria ergo ſunt quę accidunt literæ, nomen, figura, poteſtas; niſi enim hæc tria cõcurrãt non eſt litera, id eſt, niſi nominetur, & figura repræſentetur, & pronũcietur. Solent antiqui quærere in quo ſubiecto hæc accidentia habeant eſſe. Et dixerũt quidã, quod in litera, ſed errant; ſicut enim ſubſtantia manens vna & eadem, diuerſis variatur accidentibus, ita & litera manens vna & eadem, diuerſis repreſentatur figuris &

Tria accidunt literæ ſc. nomen, figura, poteſtas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

modis pronunciatur diuerſis. Sunt igitur accidentia ſimilitudine ſola, non quod ſubſtantias informent: immo nec ſequitur, ſi ſunt accidentia literę, quod ideo ſint accidentia.

Cur nomina literarum indeclinabilia.

NOMINA literarum ſunt indeclinabilia, ſiue quod à barbaris reperta ſunt, qui nullam habent declinationem; Siue quia ſtabilia debent eſſe, eo quod fundamentum ſunt omnis doctrinę; Siue ideo, quod aliter non poterat eſſe apud Latinos, cum quædam literæ dicantur vocales, eo quod per ſe voces ſuas perficiunt, quoniam ipſa vocalis nomen eſt ſuiipſius, quod non obſeruari poſſet, ſi vocalium nomina diuerſis terminationibus flectèrentur. Semiuocalium nomina à vocalibus incipiunt, & in ipſas ſemiuocales deſinunt. Vnde nomen (*l*) in antiquis libris inuenitur ſcriptum per (*e*) & (*l.*) Et hoc idem in mutarum nominibus apparet: mutarum enim nomina ab ipſis mutis incipiunt. Et in (*e*) vocalem deſinunt, exceptis (*q*) & (*k*.) Vt hæc itaque proprietas obſeruaretur indeclinabilia manſerunt.

ISIDORVS *vbi ſupra.* Nomina autem literarum gentes ex ſono proprię linguę dederunt, notatis oris ſonis atque diſcretis nam poſtquam eas animaduerterũt, & nomina illis, & figuras impoſuerunt. Figuras autem partim ex placito, partim ex ſono literarum formauerunt. vtputa (*i*) & (*o*) quarum vnius ſicut exilis ſonus eſt, ita tenuis virgula, alterius pinguis ſonus, ſicut & plena figura. Inter figuras literarum & apices, veteres diſtinxerunt. Apicem dictum aiunt propter ea quod longè ſit à pedibus, & in cacumine literæ apponatur. Eſt enim linea iacens ſuper literam æqualiter ducta. Figura enim eſt qua tota ſcribitur. (*A*) litera in omnibus gentibus prior eſt literarum, eo quod ipſa prior naſcentibus vocem aperiat.

De poteſtate literę ſubſtantiali.

CAP. X.

Poteſtas vocis duplex ſc. ſubſtantialis & accidentalis.

PETRVS HELIAS. Poteſtas ergo eſt ipſa pronunciatio, id eſt modus pronunciationis, propter quam figuræ & nomina reperta ſunt. Poteſtas vero, alia ſubſtantialis, alia accidentalis. Subſtantialis, quòd ipſa vocalis eſt, aut conſonans. Sic enim pronunciatur litera, vt vel per ſe vocem ſuam perficiat, & dicitur vocalis; Vel vt cum alia ſonet, & non per ſe; & appellatur conſonans. Hi vero pronunciationis modi ſunt de ſubſtantia literæ.

Litera alia vocales, alia conſonantes & in quo differant.

ISIDORVS, *vbi ſupra.* Literę ergo diuiduntur principaliter in duas partes, in vocales, & conſonantes. Vocales ſunt, quæ directo hiatu faucium, ſine vlla colliſione, variè emittuntur: dictę ſunt vocales, quia per ſe vocem implent, & per ſe ſyllabam faciunt, nulla adhærente conſonante. *Conſonantes* ſunt, quæ diuerſo motu linguæ, vel impreſſione labiorum efficiuntur. Et vocantur conſonantes, quia per ſe non ſonant, ſed iunctis vocalibus conſonant. Hæ in duas partes diuiduntur, in ſemiuocales ſcilicet & mutas. *Semiuocales* dictæ, eo quòd quiddam ſemiſonum de vocalibus habeant. Ab (*e*) quippe vocali incipiunt, & deſinunt in naturalem ſonum, vt, f, l, m, & cæterę *Mutæ* autem dictæ, quia niſi ſubiectis ſibi vocalibus nequaquam erumpunt; ſi enim eis extremum vocalis detraxeris ſonum incluſum, litera murmur ſonabit, vt, b, c, d, & cæterę. Inter vocales autem (*i*) & (*u*) apud Grammaticos varias habent ſignificationes. Nam modò vocales, modò conſonantes, modò mediæ ſunt. Vocales ideo ſunt, quia ſolæ poſitę ſyllabas faciunt. Conſonantes ideo habentur, quia interdum habent poſt ſe vocales in eiſdem ſyllabis cõſtitutas, vt *Iũno, vates.* Mediæ autem idcirco dicuntur, quia naturaliter ſolæ medium ſonum habent, vt illius, vnius; coniunctæ alijs pinguius ſonant, vt *Ianus, vanus.* ſolæ autem poſitæ aliter ſonant, aliter iunctæ (I) vero propterea interdum dicitur duplex, quia quotieſcunque in metro inter duas vocales inuenitur, pro duabus conſonantibus habetur, vt *Troia*, geminatur enim ibi ſonus eius (V) quoque litera proinde interdũ nihil eſt, quia alicubi nec vocalis, nec conſonans eſt, vt *quis.* Eadem & digamma à Græcis vocatur, quando ſibimet alijſque vocalibus iungitur, quia duplex eſt inſtar F. literæ, quæ duplex gamma habet, ad cuius ſimilitudinem coniunctas vocales, digammo appellari grammatici voluerunt vt votum, virgo.

INTER ſemiuocales autem quædam liquidæ dicũtur, quia interdum in vna ſyllaba, poſtpoſitæ alijs conſonantibus, deficiunt, & à metro excluduntur. Ex quibus duæ, apud Latinos liqueſcunt (*l*) & (*r*) vt *flatus, fragor.* Reliquæ (*m*) & (*n*) apud Græcos liqueſcunt, vt *Mneſteus.* *Quid liquidæ*

PETRVS HELIAS. Antiquiſſimi Latinorum ſcribebant (F) digamma, ad repræſentandum (*u*) conſonantem; vt in his dictionibus, *vado*, & *venio.* Item vbi hodie ponimus (*f*) vt in *facio*, & conſimilibus, ſcribebãt tunc (*ph*) aſperius pronunciantes quam nunc pronũciemus. Placuit vero poſtea Modernis, vt quia in *facio* & talibus, nimis aſperè ſonabat (*ph*) loco eius ſcribere (*f*) Vide ergo, quòd vbicunque antiqui ſcribebãt (*ph*) nos hodie ſcribimus (*f*) niſi in Græcis dictionibus, vbi antiquam ſeruamus ſcripturam. Inde probat Priſcianus, quod (*f*) non eſt ſemiuocalis, ſed muta.

De poteſtate accidentali literæ quintuplici, & de eius primo membro.

CAP. XI.

Poteſtas accidentalis quintuplex.

PETRVS HELIAS. Accidentalis vero literæ poteſtas quintuplex eſt. Quarum prima eſt, quod litera vel corripitur, vel producitur. Secunda, quòd aſpiratur, vel abſque aſpiratione profertur. Tertia, quòd vna congrua eſt alij in ſono. Quarta, quod vna tranſit in aliam. Quinta vero, quod vna præponitur vel poſtponitur, ad conſtituendam ſyllabam.

Vocales igitur apud Latinos omnes ſunt ancipites, id eſt modo corripiuntur, modo producuntur, & ecõuerſo. Vide ergo quod vocalis alia longa natura, alia poſitione longa. Natura quę producitur ex inuentione ſua, & inſtitutione. Natura enim in vocalibus nihil aliud eſt, quàm inuentio ipſarum. Longa poſitione eſt, quando propter duas conſonantes ſequentes, vel propter vnam duplicem producitur, vt dixi. Similiter alia natura breuis eſt, alia poſitione.

De cæteris quatuor membris poteſtatis accidentalis literæ.

CAP. XII.

OMNES igitur vocales aſpirantur, quamuis non vbique, & ſemper pręponitur eis aſpiratio, vt *habeo, habemus, hiems, homo, humus.* Conſonantes autem quatuor tantum aſpirantur poſtpoſita ſemper aſpiratione. Aſpiratur ergo (*c*) vt Chremes (*T*) vt Thraſo, (*P*) vt Philippus, (*R*) vt Pyrrhus.

PRO literarum congruarum cognitione, vide quod inter (*c*) aſpiratum, & (*c*) non aſpiratum, eſt g. Inter (*t*) quoque & (*th*) d. Inter p, & ph, ſiue f, eſt b. Ergo g, & d, & b, ſunt mediæ; quia ſcilicet ex quadam ſimilitudine ſoni accedunt ad eas, quarum dicuntur mediæ. Ita etiam, quod nec tanto ſpiritu proferuntur quanto eædem aſpiratæ, & minore etiam ſpiritu proferuntur, quam eædem non aſpiratæ. Quod inde perpenditur; quoniam in proferendo non aſpiratas, magis laborant vel operantur exteriora: proferendo enim medias inter vtrumque, fit vocis formatio, quod facile perpendes, ſi in prædictis motibus attendas ora voces naturaliter modulantia.

POST hoc ſciendum eſt, ſex modis literarum fieri mutationes, aut per caſus, vt *homo, hominis*, aut per tẽpora, vt *facio, feci*; aut per compoſitionem, vt *falſus, in-*

ſulſus;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſuiſus; aut per deriuationem, vt *ſero, ſatus*; aut per trãſlationem de Græco in Latinum, vt *Cyros, Cyrus*; aut per antiquitatem, vt *legendum*, pro *legundum*. De ordine vero ſciendum, vocales ſibi præponuntur in dipthongis ad conſtituendam ſyllabam. *Dipthongus ergo eſt duarum vocalium concurſus in eadem ſyllaba, cum quadam ſoni colliſione, vt vtraque vim ſuam habeat in metro poſita.* (*In eadem ſyllaba*) dictum eſt, propter ſynalepham, quæ fit inter literas diuerſarum ſyllabarum, vt vtraque vim ſuam habeat. (*In metro*) additur, propter (*u*) quod poſitum inter (*q*) & aliam vocalem vim ſuam in metro non retinet, ideoque dipthongum cum alia vocali non facit. Sunt autem quatuor dipthongi quibus nunc vtimur, æ, œ, au, eu.

Dipthongus quid?

SEMIVOCALIVM autem *m*, ponitur ante *n*, vt *Mneſteus*, quod eſt proprium nomen; & *amnis*. ſic enim iterandum eſt, vt *a*, ſolum primam ſyllabam faciat, *m*, vero & *n*, ſimul ſint de ſequẽti ſyllaba *S*, quo q; ponitur vt ſmaragdus. Qui enim ſcribũt ϗ, ante *m*, vitiũ faciũt, ante *m*, nunquam enim duplex in principio ſyllabę poſita, cum alia poteſt iungi conſonante. Prẽterea ſi ϗ, ibi ſcriberetur, falſus eſſet Lucani verſus in quo ait.

Terga ſedent crebro maculis diſtincta ſmaragdo.

Nunc vero ſtat metrum, eo quòd *S*, ibi præpoſita liqueſcit.

De ſyllaba.

CAP. XIII.

Syllaba quid?

PETRVS HELIAS. *Syllaba ergo eſt comprehenſio literarum conſequens, ſub vno accentu, & vno ſpiritu prolata.* Syllabanin namque interpretatur comprehendere. Comprehenſio ergo literarum eſt quaſi earum coniunctio: per quod differt ab elemento; quamuis vna ſola litera, vt *a*, quando eſt præpoſitio, ipſam nominis interpretationem ſortitur; (*conſequens*) vero additur, quaſi cõgrua, vt videlicet ſit abſque barbariſmo, ſed quia hoc totum habet oratio ſubditur, *vno accentu*: Item quia tota dictio ſub vno profertur accentu, ad eius differẽtiam additur, & *vno ſpiritu*, id eſt impulſu *prolata*. Sed Monoſyllaba dictio eadem eſt & ſyllaba, & ei illa deſcriptio conuenit ex eo, quod ſyllaba eſt, non ex eo quod dictio.

Alia definitio ſyllabæ.

DEFINITVR etiam ſic: *Syllaba vox literalis, quæ ſub vno accentu, & vno ſpiritu indiſtanter profertur*: dicitur *literalis* contra confuſam vocem, quæ ſonis elementariis non eſt diſtincta, vt eſt mugitus Boum, & ſimilia: Verum quia hoc totum habet dictio Monoſyllaba additur (*indiſtanter*), vt ſcilicet ſine diſtantia altera ſyllaba ſequatur in conſtructione dictionis. *Iſidorus vbi ſupra*. Syllaba enim Græcè, Latinè conceptio, Vnde vere illa eſt ſyllaba, quæ ex pluribus naſcitur literis.

De ſpeciebus ſyllabæ.

CAP. XIV.

Syllabarum ſex ſunt ſpecies, iuxta numerum literarum quibus ſyllaba conſtare poteſt, quæ ſũmã ſunt ſex.

PETRVS HELIAS. Sunt autem ſyllabæ ſpecies ſex. Eſt enim ſyllaba, quæ vnius literæ, vt *a*; vel duarum, vt *ab*; vel trium, vt *ars*; vel quatuor, vt *mars*; vel quinque, vt *ſtans*; vel ſex, vt *ſtirps*. Quot autem ſunt vocales, tot ſunt ſyllabæ, quę vero ex literis pluribus conſtant fere ſunt innumerabiles. Sciendum vero, quod licet ſyllaba tres conſonantes habeat, nulla tamen ſyllaba tres habet vocales, ita ſcilicet vt in metro, vim ſuam retineant. Quamuis enim cum dipthongo, ſcribatur, *u*, vt in *quæ*, *u*, tamen non retinet ibi vim literæ. Et vt de literarum poſitione in ſyllaba, aliquid dicamus: vel duæ vocales faciunt ſyllabam, vt in dipthõgo, *au*, vel vocalis & conſonans, vna vel plures; ita quod vocalis antecedat conſonantem, vel conſonans vocalem. Nunquam tamen pluſquam tres conſonantes antecedere poſſunt vocalem in eadem ſyllaba, nec niſi tres ſequi; ita tamen, quod ſi tres conſonantes antecedunt vocalem, non niſi duæ ſequentur, quia non ex pluribus literis quam ſex, poteſt ſyllaba conſtare. Si antecedens ſyllaba terminetur in conſonantem, neceſſe eſt quod ſequens à conſonante incipiat, vt *arcus*, niſi ſit dictio compoſita. Hæc enim regula de ſimplicibus intelligenda eſt.

Syllaba alia breues, alia longa, alia communes.

ISIDORVS *vbi ſupra cap.* 15. Syllabæ autem aut breues ſunt, aut longę, aut communes. Breues vocatę, quia nunquam produci poſſunt. Longæ, quia nunquã corripi poſſunt. Communes autem, quia pro ſcribẽtis arbitrio, cum neceſſitas cogit, & producuntur, & corripiuntur. Ideo autem ſyllabæ longæ breueſque dicuntur, quia per varias vocum moras, aut dupla, aut ſimpla ſpatia temporis habere videntur. Dipthongæ ſyllabæ Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales iungantur: & ex his apud nos veras eſſe ſcimus quatuor, æ, œ, au, eu. (Ei) vero apud maiores tantum celebrata fuit.

Diſthongi quatuor, & varius quinque

De accidentibus ſyllabæ, & primo de accentu.

CAP. XV.

4. Sunt accidentia ſyllabæ.

PETRVS HELIAS. Accidunt vero ſyllabæ quatuor, tenor, ſpiritus, tempus, literarum numerus. *Tenor* idem eſt, quod accentus. *Accentus eſt modulatio vocis in communi ſermone, vſuque loquendi*: hoc autem dicitur propter cantilenas, vbi accentum non obſeruamus. Dicitur autem accentus ab eo quod eſt accino, eo, ſcilicet quod vni ſyllabæ accantantur omnes aliæ in prolatione dictionis, omnes enim alię vnius prolationem ſequuntur. Tribus vero modis fit modulatio vocis; aut enim à graui voce incipimus, & in acutum tendentes, ibidem definimus, & accentus hic dicitur acutus. Aut à graui incipimus ibique perſeueramus, & eſt grauis accentus. Aut à graui in acutum tendentes, ad grauem reuertimur; & accentus hic circumflexus dicitur. Latini nunquam ponunt vel obſeruant accentum, niſi in penultima, niſi monoſyllaba fuerit dictio; Exceptis illis in quibus, vel propter ſyncopam, vel cauſa differẽtiæ, ponitur accentus in fine.

1. Tenor ſeu accentus. Quid accentus, & vnde dictus. Accẽtus triplex.

ISIDORVS *ſupra c.* 18. Accentus, qui Græcè proſodia dicitur, ex Græco nomen accepit. Nam pros Græcè, Latinè ad, oden Græcè, Latinè cantus eſt: accentus autem dictus, quia iuxta cantum fit; ſicut aduerbiũ, quia iuxta verbum eſt. Acutus accentus dictus eſt, quia acuat & erigat ſyllabam. Grauis, quod deprimat & deponat; eſt enim contrarius acuto. Circumflexus, quia de acuto & graui conſtat. Incipiens enim ab acuto, in grauem deſinit; atque ita dum aſcendit & deſcẽdit, circumflexus efficitur. Acutus autem & circumflexus ſimiles ſunt; nam vterque eleuat ſyllabam. Grauis contrarius videtur ambobus; nam ſemper deprimit ſyllabas, cum illi leuent, vt *Vnde venit Titan, & nox vbi ſidera condit? Vnde*, hic grauis eſt; minus enim ſonat, quã acutus, & circumflexus. Grauis accentus, cum vno accentu poteſt poni in dictione vna, cum vtriſque nũquam, vt *Catulus*. In compoſita dictione vnus accentus eſt, vt *armipotens, omnipotens*. *Accentus* autem repertus eſt, vel propter diſtinctionem, vt *viridique in littore conſpicitur ſus*, ne dicas *Vrſus*; vel propter pronunciationem, ne dicas *meta* breuiter, & non producte meta; vel diſcernendę ambiguitatis cauſa, vt *ergè*, nam cum producitur gô, cauſam ſignificat; cum corripitur, coniunctio eſt. Figuræ accentuum ſunt, quæ à grammaticis, pro verborum diſtinctionibus, apponuntur.

Accẽtus vnde dictus & vnde proſodia, quod idem eſt. Explicatur triplex accentus. Finis accentuum.

De regulis accentuum.

Cap. XIV.

ISIDORVS, *vbi supra c.*18. Monosyllaba autem pars orationis, si naturaliter breuis est, vt *vir*; Aut positione longa, vt *ars*, acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa, vt *res*, circumflexum. Dissyllaba, si priorem naturaliter longam habet, & vltimam breuem, circumflectitur, vt *Musa*, aliter acuitur. Trisyllaba, si mediam breuem habet, vt *tibia*, tunc primam acuimus: Si vero naturaliter longam habet secundam, & vltimam breuem, vt *Romanus*, tunc mediam circumflectimus. Tetrasyllaba autem pars orationis, & pentasyllaba, rationem trisyllabarum retinent.

Regula accẽtus.

Petrus Helias. Monosyllaba dictio, si vocalem natura correptam habuerit, acuto profertur accentu, vt *fax*, *pix*. Monosyllaba rursus dictio, si vocalem natura productam habuerit, circumflectitur, vt *res*, *dos*, & *spes*. In dissyllabis autem, vbi ambę correptæ, vel posterior syllaba producta fuerit, prima acuitur, siue producta fuerit, siue correpta; vt *nepos*, *leges*. Rursus in dissyllabis, si penultima producta fuerit, & vltima breuis, prior circumflectitur, vt *Roma*; exceptis paucis, quæ causa differentię in fine circumflectuntur, vt *pone;* exceptisque illis quæ ex trisyllabis fiunt per syncopam, vt *fumat*, pro fumauit. De syncopatis vero, siue dissyllaba fuerint, siue non, hęc est regula communis: quoties fit syncopa in aliqua dictione, accentus manet super illam vocalem in syncopata, super quam fuit in integra, & dissyllabis: Et deinceps, si penultima fuerit correpta, acuemus ante penultimam, siue illa correpta sit, siue producta; vt *Tullius*, *Hostilius*; exceptis his, *vtraquè* & *pleraq*; & exceptis cõpositis ab infinitiuis, & *fio*, vel *facio*, vt *calefit*, & *calefacit*; & exceptis syncopatis propter prædictã regulã, vt *Vigilius*, *Mercurius:* Integra enim sunt, Vigiliæ, & Mercuriæ. In trisyllabis, tetrasyllabis, & deinceps, & si penultima fuerit longa natura, & vltima breuis, penultima circumflectitur, vt *Cethegus*, *Perosus*. In trissyllabis, & tetrasyllabis, & deinceps, si penultima fuerit longa natura, vltima longa; penultima acuetur, vt *Athenæ*, *Mycenæ*. In dissyllabis, & tetrasyllabis, & deinceps; si penult. fuerit longa positione, ipsa acuetur, & antepenultima magis grauabitur quam in aliis, vt *Metellus*. Omnes præpositiones præpositæ casualibus suis, vel genitiuo relato ad suum casuale, grauantur per omnes syllabas; vt *supra domum*, vel *domum supra regis*. Suppositæ vero acuuntur in principio, vt *domum supra*; nisi æquiuocè sint ad alias partes orationis; & tunc acuuntur in fine, vt *Maria circum omnia*; ne si circumflectantur in fine, nomen, vel aduerbium esse putentur. Hæ itaque sunt communes accentuum regulæ, quas Latinæ vbique obseruant; nisi quod in interrogatiuis, vel relatiuis, quędam fit mutatio. Sed etiam interiectiones nullam sequuntur regulam, quia significant affectus animi, quorum est vocem interrumpere.

De cęteris tribus accidentibus syllabæ.

Cap. XVII.

2. *Spiritus.*

PETRVS HELIAS. Spiritus vero accidit syllabę, quia aspero spiritu, vel leni pronunciatur. Et quia restat vt de tempore agamus, Primo videnda est differentia inter tempus & accentum: Accentus ergo est eleuatio vocis acuta, quæ dicitur arsis, vel depressio grauis, quæ dicitur Thesis, vel circumflexa inter vtramque vocis modulatio. Tempus autem est mora pronunciationis ipsi accentui adiacens. tempus ergo accidit syllabæ, vnum, vel duo. Vnus namque temporis dicitur syllaba esse, si correpta fuerit; duorum vero, si producta; fortassis eo quod multo plus tenetur quam breuis; non quod bis tamen teneatur secundum certam mensuram. Vel ideo, quia duæ breues ponuntur sępe pro vna longa, & èconnerso. Placuit etiam quibusdam, quod vnum tempus & semis, accidit syllabæ, vel duo & semis, vel etiam tria. Vnum quando vocalis breuis est per se, id est sine consonante secum posita in eadem syllaba, vt *amo*. Vel quando simplex consonans sequitur, vt *caput*. Vnum vero & semis, in communibus syllabis, vt *lachrymæ*. Cum enim prima syllaba naturaliter corripiatur, positione duarum consonantium quæ sequuntur, recipit tempus dimidium, vnde potest produci. Duum vero temporum est syllaba, cum ipsa longa est, vel natura, vt *dos*, vel positione, vt *ars*. Duo tempora & semis habet syllaba secundum quosdam, quando post vocalem natura longam, sequitur vna consonans, vt *sol*. Quoniam enim longa est natura, duum est temporum, consonans vero quę sequitur, tempus semis ei attribuit. Tria vero habet tempora, quando post vocalem natura longam, vel duæ consonãtes sequuntur, vt *mons*, vel vna duplex, vt *Rex*. Quoniam enim longa natura, est duum temporum, duæ vero consonantes quæ sequuntur, vel duplex vna, tempus ei vnum attribuunt. Quod *Rex* producatur natura, ex genitiuo *regis* manifestum est. Semper tamen in metro, vel vnius temporis debet accipi syllaba, si correpta fuerit; vel duum, si producta. *Numerus* quoque accidit syllabæ, quia nec minus quam vnius, nec plus quam sex literarum potest apud Latinos syllaba inueniri. 4. *Numerus.*

De pedibus.

Cap. XVIII.

ISIDORVS *vbi supra l.*1, *c.*16. Syllaba apud metricos ideo semipes nominatur, quod sit dimidius pes. Pedes sunt qui certis syllabarum temporibus consistunt, nec à legitimo spatio vnquam recedunt. Pedes dicti, eo quod per eos metra ambulent. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes centum vigintiquatuor sunt. Dissyllabi quatuor. Trisyllabi octo. Tetrasyllabi sedecim. Pentasyllabi triginta duo. Hexasyllabi sexagintaquatuor: vsque ad quatuor autem syllabas, pedes dicuntur. Reliquæ dicuntur. Ipsi autem pedes habent speciales causas nominum, quare ita vocentur. *Spondæus* dicitur, quia tractim sonat. Nam spondæus tractus quidam dicitur, id est sonus, qui fundebatur circa aures sacrificantium. *Trochæus* vero ab eo dictus est, quod celerem conuersionẽ facit cantilenæ, & quasi rota velociter currat in metris: trochos n. Gręcè, rota dicitur. *Iãbus* dictus est eo, quod Iãbizin in Græci detrahere dixerũt. huiusmodi enim carmine omnes inuctiones vel detractiones, implere poetæ soliti sunt. *Dactylus* à digito dictus, quod à longiore nodo inchoans, in duas definit breues; sic & iste pes, iuncturam vnam habet longam, & duas breues. *Cæduntur* vero pedum membra, vel per æqualitatem, vel per duplum, vel per triplum, vel per sextuplum, vel per epitritum. Sunt igitur æqui decem, dupli vero sex, triplus vnus, sextupli septem, epitriti quatuor. Numerus enim syllabarum in pedibus, à duobus vsque ad sex protenditur, vlterius enim non procedit. *Resolutio* est pedum, quando pro vna longa, duę breues ponuntur; aut pro duabus longis, quatuor breues ponuntur, vt Virg. *Sectaque intexunt abiete costas*. *Abiete* resolutio est spondęi in proceleumatico, in qua resolutione semper episynalæpha sequitur. Ex vna quidem longa, duæ breues fiunt. Ex duabus autem breuibus, longa nunquam fit. Findi enim solida possunt, solidari scissa non possunt. Metra pedibus accidunt, vt à Trochæo, Trochaicum; A Dactylo, Dactylicum; A Iambo, Iambicum.

Pedes 124. numerantur.

Diuisiones pedum, & resolutiones.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De dictione.

Cap. XIX.

Quid dictio.

PETRVS HELIAS. *Dictio eſt minima pars orationis conſtructæ in ordine. Pars orationis* dicitur, quia voce & ſenſu conſtituit orationem. Per hoc ergo remouentur literæ & ſyllabæ, quarum nulla, ſenſu orationem conſtituit, licet voce. Sed quia vna oratio quandoque pars eſt alterius orationis, idcirco ad eius differentiam addit *minima*, nulla enim vox minor eſt dictione. Quoniam vero vna ſola dictio dicitur quandoque oratio, ne dictio talis, pars orationis videretur, *conſtructæ* additur: Nam Priſcianus dicit. *Quid eſt ſummum bonum in vita, & quis reſpondeat honeſtas, dico bona oratione reſpondit.* Et quia rurſus quædam oratio vitioſè conſtruitur; Idcirco addit in ordine. Antiqui dixerunt, quod non quælibet coniunctio dictionum dici debet oratio, ſed illa tantum, quę aliquam inhærentiam, id eſt coniunctionem rerum ſignificat. vt *homo albus*, quamuis ſit oratio imperfecta, quia tamen ſignificat quandam accidentis & ſubſtantiæ coniunctionem, debet oratio appellari. Dixerunt itaque, quod propter ſenſum ſolummodo, dicitur vox quandoque oratio, vt *lego*, Sed propter ſolam quantitatem, nulla. *communis* cauſa inuentionis omnium dictionum eſt, vt haberet homo quomodo propriam voluntatem alteri manifeſtaret.

Quid requiritur ad orationem imperfectam.

Finis inuentionis dictionum.

De oratione, & partibus eius.

Cap. XX.

Quid Oratio.

PETRVS HELIAS. *Oratio eſt ordinatio dictionum, congruam perfectamque ſententiam demonſtrans.* Et dicunt plures, quod oratio hic ſtricte accipitur, ſcilicet pro oratione perfecta, ſecundum quod, ita exponenda eſt deſcriptio. *Oratio eſt ordinatio dictionum*, id eſt conſtans ex dictionibus ordinatis; per quod remouentur literæ & ſyllabæ. Sed quia totum habet hæc vox, *in domo*, additur *demonſtrans ſententiam*. Et quia hoc totum habet imperfecta oratio, adiungitur, *congruam & perfectã*, id eſt, perfectum ſignificans intellectũ. vel fortaſſe per hoc quod dicit *congruam*, remouetur vitioſa conſtructio. Et vide, quod iſtæ voces, in domo & non homo, dicuntur eſſe inter dictionem & orationem, cum ſint neutrum: quia minores ſunt oratione, maiores vero dictione.

Non homo eſt medium inter dictionem & orationem.

Partes orationis apud dialecticos cur tantum dua.

Pars orationis, eſt vox indicans mentis conceptum. Duæ partes orationis tantum ſunt ſecundum dialecticos, ſcilicet nomen, & verbum. & dicunt plures, quod dialectici ita largè accipiunt nomen, vt pronomina etiam & aduerbia contineant. Verbum quoque ſic, vt contineat participia. Idcirco dicit Priſcianus, ſola nomina & verba, ſecundum dialecticos, ſignificare; alias autem conſignificare: quia per ſe prolatæ nullum intellectum conſtituunt, ſed aliis adiunctæ. Has ergo non dicunt dialectici partes orationis, ſed colligamenta partium, eo quod coniungunt dictiones inter ſe. Nobis tamen melius poſſe dici videtur, quod dialectici ſemper abſolutè in arte Logica ponunt principia. Illa vero dicuntur abſolutè eſſe partes orationis, quæ primo repertæ ſunt, vt ex eis fiat oratio, & quæ per ſe orationem complent; ita etiam quod cęteræ repertæ ſunt propter eas: cuiuſmodi conſtat eſſe omne nomen & verbum.

Alia orationis definitio.

Isidorus, vbi ſupra. Oratio dicta eſt, quaſi oris ratio. *Eſt autem oratio contextus verborum cum ſenſu.* Oratio autem plena eſt, ſenſu, voce, & litera. Partes orationis primus Ariſtoteles duas tradidit, nomen, & verbum. Deinde Donatus octo diffiniuit, ſed omnes ad illa duo principalia reuertuntur, id eſt ad nomen, & verbum; quę ſignificant perſonam, & actum: reliquæ appendices ſunt, & ex his originem trahunt. Nam pro

Partes orationes principales ſunt duæ, ſc. nomen & verbum.

A nomen ex nomine naſcitur, cuius officio fungitur, vt *Orator ille.* Aduerbium de nomine, vt *Doctus, docte.* Participium de nomine & verbo, vt *Lego legens.* Coniunctio vero, & præpoſitio, & interiectio, in complexu iſtarum cadunt.

De nomine, & eius ſignificatione.

Cap. XXI.

Quid nomen & vnde dictum.

PETRVS HELIAS. *Nomen eſt pars orationis*, hoc eſt, vox B ſignificatiua, vel conſignificatiua ad placitum, *quæ diſtribuit*, id eſt diuerſis ſignificando *tribuit*, *qualitatem communem vel propriam vnicuique corporum, ſeu rerum.* Vide ergo quod nomen Græcum verbum eſt, & ſignificat diſtribuere: inde dicitur *Noma*, quaſi nomen, quia prędicto modo diſtribuit cuique qualitatem. Sed illi quod eſt *Noma*, adijciunt Græci (o) & fit *Onoma*; quēadmodum dicimus *Gnatus pro natus.* Dicunt autem alij, quod *Noma* per ſe non ſignificat tribuens, ſed compoſitum adiecta (o) *Secundum* etymologiam Latinam, nomen dicitur quaſi notamen, per ſincopam; eo quod communem qualitatem vel propriam demonſtrat.

Obiectio diluitur.

Opponitur autem de æquiuocis, quę nullam communem videntur qualitatem ſignificare, quia nihil conferunt ſibi ſuppoſitis niſi nomen. Et dicunt quam plures, quod ſignificata æquiuocorum hanc ſolam conuenientiam habent, quaſi communem qualitatē, C quod ab eadem voce ſignificantur. Alij vero, quod nomen æquiuocum non eſt nomen, ſed plura; & quod diuerſas qualitates in diuerſis ſignificationibus ponit. Priſcianus dicit, quod *nominis eſt proprium ſignificare ſubſtantiam & qualitatem.*

Solutio obie.

Sed opponitur contra, illud Ariſtotelis: *Singulum* inquit, *aut ſignificat ſubſtantiam, vt homo; aut qualitatem, vt albus, &c.* Quod tamen ſoluunt, dicentes Ariſtotelem intellexiſſe ibi ſubſtantiam, illud primum rerum genus quod per ſe exiſtit: hic autem intelligunt, quod omne nomen ſignificat ſubſtantiam, hoc eſt rem quamcumque vt ſubſtantem, id eſt vt ſuſcipientem formam; & præter hoc qualitatem, id eſt formam, quæ rem ipſam facit eſſe. Vt hoc nomen *homo*, ſignificat rem quæ eſt homo pro ſubſtantia, & humanitatem pro forma. Hoc nomen rurſus *albedo*, ſignificat rem pro ſubſtantia, quæ eſt albedo; & facere al- D bum, ſiue albedinitatem (vt fingam vocabulum) pro forma. Hoc eſt autem quod plerique dicunt, ſcilicet quod omne nomen ſignificat id quod eſt, & id quo eſt; vt *homo*, rem quæ eſt homo, & humanitatem qua eſt homo. Dicunt autem quod quis, & omnis, & nullus, ex diuerſis adiunctis diuerſas ſubſtantias ſignificant, & qualitates diuerſas. Dixerunt tamen plerique eorum, quod omnis & nullus ſignificant omnem rem pro ſubſtantia (vt dictum eſt,) collectionem vero & diſtributionem pro qualitate. Quia vero ſecundum iſtos pro forma ſignificat infinitatem; Quidam tamen nimis ridiculosè dixerunt, quod *omnis* ſignificat formam, quæ debet dici omnitas. De hoc autem nomine quod eſt *nihil*, dixerunt quod ſignificat rem quæ non eſt pro ſubſtantia, nihilitatem pro forma.

Quo ſenſu dicitur quod omne nomē ſignificat ſubſtantiam & qualitatē.

Alij vero dicunt, quod nomina, vel ſignificant E ſubſtantias, vt *homo*, & huiuſmodi alia; vel ſignificant ea quæ inſunt ſubſtantiis, vt *albedo*, & ſimilia; vel quædam animi figmenta, vt *Hircocerus & Chimera*, vel ſignificant modos loquendi de rebus, vt *omnis*, & talia etiam quæ dialectica appellant ſigna. Eſt ergo iſtorum ſententia, quod non omne nomen ſignificat ſubſtantiam & qualitatem, ſed ſola nomina ſubſtantiarum hoc habent. Nihil ergo aliud eſt qualitas ſignificationis nominum, niſi quod communiter ſignificent, vel propriè; id eſt in communi natura, vel propria. *Alij* dicunt quod omne nomen ſignificat ſubſtãtiam & qualitatem, quia omne nomen, vel id quod

eſt

eſt ſubſtantia ſignificat vel aliquid per modum ſubſtantiæ in natura communi, vel propria; velut in natura communi, vel propria.

De accidentibus nomini.

CAP. XXII.

Quæ accidẽtia nominis dicuntur.

PETRVS HELIAS. *Accidentia vero nomini dicuntur conuenientia ipſi, ſecundum quæ nomina inter ſe, vel cum aliis dictionibus, competenter habent conſtrui.* Et inde eſt quod accidentia partium orationis dupliciter dicuntur. *Species* namque dicitur accidens nomini, quod communis eſt proprietas omnium nominum, ab aliquo, vel à nullo deriuari; quæ proprietas dicitur ſpecies. *Numerus* vero eſt tale accidens nomini, quod eius eſt ſignificatio ſecundaria. Si quis autem inſtet, in quo ſubiecto ſint huiuſmodi accidentia, an ſcilicet aere, qui eſt vox ſecundum quoſdam, an loquenti, vel quo alio? Inquiſitio eſt friuola. Hæc accidentia ſola ſimilitudine dicuntur, non aliqua ſubiectæ rei informatione. Sicut enim ſubſtantia, manens vna & eadem, de alba fit nigra, vel è conuerſo; ſic nomen manens vnum & idem, de ſingulari fit plurale, ſecundum diuerſas terminationes. De nominatiuo fit etiam genitiuus. Itaque quamuis illa ſint accidentia, non tamen ſunt accidentia abſolutè: ideoque in ſubiecto non habent eſſe. Quod autem Donatus qualitatem inter accidentia poſuit, error eſt. Qualitas enim quaſi ſubſtantialis eſt nominum. Illud enim in Grammatica ſubſtantiale dictioni dicitur, propter quod principaliter eſt reperta. Quod autem de comparatione Donatus addit: aliquid rationis habet, quia quandoque conuenit nominibus. Sed quia nec omni nomini, nec maiori parti accidit, ideo non curauit Priſcianus apponere inter accidentia.

Quinque ponit author nominis accidentia vt infra cernitur, licet hic obſcurè loquatur, ſc. ſpecies, genus, numerus, figura, & caſus.

Qualitas nõ eſt accidens nominis ſed ſubſtantia, & quare.

Cur perſona non eſt accidens nominis aque ac ſpecies & numerus.

Quæritur etiam, cur non enumeranit inter accidentia perſonam. Et dicunt quidam ideo, quod conſtabat omne nomen eſſe tertiæ perſonę. Alij, quia in verbo & pronomine, de tertia perſona tractat perfectè. Magis tamen videtur eſſe dicendum, quod nomen ex ſe nullius perſonę eſt: Homo namque hoc nomen, ex forma ſuæ prolationis nulli perſonæ ſe perhibet. Æque enim pertinet ad loquentem de ſe, & ad eum ad quem loquimur, & ad eum de quo quis loquitur. Ideo ſola ratione confuſionis tertię perſonæ dicitur, eo quod tertia perſona confuſa eſt, niſi demonſtratione finiatur. Species namque dicitur hic proprietas deriuandi ab alio, vel à nullo. Et eſt ab aliquo deriuari, ad ſimilitudinem alicuius ante inuenti, ex eodem formari, & imponi. A nullo autem, per ſe imponi, & non ex aliquo formari. Sunt itaque duæ ſpecies, primitiua à nullo, deriuatiua ab aliquo. Species eſt poſitio vocabuli primaria, vel ſecundaria. Vtraque ſpecies communis eſt, & propriis nominibus, & appellatiuis.

Species nominis duplex ſc. primitiua & deriuatiua.

De nominibus proprijs.

CAP. XXIII.

Quid nomen proprium. Proprij nominis quatuor ſunt ſpecies, qua omnes idem primario ſignificant, ſed ſecundario diuerſa.

PETRVS HELIAS. *Nomen proprium eſt, quod ſignificat ſubſtantiam propriam & qualitatem naturaliter*: id eſt propriè, non figuratiuè. Nam per figuram, quæ Græco nomine dicitur Antonomaſia, id eſt excellentia, fit, quando nomen quod eſt multis commune, naturaliter vni, quaſi proprium attribuitur; quia excellit omnes in proprietate, ipſo nomine deſignata: vt *Poeta pro Virgilius, & Vrbs pro Roma.*

Et vt ingrediatur ratio oſtenſis ſpeciebus proprio-rum nominum, & differentia inter proprium & appellatiuum; Propriorum nominum ſunt ſpecies, Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen. *Officium* Prænominis eſt præponi nomini, vt *Marcus Tullius.* Quoniam enim contingebat diuerſas perſonas eodem proprio nomine nuncupari, excogitauerunt homines voces quaſdam, quæ præpoſitæ proprio nomini, facerent vnam perſonam ab alia differre. Eſt autem Nomen in hoc loco, quod ſic imponitur perſonæ. quod non propter differentiam (ad remotionem prænominis) nec propter cognationem (ad differentiam Cognominis) nec propter euentum ad differẽtiam Agnominis) ſed propter nominationem tantum repertum eſt. Vnde propriè dicitur Nomen, quaſi antonomaſicè. *Cognomen* ſignificat eandem proprietatem, quam & proprium nomen cui adiungitur, ſed ſecundario cognationem illius cui prius fuit impoſitum illud nomen: quia ſi principaliter illam cognationem, quæ communis eſt multorum, ſignificaret, eſſet nomen appellatiuum. Et poteſt dici quod æquiuocem eſt omne Cognomen, quantum ad principalem ſignificationem; vniuocum vero quantum ad ſecundariam. *Significat* autem Agnomen eandem propriam qualitatem quam proprium nomen cui adiungitur, & eandem nominat perſonam; ſed aliud, hoc eſt euentum, ſecundariò ſignificat. Dicimus ergo generaliter, quatuor ſpecies proprij nominis idem principaliter ſignificare; quod quia propria qualitas eſt, ideo propria dicuntur nomina. Idem enim nominant, ſed diuerſa ſecundario ſignificant.

De differentia propriorum nominum, & appellatiuorum.

CAP. XXIV.

Diſcrimẽ inter cognomẽ & appellatiuum, quod hoc ſit commune multis naturaliter, illud vero non niſi caſu vel ratione.

PETRVS HELIAS. Et quoniam cognomen commune eſt multorum, ne putaret quis inde, quod eſſet appellatiuum. Idcirco dat Priſcianus differentiam inter ea, hanc ſcilicet quod appellatiuum naturaliter eſt commune multorum, non autem proprium. Nam communio naturalis nomini eſt, quando nomen & ſignificatione & nominatione pluribus eſt commune. Caſualis, quando aliquo caſu idem nomen pluribus imponitur, ita quod nihil eis commune ſignificat: vt hoc nomen *Pyrrhus* impoſitum filio Achillis eſt, & regi Epirotarum. Rationalis autem, quando hoc fit conſilio; velut quando nomen patrini imponitur filiolo. Sed rationalis quandoque fit ſola voluntate, vt in exemplo propoſito. Quandoque fit ſimilitudine, vt quando vocabulum de vna re in aliam transfertur, & ei datur tranſlatiuè propter ſimilitudinem cum altera. Quandoque fit ab vno, id eſt ab vna cauſa, vt liber Tullij, & eius imago, dicitur Tullius, quandoque fit ad vnum, hoc eſt, datur diuerſis propter ordinem ad eundem effectum, vt equitatio dicitur ſalutaris, & cibus, quoniam vtrumque eſt ad ſalutem. Solum igitur dicit, appellatiuum commune eſt multis naturaliter, ad remotionem illius proprij, quod multis commune eſt, vel caſu, vel ratione. De adiectiuis interponit, quòd ſunt appellatiua. Quod quibuſdam non videbatur, eo quod vnuſquiſque dicitur albus à ſua albedine.

De ſpeciebus communibus, tam proprijs, quam appellatiuis.

CAP. XXV.

Sunt nõnulla ſpecies cõmunes nominum, vt corporale, incorporale, homonymum, ſynonymũ.

PETRVS HELIAS. Species appellatiuorum, quædam communes ſunt, tam proprijs, quam appellatiuis; tam primitiuis, quam deriuatiuis. *Duæ* primæ ſunt corporale nomen, & incorporale: & eſt appellatiuum nomen corporale, vt *homo*; proprium, vt *Virgilius.* Rurſus appellatiuum incorporale eſt, vt ſcientia, proprium incorporale, vt Grammatica Ariſtarchi. *Tertia* vero ſpecies communis, eſt homonymum, hoc eſt æquiuocum nomen. *Omos* enim interpretatur vnum, *noma* nomen. Et inde dicitur homonymum, quia vna voce principaliter plura ſignificantur; in proprijs, vt

Pyrrhus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pyrrhus filius Achillis, & Rex Epirotarum; in appellatiuis, vt *nepos, fratris filius; & nepos, luxuriosus. Quarta* vero species communis, est synonymum. Et sunt eadem synonyma & multiuoca, id est diuersa nomina, quæ principaliter idem significant, & nominant. Si enim significent idem, & diuersa nominent, non sunt synonyma, vt album, & albedo. Rursus licet nominent idē, si tamen diuersa significent, non sunt synonyma, vt *homo & risibile*. Sunt itaque synonyma appellatiua, *ensis, mucro, gladius*: Propria, vt *Publius, Cornelius, Scipio, Affricanus*. Dicit vero Priscianus subsequenter, quod aliæ fere species ab his communibus, solis appellatiuis conueniunt, non vero proprijs. Ferè dicit, propter adiectiua, quæ dixit paulo prius in proprijs nominibus inueniri, vt *Gradiuus*.

Quæ vere dicenda synonyma.

De nominibus adiectiuis.

CAP. XXVI.

PETRVS HELIAS. *Adiectiuum ergo nomen est illud quod significat id quod inest substantię, & potest adiici nomini significanti substantiam in eadem parte propositionis*: hoc est, in prædicato, vel subiecto. Significant autem adiectiua, vel communes qualitates, vel nominant ea quibus illę qualitates insunt, vel quantitates. Quòd ergo dicit Priscianus adiectiua sumi à qualitate, vel à quantitate; nihil aliud est quam imponi sic ad nominandum substantiam, vt qualitatem vel quantitatem principaliter significent.

Quid nomen adiectiuum.

Ex eo quod Priscianus dicit inde dicta adiectiua, eo quod appellatiuis vel proprijs adijci solent; volunt quidam perpendere, quòd adiectiuum per se non debet poni in eadem parte propositionis; Et si ponatur oratio est imperfecta: velut cum dicitur, *Socrates est albus*, imperfecta est secundum eos oratio, donec adiungatur ei, vel homo, vel aliud quod significet substantiā. Sed hoc plane falsum est, cum inueniantur authores persæpe, solum adiectiuum in prædicato ponentes. Præterea si verum esset illud, quædam essent adiectiua, quorum masculina, in nulla propositione ponerētur: Cui enim addas hoc nomen risibile secundum genus masculinum, non inuenies. Si enim dicas, homo risibilis, superflua erit locutio. *Dicuntur* itaque adiectiua, non quia vbique adiiciantur, sed quia alicubi: vnde dicit Priscianus, quod solent adijci. Adiectiuum secundum quosdam proprie accipitur, quando talequid principaliter significat, quod potest comparari, largè vero & impropriè, quando significat aliquid quod alij adiacet. Sic quod ei possit adijci, licet non comparetur.

Adiectiua vnile dicta.

Est autem tripartita adiectiuorum significatio. *Alia* enim significant laudem, id est tale accidens quod inesse laus est, vt *iustus*. *Alia* vero significant vituperium, vt *iniustus*. *Alia* vero significant medium, vt *magnus*, quod licet medium per se dictum, nec ad laudem sit, nec ad vituperium, tamen cum aliqua adiectione ad laudē est, vt *magnus Imperator*, cū alia vero est ad vituperium, vt *magnus latro. Est etiam* quarta, cum significat accidens vnicuique proprium, vt cum dicitur *niger coruus, altum mare*, vel similia. Et vide quod sunt talia adiectiua, quę sunt propria nomina, vt adiectiuum quod est in ista oratione, *gradiuus mars*. Est enim gradiuus tale proprium nomen, quod agnomen ab euentu. Dicitur autem gradiuus à gradam, quod est, vibrare, vel quia gradatim itur ad prælium: vel gradiuus quasi cratos diuus, id est potens Deus. Dicit Priscianus de talibus, quod quia locorum propriorum accipiuntur, non possunt comparari, quod est proprium adiectiuorum.

Quadruplex adiectiuorū significatio.

De nominibus tantum appellatiuis.

CAP. XXVII.

ISIDORVS *vbi supra*. Appellatiua nomina inde vocantur, quia communia sunt, & multorum significatione consistunt, hæc in vigintiocto species diuiduntur.

Appellatiua in 28. species diuiduntur.

PETRVS HELIAS. Ex his est interrogatiuum; inuētionis cuius causa est hæc. Omnis dubitatio, aut est de re simplici, aut de rerum simplicium inhærentia, aut de ipsarum consecutione. Sed quoniam omnes res simplices in decem generalissimis continentur, ideo decem sunt simplicium quæstionum genera. Quid sit, quale, vel quantum, & huiusmodi alia, secundum ordinem prædicamentorum. Ad quærendum ergo de re simplici, repertę sunt quædam dictiones, quæ ab officio dicuntur interrogatiuæ, vt quis, & qualis, & huiusmodi aliæ. & quælibet significat illud idem, quod nomen generalissimi, cuius species ad quæstionem factam per eandem dictionem possunt respondere: vtquis, substantiam; qualis, qualitatem; sed nihil nominant. De infinito nomine dicit Priscianus, quod est interrogatiuorum contrarium. Hæc autem contrarietas est in accentu; quia idem nomen, quando est interrogatiuum, acuitur; quando vero infinitum est, grauatur; vt *qui crediderit saluus erit*, ecce *qui* grauatur. Similiter *qualis esset nullus ignorauit*, ecce *qualis* grauatur omnibus syllabis, quando autem interrogatiua sunt hæc, acuuntur, vel circunflectuntur.

Ratio inuentionis interrogatiuorū.

Sunt & collectiua nomina, vt *populus*, & huiusmodi alia, significant enim numeri pluralitatem circa substātias, & secundario aliquod aliud accidens: vt *populus* cum significet numerum circa homines, secundario designat quod sunt de ciuitate eadem. (Vnde & dicitur *populus à polis*, cum priore correpta quæ ciuitas est.) Quamuis enim per collectiuum nomen sermo esset de pluribus, non tamen de aliquo collectionis illius, inuenerunt ergo vnum nomen dimidium. Sed sunt quædam eorum quibus ita loquimur de duobus tantum, quod de vnoquoque illorum, vt *vterque, alteruter*. Quædam vero sunt quibus de pluribus loquimur quam de duobus, ita quod de vnoquoque illorum, vt *omnis*. Quædam rursus sunt quibus loquimur de pluribus per pares numeros distributos, vt *bini, trini*, &c. huiusmodi. Significant autem hæc nomina modos loquendi, vt in quibusdam videtur, sed nihil nominant. Sunt & nomina ad aliquid, & quasi ad aliquid. Nomina quoque patria, & gentilia, factitia, generalia, specialia, ordinalia, numeralia, absoluta, temporalia, & localia. Et hæ quidem sunt species communes, tam primitiuis, quam deriuatiuis.

De Patronimicis veris, & non veris.

CAP. XXVIII.

PETRVS HELIAS. Agit vero subsequenter de proprijs speciebus deriuatiuorum, quę sunt appellatiuorum. Quorum primam ponit eam, quæ dicitur patronimicum, eo quod naturale vinculum progeniei significat. Significāt autem patronimica filios vel nepotes, id est illas habitudines siue relationes quas significant hęc duo nomina, *filius & nepos*: Et hęc cum genitiuo primitiui, id est significāt alterutram de illis relationibus principaliter, & secundario personam quam significat genitiuus primitiui. Quid enim est Priamides, nisi filius vel nepos Priami? Vnde propter principalem significationem sunt appellatiua. Et in principali equidem significatione, omnia patronimica conueniunt, sed differunt in secundaria: nominant vero personam, cui per respectum alterius inest illarum relationum alterutra.

Quid patronimicum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Triapatronimicis conueniunt.

Patronimicum ergo eſt, quod deriuatur à nominibus proprijs patrum, ſecundum Græcam formam, id eſt vt terminetur in des, quæ ſcilicet forma à Græcis ſumpta eſt. Vnde quia quædam poſſeſſiua deriuantur à propriis nominibus patrum, vt à Pompeio, Pompeianus, ſubiicitur *ſecundum Græcam formam*, vt *Priamides*. Et inde eſt, quod hæc tria veris patronimicis conueniunt, ſcilicet determinari à propriis nominibus patrum, ſignificare filios vel nepotes, cum genitiuo primitiui, & terminari in des. Non veris patronimicis, duo ex his conueniunt, tertium deeſt, quia deriuãtur à nominibus matrum, vel fratrum, vel conſulum, vt *Maiades*, id eſt Mariæ filius, quæ abuſiuè dicuntur patronimica, id eſt contra nominis etymologiam. Hæc forma duobus modis regulariter ſecundum penultimam variatur. Aliquando enim habet (a) correptam ante (des,) aliquando (i) correptam. Irregulariter quoque duobus modis, aliquando autem habet (a) productam ante (des) aliquando (i) productam.

Sed quoniam omnia patronimica à propriis & Græcis nominibus deriuantur, de illis aliquid extra dicamus. Quæ nominatiuum vero in (oy,) reducuntur apud Latinos, in primam declinationem. Illi enim dicunt *Eneas, Eneoy*: *Anchiſes, Anchiſoy*. Nos autem dicimus *Eneas, Eneæ*; *Anchiſes, Anchiſæ*. Nomina quæ apud Græcos terminant nominatiuum in (os) genitiuum in (oy) vt *Priamos, Priamoy*, vel nominatiuum in (eus) & genitiuum in (os) correptam, vt *Peleus Peleos*, apud Latinos reducuntur in ſecundam declinationem. Nos enim dicimus *Priamus, Priami, Peleas, Pelei*. Quæ vero teminant nominatiuum in (or) & genitiuum in (os) productum, vt *Neſtor, Neſtores*, vel nominatiuum in (es) genitiuum in (oys) productam, vt *Pleſtenes, Pleſtenois*, reducuntur apud nos in tertiam declinationem, vt *Neſtor, Neſtoris, Pleſtenes, Pleſtenis*. Cumque à propriis fiant patronymica, ſciendum quod nulla ſunt propria, niſi primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ, declinationis.

De formatione maſculinorum, & fœmininorum.

CAP. XXIX.

Modus formãdi patronimica maſculina.

PETRVS HELIAS. Fiunt autem patronimica maſculina à propriis nominibus primæ declinationis, mutata extrema dipthongo genitiui in (a) correptam, & aſſumpta (des) vt *Æneas, Æneæ, Æneades: Anchiſes, Anchiſæ, Anchiſiades*. Omnia vero nomina ſecundæ declinationis, aut in duas (i) terminant genitiuum, aut in vnam (i.) Fiunt autem patronimica ab his quæ terminant genitiuum in duas (i,) extrema (i) mutata in (a) correptam, & aſſumpta (des,) vt *Menechius, Menechij, Menechiades*. Ab his autem quę terminant genitiuum in (i) vnam, fiunt patronimica, extrema (i) correpta, & aſſumpta (des) vt *Priamus, Priami, Priamides*. Debuit ergo dici Pelides, correpta penultima: Sed quia Græci dicebant Pelides, ei, facientes dipthongum, in loco huius ponimus (i) productam. Vnde & dicimus Pelides, penultima producta. Fiunt autem patronimica à propriis nominibus tertiæ declinationis, ſubtracta extrema (s) à genitiuo, & addita (des,) vel in extrema ſyllaba interpoſita (de,) vt *Neſtor, Neſtoris, Neſtorides: Pleſtenes Pleſtenis, Pleſtenides*.

Patronimica faminina tres habent formas.

Fœminina vero patronimica, tres habent formas. Terminantur enim in (is) vel in (as) vel in (ne) ſed raro. Quæ vero in (is) vel in (as) terminantur, fiunt à maſculinis patronimicis ſubtracta (de) vt *Priamides, Priamis*. Debuit ergo ſecundum regulam, ab eo quod eſt Æneades, dici Æneas, non Æneis. Sed irregulare eſt, vel magis factum eſt ab eo, quod eſt Æneus, Ænei, vnde & Æneides patronomicum maſculinum, quod nos dicimus Ænides, mutata (ei) dipthongo in (i) productam: & inde, id eſt ab Æneides factum eſt regulariter patronimicum fœmininum Æneis. Dicetur iterum, quod iuxta regulam debuit dici Pelis ab eo quod eſt Pelides. Sed dicimus ad vſum non eſſe in his reſpiciendum, ſed potius ad regulam. Debuit enim dici Peleides, & inde patronimicum fœmininum Peleis. Quæ vero patronimica fœminina deſinunt in (ne,) vel (i,) habent ante (ne) vel (o.)

De nominibus poſſeſſiuis.

CAP. XXX.

Quid poſſeſſiuum.

PETRVS HELIAS. *Poſſeſſiuum ergo eſt, quod ſignificat aliquid ex his quæ poſſidentur*: id eſt ſignificat poſſeſſionem infinitam, quod notatur per hoc infinitum nomen aliquid; & hoc cum genitiuo primitiui, id eſt ſignificando illam perſonam ſecundariò, quam & genitiuus primitiui; vt *regius honor, & regis honor*: nam quoniam infinitam poſſeſſionem ſignificat, exigit ſibi aliquod nomen addi, quod poſſeſſionem certificet. Horum autem quædam ſunt poſſeſſiua ſignificatione, vt *æqueſter*: Alia ſola terminatione, vt *extraneus*; quæ omnia impropriè poſſeſſiua dicuntur: Alia & ſignificatione, & terminatione, vt *Priameis*.

Diſcrimen inter poſſeſſiua & patronimica.

Differunt autem poſſeſſiua à patronimicis, eo quòd poſſeſſiua ſignificant aliquid ex his quæ poſſidẽtur, ita quod nullum definitè: Patronomica vero aliquid quod poſſidetur definitè, id eſt filios, vel nepotes. Vel vt altius dicatur, in hoc indubitanter differũt, quoniam poſſeſſiua principaliter ſignificant poſſeſſionem, ſecundario perſonam, quam & genitiuus primitiui. Patronimicum vero principaliter ſignificat relationem alterutram earum, quæ ſignificatur hoc nomine, filius, vel nepos. Si ergo euenit vt patronimicum & poſſeſſiuum ab eodem proprio nomine deriuentur, vt *Priamides & Priameis*; idem ſignificant ſecundariò, ſed diuerſa principaliter; ideoque ſub diuerſis ſpeciebus ponuntur.

De formis poſſeſſiuorum aſſumptis à Græcis.

CAP. XXXI.

Regula formationis quorundam poſſeſſiuorũ.

PETRVS HELIAS. Eſt ergo primo poſſeſſiuorum forma, quam à Græcis accepimus, in eos, quam mutamus in cus, antecedente (a) correpta, vel i. Itaque ſi poſſeſſiua deſinentia in cus, habeant (c) à ſuo primitiuo, pares habent cum eo ſyllabas; vt *Ithace, Ithacus*; ſin autem, ſuper vna ſyllaba. De illis vero quæ totum cus extra aſſumunt, talis eſt regula. *Si primitiua* habuerint i, penultimam puram, ſcilicet quod non ſit conſonans inter eam & ſequentem vocalem, deriuatiua in cus deſinentia, habent a, ante cus, vt *Ilium, Iliacus*. Alia vero omnia habent i correptam ante cus, vt *Italus, Italicus*.

Regula vero formationis poſſeſſiuorum hanc formam habentium, ſic poteſt colligi. Poſſeſſiua quæ habent c à primitiuis, fiunt ab eis, mutato in us quicquid eſt poſt c, vt *Ithace, Ithacus*. Quæ vero habent i penultimam puram, quicquid eſt poſt i penultimam in genitiuo, mutatur in a correptam, & accipiunt cus; vt *Ilium, Ilij, Iliacus*. Reliqua vero omnia, ſi vltima ſyllaba genitiuorum incipit à conſonante, quicquid eſt poſt illam conſonantem mutant in icus. Si autem vltima ſyllaba genitiuorum incipit à vocali, tota mutatur in cus. Secundum hanc ergo regulam, à *Simonis, fit Simonicus; à ſimonia, ſimoniacus*.

Forma poſſeſſiuorum à Græcis ſumpta ſunt dua, vna eorum quæ terminantur in (cus) altera in (us.)

Eſt autem alia forma poſſeſſiuorum in us puram deſinentium, de qua ſecundum penultimam omnia nomina Latina in eus deſinentia, & quæ fiunt à Græcis, quæ non habent in Græco e ante os, habent e correptam ante us, vt *ferreus, Hectoreus*. reliqua habent e productam, vt *ſpondæus*. Item omnia nomina fere ad

materiam

materiam pertinentia, habent e correptam ante us, A
vt *ferreus*. Item pro ei dipthongo, ſæpiſſime ponimus
e productam; tamen ſubtracta i quandoque ponimus
e, quæ remanet correpta: in quo ſequimur Iones illos, ſcilicet Græcos, qui ſubtrahunt i huiuſmodi nominibus, ſi non genitiuus primitiui, ſit par nominatiuo poſſeſſiui, poſt illam ſubtractionem. Si enim ſubtracta i, parificari contingat primitiui genitiuum nominatiuo poſſeſſiui, tunc equidem non ſubtrahunt, ſed mutant ei dipthongum in e productam. Vnde quia *Achilleos* genitiuus eſt primitiui, à nominatiuo poſſeſſiui, videlicet *Achilleios*, non ſubtrahunt i. Si enim ſubtraherent, eadem vox eſſet nominatiuus poſſeſſiui, & genitiuus primitiui: Quod ne fieret, dicunt *Achilleos*, nos autem mutantes ei dipthongum in e productam, dicimus *Achilleos*. Hæ quidem formæ ſunt, quarum vna in cus finitur, altera in us puram, quas à Græcis B
ſumpſimus.

De formis proprijs Latinorum.

CAP. XXXII.

PETRVS HELIAS. Sunt autem & aliæ Latinorum propriæ. Quarum prima eſt, quæ deſinit in rius: differt autem à prędicta in us puram, quia hæc habet ri ſemper ante us, ſiue à primitiuo habeat, vt *prætorius*; ſiue accipiat extra, vt *Catilinarius*. *Eſt autem* rurſus Priſcianus, varians illam in nus, ſecundum penultimas. Sunt igitur tres varietates penultimarum huius formæ, de quibus certas dat regulas; ſcilicet, quæ debeant habere a ante nus, quæ i productam, quæ i correptam. De illis ergo, quę habent a ante nus, regula huiuſmodi habebitur. C

Prima latinorum forma eſt illorũ poſſeſſiuorũ quæ deſinũt in (rius.) Secunda in (nus) cuius tres ſunt varietates.

Regula eorũ quæ habent (a) ante nus.

Poſſeſſiua in us deſinentia, ſi veniunt à diſſyllabis, vel triſſyllabis deſinentibus in a, niſi ſint nomina brutorum animalium, a habent ante nus. exceptis his, *Iugurtinus*, *Meſſalinus*, *terrenus*. Similiter & ea quæ veniunt à ſemper pluralibus, vt à *Thebis Thebanus*. Et quę fiunt à nominibus deſinentibus in ius, vt ab eo quod eſt *Titius*, *Titianus*; & ab aduerbiis in e longam deſinentibus, excepto *hodiernus*: & quæ fiunt à deſinentibus in culus, vel in cus, ſupra duas ſyllabas, excepto *maſculinus*; & quæ fiunt à neutris, quæ habent conſonantem ante um, excepto *Tarentinus*; & quæ fiunt à nominibus tertię declinationis, quæ creſcunt in genitiuo, excepto *clementinus*, *veternus*, *æternus*, *abigenus*, *amænus*: *hæc* inquam D
omnia habent a ante nus.

Solutio obie.

Sed contra primam huius regulæ partem obijciũtur hæc, ſcilicet *Camerinus*, *Alexandrinus*, *Fabrinus*. Sed poteſt dici, quod vel Priſcianus in ſequentibus ea excipit, vel quod veniunt à triſſyllabis, *Camerata*, *Alexandria*, *Fabrateria*. *Opponitur* rurſus *fœminina*, *& petrinus*. Sed *fœmininus* non eſt à fœmina, ſed à femore. Nec *petrinus* à petra, ſed à petros, quod eſt durus. *Matutinus* vero à matuta, & *veſpertinus* à veſperta, non dicuntur excipi; quia deſinentibus in tinus, propriam per ſe dat Priſcianus regulam. Ideo autem dictum eſt, niſi nomina brutorum animalium ſint, quoniam quæ fiunt ex his, dicuntur habere i, ante nus, vt *Aquilinus*, *Muſtelinus*. Ideoque dictum eſt, & quæ fiunt à neu- E
tris, quæ habent conſonantem ante um. Quoniam ſi antecedat vocalis, poſſeſſiua quæ inde fiunt, habent i ante nus, vt ab eo quod eſt *Peruſium*, *Peruſinus*.

De his quæ deſinunt in nus.

CAP. XXXIII.

PETRVS HELIAS. Et quoniam dictum eſt de his, quæ habent a ante nus, dicendum eſt etiam de illis, quæ habent (i) productam vel correptam ante nus; quorum regula hæc eſt. Poſſeſſiua in nus deſinentia, quæ veniunt à nominibus tertię declinationis habentibus pares ſyllabas in Nominatiuo & Genitiuo, & non deſinentibus in r, vt *Hercules*, *Herculis*, *Herculinus*: & quæ veniunt à nominibus ſecundæ declinationis deſinentibus in e, vt *auſter*, *auſterinus*, vel à nominibus eiuſdem declinationis habentibus conſonantem ante us, exceptis deſinentibus in eus, vel in culus, ſupra duas ſyllabas, vt *diuus*, *diuinus*; excepto ab *humo*, *humanus*; *& colurnus*, *à corulo*; *& taciturnus*, *à tacito*; & quæ veniunt à neutris in ium deſinentibus, vt *Venuſium*, *Venuſinus*; & quæ veniunt à nominibus brutorum animalium cuiuſcunque declinationis fuerint, vt *lepus*, *leporinus*; & omnia in tinus, quæ habent (t) à primitiuo, vt *veſperta*, *veſpertinus*: Hæc inquam omnia habent (i) productam ante nus. Itaque *veſpertinus* dicitur à *veſperta*, non à veſpere. Veſperta igitur dea eſt veſperi; vel veſperus eſt ſtella, quę heſperus dicitur: hoc veſperum obſcuritas, quæ fit nube interpoſita inter nos & Solem & Lunam, quacunque hora diei vel noctis; hi veſperi, horum veſperorum, vel hę veſperę, veſperarum, ipſum officium: hoc veſpere, veſperis, tempus officij: hæc veſpera, veſperę, crepuſculum inter diem & noctem; cuius Genitiuum ponunt authores pro aduerbio, vt ibi: *Veſpere autem Sabbati*.

Regula eorũ quæ habent (i) ante nus.

Sed opponitur, quod relatio non fit ad aduerbia. Dicimus, quod ad nomen poſitum loco aduerbij, ſæpe fit relatio, vt ſi dicat *Cæſar eſt Romæ*, *quod eſt caput totius mundi*. *Illa* vero ſola, quę in tinus deſinunt, & non habent (i) à principio, corripiunt regulariter (i) ante nus, vt *cras*, *craſtinus*. Si opponatur *de pagus*, quod facit *paganus*, non *paginus*: Dicimus, quod quia Græcum eſt non continetur in illa regula. Pagos enim Græcè, villa dicitur Latinè. Similiter *Chriſtus*, quoniam Græcum eſt, facit *chriſtianus*, non chriſtinus: vel dicamus, quod à Chriſto regulariter fit *chriſtinus*, & inde *chriſtianus*. Rurſus ſecundum hanc regulam, ab eo quod eſt coccus, cocci, deriuatur *coccinus*, *na*, *nũ*. Quod ergo corripuit Iuuenalis ibi. *Cauet hunc*, *quem coccina lana*; fuit emphaſis, ſecundum poeticam licentiam. Eſt autem emphaſis figura, quando id quod breue eſt producitur, & ſyllaba quæ longa eſt breuiatur.

Solutio obie.

Secundum hanc regulam quoque *hyacinthinus*, *ametiſtinus*, *adamantinus*, *ſmaragdinus*, debent producere (i) ante nus: ſimiliter *ciliçinus*, quoniam deriuatur à neutro deſinente in um, quod eſt *cilicium*, debet penultimam (i) producere. Quid ergo dicit Perſius. *Hic aliquis cui circa humores hyacinthina lana eſt.* & Iuuenalis: *Vendunt ametiſtina vatem*; poetica eſt licentia. Dicunt tamen pleriquè, quod ab hac regula excipi dicuntur omnia, à filo vel lapide ſumpta. *Clandeſtinus* vero ſi deriuatur à clam, quoniam deſinit in tinus, & non habet (i) à primitiuo, debet (i) penultimam corripere. Si vero ſit compoſitum à clam, & tenendo, vel ſtando, debet producere (i;) vt *mediaſtinus*, quoniam deſinit in tinus, & habet (r) à primitiuo: & inde eſt, quod poſſeſſiua deſinentia in nus, quæ non habent (a) vel (i) ante nus, non poſſunt ſub regula prorſus colligi. Sed & illa per enunciationem Priſcianus exequitur. Ideoque ad præſens prætermittimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De nominibus comparatiuis.

Cap. XXXIIII.

Comparatio duplex ſc. rei & nominis.

SEquitur de comparatiuis. Comparatio autem alia rei, alia vocis. *Et eſt comparatio rei, demonſtratio exiſtentiæ cuiuſdam in ſubiecto, cum quodam augmento.* Vnde dicit Boetius: Nihil ad comparationem poſſe venire præter accidens. Comparatio quoque vocis eſt eius proprietas talis, quod ex ſe faciat aliam vocem in eadem parte orationis monentem, quæ idem ſignificet cum augmento. Sunt autem partes orationis, quæ nec rei, nec vocis comparationem habent, vt pronomen, coniunctio, præpoſitio. Quod inde contingit, quia pronomen ſignificat ſubſtantiam, quæ nec augmentum, nec intentionem, vel remiſſionem recipit; quare rei non habet comparationem, ergo nec vocis; quia cuicumque deeſt rei comparatio, & vocis; ſed non è conuerſo. Coniunctio autem & præpoſitio, quia nihil certum ſignificant, carent omnino comparatione. Verbum vero habet comparationem ſecundum rem. Significat enim actionem, quæ inæqualiter poteſt ineſſe diuerſis. ſed non facit ex ſe aliud verbum, quod idem ſignificet cum augmento; Ideoque non dicitur vocis comparationem habere. Similiter & participium.

Cum enim verbum locum poſitiui obtinet, ad comparatiuum nomen, & ſuperlatiuum; Illa comparatio irregularis eſt, vt *deterо, deterior, deterrimus.* Semper enim regularis comparatio in eadem parte orationis debet manere.

Sola nomina & aduerbia habet vtrãque comparationem; & qua.

Nomina itaque ſola, & aduerbia, vtramque habent comparationem. Illa vero nomina tantum comparantur, quę ſignificant accidens, determinando ineſſe, & cum augmento. Igitur hoc nomen iuſtitia non comparatur. Gradus vero comparationis eſt vox ſignificans accidens, & ineſſe determinans; faciens ex ſe aliam vocem idem ſignificantem, vel facta ex alia voce idem ſignificante. Hæ ergo tres voces, *iuſtus, iuſtior, iuſtiſſimus*, tres gradus comparationis dicuntur eſſe.

Quid comparatiuum.

Comparatiuum ergo eſt quod ſignificat magis, aduerbium; id eſt, augmentum indeterminatum, vt hoc aduerbium magis, (& ſic remouentur ſuperlatiua, quæ maximè:) & hoc augmentum ſignificat cum intellectu poſitiui; id eſt, ſignificat & nominat quod & ſuum poſitiuum: vel cum participe ſenſu poſitiui; id eſt, ſignificat augmentum, non circa rem, id eſt ſignificatum poſitiui, ſed circa participes ſenſus poſitiui; id eſt circa coaccidens rei quæ ſignificatur per poſitiuum, vt *vlterior*. Poſitiuum enim eſt quod *vltra* ſignificat; ſignificat autem locum, qui nec magis, nec minus recipit. Sed diſtantia coaccidit lóco, quæ poteſt intendi, & remitti; & illam appellat particeps ſenſus poſitiui, circa quam & *vlterior* ſignificat augmentum.

Cõparatiuũ dupliciter poteſt ſignificare augmẽtum.

Cætera vero comparatiua ſignificant augmentum circa rem, id eſt ſignificatum ſui poſitiui, vt *iuſtior*. Quod autem quædam gentilia inueniuntur quandoque comparari, hoc propter proprietatem gentis quam ſignificant, contingit. Vnde Plautus. *Nullus hodie pumor me;* id eſt inſtabilior. Notandum eſt, quod *potior* naſcitur ab hoc nomine *potis* voce, & non ſignificatione. Illud enim ſignificat poſſibilitatem, iſtud melioritatem.

De formatione comparatiuorum.

Cap. XXXV.

PETRVS HELIAS. Comparatiua quæ à nominibus ſunt: Aut à nominibus adiectiuis ſecundæ declinationis fiunt, genitiuo addita or, correpta i penultima, vt *clarus, clari, clarior*. Aut ab adiectiuis tertiæ declinationis, addita or datiuo, & correpta i, vt *fortis, fortior*. Comparatiua vero deſinentia in or, faciunt neutra comparatiua, mutata or in us, vt *fortius*. Et omnia quidem comparatiua deſinentia in or, communia ſunt duum generum; excepto *ſenior*, quod maſculini generis eſt; quin & eius poſitiuum *ſenex* ſimiliter. Comparatiua quoque deriuatiua ab aduerbiis in ra deſinentibus, mutant ra in e, & accepta ior formantur, vt *vltra, vlterior*. De cæteris non poteſt regula dari.

Quatuor ſũt comparatiuorũ genera.

Sunt itaque quatuor comparatiuorum genera. *Quædam* à nominibus vſitatis regulariter, vt *doctus, doctior*. *Quædam* à nominibus vſitatis irregulariter, vt *munificus, munificentior*. *Quædam* vero ab aduerbiis regulariter, vt *ſupra, ſuperior*. *Quædam* ab aduerbiis irregulariter, vt *pridem, prior*. *Dubitatur* autem an *prior* debeat dici comparatiuum; videtur enim ſignificare tempus, ſicut pridem; quod non recipit magis, vel minus. Dicimus, quod *prior* ſignificat pręteritum tempus, ordinem, & binarium numerum. Cum enim dico: *Iſte prior fecit hæc via*, deſigno ſcilicet, & iſtum in tempore pręterito, & alium poſt. Et iſtum eſſe vnum de duobus. Secundum hoc ergo quod ſignificat tempus, vel numerum, non eſt comparatiuum; ſed in eo quod ordinem ſignificat.

Solutio obie.

De comparatiuis deficientibus, & abuſiuis.

Cap. XXXVI.

PETRVS HELIAS. De comparatiuis vero deficientibus & abuſiuis, ſic habendum eſt. Sunt quædam in quibus omnino deficiunt comparatiua, natura vocis repugnante. Sunt alia quæ habent comparatiua, ſed irregularia. Adiectiua namque quæ habent vocalem ante us, vt *pius*, non faciunt comparatiua. Regula enim eſt, quod omnis comparatiuus debet ſuperare genitiuum ſui primitiui vna ſyllaba, ſi ergo *pius* faceret *pijor*, eſſet nimius hiatus, tribus vocalibus continuè poſitis. hæc ergo cauſa eſt, vt comparatiuum ſaltem compleatur per circumlocutionem. Sunt autem quædam, quæ comparatiua habent irregularia, vt *bonus, melior*, plus etiam irregulare eſt. Sed cum comparatiuum ſoleat cum ablatiuo iungi, Quæritur quomodo plus iungatur cun genitiuo; vt *plus vini habet quam olei*. Ad quod dicimus, quoniam ſuum poſitiuum conſtruitur cum genitiuo, vt *multum olei*. Regula enim eſt, quod cum obliquo quocunque conſtruitur poſitiuus, & comparatiuus; præter illam quam habet ex natura comparatiui conſtructionem.

Cõparatiuus debet ſuperare genitiui poſitiui vna ſyllaba.

Solutio obie.

De triplici abuſione comparatiuorum.

Cap. XXXVII.

PETRVS HELIAS. Tribus modis inueniuntur comparatiua abuſiuè poſita, ſcilicet in ſignificatione & conſtructione. In ſignificatione & non conſtructione; & in officio. Prima ergo ſignificatio comparatiuorum, eſt accidens poſitiui cum augmento, vel res particeps accidentis illius. propria vero eorum eſt conſtructio, quod cum ablatiuo conſtruantur, vel cum nominatiuo, interpoſita (quam.) Proprium vero illorum eſt officium, quod in qua oratione ponuntur, oſtendatur idem accidens ineſſe diuerſis, ſed alteri

Tria ſunt abuſionũ genera in comparatiui plures vero ſpecie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

teri magis. In ſignificatione igitur & conſtructione, A
duę inueniuntur abuſiones. Aliquando enim ſine ablatiuo ponuntur, quod eſt abuſio conſtructionis: & ſignificat pariter id quod poſitiuum ſine augmento, quod eſt abuſio ſignificationis, vt *ſenioris Aceſte*, id eſt ſenis. Aliquando ſimiliter ſine ablatiuo ponitur, & ſignificat minus poſitiuo; vt *triſtior*, id eſt aliquantulum triſtis. Rurſus in ſignificatione, & non conſtructione, duæ reperiuntur abuſiones. Quandoquè enim conſtruuntur cum ablatiuo, quæ eſt propria eius conſtructio; & tamen non ſignificat accidens, vel rem participem ſenſus poſitiui cum augmento; ſed ſignificat poſitionem accidentis, quod ſignificat in vna perſona ſine augmento, & remotionem eiuſdem in alia, quæ eſt ſignificationis abuſio, vt *ſapiens eſt doctior ſtulto*; id eſt doctus eſt, ſtultus autem non. Quandoque vero conſtruitur regulariter cum ablatiuo, ſed ſignificat quod poſitiuum contrarij, cum minus aduerbio; vt B
Ponticum mare dulcius eſt quàm cætera Maria, id eſt minus amarum. In officio enim multas habet comparatiuum abuſiones. Quandoque enim ſignificat augmẽtum, & cum ablatiuo conſtruitur, ſed diuerſa accidẽtia eidem ineſſe demonſtrat; ita tamen, quod in diuerſis temporibus alterum magis, vt *iſte vir eſt iuſtior quàm pulcher in pueritia*. Quandoque oſtenduntur diuerſa accidentia diuerſis perſonis ineſſe, ſed alterum magis vni; vt *iſte eſt doctior, quam ille diues*.

De abuſiua comparatione vnius ad alium, vel ſuperlatiuum.

Cap. XXXVIII.

Aliæ abuſiones notãtur.

Petrvs Helias. Sunt autem & aliæ abuſiones; C
cum comparatiuum ſcilicet comparatur ad ſuum ſuperlatiuum, vel ad ſeipſum, cum debeat comparatio fieri ſemper ad ſuum poſitiuum; vt *Achilles fuit fortior Hectore fortiſſimo Troianorum*, vel *Hectore fortiore Patroclo*. Et vide, quod ad ſuperlatiuum abſolutè poſitum, id eſt ſine genitiuo plurali, non poteſt comparatiuum comparari. Non enim poteſt dici, *iſte eſt fortior fortiſſimo*. Sed ſi ponatur cum genitiuo, & perſonæ ſint diuerſi generis, tunc poteſt fieri talis comparatio. Si vero perſonæ ſunt eiuſdem generis, non fiet hæc comparatio. Non enim poteſt dici, *iſte Græcus eſt fortior Achille fortiſſimo Græcorum*. Item comparatiuum aliquando comparatur ad ſe in eadem perſona, ſed reſpectu diuerſorum temporum, vt *iſte eſt factus vir fortior ſe puero fortiore eo quem vicit*. Ali- D
quando comparatur ad ſe in diuerſis perſonis, vt *Achilles eſt fortior Hectore fortiore Patroclo*. Rurſus vnus comparatiuus ad alium, aliquando in diuerſa perſona; vt *iſte eſt fortior ditiore iſto alijs*. Aliquando in eadem perſona, vt *iſte vir eſt fortior ſe puero probiore alijs*.

Eſt rurſus alia abuſio, quia cum comparatiuum deat ſignificare augmentum, inuenitur ita poſitum vt æqualitas quædam deſignetur. Ad cuius rei euidentiam dicam, quod tribus modis dicimus perſonam vnam ſuperare aliam in duobus accidentibus. *Aliquando* enim æqualiter in vtroquè; & tunc ponitur *tam* aduerbium cum vno, *quàm* cum alio, vt *iſte eſt tam fortior iſto, quam iuſtior*.

Aliquando plus in vno quàm in alio, & tunc cum vno ponimus *magis*, *quam* cum alio, vt *iſte eſt magis fortior iſto, quàm iuſtior*. Aliquando ſic quod indeter- E
minatè vtrumque, & tunc poſſumus ponere comparatiuos ſine aduerbiis, vt *iſte fortior & iuſtior iſto*. Iſſdem quoque tribus modis comparamus vnam perſonam duabus in vno accidente, vt *iſte eſt tam iuſtior iſto quàm illo*, vel *magis iuſtior iſto quam illo*, vel *iuſtior iſto & illo*. Item poſitiuum contrarij cùm *minus* aduerbio, aliquando ſignificat quod comparatiuum, vt *iſte eſt minus ſtulto illo*, id eſt prudentior.

Solutio obie. Quæritur vero an ſit dicendum, *maior horum eſt charitas, vel maior his*. Dicunt ergo plures Grammatici, quod ſi comparatiuum cum ſuo conſtruatur ſubſtantiuo, tunc exigit ablatiuum, vel tantum interpoſita (quam,) vt *Socrates maior eſt illo, vel quam ille*. Si vero per ſe, id eſt, ſine ſuo ponatur ſubſtantiuo, tunc poteſt conſtrui cum genitiuo plurali, vt *maior illorum veniat ad me*, & obtinet tunc vim ſuperlatiui.

De ſuperlatiuis.

Cap. XXXIX.

Quid ſuperlatiuum.

Petrvs Helias. *Superlatiuum eſt illud nomen quod comparatur ad plures ſui generis*; id eſt, ſuæ gentis, vel ſuæ proprietatis: ſuæ gentis, vt *Græcus ad Græcos*, ſuæ proprietatis, vt *ſceleroſus ad ſceleroſos*. Sed quia comparatiuum aliquando comparatur ad plures ſui generis, additur, *& ſuperponitur omnibus*, id eſt, deſignat perſonam aliis ſuperponi, & multum ſuperare in illo accidente quod ſignificat. Et addit Priſcianus aliam ſignificationem ſuperlatiui, non quod prima omni & ſoli non conueniat, ſed quia non vbique. & in illa quidem ſignificatione, ſuperlatiuum prolatum per ſe, id eſt ſine comparatione, habet intellectum poſitiui, cum *valdè* aduerbio; vt cum dicitur, *ille eſt fortiſſimus*, id eſt valde fortis.

Superlatiuũ comparatũ ſignificat aliter quã nõ comparatũ.

Vide ergo, quod vbi ſuperlatiuum comparatur, ſignificat accidens cum augmento, reſpectu aliorum; vt *Achilles fuit fortiſſimus Græcorum*, vbi vero non comparatur, ſignificat accidens cum augmento abſolutè, id eſt ſine reſpectu aliorum, vt *Achilles eſt fortiſſimus*, id eſt valde fortis. Illud quoque videndum eſt, quod per comparatiuum poteſt vna perſona comparari ad plures, vel ad omnes alterius gentis, vt *iſte Græcus eſt doctior omnibus Romanis*. Per ſuperlatiuum vero ſemper fit comparatio inter res eiuſdem generis, vt *iſte Græcus eſt fortiſſimus Græcorum*; vel *iſte ſceleroſus eſt ſceleroſior omnibus ſceleroſis*. Et in tractatu quidem ſuperlatiuorum nihil aliud dignum exceptione inuenio, niſi quod dicit. Quoniam omnis forma ſuperlatiui habet (i) correptam ante mus, quod videtur falſum eſſe, quia cum perimus ſit ſuperlatiuum habet (i) productam ante mus. Sed non dixit omne ſuperlatiuum, ſed omnem formam ſuperlatiui, id eſt, intimus, & infimus, &c. *Nota.*

De diminutiuis.

Cap. XL.

Petrvs Helias. Sequitur de diminutiuis poſtea oſtendit cauſam inuentionis, originem, formas, & formationes, tam verorum diminutiuorum, quam eorum quæ non ſunt vera diminutiua. Significat autem diminutiuum aliquando diminutionem illius quod principaliter ſignificat, & non illius quod nominat. Aliquãdo vero, non illius quod ſignificat, ſed illius quod nominat, vt homuntio. Significat enim principaliter ſubſtantialem qualitatem quam & homo, quæ nec augeri nec minui poteſt.

Regula generalis.

Vt ergo breuiter dicamus, omnia quæ derinantur à primitiuo quod ſignificat accidens, ſignificat diminutionem circa illud quod principaliter ſignificãt, excipitur fortaſſe *paruulus*, quod obijci poſſet. Alia vero ſignificant diminutionem circa illud quod nominant. Et vide hoc eſſe dictum de veris diminutiuis. Significat ergo omne verum diminutiuum principaliter quod & ſuum primitiuum. Secundario vero diminutionem vel circa illud quod ſignificat, vel circa illud quod nominat. Vera autem diminutiua nominant perſonas quibus diminutio ineſt, illa diffinit itaque hoc modo. *Diminutiuum eſt quod ſignificat diminutionem ſui primitiui*, id eſt, circa illud quod ſignificat ſuum primitiuum, vel circa illud quod nominat. Sed quia hoc totum habent diminutiua compara- *Omne verũ diminutiuũ principaliter ſignificat quod primitiuum, ſecũdario vero diminutionẽ ſignificati formalis, aut connotati.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tiua, ad remotionem illorum additur, *absolutè*, id eſt ſine comparatione, vel relatione ad aliud. Et vide, quod diminutiua comparatiua principaliter ſignificant augmentum accidentis. (Vnde principaliter comparatiua dicuntur) ſecundario ſignificant diminutionem augmenti: vnde ſecundario & non principaliter dicuntur diminutiua.

Tres cauſæ inuentionis diminutiuorum ſc. neceſſitas, vrbanitas, & adulatio.

Horum inuentionis tres cauſæ ſunt. *Prima* enim cauſa eſt neceſſitas, quia ſcilicet ea quæ voces vel ſignificant, vel nominant, aliquando diminuuntur. Et hæc quidem ſola vera ſunt diminutiua. *Secunda* vero cauſa eſt vrbanitas, id eſt curialis irriſio. Vt iuuenalis, *vnde fit vt mallem fratereulus eſſe gigantum*, appellando quaſi paruulum, qui eſt maximus. *Tertia* cauſa eſt adulatio, id eſt blandimentum quoddam vt *Antoniaſter*. Et vide, quod iſta principaliter ſignificant quod ſua primitiua, ſed non ſignificant diminutionem, ſed vrbanitatem ſecundario, vel blandimenta. Vnde impropriè dicuntur diminutiua. Diminutiua quidem, vel naſcuntur ab appellatiuis nominibus, vt ab eo quod eſt rex. *regulus*; vel à propriis, vt ab eo quod Antonius, *Antoniaſter*.

Solutio obie.

Sed quæritur de illis quæ à proprijs nominibus deriuatiua ſunt, An ſint propria, vel appellatiua. Dicimus ergo, quod Antoniaſter eſt proprium nomen, & idem quod Antonius in ſignificatione principali, & nominatione. Nec eſt inconueniens ſi primitiuum idem ſignificat principaliter, quod deriuatiuum, vel è contra. De hoc autem quod dicunt diminutiuum eſſe propriam ſpeciem appellatiuorum deriuatorum, dicimus hoc eſſe dictum de illis quæ propriè ſunt diminutiua. Iſta vero impropriè & ſola voce dicuntur diminutiua.

De formis vel formationibus diminutiuorum.

Cap. XLI.

Regula formationis diminutiuorū.

PETRVS HELIAS. Omnia diminutiua deriuatiua à monoſyllabis deſinentibus in s, vocali antecedente, vt *flos floſculus*; & à nominibus tertiæ declinationis deſinentibus tam in r, quam in is, quam in e, vt *pater paterculus*, *teſtis teſticulus*, *rete reticulum*; exceptis *lapillus*, *anguilla*, *vngula*; & deriuatiua à neutris deſinentibus in us, vt *munus munuſculum*; Et à primitiuis deſinentibus in or, vt *amator amatorculus*; Vel à monoſyllabis deſinentibus in ns, vt *pons ponticulus*; vel deſinentibus in rs, vt *pars particula*; Et à nominibus quartæ declinationis, vt *domus domuncula*; excepto *aculeus ab acu*: Hæc inquam omnia deſinunt in culus, vel cula, vel culum.

Porro diminutiua venientia à nominibus deſinentibus in x, vel deſinentibus in ns ſupremam ſyllabam; vel deſinentibus in t, extrema terminatione genitiui, id eſt is, conuerſa in u; & accepta lus, vel la, vel lum, faciunt diminutiua; vt *rex regulus*; *adoleſcens adoleſcentulus*, *capitis capitulum*.

Item fœminina tertiæ declinationis, vel quintæ, deſinentia in es productam, abiectà (s) & aſſumpta cula, faciunt diminutiua, vt *nubes nubecula*, *dies diecula*; excepto *merces*, quod facit *mercedula*. *Rurſus*, quæ deſinunt in o, ſi faciant diminutiua mutant o in un, & accipiunt culus, vel cula; vt *tiro tirunculus*, *virgo virguncula*. *Primitiua* deſinentia in nus, ſiue habeant aliam conſonantem ante (n) vt *pugnus*, ſiue non, vt *Aſinus*; Et deſinentia in lus, ſi non habeant geminatam (l) ante us, vt *annulus*; Et quæ deſinunt in er ſecundę declinationis, vt *tener*: Hæc inquam omnia, ſi illa quæ deſinunt in nus, abijciant n, (quod dico propter *pannus panniculus*) duplicant (l) ante vs in diminutiuis; vt *pupillus*, *aſellus*, *anellus*, *tenellus*; exceptis paucis ab illis, quæ deſinunt in lus, non geminata (l) ante us, vt *paululus*. Eademque regula obſeruanda eſt in fœmininis deſinentibus in na, vt *catena*, *catella*; excepto rana, quod facit *ranunculus*, non ranella.

A Addititer quod fœminina deſinentia in la, vel in ra, ſeruant eandem regulam, vt *fabula fabella*, *capra capella*, *vmbra vmbella*, *tenera tenella*. Excipiuntur à regula deſinentia in ra, quę nec ſiunt à maſculinis deſinentibus in er, nec habent (r) ante aliam conſonantem in eadem ſyllaba, vt *ara arula*, *terra terrula*, *littera literula*.

Item nomina deſinentia in lum, vel in rum, faciunt diminutiuum in ellum, vel illum, vt *tantulum tantillum*, *lucrum lucellum*. *Nomina* ſecundæ declinationis deſinentia in us, antecedentibus (e) vel (i,) mutant us in o, & accepta plus faciunt diminutiua; vt *aureus*, *aureolus*, *gladius gladiolus*. *Similiter* & fœminina, & neutra (e) vel (i) ante (a) vel um habentia, vt *vncia vnciola*, *pallium palliolum*. *Deſinentia* in us, ſi fuerint alia à deſinentibus in nus, vel in lus, vel in us (e) vel (i) antecedentibus, abiecta (s) accipiunt lus, & faciunt diminutiua; vt *ſeruus ſeruulus*. Similiter & fœminina, & neutra, vt *iuua iunula*, *primum primulum*. De illis vero diminutiuis quæ deſinunt in aſter, vt *ſurdaſter*; Vel in cio, vt *homuncio*, vel in leus, vt *aculeus*, nullam prorſus dat regulam, ſed colligit ea per enumerationem.

B

De nominatiuis, & primo de his quæ terminantur in a.

Cap. XLII.

C PETRVS HELIAS. Sequitur de Denominatiuis, in quibus Ariſtoteli videtur Priſcianus eſſe contrarius. Dicit enim Ariſtoteles, quod fortis denominatus à fortitudine. Priſcianus vero, quod à fortis fortitudo. Sed Ariſtoteles reſpexit hoc, quod prius in eſt alicui naturaliter fortitudo, quàm dicatur fortis. Priſcianus vero reſpexit ad hoc, quod ab hac voce fortis, deriuatur & formatur hæc vox fortitudo, mutatione vel additione literarum. Ait ergo *Denominatiuum eſt, quod appellatur à voce*; id eſt à nomine primitiui ſui. Nam ab hac voce quæ eſt *nomen* dicitur nomen denominatiuum, ſcilicet quia à nomine deriuatur.

Grammatici aliter conſiderant denominatiua quā philoſophi.

Quid denominatiuum.

Formationis denominatiorū regula.

Ponit autem poſtea diuerſas formas denominatiuorum, & dicit. Nomina ſecundæ declinationis deſinentia in nus, antecedente (c) quotcunque ſint ſyllabarum, niſi ſint nomina regionum, quæ deriuantur ex his, & ea rurſus nomina ſecundæ declinationis, quæ ſunt alia ab habentibus (c) ante us, & à nominibus regionum, quacunque conſonante ante us poſita, ſi diſſyllaba tantum fuerint, vel à diſſyllabis compoſita, & omnia tertiæ declinationis nomina deſinentia in is, quę habent ſimilem genitiuum nominatiuo: Omnia inquam hæc, ſi fuerint declinationis ſecundæ, genitiuo, ſi tertię, datiuo aſſumunt tia, & faciunt denominatiua, vt *amicus amici amicitia*, *triſtis triſti triſtitia*. Sed opponitur, quod ſecundum hanc regulam debuit fidus fidi facere fiditia: ſed propter euphoniam, & ne putaretur à fidis, fecit fiducia. Rurſus ſecundum eandem regulam hanc, debuit facere gratus grati gratitia: Sed poſſumus dicere, quod à gratis, non à gratus, fit gratia.

D

Solutio obie.

Alia regula.

Sequitur & alia regula. Nomina ſecundæ declinationis deſinentia in us, quæ alia ſunt à deſinentibus in cus (quæ non ſunt nomina regionum) & à diſſyllabis in us, quacunque alia conſonante antecedente: Et rurſus regionum nomina pleraque, & tam nomina tertiæ declinationis quæ non deſinunt in is, quam participia tertiæ, quorum genitiuus ſuperat nominatiuū vna ſyllaba: Hæc inquam omnia, ſi fuerint ſecundæ declinationis, genitiuo; ſi tertiæ, datiuo aſſumunt a, vt *violentus ti tia*, *prudens ti tia*. Pleraque vero regionum nomina, dictum eſt propter *Corſus Corſi*, quod facit *Corſica*; & *Afer Afri*, quod facit *Africa*:

E

Solutio obie.

Sed opponitur, quod ſecundum hanc regulam auarus in genitiuo debuit accipere (a) & dici auaria. Sed dicunt quod auarus eſt compoſitum ex (a) & varo, id

eſt

est curuo, quia habet manus incuruas: Inde fit varitia, quod non est in vsu, ex quo componitur auaritia. Opponitur iterum de incuria quod secundum regulam debuit esse incuriia ab eo quod est incurius, ab industrius industriia. Sed dicimus, vel quod non sunt deriuata, vel quod subtrahitur altera (i) propter nimium hyatum. Et inde est quòd in omnibus prædictis debet esse correpta (i) penul. Vnde opponitur thesauraria, quod producit penult. à thesaurarius: sed vt ostendatur esse Græcum producitur (i) similiter & decania. Male ergo pronunciant, qui dicunt controuersia, penultima producta, quando latinum est.

Secunda vero forma denominatiuorum est in a, antecedente consonante, de qua Pris. agit, exequendo tres eius species in la, na & ra. De his quæ desinunt in la, dicit ita. Si fuerint primitiua eorum secundæ declinationis, vltimam genitiui vocalem in (e) conuertunt productam. Si tertiæ, vltimam datiui, & assumunt la; vt *cautus cauti cautela, custos custodi custodela.* Quæ vero fiunt à verbis secundæ coniugationis, à secunda persona abijciunt (s) & assumunt la, vt *candeo candes candela.* De illis vero quę desinunt in na, dicit quòd siue deriuentur à nominibus siue à verbis, producunt penultimam, vel natura, vel positione; vt *medicus medicina, lateo laterna.* De illis rursus quę desinunt in ra, dicit quòd similem fœmininis participijs futuri temporis habent formam, vnde penultimam (u) habent productam, vt *natura, armatura.*

De his quæ terminantur in e, i, o, u.

CAP. XLIII.

Regula denominatiuorū quæ terminantur in (e) (i) (o) (u)

PETRVS *Helias.* De illis qui in (e) terminantur, dicit quòd neutra sunt, vt *sedile* Et vide, quòd neutra in ile, quę non habent masculina ante se, producunt penultimam, vt *monile.* Sed quæ habent masculina ante se, & veniunt à verbis, corripiunt penultimam, vt *vtile.* De illis in (i) dicit, quòd duo sunt indeclinabilia, secundum quosdam, *frugi, & nihil*; sed melius est quòd frugi dicatur esse datiuus, & nihili genitiuus; & construuntur figuratiuè cum omni casu, vt *homo frugi legit*, id est qui ad vtilitatem legit; *hominis frugi misereor*; & sic per cæteros casus: similiter *homo nihili currit*, id est *nullius pretij.* De forma vero quæ est in o, dicit. quod masculina deriuata & cõmunia inuenitur pauca in (o) vt *hic Cicero, & Comedo Comedonis*, quod debet corripere pen. quia simile est suo verbo. Addit quoque, quod plurima fœminina deriuatiua inueniuntur modo in (io) desinentia, modo in (do) & dicit omnia penè esse nomina rerum incorporalium.

De illis ergo in (io) dicit, quòd fiunt pletumque à participijs pręteriti temporis, assumpto (o) genitiuo, & correpta (i) vt *oratus orati oratio*, nisi quòd *internecto internecti* abijcit (t) & facit internecio Plerumque vero dicit, propter *vnio, & communio*, quæ deriuantur à nominibus *vnus, & communis.* De illis vero quæ terminantur in (go) dicit, quod siue sint primitiua, siue deriuatiua, producunt pen. vel positione, vel natura, vt *virago*, excipitur ligo, quod & masculinum est, & instrumentum significat. De illis rursus quæ desinunt in (do) dicit, quod veniunt à nominibus, & verbis, & à participijs; & habent vel e longam, vel i, vel tu ante do; vt *dulcedo, cupido, fortitudo.* Sed quæ habent (e) ante do, si deriuentur à nominibus, conuerrunt terminationes extremas in e, & accipiũt do, vt *dulcis dulcedo* A verbis, terminationes secundarũ personarũ cõuertũt in (e) productam, & accipiunt do, vt *intercapio intercapis intercapedo*, id est distantia locorum Habẽtia quoque i ante do, extremitates syllabarũ secũdæ personæ vel tertiæ conuertunt in i longam, vt *cupit cupido, libet libido*; excepto formidas, quod cum facere debuit formidai, propter alternitatem vitandam fecit formido

Desinentia in tudo, si veniunt à nominibus secundæ declinationis, genitiuo assumunt tudo; si veniunt à nominibus tertiæ, datiuo (i) penul. correpta, vt *amplius ampli amplitudo, suauis suaui suauitudo.* Si vero à participijs, vel à participalibus desinentibus in tus abiecta (s) assumunt do, vt *habitus habitudo.* Et vide, quod habentia u penultimam, si desinant in do, licet non sint deriuatiua, producunt eam, vt *hirundo*, id est sanguisuga. De forma in (u) nihil aliud dicit, nisi quod pauca deriuatiua inueniuntur in u, vt *testa*, & inde *testu* neutrum indeclinabile, & quædam alia quæ ponit.

De his quæ terminantur in l. m. n.

CAP. XLIV.

Regula denominatiuorū quæ terminantur in l. m. n.

SEquitur de formis denominatiuorum, secundum ordinem semiuocalium, & vocalium quę semiuocalibus præponuntur. Et primo agit Prisianus de forma in al, dicens, quod si primitiua ipsorum habuerint penul. productam, ea quoque habebunt, sin illa breuem, & hæc, vt *tribunus tribunal, animus animal.* Illa vero quæ desinunt in il, vel in ul, siue deriuentur à nominibus, siue à verbis, fiunt abiectione extremarum vocalium, siue syllabarum, primum, vt *vigilo vigil, pugillus pugil, consulo consul.* De forma in am nihil dicit, nisi quod vnum inuenitur iam commune trium generum, & indeclinabile, scilicet *nequam.* Formam vero quæ est in um, diuersificat secundum penultimas; quædam habent (e) longam, quędam i ante um Et vide, quod omnia in bulum corripiunt penultimam: antepenultima vero si (i) habeat, corripitur, vt *vestibulum*, si vero a, producitur; vt *cunabulum*; excipitur *stabulum*, quod corripit antepenul. Nam omnia nomina deriuata à sto stas, corripiunt primam syllabam, excepto *stamen & statura*, quæ primam producunt. *Status* etiam & *statutum* producuntur. Sed puto quod regula illa data est solis declinabilibus. Ideoque statim producitur, sicut in libro Thebaidos inuenitur.

De forma in en dicit, quod omnia deriuatiua desinentia in en, antecedente m, verbalia sunt, omnia pene & neutra. Penè dicit propter flamen, quod quãdo nomen est sacerdotis Iouis, deriuatur à filo: Flamen enim dicitur quasi filamen, quia quando volebat sacrificare Ioui, religabat comam filo. Et vide, quod desinentia in men, si sint à prima coniugatione, habent (a) longam penultimam, vt *solor, solaris, solamen.* Si vero fuerint à secunda & tertia, habent (i) correptam, vt *moneo, monesmonimen*, vel (u) productam, si verbum definit in uo vt *acuo acumen.* Si vero fiũt à verbis quartæ, habent i productam, vt *munio munimen.* Et vide, quod pauca inueniuntur masculina deriuatiua in en, scilicet *flamen* quando est nomen sacerdotis, & *pecten*, & composita à canendo, & instrumentorum nominibus, vt *tubicen, fidicen, tybicen*, quod solum ex similiter compositis, id est à canendo, & instrumentorum nominibus, producit penult. Tibia enim mutata (a) in (i) & assumpta cen, debuit facere tibicen, vtraque (i) correpta, sed ne nimius fieret hiatus, duæ (i) correptæ transierunt in vnam (i) productam. Ideoque penultima producta dicitur tibicen.

De his quæ terminantur in r. s.

CAP. XLV.

Regula denominatiuorū quæ terminantur in r & s.

DIcit quod si consonantem habeant ante ar, penultimam syllabam producunt, vt *Cæsar*, si vero vocalem, eandem corripiunt, vt *laquear.* Contra hanc vero regulam videtur Iuuenalis facere, dicendo *specular*, penultima correpta, ibi: *Quæ vehitur clauso, latis specularibus, antro.* Vnde quidam dicunt hanc regulam esse datam, vel de illis in ar quæ superant sua primitiua, vt *lupa, lupanar:* Vel de illis quorum primitiua habent penultimam productam. Ergo specular deriuatum à speculor, cum non superat primitiuam, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cum ſuum primitiuum habeat penultimam correptã, debet ſimiliter corripere penultimam. Deriuatum vero à ſpecu, quia ſuum ſuperat primitiuum, penultimam debet producere. De illis vero quæ deſinunt in or, vel in ur, dicit quod alia fiunt à prima perſona, abiecta o, vt à *colore color*, à *murmuro murmur*: Alia prima perſona aſſumpta r, vt *amo amor*. Alia fiunt à nominibus, vel participiis deſinentibus in us, mutatione us in or, vt à *ſenatus ſenator*, à *tonſus tonſor*.

Agit inde de deſinentibus in s, & primo in as, quorum primitiua ſi ſint ſecundæ declinationis, aſſumunt genitiuo tas, penultima (i) correpta, vt *probus probi probitas*; niſi quod quæ duplicant in genitiuo (i) extremam earum mutant in e, cauſa euphoniæ; vt *pius pij pietas*; & excepto liber, quod nominatiuo aſſumit tas, & facit *libertas*. Si tertiæ, datiuo aſſumunt tas, i penultima quoquè correpta, vt *felix felici felicitas*; exceptis paucis, quæ ſi habeant b, vel p, ſiue s ante t, nominatiuo aſſumùt tas, vt *paupertas, pubertas*. Saluber ergo & celeber, quia faciunt fœminina ſalubris & celebris, quæ inueniuntur duum generum communia, faciunt *ſalubritas, & celebritas*. Excipitur præterea *vetus*, quod facit vetuſtas. Deſinentia in or, quæ mutant or in es, addita tas, vt *honor honeſtas*. Præterea, quædam ſunt ſimilia accuſatiuis pluralibus ſuorum primitiuorum, & ſunt communia, vt *hic, & hæc primas*, habent autem accentum in fine, ſecundum regulam ſyncopatorum. Antiqui enim dicebant, *hic, & hæc primatis*. Deſinentibus in es, Nota, quod omnia correpta ſunt, exceptis nominibus quintę declinationis, vt *dies diei*: Et exceptis illis tertiæ, quæ habent pares ſyllabas in nominatiuo, & genitiuo; & illis quæ creſcunt in genitiuo, & producunt penultimam vt *merces mercedis*.

Item de his quæ terminantur in s.

CAP. XLVI.

Alia regula illorum quæ terminantur in s.

FOrmam vero illam quę eſt in is, diuidit multipliciter; & primo agit de deſinentibus in alis, vel ale. Quorum primitiua ſi ſint primæ declinationis, aſſumunt nominatiuo lis, vel le, producta (a) penultima, vt *curia curialis, menſa menſale*. Si autem ſecundæ, extremam (i) genitiui mutant in (a) longam, & aſſumunt lis, vt *fatum fati, fatalis*. Si tertiæ, mutant is genitiui in a longam, & accipiunt lis, vt *hoſpes hoſpitis, hoſpitalis*. Sin fuerint quartæ, abiecta (s) litera aſſumunt alis, vt *manus manualis*. Si vero quintæ, abiecta es ex nominatiuo, aſſumunt alis, vt *ſpecies ſpecialis*. Secundum hanc regulam, res debuit facere ralis, facit autem realis. ſed dicunt hoc nomen non eſſe authenticum.

Poſtea dicit, quod deſinentia in ilis, quæ deriuantur à nominibus; & neutra in ile, à quacunque parte orationis naſcantur, producunt (i) penultimam; vt *vir virilis*; excepto *par paris*, quod facit *parilis*, penultima (i) correpta. Et vide, quod ſecundum hanc regulam, non deriuatur ab *humo humilis*. *Quæ* vero deſinentia in ilis deriuantur à verbis, vel à participijs, corripiunt penultimam eandem; vt *vtor vtilis, fictor fictilis*. Illud quoque addendum eſt, quod verbalia in ilis, ſi veniunt à verbis primę coniugationis, habent (a) ante penultimam productam, vt *amo amas amabilis*, excipitur ſtabilis, quod corripit (a) Quæ fiunt vero à verbis ſecundæ vel tertiæ vel quartæ, ſi habent antepenultimam (i,) eam quoque corripiunt, vt *doceo docibilis, credo credibilis, audio audibilis*. Sunt tamen quædam nomina ex his coniugationibus, quæ non habent antepenultimam (i,) vnde corripiunt eam vel producunt, pro qualitate verborum ex quibus fiunt. vt quoniam flebilis deriuatur à futuro flebo, antepenul. habet productam, ſicut flebo eam producit.

Poſt hoc agit de quarta forma deſinentium in is, quæ eſt in aris. Fiunt autem, vel à genitiuo nominum, vel à prima perſona verborum ſic: Quæcunque litera vel literæ ſequuntur (l) vel aliam conſonantem, ex qua poſtrema incipit ſyllaba genitiui, mutantur in (a) longam, & aſſumunt ris: vt *populus populi populalis, miles militis militaris*. Si vero extrema genitiui ſyllaba incipit à vocali, illa quoque mutata in a longam, & aſſumpta ris, fit denominatiuum, vt *familia familiæ familiaris*; ſic etiam *molo molis molaris*. Eodem modo formantur deſinentia in are, vt *velum vela velare*.

Sequitur forma deſinentium in enſis. Quod ſi fiant à nominibus primæ, vel ſecundæ declinationis, mutant extremam partem nominatiui ſingularis vel pluralis numeri ſuorum primitiuorum in en, & fiunt inde, aſſumpta ſis; vt *Vtica Vticæ Vticenſis*: niſi quod *Athenæ*, cum deberet dici *Athenenſis* ſecundum regulam, intercepta (i) facit Athenienſis, cauſa euphoniæ. Porro Flandria facere debuit *Flandrienſis*, tamen facit irregulariter, vel per ſyncopam, *Flandrenſis*. Si vero primitiua eorum fuerint tertiæ declinationis, abiecta extrema (s) genitiui, aſſumunt enſis, vt *Carthago inis, ienſis*; Andegauis ſimiliter Andegauienſis, Pictauis Pictauienſis. faciunt autem Remenſis, Andegauenſis, Pictauenſis euphonię gratia.

Adhuc de eodem.

CAP. XLVII.

Alia regula.

DE his quæ deſinunt in biduus dicit, quod deſignant ea quæ nominant habere in ſe res ſuorum primitiuorum, vt *herbidus* dicitur locus qui dicitur habere herbas. Porro in bundus deſinentia, ſignificant ſimilitudinem, nominant vero ſubſtantiam alij ſimilem: Prædabundus enim dicitur quaſi ſimilis prędanti. Addit etiam, quòd omnia verbalia quę ſignificant ſimilitudinem, deſinunt in bundus penè; quod dicit propter rubicundus. *Item* nomina huiuſcemodi formæ, ſi veniant à verbis primæ coniugationis, habent (a) longam ante penul. vt *vito vitas vitabundus*. Si vero fiant ab aliis verbis, habent i antepenultimam correptam, vt *ludo ludis ludibundus*. Et formantur hæc omnia à ſecundis verborum perſonis: Item omnia in orus, & ora, & orum deſinentia, penultimam producunt, præter chorus, thorus, forum, & decorus quando deriuatur à decus. Vnde Statius. *Decoriquè vigiles*. Addit quoque formam deſinentium in ſus, quæ duplex eſt. Aut enim deſinentia in ſus, participiis præteriti temporis ſunt ſimilia, vt *laſſus*, & *feſſus*. Aut habent o productam ante ſus, & ſignificant aliquid eſſe plenum rebus ſuorum primitiuorum, vt *ſaxoſus*, id eſt, plenus ſaxis. Quorum primitiua, quicquid eſt poſt conſonantem vltimæ ſyllabæ genitiui, vel ipſam vltimam ſyllabam ſi pura eſt, mutant in o productam, & aſſumunt ſus; vt *ſaxum ſaxi ſaxoſus*; *curia curiæ curioſus*; excipitur *metus*, quod ſecundum regulam debuit facere *metoſus*, facit autem *meticuloſus*.

Sed opponuntur hęc, *monſtrum monſtri monſtruoſus, laborioſus, montuoſus, pontuoſus, fructuoſus*. Sed ſunt qui dicunt quod à monſtro debeat dici primo monſtruus, & inde monſtruoſus; ſimiliter à labore laborius, inde laborioſus &c. Eodem modo poterat dici, quòd à metu fiat meticulus, à quo *meticuloſus*. Sequitur forma deſinentium in tus, quę ſi deriuentur à nominibus primæ declinationis, ſemper habent (a) penult. productam, vt *barbatus à barba*. Si vero ſint à nominibus ſecundæ vel tertiæ, in aliis habent penultimam productam, vt *palliatus*, in aliis (i) ſimiliter longam, vt *auitus ab auo, maritus à mare*; excipitur *vetuſtus, & libertus*. Quæ vero à nominibus quartæ, habent u productam ante tus, vt à *cornu cornutus*; excipitur *manuleatus*. Porro illa quę deſinunt

in ax,

in ax, omnia significant assiduitatem. Non enim verax est, qui semel verum dicit, nec mendax, qui semel mentitur, sed qui assiduè.

De secundo accidente Nominis, quod est genus.

CAP. XLVIII.

Genus Grãmaticale duplex ſ. secundũ rem, & ſecundum vocem.

POstquam ergo de primo accidente Nominis, id est de specie egit, tractat de secundo, id est de genere. Genus in Grammatica duobus modis consideratur, secundum rem, & secundum vocem.

Quid genus ſecundũ rẽ.

Genus secundum rem, est sexus masculinus & femininus, dicti à generando, quia hi duo sexus possunt generare. sed quia sexus est in solis animalibus, Ideo animalium nomina propriè dicebantur alicuius generis, & dicuntur adhuc. Alia vero impropriè, præsertim cum omnia alia deberent dici neutri generis, neutrum vero impropriè dictum fit genus. sed antiqui putantes illud esse alicuius sexus, quod nullius erat, vt solem Deum, lunam Deam, & sic de cæteris, imponebant eis nomina, masculorum vel fœminarum nominibus similia, vel in terminatione, vel in constructione. vnde vsus inoleuit, vt non ea tantum nomina, quæ rem masculini sexus nominant, masculina authores appellarent, verumetiam illa quæ illis sunt similia: & hoc idem de fœminino & neutro intellige. *Genus* vero secundum vocem, est alterius sexus discretio, vel neutrius, vel per articuli adiunctionem, vt *hic vir, hæc mulier, hoc mancipium*; vel per diuersas terminationes, vt *albus alba album*; vel per alterius dictionis iungibilitatem, ex qua dignoscitur cuius sint generis ea, quibus articulare per nomen non adiungitur, vt hoc ipsum prolare per nomen non adiungitur, vt hoc ipsum pronomen, *hic, hæc, & hoc*, & huiusmodi pronomina, *ego*, & *tu*, & si qua sunt similia. Genus inquam secundum vocem, vel est talis discretio alterius sexus, vel neutri, vel similitudo cum nominibus, alterum sexum vel neutrum discernentibus, vnde omnis vox quæ discernit masculinum sexum circa rem, propriè dicitur masculini generis, similis vero illi in terminatione & constructione, impropriè. & est genus secundum vocem, communis proprietas vocum. Nominibus quidem, quæ propriæ masculini generis dicuntur, vel fœminini, vtrunque genus accidit. Sed genus secundum rem, eius est secundaria significatio; genus secundum vocem, communis proprietas, & eorum, & aliorum.

Quid genus ſecundũ vocem.

Duo tantũ ſunt genera ſecũdum rẽ, quinque ſecundum vocẽ, & quæ.

Cum ergo duo tantum sunt genera secundum rem, quinque secundum vocem, *Masculinum, fœminimum, neutrum, commune duum, vel commune trium generum*, quod Donatus appellat omne: Duo itaque propriè dicuntur genera, cætera vero impropriè, & sola constructionis ratione. *Commune* nomen est, quod rem vtriusque sexus nominat eadem voce, & diuersis articulis, vt *hic & hæc ſacerdos*. Epicœnum est nomen, quod eadem voce, & eodem articulo, rem vtriusque sexus nominat, vt *hic miluus*, & interpretatur epicœnum, promiscuum, quia sub eodem articulo permiscuè conuenit vtrique sexui.

Dubium nomen est, quod eadem voce, & diuersis articulis, rem eiusdem sexus nominat apud diuersos authores, vt *hic aut hæc dama*. Declinando itaque dubia, debemus vtrumque articulum sub disiunctione ponere, vt *hic vel hæc dies*, declinando communia, simpliciter vtrumque, scilicet cum copulatione: declinando epicœna, vnum solum. Sed idem nomen inuenitur dubium & epicœnum, vt dama.

De diuersis terminationibus diuersorum generum secundum ordinem vocalium.

CAP. XLIX.

Nomina in (a) desinentia sunt regulariter fœmini ni generis.

OMniá Latina nomina in (a) desinentia fœminini sunt generis, exceptis propriis nominibus virorum, vt *Silla*; & Fluuiorum, vt *Secana*; & nominibus officiorum ad viros pertinentium, vt scriba, quæ omnia sunt masculini generis. Et exceptis compositis quæ deriuantur à verbo, vt *cælicola, aduena*, & quę apud Græcos sunt communia, vt *idolatra*, & exceptis gentilibus vt *scytha*; quę omnia sunt generis cõmunis. Pascua vero neutrum est in plurali, in singulari fœmininum est, & quæ à græco sumpta, sunt omnia neutri generis, vt *hoc ſchema*; quomodo & nomina literarum, quæ siue terminantur in (a) vt (K) siue non, neutra sunt.

Definentia in (e) breuẽ, sunt neutri generis. in (e) longam, fœminini: in (i,) communia; in (o,) maſculini.

Porro omnia nomina numerorum, declinabilia vel mobilia sunt per duas terminationes, vt *duo, duæ*, vel per tres, vt *ducenti, tæ, ta*. Quædam vero trium generum, vt *quadraginta*. *Omnia* nomina desinentia in (e) correptam, neutri generis sunt, *vt mare*. Si quis obijciat de quisque, & vterque, & similibus, dicemus hæc non habere naturaliter *què*, sed per adiectionem. *Desinentia* in (e) productam, fœminina sunt, & Græca, excepto *quæ*. *Desinentia* in (i) communia sunt trium generum, vt *huiuſcemodi*, excepto vno neutro *gummi*. *Desinentia* in (o) sunt masculini generis, vt *ſermo ſermonis, ligo ligonis*, exceptis desinentibus in go, vel in do, quæ mutant o in i, in genitiuo, vt *dulcedo dulcedinis*, quæ omnia sunt fœminina, præter *ordo, mango, Cupido* quando est proprium nomen Dei, quæ sunt masculina exceptis propriis nominibus mulierum, vt in no, & vno appellatiuo *caro*, quæ sunt fœminina, & exceptis paucis nominibus communibus, quorum significatio vtrique sexui potest esse communis, vt *hic, & hæc homo*. *Si dicatur*, quod secundum hanc regulam *virgo* est tantum generis fœminini, cum tamen inueniatur, *Virgo est electus à Domino*: dicemus abusiuè & figuratiuè sic dictum esse. Omnia nomina terminantia nominatiuum in u, neutri generis sunt, vt *cornu*.

De desinentibus in c. d. l. m. n.

CAP. L.

Alia regulæ generum.

DEsinentia in (c) inueniuntur duo neutra, *lac*, & *halec*. In (d) inueniuntur, *quod*, & *quid*, & *aliud*, & vnum masculinum *bogud*. *Omnia* Latina nomina desinentia in al, neutri sunt generis, vt *tribunal*, excepto vno masculino, *ſal*. Barbara quoque nomina desinentia in al, sunt masculina, vt *hiemſal*. *Nomina* desinentia in (el) correptam, neutri generis sunt, vt *mel*. Quæ vero in (el) productam desinunt, barbara sunt, & masculina, vt *Michael*. *Porro* vnum in (il) masculinum inuenitur, *pugil*, & vnum fœmininum, *tanaquil*: Et vnum commune, *vigil*, & vnum neutrum, *nihil*. Opponitur de *Abigail*, sed dicimus Hebræum esse, & de huiusmodi non agit. *In* (ol) quoque vnum masculinum inuenitur, vt *ſol*. *In ul* vero vnum masculinum inuenitur, vt *conſul*, duo communia, *præſul & exul*: Barbara, *ſubhul*, quæ sunt masculina. *Vnum* inuenitur in am, commune trium generum, & indeclinabile, *nequam*. *In im* quoque vnum inuenitur, *cim*, & Barbara indeclinabilia, vt *Ioachim*: Et quædam nomina numerorum, vt *vndecim*, quæ sunt communia. *Cherubin & Seraphin*, quando scilicet terminantur in im, singularia sunt, & masculini generis: Quando vero terminantur in in, tunc sunt pluralia, & neutri generis. *Nomina* terminantia in um, neutri sunt generis, vt *templum*, exceptis propriis nominibus mulierum, quæ sunt fœminina, vt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Glicerium. *Omnia* nomina in en desinentia, neutra sunt; exceptis compositis à canendo, vt *tubicen*; & excepto *flamen*, quando est nomen sacerdotis, & *pecten*; & quę desinunt in en productam, vt *lien*; quæ omnia sunt masculini generis. Nisi quod si Græca fuerint terminata in en, eiusdem generis sunt apud nos, cuius & apud Græcos, vt *hic titan*, *hæc syren*.

De desinentibus in r.

CAP. LI.

Regula desinentium in (r)

OMNIA nomina in ar desinentia, neutri generis sunt, excepto vno dissyllabo, *hic Cæsar*: Et exceptis monosyllabis, vt *lar*, *nar*, quæ sunt masculina. Et excepto *par*, & compositis ab eo, vt *impar*, quę sunt communia trium generum. *In er* terminantia, masculina sunt, exceptis adiectiuis, quæ sunt communia, & exceptis nominibus fœtuum terræ, vt *filer*, & illis quæ habent b vel u consonantem ante er, nec sunt adiectiua, vt *suber* & *ver*, quæ omnia sunt neutra, præter *imber*, & compositis ab eo, vt *December*, quæ sunt masculina, excepto *acer* nomine arboris. & exceptis *mulier*, *mater*, & *linter*, quæ sunt fœminina; Et *spinter*, & *iter*, quæ sunt neutra. *Omnia* nomina in ir desinentia, masculini sunt generis, excepto *gaddir*, & vno indeclinabili *ir*, quæ duo neutri sunt generis. *Omnia* nomina terminata in or, masculina sunt, exceptis tribus fœmininis, *soror*, *vxor*, *arbor*, & exceptis quatuor neutris, *cor*, *ador*, *marmor*, *æquor*; & exceptis comparatiuis, & compositis à colore, & decore, & corpore, vt *tricolor*, dedecor, discolor, quę omnia sunt communia, præter vnum comparatiuum, quod masculinum est, scilicet *hic senior*: Et excepto *memor*, & compositis inde, & author, quando authenticum significat, quæ sunt communia. *Omnia* in ur desinentia, neutri sunt generis, exceptis propriis nominibus, vel Deorum, & gentilibus, vel appellatiuis auium, quæ habent x, vel t, vel f, ante ur, vt *anxur*, *astur*, *furfur*, & exceptis verbalibus quæ possunt imponi hominibus, vt *augur*, *fur*, quæ sunt communia, nisi quod *satur* masculinum est in frequentissimo vsu, cum inueniatur fœmininum satura.

De desinentibus in s.

CAP. LII.

Regula desinentium in (s)

OMNIA nomina in as desinentia, fœminina sunt, exceptis gentilibus, quæ sunt communia, vt *Arpinas*: Et exceptis propriis nominibus virorum, vt *Mecænas*, quæ sunt masculina, & exceptis monosyllabis masculinis, *as*, & *vas*, *vadis*, & *mas*, & exceptis his neutris *vas*, *vasis*; fas, nefas, & excepto vno communi trium generum, quod est indeclinabile, vt *nugax*. *Omnia* in es correptam desinentia, masculini sunt generis, exceptis adiectiuis, quæ sunt communia, vt *teres*, & exceptis desinentibus in ges, quæ seruant e in genitiuo, vt *seges*, *segetis*, & excepto *abies*, & *compes*, quæ sunt fœminina. *Porro* in es productam desinentia, fœmini sunt generis, excepto *dies*, quando certum tempus significat, vt 24. horarum spatium, & *meridies*, & propriis nominibus virorum, quæ sunt masculina, & exceptis adiectiuis, quorum significatio si ad homines solum pertineat, communia sunt duum generum, vt *hæres*, sin autem, & ad homines, & ad alia, communia sunt trium generum, & excepto *verres* appellatiuo, quando porcum significat. *Omnia* in is desinentia, fœmini ni sunt generis, exceptis adiectiuis, quæ sunt communia duum generum, vt *dulcis*; & exceptis illis quæ habent duas consonantes ante is, vt *piscis*, vel duplicem, vt *axis*, vel a, vt *panis*, & quorum penultima desinit in vnam de liquidis, vt *orbis*, quæ omnia sunt masculina, præter *bipennis*, & *pestis*, & *neptis*, & *vestis*, & *vallis*, & *turris*, *pellis*, & *peluis*, quæ sunt fœminina; & excepto *canis*, quod est commune, & *finis*, & *clunis*, quæ dubiè proferuntur ab authoribus, & exceptis illis quæ crescunt in genitiuo, vt *lapis*, *dis*, quæ omnia sunt masculina, præter *cuspis*, & *cassis*, quæ sunt fœminina. *Opponitur* contra hanc regulam, *caulis*, & etiam *febris*, quod est fœmininum, similiter *pollis pollinis*: Rursus *glis ris*, *glis sis*, & *glis tis*, quia in genitiuo crescunt vna syllaba, de quibus dictum est à quodam: *Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur.*

Adhuc de eodem.

CAP. LIII.

Alia regula desinentium in s.

OMNIA nomina desinentia in os, masculin. sunt, vt *flos*, exceptis tribus fœmininis *cos*, *dos*, *glos*; Et quinque communibus *custos*, *sacerdos*, *bos*, *compos*, & *impos*, & exceptis duobus neutris, *os oris*, & *os ossis*. *Omnia* nomina in us correptam desinentia, masculini generis sunt, exceptis nominibus arborum, quæ sunt fœminina, vt *quercus*, & exceptis fœmininis Græcis, quæ apud Græcos desinunt in os, apud nos vero in us, vt *Scirus*, Et exceptis de secunda declinatione, *humus*, *alnus*, *domus*, quod etiam quartæ est, & de quarta *acus*, *socrus*, *manus*, *tribus*, *nurus*, *porticus*, *colus*, quæ omnia sunt fœminina; & exceptis *acus aceris*, quando significat purgamentum frumenti, & *pelagus*, & *vulgus*, & *virus*, quę sunt neutra: Et exceptis nominibus in us, quæ sunt tertiæ declinationis, quæ omnia sunt neutri generis, præter *hic lepus*, & *hæc Venus*. Et *hic*, *hæc*, & *hoc vetus*, & *hæc pecus pecudis*. Secundum hanc regulam ergo debet dici, *hæc crystallus*, quia græci dicunt crystallos. Vnde in Psalm. *Mittit crystallum suam*, &c. Si tamen inueniatur crystallum suum, non est à *crystallus*, sed à *crystallum*, dicebant antiqui hoc *crystallum*, *hoc margaritum*. Sunt etiam qui putant *hæc paradisus* debere dici, cum in vsu dicatur *hic*.

Videntur etiam plura antiqui excepisse quam diximus. Vnde vbi Priscianus dicit: Alia vero omnia eiusdem terminationis supradictarum declinationum, id est secundæ, & quartæ, masculina sunt, Dictum est à quodam:

Porticus, atque tribus, nurus, manus, aut anus, idus:
Sic acus, atque domus, penus, & specus excide, socrus. Et idem.

Porticus Ægyptus, sinodus, paradisus, abyssus:
Diphongus, nardus, colus, anus, costus, & alnus.
Vanus vter, tribus, balanus, penus, arctus, & idus.

Et alius, vel idem, colligens fœminina, quorum partem Priscianus posuerat.

Arctus, diphongus, nardus, costusque thaselus.
Alnus, crystallus, synodus, balanus, quoque vannus.
Carbasus, atque colus, & abyssus, humus quoque, botrus.
His heremus, bissus, iungatur & ipsa papirus.

Omnia nomina in us productam desinentia, fœmini ni sunt generis, exceptis monosyllabis, quæ omnia neutra sunt præter *hic mus*, & *hic & hæc sus*, & *hic grus*. Et vide, quod Priscianus ibi enumerat *palus* inter producta, quamuis Horatius auctoritate poetica idem corripiat.

ITEM *pus* pro putredine indeclinabile est, & neutrum: Sed pro custodia declinatur *pus puris*, & est masculinum. Ideoque videtur ponendum in exceptione, quamuis author non ponat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De desinentibus in x, vel in duas consonantes.

CAP. LIV.

Regula desinentium in x,

OMNIA nomina desinentia in x, fœminina sunt; exceptis adiectiuis, quę sunt communia trium generum; & exceptis illis quorum significatio ad vtrumque sexum pertinet, quæ sunt communia duũ, vt *coniunx*; & quorum significatio ad solos viros pertinet, quæ sunt masculina, vt *rex*; & exceptis *grex*, & *varix*, & *fornix*, & *calix*, & *cortex*, & *silex*; & exceptis nominibus quæ suprema syllaba habent (e) ante x, quæ sunt omnia masculini generis, vt *vertex*, nisi sint nomina fœtuum terræ.

Regula desinentium in duas consonantes.

Nomina in duas consonantes desinentia, fœminini sunt generis; exceptis adiectiuis, quæ sunt omnia cõmunia, vt *prudens*; & exceptis monosyllabis *mons*, & *fons*, & *pons*, & *dens*; & exceptis proprijs nominibus virorum, quæ sunt masculina, vt *Mars*; Et exceptis his masculinis appellatiuis, *cinips*, & *adeps*, & *forceps*, quæ & fœminina inueniuntur. *Triens vero*, & *quadrans* cum sint Græca (vt quidam dicunt) non pertinent ad hanc regulam. *Nomina* desinentia in aus, fœminina sunt, vt *laus*. *In æs* dipthongum inuenitur vnum masculinum, *præs prædis*; Et vnum neutrum, vt *as æris*. *Quamuis* tamen secundum prædictas regulas discerni debeant nominum genera, dicit Priscianus authores genera confudisse auctoritate sua, quos in hoc sequi non debemus.

De tertio accidente, quod est numerus.

CAP. LV.

Numerus grammaticalis duplex, sc. secundũ rem, & secũdũ vocem: ille est secundaria quorũdam nominũ significatio, hic communis proprietas.

NVMERVS in grammatica duobus modis consideratur, secundum rem, & secundum vocem. *Secũdum* rem vterque numerus accidit nominibus quibusdam, licet non omnibus; quia collectiuis, & similibus, non videtur accidere numerus secundum rem. Quibus autem accidit, eorum est secundaria significatio. Hæc enim vox *homo*, principaliter substantiam significat, secundario singularitatem; licet ex adiuncto huius distributiui *omnis*, ad plura pertinere videatur; vt cum dicitur, *omnis homo*. *Numerus* vero secundum vocem, est communis vocum proprietas; quia nomẽ huiusmodi formæ vel terminationis est, si ex vocis forma, ad vnum, vel plura, sub prolatione vna dicatur.

Numerus singularis nõ est propriè numerus, magis quã nominatiuus, propriè casus.

Numerus singularis, non proprie dicitur numerus, sed abusiuè, propter effectum, scilicet quia efficit numerum. Sicut nominatiuus non propriè dicitur casus (cum casus dicitur à cadendo, quoniam ab alio cadat, id est ab alio inflectatur) Sed abusiuè, quia cadit in alium; cæteri, quia cadunt ab alio. *Pluralis* numerus nominum est infinitus. Cum enim dico *homines*, nescio quot: vnde inuenta sunt nomina numerorum, pluralitatem nominum certificantia, vt *centum homines*, *mille*, & similia. *Item* quibusdam dictionibus accidit persona & numerus, & econuerso: quoniam numerus semper est, vel rerum loquentium de se, quod ad primam pertinet personam, vel rerum ad quas fit locutio, quod pertinet ad secundam; vel rerum de quibus sermo est, quod pertinet ad tertiam.

Quædã nomina nunquam habẽt pluralia.

Porro nomina quædam nunquam habent pluralia; vel repugnante natura, id est significatione, quoniam significant aliquid quod pluribus non potest conuenire, vt *Iuppiter*; vel prohibente vsu, vt *sanguis*. Si quis opponat, quòd inuenitur, *viri sanguinum, & qui non ex sanguinibus &c.* Dicemus diuinam paginam non subiacere artis huius regulis. Quod etiam addit, quod in prædictis nominibus cogit aliquando proferre pluralia, vel euentus, id est æquiuocatio, vt *Aiaces*, vel partitio regionum, quia scilicet vna regio diuisa est in plures partes, vt Gallia citerior & vlterior, & ita dicuntur duæ Galliæ, vel diuersæ opiniones, vt quidam opinati sunt plures Soles esse, vel Lunas, vel authoritas veterum, vt *mella, frumenta.*

De quarto accidente, quod est figura.

CAP. LVI.

Quid figura.

FIGVRA *est qualitas quantitatis dictionis*. Quantitas autem dictionis est, quòd vel ex literis, vel syllabis, vel dictionibus constat, vel quod deriuetur à composita dictione. Ex hac autem quantitate contrahit hanc qualitatem, vt vel sit simplex, vel composita, vel decomposita. Vide ergo, quod cum numerus cognoscatur vel discernatur in terminatione, figura tamen non nisi in tota dictione. Si enim tota dictio constat ex solis literis & syllabis, simplicis dicitur figuræ. Si vero ex dictionibus, cõpositæ. Quod si ex composito deriuetur, decompositę.

Nomina quatuor modis cõponuntur.

Nomina modis quatuor componuntur. Aut enim ex duobus integris, vt *tribunusplebis*. Aut ex duobus corruptis, vt *benevolus*. Aut ex integro & corrupto, vt *inimicus*. Aut ex corrupto & integro, vt *efferus*. Est autem integra dictio de cuius quantitate nil subtrahitur, nil mutatur, vel cui nil additur, immo talis est in compositione, qualis extra, excepto accentu. Corrupta est dictio, cui vnum ex istis contingit. Addit quoque, quod omnis pars orationis potest habere composita, excepta interiectione, & plerisque participijs, in quo contrarius planè est quibusdam antiquis, qui dixerunt interiectiones esse, *proh dolor*, & *Deo gratias*, & consimilia, quod perridiculum est. Illud etiam addit, quod nomen componitur, vel cum nomine, vt *paterfamilias*, vel cum verbo, vt *armiger*; vel cum participio, vt *senatusdecretum*; vel cum pronominibus, vt *huiusmodi*; vel cum aduerbijs, vt *satisfactio*, vel cum præpositionibus, vt *imprudens*, vel cum coniunctionibus, vt *siquis*.

Quid enclesis.

Enclesis dicitur quasi inclinatio, quando aliqua dictio accentum suum remittit in precedentem, vnde *què* dicitur encletica dictio. Priscianus itaque contendit probare, quod *siquis* vna pars est, per fœmininum *siqua*. Corrumpere namque dictiones solet, non enclesis, sed compositio. Dicit autem, quod in *siqua* est facta corruptio, aliter enim debuit dici *siquæ*. Ex quo Prisciani argumento constat, non debere dici *quæ* vel *qua* in nominatiuo fœmininо, sed tantummodo *quæ*. *Nequis*, idem est quod *ne aliquis*. Et *siquis*, idem est quod *si aliquis*. Et componuntur à *quis*, quomodo *aliquis*, ab *alius* & *quis*.

Adhuc de eodem.

CAP. LVII.

Quomodo composita sunt declinanda.

ILLVD quoque adiungit, quod pluribus dictionibus fit compositio quàm ex duabus, vel etiam tribus, vt *cuiuscunquè modi*, & quod ex compositis fit etiam compositum, vt *impotens*, ab *in* & *potens*, quod deriuatur à possum verbo composito ex *pos* & *sum*. *Addit* etiam, quòd si ex duobus rectis nominatiuis fiat compositio, compositum ex vtraque parte declinatur, vt *respu. reipublicæ*. Si vero alter sit obliquus, & alter rectus, tunc rectus declinatur, obliquus vero non, vt *hic magistermilitum, huius magistrimilitum*. Si vero cõpositio fiat ex obliquis duobus, compositum manet omnino indeclinabile, vt *huiusmodi*.

Solutio obie.

Si quis apponat *æquinoctium*, dicemus esse compositum à nominatiuo *noctium*, quod habebant in vsu antiqui. *Solstitium* dicimus esse compositum à genitiuo *solis*, & nominatiuo *statio*: vnum tamen excipit author à regulis præmissis, *alteruter*, quod licet cõposi-

tum

tum ſit ex duobus rectis, *alter & vter*, genitiuum facit *alterutrius*, qui eſt ex corrupto & integro, hoc autem factum eſt propter repugnantiam regularum. Eſt enim regula vna, quòd omnis genitiuus deſinens in ius, communis eſt trium generum. Altera regula eſt, quod omne compoſitum ex corrupto & integro, ex vna tantum parte declinatur. Alteruter ergo ſecundum primam regulam, *alterutrius* facit genitiuum: At vero iuxta ſecundam debuit facere *alteriuſvtrius*: ſed ſi hoc eſſet, tunc non omnis genitiuus in ius communis eſſet trium generum. Quod autem *alteruter* regulis duum generum conſentire debuit in genitiuo, probat ſubſequenter ex eo; quia cum vtraque & pleraque, nominatiui fœmininorum, ſecundum regulas accentuum generales, debeant acutum ſuper antepenultimam accentum habere: tamen ad ſimilitudinem nominatiuorum maſculini & neutri generis, habent ſuper penultimam, vt vnum genus in accentu conſentiat duobus. Sed ne quis putaret hoc non fieri propter maſculinum genus & neutrum, ſed ideo quoniam *què* eſt encletica coniunctio; Dicit, *què* ſecundum rationem Græcorum in compoſitione encleticam non eſſe. Quoniam vero alia eſt Latinorum ratio, dicit *què* appoſita dictioni, & cum integra dictione compoſita, encletica eſt; exceptis *itaquè & vtiquè*, differentiæ cauſa, ne duæ dictiones putentur eſſe; Compoſita vero in corruptis, non eſt encletica. Ideo *què* ſecundum hanc rationem encletica eſt in *pleraquè*. Illud tamen etiam addit, quòd *què* appoſita dictioni, eius ſignificatione non mutata, ſyllabica magis eſt adiectio, quàm compoſitio. Vnde quia *plerus* idem ſignificat quod *pleruſquè*, non videtur compoſitio; ſed ſi ſignificatio mutetur, tunc dicenda eſt compoſitio: vt *vterquè* aliud ſignificat quàm *vter*, ideoque debet dici compoſitum. *Semiuir* compoſitum eſt à *ſemus, ſema, ſemum*; non à *ſemis, ſemßis*, quod eſt medietas; & eſt *ſemiuir*, quaſi ſemus vir, id eſt minus quam vir: ſicut *ſemideus*, non quod dimidius ſit Deus, ſed quia minus ſit quàm Deus. *A ſecretis* eſt conſiliarius qui nouit ſecreta. *A reſponſis*, qui dat reſponſa principis.

Què *interdum encletica, interdum non.*

De accidente quinto nominis, id eſt de caſu.

CAP. LVIII.

CAVSA inuentionis diuerſorum caſuum in eodem nomine eſt loquendi diuerſitas: aliquando enim loquimur de re, vt ipſa eſt, vel agit, vel patitur, aliquando vt eius aliquid eſſe dicitur; aliquando vt aliquid deſignatur ipſi conferri; aliquando agi in ipſam; aliquando vt ad ipſam fit ſermo; aliquando vt aliquid oſtenditur recedere ab ipſa. Itaque omnes caſus eiuſdem nominis idem principaliter ſignificant, ſed modo diuerſo.

Quid caſus & cur inuẽtus.

Igitur *caſus eſt declinatio nominis*, id eſt, variatio, ſecundum quam vna vox nominis cadit in aliam, vel ab alia. Sed quia non ſolum nomen habet hoc, addit, *vel aliarum caſualium dictionum*, id eſt pronominum & participiorum, *quod maximè fit in fine*. *Maximè* dicit, quia aliquando etiam fit in principio, vt *ſens, cunis*; aliquando in medio, vt *pateſamilias*. Adiungit poſtea quare nominatiuus dicatur caſus, ponendo de hoc ſententias, quas ſuperius in tractatu numeri poſuimus. Et ne videretur impoſſibile quod caſus eſſet & rectus, oſtendit vulgari exemplo, quod cadere poteſt, & rectus eſſe, vt ſtilus.

Quid aptotũ & vnde dictum.

Quoniam autem quędam nomina ſunt indeclinabilia, diuidit ea in Aptotum, & Monoptotum. *Et eſt Aptotum, quod vnam ſolam terminationem habet*: nec tamen conſtruitur pro omni caſu, immo aliquando pro vno ſolo, ſi eſt obliquus, vt *ſponte:* aliquando pro duobus, ſi eſt nominatiuus maſculini vel fœminini generis, vt *Iuppiter:* aliquando pro tribus, ſi eſt neutrum, vt *fas & nefas*. Nunquam tamen ponitur pro omnibus caſibus. Et dicitur Aptotum, id eſt, ſine caſu, quoniam (a) dicitur ſine, ptotos, caſus. Nec enim vel voce vel officio habet Aptotum diuerſos caſus, niſi faciat hoc, vel proprietas neutri, cuius eſt habere eandem vocem in tribus caſibus; vel coincidentia eiuſdem vocis in nominatiuo & vocatiuo, vt *Iuppiter*.

Quid monoptotum & vnde dictũ.

Monoptotum eſt illud, quod vnam ſolam terminationem habet, ſed tamen ponitur in omni caſu, vt *nequam*. Et dicitur Monoptotum, id eſt vnius caſus, ſed impropriè, cum non cadit in alium, nec ab alio: ſed tamen propter ſolam ſimilitudinem dicitur caſus. quamuis enim non cadat voce, cadit tamen ſignificatione, & officio; quia modo implet officium vnius caſus, modò alterius. Et ideo dicuntur vnius caſus, quia habent officium omnium caſuum in vna voce. Aptota vero (vt prædictum eſt) nec in voce, nec in officio, habent omnes caſus.

De nominibus caſualibus, & formis.

CAP. LIX.

ADIVNGIT deinde caſus nominum ipſorum caſualium. Primus ergo caſus dicitur Nominatiuus, quia per eum fit nominatio &c. Habent autem & multas alias ſignificationes, ſed à notioribus contraxerunt nomina. Primus ergo ponitur Nominatiuus, quia primo imponitur. Genitiuus ideo ponitur ſecundus, quia primus naſcitur à nominatiuo. Datiuus tertius, quia vel habet eandem vocem cum genitiuo, vt *Muſæ*; vel fit ab eo leui mutatione. Accuſatiuus ponitur quartus, quod ad inimicos pertinet. Vocatiuus ponitur quintus, quia cæteris eſt imperfectior, cum ſoli ſecundæ perſonæ poſſit ſubiungi; Cæteri vero caſus, ſaltem figuratiuè tribus perſonis poſſunt adiungi, vt *Ego vel Tu Priſcianus*. Ablatiuus vltimus ponitur meritò, cum vltimus ablatiuus repertus ſit: Quippe non eſt apud Græcos. Græci tamen adiungebant *cen* ſyllabam accuſatiuo, & accuſatiuum cum tali ſyllaba vocabant ſextum; & ponunt hunc in vi ablatiui. Vnde dicunt *Ex vranocem*, id eſt ex cælo: *Vranos* namque dicitur cælum, & eſt ibi *cen* ſyllaba, accuſatiuo coniuncta. Vnde Romani accepta occaſione, ſextum caſum inuenerunt, quem ablatiuum vocant.

Ordo caſuũ nominis.

Formæ caſuales octo.

Enumerat poſtea formas caſuales. Sunt autem ſex. *Monoptotum*, quod vna ſola terminatione fungitur pro omni caſu, vt *nequam*. *Dyptotum*, quod duos tantum modo caſus habet, vt *forsforte*. *Triptotum* quod tantum tres diuerſas voces habet caſuales in eodem numero, licet omnes caſus habeat, vt *templum templi templo. Tetraptotum*, à tetras, quod eſt quatuor, quia habet quatuor tantum; vt *puer pueri puero puerum*. *Pentatotum* quod quinque tantum, vt *doctus docti docto doctum docte. Exaptotum*, vt *vnus vnius vni vnum vne vno*. Ne autem putaret quis, quod in omnibus conſiſteret nominatiuus, oſtendit eum in quibuſdam nominibus deficere, & etiam quoſdam alios caſus. Oſtendit deinde, quod vbi nos ponimus ablatiuum, Græci quandoque ponunt genitiuum; vt quando ablatiuus apud nos iungitur cum præpoſitione ablatiui caſus, vt *ex illo*; & quando coniungitur comparatiuo, vt *fortior illo*; vel in tali conſtructione, *ſole aſcendente fit dies*. Datiuum quoque ponunt, vbi nos *in* vel *ſub* prępoſitionibus, noſtrum ablatiuum iungimus, vt *in illo, ſub illo*; & quando ablatiuum interpretamur per propoſitionem *per*, vt *video lumine* id eſt per lumen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De formatione Genitiuorum ſecundum terminationem Vocalium & Mutarum.

CAP. LX.

Nomina terminantia in (a) faciunt regulariter genitiuum in (æ)

NOmina terminantia nominatiuum in a, ſiue ſint Latina, ſiue Græca, id eſt à Græco detorta, maſculina, vel fœminina, vel communia, faciunt genitiuum in æ, dypthongum, vt *ſcriba ſcribæ*. Exceptis octo, quorum maſculina terminant plerumque genitiuum in ius, & datiuum in i; ſimiliter fœminina eorum, & neutra; vt *vnus vna vnum*, ſimiliter *vllus, nullus, ſolus, alius, vter, alter, totus*, & quæ componuntur ex his. Quæ tamen apud antiquos ſolent genitiuum maſculini & neutri terminare in i, & datiuum in o; genitiuum & datiuum fœminini in æ dyphthongum, vt *vni vnæ vni, & vno vnæ vno*. Et propterea dictum eſt ſuperius plerumque: vnde etiam adhuc hodie dicimus nomen aliquod eſſe neutri generis, non neutrius. Hic autem interſerit nomina communia duum generum, vt *hic & hæc Aduena*, ſolere iungi figuratiuè neutro generi, vt *aduena mancipium*. Et ne videretur etiam debere dici *hoc aduena*, interſerit, quòd nullum neutrum, nec primę declinationis, nec quintæ, poteſt inueniri: nec item ſingularis nominatiuus eſſe neutri generis deſinens in a, & nominatiuus pluralis. Si quis contra hanc regulam opponat, paſcha paſchæ. Vel dicemus Hebręam, non latinam eſſe declinationem; vel quòd regulariter debeat dici, *hoc paſcha, huius paſchatis*, ſi fuerit neutrum: Si vero fœmininum, tunc debet dici, *hæc paſcha, huius paſchæ*. Addit itaque quia nomina neutri generis terminata in a in numero ſingulari (hoc enim totum debet intelligi) faciunt genitiuum addita tis, & ſunt Græca, vt *hoc poema poematis*.

Terminãtia in (e) correptã, ſunt neutra, & faciũt (is) in genitiuo.

NOMINA Latina in e correptam deſinentia, neutra ſunt, & mutata e, in is, faciunt genitiuum, vt *hoc mare, huius maris*; excepto cepe, quod eſt indeclinabile. *Deſinentia* in e productam Græca ſunt, id eſt à Græco detorta, vel Græcè declinantur, vt *libie libiæ*, vel mutata e in a, & accepta e, faciunt genitiuum in æ, dyphthongum, vt *Helena, næ*. *Terminantia* in i neutra ſunt,

In (i) neutra, ſunt aptota.

vel omnis generis, & ſunt *Aptota*, vt *hoc gummi, hic hæc & hoc frugi*, ſimiliter *nihili*. De quibus tamen dicit author, quòd magis ſunt genitiui, vel datiui nomi-
D num, coniuncti figuratiuè cum omni caſu, & omni genere, vt *homo frugi, hominis frugi*, & ſimilia. Et *frugi* quidem datiuus eſt, à genitiuo *frugis*, & *nihili* genitiuus à nominatiuo *nihilum*. *Deſinentia* in o correptam,

In (o) faciunt (nis)

quę tamen plerumque producuntur, ſi fuerint fœminina, g vel d antecedentibus, mutant o in i, & accepta nis, faciunt genitiuum, vt *hæc chartago, nis, hæc dulcedo, nis*. Alia vero omnia producunt o, & accepta nis, faciunt genitiuum, vt *Cicero Ciceronis*. Excipiuntur hic *Cardo, Ordo, Homo, Nemo, Turbo, Hamo, Apollo, Cupido, Margo, Caro*. *Terminantia* in u, generis
E ſunt neutri, & aptota in ſingulari numero, ſed non in plurali, vt *hoc cornu*. Porro nullus nominatiuus apud nos terminatur in mutam, niſi in c, vt *lac*, vel d, vt *aliquid*, vel t, vt *caput*.

In (u) aptota in ſingulari.

De eodem ſecundum terminationem ſemiuocalium, & primo in l. m. n.

CAP. LXI.

In (l) faciunt is.

AGit vero poſtea de deſinẽtibus in ſemiuocales *Nomina* deſinentia in al, cum ſint nomina maſculini generis, vel neutri, addita is nominatiuo, faciunt genitiuum, vt *hoc ſal, huius ſalis, hoc tribunal, huius tribunalis*: Sed differt, quia neutra producũt ſemper a, in obliquis caſibus. *Nomina* in el correp. deſinentia, cum ſint omnia neutri generis, addita lis, faciunt genitiuum, vt *mel mellis*. Deſinẽtia in el producta vel il, vel ol, vel vl, addita is, faciunt genitiuum, vt *Daniel, Danielis*; *Tanaquil, lis*; *Sol, lis*. *Conſul, lis*; excepto, nihil, quod eſt indeclinabile. Vnum nomen inuenitur in aim, quod eſt indeclinabile, vt *nequam*.

In (um) faciunt (i)

DESINENTIA in um, mutata um in i, faciunt genitiuum, vt *templum templi*; & ſunt omnia neutra, præter comica mulierum nomina, vt *Glicerium*. *Deſinentia* in an, aut in in, vel in on, vel in yn, Græca ſunt, & producuntur, vel Græcè declinantur, vt *Pan, Panos*; ex genitiuo Græco fit Latinus mutando os in is, vt *Delphin Delphinos*. Dicit tamen, quod inuenitur Delphinus Delphini, quia ſæpe ex genitiuo Græco, Latinus fit nominatiuus, vt quod ipſi dicunt *Elephantos*, & nos mutata os in us, *Elephantus Elephanti* dicimus, nõ ſolum *Elephas Elephantis*: ſic & ab accuſatiuo Græco, dicit ſæpe fieri noſtrum nominatiuum, vt cũ Græcus accuſatiuus ſit *Caſſida*, nos dicimus *hæc Caſſida*. Secundum quod, volunt quidam in hymno eſſe. *Quem terra, pontus, æthera* &c. vt ſit accuſatiuus Græcus pro nominatiuo. Alii vero emendant, *& æthera*. A regula deſinentium in an, excipit *Euam*, per hoc quòd interponitur t, in genitiuo: Debuit enim eſſe *Euam Euantis*, vt *Titan Titanis*, facit autem *Euantis*. *De deſinentibus* quoque in on, addit illud, quòd talem ſeruant penultimam in genitiuo Latino, qualis eſt in genitiuo Græco; vt quod ipſi dicunt, *Leon Leontos*, & nos *Leo Leonis*. *Deſinentia* in en correptam, cum ſint omnia, vel maſculina, vel neutra, mutant e in i, & aſſumpta is, faciunt genitiuum; vt *hic flamen, huius flaminis*; *hoc numen, huius numinis*. *Deſinentia* in en productam, cum ſint omnia maſculina vel fœminina, accepta is, faciunt genitiuum, vt *hic ſplen, huius ſplenis*; *hæc Syren, huius Syrenis*.

In (n) faciũt (is)

C

Adhuc de eodem, ſecundum terminationes in r.

CAP. LXII.

Deſinentia in (ar) faciunt (is)

DEſinentia in ar, accepta is, faciunt genitiuum, vt *Cæſar Cæſaris*. Excepto far, quod duplicat r, in genitiuo, *farris*, ad differentiam ſecundæ perſonæ verbi *faris*. Illud tamen addit, quòd neutra terminantia in ar, ſi ſint deriuatiua, producunt penultimam genitiui, vt *lupanar, ris*; in quo differunt à cæteris omnibus in ar deſinentibus. Item addit, quòd par producit a in nominatiuo, vt ibi, *par animi laus eſt*. Sed in
D obliquis corripit eandẽ a, vt ibi, *Pari voto* &c. Quæritur ergo, an par debeat producere a in nominatiuo; & puto quod communis eſt.

In (er) faciunt (ri)

DESINENTIA in er correptam, quod dicit propter monoſyllaba Latina, vt *ver*; & propter nomina Græca, vt *aer*: Hæc inquam omnia antecedentibus s & t (niſi ſint poſſeſſiua, quæ faciunt fœminina in is, vt *Equeſter Equeſtris*) er mutata in ri, faciunt genitiuum, vt *Auſter Auſtri*. Excipitur *ſequeſter*, quod ſecundum quoſdam facit *ſequeſtris*, cum tamen analogicè debeat dici *ſequeſtri*. *Addit* poſtea ad eandem regulam, quòd omnia nomina deſinentia in er, quæ faciunt fœminina in a, mutant er in ri, & faciunt genitiuum parem in
E ſyllabis nominatiuo, vt *ater atra atri*, exceptis illis quæ habent ſante r, vt *miſer*; vel ſp, vt *proſper*; vel n, vt *tener*; & exceptis à ferendo, vel gerendo, vt *ſignifer, lucifer, corniger*; quæ omnia accepta i, faciunt genitiuum, vt *miſer miſeri*. Excipitur etiam *alter & vter*, & compoſitum inde, vt *alteruter*, quæ faciunt genitiuos in ius. Et omnis genitiuus terminantium in ius, producit penul., niſi authoritas eam corripiat; excepto *alterius*, quòd corripit eam, eo quòd genitiuus vincit duabus ſyllabis nominatiuum, cũ cæteri vna tãtũ.

Exceptiones.

NOMINA tertiæ declinationis ſi habeant t ante er, mutata er in ris, faciunt genitiuum, vt *pater patris*; excipitur *hic later, huius lateris*; ſic *Iupiter, Iouis*; *iter, itineris*: Quæ duo ſũt etiam eroclita, ideſt diuerſiclinia. illud etiam intelligendum eſt tantum de Latinis; falleret enim in Græcis, cum dicatur *Panther, Pantheris*, *crater crateris, æther ætheris* quę vero habẽt cante er, ſi

F

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

sint communia, et similiter mutant in is, & faciunt genitiuũ, vt *alacer alacris*. Alia verò ab illis quæ habẽt t, vel c, ante r, si sint communia, accepta is, faciunt genitiuum, vt *aer aeris*; excipitur *imber*, quod facit *imbris*, & composita inde, *September Septembris, October Octobris*. Et vide, quod hæc regula exigit quod dicatur *mulieris*, penul. correpta; computatur enim inter ea quę corripiunt e, ante ris: & quoniam author dicit quod accipitur is in nominatiuo, in quo est e, correpta. Sed tamen qui dicunt mulieris, penultima producta, dicunt Priscianum illud affirmare in libro de accidentibus; & ideo non curauit hic excipere. Item *puer*, excipitur ab illa regula Latina, scilicet quod quæ fœminina faciunt in a, mutant er, in ri, &c. secundum quòd deberet esse *puri*.

Adhuc de eodem.

Cap. LXIII.

In (ir) faciũt (i): In (or) faciunt (is)

NOMINA desinentia in ir, accepta (i) faciunt genitiuum, vt *vir viri*: *Martyr Martyris*, non est de regula, quia Græcum est. *Desinentia* in or, accepta is, faciunt genitiuum; excepto *ador*, quod est indeclinabile, & *cor*, quod facit *cordis*, interposita d, & omnia producunt (o) ante ris, vt *pudor pudoris*; exceptis *memor, immemor moris; & indecor indecoris*, & *dedecor, bicorpor, tricorpor poris; & arbor boris, & publipor poris, & marcipor poris:* Et exceptis neutris, vt *marmor, oris*, & Græcis, vt *Hector, ctoris*. Illud autem attende, quod omnia deriuata à verbo decoro, quod habet penul. correptã, similiter habent. Sed deriuata à verbo decoro, quod penultimam producit, similiter producunt eam. *Omnia* desinentia in ur, accepta is, faciunt genitiuum, vt *Vultur Vulturis*, excepto *satur saturi*; & exceptis *robur, & femur, & ebur, & iecur*, quæ in obliquis habent o, pro u, vt *iecoris*.

In (ur) faciunt is.

De eodem secundum terminationes in as, es, is, & os.

Cap. LXIV.

In (as) facitt (tis)

NOMINA Latina desinentia in as: ablata (s) & addita tis, faciunt genitiuum, vt *ciuitas, tis;* exceptis *as assis, vas dis, & vas sis, mas maris*; exceptis *fas & nefas, & nugas*, quæ tria sunt indeclinabilia, Græca vero si faciunt genitiuum Græcum in oy, apud nos sunt primæ declinationis, vt *Lisias, Lisioy* dicunt, & nos *Lysię*. Si vero in os, o mutata in i, faciunt nostrum genitiuum, vt *Galeas Calcantos* dicunt, & nos *Calcantis*. *Latina* desinentia in es correptam, mutata e in i, & ablata s, & addita tis, faciunt genitiuum; vt *miles militis*; exceptis his quæ vel habent penul. æ dipthongum, vt *præpes præpetis;* vel quæ deriuantur à verbis habentibus penul. e breuem, vt à *tero teris, teres tis*: Et exceptis habentibus i ante e, vt *paries parietis*; & fœmininis in es correptam desinentibus, vt *seges tis*; quę omnia e correptam in genitiuo habent ante tis, præter *inquies inquietis*: Et exceptis iterum compositis à pede, vt *compes*; vel à sedendo, vt *obses*. *Latina* desinentia in es productam, antecedente i, ablata es, & addita i, faciunt genitiuum, vt meridies meridiei, excipitur quies quietis. *Alia* nomina eiusdem terminationis, i. terminata in es productam, quæ sunt alia ab habentibus i ante es, mutant e in i, & faciunt genitiuum, vt *cædes cædis;* exceptis his, *pes pedis, Ceres Cereris, merces mercedis, hæres hæredis, locuples locupletis*, & tribus quintæ declinationis, *fides, ſpes, & res*. Et vide, quòd *pes & Ceres* computat inter producta, cum corripiant penul. genitiui. Vide quoque, quod nominatiui quintæ declinationis, si habeant consonantem ante es, corripiunt ante penul. genitiui, vt *res rei, ſpes ſpei*. Sin vocalem, producunt, vt *dies diei*.

In (es) faciũt (tis) nisi es sit producta, quæ faciunt (e) quando (i) præcedit (es): alioqui (is) faciunt.

Latina desinentia in is, longam, ablata s, & addita tis, faciunt genitiuum, vt *lis litis*, excepto *glis*, & *vis*. Illa vero quæ duplicem habent nominatiuum, addunt is, & faciunt genitiuum, vt *puluis*, & *puluer pulueris*. Cętera autem à desinentibus in is productam & ab his quæ habent duplicem nominatiuum, habẽt similem genitiuum nominatiuo. Excipitur *lapis, sanguis, pollis, cuſpis, ſemis, capis, caſſis*. Et vide, quod *sanguis* ponitur inter correptas, cum tamen produci inueniatur, vt ibi: *Dum ſanguis inerat*. Sed fortasse poetica licentia fuit. *Masculina* latina in os, desinentia, ablata s, & addita ris, faciunt genitiuum, vt hic *ros roris*, excepto *nepos nepotis*. Alia vero omnia faciunt genitiuum in tis, vt *compos compotis*: excepto *bos, glos, os cuſtos*. Porro Græca, id est apud nos à Græcis detorta, genitiuum Græcum sequuntur, os finali conuersa in is, vt quando illi dicunt *Minos Minoos*, & nos *Minois*.

In (is) faciũt (tis) vel (is)

In (os) faciũt (ris) vel (tis)

De formatione Masculinorum quæ terminantur in us.

Cap. LXV.

DEsinentia in us correptam, masculina Latina, si sint rerum iucorporalium nomina, sive t vel x antecedentibus, vt *hic viſus, hic partus*, & *hic fluxus*: & quæ sunt homonyma, id est æquiuoca, vt magistratus, quod est æquiuocum ad actionem docentis, & ad dignitatem: & quę habent aliam consonantem sub eadem syllaba ante tus, etiam corporalia, vt *fluctus*: nisi sint propria, vt *anguſtus*: vel mobilia, vt *iuſtus* Omnia inquam hæc, quartæ sunt declinationis, præter *lectus, ti.* & *iniuſtus*. *Porro* omnia in ius, eiusdem generis, id est masculini, alia à prędictis, secundæ sunt declinationis, vt *ventus venti, anguſtus anguſti, iuſtus, ta, tum, iuſti:* Excepto *arcus, lacus, & ſpecus & panus, & hic ficus*, (cum nomen morbi est) *& vulsus, & arcus, & potus, & portus, & ſinus, & gradus, & currus, & tonitrus, & coruus*: quæ omnia sunt quartæ declinationis: Et excepto *Lepus, oris*, quod est tertię; & monosyllabis, vt *hic Mus Muris*: & exceptis *vnus, vllus, nullus, ſolus, totus, alius*, quæ faciunt genitiuum in iius, more quorundam pronominum. *De monoſyllabis* regulam dat generalem, hanc scilicet quod omnia sunt tertiæ declinationis, cuiuscumque sint generis: & omnia monosyllaba in us, producunt (u) in omnibus casibus, præter *Grus, & Fus*, quæ in nominatiuo u producunt, in obliquis corripiunt.

In (us) faciunt (us) vel (i)

De formatione caterorum generum eiusdem terminationis.

Cap. LXVI.

OMnia fœminina in us correptam desinentia, quartæ sunt declinationis: exceptis nominibus arborum, quæ omnia secundæ sunt, præter *Quercus, Laurus, Pinus, Cornus, Ficus*. quæ tam secundæ quàm quartę inueniuntur: Et excepto *hæc Alnus huius Alni; & humus humi, & domus*, secundum quod facit *domi, & colus, & incus*, quod quia producit penul. *incudis*, magis videtur pertinere ad regulam desinentium in us productam. Et excepto *Pecus Pecudis*, & *intercus intercutis*.

Fœminina in (us) productam desinẽtia, faciunt (us): & siccetiam neutra.

DE fœmininis vero desinẽtibus in us productam, talem regulam tradit, quod ablata s, addita tis, faciunt genitiuum, vt *virtus virtutis*: excepto *tellus telluris*, & *palus dis*, quod tamen corripit Horatius ibi. *Regis opus, ſterilisq; diu palus aptaq; remis*. Et excepto *incus incudis*. *Porro* quæ apud Græcos in os terminantia, mutant o in u apud nos, secundæ sunt declinationis: vt quod Græci dicunt *Cyros*, & nos *Cyrus, Cyri*: exceptis illis in ros, quæ si habeant aliam consonantem ante ros in eadem syllaba, ros vertunt in er, vt *Menandros, Menander*. *Addit* postea regulam de neutris desinentibus in us, quæ si sunt monosyllaba

pro-

producunt u, & ablata s, & addita ris, faciunt genitiuum, vt *hoc ius, huius iuris*. Alia vero à monoſyllabis, poſita d, vel n, vel l, ante us; mutant vs, in e correptam, & faciunt genitiuum, vt *pondus, Vellus, genus*: Excipiuntur *fœnus & pignus* cum faciat *pignoris* non *pigneris*. Alia vero mutant us in o productam, ſi ſint cõparatiua, & accepta ris, faciunt genitiuum, vt *hoc melius, oris*. Si vero non ſint comparatiua, mutant us in o correptam, & aſſumunt ris, vt *decus decoris*; Exceptis quibus verba adiacent, ideſt à quibus fiunt verba, leui quadam mutatione, habentia e in penul. ſyllaba, vt *vlcus, ceris*, & inde *vlcero, ras*. Et exceptis *virus, vulgus, & pus*. *Opponitur*, quòd ſecundum hanc regulam deberet dici *tempus temperis*, quia adiacet ei verbum *tempero, ras*; ſed tempero non inde ſumitur. Porro ideo non excepit *Pelagus*, quia fit à Græco *Pelagos*.

In (x) faciũt (is)

De formatione deſinentium in x, vel in duas conſonantes.

Cap. LXVII.

NOmina deſinentia in x, ſi veniunt à verbis deſinentibus in go, ablata x, & addita gis, faciunt genitiuum; vt à *Rego* verbo, *rex regis*. Alia vero ab his, Latina ſubintellige, propter *ſpinx*, & *phalanx*, ablata x, aſſumpta cis, faciunt genitiuum, vt *lux, cis*; Excepto *nix, niuis*, & *ſupellex ſupellectilis*, & *ſenex ſenis*, & *nox noctis*. In penultima tamen habenda eſt diſcretio, nam ſi nominatiui habeant e naturaliter correptam ante x, niſi ſint monoſyllaba, vt *nex, necis*, vel à monoſyllabis compoſita, vt *ſeminex ſeminecis*; mutant e in i correptam per obliquos caſus, vt *vertex, verticis*. Similiter deſinentia in x, maſculina tantum (quod dicit propter communia, vt *felix, cis*) Et latina (quod dicit propter *ſpinx, gis*) corripiunt i penul. genitiui, vt *hic fornix, icis*. Barbara quoque magis corripiunt penul. quamuis non habeant i penul. vt *pharnax, acis*; Magis dicit, quia in Barbaris habemus poteſtatem producendi & corripiendi, magis tamen corripiuntur. *Alia* vero producunt penul. in obliquis caſibus, excepto *felix*, quod intelligimus exceptum eſſe per *falix*: Et exceptis quæ neque g neque c habent in genitiuo ante is, vt *nix niuis*, & cætera quæ ponit. *Deſinentia* in bs, vel ps, interpoſita i, faciunt genitiuum, vt *vrbs vrbis, inops inopis*. Sed videndum, quod ſi e ſit ante bs, vel ps, & non monoſyllaba, vt *plebs*, mutant e in i, vt *princeps, pis*; *celebs, bis*. Excipiuntur poſita à *capite*, quæ ablata es, & mutata e in i, & addita tis, faciunt genitiuum; vt *anceps ancipitis*; ſimiliter *ſoſpes, tis*. Deſinentia in ns, vel rs, vel ls, ablata s, & addita tis, faciunt genitiuum, vt *mons, tis*; *ars artis*, *puls pul is*: Exceptis *frons frondis*, *lens lendis*, *glans glandis*, *libripens libripendis*. Et à corde poſita, vt *con cors concordis*.

Nominatiuus ſecundæ habet ſex terminationes.

Omnes caſus primæ & ſecundæ declinationis parificantur in ſyllabis excepto genitiuo plurali.

Propria nomina in (us) faciunt vocatiuum in (i) ſi habeãt (i) ante us: alia in (e)

De terminationibus caſuum primæ declinationis.

Cap. LXVIII.

OMnis ſingularis Nominatiuus primæ declinationis, aut terminatur in a, vt *Roma*; aut in as, vt *Æneas*; aut in es, vt *Anchiſes*. Genitiuus vero & datiuus in æ dypthongum deſinunt, & ſemper habent pares ſyllabas cum nominatiuo, niſi dieteſis fiat, vt *aulai* pro *aulæ*. Accuſatiuus ſingularis, æ dypthongum in Græcis terminationibus in as, vel in es, proferunt authores quandoque accuſatiuum more Græco, aut in an, vt *Æneam*, aut in en, vt *Anchiſen*. Et vide quod omnis nominatiuus Latinus a finalem corripit; & tamen quandoque ſeruat eam productam, ſed rarò. Vocatiuus vero ſemper terminatur in a correptam; niſi quòd ſi eſt Græcus, & apud eos producens a, apud nos quoque producit; vt apud Virgiliũ, *Ænea vigila*.

Nominatiuus primæ declinationis habet tres terminationes ſcilicet (a) as, & (es)

Ablatiuus primæ declinationis deſinit ſemper in a productam. Nominatiuus & vocatiuus plurales, ſimiles ſunt genitiuo ſingulari. Genitiuus pluralis fit ab ablatiuo ſingulari, addita rum; quod inde patet, quia producit a penultimam. Et vide, quòd omnes caſus huius declinationis, tam ſingularis numeri, quàm pluralis, habent pares numero ſyllabas, excepto genitiuo plurali, qui ſemper abundat vna ſyllaba, niſi proferatur per ſyncopam, vt *graiugenum pro graiugenarum*. Datiuus vero & ablatiuus plurales fiunt ab ablatiuo ſingulari, extrema a mutata in is, vt à *Muſa Muſis*, & *ab his Muſis*; exceptis paucis fœmininis, quæ ad differentiam maſculinorum, ab ablatiuo ſingulari aſſumũt bus, vt *Deabus, Equabus, Mulabus*, & ſimilia; & exceptis his, *duabus, ambabus*.

De terminationibus ſecundæ declinationis.

Cap. LXIX.

DE declinatione ſecunda. Dicit itaque, quod ſex ſunt terminationes nominatiui eius. In er, vt *Caper*; in ir, vt *vir*; in ur, vt ſatur, ri; in us, vt *clarus*: in eus, vt thideus: in um, quæ vel ſunt neutra, vt *templum*: vel fœminina figuratiuè, ideſt contra terminationem quæ propria eſt neutrorum, vt *hæc Glicerium*. Genitiuus vero ſemper definit in i longam. Datiuus & ablatiuus fiunt à genitiuo, mutata extrema i in o prod. Porro omnes obliqui caſus declinationis ſecundæ, tam ſingulares, quàm plurales, parificantur genitiuo ſingulari in ſyllabarum numero, excepto genitiuo plurali, qui ſemper excedit vna ſyllaba, niſi proferatur per ſyncopam. Quod ergo *Dij* & *Dijs* monoſyllabicè ponuntur, hoc equidem fit per ſyncopã, ideſt per ſubtractionem vnius literæ, ſiue magis etiam per ſinereſim, ideſt coniunctionem e & i in vnam ſyllabam. Quod probatur, vetères enim i finalem, ideſt quam modo proferimus in fine illius dictionis, & quę longa eſt, ſcribebant per ei dypthongum. Nunc autem monoſyllabicè dicitur *Dij* ſubtracta e. Et quoniã ibi ſcribuntur duæ ii, ſubiungit hoc inde fieri, quòd vetuſtiſſimi ſolebant geminare longas vocales, quantum ad ſcripturam, licet vnam ſolummodo pronunciarent: vt ex ſcriptura vocalis oſtenderetur eſſe producta. Dicit etiam, quod *in Dij*, & in *Dijs*: nec non in pronominibus *ij*, & *ijs*, ſcribitur bis ij, cauſa differentiæ. Si enim ſcriberentur *di*, & *dis*, per vnam i, poſſet *di* prępoſitio eſſe, & *dis* pro *dines* intelligi. *I* quoque & *is* verba ſunt: ideoque niſi in prædictis bis eſſet ſcriptum i, poſſet confuſio inde oriri.

RVRSVS ſi nomina ſecundæ declinationis terminentur in us, tunc ſi ſint propria, habentia i ante us, abijciunt us, & faciunt vocatiuum, vt *hic Virgilius*, *o Virgili*: quæ tamen antiqui terminabant in e, dicentes *o Virgilie*, *o Mercurie*. Nos autem cauſa breuitatis, facta apocopa, dicimus *Virgili*, *Mercuri*. Sed vide, quod licet i, in fine huiuſmodi vocatiuorum naturaliter ſit conſonans, profertur tamen vocaliter, ideſt vocali affiniter: quomodo in *cui*, & ſimilibus datiuis, de quibus inducit cauſa ſimilitudinis, probando *cui* & *huic* monaſyllaba eſſe, ratione regulę: Omnis enim genitiuus in iũs deſinens, vna ſyllaba ſuum vult ſuperare datiuum, vt *illius illi*: ergo quia *cuius & huius* ſunt diſſillabi, conſtat *cui* & *huic* monoſyllaba eſſe: & eſt in datiuo *cui*, naturaliter i conſonans: ſed profertur vocaliter, eo quòd i conſonans turpiter ſonat in fine ſyllabæ, ſi proferatur conſonanter. Debuit quoque dici *hui*, quomodo *cui*, quia à genitiuis formantur huiuſcemodi datiui, ablata us: Sed quoniam inuenitur interiectio *hui*, cauſa differentiæ addita eſt c, & dicitur *huic*. *Ei* quoque datiuus debuit monoſyllabus eſſe, & habere i conſonantem, prolatam tamen vocaliter: ſed profertur ſemper diſſyllabicè, ne putetur eſſe interiectio *ei*.

PORRO omnia alia nomina ſecundæ declinationis deſinentia in us, præter propria nomina habẽtia i ante us, con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

us, conuerſa us in e, faciunt vocatiuum, vt *hic Priamus, o Priame.* Excepto *filius*, quod facit *fili*. Credo prꝛterea, quòd ſoleamus vti eo quaſi pro nomine proprio, dicentes *o fili*. Vnde & ſequitur regulam propriorum in ius terminantium. Quamuis dicant alij, hoc eſſe factum cauſa differentiæ, ne ſi *filie* diceretur, putaretur eſſe ab eo quod eſt *filia*. *Addit* vero, quod quędam inæqualiter declinantur, vt *vas* in plurali ſecundæ declinationis eſt, in ſingulari vero tertię. Similiter dicitur *domo* ſecundum ſecundam declinationem; *Domorum* autem & *domuum*, ſecundum quartam & ſecundam, & *domibus* ſemper, nunquam autem *domis*. Item *duo* & *ambo*, genitiuos habent & accuſatiuos ſecundum declinationem ſecundam, datiuos & ablatiuos terminant in bus.

Quędã nominairregulariter declinantur.

De terminationibus tertiæ declinationis.

CAP. LXX.

TErtia declinatio habet terminationes nominatiui. 78. de quibus exemplificat, & paulò plus; quod dicit propter ſpinx, formam cuius inter cæteras non enumerat. Genitiuus ſemper definit in is correptam, excepto *vis*, quia producitur. Datiuus vero fit à genitiuo abiecta s, & producta i, vt *Cicero Ciceronis, oni.* Omnia vero nomina tertiæ declinationis habentia genitiuum ſimilem nominatiuo, ſi fuerint Græca, ideſt ab eis detorta, vel propria, faciunt accuſatiuum in im, vt *Tyberim, Neapolim, Caribdim*; præter *alpis*, quod facit *alpem*; de quo tamẽ, & de eo quod eſt *ſyrtis*, dicit quod ſemper ſunt pluralia, licet inueniantur ſingulariter prolata. Cætera vero omnia in em ſolam faciunt accuſatiuum, vt *hunc patrem, leporem*: Exceptis iſtis *turrim, burim, ſecurim, puppim, ſitim, reſtim, vim, peluim, tuſſim, magudarim*; quorum quædam tantum definunt in im, vt *ſitim*; quædam tam in em, quàm in im, vt *turrem vel turrim, puppem vel puppim.* Vocatiuus ſimilis eſt ſuo nominatiuo, niſi, quòd in Græcis ſeruant authores plerumque vocatiuum Græcum, vt *Thebais, o Thebai; Pallas, o Palla.*

Nominatiuus tertiæ habet 79 terminationes.

De formatione ablatiui eiuſdem.

CAP. LXXI.

ABlatiuus ſingularis in alijs profertur per e correptam, in alijs per i productam, in alijs per e & i. Et primo quidem tradit regulas de illis quæ proferuntur per ſolam i. *Porro* neutra, quæ cum ſint appellatiua, & terminant nominatiuum in e correptam, faciunt ablatiuum in i; vt *mare, ri*; excepto *gauſape*: quæ vero ſunt neutra propria, faciũt ablatiuum ſimilẽ nominatiuo, vt *hoc Prꝛneſte, ab hoc Prꝛneſte. Rurſus* neutra terminantia nominatiuum in al, faciunt ablatiuum in i, vt *tribunal, ali. Neutra* quoque quæ definunt in ar, & producũt a penultimam in obliquis, vt *torcular, calcar*, faciunt ablatiuum in i, *hoc torcular, ab hoc torcularі*; & *hoc calcar, ab hoc calcari. Maſculina* etiam cõmunia definentia in er, vel ls, ſi faciunt neutra in e, proferunt ablatiuum in i; vt *hic, & hęc pedeſtris; ab hoc, & ab hac pedeſtri. Rurſus* omnia, nomina, quæ terminant accuſatiuum in im, faciunt ablatiuum in i. Quæ verò tam in em, quàm im, proferunt ablatiuum tam in e, quàm in i; vt *puppim vel puppem, puppe vel puppi*. Nomina menſium in is vel in er definentia, proferunt ablatiuum in i, vt *Aprilis, Aprili; September, Septembri.*

Regula ablatiui.

Quæ faciunt ablatiuum in (e) & (i)

Adhuc de eodem.

CAP. LXXII.

POrrò quæ trium generum ſunt communia, faciũt ablatiuum indifferenter tã in e, quàm in i; vt *par*, præter *hoſpes* & *ſoſpes*, quæ faciunt in e ſolum. *Rurſus* vero, omnia quorum extrema ſyllaba definit in is, quę a duabus incipit conſonantibus, faciunt ablatiuum tam in e, quàm in i (præter in *uis*, quod facit *ui*) vt *auis, aue, vel aui; vnguis, vngue, vel vngui* &c. *Comparatiua* quoque ſimiliter, vt *melior, meliore, vel meliori. Rurſus* verbalia fœminina definentia in ix, vt *victrix, victrice, vel victrici. Definentia* quoque in as, circumflexum accentum in fine habentia, vt *primas* & *optimas*. *Porrò* in Græcis nominibus vtuntur authores datiuo Græco terminato in e productam, pro ablatiuo, vt Lucanus. *Signáq; ab Eufrate* &c. *Fame* etiam inuenitur in ablatiuo, producta e, vt apud Lucanum. *Nam mandate fame* &c. Sed puto inde hoc eſſe, quoniam antiqui dicebant *fames*, *famei*, ſub quinta delinatione. Idemque de conſimilibus intellige.

Vnde nominatiuus pluralis.

NOMINATIVVS vero pluralis in maſculinis & fœmininis, fit à genitiuo ſingulari, mutata is in es, vt *huius conſulis, hi conſules. In neutris* vero terminantibus ablatiuum in i; vel tam in e, quàm in i, fit nominatiuus pluralis ab eodem ablatiuo, correpta i, & addita a; vt à *mari maria*, à *felice vel felici, felicia.* Excipit autem à *vetere, vel veteri, vetera*, & à *ludicri, ludicra*; & exceptis comparatiuis, quæ faciunt nominatiuos plurales in a, non in ia, vt *maiora. Quę* vero neutra terminant ablatiuum ſolum in e, mutata eadem e in a, faciunt nominatiuum pluralem, vt à *numine, numina.*

Vnde genitiuus pluralis.

GENITIVVS vero pluralis naſcitur ab ablatiuo ſingulari, ita tamen quod modo in um, modò in ium definit; quod hoc modo poterit diſcerni. Si ablatiuus definit in i; vel tam in e, quàm in i correptam, aſſumit um: vt à *ſedile ſedilium*, à *felice, vel felici, felicium*; Exceptis comparatiuis, quæ ſemper carent i in genitiuo plurali, vt à *maiore vel maiori, horum maiorum*: quod tamen quidam dicunt fieri per ſyncopam i literæ: Et exceptis definentibus in us, & in il, & in or trium generum, & exeuntibus in ex, quando communis ſunt generis, quæ omnia genitiuum pluralem faciunt in um, & non in ium: vt *vetus à vetere, vel veteri veterum: vigil à vigile, vel vigili, vigilum: memor, à memore, vel ri, memorum: ſupplex à ſupplice, vel ſupplici, ſupplicum*, *Rurſus* nomina ablatiuum in e ſolam terminantia, quorum nominatiuus in duas definit conſonantes, mutata e in i breuem, aſſumunt um, vt *vrbs, ab vrbe, vrbium*: Exceptis definentibus in ms, vel ps, quæ omnia e ablatiui conuertentia in um, faciunt genitiuum, niſi ſint à capite compoſita, vt *hyems princeps. Omnia* quoque pluralia quæ non habent ex ſe ſingularia, faciunt genitiuum in ium, vt *vires, virium.* Sed nunquid inuenitur *vis*? Dicimus quod hoc plurale non eſt ex illo ſingulari regulariter, cum ſecundum regularem formationem à genitiuo *vis*, debuit dici *ves* non *vires*. Porro ab *alite*, dicitur *alituum*, per interpoſitionem u & à *boue boum*, ſubtracta u, quod regulariter deberet dici *bouum.*

Vnde datiuus & ablatiuus.

DATIVVS & ablatiuus naſcuntur à ſingulari genitiuo interpoſita bu; vt *huius hominis, his & ab his hominibus*: excepto *bobus*, euphoniæ cauſa, pro *boubus. Accuſatiuus* pluralis ſimilis eſt nominatiuo, ſicut & vocatiuus; exceptis quibuſdam Græcis, quæ faciunt in is productam, vt *hac ſardis, has ſardis*: & Græcis quæ faciunt in as, & es: vt *has pixides, vel pixidas*: & quorum genitiuus terminatur in ium, quæ apud veteres frequenter fiunt in is, & raro in es, vt *omneis vel omnes*: & nominibus ſemper pluralibus vt *hos maneis, vel manes. Vires* tamen facit in es tantum.

Vnde accuſatiuus.

Determinationibus quartę, & quintę declinationis.

CAP. LXXIII.

QVarta declinatio duas habet terminationes in nominatiuo: vnam in us, vt *domus*, alteram in u, vt *cornu, gelu*, quod ſub vna voce per omnes caſus diſcurrit in ſingulari numero. In plurali vero decli-

Nominatiuus quartæ duas habet terminationes ſcilicet (us) & (u)

natur

natur ſecundum quartam declinationem, & eſt in omni numero generis neutri. Genitiuus ſimilis eſt nominatiuo, niſi quòd in us productam terminatur. Ablatiuus vero fit à genitiuo, abiecta s. Ideo autem magis à genitiuo, quia in ablatiuo producitur u. Nominatiuus & accuſatiuus & vocatiuus plurales, ſimiles ſunt genitiuo ſingulari, niſi in neutris. Ideo quoque magis à genitiuo, quia vbique in his producitur u. Genitiuus pluralis fit à nominatiuo ſingulari, quia vtrobique corripitur u. Datiuus & ablatiuus pluralis, à nominatiuo ſingulari, mutata u in i correptam, & addita bus; vt *ab his manibus*: niſi quod in quibuſdam cauſa differentiæ ſeruatur u. vt *artubus, partubus, arcubus*; ne ſi dicamus *artibus, partibus, arcibus*, videantur eſſe ab *arte, parte, & arcu*. Quidam addunt *ficubus*, quod non eſt regulare. Dicimus tamen etiam *portubus, tribus*, lacubus, nulla differentia cogente.

Nominatiuus quinta eſt ſemper in (es)

AGIT poſtea de quinta declinatione, cuius nominatiui terminatio vna eſt, ſcilicet in es productam, vt *dies*. Et vide ſi nominatiuus habet i penul. puram, tũc producitur penultima e genitiui, & datiui. Si vero habeat conſonantem ante es, vt *fides*, corripitur penul. genitiui, & datiui, vt *fidei*. Accuſatiuus fit à nominatiuo, s mutata in m. Vocatiuus nominatiuo ſimilis eſt. Ablatiuus à nominatiuo fit, ſubtracta vltima s. Nominatiuus, accuſatiuus, & vocatiuus plurales, ſimiles ſunt nominatiuo ſingulari. Genitiuus fit, addita ablatiuo ſingulari rum. Datiuus & ablatiuus fiunt ab ablatiuo ſingulari, adiecta bus, vt *ab hac re, his, & ab his rebus*.

De verbo, & eius ſignificatione.

CAP. LXXIIII.

POſt tractatum nominis tractat Priſcianus de verbo, & ordine congruo. Quia nomen repertum eſt propter ſubſtantiam, verbum vero propter actionem, & paſſionem; ideo nomen prius eſt verbo, ſicut ſubſtantia prior eſt actione & paſſione. Verbum dicitur à verberatu aeris, & hoc antonomaſicè, ideſt per excellentiam. *Verbum igitur eſt pars orationis, vnum principale ſignificationis genus continens cum temporibus.*

Quod verbum & vnde dictũ.

Verba enim principaliter ſignificant agere vel pati: Sed cum tempore, id eſt conſignificando, vel in præſenti, vel in præterito, vel in futuro. Omne verbum ſignificat actionem, vel paſſionem; non quod omne ſignificet id quod eſt actio, vel paſſio; ſed quia vel hoc vel aliquid aliud, modo actionis, vel modo paſſionis, ideſt cum tempore in terminatione verbali, & vt de altero dicitur. Addit etiam quòd proprium eſt verbi, actionem, vel paſſionem, ſiue vtrumque ſignificare. Quod dicit propter communia verba, vt eſt *oſculor*. Et quoniam habent hoc infinita verba, ſicut & alia, inde eſt quod ea ſunt orationis pars.

Solutio obiect.

CONTRA illos qui dicũt, quod omne id quod verbo ſignificatur, eſt actio, vel paſſio, opponitur de huiuſmodi verbis, *Viuo, & Dormio*. Sed dicunt quod *agere iſtud* verbum, quandoque ponitur abſolute, & tunc eſt generaliſſimum, & continet omnia quæ poſſunt reſponderi ad hanc interrogationem, quid agit? Aliquando vero tranſitiuè, & tunc continet ſolas actiones in aliud cum motu tranſeuntes, vt *legere*, & huiuſmodi. Itaque *Viuo* ſignificat agere, ideſt aliquid quod poteſt reſponderi ad quid agit? Et hoc idem de cęteris verbis abſolutis neutris dicunt.

SED rurſus illis opponitur de verbo ſubſtantiuo *Eſt*, præſertim cum Priſcianus dicat quod ſubſtantiam ſignificat. Dicunt igitur quidam, quod *Sum* ſignificat ex prima ſui inuentione quandam abſolutam actionem, ſcilicet inter res permanentiam, ſed inde tranſlatum ad ſignificandam ſubſtãtiam. Alij dicunt quod ſignificat actionem quamlibet, vel paſſionem; non ex ſe, ſed ex adiuncto participio, vt cum dicitur, *Sum legens*, ſignificat actionem eandem, quam *Lego*. cum vero dicitur. *Sum lectus*, paſſionem eandem quã *legor*: & ſic ex diuerſis adiunctis, diuerſas actiones ſignificat, vel paſſiones. Alij dicunt iterum, quod ſignificat actionem talem, ſcilicet inhærẽtiam prędicati & ſubiecti: ſed hoc tantum fit quando eſt tertium adiacens. Cum vero opponitur eis de vocatiuis verbis, cuiuſmodi ſunt, *vocor*, & *nominor*: dicunt quod ſignificãt paſſionem duobus modis; abſolutè, vt *Nominor Socrates*: & tranſitiuè, vt *Nominor ab iſto*. *Nos vero* facile omnia prædicta ſoluimus, non enim dicimus quod omne verbum ſignificet id quod eſt actio, vel paſſio: ſed quicquid aliud ſignificet, modo actionis, vel paſſionis ſignificat.

Solutio

De ſignificatione verbi ſubſtantiui.

CAP. LXXV.

PRimò ergo dicendum eſt, quòd cum ſint decem prima rerum genera, omnia tamen idem actu ſũt cũ ſubſtantia. Socrates enim & albedo Socratis, quantum ad eſſe, actu non differunt. Quid enim aliud eſt albedinem Socratis eſſe actu, quam Socratem album? Subſtantia itaque iunctiua eſt accidentium: omnia namque accidentia in ſe recipit, & copulat ſibi, & vnit. Quamuis vero ſubſtantia, & omnia quæ in ea ſunt, idem ſint actu, ratio tamen diſcernit & diſſiungit, vt ſubſtantiam intelligat, ſcilicet per ſe, & accidẽtia per ſe. Repertum eſt itaque nomen ad ſignificandum ſubſtantiam, eo modo quo à ratione perpenditur, & ipſa ab accidentibns diſcernitur. Hoc autẽ eſt iſtud nomen *Subſtantia*, quia dicitur à ſubſtando. Res vero vt informis eſt, ſic apta eſt ſubſtare, hoc eſt formas recipere, non vt iam formata eſt. Iſtud ergo nomen ſic ſignificat ſubſtantiã, vt ſine accidentibus intelligitur. Sed quoniam ſubſtantia ſic vnit ſibi accidentia, & recipit, vt idem actu ſint, repertum eſt nomen etiam quod ſignificat ſubſtantiam confuſè; hoc eſt, non diſcernendo ab accidentibus, ſed vt ſubſtantia cum ſuis accidentibus vnum actu eſt, hoc eſt nomen *Ens*. Subſtantia enim non ſic eſt, vt ſine accidẽtibus intelligitur: immo ſic eſt, vt accidentibus informatur: ideoque competenter ei attributũ eſt hoc nomen *Ens*, ſecundum hoc quod accidentia recipit in ſe. Dicimus itaque, quod *Ens* ſignificat illud idem quod ſubſtantia, ſed aliter: quoniam ſubſtantia ſignificat diſcernendo, *Ens* vero confuſè, ſicut dictum eſt. Vnde quamuis Ens nihil aliud ſignificet quam ſubſtantiam, quia tamen ei datum eſt, ſecundum hoc quod accidentia recipit in ſe, inde eſt quod hoc nomens Ens tranſumitur ad nominandum accidentia, licet ſolam ſubſtantiam ſignificet, velut cum dicitur *Albedo eſt Ens*. Si enim verè inſpicias, ſubſtantia ſola proprie eſt, accidens vero ineſt.

Ens ſolam ſubſtantiam proprie ſignificat, eamq; confuſè.

DICIMVS igitur quod *Sum* ſignificat ſubſtantiam, ſed vt de altero dicitur, ſcilicet cum tempore, & in verbali terminatione, & ita per modum actionis. Et quoniam ſubſtantia vnitiua eſt omnium rerum aliarum, & accidentia vnit ſibi, & copulat; Inde eſt quod *Sum* copulatiuum eſt, eo ſcilicet quod ſubſtantiam, quæ ſibi vnit cætera & copulat, ſignificet. Quid vero de verbis ſentiamus vocatiuis, loco ſuo explicabimus. Dicit itaque Priſcianus, quod *proprium eſt verbis ſignificare actionem, vel paſſionem, ſiue vtrũque*. Sed quia hoc habent verbalia nomina, vt *lectio*, addit *cum modis, & formis, & temporibus*. Sed quia hoc totum habet participium; quamuis enim nõ habeat modos ſecundum vocem, habet tamen modos ſecundum rem, ex adiuncto verbi ſubſtantiui, vt cum dicitur, *Lectus ſum, Lectus eſto*; Ideo ad remotionem participij, addit *ſine caſu*.

Proprium eſt verbi ſignificare actionem vel paſſionem cum teporibus & ſine caſu.

Hæc doctrina ſupponit eandem eſſe exiſtentiam ſubſtãtiæ & accidẽtis & hoc eſt eſſe actu idem; alioquin ſi de eſſentia intelligatur, falſum omnino eſt quod ſubſtãtia & accidens ſint actu idem, & ſola ratione diſtincta.

De quatuor cauſis defectuum in accidentibus verbi, & aliarum partium.

CAP. LXXVI.

ENumerat Priſcianus accidentia verbi. Sed quoniam quædam verba in quibuſdam accidentibus deficiunt, antequam agat de eis, cauſas defectuum oſtendit, tam in hac orationis parte, quam in cæteris. Dicit itaque quod duplex eſt cauſa defectuum, neceſſitas naturę, & caſus fortunæ. Et eſt neceſſitas naturæ, quando vel ſignificatio repugnat, vt imperatiuus caret prima perſona ſingulari; conſignificat enim imperatorem, & nos non poſſumus nobiſipſis imperare; B vel quãdo natura vocis: vt ab eo quod eſt *curſor*, prohibet, *curſrix* fœmininum, elementorum inconſonãtia, dicere. Caſu vero fortunæ deficit accidens, quando nec natura ſignificationis nec vocis repugnat, quin vox in tali accidente proferatur; ſed tamen non inuenitur in eo prolata, vt *prex* in ſingulari numero in nominatiuo caſu non dicitur.

Duplex eſt cauſa defectuum in accidentibus partium orationis, ſcilicet neceſſitas naturæ & caſus fortunæ.

Neceſſitas naturæ duplex.

NECESSITAS itaque naturæ in duo diuiditur: in naturam ſignificati; & conſonantiam elementorum. Igitur pronomina primitiua tertiæ perſonæ carẽt vocatiuis, repugnante natura, attenta ſignificatione propter quam nata, ideſt reperta ſunt vocabula. Omne enim pronomen huiuſmodi repertum eſt ad ſignificandum in omni caſu ſuo, de quo ſermo eſt, extra proprietatem primæ & ſecundæ perſonæ; cum vocatiuus ſẽper C ſit ſecundæ. Eadem quoque cauſa, *ſui*, *ſibi*, non poteſt nominatiuum habere. Sic enim repertũ eſt, vt ſignificet rem vt *parietem*, vel in reciproca conſtructione, vt *Socrates inuidet ſibi*; vel in re tranſitiua, vt *precatur ille* vt *ſe cuſtodiat*. In huiuſmodi cõſtructionibus factis, & non per verba paſſiua, nominatiuus non poteſt ſignificare rem, ſed ſolummodo obliquus. Idcirco vero diximus, *non per paſſiua verba*, quia ſi per paſſiua fiant, res vt patiens, poteſt ſignificari per nominatiuum, vt *Socrates diluitur à ſeipſo*, & ſimilia; licet fortaſſe nec in huiuſmodi conſtructionibus locum poſſet habere nominatiuus ſui, propter relationem quam conſignat. Similiter interrogatiua, & infinita nomina, vt *quis* & *aliquis*, carent vocatiuis. Semper enim ſignificãt rem abſentẽ, vel quaſi abſentem; cum vocatiuus ſignificet ſemper rem finitè, & vt præſentem.

Reijcienda propter inconſonantiam.

PROPTER inconſonantiam vero dicit deficere, *curſrix*, *& tonſrix*, *expulſrix*, pro quo Cicero inquit *expultrix*, ſicut *tonſtrix*, pro *tonſrix*, cum illa prædicta exigeret analogia. Maſculina enim verbalia in tor deſinentia, mutatione or in rix, faciunt ex ſe fœminina, vt *amator*, *amatrix*. Per fortunam quoque, id eſt caſu, dicit deficere quædam; & hoc duobus modis, vel quia inuſitata ſunt, vt *prex* & *ditio*; vel quia incontinua ſũt, propter turpitudinem ſoni vel aſperitatem; vt quoniam turpe eſt dicere *metuturus*, aſperum *nutritrix*, dicitur *nutrix* per conciſionem; cum regula prædicta ab eo quod eſt *nutritor* exigeret *nutritrix*. Turpe quoque erat dicere cum nobis quia turpiter ſonat m ante n, niſi ſit eiuſdem ſyllabæ; ideoque præpoſterè profertur *nobiſcum*, & *cauſa eius*, *mecum*, & *ſecum*, & ſimilia: nec enim *mecum* vna pars eſt (vt quidam æſtimant) ſed duæ.

De cauſa differentiæ, qua ſolent quædam taceri, vel contra regulam proferri.

CAP. LXXVII.

CONCLVDIT itaque, quod per vnum quatuor modorum prædictorum, deficiunt plerunque partes orationis. Plerunque autem dicit ideo, quia cauſa differentiæ ſolẽt etiam quædam taceri, vel etiam contra regulam proferri. *Taceri*, vt quoniam *fas* non habet genitiuum. Siue enim dicatur *fatis*, ſiue *faris*, ſiue *faſſis*, aliud poteſt ſignificare. Coniunx vero cauſa differentiæ facit cõiugis, ne videretur ſecunda perſona verbi *coniungo*, ſi diceretur, *coniungis*, quod eſſet regulare. Omnia enim deſinentia in x, debent mutare x in gis, vt *rex regis*, vel in cis, vt *vox vocis*, & ſic facere genitiuum. *Pone* iterum, cum eſt aduerbium, habet accentum in fine, ne videatur verbum eſſe. *Venus* quoque contra regulam facit. *Veneris*, ne dicatur eſſe verbum, ſi dicatur *veni*, quod eſſet regulare. Omnia enim propria in us correptam deſinentia, regulariter ſecundæ ſunt declinationis. *Far* quoque in genitiuo duplicauit r, ne ſi *faris* diceretur, videretur eſſe ſecũda perſona verbi. *Item* cum verba ſecundæ coniugationis deſinentia in neo, faciunt pręteritum in nui, vt *teneo*, *tenui*; *maneo* facit *manſi*, ne ſi dicatur *manui*, putetur datiuus huius nominis *manus*. A *neo* quoque fit *neui*, ne ſi diceretur *nui*, putaretur dici à *nuo*. *Eadem* etiam de cauſa dicitur, *fac*, *dic*, *duc*, *fer*, ne ſi dicatur *face* (quod eſſet analogum, vt lege) videatur ablatiuus huius nominis, *fax*, *facis*. Sic & de alijs intellige; non tamen in omnibus vniuocis, ideſt in quibus vox eſt vna, & diuerſæ ſignificationes, ſolet hoc fieri, vt cauſa ſcilicet differentiæ, vel taceantur, vel contra regulam proferantur, vtpote canis indifferenter, & nomen eſt, & verbum. Et vide, quod vniuoca appellat, quæ dialectici dicunt æquiuoca.

Cauſa differentiæ, nonnulla ſolent taceri, & cõtra regulam proferri.

De Accidentibus verbi, & primo de Genere.

CAP. LXXVIII.

OSTENSIS itaque cauſis defectuum, reuertitur ad accidentia verbi, vt de illis agat. Sunt autem octo. Significatio vel genus, tempus, modus, figura, ſpecies, coniugatio, perſona cum numero. Quæ duo ſimul coniungit, quia cuicunque parti accidit perſona, & numerus, & econuerſo. *Eſt igitur genus. Verbi qualitas verborum contracta ex terminatione & ſignificatione.* Nec enim ſola terminatio facit genus, cum eandem terminationem habeant verba diuerſorum generum, vt Actiua, & Neutra; ſimiliter nec ſola ſignificatio. Idcirco de vtroque dicendum eſt.

Accidentia verbi ſunt octo.

Quid genus verbi.

SVNT ergo duæ terminationes Verborum omD nium ferè, in o, & in or. Ferè dico, propter quædam anomala, vt *Sum*; & defectiua, vt *Memini*. *Significationes* vero verborum ſunt, vel actus tranſiens in rationalem creaturam, vt *Video Socratem* vel actus trãſiẽs in ſola nõ rationalia, vt *Comedo piſcem*; vel actus non tranſiens, vt *Viuo*; vel paſſio illata ab alio, vt *Videor à Socrate*; vel paſſio nata intrinſecus, vt *Rubeo*. Igitur actiuum genus eſt proprietas Verbi deſinendi in o, & faciendi ex ſe paſſiuum in or; & ſignificandi actum tranſeuntem in rem rationalem. *Neutrum* vero genus, eſt qualitas deſinendi in o, & ſignificandi aliquid quod non ſit actio tranſiens in homines, quicquid ſignificent, ſiue actionem abſolutam, vt *Viuo*; vel paſſionem natam intrinſecus, vt *Rubeo*, vel actum E tranſeuntem in rem non rationalem, vt *Comedo*; præter *facio & noceo*, quæ licet ſint neutra vſu, tamen habent actionem tranſeuntem in homines. *Paſſiuum* quoque genus, eſt qualitas deſinendi in or, & ſignificãdi paſſionem illatam ab alio. *Commune* vero genus, eſt proprietas vel qualitas desinendi in or, & ſignificandi vtrumque, ſcilicet actionem & paſsionem deponens vero genus, eſt qualitas desinendi in or, & ſignificandi vnum ſolum; vel paſsionem illatam ab alio, vel actionem. *Et vide* quod hoc accidens genus, dicitur ſignificatio, quia ex ſignificatione diſcernitur. Eſt itaque ſignificatio æquiuocum ad tria, ad ſignificatum, ad modum ſignificandi, ad accidens quod hic vocatur genus.

Duæ ſunt terminationes omnium ferè verborũ ſcilicet (o) & (or) ex priori dimanat actiuũ genus & neutrũ: ex poſteriori paſſiuum, cõmune & deponens.

Genus dicitur ſignificatio quia ex ſignificatione diſcernitur.

De

De Terminatione ſingulorum generum.

CAP. LXXIX.

Quædã verba in actiua voce paſſionẽ ſignificant.

DIcit poſtea, duas eſſe ſpecies terminantium in o: Actiuam vt *amo*; neutralem, vt *viuo*. *Metuo* quidem & *timeo*, actiua voce ſignificant paſſionẽ, in paſſiua actionẽ. Quid eſt enim *timeo*, niſi quòd mihi timor incutitur: Vel *timeor* quid aliud, quam timorẽ incutio? Addit quoque, quòd verba pertinentia ad ſenſus, vt *audio & video*, in actiua voce videntur paſſionem ſignificare, & in paſſiua actionem: hoc autem inde eſt, quia actum cuiuſque ſenſus præcedit quædam paſſio circa inſtrumenta ſentiendi. Antequam enim homo videat, repercutiuntur radij oculorum; & antequam audiat, percutiuntur aures, voce auribus inſtrepente. Dicimus ergo, quòd huiuſmodi verba actum principaliter ſignificant, ſecundario paſſionem, quæ actum præcedit.

ADDIT quoque deinde, quod terminatio in or tres habet ſpecies. Paſſiuam quæ fit ab actiuo, vt *amor*: Communem vero, cuius vna terminatio actionem ſignificat & paſſionem, vt *oſculor*. Deponentem, quæ cum actiuum non fiat, alteram tantum ſignificationem retinet, vt ſcilicet ideo dicatur deponens, quia alteram deponit ſignificationem, ſecundũ quod videtur deponens dici, reſpectu communis. Bene autem dixit vnam, & non alteram determinatè; quia ſunt quędam quæ ſolam actionem ſignificant, vt *loquor*, quædam quæ paſſionem, vt *naſcor*.

Verba actiua ſignificant actum tranſeuntem in rem rationalẽ, & interdum etiã in alias res.

Actiua & paſſiua cum varijs caſibus cõſtruũtur.

De Actiuis, & Paſſiuis, & eorum conſtructione cum Obliquis.

CAP. LXXX.

ACtiua dicuntur recta, quia ſcilicet non formantur à paſſiuis, ſed paſſiua ab eis: aſſumpta r enim faciunt ex ſe paſſiua iſtæ perſonæ, vt *amo* addita r fit *amor*. Sed ſunt quædam neutra, quæ ex ſe faciunt paſſiua in tertia perſona, vt *aro*. Vnde poteſt dici *aratur terra*. Sed quoniam non ſignificat actum tranſeuntẽ in rem rationalem, non facit paſſiuum in prima perſona, vel ſecunda; ideoque non eſt actiuum. Si ergo quæratur cuius generis eſt, *aratur*. Reſpondendũ eſt paſſiui in tertia perſona, non abſolute paſſiui. Illud quoque videndum eſt, quod verba actiua aliquando ponuntur abſolutè, vt *amo*, aliquando tranſitiuè, & non ad homines; vt *amo virtutem*. Ex ſola ergo potentia iudicantur actiua, Ex quo enim poſſunt in homines tranſire, ſi faciant paſſiuum in or, ſunt actiua, quamuis etiam tranſeant in alia. Sed dicet aliquis, ſecundum hoc *Lego* non deberet dici actiuum, quia non legimus homines, ſed ſcripta ipſorum: Nos autem dicimus, *Lego Platonem*. Vnde Ouidius.

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat &c.

Contendunt enim plerique figuratiuè dictum eſſe *legor*, ideſt ſcripta mea leguntur. Sed quoniam ſignificant actum tranſeuntem in homines, ſiue propriè, ſiue figuratiuè, dicuntur actiua.

ACTIVA conſtruuntur cum genitiuo, vt *abſtineo iurarum*: vel cum datiuo, vt *impero tibi*: vel cum accuſatiuo, vt *accuſo te*: cum ablatiuo & accuſatiuo, vt *video ſolem oculis*. *Paſſiua* conſtruuntur cum ablatiuis, adiuncta eiſdem præpoſitione, vt *accuſor à te*. Sed vide, quòd præpoſitio non regit ablatiuum, ſed ei deſeruit, quia abſque illa interpoſita, verbum paſſiuum non exigit ablatiuum caſum. Si ergo quæris, quæ pars regit te, dicemus *accuſor*. Item paſſiuum conſtruitur cum datiuo, vt *ſeruor tibi*. Et dicunt quidam, quod ſit acquiſitiua conſtructio, quia per datiuum, nec agens, nec patiens perſona deſignatur; ſed ea, ad cuius vtilitatem vel damnum fit illa paſſio.

Solutio dubij.

CVR autem inuenitur actiuum verbum cum cæteris obliquis ſolis, ſed nunquam cum ablatiuo ſolo? Quoniam ablatiuus cum præpoſitione, iunctus actiuo vel neutro, ſignificat perſonam à qua fit remotio, vt *Fugio à te*: Sed iunctus paſſiuo ſignificat perſonam agentem: vnde & ablatiuus caſus, proprius dicitur eſſe paſſiuorum. Quod quando actiuum verbum accuſatiuo & ablatiuo iungitur, accuſatiuus ſignificat rem patientem, ablatiuus cauſam actionis, vel tantummodo terminat, vt *video ſolem oculis*. Illud etiam addit, quod paſsiua conſtruuntur figuratiuè cum accuſatiuo, quando ſcilicet per partem totum oſtenditur, vt *rumpitur aurem*, & eſt ſynecdoche. Eſt altera figura, quando in paſsione intelligitur actio. vt *Capellæ paſcuntur ſiluas*. In hac enim paſsione intelligitur hæc actio, ſcilicet quod rodunt ſiluas: eodemque modo dicitur, *doceor grammaticam*.

De Neutris, & Deponentibus, eorumque ſignificationibus.

CAP. LXXXI.

AGit deinde latius de Neutris, quæ cum habeant formam actiui, tamen ſignificationem non habent. Vnde dicit ea contra formam vocis ſignificare, ſicut etiam in cæteris partibus inuenitur; vt cum *Thebæ* habeat terminationem pluralem, ſignificat tamen rem ſingularem. *Populus* quoque ſignificat plurale, cum ſit terminatione ſingulare. *Gliceriũ* etiam & ſimilia, habent terminationem neutri generis, tamen ſignificatione ſunt fœminina. Ita quoque & verba, cum videantur quantum ad terminationem actiua, ſunt tamen ſignificatione neutra.

Neutra varias habent ſignificationes.

EST igitur prima ſignificatio neutrorum, actio tranſiens in rem rationalem, vt *calefacio te*, & *facio te doctum*, & huiuſmodi alia, quæ ſolo vſu neutra ſunt, cum ſignificatio exigeret quod eſſent actiua. Vnde etiam antiqui dicebant, *facior*. *Secunda* eſt paſſio illata ab alio, vt *vapulo à te*, & *exulo à te*. *Tertia* actio abſoluta, vt *vino*, & ſimilis. *Quarta* etiam ſignificatio eſt actio tranſiens, ſed non in homines, vt *prandeo piſcem*. *Quinta* eſt paſſio intrinſecus nata. vt *rubeo*, & huiuſmodi alia, quæ licet non egeant obliquis caſibus, tamen vel more actiui figuratiuè iunguntur cum accuſatiuo, vt *ardebat Alexim*; vel more paſſiui cum ablatiuo, vt *caleo ab igne*.

QVÆDAM etiam deponentium habent actiuam ſignificationem, vt *præſtolor te & tibi*, & ſignificat vtraque conſtructio idem. *Secunda* eſt paſſio illata ab alio, vt *patior à te*, & *mercor à te*. Et vide, quod patior quandoque iungitur cum accuſatiuo, vt *patior mala*, ſed impropriè. Quòd autem naſcor, & cætera quædam prædicta, paſſiuæ ſint ſignificationis, patet ex eo quòd more paſſiuorum aſſumunt ablatiuum, & datiuum loco ablatiui, vt *naſcor à te*, & *tibi*; ſicut ea quæ actiuę ſunt ſignificationis, aſſumunt vel genitiuum, vt *miſereor tui*, vel datiuum, vt *meditor tibi*; vel accuſatiuum, vt *precor Deum*. *Tertia* ſignificatio deponentium eſt abſoluta actio, vel paſſio intrinſeca. *Labi* enim & *mori*, *lætari*, *gloriari*, paſsiones ſunt intrinſecæ, ſed abſolutæ: *tumulari* vero, *vagari*, *vaticinari*, actiones quoque abſolutæ, & extrinſecæ. *Quarta* eſt paſſio nata intrinſecus, ſed tranſiens, vt *obliuiſcor tui*.

De Abuſionibus verborum in diuerſis generibus.

CAP. LXXXII.

QVæda m paſsiua quandoque abſolutè ponuntur, & ſic in abuſionibus iſtis citra formã vocis ſignificant

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Multa ſunt abuſiones in generibus verborum.

ficant. Sed quæritur, cum *videor*, ponitur abſolutè, vt *videor eſſe bonus*, cuius ſit generis? Dicit enim Priſcianus, quòd ſi ſic proferantur, id eſt cum ablatiuo, ſunt paſſiua, ſi aliter, abſoluta. videtur quòd paſſiui abſoluti. Actiua quoque ſicut paſſiua, quandoque ponuntur abſolutè, vt *audio acutè*.

Oſtendit deinde aliam abuſionem actiuorum, ſcilicet quòd quædam ſunt propriè actiua, quæ pro paſſiuis ponuntur, vt *lauo* pro *lauor*. Item quædam actiua terminatione ſignificant paſſionem, & econuerſo, vt *metuo*. Item vnum & idem verbum aliquando ponitur tranſitiuè in vna ſignificatione; ſed in alia abſolutè, vt *ruo*, *conuenio*. Item quando inuenitur in hac ſignificatione, *illi conuenerunt*, id eſt ſimiliter venerunt, tunc neutrum eſt, ſi vero accipiatur pro *alloquor*, B vt ibi: *Vos inquam conuenio ô Iudæi:* id eſt alloquor, tunc actiuum eſt. Dicit poſtea, quædam verba eſſe, quæ tam actiua quam paſſiua voce ſignificant vnum & idem, vt *mereo* ſecundum antiquos, & *mereor*; ſed *mæreo mæres* (vnde *mæror*) facit pro præterito *mæſtus ſum*. *Mereo* autem ſecundum antiquos, (vnde meritum dicitur) faciebat *merui*. Et puto, quòd licet *mereo*, *res*, producat primam, *mereo*, *merui*, corripit eandem; quia tamen eadem vox erat *mereo* in vtraque ſignificatione, factum eſt à modernis cauſa differentię vt diceretur *mereor*, deponens. Et quoniam in præterito nulla erat æquiuocatio, retinuerunt præteritum, *merui*. Quando *mereor* deponens erat paſſiuæ terminationis, dederunt etiam ei pro præterito, *meritus ſum*, vt dicatur *mereor*, *mereris*, *meritus ſum*, *vel merui*. C

Aliam iterum dicunt abuſionem, quòd quędam verba actiua primæ coniugationis, faciunt alia ex ſe ſecundæ, quæ ſunt abſoluta, vt *ſordido illum*, id eſt *ſordidum facio*. Et inde *ſordeo*, id eſt *ex me fio ſordidus*. Eodem modo *albo illum*, & *albeo*, *duro illum*, & *dureo*, & cætera quæ ſequuntur. Et vide, quòd *lactare*, quòd inter cætera ponit, nutricis eſt, *lactere* infantis, vnde:

Lacteo lac fugo, lacto lac præbeo nato.

Similiter & *pendeo*, ſuſpenſi eſt, *pendo*, ſuſpendentis.

Pendeo ſuſpenſus, pendo dum ſubleuo pondus.

Item quædam mutant genus in compoſitione; quoniam alterius ſunt generis ſimplicia, alterius compoſita; vt *facio* neutrum eſt, *reficio* compoſitum inde actiuum. Et vide, quòd dicit *ſentio* neutrum eſſe, & D inde compoſitum *Aſſentior* deponens, & *aſſentio* neutrum, in eadem ſignificatione. Ideoque notandum eſt, quòd *ſentio* acceptum pro intelligo, neutrum eſt: Quando vero ad ſenſus pertinet, actiuum eſſe poteſt.

Addit quoque, quòd alijs ſignificationibus, id eſt generibus, inueniuntur ſimplicia in compoſitione genus mutantia, vt *partior* deponens. Et inde *impertio* neutrum, & *impertior* deponens in eodem ſenſu; *ſpicio* actiuum, quod quia non eſt in vſu, probat illud per *aſpicio* inde compoſitum, vnde & componitur *conſpicor conſpicaris* deponens, mutata coniugatione. Porrò ex *facio* componuntur quædam, quæ pariter mutant & genus, & coniugationem, vt *gratificor*. Addit quoque, quòd licet facio in quibuſdam compoſitis mutet genus, & non coniugationem, in quibuſdam vtrumque, tamen ſunt quædam in quibus neutrum eorum E mutat, nec etiam accidens; vt *calefacio*, *facis*, & ſimilia; quamuis in ſecunda & tertia perſona, citra regulam aliorum quæ triſſyllaba, vel vltra ſunt, quæ acuunt penultimam, ſit correpta. Item quædam in diuerſo genere, & diuerſa coniugatione, idem ſignificant; vt *labo*, quod eſt neutrum, & primæ coniugationis; Et *labor*, quod eſt deponens, & tertiæ.

De ſecundo accidente Verbi, ideſt de tempore.

CAP. LXXXIII.

TEmpus (vt antiquis viſum eſt) ttibus modis accipitur, generaliter, totaliter, partialiter. Eſt autem generalis diffinitio temporis hæc. *Tempus eſt dimenſio morę & motus mutabilium rerum*; dicta generalis, quia omni tempori conuenit. Totalis vero diffinitio eſt talis. *Tempus eſt ſpacium, quod cum mundo deſinet.* Dicitur vero totalis, quia huic toti, ſcilicet tempori, conuenit, ita quòd nulli parti illius. Partialis vero, quam ponit Tullius, huiuſmodi eſt. *Tempus eſt pars æternitatis, cum alicuius anni menſura, diurni nocturniue ſpatij, certa ſignificatione.* Appellat autem æternitatem, illud magnum ſpatium quod cum mundo incœpit. Dixerunt itaque antiqui, quod ſecundum hanc vltimam acceptionem, Tempus verbo accidit; quia verbum ſignificat, (vt eis videtur) non illud ſpatium, ſed partes eius.

Quid tẽpus.

Verbũ potius ſignificat quando, quã tẽporis quãtitatem.

QVOD longe aliter mihi videtur. Non enim verba puto conſignificare temporis quantitatem, ſed tempus quando, ſicut ſuperius dictum eſt. De temporis tamen quantitate vbique in hoc tractatu ferè loquitur Priſcianus, non quod verbum huiuſmodi temporis ſignificet, ſed quoniam tempus quando, temporum quantitati adiacet, vt per tempus quod eſt quantitas, perfectam de tempore quod eſt quando, habere poſſimus doctrinam. Si ergo proprie loqui velimus, dicemus verbum præſentis temporis eſſe, vel præteriti, vel futuri. Itaque tempus eſt ſecundaria ſignificatio verbi, non communis proprietas. Sic enim principaliter agere vel pati ſignificat, vt ſecundario etiam quãdo ſignificat, id eſt vel in præſenti, vel in præterito, vel in futuro, vt dictum eſt. Dico igitur quod tempus accidit verbo, ideſt accidit ei ſignificare cum tempore.

De diuiſione eius in tria tempora.

CAP. LXXXIIII.

DIuidit vero poſtea tempus, in præſens, & præteritum, & futurum. Sed quæritur an verbum quod ſignificat præſens tempus, conſignificet illud præſens in quo profertur. Quod ſi ita eſt; nunquam veraciter poteſt aliquis dicere, vel taceo, vel bibo, vel dormio. Ideoque dixerunt alij, quod ſignificat illud præſens in quo incipit proferri. Alij, quòd conſignificat illud præſens in quo res ſua agitur. Sed ſecundum iſtos ſemper verum diceret quicunque diceret, *lego*. Nos tamen dicimus, quod verbum non conſignificat præſens tempus, ſed ſignificat aliquid in præſenti tempore.

Verbum præſentis tẽporis ſignificat aliquid in præſenti tempore, non autem tẽpus præſẽs.

POSTEA vero diuidit præteritum tempus, in præteritum perfectum, imperfectum, & pluſquam perfectum. Et vide, quod hæc diuiſio non fit propterſe; tempus enim omne poſtquam perfectum eſt, ex toto & perfecte præteritum eſt; ſed eſt ſecundum actiones noſtras, vel paſſiones, quas quandoque relinquimus imperfectas; quandoque vero iam pridem perfectæ ſunt, igitur in ſolo præterito tres voces repertæ ſunt diuerſæ, ad deſignandas præteritæ actionis vel paſſionis diuerſitates, ſecundum quas præterita ex vi præteritionis, ſe noſtræ offerunt notitiæ. Et vt certius dicam, præterita quantum ad præteriti naturam, ſunt certiſſima, cum pleraque præſentia & futura habeant eſſe incerta. Pleraque dictum eſt, propter neceſſaria. Ea enim quæ contingunt, quatuor modis veniunt. Caſu, vt *inuentio theſauri*. Libero arbitrio, vt *legere*. Facilitate naturæ, vt *calami contritio*. Natura, vt *hominem mori*. Sed ea ſola quæ natura eueniunt, ineuitabilia. & ideo certa ſunt: Cætera enim præſentia &

Præteritũ cur triplex.

futura

futura incerta ſunt. Ideoque non ſunt voces diuerſæ à Latinis repertæ, ad deſignandas varietates præſentiũ, & futurorum. Græci tamen diuidũt futurum in duo, in infinitum futurum, & paulopoſt futurum. Nos autem hoc melius per adiunctum determinamus, vt *legam in proximo*, & huiuſmodi.

De inſtanti.

CAP. LXXXV.

Tempus præſens dicitur dupliciter.

INſtans eſt *indiuiduum, quod vix aſtare poteſt*. Dicunt quidam, quòd agit hic de duplici præſenti. Ad cuius rei intellectum dicendum eſt, quòd præſens aliud eſt ſimplex, aliud cõpoſitum. Simplex vero præſens eſt, de quo nihil eſt præteritum, nihil futurum. Sed in vno ſimplici præſenti nihil agi poteſt, ſtatimque tranſit; vnde tale præſens non conſignificatur à verbo, niſi ſubſtantiuo, vel vocatiuo. Hoc autem ſimplex ſic deſcribitur, *quod cum ſit finis præteriti, eſt initium futuri*: vel ita. *quod cum incipit, ſtatim eſſe deſinit. Præſens quoque compoſitum eſt, cuius pars præterit, pars futura eſt, & pars exiſtit.* Sed tamen illud compoſitum dicitur præſens, propter ſimplicem ſui particulam, quæ exiſtit. In tali vero præſenti poteſt aliquid fieri; vnde & dicunt tale præſens à verbo ſignificari: legunt itaque literam de ſimplici præſenti ſic. *Inſtans id eſt ſimplex præſens, eſt indiuiduum*, quia caret partibus, & addit *quod vix aſtare poteſt*: Quoniam ſcilicet ſtatim tranſit, & aliud ſuccedit: vnde quia tam ſimplex eſt, quòd nihil in eo perfici poteſt, nominatur à quibuſdam inſtans imperfectum. Alij tamen aliter legunt.

Quid inſtãs.

De temporibus per ſingulos modos diſtinctis.

CAP. LXXXVI.

Indicatiuus habet omnia tempora.

DIcit itaque indicatiuum modum habere omnia tempora, quia ſignificat talem affectum animi, ideſt indicationem, qui omni tempori conuenit. *De imperatiuo* rurſus adiungit, quoniam in præterito deficit. Natura enim imperandi fert, vt vel in præſenti, vel in futuro aliquid ſemper imperemus fieri, numquam autem in præterito. Dicit tamen apud Græcos imperatiuum eſſe præteriti. Nam aliquando imperamus de re non exiſtente, vt in tempore futuro perfecta ſit, & tranſacta, vt ſi alicui imperem, prima hora cras aperta ſit porta, impero vt cras prima hora præterierit actus aperiendi portam. Nos autem ſenſum hunc complemus circumlocutione.

Optatiuus habet etiam omnia tempora ſuo modo.

DE optatiuo dicit, quod tempora habet omnia, quamuis omnis optatio ad futurum pertineat. Habet igitur præſens & præteritum, non quod rem præſentem vel præteritam deſideremus, ſed quoniam vt præſens vel vt præterita ſit optamus, *& coniuncta* quidem dicit eſſe præſens & præteritum imperfectum, propter cognationem quæ maxima eſt inter ea, ex eo videlicet quòd vtrumque imperfectum eſt. Præſens enim imperfectum idcirco eſt, quoniam de eo aliquid futurum eſt. *Item* præteritum perfectum & pluſquam perfectum merito coniuncta ſunt, quoniam vna & eadem voce licet optare rem, vel paulo ante, vel multo ante perfectam. *De ſubiunctiuo* autem modo dicit, quod coniuncta tempora non habet prorſus apud Latinos, cum coniuncta quædam habeat apud Græcos.

Infinitiuus modus habet coniuncta tempora.

AD vltimum vero agit de infinitiuo modo, dicens quod habet coniuncta tempora, præſens, & præteritum imperfectum, eo quod vna voce infiniti deſignatur vtrumque iſtorum: Et rurſus cõiuncta habet præteritum perfectum, & pluſquam perfectum. Habet autem infinitiuus vim nominis ipſius rei, & in ſignificatione, & in cõſtructione: vt enim nomen rei ipſius verbi ſignificat actionem, vel paſſionem; non determinando illam ineſſe alicui, ſic & infinitum. Cum enim dico, *Legere eſt vtile*; non determino illã actionem alicui ineſſe. Rurſus vt nomen rei verbi conſtruitur cum verbo ſubſtantiuo, & nomine ad deſignandum qualitatem actionis, ſic & verbum infinitum. Dicimus enim, *Legere bonum eſt*, quomodo *lectio bona eſt*. Item omnes alij modi reſoluuntur in infinitum. Quiſque etenim aliorum reſoluitur per verbum deſignans ſui animi affectum, & per ſuum infinitum, vt quoniam lego indicatiui modi eſt, reſoluitur per verbum indicationis, quod eſt *indico*, & per ſuum infinitum: lego enim nihil aliud eſt, niſi quòd me legere indico. Idemque in cæteris modis.

De Gerundijs.

CAP. LXXXVII.

Quid Gerũdia & Supina.

FINITO itaque tractatu de modis verborum, agit de gerundio. Non quòd illud verbum eſſe indicet: ſed quia Donatus & ſui reputauerunt illud eſſe verbum. Gerundia igitur ſiue participalia, ſunt ſecundum quoſdam deſinentia in di, & do, & dum, vt *legendi*, *legendo*, *legendum*. Supina vero, deſinentia in um, & in u, vt *lectum*, *lectu*. Secundum Priſcianum vero, iſta quinque omnia gerundia ſunt, vel participalia, ſed diuerſis de cauſis ſic vocata. Dicuntur enim gerundia, quia gerunt ſignificationem ſui verbi; vel quia ex maxima parte gerunt ſignificationem vtramque, ſcilicet actionis & paſſionis. Quod eſt quando ab actiuis & communibus fiunt, vt *venio cauſa videndi*, id eſt vt videam, *vel* videar. Similiter *venio viſu*, id eſt de loco vbi viſus ſum, vel vidi, ſic & in ſimilibus. Participalia vero dicuntur, quia ſunt ſimilia participijs, quæ ſemper ſupinantur, id eſt ab aliquo verbo deriuantur, vel quia ſimilia ſunt participijs.

Gerundia non videtur eſſe verba, licet quibuſdam ita videatur.

Hæc igitur gerundia à quibuſdam verba vocantur, quoniam loco verborum ponuntur. Vbi enim ponimus terminationem in di, ponunt Græci infinitiuum verbum, cum genitiui articulo. Vbi nos in do ponimus, ponunt infinitiuum cum datiui articulo. Vbi nos in dum ponimus, illi ponunt infinitiuum cum accuſatiui articulo. Item conſtruuntur cum eiſdem obliquis caſibus, cum quibus & verba, & eodem modo, id eſt tranſitiuè & reciprocè. Et hoc eſt quare quibuſdam verba videantur eſſe. Quibuſdam autem econtrario videtur, quòd cum non ſignificent tempus, verba eſſe non poſſunt. Rurſus adiungitur quibuſdam eorum præpoſitio per appoſitionem, vt *in legendo*, & *ad legendum*, quod non fit cum verbo.

Quod Gerundia ſunt nomina non verba.

CAP. LXXXVIII.

Gerũdia sũt nomina, ſed nec ſubſtantiua nec adiectiua.

NOS autem Priſcianum ſequentes, gerundia dicimus eſſe nomina, illud tranſlata ad ſignificandum quod verba (tempore excepto) & vt habeant conſtructionem ipſorum. Illud etiam dicimus, quòd tria eorum, terminantia in di, do, dum, generis ſunt neutri, & triptota, & ſingularis numeri. Et vide, quòd ſingularis numeri dicuntur, propter ſolam terminationem, cum indefinitè conſtruantur cum ſingulari, & plurali numero, vt *Legendo Virgilium*, & *Legendo libros vigilo*. Eſt autem terminatio in di, genitiui caſus, terminatio in do, ablatiui; terminatio in dum, accuſatiui: vnde præpoſitiones eis apponuntur. Illa vero gerundia quæ terminantur in um, & in u, generis ſunt maſculini: & illud in um, accuſatiuus caſus; illud in u, ablatiuus

verba-

verbalis nominis quartæ declinationis.

Solutio obiect. Sed dicet aliquis Priſcianum eſſe contra hoc, qui in ordine caſuum præmittit accuſatiuum ablatiuo; cum gerundij terminatio in do, quæ eſt ablatiui caſus, præmittatur ei quæ eſt in dum. Nos autem dicimus hoc ideo factum, quia loco eius ablatiui ponebãt Græci datiuum articuli cum infinito verbo, datiuus autem præiacet accuſatiuo. *Dicet* iterum aliquis, non poſſe fieri vt hæc ſint nomina; quia neque ſubſtantiua ſunt quia per ſe poni non poſſunt; nec adiectiua quia non adiunguntur alijs nominibus intranſitiuè, quod adiectiuis habet cõuenire. Sed nihil nocet hoc, non enim omnia nomina, ſubſtantiua dicimus eſſe, vel adiectiua. *Rurſus*, quòd cum quolibet genere, & perſona, & numero conſtruuntur, hoc non nocet; cum iſtud fiat tranſitiuè. Verum quia poſſunt gerundia verba videri, qui hoc æſtimant corripiunt terminationem in do. Vnde ſi quis quęrat, an in verſu gerundium terminans in do, debeat ſemper produci, analogicè quidem deberet, ſed tamen propter vſum authorum indifferenter ponendum eſt. Probat tamen quod gerundia nomina ſunt, ex eo quòd terminantia in do, & in dum, aſſumunt ſeparatim prępoſitiones.

De conſtructione Gerundiorum.

Cap. LXXXIX.

Solutio dubij. Sed quæritur cum gerundia exigant eoſdem caſus quos & ſua verba; An debeat dici. *In conuertendo dominus captiuitatem Syon*? cum quo enim conſtrueretur ibi *dominus*? Gerundium enim cum nullo caſu videtur debere conſtrui, niſi cum obliquo caſu, cum quo & ſuum verbum. Sin autem dicatur, *In conuertendo dominum*, (vt magiſter Anſelmus voluit) videbitur quod *dominum* habeat ſignificare rem vt patiẽtem, cum tamen domini ſit conuertere, non conuerti. *Dicamus* ergo, quòd quia *conuertendo* ſignificat tam actionem, quam paſſionem, idcirco poteſt conſtrui cum *dominus*, vt ille caſus ſignificet perſonam agentẽ, cum *captiuitatem*, ſicut iſte caſus ſignificet rem vt patientem. Et quoniam *legendus, da, dum*, quando nomen eſt, habet quoſdam obliquos caſus eoſdem in voce cum gerundijs terminantibus in di, & in do, & in dum; quando ponuntur in vi nominũ, conſtruuntur cum dictionibus eiuſdem caſus, eiuſdem generis, & eiuſdem numeri; vt *cauſa legendi Virgilij vigilo, & amanda virtutis, & emendi mancipij*. Cum vero in vi gerundiorum ponuntur, indifferenter conſtruuntur cum omni genere, & numero, & cum eo caſu cum quo & ſuum verbum, vt *legendum eſt Virgilium, & Muſam*.

Solutio dubij. Et quæritur cum dicitur, *legendum eſt Virgilium*, & ſimilia, cum quo conſtruitur? Cum enim ſit accuſatiuus, non videbitur poſſe conſtrui cum eſt verbo intranſitiuè. Et licet quidam dicant quod gerundium ſit accuſatiui caſus, ex vi tamen gerundij conſtruitur intranſitiuè cum *eſt*, & cum aecuſatiuo Virgilium tranſitiuè. Alij vero dicunt, quòd *legendum* ibi ponitur impersonaliter, vnde cum hoc verbo *eſt* intranſitiuè conſtruitur. *Alia* quoque differentia, quòd gerundia ſi ſint ab actiuis vel communibus verbis, ſignificant vtrumque ſcilicet actionem & paſſionem. Vnde Virgilius *cantando* actiue poſuit in Buccol. *Cantando tu illum, aut vnquam tibi fiſtula*, &c. id eſt dum cantares; & paſſiuè ibi: *Cantando rumpitur anguis*; id eſt dum cantatur, hoc eſt dum incantatur.

De Supinis.

Cap. XC.

Agit poſtea de Supinis. Dicitur ergo, quòd deſinens in um, eadem habet ferè ſignificationem quam deſinens in dum, cum *ad* præpoſitione. Quid eſt enim, *vado venatum*, niſi *ad venandum*, ferè tamen dicit, quia non ſolum actionem ſignificat, ſed etiam locum, vt *vado venatum*, ideſt ad locum in quo venet (quemadmodum & propria ciuitatum nomina ſine præpoſitione ſignificant ad locum, vt *vado Romam*) nam cum ponitur in vi accuſatiui huius nominis *venationem*, ſignificat non ſecundum quod inhæret, ſed nominando; Venatum vero ſupinum, venationem quidem ſignificat, ſed ſecundum quod inhæret. *Diſcrimen inter gerundium in dũ, & ſupinum in um.*

Addit quoque, quod ſupinum terminans in u, ablatiuus eſt nominis ipſius rei, & debet poni ſine præpoſitione, vt *venio venatu*. Similiter *venio auditu miſſam*, & ſimilia. Et vide, quòd quia *legendi* actionem ſignificat & paſſionem, ideo poteſt conſtrui, & in vi actiua cum accuſatiuo, ad modum ſui verbi actiui: vt *cauſa legendi Virgilium venio*; & in vi paſſiua cum ablatiuo, ad modum verbi paſſiui, vt *venio cauſa legendi ab aliquo*, ideſt vt ab aliquo legar. Idemque de cæteris notandum eſſe iudico.

De verbis perſonalibus.

Cap. XCI.

Impersonalia conueniunt cum infinitiuis verbis in hoc, quòd & hæc & illa carent numero & perſona, tamen dicitur impersonale, non quòd omnino nullius ſit perſonæ (Omne enim verbum impersonale tertiæ perſonæ eſt, ſaltem terminatione) ſed quoniam perſonam non diſcernit, ſed poteſt indifferenter adiungi, & primæ & ſecundæ & tertiæ perſonæ, ſic, *curritur à me, & à te, & ab illo*. Nec eſt vnus modus verbi, ſed vnum verbum per ſe, ſicut frequentatiuum, & inchoatiuum. Vnde & omnes modos ſuos habet, ſicut & alia verba, & in eiſdem temporibus deficiunt modi impersonalium, in quibus & perſonalium. *Verbum impersonale ſic dicitur quia perſona non diſcernit, non quia nullius ſit perſona.*

Verbum impersonale paſſiuum eſt neutrum. Solutio obiect. Si quæratur cuius generis ſit verbum impersonale paſſiuæ terminationis, vt *curritur*. Putamus dicendũ eſſe neutri, quoniam nec actiuè nec paſſiuè ſignificare videtur. *Si opponatur* ergo terminantur in o & non facit ex ſe paſſiuum. Dicemus illud dictum eſſe de verbis integris. *Si quaratur* iterum an ſignificet actionem vel paſſionem? videtur magis quòd actum ſignificet, cum dicat author, impersonale hanc differentiam ad infinitum habere, quod infinitum quidem eget altero verbo, vt *Volo legere*; Impersonale vero actum perfectum ſignificat, vt *Curritur à me*, pro curro. Et dicimus, quoniam eiuſdem coniugationis eſt, cuius & verbum perfectum à quo deſcendit. Item præter illam conſtructionem quam habet cum ablatiuo, interpoſita præpoſitione, exigit etiam eundem obliquum quem & illud, vnde rationabiliter videtur dici, *legitur ab illo Virgilium*.

De conſignato temporis in verbo ſubſtantiuo, & vocatiuo.

Cap. XCII.

Tempus præſens habet cognationem cum præterito imperfecto & futuro, & ideo omne verbũ (propter ſum) ſignificat quodammodo hæc tria tẽpora. Exequitur deinde cognationem temporum. Dicit itaque quod præſens tempus habet cognationem cum præterito imperfecto & futuro: cum illo, quia præſens tempus imperfectum adhuc eſt: cum futuro; quia aliqua pars præſentis adhuc futura eſt. Omne itaque verbum tale præſens conſignificat, cuius pars præterijt, pars futura eſt; exce-

pto

pto *ſum* verbo, quod ſimplex præſens conſignificare videtur; non enim tam breue momentum eſt, in quo res non exiſtat. De hoc autem verbo dicit, quòd Græci vocant ipſum *bipapiclicon*, ideſt ſubſtantiuum. Dicunt quidam tamen, quòd ibi debet eſſe *epraclicon*, quaſi extra actionem; ſed ptior litera prqualet. Et *ſum*, quia tale præſens conſignificat, quod & ſimplex eſt, & perfectum, & cui nihil deeſt, quoniam nihil eius futurum eſt; Inde fit, vt poſſit coniungi cum participio præteriti temporis, ad complendum præteritum perfectum paſſiui verbi; vt *amatus ſum*; & verborum ſimilium paſſiuis; cuiuſmodi ſunt deponentia, vt *locutus ſum*; & communia, vt *criminatus ſum*. Sicut enim *ſum* ſimplex præſens conſignificat, ſic & *nominor* verbum vocatiuum; cum enim dico *Nominor Socrates*, nihil aliud dico, niſi quod nomen meum eſt Socrates, quod per ſingula momenta verum eſt. Sed ſi dicam, *nominor ab illo*, quoniam ſignificat paſſionem, quæ in ſimplici præſenti non poteſt inferri, ideo ſignificat præſens compoſitum.

De proprio ſignificato verbi ſubſtantiui.

CAP. XCIII.

AT videndum eſt, quòd ſubſtantia vnitiua eſt omnium aliarum rerum, & ſibi, & inter ſe; ſicut capillo vnitur nigredo, longitudo, criſpitudo. Subſtantia itaque capilli his omnibus ſubiecta eſt, & ſibi, & inter ſe, adeo hæc omnia vnit, quod viſus hæc omnia ſimul confuſe, & quaſi vnum comprehendit; ſtatum nigredinis non diſcernendo à ſtatu longitudinis, vel criſpitudinis; nec aliquid etiam iſtorum diſcernendo à ſtatu capilli; vnde hæc omnia vnita ſunt in eo quod eſt videri. Hæc tamen omnia diſcernit inter ſe ratio; quoniam poteſtas animi eſt coniuncta ſeparate, & diſiuncta coniungere. Ad diſcernenda itaque decem rerum genera, reperta ſunt decem vocabula generaliſſimorum, ſicut in his quæ ſuperius notata fuerunt de ſignificatione ſubſtantiuorum diximus. Ad ſignificandum vero ſubſtantiam vt vnitiua eſt aliorum ſibi, & inter ſe, repertum eſt hoc vocabulum *Ens*. Subſtantia namque nec ſine formis eſſe poteſt, nec formæ ſine ſubſtantia cui ſunt vnitæ Idcirco *Ens* merito dicitur ſignificare ſubſtantiam vt aliarum vnitiuam, & ſibi, & inter ſe. Accidentia enim non proprie dicuntur eſſe, ſed ineſſe; hoc ergo vocabulum *Ens* ratione ſignificationis, de accidente non dicitur, ſed tranſſumptiuè ſolummodo ratione nominationis.

Ens non ſignificat accidens niſi trãſſumptiue.

PORRO *Sum* verbum ſubſtantiuum, hoc idem ſignificat quod *Ens*, ſed vt dicitur de altero; & hoc vnũ intereſt inter ſum & ens. Sum ergo ſignificat ſubſtantiam, vt formis tam ſubſtantialibus quam accidẽtalibus ſubſtat. Ideoque copulatiuũ eſt quorumlibet ſubſtantialium vel accidẽtalium cum ſubſtantia ſubiecta, vel etiam inter ſe; cum cætera verba ſeipſa ſolummodo copulent cum ſubiectis, & non alia, vt *Socrates legit*, & conſimilia. Sed quæritur quomodo hoc verbum ſubſtantiuum *Sum*, ſignificat hoc idem quod *Ens* ſiue *ſubſtantia*; cum hoc generaliſſimum ſit, verbum autem ſubſtantiuũ (vt dicit Priſcianus in primo minoris) propriam vniuſcuiuſque rei eſſentiam colligit. Vnde ſicut dictum eſt, ſubſtantia inquantum generaliſſimum, ſignificat ſubſtantiam eo modo quo à ratione perpenditur, ſcilicet inquantum ab accidentibus diſcernitur, non autem hoc modo ſignificat ſubſtantiam hoc generaliſſimum *Ens*, ſed ſubſtantiam, id eſt rem vt formis ſubſtantem, ſecundum quod dicitur à ſubſtando. Sic & hoc verbum ſubſtantiuum *Sum* ſignificat ſubſtantiam, vt dicitur de altero. (Vel vt Priſcianus vult) *colligit eſſentiam vniuſcuiuſque rei propriam*; ideſt ſignificat ſubſtantiam vt vnitiuam aliorum ſibi, & inter ſe; hoc eſt formarum, & propriarum qualitatum rerum.

Differunt in modo ſignificandi ſubſtantia, ſum & ens; ſed idem ſignificant.

De ſignificatione verbi ſubſtantiui.

CAP. XCV.

PORRÒ ſicut ſubſtantia eſt vnitiua aliarum rerum ſibi, & inter ſe; ita quoque ſubſtantia vnitiua eſt nominum ſibi, & cæteris rebus. nomina namque primò ſubſtantijs fuerunt impoſita, & ipſis per impoſitionem vnita. Vide ergo, quod quia ſubſtantia albedinem participat, repertum fuit hoc nomen *albus alba album*, ad nominandum ſubſtantiam, ex eo quod albedinem participat. Vt autem cognoſceretur quid eſt quo participat ipſa, & vnde dicitur alba, repertum fuit hoc nomen *albedo*; ita vt inuentionis ipſius cauſa, quodammodo eſſet ſubſtantia. Conſtat enim quod hoc nomen *albus* primum repertum eſt, antequam hoc nomen *albedo* inuentum eſſet: hoc enim ex illo per deriuationem habet formari. Sicut ergo repertum fuerat verbum ſubſtantiuum ad ſignificandum ſubſtantiam, ſecundum quod aliarum rerum ſibi, & inter ſe vnitiua eſt, ita quoque repertum fuit verbum vocatiuum, ad ſignificandum ſubſtantiam, vt ipſa nominum ſibi, & cæteris rebus vnitiua eſſet. Ideoque in prima & ſecunda perſona copulatiuum eſt nominum, & ſubſtantijs, & cæteris: vt *vocor Socrates*; nominaris *Apollonius*. Itaque verba ſubſtantiua & vocatiua dicuntur ſimilem vim habere. Tum quia ſubſtantiam ſignificant, vt aliarum rerum, vel nominum, eſt vnitiua. Tum quia hæc ſola aliorum cum alijs ſunt copulatiua. Illud quoque addit, quod aliqua verba ſunt inter præteritum & futurum; id eſt tale præſens ſignificant, quod neque eſt præteritum, neque totum futurum. Vnde concludit quod præſens tempus, quaſi quodam puncto coniungit præteritum & futurum.

Quanã origo nominũ adiectiuorum.

Vnde verbũ vocatiuum repertum.

De cognatione temporum, & vocum eorum.

CAP. XCV.

OStendit deinde, quod ex preſenti tempore naſcitur præteritum imperfectum. Quoniam cum quid preſens eſt, ſi ad finem non perducatur, exinde poterit dici præteritum imperfectum. Vel de vocibus legatur, vt ex præſenti tempore, ideſt ex voce præſentis, naſcatur vox præteriti imperfecti, propter cognationem quæ inter illa duo tempora eſt; cum vtrumque ſcilicet ſit imperfectum. *Item* ex præſenti naſcitur præteritum perfectum, quod etiam fit ratione cognationis. Quoniam dum præſens eſt actio, iam aliquid eius præterijt. Poſtquam vero præſens terminatur, omnino & perfectè eſt, exinde præteritum perfectum eſt. Vt autem naſcatur à præſenti, mutat plerumque quaſdam literas præſentis, ideſt primam, vt *ago egi*; mediam, vt *doceo, docui*. Vel etiam mutat qualitatem, vt *lego legi*: In præſenti namque prima ſyllaba corripitur, in præterito autem producitur. Item quandoque par eſt in ſyllabis cum preſenti, vt *lego, legi*; quandoque excedit, vt *do, dedi*.

Ex præſenti tempore naſcitur præteritum imperfectum & perfectum.

PORRO præteritum pluſquam perfectum naſcitur à præterito perfecto, ſiue de ipſo tempore, ſiue de vocibus legatur, hac cognationis ratione: quoniam cum actio nuper perfecta inueterata fuerit, tunc opus eſt voce præteriti pluſquam perfecti. *Addit* deinde, quod futurum naſcitur ex præſenti, quod de temporibus non poteſt legi. Nec enim præſens tempus ſit futurum, ſed econuerſo. Legatur ergo de vocibus, vt vox futuri, ſicut & vox præteriti imperfecti, dicatur formari à voce præſentis; nec ſine cauſa, cum præſẽs ſit mediũ præteriti imperfecti, & futuri. In hoc enim quod pars prærerita eſt, ſimilis eſt præterito.

Præteritum plus quam perfectũ naſcitur à perfecto: futurum vero à præſenti quoad vocem, ſed non quoad tempus.

In hoc

In hocautem quòd pars futura eſt, ſimilis eſt futuro. Vel preſens eſt medium, id eſt copula præteriti & futuri.

CONCLVDIT itaque, quòd tam præteritum imperfectum, quam futurum, naſcitur ex præſenti. Ideo vtrumque ſeruat conſonantes præſentis, vt *dico, dicebam, dicam*; in omnibus his ſeruata eſt c litera præſentis. Quoniam vero pluſquam perfectum à perfecto naſcitur, ideo quoque conſonantes ipſius ſeruat, vt *dixi, dixeram*. In modo tamen ſubiunctiuo, futurum ſeruat conſonantes preteriti perfecti, vt *dixi dixero*. Nam ne nullam cum præterito videretur habere affinitatem; cum quo minimam, & quaſi vltimam habet cognationem; ideo quoque in ſubiunctiuo, quaſi ferè vltimo, formatum eſt rationabiliter futurum à præterito. Vnde etiam in pleriſque verbis, ex participio præteriti temporis formatur participium futuri, vt *amatus, amaturus*. In pleriſque dictum eſt propter neutra, quæ carent participio præteriti temporis, vt *venio*: tamen alibi dicit participium futuri naſci ab vltimo ſupino, vt ab *amatu*, addita rus, fit *amaturus*. Quoniam eiuſdem enim formæ ſunt participia præteriti temporis, & ſupina, poteſt fieri vt ab vtroque eorum formetur participium futuri.

Participium futuri tẽporis naſcitur à participio præſentis.

ITEM propter cognationem futuri temporis cùm præſenti, naſcitur quoque participium futuri temporis, à participio præſentis; vt *amans amantis*, mutata tis in dus, fit *amandus*. Confirmat autem cognationẽ ſupradictam, tam temporum, quam vocum anomalorum, id eſt irregularium vel inæqualium declinatio, vt quod à *fero* anomalo fit *ferebam*, à præterito *tuli, tuleram*. Idem quoque fit in participijs, vt à *latus, laturus*; à *ferens, ferendus*. Quamuis in *ſum* anomalo non fit cognatio in voce præteriti imperfecti & futuri & preſentis, vt *ſum, eram, ero*. Prædictam rurſus temporum cognationem probat ex eo, quòd infinita verba à præterito habent rationem futuri, per quod & infinitum *ire*, ſuppletur per futurum infiniti.

De ſpeciali defectu quorundam verborum in quibuſdam temporibus.

CAP. XCVI.

Inchoatiua caret quibuſdam temporibus, atque etiam meditatiua.

SVNT autem quædam verba, quæ carent præterito perfecto, & pluſquam perfecto, & futuro ſubiunctiui quod à præterito naſcitur, vt deſinentia in ſco, ſi tamen ſint inchoatiua; quod determino propter *poſco*, & *diſco*, & *paſco*, quæ habent præterita, cum non ſint inchoatiua, licet habeant formam inchoatiuorum. Et vide quod verbà inchoatiua principaliter ſignificant quod ſua primitiua, ſed inchoationem ſecundario. *Addit* quoque de meditatiuis, quòd in prædictis temporibus deficiunt. Tamen in Euangelio inuenitur *eſuriui*, à meditatiuo, quod eſt *eſurio*, id eſt meditor edere. Meditatiua quoque principaliter ſignificant quod ſua primitiua, ſecundario meditationem, vtraque vero alia ratione præterito carent, alia ratione futuro. Quoniam vel ſignificant inchoationem actus, vt inchoatiua vel meditationẽ, vt meditatiua; Præteritum vero ſignificat actionis perfectionem, quare repugnat eis præteriti natura. Sed futuro ſubiunctiui carent, quia ſua origo deficit, id eſt præteritum.

Quidã verba ſolo vſu deficiunt in quibuſdam temporibus.

SVNT & alia verba, quę ſolo vſu deficiunt in quibuſdam temporibus, non repugnante ſignificatione, vt *ferio, ſiſto, tollo*. Et quædam alia in præterito, inter quæ ponit *furo*. Quod enim dicit Sedulius: *Nec minus, & clari furuerunt iuſſa tyranni*; fictitium eſt. Hæc autem quę in præterito, vſu ſolo deficiunt, mutuantur preterita, vt *ferio, percuſſi*; *ſiſto, ſtatui, à ſtatuo*. Vel. vt quidam volunt, *ſteti, à ſto*. Sed Iuuenalis voluit, *ſiſto*, habere *ſtatui* in preterito; nam & ſepe obtinet vim tranſitiui, ſicut *ſtatuo*, vt *Siſte gradum*. *Cerno* quoque, cum nullam habet ſignificationis affinitatem cum verbo *creſco*, mutuatur ab eo præteritum, *creui*. Inde compoſitum eſt *credo*, quaſi *cretum do*. Nihil enim aliud eſt credere, niſi dare conſiderationem ſic eſſe.

ADIVNGIT itetum & alia verba, in quibus tamen præteritum, & omnia quæ ex ipſo formantur, ſolo vſu deficiunt in paſſiuis, & communibus, & deponentibus: in quo aperte eſt contra illos, qui *amatus ſum*, dicunt eſſe vnum verbum, & huiuſmodi alia. Dicit enim præteritum eorum ſuppleri per participiũ præteriti temporis, & verbum ſubſtantiuum ei adiunctũ, vt *amatus ſum, vel fui*. Et ne tantum de verbis deſinentibus in or videatur, oſtendit & hoc contingere in quibuſdam deſinentibus in o, vt *gaudeo gauſus ſum*, quæ neutropaſſiua vocantur. Et volunt quidam facere differentiam inter neutrapaſſiua, & neutropaſſiua. Dicentes illa eſſe neutrapaſſiua, quæ ſunt neutra, & ſignificant paſſionem, vt *vapulo*. Illa eſſe neutropaſſiua, quæ in parte habent literaturam neutri, in parte vero paſſiui, vt *gaudeo, audeo, ſoleo, fido, fio*. Sunt autem numero quinque.

Impersonalia ex ſe naſcẽtia nõ habẽt vllo modo infinitiui futurum, nec etiam pleraque neutra.

IMPERSONALIA quæ naſcuntur ex ſe, nullo modo habent futurum infinitiui, ideſt ſub vna voce; nec per circumlocutionem: vt *pœnitet, pudet*, & ſimilia. Sed quæ ab actiuis, vel neutris; vt *amatur*, vel *curritur*, habent per circumlocutionem, vt *amatum iri*. Pleraque neutra ſecundæ coniugationis deficiunt in futuro infinitiui, vt nec per circumlocutionem inueniantur completi, vt *tepere, rubere*, & ſimilia.

De Tertio accidente verbi, ideſt de Modo.

CAP. XCVII.

Modus duplex ſecundũ rem, & vocem.

MOdus igitur duobus modis conſideratur in grammatica, tum ſecundum rem, tum ſecundũ vocem. *Et eſt modus ſecundum rem, affectus animi circa actionem vel paſſionem*. Diuerſos enim affectus de actione eadem, vel de paſſione habemus. Aliquando enim afficimur ipſam indicare, aliquando imperare, quandoque optare, quandoque coniungere. *Ad hos* autem affectus animi deſignandos ſecundario, repertæ ſunt quædam vocum collectiones, quæ dicuntur modi ſecundum vocem. Quamuis autem quatuor tantum ſunt affectus animi, qui à verbis conſignificantur, quinque tamen modi verborum ſecundum vocem eſſe dicuntur. Nam infinitiuus non proprie modus dicitur, cum nullum animi ſecundario ſignificet affectum. Sed hoc vno modus meruit appellari, quoniam omnes alij qui proprie dicuntur modi, reſoluuntur in ipſum. Et huiuſmodi verba appellantur infinita, quia nec numeros, nec perſonas diffiniunt.

Quid modus ſecũdum rem.

Modus ſecũdum vocem cur inuectus.

Cur infinitiuus annumeratur, cum affectũ animi non ſignificet.

SED cur impersonalia verba non dicta ſint infinita, ratione eadem? puto, quia habent terminationem tertiæ perſonæ, vnde perſonalia poſſent videri: ideo dicta ſunt impersonalia, vt ipſa nominis ratio negaret ea diffinire perſonas, quod facere videbatur terminatio. Verba vero infinita non habebant terminationẽ ob quam viderentur alicuius perſonæ, ideoque non oportuit illa ſic appellari impersonalia. Dicta autem merito ſunt infinita, quia in conſtructione ſemper ponuntur, cum verbis finitarum perſonarum, & numerorum. Vnde facile videntur perſonas & numeros diffinire. Verbum autem impersonale frequenter per ſe, & ſine vllius perſonalis additione ponitur in conſtructione, vt ibi: *Curritur ad vocem iucundam*, &c.

Solutio dubij.

Modus à moderando dictus.

MODVS autem à *moderando verbum* dicitur, quia omne verbum per modos ſuos certiſſimè diſtinguitur. *Accidit* autem verbo modus vterque. Sed modus ſecundum rem accidit verbo, ideſt, eius eſt ſecundaria ſignificatio. Modus ſecundum vocem, magis eſt communis quædam proprietas vocum,

Modus ſecũdum rem eſt ſecundaria verbi ſignificatio; ſecũdum vocem, communis proprietas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cum, diuersis personis, temporibus, & numeris, eundem affectum animi designantium, quàm quòd dici debeat talis collectio vocum. Igitur modi, diuersæ sunt inclinationes animi, quas varia sequitur declinatio; in quo & modus secundum rem, & modus secundum vocem attingitur. Bene autem ait *declinationem affectus mentis consequi*; quia collectiones vocum, quæ dicuntur modi secundum vocem, repertæ sunt propter modum secundum rem.

De numero, & ordine modorum.

CAP. XCVIII.

Quinque sunt modi.

ADDIT postea, quod quinque sunt modi. Primus quoque dicitur indicatiuus, quo scilicet indicamus quid secundum temporum varietatem, vel à nobis agatur, vel alijs. Multas autem interserit causas

Cur indicatiuus omnium primus.

quare primus debeat poni; tum quia perfectus est personis, & temporibus; Et quia cæteri modi ab eo sortiuntur regulam, id est formationem; tum quia & nomina, & verba, & participia, ab hoc modo soleant deriuari; tum quia prima positio verbi facta est in prima persona præsentis verbi indicatiui. (Prius enim homo suam, quam alterius nouit actionem; & prius præsentem, quam aliam) tum quia essentiam rei significat, id est rem suam ponit esse vel fuisse vel fore; quod cæteri modi non faciunt, sed affectus designant de re nondum existente. Inductione quadam vtitur ad probandum, quòd indicatiuus cæteros modos precedit; sicut nominatiuus cæteros casus, & sicut præsens tempus præteritum præcedit, & futurum.

Cur tempus præsens præcedit.

Et vide, quòd causam ordinis modorum ostendit, & ordinationem temporum, quod in tractatu de tempore fecerat. Dicit ergo præsens præcedere; quia in ipso sumus dum de præterito loquimur, & futuro; Et quia secundum præsentis temporis notitiam, intelliguntur præterita finita. Per hoc enim quòd cognosco hunc præsentem actum, scilicet *Socratem disputare*, intelligitur ipsum quidem disputasse, vel disputaturum fore. Et ostendit quot modis fit ex præsenti actu notitia, tribus scilicet modis. Duobus quidem à vero presenti, vno autem à cogitato, & vnus modus veri præsentis est, cum ex illis quæ videmus in præsenti fieri, nos perpendimus illa quæ naturaliter sequuntur ex his; vt cum video solem occidentem, perpendo illum suo motu naturali super terram reuersurum. Ex cogitato quoque præsenti cognoscimus futura similiter, vt si cogitem diluuium in presenti quale sit, ex hac cogitatione conspicio rationem, ideſt similitudinem futuri diluuij. Addit quoque, quòd indicatiuus iure præcedit cæteros modos, sicut prima persona, secundam, & tertiam: eo quòd illa sine his, istæ vero sine hac esse non possunt; sicut etiam singularis numerus præcedit pluralem, & sicut actiuum verbum precedit passiuum.

Ratio ordinis cæterorũ modorum.

Secundo ponitur imperatiuus; & licet in singulari numero prima deficiat persona, & preterito deficiat tempore, quia tamen plenam sine alterius partis adiunctione facit significationem, præponitur rationabiliter optatiuo, qui aduerbio vtinam indiget, vt plenum sensum significet. Tertius optatiuus, ante subiunctiuum. Non enim solo indiget aduerbio subiunctiuo, vel coniunctione, vt plenum significet sensum, verumetiam altero verbo. Quartus subiunctiuus, quod nomen suum, non à secunda significatione (vt cæteri modi) habeat, sed à constructione; quia scilicet vel subiungitur, vel alterum verbum sibi subiungit, licet inde plurimas habeat significationes. Nunc enim dubitationem significat, vt *si videam intelligo*, nunc confirmationem, vt: *Qui mare, qui terras omni ditione tenerent*. Nunc suasionem, vt *Prodest vt legas*. Nunc imperationem, vt *Ne facias*. Nunc possibilitatem, *Facerem si placuisset*. Infinitiuus etiam, cum personis, & numeris deficiat, merito ponitur vltimus, præsertim cum sicut dictum est, nec propriè dicatur modus.

De quarto accidente, quod est species.

CAP. XCIX.

NVNC ad speciem transeundum est. Dicit ergo duas esse species verborum, primitiua scilicet, & deriuatiua, quas in omnibus ferè orationis partibus dicit inueniri. Ferè autem dicit, propter participium, quod nunquam primitiuum inuenitur. *Vox primitiua speciei est, quæ accepit primam positionem à natura. Deriuatiua speciei est, quæ per quandam elementorum consonantiam, & significationis conuenientiam à prius positis nascitur, & prius repertis.*

Quid vox primitiua & deriuatiua.

Enumerat itaque deriuatorum species verborum. Quarum prima est verbum inchoatiuum. Nascuntur quidem inchoatiua plerumque à verbis neutris, vt à *caleo*, *calesco*. Fiunt tamen & ab actiuis, vt à *cupio*, *cupisco*. Sunt autem omnia tertiæ coniugationis, & fiunt à secunda persona præsentis, addita co; excepto *hisco*, quod sic dicitur, non *hiasco*. Secunda deriuatorum species est verbum meditatiuum; & est semper quartæ coniugationis, & fit à participio præteriti temporis, vel à supino vltimo, assumpta rio, vt à *lectus*, vel *lectu*, *lecturio*. Inueniuntur autem primitiua formam inchoatiuorum habentia, vt *quiesco*, non autem formam meditatiuorum habentia. Opponuntur tamen *prurio*, & *luxurio*. Sunt autem vtraque neutri generis. Tertia species est verbum frequentatiuum, & desinit in to, vel in so, vel in xo. Et deriuantur plerumque ab vltimis supinis, mutatione extremæ u in o, vt à *scriptu scripto*, à *cursu curso*, à *nexu nexo*. Significat autem verbum frequentatiuum secundariò frequentiam. Et vt communiter loquar, omnia hæc verba *lego*, *legisco*; *lecturio*, *lectito*; eundem actum significant principaliter, sed diuersa secundario. Sunt autem omnia frequentatiua primæ coniugationis. Quarta species deriuatiuorum est verbum desideratiuum, vt *viso*, id est cupio videre. Quinta vero species est verbum diminutiuum, & desinit in lo, vt *sorbillo*, id est parum sorbeo. Sunt præterea quædam imitatiua, vt *patrisso*, quod est patrem imitor.

Prima species deriuatorum verborum est verbum inchoatiuum.

Secunda est meditatiuũ.

Tertia est frequentatiuum.

Quarta est desideratiuum.

Quinta est diminutiuũ.

Sexta imitatiuum.

Enumerat & pleraque alia, nullam certam speciem habentia. Verbum quoque impersonale enumerat, vt speciem deriuatiuorum verborum; vnde apparet quòd verbum est per se. Sunt & alia verba, quæ ex verbalibus nominibus, vel participi s nascuntur, vt *regno* deriuatur à *rex*, quod est nomen verbale (nascitur enim à rego) & à multis alijs quoque nominibus deriuantur; vt à *cornice*, *cornicor*. Addit quoque verba quędam deriuari ab aduerbijs, vt *perendinare*, id est prolongare, deriuatur à perendiè aduerbio: si enim dicam perendiè, id est peremptа vna die, dabo tibi equum, idem est ac dicerem, differo tibi librum dare, vsque cras, vel post cras: similiter *procrastino*, idem est, quod in crastinum differo.

De quinto accidente, id est figura.

CAP. C.

POST speciem vero tractat Priscianus de figura, hoc modo: Diuidit prius figuram in simplicem, & compositam, & decompositam. Et illud quidem manifestum est, quòd verba quædam de tribus etiam partibus componuntur, vt *perterrefacio*. Exequitur postea compositam figuram, ostendendo quid vis compositionis operetur in verbo. Dicit ergo, quòd in compositione mutant coniugationem,

Figura triplex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Compoſitio aliquando operatur mutationē coniugationis, generis, declinationis.

vt *do, das*; primæ coniugationis eſt, *reddo, dis*; tertiæ. Sunt alia, quæ & coniugationem, & genus commutant, vt *ſperno nis*, actiuum eſt, & tertiæ coniugationis, *aſpernor, naris*, inde compoſitum, deponens, & coniugationis primæ. Oſtēdit deinde aliam vim compoſitionis, ſcilicet quod cauſa compoſitionis declinantur intrinſecus. Aliquando namque declinamus compoſita ſine iunctura, vt *reclamo, mas*. Aliquando poſt iuncturam compoſitionis, vt *perficio, perfeci*. Aliquando in iunctura, vt *abigo, abegi*; ſed nunquam iunctūram. Illud quoque addit, quod quæcunque vocalis fuerit à principio illi perſonæ indicatiui, eadem inuenitur principalis in tota declinatione verbi, excepto *ago, egi*; & *eo, iui*. Et vide, quòd iſtud dictum eſt de ſolis regularibus verbis, non autem de anomalis. Componuntur autem verba, vel cum nominibus, vt *amplifico*, ab amplum & facio; vel cum verbis, vt *calefacio*; vel aduerbio, vt *maledico*; vel cum prępoſitione, vt *indico*.

De Sexto accidente id eſt Coniugatione.

CAP. CI.

Quid coniugatio & quotuplex.

POST figuram tractat Priſcianus de Coniugatione. *Eſt autem coniugatio diuerſorum verborum regularis declinatio.* Quæ quoniam modis quatuor variatur, ideo quatuor coniugationes eſſe apud nos dicuntur. Eſt autem prima coniugatio declinatio verborum, a ante s vel ris, in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habentium, vt *amas*, & *amaris*. Et dicitur prima, quoniam prima vocali diſcernitur. Secunda eſt declinatio verborum, e ante s vel ris, in ſecunda perſona pręſentis indicatiui modi, habentium, vt *doces*, & *doceris*. Et dicitur ſecunda, quia vocali ſecunda diſcernitur. Tertia declinatio verborum eſt, i corcorreptam ante s, vel e correptam ante ris, in prædicta perſona habentium, vt *legis*, & *legeris*. Quarta eſt declinatio verborum, i productam ante s, vel ante ris, in prædicta perſona habentium, vt *audio audis*, & *audiris*. Et dicitur quarta, non quia quarta vocali diſcernatur, ſed quia per i longam diſcernitur, quę natura poſterior eſt quam i breuis, quæ tertiam coniugationem diſcernit.

Coniugatio eſt communis verborū proprietas aut ſimilitudo.

Vt tamen magis propriè loquar, videtur coniugatio eſſe, verborum quædam, ſecundum prædictas declinationes, ſimilitudo, vt ſit declinationis verborum proprietas, non eorum ſecundaria ſignificatio. Verba ergo quæ nullo prædictorum declinantur modorum, nullius coniugationis ſunt. Cauſa inuentionis verborum in hoc accidente, eſt communis quædam ipſorum ſimilitudo. Itaque coniugatio dicitur, quia vna & eadem declinatione plurima coniugantur verba. Et cum decem ſint coniugationes apud Græcos, apud nos tantum quatuor, oſtendit qualiter decem eorum coniugationes, ad noſtras quatuor reducantur.

De perſona, & numero.

CAP. CII.

Quid perſona & quotuplex.

PERSONA, vt ait Boëtius, *eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia*; ideſt res ſingularis, quæ ratione vti poteſt. In hac autem perſona tres ſunt diuerſitates. Prima perſona eſt, quæ loquitur de ſe: Secunda ad quam ſermo dirigitur: Tertia de qua ſermo eſt. Et non ſolum res rationalis, ſed etiam quælibet res de qua ſermo eſt, tertia perſona dicitur. Vnde dicit Priſcianus, quòd vna tantum eſt perſona prima, vna tantum ſecunda, plurales autem & diuerſæ, tertiæ. Dicitur autem perſona, à *perſonando*, producta tamen penultima, ad differentiam imperatiui verbi *perſona*. Nam hiſtriones in theatris ad repręſentandas diuerſas perſonas, diuerſas quoque ſolebant aſſumere laruas, & diuerſos ornatus pro perſonarum dignitatibus. Vnde etiam & hoc nomen *perſona*, ad deſignandam dignitatem tranſlatum eſt, vel honorabilitatem.

Vnde orta perſona grāmaticalis.

Ex his quoque tranſſumptum eſt ad eam quæ dicitur in arte Grammatica. Quòd autem prima dicitur, vel ſecunda, vel tertia, tractum eſt ab ea ſignificatione, ſecundum quam, honorabilitatem ſiue dignitatem deſignat. Nam poteſt equidem res loquens de ſe, eſſe ſine re ad quam quis loquitur, vel de qua. Ideoque ratione dignitatis dicitur prima. Illa quoque ad quam quis loquitur, poteſt eſſe ſine ea de qua. Eſt itaque perſona, communis proprietas, non ſecundaria ſignificatio vocum. Prima & ſecunda perſona verborum finitæ ſunt, quia voces harum, res vt præſentes deſignant. Tertia vero infinita eſt, quia caret demonſtratione. Item verba primæ & ſecundæ perſonæ non adiungunt ſibi nomina per ſe, niſi ſint ſubſtantiua verba, & vocatiua, vt *Petrus ſum*, *Priſcianus vocor*. Item prima perſoua, ſibi ſecundam & tertiam coniungit, vt *ego & tu & ille legimus*. Secunda vero non niſi tertiam concipit, vt *tu & ille facitis*. Tertia vero non niſi aliam tertiam concipit, vt *iſte & ille faciunt*.

Perſona eſt communis vocum proprietas non ſignificatio ſecundaria.

Addit poſtea, quod imperatiuus, prima perſona ſingulari deficit. Poſtea, cur primam perſonam pluralem habeat. Cum enim dico *legamus*, non mihi impero, ſed alijs quibus me connumero. De infinitiuis quoque, & imperſonalibus, & gerundijs dicit, quòd in omnibus deficiunt naturaliter, id eſt exigente hoc ſignificatione, vel inuentione. Verba quoque, aliquid ſoni, ad cuius ſimilitudinem fiunt, retinentia, quæ & fictitia dicimus, vt *tinnire*, & ſimilia; in quibuſdam deficiunt ſæpiſſimè; ſicut & exceptam ſignificantia actionem, vt *pluit, tonat, fulminat*, non niſi per proſopopeiam, in prima & ſecunda inueniuntur perſona. Poſt hoc addit de numero, ſed de hoc accidente dictum eſt, in tractatu nominis.

De declinatione, vel inflexione verborum.

CAP. CIII.

PRIMA perſona actiuorum & neutrorum definit in o, quod in prima coniugatione mutat in as, & facit ſecundam, vt *beo, beas*. In ſecunda autem mutat eo in es productam, vt *doceo doces*. In tertia quoque ſi habeat i ante o, abiecta o & aſſumpta s, fit ſecunda, vt *facio, cis*. Quacumque vero alia litera poſita ante o, conuerſa o in is, fit ſecunda, vt *lego legis*. Excipiuntur *volo, fero, edo*, quæ ſunt anomala; de quibus ſtatim author ſigillatim pertractat.

De inflexione anomalorum fero, volo, edo.

Ait ergo, quod *fero* cum facere deberet *feris*, *ferit*, ne videretur eſſe à *ferio*, cauſa differentiæ ſyncopatur i, & facit *fers, fert*. In ſecunda quoque plurali dicitur *fertis* pro *feritis*, ſyncopata i. In omnibus alijs ſeruat regulam tertiæ coniugationis, niſi in his quæ à ſecunda perſona ſingulari naſcuntur. Cum autem *volo* deberet facere *volis*, dicimus *vis*, ne ſi diceretur *volis*, videretur datiuus vel ablatiuus pluralis huius nominis, quod eſt *vola volæ*. Tertia quoque perſona debuit eſſe *volit*, ſed ſyncopata i, dicebant antiqui *volt*. Nos autem dicimus *vult*, o mutata in u. Prima autem perſona pluralis habet u pro i, *volumus* pro *volimus*. Secunda quoque pluralis fit à tertia ſingulari, addita is, quod & in cæteris verbis ſolet fieri, vt *vult vultis*. Tertia vero pluralis, ſecundum regulam tertiæ coniugationis, fit a prima ſingulari, o conuerſa in unt, vt *volo volunt*. In cæteris autem temporibus ſeruant regulam tertiæ coniugationis. In imperatiuo deficit, quia ſecunda perſona præſentis indicatiui corrupta eſt, à qua ſolet naſci

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſecunda perſona imperatiui. Quidam etiam dixerũt hoc verbum carere imperatiuo, eo quòd ſignificat voluntatẽ, quæ debet eſſe libera, cum imperatio cogat, quod nihil eſſe manifeſtum eſt, eo quòd compoſitum ab eo habet imperatiuum, ſcilicet *noli* licet volo careat imperatiuo pro eo tamen vtimur ſubiunctiuo *velis, lit*. Optatiuus eius quoque corruptus eſt, tam in præſenti, quam in futuro. In præſenti ideo, quia ſecunda perſona indicatiui ex qua oritur, corrupta eſt; in futuro, propter ancipitem ſignificationem, quæ eſſet ſi diceretur *volam las, lat*, pro ijs dicitur *velim, lis, lit*.

EDO autem cum deberet *edis* facere, ſyncopata d, & e & i conglutinatis in ei dypthongum, & hac conuerſa in e productam, facit ſecundam perſonam *es*; ne ſi diceretur *edis*, eſſet dubitatio an haberet e correptam, vel productam. Tertia vero perſona naſcitur à ſecunda, addita t, ne ſi es mutaretur in te, quod fit in cæteris, vt *doces, cet*; putaretur eſſe coniunctio, cum diceretur *es, et*. In plurali autem numero ſeruat hoc verbum regulam tertiæ coniugationis, & in omnibus quæ naſcuntur à prima perſona. In omnibus verò quæ à ſecunda perſona naſcuntur, corripitur, vt *eſto, eſtote, eſſent, eſſe*.

De formis præteritorum in generali.

CAP. CIIII.

IN verbis primæ coniugationis, pręteritum ſemper excedit ſuum præſens vna ſyllaba, vt *amo, amaui*. Exceptis duobus, *iuuo, iuui*: & *lauo, laui*: in quibus etiam ex his compoſita intelligemus. Et in omnibus diſſyllabis verbis, quibus interpoſita eſt conſonans, ſi ſint pares ſyllabę, in præterito & in præſenti, ſemper penultima præteriti producitur, vel natura, vel poſitione; vt *iuuo, iuui; rego, rexi*. Si vero nulla conſonans interueniat in principio, ſemper corripitur penultima pręteriti, vt *luo, lui*. Exceptis iſtis, *ſtruo, ſtruxi: fluo, fluxi: neo, neui*. Rurſus, cum à triſyllabis præſentibus fiunt diſſyllaba præterita, producitur penultima præteriti, vt *ſedeo, di*. In creſcentibus vero præteritis, ſi fiat repetitio principij, tempora penultimæ & antepenultimæ præſentis, ſeruantur ſemper in penultima præteriti; vt *curro, cucurri; poſco, popoſci*. Excipiuntur hic *pello, pepuli*: *tango, pungo, diſco, percello, tundo*. Et vide quod in præteritis geminantibus principium, ſemper prima corripitur. Nota quod *percello, perculi*, ponitur inter ea, quamuis non geminet principium, ſicut nec finem, quod puto factum eſſe propter ſimplex *cello, culi*; quod cum alijs deberet excipi. Item melius eſt dicere *cecidi*, quam *cedi*.

De penultimis præteriti.

Octo ſunt forma præteritorum.

FORMÆ ergo præteritorum octo ſunt. Quarum prima eſt in ui, vt *amaui*, & eſt quatuor coniugationibus communis. *Secunda*, quæ eſt in ij, tertiæ tantum & quartæ conuenit, intercepta u conſonante, vt *cupiui, cupij: audiui, audij*. *Tertia* vero, quæ eſt in üi diuiſas, communis quoque eſt omni coniugationi, vt *ſecui, habui, poſui, aperui*. *Quarta* quæ eſt in ſi; & quinta quæ eſt in xi, conueniunt & ſecundæ coniugationi, vt *riſi, auxi*, & tertiæ, vt *luſi, duxi*; Et quartę, vt *hauſi, ſanxi, & vinxi*. *Sexta* vero deſinens in i, antecedente conſonante, quæ in præſenti tempore ante o, vel eo, vel io, inuenitur; communis eſt omni coniugationi, vt *iuuo, iuui*: *video vidi*: *bibo bibi*: *reperio reperi*. *Septima* eſt, quæ geminat conſonantem in principio: & eſt in prima coniugatione, vt *dedi*: Et in ſecunda, vt *mordi*: Et in tertia, vt *didici*. *Octaua* quæ geminat conſonantem in fine, inuenitur in tertia coniugatione, vt *credidi*.

Qualis ſit accentus in penultimis præteritorum

OMNIS igitur penultima præteritorum terminantium in vi, producitur, vel natura, vel poſitione. Omnis autem penultima præteritorum terminantium in üi diuiſas, corripitur, vt *vetui*. Omnis quoque penultima terminantium pręteritum in ſi, producitur, vel natura, vel poſitione, vt *riſi, arſi*. Rurſus omnis penultima terminantium in xi, producitur quod ſi habeat e, producitur natura, aliter vero poſitione. Quę vero ſeruant conſonantes præſentis temporis poſitas ante o vel io, penultimas habent longas natura, vel poſitione, quantæcunque ſint in præſenti: vt *iuuo, iuui*. Excipiuntur *bibi*, & *ſcidi*, & compoſita ex his, penultimas corripientia.

De formatione præteritorum ac ſupinorum primæ coniugationis.

CAP. CV.

Regula præteritorum & ſupinorum primæ coniugationis.

TRaditis itaque generalibus pręteriti perfecti regulis, tradit & ſpeciales regulas ſecundum diuerſas coniugationes. Igitur omnia verba primæ coniugationis, tam actiua quam neutralia, a ſecunda perſona indicatiui, abiecta s, & addita ui, faciunt præteritum perfectum, vt *amas, amaui*. Exceptis his, quæ in ui diuiſas faciunt, ſubtracta *as* à ſecunda perſona, & additis *ui*, vt *domo, crepo, mico, frico, ſeco, ſono, tono, veto, cubo, plico*, quod & *plicui* facit, & *plicaui*; *neco* ſimiliter *necui*, vel *necaui*. Exceptis etiam iſtis quatuor, *ſteti, dedi, iuui, laui*, Et exceptis quæ cum ſint ex his compoſita, remanent primæ coniugationis, vt *circundo*.

ET omnia quæ terminant præteritum in aui, conuertentia ui in tum, faciunt ſupinum, vt *amaui, amatum*. Quæ vero in ui diuiſas deſinunt, ſi c ante o habuerint, mutant ui in tum, vt *ſecui, ſectum*. Cum vero *micui* debuit facere *mictũ*, non eſt in vſu; quoniam & à *mingo* fit *mictum*. Excipitur *plicui*, quod facit *plicitũ* & quæ ex eo componuntur, vt *explicui, explicitum*. Cætera vero quæ cum in ui diuiſas deſinant, non habont c ante o in præſenti, ui conuertunt in tum, correpta penultima, & faciunt ſupinum, vt *domui, domitum*; *ſteti* vero facit *ſtatum* ſupinum, penultima producta: quomodo *dedi datum*, correpta penultima. Et vide quòd omnia nomina à ſto deriuata, a penultimam, vel antepenultimam corripiunt, vt *ſtatus, a, um, & ſtabilis*: ſtatim vero apud Statium inuenitur, penultima producta. Compoſita autem à ſto, variè proferunt ſupina, vt *aſtitum, aſtatum*. Similiter & in cæteris. *Iuui* quoque facit *intum*, & *adiuui adiutum, laui* quoque *lautum*.

De formis eorundem in ſecunda coniugatione.

CAP. CVI.

Regula præteritorum & ſupinorum ſecundæ coniugationis.

OMnia verba terminantia in eo, ſecundæ ſunt coniugationis: exceptis iſtis quæ ſunt primæ, *meo, beo, laqueo, nauſeo, enucleo, creo, ſcreo, calceo*. Et exceptis his duobus quartæ coniugationis, *eo, is*: & *queo, quis*: & quæ componuntur ex his. Porro vnum verbum ſecundæ inuenitur in eo, antecedente i, ſcilicet *cieo*, cuius præteritum eſt *ciui*, vel *cij*, ſubtracta u per ſyncopam: *cio, cis*, quoque inuenitur quartę coniugationis, & habet idem pręteritum. Illud quoque dicit, quod in omnibus verbis, ſi præteritum minuat ſyllabas præſentis, producit penultimam præteriti, niſi ſyncopam patiatur, vt *cieo, ciui*, & per ſyncopam *cij, rideo riſi*.

RVRSVS omnia verba ſecundæ coniugationis habentia u conſonantem ante eo, faciunt præteritum conuerſa eo in i, & ſemper producunt penultimam: vt *moueo, moui*: excepto *conniueo*, ac *ferueo*. *Supina* vero à prędictis fiunt, mutata ui in tum: vt *ciui, citum*: *moui, motum*. Omne præteritum terminan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tium in vi, hic facit ſupinum. Excipiuntur lani, caui, faui, quæ non ſolum mutant vi in tum, ſed etiam habent au diphthongum pro a. Excipitur quoque *ſeui, ſatum*, quod habet (a) pro e, & ſimiliter compoſita ex hoc, vt *inſeui, inſitum*, quod habet (i) pro e. Et vide quòd in omnibus ſupinis quæ fiunt à præteritis in vi, producitur penultima; exceptis iſtis *ſatum*, & *ſitum*, & *citum*, & *itum*, & *quitum*; & compoſitis ex his, quæ omnia corripiuntur; excepto *ambitus*, quod cauſa differentiæ producit.

Rurſus omnia verba ſecundæ coniugationis exeuntia in *deo*, vocali naturaliter longa, vel ae antecedente *deo* conuerſa in *ſi*, faciunt præteritum, vt *reſpondeo, reſpondi: rideo, riſi: ardeo, arſi*. E vero vel i breuibus poſitis ante *deo*, producunt eaſdem vocales, & eo mutata in i, faciunt præteritum: vt *ſedeo, ſedi, video, vidi*. Sin vero prima ſyllaba habuerit poſt, mutam aliquam, vel poſt (m) e, vel (o) correptas, in aliquam liquidam deſinentes, duplicatur eadem prima ſyllaba in præterito perfecto, ita tamen vt priori geminatarum ſubtrahatur extrema conſonans, vt *pendeo, pependi; mordeo, momordi; ſpondeo, ſpopondi*; vbi etiam (s) in ſecunda demitur ſyllaba. Compoſita tamen ex his non geminant ſyllabam, vt *reſpondeo, reſpondi*. Rurſus *au* ante *deo* habentia, declinantur tunc in præterito per participium; vt *gaudeo, gauiſus ſum*. Omnia autem ſupradicta verba, *deo* in *ſum* conuertentia, faciunt ſupina; vt *rideo, riſum: ardeo, arſum:* niſi quòd gaudeo, aſſumpta i poſt u, facit gauiſum, & ſedeo duplicata ſſ, ſeſſum.

Adhuc de eodem.

CAP. CVII.

OMNIA autem alia verbà ſecundæ in *deo*, præteritum faciunt per üi diuiſas, & *eo* mutata in i, & aſſumpta tum, debent facere ſupinum, vt *candeo, candui, canditum*. Raro tamen à neutris ſecundæ coniugationis, quæ faciunt præteritum in üi diuiſas, inuenitur ſupinum: videtur ergo debere dici *recenſitum*, penultima correpta. *Prandi* vero, ſupinum facit *pranſum*, mutata *di* in *ſum*. Tamen videndum, quòd *careo* facit *caſſum*, *pateo*, quoque *paſſum*; licet faciant prꝛteritum in üi diuiſas. Item omnia verba ſecundæ coniugationis, l vel r antecedentibus, geo in ſi conuerſa, faciunt præteritum, vt *indulgeo indulſi, mulgeo mulſi*; quamuis proferatur *multi*, cauſa differentiæ, quia à *mulceo*, quoque fit *mulſi*. Quæ vero habent ſyllabam naturaliter longam ante geo, mutant geo in xi; vt *lugeo, luxi*.

Et omnia verba terminantia præteritum in ſi, tam ſecundæ quam tetriæ coniugationis, i in um conuertentia, faciunt ſupina, vt *indulſi, indulſum*. Inuenitur tamen *indultum*; *mulſi, mulſum*, vel etiam *multum*; *torſi, torſum*, vel etiam *tortum*. Excipitur *vſſi*, quod facit *vſtum*, in quo per ſimile intelligimus *congeſſi, geſtum*. Et exceptis illis quæ habent (p) ante s, vt *dempſi*, quæ faciunt ſupinum in *ptum*, vt *demptum*. Item verba terminantia præteritum in ſi, ſi ſint quartæ coniugationis, mutant ſi in tum, & faciunt ſupinum; vt *farſi, fartum*. Verba quoque terminantia præteritum in xi, cuiuſcumque ſint coniugationis, conuertentia xi in ctum, faciunt ſupinum; vt *luxi, luctum*; *traxi, tractum*; *minxi, mictum*; *pinxi, pictum*; quæ duæ euphoniæ cauſa abijciunt n, quamuis *vinxi, victum*; & quædam alia ſeruent: Et excipiuntur *flexi*, & *fluxi*, quæ faciunt *flexum*, & *fluxum*, & compoſita ex his.

Verba vero ſecundæ facientia præteritum in gui, quia neutralia ſunt, non habent in vſu ſupina, Vnum verbum ſecundæ coniugationis inuenitur deſinens in queo, cuius præteritum terminatur in ſi; *torqueo, torſi*, & compoſita ab eo. Supinum autem eius eſt *torſum*, ſecundum regulam terminantium in ſi; inuenitur tamen frequentius *tortum*. *Rurſus* omnia verba ſecundæ coniugationis in *leo* deſinentia, *eo* mutant in üi diuiſas, & faciunt præteritum; vt *doleo, dolui*: exceptis illis quæ ante l habent conſonantem aliam coniunctam ei in eadem ſyllaba, vt *fleo*; & exceptis compoſitis ab *oleo*, vel *leo* (quod non eſt in vſu) vt *adoleo, redoleo*, quod tamen facit *redolui* & *redoleui*, ſimiliter & *aboleo*.

De regulis verborum tertiæ coniugationis, quæ deſinunt in io.

CAP. CVIII.

POST hoc progreditur ad tertiam coniugationem. Et primo quidem dicit de illis quę deſinunt in io; ſed præmittit *aio*, dicens, i poſita ante o, conſonans eſt in prima perſona, vt *aio*. Et ſimiliter in tertia plurali, *aiunt*. Ait vero dicit eſſe præſens, & poni pro præterito. Ad vltimum dicit non eſſe tertiæ coniugationis, ſicut pleriq́ue æſtimant, ſed quartæ; eo quòd imperatiuus eius inuenitur terminans in i, vt apud Neuium dicentem: *An nata eſt ſponſa prægnans; vel ai, vel nega*. Addit quoque, quòd vnum inuenitur in io, u antecedente, vt *inquio*. Eſt autem tertiæ coniugationis, quia Terentius ponit imperatiuum eius *inque*; & ſecundum tertiam inuenitur tota fere eius declinatio. Ferè dicitur, quia omne verbum tertiæ coniugationis, ſi habet i ante o in præſenti, ſeruatur etiam i in futuro, vt *facio faciam*: pro eo ergo quòd *inquio* debuit facere *inquiam*, habet frequentiſſime *inquam*: deficit autem in ſupino, licet præteritum ſit *inquit inquiſti*.

Aio eſt quartæ coniugationis, inquio vero tertiæ.

Agit autem poſtea de verbis tertiæ deſinentibus in io, ſecundum ordinem conſonantium præpoſitarum. Et primo de illis, quæ habent c ante io. Eſt ergo regula, quòd omnia verba tertiæ coniugationis deſinentia in cio, antecedente a, mutant eam in e productam, & abiecta o, faciunt præteritum; vt *facio, feci*; *iacio, ieci*. Compoſita quoque ex his, licet mutant in pręſenti a in i, ſeruant tamen regulam præteriti quæ eſt in ſimplicibus, vt *officio, offeci*. Quæ autem deſinunt in cio, antecedente i, mutant eam in e, & cio in xi, & faciunt pręteritum perfectum; vt *aſpicio, aſpexi*: excepto *elicio*, quod facit *elicui*. Ex illis autem quę habent a ante cio, faciunt ſupina à præſenti io, conuerſa in tum; vt *facio, factum: iacio, iactum:* niſi quòd compoſita ex his quæ in præſenti mutant a in i, in ſupino (a) vertunt in e; vt *factum, infectum*. Quæ vero terminant pręteritum ſuum in xi, conuertentia xi in ctum, faciunt ſupina: vt *aſpexi, aſpectum: Elicui* vero facit *elicitum*. Rurſus in dio inuenitur vnum tertiæ: ſcilicet *fodio, fodi*, & ſupinum *foſſum*.

Regula tertiæ coniugationis.

Omnia verba quæ in di faciunt præteritum perfectum, ſupina faciunt in ſum: vt *prandi, pranſum*. Excepto *dedi*, & ab eo compoſitis. Addit quòd deponentia in *dior*, faciunt ſupina in *ſum:* vt *ordior, orſum*. In gio autem deſinentia, producta antepenultima, & ablata o extrema, faciunt præteritum: & conuerſa o in tum, faciunt ſupinum: vt *fugio, fugi, fugitum*. Verba quoque tertiæ coniugationis deſinentia in *pio*, antecedente ca, mutant à correptam, in e productam, & abiecta (o) & producta (i) faciunt præteritum perfectum, vt *capio, cepi*. Supinum autem, tam eius, quam omnium terminantium pręteritum in pi, vel pſi, vel mi, profertur per *ptum*, vt *cepi, captum: ſcalpſi, ſcalptum: emi, emptum: Rapio* quoque & ex eo compoſita, proferuntur per ptum, vt *raptum, correptum*. Deſinentia in pio, antecedente cu, o in vi conuertunt, & producta penul. faciunt pręteritum, vt *cupio, cupiui*. In üi vero diuiſas, faciens pręteritum inuenitur vnum, *rapui, raptum*,

Alia regula eiuſdem coniugationis.

& ab

& ab eo compoſita. Etpræterea *ſapio, ſapiui, vel ſapui*. Fiunt autem ſupina à *cupiui*, & *ſapiui*, mutata vi in tum, vt *cupitum, ſapitum*. In rio quoque inuenitur vnum, *pario peperi*, & ex eo compoſita. Supinum eius eſt *pariũ*, licet dicatur *pariturus*, aſſumpta i. In compoſitis tamen mutatur a, in e, in ſupino, vt *repertum*.

De cæteris habentibus vocalem ante o.

CAP. CIX.

DEPONENTIA in rior, inueniuntur duo, & compoſita ab eis; *orior oreris, vel oriris, morior moreris, vel moriris*, tam ſecundum tertiam coniugationem, quam ſecundum quartam. Supinum ab *orior* eſt *ortum*, licet dicatur *oriturus*. A *morior*, cum futuri participium inueniatur *moriturus*, factum eſt participium præteriti *mortuus*, geminata (u) pro mortus, vel moritus, quod magis eſſet regulare.

Alia regula.

Deſinentia in tio, faciunt præterita per ſi, geminata ſſ, vt *quatio quaſſi*; quod tamen non eſt in vſu, *incutio, incuſſi*. Et vide quod licet in *quatio* ſcribatur (t) habet tamen ſonum c. Dicit enim Remigius, quod quotieſcunque duæ vocales ſequuntur t, altera quarum ſemper exiſtat i, habet (t) ſonum c, niſi præcedat (s) vel x; vt *quæſtio, commixtio*. ſupina autem fiunt à præteritis prædictis, i mutata in ſum, vt *quaſſum*; vnde *quaſſo, as*. In *tior* vnum inuenitur deponens, *potior*, tam tertiæ quam quartæ coniugationis, cuius ſupinum in itum deſinit, penultim. producta, *potitum*.

ITEM verba in üo diuiſas deſinentia, quacunque antecedente conſonante, mutant (o) in i, & faciunt præteritum perfectũ, vt *acuo, acui*, Exceptis *ſtruo, ſtruxi, pluo, pluui*, & ex his compoſitis. Illa vero ſupina faciunt conuerſa (i) in tum, & producta (u) penult. vt *acui, acutum*. Excipitur *rutum*, quod corripit penul. quod probat *erutum*, & *dirutum*, vel etiam *ruitum*, quod habet i, quod probat *ruiturus*. A *ſpuo* & *metuo*, & *pluo*, debuerunt eſſe *ſputum*, & *metutum*, vel *metuitum*, & *plutum*, ſed non ſunt in vſu. *Cætera* vero in üo terminantia, mutant extremam ſyllabam præterijt in ctum, vt *ſtruxi ſtructum, liqui lictum*; excipitur *fluxum*. Deſinentia in uo, (v) loco conſonantis poſita, penultima deſinente in l, extremam o conuertunt in i, & faciunt præteritum, vt *ſoluo ſolui*: vocali vero naturaliter longa antecedente, uo conuerſa in xi, faciunt præteritum, vt *viuo vixi*. Quæ vero ex prædictis faciunt præteritum in ui, conuertunt i, in tum, u redeunte in vocalem, vt *ſol ui ſolutum*. Quæ vero in xi, mutant xi in ctum; vt *vixi, victum*.

De habentibus conſonantem ante o.

CAP. CX.

Regula deſinentium in (o) tertiæ cõiugationis.

VERBA deſinentia in bo, vocali longa antecedente, bo conuertentia in pſi, faciunt præteritum, vt ſcribo ſcripſi. Cætera vero terminantia in bo, mutant o in i in præterito, vt *bibi*. Excipitur *incumbo incubui*, &c. tertię coniugationis compoſita à *cubo*. Quæ vero ex prædictis terminant præteritum in pſi, mutata pſi in tum, faciunt ſupina, vt *ſcripſi, ſcriptum*. Quæ vero terminant præteritum in bi, aſſumunt tum, vt *bibitum*. Deponentia in bor deſinentia, mutant *bor* in *pſum*, & faciunt ſupinum, vt *labor, lapſum*.

DESINENTIA in co, antecedente n, abiecta n, & o conuerſa in i, faciunt præteritum, producta penult. vt *vinco, vici*. Si vero (s) præcedat, mutant ſco in ui, niſi ſint inchoatiua, quæ carent præterito perfecto, vt *quieſco quieui*, præter *conquiniſco*, quod facit *conquexi*, & *compeſcui, diſpeſcui, didici, popoſci*, & eius compoſita. *In co* vero deſinentia, vocali naturaliter longa antecedente, in xi, præteritum faciunt, vt *dico dixi*, r antecedente vnum inuenitur *parco*, quod facit *peperci, vel parci*. Ico quoque penul. breui in præſenti profertur, quam producit in præterito, & mutat (o) in i, vt *ico, icis*, vnde *ictus*. *Supina* in ci terminantium, præteritum i in tum conuertunt; vt *vici, victum*: eandem etiam regulam ſeruant, *liqui lictum*, & eius compoſita. Quæ autem in vi ſyllabam proferunt præteritum, mutant eam in tum, vt *requieui requietum*. *Cognoſco* vero, & *agnoſco*, frequentiori vſu faciunt *cognitum*, & *agnitum*. *Paſco*, facit *paſtum*. *Compeſco, depeſco, diſco*, & *poſco*, à præſenti ſupinum faciunt, mutatione o in i, & addita tum, vt *compeſcitum, ſcitum*. *In xi* autem faciunt ſecundum regulam in xi terminantium, mutando xi in ctum, vt *dixi dictum, duxi ductum, peperci*, vel *parſi*, facit *parſum*.

Regula deſinentium in ſcor.

Deſinentia in ſcor, in antepenul. a vel e vel i correptas habentia, faciunt ſupina in *ctum*, vt *paciſcor, pactum: Nanciſcor nactum*, abiecta etiam n: vnde fit quod habeat (a) penultimam naturaliter breuem, licet producatur poſitione. Alia autem deſinentia in ſcor, habentia in antepenultima vocales naturaliter longas, faciunt ſupina in tum, abſque c, vt *naſcor natum:* Exceptis *defeciſcor defectum, comminiſcor commentum, adipiſcor adeptum*. Deſinentia in do, ſi habuerint penul. longam naturaliter, do conuertunt in ſi, vt *ludo luſi*: Excepto *cedo ceſſi*, quod geminauit s, & exceptis *cedo cecidi, pedo pepidi*, & *fido*, cuius præteritum non inuenitur, & *cudo*, quod facit rationabilius *cudi*, licet ſecundum alios faciat *cuſi & ſtrido*, quod facit *ſtridi*. Quæ vero componuntur à præpoſitione & do, duplicant di in præterito, vt *reddo reddidi*. N vero ante do habentia, o mutant in i, & faciunt præteritum: Et ſi ante (n) habuerint (u) vel (i) amittunt n, vt *fundo fudi, ſcindo ſcidi*. Cætera vero ſeruant n, vt *pando pandi, tendo tetendi, tundo tutudi*. Cado quoque, ne nomen eſſe putetur (dicitur enim *cadus cadi*) facit *cecidi*.

Alia regula.

Illud quoque addit, quod compoſita à duplicantibus ſyllabas in præterito, non duplicant penul. ſyllabam, exceptis compoſitis a *do*, vt *prodo prodidi*; vel à ſto, vt *reſto reſtiti*, vel à *diſco*, & *poſco*, vt *dediſco, dediſci, repoſco repoſci*. Addit vero quod excipitur etiam *diuiſi*. Supinam vero compoſitorum à do, ſi ſint tertiæ coniugationis, fiunt mutata o in i correptam, & aſſumpta tum, vt *reddo redditum*. Item verba tertię in do deſinentia, exceptis compoſitis a *do, das, do*, mutant in ſum, & faciunt ſupinum, vt *cedo ceſum*. Cado etiam facit caſum, producta tamen penultim. Eſt enim regulare, quod in omni ſupino vel participio præteriti, producitur (a) penul. exceptis *ſtatum, ſatum, & ratum*.

Illud quoque addit habentia n ante do, ſi amittunt n in præterito, amittunt eam in ſupino. Et ſi ſit penultima breuis in præterito, geminat ſſ vt *ſciendo ſciſſum*. Sin autem producatur, habet vnam ſ, niſi quod *cedo*, & *pando*, faciunt *ceſſum*, & *paſſum*, geminata, ſſ. Quod enim dicunt à *pando panſum*. Vnde: *Expanſis in cruce manibus*, ratione caret, cum dicat autor quod pando & patio, faciunt paſſum. Non eſt ergo dicendum *expanſis*, ſed *expaſsis*. *Pedo* autem ſupinum non habet. Sed *comedo* facit tam *comeſum*, quam *comeſtum*. Similiter *tendo tenſum*, & compoſitum inde, *oſtendo*. Similiter *ſtrido*, & *fido*, deficiunt in ſupinis. Addit rurſus vnum eſſe anomalum *edo, es*, quod antiqui dicebant, *edo, edis*, penultim. correpta, vnde *comedo comedis*. Supinum autem eius debet eſſe *eſum*, vel *eſtum*, quo nunc raro vtimur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Adhuc de eodem.

CAP. CXI.

OMNIA verba desinentia in go, mutata go in xi, faciunt præteritum, vt *pingo pinxi*. Exceptis desinentibus in go, antecedente r, quæ conuertunt go in si; vt *mergo mersi*; nisi sint à regendo composita, quæ licet in præsenti patiantur syncopam (e) penultimæ, seruant tamen eam in præterito; vt *pergo perrexi*. Excipiuntur etiam *frango, ago, lego*, & composita inde, quę sequuntur simplicia in præterito; præter *negligo, intelligo, & diligo*. *Pango* quoque cum facit *pegi, vel pepigi*, excipitur; cum facit *panxi*, de regula est. Excipiuntur præterea *tango, pungo pupugi*, quod tamen facit *punxi*. & composita ex his.

Regula de eodem.

Supina, in si terminantia in præterito, per sum proferunt, vt *mersi mersum*. Alia vero omnia in gi, vel xi, supina faciunt in ctum; vt *rexi, rectum*; *legi lectum* Et vide quòd *pango* pro cano caret supino, in alijs significationibus facit *pactum*; *figo, fixum* facit. Abijciunt tamen (n) quæ (a) vel (i) ante m, in penultima præsentis habent, vt *figo fictum*, præter *cinctum, tinctum*, & eorum composita. Ango quoque differentiæ causa seruauit n, vt *anctum*, quod non est in vsu; sed quidam protulerunt *anxus* eius participium. Deponentia in gor, mutant or in ctum, & faciunt supina, vt *fungor functum*. *In ho* desinentia mutant ho in xi, & faciunt præteritum; vt *traho traxi*; & secundum supradictam regulam, xi in ctum, proferunt supina, vt *traxi tractum*. Verba terminantia in lo, in lui faciunt præteritum vt *alo alui*. Exceptis duplicãtibus l, quæ si à muta incipiant, geminant principalem syllabam; vt *pello pepuli*: quorum tamen composita non eam geminant. Alia vero duplicantia l ante o, alia inquam ab his quæ incipiunt à muta, conuertunt (o) in i, vt *vello, velli, vulsi*, quod non est regulare. Et ex hoc potest haberi quòd (u) consonans non est. *Percello* quoque facit *perculi*, & *excello exculi*, vel vt alij dicunt, *excellui*. Supina vero ex habentibus vnam l, exeunt in tum, vt *colo cultum*. A duplicantibus autem l nascentia, exeunt in sum; vt *fallo falsum, pello pulsum*. *Psallo* tamen non habet supinum, nec *tollo*, nisi quòd pro supino eius vtimur *sublatum*, similiter nec *volo*.

Desinentia in mo, vocali longa antecedente, mutant (o) in psi, & faciunt præteritum; & si in tum conuertentia, faciunt supinum; vt *sumo, sumpsi, sumptum*. Cætera vero in mo, per üi diuisas exeunt, vt *gemo gemui*; præter *emo emi*; & üi in tum proferunt supina, vt *vomitum*. *Emo* autem facit *emptum*. *Premo* in si, secundum regulam facit *pressum*. *Verba* tertiæ coniugationis desinentia in no, faciunt præteritum per vi syllabam, vt *sino siui*: Exceptis desinentibus in no, antecedentibus (o) vel g, quæ per üi diuisas faciunt præteritum; vt *pono posui, gigno genui*; quomodo & composita à cano, vt *succino succinui*; Et exceptis desinentibus in no, antecedente (m) quæ conuersa no in psi, faciunt præteritum, vt *temno tempsi*. Supina vero à terminantibus præteritum in üi diuisas fiunt, subtracta (u) & addita tum, correpta pen. vt *posui positum*. Composita à cano seruant terminationes simplicis, a conuersa in e. *Cantum* n. dicimus in simplici, & *succentum* in composito: *tempsi* vero facit *temptum*. Quæ vero faciunt præteritum in vi syllabam, mutant eam in tum, vt *sinui, situm*.

Iterum de eodem.

CAP. CXII.

VERBA desinentia in po, antecedente m, subtracta m, & o conuersa in i, faciunt præteritum, penul. producta, vt *rumpo, rupi*. Quæ autem habent e breuem in penul. mutant o in üi diuisas, vt *strepo strepui*. Quæ autem habent l, vel r, vel e productam ante po, o in si conuertentia, faciunt præteritum, vt *sculpo sculpsi*. Supina vero à terminantibus in pi, fiunt mutata (i) in tum, vt *rupi ruptum*. A desinentibus vero in diuisas üi, faciunt subtracta (u) & addita tum; vt *strepui strepitum*. Ab exeuntibus vero in psi, fiunt mutata si in tum; vt *scalpsi scalptum*.

Regula de eodem.

Verba desinentia in ro, terminant præteritum per vi syllabam, vt *tero triui*; nisi quod composita à *fero, vis*, si mutent significationem simplicis, proferunt præteritum per üi diuisas, vt *desero, deserui*; & exceptis *gero gessi, vro vssi, curro cucurri*; & quæ componuntur ex his. *Verro*. n. secundum Seruium *versi* facit, secundum Carisium autem *verri*, quod vsus comprobat. Supina vero à terminantibus præteritum in vi syllabam, fiunt mutata vi in tum; vt *triui, tritum*; nisi quòd *seui* habet etiam pro e, a penul. correptam. Dicitur. n. *satum*, pro *setum*. Ab eo quoque composita habent (i) pro a, vt *insitum*, & similia. *Deserui* vero & *inserui*, & *exerui*, faciunt *desertum* & *insertum* & *exertum*. *Vssi* quoque facit *vstum*. Quæ vero duplicant (r) in præsenti ante o, ro, conuersa in sum, faciunt supinum, vt *verro versum*.

Verba tertiæ in so desinentia, conuertunt (o) in i, & assumpta vi, faciunt præteritum, vt *lacesso lacessiui, arcesso arcessiui*. Hæc tamen *faceso, capeo, viso, & quaso*, secundum Diomedem & Carisium conuertunt (o) in i, & faciunt præteritum; vt *facessi capessi, visi, & quæsi*; Pro quo tamen Probus magis regulariter dixit *quæsiui*: Et excepto *pinso pinsui*. Supina eorum desinunt in situm; vt *arcessitum, capessitum, pinso* vero facit *pistum*. *Verba* desinentia in to, antecedente c, secundũ quosdam faciunt præteritum in xi, secundum alios in üi diuisas vt *pecto pexi, vel pexui*. *Flecto* tamen facit tantummodo *flexi*, & similiter ab eo composita: & *plecto plexi* antiqui dicebant, nunc autem cum suis compositis fit commune verbum. E breui antecedente to, duo inueniuntur, *peto petiui, & meto messui*. R præcedente to, similiter duo, *sterto sterti, verto verti*. Geminata vero (t) ante o, vnum, *mitto misi*. *Sisto* in actiua significatione, tam in simplici, quàm in compositis deficit; sed in absoluta & simili, cum sto verbo, commune habet præteritum; vt *resisto*, vel *resto restiti*.

Supina eorum quæ in xi præteritum faciunt, per xum exeunt, vt *nexui nexum, petiui* vero facit *petitum*, producta penultima. Porro à *stertui* supinum non inuenitur, sicut nec à *sisto*: facit autem *messui messum, verti versum, misi missum*. Deponentia vero in tor desinentia, non antecedente consonante, tor conuertũt in sum; vt *nitor nisum*, inuenitur & *nixum*. In xo duo inueniuntur o in üi conuertentia in præterito; quorum alterum per tum facit supinum, *texo texui textum*; alterum in xum, *nexui, nexum*.

De verbis quartæ coniugationis.

CAP. CXIII.

OMNIA verba actiua vel neutralia quartæ, desinunt in io, exceptis *eo*, & *queo*, & *veneo*, & quæ sunt ex his composita. Omniaque à secunda persona præsentis, abiecta vltima s, & addita vi, faciunt præteritum perfectum, vt *audio audis audiui*. Exceptis desinentibus in cio. excedentibus numerum, propter *cio ciui*, duarum syllabarum, & simplicibus, quæ si habeant (n) antecedentem, conuersa cio in xi, faciunt præteritum; vt *vincio*: si vero non habuerint (n) antecedentem, mutata cio in si, faciunt præteritum, vt *sarcio sarsi*. Exceptis *haurio hausi. sepio sepsi, sentio sensi, venio veni, aperio aperui*. *Reperio* vero facit reperi, p duplicata apud poetas. *Comperio* quoque *comperi*. Excipiuntur iterum *salio*, secundum quod facit *saliui*, vel *sali*, vel composita ab eo, vt *desileo desilui*. Et *cambio campsi*, secundum Carisium, pro quo hodie *cambiui*.

Regula quarta coniugationis.

Supina vero terminantium in xi præteritum, fiunt

conuersa

coniuersa xi in ctum, vt *vinxi vinctum*. Quæ vero faciunt in si, antecedentibus il vel r, mutant eam in tum, vt *fulsi fultum, farsi fartum*. Cætera quartæ verba terminantia præteritum in si, i mutant in um, & faciunt supinum; vt *sensi sensum*, præter *hausi*, quod facit *haustum*. *Sepsi* vero facit *septum*, & *veni ventum*, & *aperui apertum*; sicut *pario partum*, & omnia ex his composita. Alia vero omnia quartæ, quæ præteritum tam in vi quàm in ij terminant, faciunt supinum in itum, pen. producta, vt *audiui auditum*. Exceptis desinentibus in eo, quæ corripiunt penultimam: vt *eo itum*, *adeo aditum*, præter *veneo*, quod debuit facere supinum *venitum*. *Ambio* quoque, licet sit ab *eo* verbo, quia tamen desinit in io, producit penul. tam in supinis, vt *ambitum ambitu*, quam in participio præteriti temporis, vt *ambitus*; ad similitudinem aliorum quartæ, desinentium in io. Excipiuntur præterea *sepelio sepeliui*, vel *sepelij*, quod facit *sepultum*, & *salio* quod facit *saliui* vel *salij*, quod facit *saltum*, & si qua sunt ex his composita. Ibi quoque interserit quædam alia verba aliarum coniugationum à quarta, si faciant præteritum in vi, producunt penul. supini, vt *cupiui*, *cupitum*, præter dissyllaba quæ eam corripiunt, vt *siui situm*. Et præter *cieo*, quod facit *citum*, penul. correpta, & si qua componuntur ex his.

De participio, & vtrum sit pars orationis per se.

CAP. CXIIII.

EXecutis itaque duabus partibus orationis principalibus, i. Nomine, & Verbo, tractat subsequenter de Participio, quia proprietates accipit à nomine & verbo. Vnde participium dicitur quasi accipiens partes, i. proprietates à prædictis partibus. Et dixerũt quidam non esse partem orationis per se, quia omne participium deriuatiuum est, quod nulla alia pars orationis inuenitur habere.

Participium nec nomen est nec verbum, sed pars orationis eorum proprietates participans.

Sed probat non esse nomen. Nomen non est, quia cum tempore significat, & semper exigit casum, quem & suum verbum, & ponitur pro verbo; quorum neutrum nomini conuenit. Quemcunque enim casum exigit verbum, nomen deriuatum ab eo, vel exiget genitiuum casum, vel datiuum per figuram compassionis, i. acquisitiuè; vt *audio illum* dicitur; *sum auditor illius*, & *illi*, i. ad eius vtilitatem. Pauca etiam nomina construuntur cum ablatiuis, vt *dignus illa re*. Pauca etiam cum accusatiuis, & figuratiuè, vt *exosus bella*. Ideo autem figuratiuè, quia *exosus* ponitur ibi loco participij, ac si dicat, *odiens bella*. Non tamen semper est figura hæc, quando nomen exigit accusatiuum, vt *albus pedem* Si opponatur quod *dignor* verbum, & *dignus* nomen, quod deriuatur ab eo, sequuntur eundem casum, nempe ablatiuum; dicemus hoc fieri ex propria natura dictionis, non ex vi verbi. Cum enim *dignor* exigat actum & ablatum, vt *dignor te gloria*, actum ex communi natura verbi exigit, ablatum vero ex vi propriæ significationis. Probat postea non esse verbum; quoniam per casus, & genera declinatur, quod nullo verbo conuenit.

De definitione participij.

CAP. CXV.

Quid participium.

SIc ergo *participium est pars orationis, quæ pro verbo accipitur*, i. vel vbi poni non potest &, vel vbi non adeo commodè. Et quoniam vnum verbum ponitur pro alio, vt colo pro *amo*, vel *aro*, vel *habito*, subiungit, *ex quo deriuatur naturaliter; habens genus & casus, ad similitudinem nominum: & accidentia verbo, absque discretione personarum & modorum*. Ante inuentionem participij in nominatiuo casu, non poterant duo verba (id est significationes eorum) eidem rei simul, sine coniunctione interposita, attribui; vt *Sortes legit, & disputat*: nunc commodius fit, & breuius, per nominatiuum participij verbo coniunctum, vt *Sortes legens disputat*, vel *legens disputo*, pro lego & disputo. Si quis opponat quòd sine interposita coniunctione, per puncta poterat hoc fieri, vt *lego disputo*. Dicemus quòd punctum interpositum idem valet quod coniunctio.

Illud quoque adiungit, quòd si diuersa nomina de vno dicantur, non oportet interponere coniunctionem, nisi vtrunque sit adiectiuum, vt *Pius Æneas*: sed dicendum est, *Marcus Tullius Cicero*, nullam coniunctionem interponendo. Si quando adiectiua de vno dicere velimus, oportet interponere coniunctionem, vel punctum; quia punctorum interpositio valet quantum coniunctio. Illud etiam addit, quod licet participium deriuetur à verbo indicatiuo, complet tamen omnium modorum significationem, adiunctum scilicet diuersorum verbis modorum, vt *exponens doce*, pro expone: *Vtinam exponens docerem*, pro vtinam exponerem & docerem: similiter & in cæteris. Vnde & participium ostendit maximam habere cum infinitiuo cognationem: quod quamuis nascatur ab indicatiuo, pro omni quoque accipitur modo: *scribo* enim nihil aliud est, nisi quòd *me scribere indico*: similiter *scribe*, idem est quod *impero te scribere*: eodemque modo in cæteris. Docet præterea quòd præsens tempus & præteritum imperfectum, coniuncta sunt in participio, id est eadem vox participij est præsentis temporis, & præteriti imperfecti, vt *legens*. Eodemque modo coniuncta sunt præteritum perfectum & plusquam perfectum in participio, vt *lectus*; quemadmodum hæc tempora coniuncta sunt in infinitiuo modo & optatiuo.

Participium habet maximam conuenientiam cũ verbo infinitiui modi.

De origine & formatione participiorum.

CAP. CXVI.

Vnde formentur participia.

DIcit itaque, quod participium, quod est tam præsentis quàm præteriti imperfecti, nascitur à prima persona verbi præteriti imperfecti, conuersa *bam* extrema syllaba in *ns*, vt *amabam*, *amans*. Quod ideo factum æstimo, vt idem & communis possit esse formationis modus, in omni coniugatione, eo quòd omne præteritum imperfectum habet extremam syllabam eandem, i. *bam*. Verumtamen excipit tam verba quartæ coniugationis desinentia in *eo*, quàm quædam alia eiusdem coniugationis, vt *polio*, quę habent in præterito imperfecto (*i*) ante *bam*; vt *adibam*, *polibam*: quæ faciunt *adiens*, & *poliens*. Et illa quidem quæ veniunt à verbis desinentibus in *eo*, declinantur anomalè per obliquos casus: habent n. *eu* pro *ie*, vt *iens*, *euntis*: cum regulariter deberet dici *ientis*.

Participia quoque futuri temporis, à verbis actiuis, vel neutris, vel deponentibus venientia, fiunt ab extremo supino, addita *rus*: vt *amatu amaturus*, *statu staturus*, *locutu locuturus*. Verbum quoque commune duo habet participia futuri temporis. Vnum in *rus*, quod actiuæ significationis est, & ab vltimo supino secundum prædictam regulam formatur, vt *criminatu criminaturus*: Alterum vero significationis passiuæ, quod nascitur à genitiuo participij præsentis temporis, *tis* finali conuersa in *dus*, vt *criminans*, *criminantis*, *criminandus*.

Præteriti quoque temporis participia fiunt ab vltimo supino, addita (s) & correpta u; & fiunt à verbis passiuis, vt *amatu*, *amatus*: & communibus, vt *criminatu criminatus*, & deponentibus, vt *for*, *fatu*, *fatus*: & neutro passiuis, vt *gauisu gauisus*, & à paucis alijs neutris, vt à *cænatu cænatus*. Neutra enim significantia actum transeuntem in rem non rationalem, solent habere passiua in tertia persona, & participia passiua præteriti temporis. Quoniam n. dicimus *cæno piscem*, dicitur quoque, quòd *piscis cænatur*, & *piscis cænatus*. Huiusmodi tamen etiam actiuè inueniuntur, vt *cænatus*

tus ſum piſcem. Itaque ſi deficiunt ſupina, deficiunt quoque & præteriti temporis participia, & ea quæ ſunt futuri in *rus* deſinentia.

Verba deficientia in aliquo tempore carẽt participijs eiuſdem tẽporis.

Adiungit quoque, quòd quorumcumque temporum defectiua ſunt verba, & eorundem temporum participia deficiunt, vt *odi* in præſenti quidem deficit, quare & in participio præſentis temporis. Quomodo tamen *odi* licet ſit præteritum, accipitur etiam pro præſenti, ita quoque *oſus*; vnde *exoſus* compoſitum eſt, & pro præterito & præſenti ponitur. *Memini* tamen quamuis ſit præteritum, quia & pro præſenti accipitur, facit *meminens* participium, quod & pro præterito ponitur. Addit ergo quædam habere formam participiorum, quæ quia ſine tempore ſignificant, non ſunt participia, vt *galeatus*, *ſcutatus*, & ſimilia. Adiungit etiam, quòd à participijs, nec participia deriuantur, nec verba; ſed vel nomina, vt *indulgens*, *indulgentia*, vel aduerbia, vt *indulgenter*.

De accidentibus participij, & primo de genere & caſu.

CAP. CXVII.

Accidentia participij ſunt ſex.

PARTICIPIORVM autem accidentia ſunt ſex, genus, caſus, tempus, ſignificatio, numerus, & figura. Dicit itaque quòd participio accidit, & genus maſculinum, vt *amatus*, & fœminum, vt *amata*, & neutrum, vt *amatum*. Quamuis quoque commune trium generum accidit participio, vt *hic hæc & hoc amans*, non tamen accidit ei commune duum generum, neque epicœnum, prohibente natura, id eſt ſignificatione participij. Quoniam autem participium retinet quodammodo verbi ſignificationem, cuius eſt generi omni nominum indifferenter adiungi, ſic & illud.

Participia conueniunt cum adiectiuis.

Quod autem dicit participia pœnè habere vim adiectiuorum: Ideo dictum eſt, quia licet adiaceant participia ſicut adiectiua, ſignificant tamen cum tempore, quod adiectiuis non conuenit, conueniunt tamen quòd ſicut adiectiua nomina nullo caſu deficiunt, ita nec participia. Addit quoque, quòd participia declinantur per ſimilitudinem nominum deſinentium in *us*, vel mobilium deſinentium in *us*. Sicut enim dicitur *hic hæc & hoc inſons inſontis*, ita *hic hæc & hoc legens legentis*. Et ſicut *albus*, *ba*, *bum*; ita *lectus*, *cta*, *ctum*. Exceptis illis quæ fiunt à verbis quartæ coniugationis in *eo* deſinentibus, vt *iens euntis*, *quiens queuntis*.

De tempore participij.

CAP. CXVIII.

Eadem tempora accidũt participijs & verbis infinitis.

DE tempore vero dicit, quòd eadem tempora accidunt participijs, quæ & verbis infinitis: hoc autem ideo, quia ſicut eadem vox infinitiui eſt præſentis temporis, & præteriti imperfecti, vt *oſculari*: ita & eadem vox participij, vt *oſculans*, & ſicut *oſculatum eſſe vel fuiſſe*, eſt & præteriti perfecti & pluſquam perfecti, ita & *oſculatus*. Et ſicut futurum infinitiui eſt *oſculatum iri*, ita quoque & *oſculaturus* futurum participij.

Addit vero quòd cum ſint quinque ſignificationes verborum, actiua, paſſiua, neutra, communis, & deponens: ab ijs fiunt diuerſa participia. Ab actiuo quidẽ & neutro, fiunt participia præſentis & futuri temporis: ſed in actiua ſignificatione, ſemper apud nos deficiunt participia præteriti temporis, pro quibus tamen vtimur nomine infinito *qui*, & verbo præteriti temporis, vt *qui amauit*. Nam participium præteriti temporis, etiam actiuæ ſignificationis, debuit ſignificare & ſubſtantiam agentis, & actionem præteritam: itaque illa circumlocutione, perfectè ſenſum præteriti complemus. Verbum quoque paſſiuum facit ex ſe duo participia, alterum ſcilicet præteriti temporis, vt *amatus*, & alterum futuri, vt *amandus*. Deficit autem

Ex omnibus verborum generibus fiunt participia.

ſemper apud nos in participio præſentis temporis, quod tamen complemus per nomen infinitum *qui*, & verbum paſſiuum præſentis temporis, vt *qui amatur*. Per *qui* namque ſubſtantiam, per amatur paſſionem præſentem intelligimus.

A neutris vero ſicut diximus, fiunt duo participia: alterum præſentis, vt *ſtans*: alterum futuri vt *ſtaturus*. Quædam tamen neutrorum inueniuntur etiam habere participia præteriti temporis, vt *cæno cænatus prandeo pranſus*, & ſimilia. Et puto in illis hoc ſolere neutris contingere, quæ ſignificant actum tranſeuntem in rem non rationalem, ob hoc enim habent hæc verba paſſiua, ſed in tertia tantum perſona, vt *cæno piſcem*, dicitur & ſimiliter, *piſcis cænatur*. Inde eſt quòd inuenitur participium præteriti temporis, & paſſiuæ ſignificationis *cænatus*: vt *piſcis cænatus à me*: quod tamen etiam quoniam à verbo neutro eſt, ponitur & actiuè, vt *cænatus ſum*, id eſt cænaui. De neutris paſſiuis quoque dicit quòd habent participia trium generum, vt *gaudeo*, *gaudes*, *gauiſus*, *gauiſurus*.

A verbo autem communi quatuor naſcuntur participia. Vnum præſentis temporis, vt *criminans*, quòd actiuæ tantum eſt ſignificationis. *Alterum* vero præteriti temporis, vt *criminatus*: quod tam actiuæ, quam paſſiuæ eſt: vt *crim natus illum*, & *criminatus ab illo*. *Tertium* vero tantum actiuæ, vt *criminaturus*. *Quartum* tantum paſſiuæ, vt *criminandus*. A deponenti rurſus fiunt tria participia. *Vnum* præſentis temporis, vt *ſequens*. *Alterum* præteriti, vt *ſecutus*. *Tertium* futuri, vt *ſecuturus*. Addit quoque, multa ex verbis apud nos hodie deponentibus, apud antiquos fuiſſe communia, quæ cauſa eſt vt participia eorum præteriti temporis, & in actiua inueniuntur ſignificatione, & paſſiua: vt *auxilior*, & *auxiliatus illum*, & *ab illo*.

De ſignificatione, numero, & figura.

CAP. CXIX.

Significatio vt accidat participio ſumi debet pro modo ſignificandi.

PARTICIPIO accidere dicitur ſignificatio. Sed puto quòd ſignificatio participij dicitur hic, non eius ſignificatum, ſed modus ſignificandi, vel actiuè, vel paſſiuè, vel aliter: quem & à verbo ſuo contrahit, & accidentalem eſſe participio patet. Si quis autem obijciat, quòd alius modus eſt ſignificandi in nominibus ſubſtantiuè, alius adiectiuè: Ideoque ſignificationem debere ſimiliter accidere nomini: ſciat quod illi modi ſignificandi, nomini ſunt quaſi ſubſtantiales: vnde & diuerſas faciunt nominis ſpecies. Quæ autem ad numerum pertinent, ex tractatu nominis requires.

Participia accipiunt figuras à verbis.

De figura dicit, participia accipiunt figuras à verbis, quòd participium per ſe nunquam componitur, ſcilicet niſi præiacet compoſitio verbi cuius eſt participium, ſiue ſit compoſitum, ſiue decompoſitum. Subiungit itaque quòd participia ſimplicia ſunt, vel decompoſita plerumque; quod dicitur propter illa participia quæ non ſeruant iunctura compoſitionis, vt *contingor* non facit *continctus*, ſed *contactus*. Seruat itaque literam ſimplicis participij *tactus*, non iunctura compoſitionis ſui verbi, quod cum ſit compoſitum, debet dici non decompoſitum. Enumerat poſtea formas participiorum præteriti temporis, quæ ſunt ſeptem, ſcilicet in *tus*, *ctus*, *ptus*, *ſtus*, *ſus*, *pſus*, *xus*. Et nota quòd ab *halo* quoque *halaui*, & *ſpiro ſpiraui*, fiunt nomina participalia *halitus*, & *ſpiritus*, ſimilia participijs præteriti.

De Pronomine, & eius ſignificatione.

CAP. CXX.

POST hoc aggreditur Priſcia, tractatum Pronominis cum Donatus ſtatim poſt nomen tractet de ipſo. Videns ergo Donatus, quòd nomen ideo præponitur verbo, quia ſubſtantiam ſignificat, quæ prior

natura

natura est propria verbi significatione, putauit quoque ratione consimili pronomen, quia substantiam significat, debere verbo præponi. Author tamen iste considerans quòd pronomen causa verbi, sicut postea demonstrabitur, repertum est: Quod participium à nomine & verbo contrahit proprietates; merito statim post nomen & verbum debuit poni, vt etiam rationem sui nominis seruaret. Pronomen itaque quartum merito obtinuit locum.

Cur agatur de pronomine post verbum.

Distat autem inter nominis & pronominis significationem, quòd illud quidem substantiam & qualitatem significat, istud vero meram substantiam. Nam substantia tribus modis accipitur. Vno modo sumitur à substando; Et dicitur à Græcis *hipostasis*, ab *hipo* quod est sub, & *stasis*, quod est stans, vel status. Hoc modo primordialis natura, quia formis omnibus substat, merito dicitur substantia. Dicitur alio modo à subsistendo; & dicitur à Græcis *vsiosis*, id est subsistentia; secundum quam acceptionem conuenit formæ, cuiusmodi est humanitas, quia sub se sistit quodammodo fluxum materiæ quam informat, sicut ex artificialibus possumus intelligere. Ecce enim antequam ceræ imprimatur figura, in fluxu quodam est, & confusione; quia quâlibet formam potest accipere. Cum vero figura ei imprimitur, iam ab illo fluxu retinetur: quoniam certam assumit formam, vt dum illam retinet, recipere non possit aliam. Dicitur ergo tertio modo substantia, tam à substando, quàm à subsistendo. Et tunc dicitur à Græcis *vsia*, à nobis autem propriè *essentia*: secundum quã conuenit compositio ex vtroque, id est rei. Ex materia quidem proprietatem contrahit substandi, ex forma quidem subsistendi: propter materiam enim formis tam substantialibus quàm accidentalibus habet substare; propter formam vero determinatum quid est, & distinctum, quod est rem ipsam subsistere.

Pronomen non significat substantiam & qualitatem vt nomen, sed substantiam tantum.

Substantia sumitur tripliciter.

Quid est nomen significare substantiam & qualitatem.

Nomen ergo significat substantiam & qualitatem, id est rem vt forma subsistentem, siue illa formam habeat vt *homo*, siue non habeat, vt *albedo*, hoc enim nomen ita rem suam discretè significat, etiam determinatè, quasi formam qua ab alijs rebus discernatur habeat, quamuis tamen nullam habeat formam; quia formæ nulla forma est. Pronomen verò significat substantiam sine qualitate, id est significat rem vt substat. Vnde & in libro constructionum, suppositum dicitur significare, quia non formam, sed formæ rem; vel significat. Dicitur ergo meram substantiam significare; non quod informem, & ab omni qualitate exutam, hoc enim esset materiam primordialem significare; sed quia rem vt substat, & sine respectu formæ significat. Cum ergo dicitur *Virgilius scripsit Bucolica*, *idem scripsit Æneida*, hoc nomen *idem*, rem illam quam hoc nomen *Virgilius* ad quod refertur, significat, sed tantum vt substantem, & sine qualitatis respectu.

Quid significare meram substantiam.

De diffinitione, & proprietate pronominis.

CAP. CXXI.

Quid pronomen, & cur pro nomine proprio ponatur potius quam pro appellatiuo.

SIc ergo *pronomen est pars orationis, quæ accipitur pro nomine proprio vniuscuiusque*, quod totum quoniam infinitis nominibus conuenire videtur, vt ei quod est *qui*, adiungit, *personasq; finitas recipit*, quod non habet *qui*. Sed quæritur, cur dicatur poni pro nomine proprio, magis quàm pro appellatiuo: ad appellatiuum namque ſæpe refertur, vt cum dicitur, *homo currit, idem disputat*. Ad quod dicendum est, quod appellatiuum nomen, & habet significare communem qualitatem, & habet hoc officium, scilicet vt ostendat de qua specie rerum vel genere sit id de quo est sermo; ergo nec significatione, nec officio, pronomen ponitur pro nomine appellatiuo. Nomen vero proprium significat propriam qualitatem, & est eius officium ostendere de quo sermo est, separando illud ab omnibus alijs; quamuis hoc ſæpe non faciat, æquiuocatione impediente. Pronomen vero, quamuis significationem proprij nominis non habeat, eius tamen officium habet, id est determinatè & separatim ab omnibus alijs ostendere de quo sermo est. Quamuis ergo referatur ad appellatiuum, non tamen pro ipso ponitur, sicut demonstratum est, sed pro proprio nomine ponitur, hoc est ad complendum officium quod faceret proprium nomen, si ibidem poneretur. Et ideo dicit proprium esse pronominis poni pro nomine proprio. Sed quia quandoque appellatiuum nomen antonomasicè, id est per excellentiam pro nomine proprio ponitur, vt *Vrbs pro Roma*; Idcirco addit Priscianus, quòd præter hoc, proprium est pronominis, certas significare personas, hoc est determinare circa substantiam, vtrum de se loquatur ipsa, an aliquis ad eam vel de ea, quod non facit appellatiuum nomen positum pro proprio.

Solutio obiect.

Sed opponitur, quòd quando pronomen refertur ad appellatiuum nomen, non significat determinatè, quia nec nomen ad quod refertur. Sed dicimus, quia illud determinatè significat, quod nomen ad quod refertur, & hoc proprium pronominis est facere. Imò cum dicitur, *homo legit, idem disputat*, nomen quod præfertur, ad certitudinem personæ vult trahere. Illud quoque videndum est, quòd pronomen duabus de causis loco proprij nominis ponitur, scilicet pro necessitate in prima & secunda persona, quia omne nomen tertiæ personæ est, & pro commoditate, in tertia. Dicto namque *Socrates legit*, quamuis dici posset, & *Socrates disputat*. tamen commodius est dicere, & *ipse disputat*, vt determinetur de eodem Socrate dictum esse: quãus sint & aliæ quãplures causæ inuentionis pronominum, vt *Discretio, Demonstratio, Illatio*.

Duæ sunt causæ cur pronomen ponitur loco proprij nominis.

De accidentibus pronominis, & primo de Specie.

CAP. CXXII.

POST hoc enumerat pronominis accidentia, quorum quædam sunt secundariæ significationes, quædam vero communes vocum proprietates. Inter hæc autem Demonstrationem & Relationem non enumerat, quia pronomini sunt quasi substantia, quoniam propter demonstrationem, necnon etiam discretionem reperta sunt; licet tamen dicat hoc omni pronomini accidere, ideo quòd principaliter significant substantiam, secundario illa. Accidunt itaque pronomini sex, species, persona, genus, numerus, figura, casus. Quid sit autem species, & cætera quæ ad speciem pertinent, ex tractatu nominis requires.

Pronomini sex accidunt quorũ quædam sunt secundariæ significationes, quædam vero cõmunes vocum proprietates.

Octo igitur dicit esse pronomina primitiua. *Ego, tu, sui, ille, iste, hic, is, ipse*. Hæc omnia dicit primitiua esse, vel simplicia; id est ita primitiua esse, quòd & simplicia; vt illud *vel* subiunctiuè ponatur. Non autem dicit ea simplicia esse quantum ad figuram, sed quantum ad sensum. Deriuata namque duplicem habent significationem, vt *meus*, quod significat possessorem, & possessionem; primitiuum simplicem, id est vnam habet significationem. Vel quia quædam apud Græcos æquipollentia quibusdam istorum sunt composita, ideo ad differentiam illorum dicit hæc esse simplicia.

Sunt 8. pronomina primitiua, & 7. deriuatiua.

Consequentet dicit author, septem esse deriuatiua, scilicet *meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras*. Sed quæritur, cur *idem*, nec inter primitiua nec inter deriuatiua enumerat? Quod vel ideo facit, quia deriuationem accepit strictius more suo, vt non complectatur composita; vel fortasse quasi pro eodem pronomine reputauit simplex pronomen *is*, & *idem*, compositum ab eo & demum per apocopen. Concludit itaque Priscianus 15. esse pronomina, quod dicit propter *quis, qualis, & quamuis &c.* quæ Donatus pronomina esse putauit, ipse autem nomina.

Cur

Cur Donatus, quis qualis, & quantus, putauit esse pronomina, Priscianus autem nomina.

CAP. CXXIII.

DONATVS itaque inspexit, quòd formas rerum sequuntur nomina. Omne etenim nomen ex communi qualitate datum est rei, vel ex propria; vt hoc nomen *homo*, datum est ab humanitate, hoc nomen *Plato*, à qualitate propria, quæ ficto nomine Platonitas appellari potest. Cognouit itaque, quòd *quis*, cum interrogatiuum sit substantiæ, substantiam significat. Et quia qualitas siue communis, siue propria, certificat rem, & determinat, *quis* autem quia interrogatiuum est, confusè, & nihil determinando significat; concludit quòd *quis*, non qualitatem, sed substantiam sine qualitate significat. Hoc autem inquit proprium est pronominis; ideoque *quis*, pronomen est. Præterea inquit, cum *quis* ponitur interrogatiuè, omnia comprehendit nomina quæ possunt ad ipsum responderi, & quodammodo pro eis ponitur. Cum enim quæritur *quis hoc fecit:* idem est ac si quæratur, *virum Socrates fecerit illud*, vel quis alius? Et quoniam inquit proprium est pronominis pro nominibus poni, idcirco *quis* pronomen est; & hac sola de causa, non significationis ratione, putauit *qualis, & quantus*, & cætera huiusmodi, esse pronomina.

Rationes Donati quibus probat quis esse pronomen.

Sententia Prisciani oppositæ & veræ.

Priscianus tamen rem altius inspexit, quamuis enim *quis* substantiam sine qualitate significet, quia tamen substantiam inquit infinitè significat, non debet putari pronomen, cuius est finitè substantiam significare. Præterea inquit, quamuis qualitas rem determinet, nihilominus infinitè significata certificat. *Quis* vero sicut infinitè substantiam, ita etiam infinitè qualitatem significat. *Quis* enim interrogatiuè positum, mittit nos ad quamlibet substantiam, qualibet communi qualitate, vel propria, determinandam, propter quas nomen repertum est: significat enim infinitè substantiam & qualitatem, non ergo potest dici pronomen. Præterea licet *quis* comprehendat quodammodo nomina omnia, quæ ad eius interrogationem possunt responderi, pro nullo tamen proprio nomine potest poni, quod omne pronomen habet facere; ideoque *quis* non est pronomen. Quoniam vero qualis, & quantus, & cætera huiusmodi substantiam non significant, sed vel qualitatem generalem, vel quantitatem, vel aliud huiusmodi: ideo inquit non sunt pronomina. Nihil enim nisi substantiam pronomen significat. *Subtilius* inspexit Priscia. & quos ille secutus est, ideoque illi acquiescendum est. Vide ergo quod pronomen suum habet proprium modum significandi, qui nulli alij conuenit.

Cur pronomen in tertia persona plures habeat voces quam in cæteris.

CAP. CXXIIII.

MOVET vero postea quæstionem, cur prima & secunda persona, singula habeant pronomina, cum sex habeat vocum diuersitates tertia. Ad quod sciendum est, quòd in prima & secunda persona, idem operatur demonstratio, quod vocum operaretur multitudo. Quoniam enim pronomina primæ & secundæ personæ demonstratiuè semper significant, & rem vel præsentem, vel vt præsentem semper designant, adeo certa & definita est eorum demonstratio, vt diuersitate vocum non egeant. Tertia vero persona non semper præsens est, vel demonstratiua. Sed quandoque designatur demonstratiuè, aliquando relatiuè; modo præsens, vt *iste*; modo absens, vt *ille*; modo prope posita; modo longe posita. Propter has ergo sex proprietates tertiæ personæ distinguendas, repertæ sunt sex vocum diuersitates necessario in tertia; ne si vna vox

Pronomina primæ & secundæ personæ quia rem præsentem designant sunt pauciora quam tertiæ.

A præsentem significaret, & absentem; esset in pronomine confusio, quod certam omnino debet habere significationem.

Quod autem in prima & secunda pronominum persona, adeo certa sit demonstratio; probat ex eo, quòd demonstratio certa, & relatio, causa est quare tria principalia pronomina, nec discernant genera, nec consequenter declinentur; sed positiuè, vt vna vox ab alia non inflectatur: nec enim *mei* genitiuus fit ab ego, nec *mihi* à genitiuo mei. Certa tamen demonstratio vel relatio facit, vt in eadem terminatione trium sint generum, absque confusione. Quod enim in discernendis generibus faceret, vel articulorum adiunctio, vel diuersitas terminationum: hoc idem in B ipsis operatur demonstratio. Sicut etiam & illud supplet, quod consequens casuum operaretur inflexio. Cum enim dicimus *ego*, vel *tu*, ex certa, vel præsentis, vel eius ad quem sermo dirigitur, demonstratione, an ad masculinum genus, vel ad fœmininum, ex illa prolatione pronomen pertineat, cognoscitur. Ita quoque licet *mei* non inflectatur ab *ego*, quoniam tamen personam eius qui loquitur demonstrat, genitiuus eius pronominis esse perpenditur. Et hoc idem de *tui* & *sui*, dicendum est. Cætera autem tertiæ personæ pronomina, & vocis qualitate genera discernunt, & consequenter declinantur, vt *ille, illa, illud: illius, illi.* Et *Tria sunt pronomina principalia scilicet ego, tu, sui.* vide quòd illa tria pronomina *ego, tu, & sui*, dicuntur principalia, quoniam ad discretionem trium personarum principaliter sunt reperta: cum cætera tertiæ per- C sonæ pronomina, propter diuersitates tertiarum magis reperta sint.

Non autem necesse fuit, vt consequenter habeant *Solutio obiect.* principalia pronomina declinationem, quomodo nomina: quorum multitudo, propter formarum ex quibus data sunt diuersitatem, tanta est, vt si positiuè, nec consequenter declinarentur, infinitæ multitudinis essent: & ideo confusa, certa autem & definita demonstratio trium principalium pronominum, vel relatio, pauca admodum exigebat esse pronomina, cum idem in ipsis demonstratio certa faciat, vel relatio quod in nominibus vocum multitudo: vnde necessarium non erat, vt consequentem haberent declinationem: immo potius vt non haberent. Cum enim pro nominibus proprijs ponantur, quæ primæ tum declinationis D sunt, tum secundæ, tum tertiæ, non magis vni eorum terminationi succedere debebant, quam alij: vnde factum est vt necessario euitarent consequentiam terminationis. Quoniam vero propter diuersas tertiarum proprietates, ne vlla incurreretur confusio, cætera in diuersis vocibus reperta sunt pronomina, vt omnino certa, & absque confusione essent: & diuersis terminationibus discernunt genera, & consequentem habuerunt declinationem.

De Pronominibus demonstratiuis, & relatiuis.

CAP. CXXV.

PRONOMINVM alia sunt demonstratiua tantum, E vt *ego* & *tu*, alia tantum relatiua, vt *sui*. Alia demonstratiua simul & relatiua, vt *ille. Est autem demonstratiuum, quod repertum est ad demonstrandam rem quam significat, ex sua prolatione:* vt sit demonstratio pronominis, rei quam significat, ex vi prolationis suæ, oculis vel intellectui, certa præsentatio. *Relatiuum vero, quod repertum est ad significandum de quo præcesserit sermo, vel cogitatio:* nam & ad illud de quo quis cogitat, facit sæpissimè relationem: vt sit pronominum relatio, certa quædam, & quasi per recordationem, repetita cognitio. Pronomina primæ & secundæ personæ, tantum demonstratiua sunt, quoniam prima & secunda persona semper vt præsens significatur. Pronominum vero tertiæ personæ, alia dicit esse demonstratiua tantum, vt *hic*, & *iste*: alia tantummodo relatiua, vt *is*, & *sui*: alia demõstratiua similiter & relatiua,

Quid pronomen demonstratiuum, & quid relatiuum.

vt *ille*,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt *ille*, & *ipſe*. Tunc autem dicit *ipſe* relatiuum eſſe, quando per ſe, id eſt ſine coniunctione pronominis primæ & ſecundæ perſonæ ponitur; ita tamen vt cum tertia verbi perſona coniungatur. Si enim dicas, *ego ipſe ſcribo*, vel *tu ipſe ſcribis*, in his quidem omnibus *ipſe*, primæ perſonæ vel ſecundæ eſt, & demonſtratiuè ponitur. Semper enim *ipſe* alij pronomini coniunctum, recipit eius proprietatem. Poteſt tamen ſatis congruè dici, quod etiam ibi, *ipſe*, & *Sortes* tertiæ ſit perſonæ; ſed per adiunctionem habet officium primæ, vel ſecundæ.

Diſcrimen inter demonſtrationem & relationẽ.

Poſt hoc aſſignat differentiam inter demonſtrationem & relationem, dicens, quod nomina ex vi demonſtrationis primam faciunt cognitionem, ex vi relationis ſecundam. Dicit etiam demonſtrationem interrogationi redditam, primam oſtendere cognitionem, cum rem ex interrogatione pateat dubiam, quæ demonſtratiuo pronomine ſubiuncto certificatur. Illud quoque adiungit, quod quamuis *ipſe* referri poſſit ad *iſte* & *ille* pronomina in prima cognitione poſita, tamen econuerſo fieri non poteſt, quia *ipſe* pro ſe poſitum in tertia perſona, ſemper relatiuum eſt. Quod autem ſine interuentu pronominis alterius, primis & ſecundis verborum perſonis adiungitur, vt *ipſe ſcribo*, *ipſe ſcribis*; quod nec nomina facere poſſent, nec *ille*, vel alia dictio tertiæ; puto quod facit diſcretio. Adeo enim diſcretiuum eſt, vt propter diſcretionis expreſſionem habeat adiungi per ſe verbo primæ & ſecundæ perſonæ, quomodo ſi ei additum eſſet *ego* vel *tu*, cum abſque dubio tertiæ eſt perſonæ.

De Pronominibus deriuatiuis, ſiue poſſeſſiuis.

CAP. CXXVI.

Septem ſunt deriuatiua.

AGIT deinde de pronominibus deriuatiuis, dicens hæc ſeptem eſſe. Quorum vnum, id eſt *meus*, à genitiuo ſingulari *mei* primæ perſonæ formatur; duo vero *noſter* & *noſtras*, à genitiuo plurali eiuſdem perſonæ, ſcilicet *noſtrum*, vel *noſtri*. Quartum quoque quod eſt *tuus*, formatur à genitiuo ſingul. ſecundæ perſonæ *tui*. corripit enim pen quod non faceret ſi formaretur à nominatiuo, *tu*. A genitiuo rurſus plurali ſecundæ perſonæ *veſtrum* vel *veſtri*, formantur duo, *veſter* poſitiuum. & *veſtras*, quod gentile eſt. ſicut etiam *noſtras*. Hæc autem duo, id eſt *noſtras*, & *veſtras*, circumflexo accentu debent proferri in fine. Integris enim eorum *noſtratis* & *veſtratis* vtebantur antiqui. quæ nunc proferimus per ſyncopam.

A quibus deriuentur ſingula.

Regula ſyncopatorum & apocopatorum.

Hęc autem eſt ſyncopatorum regula, & apocopatorum, quod ſuper quam vocalem erat accentus in integris, ſuper eandem remanet. poſt apocopam, vel ſyncopam, ſi tamen vocalis illa remanſerit; hoc autem dico propter *amaſti*, & ſimilia in quibus non retinent.

Denique à genitiuo tertię perſonæ *ſui* deriuatur ſeptimum pronomen, id eſt *ſuus*: de quo dicit quod intrinſecus commune eſt vtriuſque numeri, nam omne poſſeſſiuum poſſeſſorem ſignificat intrinſecus, poſſeſſionem extrinſecus. Poſſeſſor dicitur in arte Grammatica, cuius aliquid dicitur eſſe. Poſſeſſio autem, quod alicuius eſſe dicitur, ſiue domus, ſeruus, ſiue quicquid. In quolibet autem poſſeſſiuo, indeterminatè poſſeſſio ſignificatur. *Meus* ergo ſignificat poſſeſſorem ſimul & poſſeſſionem infinitè, id eſt eius aliquid. Cum enim dico *meus*, ſignifico mei aliquid, ſed quid non determino, niſi vel equus, vel aliquid aliud adiecero. Itaque poſſeſſiuum ſignificat poſſeſſorem intrinſecus; id eſt ex ſe, ſeu ex prolatione ſua, ſine vllo extrinſecus adiecto, determinatè ſignificat cuius; poſſeſſionem vero ſignificat extrinſecus, id eſt ſecundum quod aliquid extra ſibi exigit adiungi, ad determinandum quid alicuius dicatur eſſe, vel ſit.

Patet ergo quoniam *ſuus*, ſecundum quod poſſeſſorem ſignificat, reſoluitur in genitiuum primitiui, hoc eſt *ſui*, qui tam ſingularis eſt numeri, quam pluralis; & ita commune eſt vtriuſque numeri; id eſt tam ad ſingularem quam ad pluralem numerum poteſt referri, vt *ſuus illius*, *ſuus illorum*, quam tamen conſtructionem quidam aſſerunt non valere, niſi *ſuus* poneretur pro *proprius*. Nos autem Priſciano conſentientes, congruam dicimus conſtructionem, *ſuus ſeruus Platonis* vel *iſtorum miniſtrat mihi*; ita vt *ſuus*, ad genitiuum vel ſingularem, vel pluralem, relatiuè dicatur. Et dicimus, quòd *meus* poſſeſſiuum primæ eſt perſonæ, eo quod primam ſignificat pro poſſeſſore, nec tamen *meus* eſt dictio primæ perſonæ, ſed tantummodo tertiæ; quoniam cum tertijs perſonis ſemper conſtruitur ex ſe.

Suus eſt pronomen communetrius-que numeri.

Solutio dubij

Similiter mouet deinde queſtionem, cum cætera pronomina poſſeſſiua deriuentur tam à ſingulari numero quam à plurali, cur aliqua gentilia pronomina non deriuantur à pronominibus ſingularis numeri, videlicet vt eſſent pronomina *meas & tuas*, quomodo *noſtras & veſtras*. Ad quod æquipollenter reſpondet, quod à ſingulari non poterant dici, ſignificatione gentilium pronominum repugnante, quia ſcilicet patria vel gens, vnius eſſe non poteſt, ſed multorum poſſeſſio.

De differentijs inter nomina deriuatiua & primitiua.

CAP. CXXVII.

Diſcrimen inter deriuatiua & primitiua.

IGITVR in eis quæ prędicta ſunt, aſſignauit author differentiam inter deriuatiua pronomina & primitiua, ſecundum ſignificationem; quia videlicet deriuatiua ſignificant duas perſonas poſſeſſoris & poſſeſſionis, quod non primitiua. Aſſignat rurſus & aliam (vt à quibuſdam videtur) ſecundum conſtructionem, quod poſſeſſiua indigeant adiunctione nominum, ad perfectam faciendam conſtructionem, primitiua vero non ſemper. Si enim dicam, *ego ſcripſi*, non eſt ſubintelligendum *Sortes*, nec apponendum ad perfectionem, niſi ad abſentem loquendo dicatur, *ego Sortes ſcripſi*: & hoc eſt quare ait *non ſemper*. Si enim aliquis hoc ſcriptum videret, ſcilicet *ego ſcripſi*, non addito proprio nomine, nihil certum per illud pronomen comprehenderet: vnde cum ad abſentem loquimur, indiget huiuſmodi pronomen adiunctione nominis, vel oportet vt præmittantur propria nomina, vt *Cicero*, *Bruto ſalutem*. Deinde poſſunt poni pronomina. Vel *non ſemper*, id eſt non omnia dixi, propter relatiua.

Aliam deinde differentiam aſſignat, ſcilicet quòd *hic*, *& hæc*, *& hoc*, non adduntur primitiuis pronominibus in declinatione, ad diſcernenda genera, & caſus, & numeros, quomodo nominibus. Illam enim diſcretionem, & caſuum, & numerorum, quam facerent articularia, complet primitiuorum pronominum demonſtratio, vel certa eorum relatio; ſed poſſeſſiuis ſolent proponi, non tamen niſi propter nomina ſequentia, vt *hic meus ſeruus*.

Solutio obiect.

Obijcitur tamen, quod in conſtructione poſſit dici *hic ipſe*, cum dicat Priſcianus in libro conſtructionum, quod *ipſe* apponitur omni pronomini, excepto *ſui*. Propterea dicunt pleriq́ue, quod non intendit author hic differentiam inter poſſeſſiua & primitiua aſſignare, ſed quandam proprietatem demonſtratiuorum pronominum ponere, ſcilicet quod articularia non poſſint eis proponi, nec etiam in conſtructione. Quoniam ergo pronomina primitiua finita ſunt, articuli vero infiniti, hæc maxima cauſa eſt quare ſibi non poſſunt adiungi. Cum ergo hanc aſſignare differentiam contendat, præmittit quod apud Græcos articuli nunquam prępononuntur pronominibus demonſtratiuè poſitis, vt inde competentius deſcendat ad articularia pronomina, quæ loco articulorum in declinatione funguntur.

De articulis, & articularibus pronominibus.

CAP. CXXVIII.

Quid articulus & vnde dictus.

ARTICVLVS ergo apud Græcos *pars orationis est, quæ ſecundam notitiam ſuppoſitorum demonſtrat*, id eſt quæ conſignificat de quo præceſſerit ſermo, vel cognitio. Nihil enim ſignificat, ſed ſolam conſignificat relationem. Semper enim in conſtructione relatiuè ponitur. Articulus autem ſumitur à verbo *articulare*, quod idem eſt quod copulare. Dicunt etiam plures, quia dicuntur minimi artus in compoſitione corporis, ideo per ſimilitudinem quandam apud Græcos dicitur quædam pars orationis articulus, quia minima eſt omnium aliarum partium, vel quoniam pauci ſunt apud Græcos articuli, vel quia monoſyllabi ſunt, vel ex paucis literis conſtant. Onamque & os, ſunt articuli, vel quia ad articulos omnes nerui conueniunt in corpore, & coniunguntur.

Quidam articuli dicuntur præpoſitiui, cum tamen omnes ſunt relatiui.

Cum autem articulus omnis ſit relatiuus, quidam tamen articuli ex officio quodam dicuntur præpoſitiui, eo ſcilicet quod in declinatione præponuntur nominibus ad diſcernenda genera, & caſus; ſicut *hic, & hæc, & hoc*, apud nos; nec ibi ſignificant relationem, ſed ſolam generum, & caſuum diſcretionem; licet idem articuli in conſtructionibus relatiuè ponuntur. Subiunctiui vero dicuntur apud Græcos articuli, quibus ſemper relatiuè vtuntur. Et (o) quidem præpoſitiuus eſt articulus: Os vero ſubiunctiuus. Vel certe ideo quidem articuli præpoſitiui dicuntur, quia licet omnis articulus, eo quod relatiuus eſt, in conſtructione ſemper ſubiunctiuè ponitur; tamen quidam articulus eſt, qui primam facit relationem, & ſecundam cognitionem, vt (o) Alius vero eſt qui facit ſecundam relationem, & tertiam cognitionem. Sicut enim apud nos dicitur: *Virgilius ſcripſit Bucolica, is Georgica, idem Æneida.* Vbi *is* facit primam relationem, *idem* ſecundam. Ita quoque & Græcus diceret: *Virgilius ſcripſit Bucolica, ô Virgilius Georgica, os Virgilius Æneida:* ita vt (o) primam relationem faceret, *os* vero ſecundam. Eſt igitur (o) præpoſitiuus articulus, nec tamen eſt præpoſitiua dictio, immo ſubiunctiua, quoniam refertur. Sed dicitur præpoſitiuus articulus, reſpectu alterius articuli qui poſtponitur.

Hic hæc & hoc nõ sũt articuli ſed pronomina, & idem eſt iudicium de relatiuo quod.

Quoniam vero *hic & hæc & hoc* præponuntur in declinatione, ad diſcernenda genera & caſus, ſicut quidam articuli apud Græcos; inde videntur eſſe articuli: ſed non ſunt; quia demonſtratiuè conſtruuntur, & numquam relatiuè. Et etiam in conſtructione poſita ſubſtantiam ſignificant; non ergo ſunt articuli, ſed pronomina. Sed quoniam in declinatione vicem articulorum obtinent, inde articularia pronomina dicuntur. Quod etiam articulus facile poſſet videri, quoniam idem valet quod *olitos* apud Græcos; Quod compoſitum eſt ex (o) præpoſitiuo articulo, & *litos* pronomine; & præſertim cum relatiuè ponatur, ſicut & ipſe articulus. Sed quoniam non ſolum pro articulo ponitur, ſed pro compoſito ex articulo & pronomine, tum etiam quia ſubſtantiam ſignificat, idcirco non eſt articulus. Idem quoque valet quantum *oſtis*, quod eſt compoſitum, ex nomine infinito *tis*, & *os* ſubiunctiuo articulo. Vnde ex interpretatione videtur idem articulus eſſe, præſertim cum ponatur relatiuè; ſed non eſt, propter rationem prædictam.

De Pronominibus, in quibus deficit vocatiuus, & in quibus non.

CAP. CXXIX.

Quæ pronomina habent vocatiuum.

NVLLVM pronomen habet vocatiuum caſum, niſi primitiuum ſecundæ perſonæ, vt *o tu*, & *o vos*. Et poſſeſſiuum primæ, vt *o mi fili, o mea vxor, o meum mancipium*. Ego itaque habere non potuit, eo quod primam ſemper diſcernat perſonam; cum omnis vocatiuus ſit ſecundæ perſonæ. Relatiua quoque pronomina, vt *ſui*, ideo non poſſunt, quoniam relatio ſecundam ſemper faciat cognitionem, ſed vocatiuus primam. Demonſtratiua vero tertiæ non, quia tertiam ſemper diſcretè deſignant perſonam, nullus vero vocatiuus eſt tertiæ perſonæ. Nullum autem poſſeſſiuum ſecundum quod poſſeſſorem ſignificat, habere poteſt vocatiuum: ſemper enim ſignificat poſſeſſorẽ, eo modo quo per genitiuum primitiui ſignificatur. Genitiuus enim ſignificat rem, vt eius eſt aliquid; vocatiuus vero, vt ad eam dirigitur ſermo, non ergo poſſeſſiuum poterit vocatiuum habere, niſi reſpectu poſſeſſionis quam ſignificat: ad eam enim dirigitur ſermo per vocatiuum poſſeſſiuum, vt *o mi fili:* Cum ergo ſecunda perſona non poſſit poſſidere ſecundam, poſſeſſio ſecundæ, vel erit prima perſona, vel tertia; ſed vocatiuus, nec primæ, nec tertiæ poteſt eſſe. Poſſeſſiuum ergo ſecundæ, reſpectu poſſeſſionis, non poteſt vocatiuum habere; ſed conſtat quod nec reſpectu poſſeſſoris. *Suus* verò quoniam relatiuè ſemper ponitur, adeoque in ſecunda cognitione, ideo quoq; non potuit habere. Dicitur tamen in libro conſtructionũ, quod rationabiliter poſſet dici, *o ſue Euander fili*, niſi vſus deficeret. Quidam autem volunt hoc eſſe dictum ſecundum quod *ſuus* accipitur pro *proprius*, non ſecundum quod relatiue ponitur.

Solutio dubij

Quæſtionem vero interſerit, ſcilicet cur tertia perſona poſſideat tertiam, cum nec prima primam, nec ſecunda ſecundam: quod inde prouenit, quoniam cum vno ſemper modo deſignetur prima perſona, id eſt demonſtratiuè, & præſentialiter: ſimiliter & ſecunda. Ideo dicitur vna perſona tantum eſſe prima, & vna tantum ſecunda. Vnde nec prima poterat poſſidere primam, niſi ſeipſam poſſideret, nec ſecunda ſecundam. Tertia vero diuerſis modis ſignificatur, vt prædictum eſt. Vnde & diuerſæ dicuntur eſſe tertiæ perſonæ: ideoque poterit vna tertia, & aliam tertiam poſſidere, vt *iſte eſt illius ſeruus.* Quod autem ait figuratiuè poſſe dici *meus ſum, & tuus es*, & non aliter, poteſt ita intelligi, vt notetur ibi figura in locutione, quia alium ſenſum ſignificat, quam ad quem fuit inſtituta. Meus ſum n. nihil aliud eſt, niſi quod meæ ſum poteſtatis, id eſt liber, cum tamen inſtitutum ſit, vt *meus* poſſeſſorem ſignificet & poſſeſſionem. In conſtructione quoque ibidem eſt figura, quia non eſt ibi in tranſitione inter perſonam poſſeſſionis, & verbi, licet ſatis impropriè notatur ibi poſſeſſio.

Vide ergo quando *meus* per ſe ponitur, quid ſignificet: quando vero adiungitur nomini, vt *meus amicus ſum*, tunc habet ſenſum reciprocum, ſcilicet *ego amo me.* Illud quoque videndum eſt quòd ait, tertiam ſcilicet non poſſe tranſire ad primam aut ſecundam niſi figuratiuè, vt *ſuus illius ſum*, vel *ſuus illius es filius:* ſed ad aliam tertiam perſonam poteſt, ſcilicet non figura tranſire, vt *ſuus eſt illius iſte.* Illud quoque addit, quòd *ſui* ſemper refertur ad tertiam perſonam, ſiue ponatur pro compoſito pronomine tertiæ perſonæ, quod apud Græcos reciprocum eſt, ſiue pro ſimplici, quod tranſitiuè ponitur apud eos, & tetranſitiuè. Reciprocè quidem ponitur, vt *Socrates miſeretur ſui.* Retranſitiuè, vt *Socrates rogat me, vt ego miſerear ſui.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De ſecundo pronominis accidente quod eſt perſona.

CAP. CXXX.

Perſona duplex ſc. ſecundum rem, & vocem: illa eſt ſecunda via pronominis ſignificatio hæc communis vocũ proprietas.

POſt ſpeciem tractat de perſona. Videtur ergo pleriſque, duobus modis accipi perſonam hac in arte. Vno ſcilicet modo ſecundum rem, altero ſecundum vocem. *Vt perſona ſecundum rem dicatur ſuppoſitum loquens de ſe, vel ad quod quis loquitur de ipſo, vel de quo.* Vel *eſt forma vocis repræſentans loquentẽ de ſe, vel ad quem loquitur quis de ipſo, vel de quo.* Quamuis autem vnumquodque ſuppoſitum loquens de ſe, prima ſit perſona; quoniam tamen ex eo dicitur prima quando loquitur de ſe; Loqui verò de ſe, vnum quid eſt, omni ſuppoſito huiuſmodi commune; ideo non niſi vnam primam dicimus eſſe. Eadem quoque ratione, non niſi vnam ſecundam: ſed quoniam diuerſis modis tertia deſignatur, vt ſupradictum eſt, diuerſæ tertiæ dicuntur eſſe. Bene autem hoc nomen *perſona*, ab hiſtrionibus ad artem grammaticam tranſſumptum eſt. Dici namque videtur perſona, quoniam modis diuerſis quodammodo ſonat, i. vel quia loquitur de ſe &c. Et fortaſſe prius eſt natura loqui de ſe, deinde ad alium de ipſo, poſtea vero de alio. Accidit autem perſona pronomini, vt ſi de ſuppoſito loquamur, ſit eius ſignificatio ſecundaria. Nam *ego* ſic ſignificat ſuppoſitum, quod ſecundario ſignificat proprietatem loquendi de ſe: hoc idem de cæteris intellige. *Perſona* vero ſecundum vocem, communis eſt vocum proprietas.

Solut. obiect.

OBIECIT poſtea contra deſcriptionẽ primę perſonę quã poſuerat, quia non videbatur ei in plurali numero conuenire. Cum. n. dicit, *qui legimus*, non ſolũ de ſe pronũciat, ſed de alio, vel de aliis ſecũ: nam eſt idẽ ac ſi diceret; *Ego, & tu, & ille, vel illi; vel ego, & tu, & ille legimus.* Vide tamen quod illud pronomẽ plurale principaliter deſignat illum qui profert, adiungendo alios ei. Eſt ergo conceptio perſonarum cum aliqua perſona, per verbum eiuſdem perſonæ, quæ aliam, vel alias ſibi adiungit perſonas, in eodem actu vel paſſione; vt *ego, & tu legimus*; vel *ego, & tu docemur*. Concipit autem prima ſecundam & tertiam; ſecunda vero primam non concipit, ſed ſolummodo tertiam. *Sed* quæritur, cum dicitur, *ego & tu legimus*, cum quo verbo conſtruatur *ego*? Ad quod dicimus, quod cum verbo plurali legimus: nec eſt vitium, ſed figura; habet enim hęc diuerſorum numerorum coniunctio rationem, quoniam, ſcilicet prima, aliam ſibi perſonam in actu illius verbi ſibi conſociat.

De tertio eiuſdem accidente, i. de genere.

CAP. CXXXI.

Omnia pronomina exceptis tribus ſunt mobilia voce vel ſignificatione.

POſt hoc incipit tractare de genere, de quo eadem quæ in tractatu nominis dicta ſunt, pronomini rurſus conueniunt. Dicit itaque, quod omnia pronomina mobilia ſunt, & tamen ſubintelligendum eſt, voce vel ſignificatione, propter *noſtras & veſtras*, quæ ſola ſignificatione (quæ communis eſt rebus diuerſorum generum) ſunt mobilia, non etiam voce. Omnia inquam, exceptis tribus, *ego, & tu, & ſui*. In primis duobus quoque, demonſtratio ſola facit diſcretionem generum, in tertio autem certa relatio, cum non ſolum relatio fuit cauſa quare *ſui* commune ſit trium generum, verũetiam ſimilitudo terminationis cum obliquis caſibus pronominum primæ & ſecundæ perſonæ, ſcilicet in i, & in e; quæ cum communes ſint trium generum, ratione quoque ſimilitudinis factum eſt, vt in eadem voce commune ſit trium generum; quod de pronomine *is* (licet relatiuum ſit) dici non poteſt. Tria ergo primitiua pronomina, *ego & tu, & ſui*, fixa ſunt, & non mouentur per genera, ſed omnia alia mobilia ſunt. *Vide* ergo quod mobilitas nominũ eſt, quę reperta eſt circa nomina, & habent etiam poſſeſſiua pronomina ab ipſis nominibus, vt *meus, a, um*. Mobilitas quoque pronominum eſt illa, quæ reperta eſt circa pronomina, vt *ille, la, lud*: ſed quoque habent eã nomina quędã ab ipſis pronominibus, vt *alius, lia, lind*. *Illud* quoque addit, quod omnia pronomina trium ſunt generum, vel in vna terminatione, vel in diuerſis. Quoniam ad hoc reperta ſunt, vt pro proprijs nominibus ponantur, quæ partim ſunt maſculini generis, partim fęminini, partim neutri.

Solutio dubij.

QVÆRITVR tamen cur pronomen primæ & ſecũdæ perſonæ, habet neutrum genus, cum pronomẽ primæ perſonæ ſemper deſignat loquentem de ſe, nunquam autem loquitur de ſe, niſi mas vel fœmina. *Huius* ſolutio eſt, quod in maribus inueniuntur, & quædam nomina neutri generis, vt *hoc Baſion*, & in fœminis ſimiliter, vt *hoc Glicerium*. Sunt autem hæc neutra ſola terminationis ratione; ſecũdum ſignificationem namque ſunt fœminina. *Eſt* iterum alia ſolutio, quod res quæ nullius eſt ſexus, poteſt per figuram illam quæ dicitur proſopopeya, id eſt, confirmatio, introduci de ſe loquens, vel vt ad ipſam fiat locutio.

Deriuatiua pronomina trium generum ſunt intrinſecus poſita, poſſeſſiua extrinſecus.

ILLVD quoque addit, quod deriuatiua pronomina, quæ communia ſunt trium generum, ſunt intrinſecus, id eſt ſecundum poſſeſſorem, quem ex ſe, & ex vi ſuæ prolationis ſignificant, poſita. Et vir enim, & mulier, & mancipium poteſt dicere, *ſeruus meus*, id eſt, *ſeruus mei*. Eadem verò poſſeſſiua diſcernunt genera extrinſecus, id eſt ſecundum poſſeſſionem quam ſignificant, & ſecundum quam aliquid extra ſibi adiungi exigunt, ad ipſius determinationem. Fit autem illa diſcretio generum per terminationũ diuerſitatem, vt *meus, a, um*. Antiqui autem dicebãt intrinſecus, i. per primã ſyllabam; extrinſecus, id eſt per vltimam. *Item* poſſeſſiua pronomina, quantum ad poſſeſſorem pertinent, loco proprij nominis accipiuntur; quantum ad poſſeſſionem pertinẽt, appellatiua ſunt & cõmunia: quamuis enim quandoque propria ſibi adiungantur nomina, vt *meus Socrates*, magis tamen ſecundum vim poſſeſſionis aſſiſtunt ſibi appellatiua.

Diſcrimen inter nomina & pronomina poſſeſſiua.

PONIT deinde differentias inter poſſeſſiua pronomina & nomina. Quarum prima eſt, quod poſſeſſiuum pronomen quemlibet poteſt poſſeſſorem deſignare. Poſſeſſiua vero nomina omni poſſeſſori ſunt communia: *Hectoreus* enim nullum ſignificat pro poſſeſſore, niſi *Hectorem*. Secunda, quod poſſeſſiua nomina tertiam perſonam ſemper pro poſſeſſore ſignificant: poſſeſſiua verò pronomina, quandoque primam, quandoque ſecundam, quandoque tertiam.

De quarto accidente, quod eſt Figura.

CAP. CXXXII.

Nulla ſunt pronomina decompoſita.

POſt hoc agit de figura, de qua etiam in tractatu nominis ſufficienter dictum eſt. Itaque dicit quod omne pronomen ſimplex eſt aut compoſitum. Nullum enim decompoſitum inuenitur pronomen. *Addit* quoque quod tria pronomina per nominatiuos caſus componuntur, ſcilicet, *iſte, hic, is*. Quædam alia componũtur per obliquos, vt *eccum*, id eſt ecce eum, *ellum*, id eſt ecce illum. Componuntur autem tria prædicta ſic, vt quædam eorum ponantur vnum ſimul cum alio, vt *iſtic* ab iſte & hic, & *iſtæc* ab iſta & hac, *iſtoc* ab iſtud & hoc; pro vno enim pronomine reputamus, *iſte ſta ſtud*. *Is* vero componitur cum *demum* per apocopam, cum dicitur *idem*, quod cum maſculinum eſt, producit i penul. cum neutrum, corripit eandem i; & eſt *idem*, quaſi iterum *is*. Et ſciendum quod *is* propriè primam facit relationem, *idem* vero ſecundam: vt *Virgilius ſcripſit Bucolica, is Georgica, idem Æneida*.

Quædã pronomina cõponuntur ex nominatiuis quadam ex obliquis.

ILLVD etiam addit quòd *idem* in neutro componitur per geminationem, ſ. *idemidem*, & deficit in obliquis caſibus; cum vero ſit pronomen, ponitur frequenter pro aduerbio *ſimiliter* vel *ſæpe*. *Illud* quoque adiungit, quòd *idem* tam maſculinum quam neutrum, in nominatiuo *ſingulari ex* duobus corruptis componitur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Idem componitur ex corruptis, ſc. is & demum: quidam ex qui & demũ

tur, ſimiliter accuſatiuus maſculini, & fœminini. Dicitur enim eundem & eandem, non per m, ſed potius per n. In cęteris enim compoſitis etiam ſolet m mutari in n, d ſequente; vt *quendã, quandam. Dicunt* autem plerique quod *quidam* compoſitum ſit, ex *qui* & *damno*. Qui enim dicit *quidam* quodammodo damnat vniuerſitatem, eo quòd deſignat particularitatem. Alij dicunt quod componitur ex *qui* & *demum*, quod melius eſt. Magis tamen videri poſſet ſyllabica adiectio, niſi quod Priſcianus videtur ponere illud pro compoſito.

ILLVD verò addit, quod *idem* tam maſculinum quã neutrum, omnes alios caſus præter nominatiuum ſingularem, & accuſatiuum, habet compoſitos ex integro & corrupto, vt *eiuſdem*. Vnde etiã compoſito plurali inuenitur *eidem & eiſdem*, vel *ijdem iiſdem*. Ita tamen vt cum ſcribantur duo i, vnum tantum pronuncietur. *Iterum* adiungit, quod *hic* componitur & *iſte*, per eos caſus tantum, qui deſinunt in c, abſque datiuo *huic*, quod non componitur, licet deſinat in c. Et puto quod ideo non componitur, quia *huic* non habet c propriè, ſed cauſa euphoniæ. Quidam tamen dicunt *iſtic*, & huiuſmodi alia, non fieri per compoſitionem, ſed metaplaſmum finis, id eſt per tranſmutationem.

De ſyllabicis adiectionibus pronominum.

CAP. CXXXIII.

ILlud quoque adiungit, quod *egomet* & alia huiuſmodi, de quibus poſſet videri quod ſint compoſita, non ſunt, ſed potius eſt paragoge, vel epictaſis, id eſt, porrectio, vel ſyllabica adiectio. *Et vide* quod omnibus caſibus primæ & ſecundæ perſone adijcitur *met* ſyllaba, niſi tantum genitiuo plurali, & nominatiuo *tu*; ne ſi dicatur *tumet*, videatur eſſe tertia perſona verbi *tumeo*. Ideoque adijcitur ei *te* ſyllaba breuis, vel *temet*, vt *tute*, vel *tutemet*. *Hoc* etiam addit, quod ablatiui poſſeſſiuorum pronominum, aſſumunt per adiectionem ſyllabicam *apte*; & hoc tantum in fœminino genere, vt *meapte, noſtrapte, veſtrapte*.

Adiectiones ſyllabicæ non ſine cauſa adijciũtur pronominibus adijciuntur.

ADIVNGIT iterum quod prædictæ adiectiones ſyllabicæ non ſine cauſa adijciũtur pronominibus, ſed cauſa diſcretionis plerumque, vt *egomet feci*, i. ego & non alius: plerumque autem cauſa maioris ſignificationis, vel expreſſionis, vt *egomet feci*, id eſt, qui tantæ ſum dignitatis. *Illud* quoque ſubiungit, quod *ce* additur articularibus pronominibus, vt *hicce, huiuſce*, & ſimilia. Apud Terentium inuenitur quoque *hocine*, quod videtur cõpoſitum ex *hocce* & *ne*, ſed e mutatur in i breuem in cõpoſitione. Sunt tamen qui dicunt, quod totum hoc, id eſt *cine* additur ei pronomini quod eſt *hoc*, vt non tantũ *ce* adijciatur ei, ſed etiam *cine*. *Illud* quoque addit, quod nominatiuo plurali ſecundum antiquos, additur *ce*, ſed interponitur ſ, cauſa euphoniæ, vt ſcilicet dicatur, *hiſce*. Additur etiam *ce* aduerbio *illic*, vt dicatur *illice*, & tunc eſt accentus ſuper penul. vnde facta eſt quaſi apocopa vltimæ ſyllabæ, & remanet illic accentus in fine, ſecundum regulam apocopatorum.

Omne quod componitur debet poſſe diuidi in duas partes intelligibiles, quare egomet &c. non ſunt compoſita.

QVOD autem *egomet*, & huiuſmodi alia, non ſunt compoſita, probat ex eo quidem. Omne quod componitur etiam ex corruptis, in duas intelligibiles partes diuiditur, ſed *met* & *pte*, & huiuſmodi alia, nihil per ſe dant intelligere, quare ex his nulla eſt compoſitio. *Illud* quoque innuit, quod *ecce* aduerbium ex vi demonſtrationis importat & implicat verba quibus vtimur in demonſtrationibus, ſc. *aſpice, cerne*, & conſimilia, quę omnia accuſatiuum exigunt. Ideoque veriſimile eſt, quod quando illud aduerbium in conſtructione eſt ſine verbo, debent poni cum accuſatiuo caſu, vt *ecce illum*, id eſt ecce vide illum; quando tamen ponitur in conſtructione cum alio verbo, vt hîc, *ecce rex venit*, tunc non oportet ei accuſatiuum adiungi, ſed nominatiuum; quod quandoque fit per defectum, vt *ecce homo*, & ſubintelligitur *venit*, vel aliquid aliud huiuſmodi.

De pronominibus quibus per anaſtrophen hæc præpoſitio cum, præponitur.

CAP. CXXXIV.

DE *mecum, tecum*, & cæteris huiuſmodi dicit, quod duæ partes ſunt, id eſt præpoſitio prolata cum ablatiuo pronominis per anaſtrophen, id eſt per recti ordinis conuerſionem. Nam ſi diceretur *cum nobis*, turpis & obſcœna prolatio eſſet. Ideo facta eſt anaſtrophe, vt dicatur *nobiſcum*. Et quia hac ratione fiebat in vno, & in omnibus alijs: nihil enim, inquit, mirum, cùm multas alias communes habeant proprietates, ſcilicet quod pro genitiuis ipſorum ponantur cum verbis imperſonalibus *intereſt* & *refert*, ablatiui poſſeſſiuorum. Cum enim dicatur *intereſt imperatoris* vel *refert*, id eſt, ad vtilitatem eius eſt, vel ad ipſum pertinet. Dicitur tamen per ablatiuum, non per genitiuum, *intereſt* vel *refert mea*; ne ſi dicatur *intereſt me*, fiat dubitatio, an primitiui genitiuus, an poſſeſſiui. Idem quoque de cæteris intelligendum eſt. *Improbat* deinde ſententiam Donati, qui putabat *mecum*, vel cætera aduerbia compoſita eſſe. *Poſt hoc* agit de numero. Quid autem ſit numerus, & cætera quæ ad numerum pertinẽt, ex tractatu nominis requires. Illud quoque addit, quod nulla monoſyllaba præpoſitio patitur anaſtrophen, niſi *cum*. Ideoque fungitur fortaſſe vi encletica, id eſt inclinat accentum præcedentis ſyllabæ ſuper ſe, cùm dicitur *nobiſcum*, & ſimilia: ſuper vltimam namque ſyllabam pronominis eſt accentus.

Mecum non eſt compoſitũ ſed ſunt duæ partes inuerſa cauſa prolationis.

De Caſu pronominũ.

CAP. CXXXV.

DE caſu autẽ pronominis tractat ad vltimũ, dicens; primitiua pronomina primæ & tertiæ perſonæ, non poſſunt habere plus quinque caſibus, quia ſcilicet carent vocatiuo, ratione ſupradicta: Sed primitiuum ſecundæ perſonæ ſex habet caſus; Non tamen ſex diuerſas terminationes: Dicit enim poſtea, quod nulla pronomina inueniuntur hexaptota. *Addit* quoque quod poſſeſſiuum primę perſonę habet vocatiuum, vt *meus, ô mi*, & *noſter, ô noſter*. *Et vide*, quod quia *meus*, primam ſignificat pro poſſeſſore perſonam, cum vocatiuus primę non poſſet eſſe perſonæ; ideo vocatiuum reſpectu poſſeſſoris habere non potuit; præſertim quia ſecundum quod ſignificat, reuoluitur ſemper in genitiuum primitiui, & non in alium caſum; vt *meus filius*, id eſt filius mei. Reſpectu ergo poſſeſſionis ſolius vocatiuum habuit, ad quam ſermo dirigitur. Noſtras quoque in eadem voce, & nominatiui caſus eſt, & vocatiui. Alia verò poſſeſſiua pronomina carent vocatiuo. *Cum tuus*, ſecundam perſonam pro poſſeſſore ſignificet, vocatiuus autem ſemper ad ſecũdam dirigatur perſonam nec ſit niſi vna ſecunda; idcirco ſi diceretur *tuc*, eandem perſonam pro poſſeſſore ſignificaret, & poſſeſſionem: Itaque vnum & idem ſeipſum poſſideret, quod nequit eſſe. *Suus* autem quamuis vocatiuum habere poſſet, deficit tamen in vſu.

Pronomina primitiua prima & tertia perſona carent vocatiuo: ſed ſecunda minime, vti nec poſſeſſiua primæ perſonæ.

ADDIT iterum, quod pronomina alia ſunt monoptota, id eſt vnius caſus, vt *iſtuc, eccum*: Alia triptota, &c. & eſt triptotum vt *ſui*: Tetraptotum vt *tuus*: Pentaptotum vt *ille*. Nullum autem inuenitur hexaptotum, nec pronomen, nec nomen; exceptis tribus nominibus quæ terminant in us, & genitiuum in ius; *vnus, ſolus, & totus*. Inueniuntur enim apud antiquos vocatiui eorum, *ô vne ô ſole, ô tote*. *Vllus* enim, inquit, & *nullus*, & *alius*, vocatiuos habere non poſſunt, cùm abnegent præſentium demonſtrationem; vocatiuus verò rem ſignificat ſemper præſentem, vel quaſi præſentem.

Pronominũ alia ſunt monoptota, alia triptota, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De quatuor declinationibus pronominis.

CAP. CXXXVI.

Quatuor sũt declinationes pronominum & quæ.

ADdit quoque declinationes pronominum esse quatuor. Et est prima consimilis variatio genitiuorum, cæterorumque casuum, in tribus personis principalium pronominũ, vt *mei, tui, sui*; mihi, tibi, sibi; *me, te, se*. Et dicitur prima, quia tres personę principalium pronominum continentur in ea. *Secundum* vero modum dicit esse cuius genitiuus singularis terminatur in ius vt *ille, illius: iste, istius*. Et dicitur secunda, quia quæcunque pronomina sunt eius declinationis, sunt primitiua; cum omnia sequentium declinationum sunt deriuatiua. *Tertiam* dicit eorum esse quę mobiliter declinantur, vt *meus, a, um: mei, meæ, mei*. Quæ quia deriuatiua sunt, iure post primitiua in tertia declinatione ponuntur. *Quarta* est cuius genitiuus singularis terminatur in *tis*; vt *nostràs nostratis, vestràs vestratis*; quę quia deriuantur à deriuatiuis, iure declinatio eorum quarta ponitur, & vltima.

Declinatio, alia nominalis, alia pronominalis

ITEM declinatio alia nominalis est, alia pronominalis. *Et est nominalis* quæ in nominibus, & circa ipsa primo reperta est, vt *albus, ba, bum*; similiter *Arpinas Arpinatis*: vtraque tamẽ quarum translata est ad pronominatis: vtraque tamẽ quarum translata est ad pronomina: Dicimus. n. *meus, a, um*; & *nostràs, atis*. Itaque secunda declinatio nominum, est tertia pronominum Tertia quoque nominum, quarta est pronominum. Cum ergo quæratur cuius declinationis est *meus*, oportebit vt respondeatur tertiæ pronominum, vt per hanc determinationem omnis dubitatio remoueatur. Similiter ad cuius declinationis est *nostràs*; respondendum est quartæ pronominum. *Pronominalis* rursus declinatio est, quæ in pronominibus primo, & circa ipsa reperta est; vt illa cuius genitiuu s terminatur in *ius*, quæ tamen etiam translata est ad quædam nomina, vt *vnus, nus, num*; *vnius*, & similia. Vnde quidam, vt Donatus putauerunt hæc esse pronomina. Si ergo quęratur cuius declinationis est *vnus*, respondetur secundæ pronominum.

De vnaquaque earum sigillatim

CAP. CXXXVII.

DE pronominibus primæ declinationis vide, quod qui genitiuus apud Græcos terminatur in *oys* apud nos terminatur in *is*, vt illi dicunt *Demoſthenoys*, & nos *Demoſthenis*; & qui apud Græcos in *oy*, apud nos terminatur in *i*. Illi. n. dicunt *Priamey* & nos *Priami*. Sicut ergo illi dicunt *emey*, vel *emoys*; ita & nos dicimus *mei*, vel *mis*, *tui*, vel *tis*. Similiter quoque dicere debuimus *sui*, vel *sis*; sed ne videatur verbum esse, tacetur à nobis, *Et vide*, quod *mei* & *tui* & *sui*, sunt tam primitiuorum genitiui, quàm possessiuorum. Hoc autem interest, quod quidam genitiui primitiuorum, cum dictione cuiuslibet generis, vel casus, vel numeri, recte possunt construi; vt *mei ager, & mei agrum, & mei agros*. Genitiui autem possessiuorum, eadem genera, & casus & numeros, sibi exigunt adiungi. Itaque quando sint genitiui primitiuorum, quando possessiuorum, constructionis ratione discernitur.

Discrimẽ inter hos genitiuos possessiuorum & primitiuorũ, mei, tui, sui.

Cur sui non potest habere nominatiuũ.

POST hæc, *sui* non potest habere nominatiuum, quia Græci in tribus personis, & simplicia habẽt pronomina, & composita. Simplicibus vero vtuntur, & in constructionibus intransitiuis per nominatiuos, & in simplici transitiua per obliquos, vel etiam in re transitiua. Compositis vero vtuntur in reciproca constructione, ad designandam rem vt eam transit actus, quod non potest fieri nisi per casum obliquum. Vtuntur etiam compositis, vbi possessor agit in suam possessionem, vt *Socrates videt seruum sui*. Hic Græcus non poneret genitiuum simplicis, sed compositum tantummodo; nec ibi iterum posset vti nominatiuo

A Quoniam ergo *sui* sic repertum est apud nos, vt proprie vim compositi Græci hebeant, necessario non habuit apud nos nominatiuum. Ponitur tamen etiam retransitiuè, sed impropriè; & hoc etiam tantum in obliquo. *Illud* etiam adiungit, quod nominatiuus per se, i. sine obliquo non facit transitionem; & quoniam cui verbo adiungitur nominatiuus, eidem non potest obliquus illius addi sine transitione, vel reciprocatione.

DE secunda declinatione dicimus, quod à genitiuo terminante in ius, fit datiuus ablata us, vt sit minor vna syllaba quã genitiuus: vnde *huius* ablata us, facit datiuum *hui*, manente i naturaliter consonante, licet vocaliter proferatur & addatur ei c, ad differentiam *hui* interiectionis. Verũ post datiuũ *cui*, licet i sit similiter consonans, (quæ tamen vocaliter profertur) non potest poni in metro dictio incipiens à vocali, nisi fiat synalœpha. Addit quoque quod octo nomina sequuntar declinationem pronominum terminantium genitiuum in ius, *vnus, vnius: solus, solius* &c. *Illud* quoque addit, quod quidam protulerunt *huic* dissyllabicè, vt ibi: *Falsus huic pennas* &c. *Cui* quoque posuit Terentianus similiter.

B

Octo nomina sequuntur secũdam declinationem pronominum

DE tertia declinatione dicimus, quod cum *meus* deberet regulariter facere vocatiuum, *ò Mee*, duas e breues, vertit in i longam, causa inquit euphoniæ, vt dicatur in vocatiuo, *o mi*. Quidam autem putauerunt, quod *mi* esset genitiuus vel datiuus primitiui, prolatus per sincopam. Quod ideo auctor improbat, quod *mi* cum ponitur vocatiuè, nunquam adiungitur fœminino, vel neutro, quod tamẽ posset fieri si esset genitiuus vel datiuus primitiui. *De quarta* declinatione quoque idem prorsus dicimus quod supra, nisi quod *nostràs* & *vestràs* circunflexum accentum habent super vltimam syllabam, propter regulam apocopatorum, *nostratis* enim & *vestratis* solebant esse integra.

C

De quibusdam vocabulis quæ putata sunt esse pronomina, cum non sint.

CAP. CXXXVIII.

O nõ est pronomen, nec articulus, sed aduerbiũ vocandi.

POST hoc autem, quia quidam putauerunt (o) esse vocatiuum pronominis, alij vero articulum; remouet vtrunque. Et prius quod non est vocatiuus, quia nec est à nominatiuo, deinde, quòd non est articulus: Nam (o) ponitur semper demonstratiuè, Articulus vero relatiuè. Quamuis enim *idem* interpretatur *olitès*, quod est compositum ex (o) prępositiuo articulo, & pronomine *litès*; tamen non est articulus, cum nec etiam ex articulo sit compositum, sed ex pronomine *is*, & aduerbio *demum*. *Quisque* quod interpretatur *ostis*, quod est compositum ex *os* subiunctiuo articulo, & nomine infinito *tis*; tamen simplex est, nec compositum ex articulo, vt *ostis*, nec articulus est. Dicit quidem, multa sunt apud nos simplicia, quæ apud Græcos sunt composita, vt *sanctus* simplex est, quod dicitur *agyos*, à Græcis compositum ex *à* quod est sine, & *gè*, quod est terra. Et econuerso, *meytos* apud Græcos simplex est, quod apud nos dicitur *ineptus*, & est compositum ex *in* & *aptus*. *Est autem* (o) aduerbium vocandi, sicut heu respondendi: est etiam aduerbium optandi, & est etiam interiectio, Quando igitur est aduerbium vocandi, præponitur vocatiuo casui, & non alij.

D

E

Pronomina quæ carent demonstratione carent etiam vocatiuo.

QVOD autem ait interrogatiua vt *quis*: & infinita vt *aliquis*: & abnegatiua vt *nullus*: & distributiua, vt *vterque*; & relatiua, vt *qualis*, vocatiuis carere: Ratio inquit est, quia hæc omnia carent demonstratione, sine qua vocatiuus non potest esse. *Distributiua* quoque ad diuersas videntur pertinere personas: Qui enim dicit, *vterque vestrum faciat hoc*, idem est ac si dicat, *tu & ille*, cum vocatiuus ad solam secundam pertineat; ergo quoniam *omnis* distributiuum est, impropriè dicitur *vos omnes*; & huiusmodi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quis non eſt pronomen.

ITEM quidam putauerunt *quis* eſſe pronomen, vt Donatus, tu quia declinatur ad modum quorundam pronominum, *quis, cuius*; ſicut *ille, illius*; tum quia ponitur pro quolibet nomine nobis ignoto (Ignorato enim nomine, quærimus *quis*) tum quia ſubſtantiam ſine certa qualitate ſignificat. *Reſpondet* itaque ad ſingula. Et primo quidem oſtendit, quòd multa quoque alia nomina modo pronominum declinantur, quæ cum omnia, vel certum numerum ſignificent, vt *vnus, ſolus, vter, alter, alius*; vel ſignificent quantitatem, vt *totus, quantus, & tantus*; pronomina vero ſolam ſubſtantiam; quomodo propter declinationem dicentur pronomina? *Qualis vero & talis* infinitam qualitatem ſignificant, pronomina vero ſolam ſubſtantiam; quare non ſunt pronomina. *Quod* autem interrogatiua pro nominibus ponuntur, nihil eſt; cum ignorationem ſubſtantiæ vel qualitatis, vel quantitatis, quæ ſignificantur per ipſa nomina, deſignent; vt *quis, qualis, quantus. Præterea* inquit, licet ſubſtantiam *quis* ſine certa qualitate ſignificet, pronomina tamen propriam cuiuſlibet ſubſtantiam demonſtratiuè, vel relatiuè, & definitè ſignificant. *Quis* vero infinitam ſubſtantiam, & infinitè ſignificat, vt ſit ei pro qualitate infinitas; quare nec putandum eſt pronomen.

Talis, tantus etc. non ſunt pronomina.

DEINDE inquit, quid ſtultius eſt, quàm *vnus & vter & alter*, propter declinationem dicere pronomina; cum ſit regula Grammaticorum generalis, quòd omnia vocabula numerorum ſunt nomina, *Contra* hoc autem quod quidam obijciebant, *talis & tantus & tot* eſſe pronomina, cum ſint demonſtratiua, & demonſtratio ſit pronominum propria, reſpondet hoc falſum, quia & quędam aduerbia ſunt demonſtratiua, vt *en, ecce*, Differt tamen demonſtratio nominum ab ea quæ eſt pronominum, quia pronomen vnum quid oſtendit, & nihil extra, talis autem, etiam id cuius reſpectu dicitur demonſtrat, vt *talis purus apparet, qualis pater eius. Præterea* oportet vt pronomen eiuſdem ſit generis, & vnum cum eo quod demonſtrat, ſed non nomina: vt ſi videntes mare dicamus, *Talis eſt Nilus*, cum illud neutri, hoc autem ſit maſculini.

Talis ſi dicatur ad abſentes eſt relatiuum, ſi ad præſentes demonſtratiuum.

ILLVD quoque addit quòd *talis & tantus & tot*, ſi dicantur ad abſentes, relatiua ſunt, i. in reſpectu dicta, non quòd ibi ſint ſecundam cognitionem facientia. Cum enim dicitur, *qualis Hercules, talis Theſeus fuit*, licet de abſente dicatur, erit relatiuum *qualis*, quare *talis* facit ibi primam cognitionem reſpectu *qualis*, quod ad ipſum refertur. Quod ſi ibidem *talis* ſit relatiuum, oportebit vt *qualis* faciat ibidem primam cognitionem, reſpectu *talis* quod ad ipſum refertur. Idem ergo ex vna prolatione, & reſpectu eiuſdem, primam & ſecundam faciet cognitionem, quod nequit eſſe, niſi illud dicamus, quòd *qualis* dicitur ibi infinitè, & non relatiuè, & hoc quoties, ſ. *talis* dicitur de abſente, vt ſit ſenſus, *qualis fuit Hercules*. i. qualiſcunque fuerit, *talis Theſeus fuit. Conſtat* autem quòd *talis* ſi dicatur ad præſentem, tunc demonſtratiuum eſt, vt *talis fuit Socrates, qualis, ſ. ille quem video*, & tunc ſine dubio *qualis* relatiuum eſt.

Cur alius nõ eſt pronomen

ITEM quia pronomina certas faciunt perſonas, *alius* autem illas abnegat, conuincitur non eſſe pronomen, quia incertam tertiam ſignificat, quę incertitudo ei eſt pro qualitate. Rurſus pronomen relatiuum, pro illo nomine ponitur ad quod refertur, & eandem cum eo perſonam ſignificat. Cum autem dicitur *Cicero ſcribit, & alius recitat*, de alia dicitur perſona, quare alius non eſt pronomen. Rurſus *ambo & vterque & alteruter*, cum ſint relatiua, i. in reſpectu dicta, non habent demonſtrationem, nec poſſunt habere: Ideoque vocatiuos habere non poſſunt, vide ergo, quod vt dicamus *ambo*, congrue oportet præiacere ad quod illud dicamus nomen, vt *Sortes & Plato venerunt ad me, & ambo receſſerunt*. Idem de *vterque & alteruter*: vnde dicuntur relatiua, non ſicut *idem & is*, ſed relatiua, i. in reſpectu dicta. Differunt itaque *ambo & duo*, quia in reſpectu dicimus *ambo*, ſine reſpectu *duo*: in hoc quoque *ambo* congregat, *duo* numerat.

De Prepoſitione & ratione nominationis eius.

CAP. CXXXIX.

Cur de propoſitione agatur ante aduerbium.

POſt tractatum de partibus orationis declinabilibus, tractatum quoque indeclinabilium aggreditur; & agit primo de præpoſitione, tum quia ſolet ſemper in conſtructione præponi, tum quia reperta eſt propter nomen quod prius eſt natura, vt deſeruiat ſcilicet obliquis caſibus. Aduerbium verò repertum eſt propter verbum, quod eſt poſterius natura. *Dicit* itaque quod, *Præpoſitio eſt pars orationis* (reperta propter vnum aliquod principale ſignificationis genus, vel conſignificationis) *indeclinabilis*; *quæ præponitur* (id eſt debet præponi) *aliis partibus orationis* (quamuis enim quædam præpoſitiones inueniantur quandoque poſtpoſitæ, natura tamen earum exigit eas ſemper pręponi) *vel appoſitione* (ſcilicet quando retinet vim dictionis, & deſeruit obliquo caſui, vt *ad domum*) *vel compoſitione* (vt *adduco*.

Quid prapoſitio.

Cur prapoſitio per ſe poſita acuitur in fine.

DOCET poſtea quare præpoſitio per ſe prolata debet acui in fine: Ideo ſcilicet quòd ſemper expectat & deſiderat adhærere & coniungi ſequenti dictioni; quapropter acuitur in fine & ſuſpenditur, donec habeat quod expectat, ſcilicet partem cui exigit adiungi; quam poſtquam ſibi aſſociat, quaſi vna pars efficitur cum ea: quia cum per ſe prolata incertę eſſet ſignificationis, ex dictione cui adiungitur, certificatur. Ideoque adiuncta ſequenti dictioni, acutum accentum in grauē conuertit; habet enim quod deſiderabat, nec amplius debet ſuſpēdi. Et id (.i. quod præpoſitio ſeparata debeat acui, præpoſita grauari confirmat Donatus. *Addit* deinde, quòd præpoſitiones in proſaicis rariſſimè prępoſterantur, excepta *cum*. Nam & apud Tullium reperitur *quocum, quibuſcum*, *Præ* quoque poſtponitur apud Terentium. Mediè autem ponitur *de & ob*, vt *quadere, quamobrem*, quæ tamen à quibuſdam putantur eſſe compoſita, quod nos minime putamus. *Itaque* dicit iterum, quòd prępoſitionis proprium eſt, ſeparatim, ideſt per appoſitionem pręponi caſualibus. Sed coniunctim, ideſt per compoſitionem, tam cum habentibus caſus, quàm cum non habentibus. *Vide* ergo quòd hæc deſcriptio data eſt, & ſecundum vim vocis, id eſt ſecundum rationem huius nomiuis præpoſitio, & ſecundum cauſam inuentionis, non ſecundum rationem ſignificationis.

Proprium eſt prapoſitionis poni caſualibus.

ADDIT quoque quod præpoſitiones quando apponuntur à poetis, plerumque poſtpoſitiuè proferuntur, quod ſine metris ſcribentes rariſſimè faciunt, niſi in *cum*, quæ poſtponitur ſemper in *mecum, tecum* &c. Tullius prępoſitionem *de* aliquando poſtponit, dicens, *quo de agere*, & ſimilia. *Illud* etiam addit, quod quando præpoſtere ponuntur, mutant accentum, niſi differentia prohibeat. Igitur per ſe prolatæ acutum accentum habent in fine, prępoſitæ vero ſuis caſualibus grauantur per omnes ſyllabas, vt *ante domum*. Quod ſi ſupponantur, mutant accentum. Non enim grauantur omnibus ſyllabis. Sed ſi fuerint monoſyllabæ acuuntur, pręter *cum*, quę poſita poſt *me, te, ſe, nobis vobis*, patitur encliſim, ideſt inclinationem. Inclinat enim ſuper ſe accentum, *Si vero* fuerint diſſyllabæ, acuunt penul. niſi differentia prohibeat, vt apud Virgilium, *maria omnia circum*, acuit finalem, ne accuſatiuus nominis, vel aduerbium eſſe putetur. Nec hoc tamen vniuerſaliter eſt accipiendum: *Sine* enim, cum ſit præpoſitio, licet ſit poſtpoſita, acuit penultimam ſecundum vſum, quāuis dfferentia imperatiui à *ſino ſinis* hoc prohibeat, ſed vſus ſequendus eſt, analogia ſcienda. *Illud* etiam addit, quod coniunctiones, *vel* præpoſitiuæ, vt *quoniam*, vel communes, vt *igitur, ſaltem*, ſimiliter mutant accentum, quia prępoſitæ grauantur omnibus ſyl

Prapoſitiones poſtpoſita caſualibus mutant accentum.

labis,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

labis, postpositę acuuntur in principio. Subiunctiuæ vero coniunctiones postpositę non mutant accentum, quia nunquam præponuntur. Ideoque de illis reticuit, cuiusmodi est *quidem*, & consimiles.

De Differentia inter Præpositiones & Coniunctionc.

CAP. CXL.

Discrimẽ inter præpositiones & cõiunctiones.

ASsignat postea differentias inter præpositiones & coniunctiones; scilicet quod coniunctiones præpositæ nunquam possunt componi, nisi cum declinabilibus his infinitis, *siqua*, *nequa*; nec dixit quod præpositæ non possent componi cum indeclinabilibus; hoc enim falleret in *siquando* & similibus, sed potius quod non possunt componi cum aliis declinabilibus, nisi cum illis. Et vide quod maluit ista ponere, in quibus dictio ex compositione corrumpitur, quàm *siquis*, *nequis*, ne forte quis negaret in illis fieri compositionem. Porro cum indeclinabilibus possent componi postpositæ, vt *atque*, *& si*, & similia. *Item* præpositiones præponuntur casualibus, & compositæ, & appositæ. Coniunctiones vero, nec præponi possunt aliis partibus, nisi in appositione, nec supponi: excepta *que*, hæc enim supponitur in compositione, vt *vbique*; bene ait, *non aliis partibus*, quia coniunctio coniunctioni, & præponi potest, & supponi per compositionem, vt *atque*, *.enimuero. Si obiciantur siquando*, *nequando*, *quandoquidem*, vtpote quando etiam aduerbium est, & illa ex quando sunt composita: dicemus quoniam etiam coniunctio est. *Item* si opponatur *nescio*, & *nequeo*; dicemus quod ex aduerbio, non ex *ne* coniunctione composita sunt.

Solut. obiect.

Vbique, vndique, &c. non sunt cõposita, sed per syllabicã fiunt adiectionem.

ITERVM addit, quod *vbique & vndique*, & similia, magis videntur dici per syllabicam adiectionem, quàm dici composita ex *que* coniunctione. Ideo scilicet, quod in omnibus illis, cum nihil coniungat, vim suam non seruet; quod semper facere debet in compositione, quomodo facit in *atque*. Rursus nec in omnibus illis seruat *que* vim encliticam, vt in vndique, & vtique. Quam tamen in omnibus illis seruaret, si compositio ex ea coniunctione fieret. Dicit tamen alibi Prisci. quod *vterque* compositum est; quod vel secundum aliquorũ sententiam dixit, vel fortasse quia in *vterque* quodammodo retinetur vis coniunctionis. Quid enim est, *vterque istorum legit*, nisi quod iste & ille legit.

De differentia inter præpositiones & Aduerbia.

CAP. CXLI.

Præpositiones non possunt excedere tres syllabas, & sunt omnes primitiuæ, aduerbia non item.

POst hoc etiam assignat differentias inter Præpositiones & Aduerbia, dicens quod præpositiones pluſquam trium syllabarum non possunt esse; aduerbia etiam plurium, vt *aliquando*. *Item*, quod aduerbia quædam deriuatiua sunt; præpositiones autem omnes primitiuæ sunt, secundum Græcos. Ergo *absque* secundum eos videtur esse aduerbium; nisi dicamus quod non est deriuatio, sed syllabica adiectio.

Cur extra & intra no sunt præpositiones sed aduerbia

PROBAT deinde quod *extra*, & *intra*, & alia huiusmodi, non sunt præpositiones, sed aduerbia; quia scilicet possunt ad ici verbis sine casualibus dictionibus, vt *Ego curro in campo, tu extra*. Subintelligitur. n. *curris*. Hoc quoque quod dicitur *in campo*, adiacet verbo *curro*, ad modum aduerbij. *Addit* quod *extra*, & *infra*, & huiusmodi aduerbia, quę casibus obliquis deseruiunt, dixerunt Latini esse præpositiones, & quia præponuntur casualibus, & quia illis præposita grauantur omnibus syllabis, quod signum est prępositionis, vt *extra domum*. Quod autem dixit, *quæ solent casibus adiungi*, intelligendum est de casibus diuersæ significationis, propter *pridie*, quod solent temporalibus iungere, vt *pridie Calendas*, nec tamen à Latinis ideo præpositio dicebatur. Dicebant autem huiusmodi aduerbia Latini præpositiones esse, vel propter causas prædictas, vel quia nunc interpretantur quod apud Græcos præpositiones, nunc illud quod aduerbia, quod cum dicit, designat non propter hoc magis debere præpositiones quàm aduerbia dici, & sic partem aduersam attenuat. Si enim dicam, *ante ora patrum*, id est coram patribus, hic *ante* significat hoc quod hæc præpositio Græca *Chro*.

Tres sententiæ de prædictis vocabulis.

ITAQVE sciendum est, tres fuisse de his sententias. Quidam enim dixerunt *infra & extra*, & huiusmodi alia, quæ nunc casualibus iunguntur, nunc autem verbis sine casualibus, esse tantummodo præpositiones, & non aduerbia. Alii dixerunt quando casualibus iunguntur, esse præpositiones, quando autem verbis sine casualibus, esse aduerbia. Fuerunt & qui dicerent hæc tantummodo esse aduerbia, sed casualia, scilicet quæ obliquis deseruirent quandoque casibus, quomodo & præpositiones, hanc vero sententiam ad vltimum confirmauit Prisci. licet iterum & hanc & cęteras cum quadam dubitatione interserat.

De Compositionibus Præpositionum.

CAP. CXLII.

Præpositio componitur cũ nominatiuo & obliquo eiusdem.

PONit autem communem de præpositionibus regulam, scilicet quod compositæ inueniuntur, tam in nominatiuo, quam in obliquis casibus flexis ab eo, vnde collegerunt antiqui, quod præpositio nunquam componitur cum obliquo, nisi cõpositio præiaceat in nominatiuo. Nobis autem ex auctoritate non videtur posse haberi, sed illud potius, quod composita cum nominatiuo inuenitur, & cum obliquis eiusdem, vt *indoctus, ti, indocto*. Quare & *inuicem* dicemus esse compositum, nec præiacere compositionem in nominatiuo, hoc idem & de *hactenus* diceremus, nisi quod secundum significationem magis videtur componi ab *hac* aduerbio.

Præpositio non inuenitur cum verbo nisi per compositionẽ, quo pacto etiam præpositioni præponitur atque etiam aduerbio.

ILLVD quoque addit, quod præpositio nunquam inuenitur cum verbo, nisi per compositionem, quia sc. in verbis intelligitur semper nominatiuus, vel vocatiuus, quantum ad significationem. Et quia hic casibus nunquam additur præpositio per appositionem, ideo nec in verbis. *Cum* participiis non ponitur in compositione secundum verborum figuram ex quibus nascuntur, nisi præcedat verbum eius compositum, vt *inducens* ab *induco*. Per appositionem vero præponitur accusatiuo vel ablatiuo participiorum, sicut & nominum. Præponitur & præpositio præpositioni per compositionem, vt *imperterritus*, & coniunctioni, vt *absque*. Dicit tamen, quod magis est syllabica adiectio. Quoniam hæc coniunctio *que*, quoties in compositione ponitur, retinet vim suam, idest vim copulatiuam, vt in *atque*, vbicumque vero non retinet, est deriuatio per syllabicam adiectionem. *Additur* etiam aduerbio per compositionem, vt *perinde*.

Præpositio componens transit regulariter in illã orationis partem quam componit.

ILLVD etiam addit, quando præpositiones componuntur cum aliis partibus, in earum potestate coincidunt, id est vt composita dictio sit eiusdem partis cum illa, cui præpositio additur. Vnde liquet quod *inuicem* non est compositum, cum *vicem* sit nomen, & *inuicem* (si vna pars est) sit aduerbium. Dicamus ergo, quòd in earum potestatem incidunt sæpissime, rarissimè verò vel nunquam idem fiet prępositio. *Absque* etenim, non per compositionem dicitur, sed per adiectionem *quę* syllabæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Accentibus Aduerbiorum, & prępoſitionibus compoſitorum.

CAP. CXLIII.

SVnt autem apud Græcos quædam dictiones diſſyllabę, habentes penult. acutam, quibus ſi prępoſitio per compoſitionem iuncta ſit, vt addat aliquid ſignificationi, accentum acutum depenultimo transfert in antepenultimum. Quando enim dicunt *paralexos*, antepenultimo acuitur. Eſt enim pars compoſita à *para* præpoſitione Græca. Cum ergo apud Græcos prępotio compoſita in multis dictionibus hoc faciat, apud nos facit hoc idem in vno aduerbio, ſcilicet *inde*; hoc enim per ſe prolatum acuit penul. Qui ſi *de* vel *pro*, vel conſimiles præpoſitiones ei per compoſitionem addantur, acuitur antepenul. vt *proinde*, *deinde*, *ſubinde*, & ſimilia. Ne ſi grauaretur inquit, ſcilicet præpoſitio, ponendo acutum accentum ſuper penul. putetur per appoſitionem ante aduerbium poni, quod fieri non licet, propter hanc ergo Priſciani rationem, volunt plerique idem in cæteris aduerbis compoſitis, non ſolum præpoſitione, verumetiam cum quibuſdam alijs obſeruari; vt etiam debeat dici *alsunde*, antepenultima acuta.

Inde compoſitum cum de vel pro acuit antepenultimam, quod alijs aduerbijs nõ ſolet conuenire.

Dubium circa mentem Priſciani.

Est ergo ſuper hoc controuerſia nec irrationabilis. Priſcianus teſtatur in vno aduerbio *inde* ſolere hoc fieri: quapropter videtur ſecundum authorem dicendum eſſe *delonge alonge*, penultima acuta. ſimiliter & de cęteris aduerbiis, quæ non ſunt compoſita ex *inde* aduerbio, ſi fuerint tamen ex alio aduerbio & præpoſitione compoſita. Quod ſi ita eſt, dicendum eſt, *deinceps*, *abintus*, penultima acuta; quod contra communem vſum eſt; omnes enim acuere ſolent in his antepenultimam.

Solut. dubij.

Qvid igitur dicendum? primum equidem, nec ex his quæ dicuntur in tractatu de præpoſitione, nec ex his quæ in libro accentuum, poteſt haberi vt in *alsunde* antepenultima debeat acui. Non enim ait in libro accentuum, omnia aduerbia compoſita ſub vno accentu pronuncianda ſunt; ſed potius omnia aduerbia quæ à præpoſitionibus componuntur, quod non intelligendum eſt, vt dixerat ſub vno, ideſt non ſub pluribus (hoc enim habet omnis dictio, vt vno accentu regatur) ſed ſub vno accentu inquit, ideſt ſub eodem & conſimili; hoc eſt vno modo accentuandi, ſc. vt antepenultima debeat acui. *Dicimus* itaque *alsunde* dici debere regulariter, vt accẽtum habeat penultima: ſi tamen vſus eccleſię (in qua forte tibi legendum fuerit) aliter habeat, ſequere vſum; niſi tantæ fueris auctoritatis, vt prauum vſum emendare poſſis. *Si* enim obiiciatur quod *aliquando* habet accentum acutum ſuper antepenultimam, ſciat hoc fieri cauſa differentię ab *aliquanto*. Porro liber ille de accentibus, à pleriſque dubitatur à quo factus ſit. Vt ergo certum aliquid ponamus, illam regulam accentuandi antepenultimam acutè in aduerbijs compoſitis, non dicimus obſeruandam eſſe regulariter, niſi in compoſitis ab *inde* aduerbio & præpoſitione, ſi Priſcianum authorem ſequi velimus; nec quidem quod in libro accentuum dicitur, pro authentico habemus.

Alsunde habet accentum in penultima ſic etiam alonge, delonge, &c.

Videtvr ergo nobis regulariter dicendum, *delonge*, *alonge*, & ſimilia, vt ſuper penultimam ponatur accentus. Analogia tamen (vt ſæpe diximus) ſcienda eſt, vſus verò ſequendus. Magiſter enim locutionis eſt, & velle quidem inter inſanos videri doctum, ſpecies quædam furoris eſt. Qui tamen dicunt regulam in omnibus aduerbiis compoſitis obſeruandam eſſe, literam Priſciani ſic exponunt: prępoſitio ſolet hoc facere in vno, ſcilicet in vna parte orationis, ſc. aduerbio, ſicut in *inde* manifeſtum eſt. Sed videtur planè innuiſſe, quod in ſolo *inde* fieri ſolet: quod ad rationem quam author inducit, illa equidem probabilis eſt, ſed non neceſſaria; alioquin eadem ratione diceremus *induco* antepenultima acuta, quod omni caret ratione.

De Appoſitionibus prępoſitionum cum caſualibus.

CAP. CXLIV.

APud Græcos præpoſitio tribus adiungitur caſibus per appoſitionem, id eſt genitiuo, datiuo, accuſatiuo. Apud nos autem tantum duobus, id eſt accuſatiuo, & ablatiuo; niſi auctoritate ſua vtantur noſtri poetæ Helleniſmo, id eſt more eorum; vt Virgilius, *Crurum tenus*, pro tenus cruribus. Dicit etiam, quod *toachris*, cuius interpretatio eſt *tenus*, aduerbium eſt apud Græcos, & non præpoſitio. Inde eſt, quod *tenus* raro apud nos pręponitur.

Præpoſitiones duobus tantũ caſibus apponuntur.

Addit quoque quod nominatiuis non adduntur præpoſitiones per appoſitionem, quia ipſi ſunt intranſitiui; id eſt ex vi nominatiui non ſignificant rem, vt in eam tranſeat actus, ſed intranſitiuè iunguntur cum verbis. Ideo autem diximus *ex vi nominatiui*: quia conſtructi cum verbo paſſiuo, bene ſignificant rem, vt in eam tranſeat actus, quia rem patientem; ſed hoc eſt ex vi paſſiui verbi: præpoſitiones autem per appoſitionem prolatæ, ſemper tranſitionem exigunt: vnde rationabiliter adduntur accuſatiuo, vel ablatiuo, qui tranſitiui ſunt; ideſt deſignant in quem ſit actus. Quod autem apud Græcos genitiuo & datiuo apponuntur, opinor cauſa penuriæ factum. Quoniam enim carent ablatiuo, coguntur iungere præpoſitionem cum genitiuo, vel datiuo, vt compleant vim ablatiui cum præpoſitione prolati. Sed non poſſunt, vel non debent adiungi puto (cum ſimiliter ſint tranſitiui) ipſis genitiuorum conſignificationibus, necnon etiam datiuorum, propter implicitam quodammodo quarundam vim præpoſitionum. Quid enim eſt, *lego diſcipulis meis*, niſi lectionem facio ad eos? vel quid eſt, *Iſte equus eſt Socratis* niſi ad ipſum pertinens? Non autem prępoſitionibus appoſitis, alię poſſunt apponi. Propterea veriſimile eſt his caſibus, præpoſitiones per appoſitionem non poſſe adiungi.

Cur nominatiuo non poteſt adiungi præpoſitio, aut etiã genitiuo vel datiuo.

Solut. dubij.

Qvod autem adiungit, nihil carens caſu per ſe tranſitiuum poſſe eſſe; oppoſitionem habet propter præpoſitiones, & propter verba tranſitiua. Sed hoc ſoluit per hoc quod ait *per ſe*, ideſt ex ſua vi; hoc eſt niſi aliud ſequatur, ſcilicet caſus obliquus; vel niſi ſubintelligatur. *Obiicietur* tamen, quòd nec ſic obliquus tranſitiuus eſt per ſe: ſed poteſt dici, quod per ſe poſitus ſignificat vt eius, vel vt ei, vel vt eam, vel vt ab ea, quæ omnia ad res cum tranſitione dictas pertinent. Ideoque obliqui etiam poſiti per ſe, meritò dicuntur tranſitiui.

De Multitudine Præpoſitionum apud Latinos.

CAP. CXLV.

Illud quoque addit, quòd multo plures præpoſitiones ſunt apud nos, quàm apud Græcos. Quia cum apud illos ſingulę multas ſignificationes habeant, nos ad vnamque illarum, vnam habemus prępoſitionem. Itaque ſingulæ præpoſitiones Græcorum complent ſignificationem multarum apud nos; vt *peri* ponitur pro *circum* & *ſuper*; non quando *ſuper* ſignificat locum, ſed quando conſignificat memoriam, vt ibi, *multa ſuper Priamo*, ideſt de Priamo *Iterum*, quia aduerbia localia, quæ ſolent pręponi caſualibus, computauerunt Latini eſſe præpoſitiones, quia ſcilicet præpoſita caſualibns grauantur omnibus ſyllabis, vt *pone tribunal*, *aduerſus hoſtes*, & huiuſmodi alia; quæ omnia Græci dicunt eſſe aduerbia; tum quia pleraque aduerbia apud eos non poſſunt componi, cum omnes apud eos præpoſitiones, & poſtponi ſoleant, & apponi: Tum quia cum verbo ponuntur, & apud Latinos ſine caſualibus; vt ibi, *pone ſubit coniunx*. Quòd autem per appoſitionem ponatur ſine caſuali, rariſſime, ideſt nunquam patitur præpoſitio. Semper enim vel apponitur caſui, vt *vade ad domum*; vel ſubintelligitur, vt *de poſt fœtantes*, ſubintelli-

Plures ſunt apud nos præpoſitiones quàm apud Græcos & quare.

telligendum enim est (vt antiquis videtur) *existente*.

Solut. dubij. Sed quomodo potest fieri, vt si dicam, *De vltra mare venit Pompeius*, ibi intelligatur *existente*. Dicunt ergo pleriq; ue, quod in *de post fætantes accipit eum*; *de post* vna pars est composita, & exigit accusatiuum; similiter *de sub cuius pede*, &c. dicunt. n. *de sub manu*, partem cõpositam esse, & quod exigit ablatiuũ. Alij, quod in *de post fætantes*, exigit post accusatiuum istum *fætantes*, & quod *de* irregulariter ibi ponitur, & nullũ casum exigit. Idẽque de similibus dicẽdum *Dicunt* etiam plerique, quod *post fætantes* ponitur loco cuiusdam ablatiui. *Concludit* itaque ex præpositis, tria apud nos in præpositionibus, esse Græcorum obseruationi contraria; scilicet quod quędam præpositiones apud nos certam habent significationem; quod dicit secundum eos qui *intro*, & cætera aduerbia casualia reputant inter præpositiones; & quod quædam nunquam componuntur, vt *apud*, *ergà circiter*; & quod quædam nunquam separantur, vt *di* & *dis*; sed ob hoc tantum vocantur prępositiones, quia loco præpositionum ponuntur in compositione.

Tria sunt apud nos in præpositionibus contraria Græcis.

De Diuersis acceptionibus Præpositionum.

CAP. CXLVI.

Præpositio quandoque assumitur causa maioris significatiæ. Præpositio quandoque assumitur causa significantiæ, vt *imprudentibus*, pro *valde prudentibus*. Significat etiam *in* quandoque priuationem, vt *impius*, idest sine pietate. Ex originem; vt *ex Gorgoneis*, &c. Ponitur etiam loco aduerbii *extra*, vt *exul*, idest *extra solum*. *Addit* quoque, quod subtractæ nominibus, faciunt ea pro aduerbijs accipi, vt *domo venio*.

Item præpositiones positæ loco aduerbiorum, vel interiectionum, mutant accentum, vt apud Terentium. *Perpulchra credo dona*; *per* enim debet hic acui non grauari. Et sunt qui dicunt *per pulchra* duas partes orationis esse. Alii vero dicunt vnam partem compositam esse, & verius esse videtur. *Pro* etiam loco interiectionis, vt apud Lucanum, *pro tristia fata*. Et ideo ibidem acuitur. Quod ergo plerique dicunt debere scribi cum aspiratione proh, facta apocopa ab interiectione integra *proh*, id nulla auctoritate tuetur, sed hoc tantum quod *pro* præpositio ponitur pro interiectione, quod non dicit esse mirandum, cum Græci, & præpositiones pro aduerbiis, & èconuerso solebant ponere: Et nos etiam aduerbia loco nominum, vt *mane nouum*, & *sponte sua*, & *rite ne facto*, pro ritu. Dicit tamen alibi, quod *sponte* nomen est, & ponitur pro aduerbio, secundum quod diuersas diuersorum dicit sententias.

Quid significat secundũ quando est præpositio. Secvndvm, quando significat vel *catha*, vel *meta*, præpositionis vim obtinet. Cum enim *catha* sit ęquiuocum apud Græcos, hic opinor significat quod *iuxta*, vt *secundum ea*, idest ad similitudinem eorum. *Meta* quoque accipitur pro *de*, & *trans*, & *propter*. In hac autem significatione ponitur *secundum* pro meta, vt apud Lucanum. *Secundum Emathiam lis tanta datur*; idest propter Emathiam. *Sed* quid significat, cum dicitur *secundum Lucam*, & similia? puto idem quod *iuxta*, quasi sicut Lucas dixit.

Propter, quãdoque præpositio, quandoque coniunctio. Propter, quandoque ponitur loco *dia*, causalis Græcæ coniunctionis, vt *propter te*, i. causa tui. Quando autem ponitur loco *para*, quod est *iuxta*, tunc habet vim præpositionis, vt propter amænum, idest *iuxta*. *Sed* quid est quod dicit *propter* ibi habere vim præpositionis, cum *iuxta* secundum ipsum sit solummodo aduerbium, & ibi *propter* ponatur pro *iuxta*? Fortasse secundùm eos dixit hoc, qui *iuxta* putauerant esse præpositionem, vel potius quia *para*, loco cuius ponitur ibi *propter*, præpositio est apud Græcos; quamuis *iuxta* aduerbium, loco eius quandoque ponatur. *Addit*, etiam, quòd *ob* ponitur pro causali coniunctione, *vt ob auspicium*. In compositione vero habet vim prępositionis, vt *obeuntia terras*, idest euntia circa. *Circum* tamen aduerbium est, sed Græcus poneret ibi præpositionem. *dicit* etiam, quod *ob* coniuncta cum aliis partibus, simul cum illis accipitur pro causali coniunctione, vt *quamobrem*.

Ob varie accipitur.

De communi significatione præpositionum.

CAP. CXLVII.

Præpositiones secundum Grecos nihil certum per se significant. Cuiusmodi inquit apud nos penè sunt omnes monosyllabę; *penè* dicit propter *præ*, quod per se prolatum certam habet significationem loci. Mutant itaque significationes suas ex diuersis adiunctis; vt *ad* modo consignificat personam, vt *ad te confugio*; modo locum, vt *ad Troiam*, id est apud Troiam; modo tempus, vt *ad bellum Persicum*, Macedonicum; modo numerum, vt *ac quinquaginta millia venerunt*. In compositione quoque, modo consignificat intensionem, vt *affirmat* posita f pro d, modo directionem ad personam, vel ad aliam rem, vt *alloquitur*, *arridet*. Quæ ergo vere & indubitabiliter sunt præpositiones, nihil certum per se significant: quæ vero certam habent significationem, cum secundum rationem Græcorum inter aduerbia pleræque poni debeant, vt *super*, & *intra*, & *infra*, & huiusmodi; Latini tamen posuerunt inter præpositiones. *pleræque* dictum est, quia *inter* certam habet loci significationẽ. Quoniam tamen nunquam sine casuali inuenitur, non concedit, vt etiam secundum rationem Græcorum debeat dici aduerbium, sed præpositio.

Præpositiones mutant significationes ex diuersis adiunctis; ex se tamen nil certum significant.

Præpositiones quandoque retinent eandem significationem Item præpositiones retinent quandoque eandem significationem, tam in compositione, quàm in appositione; vt *inuado hostem*, i. in hostem vado; & hic enim & ibi, *contra* significat: Aliquãdo diuersas; vt *de te loquor*, id est causa tui; *deprimo*, id est infra premo. Quandoque etiam abundant in compositione, ac si essent dissyllabicæ adiectiones, vt nihil scilicet sensus habeant addere, vt *emori* pro mori. Quandoque vero designant locum, & hoc quadripartito, vt significent *quo*, vel *vbi*, vel *vnde* vel qua.

De proprijs significationibus earum quę accusatiuo deseruiunt, & primo de Monosyllabis.

CAP. CXLVIII.

Quot præpositiones deseruiant accusatiuo secundum interpretationẽ Græcarum præpositionũ. Post hæc pertractat singulas præpositionum quarumque significationes. Et primo earum quæ deseruiunt accusatiuo, quas diuidit in monosyllabas, dissyllabas, & trisyllabas. Sunt enim inquit vnisyllabæ, vt plerisque Latinorum videtur *e*, *ad*, *ob*, *per*, *post*, *cis*, *trans*; *plerisque* dixit propter *post*, quod alii dicunt esse aduerbium casuale. Bissyllabæ vero sunt, *apud*, *ante*, *citra*, *circum*, *circa*, *contra*, *ergo*, *extra*, *intra*, *infra*, *iuxta*, *prope*, *pone*, *vltra*, *præter*, *propter*, *supra*, *vsque*, *penes*. Trissyllabæ sunt, *circiter*, *aduersum*, *secundum*. Quarum pleraque ex his secundum rationes Græcorum dicit esse aduerbia; *pleraque* autem dicit, quia *ad*, & *ob*, & *per*, secundum rationem Græcorum etiam non sunt aduerbia; sed *post*, & *ante*, & *circa*, & *citra*, & similia. Siquidem si plures inueniuntur præpositiones, vel bissyllabæ, vel trissyllabæ accusatiuo casui seruientes, non est curandum, quia de illis tantum agit, quę Græcarum præpositionum interpretationem habent.

Ad varia significat, vti etiam ob. Dicit ergo, quod *ad* & appositum & compositum, significat quandoque proximitatem, vt *adeo ad Troiam*, id est iuxta Troiam: Quandoque causam, vt *ad quid feci hoc*, id est cuius causa: Quandoque similitudinem, vt *ad vnguem*, id est ad vnguis similitudinem explanatum. Quandoque etiam contrarietatem, vt *ad illum mihi pugna est*, id est contra illum. Quãdoque vero tẽpus, vt *ad bellũ Persicum*, *Macedonicum*, hoc est vsque ad bellum. Quandoque iterum additionẽ, vt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ad hæc mala, id est super hæc alia addita sunt. *Ob* apposita, significat aliquando causam ad modum *dia* Græcè præpositionis, quæ pro causali coniunctione accipitur. Aliquando etiam significat accommodationem, vt *ob meritum*, id est pro merito, vel secũdum meritum. In compositione consignificat, vel *contra*, vel *circum*, vt *obambulo* id est circum ambulo.

Per, plura pariter significat.

PER significat aliquando *dia* Græcam, secundum quod est localis, vt *perrumpor*, quasi per mediũ rumpor. Consignificat etiam tempus, sed quasi locum, vt *per annum fuit mecum*: Dicit enim Priscianus, quod omnia localia, possunt etiam esse & temporalia. *Addit* etiam quod ita quoque aliis rebus quasi loco iunguntur; vt *per virtutem fio laudabilis*, in quo virtus quasi locus laudis fuisse ostenditur. Est etiam *per* iurandi, vt *per Iouem*. Consignificat quoque perfectionem plerumque in compositione, vt *percurro*, id est perfectè curro. Quandoque locum, vt *perrumpor*. Quandoque ponitur loco *valde* aduerbij, vt *percaleo*. Consignificat etiam *per* abnegationem, vt *perfidus*, id est sine fide.

Adhuc de eodem.

CAP. CXLIX.

Post varié vsurpatur.

ADdit quod *post*, & componitur, vt *postpono*, & separatur: & significat inquit *meta* præpositionem sed non quando loco *fin* accipitur, quæ valet quantum *cen* præpositio. *Post* ergo sicut *meta*, quandoque significat ordinem loci, vt *post montem*: Quandoque tempus, vt *post multum temporis*: quandoque ordinem alterius rei. vt *post pietatem vtilitas ponenda est*: quandoque pro aduerbio temporali *postea*, absque omni casu scilicet, vt *longo post tempore*: Nam quando inquit præpositio est, ablatiuo iungi non potest, quia deseruit accusatiuo. Illud etiam addit quidem, quod à *post* deriuatur *posterus*, & *postica*.

Cis componitur & apponitur, & similiter etiã trans.

CIs quoque dicit componi, & apponi, & locum significat: quid est enim *Cisalpina Gallia*, nisi quæ inter nos est & Alpes? quãdoque etiam transfertur ad tempus designandum, vt *cis definitum tempus*; quandoque etiam ad alias res, vt *cis naturæ leges*: sed magis & frequentius loco additur, præsertim quoniam alias res vt locum significat. *Trans* etiam, & componitur, vt *transveho*; & apponitur, vt *trans mare*. Amittit autem quandoque in compositione n & s vt *traduco*. *Et* vide, quod videtur locum *trans* significare, sed modo diuerso. In *rransueho* namque significat vlteriorem locum, ita quod vsque ad ipsum. In *trado* quoque, quasi transitionem localem ab vno ad alterum. In *transgredior*, quasi localem accessum. Apposita quoque *trans* ponitur loco *peran* aduerbii Græci, vt *trans mare*, & significat idem tunc quod *vltra*.

Omnes monosyllabæ præpositiones excepto cum, componũtur & præponũtur. Clam est aduerbium.

ADDIT postea, quod omnes monosyllabæ præpositiones cuilibet casui deseruientes, & apponuntur, & componuntur, excepta *cum*, pro qua semper *con* in compositione inuenitur; & n conuertitur in m sæpe, vt *communis*: sicut (m) quoque solet per compositionem conuerti in n, vt *tantundem*. De *clam* vero ostendit, quod aduerbium debeat dici, quia significat qualitatem; quod non præpositiones, sed aduerbia facere solent; & facit ex se diminutiuum *clanculum*, quod nulla præpositio facit; & potest proferri sine obliquo. Et quia interpretatio illius apud Græcos aduerbium est, præponitur tamen obliquo casui, sicut & multa aduerbia localia, vt *clam te factum est*.

De dissyllabis quę accusatiuo deseruiunt.

CAP. CL.

Apud significat in loco, & nũquam componitur ante verò, &

POst hoc agit de dissyllabis præpositionibus, quæ accusatiuo iunguntur. Dicit ergo quod *apud* significat in loco, vt *apud Numantiam*. Iungitur etiam personis, id est nominibus personarum, vt *apud Athenien-*

componitur & opponitur

A *ses*, in quo tamen & personas quasi locum significat. Vnde etiam vnam dicitur habere significationem, scilicet in loco, nunquam autem componitur. *Ante*, & componitur & apponitur: & significat locum, vt *anteeo*: vel tempus, vt *ante annum*, quod secundum adiuncta potest dignosci: vel etiam ponitur pro *antea* aduerbio. Deriuatur ab *ante*, *antiquus & antiquarius*.

Citra non cõponitur.

CITRA non componitur, & significat locum: vt eandem ferè habet significationem quam habet *cis*, nisi quod *cis* solet plerũque præponi propriis nominibus montiũ, vel fluminum: reliquis verò magis solet addi *citra*. A *cis* deriuatur *citra*, à quo *citer*, *citerior*, *citimus*. Vnde Cato: *Citer ager* id est vicinus. Et licet *cis*, & *citra* præpositiones à Latinis esse putentur, tamen interpretatio eorum apud Græcos aduerbium est. *De circa* quoque dicit, quoniam significat id quod *peri* Græca; sed tunc quãdo *peri* ponitur pro *iuxta*. Nam & ponitur pro *de*, vel pro *iuxta*, & multas alias significationes habet apud Græcos

B

Circa nunquam præponitur in cõpositione.

CIRCA, & ad locum pertinet, vt cum dicitur, *circa forum*; & ad tẽpus, vt *circa viginti annos*. Addit etiam quod *circa* nunquam præponitur in compositione, sed postposita componi inuenitur cũ ablatiuo, vt *quocirca*, & habet vim causalis coniunctionis hæc dictio composita, inuenitur quoque subiuncta *circum* præpositioni, & videtur composita dictio esse, quod fieri non potest: In sequentibus enim dicit, quod *circa* non componitur. Quod autem *circumcirca* debeat dici, probat auctoritate Donati dicentis, quod prępositio aut

Circumcirca non est dictio composita.

C præcedit verbum, vt *præfero*: aut aduerbium, vt *expressè*: aut participium, *ve præcedens*: aut coniunctionem, vt *absque*: aut ipsam simplicem facit relationem; quasi diceret, præpositio præcedit præpositionem. Dicit autem Priscianus, quod *circumcirca* significat idem quod apud Græcos *amphiperi*, quod valet ac si diceret *exomni circum*.

CVM vero sit propositum eius hoc in loco de dissylabis præpositiombus agere, adiungit tamen de *circiter*, quia & Græcæ præpositionis *peri* significationem retinet, acceptæ pro *iuxta*: sed differt à *circa* quod *circiter* ad solum tempus pertinet; vt *circiter Calendas Ianuarias*.

Erga nunquam componitur.

DE *erga* quoque dicit, quod significat idem quod *peri*, scilicet quando *peri* significat affectum. Et tunc

D nominibus personarum iungitur, quando bonus siue malus affectus in eas designatur, vt *erga propinquos*. Hæc præpositio nunquam præponitur.

Adhuc de eodem.

CAP. CLI.

Contra, plura significat.

CONtra vero quandoque significat aduersationem, vel malum affectum; vt *contra adulterum dico*: quandoque repugnantiam, vt *contradico*: quandoque localem positionẽ, sed aduersam, vt *stat contra*: deriuatur autem ab eo *contrarius*. *Extra* vero significat idem

Extra, modo aduerbium, modo præpositio reperitur.

E quod hoc aduerbium *entos*, quod deriuatur ab *ex*, quæ præpositio est, tam apud nos, quàm apud Græcos: tamen apud nos & aduerbium esse dicitur, quia sine casualibus verbo adiungitur; & præpositio etiam, quia casualibus præposita, per omnes syllabas grauatur. Quod autem *extra* loco præpositionis ponitur, dicit nihil mirum videri, cum & *ex* prępositio in quibusdam compositis inuenitur posita pro *extra*, vt *exul*, id est *extra* solum: deriuatur autem ab eo *extraneus*, & *externus*.

Inter tam composita, quam apposita reperitur.

INTER quoque inuenitur composita, & apposita, vt *inter amicos*. Item cum verbo sine casuali, vt *tu dextrorsum*, *ille sinistrorsum*, *ego curro inter*. Vnde videtur velle quod debeat dici aduerbium; & deriuatur ab *in*: & significat quandoque quod *dia*, & significat locum, & inuenitur semper composita, vt *interrumpit*: Quandoque significat quod *en*, & tunc significat localẽ positionem, vel quasi localem. In qua significatione, &

ne, & poteſt apponi: vt *Conuerſique oculos inter ſe, atque ora tenebant*; & poteſt componi, vt in illo exemplo quod ſequitur, *interea loci*; quod ſub vno accẽtu debet proferri, & valet quantum in eo loci. Quandoque ſignificat quod *meta*, & tunc ſignificat locum, vel quaſi locum, vt *inter vicinos*. Vbique ergo locum ſignificat. *Interea* verò ab *inter* deriuatur, quod dicit ſemper eſſe aduerbium: dicunt autem plerique, quod *intercapedo* ſignificat diſtantiam loci; Interuallum diſtantiam temporis.

Intra deriuatur ab in, & habet quadã compoſita.

INTRA verò ſignificat quod entos aduerbium, & habet contrariam ſignificationem ei, quod eſt *extra*. Et vide quod cùm ab *in* deriuetur *inter*, & *intra*, & *intus*, & *intrò*; hæc duo vltima nunquam præponuntur caſualibus ſicut nec *foris*, & *foras*, quæ ſimilem habent ſignificationem. Ab *intra* verò deriuatur *intrinſecus*, & *internus*, & *introrſus*. *Infra* temporaliter plerumque ponitur, vt *infra decem dies*. Propriè verò & principaliter ſignificat locum, ſicut *contra*, & *citra*; & contrariam gerit ſignificationem ei quod eſt *ſupra*: quod exceſſum localem ſignificat, vel quaſi localem. *Infra* verò eſt eius contrarium, quamuis abuſiuè inueniatur poſitũ pro *intra*. Deriuatur autem ab *infra*, *inferius*, *inferior*, *infimus*. *Iuxta* ſignificat quod *toentos* aduerbium, ſed dicta eſt à Latinis præpoſitio: videtur tamen pro *æqualiter* ſumi apud Saluſtium. De *pridie* etiam dicit, quod more præpoſitionis iungitur cum accuſatiuo, vt *pridie Calendas*. Eſt ergo *pridie*, temporale aduerbium & caſuale. Vnde reliquit intelligendum, quod licet *iuxta* iungatur obliquo caſui, non tamen minus eſt aduerbium, ſi cum verbo poſſit conſtrui ſine caſu obliquo: vt *tu longè ſedebas à rege, ego iuxta.*

Infra propriè ſignificat locum.

Iuxta quandoque eſt aduerbium, ſic pridie eſt aduerbium tẽporis & caſuale.

De Monoſyllabis ablatiuo deſeruientibus.

CAP. CLII.

POſt hoc progreditur Priſcianus ad præpoſitiones, quæ ſolo caſui ablatiuo deſeruiunt. Harum autem quædam ſunt Monoſyllabæ, vt *a, ab, abs, e, ex, pro, præ, cum, & clam, que*, ſecundum quoſdam eſt aduerbium. Quædam autem diſſyllabę, vt *coram, palam, ſine, abſque, tenus*; quarum omnium (ſcilicet diſſyllabarum) interpretationes apud Græcos aduerbia ſunt. Sed quoniam caſibus obliquis deſeruiunt per tranſitionem perſonarum, id eſt vt notetur tranſitio ad perſonam, vt *coram rege hęc omnia locutus ſum*; Laliam perſonam, vt *coram rege hęc omnia locutus ſum*; Latini eas quidem præpoſitiones eſſe aſſerunt. Quando autem ſine caſibus obliquis ponuntur, & intranſitiuè aduerbia ab eiſdem putantur. Dicit tamen quod *ſine*, & *abſque*, & *tenus* nuſquam inueniuntur ſine ablatiuo. Videtur itaque velle, quòd hæc propriè apud Latinos ſunt prępoſitiones, licet etiam interpretationes earum apud Græcos ſint aduerbia. Aduerbia namque verbis iunguntur intranſitiuè & omnibus caſibus indifferenter.

Multa præpoſitiones apud Latinos reſpondent aduerbijs Græcis.

DICIT ergo, quod monoſyllabæ omnes ferè eandem vim habent, quia & locum, & tempus, & ordinem æqualiter ſignificant; ſed differunt, quoniam quando conſonantes ſequuntur a & e, ſolent præponi in appoſitione, *à domo, è rure*. Ab verò & ex præponuntur non ſolum vocalibus, ſed etiam conſonantibus. *Ab* in compoſitione præponitur omnibus literis abſque c, vel q, vel t. *Aſſatur* eſt compoſitum ex *ab*, licet b mutetur in f, ſequente f. In *aufero* b mutatur in u, non in f, licet ſequatur f. Sic ſi diceretur affero (b) mutatur in f, videretur ab ad componi, non ex ab. Similiter in *aſporto* non conuertitur b in p, ſed in ſ, ne ſi dicatur *apporto*, videretur eſſe compoſitum ab *ad*. *Dee* verò dicit, quod tam in appoſitione, quàm in compoſitione inuenitur ante b, vt *ebibo*, & d, *vt educo*, quod producit penultimam, ſi dicatur *educo cis*, & corripit eã ſi dicatur *educo cas*, quod eſt nutrire. *Ponitur* etiam e ante g, vt *egero*, ante l, vt *elumo*, ante m, vt *emineo*, quod eſt à moneo: ante n, vt *enecuo*, quod eſt à *neruus neruis*, ante r, vt *eruo*, ante u & i conſonantes, vt *euoco, eijcio*. Et ecce habemus, quod debeat dici *eijcio*, non ſolum *eiicio*: Similiter ergo *abijcio*, & *deijcio*. *Addit* verò, quod conſonantibus cęteris à b, & d, & g, & l, & m, & n, & r, & i, & u conſonantibus, non pręponitur e, ſed ex, vt *excubo, effero*, vbi x eſt mutata in f.

Omnes præpoſitiones monoſyllabæ habent ferè eãdem vim, differunt tamen in quibuſdam proprietatibus.

ADDIT iterum, quod omnes prædictæ præpoſitiones, id eſt *a, ab, abs, e*, & *ex*, vim habent conſimilẽ; niſi quod & a & abs iunguntur verbis paſſiuis, vel ablatiuis, id eſt quæ ablationem deſignant, vt *aufero*, & ſimilia. *E quoque* in compoſitione poſitum, vel ſignificat priuationem; vt *enodis*, quaſi ſine nodo, vel intenſionem, vt *eludo*, vel ponitur pro *extra*, vt *educo*, id eſt extra duco. Similiter & ex in compoſitione, vel ponitur pro *extra*, vt *excludo*, vel deſignat priuationem, vt *explico*, quaſi à plica remoueo, vel intenſionem, vel perfectionem, vt *exoro, efficio*.

Adhuc de eodem.

CAP. CLIII.

DE verò, quandoque ſignificat *apo*, & tunc eſt materialis, vt *hic annulus eſt de auro*. Quandoque *peri*, & tunc memoratiua eſt, vt *de partibus orationis*. Quandoque ponitur pro *Chata*, & tunc ſignificat locum, vt *deſcendo*, id eſt deorſum ſcando. Quandoque ſignificat intenſionem vt *de primo*. Quandoque priuationem, vt *demens*, id eſt ſine mente. Similiter & *pro*, quandoque ſignificat locum; & in appoſitione, vt *pro templo*: & in compoſitione, vt *procurro*: Quandoque tempus, vt *proſpicio, proauus*, quod tamen dicunt plerique componi à *procul*, eo quod in *proauus* corripitur pro. Simimiliter & cætera omnia in quibus *pro* corripitur: vt *proteruus*, quod eſt à *toruo*. Alij verò dicunt quod more Græco corripitur *pro* præpoſitio apud nos in compoſitis dictionibus. Ponitur autem *pro* loco *e*, vel *ſuper*, vt *prominet*, pro eminet, vel ſupereminet. Ponitur etiam pro *ante*, vt *proſtratus*, & pro *ad*, vt *pro viribus ſuis*: pro *in*, vt *pro teſtimonio*. Ponitur quoque interiectiuè, & circumflectitur, vt apud Saluſtium: *Pro Deum*, &c. Et ponitur admiratiuè.

De, varia ſignificat, vti etiam pro.

PRÆ vero, & apponitur, & componitur. Ponitur autem pro *ad*, vt apud Terentium: *Hic ego contempſi illum præ me*, id eſt ad comparationem mei. Ponitur etiam pro *ab*, vt apud eundem, *vt ſit miſeræ præ amore*, &c. Ponitur quoque pro *ſuper*, vt *præſideo*. Pro *valde*, vt *præcelſus*. Pro *ante*, vt *præcurro*. Deriuatur autem ab eo *præter*. *Cum* verò, & aduerbium poteſt eſſe quando temporale eſt: & præpoſitio, quando ſignificat idem quod *ſin*: & eſt tunc copulatiua, vt *cum ducibus pugno*: Non inuenitur autem in compoſitione, nam loco eius in compoſitione ſemper ponitur *Con*, quæ etiam mutat n in m, quando b, vel m, vel p ſequitur; vt *combibo, imbibo, communis, immunis, compello, impello*. Sequentibus autem l, vel r, cõmutat n in eas, vt *collido, illido, corripio, irripio*. Inuenitur tamen n integra ſequentibus l vel r, ſed raro, nec debet fieri. *Porro clam* magis debet dici aduerbium: deriuatur ab eo *clandeſtinus*, vnde conſtat quod penultima correpta habeat pronunciari, cum non habeat te à primitiuo.

Præ, & apponitur, & cõponitur variaque ſignificat.

Cum quandoque eſt aduerbium, nec inuenitur in compoſitione

Clam aduerbium.

De diſſyllabis eidem caſui deſeruientibus.

CAP. CLIV.

CORam quoque & *palam*, quamuis æquipollentia eorum apud Græcos ſunt aduerbia, quia tamẽ deſeruiunt obliquis caſibus, à Latinis dicuntur præpoſitiones. Sed mihi, inquit, magis videtur, quod debeant aduerbia dici caſualia; Cum ſine caſibus, verbis poſſint adiungi. Differunt autem *coram* & *palam*, quoniam *coram* ad ſingulares pertinet perſonas, vt *coram rege*: *Palam* verò ad omnia. Ponitur etiam per ſe, vt *palam eſt*, id eſt manifeſtum omnibus.

Coram & palam ſunt aduerbia caſualia, quia poſſunt adiungi verbis ſine caſibus.

SINE

Sine & abſque ſunt præpoſitiones.

SINE autem & *abſque*, apud Latinos ſunt præpoſitiones, & conſignificat vtrumque abnegationem, nec inuenitur in compoſitione. Falſum ergo eſt, quod *ſincerus* ſit compoſitum à *ſine* & *cera*: vel *ſincerus*, à *ſine* & *carie*. Sed ſic intelligendum eſt, quod *ſine* nunquam inuenitur integra in compoſitione, cum *abſque* in compoſitis nullo modo inueniatur. *Sine* quoque verbum imperatiuum eſt, ſed differt accentu; quia cum præpoſitio eſt, præpoſita grauatur per omnes ſyllabas, vt *te ſine timore*: Poſtpoſita verò acuit penultimam, vt *te ſine nihil*. De *abſque* verò dicit, quod deriuatur ab *abs*: neque enim eſt compoſitum, ſicut videtur pleriſque, quoniam *que* nunquam amittit vim ſuam in compoſitione, ſed ſemper in ea operatur copulationem, vt in *atque*, & in ſimilibus: vbi ergo vim ſuam amittit, debet adiectio ſyllabica dici. *Tenus* iungitur non ſolum ablatiuo verumetiam Græco more, genitiuo; ſicut apud Virgilium, *& crurum tenus*, &c. quamuis poſſit dici, quod genitiuus eſt poſitus pro ablatiuo.

Aſque nõ eſt compoſita.

Tenus aliquando iũgitur genitiuo.

De his quę vtrique caſui deſeruiunt, & primò de in.

CAP. CLV.

Quatuor præpoſitiones ſub ſeruiunt accuſatiuo & ablatiuo, ſed in vario ſenſu.

POſt hęc agit de his quæ vtrique caſui iunguntur. Sunt autem quatuor, *in, ſub, ſuper, & ſubter. In* ergo quando ſignificat motionem ad locum, vel ponitur pro *contra*, tunc ſoli accuſatiuo iungitur, vt *in vrbem vado, in adulterum dico*. Quando etiam ponitur pro *ad*, accuſatiuo iungitur, vt *impulit ad latus*, pro *in latus*. *Cum* autem ponitur pro *en* Græca præpoſitione, deſeruit ablatiuo caſui, id eſt quando localem permanentiam ſignificat, vt *in Italia, in Vrbe*. In compoſitione quoque aliquando priuationem ſignificat, vt *iniuſtus*: Aliquando intenſionem, vt *imprimo*.

PORRO accuſatiuo iungitur quando diuturnitatem ſignificat, vt ibi, *viſio quam hic videt, in dies longos eſt*. *Rurſus* quando ad *in* ſubauditur *vſque*, tunc etiam iungitur accuſatiuo, vt *in vitam æternam*. Item; *certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem*; id eſt vſque ad illum diem. *Rurſus* quando *in* ponitur pro *iuxta*, tunc etiam deſeruit accuſatiuo caſui, vt *in hunc modum contendant*. Et iterum, *miſit ad Ezechiam in hæc verba*. *Rurſus* quando *in* ponitur pro *per*, exigit accuſatiuum, vt ibi: *Iuſti intrabunt in eas*, id eſt per eas. *Rurſus* quando *in* ponitur pro *ſupra*, tunc quoque iungitur accuſatiuo, vt *Hieronymus in Matthæum*: *Beda in Marcum*. *Rurſus* quando ponitur pro *ſuper*, iungitur accuſatiuo, vt ibi: *In omnem terram gloria tua loquetur pacem in populo*.

Quando in regit accuſatiuum, & quando ablatiuum.

QVANDO autem in aliquo loco motio fieri oſtenditur, tunc iungitur ablatiuo, vt *curro in campo*. *Item* quando pro *inter*, vel pro *intra* ponitur, ablatiuo ſolummodo iungitur. Pro *inter*, vt ibi: *Accepiſti dona in hominibus*, id eſt inter homines. Et ibi ſimiliter: *Benedicta tu in mulieribus*. Et in Apoſtolo: *In quibus & vos vocati*. Rurſus pro *intra*, vt ibi: *Oratio mea in ſinu meo conuertetur*. *Rurſus in* pro *per* poſitum, plerumque iungitur ablatiuo, vt ibi: *loquens Deus patribus in Prophetis*, id eſt per Prophetas. *Rurſus* aliquando ponitur pro *ad*, & iungitur ablatiuo, vt *Dominus erit in latere tuo*. Quandoque etiam accuſatiuo, vt *impulit in latus*. *Rurſus* quandoque pro *ante*, iungitur ablatiuo, vt ibi: *Intret in conſpectu tuo oratio*: &, *eſt hoc mirabile in oculis noſtris*.

De Sub, & Super, & Subter.

CAP. CLVI.

Quando ſub regit accuſatiuum, & quando ablatiuum.

SVb verò quando ſignificat ad locum, & ponitur pro *ante* vel *per*, iungitur accuſatiuo. Ponitur autem pro *ante*, vt ibi: *ſub lucem exportant calathis*, id eſt ante lucem. Ponitur quoque pro *per*, vt ibi: *Et ſub noctem cura recurſat*. In compoſitione verò, ſemper *ſub* vel labem habet ſignificationem, vt *ſuppono, ſupprimo, ſubeo*, vel vim diminutiuam, vt *ſubrideo*, id eſt, parum rideo. Mutat autem b in ſequentem conſonantem, quando ea quibus adiungitur *ſub* incipiunt à c, vt *ſuccurro*: vel f, vt *ſufficio*: vel à g, vt *ſuggero*,: val ab m, vt *ſummito*: vel à p, vt *ſuppono*.

Super & ſubter quo ſenſu vtrique caſui iunguntur.

DE *ſuper* verò & *ſubter* dicit, quod habent contrarias ſignificationes, & locum ſignificant. Iunguntur etiam tam ablatiuo, quàm accuſatiuo. Quibuſdam tamen videtur *ſuper* figuratiuè ablatiuo iungi; vt ibi, *gemina ſuper arbore ſidunt*: ſimiliter & ibi, *fronde ſuper viridi*: vbi *ſuper*, vel ponitur aduerbialiter, vel pro *in*, vt alibi dicit. Quando tamen ponitur pro *de*, proculdubio iungitur ablatiuo: vt ibi, *multa ſuper Priamo*, &c. Inuenitur etiam adiungi verbo, vel nominatiuo participij; & tunc ſine dubio eſt aduerbium, vt ibi, *Ecce ſuper mœſti*, id eſt valde mœſti. Inuenitur etiam in compoſitione, vt *ſuperſedeo*. A *ſuper* quoque deriuatur *ſuperbus*; & *ſuperus*, & *ſupremus*.

De præpoſitionibus inſeparabilibus.

CAP. CLVII.

Sex ſunt præpoſitiones inſeparabiles.

INſeparabiles præpoſitiones ſunt hæ, *di, dis, re, ſe, am, con*, quæ quamuis in contextu orationis per ſe poni non poſſunt, vnde nec partes propriæ poſſunt vocari; quia tamen in compoſitione addunt aliquid ſignificationi, & præponuntur, idcirco præpoſitionibus connumerantur. Et *di* quidem & *dis*, eandem habent ſignificationem, quia ſeparationem ſignificant, vt *diuido, diſtraho*, quod *dia* præpoſitio facit apud Græcos. Tunc enim ponitur *dis*, quando ponitur c, vt *diſcumbo*: vel f, vt *differt*, in quo ſ mutatur in f: vel ſequente *pro*, vt *diſpliceo*: vel ſ, vt *diſſero*: vel t, vt *diſtraho*: vel i conſonante, vt *diſiectus*. Quibuſcunque verò conſonantibus alijs ſequentibus præponitur *di*, vt *dimitto, diruo, diduco, digero, diluo*, & vbique producitur *di*, excepto *dirimo, diſertus*, in quibus corripitur. Non ergo debet dici *diſrumpo*, ſed potius *dirumpo*. Et vide, quod cũ dixit aliis cõſonantibus ſequentibus præponitur *di*, non negauit & præponi poſſe aliquibus prædictarum. Ideoque non poteſt objici *diſiunctiuus*, ſi præponitur *di*.

Quibus dictionibus apponitur dis, & quibus di

Quid alia particula ſignificent.

DE *re* verò dicit, quod vel factum eſt à *retro* per apocopam, vnde *reſpiratio*, id eſt retro aſpiratio; vel potius à *re* deriuatur *retro*: ſicut ab *ex, extra*.

DE *ſe* quoque dicit, quod quandoque ponitur pro *dia*, & conſignificat ſeparationem, vt *ſecubo*, id eſt ſeorſum cubo. Quandoque etiam ſignificat abnegationem, vt *ſecurus*, quaſi ſine cura: deriuatur autem *ſeorſum* à *ſe*, ſicut à *de, deorſum*. Quibuſdam tamen videtur ſumptum eſſe à *ſemir*, quod facit ſeparationem; dimidium enim ſignificat: alijs autem videtur à *ſecus*.

Am verò ſignificat idem quod *peri* apud Græcos, quod eſt *circum*, vt *ambio*, quod eſt ab *am*, & *eo*, ſed b interponitur.

DE *con* verò nihil aliud dicit, niſi quod loco *cum* præpoſitionis accipitur.

De quibuſdam dictionibus compoſitis.

CAP. CLVIII.

Siqua & nequa vnde compoſita.

SIqua, & *nequa* compoſita ſunt: & à *ſi*, vel *ne*, & *quæ*, fit huiuſmodi compoſitio. Nec enim ſecundum Priſcianum dicendum eſt *quæ*, vel *qua* in nominatiuo, ſed tantum *quæ*. Sunt autem *ſiqua*, & *nequa*, tam ſingularia, quàm pluralia; vt *ſiqua mulier*, id eſt ſi aliqua: vel *ſiqua animalia*, id eſt, ſi aliqua. Similiter *vbique* ſecundum Priſcianum non eſt compoſitum: vult enim, quod in quibuſcunque coniunctio non

operatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

operatur vim coniunctionis, illa non ſunt compoſita, ſed per adiectionem ſyllabæ deriuata. *Pridie* temporale aduerbium eſt, a prima & die, & deſeruit accuſatiuo caſui, vt *pridie Calendas* ideſt die præcedenti. Calendas dicimus primum diem menſis, a *calo*, quod eſt voco; quia die illo aſcendebat turrem antiquitus Romę ſacerdos, vt populum conuocaret ad nundinas, inclamans ter *calo*, propter quòd non niſi pluraliter dicimus Calendæ. Videtur tamen velle alibi, quòd cum dicimus *pridie Calendas* ſubaudiendum ſit *ante*, ſed diuerſas ſecutus eſt opiniones.

Calendæ vnde dictæ.

Intercapedo vnde compoſita.

VIDETVR *intercapedo* non fieri ab intercipio, vnde enim formaretur; dixerunt ergo plerique, quòd aliud eſt *intercapio*, aliud *intercipio*. *Intercipere* enim eſt quaſi reprehendere. *Intercapere* autem, quaſi ad diſtantiam localem videtur pertinere; vt inde dicatur intercapedo diſtantia localis, ſicut interuallum deſignat diſtantiam temporis. *Interrex* dicitur cuſtos regni inter duos reges, præteritum ſcilicet, & futurum. *Eſt autem* in compoſitis ab *ex* dubitatio quædam; quando enim ſequitur vocalis poſt *ex*, ita in quibuſdam pronunciare conſueuimus, vt videatur x adhęrere ſequenti vocali, vt *exaudio*: In quibuſdam autem per ſe, & quaſi diſiunctum videtur ſonum ſuum habere; vt *exquo*: ſonat enim cum præcedenti e, & diſiunctim a q ſequenti. Sed in his nihil aliud attendere debemus, niſi vſum, & euphoniam. Conſtat enim, quòd in omnibus compoſitis ab ex debet x coniungi & literari cum præcedenti e.

Explicantur quædam cõpoſita.

EXTORRIS dicitur ab *ex*, & *terra*. *Expedio*, compoſitum eſt ab *ex*, & *pedica*, quod eſt a *pede*, & *capio pis*. *Denique*, ſi eſt compoſitum, a *denuo* componitur, & *que*. *Deiero* eſt à *de* & *iuro*, quod ſi deponitur priuatiuè, ſignificat quod *peierare*: ſi verò intenſiuè ſignificat quod *valde iurare*. *Procliuus* eſt compoſitum à *cliuo*. Eſt enim *procliuus*, quaſi ante cliuus. Cliuum autem dicunt, quandam loci quaſi inclinationem. *Dirimo* à *di* & *emo* interpoſita, r & e mutata in i.

De Aduerbio.

CAP. CLIX.

POſt hæc agit de aduerbio, eo quod adiacet verbo: ſicut ergo verbum poſt nomen ponitur, ſic aduerbium, quod propter verbum repertum eſt, debuit poni poſt præpoſitionem, quæ cauſa nominis inuenta eſt. Ait ergo: *Aduerbium eſt pars orationis indeclinabilis cuius ſignificatio verbis adijcitur*; id eſt, quod ad hoc fuit inuentum, vt verbis adijciatur; Ita vt eius ſignificatio, determinet ſignificationem verborum. Sicut enim adiectiua nomina habent ſe ad ſubſtantiua, ita quoque aduerbia ad verba: ſic tamen adiunguntur verbis aduerbia, vt nec genus, nec numerum eorum ſibi aſſumant.

Quid aduerbium.

ADVERBIORVM quædam adiunguntur verbis omnium temporum, vt recta. Quædam verbis diuerſorũ temporũ, vt ipſa tempora ſeparatim ſignificent, vt *hodie* & *cras*. De *non* quoque dicit, quod non adiungitur imperatiuo, niſi in compoſitione, vt *noli*; & hoc (vt opinor) ideo, quia *non* ſignificatiuum eſt abnegationis, quæ eſt contraria affirmationi; & imperatiuum, nihil affirmationis vel negationis conſignificat. Porro *noli* verbum compoſitum, quaſi vim inficiti obtinet; ſignificat enim infinitè: hoc autem ſignificatio imperatiui non reſpuit.

Quædã aduerbia adiũguntur nominibus omnium temporum, quædã non.

ITEM dicit quod aduerbium ſine verbo vel participio, plenam non habet ſententiam. Non quia cum dico *bene*, qualitatem plenè & determinatè non ſignificat, ſed quoniam aduerbium quaſi adiectiuum eſt verbi. Ideoque ex ſignificatione verbi, aduerbij ſignificatio pendet. Videtur velle, quod aduerbium in omni conſtructione referatur ad verbum. Sed nunquid dicimus, *omnis homo ferè eſt auarus*, vt *ferè* reddatur ad *omnis*, & non ad verbum? ſic enim dicimus, *omnes ferè*, quaſi pauci ſunt qui non ſint auari. Sed ſi ad ſenſum reſpicias, & ibi *ferè* aduerbium, redditur ad verbum. Idem enim eſt, *Omnis homo ferè eſt auarus*, ac ſi dicatur, *nullus eſt ferè qui non ſit auarus*. Idemque in conſimilibus obſeruandum conſtructionibus.

Aduerbium ſine verbo vel participio plenam non habet ſentẽtiam.

De Accidentibus Aduerbio, & primò de Specie.

CAP. CLX.

POſt hoc enumerat accidentia Aduerbio. Sunt autem tria: Species, ſignificatio, figura. Igitur aduerbia, quædam ſunt primitiua, vt *non*: quædam deriuatiua, vt *clam*, *clanculum*. Et vide, quod *ſtatim* à ſtatu, quod eſt nomẽ participiale, deriuatur. Vnde qui ſtatim penultima producta ponunt in metris, contra regulam facere videntur. Omnia enim quęcunque à verbo *ſto ſtas* deriuantur, corripiunt a, excepto *ſtaturus*, *ra*, *rum*, & *ſtatum*. Hanc enim regulam longè tradidit Priſcianus. Quare cùm *ſtatim* mediante participiali nomine, à *ſto ſtas* deriuetur, debet corripere a: ſed quoniam in *ſtatio* inuenitur producta, dicimus illam Priſciani regulam, de ſolis datam eſſe declinabilibus. Item *hic* aduerbiũ, ab *hic* pronomine dicitur: ſed hæc nulla videtur eſſe deriuatio, cum eadem ſit vox prorſus vtrinque; ſed non eſt prorſus eadem, quia *hic* aduerbium ſemper producitur, *hic* verò pronomen ſecundum Priſcianum ſemper corripi debet; quamuis verſificatores moderni, *hic* pronomen indifferenter ponant.

Aduerbia tria accidũt, ſc. Species ſignificatio, & figura.

ILLVD etiam addit, quod nomina ſub diuerſis caſibus, pro aduerbijs inueniuntur poſita; vt *ninium* pro nimis: *Multum* quoque, quod nomen eſt, ſimiliter & *primum*: & *vna* quod eſt nomen, pro *ſimul* aduerbio Similiter *hac*, quod eſt pronomen, ponitur aduerbialiter; vt apud Virgilium: *Hac ſingerent Grai*, &c. *Adiungit* iterum, quod per nominatiuum ponuntur aduerbialiter nomina; vt *fors & vota facit*, &c. Et *ſole recens orto*, pro recenter. Per genitiuum etiam, vt *Romę*, *Militiæ*, *Tarenti*. Datiui quoque caſus ponuntur pro aduerbiis, vt *veſperi*, *ſorti*, *vuri*: Actiui etiam, vt *Romam*, *Athenas*. Et ablatiui, vt *fortè*, *alternis* ponuntur aduerbialiter; de quibus iterum ponit exempla, vt apud Virgilium: *Alternis dicetis*, &c. id eſt, alternatim. Et vide, quod *forte* ablatiuus eſt à nominatiuo *fors*, qui in raro vſu eſt. *Iterum* dicit, quod cum nomina pro aduerbijs ponuntur, indeclinabilia manent, licet diuerſis caſibus nominum iungantur; id eſt non variant caſus, vt *ſublime volans ſublime volantis*.

Nomina ſub diuerſis caſibus nonnunquã pro aduerbijs ponũtur.

De Formis Aduerbiorum, & primò de terminantibus in a.

CAP. CLXI.

ADiungit, quod aduerbia primitiua vniformia, ſunt, id eſt vnumquodque ſuam ſeparatim formam habet. Ideoque nullam inquit, reguiam à ſimilitudine, vel collatione aliorum poſſunt accipere; quoniam regula, ſemper ſimilitudinem eiuſdem proprietatis inter diuerſa continet. Deriuatiua verò ſub aliqua certa proferuntur forma: Quoniam quædam eorum terminantur in e: Alia in es: Alia in r. Et per hoc quod ait, ſubnotauit multorum in eadem forma conuenientiam. Itaque ſimilitudine proprietatis adhibita (ſicut enim à *docto* fit doctè, o in e longam conuerſa, ſic à *pulchro* pulchrè) plerumque poſſunt accipere rationem, id eſt regulam ſuæ natiuitatis, quæ à primitiuis ſecundum ſimiles terminationes deriuantur. Plerumque autem inquit diximus, propter excepta, vel anomala, vt *bene*, *malè*, *duriter*.

Aduerbia primitiua in forma communi non cõueniunt, bene quidem deriuatiua.

DEINDE exequitur ſingulas aduerbiorum formas, ſecundum diuerſas eorum terminationes. Et incipit

primo

Quadã aduerbia terminantia in a sunt compoſita quadam primitiua, omnes autem producunt vltimam praeterita.

primo a terminantibus in a. Dicit ergo, quòd aduerbia terminantia in a, vel ſunt primitiua, vt *ita*; vel compoſita, vt *praeterea*. De *ita* interponit, quod ipſum ſolum habet(a) correptam, quamuis quidam corripiant *puta* aduerbium. Ideoque ad differentiam verbi imperatiui dicunt, vt ibi; *hoc puta non iuſtum eſt*, vnde & plerique dicunt *vt puta* compoſitum eſſe ab aduerbio *puta*. De compoſitis autem dicit author, quod omnia producunt terminalem a. Si quis ergo *poſtea* finali correpta inueniat, neceſſe eſt duas eſſe partes intelligat. *Antea* verò finali correpta non poteſt poni, cum duæ partes eſſe nequeant. *Illud* quoque dicit, quòd ablatiui nominum terminantes in a, ponuntur pro aduerbiis, vt *vnà, quanequa*; de quibus ponit exempla, quę manifeſta ſunt; niſi quod in illo, *Nequa ſcire doles*, &c. Sciendum eſt, *nequa* poni pro nequando.

De Puta, & Quiſputas.

CAP. CLXII.

Puta eſt ſyllabica adiectio vt in quiſputas.

DE *puta* vero opinor, quod magis debeat dici adiectio ſyllabica, velut in eo quod eſt *quiſputas*; de quo tamen dubitatio eſt & controuerſia. Quidam enim dicunt duas eſſe partes, *quis* & *putas*, æſtimantes *putas* eſſe verbum, vbi dicitur, *quiſputas maior eſt in regno*? propter Hieronymum, qui ſuper illum locum dicit, *verbo interrogatiuo vſus eſt*; cum nullum omnino interrogatiuum verbum eſſe poſſit. Sed reſpondeant, cum quo verbum illud in hac oratione cõſtruatur, & quomodo, intranſitinè vel tranſitiuè, quod nullatenus inuenient, niſi fortè dicat aliquis ſubintelligendum, vt & conſtruat ita: *Quis eſt maior in regno cælorum, vt putas ſtultus*? Et ignorantibus aliquod nunc dedi remedium, quamuis de huiuſmodi defectu, nec auctoritatem, nec probabilem poſſemus habere rationem. Dicimus ergo, quod *quiſputas* vna pars eſt ſimplex, & eſt *putas* ſyllabica adiectio, & quod totum hoc ſcilicet *quiſputas* ſub vno accentu debet proferri, & correpta penultima. Quod autem ait Hieronymus verbum ponitur ibi, non pro illa orationis parte, ſed pro quolibet ſermone, vel orationis parte, verbum accipit.

De Nominibus locorum, quæ ponuntur aduerbialiter, & primo de ſimplicibus.

CAP. CLXIII.

TRadit quoque regulariter, quæ propria locorum nomina ſub vno caſu debeant aduerbialiter poni, de quo nos quoque ad maiorem euidentiam, plenius quàm ab authore iſto dicatur, non grauabimur dicere. Primo ergo videndum eſt, quod omnia propria nomina apud Latinos, vel ſunt primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ declinationis, exceptis duobus Virginum nominibus, *ſpes ſpei*, & *fides fidei*. Dicunt tamen plerique *fides fidis* dicendum eſſe pro nomine virginis, ſed vſus Eccleſiæ habet ea ſicut prędixi. Illud quoque videndum eſt, quòd nomina locorum dicit hic, non nomina nationum, ſed ciuitatum, caſtellionum, vicorum, & villarum, quę omnia loca appellat. Cum ergo ſint aduerbia locorum quatuor interrogatiua, *vbi, quo, qua, vnde*; Videndum eſt, quæ propria locorum nomina, ſub quo caſu loco aduerbii, ad quod iſtorum reſponderi debeant.

Quatuor ſunt aduerbia locorum ad quæ diuerſi modè reſpondetur per varia locorum nomina aduerbialiter poſita.

OMNIA igitur propria nomina locorum, ſi primæ fuerint declinationis, vel ſecundæ numeri ſingularis, ad *vbi* ſub genitiuo caſu debent reſponderi; vt *vbi eſt Cæſar*? *Romæ, Tarenti. Si fuerint* pluralis numeri, ſub ablatiuo caſu debent reſponderi; vt *vbi eſt Plato*? *Athenis. Rurſus* ſi propria nomina locorum tertiæ ſint declinationis, ad *vbi* ſub ablatiuo caſu ſine præpoſitione debent reſponderi; vt *vbi eſt ille*? *Chartagine*, &c. Rurſus omnia nomina propria locorum cuiuſcumque ſint declinationis vel numeri, ad *quo* ſub accuſatiuo ſine præpoſitione addita debẽt reſponderi, vt *quo vadis*? *Romam, Athenas, Tarentum, Chartaginem. Rurſus* omnia propria nomina locorum, cuiuſcumque ſint declinationis, vel numeri, ad *vnde* & *qua*, ſub ablatiuo ſine præpoſitione debent reſponderi, vt *vnde venis, vel qua tranſibis*? *Roma venio. Roma pertranſibo*: ſimiliter *Athenis, Carthagine, Tarento*.

SVNT autem quædam nomina ciuitatum terminantia in is, de quibus ſub quo caſu debeant reſponderi eſt dubitatio, vt *Pictauis, Andegauis, Turonis, Aurelianis, Rhemis*, quæ omnia licet pleriſque videantur eſſe tertiæ declinationis, vt tamen præcipuis in hac arte videtur, indeclinabilia debent dici: ſolebant enim antiqui dicere, *Rhemi, Rhemorum*; Et nos ſolum ablatiuum in vſum retinuimus, quo pro omni vtimur caſu, ſub vna & eadem igitur terminatione, ad omnia prædicta aduerbia, debent huiuſmodi nomina reſponderi; vt *vbi eſt ille*? *Rhemis, quo vadis*? *Rhemis, Pictauis*, non *Rhemim, Pictauim*, rurſus *vnde venis*? *Rhemis venio, qua pertranſibis: Rhemis pertranſibo.*

De nominationibus locorum, quæ fiunt per nomina Sanctorum, & primo de compoſitis.

CAP. LXIIII.

Ad loca nominibus Sãctorum inſignita per genitiuum reſpondetur.

SVNT iterum quædam loca, quæ nominibus Sanctorum celebrantur, & præcipue nuncupantur; vt *Sanctus Dionyſius*; de quorum reſponſione poteſt dubitatio haberi, ſi quis ergo ſubtiliusinſpiciat; ad aduerbia prædicta, debent omnia huiuſmodi, ſub genitiuo caſu, addita præpoſitione, reſponderi: vt *vnde venis*? *de Sancti Dionyſij*; ſubintelligitur enim in hoc, & in aliis huiuſmodi, *vico*, vel *villa*, vel aliquid huiuſmodi: ſicut in Calendario vbi ad notandũ feſtum Beati Petri, inuenitur ſcriptum *Sancti Petri Apoſtoli*, ſubintelligitur *feſtum*, vel aliquid conſimile. Ex quo ſi quæratur, *quo vadis*? congrue reſpondetur, *ad Sancti Dionyſij*, ſubintelligendo *vicum*, vel alium accuſatiuum huiuſmodi. Vt tamen minus peritis ſatisfaciam, dicatur, quod quia nomen *Sanctus* eſt appellatiuum, & in prędicto exemplo præponitur, per caſum quem exigit aduerbium interrogatiuè præpoſitum; addita ſibi congrua præpoſitione poteſt congruè reſponderi; vt *quo vadis*? *ad ſanctum Dionyſium. vnde venis*? *de ſancto Dionyſio, qua pertranſibis*? *per ſanctum Dionyſium*, vbi eſt ille? *apud ſanctum Dionyſium*. Mihi tamen videtur, quod magis Latinè ſecundum ſupra dictum modum reſpondebitur.

Ad nomina locorum cõpoſita quomodo reſpondendum.

ITEM quædam ſunt propria nomina locorum, ex nominibus appellatiuis, & propris nominibus compoſita, vt *Mons peſſulanus, Ponſiſaræ*, &c. de quibus quoque multa quęſtio eſt. Primo enim quęritur cuius declinationis dici debeant. Si enim Ponſiſaræ primæ dicatur declinationis eſſe, ſub genitiuo ad *vbi* reſpondebitur. ſi ergo quæras, *vbi eſt ille*? reſpondendũ erit *Pontiſiſaræ*, quod vſus non habet. Dicimus itaque, quod cum ex vtraque parte fiat declinatio, vt *Mons peſſulanus, Montis peſſulani*, hoc nomen intrinſecus tertiæ declinationis eſt, extrinſecus ſecundæ. Similiter licet ex vna tantum parte fiat declinatio in quibuſdã iſtorũ, vt *Ponſiſaræ Pontiſiſaræ*, dicetur alterius declinationis eſſe intrinſecus, alterius extrinſecus; vt *Põſiſaræ* intrinſecus quod eſt tertię; extrinſecus primæ; eo quod extrinſecus in æ dypthongum terminat genitiuum, Intrinſecus verò in is. Quoniã ergo in omnibus iſtis præponitur nomen appellatiuum, videtur debere reſponderi ſecundum eoſdem caſus, quos aduerbia exigunt interrogatiua, præpoſitis præpoſitionibus ſibi congruis; vt quęrenti, *quo vadis*? *ad Montempeſſulanum, apud Pontemiſaræ*. rurſus, *vnde venis*? *de Monte peſſulano, de Ponteiſare*; licet pleriſque videatur debere reſponderi ſine præpoſitione, ſecundum regulas quas præmiſimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De nominibus appellatiuis, quæ ponuntur similiter aduerbialiter.

CAP. CLXV.

Quædam nomina appellatiua ſ. militia, domi, humi, rus, imitantur nomina localia in quæſtionibus per aduerbia locorum.

PRÆTEREA tria ſunt appellatiua, quæ ad ſimilitudinem propriorum, ad prædicta verba habent reſponderi, vt *militiæ, militiam, militia: domi, domum, domo: humi, humum, humo:* Vt ſi quæras, *vbi eſt ille:* reſpondendum eſt *domi:* quo vadis? *domum: vnde venis*, vel *qua pertranſibis? domo venio*, vel *domo pertranſibo.* Et vide, quod cum quæritur, *vbi eſt ille*? non poteſt reſponderi congruè, *domi*; niſi vel de domo eius qui interrogat, vel qui interrogatur, vel de quo quęritur: Alioquin cum quęritur, *vbi eſt ille*? reſpondendũ eſt, prępoſitione prępoſita, vt *in domo regis*, vel huiuſmodi alia. Vnde Tullius, ad determinandum de cuius domo dicatur, addit pronomina, *domi meæ, domi ſuæ*, vt totum hoc *domi meæ* pro vno ponatur aduerbio. Et vide, quod hoc nomine *rus*, vtitur ſimiliter Horatius pro aduerbio; vt quærenti, *quo vadis?* ſecundum eius vſum debeat reſponderi, *rus vado*, vnde venis? è rure. Porro militiam appellabant antiqui antonomaſicè expeditionem Romanorum. Illud etiam ſciendum eſt, nomina nationum ad prædicta aduerbia, non ſine ſuis præpoſitionibus reſponderi debere, vt *vbi eſt ille? in Italia, quo vadis? ad Italiam*, & ſimilia. Illud quoque attendit author, quod proprijs nominibus locorum ſolebant etiam antiqui præpoſitiones addere; vt *ad certum oppidum*, & alia huiuſmodi, de quibus pluta ponit exempla.

Solutio dubij

Quæret fortaſſe quis, cur quædam propria nomina locorum, ſub genitiuo reſpondeantur ad *vbi*, cum alia ſub ablatiuo ad eandem interrogationem ſoleant reddi. Sciendum ergo, quod reſponſio facta ad *vbi*, ſemper retinet ſignificationem ablatiui: ſed quia à Græcis (qui genitiuo vtuntur pro ablatiuo quoca ent) habuimus, vt propria locorum nomina aduerbialiter poneremus; Ad hoc notandum, quod ad eorum ſimilitudinem ponimus in quibuſdam geni iuos caſus pro aduerbijs, in alijs vero vtimur ablatiuis, ſecundum quod exigit propria ſignificatio reſponſionis. Genitiuis tamen reſpondemus in prima & ſecunda declinatione, vt in tertia; eo quod genitiuus primæ terminetur in æ, genitiuus ſecundæ in i, genitiuus tertiæ in is. Multa inueniuntur aduerbia terminantia in e, vel in i, pauca vero in is. Illud quoque videndum eſt, quod ad *vbi*, congruè reſpondent hęc aduerbia, *hic, ibi, illic.* Ad *quo* autem iſta, *huc, illuc, iſtuc.* Ad *vnde* vero, *hinc, illinc, iſtinc.* Ad *qua* quoque, *hac, illac, iſtac.*

De Aduerbijs primitiuis, quæ terminantur in e correptam.

CAP. CLXVI.

POST hoc agit Priſcianus de aduerbijs terminantibus in e. Et primo in e correptam, quorum quædam dicit eſſe primitiua, quædam verò deriuatiua. Primitiua ſunt vt *penè*, à quo *paniſſimè.* Ne quoque ponit inter terminantia in e correptam, quod fit quando eſt aduerbium interrogandi, vel affirmandi, poſitum pro *certè.* Quando enim ne dehortatiuum eſt, producitur. Inde etiam terminatur in e correptam, ex quo compoſita ſunt *deinde, ſubinde, proinde, exinde*: quæ omnia, ſcilicet compoſita ſupra dicta, antepenult. habent acutam, de quo duplicem reddit rationem. Cum enim inueniantur *exin* & *dein*, dicunt quidam; quod habent *de* per adiectionem, ſcilicet cum dicitur *exinde, deinde.* Ideoque retinuerunt naturalem accentum qui ante adiectionem erat ſuper primam *de*, Alij verò dicunt, quod quia ſunt compoſita ex prępoſitionibus *de, ſub, per, ex*, in principio poſitis, acutum in his aſſumpſerunt accentum; vt ex acuto accentu oſtendantur illæ prępoſitiones in compoſitionem redactæ: prępoſitiones enim ſeparatæ, cum præponuntur, habent grauari. Vt ergo prępoſitiones illæ redactæ oſtendantur in compoſitionem acuuntur; ſicut *ſi*, & *ne*, cum præponuntur per compoſitionem quando, vt *ſiquando, nequando*; debet enim acutus accentus ſuper primam ſyllabam eſſe in his, propter prædictam cauſam.

Compoſita exinde habẽt antepenultimam correptam, & quare.

Aliquando, non ideo acuit antepenult. vt compoſitũ oſtendatur eſſe, ſed cauſa differentiæ ab *aliquanto*: ita enim affinitè ſonant d & t, vt ex ſono non poſſit diſcerni vtrum eorum pronunciaretur, niſi eſſet in accentu differentia. Ideoque *aliquando* antepenult. cauſa differentiæ acuit in legendo. De *alioquin*, ſic habetur, vt ſi ex nomine & *quin* dicatur componi, producat penult. ſi vero ex aduerbio *alio* & quin, communis ſit penultima o, ſicut in aduerbio. Horatius tamen producit penult. in ſermonibus; vnde magis videtur ſic debere proferri.

Cur aliquãdo acuit antepenultimã.

De deriuatiuis eiuſdem terminationis.

CAP. CLXVII.

DERIVATIVA aduerbia in e correptam deſinentia dixit eſſe, vt à *peragro, peragrè*: à *puno, impunè* per compoſitionem; ſimiliter ab *abundo, abundè.* Nomina quoque deſinentia in e correptam, inueniuntur pro aduerbijs poſita, vt *facilè, ſublimè, fortè, ſponte, & manè*: quæ duo confirmat eſſe nomina ex aliorum coniunctione: dicitur enim *ſponte ſua, mane primo.* hoc tamen magis ſecundum alios videtur dixiſſe, cum dicat alibi ea eſſe aduerbia pro nominibus poſita. De compoſitis quoque aduerbijs in e correptam deſinentibus adiungit, vt *exinde, deinde*: & nunc primo de his principaliter agit. *Utpote* vero dicit compoſitum ab *vt* aduerbio, & *pote* nomine quod naſcitur à maſculino *potis*; vnde quia ſcilicet *pote* nomen eſt, dixit Perſius Qui pote? id eſt quomodo? quomodo eſt poſſibile? *vis dicam?*

Nomina deſinentia in e correptam, fiunt aduerbia.

Vtpote eſt compoſitum ex vt, & pote nomine.

Poſt hoc agit de deſinentibus in e productam, dicit itaque ſe primitiua in e product. non inueniſſe; bene autem ait pluraliter primitiua: vnum enim inuenitur, ſcilicet *ne* dehortatiuum. Deriuatiua autem multa ſunt in e productam deſinentia, quæ formantur à datiuis ſingularibus nominum ſecundę declinationis, o conuerſa in e longam, vt *huic claro*, & inde *clarè*; eodemque modo in cæteris, exceptis *bene* & *male*, quæ licet fiant à *bono*, & *malo*, tamen deſinunt in e correptam. Addit, quod multi datiui nominum ſecundæ declinationis terminati in o, ſub eadem terminatione ponuntur pro aduerbijs, vt *falſo*, pro *falſe, conſulto*: ſed ſæpe inquit corripiunt o, quando tranſeunt in aduerbia: ſæpe dicit quia aduerbialiter poſita inueniuntur in o producta.

Aduerbia in e productam terminantia fiunt à datiuis.

De *neceſſario* quoque dicit, quod valet quantum *neceſſe*; ſed in hoc differunt, quòd *neceſſe* eſſet tertia perſona verbi ſubſtantiui; Neceſſariò autem quibuſlibet verbis poteſt adiungi, & dicunt plerique, quòd *neceſſe* eſt aduerbium primitiuum; mihi tamen videtur nomen indeclinabile, tum quia ſemper eget perſona verbi tertia, tum quia non erit nominatiuus cum quo conſtruatur *eſt* verbum, cum dicitur, *neceſſe eſt Sortem eſſe animal*, niſi *neceſſe* cum quo iungitur, nomen eſſe dicamus. Sed ſunt dialectici quidam nimis ſimplices, qui concedunt totum hoc: *Sortem eſſe animal*, poni pro nominatiuo, & loco nominatiui conſtrui cum *eſt* verbo. Sed dico, ſi fiat ſermo de dicto, ſic non erit modalis propoſitio. At illam reſoluit ſic Ariſtot. *Sortes ex neceſſitate eſt animal*, vt illa modali, non de dicto, ſed de Socrate fiat potius ſermo. Item neutra nominum ſecundæ declinationis accipiuntur pro aduerbijs, vt *multum, nimium*, & *parum* pro paruum; quod dicit, quia in aduerbio *parum*, u ſincopatur, *paruum* enim rectè diceretur.

Neceſſario valet quãtum neceſſe, quod eſt nomen indeclinabile.

Neutra ſecundæ declinationis vſurpantur ſæpe pro aduerbijs.

Collectio regula de aduerbijs deriuatiuis.

CAP. CLXVIII.

Regula deriuatorum.

VT ergo regulã breuiter colligã; *aduerbia deriuatiua à nominibus ſecũdæ declinationis, fiunt à datiuo, o finali in e longã cõuerſa.* Excipiũtur inquit a *duro, dure, duriter;* a *largo, largè, largiter:* ab *humano, humaniter:* a *firmo, firmè, firmiter,* reſpicit autẽ hæc exceptio ad illa quæ deſinunt in er, non ad ea quæ in e: Illa enim inæqualẽ habent deriuationem; Non enim à nominibus ſecundæ declinationis regulariter deriuantur, & deſinentia in er, hæc ſunt ea quę ſuperius dixit anomala. Ponit autem exempla etiam de quibuſdam alijs, quæ non recipit vſus, vt *inſaniter, ſeueriter:* & addit quod *abundè* fit ab *abundo:* & *abuadanter,* ab *abundans.*

Aduerbia in o & e à verbis deriuata poſſunt produci & corripi.

Et vide, quod ſuperius dixit *abunde* corripere e, hic autem ponit illud inter ea quæ producunt; forſitan vt deſignaret, quod aduerbia in e à verbis deriuata, & producere licet, & corripere; ſicut & verba in o terminantia; licet vſus in aduerbijs huiuſmodi magis ea corripiat.

Item vide, quod ſi *abundo* compoſitum eſt ex *ab,* & *vndo as,* non habet aſpirationem; ſi deriuatur ab habeo, vt pleriſque videtur, tunc in principio aſpiratur. Illud etiam addit, quòd quædam ſunt aduerbia, quæ non plane ſuam à nominibus à quibus deriuantur contrahere videntur ſignificationem, vt à *ferus, ferè,* pro prope: *ſanus, ſane,* pro certe: à *ſenſus ſenſim,* pro paulatim: quodammodo tamen contrahunt.

De Aduerbijs qua terminantur in i, o, u.

CAP. CLXIX.

Quadã nomina in i, o, & e, terminantia inueniuntur aduerbialiter poſita.

ADDIT poſtea pauca eſſe primitiua quæ deſinant in i, vt *heri, vbi, ibi.* Inueniuntur quoque nomina terminantia in i, pro aduerbijs poſita: vel per genitiuum, vt *domi,* vel per datiuum, vt *veſperi,* vel per ablatiuum, vt *qui* pro quomodo & vnde. In o inueniuntur primitiua, vt *quando,* & ex eo compoſita, *ſiquando, nequando.* Inueniuntur quoque deriuatiua in o, vt à *cis, citro:* ab *intus, intro.* Inueniuntur etiam compoſita, vt *præſto,* à præ præpoſitione & *ſto, ſtas,* & profecto, à *pro* & *facto* nomine: Inueniuntur nomina in o, aduerbialiter prolata: vt *falſo, merito,* & ſimilia, ſed quando ponuntur pro aduerbijs corripiunt quandoque o, non autem ſemper. In u quoque inueniuntur deriuatiua, vt à *die, diu,* & *interdiu,* id eſt interim dum dies eſt, quod eſt ab *inter,* & *diu* Nomina autem in æ dypthongum deſinentia, ponuntur pro aduerbijs, vt *Romæ, militiæ.* De terminantibus verò in œ, au, ei, oh, ah, dicit quòd interiectiones ſunt, ſed Græci eas connumerant aduerbijs.

De his qua terminantur in c, l, m, n.

CAP. CLXX.

Omnia deſinentia in c, producunt extremam ſyllabam, excepto donec.

EXEQVITVR quoque aduerbiorum formas ſecundum ordinem conſonantium. Primo ergo dicit, quòd inueniuntur primitiua in c deſinentia, vt *ſic, donec:* & deriuatiua, vt *illic, iſtic,* & ſimilia. Et vide, quòd omnia aduerbia in c deſinentia producũt natura vel poſitione extremam ſyllabam, excepto *donec.* Quod ſi vocalem habuerint longam natura, circumflectuntur in fine: *donec* ergo cum vocalem naturaliter correptam habeat, acutit penult. Compoſita etiam inueniuntur in c, vt *adhuc,* & ſimilia. *Pauca* inueniuntur in l, vt *ſemel, pol, edepol,* & *vel* coniunctio: quæ quando pro *valde* accipitur, aduerbium qualitatis reputanda eſt.

Vel pro valde eſt aduerbium qualitatis.

Sunt autem primitiua deſinentia in am, vt *clam, coram.* Sunt deriuatiua ſiue compoſita, vt *nequicquam: prætereaquam,* quando eſt ſimilitudinis, vel compoſitionis, vel electionis, aduerbium accipitur. Dicit etiam *bifariam,* & *trifariam,* & *omnifariam,* eſſe compoſita à *ferendo,* vel ſecundum alios à *fando.* Primitiua aduerbia inueniuntur in em: vt *item,* & *tandem:* & compoſita vt *itidem,* quod eſt ex item & demum: ſimiliter *ibidem,* & *ididem,* & *identidem,* quod eſt ex *idem* & *idem.* In im quoque inueniuntur denominatiua à nominibus deriuata, vt à *parte partim,* vel participalia, id eſt à nomine participali formata: vt *ſaltum, ſaltim,* id eſt ſaltando: vel etiam verbalia, vt *præſertim,* & *confeſtim:* & componitur præſertim, ex *præ* & *ſero ris* verbo: tunc enim dicimus *præſertim,* cum aliqua ſententia præferitur, ideſt præfertur alijs ſententijs interdictis, vel componitur à *præ* & *ſerto,* & tunc eſt denominatiuum. *Confeſtim* verò componitur ex *con* præpoſitione, & *feſtino as.*

Dantur aduerbia deſinentia, in am, em, im, & um.

In um quoque inueniuntur primitiua: vt *iterum, ſurſum,* & deriuatiua, vel compoſita, vt *dextrorſum, ſiniſtroſum:* quæ vel deriuantur à *dextra* & *ſiniſtra,* vel componuntur ex ijſdem nominibus, & *orſum* aduerbio, ſimiliter videntur aduerbia compoſita *Orientemverſum, Occidentemverſum,* eo quòd ſub vno proferantur accentu: ſed melius eſt dicere, quòd *Orientemverſum* duę partes ſunt, & quòd aduerbium poſtpoſitum, inclinat ſibi ſuprapoſitum nomen. Illud quoque dicit, quòd *actutum,* id eſt cito, deriuatur ab *actu:* Et quod nomina terminantia in um, inueniuntur aduerbialiter poſita, vt *multum,* & huiuſmodi. Deſinentia in n pauca ſunt, vt *en, forſan, forſitan.*

Pauca ſunt aduerbia deſinentia in n.

De his quæ terminantur in r, ſ, t, x.

CAP. CLXXI.

PER, quando pro *valde* accipitur tunc aduerbium eſt, vel loco aduerbij. Inueniuntur à nominibus vel participijs tertiæ declinationis exeuntia in ter, quorum regula hæc eſt: *ſi in ens deſinit nominatiuus, is genitiui conuertitur in er:* vt *ſapiens, tis, ter.* Cętera verò aſſumunt datiuo ter, penultima correpta vt *fortis, ti, ter,* & excipiuntur *facilis* & *difficilis,* quorum primum habet *facilè* pro aduerbio, pro faciliter: ſecundum vero facit *difficulter,* pro difficiliter. Excipitur etiam *omnis,* quod facit omnino, omniter, A *tribus* & *quatuor* naſcuntur aduerbia *ter* & *quater. Obiter* quoque compoſitum eſt ab *ob* & *iter:* vt *obiter dixit hic mihi:* id eſt dum erat in itinere. Inueniuntur etiam alia compoſita in er, vt *pauliſper, tantiſper, parumper.*

Aduerbia in er, naſcũtur plerumque à datiuis nominum: in es vero, à nominibus numerorum.

Poſtea dicit, quod inueniuntur à nominibus deriuata in as, vt *aliàs,* & habent extremam circumflexam. In es quoque productam: vt *ſodes,* & *Hercules.* Pleraque tamen deſinentia in es, naſcuntur à nominibus numerorum: vt à *quinque, quinquies:* Et deinde, vſque ad mille: Nam quæ à numeris infra quinque poſitis deriuantur, non terminantur in es. In is correptam inueniuntur quædam aduerbia, vt *nimis,* & *ſatis,* quod etiam loco nominis poſitum accipitur, & facit ex ſe comparatiuum, vt *ſatius,* id eſt melius. Item inueniuntur terminatiua in us correptam: & primitiua, vt *penitus, rurſus.* Et deriuatiua, vt *ſtirpitus, diuinitus:* dicitur etiam *diuinè,* & *humanè,* ſed differunt: nam *diuinitus* & *humanitus,* ſignificant à dijs & hominibus, *diuinè & humanè,* ad ſimilitudinem Deorum & hominum. Aduerſus quoque cum ſit nominatiuus ponitur pro aduerbio, quomodo nullus pro minime: quod mirum non debet videri, cum *fors* ſit nominatiuus & pro aduerbio ponatur, & omnia comparatiua, quæ ſimilia ſunt nominibus comparatiuis neutrius generis, aduerbia inueniantur, vt *clarius,* & *ocyus,* & ſimilia.

Toties dicendum eſt, non toties.

In ens quoque inueniuntur aduerbia, vt totiens, & quotiens. Male igitur dicunt, qui toties præcipiunt dici, & quoties. In t etiam inueniuntur aduerbia, vt *ſat,* & *dumtaxat,* i. tantummodo & cõponitur ex *dum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& *taxo* verbo, quod eſt vel æſtimare, vel dicere, vel licitari. In x etiam deſinunt quædam, vt *vix*, *pax*, quod eſt Græcum & comicum aduerbium, & ſignificat quod *tantummodo*. Quædam verò deſinunt in nc, vt nunc. Alia in ps, vt *deinceps*, quod eſt compoſitum a *dein*, & *cepto*. Illud etiam addit, quod à nominibus deriuantur aduerbia, vt *ſapiens*, *ſapienter*, vel à pronominibus, vt ab *ille*, *illic*; vel à verbis, vt *detero*, *deterius*, vel à participijs, vt ab *indulgens*, *indulgenter*; vel à præpoſitionibus, vt ab *in*, *inter*.

Aduerbia deriuantur ab omnibus fere orationis partibus.

De Figura & ſignificatione Aduerbij.

CAP. CLXXII.

POST ſpeciem tractat Priſcia. de figura; ſed omnia quæ ad figuram pertinent, in tractatu nominis expedita ſunt. Poſt hoc agit de ſignificatione. Habet autem quæſtionem, vtrum ſignificationem vocet ſignificatum, vel ſignificandi modum; quorũ vtrumlibet dicatur. Alia quoque ſuboritur, cur ſignificatio magis dicatur accidens aduerbio, quàm cæteris partibus, cum vnaquæque aliarum partium ſignificationem habeat, quomodo aduerbium. Primum ergo dicendum, quod ſignificatio in hoc loco (vt opinor) dicitur diuerſitas ſignificationum. Bene autem ſignificatio dicitur accidens aduerbio. Accidentia namque partibus orationis dicuntur conuenientia ipſis, ſecundum quæ, vel inter ſe, vel cum alijs conuenienter habent conſtrui. Aduerbia verò ſecundum diuerſitatem ſignificationum, diuerſo modo cum verbis habent conſtrui. Nam quod præteritum tempus ſignificat, vt *heri*, cum præterito verbo conſtruitur, non cum futuro, vel cum præſenti; quod quia ſignificatio non confert cum cæteris partibus orationis, idcirco non eis accidere dicitur, quemadmodum aduerbio.

Ratio cur ſignificatio potius accidat aduerbio quam alijs orationis partibus.

Dicit ergo, quod aduerbiorum alia ſunt temporalia, alia vero localia. Poſt quas ſpecies multas alias ſubiungit, ſed temporalium diuiſionem primo exequitur. Horum igitur alia communiter tempus ſignificant, id eſt diuerſa tempora indifferenter, alia diſcretè. Quæ verò diſcretè, alia ſignificant præteritum tempus, vt *multoante*; alia præſens, vt *nunc*; alia præſens & præteritum perfectum, vt *modo*: propriè ergo dicitur *nunc lego*: nec niſi impropriè, *nunc legi*: ſed & *modo lego*, & *modo legi*, propriè habet dici, & in hoc differunt *nunc*, & *modo*. Sumitur autem & *nunc* pro infinito aduerbio, quod eſt *aliquando*; vnde & nunc (licet non ſatis propriè) iungitur cum præterito imperfecto, ſicut *aliquando*: quędam verò futurum tempus ſignificant, vt *cras*. Sunt & alia diuerſorum temporum communia, vt *olim*, *dudum*, *quondam*, vnde Virgilius: *Forſan & hoc olim meminiſſe iuuabit*.

Diuiſiones aduerbij.

Quando etiam, & ex eo compoſita, diuerſorum ſunt temporum communia, vt *aliquando*, *ſiquando*, *nequando*: quæ omnia dicit infinita, quia particulas temporis indeterminatè ſignificant; vt ſi dicam, *aliquando ſcribam*. Eſt autem *quando* relatiuum, vt ibi; *Quando eram iuuenis peccaui*: vbi ſubintelligitur *tunc*, & ad *quando* habet ibidem referri. Eſt etiam infinitum, vt *quando veniam*, vel *quando faciam*: vel dicamus quod ponitur pro *quandocumque*, & ſic ponitur infinitè, accentu tamen diſcernũtur: Nam ſi eſt interrogatiuum, acuit primam; ſi vero relatiuum, vel infinitum, per omnes ſyllabas grauatur. Illud quoque addit, quòd ponitur pro *aliquando*, & pro *quoniam* coniunctione cauſali, vt apud Virgilium: *quando hæc te cura remordet*, id eſt quoniam.

Quando varie vſurpatur

De Aduerbijs localibus.

CAP. CLXXIII.

ADVERBIORVM localium quędam habent communes locorum ſignificationes, quædam diſcretas. Eorum verò, quæ diſcretas habent ſignificationes, alia ſignificant ad locum, vt *huc*, alia in loco, vt *hic*, vel *vbi*, quod quando interrogatiuum eſt acuit penult. quando vero relatiuum eſt, grauatur per omnes ſyllabas. Ita quoque & *vnde*. Quædam autem ſignificant de loco, vt *hinc*, *illinc*: quædam per locum ſignificant, vt *hac*, *illac*.

Aduerbia localia duplicia.

Sunt rurſus quæ communes habent locorum ſignificationes, vt *peregrè ſum*; quandoque autem ad locum, vt *peregrè eo*, id eſt in peregrinationem: quandoque de loco, vt *peregrè aduenio*, id eſt peregrinando de alio loco ad iſtum venio: quandoque ſignificat per locum, vt *peregrè tranſeo*. Similiter *ponè*, & huiuſmodi alia, quæ quia inquit caſibus iunguntur, & grauantur, putantur eſſe præpoſitiones, licet proculdubio ſint aduerbia, *propter* quod tradit differentiam inter præpoſitiones & aduerbia: hanc ſcilicet quòd illa propriè dicenda eſt præpoſitio, quæ nunquam ſeparata per appoſitionem ſine caſualibus poteſt proferri, vt *e*, *ex*. Aduerbia vero, licet caſualibus iungi ſolent, vt *vltra murum*, *ponè domum*, tamen cum verbis ſine caſualibus poni poſſunt, vt apud Virgilium; *Ponè ſubit coniunx &c.* In hoc quoque differũt, quòd aduerbia per ſe prolata, certam habent ſignificationem, vt *vltra* per ſe locum ſignificat, præpoſitio vero non, ſed ex diuerſis adiunctis, diuerſas contrahit ſignificationes. Aliud enim ſignificat *de*, cum dico, *de partibus orationis*, aliud ſi dicas, *de loco in locum*.

Differentia inter aduerbium & præpoſitionem.

Illud quoque adiungit, quòd ſunt quædam aduerbia ad locum ſignificantia tantummodo, vt *dextrorſum*, & ſimilia. Eodemque modo *Italiamverſum*, *Siciliamverſus*, ſignificant ad locum, quæ aduerbia eſſe compoſita oſtendit accentus, quia, ſcilicet ab vno proferuntur accentu, niſi illud dicatur, quod *verſum* & *verſus*, poſtpoſita inclinant ſibi nomina, vt ſupra demonſtratum eſt. Illud etiam dicit, quòd *militiæ* ſignificat in loco, cum pro aduerbio ponitur, quomodo *Veſperi* in tempore ſignificat. Et quòd localia aduerbia pro temporalibus ponuntur, vt *inde* pro *poſtea*, & *vbi* pro *poſtquam*, & *hic* pro *tunc*: temporalia vero nunquam pro localibus.

Localia interdũ ponũtur pro temporalibus.

De cæteris ſpeciebus aduerbiorum.

CAP. CLXXIV.

PONIT deinde tertiam ſpeciem aduerbiorum, id eſt aduerbium dehortatiuum, vt *ne*: quod accipitur etiam pro *neque*, & tunc eſt coniunctio copulatiua: & pro *vt non*: & tũc eſt coniunctio cauſalis: Sciendum tamen, quod in his ponitur etiam *ne*, pro *valde*: Sunt rurſus aduerbia abnegatiua, ideſt abnegationem conſignificantia, vt *non*, *haud*, & huiuſmodi alia. Addit quoque, quod aliæ partes ponuntur pro aduerbijs diuerſarum ſignificationum: & eſt quando duæ ponuntur pro vna: vt *nullomodo*, *nullatenus*, vnde videtur voluiſſe, quòd nulla iſtarum ſit compoſita dictio, quod ſi ita eſt, non ſub vno accentu debent proferri, ſed qui accentum pronunciant ſuper antepenultimas, dicunt *nullomodo* duas eſſe partes, & tamen debere ſub vno accentu proferri, vt notentur pro vna particula poni. Idem, & de *nullatenus*. Sunt etiam qui dicunt quod nulla, pars eſt compoſita, ſed dicunt Priſ. dixiſſe duas partes, quia duæ integræ ibi inueniuntur coniunctæ, licet per compoſitionem, quod ſatis poteſt eſſe.

Rurſus ad verbia quædam ſunt dehortatiua, quædam abnegatiua.

Sunt etiam quædam confirmatiua, id eſt confirmationem ſignificantia, vt *profecto*, & ſimilia. Inueniuntur etiam duæ partes pro vno aduerbio confirmatiuo, vt *quidni*, & *cur non*, & *quid iſtic*, interrogatiuè ponuntur pro *certe*. Addit tamen & alterius ſpeciei aduerbia, quæ appellat *iuratiua*, vt *medius fidius*. Illud quoque dicit, quòd *per* prępoſitio, pro aduerbio iurandi ponitur, quod numquam fit, niſi caſuali coniuncta ſit: Adiungit rurſus optatiua, id eſt quæ optationem

Quædã confirmatiua.

Quædam iuratiua.

Quædam optatiua.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quædam hortatiua.

Quædam remiſſiua.

Item quadã ſunt qualitatis quadã quantitatis &c.

Quædam ſuperlatiua.

tionem ſignificant, vt *vtinam:* quod componitur ab *vti*, & *nam*. Item quædam ſunt hortatiua, vt *age*; quod videtur inquit plurale habere, ſcilicet *agite*, ſed quia *agite*, de verbo tranſlatum eſt in aduerbium, licet ibi proprietatem verbi amittat, tamen non ſignificatione, ſed vſu exigente: pluribus tamen adiungitur perſonis, ac ſi verbum ibi propriè eſſet. Agit vero poſtea de remiſſiuis aduerbijs, quæ dicit hortatiuis eſſe contraria, quia cum illa motum animi excitare videantur, remiſſiua econtrario ſedant; vt *paulatim*, & ſimilia.

Præter hæc etiam ſunt aduerbia qualitatis, vt *bene:* Quantitatis, vt *parum*: Similitudinis vt *ſicut:* Dubitatiua quoque, vt *forſan:* Congregatiua, vt *ſimul:* Diſcretiua, vt *ſeorſum*: Ordinatiua, vt *deinde*: Intentiua, vt *prorſus*: Comparatiua vt *magis* & *minus*, de quo dicit, quod adiunctum cum qualitate contraria, ſignificat idem quod comparatiuum contrarij poſitiui, vt *minus ſtultus* dicitur pro *prudentior*. Adiungit poſtea de ſuperlatiuis, cuiuſmodi ſunt *maxime* & *minime*, & ſimilia. Et vide, quod cum *ocyus* & *ocyſſime*, dicantur deriuari à nomine Græco *ochis*, tamen habent nomina Latina ex quibus deriuantur, ſcilicet *ocyor* & *ociſſimus*. Non enim quantum ad vocem fit deriuatio; ſed quantum ad ſignificationem: Vbi enim Græci dicunt *dis*, & Latini dicunt *bis*. Cæteri autem numeri à vocibus ſuis faciunt regulariter aduerbia, vt à *tribus*, *ter*; à *quatuor*, *quater*. Et vide, quod à quinque vſque ad mille, deſinunt aduerbia in es productam, vt quinquies, ſexies &c. A quot autem deriuata, & à tot, terminantur in ens, vt *quotiens* & *totiens*. Et ſunt aduerbia hæc numeralia. Et ſic addit pro vna ſpecie numerali.

De aduerbijs æquiuocis, & de ordine aduerbiorum.

CAP. CLXXV.

Aduerbia alia ſunt æquiuoca, alia ſynomina.

ILLVD etiam adiungit, quòd ſicut ſunt nomina ſynomina, & polyonima, ita quoque & aduerbia. Polyonima ſunt æquiuoca, quæ ſcilicet plura ſignificant; vt *vbi, tempus* & *locum*. ſimiliter habent diuerſas ſignificationes, *quo, qua, quando*; cum ſint relatiua, & interrogatiua, & infinita. Tandem *quoque*, & eſt aduerbium temporale, & coniunctio expletiua; & ſic accipitur æquiuocè, ſimiliter & o, & eſt aduerbium admirandi, vel indignandi, & eſt propriè interiectio, ſed interiectio & aduerbium tantam habent affinitatem inter ſe, vt ſpecies vnius dicatur ſpecies alterius. Eſt quidem vocandi & admirandi, vt ibi; *O qualis facies &c.* Et eſt aduerbium indignandi, vt apud Ciceronem, *o tempora, o mores*. Et eſt etiam optandi, vt *Adſis o tantum*, id eſt *vtinam adſis, &c.* eſt iterum o nomen literæ, & ſic ponitur æquiuoce. Inueniuntur ſynonima, vt videlicet cum ſint diuerſa voce, ſunt eiuſdem ſignificationis; vt *olim, dudum*.

Aduerbia magis debẽt præponi quã ſupponi, imo nonulla ſemper præponuntur.

De ordine etiam aduerbiorum adiungit, quòd magis deberent præponi verbis, quam ſupponi; quomodo adiectiua nomina ſubſtantiuis, ne liceat auditoris animo euagari, ſed ſuſpenſus expectet ſubſtantiui adiunctionem, & ita demum rem ſubſtantiui cum determinatione ſimul intelligat, velut cum dicitur, *Albus homo*. Tamen ſciendum, quòd aduerbia licet etiam præpoſterè proferre: exceptis monoſyllabis, quæ omnia debent præponi, vt *non, ne, dum, cum*, quando eſt temporale, quod ideo determino, quoniam aliter acceptum habet præpoſitio eſſe. Ita quoque & *per*, præponitur ſemper, quando ponitur aduerbialiter pro *valde*, vt *per pulchra*. Item demonſtratiua aduerbia, vt *ecce*: & interrogatiua, vt *cur, quare*, & hortatiua, vt *age*: & ſimilitudinis, vt *quaſi*: & vocandi, vt *heus*: & optandi, vt *vtinam*. Hæc omnia, inquam ſemper verbis præponi.

De Interiectione.

CAP. CLXXVI.

POST hoc adiungit de Interiectione, quia tantam habet cum alijs affinitatem, vt Græci eam inter aduerbia poſuerint: Et ideo, quia interiectio habet in ſe vim verbi. Interiectio enim ſicut aduerbium, vel adiungitur verbis, vel verba ei ſubaudiuntur, vnde habet ſignificationem verbi in ſe. Inde eſt, quod Latini vnam partem per ſe ab aduerbijs ſeparandam eſſe voluerunt; præſertim cũ nullũ aduerbium ſignificet affectũ verbi cui adiungitur, quòd facit interiectio: vnde & *Oſanna* dicitur, quaſi *ſalua obſecro*: Nam oſi, idem eſt quod *ſalua*, *anna* vero interiectio eſt obſecrantis, propter quòd & verbum obſecrationis in illa interiectione intelligitur. Et ne quis opponeret, quoniam *doctè* ſignificat quod docet: Subiungit, quòd interiectio plenam animi motus ſignificationem habet in ſe, id eſt etiam ſi non addatur verbum. Et vide, quòd interiectiones, illis tantum verbis adiunguntur, quæ affectus ſignificant, vt *papè* tantum verbo ſignificanti admirationem. Si quæras quare addatur ei tale verbum, cum interiectio eius intellectum in ſe habeat, credo ad maiorem rei expreſſionem.

Interiectio ſignificat affectũ verbi cui adiungitur, quod nõ facit aduerbium; quamuis Graci hæc duo confundunt.

Item ſciendum eſt, quòd non ſolum interiectio ſignificatiua, vt *papè* ſignificat affectum, ſed etiam voces, quæ non inuentæ ſunt ad placitum, ſed per admirationem interiaciuntur, cogente pulſu cuiuſque paſſionis animi, vt *ha, hei*, & ſimilia. Et vide, quòd interiectiones aliæ ſignificant affectum gaudij, vt *euax*, aliæ doloris, vt *hei*, aliæ timoris, vt *atat*, admirationis, vt *papè*: his connumerant quidam Grammatici mutationes illiteratorum ſoniruum, vt riſus, ha, ha, he: Indignationis *phi*. Differunt autem hæ à ſupradictis naturalibus, quoniam illæ nihil aliud ſunt, quàm naturales ſoni literati: Iſtæ vero murationes illiteratorum ſonituum: quia non fiunt cum pronunciatione literali.

Quædam interiectiones ſignificant affectus naturaliter.

Item quædam voces ſecundum acceptiones diuerſas ad diuerſas partes orationis pertinent, vt o, cum ſignificat indignationem; vel dolorem, vel admirationem, interiectio eſt: Quando autem eſt vocandi, vel optandi, eſt aduerbium: cum autem nomen eſt ipſius literæ, nomen eſt. Ita quoque *a* poteſt eſſe prępoſitio, & nomen Sic etiam *pro* præpoſitio eſt, & interiectio: vt apud Lucanum: *Pro ſi remeaſſet in vrbem*. Quod ergo quidam aſpirant hoc modo *proh* cum interiectio eſt, error eſt. Dicunt tamen quòd *proho* integra debuit eſſe interiectio, vt *vaha*, ſed apocopata eſt vltima o, ſed hoc ex nulla habent authoritate. Illud vero, quòd prępoſitio ſit, & etiam interiectio, ex auctoritate hoc in loco habemus.

Quadã voces ad diuerſas orationis partes pertinent in diuerſo ſenſu.

Illud quoque addit, quòd accentus interiectionum incerti ſunt, quia non plana & expreſſa voce proferuntur, immo ſecundum coalanctionem affectus animi, alio & alio accentu pronunciantur. Vide ergo, quòd interiectionum genera poſuit, ſcilicet interiectiones ſignificatiuas ad placitum, & naturales, quæ ſunt ſoni literati, & imitatorias. Nunc vero addit, quòd aliæ partes interiectiuæ poſſunt proferri, vel ſingulę, vt *infandum*: vel plures, vt *Profacinus*. Item notandum eſt, quòd quę voces proprię interiectiones ſunt, ſemper primitiuæ ſunt, vt *papè, euax*, & his ſimiles.

Tria ſunt interiectionum genera.

Omnes propria interiectiones ſunt primitiua.

De Coniunctione.

CAP. CLXXVII.

AD vltimum agit de coniunctione. Cauſa inuentionis coniunctionum eſt hæc, videlicet vt habeamus qualiter, vel duo caſualia cum eodem verbo iungere poſſemus, vt *Socrates & Plato diſputant:* vel duo verba cum vno caſuali, vt *Plato legit & diſputat,*

vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quid coniunctio.

vel duo aduerbia cum eodem verbo, vt *& bene & docte legit*. Ait ergo: *Coniunctio est pars orationis indeclinabilis, coniungens aliarum partium orationis:* siue coniungat sensum earum, vt *copulatiua*, siue disiungat, vt *disiunctiua*. Quod autem apponit, *vim vel ordinem demonstrans*, non est (vt opinor) de corpore descriptionis, sed quædam diuisio coniunctionis. Vim ergo intelligit auctor copulationem, quando scilicet coniungit duas substantias cum vno accidenti, vel econuerso: siue diuersa accidentia diuersis subiectis. Et vt absolutius dicam, *vim* vocat potestatem omnium coniunctionum, nisi continuatiuarum, vel subcontinuatiuarum. Ordinem vero vocat consequentiam, quando scilicet coniunctio demonstrat, quòd vna res naturali necessitate consequitur aliam, qui ordo, in solis continuatiuis & subcontinuatiuis, consideratur.

De Figura & Specie Coniunctionis.

Cap. CLXXVIII.

Tria accidunt cõiunctioni scilicet figura, species, ordo.

Accidvnt autem coniunctioni tria, scilicet figura, species, ordo. Speciem autem dicit, quam alij potestatem nominant, quæ in eo quòd significat consideratur. De figura nihil aliud dicendum hic, nisi quod de nomine tractando diximus. Sunt autem coniunctiones quædam simplicis figuræ, vt *at*, sunt aliæ vero compositæ, vt *atque, etenim*. Quod autem hæ sunt compositæ, patet ex accentu.

Multæ sunt cõiunctionis species scilicet copulatiua quæ est affirmatiua & negatiua.

Agit postea de accidente secundo, id est de specie. Species autem appellat hic, diuersitates coniunctionum, secundum diuersitatẽ consignificationum; sunt autem multæ. Prima quarum dicitur copulatiua, vt *at, & quoque*, quando ponitur pro *que*, sunt aliæ copulatiuæ, quæ per abnegationem sensum copulant, vt *nec, neque*. Vide ergo, quod aliæ sunt affirmatiuæ, vt *que* & huiusmodi. Aliæ sunt negatiuæ, vt *nec, neque*. Secunda species dicitur continuatiua: vide ergo, quod coniunctio causalis, & magis & minus communiter accipitur. Magis communiter accepta, quinque species habet. Nam alia est continuatiua, alia subcontinuatiua, alia adiunctiua, alia effectiua, alia propriè causalis. Et hęc est quam minus communiter causalem diximus vocari. Harum autem quinque specierum duæ primæ, continuatiua scilicet & subiunctiua, consequentiæ necessitatẽ retinent. Tres vero reliquæ ab omni consequentiæ necessitate absolutæ sunt. Ait ergo quod continuatiuæ sunt, quæ significant continuationem rerum, id est rem rei continuari, ita quod vna res ab alia ex necessitate consequitur, vt *si Stertit dormit*. Dicit autem, quòd ista coniunctio *si*, rerum consequentiam demonstrat quandoque, & quandoque causalis est, illa scilicet quinta species, quæ necessitatem consequentiæ non habet, vt *si legas doctus eris*.

Si, siue, &c. tam continuatiuæ sũt, quam causales non necessariæ.

Similiter *sin*, siue, *seu*, tam continuatiuæ sunt, quàm causales non necessariæ Quotiens enim *sin* in oratione ponitur, aliam oportet præcessisse orationem, cui *sin* supponatur.

Discrimen inter continuatiuam & subcontinuatiuam.

Porro quia descriptio continuatiuarum superius data, subcontinuatiuis etiam conueniebat, determinat quòd continuatiuæ significant qualis sit ordo & natura rerum, id est quæ res in illo ordine natæ sunt, vt vnã posita, ex necessitate altera sequatur: significat dico cum dubitatione essentiæ. Subcontinuatiuæ vero consequentem, id est conuenientem & necessariam causam continuationis, id est rei continuatæ ad alteram, non conditionaliter, sed cum essentia rerum: vt *quia, quoniam*, vt si dicas, *quoniam ambulat monetur*, significans vtrumque fieri, & ambulationem, & motum conuenienti ordine, ita quòd ambulatio sit causa, ad quam motus sequitur ex necessitate. Ergo illæ conditionaliter & dubitatiuè, istæ vero per affirmationem, rerum essentiam demonstrant.

Adiunctiua

Adiunctiuæ coniunctiones dicuntur, quę subiunctiuo modo adiunctæ, vel causam finalem non iam esse, sed vt sit; vel efficientem, si sit, aliquid consequi ex necessitate ostendunt. Velut si dicam; *Exerce te vt sis sanus*, nam sanitas finalis causa exercitij est. Rursus cum dicam; *Si legas doctus eris*, hęc coniunctio *si*, adiuncta subiunctiuo modo, ostendit causam efficientem, id est lectionem non iam esse, sed si sit, ostendit fore doctum sequi, non ex necessitate. Effectiua coniunctio est illa, quę effectui per indicatiuum iuncta, causam non necessario probare nititur; vt *Legi, nam doctus sum*. Et notã quòd *vt* pro *oty* Græca coniunctione accipitur: & tunc nullam denotat causam, quamuis ipsa sit adiunctiua, cuius est causam ostendere: vt si dicas; *Non dum contigit, vt per altum nauigarem*.

Effectiua.

Causalis propriè dicta.

Propriè causalis dicitur, quæ causæ per indicatiuum iuncta, effectum probat necessariò: vt *quoniam prodest, igitur lege*. Præterea dicit *quatenus* esse adiunctiuam coniunctionem, quando ina Græcam coniunctionem significat: quod ideo determinat, quoniam duas partes possemus intelligere per *quatenus*, quia potest etiã pro *oty* Græca accipi, sicut supradictum est de *vt*. Et vide, quòd in illo exemplo Virgilij: *Cum faciam vitulam*, non est *cum* aduerbium temporale, sed est coniunctio posita pro *si*. Illud quoque addit, quod nomina, vel pronomina, vel præpositiones, vel aduerbia, loco causalium coniunctionum inueniuntur: pronomina, vt *ideo*, quod alij compositum dicunt esse ab *id* & *eo* pronominibus: Alij dicunt, quòd duo illa pronomina irregulariter coniuncta, sunt pro coniunctione posita. Nomina quoque inueniuntur poni pro coniunctione, vt *qua causa, qua propter, quamobrem*.

Nomena, pronomina, &c. ponũtur aliquando pro coniunctionibus causalibus.

Adhuc de quibusdam speciebus coniunctionum.

Cap. CLXXIX.

Approbatiua

Agit postea de approbatiuis, quæ approbant rem cui adiunguntur: vt *equidem merui*, ecce *equidem* approbatiua est. Dicit etiam, quòd causales, illæ scilicet quæ adiunctiuæ sunt, ponuntur pro approbatiuis, vt apud Virgilium: *Dỹ si qua est cœlo pietas*. Disiunctiuæ autem sunt, quæ cum verba coniungant, tamen res & sensum disiungunt, vt alteram esse, alteram non esse significant: vt *vel dies est, vel nox est*. Hæc aliquando indicatiuæ sunt, aliquãndo dubitatiuæ. Indicatiuæ inquit, vt *aut lux est, aut tenebræ*. Omnis enim habens oculos, ex oratione ipsa concipit, quod membrum eius concedere debeat. Cum autem dicitur, *aut prodest diuitias quærere, aut non*, dubitatiua est ibi *aut* coniunctio, quia sæpe prodest, & sæpe nocet diuitias quęrere.

Disiunctiua quæ est duplex scilicet indicatiua & dubitatiua.

Subdisiunctiua.

Subdisiunctiuæ sunt, quæ cum vocem habeant disiunctiuarum, vtrumque tamen eorum, quę quantum ad vocem videntur disiunctiuę esse, significant: vel simul, id est in eodem tempore: vel discretè in diuersis temporibus. Simul, vt apud Terentium, *vel rex mihi &c.* quasi alij mihi agebant gratias, vel, *i. etiam rex*. Et rursus: *Alexander siue Paris*, id est Alexander qui & Paris dicitur. Discretè autem: vt *tota die, vel legit iste, vel cogitat*: non hęc duo simul, sed nunc hoc, nunc illud. Item si dicam: *Vel tunicam mihi accommoda, vel etiam pennulam*, subdisiunctiuum est: quòd author ostendit. Nam hoc videntur sonare, quod alterum solum petam: Si quis tamen ad intentionem inquit meam respicit, videbit me vtrumque petere, & libenter accipere. Potest etiam ibi *vel* esse disiunctiua, vt sit sensus: *Accommoda vel alteram tantum vel vtramque*, hoc enim nõ potest simul esse. Addit etiam, quòd *vel* diminutiuè ponitur, vt apud Lucanum: *O felix si te, vel sic tua Roma videret: vel* enim posuit pro *saltem*.

Electiua.

De disiunctiuis quę electiuæ dicuntur, agit postea: hæ autem sunt quando diuersis prępositis, nos aliquid eligere ex eis ostendimus, vt *diues esse malo quam pauper*, id est hoc, non illud. Duplicatur etiam *quàm*, & est *quanquam* aduersatiua coniunctio.

A

Adhuc de eodem.

CAP. CLXXX.

Aduersatiua

POST hòc adiungitur de aduersatiuis: hæ sunt, quæ aduersum conuenienti significant. Recte autem dicitur *conuenienti:* Aduersari namque, & negare rem prius concessam puerile esset; sed quod est cõueniens rei prius concessæ, sæpe abnegamus, & contrarium ponimus. Et vide quòd *saltem* cum sit aduersatiua, habet etiam diminutiuam significationem: Ita quod simul habet vtramque vim. Et est aduersatiua conuenienti, hoc solo respectu, quia diminuit conueniens, id est minus quàm sit conueniens ponit; vt si amicum rogans dicas: *Si non vis iuuare me charitate, saltem iuua me pretio*. Minus enim conueniens est iuuare pretio, quam charitate. Illud quoque addit, quòd *ne* inuenitur significare diminutionem; vt apud Salustium: *Ne illud corruptis moribus &c.* pro *nedum*; quasi dicat, res secundæ sapientum animos fatigant. Et supponitur per ironiam; *Nedum illi &c.* quasi dicat si res secundæ sapientum animos fatigant, poterunt fatigare animos corruptorum, quod minus est.

Abnegatiua.

Postea dicit, quod apud Græcos abnegatiuæ sunt coniunctiones, *chen* & *an*; nos autem huiusmodi non habemus, sed sine illis vtimur verbis subiunctiuis in eadem significatione, vbi enim Græci dicerent, *cen feciſſem*, nos dicimus, *feciſſem ſi potuiſſem*. Collectiuæ sequuntur, quæ & rationales dicuntur, quoniam per illationem alicuius rei colligunt rationem; vt *ergo, igitur, itaque*, quando antepenultima acuitur; quia si non acuatur, duæ partes sunt. Et vide, quod rationalis coniunctio inuenitur expletiuè; vt apud Terentium: *Mihi ne ergo*. Hic enim *ergo* quantum ad sensum nihil operatur, similiter & *quin* expletiuè ponitur; vt apud Virgilium: *Quin occidit vno, &c.*

Collectiua.

Dubitatiua, quæ differt ab aduerbio dubitandi & frequenter est interrogatiua.

De dubitatiuis addit subsequenter: hę sunt quæ dubitationem significant; vt *an*, & *ne* correpta; quod ideo dicit, quia quando producta est, negatiua est, vt *Ne facias*. Est autem differentia inter aduerbia dubitandi, & inter coniunctiones dubitatiuas; quia hæ aliqua coniungunt, vt si dico: *Vide an Sortes ſit ſanus, an non:* Illa autem nihil coniungunt, sed verbis tantum adijciuntur. Et vide, quod dubitatiuæ coniunctiones frequentissimè sunt interrogatiuæ. Interrogatiua tamen non est species coniunctionum, sed accidens: nulla enim coniunctio ex vi coniunctionis interrogatiua est: potest tamen dici, quod in ipsa interrogatione copulat: vt cũ dicitur: *Eſt ne Sortes ſanus?* hoc enim exigit addi, vel subintelligi: *Eſt ne ſortes ſanus, an non eſt ſanus?* quamuis plerique dicant *ne*, quando interrogatiuè ponitur, esse aduerbium interrogandi; quemadmodum quando eadem *ne* producitur, est aduerbium prohibendi; quod satis congruè potest dici. Illud quoque addit, quod *ne* confirmatiuè ponitur, & tunc aduerbium est. Item quod hæc sola coniunctio apostropham accipit. Item quod *necne* accipitur pro an non, & tunc est dubitatiua.

Interrogatiua non est ſpecies coniunctionis ſed accidens.

Completiua, quæ etiam expletiua dicitur.

Completiuæ sunt, quæ oratjonem complent, & non sensum; quæ & expletiuæ dicuntur, quoniam extra plenum sensum orationis ponuntur: illis enim sublatis integer manet sensus. Et vide, quòd illæ eædem quæ completiuæ sunt, ad alias species coniunctionum pertinent plerumque, vt si dicas: *Æneas vero, & pius & fortis fuit*; hic expletiuè ponitur *vero*. Sin autem dicas; *Æneas quidem pius fuit, Vlixes vero astutus*, hic pro copulatiua accipitur. Potest tamen dici & distributiua, quia diuersas res diuersis attribuit persõnis. Est itaque copulatiua coniunctio, alia simpliciter, alia cum distributione.

B

C

D

E

De Ordine Coniunctionum, caterarumq; partium.

CAP. CLXXXI.

EXECVTIS accidentibus coniunctionum, agit de ordine, qui communis est pene omnibus dictionibus. Penè dictum est, quia sunt quædam dictiones, quæ licet suum habeant ordinem, tamen nullus in eis respectus ordinis habetur, vt *homo legit*, vel *legit homo*, indifferenter habetur. Dicit itaque Priscia, quod dictionum quædam præponuntur naturaliter, vt præpositiones casualibus: Naturaliter autem dicit, quia etiam inuenitur præpositio postposita, vt *nobiſcum:* sed hoc non habet ex natura, & vi præpositionis. Habent etiam coniunctiones suum ordinem; quædam semper pręponuntur, vt *at, ac, aſt, aut, vel, nec, neque, ſi, quin, quatenus, ſiu, ſeu, ſine, ni*. Sed dicitur *ſin* postposita esse, quia necesse est vt præponatur aliquid. Aliæ semper postponuntur, vt *que, ne, ve, he*, dicuntur encleticæ, idest inclinatiuæ. Aliæ autem pene omnes à prędictis, indifferenter & postponi possunt, & pręponi. Penè dictum est, propter *et, & atque*, quæ non possunt postponi, nisi poetica auctoritate, vt Virgilius: *Suſpiciens altam lunam & ſic voce precatur.*

Ordo eſt quid cõmune omnibus fere dictionibus; vt præpoſitionibus naturale eſt caſualibus præponi.

AVCTOR. Hęc de singulis partibus orationis, earumque proprietatibus, iuxta Petrum Helyæ (qui Prisciani summam Breuiter collegit, ac diligenter exposuit) ad prędens excerpta sufficiant; nunc ad cętera quæ communia sunt, transeamus.

De Analogia partium.

CAP. CLXXXII.

Quæ analogia vis.

ISIDORVS *vbi ſupra* 1. *lib.* Analogia Græcè, Latinè similium comparatio, siue proportio nominatur. Cuius hęc vis est, vt quod dubium est, ad aliquid simile quod non est dubium referatur, vt incerta certis probentur. Octo autem modis comparatio Analogiæ colligitur, id est qualitate, comparatione, genere, numero figura, casu, extremitatibus syllabarum, & similitudine temporum, si quidem de his vnum defuerit, iam non est analogia, id est similitudo, sed est anomala, id est extra regulam; vt *Lupus* & *Lepus* totum conuenit, sed dissentiunt casu obliquo. Regulariter est, dum quęris vtrum *Trames* masculinum sit, an fœmininum; & quia similis est illi in omni declinatione *Limes* erit masculinum. Item in comparatione positiuorum, vt si dicas, *Doctus, magnus*, positiui sunt, & sui similes. Fit & per diminutionem, vtputa *Funem* masculinum esse *Funiculus* ostendit; sicut *Marmor* neutri esse generis *Marmuſculum* indicat: nam quod genus in principalitate est, id esse solet in diminutione: sed hoc non semper, vt *piſtrinum, piſtrilla*: sed quia scire debemus ex positione declinationem, & ex diminutione genus colligere.

Octo modis colligitur analogia.

De Constructione partium orationis.

CAP. CLXXXIII.

PRISCIANVS *in lib. conſtructionum*. Prędictarum verò partium ordinatio fieri solet, ad constructionem orationis perfectæ. Quam scilicet constructionem dictionum Syntesim Græci vocant. Sicut enim literæ (*quæ dicuntur prima & indiuidua materies vocis humanæ*) non quocumque modo iunctæ, sed per aptissimam ordinationem coeuntes, faciunt syllabam, & syllabæ dictionem; sic & dictiones, orationem. *Eſt enim oratio comprehenſio dictionum aptiſſimè iunctarum.*

Quid litera.

Quid oratio.

Quidam vero solatium imperitiæ suæ quęrentes: non oportere aiunt, quęrere causas ordinis elementorum,

rum, & ordinationes caſuum, ac generum, & temporum, ipſarumque partium, ſuſpicantes fortuitas eſſe poſitiones ordinationum, ſed ex hac opinione contingeret generaliter nihil per ordinem accipi, nec contra ordinem peccare, quod penitus ſtultum eſt æſtimari. Sicut igitur à ſapientibus apta ordinatione partes orationis traditæ ſunt, cum primo nomen, ſecundo verbum poſuerunt: Nulla quippe oratio completur ſine his: quod in illa conſtructione licet oſtendere, verbi gratia: *Idem homo laſſus, heu hodie concidit.* Hic omnes inſunt orationis partes, abſque coniunctione; quæ ſi addatur aliam orationem exigit. Ab hac inquam ſi nomen aut verbum ſubtrahas, imperfecta fit oratio: ſi verò cætera ſubtrahas omnia, & omninò neceſſe eſt orationem deficere. Verumtamen ſicut in elementis, alia ſunt vocalia, quæ per ſe vocem perficiunt, alia conſonantia, quæ ſine vocalibus hoc agere nequeunt. Sic & in dictionibus, quædam per ſe dicendæ ſunt, vt in verbis, maximè imperatiuis; vel nominibus, vel pronominibus, ſæpe videbitis; vel etiam aduerbijs, quando adijciuntur antecedentibus actionibus, vel orationibus; vt cum ad illos qui optime dicunt aliquid, aut agunt, clamamus, *benè, rectè diſertè.* Aliæ verò ſunt, quæ cæterarum ſine adiunctione partium, ad perfectionem ſenſus proferri non poſſunt, vt præpoſitiones, aut coniunctiones, quæ ſemper conſignificant, & non per ſe: vnde & ſignificatio variatur illarum, ad vim ſibi coniunctarum.

Nulla oratio completur ſine nomine & verbo, eſto quædam dictiones per ſe ſignificet.

Multæ dictiones requirunt conſtructionẽ.

Multæ verò ſunt dictiones, ad quas explanandas, maximè neceſſaria eſt conſtructio; quia diuerſas habent ſignificationes, quæ per ordinationem declarantur, vt in verbis *amato, doceto,* & ſecundæ ſunt, & tertiæ perſonæ: additione vero pronominum diſcernuntur, vt *amato tu, amato ille.* Sic & in nominibus diuerſi caſus, aut generis, aut numeri, ſimiles voces inueniuntur; vt *huius poetæ, huic poetæ, hi poetæ, o poetæ.* Multa quoque & in alijs partibus inuenies ſimilia, nec aliter ea diſcreta, niſi ex ordinationis conſequentia, id eſt ea diſcreta caſibus caſibus, genera generibus, & cætera congruè diſponendo. Confuſio namque ſignificationis, per ordinationis iunctũram, & accidentium diſcutitur.

De Conſtructione ad intellectum referenda.

CAP. CLXXXIIII.

Omnis conſtructio ad intellectum vocis eſt referenda.

OMNIS autem conſtructio (quam Græci Syntesim vocant) ad intellectum vocis eſt referenda. Itaque per diuerſas figuras in conſtructione ſolent authores accidentia variare. Quæ quamuis ad ipſas dictiones incongruè depoſita eſſe videantur, ratione tamen ſenſus ordinata rectiſſimè eſſe iudicantur. Verbi gratia Prima perſona & tertia, in vnum figuratiuè coeunt, vt apud Virgilium: *Ille ego qui quondam*: Eſt enim intellectus: *Ego Virgilius, ille Virgilius, qui ſcripſit Bucolica, vel Georgica.* Diuerſi quoque numeri, vt idem in primo Æneidæ: *Pars in fruſta ſecant*: per *partem Troianorum* multi intelliguntur. Diuerſa genera, vt *Præneſte ſub ipſa*; namque neutrum eſt, ſed quoniam vrbs intelligitur, ad intellectum magis, quàm ad vocem nominis, ipſa fœmininum redditur. Idem quoque per accidentia omnium partium orationis frequenter inuenitur.

AVCTOR. De conſtructione ſingularum partium breuitatis cauſa prætermitto; maximè quoniam in præcedenti de illis tractatu, iuxta magiſtrum Petrum Helyam, multa quoque de ipſarum ordinatione occaſionaliter interpoſita ſunt.

De Ortographia.

CAP. CLXXXV.

Orthographia vnde dicta.

ISIDORVS *vbi ſupra.* Orthographia Græcè, Latine recta ſcriptura interpretatur. *Ortho* enim recta, *graphia*, ſcriptura dicitur. Hæc diſciplina docet ſcribendi notitiam; vtputa *ad* cum eſt præpoſitio, d literam; cum eſt coniunctio, t literam accipit. *Haud* quando eſt aduerbium negandi, d litera terminatur, & aſpiratur in capite; quando autem coniunctio eſt, per t literam ſine aſpiratione ſcribitur. *Apud* præpoſitio per d ſcribitur, ſicut *apud patrem*, quoniam veteres ſæpe *apud* pro *ad* vſi ſunt, duabus literis ex his medijs ſubtractis. *Equus*, quod eſt animal, per e ſolam ſcribendum; *æquus*, quod eſt iuſtus, per æ dypthongum ſcribendum. *Exſul* addita s debet ſcribi, quia exſul dicitur extra ſolum eſſe. *Exultat* melius ſine ſ litera ſcribitur; nam cum ipſa x, ex c & ſ conſtet, quomodo cum in ea ſit, rurſus ei additur alia? *Æquor* per dypthongum ſcribendum eſt, quia ab *æqualitate*, non ab *aqua* eſt nomen factum. *Fedus*, quod eſt deformis, per e ſolam ſcribendum: *Fœdus*, quòd eſt pactum, cum œ dypthongo ſcribendum. *Gnatus*, quod eſt filius, per g ſcribendum, quia facit *generatus.* H quæ eſt aſpirationis nota, in Latino tantum vocalibus adiungitur, vt *honor, humus, homo*, aſpiratur & conſonantibus, ſed in Græcis & Hebræis nominibus. K literam antiqui præponebant, quotiens (a) ſequebatur, vt *Kaput, Kanna, Kalamus:* Nunc autem *Karthago* & *Kalendæ*, per eandem tantum ſcribuntur. Omnia autem Græca nomina qualicumque ſequenti vocali, per k ſunt ſcribenda. *Ora* finium per o, *hora* dierum per h ſcribendum eſt. *Onus* ſi de onere venit, per o ſcribendum eſt: Si de *honore* cum aſpiratione. In dubijs quoque verbis conſuetudo veterum erat, vt cum eadem litera, alium intellectum correpta, alium producta haberet, longæ ſyllabæ apicem apponebant, vtputa *populus* an arborem ſignificaret, an hominum multitudinem apice diſtinguebatur. Sic & vbi literæ conſonantes geminabantur, ſicilicum ſuperponebant, vt *ſella, ſerra, aſſeres* (veteres enim non duplicabant) qua nota ammonebatur lector geminandam eſſe literam, nunc tamen duplicandæ literæ, & duplicatæ ſcribuntur.

Laudatur ortographia.

IDEM *in lib. 6.* Glorioſum ſtudium, quod loqui debeas competenter ſcribere, & quę ſcripta ſunt, ſine aliqua erroris ambiguitate proferre. Vox enim articulata à pecoribus nos ſequeſtrat, ſcribendi verò ratio ab imperitis: ita perfectum hominem duo ſibi iſta vendicant, ac defendunt.

De Materia, & inſtrumentis ſcribendi.

CAP. CLXXXVI.

Antiqui ſcribebãt in cera.

VERÆ literarum materies patuulorum nutrices. Ipſæ dant ingenium pueris, primordia ſenſus. Græci autem & Tuſci primum ferro in ceris ſcripſerunt, poſtea Romani iuſſerunt ne graphium ferreum quis haberet. Poſtea inſtitutum eſt, vt ceram oſſibus ſcriberent, graphium autem Græcè Latinè ſcriptorium dicitur: Nam graphia, ſcriptura dicitur. Chartarum vſum primum Ægyptus miniſtrauit, captum, apud Memphiticam vrbem. Memphis enim ciuitas eſt Ægyptiorum, vbi chartæ vſus inuentus eſt primum, ſicut ait Lucanus: *Conficitur bibula Memphicus charta papyro.* Bibulam autem papyrum dixit, quòd humorem bibat. Charta autem dicta, quòd carptim papyri tegimen decerptum glutinatur.

Charta primum Memphidi inuenta.

Vnde membrana.

Pergameni reges cum charta indigerent, membranas primi excogitauerunt: vnde & pergamenarum nomen hucuſque tradente ſibi poſteritate ſeruatum eſt: hęc & membrana dicuntur, quia ex membris pecudum detrahuntur. Fiebant primum coloris lutei, id eſt crocei. Poſtea verò Romę candida membrana reperta ſunt, quod apparuit inhabile, eo quòd & facile ſordeſcant, aciemque legentium lædant. Membrana autem, aut candida, aut lutea, aut purpurea ſunt. Candida naturaliter exiſtunt. Luteum membranum bicolor eſt, quod à confectore vna tingitur parte, ideſt crocatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

crocatur. Purpurea verò inficiuntur colore purpureo, in quibus aurum & argentum liqueſcens pateſcat in literis.

Diſcrimen inter calamum & pēnam & vnde dicantur.

A ſcribendo Scriba nomen accepit. Inſtrumenta ſcribæ, calamus & penna. Ex his enim verba paginis infiguntur; ſed calamus arboris eſt, penna auis; cuius acumen in duo diuiditur, in toto corpore vnitate ſeruata. Credo propter myſterium, vt in duobus apicibus, vetus & nouum teſtamentum ſignaretur, quibus exprimitur verbi ſacramentum, ſanguine paſſionis effuſum. Dictus autem calamus, quod liquorem ponat; vnde & apud nautas *calare* ponere dicitur. Penna autem à pendendo vocata, id eſt volando, eſt enim vt diximus auium.

De Pronunciatione.

Cap. CLXXXVII.

Poſitura ſeu diſtinctiones in oratione ſunt tres.

AVCTOR De accidentibus dictionum, vel ſyllabarum, multa ſuperius dicta ſunt. Quod autem eſt in ſyllaba, vel dictione, accentus; hoc eſſe videtur in oratione poſitura; quia modum pronunciationis oſtendit, de qua hic pauca ſubiungam.

ISIDORVS *in lib. Etym.* 1. Poſitura eſt ad diſtinguendos ſenſus per cola, & commata, & periodos, quæ dum ordine ſuo apponitur, ſenſum nobis lectionis oſtendit. Dictæ autem poſituræ, vel quia punctis poſitis annotantur, vel quia ibi vox pro interuallo diſtinctionis deponitur. Prima poſitura ſubdiſtinctio dicitur, eadem & comma. Media diſtinctio ſubſequens eſt, ipſa & cola. Vltima diſtinctio, quæ totam ſententiam concludit, ipſa eſt periodus; cuius vt diximus partes, ſunt cola & comma; quarum diuerſitas, punctis diuerſo loco poſitis, demonſtratur. Vbi enim in initio pronunciationis, necdum plena pars ſenſus eſt, & tamen reſpirare oportet, vtputa: *Si vinco*, fit comma, id eſt particula ſenſus: vbi autem in ſequentibus iam ſententia ſenſum præſtat, ſed adhuc aliquid ſupereſt ad ſententiæ plenitudinem, vtputa: *Si vinco, & pereo:* fit cola: vbi verò iam per gradus pronunciando, plenam ſententiæ clauſulam facimus, vtputa: *Si vinco, & pereo: quid me ibi vincere præſtat,* fit periodus.

De Barbariſmo, & Solœciſmo.

Cap. CLXXXVIII.

Quid barbariſmus & quot modis eueniat.

BARBARISMVS *eſt vna pars orationis, vitioſa in communi ſermone:* In pœmate Metaplaſmus. Et fit duobus modis, pronunciatione, & ſcripto. His bipartitis, quatuor ſpecies ſuperponuntur: Adiectio, detractio, immutatio, tranſmutatio literæ, ſyllabæ, temporis, toni, aſpirationis. Fiunt etiam Barbariſmi per hiatus. Sunt & malæ compoſitiones, ideſt Cacobotheca, quę vitia nonnulli Barbariſmos putant, in quibus ſunt Metaciſmi, Labdaciſmi, Iotaciſmi, hiatus, colliſiones, & omnia quæ plus æquo, aut minus reſonantia, ab eruditis auribus reſpuuntur.

Quid Solœciſmus & quotuplex.

Solœciſmus eſt vitium in contextu partium orationis contra regulam artis Grammaticæ factum. Fit autem duobus modis; per partes orationis, aut per accidentia partium orationis. Per partes fiunt Solœciſmi, cum alia pro alia ponitur: fit etiam in eadem parte orationis, vt cum ipſa pro ſe, non in loco ſuo, neque vt conuenit ponitur. Per accidentia, vt genere, &c. Solœciſmus in proſa, in pœmate Schema nominatur.

De Cæteris vitijs Grammaticæ.

Cap. CLXXXIX.

Decem vitia grammaticæ recenſentur.

CVM Barbariſmo & Solœciſmo decem vitia nominantur, hoc modo. *Acyrologia* eſt impropria dictio; vt *hūc ego ſi potui tantum ſperare dolorem; ſperare* enim dixit pro *timere. Cacephaton* eſt obſcæna enunciatio, vel in compoſita dictione, vel in verbo, vt *Numerum cum nauibus æquat.* Et, *Arrige aures Pamphile. Pleunaſmos* eſt adiectio verbi ſuperuacua ad plenam ſignificationem, vt *ſic Ore locuta eſt*, pro ſic locuta eſt. *Periſologia* eſt ſuperuacua verborum adiectio, ſine vlla vi rerum, vt *Ibant quo poterant, & quo non poterant non ibant.*

Macrologia eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens, vt *legati non impetrata pace, retro vnde venerant domum reuerſi ſunt. Tautalogia* eſt eiuſdem dictionis repetitio vitioſa; vt *Egomet ipſe. Eclypſis* eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis, quam deſiderat præciſe ſententia, vt *Hic ſecum*, deeſt enim, *loquebatur. Tapinoſis* eſt humilitas rei magnæ, non id agente ſententia quod oſtendit, vt *Penituſque cauernas ingentes, iterumq; milite armato complent:* ideſt multæ legiones armatorum militum impleuerunt cauernas. *Cacoſinteton* eſt vitioſa compoſitio dictionum, vt *Verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta. Amphibologia* eſt ambiguitas dictionis.

De Metapląſme.

Cap. CXC.

Quid Metaplaſmus & quotuplex.

METAPLASMVS *eſt transformatio quadam recti, ſolitiq; ſermonis, in alteram ſpeciem, metri, ornatus, neceſſitatisve cauſa.* Huius ſpecies ſunt, 14. *Prothe-ſis* eſt appoſitio quædam ad principium dictionis literæ, vel ſyllabæ, vt *gnato* pro *nato*: & *retulit* pro *tulit. Epentheſis* eſt appoſitio ad mediam dictionis, literæ, vel ſyllabæ, vt *relliquias* pro *reliquias*, & *Induperator* pro *Imperator. Paragoge* eſt appoſitio quędam ad finem dictionis, literæ, aut ſyllabæ, vt *magis* pro *mage* vt *poteſtur* pro *poteſt. Apheresis* eſt ablatio de principio dictionis, contraria *protheſi. Sincope* eſt abſciſſio de media dictione, literæ, aut ſyllabæ, contraria *epentheſi.*

Apocope eſt ablatio de fine dictionis, literæ, aut ſyllabæ, *peragoge* contraria. *Extáſis* eſt extenſio ſyllabæ contra naturam verbi. *Siſtole* eſt correptio ſyllabæ contra naturam verbi, contraria *extaſi. Diæreſis* eſt diuiſio ſyllabæ vnius in duas facta, vt eſt: *Olli reſpondit res albai longai*, pro eo quod eſt *albæ longæ. Sinæreſis* eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vna facta, contraria *diæreſis. Sinalephe* eſt per interceptionem concurrentium vocalium, lubrica quædam, leuiſque colliſio; vt *Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur. Elipſis* eſt conſonantium cum vocalibus aſperè concurrentium, quædam difficilis, ac dura colliſio; vt *Multum ille terris iactatus, & alto. Antitheſis* eſt literæ pro litera poſitio, vt *olli* pro *illi. Metatheſis* eſt tranſlatio literarum in alienum locum, nulla tamen ex dictione ſublata, vt *Euandre* pro *Euander*, & *Timbre* pro *Timber.*

De Schematibus.

Cap. CXCI.

Quid Schema & quotuplex.

SCHEMATA Lexeos ſunt & Dianoeos, id eſt figuræ verborum, & ſenſuum. Sed Schemata Dianoeos ad oratores pertinent, ad Grammaticos Lexeos. Quæ cum multa ſint, ex omnibus neceſſaria fere ſunt 17. quorum hæc ſunt nomina. *Prolepſis* eſt præſumptio rerum ordine ſecutarum; vt *Continuo Reges ingenti mole Latinus procedunt caſtris. Zeuma* eſt vnius verbi concluſio, diuerſis clauſulis apte coniuncta; vt *Thronigena interpres diuum, qui numina phebi, Qui tripodas Clarij lauros, qui ſidera ſentis, &c. Ypozeuſis* eſt figura ſuperiori contraria, vbi diuerſa verba ſingulis quibuſcumque clauſulis ſubiunguntur. *Silepſis* eſt diſſimilium clauſularum per vnum verbum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bum conglutinata conceptio; vt *illius arma, hic currus fuit.* Anadiplosis est congeminatio dictionis ex vltimo verbo præcedentis versus, & in principio sequentis, vt *Sequitur pulcherrimus astur; Astur ego videns.* Anaphora est relatio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum; vt *Nate mea vires, mea magna potentia solus. Nate patris summi, qui tela Cyphoea temnis.* Epanalensis est verbi in principio versus positi, in eiusdem fine repititio; vt *Ante etiam sceptrum dicteï regis, & ante.* Epizeusis est eiusdem verbi in eodem versu, sine aliqua dilatione congeminatio; vt *Meme aßum qui feci, in me conuertite ferrum.*

Paranomasia est quotiescumque de nomine aliud efficitur nomen, velut quædam denominatio, & sub vna significatione diuersa dictio: vt *inceptio non est amantium, sed amentium. Sceßsonomatio* est multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulandi, vt *Marsa manus, peligna cohors, festina iure ius. Paranomeon* est cum ab eiusdem literis diuersa verba sumũtur: vt *o Tite, tute tace, tibi tanta Tyranne tulisti. Omethelenton* est cum dissimili modo dictiones plurimæ finiuntur; vt *eos reduci, quã relinqui; deuehi, quàm deseri malui. Omœoptotõ* est cũ in similes casus exeunt diuersa verba: vt *mœrentes, flentes, lachrymantes, commiserantes.*

Poliptoton est multitudo casuum varietate distincta, vt, *litora litoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor, arma armis, pugnent ipsiq; nepotes. Irinos* est series orationis, tenorem suum vsque ad vltimum seruans: vt. *In principio cœlum, terram, camposque liquentes: Lucentemque globum Lunæ Tyrranniq; astra: Spiritus intus alit, &c. Polisinteton* est multis nexa coniunctionibus dictio, vt *Adamasq;, Thoasq;, Pelidesq;, Neoptolomusq;, &c. Dialiton* siue *assinteton* est figura superiori contraria, carens coniunctionibus; vt *Ite, ferte citi flammas, date tela, impellite remos.*

De Tropis.

CAP. CXCII.

Quid tropus & quotuplex

TROPVS est dictio translata à propria significatione, ad non propriam, ornatus, necessitatisve causa. Sunt autem tropi 13. *Metaphora* est rerum verborumque translatio, hoc fit modis quatuor, ab animali ad animale; ab inanimali ad inanimale; ab inanimali ad inanimale; ab inanimali ad animale. *Catachresis* est vsurpatio nominis alieni: vt *cum parricidam dicimus eum qui occiderit fratrem suum; aut piscinam, qua pisces non habet. Metalensis* est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit: vt *Speluncis abdidit atris*; & *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Metonomia* est dictio quædam, veluti transnominatio: huius multæ sunt species, aut enim per id quod continet, id quod continetur ostendit, vt *Nunc pateras libate Ioui:* aut contra, vt *Vina coronam*, aut per inuentorem id quod inuentum est, vt *Sine Cerere & Baccho friget Venus*; aut contra, vt *Vina precamur.*

Antonomasia est significatio vice proprij nominis: quæ fit modis tribus, ab animo, à corpore, extrinsecus. *Epitheton* est superposita dictio cum proprio nomine. Nam Antonomasia vicem nominis sustinet: Epitheton nunquam est sine proprio nomine, vt *Dira Celeno, Diua Camilla.* Fit etiam Epitheton modis tribus, ab animo, à corpore, extrinsecus. His duobus tropis, vel vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel ornamus. *Sinecdoche* est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronunciat: aut enim à parte totum ostendit, vt *Puppesq; tuæ, Puppesq; tuorum*, aut contra. *Onomatopeia* est nomen de sono factum, vt *Tinnitus aris, clangorq; tubarum. Periphrasis* est circumlocutio, quæ fit aut ornandæ rei causa, quæ pulchra est, aut mirandæ, quæ turpis est.

Hiperbaton est transcensio quædam verborum ordinem turbans: cuius species sunt quinque, histerologia, anastrophe, parenthesis, themesis, sinchresis. *Histerologia*, vel histeron proteron, est sententiæ cum verbis ordo mutatus, vt *Torrere parant flammis, & frangere saxo. Anastrophe* est verborum tantum ordo præposterus, vt *Italiam contra*, pro *contra Italiam. Parenthesis* est interposita ratiocinatio diuersæ sententiæ. *Themesis* est vnius compositi aut simplicis verbi sectio, dictione vna, vel pluribus interiectis: vt *Septem subiecta trioni*, pro *Septentrioni*, & *saxo cere comminuit brum. Sinchresis* est hiperbaton ex omni parte confusum. *Hiperbole* est dictio excedens fidem, augendi minuendive causa: augendi, vt *Nine candidior*, minuendi, vt *tardior testudine.*

De Allegoria, & quibusdam alijs figuris.

CAP. CXCIII.

Quid allegoria & quotuplex.

ALLEGORIA est tropus, quo aliud significatur quàm dicitur, huius species sunt multæ, è quibus eminent 7. Ironia, antifrasis, ænigma, Carientismos, parœmia, sarcosmos, antismos. *Ironia* est tropus, per contrarium quòd conatur ostendens: hanc nisi grauitas pronunciationis adiuuerit, confiteri videtur quod negare contendit. *Antiphrasis* est vnius verbi ironia, vt *Bellum minime bellum*, vt *Lucus eo quod non luceat*, & *Parca eo quod nulli parcant.* Ænigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum: vt *mater me genuit, eadem mox gignetur ex me:* quod significat aquam in glaciem conualescere, & ex eadem rursus effluere. *Charientismos* est tropus quo dura dictu, gratius proferuntur: vt cum interrogantibus nobis: *nunquid nos quæsierit aliquis?* Respondetur: *Bona fortuna:* vnde intelligitur neminem nos quæsisse.

Parœmia est accommodatum rebus temporibusque prouerbium, vt *Aduersus stimulum calces*, & *Lupus est in fabula. Sarcosmos* est plena odio atque hostilis irrisio: vt *En agros, & quàm bello Troiane petisti Hesperiam, metire iacens. Antismos* est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Namque Antismos putatur omne, quicquid simplicitate rustica, & faceta satis vrbanitate politum est, vt illud: *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui* Atque, *idem Vulpes iungat, & mulgeat Hircos Omœsis* est minus notæ rei, per similitudinem eius quæ magis nota est, demonstratio: huius species sunt tres, Icon, parabola, paradigma. *Icon* est personarum inter se, vel eorum quæ personis accidũt comparatio. *Parabola* est rerum genere dissimilium comparatio. *Paradigma* est enarratio exempli hortantis aut deterrentis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER TERTIVS.

De Logica, & eius intentione.

CAP. I.

Quid Logica.

LOGICA est scientia ordinandi præpositiones enunciatiuas secundum figuras Logicas, ad eliciendas conclusiones, quibus peruenitur ad cognitionem dictorum & ad iudicandum de illis, vtrum vera sint an falsa.

ISIDORVS *in lib. etymo. 3. Logica est rationalis scientia, in qua disputatur quemadmodum in rerum causis, aut vita & moribus, veritas ipsa quæratur.* Logos enim apud Græcos, & sermonem significat, & rationem. In Physica quidem, causa naturam quærendi, in Ethica ordo viuendi; In Logica vero ratio intelligendi versatur. Physicam primus apud Græcos Thales Milesius, vnus ex septem sapientibus inquisiuit. Hic ante alios, cœli causas, atque vim rerum naturalium, contemplata ratione suspexit. Quam postmodum Plato in quatuor diffinitiones distribuit; ideſt Arithmeticam, Geometriam, Musicam, Astronomiam. Ethicam Socrates primus ad corrigendos & componendos mores instituit, omneque studium eius, ad bene viuendi disputationem perduxit, diuidens eam in quatuor virtutes animæ, ideſt Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam, &c. Logicam vero, quæ rationalis vocatur, Plato subiunxit, per quam discussis rerum morumque causis, vim eorum rationabiliter perscrutatus est, diuidens eam in Dialecticam & Rethoricam.

Milesius physicam primus inuenit. Ethicam Socrates, Plato Logicam, quam in dialecticam & Rhetoricam diuisit.

RICHARDVS *in lib. excerptionum* Logica diuiditur in Grammaticam, & Rationem differendi. Grammatica est scientia recte loquendi. Et diuiditur in Literam, Syllabam, Dictionem, & Orationem. Ratio differendi diuiditur in probabilem, necessariam, & sophisticam. Et necessaria quidem pertinet ad philosophos, Sophistica ad sophistas: Probabilis autem diuiditur, in Dialecticam, & Rhetoricam. *Dialectica est disputatio acuta, verum à falso distinguens. Rhetorica est disciplina, ad persuadendum quaque idonea.*

Quid Dialectica & quid Rhetorica.

De intentione Logica.

CAP. II.

ALPHARABIVS *in libro de diuisione scientiarum.* Logica intendit dare regulas, quibus orationis veritatem deprehendimus, vel intus, vel apud alios, vel alij apud nos: non tamen ad verificandum omnem orationem, logicæ regulis indigemus. Eorum enim quibus ratiocinando vtimur, quędam sunt quæ probatione non egent: In quibus scilicet nullus error esse potest: vt, *Omne totum est maius sua parte.* Alia vero quæ probatione indigent, quia potest in eis homo decipi. Et ea quidem de quibus fit probatio duo sunt, scilicet sermo in voce, ratio in mente: interpretatio vero fit vtroque. Vnde id quod verificat sententiam apud se, est Logos fixa in mente. Id autem quod verificat eam apud alium, est Logos exterior cum voce. Logos autem qua verificatur sententia, vocabant antiqui Syllogismum, siue fixa sit in anima, siue exterior cum voce.

Logica agit de sermone interno & externo in quo error esse potest.

Interpretatio itaque Logicæ sumpta est à summa intentionis nominis, quæ triplex est. Logos enim, id est ratio. Alia est exterior cum voce, quæ per linguam interpretatur id quod est in mente: Alia fixa in animis (quæ dicitur mentis conceptus) quam dictiones significant: vnde illa significans est, ista significata. Tertia vero est virtus creata in homine, quæ discernit inter bonum & malum, & scientias ac partes earum apprehendit: & hoc est in omni homine. Sed in infantibus, & in quibusdam adultis infirma est, non valens actiones suas perficere. Quoniam igitur hęc scientia dat regulas de Logo exteriore & interiore quibus certificatur, vtramque vero tertia Logos regit; & comprehendit id quod rectius est: Idcirco Logica à Logos secundum tres huius nominis intentiones deriuatur. Quamuis autem plures scientiæ dent regulas de Logo exteriore, sicut Grammatica; hęc tamen quæ dirigit ad illud quod omnino necessarium est, dignior est hoc nomine.

Logos siue ratio triplex.

Logica vnde dicta.

Præterea quamuis Grammatica & Logica conueniant in hoc, quòd vtraque dat regulas de dictionibus. Differunt tamen in hoc, quod Grammatica non

Discrimen inter Logicã & Grãmaticam.

dat

dat nisi de dictionibus vnius gentis tantũ. Licet enim multæ gentes conueniant in regulis eius, vt quod dictionum aliæ sunt simplices, aliæ compositæ, & huiusmodi: Ipsa tamen ars in omni lingua non intendit, nisi inquantum est proprium illius linguæ, nec curat siue conueniat alij genti, siue non. Logica vero non dat regulas, nisi secundum quod conuenerint in dictiones omnium gentium.

De partibus Logicæ, siue artis Syllogistica.

CAP. III.

Logica quinque sunt elementa.

ELEMENTA vero quibus hæc scientia verificatur, quinque sunt, scilicet Demonstratiua, Topices, Sophistica, Rhetorica, Poetica. Demonstratiuæ proprium est, dare scientiam certissimam de proposita quæstione. Topicæ vero rationibus probabilibus, aut verisimilibus, de re dubia fidem facere. Sophisticæ verò simulare, vel dissimulare, & facere putare verum esse, quod non est, & econuerso. Vnde Sophistica dicitur sapientia deceptiua Rhetoricæ proprium est, sermonibus suis auditorem mouere, & inclinare ad id quod voluerit, vt credat ei quod dicit, & generet in eo cognitionem proximam certitudini. Poeticæ vero sermonibus suis facere imaginari aliquid pulchrum, vel fœdum, quod non est ita: vt auditor credat, & aliquid abhorreat, vel appetat. Quamuis enim certum sit non ita esse in veritate, animi tamen audientium exiguntur ad horrendum, vel appetendum, quod imaginantur.

Qua necessitas cuiusuis Logicæ partis

Istæ sunt igitur species artium syllogisticarum, & locutionum, quibus vtuntur homines ad verificandum aliquid in omnibus rebus. Et sermones quidem syllogistici, aut sunt in anima fixi, scilicet ex intellectibus pluribus signatis & ordinatis, ad aliquam rem verificandam: aut extra cum voce compositi, scilicet ex dictionibus pluribus ligatis & ordinatis, significantibus illos intellectus, seque ad verificandum adiuuantibus. Quoniam autem veritatis certa cognitio non habetur nisi per demonstrationem, compositus est liber Posteriorum Analyticorum, qui doceret qualiter & ex quibus demonstratio fieret. Quia vero demonstratio non nisi quoque syllogysmo fit, & syllogismus ex propositionibus constat, necessarius quoque fuit liber Priorum, in quo docetur ex quot, & ex qualibus propositionibus, & qualiter secundum modum & figuram syllogismus contexitur. Item quia propositiones syllogismum componere non possunt, nisi prius ipsæ suis terminis componantur, ideo necessarius fuit liber Perihermenias, qui doceret ex quibus, & ex quot terminis propositio consisteret. Denique quia propositio numquam ex terminis bene componitur, nisi prius cuiusque termini significatio cognoscatur, institutus est liber Categoriarum, ad docendum quot sint genera terminorum, & quæ significatio cuiusque eorum.

Partes Logicæ sunt octo: qua tamen principaliter intenditur est Posteriorũ liber, cætera vero propter illam.

Sunt igitur octo partes Logicæ, scilicet Cathegoriæ, Perihermenias, Analytica priora, & posteriora, Topica, Sophistica, Rhetorica, Poetica. Harum vnaquaque proprium habet de quo agit, & ad quod intendit, & modum quo agit, & vtilitatem quæ ex ea prouenit. Sed quoniam pars quarta vehementioris probationis est, sublimitate ac dignitate omnibus antecellit, & ad eam solam tota Logica principaliter intendit. Itaque tres partes, quæ antecedunt eam ordine doctrinæ, non sunt nisi præparationes, & introductiones ad illam. Cæteræ quoque quatuor sequentes, non nisi propter ipsam inuentæ. Et hoc duabus de causis: vna est, quia vnaquæque est quasi instrumentum eius sustentans, & adiutorium ad eam: videlicet vt probabilibus & verisimilibus assuescant moueri, qui adhuc demonstratione vti nesciunt. Secunda causa est propter cautelam: si enim partes istæ non distinguerentur inter se proprijs nominibus, ac regulis, & intentionibus; profecto contingeret, quod homo cum vellet probationibus certam veritatem apprehendere de aliqua re, quandoque nescius vteretur Topicis, vel Sophisticis, vel talibus quæ nullam certitudinem faciunt; sed vel imaginari, vel credere, vel errare. Sicque deceptus crederet se certitudinem percepisse, & quærens veritatem incideret in errorem. Sunt ergo scientiæ necessarij libri Categoriarum, & Perihermenias.

De Dialectica, & libris Aristotelis.

CAP. IIII.

Quid dialectica.

AVGVSTINVS. Dialectica est ars artium, scientia scientiarum; sine qua nulla perfectè scitur. *Isidor. lib. 2* Dialectica est disciplina, ad differendas vel ducernendas rerum causas inuenta. Ipsa est philosophiæ species quæ dicitur Logica, id est rationalis; diffiniendi, quærendi, & differendi potens. Docet enim in pluribus quæstionum generibus, quemadmodum disputando vera & falsa dijudicentur. Hãc quidem primi Philosophi in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redigêre peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinæ argumenta perduxit, & dialecticam nuncupauit, pro eo quòd in ea de dictis disputatur.

Dialectica ab Arist. primum ad artem reducta.

AVCTOR. Idem igitur in libris suis eandem artem ad plenum ferè prosequitur. Nam omne dicibile, aliud est incomplexum, aliud complexum. Incomplexum, aliud inhærens intra, & de hoc agitur in libro Prædicamentorum. Aliud extra, & de hoc in libro sex principiorum. Complexum, aliud est inordinatum siue absolutum, & de hoc est liber Perihermenias, vbi de enunciatione sine respectu. Aliud ordinatum; Et hoc dupliciter, vel ad omnem materiam indifferens, & de hoc in libro Priorum: vel ad aliquam materiam determinatam contractum: Et hoc tripliciter, vel ad necessariam, & hoc in libro Posteriorum: vel ad probabilem & hoc in libro Topicorum: vel ad Sophisticam, & hoc in libro Elenchorum. Quamuis Grammatica & Rhetorica partes sint rationalis philosophiæ: Logica tamen sola à Logos, quod est ratio, denominatur, eo quod ei actus rationis præcipuè attribuitur, quæ est ordinare causam respectu effectus; hoc autem fit per syllogismum. De isto & eius partibus probantur omnes proprietates & passiones, quæ in Logica ostenduntur, & ideo Logica rationabiliter diuiditur secundum exigentiam syllogismi, & partium eius.

Sola Logica à Logos dicitur.

Logica in sex partes seu tractatus aptè distribuitur.

Quia autem determinatur aliquid in Logica de syllogismo aut de partibus: Si de partibus, aut agitur de parte remota, scilicet de termino, & sic est liber Prædicamentorum, aut de parte propinqua: & sic de enunciatione, & est liber Perihermenias: intelligatur tamen quod enunciatio sit pars propinqua syllogismi, provt accipit formam propositionis. Si determinatur de syllogismo, aut ergo de abstrahente à qualibet materia speciali, & sic determinatur in libro Priorum. Ibi enim docet Aristoteles formam generalem syllogizandi, non applicatam tali materiæ vel tali. Aut de contracto ad materiam specialem; & hoc vel ad necessariam, & sic est syllogismus demonstratiuus, de quo agitur in Posterioribus: Vel ad probabilem, & sic est syllogismus Topicus, de quo agitur in Topicis. Aut ad materiam apparentem tantum, & sic syllogismus Sophisticus, de quo agitur in libro Elenchorum. Et sic patet diuisio istorum sex librorum Logicæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De diuiſione Logicæ, ſiue Dialecticæ.

Cap. V.

BOETIVS *in Topicis.* Omnis quidem ratio diſſerendi, quæ & Logica dicta eſt, in duas diuiditur partes, vnam ſcilicet inueniendi, quæ Topica dicitur, ideſt localis; & alteram iudicandi, quæ Analytica, id eſt reſolutoria nuncupatur.

Explicatur diuiſio bimembris Boetij.

AVCTOR. Et nos itaque ſic Logicam diuidamus ad præſens. In Logica vero non docetur immediatè rerum cognitio, ſed via per quam res poſſunt cognoſci. Via autem hic differens eſt, provt facit cognoſcere complexum, & imcomplexum: quia incomplexum aut cognoſcitur per prius, & ſic via diffinitiua; aut per poſterius, & ſic via diuiſiua. Si cognoſcitur complexum; Aut per prius cognoſcitur. & ſic via Syllogiſtica: Aut per poſterius, & ſic via inductiua. Et hoc inſpiciebat Boetius, quando in Topicis ſuis diſtinxit Logicam in artem diuidendi, id eſt diffiniendi; & colligendi, hoc eſt argumentandi: quia diuiſio eſt via in diffinitionem, & diffinitio via in diuiſionem; Et etiam diffinitio eſt medium demonſtrandi. Propter hoc non diſtinxit Ariſtoteles artem diuidendi & diffiniendi, ab arte colligendi, ſicut patet in ſecundo Poſteriorum.

Ars colligendi diuiditur à Boetio in inuentiuam & iudicatiuam.

Ars iterum colligendi, diuiditur à Boetio in artem inuentiuam, & iudicatiuam. Iudicatiua autem duplex eſt; Prior quæ procedit per medium, quod eſt cauſa inferendi tantum, ſicut ex ſcientia libri Priorum. Iudicatiua quæ procedit per medium, quod eſt cauſa inferendi & eſſendi, ſicut eſt ſcientia libri Poſteriorum. Similiter duplex eſt inuentiua; quia Inuentio propriè per ſignum eſt; Iudicium autem per cauſam. Signum autem duplex eſt, eſt enim ſignum probabile, quod eſt ſæpe, & vt in pluribus; quod conſideratur in libro Topicorum Ariſtotelis. Et eſt ſignum fantaſticum, quia raro eſt, & vt in paucioribus, quod conſideratur in libro Elenchorum. Sed liber Prædicamentorum, & Perihermenias, præparant materiam incomplexam & complexam (in remora tamen diſpoſitione) tam ſcientiæ inuentiuæ, quàm iudicatiuæ: & ideo non continentur neque ſubinuentiua determinatè, neque ſub iudicatiua; ſed indifferenter (vt dictum eſt) præparant materiam iſti & illi. Et ſic poteſt diſtingui Logica quo ad verbum Boetij in principio Topicorum.

Ordo librorum dialectica.

Patet etiam ex hoc, ordo prædictorum librorum; quia prius eſt terminus, quàm enunciatio quæ præcedit ſyllogiſmum. Syllogiſmus etiam contractus ad materiam neceſſariam, præcedit contractum ad probabilem, & probabile præcedit apparens tantum, ſicut habitus priuationem. Alij vero libri ab iſtis, vt libri Boetij & Porphyrij, ſunt de bene eſſe, ſiue de introductione & facilitate cognoſcendi eſſe ipſius artis.

De Iſagoge Porphyrij.

Cap. VI.

Liber Porphyrij eſt vtilis ad intelligentiam Categoriarū

ET quia liber Porphirianus Prędicabilium primus eſt inter omnes alios libros logices, in quo libro traditur via cognoſcendi multa quæ dicuntur in Prædicamentis, patet quod accedenti ad logicam primo inſpiciendus eſt liber Porphirij. Nam præter hoc etiam valet (vt ipſe dicit) & ad aſſignationem diffinitionum, & omnino ad ea quæ vtilia ſunt in diuiſione, vel demonſtratione. In prædicamento vero ordinantur ſpecies & genera in linea recta, ſpecies ſub, & genera ſupra, & ſunt ibi differentiæ diuidentes genera, quæ à latere ordinantur in prædicamento. Species autem conuertuntur cum ſuo proprio, & ſic oportet cognoſcere proprium. Vel ideo neceſſaria eſt proprij cognitio in Prædicamentis quia in proprietate propria differt vnum genus prædicabile ab alio, ſicut differt quantitas ab aliis, in eo quod eſt facere æquale, vel inæquale; hoc enim eſt ei proprium. In communibus autem proprietatibus; ſicut in eo quod eſt non ſuſcipere magis aut minus, cōmunicant ſubſtantia & quantitas; & ſic neceſſaria eſt cognitio accidentis communis. Igitur ad hoc quod cognoſcatur Prædicamentum, & proprietates eius, neceſſe eſt cognoſcere quinque prædicta: *Quæ* etiam ad aſſignationem diffinitionum valent, quia ſpecies eſt quòd diffinitur, genus & differentia, ex quibus diffinitio conſtruitur. Non haberetur igitur diffinitio, niſi haberentur hęc tria. Proprium vero & accidens non ponuntur in diffinitione, & ideo debent cognoſci vt remoueantur à diffinitione.

Item ad definiendum.

ITEM & ad ea quæ ſunt in demonſtratione ſunt prędicta vtilia; quia proprium eſt illud quod demonſtratur de ſpecie ſubiecta per diffinitionem, quæ eſt medium demonſtrandi: quæ diffinitio fit ex genere & differentia, vel ex his quæ ſumuntur ad proportionem horum; quia licet ſic genera & differentiæ non ingrediantur demonſtrationem prout huiuſmodi, diffinitio tamen quæ eſt medium demonſtrandi, fit ex proportionalibus generi & differentiæ, & ſic vtile eſt cognoſcere prædicta quatuor in demonſtratione. Accidens autem commune alienum eſt à demonſtratione, & ideo vtiliter cognoſcitur, vt remoueatur.

Ad demonſtrandum.

Item ad aſſignationem diuiſionum ſunt vtilia; quia diuiditur genus per ſpecies & differentias; & diuiditur tum per accidentia propria, tum per communia: per propria, vt *animalium, aliud riſibile, aliud hinnibile*: per communia, vt *animalium, aliud album, aliud nigrum*, & ſic omnia prædicta quinque, vniuerſaliter intrant diuiſionem. *Quia* igitur vtilis eſt cognitio horum ad diffinitionum aſſignationem (vt prædictum eſt) oſtēditur etiam eſſe vtilis ad Topicorum doctrinam, quæ tota finaliter ordinatur ad diffinitionem. Verumtamen ibi conſiderantur prædicta ſcilicet vniuerſalia; ſecundum quod conſtruuntur aut deſtruuntur per media in terminando problemata. vnde quia per eadem media poſſunt genus & differentia conſtrui, vel deſtrui; Dicit ibidem. Ariſtoteles, quod differentia cum ſit generalis, ſub genere collocanda eſt. Species vero non habet ſubiectum niſi indiuiduum, cuius inſpectio ſub arte non incidit, & ideo non ibi ponitur inter prædicta. Cum autem ſic dialectica & ſophiſtica & tentatiua ſint ex eiſdem, ſcilicet ex communibus prædictis, habetur per conſequens quod vniuerſalium ſcientia ſit vtilis ad ſophiſticam, & tentatiuam. Itaque merito liber ille dicitur Iſagogicus, id eſt introductorius in logicam.

Ad diuidendum.

Ad Topicam

Cur ſpecies non ſit prædicatum topicum.

Iſidorus vbi ſupra. Iſagoge Græcè, Latine introductio dicitur, eorum ſcilicet qui philoſophiam incipiunt, continens in ſe demonſtrationem primarum rationum de qualibet re, quid ſit, ſuaque certa atque ſubſtantiali diffinitione declarans. nam poſito primo genere, deinde ſpecies, & alia quæ vicina eſſe poſſunt ſubiungimus, ac diſcretis communibus ſeparamus; tamdiu interponentes differentias, quouſque ad proprium eius de quo quærimus, ſignata eius expreſſione peruenimus: vt puta, *Homo eſt animal rationale, mortale, terrenum, bipes, riſus capax.*

Opiniones Philoſophorum, & quæſtiones de eſſe vniuerſalium.

Cap. VII.

AVCTOR. quia vero de eſſe vniuerſalium varia fuit opinio Philoſophorum. Stoici namque dicebant ſpecies & genera nihil aliud eſſe quam indiuidua. Academici vero ſiue Platonici dicebant hæc eſſe ideas in mente diuina. Peripatetici vero, quorum magiſter fuit Ariſtoteles, ponebant quod vniuerſale ſit

quædam

quædam natura communis indiuiduis, quorum sententiæ Porphirius magis consentit. Idem in principio libri sui, tres de vniuersalium esse quæstiones proponit, quas tamen determinare recusat, quoniam altioris negotij sunt, id est Metaphisici. Diuersimode tamen vniuersale pertinet ad considerationem Metaphisici, & Logici, Metaphisici quidem gratia sui esse: huius enim est considerare de ente, quod diuiditur in vniuersale, & particulare. Logici vero inquantum est dicibile, vel prędicabile.

Vniuersale ad metaphysicam spectat ratione sui esse, ad logicam quatenus prædicabile.

Tres orphirij quæstiones de vniuersali.

Prima quæstionum quas tangit Porphirius est: Vtrum vniuersalia subsistentia sint, an in solis nudis ac puris intellectibus posita: id est, vtrum habeant esse in natura rerum, an non? In hac tamen clausula, quidam inculcationem verborum esse dicunt: Alij vero vocabula sic distinguunt, vt intellectus dicatur solus, cui nihil extra respondet, vt si quis Chimeram intelligeret, cui nihil in re respondet. Nudus autem dicitur intellectus sine fantasmate, quia fantasma quasi operimentum est intellectus; nec aliquid proprie nudum dicitur, nisi quod aptum natum est vestiri. Vel secundum alios, nudus dicitur intellectus materialis, qui scilicet nondum indutus est forma, sicut nuda est materia informis. Purus autem dicitur intellectus, vel qui nullo modo materiæ est admixtus, vt est Diuinus vel Angelicus; vel qui parum aut nihil de corpulentia siue de fæce materiæ recipit; vt est intellectus maximè formalis. *Secunda* quæstio est, posito quod vniuersalia sint, vtrum corporea sint, an incorporea: id est, vtrum subiecta sint sensibus, sicut corporea, vel non? *Tertia* est, dato quod incorporea, vtrum separata sint à sensibilibus, an in sensibilibus posita; id est, vtrum actu existant absque indiuiduis?

Triplex esse vniuersale

His autem tribus quæstionibus tangitur triplex esse quod habet vniuersale secundum triplicem sui considerationem. Per primam enim tangitur esse eius quoad Metaphisicum, cuius est consideratio de ente. Per secundam, esse eiusdem quoad Mathematicum, cuius est corpus, & quamlibet quantitatem considerare. Per tertiam vero quoad Phisicum, cuius est sensibilia cognoscere. Ideo vero quæstiones hæ, de genere potius ac specie, quam de cæteris vniuersalibus mouentur; quoniam hęc duo principalia sunt, in quibus alia fundantur: vnde per modum vnum substantiæ quem habent, quia quid significant, potius videntur separari posse, & stare per se, quam alia.

De prima quæstione, scilicet an sint à parte rei vniuersalia.

Cap. VIII.

Proponuntur argumenta per vtraque parte.

Quod autem vniuersalia sint, multipliciter probari potest. *Primo* quidem, quoniã aliter nulla esset eorum scientia. Dicit enim Aristoteles in Posterioribus, quod *non entis non est scientia.* Præterea, quoniam ens diuiditur in vniuersale, & singulare; diuisum autem de suis diuidentibus prædicari debet. *Item* Aristoteles in præfato lib. vbi comparat demonstrationem vniuersalẽ particulari, dicit, quod *ens vniuersale verius est quam particulare*: dicit etiam quod *vniuersalia necessaria sunt, & perpetua.* Sunt igitur in rerum natura: quod concedimus.

Sed contra hæc obijcitur, quod idem videtur esse solum in intellectu, & non simpliciter, iuxta supradictam Platonis sententiam: nam dicit ipse Plato, quod genus & species ideæ erant in mente diuina, antequã in corpora prodirent. Dicit quoque Boetius, quod vniuersale est dum intelligitur, particulare dum sentitur.

Item quicquid est, ideo est, quia vnum numero & singulare est: Vniuersalia autem non sic, quia sic essent hoc aliquid. *Præterea* dicit Aristoteles in libro de Anima, quod *vniuersale aut nihil est, aut posterius est.* Sed posterius esse non videtur quoniam ab vniuersali ad particulare consequentia non conuertitur: ergo nihil esse probatur.

Item nec exiuit in esse per creationem; quia tunc esset hoc aliquid, & singulare. Nec per generationem, quia tunc esset corruptibile, tale est enim omne generabile: Nec est per artificium, vel opus nostrum; quia sic esset compositum, & apud diuersos diuersificari posset; vniuersale vero simplex est, & idem apud omnes; Nec à casu; quia sic iam non esset ex necessitate; Est autem necessarium & perpetuum (sicut iam dictum est.)

Item si esset; aut vnum, aut multa esset: Si vnum, cum vnum & multa sint opposita, & oppositum in opposito non sit, vniuersale iam vnum in multis non erit, quod tamen Aristoteles dicit. Si multa, cum iterum singularia multa sint, iam non erit ponere vnitatem in rebus.

Assertio, quod vniuersalia sint in rerum natura.

Caput IX.

Ad primum respondeo, quod vniuersalia nõ solum in intellectu sunt, sed & in re. Nam homines indiuiduam quandam inter se naturam communem participant, quæ est humanitas, per quam vnumquodque dicitur homo, & illa à quolibet eorum participata dicitur vniuersale, & est similitudo specialis ipsorũ. Ab ipso tamen intellectu accipitur pręter indiuidua. Sicut enim linea, quamuis nõ possit esse pręter materiam, non tamen falsus est intellectus, qui capit eam sine materia, quia non intelligit eam separari à materia, sed intelligit eam non habito respectu ad materiam, & bene hoc potest. Sic & vniuersale, licet absque singularibus, vel præter singularia non sit; potest tamen intelligi non habito respectu ad ea.

Vniuersalia sunt fundamentaliter in rebus; quicquid tamen habent præter indiuidua ab intellectu habent.

Plato vero non loquebatur de vniuersali secundum id quod est, sed de similitudine vniuersalis, quæ erat in mente diuina ab æterno; sicut nec pariès est in mente artificis antequam fiat, sed similitudo parietis. Has igitur æternas rerum similitudines appellauit Plato Ideas, siue vniuersalia. Quoniam ad horum similitudinem fiebant indiuidua. In hoc tamen est differentia, quod similitudo in mente artificis humani fit à rebus quę sunt extra, ibi autem econuerso. *Ex verbo* autem Boetij supradicto, non habetur quod vniuersalia sint tantum in intellectu, sed quod natum est ab intellectu apprehendi per se loquendo. Sensus enim apprehendit particularia tantum, intellectus autem vniuersale à particularibus abstractum.

Explicatur doctrina Platonis de vniuersalibus.

Solutio obie.

Ad aliud dicitur, quod ibi est figura dictionis, quia cũ vniuersale dicat quale quid, accipitur pro eo quod est quicquid. Alij vero soluunt dicẽtes, quod vniuersale est vnum numero, non numerositate materiæ sicut singulare, sed numerositate essentiæ: vnã enim numero est essentia communis hominis, quę communiter respectu particularium se extendit.

Ad aliud dicendum, quod quantum ad esse naturę posterius est vniuersale. Natura namque primo & per se operatur in singulari, & ex consequenti in vniuersali, & sic loquitur Aristoteles in lib. de Anima, tanquam philosophus naturalis scilicet. Sed quantum ad esse rationis, prius est vniuersale: quia ratio primo capit vniuersale, & ex consequenti particulare: & hoc modo debetur ei consequentia.

Ad aliud dicendum, quod vniuersale egreditur in esse per generationem, non tamen primo, sed ex consequenti; quia generato Sorte, generatur ex consequenti homo. Et hoc habetur in sex principijs, quod scilicet natura occultè operatur in his.

Ad vltimum dicendum, quod vnum multipliciter dicitur, sicut in primo Phisicorum Aristotelis innuitur Indiuisibilitate vt punctus: Continuitate, vt linea: Genere vel specie, vt vniuersale; & tale continet sub se multa, nec opponitur multitudini quã cõtinet.

Vtrum vniuerſalia corporea ſint, an incorporea.

CAPVT X.

Argumenta pro vtraque parte.

CIRCA ſecundam quæſtionem probatur quod vniuerſalia non ſunt corporea, quoniam omne corporeum eſt compoſitum, & corruptibile, & ſenſibile; vniuerſale vero ſimplex eſt, & incorruptibile, & intelligibile. *Econtra* vero obijcitur. Quia corpus eſt ſpecies quantitatis, & etiã ſubſtantia corporea ſpecies eſt ſubſtantiæ: Species autem vniuerſale eſt; ergo aliquod vniuerſale eſt corporeum. *Item* incorporeum de corporeo prædicati non poteſt; quare nec Homo de Socrate, niſi ſit aliquid corporeum.

Vniuerſalia ſecundum ſe ſunt incorporea, ſed fiunt corporea per indiuidua corporea.

Solutio obiectionum.

A B Ad hoc eſt dicendum, quod vniuerſalia ſecundum ſe ſunt incorporea, per ſua tamen incorporantur indiuidua. *Vnde* corpus quidem, prout eſt ſpecies quantitatis, non eſt corporeum, ſed incorporeum, quoniam eſt vniuerſale. Iſta ergo propoſitio; quodlibet corpus eſt corporeum, vera eſt de corpore prout eſt ſubſtantia corporea ſingularis, & nõ prout eſt quantitas vniuerſalis. Per idem reſponderi poteſt de ſubſtantia corporea, prout eſt ſpecies ſubſtantiæ; quia ſcilicet non eſt corpus ſenſibile, niſi ſecundum ſua indiuidua. Vnde vult Ariſtoteles in Topicis, quod ponentes ſenſibile corpus eſſe genus animalis, peccant, quia prout corpus eſt genus, natura eſt vniuerſalis, & non ſenſibilis. Ad aliud dicũt quidam, quod incorporeum nullo modo corporeum eſt, nec de corporeo prædicari poteſt; vniuerſale vero corporeum eſt, non primò, ſed ex conſequenti; quia ſcilicet in indiuiduis incorporatur. Alij vero dicunt, quod in argumento illo fallacia eſt accidentis: quamuis enim hoc attributum *prædicari de Sorte, vel de corporeo*, remoueatur ab hoc accidente *incorporeum*, non propter hoc oportet quod remoueatur ab hoc ſubiecto *homo*.

Vtrum vniuerſalia ſeparata ſint à ſingularibus an non.

CAPVT. XI.

Argumenta pro vtraque parte.

DE tertia quæſtione diſſentio erat (vt ſupra dictũ eſt) inter Ariſtotelem & Platonem: nam Ariſtoteles dicebat vniuerſalia eſſe in ſingularibus: Plato vero hæc eſſe à ſingularibus ſeparata ſcilicet in mente diuina. Quod autem ita ſint ſeparata, videtur etiã per Ariſtotelem in Elenchis, vbi dicitur, quod *vniuerſale eſt vnum ex omnibus. Præterea*, nec ſunt vera materia ſingularium, nec vera forma, alioquin non prædicarẽtur de illis, quia neutrum iſtorum poteſt de compoſito prædicari; ergo nec ſunt in eis. *Econtra* vero legitur in libro poſteriorum, quod *vniuerſale non eſt vnum præter multa, ſed vnum in multis*. In prædicamentis quoque ſcriptum eſt, quod *deſtructis primis ſubſtantijs, impoſsibile eſt aliquod aliorum remanere*; id eſt vniuerſalium, quod eſſe poſſet, niſi illa in primis eſſent.

Vniuerſalia ſunt in ſingularibus ſecundum ſuum eſſe, ſeparata vero ſecundũ ſimilitudinẽ quam habebãt ab æterno in mente diuina

Solutio obie.

Cauſa materialis vniuerſalis ſunt ſingularia, efficiens vero eſt intellectus abſtrahens.

C D E Solutio; de prædicta Philoſophorum diſſentione poteſt dici, quod Plato conſiderabat ſimilitudinem vniuerſalis, vt ſuperius dictum eſt: Ariſtoteles cõſiderabat eſſe eius, vnde ſecundum eius intentionem dicẽdum eſt, vniuerſalia eſſe in ſingularibus. *Ad id* quod contra obiectum eſt de Elenchis, dicendum eſt, quod duplex eſt cauſa per quam vniuerſale contrahit ſuum eſſe; habet enim cauſam materialem ipſa ſingularia: vnde dicitur in ſex principijs; quod *omnis communitas à ſingularitate procedit*. Quantum ad iſtam cauſam, non eſt vniuerſale vnum præter multa, ſed vnum in multis, ſicut in Poſterioribus dicitur. Habet etiam cauſam efficientem, ſcilicet intellectum, abſtrahentem commune à particularibus. Vnde dicit Boetius, quod *vnumquodque vniuerſalium ſubſtantiam ſuam ſumit, non ex his ex quibus eſt*, id eſt ex ſingularibus, *ſed ex his à quibus efficitur* id eſt ab intellectibus.

A Quantum igitur ad iſtam cauſam, eſt vnum extra omnia, ſicut dicitur in Elenchis, & hoc eſt eius eſſe quod dici ſolet habituale.

Vniuerſale eſt forma quadam totalis ſingularium.

Ad aliud dicendum, quod vniuerſale eſt vera forma ſingularium. Sed duplex eſt forma. Quędam enim eſt altera pars compoſiti; & hæc non poteſt de compoſito prædicari: Altera vero eſt quæ compoſitum ipſum conſequitur, & hæc bene eſt de compoſito prædicabilis: eadem eſt enim cum ipſo. Talis autem eſt forma vniuerſalis reſpectu ſingularium, vt humanitas reſpectu cuiuſlibet hominis.

Vniuerſale eſt in quolibet ſingulari ſecundum quælibet ſui parte diffinitiuam, ſednõ ſecundum omnem partem ſubiectiuam.

Si vero quæritur vtrum hoc vniuerſale *homo*, ſit in quolibet homine ſecundum ſe totum, an ſecundum partem. Dicendum eſt, quod ſecundum ſe totum, id eſt ſecundum quamlibet ſui partem diffinitiuã (quia ſimplex eſt nec à loco capitur, niſi per accidens, ideſt in ſuo ſingulari) non autem ſecundum quamlibet ſui partem ſubiectiuam eſt in quolibet homine.

Vtrum vniuerſalia ſint res, an nomina; & quare tot, & non plura.

CAPVT XII.

Argumẽta.

PRAETEREA quæri ſolet, *vtrum vniuerſalia ſint nomina vel res*. Quod autem ſint res iam dictum eſt ſuperius; & probari poteſt per hoc quod dicit Porphirius: *Iſtarum* inquit, *rerum ſpeculatione. Item* vniuerſale idem eſt apud omnes, nomen autem non ſic; ergo vniuerſale non eſt nomen, ſed res. *Econtra* vero ſic obijcitur: Vniuerſale dicibile eſt, & prædicabile; res autẽ non prædicatur, aut ſubijcitur; ſed potius nomen rei, ſiue vox ſignificatiua.

Vniuerſalia ſunt res, eſto ad vſum logici accipi debeant vt vocibus ſignificantur.

Ad hoc dicendum, quod vniuerſalia res ſunt, & apud Metaphiſicum ſunt altera differẽtia entis: prout vero conſideratur vniuerſale à logico, conditio eſt vocis ſignificatiuæ rei ordinabilis in genere: quia logicus non accipit rem, niſi prout ſignificatiua. Dicendũ ergo quod oportet ipſa vniuerſalia, prout veniunt ad vſum logici, eſſe per nomina præſentata, cum ſit ſermocinalis artifex. Et ſic cum quæritur, an ſint res, an nomina. Dicendum, quod res per nomina deſignatæ, res ſunt rationis: & talis res ſignificata per nomen ſubijcitur vel prædicatur: & illa notitia, ſcilicet quantum ad hoc quod cadunt ſub regulis artis, eadem ſunt apud omnes.

Numerus Vniuerſaliũ tribus modis colligitur.

D Vltimo quæritur *an ſint tantũ quinque vniuerſalia*. Ad quod dicendum, quod numerus vniuerſalium multis modis poteſt ſumi. *Vno modo* ſic, iuxta modos prædicandi; quia vniuerſale, aut prædicatur in quid, aut in quale. Si in quid, & de differentibus numero ſic eſt ſpecies. Si in quid, & de differentibus ſpecie, ſic eſt genus. Si in quale; aut igitur ſubſtantiale, & ſic eſt differentia; aut accidentale, & tunc aut conuertibile, & ſic eſt proprium; aut non conuertibile, & ſic eſt accidens.

Aliter vero ſic. In naturali compoſito exigitur materia, & forma, & vnio iſtorum duorum, & proprietates habentes ortum ex principijs proprijs vel communibus ipſius compoſiti. Ad modum itaque compoſiti accipitur ſpecies, ad modum materiæ in compoſito accipitur genus, ad modum formæ differentia, ad modum proprietatis orientis ex proprijs principijs compoſiti, ſumitur proprium, ad modum orientis proprietatis ex communibus principijs compoſiti, accipitur accidens commune.

Aliter quoque ſic. Vniuerſale eſt conditio rei ordinabilis in genere. In genere autem prædicabili eſt ordo rerum illius generis inter ſe. Et eſt ordo rerum vnius generis ad res alterius. Ad ordinandum vero res eiuſdem generis tria concurrunt, genus in ſpecies, & ſpecies in differentias, & differentia à latere. Res autem generum diuerſorum ordinantur inuicem; ſicut accidens ad ſubiectum; & tunc aut ſicut accidens commune, & ſic eſt accidens; aut ſicut per ſe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

accidens ad proprium ſubiectum, & ſic eſt proprium.

De Genere, & Specie.

CAPVT XIII.

Genus triplex.

Species duplex.

Quid ſpecies prædicabilis.

Ens non eſt genus quia non dicitur vniuocè.

Indiuidua ſunt infinita & ideo de illis non eſt ſcientia.

Quid indiuiduum.

Differentia triplex.

POrphirius eorum ergo quæ prædicantur; Alia de vno ſolo dicuntur, vt *indiuiduum*; alia de pluribus, vt *genera ſpecies, differentiæ, & propria, & accidentia communiter.* Genus tripliciter dicitur, ſcilicet *aliquorum ad vnũ aliquod ſe habentium, & ad ſeminicem collectio*, vt Romanorum genus, à Romulo dicitur. *Item vniuſcuiuſque generationis principium genus dicitur, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus eſt*, vt Horeſtes à Tantalo dicitur habere genus, & Plato ab Athenis. *Item* apud Philoſophos genus dicitur, *quod de pluribus ſpecie differentibus, in eo quod quid eſt prædicatur. De pluribus* inquam, ad differentiam indiuidui. *Differentibus ſpecie*, ad differentiam ſpeciei, & proprij. *In eo quod quid eſt* ad differentiam differentiarum, & communiter accidentium.

Species autem dupliciter dicitur. *Primo modo vniuſcuiuſque forma*, vt Priami ſpecies digna eſt imperio. *Alio modo ea quæ ſub genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur. Item ſpecies eſt quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid eſt prædicatur*, ſed hęc eſt diffinitio ſpeciei ſpecialiſſimæ. Nam in vnoquoque prædicamento eſt aliquod generaliſſimum, quod ſcilicet *cum ſit genus, non eſt ſpecies*. Et quædam ſpecialiſſima, *quæ cum ſint ſpecies, non ſunt genera*. Quædam vero ſubalterna, *quæ ſcilicet & ſpecies ſunt, & genera*. Extrema autem vnam habent habitudinem, generaliſſima, ſcilicet ad ea quæ poſteriora ſunt, ſpecialiſſima vero ad ſuperiora. Media vero duas, quoniam ad ſuperiora ſpecies, & ad inferiora ſunt genera.

Non eſt autem ens commune omnium genus, neque enim omnia vniuocè dicuntur entia. Sed decem ſunt poſita prima genera, quaſi decem prima principia, quorum ad ens communio, ſecundum nomen eſt ſolum, non ſecundum diffinitionis rationem. Decem vero ſunt generaliſſima. Specialiſſima vero in numero quodam ſunt, non tamen diffinito, ſupple quo ad nos. Indiuidua autem infinita ſunt. Qua propter à generaliſſimis ad ſpecialiſſima deſcendentem iubet Plato quieſcere. Infinita vero inquit relinquenda ſunt. Neque enim horum poſſe fieri diſciplinam. Deſcendentibus igitur ad ſpecialiſſima, neceſſe eſt diuidentem per multitudinem ire, aſcendentibus autem ad generaliſſima, multitudinem colligere. Collectiuũ enim multorum in vnam naturam ſpecies eſt, magis autem id quod eſt genus. Particularia vero & ſingularia econuerſo, in multitudinem diuidunt id quod vnum eſt. Participatione namque ſpeciei ſunt plures homines vnus homo, particularibus autẽ vnus & cõmunis plures. Diuiſiuũ enim ſemper eſt, quod ſingulare eſt. Collectiuum autem, & aduniatiuum eſt, quod commune eſt.

Indiuiduum autem dicitur, quod de vno ſolo prædicatur, vt *Socrates*, & *hoc album:* quoniam horum vnumquodque ex proprietatibus conſiſtit, quarum collectio nunquam in alio eadem erit; vt ſunt ſcilicet patria, parentela, forma, figura, locus, tempus propria nominatio.

De Differentia, Proprio, & Accidente.

CAPVT XIV.

DIFFERENTIA tripliciter ſumitur. *Cõmuniter* enim aliquid differre dicitur, quando alteritate quadã quocumque differt modo, vel à ſe, vel ab alio; vt *Socrates à Platone alteritate quadam, vel ipſe à ſe, vel puero, vel iam viro; & aliquid faciente, vel quieſcente. Propriè* vero inſeparabili accidente; vt *oculorum cæcitate, vel naſ-*

curitate. Magis autem propriè, ſpecifica differentia, vt *Homo ab Equo, rationali qualitate.* Duæ primæ ſpecies alteratum tantum faciunt, iſta vero tertia facit aliud.

Differentia alia ſeparabilis alia inſeparabilis.

Vt igitur à ſuperioribus incipiam. Differentiarum aliæ ſunt ſeparabiles, vt *ſanum & ægrum*: aliæ inſeparabiles: & harum aliæ ſunt per ſe, vt *rationale hominis*: aliæ per accidens, vt *aquilum eſſe*, vel ſimum. *Illæ* quidem quæ per ſe ſunt, in ſubſtantię rationem, id eſt diffinitionem accipiuntur, & faciunt aliud, Eædem nec magis nec minus recipiunt, quia vniuſcuiuſque diffinitionem complent. Eſſe autem vnicuique vnum & idẽ eſt: neque intẽſionem, neque remiſſionem ſuſcipiens. *Illæ vero* quę ſecundum accidens ſunt, nec in ſubſtantiæ rationem cadunt, nec aliud faciunt, ſed ſecundum has alteratio ſola conſiſtit, & aliquo modo ſe habendi permutationes, intentionemque ſuſcipiunt & remiſſionem.

Differentiarum per ſe, alia diuiſiua alia conſtitutiua.

Item inſeparabilium differentiarũ quę per ſe ſunt, aliæ quidem ſunt ſecundum quas genera in ſpecies diuiduntur, aliæ ſecundum quas ea quæ diuiſa ſunt ſpecificantur. Verumtamen etiam illæ quæ diuiſiuæ ſunt generum, conſtitutiuæ ſunt & completiuæ ſpecierum. Diuiditur enim animal, rationali & irrationali differentia, & rurſum mortali, & immortali: Sed rationalis & mortalis, conſtitutiuæ ſunt hominis, rationalis autem & immortalis, Dei.

Nota hic errorem Porphirij.

Denique quidam differentiam ſic diffiniunt. *Differentia eſt, qua abundat ſpecies à genere. Item differentia, eſt quæ de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quale eſt prædicatur. Item differentia eſt, quod aptum natum eſt diuidere quæ ſunt ſub eadem genere. Item differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula.* Interius autem perſcrutantes, & ſpeculãtes. *Differentiam eſſe dicunt, id quod ad eſſe conducit* id eſt cum alio ducit, ſcilicet cũ ſuo genere, *& quod eſſe rei pars eſt*, id eſt diffinitionis, quæ notificat eſſe rei.

Quid differentia maxime propria.

Proprium quadruplex.

Proprium vero quadrifariam dicitur, ſcilicet & id, *quod ſoli alicui ſpeciei accidit, etſi non omni*, vt homini Medicum eſſe, vel Geometram, & *quod omni etſi non ſoli*, vt eſſe bipedem, *quod omni, & ſoli, ſed aliquando non ſemper*, vt in ſenectute caneſcere. Et *quod omni, ſoli, & ſemper*, vt eſſe riſibile. Nam etſi non ſemper rideat, riſibile tamen dicitur, propter aptitudinem ridendi naturalem. Et hoc eſt proprie proprium, quia eſt conuertibile cum eo cuius eſt.

Quid accidens & quotuplex.

Accidens eſt, quod adeſt vel abeſt, præter ſubiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo. Aliud enim eſt ſeparabile, vt *homini dormire*. Aliud inſeparabile, *vt nigrũ in Corvo, & Æthiope*. Poteſt autem vterque albus intelligi, præter ſubiecti corruptionem. Sic quoque diffinitur accidens. *Accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe*, vel *quod nec eſt genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium, ſemper autem in ſubiecto ſubſiſtens.*

Nota quod rationale nõ recte dicitur de Deo dici, cum ſic non eſſet differentia conſtitutiua hominis adæquata.

Differt autem proprium à differentia, quia hoc quidem de pluribus ſpeciebus ſæpè dicitur, vt *rationale de homine, & de Deo:* proprium autem de vna ſola. In hoc etiam ipſo differt ab inſeparabili accidente. Et in hoc quoque, quod proprium æqualiter participatur: accidens autem ſecundum magis, & minus.

De Decem prædicamentis.

CAPVT XV.

Inſtrumenta categoriarum ſeu ante prædicamenta ſunt tria.

ISidorus *vbi ſupra*. Sequuntur Ariſtotelis Categorię quæ Latinè prædicamenta dicuntur, quibus per varias ſignificationes omnis ſermo concluſus eſt. Inſtrumenta Categoriarum ſunt tria: ideſt prima æquiuoca, ſecunda vniuoca, tertia denominatiua. *Æquiuoca ſunt, quando multarum rerum nomen vnum eſt, ſed non eadem diffinitio.* vt Leo. Nam quantum ad nomen pertinet, & verus, & pictus, & cœleſtis, Leo dicitur: quantum ad diffinitionem pertinet, aliter verus diffinitur, aliter pictus, aliter cœleſtis. Vniuoca ſunt, quando duarum aut plurium rerum no-

men eſt & definitio: vt Veſtis. Nam & *Byrrus* & *Tunica* nomen veſtis poſſunt accipere, & eius diffinitionem ergo hoc vniuocum in generibus eſſe intelligitur, quia & nomen, & diffinitionem dant formis ſuis. *Denominatiua* id eſt deriuatiua *dicuntur, quæcumque ab aliquo ſolo differentia caſu, ſecundum nomen habent appellationem* vt à bonitate bonus; à malitia malus.

Prædicamẽta ſunt decẽ.

Categoriarum ſpecies decem ſunt, id eſt Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Situs, Locus, Tempus, Habitus, Agere, & Pati. Plena vero ſententia de his ita eſt. *Auguſtinus magnus orator, filius illius, ſtans in templo hodie infulatus, diſputando fatigatur.* Vſia autem ſubſtantia eſt, quæ cæteris ſubiacet: Reliqua nouem accidentia.

Ariſtoteles in libro Categoriarum. Horum itaque complexione adinuicem fit affirmatio, vera vel falſa ſunt.

Secunda diuiſio ante prædicamẽtalis.

Horum autem quædam de ſubiecto dicũtur, & in ſubiecto nullo ſunt, vt *Homo*. Quædam autem in ſubiecto quodam ſunt, & de ſubiecto nullo dicuntur: vt *quædam Grammatica*, & *quoddam album*. Alia vero & de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt, vt ſcientia, quæ cum ſit in anima, de ſubiecto dicitur, vt *de Grammatica*. Alia quoque nec de ſubiecto dicuntur, nec in ſubiecto ſunt, vt *aliquis homo*, vel *aliquis equus*. Simpliciter autem indiuidua, & ſingularia, de ſubiecto nullo dicuntur, in ſubiecto vero nihil ea prohibet eſſe, puta ſunt accidentia, vt *quædam Grammatica*.

Prima regula ante prædicamẽtalis.

Quando autem alterum de altero prędicatur vt de ſubiecto, quæcumque de eo quod prædicatur dicuntur; & de ſubiecto dicuntur. Et eorum quidem quæ de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt, & nomen, & rationẽ de ſubiecto prædicari, vt *homo de quodam homine prædicatur, animal vero de homine, ergo de quodam homine prædicatur animal*. Et quæcumque prædicati differentiæ fuerint, eædem erunt & ſubiecti. Eorum vero quę in ſubiecto ſunt, ſcilicet accidentium; in pluribus quidem nec nomen, nec ratio de ſubiecto prædicatur, ſcilicet in nominibus abſtractis, vt eſt *albedo*. In aliquibus vero nomen prædicari poteſt, rationem vero impoſſibile eſt: ſcilicet; in concretis, vt eſt *album*.

Secunda regula. Diuiſio entis incomplexi vel vocis, in decẽ genera.

Porro diuerſorum generum, & nõn ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ. *Eorum* igitur quæ ſine complexione dicuntur, ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat, vt *homo*: aut quantitatem, vt *bicubitum*, aut qualitatem, vt *album*: aut ad aliquid, vt *duplum*: aut vbi, vt *in loco*: aut quando vt *heri*: aut ſitum, vt *ſedere*; aut habitum, vt *armatum eſſe*; aut facere, vt *ſecare*: aut pati, vt *ſecari*.

De Prædicamento Subſtantiæ.

CAP. XVI.

Quid prima ſubſtantia. Quid ſecũda ſubſtantia.

SVBSTANTIA prima eſt, quæ proprie, & principaliter, & maxime ſubſtare dicitur, quæ neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt. *Secundæ* autem ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, & earum genera, in quibus ſcilicet ſpeciebus ſunt primæ ſubſtantiæ, quæ ideo maximè dicuntur ſubſtantiæ, quia omnibus alijs ſcilicet ſubſtantijs & accidentibus ſubiacent, vel ſubiectæ ſunt, & alia omnia de ipſis prædicantur, aut in eis ſunt, quapropter illis non exiſtentibus, impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere: eo quod omnia, aut de ſubiectis eis dicuntur, aut in ſubiectis eis ſunt. Ideoque etiam ſecundarum ſubſtantiarum magis eſt ſubſtantia ſpecies, quam genus, quia propinquior eſt primæ ſubſtantiæ, & euidentius aſſignatur prima ſubſtantia per ſpeciem, quam per genus.

Species eſt magis ſubſtantia quã genus.

Prima ſubſtantiæ proprietas.

Commune autem eſt omni ſubſtantię in ſubiecto non eſſe. Sed non eſt hoc ſubſtantiæ proprium, quia conuenit & differentiæ, non enim eſt in homine vt in ſubiecto bipes, greſſibile. Ineſt autem ſubſtantijs & differentijs, & his omnibus de quibus prædicantur, vniuocè prædicari: nam ſi greſſibile de homine dicitur, & ratio greſſibilis de eodem prædicatur. *Videtur* autem omnis ſubſtantia hoc aliquid ſignificare: & in primis quidem ſubſtantijs manifeſte verum eſt hoc, ſed non ſic in ſecundis; ſed magis quale aliquid ſignificant, id eſt qualem quandam ſubſtantiam, ſcilicet inferioribus communem. 2. 3.

Ineſt autem ſubſtantijs, nihil eis eſſe contrarium. Sed hoc conuenit etiam alijs, vt quantitati. *Prætereà* licet ſubſtantia ſit à ſubſtantia magis & minus, quia ſcilicet quædam pluribus ſubſtat, quædam paucioribus; vnaquæque tamen ſubſtantia, ſecundum hoc ipſum quod eſt, ſcilicet in eſſentia, non ſuſcipit magis & minus: non enim homo, vel à ſeipſo, vel alter ab altero, dicitur magis vel minus homo. Maximè vero ſubſtantiæ proprium eſſe videtur, quod cum ſit vnum & idem numero, contrariorum ſuſceptiuum eſt. Neque enim color idem numero erit albus & niger, neque eadem actio praua & ſtudioſa; ſed idem homo numero aliquando quidem albus, aliquando niger, ſimiliter prauus, & ſtudioſus. 4. 5. 6.

Solutio obie.

In alijs autem nullis ſic inuenitur, niſi forte quis inſtet dicens, huiuſmodi eſſe orationem, & viſum, id eſt opinionem, quia ſi vera ſit oratio, ſedere quendam, eo ſurgente erit falſa. Et ſi quis vere putet, ſedere aliquem, eo ſurgente falſum videtur illi, eidem (dico) viſum habenti. Sed ſi quis hanc recipiat inſtantiam, attendat diſtantiam. Oratio namque & opinio non in eo quod ipſa recipiant aliquid, id eſt, quod in eis aliqua paſſio, vel mutatio fiat, contrariorum ſuſceptibilia dicuntur; ſed in eo quod circa alterum alteratio facta ſit paſſio, ideſt circa rem: nam in eo quod res eſt, vel non eſt, in eo etiam dicitur oratio vera vel falſa, non in eo quod captabilis, vel ſuſceptibilis ſit contrariorum. Subſtantia vero ipſa in ſe ſuſcipit contraria. quare proprium erit ſubſtantiæ, cum vnum & idem in numero ſit, ſecundum ſui mutationem contrariorum eſſe ſuſceptibile.

De Prædicamento Quantitatis.

CAPVT XVII.

Quid quantitas continua.

QVANTITAS diuiditur in continuam, & diſcreteam: *Continuum quidem eſt, cuius particulæ, ad communem terminum copulantur: vt linea, ſuperficies, corpus,* ſcilicet quæ menſurant interius. Potes enim lineæ ſumere communem terminum, ad quem eius particulæ copulentur, id eſt punctum, & ſuperficiei lineam & corporis ſuperficiem. Præter hæc autem continua ſunt *locus*, & *tempus* quæ ſcilicet menſurant exterius. Nam locus continuorum eſt · locum enim quendam corporis particulæ obtinent, & ad quendam terminum copulantur; ergo & loci particulæ, quę ſingulas corporis particulas obtinent, ad eundem terminum copulantur ad quem & corporis particulæ ſic & ad præſens tempus, præteritum & futurum copulantur. *Diſcretum vero eſt, cuius non eſt terminus communis ad quem copuletur*, vt *numerus*, & *oratio*: horum enim partes ſemper diſcretæ ſunt, & ſeparatę.

Quid quãtitas diſcreta.

Quantitas diuiditur in habentem poſitionem, & non habentem.

Item quantitas, *alia* conſtat ex particulis habentibus poſitionem ad ſe inuicem, vt *linea*: Vnaquæque enim eius particula ſita eſt alicubi, & aſſignari poteſt vbi ſita ſit in plano, id eſt in ſuperficie, & ad quã particulam cæterę copulentur. Sic eſt etiam de plano, & de ſolido, ideſt corpore, ſimiliter & de loco. *Alia vero* ex non habentibus poſitionem, vt *numerus*, & *tempus*: non enim permanent tẽporis particulæ? quod autem non permanet, poſitionem non habet, ſed magis ordinem quendam, ſcilicet vt aliud ſit prius, aliud poſterius. Talis eſt & numerus, quia prius numeratur

vnus,

vnus,quam duo;& duo, quam tres. Similiter & oratio;non enim eius particulæ permanent; ſed dictum eſt,& non poteſt amplius ſumi, ideoque poſitionem non habent.

Colliguntur ſeptem ſpecies quantitatis.

Auctor. Ecce ſeptem quantitatis ſpecies exprimit Ariſtoteles,quarum ratio numeri ſic poteſt aſſignari. Omnis quantitas ex partibus conſtat; aut igitur ex partibus coniunctis, aut inconiunctis. Si ex coniunctis,aut ergo menſurantibus intra, aut extra. Si intra hoc poteſt eſſe aut vna dimenſione,& ſic eſt *linea*;aut duabus, & ſic eſt *ſuperficies*: aut tribus, & ſic eſt *corpus*. Lineæ namque conuenit tantum longitudo: ſuperficiei longitudo, & latitudo : corpori vero longitudo, latitudo, & profunditas. Et in hoc trinario perfectiſſima conſiſtit dimenſio, vt dicit Ariſtoteles in libro de cœlo & mundo. Si ex partibus menſurantibus extra ; aut ergo permanentibus, & ſic eſt locus: aut non permanentibus, & ſic eſt tempus. Si ex partibus inconiunctis, vel permanere poſſunt, & ſic eſt numerus;vel non poſſunt,& ſic eſt oratio.

Ariſtoteles vbi ſupra. Propriè igitur quantitates hæ ſunt ſolæ quas diximus;aliæ vero ſecundum accidens vt album dicitur multum, quia multa eſt ſuperficies. Et actio longa,quia tempus longum;multa vero, eo quod motus multus. Quantitati quidem nihil eſt contrarium, niſi multa dicat paucis aliquis eſſe contraria, vel magnum paruo,ſed horum nihil eſt quantitas;nihil enim per ſe magnum vel paruum dicitur, ſed ad aliud comparatum ; hæc ergo ad aliquid ſunt. Præterea non ſunt hæc ſibi contraria;quod enim non eſt ſumi per ſeipſum, ſed tantum ad aliud relatum, quomodò huic aliquid erit contrarium?alioquin contingeret idem ipſum ſimul contraria recipere. Idem enim aliquod eſt,ad hoc quidem magnum , ad aliud vero paruum. Non etiam videtur quantitas ſuſcipere magis& minus neque.n.eſt aliud alio magis bicubitũ, nec quinque magis dicũtur numerus,quã tria. *Propriũ* autẽ maxime quantitatis eſt æquale & inæquale dici.

Prima quãtitatis proprietas.

2.

3.

De Prædicamento Ad aliquid.

CAPVT XVIII.

Quid relatiua.

Prima proprietas, Relatiua vt reciprocẽtur debẽt conuenienter aſſignari.

Ad aliquid ſunt quæcunque hoc ipſum quod ſunt aliorum dicuntur. ſcilicet genitiuè , *vel quomodolibet aliter ad aliud* ſcilicet datiuè, accuſatiuè, vel ablatiuè. *Omnia* autem relatiua ad conuertentiam dicuntur, vt *ſeruus Domini,& dominus ſerui.* Hoc dico ſi conuenienter aſſignentur;ſi enim ala aſſignetur aui,non conuertitur, vt ſit auis alæ, neque enim prius conuenienter aſſignatum eſt ala auis;non enim dicitur ala auis, in eo quod auis eſt, ſed in eo quod alata. Multorum enim aliorum alæ ſunt,quæ aues non ſunt,vt Apum. Dicatur ergo alati ala , & ala alatum ; ſic enim conuertitur , quia conuenienter aſſignatur. Aliquotiens autem & nomina fingere oportet, ſi poſita non ſunt: nam ſi remus nauis aſſignetur,non conuertitur vt dicatur nauis remi. Sunt enim naues quarum remi non ſunt. Dicatur ergo remus remitæ rei remus, aut quomodolibet aliter dictum ſit: nomen enim non eſt poſitum. Conuertitur autem ſi conuenienter aſſignetur; remirum enim remo remitum eſt;ſimiliter caput capitati,& capite capitatum. Denique omne quod ad quid dicitur, ſi conuenienter aſſignetur ad id ad quod dicitur,omnibus alijs circumſcriptis quæcunque accidentia ſunt, & illo ſolo relicto ad quod aſſignatum eſt,ſemper ad ipſam dicetur;vt circumſcripto bipede, vel homine,& omnibus quæ ſunt accidentia domino, ideſt extranea, relicto vero hoc ſolo quod dominus eſt,ſemper ſeruus ad eum diceretur. Seruus enim ſemper domini ſeruus eſt; & econtrario quoque, ſi non eſt dominus, neque ſeruus. Omnia itaque relatiua dicuntur conuerſim.

2.

Videntur autem ad aliquid ſimul eſſe natura; vt *duplum,& dimidium, dominus , & ſeruus:* hæc enim inuicem ſe ponunt,& auferunt,ſed non in omnibus hoc verum videtur , nam ſcibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam, non autem econuerſo : nam ſublato animali non eſt ſcientia,ſcibilia tamen ſunt plurima. Similiter autem his ſe habent & ea, quæ in ſenſu ſunt: ſenſibile enim prius eſt quam ſenſatum. Ignis enim & aqua, & cætera ex quibus animal conſtat,prius ſunt quam animal, vel ſenſus . Videntur autem relatiua, magis & minus ſuſcipere,vt *æquale,& ſimile.* Quædam tamen nequaquam,vt duplex. Ineſt autem contrarietas in relatione, vt cum virtus vitio contrarium ſit, vtrumque eorum ad aliquid eſt : Similiter diſciplina & ignorantia,non autem ita eſt in omnibus;nam duplici nihil eſt contrarium, nec triplici, neque alicui talium.

Relatiua tranſcendentalia non ſunt ſimul natura.

3.

4.

Auctor. Hęc enim ſunt, ſcilicet verè relatiua : nam ſicut veræ ſubſtantiæ,vel veræ quantitati non eſt aliquid contrarium;ita nec veræ relationi, niſi ſit qualitas;vel habens naturam qualitatis. *Et nota* quod habitudo inter correlatiua, quædam eſt genitiua, vt *inter duplum & dimidium;* dicitur enim dimidij duplum , & econuerſo. Quædam datiua,vt cum dicitur,*alicui ſimile.* Quædam ablatiua,vt minore maius. Et huiuſmodi habitudines ſecundum quoſdam ſunt ſpecies in hoc prædicamento. Indiuidua vero ſunt ipſa correlatiua,ſcilicet *duplum,& dimidium:dominus,ſeruus,*& huiuſmodi.

Tertia & quarta prõprietas conuenit ſolum tranſcendẽtalibus in quantitate fundatis.

Sciendum eſt quod quædam ſunt relatiua non vera,ſed ſecundum dictionem tãtum; vt *habitus, affectus, diſciplina,poſitio:* quia ſcilicet aliorum eſſe dicuntur,habitus enim habitus alicuius eſt, & ſimiliter cætera. Sed hoc ſecundum prędictam relatiuorum diffinitionem,quæ non rectè aſſignata eſt, vt patet ex ſequentibus. Ariſtoteles,vbi ſupra. Habet autem quæſtionẽ, vtrum aliqua ſubſtantia dicatur ad aliquid. De primis quidem ſubſtantijs verum eſt quod nulla: ſimiliter & de quibuſdam ſecundis. Non enim dicitur *homo alicuius homo, nec bos alicuius bos :* ſupple niſi poſſeſſiuè. In aliquibus autem dubitari poteſt; nam manus dicitur alicuius manus,& caput ſimiliter . Quare prædicta diffinitio eorum quæ ad aliquid ſunt,non eſt ſufficienter aſſignata : alioquin vel nimis difficile, vel impoſſibile eſt ſoluere, quin aliqua ſubſtantia ad aliquid eſſet.

Relatiua ſecũdum dici.

Sed proprie ad aliquid ſunt, quibus hocipſum eſſe , eſt ad aliquid ſe habere. Itaque neutrum relatiuorum ſine reliquo,ſciri vel diffiniri poteſt. Et qui nouit vnum,ſcit & reliquum: quia relatiuorum eſſe, eſt ad aliquid quodammodo ſe habere;quare nulla ſubſtantia relatiuorum eſt. Fortaſſis autem erit difficile de huiuſmodi rebus confidenter declarare. Dubitare vero de ſingulis non erit inutile. *Auctor.* ſupple. Vbi ſunt probabiles rationes ad vtramque partem contradictionis: Aliter enim ſumitur dubitatio , ſecundum quod eſt priuatio ſcientiæ,& ſic eſt inutile.

Propria relatiuorum definitio.

Nota.

De Prædicamento Qualitatis.

CAPVT XIX.

Ariſtoteles. Qualitas,ſecundum quam quales eſſe dicimur, Huius ſpecies ſunt quatuor. *vna ſcilicet habitus,& diſpoſitio.* Differunt autem hæc duo, quia diuturniores & permanentiores ſunt habitus,vt *virtus & ſcientia.* Hæc enim difficile mouentur,niſi forte grandis mutatio facta ſit ab ægritudine,vel alio huiuſmodi. (Sic enim narrat Boetius in commento ſuo, de quodam,qui propter febres, totam notitiam literarum amiſit.) Affectiones autem, ideſt diſpoſitiones ſunt faciles,& cito permutabiles ; vt *calor, frigiditas, ægritudo,ſanitas,* ſunt tamen habitus diſpoſitiones, diſpoſitiones autem non neceſſario ſunt habitus. Qui enim habitum retinent, quodammodo diſpoſiti ſunt ad ea quæ habent:qui non diſpoſiti ſunt,non neceſſario habitum retinent.

Quid qualitas & quotuplex.

Prima ſpecies.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Secunda ſpecies eſt *naturalis potentia, vel impotentia:* ſecundum quam curſores, vel pugillatores dicuntur, eo quod naturalem habent potentiam facile currendi vel pugnandi. Similiter ſanatiui propter naturalem potentiam, nihil à quibuſlibet accidentibus patiendi; ęgrotatiui, propter impotentiam. Similiter & durum dicitur, quod habet potẽtiam non citius ſecari. Molle vero quod impotentiam habet eiuſdem rei. Tertia ſpecies eſt *paſsibilis qualitas, & paſsio*; vt *dulcedo, & amaritudo; calor, & frigus.* Quæ quidem, non quod illa quæ iſta ſuſcipiunt aliquid patiãtur; neque enim mel, quoniã aliquid paſſum ſit idcirco dulce dicitur; ſed quod horum ſingula ſecundum qualitatem ſenſuum paſſionis perfectiua ſunt, paſſibiles qualitates dicuntur. Dulcedo enim paſſionem quandam ſecundum guſtum efficit, & calor ſecundum tactum, ſimiliter & aliæ. Albedo autem & nigredo, & alij colores, alia de cauſa; quia ſcilicet ab aliquibus paſſionibus innaſcuntur: vt *erubeſcens aliquis ſit rubeus*, & *timens pallidus:* Si autem ſecundum naturalem ſubſtantiam, ideſt cõplexionem, talia in alio fiant, ſiue per ęgritudinẽ longã vel propter æſtum vel aliquid tale contingant: nec facile prætereant, ſed diu permaneant; paſſibiles qualitates dicuntur. Quæ vero ex his facile ſoluuntur, & cito tranſeunt paſſiones dicuntur, non autem qualitates, quia non ſecũdum eas quales eſſe dicuntur, non enim qui propter verecundiam rubet, dicitur rubeus; nec cui pallor propter timorem venit, pallidus: ſed magis aliquid paſſus. Et hoc quidem ex parte corporis. Similiter autem & ſecundum animam, paſſibiles qualitates & paſſiones dicuntur, vt *dementia & ira*. Nec qui contriſtatus iraſcitur, dicitur iracundus, ſed magis aliquid paſſus.

3. *Patibiles qualitates & paſsiones vnde dicta.*

4. Quarta ſpecies eſt *forma, & circa aliquid conſtans figura*, id eſt claudens aliquid, vt *triangulus*, & *rectitudo, & curuitas.* Rarum autem, & ſpiſſum: & aſperum, & lene: poſitionem quandam partium potius quam qualitatem videntur ſignificare. Spiſſum quidem eo quod partes ipſæ ſibi propinquę ſint: Rarum autẽ eo quod à ſe inuicem diſtent: Lene quidem eo quod in rectum ſibi partes iaceant, ſcilicet ita vt nulla ſupra aliam ſit: Aſperum autem eo quod hæc quidem ſuperior, illa vero inferior ſit.

Diſcrimen inter formã & figuram.

Auctor. Forma & figura in hoc differunt ſecundum quoſdam, quod forma eſt in rebus animatis, & inanimatis: figura autem in ſolis inanimatis. Alij dicunt quod differunt ſicut longitudo & linea, ſcilicet vt forma ſit in abſtractione, figura in concretione: ſed vtraque differentia, nec eſſentialis eſt, nec vera. Alij quod differunt ſicut materia & quantitas, forma enim eſt terminus materiæ, figura vero quantitatis: & ſic præcedit forma figuram. Sed ſi forma, vt hic ſumitur, eſt terminus materiæ, melius eſſet in Prędicamento ſubſtantiæ, quam qualitatis. Ad veram ergo differentiam aſſignandam, dico quod forma eſt terminus figuræ. Sed figura dupliciter ſumi poteſt. Vno modo ſecundum quod figura dicitur, quod termino vel terminis continetur: & ſic eſt quantitas. Vel ſecundum quod figura eſt clauſio terminorum, & ſic eſt qualitas. Sic etiam triangulus poteſt ſumi dupliciter eadem duplicitate, ſecundum hoc poteſt ſolui obiectio, quia videntur genera eſſe permixta. Item forma dicitur terminus motus naturæ, in vnoquoque complexionato.

De multiplici acceptione huius nominis Forma.

CAPVT XX.

Forma ſumitur diuerſimodo.

IN ſumma vero nota, quod Forma multipliciter ſumitur. *Vno modo* ſecundum quod dicitur de ſubſtantijs ſeparatis. *Alio modo* ſecundum quod dicitur de perfectionibus ſeparabilibus, vel non ſeparabilibus. *Itẽ* ſecundum quodlibet accidens dicitur de nouem prædicamentis. *Item* ſecundum quod comprehendit omne quod eſt præter primam ſubſtantiam, ſumitur in libro ſex principiorum, cum dicitur: *Forma eſt compoſitioni contingens*: id eſt compoſito adueniens, *ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens*: id eſt cum alio ſiſtens, quia ſcilicet per ſe non poteſt; *Simplex* quidem eſt eius eſſentia, quia ſine compoſitione materiæ & formæ, non autem partium. *Inuariabilis* autem eſt de ſui natura, licet varietur per ſubiecta. Potius autem dicitur compoſitioni contingens. Quia quædam adueniunt gratia materiæ, vt *albedo*: hæc enim ineſt homini gratia corporis: quędam gratia formæ, vt *rationabilitas* homini, gratia animæ: quædam ratione compoſiti, vt *riſibile*. Eſt autem compoſitio, quædam naturalis vt quælibet ſubſtãtia corporea fit ex materia & forma Quædam artificialis: vt domus fit ex lignis, & lapidibus, & cæmento: Quædam logica: vt ſpecies vel diffinitio fit ex genere & differentijs: Quædam Mathematica: vt linea fit ex lineis, mediante puncto. De tertia hic agitur.

Ex libro ſex principiorum. Forma autem quædam à natura videtur eſſe vt ratio: quædam vero ab actu, vt calor ſcilicet per motum acquiſitus. Item forma diuiditur in ſubſiſtens, & contingens, ideſt in ſubſtantiale & accidentale. Subſtantiale comprehendit ſecundas ſubſtantias: accidentale vero omnia nouem prædicamenta, ſcilicet quæ ſubſtantiæ contingunt, ideſt adueniunt. Et horum quædam infra ſubſtantiam ſimpliciter conſiderantur, vt *linea, ſuperficies, corpus* huiuſmodi enim adueniunt ipſi ſubſtantiæ immediatè. Quædam vero extrinſecus, vt *agere & pati* &c. De his quidem quæ ſubſiſtunt, ideſt de ſubſtantijs, & de his quæ ſubſtantiæ immediatè adueniunt, vt ſunt *quantitas & relatio*, agitur in libro Prædicamentorum. De reliquis vero, quæ ſcilicet extrinſecus adueniunt in libro ſex principiorum.

De ordine & numero ſpecierum qualitatis.

CAPVT XXI.

Colligitur numerus & ordo ſpecierũ qualitatis.

RATIO autem ordinis & numeri quatuor ſpecierum qualitatis, ſic poteſt haberi. Omnis qualitas aut eſt ſenſibilis, aut inſenſibilis: Si inſenſibilis; aut ex parte animę, & hæc eſt prima ſpecies, ſcilicet *habitus & diſpoſitio:* aut ex parte corporis, & hæc eſt ſecunda, ſcilicet *naturalis potentia vel impotentia.* Dignior eſt autem anima quam corpus: ideo & prima ſpecies quam ſecunda, & ob hoc prior. Si eſt qualitas ſenſibilis: aut ſenſu proprio ſentitur, & hæc eſt tertia ſpecies, ſcilicet paſſio & paſſibilis qualitas aut ſenſu communi, & ſic eſt quarta ſpecies, *forma & figura.* Patet autem ordinis ratio: quia ſicut Ariſtoteles in libro de Anima prius agit de ſenſu proprio, quam de communi, ſic & in Prædicamentis, prius eſt obiectum ſenſus proprij, quam ſenſus communis: minor enim error in ſenſu proprio, quam in communi.

Quid quale.

Ariſtoteles vbi ſupra. Qualitates igitur hæ ſunt quæ prædictæ ſunt. *Qualia vero ſunt, quæ ſecundum has denominatiuè dicuntur*, vt *à candore candidus*. Quædam tamen non denominantur ab his, quia non ſunt impoſita nomina qualitatibus ipſis: vt *curſor*, & *pugilator*, ſecundum naturales valetudines dicuntur, quibus nomina poſita non ſunt, vt ab eis denominatiuè quale dicatur. Interdum etiam nomina poſita ſunt ſed non ſecundum ipſam qualitatem, vt virtutem habens ſtudioſus dicitur, ſed non denominatiuè dicitur à virtute.

Prima proprietas qualitatis.

Ineſt autem contrarietas ſecundum quod quale eſt, vt *iniuſtum iuſto contrarium eſt, & album nigro*: non tamen in omnibus ita eſt. Rubeo enim & pallido, & huiuſmodi coloribus, ſcilicet medijs, nihil eſt contrarium, ſcilicet per ſe, ſed tantum per accidens. *Suſcipit* autem qualitas magis & minus, ſcilicet concreta, non abſtracta. Albũ. n. magis & minus alterum altero dicitur: Similiter & iuſtum. Iuſtitia vero à iuſtitia, non

2.

multum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

multum, aut magis & minus aiunt dici; nec ſanitatem à ſanitate. Sed illa quæ ſecundum hos affectus dicuntur, id eſt diſponuntur & denominantur, magis & minus recipiuntur. Non autem omne quale ſecundum magis & minus dicitur, vt *triangulus*, *quadrangulus*, & aliæ figuræ. Quæcunque enim diffinitionem trianguli & circuli recipiunt, omnia ſimiliter trianguli & circuli ſunt. Horum igitur quæ dicta ſunt, nihil eſt propriũ qualitatis; ſed huiuſmodi proprium eſt *ſecundum eam ſimile & diſſimile dici*. 3.

De Prædicamento Actionis.

CAPVT XXII.

Quid actio, & quotuplex.

EX *libro ſex principiorum. Actio eſt ſecundum quam in id quod ſubijcitur agere dicimur.* Actionum alia eſt animæ, alia corporis. Differunt autem, quoniam corporea neceſſario mouent ſubiectum in quo eſt, animæ vero actio non mouet id in quo eſt, ſcilicet animam ipſam, ſed coniunctum. Anima namque dum agit mouet corpus, ſcilicet per ſe, cõiunctum vero per accidens; ipſa vero immutabilis permanet, & immobilis; quia nec ſecundum locum mouetur, nec ſecundum aliorum quenquam motuum, niſi forte ſecũdum alterationem. Locus ſiquidem corpus eſt, anima vero non; & impoſſibile eſt non corpus corpore moueri: quare ſolum corpus mouetur localiter. *Hoc tamen* in quibuſdam dubitabile videtur. Nam ſpeculo immobili permanente, motus imaginis fieri videtur ad oppoſiti mutationes, id eſt, per motũ rei viſæ ab vna parte ſpeculi ad aliam. Sed conuenientius dicere eſt, quod non ibi vera forma exiſtat. B C

Anima non poteſt localiter moueri, ſed tantum corpus.

Sciendum autem, quod omnis actio in motu eſt, ſcilicet ſicut cauſſa in cauſato, omniſque motus in actione firmabitur, ſcilicet ſicut cauſatũ in cauſa. Proprium igitur actionis eſt in motu eſſe, ſicut proprium motus in actione. Et hoc quidem palam eſt in actionibus generatiuis, ſiue effectiuis: In deſtructiuis autem eſt obiectio. Quod enim deſtruit, in motu quidem eſt, nihil tamen agit, ſed quod actum eſt deſtruit. Dico autem actionem, non quid, ideſt, vt aliquid conſtruat, ſed in quid; ideſt, ſubiectum in quod agat exigere. Non eſt autem motus actio, ſed quale; nam & quieſcere quale eſt, & quæcumque cõtraria ſunt, in eodem generatione ſunt generaliſſimo. Naturalis proprietas actionis, eſt paſſionẽ ex ſe inferre in id quod ſubijcitur; omnis enim actio paſſionem efficit, & omne paſſionem inferens actio eſt. Contingit autem & actionẽ ex actione effici: actio enim eius quod per ſe mouetur, eius actionis quæ per aliud eſt, generatio eſt. Quamobrem & actionis & paſſionis actus generatiuus eſt. D

Actio eſt cauſa motus: motus autẽ eſt qualitas ſecundum iſtũ authorem, ſed nõ eſt probabilis doctrina, ſicut nec illa quæ ſequitur quod actio efficit actionem &c.

Qualitas autem ex ſe gignit facere, vt *calor* id quod eſt calefacere. Qualitatum vero particularium, ſcilicet per ſe, & vniuerſalium per accidens, effectiuus eſt ſitus ſiue poſitio; vt *aſperi, & lenis*. Similiter & quantitatum, vt *lineæ, ſuperficiei, & ſoliditatis*; omnia enim hæc à ſitu, ſubſtantiam & generationem habent. Quantitas autem quantitatis effectiua eſt & generatiua, vt *longitudinis linea, latitudinis planum, altitudinis ſolidum*. Qualitas quoque qualitatis, vt *calor caliditatis*. Situs etiam, agere & pati cauſa eſt. In diſpoſitione namque, hoc eſt in compoſitione quatuor qualitatum, fit generatio quædam ſimplicium, id eſt, elementorum, quam in motiua actione conſiſtere neceſſe eſt. Quando verò, cauſa eſt tempus: Vbi vero, locus: Habere autem, corpus; quia ſcilicet habitus eſt proprietas derelicta ex adiacentia ornamenti ad ornatum. Eorum vero quæ in ſubiecto non ſunt, Indiuiduarum, id eſt, primarum ſubſtantiarum corruptio quidem eſt in primis qualitatibus quatuor contrarijs, generatio vero in elementis. Secundarum vero ſubſtantiarum cauſæ indiuidua ſunt. *Recipit* autem facere & pati contrarietates, & magis ac minus. Nam calefacere & infrigidare, contraria ſunt; & magis ac minus recipiunt; ſimiliter & ſiccari, & humeſieri. E

Nota difficilem doctrinam.

Duæ proprietates actionis & paſſionis

De Prædicamento Paſſionis.

CAPVT XXIII.

Quid paſſio.

PAssio *eſt effectus illatioquè actionis*, ſcilicet effectus reſpectu agentis, & illatio reſpectu actionis. Secundum hanc aliqua patiuntur magis, & aliqua minus. Sunt enim quædam animantiora cęteris, id eſt, nobilioris complexionis, vel potentiæ: vt brutum arbore, quia plures ſcilicet habet virtutes anima ſenſitiua quam arbor. Nam vegetatiua quidem habent virtutem generatiuam, nutritiuam, augmentatiuam: Bruta vero ſuper hoc, motiuam & apprehenſiuam. Animantiora quoque ſunt rationalia brutis, quia præter quinque virtutes prædictas, habent etiam intellectiuam. Omnia vero quæ de generatione dicta ſunt, & de actione generante paſſionem, etiam de paſſione per actionem in rebus generata, dici poſſunt; quędam tamen probatione non recta, ſed tranſmuta: quia ſcilicet in capitulo de actione, paſſio conſiderata eſt in concretione, hic autem in abſtractione.

Paſſio dicitur multipliciter.

Dicitur autem paſſio mutipliciter. *Vno* modo ſecundum quod vnaquæque actio animæ paſſio dicitur, vt *amor, odium, triſtitia, gaudium*; hæc enim omnia ſunt paſſibiles animæ actiones. *Alio* modo id quod in naturam agit, id eſt, in rem naturalẽ, vt *quælibet ægritudo*, vel etiam *amaritudo*, & *dulcedo*, & huiuſmodi quæ paſſionem inferunt: ſic autem eſt paſſio tertia ſpecies qualitatis. *Tertio* modo prima generatio actionis immediata; & ſic ſumitur hic. Non eſt autem paſſio in agente, ſed in eo qui actum ſuſcipit operantis. Cætera de hac materia in libro de generatione tractantur.

Agens & patiens debent eſſe partim ſimilia partim diſſimilia.

Ariſtoteles in libro de generatione & corruptione. Omnino quidem ſimile, à ſimili, rationabile eſt non pati; nec etiam omnino alterum, id eſt, diſſimile: non enim albedo à linea patitur, aut econuerſo; niſi ſecundum accidens, vt ſi alba vel nigra ſit linea. Neceſſe eſt itaque faciens & patiens eſſe ſimile, & idem genere: Specie vero diſſimile & contrarium. innatum eſt enim corpus à corpore pati; ſaporem à ſapore, calorem à calore; & vniuerſaliter homogeneum ab homogeneo. Huius cauſa eſt, quoniam in eodem genere contraria ſunt omnia. Contraria vero agunt & patiuntur abinuicem. Itaque paſſiua & actiua inuicem ſunt contraria, & media; & vniuerſaliter in his generatio fit & corruptio.

Omne agens aſſimilat ſibi paſſum.

Porro vniuerſaliter agens aſſimilat ſibi patiens, quapropter neceſſe eſt patiens ab agente tranſmutari. Sic enim in contrarium erit generatio, dum ſcilicet agens ſpeciem ſuam generat in patiente. Quemadmodum autem in motione, primum quidem mouens nihil prohibet eſſe immobile: In quibuſdam autem & neceſſarium eſt, vt in prima cauſa: vltimum vero mouens neceſſe eſt moueri: ſic & in actione. Primum quidem agens impaſſibile eſt, vltimum autem & patiens: nam quæcumque non habent eandem materiam, agunt & impaſſibilia ſunt: vt medicina faciens ſanitatem, nihil patitur à ſanato; ipſa eſt enim primum agens: Cibus autem cum ſit vltimum agens, ac tangens, & ipſe patitur. Aut enim calefit, aut infrigidatur, aut aliud quid patitur ſimul agens. Materiam quidem dicimus eandem eſſe contrariorum cuiuſlibet, & ipſa ſecundum quod materia paſſiua eſt. vnumquodque vero indiuiſibilium, id eſt atomorum, neceſſe eſt impaſſibile dicere; nón enim poſſibile eſt pati niſi per vacuum medium. molle vero dicitur aliquid in patiendo, ſubactiuum enim molle.

Primum mouens eſt immobile, vltimum vero agendo patitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Prædicamento Quando.

CAPVT XXIIII.

Quid quãdo.

EX *lib. 6. principiorum. Quando vero eſt, quod ex adiacentia temporis relinquitur.* Tempus autem quando non eſt, vtriuſque tamen, ſcilicet temporis & quãdo, ratio coniuncta eſt. Diuiditur etiam quando, ſecundũ diuiſionem temporis. Nam aliud quidem relinquitur ex præterito, aliud ex præſenti, aliud ex futuro. Præteritum & futurum quantitates ſunt, & continuantur ad præſens. Præteritum quidem, non quod in ſubſtantia permaneat, ſed quoniam in exceſſu ſuo nondum præterijt, quia ſcilicet pars eius copulatur ad præſens; vel quia quod ſemel eſt præteritum, ſemper eſt præteritum. Futurum vero, quia neceſſarium eſt contingere futurum, ſcilicet in ratione futuri, licet non id quod futurum eſt; quod tantundem eſt ac ſi inſtaret, id eſt, ac ſi præſens eſſet: nulla eſt enim differentia in eo quod permanet, & quod futurũ eſt, & quod abijt, ſcilicet quantum ad eſſentiam temporis, quia hæc tria copulantur adinuicem: ſic & *quando* præteriti, & futuri, ad præſens copulatiuè reducuntur. In quocumque tempus eſt, vel erit, vel fuit; in eodem & *quando* eſt, vel erit, vel fuit; quia ſecundum tempus quando dicitur, à quo ſcilicet cauſatur. Quãdo itaque quod ex præſenti eſt, cum ipſo præſenti ſimul eſt; & quod ex præterito, & quod ex futuro, nunquam ſimul erunt.

Diſſe imen inter quando & vbi.

In hoc ergo differt *quando* ab eo quod eſt *vbi*; quia *vbi*, & locus à quo fit, nunquam in eodem ſunt, ſed *vbi* in circumſcripto eſt, id eſt in contento; *Locus* autem in continente. Sicut autem tempus nunc primum quidem futurum eſt, ſecundum autem præſens, poſterius vero præteritum; ſic & *quãdo* vnum & idem, primum quidem ex futuro eſt, ſecũdum quod ex præſenti, poſterius vero ex præterito. *Item* ſicut tempus aliud ſimplex, quod cum ſimplici actione recedit, ſcilicet quo minus apprehendi non poteſt: Aliud vero compoſitum, quod ſcilicet ex compoſita actione eſt, Sic & *quando* aliud ſimplex, ſcilicet quod in momento eſt, & nũc eſt: Aliud compoſitum, vt in hora, die, hebdomada, & huiuſmodi. *Item* ſicut partes temporis ſibi ſine mora ſuccedunt, ſic & partes *quando*.

Differentia inter tempus & quando.

Differunt autem tempus & *quando*, quia ſecundum tempus eſt aliquid menſurabile, vt *motus diurnus*: at ſecundum quando nihil menſuratur, ſed ſecundum id dicitur aliquid temporale, & variabile. *Ineſt* autẽ omni quando non ſuſcipere magis & minus; quia. ſ. etſi dicatur aliquid diuturnius alio, non hoc eſt ſecundum naturam temporis, ſed ſecundum naturam diſtantiæ.

Duæ proprietates quãdo.

Quandoque nihil eſt contrarium: nam quando quod eſt ex præſenti, vnum & idem & de futuro eſt, & de præterito. Impoſſibile autem eſt de eodẽ indiuiduo duo ſimul contraria prædicari. Eſt autem quando in omni eo quod incipit eſſe, vt eſt *corpus*: omne namque corpus aliquando eſt, & ſuſcipit temporũ alterationes. Alteratur enim in æſtate, & vere, &c. ſimiliter autem & anima. Quidam enim acutius ſpeculantur in hyeme, quidam in æſtate, ſecundum inſtrumenti complexionem, id eſt corporis: anima enim huic coniuncta, complexiones eius concomitatur; vt qui aridæ & gelidæ complexionis ſunt, dementiores in autumno ſæpe fiunt; quibus vero ſanguis dominatur, in vere, ſimiliter & in alijs fit, ſecundum ſimilitudinem ipſorum animalium, & temporum.

Quibus cõueniat quando.

De Prædicamento Vbi.

CAPVT XXV.

Quid vbi & in quo ſubiecto. Animanuſquam eſt.

VBi *eſt circumſcriptio*, id eſt totalis comprehenſio corporis, *à loci circumſcriptione procedens*, locus eſt in eo quod capit, vbi vero in eo quod capitur. Videtur autem non omni rei adeſſe; anima etenim nuſquam eſt, quia nullum locum occupat vel implet. Nũquam enim locus alio occupatus contento, poteſt aliud capere, occupante permanente; nam granum adueniens modio, non poteſt ingredi, niſi aere quo impletur expulſo, nequaquam igitur duo localia in eodem loco ſimul eſſe poterunt, nec idem vnum in diuerſis. Animatum autem aliquid capere poteſt quam animam, ſcilicet corpus, quare localis non erit anima, cum locum non occupet, ſimiliter & alia quæcumque corporis rationem non habent, locis circumſcriptione carent.

Duo corpora non poſſunt eſſe in eode loco.

Habet autem quæſtionem, vtrum idem ſit in diuerſis locis. Etenim vox, cum ſit aer, in auribus diuerſorũ eſt: quare corpus idem in diuerſis locis eſt. Sed dici poteſt diuerſorum ſenſus eſſe imaginabiliter ſe generantium, & ſimiliter; id eſt, quod diuerſorum ſenſus ſentiant voces figuraliter ſe generantes, ad ſimilitudinem primæ vocis, quia ſcilicet vox prima ex ore prolata, generat aliam ſibi immediatam ſimilem, in aere & illa iterum aliam, & ſic deinceps, donec perueniat ad aures diuerſorum: ſicut fit in circulis adgeneratis in aqua, cum ibi lapis proijcitur, ſed ſecundum hoc videtur, quod quædam vox non ſit animalis, illa, ſcilicet quæ imaginabiliter fit, quia non profertur ab animali. Ad hoc quidem omnem vocem animalis eſſe dicimus, quæcumque ipſo proferente fit, quamuis ſcilicet alia non proferatur per ſe, ſed per accidens, vnde & vnius quidem vox ad aures diuerſorum dirigitur: non tamen vna & eadem (ſcilicet numero, ſed ſpecie) diuerſorum aures attingit.

Vnum corpus nequit eſſe in diuerſis locis.

Vbi autem aliud eſt ſimplex, ſcilicet quod à ſimpliciloco procedit. Aliud compoſitum, ſcilicet quod ex compoſito. *Locus* ſimplex, eſt origo, & conſtitutio eius quod continuum eſt, qui ſcilicet continet tale totum quod eſt prædicabile de ſua parte. Compoſitus autem (vt dictum eſt) habet particulas copulatas ad eundem terminum, ad quem & corporis particulæ coniunguntur. Corporis vero partes ad punctum, quaſi ad vltimum terminum: Primo enim & principaliter copulantur ad ſuperficiem: igitur loci particulæ ſoliditatis particulas claudunt. Etenim loca ſimplicia minimi corporis occupatiua ſunt, quare nec locus ſine corpore, nec ſoliditas eſt ſine loco.

Vbi aliud ſimplex, aliud compoſitum.

Oritur autem dubitatio de ſpæra extrema, ſcilicet octaua, locus enim in illo eſſe non poteſt quod ambitur, ſed quod ambit. Confitentibus igitur nobis illam ſpęram eſſe localem, confiteri neceſſe eſt, aliud præter eam eſſe, in quo extremitas eius conſiſtat: nihil autem eſt extra illam, quare extremitas eius in loco non eſt. De huiuſmodi vero determinare, inſolitum quidem & occultum & contra ſenſum humanum. Caret autem vbi intenſione, non enim alterum altero dicitur magis in loco, licet maiorem locum poſſideat. Vbi quoque non ineſt contrarietas, ſicut nec loco: nam ettam ſurſum & deorſum, quæ maxime à ſe diſtare videntur, contraria non ſunt. Alioquin duo eidem contingeret ineſſe contraria: & inſuper idem eſſet ſibi contrarium. Idem enim eſt ſurſum & deorſum, comparatione diuerſorum.

Dubium.

Ad hoc dici poteſt quod illa ſphera eſt in ſpatio imaginario vt in loco.

Duæ proprietates vbi.

De Prædicamento Situs.

CAPVT. XXVI.

Quid Situs.

POſitio *eſt quidam ſitus partium, & generationis ordinatio*, id eſt, rei generatæ, *ſecundum quam dicuntur ſtantia, & ſedentia: aſpera, & lenia: vel quomodolibet aliter diſpoſita.* Solet tamen quæri de aſpero, & leni; recto, & curuo; triangulo, & ſimilibus: vtrum ſcilicet poſitiones ſint: quandam enim partium poſitionem ſignificare videntur. *Aſperum enim dicitur, cuius partium vna alteri ſupereminet. Lene autem cuius particulæ æqualiter porrectæ ſunt*; Non ſunt autem poſitiones ea quæ dicta ſunt omnia, ſed qualia circa ſitũ exiſtẽtia: ex eo namq; quod partes ſi c diſpoſitæ ſunt, talia ſenſibus videntur

Quid aſperũ & lene, & quod ſint formaliter qualitates, non ſitus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Auctor. Ex æquali, ſcilicet poſitione lene apparet alicui,& ex inæquali aſperum. Sed videtur haberi contrarium in Prædicamentis, ſcilicet quod aſperum & lene ſint poſitiones.& nõ qualitates. Ideo nota quod aſperũ & lene dupliciter eſt conſiderare,ſcilicet penes eorum cauſam efficientem,& ſic poſitiones;vel penes formalem,& ſic qualitates. *Item* nota quod ex duobus membris, quæ poſita ſunt in diffinitione poſitionis, ſcilicet, *ſitus partium,& generationis ordinatio*, poteſt elici diuiſio poſitionis,quæ ponitur in fine capituli. Quędã enim innata eſt à principio, ſcilicet ipſius ſubſtantiæ naturalis coordinatio; & hoc eſt intrinſecus aduenięs, vt ea quæ in aſperis,& lenibus; vel æqualibus, vel inæqualibus ineſt. Alia vero à conſueto motu naturæ,vt *ſeſſio, ſtatio*, & huiuſmodi.

Ex textu. Suſcipere autem videtur ſitus contrarietatem ; vt *ſedere, ad id quod eſt ſtare contrarium videtur.* Contraria enim ſunt, quæ in individuo, eodemque tempore, ſimul impoſſibile eſt reperire, ſed viciſſim poſſibilia ineſſe. Sedens enim ſtare poteſt, & ſtans ſedere : ipſo autem ſedente, impoſſibile eſt ipſum ſtare. *Sed* tamen videtur ſecundum hoc, vnum pluribus eſſe contrariorũ: non enim magis videtur ſedere contrarium ad ſedere, quam ad accumbere ; hoc autem eſſet inconueniens, nam etſi pallidum albo & nigro videatur contrarium,non tamen eſt ; quia ex vtroque in eodem eſt:pallidum enim,& reliqui colores medij, ex albo & nigro conficiuntur. *Amplius* quidem ratio contrariorũ eſt, circa idem ſubiectum natura exiſtere: verum iacere & ſedere non ſunt circa idem natura; nam ſedere circa rationalia, iacere autem & accumbere circa irrationalia ; ideo non ſunt contraria. *Proprium* autem poſitionis eſt, nec etiam magis, nec minus ſuſcipere:non enim ſedens,magis vel minus altero dicitur,neque accumbens. *Magis* autem proprium poſitionis eſſe videtur, ſubſtantiæ proximæ aſſiſtere, omnibus alijs formis ſuppoſitis.

Tres ſitus proprietates. 1. Contrarietas Phyſica ſitu conuenit non autem Logica. 2. 3.

De prædicamento Habitus.

CAPVT XXVII.

HABITVS *autem eſt corporum, & eorum quæ circa corpus ſunt adiacentia, corpus quaſi habentium.* & eorum quæ circa corpus, &c. id eſt, eorum quæ habentur, tam corporum, quam non corporum : vnde ſecundum hoc, hæc quidem habere, illa vero haberi dicuntur ; non ſecundum totum, ſed ſecundum partes:vt *calciatum eſſe*, ſecundum pedes dicitur. *Suſcipit* autem habitus magis & minus. Armatior enim eques pedite dicitur: & calciator, qui cum caligis & calciamentis eſt,quam qui cum caligis ſolum. *In habitu* vero nihil eſt contrarium. *proprium* eſt autem habitus, in pluribus quidem, vt in corpore, & in his quæ circa corpus ſunt, exiſtere ; ſecundum partium diuiſionem. In paucis alijs autem hoc inuenies, ſcilicet in quantitate ſolum,& in his quæ ſunt ad aliquid. in quantitate, vt in numero ; Nihil enim tot partibus diſtribui poſſibile eſt,vt numerum: In ad aliquid vero,vt eſt *ſimilitudo & diſſimilitudo :* hæc enim in pluribus ſimilibus & diſſimilibus inſunt. Non autem omnis quantitas aut relatio huiuſmodi eſt. Habitus vero in pluribus neceſſario conſiſtit, quare magis proprium eius eſt,quam alicuius alterius.

Quid habitus. *Tres habitus proprietates.* 1. 2. 3.

Ex libro Prædicamentorum. Habere autem multis modis dicitur ; ſcilicet aut qualitatem aliquam, vt *ſcientiam,vel virtutem* : aut quantitatem, vt *magnitudinem*:aut in mẽbro,vt *annulum in manu*:aut membrum, vt *manum, vel pedem* : aut in vaſe,vt in continente; vt *in lagena vinum*: aut in poſſeſſione,vt *domum vel agrum:* vel etiam ſicut *vir vxorem* habere dicitur, & *vxor virum*. Sed hic modus alieniſſimus eſſe videtur, in eo quod eſt habere : Nihil enim aliud dicimus vxorem habere, quam cohabitare. Fortaſſis & alij modi habendi apparebunt, ſed hi ſunt qui dici conſueuerunt.

8. Modi habendi.

Auctor. In ſumma igitur nota, quod eorum quæ habentur,quędam inſunt,quędam non. Et eorum quæ inſunt,quædam habentur à natura, vt *pars à toto*; quædam caſu, vt *nouem prædicamenta accidentalia*. Eorum vero quæ non inſunt,quędam adiacent,quædam non, vt *poſſeſſiones*. Eorum autem quæ adiacent, quædam ſecundum continuationem ; & horum quædam ad totum,vt *indumentum*: quædam ad partem, vt *annulus*. Quædam autem ſecundum diſcontinuationem ; & horum quædam adiacent propriè,vt *vitis, ager* : quædam impropriè,vt *vir & vxor*.

Colliguntur modi habendi.

De conſequentibus Prædicamenta, & primo de magis & minus.

CAPVT XXVIII.

EX *libro vj. principiorum.* Dicitur autem magis & minus aliquid ſuſcipere tripliciter. Aiunt enim quidam, magis & minus cauſari ſecundum crementum vel diminutionem eorum quæ ſuſcipiunt ſubiectorum formas. Quod ſi eſſet,nulla ratio hominem & animal & ſubſtantiam, cum magis & cum minus dici prohiberet. Præterea lapis minor lapide dicitur, qui nunquam intenſionem vel remiſſionem paſſus eſt; & Margarita albior Equo, non ſecundum ſubſtantiæ magnitudinem,vt palam eſt. *Alij* vero dicunt ſecundum ipſius accidentis quantitatem. Quod ſi verum eſſet, vtique magis albus Homo, vel Equus, quam Margarita dici poſſet: quã maior albedinis quantitas accidit Equo, quam Margaritæ ; ſcilicet ſecundum extenſionem, non ſecundum intenſionem. *Tertij* dicunt ſecundũ vtriuſque,ſcilicet ſubiecti,& accidentis augmentum & diminutionem. Sed prima & ſecunda opinione deſtructa,deſtruitur & tertia.

Reijciuntur tres ſententiæ.

Itaque magis & minus dicuntur accidentia, ſecundum quod propinquiora vel remotiora ſunt tertiæ ſiue primæ vocis impoſitioni; vt album dicitur in quo eſt pura albedo. Quanto igitur album ad vocis impoſitionem accedens, puriori inficitur albedine: tanto magis album aſſignabitur. Ideo autem ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis & minus ſicut accidentia, quia earum impoſitio in termino eſt,quem tranſgredi impoſſibile eſt. Sed & quædam accidentia,ſine magis & minus ſunt; vt *triangulus,& quadrãgulus*:vel quia in ſubſtantiarum deſignationem huiuſmodi nomina accipiuntur. nam *quadrangulum* & qualitas nuncupatur,& corpus quadrãgulatum ; vel etiam ratione prædicta, quia ſcilicet huiuſmodi impoſitio in termino facta eſt,vltra quem trãſgredi poſſibile non eſt,quemadmodum & in ſuperlatiuis.

Cur accidentia quædam admittunt magis & minus.

De Oppoſitis.

CAPVT XXIX.

ARISTOTELES *in libro Prædicamentorum.* Dicitur autem alterũ alteri opponi quadrupliciter. *Quædam* vt relatiua,*quæ ſcilicet eaipſa quæ ſunt, oppoſitorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea* : ſcilicet datiuè, vel accuſatiuè, &cæt.

Oppoſita quadruplicia.

Quædam vero vt contraria ; & horum quædam ſunt immediata, quorum ſcilicet alterum, ſubiecto in quo nata ſunt fieri, neceſſe eſt ineſſe; vt *ſanitas & ægritudo, par & impar*. Quædam vero mediata, quorum ſcilicet non eſt neceſſe alterum ineſſe ſuſceptibili. Et in quibuſdam horum nomina poſita ſunt his quæ media ſunt, vt inter album & nigrum, fuſcum, pallidum. In aliquibus autem non, ſed per extremorum negationes determinantur, vt inter bonum & malum, neque bonum, neque malum. *Málo* autem aliquando etiam malum contrarium eſt, vt *egeſtati ſuperabundantia*:ſed hoc rarum eſt, pluribus autem bonum malo contrarium eſt. *Circa* idem vero

Quid relatiua. *Contraria duplicia.* *Proprietates contrariorum.* 1. 2.

aut

aut ſpecie aut genere ſecundum naturam habent fieri contrarietates; vt *languor & ſanitas* in corpore animalis: *Albedo & nigredo ſimpliciter in corpore.* Neceſſe eſt autem omnia contraria eſſe, vel in eodem genere, vt *album & nigrum ſub colore:* Vel contrarijs generibus, vt *iuſtitia ſub virtute, Iniuſtitia ſub nequitia;* vel ipſa eſſe genera; vt *bonum & malum*, quæ non ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliorum. *Item* contrariorum mediatorum, quædam ſunt quorum neutrum determinatè ineſt; vt *albedo & nigredo hominis*; quædam vero quorum alterum, vt *caliditas igni, & candor niui.*

Quid priuatio.

Quædam autem vt priuatio & habitus; & hęc circa idem aliquid fieri habent. Tunc autem priuari dicimus vnumquodque ſuſceptibilium habitu, quando id quod aptum natum eſt habere, nullo modo habet; vt *edentulum*, vel *cæcum*; non quia non habet dentes aut viſum, ſed quia quando contingit habere, non habet. Differunt autem hæc à contrarijs; quia ab vno contrariorum in aliud poteſt fieri mutatio, niſi alterum interſit naturaliter; vt igni calidum eſſe: A priuatione autem in habitum mutari impoſſibile.

Contradictoria habent verum & falſum in complexis, non autem in incomplexis.

Quædam vt affirmatio & negatio, & in his ſolis proprium eſt, ſemper alterum eorum eſſe verum, & alterum falſum. Omnia namque ſupradicta ſine vlla complexione ſunt. Nihil autem incomplexorum, verum vel falſum eſt.

De hoc quod eſt prius, & ſimul, & de motu.

CAPVT XXX.

Quinque vecęſentur modi prioris.

PRIVS autem alterum altero dicitur quadrupliciter. *Primo* quidem & propriè ſecundum tempus, vt quod eſt antiquius. *Secundo* quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam; vt vnum duobus: duobus enim exiſtentibus conſequens eſt vnum eſſe, ſed non conuertitur. *Tertio* ſecundum quendam ordinem; vt in Grammatica, elementa, ſyllabis, & in Rhetorica, proœmium narratione. *Quarto* quod melius eſt, & honorabilius: ſed hic modus prioris penè alienus eſt à cæteris. *Videtur* autem & præter hos alius eſſe modus. Eorum enim quæ conuertuntur ſecundum eſſentiæ conſequentiam, illud quod alterius quomodolibet cauſa eſt, dignè prius natura dicitur; vt ſi homo eſt, vera eſt oratio qua dicitur eſſe hominem, & econtrario. Ipſa autem res eſt cauſa quare oratio vera ſit, & ideo natura prior eſt. Sic igitur quinque modis prius dicitur.

Duo ſunt modi ſimul.

Simul autem dupliciter eſſe dicuntur. *Simpliciter* quidem & proprie ſecundum tempus, vt quorum generatio eſt in eodem tempore. *Secundo* modo naturaliter, ſcilicet quæcumque conuertuntur ſecundum quod eſt eſſe conſequentiam, dum tamen vnum non ſit cauſa alterius; vt *duplum & dimidium.* ſimiliter & ea quæ ex eodem genere è diuerſo à ſeinuicem diuiduntur; vt volatile, greſſibile, & aquatile, quæ ex oppoſito animal diuidunt, natura ſimul ſunt. Genera vero ſemper priora ſunt, quia non conuertuntur ſecundum quod eſt eſſe conſequentiam.

Sex ſunt ſpecies motus, quamuis generatio & corruptio potius ſũt mutationes quã motus.

Motus autem ſpecies ſunt ſex: & motui quidem communi contrarium eſt quies: Motibus autem particularibus, quæ per ſingula ſunt, ſcilicet generationi, corruptio; argumentationi, diminutio. Secundum locũm autem mutationis, ſecundum locum quies videtur opponi: & forte in contrarium locum mutatio, vt ei quæ eſt ſuperius, ea quæ inferius. Alterationi vero non videtur aliquid eſſe contrarium; niſi forte ſecundum qualitatem quies, vel in contrarium qualitatis mutatio: eſt enim alteratio mutatio ſecundum qualitatem.

Motus ſumitur bifariã.

Auctor. Nota quod motus dupliciter conſiderari poteſt, aut ſecundum quod eſt actus imperfectus cuiuſlibet rei naturalis, & eſt via deducens ſibi naturalia in eſſe, & ſic eſt tranſcendens: Aut ſecundum quod eſt perfectio naturalis potẽtiæ; & ſic opponitur quieti contrariæ: generatio quidem & corruptio non ſunt propriè motus, ſed mutationes. Augmentum eſt ab imperfecto ad perfectum, diminutio vero eſt econuerſo.

De libro Perihermenias.

CAPVT XXXI.

ISIDORVS *vbi ſupra.* Sequitur dehinc liber Perihermenias, ſubtiliſſimus nimis, & per varias formas iterationeſque cautiſſimus. De quo dicitur quod Ariſtoteles quãdo Perihermenias ſcriptitabat, calamum in mente tingebat. Omnis quippe res quæ vna eſt, & vno ſignificatur ſermone, aut per nomen ſignificatur, aut per verbum, quę duæ partes orationis interpretantur totum quicquid concepit mens ad loquendum. Omnis enim elocutio conceptæ rei, mentis interpres eſt. Hanc Ariſtoteles, vir in rerum expreſſione, & faciendis ſermonibus peritiſſimus, Perihermeniam nominat: quam interpretationem nos appellamus, ſcilicet quod res mente conceptas, claris ſermonibus interpretetur, per catafraſin, & apoſtaſin, id eſt, per affirmationem & negationem. In his itaque Perihermenijs ſupradictus philoſophus de ſex principijs tractat: id eſt, de nomine, & de verbo, de oratione, de enuntiatione, de affirmatione, de negatione, de cõtradictione.

Quid interpretatio & quot huius libri partes.

Auctor. Quoniam autem, vt dicit Ariſtoteles, vna eſt ſcientia quæ eſt vnius generis, cuius partes, & principia, & paſſiones per ſe conſiderat: Sciendum quod Dialectica dupliciter conſideratur: *vno modo* vt ars: & ſic de omnibus eſt, & ſic non eſt alicuius generis determinati: Et traditur ſic in libro Topicorum. *Alio modo* vt eſt ſcientia, & traditur in libro Priorum, & ſic logica eſt de ſyllogiſmo. Igitur in libro Prędicamentorum agit Ariſtoteles de materia remota ſyllogiſmi, ſcilicet de terminis. In libro autem Perihermenias, de materia propinqua ipſius ſyllogiſmi, ſcilicet de eſſentialibus. In libro autem Priorum agit Ariſtoteles de ſyllogiſmo plenariè. In li. 1. Topicorum, & Poſteriorum, & Elenchorum, de partibus, id eſt, de ſpeciebus ipſius ſyllogiſmi.

Syllogiſmus eſt obiectum adæquatum Logicæ.

Et nota quod in libro Prædicamentorum agit Ariſtoteles de prędicabili & ſubijcibili: In hoc autẽ libro propriè de enunciatione, quæ antonomaſicè nuncupatur interpretatio. Idcirco iſte liber qui de enunciatione eſt, de interpretatione intitulatur. Nam *peri* prępoſitio Græca eſt, & ęquiualet huic prępoſitioni *de*: *Hermenias* autem Græcè, idẽ eſt quod *interpretatio* Latinè. Vnde hoc ipſum *Hermias* genitiuus eſt, & ponitur pro ablatiuo, more Græcorũ, qui non habent ablatiuum. Sed quia prius oportet cognoſcere interpretationẽ in cõmuni, quam ſpeciales interpretationes, præmittit capitulum in quo agit de interpretatione in communi. Et ſic poſtea deſcendet ad interpretationes ſpeciales, ſimplicem ſcilicet & compoſitam.

Enunciatio antonomaſicè dicitur interpretatio.

De interpretatione, vel ſignificatione.

CAPVT XXXII.

AGIT ergo de interpretatione, ſiue de ſignificatione, primo determinans quæ ſignificant, & quæ ſignificantur: dicens quod literæ & voces ſignificant: Intellectus autem & res ſignificantur. & aſſignat proprietates ſignificantium & ſignificatorum: dicens, quod voces & literæ non ſunt eadem apud omnes; Intellectus autem & res ſunt idem apud omnes. Horum igitur quatuor, litera eſt ita ſignum, quod non eſt ſignatum: ſignificat enim vocem, & non ſignificatur ab alio: & hoc intelligendum eſt de litera in ſcripto. Litera enim quæ eſt elemẽtum, vox eſt: vox autem ſignificat, & ſignificatur: ſignificat enim intellectum & rem, ſignificatur autem à literis. Res autem ſignificatur, & non ſignificat. Intellectus vero ſignificatur,

Litera & voces nõ ſunt eadem apud omnes ſicut conceptus & res.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

catur, & non significat propriè loquendo. significatur enim per vocem, non autem propriè significat rem, sed est similitudo rei. Vnde nō dicit Aristoteles quod intellectus sit nota rei, sed dicit quod intellectus similitudo rei est.

Discrimen inter notam & similitudinem.

Differunt esse notam, & esse similitudinem: quod enim aliquid sit nota, hoc habet secundum placitum; similitudo non secundum placitum, sed magis secundum naturam. Solet tamen dici, quod intellectus est signum & signatum, signatum per vocem, signum dicunt rei: sed melius est dicere sicut prædictum est. Nā propriè loquēdo intellectus non est signum rei. Dicit enim philosophus, diffiniens signum, quod *signum est speciem suam ingerens sensui, & aliam relinquens intellectui*, tale autem non potest esse intellectus. passiones enim animæ non ingerunt speciem suam sensui, vt aliud relinquant in intellectu, siue in potētia intelligibili: passiones enim animæ à sensu percipi non possunt; non ergo proprie signa dici possunt, sed similitudines, sicut iam est dictum.

Quid signū & cur conceptus signū non sit sed similitudo.

Intellectus quadrupliciter accipitur.

Sciendum est autem quod quadrupliciter dicitur intellectus. *Vno* enim modo dicitur intellectus potentia intellectiua, quæ est nobilior vis animæ; & sic non est verus, nec falsus: & iste appellatur intellectus passibilis, vel materialis. *Secundo* modo dicitur intellectus habitus principiorum demonstratiuorum, sicut dicit Aristoteles: *Intellectus est habitus principiorum, scientia vero conclusionum.* Et sic intellectus semper est verus. *Tertio* modo dicitur lux quædam, quæ illuminat intellectum passibilem ad intelligendum species receptas in fantasmate; & hic appellatur intellectus agēs; & talis neque verus neque falsus est. *Quarto* modo dicitur species rerū extra, quæ sunt in anima: sicut enim in speculo species rerum sunt, & non res; sic & in anima. Vnde Aristoteles: *Lapis non est in anima, sed species lapidis est in anima.* Et iste appellatur intellectus formalis: aduenies enim intellectui materiali, informat illum & perficit. Appellatur etiam iste intellectus, intellectus adeptus: acquiritur enim per sensum in intellectu possibili. & hoc quarto modo tantum accipitur hic intellectus, cum dicitur quod voces sunt notæ intellectuum. Et istos intellectus vocat Arist. passiones, vel quia anima in apprehendendo patitur, large sumpto vocabulo patiendi; sicut dicimus oculum pati, quando recipit coloris immutationem: Vel forte melius, ideo quia affectiones animæ sunt, id est, qualites in tertia specie qualitatis: talis enim passio, vel intellectus, qualitas est animæ.

Conceptus sunt qualitates tertiæ speciei.

De vocibus significatiuis ad placitum.

CAPVT XXXIII.

Quid vox & quotuplex.

Itaqve *vox est aer tenuissimus, ictus plectro linguæ:* id est, à volumine linguæ formatus. *Vocum*, alia significatiua, alia non significatiua. *Vox* significatiua est illa quæ aliquid significat, vt *homo*. *Vox* non significatiua est illa quæ nihil significat, vt *huba*. *Significatiuarum*, alia significat ad placitum, alia naturaliter. *Naturaliter*, est illa quæ à natura procedit, vt *gemitus infirmorum, latratus canum*. *Ad placitum*, est illa quæ ad voluntatem instituentis aliquid significat, vt *homo, animal*. *Item* significatiuarum ad placitum, alia est nomen, alia est verbum, alia oratio constans ex his.

Quid nomē.

Aristotcles in lib. Periher. Nomen *est vox significatiua ad placitum, sine tempore, cuius nulla pars separata significat:* est autem finita & recta: *non homo* enim, non est nomen simpliciter, sed nomen infinitum. *Catoniæ* quoque vel *Catoni*, non sunt nomina, sed casus nominis; quia scilicet cum est, vel fuit, vel erit adiunctum; nec verum, nec falsum significat; nomen vero semper, scilicet rectum.

Quid verbū.

Verbum est quod consignificat tempus, cuius pars extra nihil significat; & est semper alicuius eorum quæ de altero dicuntur, nota: idest signum. Est etiam finitum & rectum, vt *currit: non currit* enim, verbum non dico, sed verbum infinitum; quia similiter *est in quolibet quod est, vel quod non est*. Similiter currebat vel curret, non verbum est simpliciter, sed casus verbi: non enim consignificat præsens tempus, sed quod illud complectitur, scilicet præteritum & futurum.

Quid verbū vel nomen infinitum.

Oratio est vox significatiua ad placitum, cuius partium aliqua significatiua est. Auctor. Orationum alia perfecta, quæ fit ex nomine & verbo, & perfectum sensum generat in animo auditoris; vt *homo currit*. Alia imperfecta, quæ imperfectum sensum generat in animo auditoris; vt *homo albus*. Item orationum perfectarum alia indicatiua, alia imperatiua, alia deprecatiua, alia optatiua, alia coniunctiua, alia infinitiua.

Quid oratio & quotuplex.

De oratione enunciatiua, quæ est propositio.

CAPVT XXXIV.

Quid enunciatio siue propositio, & quotuplex.

Aristoteles *vbi supra. Enunciatiua, id est, indicatiua oratio, verum vel falsum significat.* deprecatiua, nec vera nec falsa est, nec cæteræ similiter, scilicet optatiua, hortatiua, & huiusmodi; quæ magis ad Rhetores & Poetas pertinent: enunciatiua vero ad logicum; quam quidem necesse est ex verbo, vel ex casu verbi esse. *Idem in libro Priorum. Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo.* Hęc autem, aut vniuersalis, aut particularis, aut indefinita.

Boetius vbi supra. Propositio est oratio verum vel falsum significans. Huiusmodi duæ sunt species, scilicet affirmatio, vel negatio. Harum aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ singulares. *Item* propositionum, aliæ sunt prædicatiuæ, quæ scilicet simpliciter proponunt; aliæ conditionales, vt cum prędicatiuæ conditio copulatur, vt ex duabus vna conditionalis efficiatur. Conditionalium propositionum, aliæ simplices, quæ scilicet prędicatiuas habent sui partes, quarum prima antecedens, posterior consequens, vt *si cœlum rotundum est, volubile est*: Aliæ verò coniunctæ, & harum multiplex est differentia, de quibus agitur in libris de hypotheticis syllogismis. Simplicium hypotheticarum quatuor sunt differentiæ. Aut enim ex duabus affirmatiuis categoricis constant, aut ex duabus negatiuis, aut ex affirmatiua & negatiua, aut econuerso.

Hypotheticarum, aliæ simplices, aliæ coniunctæ.

Auctor. Dicitur hypothetica ab *hypos*, quod est sub, & *thesis* quod est positio, quasi suppositiua. Alia modo ab *hypothesis*, quod est conditio, quasi conditionalis. *Est sciendum* quod sex sunt species hypotheticæ, scilicet conditionalis, copulatiua, disiunctiua, tēporalis, localis, causalis. *Et nota*, quod per *quæ* quæritur de propria qualitate siue de essētia propositionis, quæ est categorica, vel hypothetica. Per *qualis*, de communi qualitate, quæ est affirmatiua vel negatiua. Per *quanta*, de quantitate categoricæ solum, eo quod omnis quantitas est penes subiectum. Vnde versus. *Quæ ca. vel hyp: qualis nc. vel af: v. quanta per in sin.*

Enunciationis hypotheticæ sex sunt species,

Item propositionum, alia vna, alia plures. Vna sic diuiditur, alia primo vna, alia coniunctione vna. Primo vna est, quando vnum solum subijcitur, & vnum solum prædicatur: vt *homo est animal*. Coniunctione vna, quando plura subijciuntur, vel prædicantur, ex quibus fit vnum per essentiam, vt *animal rationale est homo*, vel vt *hic homo est animal rationale mortale*. Propositio plures sic diuiditur; *alia* coniunctione plures, quando plura coniunguntur sub vna voce, vt *canis currit*. Vel alio modo, quando plura coniunguntur per vnam cōiunctionem; vt *Sortes currit & Plato disputat*. *Alia* vero plures inconiunctæ, quando subijciuntur plura, vel prædicantur, ex quibus non fit vnum per essentiam; vt hic *Sortes albus grammaticus, musicus currit.*

Enunciatio alia vna alia plures.

De terminis Categoricæ propoſitionis.

CAPVT XXXV.

Quid terminus.

ARISTOTELES *in lib. priorum. Terminum autẽ voco in quẽ reſoluitur propoſitio, vt prædicatum & de quo prædicatur, appoſito vel diuiſo, eſſe vel non eſſe.*

Boetius vbi ſupra. Propoſitionum itaque prædicatiuarum partes, terminos appellamus, ſcilicet ſubiectũ, qui minor terminus eſt; & prædicatum, qui maior; vnde & ab huiuſmodi priuilegio prædicatiua propoſitio vocatur. Sæpe tamen euenit vt hi termini ſibi inueniantur æquales; vt cum dicitur *homo eſt riſibilis*. Sed hoc ſemper euenire neceſſe eſt, vt ſi inæquales termini ſint, maior ſemper de minore prædicetur. Si vero æquales, vtrumque conuerſa prædicatione dicatur; vt autem minor de maiore prædicetur, nunquam contingit. Terminos autem voco, nomina vel verba quibus propoſitio nectitur. Sæpe etiam oratio de oratione prædicatur, vt *Socrates cum Platone & diſcipulis, de philoſophiæ ratione pertractat.* Sic etiam quandoque nomen ſubiectum eſt, oratio prædicatum; aliquando autem econuerſo.

Termini quidam cõuertibiles, quidam non cõuertibiles, horum autẽ qualiter pars prædicatur.

Auctor. Prædicatiua propoſitio ipſa eſt categorica, ſic dicta à categorizando, id eſt, prædicando. Trahit enim hoc nomen à prædicato, tanquam à digniori parte; huius enim principales partes ſunt ſubiectum & prædicatum & copula, ſecundariæ vero ſunt ſincategoremata, id eſt, dictiones conſignificatiuæ, ſcilicet quæ per ſe non ſignificãt, ſed cum adiuncto; vt *præpoſitiones, coniunctiones*, &c. Cætera namque categoremata ſunt, vt *nomen & verbum.* Itaque ſubiectum eſt de quo dicitur aliud, ſcilicet prædicatum. Prędicatum eſt quod dicitur de alio, ſcilicet de ſubiecto. Copula eſt inter vtrumque, ligans ſubiectum & prædicatum. Eſt autem duplex copula, ſcilicet implicita, vt *homo currit*; explicita, vt *homo eſt animal.* Et dicitur categorica prædicatiua, & hoc nomen trahit à prædicato.

Propoſitio prædicatiua idẽ eſt quod categorica.

Quid prædicatum, ſubiectum & copula.

De ſuppoſitionibus terminorum.

CAPVT XXXVI.

Quid ſignificare.

Quid ſuppoſitio & quotuplex.

CONDITIONES autem terminorum, ſiue partium principalium categoricæ propoſitionis ſunt, ſupponere, appellare, copulare; quorum genus eſt ſignificare. *Significare, eſt rem aliquam ex inſtitutione principali deſignare.* Itaque *ſuppoſitio eſt alicuius rei ſubſtantiua deſignatio. Subſtantiua* dicitur, ad differentiam adiectiuorum, quæ deſignat rem ſuam adiacentem, vnde non dicuntur propriè ſupponere, ſed magis copulare.

Suppoſitio communis, alia naturalis, alia accidentalis.

Suppoſitionum, alia diſcreta, quam ſcilicet habet terminus diſcretus, vt *Sortes*: Alia communis, quam habet terminus communis, vt *Homo.* Et hæc eſt multiplex. Quædam enim eſt naturalis, quædam accidentalis. *Naturalis* eſt, quam habet terminus communis, non ab alio, ſed virtute propriæ ſignificationis; vt iſte terminus *homo* ſumptus per ſe, poteſt ſupponere pro homine qui eſt, & qui non eſt; ſi dicatur *omnis homo*: *Accidentalis* eſt illa quam contrahit terminus ab extrinſeco, ſicut ab alio reſtringente. *Accidentalium* alia ſimplex, alia perſonalis. *Simplex* eſt illa quam habet terminus communis pro forma communi, non attingendo aliquod inferius; vt cũ dicitur *homo eſt ſpecies. Perſonalis* eſt illa quam habet terminus communis, reddens locutionem veram pro aliquo, vel pro aliquibus ſuorum inferiorum. Huiuſmodi ſuppoſitionem dicitur habere iſte terminus *homo* in hac propoſitione, *homo currit.*

Accidentalis alia ſimplex, alia perſonalis.

Perſonalis alia cõfuſa, alia determinata.

Item perſonalium alia confuſa, alia determinata. *Determinata* eſt illa quam habet terminus communis, reddens locutionem veram pro aliquo ſuppoſito; vt cum dicitur *homo eſt albus. Confuſa* dicitur ſuppoſitio, quando virtute locutionis exigitur quod terminus A teneatur pro omnibus, vel pro pluribus ſuorum inferiorum. *Confuſarum* alia mobilis ſiue diſtributiua, alia immobilis. *Mobilis* eſt illa quam habet terminus in quo poteſt fieri deſcenſus pro quolibet ſuorum inferiorum. *Immobilis* dicitur illa quam habet terminus ſupponens pro pluribus, pro quibus non licet deſcendere. Et hoc patet in hac propoſitione, *omnis homo eſt animal.* Iſte enim terminus *homo*, confuſam & mobilem habet ſuppoſitionem; quia licet ſub eo deſcendere ad quodlibet inferiorum hominis. Ille autem terminus *animal* habet ſuppoſitionem confuſam immobilem, quia non poteſt fieri deſcenſus pro quolibet ſuppoſito.

Cõfuſa alia diſtributiua alia non.

Ex iam dictis patet, quod non valet argumentatio iſta, homo eſt ſpecies, ergo aliquis homo eſt ſpecies: B immo ſecundum fallaciam figuræ dictionis arguitur; quia à ſimplici ad determinatã. Et ſi obijciatur quod particularis & indefinita conuertũtur. Dicimus, quod verum eſt; ſed hæc propoſitio *homo eſt ſpecies*, non eſt indefinita, immo ſingularis, quia *homo* nomen proprium eſt ipſius ſpeciei; vnde reſpectu huius prædicati non eſt terminus communis, ſed tanquam terminus diſcretus. Similiter non ſequitur omnis homo eſt animal; ergo animal eſt omnis homo: quia in prima propoſitione *ly animal* confunditur à ſigno, in concluſione vero non, cum ſignum ſubſequitur; immo determinatè ſupponit pro aliquo, pro quo non contingit recipere veritatem.

Solutio dubij

Et ſciendum, quod dicitur pro regula in ſuppoſitionibus, ſignum vniuerſale affirmatiuum, terminum C ſibi immediate adiunctum confundit mobiliter, tamen poſt mediante compoſitione adiunctum confundit immobiliter, quod patet hic, *omnis homo videt animal. Item* ſignum vniuerſale negatiuum, terminum ſibi adiunctum, ſiue mediate, ſiue immediate, confundit mobiliter; vnde ſequitur *nullus. Homo eſt Aſinus, ergo Sortes non eſt hic Aſinus.* Per hæc quæ iam dicta ſunt poteſt ſolui hoc ſophiſma, *omnis homo eſt omnis homo.*

Signũ vniuerſale affirma. diſtribuit ſubiectũ & cofundit prædicatum.

De appellationibus.

CAPVT XXXVII.

Quid appellatio.

APPELLATIO *verò dicitur quædam proprietas quæ* D *ineſt termino, eo quod ille poteſt accipi pro aliquo ſuppoſito actu exiſtente.* vnde differt à ſuppoſitione, eo quod ſuppoſitio eſt indifferens reſpectu entium, & non entium; Appellatio vero reſpectu entium tantum. vnde ſi dicatur *omnis homo, ly homo* ſupponit pro omni eo cui poteſt ineſſe ſua forma, vel potuit; tamen in propoſitione reſtringitur ſuppoſitio. ſicut cum dicitur *omnis homo currit*, ly *homo* non poteſt appellare hominem qui non eſt, ſed hominem exiſtentem ſolum: vnde ſuppoſitio communior eſt quam appellatio. Et ſciendum quod ſuppoſitio termini multipliciter reſtringitur, quandoque per qualitatem nominis adiectiui, quandoque per actum participij, quandoque per actum verbi circa terminum implicitum, alio modo per differentias temporis.

Diſcrimen inter appellationem & ſuppoſitionẽ.

Et ſciendum, quod reſtrictio ſiue coarctatio nihil E aliud eſt, *quam communis ſuppoſitionis ad minus communem reſtrictio.* De reſtrictione quę fit per tẽporis differẽtias, talis datur regula. *Terminus communis non reſtrictus ab alio, ſupponens verbo de præſenti non habẽti vim ampliandi, ſupponit tantum pro eis quæ ſunt*; vt ſi dicatur, *omnis homo currit*, ſenſus eſt *omnis homo ens currit.* Et dicitur *nõ reſtrictus*, quia talis terminus poteſt reſtringi, ita quod non ſupponat pro eis quæ ſunt; vt ſi dicatur, *homo qui fuit, non eſt*; vel *homo qui non eſt, legit. Non habẽti vim ampliãdi*, dicimus quod quædam ſunt verba ampliantia; vt hęc, ſcilicet *poteſt, laudatur, opinatur*: quare quilibet in præſenti tẽpore terminus, ſupponẽs tali verbo, nõ reſtringitur ad puros entes; vt ſi dicatur, *poteſt currere, homo ſolet legere*: poteſt enim iſte terminus *homo* ſupponere pro

Quid reſtrictio.

Regula quadam explicatur.

homine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

homine qui non eſt. Similiter ſi dicatur, homo laudatur, homo opinatur: vnde huiuſmodi verba dominiampliare ſuppoſitionem terminorum; quia cum inſunt verbis, indifferenter poſſunt ſupponere pro enti & non enti; & hoc forte eſt quia res ſignificata ſaluabilis eſt, tam in non ente, quam in ente, quod non videtur in aliis verbis.

Reijcitur quadam regula limitatio.

Notandum tamen, quod dicta regula ſolet aſſignari de termino habenti ſufficientiam appellationis, cuiuſmodi terminus dicitur habere tria appellata. Vnde ſolet dici, quod terminus communis non habens ſufficientiam appellationum, retrahitur ad non entia, pro illis ſupponendo. Vnde ſi diceretur *omnis Phœnix eſt*, vel *omnis homo eſt*, vnico homine exiſtente, falſum dicitur; cum huiuſmodi termini ſupponant pro non exiſtente, cui non conuenit eſſe. Et hoc dicebant, ponentes quod ſignum vniuerſale termino cui adiungitur exigit de neceſſitate tria appellata, quod tamen non dicimus; quia ſignum vniuerſale nihil aliud ſignificat circa terminum, niſi quoniam vniuerſaliter conſignificat. Vnde ſi habeat plura appellata pro tribus, virtute ſigni actu ſubijcitur: ſi plura non habeat, pro tempore ſolum ad quod reſtringitur, nec virtute ſigni vniuerſalis pro alijs non excedentibus ſubijceretur, cum huiuſmodi ſignum vniuerſale circa terminum cui adiungitur nihil aliud exigit, niſi formam vniuerſalem natam eſſe in pluribus, ſiue actu, ſiue potentia: ſicut hæc forma vniuerſalis homo, ſiue non ſint actu, ſed per temporis ſucceſſionẽ, ſicut hoc vniuerſale Phœnix. Et valet ſimiliter ſi habeat eſſe in pluribus, & hoc exigente non forma, ſed materia circa quam, attenditur huiuſmodi forma; vt huiuſmodi vniuerſalia, *Sol*, *Luna*. Vnde dicimus quod iſtæ ſunt veræ, *omnis Homo eſt*, vnico homine exiſtente; omnis Phœnix eſt, omnis Sol, omnis Luna, & conſimiles.

2. Regula. Item terminus ſupponens verbo de præterito, ſupponit indifferenter pro eis quę ſunt, vel quæ fuerunt: Apponens vero, tantum ſupponit pro eis quæ fuerũt. Vnde non ſequitur, poſito quod modo Sortes ſit albus, & nunquam fuerit; *album fuit Sortes*, ergo *Sortes fuit albus*: quonia in prima ly *album* indifferenter ſupponit, ſiue copulat pro albedine quæ eſt, vel quæ fuit: In concluſione vero pro albedine quæ fuit tantum. *3. Regula.* *Item* terminus communis ſupponens verbo de futuro, indifferenter ſupponit pro eo quod eſt, vel erit tantum. Vnde non ſequitur, *Album erit Sortes*, ergo *Sortes erit albus*, poſito quod Sortes ſit modo albus, nec amplius erit. *4. Regula.* *Item* terminus communis immediate coniunctus ad terminum deſignantem ſpeciale accidens, reſtringitur ſecundum exigentiam qualitatis illius adiuncti; vnde ſi dicimus; *homo albus currit*, ly *homo* reſtringitur ad albos, & ſic de conſimilibus.

De communicantia propoſitionum in terminis.

Cap. XXXVIII.

Propoſitiones participantes eoſdem terminos eodem ordine, quædam contrariæ, quædam ſubcontrariæ, quædam ſubalternæ, quædã contradictoriæ.

Propositionvm quædam participant vtroq; termino; vt *omnis homo currit*, *nullus homo currit*; quædam altero tantum, & quædam neutro. *Item* participantium vtroque termino, quædam participant ad eundem ordinem, quędam ad ordinis conuerſionem, quando de prædicato fit, ſubiectum, & econuerſo; vt *omnis homo eſt animal*, *quoddam animal eſt homo*. *Item* participantium vtroque termino ad eundem ordinem; quædam ſunt contrariæ, vt vniuerſalis affirmatiua & vniuerſalis negatiua de eodẽ ſubiecto & de eodem prædicato ſecundum vocẽ & rem; vt *omnis homo currit*, *nullus homo currit*. Quædam ſubcontrariæ, vt particularis affirmatiua & particularis negatiua. Quędam ſubcontrariæ, vt vniuerſalis affirmatiua & particularis affirmatiua; vel vniuerſalis negatiua & particularis negatiua. Quædam contradictoriæ, vt vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua: vt *omnis homo currit*, *quidam homo non currit*: Vel vniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua vt *nullus homo currit*, *quidam homo currit*.

Leges oppoſitarum.

Lex contrariarum talis eſt, quod *ſi vna eſt vera, reliqua erit falſa, & non econuerſo*; quia nunquam poſſunt ſimul eſſe veræ, ſed falſæ in contingenti materia. *Lex* ſubcontrariarum eſt, quod *ſi vna eſt falſa, reliqua erit vera, ſed non conuertitur*, poſſunt enim ſimul eſſe veræ in materia contingenti, ſed nunquam ſimul falſæ. Et dicuntur ſubcontrariæ, quia ſub contrarijs ponuntur. Lex contradictoriarum eſt, quod *ſi vna eſt vera, reliqua erit falſa*. *Lex* ſubalternarum eſt, quod *ſi vniuerſalis eſt vera, ſua particularis erit vera, & non conuertitur*. Et dicuntur ſubalternæ, eo quod vna alij ſupponitur. Et ſciendum quod triplex eſt materia, ſcilicet naturalis, in qua prædicatum naturaliter inhęret ſuo ſubiecto, vt *homo eſt animal*. Contingens, in qua contingenter, vt *homo eſt albus*. Remota eſt illa, in qua prædicatũ nullo modo inhæret ſuo ſubiecto, vt *homo eſt aſinus*.

Materia propoſitionis triplex, ſcilicet naturalis, contingens, & remota.

De Conuerſionibus, & Æquipollentijs.

Cap. XXXIX.

Conuerſio triplex.

Item propoſitionum participantium ad ordinis conuerſionem, quædam cõuertuntur ſimpliciter, quædam per accidens, quædam per cõtrapoſitionem conuerſim. Simpliciter eſt, quando de ſubiecto fit prædicatum, de prædicato ſubiectum, manente eadem qualitate & quantitate, vt *nullus homo eſt lapis*, *nullus lapis eſt homo*; *quidam homo eſt animal*, *quoddam animal eſt homo*. Et ſimplex dicitur; quaſi ſine plica. *Conuerſio* per accidens eſt, quando fit de ſubiecto prædicatum, & econuerſo, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate; vt *omnis homo eſt animal*, *quoddam animal eſt homo*. *Conuerſio* quæ fit per contrapoſitionem eſt, quando fit de prædicato ſubiectum, & econuerſo, manente eadem qualitate & quãtitate, & terminis finitis mutatis in infinitos; vt *omnis homo eſt animal*, ergo *omne non animal, eſt non homo*. Vel ſic, *quoddam animal eſt homo*, ergo *quoddam non homo, eſt non animal*.

Regula æquipollentium.

Item negatio præpoſita ſigno vniuerſali affirmatiuo, vel particulari, ſemper æquipollet ſuæ contradictoriæ, vt *non omnis, quidam non*, æquipollent; *non nullus, quidam non*; non aliquis, nullus. Item negatio poſtpoſita ſigno vniuerſali affirmatiuo, vel negatiuo, æquipollet ſuæ contrariæ, vt *omnis non nullus*; nullus non, omnis. Particulari vero poſtpoſita, equipollet ſuæ ſubcontrariæ, vt *quidam non, & quidam non*, æquipollent. Item negatio præpoſita & poſtpoſita, æquipollet ſuæ ſubalternæ: vt *non omnis non, quidam*; *nonnullus non, quidam non*; *non aliquis non, omnis*. *Item* negatio præpoſita remouet qualitatem & quantitatem, poſtpoſita vero remouet qualitatem tantum. Vnde verſus.

Verſus.

Præ contradicit poſt, ſit contraria, circum Pone ſubalterna, facietque negatio ſignum.

De propoſitionibus modalibus.

Cap. XL.

Propoſitio alia de ineſſe, alia modalis

Propositio largè ſumpta diuidi habet per has differentias, de ineſſe, & modales. De ineſſe eſt illa, quæ aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enunciat, ſine modo compoſitionis; vt *Socrates currit*. *Modalis* eſt illa, quæ cum modis compoſitionis, aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enunciat: vt *Sortes currit neceſſario*. Modi autem ſunt ſex, ſcilicet verò, falsò, contingenter, poſſibiliter, impoſſibiliter, neceſſariò. Similiter nomina à quibus deſcẽdunt modi dicuntur, ſc. verum, falſum, &c. Vnde Ariſt. non determinauit de illis modalibus quæ fiunt per modos aduerbiales: vt *Sortes currit neceſſario*: quia huiuſmodi modales ſunt ex nomine & verbo ſimpliciter, & in huiuſmodi ſubijcitur res, & prędicatur eſſe vel non eſſe, ſicut in propoſitionibus de ineſſe: & propter hoc ſunt enunciationes ſimpliciter. Illæ autem quæ fiunt per modos nominales, ſunt enunciationes, ſecundum

Modi ſunt ſex.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quid, ex nominibus & verbis obliquis; & in huiuſ- A
modi modalibus, eſſe vel non eſſe ſunt ſubiecta, modi vero appoſitiones, ideſt, prædicata, vt *Sortem currere eſt neceſſarium*: & de huiuſmodi modalibus determinat Ariſtoteles in lib. Perihermenias.

Omnis modalis nominalis eſt ſingularis.

Et ſciendum quod omnis modalis nominalis eſt ſingularis, quoniam in huiuſmodi modalibus ſubijcitur hoc dictum: quoniam is eſt ſenſus; *Sortem currere eſt verum*, ideſt hoc dictum; vel hoc enunciabile Sortem currere eſt verum, & ſic dealis. *Item* omnis modalis affirmatiua eſt à compoſitione modi, negatiua à negatione modi. *Item* ſex ſunt modi nominales, de quatuor vltimis modis dicendum eſt, & non de iſtis, ſcilicet *verum*, *falſum*; quoniam propoſitiones quæ fiunt per huiuſmodi modos, conuertuntur cum propoſitionibus de ineſſe. Vnde bene ſequitur: *Sortem currere eſt verum, ergo Sortes currit*; & èconuerſo: *Sortem currere eſt falſum, ergo ſortes non currit*, & èconuerſo. Alia differentia eſt quare non determinat de huiuſmodi; quoniam non poſſunt conuerti cum modalibus, quæ fiunt per alios quatuor modos. Non enim ſequitur: *Sortem currere eſt falſum, ergo Sortem currere eſt impoſsibile.* Similiter *Sortem currere eſt verum, ergo Sortem currere eſt neceſſe.*

Cur de modis verũ & falſum non agit Ariſt. B

De lineis earum ſecundum diſtinctionem quatuor modorum.

Cap. XLI.

Regulæ modalium.

ET ſciendum quod ſecundum illos quatuor modos quatuor ſunt lineę. Vna de poſſibili, alia de contingenti, & ſic deinceps. Et ad formandum primam lineam, talis datur regula. *Cuicunque dicto affirmato datur poſsibile, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur impoſsibile; & ab eius contradictorię oppoſito remouetur neceſſe.* Ad formandam ſecundam datur talis regula. *Cuicunque dicto negato attribuitur poſsibile, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur impoſsibile, & ab eius contradictorię oppoſito remouetur neceſſe.* Ad tertiam talis. *A quocunque dicto affirmato remouetur poſsibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impoſsibile, & eius contradictorię oppoſito attribuitur neceſſe.* Ad quartam talis. *A quocunque dicto negato remouetur poſsibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impoſsibile, & eius contradictorię oppoſito attribuitur neceſſe.* C

1.

2.

3.

4

Exemplum omnium præſens figura demonſtrat. *Poſsibile eſt eſſe, contingens eſt eſſe, non impoſsibile eſt eſſe, non neceſſe eſt non eſſe. Poſsibile eſt non eſſe, contingens eſt non eſſe, non impoſsibile eſt non eſſe, non neceſſe eſt eſſe. Non poſsibile eſt eſſe, non contingens eſt eſſe, impoſsibile eſt eſſe, neceſſe eſt non eſſe. Non poſsibile eſt non eſſe, non contingens eſt non eſſe, impoſsibile eſt non eſſe neceſſe eſt eſſe.* Prima & ſecunda ſubcontrariantur, ſcilicet ita quod reddentur ſingula ſingulis, & quaſi particulares ſunt. Tertia & quarta contrariantur, & quaſi vniuerſales ſunt. Prima & quarta ſubalternæ ſunt; ſecunda vicem particularis ſupplet; ſecunda & quarta contradictoriæ. Prima & tertia ſimiliter. D

De Equiuocatione ſingulorum modorum.

Cap. XLII.

Poſſibile triplex.

PRÆTERA ſciendum, quod eſt poſſibile quoddam, cũ re & cũ actu, vt *ſcribentem ſcribere.* Quoddam, cum re & ante actum, vt *non ſcribentem ſcribere.* Quoddam, ante rem & ante actum, vt *antichriſtũ currere. Item* eſt potentia propinqua: vt *hominem videre*; & potentia remota, vt *hunc hominem eſſe epiſcopum.*

Impoſſibile duplex.

Impoſsibile quoddam eſt per ſe, ſcilicet quod non potuit, nec poteſt, nec poterit eſſe verum, vt *Deum non eſſe.* Quoddam per accidens, quod ſcilicet non poteſt, nec poterit eſſe verum, potuit tamen, vt *me non fuiſſe.* Item eſt impoſſibile abſolute, vt *Deum non eſſe.* Et eſt impoſſibile reſpectiue, vt *te non ſedere dum ſedes.* Contingens quoque duplex eſt: eſt enim contingens natum, quod ſcilicet magis ſe habet ad vnam partem contradictionis quam ad reliquam: vt *hominem canescere in ſenectute*: & eſt contingens ad vtrumlibet, ſiue vagum, ſiue erroneum: quando æqualiter ſe habet ad vtramque: vt *te ſedere*, & *te non ſedere.* *Neceſſarium* vero multipliciter dicitur. *Vno* modo idem quod vtile, vt *neceſſarium eſt Deo ſeruire.* *Alio* modo ineuitabile, vt *neceſſarium eſt hominem mori.* *Alio* modo familiare, vt *iſte homo eſt mihi neceſſarius.* *Alio* modo non ceſſans ab eſſe: & huiuſmodi duplex eſt, ſcilicet neceſſarium per ſe, quod non poteſt, nec potuit, nec poterit eſſe falſum, vt Deum eſſe. Et neceſſarium per accidens, quod ſcilicet nec poteſt, nec poterit eſſe falſum: potuit tamen, vt Cæſarẽ fuiſſe. *Item* eſt neceſſariũ quoddam abſolute: vt *Deum eſſe*: quoddam reſpectiue, vt *te ſedere dum ſedes.* E

Contingens duplex.

Neceſſariũ qua duplex.

De Quæſtionibus.

Cap. XLIII.

Quid quæſtio & quotuplex.

BOETIVS *vbi ſupra. Quæſtio eſt dubitabilis propoſitio:* in qua neceſſe eſt omnia ferè conſiderari, quæ de propoſitione dicta ſunt. Et in prædicatiua quidem quæſtione dubitatur, an ſubiecto prædicatum inhæreat? In hypothetica vero quæritur, an illud quod antecedit comitetur conſequens. Quæſtionis duæ ſunt ſpecies. Vna ſcilicet Theſis, quæ de re cæteris circunſtantiis nuda quærit ac diſſerit: vt *voluptas ne ſummum bonum ſit?* Hæc à nobis propoſitio, vel propoſitum dicitur: & tales maxime à dialecticis ad diſputationem ſumuntur. Altera vero Hypotheſis, quæ ſcilicet perſonis, temporibus, factis, cæteriſque circunſtantijs implicita eſt: vt *iurene Cicero in exilium, dubio rei publicæ tempore detrudatur, quia iniuſſu populi ciues Romanos interemit;* hæc à nobis dicitur cauſa.

Quatuor hæ prædicata ſolent topica appellari.

Quæſtio Theſeos, in quatuor ſpecies diuiditur, aut enim eſt de genere, aut de accidente, aut de proprio, aut de diffinitione. Poteſt autem fieri & de differentia, ſed tantum eſt de differentia quærere, quantum ſi de genere dubitetur. Quæſtio vero de eodem, diffinitioni aggreganda eſt. Quæſtio autem in comparationem aliquid adducens, in accidentis dubitatione ponenda. Omnis autem quæſtio, vèl ex ratione diſſerendi, vel ex naturali, vel ex morali trahit ſpeculationem.

De Argumentis.

Cap. XLIV.

Quid argumentum & quotuplex.

ARGVMENTVM *eſt ratio, rei dubiæ faciens fidem.* Ideo hanc eſſe notiorem quæſtione neceſſe eſt, quia notis ignota probantur. Argumentorum alia ſunt probabilia & neceſſaria: alia probabilia quidem, ſed non neceſſaria: alia econuerſo: alia vero neutrum.

Quid probabile.

Probabile eſt, quod videtur omnibus, vel pluribus, vel ſapientibus; & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maxime notis, atque præcipuis, vel quod vnicuique artifici ſecundum propriam facultatem; vt de medicina medico.

Quid neceſſarium.

Neceſſarium eſt, quod vt dicitur ita eſt, & aliter eſſe non poteſt. Probabile igitur & neceſſarium eſt, vt hoc; *Si quid cuilibet rei addatur, hoc totum magis efficitur.* Neque enim quiſquam ab hac propoſitione diſſentiet, & ita ſe habere neceſſe eſt. Probabile & non neceſſarium eſt, cui facile quidem animus acquieſcit, ſed veritatis non tenet firmitatem, vt *ſi mater eſt, diligit filium.* *Neceſſarium* & non probabile, vt *obiectu lunaris corporis euenire ſolis defectum.* *Neceſſarium* neque, nec probabile, vt Diogenem habere quæ non perdidit cornua, quoniã id habet quiſque quod non perdidit. Et talia quidem, nec argumenta dici poſsũt; quoniam his nulla fides eſt, quæ nec in opinione, nec in veritate cõſtituta ſunt. Sed nec illa videtur eſſe argumẽta, quæ cũ ſint neceſſaria, non tamẽ auditoribus

appro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quo ſenſu neceſſarium & non probabile poteſt dici argumẽtum.

approbantur: quia ſi ipſe qui iudicat hoc non probat, nec illud quidem probabit, quod ex huiuſmodi ratione conficitur: quoniam ergo rei dubiæ fides non fit, argumentum eſſe non videtur ſed non eſt ita, huiuſmodi enim aliis argumentis probabilibus ac neceſſariis demonſtrantur, ſicque cognita & credita, ad alterius rei de qua dubitatur fidem trahũtur. His ergo quibus nondũ demonſtrata ſunt, ad aliquid aliud probandũ argumentum eſſe non poſſunt. Qui autem prioribus rationibus eorum fidem cæperunt, ea ſi quid ambigunt, argumenta vocare poſſunt.

Duo argumentorum genera dialectico & oratori deſeruiunt, & duo etiam philoſopho.

Quoniam igitur omnis ratio diſſerendi, quatuor facultatibus, earum velut opificibus, ſubiecta eſt, id eſt Dialectico, Oratori, Philoſopho, Sophiſtæ, Scien-
dum quòd Dialectico & Oratori duæ ſpecies argu-
menti famulantur, ſcilicet probabile & neceſſarium: B
probabile & non neceſſarium. Ambo enim in communi argumentorum materia verſantur: & probabilia, ſiue ſint neceſſaria ſiue non, probabilia tamen ſequentur. Philoſopho autem demonſtratori ſimiliter duæ, ſcilicet probabile ac neceſſarium, neceſſarium ac non probabile. Hic enim de ſola veritate pertractat, & ideo ſiue ſint probabilia ſiue non, non refert, dummodo ſint neceſſaria. Quarta vero ſpecies, quam nec argumentum recte dici poſſe monſtrauimus, ſolis Sophiſticis eſt attributa.

De argumentationibus.

Cap. XLV.

C

Quid argumentatio & quotuplex. Quid ſyllogiſmus & inductio.

Boetius vbi ſupra libro ſecundo. Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio. Huius duæ ſunt ſpecies, ſcilicet *Syllogiſmus & Inductio. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddam per ea quæ conceſſa ſunt, euenire neceſſe eſt. Inductio eſt oratio, per quam à particularibus ad vniuerſalia fit progreſſio.* Sæpe etiam multorum collecta particularitas, aliud quoddam particulare demonſtrat, vt ſi neque nauibus, nec curribus, nec agris ſorte præponuntur; nec rebus quidem publicis, rectores ſorte ducendi ſunt, ſed arte. Quod quidem inductionis genus maximè ſolet eſſe probabile, & ſi non æquam ſyllogiſmo habeat firmitatem: Syllogiſmus enim ab vniuerſalibus in particularia deſcendit, & eſt in eo firma veritas, ſi veris præpoſi- D
tionibus contexatur. Inductio verò interdum à veritate deficit, vt cum dicitur: *Qui ſcit luctari luctator eſt, qui canere cantor, qui ædificare ædificator, ergo qui ſcit malum malus eſt.* Mali ſiquidem notitia bono deeſſe non poteſt: virtus enim ſeſe diligit, aſpernaturque contrarium, nec vitari poteſt vitium, niſi cognitum.

Sunt & alij duo argumentationis modi, quorum vnus à ſyllogiſmo, alter ab inductione ducit exordiũ, ſcilicet enthymema, & exemplum. *Enthymema, quippe eſt imperfectus ſyllogiſmus, cum ſcilicet altera propoſitionum prætermiſſa, feſtinata infertur concluſio; vt homo eſt animal, ergo eſt ſubſtantia. Exemplum quoque non ex pluribus, vt inductio, ſed ex parte partem approbat, vt oportet à Tullio conſule necari Catilinam, cum à Scipione Gracchus fuerit interemptus.* Siue autem enthymema, ſiue inductio, ſiue etiam exemplum, omnes ex ſyllogiſmo ducuntur & E
ex eo fidem capiunt; ſicut in prioribus analiticis oſtenditur.

Quid enthymema.

Quid exemplum.

Omnis argumentatio à ſyllogiſmo fidem capit.

De Locis Dialecticis.

Cap. XLVI.

Quid topica, & quis eius finis.

Iſidorus in lib. Etymologiarum ſecundo. Topica eſt inueniendorum argumentorum diſciplina. *Boetius in Topicis.* Topicorum autem intentio, eſt veriſimilium argumentorum copiam demonſtrare, quod vtique fiet de ſignatis, è quibus argumenta probabilia ducuntur.

Quid locus, & quotuplex.

Idem in lib. 2. Locus eſt argumenti ſedes. Sedes autem argumenti partim eſt maxima propoſitio, partim differentia maximæ. Maxima eſt vniuerſalis ac principalis indemonſtrabilis ac per ſe nota propoſitio. Quę ideo locus dicitur, quia ſicut locus naturalis continet corporis quantitatem, ſic & iſta intra ſe tenet concluſionis conſequentiam. Et aliquando quidem in ipſo argumento ſumpta: vt cum dicitur, *quod diuturnius bonum eſt, melius eſt eo quod parui temporis eſt; regnum diuturnius eſt quàm conſulatus, ergo melius.* Hæc prima præpoſitio maxima eſt, ita enim nota eſt, vt extrinſecus probatione non egeat, & ipſa aliis eſſe probatio valeat. Aliquando vero extra poſita, vt cum dicitur: *Inuidus eſt, qui alienis bonis affligitur; Sapiens alienis bonis non affligitur, ergo non eſt inuidus.* Hic maxima non videtur incluſa, ſed tamen vires argumentationi ſubminiſtrat. Hæc, ſcilicet, *quorum diuerſa eſt diffinitio, ipſa quoque diuerſa ſunt.* Quoniam igitur argumentum oportet rei dubię facere fidem, id quoque notius ac probabilius eſſe, quàm illud quod probatur, neceſſe eſt vt argumentis omnibus illa maximam fidem tribuant, quæ ita per ſe nota ſunt, vt aliena probatione non egeant.

Quid maxima, & cur locus nuncupata.

Quid differentia maxima.

Differentia maximæ, eſt, qua differt vna maxima ab alia; vt eſt hominis differentia; non enim in eo quòd maximę ſunt differunt, ſed in hoc, quod hæc à genere, & illa à diffinitione, &c. Auctor. Hic igitur locus ſumitur à terminis, ſiue differentiis maximæ propoſitionis; & eſt habitudo inferentis ad illatum. Verbigratia: Locus à diffinitione nihil aliud eſt, quàm habitudo diffinitionis ad diffinitum.

Differentia maxima ſit ipſis maximis vniuerſaliores.

Boetius vbi ſupra. Huiuſmodi autem loci vniuerſaliores ſunt ipſis maximis propoſitionibus, ſicut rationalitas homine; ideoque pauciores. Semper enim quæ vniuerſaliora ſunt pauciora ſunt, & ideo facile ſub ſcientia cadunt, quia non tanti numeri ſunt vt cito à memoria diſcentis elabantur. In prędicatiuis inquam quæſtionibus nihil aliud quæritur, niſi an ſubiecto prædicatum inhæreat? Quod ſi fit, quæritur an inſit ei vt genus, an vt accidens, an vt proprium, an vt diffinitio, tantum vero ineſſe ad accidens maxime pertinet: Quod enim, nec vt genus, nec vt proprium, nec vt diffinitio ineſt, & tamen ineſt, vt accidens ineſſe neceſſe eſt.

De locis extrinſecis, & intrinſecis ſecundum Themiſtium.

Cap. XLVII.

Locus diuiditur in internum, externum & medium.

Locorvm igitur quos in maximarum differentia conſtituimus, ſic facienda eſt diuiſio. Horum alij ſunt intrinſeci, qui ſcilicet in terminis in quæſtione poſitis, ideſt prædicato & ſubiecto ducuntur. Alij extrinſecus aſſumuntur. Alii vero ſunt eorum medij, qui inter vtroſque verſantur, quia ſcilicet à terminis partim in quæſtione poſitis, partim extra ſumuntur.

Internus duplex ſcilicet à ſubſtãtia & concomitantibus ſubſtãtiam, qua & multiplex eſt

Locus intrinſecus duplex eſt, ſcilicet à ſubſtantia, & concomitantibus ſubſtantiam. A ſubſtantia proprie locus eſt à diffinitione; quæ ſubſtantiam integrè demonſtrat, huic autem adiungitur locus à deſcriptione, quia deſcriptio ſæpe ponitur veræ diffinitionis vice. Diffinitio quidem genus & differentias ſumit; deſcriptio vero ſubiecti intelligentiam claudit quibuſdam accidentibus, & vnam proprietatem efficientibus; vel etiam ſubſtantialibus præter genus cõueniens aggregatis. His etiam tertius adiungitur, ſcilicet à nominis interpretatione, quæ eſt quaſi nominis ipſius diffinitio, *vt philoſophia eſt amor ſapientiæ.*

Locus à concomitantibus ſubſtantiam multiplex eſt, ſcilicet à toto, à parte, à cauſa ab effectu, à generatione, à corruptione, ab vſibus, à communiter accidentibus. Totum autem dupliciter dici ſolet, ſcilicet totum vniuerſale, vt genus; & totum integrale. Conſtat autem non ſolum in ſubſtãtiis, verumetiam in quantitate, in tempore, in loco, & in modo, totum partes quoque reſpicere. Cauſa vero quadruplex eſt, ſcilicet, efficiens, materia, forma, finis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Externus multiplex.

Locus etiam extrinſecus multiplex eſt, ſcilicet à rei iudicio ideſt ab auctoritate, à ſimili, à maiori, à minori, à proportione, ab oppoſitis, à tranſſumptione. Horum ſinguli proprias habent maximas: verbi gratia, de rei iudicio talis datur maxima: *Quod omnibus, vel pluribus, vel doctis videtur hominibus, ei contradici non oportet.* De proportione vero talis: *Quod in vnaquaque re euenit, id in eius proportionali euenire neceſſe eſt.* Oppoſitorum genera ſunt quatuor, de quibus ſupra.

Medius triplex. Quid caſus. Quid coniugata.

Locus medius triplex eſt, ſcilicet à caſibus, à coniugatis, à diuiſione. *Caſus eſt alicuius nominis principalis inflexio in aduerbium*, vt *à iuſtitia, iuſtè. Coniugata dicuntur, quæ ab eodem diuerſo modo deducta, fluxerunt*, vt *à iuſtitia, iuſtus, a, um.* Ex quibus omnibus in promptu argumenta ſunt. Diuiſio autem omnis, aut negatione fit, vt omne animal, aut habet pedes, aut non habet; Aut partitione, vt omnis homo, aut eſt ſanus, aut æger: & ex vtroque genere fiunt argumentationes. Fit autem vniuerſaliter diuiſio vel generis in ſpecies, vel totius in partes, &c. Et Græci quidem Themiſtij diligentiſſimi ſcriptoris, ad intelligentiæ facultatem omnia reuocantis, talis eſt locorum diuiſio.

De alio modo diuidendi locos ſecundum alios.

Cap. XLVIII.

Alia locorũ diuiſio minus vſitata.

AVCTOR. Eſt alia diuiſio locorum iuxta Marcum Tullium quam Boetius ponit, & Iſidorus in libro. Etymo. in hunc modum. *Iſidorus vbi ſupra.* Diuiſio Topicorum ſiue locorum ex quibus argumenta ducuntur triplex eſt. Nam alia eſt in eo ipſo de quo agitur hærens: alia quæ dicũtur effecta, quæ quodãmodo ex rebus aliis tracta noſcuntur; alia quæ aſſumentur extrinſecus. Argumenta quę in eo ipſo de quo agitur hærent, in tribus diuiſa ſunt; prima à toto, ſecunda à parte, tertia à nota. Effecta argumẽta ſunt, quæ quodammodo ex rebus alijs tracta noſcuntur. Sunt autem nũmero quatuordecim, ideſt à genere, à ſpecie, à ſimili, à differentia, à contrarijs, à conſequentibus, ab accidentibus, à repugnantibus, à coniugatis, à cauſis, ab effectis, à comparatione. Quæ triplex eſt, ſcilicet maiorum, minorum, parium.

Teſtimoniũ quintuplex.

Item argumenta quæ ducuntur extrinſecus, quæ Græci *Tegnos*, ideſt artis expertes vocant, vt eſt teſtimonium. *Teſtimonium* vero conſtat ex re, ac diuiditur quinque modis; primo ex perſona, ſecundo ex naturæ auctoritate, tertio ex temporibus auctoritatũ, quarto ex dictis factiſque maiorum, quinto ex tormentis.

Quid teſtimonium.

Teſtimonium omne eſt, quod ab aliqua externa re ſumitur, ad faciẽdam fidem. Perſona vero non qualiſcumque eſt quę teſtimonii pondus habet ad faciendam fidem; ſed morum probitate debet eſſe laudabilis. *Naturæ* auctoritas eſt, quæ maxima virtute conſiſtit. Teſtimonia multa ſunt quæ afferunt auctoritatem, ideſt ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, vſus, neceſſitas, & concurſio rerum fortuitarum. A dictis factiſque maiorũ petitur fides, cum Priſcorum facta dictaque commemorantur. A tormentis fides præbetur, poſt quę nemo creditur velle mentiri.

De Oppoſitis.

Cap. XLIX.

Quatuor ſũt oppoſitorum genera. Contraria.

OPPOSITORVM genera quatuor ſunt, quæ Ariſtoteles anticimena, ideſt oppoſita vocat. *Primum* genus eſt contrariorum, quod iuxta Ciceronem *diuerſum* vocatur pro eo quod tantum contraria ſibi opponuntur, vt non eorum ſint quibus opponuntur, vt *ſapientia, ſtultitia.* Quod genus in tres ſpecies diuiditur. Nam ſunt quædam eius quæ medium habent, & ſunt quæ ſine medio ſunt; & quædam ſunt quæ medium habent, & tamen ſine nomine ſunt, niſi vtrũque vocabulum ei creet. *Candidum* & nigrum mediũ habent: quia inter eos ſæpè color pallidus vel fuſcus inuenitur. Sine medio ſunt quoties vnum de duobus accidit, vt *ſanitas & infirmitas*; horum nihil eſt mediũ, ea autem quorum media ſine nomine ſunt, vt *felix & infelix*, medium habent *non felix. Secundum* genus eſt relatiuorum, quæ ita ſibi opponuntur, vt ad ſe conferantur; ſicut duplum ſimplum.

Relatiua.

Priuantia.

Tertium genus eſt habitus & orbatio, quod genus Cicero *priuationem* vocat, qua oſtendit aliquid quempiam habuiſſe, vnde priuatus eſt; cuius ſpecies ſunt tres. Quarum prima eſt in re, ſecunda in loco, tertia in tempore congruo. In re, vt cęcitas, & viſio in oculis: In loco, vt *cæcitatis & viſionis in oculis locus eſt*: In tempore congruo, vt *infantem non dicere ſine dentibus cum, cui dentes adhuc ætas parua negauit*: non eſt enim priuatus dentibus, quos nondum habuit. *Quartum* vero genus ex cõfirmatione & negatione opponitur; vt *Sortes diſputat, Sortes non diſputat*: quod genus quartum multum habet apud dialecticos conflictum, & appellatur ab eis valde oppoſitum; ſiquidem & tertium non recipit. Nam ex illis quædam habere tertium poſſunt, vt in contrariis *candidum & nigrum*, Tertium eſt nec candidum nec nigrum, ſed fuſcum vel pallidum. In relatiuis quoque, vt *multa & pauca*, tertium eſt nec multa nec pauca, ſed *mediocria.* In habitu & orbatione, vt viſio & cæcitas, tertium eſt nec cæcitas ne viſio, vt *lippitudo*: hoc ergo *legit, non legit*, tertium nihil habet.

Priuatio triplex.

Contradicentia.

Contradicẽtia nullũ habent mediũ.

De ſyllogiſmis, & eorum figuris.

Cap. L.

Quid ſyllogiſmus & quotuplex.

SEquuntur dialectici ſyllogiſmi, vbi totius artis eius vtilitas & virtus oſtenditur. Quorum concluſio plurimũ lectorem adiuuat ad veritatem inueſtigandum: tantum abſit illi error decipiendi aduerſarium per ſophiſmata falſarum concluſionum. *Boetius vbi ſupra. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis & conceſſis, aliud quiddam, per ea ipſa quæ conceſſa ſunt, neceſſe eſt euenire.* Syllogiſmorum alij ſunt Categorici, qui ſcilicet omnibus prædicatiuis propoſitionibus texuntur. Alij vero Hypothetici, quorum ſcilicet propoſitiones conditione præmiſſa nectuntur.

Quid mediũ

Quid 1. figura.

Auctor. Omnis ſyllogiſmus fit ex duabus propoſitionibus ante concluſionem, & ex tribus terminis, quorũ vnus vocatur maior extremitas, alius medius, alius minor. Medius eſt, qui bis ſumitur ante concluſionem. Tres ſunt figuræ ſyllogiſmorum. *Prima* eſt quando id quod ſubijcitur in prima, prædicatur in ſecunda: vt *omnis homo eſt animal, Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt animal. Secunda* eſt quando id quod prædicatur in prima, prædicatur in ſecunda; vt *nullus homo eſt lapis, omnis margarita eſt lapis, ergo nulla margarita eſt homo. Tertia* eſt quando id quod ſubicijtur in prima, ſubijcitur in ſecunda: vt *omnis homo eſt animal, omnis homo eſt riſibilis, ergo quoddam riſibile eſt animal.*

Quid 2.

Quid 3.

Quot modi cuiuſlibet figura.

Prima continet ix. modos, quorum quatuor concluduntur directè, quinque indirectè. Directa concluſio eſt, quando maior concluditur de minori. Indirecta quando minor de maiori. Secunda continet quatuor, & concluduntur directè. Tertia continet ſex, qui ſimiliter directè concluduntur. De quibus ſunt hi verſus.

Barbara, celarent, darij ferio, baraliptõ. Celantes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorum. Cæſare, cameſtres, feſtino, baroco, darapti. Felapton, diſamis, datiſi, bocardo, feriſon. Et ſciendum, quod omnes alij modi, exceptis quatuor primis, reducuntur in hos quatuor ductu poſſibili, excepto quarto ſecundæ, & quinto tertiæ, qui reducuntur per impoſſibile. *Et* ſciendũ eſt, quod omnis modus deſignatus per dictionẽ incipientem à b, debet reduci ad Barbara: à c, ad Cęlarent: à d, ad Darij, &c. quod patet per hos verſus.

In ſibi conſimilem vult litera quæque reduci Ductu poſſibili, baroco bocardo remotis. Item ſciendum eſt quod

a, de-

a, denotat vniuerſalem affirmatiuam: e vniuerſalem A negatiuam: i particularem affirmatiuam: o particularem negatiuam: s ſimplicem conuerſionem: p conuerſionem per accidens, in ordinis tranſmutatione: c reductionem per impoſſibile. *Item* ſciendum eſt quod ex puris particularibus, vel indefinitis, non cõtingit ſyllogizare; ſimiliter nec ex puris negatiuis.

Septem modi hypotheticorum ſyllogiſmorum.

Iſidorus vbi ſupra. Itaque formulę cathegoricorum, ideſt prædicatiuorum ſyllogiſmorum ſunt tres. Modi vero ſyllogiſmorum hypotheticorum, qui ſunt cũ aliqua concluſione, ſunt ſeptem. Primus modus eſt: Si dies eſt lucet, eſt autem dies, lucet igitur. Secundus modus eſt. Si dies eſt lucet, non lucet, non eſt ergo dies. Tertius modus eſt ita: Non & dies eſt, & non lucet: atqui dies eſt, lucet igitur. Quartus modus ita eſt: aut dies eſt aut nox, atqui dies eſt, nox igitur non eſt. Quintus modus eſt ita: Aut dies eſt aut nox, atqui nox non eſt, dies igitur eſt. Sextus modus eſt ita: Non & dies eſt, & non lucet: dies autem eſt, nox igitur non eſt. Septimus modus eſt ita; Non & dies eſt & nox, atqui nox non eſt, dies igitur eſt.

B

De Quatuor ſpeciebus ſyllogiſmi.

Cap. LI.

Quid ſyllogiſmus & quotuplex.

ARISTOTELES *in Topicis. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis, aliquid aliud, per hæc quæ poſita ſunt, ex neceſſitate accidit.* Huius ſpecies ſunt quatuor. *Prima* eſt demonſtratio, ſcilicet *ſyllogiſmus ex primis & veris; aut ex talibus, quæ per aliqua prima, & vera, quæ circa ipſa eſt, cognitionis principium ſumpſerunt.*

Quid demõſtratio.

Quid 1. vera

Sunt autem prima & vera, *quæ non per alia, ſed per ſeipſa fidem habent.* Non enim oportet in diſciplinalibus principijs inquirere propter quid, ſed vnumquodque principiorum ipſum eſſe fidem. *Secundus* eſt dialecticus ſyllogiſmus, *qui* ſcilicet *ex probabilibus eſt ſyllogizatus. Probabilia vero ſunt, quæ videntur omnibus, vel plurib⁹, vel ſapientibus, & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, vel præcipuis. Tertius* eſt litigioſus *qui* ſcilicet *ex his quæ videntur probabilia, non ſunt autem, & qui ex probabilibus: aut ex his quæ videntur probabilia, eſt apparens.* Et horum quidem primus, litigioſus & ſyllogiſmus dicatur: Reliquus vero litigioſus eſt ſyllogiſmus, Syllogiſmus autem non: quia videtur quidem ſyllogizari, non autem ſyllogizatur. *Quartus* falſigraphus, *qui* ſcilicet *ex primis veris, nec ex probabilibus, ſed ex his quæ conueniunt alicui diſciplinæ, non tamen ex veris, paralogiſmum facit*: vt in geometria, & in cæteris.

Quid ſyllogiſmus dialecticus:

Quid probabilia.

Quid litigioſus.

Quid pſeudographus.

C

D

De Syllogiſmo demonſtratiuo, & eius materia.

Cap. LII.

Quid demonſtratio.

IDEM *in* 1. *libro Poſteriorum. Demonſtrationem voco ſyllogiſmum facientem ſcire.* Scire autem opinamur vnumquodque ſimpliciter; & non ſophiſtico modo (quod eſt ſecundum accidens) *cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & quia non eſt contingens aliter ſe habere.* Neceſſe eſt igitur demonſtratiuam *ex veris quidem eſſe, & primis, & immediatis, & notioribus. & prioribus, & cauſis concluſionis*: huiuſmodi enim principia propria ſunt ei quod ſic demonſtratur, & ſine his non erit demonſtratio. Ex veris igitur oportet eſſe: quia quod non eſt, non eſt ſcire. Ex primis autem & ex indemonſtrabilibus, quia non ſciet, non habens ipſorum demonſtrationem. Cauſas quoque, & notiores, & priores oportet eſſe, Cauſas quidem, quia tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus: & ſi verè cauſæ ſunt, priores & notiores exiſtunt. Priora autem & notiora dupliciter ſunt, quoad nos ſcilicet & natura ſeu ſimpliciter: illa ſunt quæ ſenſui proxima ſunt, ſcilicet ſingularia: hæc vero quæ longius, ſcilicet vniuerſalia. Ex primis quidẽ eſt, quod ex principiis proprijs eſt: idem enim primum dico, &

Quid 1. vera

Quid ſyllogiſmus dialecticus:

Quid probabilia.

Quid litigioſus.

Quid pſeudographus.

2. definitio demonſtrationis explicatur.

E

principium. *Eſt autem principium demonſtrationis, propoſitio immediata.* Immediata vero eſt, qua non eſt altera prior.

Quid principiũ demonſtrationis.

Idem in libro Priorum. Differt autem demonſtratiua propoſitio à dialectica, quia demonſtratiua quidem ſumptio eſt alterius partis contradictionis, non enim interrogat ſed ſumit qui demonſtrat. Dialectica vero interrogatio contradictionis eſt. Nihilque diſtat vt fiat vtriuſque ſyllogiſmus, nam & qui demonſtrat, & interrogat ſyllogizat, ſumens aliquid de aliquo eſſe, vel non eſſe: quare ſyllogiſtica quidem erit propoſitio, ſimpliciter affirmatio vel negatio alicuius de alio: Demonſtratiua vero, ſi vera ſit, & per primas propoſitiones ſumpta. Dialectica autem percunctanti quidem interrogatio contradictionis ſyllogizanti vero ſumptio apparentis & probabilis.

Diſcrimẽ inter propoſitionem demonſtratiuã & dialecticã

Item in libr. Poſteriorum. Demonſtratiua igitur determinate alterum ſumit, quoniã verum eſt. Enunciatio vero quãlibet contradictionis partem. Contradictio autem eſt oppoſitio, cuius non eſt mediũ ſecundum ſe. *Immediati autem principij ſyllogiſtici alteram partẽ, quam non eſt monſtrare, nec neceſſe eſt habere ad docendum aliquid, poſitionem dico. Quam vero neceſſe eſt ad quidlibet diſcendum habere dignitatem vel maximam propoſitiõnem voco. Poſitionum autem, illa quidem quæ quamlibet partium enunciationis accipit,* vt cum dicitur aliquid eſſe, vel non eſſe *ſuppoſitio eſt.* Quæ vero ſine hoc, diffinitio. Diffinitio namque poſitio eſt. (Ponit enim Arithmeticus vnitatem eſſe hoc indiuiſibile ſecundum quãtitatem) Suppoſitio autem non eſt: id enim quod quid eſt vnitas, & eſſe vnitatem, non eſt idem.

Quid poſitio ſeu theſis.

Quid axioma ſeu dignitas.

Quid ſuppoſitio.

Quoniam autem in demonſtratione, & credere, & ſcire rem oportet, neceſſe eſt non ſolum præcognoſcere prima, aut omnia, aut quædã, ſed magis cognoſcere: ſemper enim propter quod eſt vnumquodque, illud magis; vt propter quod amamus, illud magis amicum eſt. Quare ſi quid ſcimus per prima, illa ſcimus & credimus magis, quàm poſteriora propter illa. Quoniam autem impoſſibile eſt aliter ſe habere id cuius eſt ſimpliciter ſcientia, vtique neceſſarium erit hoc ſcibile, quod eſt ſecundum demonſtratiuã ſcientiam: hoc eſt quam habemus in habendo demonſtrationem. Ex neceſſariis itaque ſyllogiſmus eſt demonſtratio. Accipiẽdum eſt igitur ex quibus & qualibus demonſtrationes fiunt.

Præmiſſa ſint magis nota quã concluſio.

De hoc quod eſt de omni, & per ſe, & vniuerſale.

Cap. LIII.

Quid dici de omni.

DE omni quidem hoc dico, quod non in quodam eſt, & in quodam non: nec aliquando ſic, nec aliquando non: vt *de omni homine animal*, quia ſi verum eſt dicere hominem, & animal: & ſi alterum nunc, & alterum. Nam & inſtantias ſic proferimus interroganti de omni, ſcilicet aut ſi inde in quodam non, aut ſi aliquando non.

Quid per ſe 1. modo.

Quid 2. modo.

Per ſe autem ſunt, quæcumque ſunt in eo quod quid eſt: vt *triangulo ineſt linea, & lineæ punctum*: ſubſtãtia enim ipſorum ex his eſt. Item quæcumque inſunt in ratione dicenti quid eſt: vt *lineæ ineſt rectum & circulare: numero, par & impar: & yſocheles, quod eſt æquilaterum, & altera parte longius.* Quæcumque vero neutraliter inſunt, accidentia ſunt, vt muſicum vel album animali. *Item* per ſe ſunt, quæ non de ſubiecto alio quodam dicuntur, vt ambulans, cum alterum quoddam ſit ambulans, & album: ſubſtantia vero, & quæcumque hoc aliquid ſignificant, non alterum aliquid ſunt, quàm quòd veræ ſunt: quæ quidem igitur non de ſubiecto ſunt, per ſe dico. Quæ vero de ſubiecto, accidentia. *Item* per ſe eſt, quod propter ipſum vnicuique ineſt, ſcilicet tanquam effectus cauſæ, vt *interfectione interiſſe.* Quod autem nõ propter ipſum ineſt, accidens eſt: vt *me ambulante coruſcare.* Quæ ergo dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe, ſic ſunt ſicut in eſſe prædicantibus, aut in eſſe propter ipſa, quæ inſunt ex neceſſitate.

Quid 3. modo.

Quid 4. modo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vniuersale autem dico, quod cum sit de omni & per se est, & secundum quòd ipsum est. Quæcumque igitur vniuersalia sunt, ex necessitate rebus insunt. Per se autem, & secundum quòd ipsum est, idem est; vt per se inest lineę punctum, & rectitudo, quia secundum quòd linea est. Quæ autem per se insunt, necessario rebus insunt.

Quod demonstratio sit ex necessarijs, & proprijs.

Cap. LIV.

EX veris quidem est, & non demonstrantem syllogizare, non autem ex necessarijs; hoc enim proprium est demonstrationis. Vnde & instantias ita ferimus ad opinantes demonstrare, quoniam non sit necesse, sed opinantur aliter contingere; nam corrumpetur vtique medium, nisi sit necessarium, quare syllogizans habebit quidem rationem, nescit autē; quia quod corrumpi contingit, possibile est, & contingens. Est autem necessarium ex non necessarijs syllogizare, sicut verum ex non veris, non autem econuerso: vnde cum non est necessaria conclusio, nec medium possibile est esse necessarium.

Medium demõstrationis debet esse necessarium.

Quoniam igitur quòd scit aliquis demonstratiuè, oportet ex necessitate inesse, patet quòd & per medium necessarium oportet habere demonstrationem; aut si non, nec sciet propter quid, nec quia necesse est illud esse, sed aut opinabitur nesciens, aut neque opinabitur. Accidentium autem non per se, non est, demonstratiua scientia; non enim necessaria sunt, quæ contingit non esse, quare non est necesse conclusionem eorum scire propter quid sit, etiam si semper sint, non autem per se: propter quid enim scire, est per causam scire, propter ipsum ergo oportet mediũ tertio, & primum medio inesse: non est autem ex alio genere in aliud descendentem demonstrare, vt geometricum in arithmeticam.

Tria sunt in demonstratione.

Tria sunt enim in demonstrationibus. *Vnum* quidem quod demonstratur, sc. cõclusio, ideſt passio quæ probatur de subiecto, & inest ei per se. *Aliud* vero dignitates ex quibus est demonstratio. *Tertiũ* vero subiectum, cuius passiones, & per se accidentia, ostendit demonstratio. Ex quibus igitur subiectis demonstratio fit, illa eadem esse contingit: quorum autem alterum genus est, vt arithmeticæ & geometriæ, non est demonstrationem conuenire; nam arithmetica semper habet genus proprium, circa quod est demonstrare, & alię similiter. *Quare* ex eodem genere necesse est media & vltima esse; propter hoc geometriæ non est demonstrare quod contrariorum eadem sit scientia; nec alterius scientię, quod alterius est; nisi forte sic se habeant ad inuicem, quod altera sit ab altera, vt perspectiua ad geometriam, & consonantia ad arithmeticam. Manifestum est autem si sint propositiones vniuersales (scilicet de omni & per se, &c.) ex quibus est syllogismus, quod necesse est & conclusionem esse perpetuam huiusmodi demonstrationis, & simpliciter vt est dicere demonstrationis: *non est* ergo corruptibilium demonstratio, neque scientia simpliciter, sed secundum accidens. *Similiter* autem se habet de diffinitione, scilicet quod habet necessitatem siue perpetuitatem: quoniam deffinitio quidem est, aut principiũ demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quædam demonstrationis. Eorum etiam quæ sæpè fiunt, demonstrationes & scientiæ sunt, vt lunæ defectus.

Vna scientia non potest demonstrare aliquid de obiecto alterius.

Corruptibilium non est scientia nisi per accidens.

Auctor. De hoc talis potest fieri demonstratio. *Omne luminosum priuatum lumine terræ obiectu, deficit; luna est luminosum, &c. ergo luna deficit.* Hic si respicias ad naturam subiecti, quod est luna, necessaria est demõstratio. Respiciendo autem ad naturam passionis, quę est deficere, demonstratio est secundum quid. Et hoc exponit Arist. in textu dicens, quòd secundum quòd huiusmodi sunt, semper sunt. Inquantum autem non semper, secundùm partem sunt, ideſt secundùm aliquam partem temporis.

De Facultate inueniendi medium, & de numero quæstionum.

Cap. LV.

ITEM *in textu. Solertia est subtilitas quædam medij inueniendi, in non perspecto tempore*; ideſt subito; vt si quis vidit quod luna semper habet splendorem ad solem, statim intellexit propter quid hoc sit, scilicet quòd id illustratur à sole. Aut videns pauperem disputantem cum diuite, cognouit quoniam accommodatum est; omnis enim causas medias videns, cognouit & vltimas.

Quid solertia.

Idem in 2. *libro.* Quæstiones autem sunt æquales numero his, quæcũque vere scimus. Quęrimus autē quatuor, *quia est, propter quid est, si est, quid est.* Cũ enim vtrum hoc sit an non sit quærimus, in numerum ponentes (vt vtrum sol deficiat an non) ipsum quia quærimus. Cum autem scimus ipsum quia, propter quid quærimus. Quædam autem & alio modo quærimus, vt si est, aut non est Centaurus, aut Deus. Cognoscentes autem quia sit, quid igitur sit quærimus. Hæc igitur & tot sunt quæ quærimus, & quæ inuenientes scimus. Cum enim quærimus quia est, aut si est, quærimus vtrum sit medium ipsius an non. Cum autem propter quid, aut quid est, tunc quærimus quid sit medium. Dico autem, quia est, aut si est, in parte, aut simpliciter, in parte quidem, vt *vtrum luna deficit*; simpliciter autem, vt *si est, aut nõ est luna*. In omni itaque quæstione contingit quærere, aut si est medium, aut quid est medium. Causa autem & medium idem est.

Quatuor sunt quæstionum genera.

De Syllogismo dialectico.

Cap. LVI.

IDEM *in lib. Topicorum primo.* Dialecticus syllogismus est ille, sicut dictum est quoniam scilicet ex probabilibus syllogizatus est. Est autem dialectica vtilis ad tria, scilicet ad exercitationem, vt possimus facile ad propositum argumentari. *Item* ad obuiationes, vt disputando possimus falsa improbare. *Item* ad sciendum philosophicas disciplinas, quia potentes ad vtraque dubitare, id est in vtramque partem contradictionis rationes adducere, facile in singulis speculabimur verum, & falsum. Valet etiam ad prima principia eorum quę sunt circa vnamquamque disciplinam probanda. Et hoc est proprium, vel maxime conueniens dialecticæ. Cum enim inquisitiua sit, ad omnium methodorum principia viam habet: habemus autem perfecte methodum, ideſt artem, quando similiter habemus, ideſt sufficienter, scilicet quantum ad nos, licet non semper quantum ad alterum: Non enim Rhetor omnimodo persuadebit, nec Medicus semper sanabit, sed si nihil omisit ex contingentibus, sufficienter eum disciplinam habere dicemus. Considerandum est igitur ex quibus est methodus, ideſt ars dialectica, hoc est ex quibus fiunt orationes; & ad quot, & ad quæ problemata, & quomodo abundemus his. Orationes siquidem, ideſt disputationes dialecticæ, fiunt ex propositionibus. Syllogismi autem de problematibus, ideſt ad problemata, scilicet ad vtramque partem contradictionis probandam, vel improbandam; quam continet problema.

Dialectica ad tria vtilis

De Propositionibus, & Problematibus.

Cap. LVII.

SVnt autem æqualia numero propositiones & problemata. Nam ex omni propositione problema

facies,

Differūt propoſitio & problema in modo proponendi tantum.

facies, tranſſumpto modo, ideſt adiūcta nota dubitādi, cum aduerbio negandi. Verbi gratia, ſi dico; *Putaſne animal greſsibile bipes, ſit hominis deſſinitio?* propoſitio eſt. Si autem dico, *vtrum animal greſsibile bipes deſſinitio eſt hominis, an non?* problema fit; ſimiliter & in aliis.

Quatuor ſunt genera problematū.

Sunt enim propoſitionum & problematum genera quatuor; nam omnis propoſitio, & omne problema, aut terminum, aut genus, aut proprium, aut accidens indicat. *Eſt autem terminus* (ideſt deſſinitio) *oratio quid eſt eſſe ſignificans. Genus eſt, quod de pluribus, & differentibus ſpecie, in eo quod quid eſt prædicatur. Proprium eſt, quod quidem non indicat quid eſt eſſe, ſoli autem ineſt, & conuerſim prædicatur de re. Accidens eſt, quod nihil prædictorum eſt, ineſt autem rei.* Item *accidens eſt, quod contingit vnicuilibet ineſſe, & non ineſſe.* Quòd autem ex his, & per hæc, & ad hoc ſint orationes dialecticæ, vna quidem fides eſt per inductionem. Conſiderans enim vnamquamque propoſitionum, & problematum; videbit, aut à diffinitione, aut à proprio, aut genere, aut ab accidēte eſſe factam. Alia quoque fides eſt per ſyllogiſmum. Neceſſe eſt enim omne quod de alio prædicatur, aut conuerſim prædicari, aut non. Si conuerſim; aut ſignificat quid eſt eſſe, & ſic eſt diffinitio; aut non, & ſic eſt proprium. Si autem non cōuerſim, aut eſt ex his quæ in diffinitione ſubiecti dicuntur, & ſic eſt genus, aut differentia; aut non ex his, & ſic eſt accidens. Differentia vero generalis cum genere collocanda, vel ordinanda eſt. Dictæ autem quatuor differentiæ in decem prædicamentis ſunt; & omnis ab his propoſitio facta, aut quid eſt, aut quale, aut quantum, aut aliquid aliorum ſignificat; nam quando poſito homine in ſubiecto dixerit quis quod poſitū eſt eſſe hominem, & quid eſt dicit, & ſubſtantiam ſignificat. Quando vero albo colore poſito, dixerit quod poſitum eſt album eſſe, vel colorem, quid eſt dicit, & quale ſignificat; ſimiliter & de cæteris.

Probat omnia propoſitionum genera ad iſta quatuor pertinere.

De Diffinitione vtriuſque prout ſpectant ad dialectica.

Cap. LVIII.

Quid propoſitio dialectica.

Non autem omnem propoſitionem, nec omne problema dialecticum eſſe ponendum eſt. Sed *propoſitio dilectica eſt interrogatio probabilis, aut omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus; & his vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, non extranea.* Sunt etiam dilecticæ propoſitiones illæ quæ ſimiles ſunt probabilibus, vt ſi probabile eſt contrariorum eandem eſſe diſciplinam, & ſenſum eundem contrariorum eſſe probabile apparebit; & ſi vnam eſſe Grammaticam, & Muſicā vnam, hæc enim ſimilia ſunt. *Item* illæ quæ probabilibus ſunt contrariæ, ſecundum contradictionem protenſæ, ſecundum eſſe vel non eſſe, ſecundum prædicata vel ſubiecta. Vt ſi probabile eſt quoniam amicis oportet benefacere, probabile eſt quoniam amicis non oportet malefacere, ſecundum contrariorum contradictionem. *Item* quæcumque opiniones ſunt ſecundum artes inuentæ, propoſitiones ſunt dialecticæ, ſcilicet cum ponit aliquis ea quæ videntur his qui in arte probati ſunt. Verbi gratia, de his quæ in geometria, vt geometer, de his quæ in medicina, vt medicus.

Quid problema.

Problema autem dialecticum eſt ſpeculatio contendens electionem, vel fugam; vel ad veritatem vel ſcientiam, aut vt ipſum, aut vt adminiculans, aut aliquid aliud huiuſmodi. Quædam enim vtile eſt ſcire, ad eligendum vel fugiendum; vt *vtrum voluptas fugienda ſit, an non.* Quædam vero ipſa quidem per ſe ad neutrum horum, ſed adminiculantia ſunt ad aliquod talium: plurima enim propter ſe ſcire non volumus: Propter alia autem, vt per hæc alia cognoſcamus. Sunt autem & problemata de quibus contrarij fiunt ſyllogiſmi, quia dubitationem habent, vtrum ſic ſe habeat res, an non.

Quid poſitio

Poſitio eſt extranea opinio alicuius notorum ſecundum philoſophiam. Eſt ergo poſitio quidem problema, non autem omne problema poſitio eſt; quia problemata quædam ſunt, de quibus neutro modo opinamur. Nec oportet dialecticum omne problema, nec omnem poſitionem conſiderare, ſed ea de quibus dubitabit aliquis, rationis, ideſt certitudinis, indigentium, & non pœnæ, vel ſenſus: nam qui dubitat vtrum oporteat Deum vereri, & parentes honorare vel non; pœnæ indiget: qui vero vtrum nix ſit alba vel non, ſenſus, neque ergo quorum propinqua demonſtratio eſt, neque quorum valde longe.

De Inſtrumentis abundandi ſyllogiſmis, Et primo de propoſitionibus eligendis.

Cap. LIX.

Quid Inductio.

Rationvm dialecticarum ſpecies ſunt duæ, ſcilicet inductio & ſyllogiſmus. *Inductio eſt à ſingularibus ad vniuerſalia progreſſio.* De ſyllogiſmo vero quid ſit, iam ſuperius dictum eſt. Inductio quidem veriſimilior eſt, & planior, & ſecundum ſenſus notior, & pluribus communis. Syllogiſmus autem violentior, & ad contradictionem efficacior.

Inſtrumenta abundantia quatuor.

Inſtrumenta autem per quæ abundemus ſyllogiſmis, ſunt quatuor. Vnum ſcilicet propoſitiones ſumere, ideſt eligere. *Secundum* verò quotiens, ideſt quot modis vnumquodque dicitur poſſe diuidere. *Tertium* differentias inuenire. *Quartum* ſimilitudinem conſiderare. Sunt enim & horum tria quodammodo, ſcilicet cauſaliter propoſitiones facere; ideſt vnumquodque illorum trium, inſtrumentum eſt ad quartum, quod eſt ſumptio propoſitionum, vt quoniam eligendum eſt quod bonū, vel ſuaue, vel quod expedit; hæc propoſitio ſumpta eſt à diſtinctione nominis. Et quoniam differt ſenſus à diſciplina, quia illa poteſt amitti, & iterum ſumi, ſenſus autem non; hæc à differentijs. Et quoniam ſimiliter ſe habet ſanatiuum ad ſanitatem, & euechituum ad euechiam; hæc à ſimilibus.

Quales propoſitiones eligenda.

Eligendæ ſunt autem propoſitiones non ſolum probabiles, ſed & his ſimiles, vt quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina, quia idem ſenſus. Et quoniam videmus intus ſuſcipientes aliquid, non extra mittentes: quia in auditu, & in cæteris ſenſibus ita eſt. Oportet etiam protendere contrarias apparentibus ſecundum contradictionem, vt ſuperius dictum eſt. Eſt autem figuraliter complecti propoſitionum & problematum partes tres, quædam ſcilicet ethicæ, aliæ phiſicæ, aliæ logicæ.

De Conſideratione ſimplicis & multiplicis.

Cap LX.

Quadū ſunt contraria voce & ſignificatione, quædam ſignificatione non voce.

Vtrvm autem aliquid multipliciter an non multipliciter dicatur. Primum in contrario perſpiciendum, ſi multipliciter ſiue ſpecie, ſiue nomine diſſonet. Quædam enim ſpecie, ideſt ſignificatione, & etiam nominibus diuerſa ſunt: vt *acuto in voce contrarium eſt graue: acutè autem in magnitudine obtuſum*, & ita contrarium acuto multipliciter dicitur, ergo & acutum: non enim idem acutum graui & obtuſo erit contrarium. *In* quibuſdam autem nulla eſt in nominibus differentia, ſed tantum in ſpecie: vt *in albo & nigro*, vox enim alba & nigra dicitur, & etiam color, ſed non ſimiliter. Nam eorum quæ ſunt idem ſpecie, idem eſt ſenſus: Album verò in colore & in voce non eodem ſenſu indicamus, ſed hoc viſu, illud auditu. *Præterea* conſiderandum, ſi vni eſt aliquid contrarium, alii vero ſimpliciter nihil. *Item* ſi huic eſt aliquid medium, illi autem nihil; aut ſi vtrique quidem eſt, non idem autem, vt albi & nigri in coloribus fuſcum: in voce nihil, niſi fortè raucum. Præterea ſi horū plura ſunt media, vt albi & nigri: illorum

autem vnum, ſicut in voce ratiocum.

Rurſus in eo quod contradictoriè opponitur, conſiderandum ſi multipliciter, dicitur vnum ſcilicet nõ habere viſum, aliud non vti viſu; quare & videre multipliciter. Similiter & in priuatione, & in habitu, nam ſi vnum multipliciter, & reliquum. Item in caſibus; nam *ſi iuſtè multipliciter dicitur, iuſtum ſimiliter*, & è conuerſo. *Conſideranda* ſunt etiam nouem Prędicamentorum genera, ſi eadem ſunt in omnibus. Nam ſi non eadem, patet æquiuocum eſſe quòd dicitur; vt *bonum in medicina effectiuum eſt ſanitatis; in homine autem ſignificat quale, vt caſtum vel iuſtum; in tempore vero quando*; quare æquiuocum eſt. *Conſideranda* etiam genera eorum quæ ſub eodem nomine ſunt, vtrum ſint diuerſa, & non ſubalterna; vt *Aſinus dicitur animal, & vas*; ideo æquiuocum eſt.

Cauenda æquiuocatio terminorũ in problematibus.

Hoc autem conſiderandum non ſolum in problemate, ſed etiam in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur, & propoſitum; oportet enim ad diffinitionem reſpicere, quæ ex oppoſito ſit, vel ſubiecto & accidente; vt albo corpore, & alba voce: perempto enim ſubiecto, eandẽ rationem vtrobique oportet relinqui. Hoc autem non accidit in æquiuocis; vt in his quæ nunc dicta ſunt: nam corpus album eſt corpus talem colorem habens, vox alba eſt vox bene audibilis. Interempto itaque corpore & voce, non idem eſt in vtroque quòd reſtat, quando non eſt vniuocum. *Item* conſiderandum ſi non ſunt comparabilia ſecundum magis vel ſimiliter, vt alba vox, & alba veſtis; acutus humor, & acuta vox. Hæc enim neque ſimiliter dicuntur alba vel acuta; neque alterum magis altero; vniuocum autem omne comparabile eſt ſecundum magis, vel ſimiliter.

Rurſum ſi eorum quæ ſub eodem nomine ſunt, diuerſę differentiæ ſunt; vt coloris qui eſt in corporibus differentię ſunt, cõgregatiuum & diſgregatiuum viſus: eius autem qui in melodiis, non ſunt eædem differentiæ. *Item* ſi vnum eſt ſpecies & alterum differentia; vt *album in corpore ſpecies coloris, in voce autem differentia*. De eo ergo quod multipliciter dicitur, per hæc & ſimilia perſpiciendum; quod quidem ad hoc vtile eſt, vt ad rem, & non ad nomen fiant ſyllogiſmi. Si enim latet quoties, ideſt quot modis nomen dicitur, contingit interrogantem & reſpondentem non ad idem ferre intellectum. Manifeſtato autem quoties ridiculoſus videbitur interrogans, ſi non ad hoc opponat, ſcilicet quod dedit reſpondens. Valet itaque, & ad non paralogizari; & etiam ad paralogizare, ſcilicet ſi neſciat reſpondens quoties dicitur.

Ablatio æquiuocationis ad quid vtilis.

De Conſideratione diuerſitatis & ſimilitudinis.

CAP. LXI.

DIFFERENTIAS autem conſiderandum eſt, & in his quæ in eodem genere ad ſe inuicem; vt *in quo differt iuſtitia à fortitudine*, & etiam ex alio ad aliud, in his dumtaxat quæ non nimium differunt, vt *in quo differt ſenſus à ſcientia*. Nam in his quæ nimium differunt, manifeſtę ſunt omnes differentiæ. Differentias quidem inuenire vtile eſt, & ad ſyllogiſmos de eodem & diuerſo; quia differentiam quamlibet propoſitorum inuenientes, oſtendentes erimus quoniam non idem; & etiam ad cognoſcendum quid eſt, eo quòd propriam ſubſtantiæ cuiuſque rationem conuenientibus differentijs ſeparare ſolemus.

Scire differẽtias ad quid vtile.

Similitudines autem conſiderandæ ſunt in his quæ ſunt in diuerſis generibus: vt *ſicut diſciplina ſe habet ad diſciplinatum ſic ſenſus ad ſenſatum*; & *ſicut mens in anima, ſic in oculo viſus*. Similiter & in eodem genere, ſi aliquibus ineſt aliquid, idem in eo ſimilia ſunt. Maximè autem in his quæ multum diſtant oportet exerceri; quia facile in reliquis & ſimilia poſſunt conſpici. Horum autem ſpeculatio vtilis eſt ad inductiuas rationes quia circa ſingula in ſimilibus vniuerſale aggredimur inducere. *Item* ad ſyllogiſmos ex hypotheſi, quia probabile eſt quemadmodum in vno ſimilium ſe habet, ſic & in reliquis. *Item* ad diffinitionum aſſignationem, quia potentes reſpicere quid in vnoquoque ſit idem, non dubitamus quòd oporteat genus deffinientes propoſitum ponere (Omnium namque communium, quod maximè in eo quòd quid eſt prędicatur, genus eſt) ſed etiam in multis diſtantibus vtilis eſt ad diffinitiones, ſimilitudinis conſideratio; vt quoniam idem eſt punctus in linea, & vnitas in numero, (vtrumque enim principium eſt vnitatem) principium numeri eſſe dicunt, punctum vero principium lineæ.

Conſideratio ſimilitudinis ad multum vtilis.

De Conſiderationibus ad problema de accidente abſoluto terminandum.

CAP. LXII.

IDEM *in lib. 2.* In ſolis autem accidentibus contingit ſecundum quid ineſſe ideſt ſecundum partem, & non vniuerſaliter. Idcirco difficillimum eſt eam quæ ab accidente conuenientem nominationem conuertis; nam & à genere, & à proprio, & diffinitione conuerti neceſſe eſt; vt ſi animal ineſt alicui, verum erit dicere quoniam animal eſt, ſimiliter & in alijs. Nihil enim horum contingit ſecũdum quid ineſſe, ſed tantum ſimpliciter. In accidente vero nihil prohibet ineſſe ſecundum quid; vt albedinem, vel iuſtitiam, quare non ſufficit oſtẽdere quòd albedo vel iuſtitia ineſt, ad oſtendendum quoniam albus, vel iuſtus eſt.

Itaque problematum de accidente, quædam, vniuerſalia ſunt, quædam particularia: Et vtraque genera conſtructiua, vel deſtructiua. In his autem dupliciter peccatur; ſcilicet *mentiendo*, vt ſi quis alicui dicat ineſſe, quod non ineſt: Et *poſitam locutionem tranſgrediendo*, vt ſi extraneo nomine rem appellet, ſicut *Platanum Hominem*.

Problemata accidentium alia vniuerſalia, alia particularia, circa quæ contingit dupliciter peccare.

Vnus igitur locus, ideſt conſideratio eſt, ſi quod ſecundum aliquem alium modum ineſt, vt accidens aſſignatum eſt. In quo maximè circa genera peccat, vt *ſi quis albedinem colorari dixerit, ambulationem moueri*. Nullum enim genus denominatiuè de ſpecie dicitur; ſed omnia vniuocè, quia ſecundum nomen & rationem.

Diuerſa loca accidentium examinatur.

Nullũ genus dicitur denominatiue de ſua ſpecie.

Alius locus eſt, inſpicere quibus inſit, quod omnibus aut nulli ineſſe dictum eſt. Oportet autem incipere à prioribus, ideſt ſpeciebus, & inde vſque ad indiuidua, vt ſi dictum eſt, *Omnium oppoſitorum eadem eſt diſciplina*, perſpiciendum vtrum eorum quæ ſunt ad aliquid, & contrariorum, ac cæterorum. Et ſi id nondum manifeſtum ſit, conſiderandum eſt ad indiuidua, ſcilicet *vtrum iuſti, & iniuſti; dupli; & dimidij*. Nam ſi in aliquo oſtendatur quia non eadem, interimentes erimus problema: Similiter autem, & ſi nonnulli ineſt, iſte autem locus, ſcilicet à toto in quantite, conuertitur ad conſtruendum, & deſtruendum. Si enim diuidendo videatur in omnibus, aut in pluribus, vniuerſaliter concedendum eſt: vel inſtantiam ferre oportet, in aliquo non ſic.

Alius quoque locus eſt, diffinitiones facere accidentis, & eius cui accidit, vel alterius tantum: & in diffinitionibus conſiderandum, vtrum aliquid non verum, vel verum ſumptum ſit: id eſt vtrum aliquid ſit in diffinitione vnius quod repugnet alteri, vel alicui quod ſit in diffinitione illius. Nam ſi ſic, patet quod non ineſt, vt *ſi in iuſtitiam facere eſt ſponte nocere, patet quia Deo non ineſt iniuſtitiam facere*, quia non cõtingit Deum nocere. Et *ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius*, ac proinde vitium, patet quòd ſtudioſus non eſt inuidus, pranus enim eſſet. *Item* omnis qui dicit vnumquidlibet, quodammodo multa dicit, eo quod plura ſunt vnicuique ex neceſſitate conſequentia: vt *qui hominem dicit eſſe, dicit & quoniã animal eſt, & quoniã bipes, & diſciplinæ ſuſceptibile*; quare quolibet cõſequentium interempto, interimitur quod ex principio eſt.

Adhuc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Adhuc de eodem.

Cap. LXII.

ALIVS est locus ab appositis, in quibus duplex est consequentia, scilicet in ipso, idest in eodē ordine, & econtrario. In contradictoriè oppositis est consequentia econtrario, vt *si homo est animal, non animal est non homo.* In contrariis autem & aliis oppositis est consequentia in ipso, vt *in fortitudine & debilitate,* hanc enim sequitur virtus, illam autem vitium. Raro autem accidit in contrariis consequentia econtrario; vt *euechiam quidem sanitas sequitur, catechiam autem ægritudo non, sed ægritudinem catechia.*

De consequētia in ipso, & econtrario.

Alius quoque locus est à cōiugatis & casibus. Dicuntur autem cōiugata, quæcumque secundum eandem coniugationem sunt: vt *Iustitia, iustus, iusta, iustum, iustè*; vno igitur quolibet eorum ostenso, & reliqua quoque omnia ostensa sunt. *Alius* est locus à generatione & corruptione, quorum enim generationes bonæ sunt; & ipsa bona; & econuerso: quorum autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem econtrario. Eadem quoque ratio est in efficientibus, & corrumpentibus. Quorum enim effectiua bona, & ipsa bona, & quorum corruptiua mala, & ipsa mala.

De coniugatis.

De generatione & corruptione.

Item ex magis & minus quatuor loci sunt. Vnus scilicet, quo magis sequitur magis; vt si voluptas bonum, & magis voluptas magis bonum. *Item* vno dicto de duobus, cui si magis videtur inesse, non inest, nec cui minus. Et si cui minus videtur inesse, inest, & cui magis. *Item* duobus de vno dictis, si quod videtur inesse alicui magis, non inest, nec quod minus videtur. *Item* duobus de duobus dictis, si quod magis alteri videtur inesse non inest, nec reliquum reliquo. Aut si quod minus videtur alteri inesse inest, & reliquum reliquo.

De magis & minus.

Item à simili triplex est locus, sicut à maiori, vt in tribus posteris locis dicebatur. Nam si vnum, quid duobus similiter inest, vel inesse videtur; si alteri non insit, nec alteri; si autem alteri inest, & reliquo. Item si duo idem similiter; si alterum non insit, nec reliquum. Eodem modo & si duobus duo similiter insunt: nam si alterum altero non inest, nec reliquum reliquo. *Alia* est consideratio ex appositione, si enim alterum ad alterum appositum facit illud bonum, vel album, quod prius non erat album, vel bonum; appositum ipsum erit bonum vel album, quale & totum facit: Non autem conuertitur hic locus ad destruendum; nam si non faciat quod appositum est bonum, non ideo sequitur quòd ipsum non sit bonū: bonum etenim malo appositum, non ex necessitate totum bonum facit, nec album nigro.

De loco à simili.

De appositione.

De accidente comparato.

Cap. LXIV.

IDem *in libro primo.* Adiacent autem accidenti, idest cadunt sub accidente, & quæ ad se inuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente ductæ; vt vtrum pulchrum, aut quod expedit, magis sit eligendum, & similia. *Idem in lib.* 3. Primum ergo quod diuturnius & certius est, magis est eligendū, eo quod minus huiusmodi. Et quod magis eligit prudens vel bonus vir, vel lex recta, vel studiosi circa singula delecti, quatenus tales sunt; omnia n. bonum appetunt. Quod autem propter se eligendum, eo quod propter aliud, magis est eligendum. Et quod propinquius est fini, & omnino, quod ad vitæ finem appetibilius, & possibile impossibili, & cui consequens est maius bonum, vel minus malum.

Quid magis eligendum inter accidētia adinuicē comparata.

Amplius, plura bona paucioribus, nisi alterū propter alterum, vbi nihil magis eligendum vtraque quā vnum. Vnumquodq; in tempore quo magis valet, in hoc etiam magis eligendum: vt *prudentia à senectute;* nemo enim iuuenes eligit duces, eo quod nō constet prudentes esse. Temperantia autem in iuuentute: magis enim iuuenes quàm senes, concupiscentiis molestantur, quod proximum bono, melius & magis eligendum, & quod similius est bono, & quod meliori est similius; si tamen illi simile sit in eo, quòd melius. Considerandum enim, si in ridiculosioribus sit simile, velut Simia Homini quàm Equus, non enim melior Simia quam Equus, licet similior Homini.

Item quod difficilius, magis enim amamus cū habemus, quod non est facile sumere. Aliquando autē meliora non etiam magis eligenda; nam philosophari melius est quam ditari, sed non magis eligendum indigenti necessariis. Quod ad omnia, vel plura vtile est, magis eligendum erit, quàm quod non sit; & quod propter melius est, vt quod propter virtutem, quàm quod propter delectationem. Similiter autem & in fugiendis; nam magis fugiendum est, quod magis impedit virtutes. *Idem* autem loci vtiles sunt ad demonstrandum quid eligendum simpliciter, vel fugiendum; si enim quod vtilius est magis eligendum est, & vtile eligendum similiter & in aliis. Item quod naturaliter bonum est, palam quoniam eligendū est.

Difficiliora obtentu magis æstimātur

Est autem & eorundem qui dicti sunt locorum, quosdam magis vtiles facere parum transmutāti; scilicet vt dicendo, quod natura tale, magis est tale eo, quod non natura tale. Et quod facit aliquid tale, magis tale quam quod non facit, vel quod minus facit. Similiter & ex ablatione, nam id quo ablato reliquum minus tale, ipsum magis tale. Et quæ contrariis impermixtiora sunt, magis & talia. *Item* quod magis suscipit propriam propositi rationem, vt si albi ratio est color disgregatiuus visus, albius erit color magis disgregatiuus visus: Si autem particulariter & non vniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti loci constructiui & destructiui vniuersaliter omnes ad hoc vtiles sunt. Nam si omni inest, & alicui: & si nulli, nec alicui. Vniuersaliter ergo interimentes & destruentes, & particulariter demonstramus, problema vno modo interimitur: sed ostendendo vniuersaliter, vel quia nulli est, affirmatio ponitur: vel quia omni, negatio.

Maxima.

De considerationibus ad problema de genere.

Cap LXV.

IDem *in libro quarto*: Si vero ponatur aliquid esse genus alicuius existentium: *Primum* quidem perspiciendum, vtrum non de omni prædicetur, nam si sic, palam quoniam non est genus. *Item* si non in eo quod quid est prædicatur, sed secundum accidens. Amplius, si non in eadem diuisione est genus & species sed hoc quidem substantia, illud autem quale. *Item* si contingit genus participare diffinitionem illius quod positum est in genere, scilicet speciei quæ posita est sub genere proposito. Diffinitio quidem participare, est suscipere participati rationem: itaque species participant genera, non autem econuerso. *Item* si de pluribus dicitur quam genus quod sub genere ponitur, vt *opinabile quam ens*: nam ens & non ens opinabile est: quamobrem non erit opinabile species. *Item* si de æqualibus, vt ens & vnum. Omnia enim ens & vnum: quare neutrum neutri genus: de pluribus enim semper genus quam species dicitur & impossibile est participare genus, quod nulla specierum participat.

Quomodo discernendū verū genus.

Item considerandum si genus in speciem posuit, vt contiguitatem sub continuatione: non enim omne contiguum continuatur, sed quod continuatur, contiguum est. *Item* si sit aliquid contrarium alicui speciei, vtrum illud sit in eodem genere, oportet enim contraria esse in eodem genere, si nihil sit contrarium generi. Cum autem est contrarium generi, considerandum si contrarium in contrario, si sit contrarium

quidem

quidem generi; neceſſe eſt enim omne contrarium in contrario eſſe. *Item* ſi & genus & ſpecies habent contrarium, horum quidem aliquid eſt medium, & ſpecierum, & econuerſo; ſed quorundam eſt medium ſecundum negationem, quorundam autem vt ſubiectum.

Item ſi contrarium eſt generi, conſiderandum eſt, non tantum ſi contrarium eſt in eodem genere, ſed & medium; in quo enim ſumma & extrema, & medium, & econuerſo. Inſtantia in egeſtate, & abundantia, quæ mala ſunt, mediocritas vero bona. *Item* ſi genus eſt contrarium alicui, ſpecies autem nulli; nam ſi genus habet contrarium, & ſpecies. *Item* ſi contrarium in contrario genere, & propoſitum in propoſito. Conſiderandum etiam, quod vnicum eſt genus cuiuſlibet ſpeciei, non autem plura niſi ſubalterna. Et cuiuſlibet generis plures ſunt ſpecies. Et omne genus de ſpeciebus vniuocè prædicatur, & propriè, non tranſlatiuè, & alia huiuſmodi; neque vituperabilium potentia genus eſt. Poteſt & ſtudioſus praua agere, non tamen eſt prauus, quia omnes praui ſecundum appetitum dicuntur.

De conſiderationibus ad problema de proprio.

Cap. LVI.

Proprium quadruplex per ſe, & ad aliud: ſæpe, & quandoque.

Idem libr. 5. Aſſignatur autem proprium, aut per ſe, & ſemper, aut per aliud, & quandoque. Per ſe quidem, vt hominis, *animal manſuetum natura. Ad* aliud autem, *vt animæ ad corpus*: Quoniam hoc quidē imperatiuum, illud autem miniſtratiuum eſt ſemper; vt Dei *immortale*, quandoque autem, vt *alicuius hominis ambulare in theatro. Eſt* quidem per ſe proprium, quod ad omnia aſſignatur, & ab omni ſeparat: vt hominis *animal mortale diſciplinæ ſuſceptibile. Ad* aliud autem quod non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat; vt virtutis ad diſciplinam, quoniam hæc quidem in pluribus, illa vero in rationali nata eſt fieri. Et aſſignatur quidem proprium ad aliud alterum, aut in omnibus & ſemper, vt *hominis ad equum*, quoniam bipes (Nam homo omnis & ſemper bipes eſt, equus nullus & nunquam.) Aut ſæpius, & in pluribus: vt *rationabile ad concupiſcibile & iraſcibile*, quòd hęc quidem imperat, illa vero miniſtrat; non enim rationale ſemper imperat, ſed quandoque & imperatur; ſed nec concupiſcibile & iraſcibile ſemper imperantur, ſed quandoque imperant, vt cum fuerit anima hominis peruerſa.

Quomodo aſſignandū proprium.

Primum autem conſiderandum, vtrum per notiora poſitum ſit proprium: nam propter notitiam proprium facimus, ſicut & diffinitiones, per notiora ergo reddendum eſt; vnde peccat qui ponit ignis proprium eſſe ſimilium animæ, quia ignotior eſt anima, quam ignis. Oportet autem notius eſſe non ſolum illud re, ſed etiam huic ineſſe, cui ſcilicet aſſignatum eſt. Qui enim neſcit ſi huic ineſt, neque ſi illi ſoli ineſt cognoſcit. Conſtruenti autem, ſi per notiora, poſitum eſt proprium ſecundum vtrumque modum, bene erit: vt ſi aſſignatur proprium animalis habere ſenſum. Deinde ſi quod nominum quæ in proprio ſunt aſſignata, multipliciter dicitur, vt etiam tota oratio plura ſignificat, non erit bene poſitum proprium: vt quia ſentire ſignificat ſenſum habere, vel ſenſu vti, non bene proprium ponitur animalis, quod natum ſit ſentire. Propter hoc autem non vtendum nomine quod multipliciter dicitur, quia quod multipliciter dicitur obſcurum facit dictum. Rectè autem aſſignatur ignis proprium, corpus mobiliſſimum in ſuperiorem locum: neque enim corpus plura ſignificat, neque mobilis in ſuum locum, neque totum ex his compoſitū. Deinde ſi illud cuius proprium aſſignatur multipliciter dicitur, nec determinatur cuius eorum proprium ponatur: vt quoniā ſcire plura ſignificat, ſcilicet ipſum habere ſcientiam, vel ſcientia vti, vel ſcientiam eius eſſe, vel ſcientia eius vti: non rectè eius quod eſt ſcire hoc aſſignatur proprium, non determinato cuius illorum.

Vitioſa proprij deſignatio.

Item ſi in proprio idem repetitur: ſæpe enim hoc latet facientes, & in proprijs, & in diffinitionibus. Conturbat autem audientem quod frequenter dicitur. Et hoc duobus modis euenit: Vno quidem cum idem nomen frequenter repetitur, vt ſi quis propriū ignis aſſignet corpus tenuiſſimum corporum. Secundo vero cum diffinitio pro nomine ſumitur: vt ſi quis reddat proprium terræ ſubſtantiā quæ maxime corporum ſecundum naturam fertur in inferiorem locū. Deinde aſſumat pro corporibus huiuſmodi ſubſtantias, Idem enim eſt corpus, & huiuſmodi ſubſtantia. *Item* ſi quis tale quid in proprio aſſignauerit, quod omnibus inſit. Inutile enim eſt in proprio, quod non ſeparat ab alio: vt ſi poſuerit ſcientiæ proprium, opinionem irreprobabilem à ratione, quæ verum exiſtet non bene ponit; quia vtitur hoc nomine vno, quod omnibus ineſt. Rectè autem ſecundum hoc ponit quis animalis proprium animam habere, quia nullo communi vſus eſt. *Item* ſi plura propria aſſignat eiuſdem, non determinans quia plura ponit, inutile enim fit huiuſmodi; vt ſi dixerit proprium ignis corpus tenuiſſimum & leuiſſimum; vtrumque enim ſoli igni conuenit. Rectè autem ſecundū hoc humidi propriū aſſignatur corpus quod in omnem figuram ducitur.

Adhuc de eodem.

Cap. LXVII.

Quomodo aſſignādum proprium.

Item non rectè proprium aſſignatur, ſi aut oppoſitum, aut omnino ſimul natura, aut poſterius aliquid ponitur. Quod enim natura ſimul, & poſterius, non facit notius: oppoſitum autem ſimul natura eſt. Item ſi non quod de neceſſitate ſemper ſequitur, proprium aſſignatur: vt animalis moueri, quandoque & ſtare, non recte proprium dicitur: ſed virtutis proprium eſt, quod habentem faciat ſtudioſum, hoc enim ſemper ſequitur. *Item* ſi tale proprium aſſignetur, quod non aliter manifeſtum eſt ineſſe quam ſenſu. Nam omne ſenſibile extra ſenſum factum, incertū ſit, exceptis his quæ ſemper ex neceſſitate conſequūtur. Vnde qui ponit ſolis proprium eſſe aſtrum quod ſuper terram fertur lucidiſſimum, non recte agit, quia ſuper terram ferri ſenſu cognoſcitur. Ideoque ignotum erit cum ſol occiderit, ſenſu eius amiſſo.

Diffinitio nō rectè ponitur pro proprio.

Recte autem aſſignatur proprium quod non eſt ſenſui manifeſtum; vel quod cum ſenſibile ſit, ex neceſſitate ineſſe palam eſt; vt ſuperficiei proprium eſt, quod primum eſt coloratum. Item ſi diffinitio vt proprium aſſignatur, non recte agitur, vt ſi dicatur hominis proprium animal greſſibile bipes, oportet enim propium cōuerſum quidem prædicari, ſed non indicare quid eſt eſſe rei. *Item* quod ſi proprium aſſignatum eſt, non ponens in quid eſt. Oportet enim in proprijs, ſicut in diffinitionibus, primum aſſignare genus, deinde ſic addere reliqua, & ſeparare, vnde qui dicit animalis propriū animam habere, nōn recte dicit, quia non in quid eſt animal ponit.

Idem nō poteſt eſſe proprium plurium.

Conſiderandum eſt, quod eiuſdem in eo quod idem, eſt proprium idem, vnde quoniam hominis in eo quod homo eſt, dicitur proprium triplicem habere animam, & mortalis in eo quòd mortalis, erit idem proprium. Idē vero pluriū eſſe proprium eſt impoſſibile. Quoniā autem idē & diuerſum multipliciter dicitur, labor eſt ſophiſticæ ſumenti vnius & ſolius alicuius propriū aſſignare: nam quod ineſt alicui cui accidit aliquid, & accidenti inerit, ſumpto cū eo cui accidit: vt quod ineſt homini, & albo homini inerit, & homini. Quod autem ſecundum ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli inerit, vt igni leuiſſimum: nō eſt autem vna ſpecies ignis: diuerſum eſt enim ſpecie carbo, & flamma, & lux: Et vnum quodque horū eſt

ignis;

ignis; ignis quidem proprium est subtilissimum. Sed hoc alij quidem magis, alij vero minus inest; subtilior enim est lux carbone & flamma. Amplius ex oppositis considerandum est, vt si contrarij contrarium proprium est, & contrarium contrarij proprium erit, & simpliciter econtrario. Ad idem quoque sumuntur loci à casibus, & à simili, vel à proportione, & maiori, vel minori, & similibus.

De diffinitione, & eius problemate.

CAP. LXVIII.

Quid definitio. ISIDORVS *vbi supra.* Diffinitio est quæ in rebus exprimendis explicat quid ipsa res sit, qualis sit, & quemadmodum membris suis constare debeat. *Est enim oratio brevis, vnius cuiusque naturam communione diuisam, propria significatione concludens.* Diuisio diffinitionum in 25. partes habetur.

Aliter definit physicus aliter logicus *Aristoteles in lib. primo de Anima.* Differenter autem diffinit Phisicus quàm Dialecticus. Horũ enim alius materiam dedit, alius vero speciem, idest formam & rationem: verbi gratia. Quid est ira? hic quidem, id est dialecticus, dicit: *Ira est appetitus doloris contrarij*, aut huiusmodi: Alius est *tribulatio sanguinis aut doloris in corde.* Similiter, quid est domus? Alius dicit, quod *est cooperimentum prohibens ab imbribus, & ventis, & caumatibus.* Alius autem dicit, quod *est ex lapidibus, & lateribus, ac lignis.*

Idem in Topicis. Quæ autem ad proprium, & genus, & accidens dicta sunt, omnia & ad diffinitiones dici conuenit. Ostendendo enim quia non soli inest, quod est sub diffinitione, sicut in proprio: vel quod aliquod eorum non inest, sicut in accidente; vel quia non est genus quod ibi assignatum est, interimitur diffinitio. Quare omnia quodammodo diffinitiua sunt.

Quinq; vitiosam reddunt definitionem. *Ex 6. lib.* Eius autem quod est circa diffinitiones negotij, partes sunt quinque, scilicet ad interimendum: Aut enim quia non omnino verum est dicere, de quo nomen & rationem, cum scilicet diffinitio debeat dici de omni. Aut quia non ibi positum est genus, vel non conuenienter positum, cum maximè genus eorum quæ sunt in diffinitione, videatur diffiniti substantiam significare. Aut quia non est diffinitio propria, idest conuertibilis: aut quia non est determinata, nec dicens quid est esse diffiniti; aut quia non bene determinata. Primum quidem ex his qui dicti sunt ad accidens locis, considerandum est. Illic enim, vtrum verum, vel non verum, idest vtrum insit vel non insit, omnis consideratio fit. Secundum autem & tertium ex his quę ad genus & proprium dicta sunt, perspicienda sunt. De quarto vero, & quinto scilicet si non diffiniuit, & si non bene diffiniuit, breuiter dicendum. Et primo quidem si non bene; facilius enim quidlibet feciſſe, quàm bene feciſſe; vnde & circa hoc magis, idest, pluries peccatur, quia laboriosius est. Primum quidem dupliciter, scilicet ponendo aliquid obscurum, vel etiam superfluum.

Dupliciter erratur in definitione. *Item in Metaphisica, 8. lib.* Sicut autem cum alio numero diuiditur aliquid, vel ei additur, non remanet idem numerus qui prius; sic non remanebit diffinitio: si aliquid ei addatur, vel minuatur. Diffinitio quoque si non fuerit cum causa, non erit manifesta. Verbi gratia: Eclipsis est priuatio luminis, si addatur ex terra quod fit in medio, hic erit sermo causæ.

De obscuritate & superfluitate mouenda à diffinitione.

CAP. LXIX.

Nec definitũ nec vlla definitionis pars debet esse æquiuocũ vel absolutũ IDEM *in Topicis 6.* De superfluo itaque & obscuro primus locus est. Si ponatur ibi aliquid æquiuocum, vt si dicatur, quod generatio est ductio ad substantiã; & quia sanitas est cõmensuratio calidorũ & frigidorum. Æquiuoca enim sunt *ductio, & cõmensuratio*, & ideo obscura. *Similiter* si diffinitum multipliciter dictum, diffiniens non distinxit, incertũ enim est vtrius diffinitionem assignauit. Alius est si translatiuè aliquid ponitur non propriè; vt si dicat scientiam incadibilem, aut terram nutricem.

Alius vero, si non positis, idest vsitatis nominibus vtitur, vt Plato ponit vmbricilium oculum. Nam omne insuetum obscurum est. Quædam autem, nec æquiuocè, nec translatiuè, nec propriè dicuntur: & huiusmodi peiora sunt translatione. Nam translatio quodammodo rem significatã notificat. Quod antẽ huiusmodi est, non facit notum; vt quoniam lex est mensura, vel imago eorũ quæ naturaliter iusta sunt: hoc vtique proprie dici non potest, quia imago est generatio per mutationem, hoc autem legi non inest. Si autem non proprio dicitur, palam quia obscurè, & peius qualibet translatione. Alius quoque locus est. Si non est manifesta contrarij ratio, ex hoc quod dicitur: Nam qui bene assignant, contraria consignificant. Aut si per se dicta sit diffinitio, nec manifestum sit cuius est diffinitio, sicut liber sine superscriptione.

Quantũ censentur superflua in definitione. De superfluo autem considerandum primo. Si quid ibi positum sit, quod omnibus insit, vel simpliciter, vel omnino existentibus, vel his quæ sunt sub genere quod est in diffinitione. Oportet enim genus quidem ab aliis separare. Differentia autẽ ab alio eorũ quæ sunt in eodem genere. Quod autem omnibus inest à nullo separat; & quod omnibus quæ sub eodẽ genere sunt, non separat ab his quæ sunt in eodẽ genere; quare vanum apponitur. *Item* superfluũ est illud quo ablato reliquũ indicat substantiã diffiniti, & est diffinitio propria; vt cũ dicitur *Anima est numerus seipsum mouens.* Nam seipsam mouens est anima; sed non indicat substantiam interempto numero. *Item* si quid eorum quæ in diffinitione sunt, non omnibus inest quæ sub eadem specie sunt; huiusmodi autem diffinitio non conuersim prædicatur. *Item* si idem repetatur, vt si dicatur *concupiscentiã esse delectationis appetitum*, nam omnis concupiscentia delectationis est. Similiter si dicatur *refrigidationem esse caloris priuationẽ, qui secundum naturam est*; nam omnis priuatio est eius quod secundum naturam est. Vtrum ergo bene, vel nõ bene diffinitũ sit per hæc & huiusmodi perspiciendum.

Quod per priora & euidentiora faciendа sit diffinitio.

CAP. LXX.

Dupliciter aliquid dicitur notius, scilicet simpliciter, & quoad nos; illud autem est simpliciter notius quod est prius VTRVM autem vera diffinitio sit, scilicet dicens quid est esse, vel non, ex his quæ sequuntur patet. Primum quidem si per priora & euidẽtiora facta sit; per hoc enim cognitio fit, sicut in demonstrationibus. Est autem euidentius aliquid vel ignotius dupliciter, scilicet simpliciter, & quo ad nos. Simpliciter enim, quod prius est, euidentius est posteriore, vt punctus linea, & hæc superficie, & ista soliditate, vnitas quoque numero, & littera syllaba. Nobis autem accidit econtrario quandoque, nam magis sub sensu cadit solidum quàm superficies; & hęc magis, quàm linea; Ideoque à pluribus cognoscitur similiter: ergo melius est posteriora per priora tentare cognoscere; disciplinabilius enim est, quia ista subtilioriintellectu comprehendere est. Sed ad eos qui impotentes sunt per huiusmodi cognoscere, necessarium fortasse per ea quæ sibi cognita sunt diffinire, tales sunt diffinitione puncti, lineæ, superficiei, scilicet per posteriora, nam hoc quidem lineæ, illam autem superficiei, & hanc soliditatis terminos esse dicunt. Sic autem diffinientes non contingit quid est esse indicare, nisi contingat idem, & nobis, & simpliciter notius esse; siquidem oportet per genus & differentias diffinire. Hæc autem simplititer priora sunt quàm species, quia cõponũt genus & differentia speciem, & etiam euidentiora, quia specie nota, necesse est hæc cognosci, non autem è conuerso. Præterea his qui huiusmodi veras diffinitiones esse dicunt (quæ sunt ex his quæ singulis nota sunt) plures accidit eiusdem dicere diffinitiones esse; non enim omnibus eadem, sed aliis alia contingit esse notiora, etiam eisdem diuerso tempore magis nota; scilicet sensibilia quidem in principio, certioribus factis è cõtrario. Per ea vero quæ simpliciter notiora sunt, vna sola semper & eadem diffinitio fiet.

Perfectior est definitio quæ fit ex simpliciter notioribus, quam quæ fit ex notioribus nobis.

Eius

Error in definitione contingit tribus modis.

Eius autem diffinitionis quæ non fit ex prioribus, tres sunt loci destructiui. Primus scilicet, si per oppositum diffiniatur oppositum, vt per malum bonũ: simul enim natura sunt opposita, quare non est notius alterum altero. Quædam tamen fortasse non est aliter diffinire: vt relatiua, quorum scilicet esse est ad aliud se habere. Ideo non potest alterum sine altero cognosci, sed oportet in alterius diffinitione sumi. *Alius* est locus, si eo diffiniẽs, vtitur quod est idem ei quod diffinitur: vt si dicat solem esse stellam quę die apparet, nam qui die vtitur, & sole vticur, sed latet pro diuersitate nominis. Ad deprehendendum autem hoc, accipiatur pro nomine diffinitio, vt quia dies est solis latio super terram, patet quia qui lationem dicit solis, solem dicit.

Alius quoque locus, si eo quod è diuerso diuiditur, aliquid diffinitur: vt *abundans est quod vnitate maius est perfecto*: simul enim natura sunt quæ ex eodem genere diuiduntur è diuerso: vt *abundans*, & *perfectum*, ambo enim numeri differentiæ, similiter autem, & si per inferius diffinitur superius: vt perfectus numerus est qui bipartitè diuiditur, id est, in duo æqualia, vt senarius, scilicet cuius medietas accepta per se, reddit totum, hoc est trinarius: nam vnum, duo, tria, sunt sex. Vniuersaliter igitur vnus locus est, si non per priora, & euidentiora facta sit diffinitio, partes autem eius sunt, quæ dictæ sunt.

De Genere in diffinitione assignando.

Cap. LXXI.

Quale genus in definitione ponendum.

Secvndvs est si res cum sit in genere, non posita est in genere, nec ponitur in ratione quid est: hoc enim vult genus significare: vt si dicatur *corpus esse quod habet tres dimensiones*: nõ enim dicitur quid est esse. Alius vero si ad plura dicatur id quod diffinitur, & non ad omnia assignatur: vt *Grammatica est scientia scribendi quod profertur*. Deest enim *& intelligendi*, in quibusdam tamen non ita se habet, vt quando non per se dicitur ad vtrumque: nam medicina dicitur sanitatem & ægritudinem facere, sed hoc quidem per se, illud autem per accidens, simpliciter autem alienum est à medicina ægritudinem facere. Quare non magis diffinitur cum ad vtrumque assignatur, quam cum ad alterum, sed forte peius: quia & reliquorum quodlibet potest ægritudinem facere.

Item si non ad meliús, sed ad peius assignatur, cum plura sint ad quę dicitur quod diffinitur. Nam omnis disciplina & potestas, eius quod est optimum videtur. Rursus si quis transcendens genus in diffinitione ponit, vt *iustitiam habitum æqualitatis effectiuum, vel distributiuum æqui*: Relinquens iustitiæ proximum genus, virtutem transcendit, nec quid est esse dicit. Qui autem proximum genus ponit, omnia superiora dicit, quia omnia de eo prædicantur. Quare aut proximum genus ponendum est, aut omnes differentias superiori generi addendum, per quas proximum genus determinetur: sic enim nihil erit prætermissum.

De differentijs ibidem apponendis.

Cap. LXXII.

Qualis differentia in definitione collocanda.

Similiter autem & ad differentias considerandum, si non sint differentiæ rei diffinitæ, aut aliquid huiusmodi, quod nullius differentiam contingit esse: & si differentiæ positæ sit aliquid quod è diuerso diuisa sit. Nam omne genus ex his quæ è diuerso diuidũtur differentiis, diuiditur. *Item* si non sit specifica differẽtia, quæ scilicet apposita generi speciem faciat. *Item* si negatio è diuerso diuidat genus, vt cum dicitur *linea est longitudo sine latitudine*, nihil aliud significatur quàm quòd non habet latitudinem. Fortassis autem in quibusdam necesse est vti negatione differente, vt in priuationibus. Nam *cæcum est quod visum non habet, quando natum est habere.*

Item si genus vt differẽtia ponitur, vt *virtus est habitus bonus*. Bonum enim est genus virtutis, vel certum bonum non est genus, sed differentia: quia non contingit idem in duobus generibus esse non continentibus seinuicem, bonum autem non continet habitum, quia non omnis habitus bonus, similiter nec è conuerso. Et habitus quidẽ significat quid est virtus, bonum autem quale, videtur autem omnis differentia quale quid significare. Videndum etiam si secundum accidens, ineſt diffinitio illud quod pro differentia ponitur. Amplius, si prædicatur de genere differentia, vel species, aut inferiorum aliquod, non erit diffiniens, nullum enim eorum quæ dicta sunt contingit de genere prædicari, eo quod genus amplissimè omnium dicitur. Et iterum, si genus de differentia prædicatur: non enim genus de differentia, sed de quibus differentia genus prædicari videtur. *Item* si species, aut aliquid inferiorum specie, de differentia prædicatur: nam de æqualibus, aut de pluribus, differentia quam species necessario dicitur. *Item* si non prior est specie differentia: nam genere quidem posteriorem, specie vero priorem oportet eam esse.

Duo genera eiusdem prædicamenti possunt habere differentias diuisiuas superioris generis communes.

Item si diuersi generis est dicta differentia: non enim videtur eandem esse differentiam duorum generum non continentium seinuicem: vel certe non hoc impossibile; sed addendum, neque vtriusque sub eodem existentis, nam gressibile animal, & volatile animal, genera sunt non continentia seinuicem, & vtriusque bipes est differentia, vtrumque autem sub animal. *Item* si passio vt differentia assignatur. Nam omnis passio magis facta, abijcit à substantia: Differentia vero magis saluare videtur id cuius est differentia. Et simpliciter impossibile est singulum esse sine propria differentia. Item secundum quod alteratur habens, nihil horum est differentia. Omnia enim huiusmodi, cũ magis fuerint, abijciunt à substantia. Quare si quis huiusmodi differẽtiam assignat, peccat, simpliciter enim nõ alteramur secundum differẽtias.

De cæteris considerationibus ad problema diffinitionis.

Cap. LXXIII.

Errores definitionum.

Item considerandum, si ad quod natum est id quod dicitur ad aliquid, ideſt ad aliquem finem, assignauit diffiniens. Nam si diffinierit *subtalare, instrumentum ad hauriendum*, peccat: quia non ad hoc natum est. Item si secundum aliud magis dicitur quod diffinitur, quàm secundum assignatam rationem: vt iustus magis est, qui eligit æquum distribuere, quam qui potest: quare non erit iustitia, potentia æqui distributiua. *Item* si diffinitio suscipit magis, & diffinitũ non, vel econuerso. Oportet enim aut vtraque suscipere, aut neutrum. *Item* si suscipiunt quidem vtraque, sed non simul.

Item si duobus positis, de quibus, scilicet dicãtur subiectum & diffinitio, de vno magis subiectum prædicatur quàm diffinitio, vt si dicatur quòd *ignis est corpus subtilissimum*. Nam flamma magis est ignis quam sit lux, sed minus est corpus subtile quam lux. *Item* si quod diffinitur ad aliquid sit, per se, vel per accidens, & non ponitur in diffinitione ad quod dicitur, vel secundũ ipsum, vel secundũ genus; vt si dicatur *scientia, opinio rata*; vel *voluptas, appetitus sine tristitia*. Oportet enim dicere *scientiam, opinionẽ scibilis*; & *voluptatem appetitum boni*: necesse est enim, vel ad quod ipsum dicitur, vel ad quod genus, in diffinitione ponere: quia relatiuorum est ad aliud se habere. *Item* si ad aliquid dictum, non ad finem assignatur. Finis enim in vnoquoque est quod optimum, vel cuius gratia sunt alia, vt *concupiscentia non delectabilis, sed delectationis*: propter hanc enim & delectabile eligitur.

Considerandum etiam si illud ad quod assignatur est generatio, vel actus: nihil enim talium est finis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam magis egisse vel generasse finis est, quam agere & fieri; sed non in omnibus ita est. Pene enim magis plurimi delectari volunt, quàm quieuisse delectari. *Item* in quibusdam oportet determinare differentias, scilicet qualis, vel quanti, vel vbi, vel à quo. Nam omnes appetunt honorem: quare non sufficit ambitiosum dicere. *qui appetit honorem*, sed addendũ differentias, scilicet qualis & quanti appetens est honoris. Similiter & de auaro, & luxurioso. Relinquens enim differentiam quamlibet, non dicit quid est esse. *Oportet* autem semper ad indigens conari: nam non aere quolibet moto, vel quantocunque moto, ventus erit. Idem in appetitibus oportet addere quod videtur, id est apparet. Non enim recte diffinitur *voluptas, appetitus boni*, vel *concupiscentia, appetitus delectabilis*, sed *apparentis boni*, vel *delectabilis*. Plurimumque enim latet appetentes, quid bonum, aut delectabile. Quare non est necesse bonum esse delectabile, sed tantum apparens. Tantum apparentis autem boni non erit per se voluptas, nec apparentis delectabilis per se concupiscentia.

Adhuc de eodem.

Cap. LXXIIII.

Contingit vna definitione plura quodãmodo definiri.

VNiuersaliter autem plura vno quodammodo, determinantem accidit diffinire. Nam qui scientiam quodammodo diffiniuit, & ignorantiam. Similiter autem sciuit, & non sciuit; & scire, & ignorare; nam primo palam facto, & reliqua quodammodo palam fiunt. *Videndum* autem, & si oppositi oppositа est diffinitio; sic enim oportet, & in contrarijs similiter. Quod autem secundum priuationem dicitur, oportet diffiniri, non econuerso. Priuationem autem bene diffinientem oportet assignare quid est, & cuius habitus sit; id est quem habitum priuet, & in quo natus sit fieri. *Item* videndum ne non secundum priuationem dictum, vt priuatio diffiniatur; vt ignorantia non secundum priuationem scientiæ dicitur. Nam quod non habet scientiam, non semper videtur ignorare; sed magis quod fallitur: neque enim inanimata, neque pueros ignorare dicimus.

Æquiuoca à definitionibus remouẽda.

ITEM si eorum quæ secundum æquiuocationem dicuntur, vna diffinitio omnibus communis assignatur; vt Dionysius ait, quoniam *vita est motus generis nutribilis naturaliter assequens*: non enim hoc inest magis animalibus quam plantis, vita autem de his æquiuocè dici videtur. Quoniam autem quędam latẽt æquiuocorum, interroganti, vt vniuocis vtendum est. *Sciendum* autem, quod genus omnibus euidentius est, differentia vero minus quam genus nota. *Considerandum* etiam, si quod diffinitur, est eorum quæ sũt, diffinitio autem non; vt si album quis diffiniat *colorem igni permixtum*; impossibile enim est incorporeũ corpori permisceri: quare non erit color igni permixtus, album vero est. Quędam igitur sic se habent ad inuicem, vt nihil ex his vnum quid fiat, vt *linea & numerus*.

Quod eiusdem & diuersi cognitio sit vtilis ad diffinitionem.

Cap. LXXV.

Idem dicitur tripliciter scilicet numero, specie, genere.

IDEM in libro primo. Circa diffinitiones autem, vtrum idem vel diuersum, plurima sit attentio; ostendentes enim quoniam idem non est, interimentes erimus diffinitionem; sed non conuertitur; non enim sufficit ad constituendum diffinitionem ostendere idem esse. Est autem idem tripliciter; numero enim sunt eadem, *quorum nomina plura, res autem vna*, vt tunica, vestis: Specie vero *quæ cũ sint numero plura, specie sunt indifferentia*; vt *homo homini*. Genere vero, *quæ sub eodem genere sũt*; vt *homo & equus*. Videbitur autẽ & alius esse modus ab his, quo aqua ab eodẽ fonte dicitur eadem; sed non est alius, nam omnis aqua, omni aquę dicitur eadem specie; quamquam in hoc validior est similitudo, quòd scilicet ab eodem fonte.

Idem numero triplex.

MAXIME autem quod vnum est numero ab omnibus idem dici videtur. Et hoc assignatur tripliciter. *Primum* quidem & propriè, quando nomine vel diffinitione idem est; vt *vestis, tunicę*; & *animal gressibile bipes homini*. *Secundum* quando proprio: vt *disciplina susceptibile, homini*: & *quod natura sursum fertur, igni*. *Tertium* quandoque accidente: vt *sedens vel musicũ, Socrati*, vnde est aliquando appellationem ignorantibus, iubemus sedentem, vel disputantem vocari ad nos, eundem opinantes, & secundum nomen, & secundum accidens, significare.

De considerationibus ad problema de eodem.

Cap. LXXVI.

An aliquid sit idem vel diuersum, ex casibus & cõiugatis est colligẽdum; nec non multis alijs modis.

IDEM IN 7. LIBRO. Vtrum idem vel diuersum, secũdum principaliorem modum, ex casibus & coniugatis considerandum: nam si iustitia est idem fortitudini, & iustus forti, & iustè fortiter. *Similiter* autem & in oppositis, nam si hæc eadem, & opposita his eadem secundum quamlibet supradictarum oppositionum. *Rursum* ex effectiuis & corruptiuis, & generationibus & corruptionibus, & ex similibus: nã quæcunque simpliciter sunt eadem, & generationes & corruptiones eorum eædem, & effectiua & corruptiua. *Considerandum* etiam si alterum recipiat quodlibet cum maximè, vtrum & alterum recipiat illud idẽ cum maximè: aliter enim non erunt idem, vt Zenocrates beatã vitã & studiosã assignauit eandẽ, eo quod omniũ vitarũ maxime eligẽda est vtraque. vnum enim oportet numero esse quod dicitur maximum, & maxime eligendum: propter quod non recte assignauit: nõ enim est vnum numero beata vita, & studiosa: quare non necesse est eandem esse, eo quòd ambæ quidem maxime sunt eligendæ, sed altera sub altera.

RVRSVM considerandum si cui alterum, eidem & alterum: nam si non sunt ambo eidem eadem, palam quia nec sibiinuicem. *Item* quæcunque alteri accidũt, oportet & alteri accidere: & cui alterum accidit, & alterũ, si sunt eadẽ. *Videndum* etiam si non sunt in eodẽ genere prædicamenti, sed hoc quale, illud autem quantum, vel ad aliquid indicet. *Amplius* ex magis, scilicet si hoc quidem suscipit, illud autem non: vel si ambo quidem, sed non simul. *Item* ex appositione: scilicet si idem ad vtrumque appositum non facit totum idem, aut si ab vtroque eodem ablato, quod relinquitur est alterum: vt si duplum dimidij, & multiplex dimidij quis dicat, idem peccat. Ablato enim ab vtroque dimidio, non idem significat duplum & multiplex.

CONSIDERANDVM autem non solum si iam accidit aliquid impossibile per positionem, sed etiam si possibile est ex hypothesi fieri. Posito enim quolibet, siue vero siue falso (nihil enim refert) si altero interempto, non interimitur alterum, patet quia non sunt idem, velut his objici potest qui vacuum & aere plenum idem esse dicunt, palam enim quod si exeat aer, vacuum quidem non minus erit, sed magis: plenum autem aere iam non erit. *Item* si aliqua sunt eadem, quæcunque de vno prædicantur, & de altero; & de quibus alterum, & alterum. *Item* si potest alterum inesse sine altero, non sunt idem. Omnes itaque qui ad idem destructiui sunt loci, & ad diffinitionem vtiles sunt, vt prius dictum est.

De difficultate construendi diffinitionem.

Cap. LXXVII.

CONSTRVCTIVORVM autem locorum, nullus vtilis est ad diffinitionẽ, non.n. ad construendum quia diffinitio est, sufficit ostendere id quod idem est

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

homine & ratione: ſed & alia omnia oportet habere, quæ annumerata ſunt in diffinitione. Itaque nullus vel pauci diſputantium ſyllogizant diffinitionem: Sed omnes tale principium accipiunt; vt qui circa geometriam, figuras, & numeros, & alias huiuſmodi diſciplinas. Quantum ad præſentem vtilitatem pertinet, *diffinitio eſt oratio qua quidem eſſe rei ſignificat*. Et oportet ea quæ in ea ponuntur, in eo quod quid eſt, de re ſola prædicari. In eo autem quod quid eſt, prædicantur genera, & differẽtiæ. Ratio igitur habens diffinitionem, ex neceſſe erit. Non enim contingit aliud eſſe diffinitionem, quàm rem; eo quod nihil aliud in eo quod quid eſt, de re prædicatur.

Quid definitio.

PROSPICIENDVM autem in contrarijs, & in alijs oppoſitis. Nam ſi oppoſita oppoſitæ, & eã quæ dicta eſt propoſitæ eſſe neceſſe eſt. Vniuerſaliter etiã ſi diffinitio ex genere & differentijs eſt; ſi contrarij diffinitio manifeſta ſit, & propoſiti manifeſta erit. Nam cõtrarium eſt in eodem genere, vel in contrario. Similiter & differentiæ, aut contrariæ de contrarijs, aut eædem prædicantur. *Item* ex caſibus & coniugatis, neceſſe eſt enim conſequentia eſſe genera generibus, & diffinitiones diffinitionibus; vt *ſi obliuio eſt amiſſio ſciẽtiæ, & obliuiſci amittere ſcientiam* &c. Vno enim conceſſo, neceſſe eſt & reliqua concedere.

Difficilius eſt conſtruere definitionem quam deſtruere.

QVOD autem difficilius ſit cõſtruere diffinitionem quàm deſtruere palam eſt; facilius enim eſt vnũ concludere, quàm plura. Et interimenti quidem ſufficit ad vnum argumentari; quia vno quolibet deſtructo interimitur diffinitio, conſtruenti autem neceſſe eſt omnia conuenire, id eſt concludere, quoniam inſunt quæ in diffinitione ſunt. Præterea conſtruenti neceſſe eſt vniuerſaliter conſtruere ſyllogiſmum. Oportet enim de omni quo nomen, & rationem prædicari, & econuerſo. Deſtruenti vero non vniuerſaliter: ſufficit enim oſtendere quia non vera erit, de aliquo eorum quę ſunt ſub nomine, diffinitio. Similiter etiam, ſi omni ineſt quod ſub nomine eſt, non autem ſoli, interempta eſt diffinitio. *Similiter* autem & circa proprium & genus ſe habet. In vtriſque enim deſtruere facilius eſt quàm conſtruere: quia conſtruenti oſtendendum quoniam omni ineſt, deſtruenti autem ſufficit vni oſtendere non ineſſe. Particulari vero econtrario; quia conſtruenti quidem ſufficit oſtendere alicui ineſſe; deſtruenti autem oſtendendum, quia nulli ineſt. Omnium autem facillimum eſt diffinitionem deſtruere, quia plurima in ea aſſignata ſunt. Ex pluribus autem citius fit ſyllogiſmus. Verisimile enim eſt in multis, magis quàm in paucis peccatum fieri.

De arte diuidendi, quod & ipſa ſit ad diffinitiones neceſſaria.

CAP. LXXVIII.

Omnis diuiſio & definitio conſtat duobus terminis, ſi penuria vocũ nõ prohibeat.

BOETIVS IN LIBRO DIVISIONVM. Ad diffinitiones autem ſpecierum, diuiſio neceſſaria eſt; & ſi forte in eodem, diuiſionis diffinitioniſque ratio verſatur. Nam diuiſionibus iunctis, vna diffinitio comprimitur. Sed quoniam diuiſio generis fit in vniuocis, diuiſio vero ſignificationis in æquiuocis; rurſus ad diuiſionem neceſſaria eſt diffinitio: quia quid ſit æquiuocum, quid vniuocum, cum diffinitione colligimus: ne cum iſta fefellerint, æquiuocum nomen quaſi genus in ſpecies, ſic in voces ſignificatiuas reſoluamus. Fieret autem omnis diuiſio, omniſque diffinitio, ex duobus terminis, niſi nominum indigentia prohiberet. Cum enim diuido animal in rationale, & irrationale, animal rationale ad diffinitionem hominis protendit: ſed quia vnum nomen non eſt, ponatur ei nomen a, & ſubdiuidatur in mortale & in immortale: ſic ergo hominis diffinitio redditur ex duobus terminis, homo eſt (a) mortale. Idem eſt enim ac ſi diceretur, *homo eſt animal rationale, mortale.* Idem in diuiſione manifeſtum eſt: cum enim dicitur: *Rerum omnium alia ſunt bona, alia mala, alia indifferentia:* hic tertia diuiſio gemina fiet, ſi nomen cui deeſt imponeretur, & ita diceretur: *Rerum omnium, alia differentia ſunt, alia indifferentia: Differentium alia bona, alia mala:* ſicque diuiſio omnis in gemina ſecaretur, ſi ſpeciebus & differentijs vocabula non eſſent. *Vniuerſaliter* autem ſciendum, quod illæ differentiæ, vel in generis diuiſione, vel ſpeciei diffinitione ſumendæ ſunt, quæcunque huiuſmodi ſũt, vt nullo modo præter eas ſpecies eſſe poſſit, ſed propter eas ſolas ſit.

Nota Boetiũ videri hic cũ Porphirio opinari quod detur aliquod animal rationale immortale, quod eſt omnino falſum.

Regula diffiniendi.

REGVLA itaque diffiniendi hæc eſt. Rerum, Aliæ ſunt ſuperiores, aliæ mediæ, ſuperiores quidem, ideſt genera generaliſſima diffinitio nulla complectitur, quia ſuperiora genera non habent. Similiter nec inferiores, vt indiuidua, quia & ipſa ſpecificis differentijs carent. Media igitur tantum ſub diffinitione cadunt. Data itaque huiuſmodi ſpecie, quæ & genus habeat, & de poſteriori prædicetur: primo genus illius ſigno, & eiuſdem generis differentias diuido, ac differentiam generi adiungo. Quæ ſcilicet differentia generi adiuncta, ſi non fuerit æqualis ſpeciei, quam diffinitione circumſcribere intendo, ſed maior, ideſt ſuperior, hanc rurſum quaſi genus pono, in alias ſuas differentias diuido: ſicque duas generi coniungo, ac poſtremas toties differẽtias differentijs diſtribuimus, donec omnes iunctæ generi, ſpeciem æquali diffinitione præſcribant. Illud quoque ſciendum, quòd genus in diuiſione totum eſt, in diffinitione pars. Et ſic eſt diffinitio, quaſi quædam partes totum coniungant: ſic eſt diuiſio, quaſi totum ſoluatur in partes. Et ſimilis eſt diuiſio generis totius, diuiſioni: Diffinitio totius, compoſitioni.

Genus in diuiſione eſt totum, in definitione pars.

De Diuiſione generis in ſpecies.

Diuiſio multiplex.

CAP. LXXIX.

DIuiſio multiplex eſt, ſcilicet generis in ſpecies, totius in partes, vocis in ſignificationes. Præter has autem tres (quæ dicuntur diuiſiones ſecundum ſe) eſt & alia ſecundum accidens. Et hæc ſimiliter triplex, ſcilicet ſubiecti in accidentia, accidentium in ſubiecta, accidentium in accidentia. Quod fit cum vtraque eidem ſubiecto ineſſe contingit. Oportet autem omnem generis in ſpecies diuiſionem, Aut in duas fieri partes, aut in plures: ſed nec infinitæ poſſunt eſſe generis ſpecies, nec minus duabus. Diuiditur autem genus alias in ſpecies, & alias in differentias, quibus genus oporteat diuidi, cum ſpecies nominibus carent: vt cum dicitur: *Animalium alia rationalia, alia irrationalia*: nam quia huius ſpeciei, quę eſt animal rationale, nomen vnum non eſt, Pro ſpecie differentiam ponimus, eamque ſuperiori generi collocamus: omnis enim differentia in genus proprium veniens, ſpeciem facit: vnde fit, vt quodammodo materia genus ſit, forma vero differentia. Si autem omnes ſpecies nominibus ſuis appellarentur, ex duobus ſolis terminis fieret diffinitio: nunc autem ex pluribus colligitur.

Putat hic author, vt iamiam notaui, Angelos eſſe animalia rationalia, quod medo quibuſdam videtur erroneum.

Species ſub vno genere non poſſunt eſſe pauciores quam duæ.

ILLVD autem ſcire perutile eſt, quoniam genus vna quodammodo multarum ſpecierum ſimilitudo eſt, quæ earum omnium ſubſtantialem conuenientiam monſtrat: atque ideo collectiuum multarum ſpecierum genus eſt. Diſiunctiuæ vero vnius generis ſpecies ſunt. Quæ quoniam differentijs informantur (vt dictum eſt) idcirco ſub vno genere minus duabus ſpeciebus eſſe non poſſunt: Omnis enim differentia in diſcrepantium pluralitate conſiſtit: fit autem diuiſio generis vnius multiplex: vt numerorum alij ſunt pares, alij impares. Et rurſum alij primi, & alij non primi. Illæ autem ſolæ differentiæ ſub genere poſitæ, genus ipſum diuidere poſſunt, quæ inter ſe aliqua oppoſitione differunt.

De Diuiſione totius in partes.

Cap. LXXX.

TOtum in partes diuiditur, quoties in ea ex quibus compoſitum eſt, vnumquodque reſoluitur; vt domus, aliud tectū, aliud paries, aliud forma. Dicitur autem totum multipliciter. Eſt enim totum, cōtinuum corpus, & totum diſcretum, ſiue non continuum, vt *populus vel exercitus*; & totum vniuerſale, vt *homo*: & totum, quod ex quibuſdam virtutibus conſtat, vt *anima*, cuius eſt alia potentia ſapiendi, alia ſentiendi, alia vegetandi. Horum igitur omnium in partes diuiſio eſt. *Diuiditur* autem totum continuum, etiam in materiam & formam; aliter enim conſtat ſtatua ex partibus ſuis, aliter ex materia & forma, ideſt ex ære & ſpecie. *Differt* autem diuiſio generis à totius diſtributione, quia totius diuiſio ſecundum quantitatem fit, generis autem diſtributio qualitate perficitur. Quale namque animal eſt homo, ſcilicet rationale, vel mortale.

Totum multiplex.

ITEM genus omne naturaliter prius eſt proprijs ſpeciebus. totum vero partibus ſuis poſterius; partes enim ſunt quę totum iungunt; vnde fit vt genus in poſteriora, totum autem in priora ſoluamus. *Item* genus ſpeciebus materia eſt; nam ſicut ęs accepta forma tranſit in ſtatuam; ſic genus accepta differentia tranſit in ſpeciem. At vero totius materia eſt partium multitudo, forma autem earum partium compoſitio. Nam ſicut ſpecies ex genere conſtat & differentia, ſic totum ex partibus. Vnde fit vt totum ab vnaquaque parte ſua differat, partium ipſarum compoſitione, ſpecies autem á genere, differentię coniunctione, id eſt appoſitione.

Genus eſt materia ſpecierum, & illis prius.

De Diuiſione vocis in ſignificationes.

Cap. LXXXI.

DIuiſio vocis fit tripliciter, ſcilicet aut per ſignificationes, aut per modum ſignificationum, aut per determinationem. *Vocis* in ſignificationes duplex diuiſio eſt, ſcilicet nominis: hoc eſt æquiuocatio orationis, & amphibologia. *Diuiſio* ſecūdum modum fit, quando vox vna non plura ſignificat ſecundum ſe, ſed multimodè de multis prædicatur; vt infinitum ſignificat quidem vnam rem, ſcilicet cuius terminus nō poteſt inueniri: Sed hoc dicitur multipliciter, ſcilicet aut ſecundum menſuram ſiue magnitudinem, vt *mūdus*, aut ſecundum multitudinem, vt *diuiſio corporis*; aut ſecundum ſpeciem, vt *ſpecies figurarum*; aut ſecūdum tempus, vt *Deus*, quia finē temporis non habet.

Vox tripliciter diuiditur

SECVNDVM determinationē fit vocis diuiſio, quia quando ſine determinatione profertur, in audientis intellectu dubietas generatur: vt cum dicitur *Homo*, Hæc vox confusè multa ſignificat, nec habet auditor quid rationabiliter intelligat, niſi id loquens aliqua determinatione concludat, vt *omnis homo ambulat*, vel *quidā homo*, vel *Sortes*. Similiter ſi cui dicatur, *Da mihi*, non intelligit quid dare debeat, niſi ille determinationem addat. Hæc igitur & ſimilia dubitabilia ſūt, non tamen ambigua. Nam omne ambiguum dubitabile, non autem econuerſo. In ambiguo enim cum profertur, vterque auditor rationabiliter ſeipſum intellexiſſe arbitratur; vt cum quis dicit, *Audio Græcos viciſſe Troianos*; vnus poteſt intelligere quòd Græci Troianos vicerunt; alius econuerſo: & vterque hoc ex ipſa locutione rationabiliter intelligit. Cū autē dicitur, *Da mihi*, nullus ex ipſo ſermone, quid dare debeat, rationabiliter intelligit, ſed ex ſola ſuſpicione.

Diſcrimen inter dubitabilia & ambigua.

VOCVM igitur quædā in particula multiplicē ſignificationem habent, ſcilicet æquiuoca; quædā in tota oratione, ſcilicet amphibologica. *Diuiduntur* autē ſignificationes æquiuocorū quandoque diffinitione: vt cū dicitur, *homo vivit*, intelligitur & verus & pictus: Diuiditur autem ſic, *animal rationale mortale vivit*, quod verum eſt; *animalis rationalis mortalis ſimulatio vivit*, quod falſum eſt. *Quandoque* autem adiectione, ſcilicet generis, vel caſus, vel articuli. *Diuiduntur* etiā quædam ſecundū accētum, vt *panè*, & *pana*. *Quedā* ſecundum orthographiam: vel etiam ſecūdum actionē & paſſionem: vt *queror* ab inquiſitione, patientis eſt: *queror* à querela, agentis. *Ambiguarum* autem orationum diuiſio fit, aut per adiectionem: vt *Audio Græcos viciſſe, Troianos victos eſſe*. Aut per diminutionem, vt *audio Grẹcos viciſſe*. Aut per diuiſionem, vt *Græci vincunt, Troiani victi ſunt*. Aut per aliam tranſmutationem, vt *Audio quod Græci vicerunt Troianos*. His enim omnibus modis ambiguitas ſoluitur.

Quomodo diuidenda æquiuoca & ambigua.

De diuiſione ſecundum accidens.

Cap. LXXXII.

DIuiſio autem ſecundum accidens triplex eſt, vt dictum eſt. Nam alia eſt ſubiecti in accidentia: vt *hominum alij ſunt albi, alij nigri, alij medij coloris*. Alia vero eſt accidentis in ſubiecta: vt *omnium quę expetūtur, alia in anima, alia in corpore ſita ſunt*. Alia quoque accidentium in accidentia: vt *omnium candidorū, alia dura, vt Margarita: alia liquida, vt lac*. Sed hęc diuiſio ſemper in alterutrum permutatur. Poſſumus enim dicere: *Eorum quæ dura ſunt, alia alba, alia nigra*. In hoc ergo differt huiuſmodi diuiſio ab omnibus ſupradictis: nam neque ſignificationem viciſſim diuidere poſſumus in voces, neque partes in totum, neque ſpecies in genera. Harum quoque ſecundum accidēs diuiſionum commune præceptum eſt, quicquid ipſarum diuiditur in oppoſita diſgregari. Illud etiam maxime perſpiciendum, ne quid vltra dicatur, aut minus: ſicut fit in generis diuiſione.

Diuiſio ſecundum accidens eſt triplex.

Omnis diuiſio per accidens fit in oppoſita.

De cautela opponendi in dialectica, & propoſitū celandi.

Cap. LXXXIII.

ARiſt. in Topi. 8. lib. Eum autē qui debet interrogare, Primum oportet inuenire locum vnde argumentandū. Secundo autem interrogationes formare, & ordinare ſingula apud ſe. Tertio vero dicere ram ea ad alterum. Sumendæ ſunt autem propoſitiones quædam neceſſariæ. quædam præter neceſſarias. Neceſſariæ ſunt, per quas fit ſyllogiſmus. Quæ autem præter has ſumuntur, quatuor ſunt. Aut enim inductionis gratia, vt detur vniuerſale. Aut in magnitudine, ideſt ornatu orationis. Aut ad celationem concluſionis. Aut vt manifeſtior ſit oratio. Ergo neceſſarias nō ſtatim præordinandū, ſed in ſuprema, ideſt à lōge diſcedendū. Quæ autē ſumūtur præter has, accipiēdæ ſunt propter eas: & vnaquaque ſic vtendū, inducenti quidem à ſingularibus vniuerſale, & à notis ignota. Nota autem magis, quæ ſecundū ſenſū, vel ſimpliciter, vel pluribus. *Celāti* vero præſyllogizare conuenit ea, per quæ ſyllogiſmus eius ex principio debeat fieri: nec ſolū neceſſarias, ſed & eatū quæ ad has ſunt vtiles aliquā ſyllogizari oportet. *Itē* cōcluſiones nō dicere, ſed poſtea ſubitas ſyllogizare, vt non præuideat reſpōdens ex quibus accidit. *Vtile* autem & nō continuas ſumere propoſitiones ex quibus ſyllogiſmi, ſed permutatim ad aliā & ad aliā cōcluſionem: poſitis enim conuenientibus iuxta ſe, magis quod ex ipſis accidit manifeſtū eſt. *Item* proponere oportet, non vt propter propoſitum ipſum, ſed alterius gratia, verentur enim quæ ad propoſitum ſunt vtilia. *Item* per ſimilitudinem inquirere, nam & veriſimile, & latet magis vniuerſale. Hoc autem ſimile eſt inductioni, nō tamen idem: quia à ſingularibus ſumitur vniuerſale, ſub quo omnia ſimilia ſunt, in ſimilibus autem, non eſt quod ſumitur vniuerſale.

Quatuor ab interrogante obſeruanda.

Quæ magis nota.

Adhuc de eodem.

CAP. LXXXIIII.

OPortet autẽ & ipsũ, ſcilicet opponentẽ, quandã ſibimet inſtantiam inferre. Inſuſpectè namque ſe habent reſpondentes ad eos qui videntur iuſtè argumentari. *Vtile* eſt etiam dicere, quoniam conſuetum eſt dici huiuſmodi: pigeſcunt enim quod ſolitum eſt mouere, ideſt negare, inſtantiam non habentes. *Oportet* non properare, quia contra properantes magis obſtant: Sed vt in parabola proponere: quia quod propter aliquid aliud proponitur, nõ propter ipſum, citius concedunt, non videntes quid inde fit; & hoc ſũpto, ſumptũ eſt illud. *Rurſum* in vltimo interrogare quod maxime vult ſumere, ſcilicet ad minus prouectos. Maximè namque prima renuunt, eo quòd plures interrogantium primo interrogãt, circa quæ maximè properant. Ad graues autem, ideſt authenticos, oportet hoc primo prætendere; nam hi prima maxime admittunt, niſi omnino manifeſtum ſit quid accidere ſit: in finem autem aduerſantur. Similiter & qui arbitrantur eſſe acres in reſpondendo, prima ponentes in fine frãgunt, velut non acciderat ex his quæ poſita ſunt; ponunt enim credentes habitui, ſuſpicantes ſe nihil eſſe paſſuros. *Amplius*, oportet prolongare & interponere quę nihil vtilia ſunt ad orationẽ, ſicut falſigraphi. Cũ enim plura ſint quæ deſcribũt, dubiũ eſt in quo falſum ſit: ſic & interrogãtes quãdoque latẽt, in abſcõſo ponẽtes, quæ per ſe poſita non ponerẽtur; ad celandum ergo propoſitum eo quod dictum eſt vtendum.

Obſeruanda à diſputante ſeu interrogante.

De modo ornandi & explanandi orationem interrogantis.

CAP. LXXXV.

AD ornatum vero, inductione & diuiſione eorũ quæ cognata ſunt vtendum. Inductio quidem, quale quid ſit, iam ſupradictum eſt. Diuiſio autẽ huiuſmodi eſt, vt *diſciplina melior eſt alia, vel quia certior, vel quia melior*, id eſt vtilior. Et *diſciplinarum alia ſpeculatiuę sũt, aliæ actiuæ, aliæ vero effectiuæ*: vnũquodque etenim talium ornat orationem, non autem neceſſaria ſunt dici ad concluſionem. *Ad explanationem* autem exempla, parabolaſque ſumendum eſt. Exempla conuenientia & nota, qualia Homerus, nõ qualia Cherulus. *Vtendum* eſt autem in diſputando ſyllogiſmo quidem, magis ad dialecticos, inductione vero ad plures, ideſt vulgares; quando autem opponenti in pluribus inducenti non dederit reſpõdens vniuerſale, iuſtum eſt inſtantiã exigere, & probare inſtantiã non in eo quod proponitur fieri, niſi vnum tantũ ſit huiuſmodi. *Oportet* enim eũ qui inſtat, in altero quàm in propoſito inſtantiam inferre aut dicere, quoniam hoc ſolum tale eſt. Quod ſi in æquiuocis ponat inſtãtiam, vt *quoniam habebit pictor colorem, & cocus pedem non ſuum*; oportet interrogatiuè diuidere, ne latente æquiuoco, bene videatur reſpondens inſtare propoſitioni. Si autem in vniuoco inſtans prohibet interrogationem, auferente illud in quo inſtantia eſt, oportet proponere reliquum vniuerſaliter, vt in obliuione. Non enim concedunt eum qui diſciplinam amiſit, oblitum eſſe, quia tranſeunte amiſit quidem diſciplinam, ſed non oblitus eſſe dicendus eſt.

Ad ornatum inductione & diuiſione vtendum, ad explanationẽ vero exẽplis.

Inſtãtia dãda eſt extra propoſitum.

Auferenti ergo iſtud in quo eſt inſtantia, reliquum oportet ponere; vt ſi re permanente amiſit diſciplinã, ſequitur quoniam oblitus eſt. Similiter autem & cõtra inſtantes, quoniam maiori bono maius opponitur malum; proferunt enim quoniam ſanitati, cum ſit minus bonum quam euechia, opponitur ægritudo, quæ maius malum quàm cacechia. Auferatur ergo id in quo eſt inſtantia, & cogetur reſiduum ponere, ſcilicet quod maiori bono maius malũ opponitur: niſi coinferat alterum, vt euechia ſanitatem. Si autem in multis proponenti non ferat inſtãtiam, dignum eſt ponere, id eſt concedere, nam dialectica eſt propoſitio, contra quam ſic in pluribus ſe habentem non eſt inſtantia.

De modo reſpondendi.

CAP. LXXXVI.

DE reſponſione autem dicendum, quod eſt opus bene reſpondentis, ſicut bene interrogantis. In reſponſione duo peccata vitanda ſunt, ſcilicet ponere quod non oportet, & poſitum non ſeruare ſicut oportet. Et diſcentibus quidem, ſcilicet in demonſtratiuis, ponenda ſunt ſemper ea quæ videntur; nullus enim docens conatur dicere falſum. Colluctantium vero, id eſt litigioſè ac ſophiſticè diſputantium, interrogãtem quidem videri aliquid facere oportet omnino. Reſpondentem vero nihil videri pati. In dialecticis autem & tentatiuis, neceſſe eſt reſpondentem ſuſtinere orationem ponentem, ſiue probabilem, ſiue improbabilem poſitionem, ſiue neutram. Nam ad commune genus poſitionis eodem modo ſe habere debet. Cum enim probabilis eſt poſitio, cõcluſio opponentis erit probabilis, & econuerſo, cũ enim neutra, & concluſio neutra; ſemper enim opponens concludet oppoſitum poſitionis. Quando tamen ſimpliciter eſt improbabile quod ponitur, non eſt dandum reſpondenti, quia per probabiliora & notiora, debet quod minus notum eſt concludi. Si autem ſimpliciter probabilis eſt poſitio, palam quoniam concluſio improbabilis.

Duo in reſponſione vitanda.

Ponendum ergo & quæ videntur omnia, & eorum quæ non videntur, quæcunque minus ſunt improbabilia concluſione & etiam neutra, ſi vero non ſimpliciter probabile, vel improbabile fit quod ponitur, ſed reſpondenti, ad ipſum quod videtur vel non videtur, ponendum eſt, vel non ponendum: his quoque quæ obſcurè ac multipliciter dicuntur obuiandum eſt. Conceſſum eſt enim reſpondenti non intelligenti dicere, non intelligo: & multipliciter dictum, non ex neceſſitate profiteri vel negare. Nam ſæpe ex eo quod non plane obijcientibus datur, obuiat aliquid difficile: ſi vero ſit notum, ſed multipliciter dictum, & in omni ſenſu verum, vel falſum: ſimpliciter dandum eſt vel negandum. Si autem in alio ſenſu verum ſit, & in alio falſum, diſtinguendum eſt primo. Poſterius enim diuidens, incertum eſt. an & in principio dubium cõſpexerit: Si autem non præuiderit dubium, ſed in alterum ſenſum inſpiciens poſuit, Dicendum eſt ei qui in alterum ducit, quia non ad hoc inſpiciens dedi, ſed ad alterum.

Cum autem aut per inductionem, aut per ſimilitudinem, plerumque vniuerſale ſumant, ſingularia quidem omnia ponendum, ſi vera ſint & probabilia: ad vniuerſale autem tentandum inſtantiam ferre: ſi enim in multis apparẽtem non dederit vniuerſaliter, qui non habet inſtantiam: patet quia proteruit: ſi autẽ nec argumentari contra habeat, multo magis proteruire videbitur. Eſt enim proterua reſponſio, præter dictos modos ſyllogiſmi corruptiua. Quæcunque autem orationes falſum ſyllogizant, ſoluẽdum eſt interimenti, propter quid ſit falſum: non enim qui quodlibet interimit ſoluit, etiam ſi falſum eſt quod interimitur, ſed & propter quid falſum ſit aſſignandum. *Fiunt* autem inſtãtiæ quadrupliciter. Prima eſt interimere à quo ſit falſum. Secunda ad opponentem inſtantiam ferre. Tertia ad interrogata reſpondere. Quarta vero & peſſima inſtantiarum quæ eſt ad tempus. Quidam enim talibus inſtant, ad quæ diſputare pluris eſt temporis quam præſentis exercitationis. Harum autem ſolutio prima tantum eſt, reliquæ vero prohibitiones quædam, & impedimenta concluſionum.

Quid proteruia in diſputatione.

Inſtãtia fiũt quatuor modis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Oratione, & vitioſa, & manifeſta.

CAP. LXXXVII.

Duplex increpatio orationis ſcilicet ex proprio vitio, & ex vitio opponẽtis & reſpondentis.

INCREPATIO vero orationis, alia eſt ſecundum ipſã, id eſt ex vitio ipſius orationis proprio: alia quando non bene interrogatur, id eſt ex vitio opponentis & reſpondentis plurimumque enim quod non bene diſputatur oratio, qui interrogatur cauſa eſt, eo quod non concedat ex quibus plane erat diſputare ad poſitionem: non enim in altero tantum eſt, bene finire commune opus: ſicut autem in cæteris prauus ſocius eſt, qui impedit commune opus, ſic & in oratione: nihilque differt, ſiue in opponendo, ſiue in reſpondendo hoc fiat: nam & qui litigatorie diſputat, & qui in reſpondendo non concedit quod videtur, nec ſuſcipit quicquam quod vult interrogans inquirere orationem vitiat, non ergo ſimiliter increpandum eſt, & per ſe orationes, & interrogãtes: nihil enim prohibet orationem prauam eſſe, interrogantem autem, vt contingit, optime contra reſpondentem diſputare.

Orationis per ſe quinque ſunt increpationes.

Per ſe autem orationis, quinque ſunt increpationes. *Prima* quando non ex interrogatis concluditur, cum ſint vel falſa, vel improbabilia, aut omnia, aut plura in quibus eſt cõcluſio. *Secunda* ſi ad poſitionem non fiat ſyllogiſmus. *Tertia* ſi quibuſdam additis fiat. *Quarta* ſi quibuſdam ablatis. *Quinta* ſi ex improbabilibus, & minus credibilibus concluſione: aut etiam ſi ex veris, ſed pluri opera indigentibus demonſtrari, quàm problema. *Patet* igitur quia non eſt eadem orationis increpatio ad propoſitum, & per ſe: nihil enim prohibet orationem per ſe quidem eſſe vituperabilẽ, ad problema vero laudabilem, & econuerſo. Eſt autẽ quandoque oratio concluſa, nõ concluſa peior, quãdo quidem ex fatuis vel falſis concluditur. Eos vero qui per falſa verum concludunt, non eſt iuſtum increpare. Nam falſum quidem ſemper per falſum ſyllogizare neceſſe eſt, verum autem quandoque, & per falſa contingit. *Oratio* autẽ manifeſta eſt: *vno* quidẽ modo & publiciſſimo, ſi ſic cõcluſa ſit, vt nihil oporteat aliud interrogare: altero autem, & qui maxime dicitur, quãdo ſumpta eſt ex quibus neceſſarium eſt eſſe, quæ quidem ſint per concluſiones concluſa. *amplius*, ſi deeſt quod probabile eſt valde.

Differũt increpatio orationis per ſe, & ad propoſitum.

Argumentatio tribus modis perſpicua.

De falſitate ſyllogiſmi, & petitione principij.

CAP. LXXXVIII.

Oratio dicitur falſa quadrupliciter.

FALSA autem oratio quadrupliciter dicitur. *Vno* quidem modo, quando videtur concludi, quando non concluditur, & hoc eſt apparens litigioſorum ſyllogiſmus. *Alio* vero quando concluditur quidem, ſed non ad propoſitum: quod accidit maxime in his quæ ducunt ad impoſſibile. *Tertio* quando ad propoſitum quidem concluditur, non tamen ſecundũ propriam diſciplinam, vt non geometricè in geometria. *Quarto* quoquè modo, ſi per falſa concluditur, licet aliquãdo concluſio vera ſit, aliquando falſa, vt ſupradictum eſt: ergo falſam eſſe orationem, magis peccatum eſt dicentis, id eſt reſpondentis, quàm orationis: nec ipſius ſemper, ſed quando latet eum falſũ ſuſceptum. Quare prima quidẽ cõſideratio orationis per ſe eſt, ſi concludit. Secunda vtrum verum vel falſũ. Tertia vero ex qualibus: nam ſi ex falſis quidem, probabilibus autem, rationalis eſt: ſi autem ex veris quidem, ſed improbabilibus, praua, id eſt reprehenſibilis: ſi vero ſint & falſa, & valde improbabilia. palam quoniam praua, aut ſimpliciter, aut ad rem.

Petere principium quinque modis contingit.

Petere autem quod eſt in principio, videtur quinque modis. *Primo* quidem & manifeſtiſſime, ſi quis id quod mõſtrari oportet, præſumat. Et hoc ipſo quidem non facile eſt latere, id eſt in eodem nomine, vt *Marcus currit, ergo marcus currit*. In vniuocis autem, ſcilicet vniuerſalibus, in quibus nomen & ratio idem ſignificat, facilius eſt latere: quia ſcilicet poteſt in dubium venire, pro quo, vel pro quibus particulariũ ſumatur; vel in vniuocis, id eſt ſynonymis, quando ſcilicet vna eſt ſignificatio, & vox diuerſa: vt *Marcus Tullius*. *Secundo* autem quando quod particulariter oportet demonſtrare, proponit vniuerſaliter. Quod enim per ſe oportet oſtendere, cum alijs pluribus petit. *Tertio* quando quod vniuerſaliter oportet oſtendere, particulariter petit: videtur enim quod cũ pluribus oſtẽdendũ eſt per ſe extra petere. *Quarto* ſi diuidens petat quod propoſitum eſt. *Quinto* ſi eorũ quæ ex neceſſitate ſequũtur ſe inuicem, alterum petat: vt *latus incommenſurabile eſſe dyametro*, cum oporteat oſtendere quoniam dyameter lateri.

Petere contraria totidem etiam modis contingit.

B Quot ſunt autem petitiones principij, tot & contrarij. *Primus* modus eſt ſiquis contradictione oppoſita petat. *Secundus* ſi contraria. *Tertius* ſi vniuerſaliter probans, particulariter petierit contradictionem: vt *ſi contrariorum vnam eſſe diſciplinam ſumpſerit, ſanatiui autem & agrotatiui alteram eſſe probauerit*. *Quartus* ſi particulare petens, in vniuerſali contradictionẽ aſſumere tentauerit. *Quintus* ſi contrarium petat eius quod ex neceſſitate, per ea quæ poſita ſunt, accidit: & etiam ſi non ea quidem ſumat quæ oppoſita ſunt, ſed talia duo ex quibus erat oppoſita contradictio,

De exercitatione dialectici in ſyllogiſmis.

CAP. LXXXIX.

Quanã ſcienda & obſeruãda in diſputatione.

C AD exercitationem autem ſyllogiſmorum, primum quidem oportet aſſueſcere conuerti orationes. Sic enim & ad hoc quod dicitur magis idonei erimus, & in paucis plures orationes ſciemus. Nam conuerti, eſt tranſſumentem concluſionem, cum reliquis interrogationibus, interimere vnum eorũ quæ data ſunt. Neceſſe eſt enim, ſi concluſio vera non eſt, alteram præmiſſarum interimere: ſi omnibus poſitis, neceſſe erat concluſionem eſſe. Ad omnem autẽ poſitionem argumenta *quoniam ſic*, & *quoniam non ſic*, conſideranda ſunt: hac ſolutio ſi inueniri poſſit quærenda: & ſi nullum alium habemus, ad noſipſos hoc faciamus: ſic enim ſimul accidet, & ad interrogandũ. & ad reſpondendum exerceri: nam & ad philoſophiam non paruum inſtrumentum eſt, poſſe conſpicere, quæ vtrimque accidit dicere.

Quid habere bonum ingenium.

D Oportet autem ad huiuſmodi, homines eſſe boni ingenij: hoc enim eſt ſecundum veritatem bonum ingenium, bene poſſe eligere verum, & fugere falſum. *Rurſum* in electione terminorum, ideſt diffinitionũ, oportet eſſe idoneos, ac probabilium propoſitionum, & primorum, & maximarum propoſitionum, promptos ſe habere, & in ea quæ ſæpe incidunt ſermocinationes tenere. Nam ſicut in Geometria circa elementa oportet exercitatum eſſe, & in Arithmetica circa capitales numeros, (ſcilicet vt ſunt denarius, & vigenarius) & huiuſmodi multum confert ad cognoſcendum multiplicationem numerorum: ſic & in orationibus Logicis oportet propoſitiones memoriter ſcire. Principij autem & hypotheſeos idoneum, id eſt expeditum eſſe mediocriter, difficile eſt.

Inductione vtendum inter rudes, ſyllogiſmo inter doctos.

E Item orationem vnam plures facere aſſueſcendum eſt: vt *quoniam non eſt vna plurium diſciplina*. Sic enim & in relatiuis, & in contrarijs, & in coniugatis eſt. Exercitatio autem aſſignanda eſt, inductiuarum quidem ad rudem, ſyllogiſticarum ad eruditum, & reſpondentibus tentandum eſt à ſyllogiſticis quidem accipere, ideſt auferre propoſitiones, ſcilicet vniuerſales, id eſt impedire ne habeant vniuerſale: Ab inductionibus autem parabolas, id eſt ſimilitudines. Præcipuè autem exercitio diſputantium afferre. Tentandum eſt, aut ſyllogiſmum de aliquo, aut propoſitionem, aut ſolutionem, aut inſtantiam: Ex his enim tota poteſtas conſtat: exercitium autem poteſtatis cauſa ſuſcipitur, & maxime circa propoſitiones, & inſtantias. Eſt enim (vt ſimpliciter dicatur) dialecti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cus propoſitiuus,& inſtantiuus.Eſt autem proponere quidem, vnum facere quæ ſunt plura,id eſt vnam cõclulionem ex plurib⁹. Inſtare autem, quod vnum eſt facere pluta. Inſtans enim diuidit aut interimit , hoc quidem dans, illud autem non: non eſt autem omni diſputandum, nec contra quemlibet exercitandũm, neceſſe eſt enim contra aliquos prauos fieri diſputationes: nam qui exercitati ſunt abſtinere non poſſunt à certatoria diſputatione: Oportet autem & factas orationes habere, circa quæſtiones dialecticas; in quibus abundantes minimis, ad plurima vtiles habebimur Hæ vero ſunt vniuerſales, & ad quas abundare difficile eſt continuo.

Quid Inſtare.

De ſophiſtica diſputatione, & eius comparatione.

Cap. XC.

Quid ars ſophiſtica.

Ariſtoteles in libro primo Elenchorum. Sophiſtica eſt apparens ſapientia, & non exiſtens. Ideoque ſophiſtis magis opere pretium eſt videri eſſe ſapientes, quàm eſſe, & non videri . Opus autem ſcientis eſt,non mentiri de quibus nouit, & poſſe manifeſtare mentientem. Eos ergo qui volũt ſophiſticè agere, neceſſe eſt diſputationum genus quærere; huiuſmodi enim poteſtas facit videri ſapientes, cuius ſunt deſiderium habentes.

Quatuor ſũt genera diſputationum.

Sunt ergo diſputationum genera quatuor; ſcilicet Doctrinales, Dialecticæ, Tẽtatiuæ, Litigioſæ. *Doctrinales* vel demõſtratiuæ, quæ ex proprijs principijs cuiuſque diſciplinæ ſyllogizant, & non ex his quę vidẽtur reſpondenti:oportet enim credere eum qui diſcit: *Dialectica* vero, quæ ex probabilibus collectiuæ ſunt contradictionum. *Tentatiuę* autem , quę ex his quæ videntur reſpondenti, & neceſſarium eſt ſcire ei qui ſimulat habere ſcientiam. *Litigioſa* vero, vel ſophiſticæ,ex his quæ videntur probabilia, non ſunt autem ſyllogizanti. Dialecticus quidem omnia communia ſecundum rem conſiderat: qui autem hoc facit apparenter, ſophiſta eſt. *Et eadem* quidem eſt oratio ſophiſtica, & litigioſa ; ſed non ſecundum idem. Nam in eo quod propter apparentem victoriam , litigioſa: in eo vero quod propter ſapientiam apparentem, ſophiſtica.

Diſcrimen inter argumẽtationem ſophiſticã & litigioſam.

Litigioſus autem quodammodo ſe habet ad dialecticum,ſicut falſigraphus ad geometricum ; ſed falſigraphus, ex proprijs ſcilicet principijs & concluſionibus, quæ ſub arte ſunt, falſa ſyllogizat. Litigioſus autem circa communia, ſicut & dialecticus: non eſt autem dialecticus circa genus aliquod determinatum, ſicut demonſtratiuus; nec iterum talis, qualis eſt vniuerſalis,id eſt metaphiſicus,ſcilicet quia non oſtendit ſua principia eſſe, ſicut illæ . *Demonſtratiua* quoque non eſt interrogatiua: nec enim eius ſyllogiſmus fieri poteſt ex vtraque parte contradictionis . *Dialectica* vero interrogatiua eſt. *Tentatiua* autem eſt quædam dialectica;huius enim eſt experimentum ſumere neſcientis, & ſcire ſe ſimulantis; nec ex proprijs arguit, vt geometria, ſed ex communibus, vt dialectica; talibus ſcilicet quæ ſcientem quidem nihil prohibet attem neſcire , non ſcientem autem neceſſe eſt ignorare: quare omnes idiotę dialectica & tentatiua vtuntur, eo quod omnęs communia diiudicare conantur.

Idem in methaphiſica, quarto libro. Logici & ſophiſtæ laborant in eo circa quod philoſophus, id eſt Methaphiſicus debet laborare, loquuntur enim de rebus quæ philoſophiæ ſunt propria. Entis enim eſt ſcientia communis omnibus, & logicus quidẽ ſcit illud quod ſcit philoſophus. Sophiſta vero ſcire ſe exiſtimat, ſed in rei veritate neſcit: eius enim ſcientia deceptoria tantum eſt,homines autem non decipiuntur, niſi in eo quod neſciunt.

De Paralogiſmis, & eorum figuris.

Cap. XCI.

Quid Elenchus.

Idem in Elenchis, primo. Syllogiſmus quidem eſt ex quibuſdam poſitis, vt dicatur aliquid aliud ex neceſſitate accidere, ab his quæ poſita ſunt. *Elenchus autem eſt ſyllogiſmus cum contradictione concluſionis.* Sophiſtici autem vel paralogiſmi videntur quidem hoc facere, ſcilicet vt dicatur ab his quæ poſita ſunt ex neceſſitate aliquid accidere, ſed non faciunt . Videntur autem ob multas cauſas,quarum vna eſt verbi gratia, publiciſſima. & aptiſſima, quę fit per nomina, ſcilicet *æquiuocatio.* Nam quia res infinitæ ſunt,nomina vero finita, neceſſe eſt vnum nomen plura ſignificare. Itaque qui virtutis nominum ignari ſunt,facile paralogizantur; & ipſi diſputantes,& alios audientes,cum ſcilicet vnam ſolam rem , vno nomine ſignificari arbitrantur.

Quinque ſũt meta ſophiſtarum fallaciarũ vero duo genera, ſcilicet in dictione & extra illius generis 6 huius vero 7. exiſtunt.

Sunt autem numero quinque quæ coniectant,qui in diſputationibus corrixantur & decertant, ſcilicet *redarguio,falſum,inopinabile.ſolœciſmus,nugatio. Modi* autem arguendi ſunt duo, Alij quidem *ſecundum dictionem* faciunt fantaſiam. Alij *extra dictionem. In dictione* ſunt ſex,ſcilicet,æquiuocatio,amphibologia,cõpoſitio, diuiſio,accentus, figura dictionis. Extra dictionem vero 7. ſcilicet ſecundum accidens , ſecundum quid, & ſimpliciter, ſecundum ignorantiam elenchi, ſecundum conſequens , principium petere, non cauſam vt cauſam ponere,plures interrogationes vt vnam facere.

De Æquiuocatione, & Amphibologia.

Cap. XCII.

Quid æquiuocatio & vnde dicta.

Victor. *Æquiuocatio eſt deceptio proueniens eo quod plura ſignificata vel conſignificata latent ſub vna voce. Prima* ſpecies eſt quando plura ſignificata principaliter latent ſub vna voce, vt canis poteſt ſumi pro latrabili, vel pro marino. *Secunda* quãdo ſub vna latent plura,ita quod vnum prius, alterum poſterius: vt expediens poteſt accipi pro bono,vel pro vtili *Tertia* quando ſub vna voce latent plura conſignificata, ſicut diuerſa tempora. Verbi gratia . *Quicumque ſanabatur,ſanus eſt,laborans ſanabatur: ergo laborans ſanus eſt*, non valet; quia ſi laborans primo ſignificat laborantem tunc, in concluſione vero laborantem nunc. Et dicitur æquiuocatio,quaſi vocans æque plura.

Quid amphibolegia & vnde dicta.

Amphibologia dicitur ab *amphi* quod eſt dubium, & *bologia* quod eſt ſententia,quaſi dubia ſentẽtia. *Fallacia amphibologiæ eſt deceptio veniens ex eo quod vna & eadem dictio poteſt conſtrui cum vno & eodẽ, diuerſis de cauſis: vel cum diuerſis dictionibus,cum vno & eodẽ modo,vt iſte eſt liber Ariſtotelis,* poteſt hæc dictio *Ariſtotelis* regi ex vi auctoritatis,vel ex vi poſſeſſionis.Similiter hæc eſt duplex; *Quicquid videt hoc videt*,eo quod ly *hoc* poteſt teneri nominatiuè,vel accuſatiuè. Cum diuerſis dictionibus, vt *Aio te Æacidam Romanos vincere poſſe*: ly *te* poteſt regi de ly *vincere*, vel de ly *poſſe*. Similiter *impoſſibile eſt aliud quam Aſinum genuiſſe te. Item* alio modo proueniũt æquiuocatio & amphibologia,eo quod dictio vel oratio tranſitiue poteſt ſumi.

De Compoſitione & Diuiſione.

Cap. XCIII.

Quid fallaciæ compoſitionis & diuiſionis.

Secundum compoſitionem & diuiſionem ſunt ſyllogiſmi ſophiſtici , quoties in oratione accidit potentialis multiplicitas, eo quod aliqua dictio poſſit componi cum diuerſis . Ex hoc patet diuerſitas ad paralogiſmos amphibologiæ ; quia in illis eſt multiplicitas ex diuerſa ordinatione vnius cum vno. Et notandum, quòd in huiuſmodi orationibus eſt duplex compoſitio.& ſimiliter diuiſio Vna eſſentialis ſcilicet quando

Compoſitio & diuiſio duplex.

compo

componitur dictio cũ eo cum quo magis nata eſt cõponi: Et iuxta hanc accipitur diuiſio eſſentialis. Alia eſt compoſitio accidentalis, quando ſcilicet fit compoſitio alicuius cum aliquo cum quo minus nata eſt componi: Et iuxta hanc ſimiliter accipitur diuiſio accidentalis. *Item* ſecundum compoſitionem proprij fiunt paralogiſmi, quoniam in oratione poſſunt eſſe plures ſententiæ, ex diuerſa compoſitione alicuius cum diuerſis; ita quod in compoſitione eſſentiali ſit falſitas, & in diuiſione eidem reſpondente (quæ ſecundum rem compoſitioni accidentali eſt eadem) ſit veritas. Iuxta quod dicit Ariſtoteles, *vbi fallit compoſitio, ibi ſoluit diuiſio, & econuerſo.* Vnde dicebant antiqui, quod compoſitio nihil aliud eſt quã diuidendorum falſa coniunctio; Diuiſio vero componendorum falſa ſeparatio. Itaque ſecundum diuiſionẽ propriè paralogizatur, quando in oratione eſt dicti multiplicitas, ita quod accidentalis diuiſio ibidẽ ponat veritatem, eſſentialis compoſitio falſitatem. Et ab hac eſſentiali compoſitione dicitur oratio compoſita, & non ab alia. Similiter à diuiſione eſſentiali dicitur oratio diuiſa.

Fallacia cõpoſitionis cõtingit tripliciter.

Secundum compoſitionem ponit Ariſtoteles tres paralogiſmos. Primus fit eo quod participium gratia concomitãtiæ intellectæ, poteſt ordinari cum diuerſis verbis, ſic: *Quemcunque poſſibile eſt ambulare, poſſibile eſt vt ambulet; poſſibile eſt ſedentem ambulare: ergo poſſibile eſt vt ſedendo ambulet.* Minor multiplex eſt, li cõpoſita falſa, diuiſa, eſt vera; diſtinguitur tamen cõmuniter de re vera, de dicta falſa. *Secundus* fit, eo quod aliquod aduerbium poſſit cõponi cum vno verbo, vel ab illo diuidi, & componi cum alio, vt hic: *Quod ſcit aliquis nunc didicit; ſed magiſter literas nunc ſcit; ergo nunc didicit;* non valet, prima enim duplex eſt, diuiſa vera, compoſita falſa. Nam hæc dictio *nunc* magis nata eſt componi cum hoc verbo *didicit*, eo quod adiectiuum debet præcedere ſuum ſubſtantiuum. *Tertius* fit, eo quod nota excluſionis poſſit componi cum diuerſis verbis, vt hic: *Quod vnum ſolum poteſt ferre, non poteſt plura ferre;* hæc dictio *ſolum* poteſt facere excluſionem ſuam reſpectu eius quod eſt poſſe, vt eidẽ cõponatur, & ſic eſt compoſita falſa; vel reſpectu eius quod eſt ferre, & ſic eſt vera diuiſa.

Fallacia diuiſionis fit tribus modis.

Secundum diuiſionem propriè fiunt paralogiſmi, quando aliqua huiuſmodi oratio conceditur cõpoſita, & infertur tanquam diuiſa; & prouenit vno modo, eo quod dictio copulatiua vel diſiũctiua poteſt copulare dictiones, vel orationes; ſecundum quẽ ſic paralogizatur. *Quacunque ſunt duo & tria, ſunt paria & imparia; quinque ſunt duo & tria, ergo* &c. *Secundo* modo, eo quod participium poſſit cõiungi cum diuerſis nominibus, vt hic: *Ego poſui te ſeruum entem liberũ; entem* poteſt coniungi huic nomini *ſeruum*, & ſic eſt vera cõpoſita, quia priori nomini natum eſt plus cõponi; vel ab eodem diuidi, ſic eſt falſa diuiſa. *Tertio* modo hoc idem cõtingit, quando aliquod nomen cũ alio nomine poteſt coniungi verè, vel ab eodem diuidi falſe; vt hoc nomen *centũ* in exemplo Ariſtotelis, *centum quinquaginta virorum reliquit Achilles.* Itaque ſecundũ diuiſionem poteſt fieri paralogiſmus, quoties à coniunctim dato, infertur diuiſim; & econuerſo ſecundũ cõpoſitionem ſic: *Iſte eſt bonus, & eſt clericus; ergo eſt bonus clericus;* & econuerſo poteſt argui ſimiliter ſecũdũ diuiſionem; & ad hæc omnia docet Ariſtoteles ſimul ſoluere, ſcilicet vt ſi concludatur diuiſim, dicẽdum eſt quoniam coniunctim conceſſum fuit, & econuerſo.

De Accentu, & figura dictionis.

CAP. XCIV.

Quid fallacia accentus.

SEcundum *accentum fiunt paralogiſmi, quoties aliqua dictio diuerſimode poteſt accentuari, ex quo ſequitur diuerſitas ſignificationis*; ſcilicet quando poteſt accentuari, vt dictio vel oratio, vt hæc vox *metuo*, & hęc vox *vniuocè*, aut aliter ſub diuerſo accentu proferri, ſcilicet longò vel breui, vt *pendere*; aut etiam cum aſpiratione, vel ſine, ex quo reſultant diuerſæ ſignificationes. *Figura dictionis eſt ſimilitudo dictionis ad dictionem quantum ad modum ſignificandi, propter quam earum ſignificata vt eadem interpretantur.* Eſt autem figura dictionis, quædam intrinſeca, quædam extrinſeca. Intrinſeca eſt ſimilis terminatio dictionis cum dictione: Extrinſeca eſt ſuppoſitio vel copulatio eiuſdem: Vnde *hac fallacia eſt deceptio proueniens ex ſimilitudine dictionis.* Huius tres ſunt ſpecies principales. *Prima* prouenit ex ſimili tranſlatione dictionis, vt hic. *Qualiſcunque terminationis eſt miſſa, talis eſt poeta; ſed miſſa eſt feminini generis, ergo poeta. Secunda* prouenit ex mutatione prædicamenti, & hoc eſt quando vnum prædicamentum commutatur in aliud, vel aliqua ſpecies vnius prędicamenti in aliam eiuſdem; vt hic: *Quanti homines ſunt in hac domo, ſunt in illa; ſed decem ſunt in hac* &c. *Tertia* prouenit ex variata ſuppoſitione, vt hic: *Homo eſt digniſſima creaturarum, Sortes eſt homo, ergo* &c. *Vel tertia* ſpecies dicitur vniuocatio, quæ prouenit quoties interpretatur quale quid, vt hoc aliquid; ſiue commune, vt ſingulare; ſic: Coriſcus eſt alter ab homine, & Coriſcus eſt homo, ergo Coriſcus eſt alter à ſe; vel ſic: *Homo eſt ſpecies, Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt ſpecies.* Ad hunc modum reducuntur paralogiſmi, in quibus fit proceſſus à confuſa ſuppoſitione ad determinatam, vel ab immobili ad mobilem.

Quid figura dictionis & quotuplex.

Fallacia figura dictionis triplex.

De fallacia Accidentis, & ſecundum quid & ſimpliciter.

CAP. XCV.

Quomodo capitur accidens in præſenti.

SEquitur de locis ſophiſticis extra dictionem, qui prædicti ſunt ſeptem. Et primo de Accidẽte, quod non ſumitur hic pro accidente in prædicando, vel in eſſendo, ſed pro accidente in conſequendo; vnde poteſt dici medium accidentale, ad inferendum hoc de hoc. *Fiunt autem paralogiſmi ſecundum accidẽs, eo quod quidlibet aſſignatur ineſſe rei ſubiectæ & accidenti, & econuerſo*: quod non eſt neceſſe: ſcilicet quæ inſunt prædicatis, ineſſe ſubiectis, & hoc diuerſimode exponitur, ſcilicet in prima figura, & in tertia, quia in prima maior extremitas eſt attributum, medius terminus dicitur accidẽs, minor extremitas res ſubiecta: vnde sẽſus eſt, quãdo quidlibet, ideſt maior extremitas, attribuitur primo medio termino, ideſt accidenti, in concluſione vero minori extremitati, ideſt rei ſubiectę. Quod patet ſic: *Ab homine Coriſcus eſt alter, ipſe eſt homo ergo eſt alter a ſe.* Maior extremitas ideſt *alterum*, attribuitur Coriſco repectu hominis, & ita reſpectu accidentis: In concluſione vero reſpectu ſuiipſius, & ita reſpectu ſubiecti, ſimiliter hic: *homo eſt ſpecies, Sortes eſt homo, ergo* &c. Eſſe ſpeciem primo attribuitur homini tanquam accidenti, in concluſione vero Sorti tanquã rei ſubiectæ. In tertia figura ſic. Quando quidlibet, ideſt maior extremitas, attribuitur medio, ideſt rei ſubiectæ, & minori ideſt accidẽti. Quod patet ſic: *Coriſcus cognoſcitur à te, & Coriſcus eſt veniens, ergo veniens cognoſcitur à te*: nam cognitio primo attribuitur Coriſco, tanquam rei ſubiectæ, in concluſione vero venienti, tanquam accidenti. Similiter in his: *Iſte canis eſt tuus, & eſt pater, ergo eſt tuus pater*: non valet, quia eſſe tuum primo attribuitur cani tanquam rei ſubiectæ: in concluſione vero patri tanquam accidenti. In ſecunda autem figura fit deceptio, eo quod ea quæ vni & eidem ſunt eadem, credimus inter ſe eſſe eadem, vt hic: *Fel eſt rubeum, mel eſt rubeum, ergo mel eſt fel.*

Quid fallacia accidens, & quomodo contingit in omnibus figuris.

Secundum quid & ſimpliciter ſiunt paralogiſmi, quoties aliquid ſumptum ſecundũ partem impropriè ſumptã, vt ſimpliciter concluditur. Et dicitur aliquid ſumi ſecundum partem impropriè ſumptam, quando huiuſmodi pars non ponit ſuũ totum; ſicut *homo mortuus, non ponit hominem; album ſecundum dẽtes, nõ ponit albũ*: ſed *criſpus ſecũdum caput ponit criſpum ſimpliciter*, vnde per aliquod tale non eſt paralogizare, ſed ſecũdum

Quid fallacia dicti ſecundũ quid & ſimpliciter.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

partem ſolummodo impropriè ſumptam; & hoc poteſt fieri iuxta partem ſubiectiuam ſic: *Caſar non eſt, & eſt opinabile, ergo eſt quod non eſt.* Vel iuxta partem integralem ſic: *Indus eſt niger, & eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus & niger.* Vel iuxta partem in tempore ſic: *Comedere carnes eſt bonum, in die veneris eſt malum, ergo eſt bonum & malum.* Vel iuxta partem in loco ſic: *Matlare patrem eſt malum, in tali loco eſt bonum: ergo &c.* Vel iuxta partem in modo, vt dicatur pars in modo nomen determinans aliud nomen, ſic: *Hoc eſt bonum, & eſt malum agro, ergo &c.* vel ſic: *Diuitiæ ſunt bonæ, non bene vtenti ſunt malæ, ergo &c.* Secundũ hũc locum fieri dicantur huiuſmodi paralogiſmi: *Ego dico falsũ, ergo verũ eſt me dicere falſum: & dico hoc, ergo dico verum.* Et ſoluit Ariſtoteles dicens, quia hoc dicendo falſus eſt ſimpliciter, verus autem quo, & concluditur verum ſimpliciter.

De ignorãtia Elenchi, & petitione principij, & cõſequẽte.

CAP. XCVI.

Quid Elenchus, & quid fallacia ex eius ignorãtia.

SEcundum ignorantiam elenchi ſiunt paralogiſmi, eo quod ignoratur ſiue omittitur ratio elenchi. Et dicitur *elenchus* ab Ariſtotele *contradictio vnius & eiuſdem, non nominis tãtum, ſed rei & nominis, non ſynonimi, ſed eiuſdem, ex his quæ data ſunt de neceſſitate, non connumeratio quod eſt in principio, ſecundum idem, ad idem, ſimiliter, & in eodem tempore.* Fiunt ergo huiuſmodi paralogiſmi ex omiſſione huius diffinitionis, & propriè ob defectum huiuſmodi differentiarũ, *ſecundum idem, in eodem tempore, ad idem, ſimiliter*, ſic: *Duo ſunt duplum vnius, & non ſunt duplum trium, ergo &c.* nó valet, quia in præmiſſis ponitur affirmatio & negatio non ad idẽ, & infertur vt ad idem, quare ignoratur elenchus. Similiter: *Hoc eſt duplum huic ſecundum longitudinem, & non eſt duplum ſecundum latitudinem; ergo duplum eſt, & non duplum.* Et patet reſponſio, quia in præmiſſis ſumitur affirmatio & negatio non ſecundum idem, quare non ſumitur vera contradictio.

Quid fallacia petitionis principij.

De petitione principij notandum eſt, quod principium nihil aliud eſt hic, quam principale propoſitum, quod debet probari. *Fiunt ergo paralogiſmi ſecundum hoc, quando ad probandum aliquod, ſumitur idem, ſiue aliquid minus notum.* Et hoc quinque modis, vt diſtinguitur in 8. Topicorum, quod iam ſupra poſuimus.

Quid fallacia conſequentis.

Secundum conſequens, vt dicit Ariſtoteles, *fiunt paralogiſmi, eo quod credimus conſequentiam conuerti, quæ non conuertitur.* Et hoc fit dupliciter, quando ſcilicet proceditur à ſuperiori ad inferius affirmando, vel ab inferiori ad ſuperius cum negatione. In Rhetoricis ſimiliter paralogizatur ſecũdũ cõſequens, quãdo aliquid cõſequẽs vt in pluribus, accipitur vt cõſequens in omnibus, *ſic iſte eſt cõptus, ergo eſt adulter:* tamẽ poteſt reduci ad aliquem modum prædictum iſte proceſſus.

De fallacia ſecundum non cauſam vt cauſam.

CAP. XCVII.

Quid fallacia nõ cauſa vt cauſa.

SEcundum non cauſam vt cauſam ſiunt paralogiſmi (Vt dicit Ariſtoteles) *eo quod propoſitio non cauſa, habens tamen conuenientiam cum illis quæ ſunt cauſæ, vt cauſa ſumitur, velut propter eam fiat redargutio*: interimitur ſic, *Anima, & vita ſunt idem: mors & vita ſunt contraria, generatio & corruptio ſunt cõtraria, ſed mors eſt corruptio, ergo vita eſt generatio, ergo viuere eſt generari; ſed hoc eſt impoſſibile, nõ ergo anima & vita ſũt idẽ.* Itaq; in huiuſmodi ſyllogiſmus ad impoſſibile, in quibus interimitur aliqua præmiſſarum, maximè accidit hæc fallacia, & quantum ad vltimã cõcluſionem; vnde dicit Ariſtoteles, quod huiuſmodi paralogiſmi non ſunt ſimpliciter inſyllogizati, ſed ad propoſitum.

Quid fallacia pluriũ interrogationum vt vnius.

Secundum plures interrogationes fiunt paralogiſmi, eo quod interrogatio plures, vt vna accipitur, & datur reſponſiua vna tantum, cum deberent plures dari; ſic, demõſtratis duobus quorum vnum ſit bonum, alterũ malũ; *putaſne iſta ſunt bona, vel non? ſi ſic, ergo hoc eſt bonum, demonſtrato malo: ſi non, ergo hoc eſt malum, demonſtrato bono.* Cũ prima enim interrogatio ſit plures, plures debent dari reſponſiones; vt, *hoc quidem bonum, aliud autem malum:* vnde cum detur vna reſponſio, prouenit inde deceptio. *Differt* autem enunciatio plures, & interrogatio plures; quia dicitur enunciatio plures à pluralitate rerum enunciatarum, quando ſcilicet enũciantur plura de pluribus, ex quibus non fit vnum, vel plura de vno, vel vnum de pluribus. Ab eodem dicitur interrogatio plures; & præter hoc, ab actu interrogandi, vnde ſi dicatur. *Omnis homo currit*, vna eſt enunciatio, ſiue propoſitio: ſi autem interrogetur, fiet interrogatio plures, & hoc ab actu interrogandi eſt, cum eidẽ debeantur reſpõſiones plures, vnde prouenit hæc fallacia, cum ad huiuſmodi interrogationes plures, vel enunciationes plures, datur vnica res, ſimpliciter, negando, vel ſimpliciter affirmando; ad quod ſequitur inconueniens.

Differunt enunciatio plures, & interrogatio plures.

De ſolutione paralogiſmorum.

CAP. XCVIII.

Ars ſophiſtica ad quid vtilis.

ARiſtoteles in Elenchis, lib. 2. Scire autem paralogiſmorum ſolutiones ad duo valet; primo quidẽ ad philoſophiam, deinde ad gloriam, vel apparentem ſapientiam; ſcilicet vt videatur homo circa omnia exercitatus eſſe, & in nullo inſcium ſe habere. Ad philoſophiam autem dupliciter, ſcilicet vt homo ſciat quot modis vnumquodque dicatur, & quæ ſimiliter in rebus accidunt, & in nominibus, & vt non facile ab aliis paralogizetur; alioquin & à ſeipſo frequenter hoc ipſum patietur.

AVCTOR. Modus autem ſoluẽdi paralogiſmos eſt vniuſcuiuſque fallaciam ſiue locum ſophiſticum aſſignare, & in conſequentia concluſionis oſtendere, ſicut iam ſuperius tactum eſt, ex 8. libro Topicorum, in capitulo de falſa oratione. Hæc igitur ad præsẽs de arte ſophiſtica breuiter dicta ſufficiant. Nunc iam ad ea tranſeũdum eſt, quæ ex partibus Logicæ iuxta diuiſionem Alpharabij reſtant, ad Rhetoricam ſcilicet, & Poeticam. Et primo de Rhetorica diſſerendum.

DE ARTE RHETORICA.

De dignitate Rhetorices ſecundum Tullium.

CAP. XCIX.

Quãta Rhetorice dignitas ex Cicerone.

RHETORICES dignitatem & excellentiã ne ſilentio prætereamus, Marci Ciceronis teſtimonium afferamus, in primo de Oratore ita inquientis: Quid eſt enim tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum vnum exiſtere, qui id quod omnibus natura datum ſit, vel ſolus, vel cum perpaucis facere poſſit? Aut tam iucundum cognitu, atque auditu, quam ex ſapientibus ſententijs, grauibuſque verbis, exornata oratio, atque polita? Aut quid eſſe poteſt in otio iucundius, quam ſermo facetus, & nulla in re rudis? Hoc enim præſtamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere inter nos ſenſata poſſumus. Ob quam rem quis hoc iure miretur, ſummeque in eo laborandum eſſe arbitretur, vt quo vno, homines maximè beſtiis præſtent, in hoc hominibus ipſis antecellat arte & vſu, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Ac ne plura, quæ penè ſunt innumerabilia, conſectemur, breui comprehendamus. Sic enim ſtatuimus, perfecti Oratoris moderatione, & ſapientia, nõ ſolum ipſius dignitatem, ſed & priuatorum, & plurimorum, & vniuerſæ Reipub. ſalutem, maxime contineri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De diffinitione Rhetoricę.

Quid rhetorica & vnde dicta.

Isidorus vbi supra. Rhetorica est bene dicendi scientia, in ciuilibus quæstionibus ad persuadendum iusta & bona, in rerum, personarumque negotij causa. Dicta est autem Rhetorica Græce, à copia locutionis: *Rhesis* enim apud Græcos locutio dicitur. *Rhetor* Orator. Differūt autem Rhetorica, Color, & Eloquentia, vt superius & inferius. Vnde Rhetorica est ars exornandi sententias seu dictiones, siue fuerunt vocetenus expressæ, siue subintellectæ: Quia Rhetor, siue exercet artem, siue non, semper dicitur habere Rhetoricam. Sed Color est, cum verba in debita voce vnita, & cum hoc vocetenus prolata, per debitos modos, & tanquā colores depinguntur. Sed Eloquentia dicitur solum ars, siue conceptualis, siue mentalis; non tamen ad hoc vocetenus, vel verbotenus expressa: ergo vbicunque est Color & Eloquētia, ibi est Rhetorica, & nō ecōuerso.

Discrimen inter rhetoricam, colorē & eloquentiam.

Boetius in Topicis, 4. lib. Differt autem Rhetorica à Dialectica; quia Dialectica tantum thesim considerat, idest quæstionem sine circunstantijs. Et si quando has ad disputationem sumit, non principaliter quidē, sed omnem eius vim ad thesim de qua disserit, trahit. Rhetorica vero de hypothesibus, id est quæstionibus circunstantiarum multitudine inclusis tractat, ac disserit; & si quando thesim assumpserit, ad hypothesim trahit. Circunstantię autem istę sunt, Quis, Quid, Vbi, quibus adminiculis, cur, quomodo, quando. *Item* dialectica, interrogatione ac respōsione cōfecta est: Rhetorica vero rem proprietatis cōtinua oratione decurrit. *Rursum* perfectis syllogismis vtitur Dialectica; Rhetorica vero enthymematum breuitate contenta est. *Item* Rhetor præter aduersarium habet iudicem, qui inter vtrosque disceptet. Dialectico vero, ille responsionē quasi sententiam fert, qui aduersarius sedet. Omnis itaque earum differentia, vel in materia, vel in vsu, vel in fine constituta est; fine dico, quia hæc quidē iudici persuadere; illa vero quæ vult ab aduersario extorquere conatur.

Discrimen inter rhetoricam & dialecticam.

De Oratione, & eius institutione.

Cap. C.

Qualis debet esse orator.

INstrumentum Rhetoricę facultatis est Orator, quę in ciuili quæstione versatur, & cōtinue decurritur; huius effector est Orator, cuius officium est dicere apposite ad persuasionem. Finis vero duplex, in ipso scilicet bene dixisse, in altero vero persuasisse.

Isidorus vbi supra. Orator autem est vir bonus, dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, vita, artibus. Dicendi peritus consistit artificio, & eloquentia, quæ constat partibus quinque, scilicet Inuētione, Disputatione, Memoria, Pronunciatione, & Fine officij, quod est aliquid persuadere. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, scilicet natura, doctrina, vsu. Natura, ingenio; doctrina, scientia; vsu, assiduitate. Hæc sunt enim, quæ non solum in oratore, sed in vnoquoque homine artifice expectantur, vt aliquid efficiat.

Plano sermone vtendum.

QVINTILIANVS DE ORATORIA INSTITVTIONE LIBRO PRIMO. Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media republica viuendum est, assuescat iam à tenera non reformidare homines, nec solitaria vita pallescere. Excitāda est mens & attollenda sēper, quæ in huiusmodi secretis, aut languescit, & quendā velut in opaco situm ducit; aut cōtra, inani persuasione lāguescit. Necesse est enim sibi plurimum tribuat, qui se nemini comparat. Consuetudo est certissima loquendi magistra; vtendumq; plano sermone est, vt nummo cui publica forma est; vsitatis enim tutius vtimur, noua verba non sine periculo fingimus.

Idem in secundo. Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, plurimis experimentis, altissima prudētia, præsentissimo consilio constat ars dicendi. Persuadet autem & pecunia, & gratia, & authoritas, & dignitas dicentis. Postremo etiam aspectus ipse sine voce.

Memoria in oratore maximè necessaria.

Tullius in libro de Oratore. Memoria est thesaurus omnium rerum, qui nisi custos inuentis cogitatisque rebus adhibeatur, omnia (etiam si præclara fuerint) in oratore sunt peritura. In hoc autem maxime bestijs præcellimus, quod inter nos loquimur, & sensa verbis exprimere possumus. Quis ergo hoc iure non miretur, & in eo laborandum esse arbitretur: vt quo homines, maximè bestijs, in hoc hominibus ipsis antecellant? Ingenium autem propter celeres motus, & vberes ad cogitandum & loquendum, maximam vim affert ad operandum. Porro quicquid est in quo in dicendo offenditur, istud etiam ea quæ laudanda sūt obruit. Qui etiam optimè dicit, maximè dicendi difficultatem, varioſque euētus orationis, expectationēq; hominū pertimescit, quod in multis aduertere soleo, & in meipso etiā sæpissime experior, vt exalbescā in principijs dicēdi, & tota mente atque artubus omnibus cōtremiscā.

Timor inuadit oratores peritissimos.

Idem in Rhetorica secunda. Oportet autem in oratore esse inuentionem, dispositionem, eloquutionem, memoriam, pronunciationem. Inuentio autem in sex partes orationis consumitur, scilicet exordium, narrationem, diuisionem &c. De quibus infra.

De partibus orationis Rhetoricæ.

Cap. CI.

Quatuor sūt partes orationis rhetoricæ secundū Isidorum.

Isidorus vbi supra. Partes orationis in arte Rhetorica quatuor sūt, scilicet *Exordium, Narratio, Argumentatio, Conclusio.* Harū prima auditoris animū prouocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem assertionibus facit, quarta finem totius orationis cōplectitur. Inchoādum est itaque taliter, vt beneuolum, docilem, vel attētū auditorē faciamus, beneuolū prædicādo, docilem instruēdo, attētum excitando. Narrandū est itaq;, vt breuiter atque aperte loquamur. Argumētandū est, vt primum nostra firmemus, dehinc aduersa confringamus. Concludendum est ita, vt concitemus animos audientis implere quæ dicimus.

Sex orationis partes secūdū Ciceronem.

Tullius in Rhetorica prima. Partes orationis Rhetoricæ sunt sex, scilicet *exordium, narratio, partitio, cōfirmatio, reprehensio, conclusio.* Exordium est oratio animū auditoris idoneæ cōparans ad reliquā dictionē; quod euenit si eum beneuolum, attentum, docilemque fecerit. Beneuolentia quatuor ex locis cōparatur, scilicet ex nostra, ab aduersariorum, & à iudicum persona, & à causa ipsa vnde agitur. *Attētos* auditores facimus, si ea quæ dicturi sumus, noua, & magna, & vtilia demonstramus esse; & nos breuiter causam nostram expositurōs pollicemur. Dociles eos facimus, si aperte ac breuiter summam causæ exponimus. Cūq; docilē velis facere, simul & attentum facere oportet. Nam is maxime docilis est, qui attētissime audire paratus est.

Quid exordiū & quis finis eius.

Quid narratio & qualis.

Narratio est rerum gestarum, aut vt gestarū expositio; quam oportet habere tria, scilicet *vt sit breuis, & probabilis, & aperta.* Multos autem imitatio breuitatis decipit, vt cum breues se esse putent, lōgissimi sint; cū dent operam, vt multas res breuiter, non vt paucas dicant. *Partitio* illustrem & perspicuam totam facit orationem. Huius partes sunt duæ; vna quæ quid cum aduersarijs conueniat, & quid in controuersia relinquatur ostendit; ex qua certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Alterum in qua earum rerum de quibus dicturi sumus, breuiter expositio ponitur distributa, ex qua conficitur, vt certas res animo teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum. Et hæc debet habere tria, scilicet *absolutionem, breuitatem, & paucitatem. Confirmatio* est per quam argumētando nostræ causæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio. *Reprehensio* est per quam argumentando aduersatiū confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur. *Conclusio* totius est orationis exitus, & determinatio.

Duæ sunt partitionis partes.

Quid confirmatio reprehensio, & conclusio.

De

De rebus expetendis.

Cap. CII.

Rerum expetendarũ tria genera ſcilicet honeſta, vtilia & ex his mixta.

Idem vbi ſupra. Verum expetendarum tria ſunt genera; *vnum* quod ſua vi nos allicit ad ſe; nõ emolumento aliquo captans, ſed ſua dignitate trahens, vt *virtus, ſcientia, veritas. Aliud* quod non propter ſuam vim & naturam, ſed propter fructum, & vtilitatem petendam, vt *pecunia. Tertium* eſt horum partibus iũctũ. ſcilicet quod & ſua vtique dignitate nos ducit, & per ſe quandam vtilitatem gerit, ex quo magis expectatur, vt *amicitia.* In primo genere ſunt honeſta, in ſecundo vtilia, in tertio ea quæ ſcilicet honeſtatis partem continent, partem vtilitatis; ſed in meliorem partẽ vocabuli conferantur, & honeſta nominentur. Ex his cõficitur, vt appetendarum ſint partes, honeſtas, & vtilitas; vitandarum autem, turpitudo, & inutilitas.

Honeſti duæ partes.

Honeſti autem partes duæ ſunt, quarum altera ſimplex, altera iuncta, id eſt vna propter ſe ex toto appetitur, altera ex aliqua parte propter ſe, ex altera propter vtilitatis fructum. *In primo* genere omnes res vna vi atque vno nomine virtus amplectitur. Nam *virtus eſt habitus animi, naturæ, modo, rationi, conſentaneus.* Et habet quatuor partes, ſcilicet *prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia eſt rerum bonarũ & malarum ſcientia. Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate conſeruata, ſuã cuique tribuens dignitatẽ. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Temperantia eſt rationis, in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio.* Hæc omnia propter ſe ſolum (vt nihil addatur emolumenti) petenda ſunt. *Propter* ſe autem vitanda ſunt, non modo ea quæ his contraria ſunt, vt *fortitudini ignauia, iuſtitiæ iniuſtitia*; verum etiam illa, quæ propinqua & finitima eſſe videntur. Vnicuique enim virtuti finitimum vitium reperitur; vt *audacia fidentiæ, pertinacia perſeuerantiæ, ſuperſtitio religioni,* & huiuſmodi.

Quid virtus & quotuplex.

Virtus propter ſe expetẽda, & vitiũ propter ſe vitandum.

Quæ dicẽda bona mixta.

In ſecũdo autẽ genere honeſti, ſcilicet quod partim dignitate ſui, partim vtilitate nos allicit, ſunt hæc, *gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria eſt frequens fama de aliquo cum laude. Dignitas eſt alicuius honeſta, & cultu, & honore, & verecundia digna auctoritas. Amplitudo eſt potentia, vel maieſtatis, vel aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia eſt voluntas erga aliquem bonarum rerum illius ipſius cauſa, quem diligit cum pari voluntate. Vtilitatis* autem duę ſunt partes, ſcilicet *incolumitas, & potentia. Incolumitas eſt ſalutis, tuta atque integra conſeruatio. Potentia eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda, idonea rerum facultas.*

Vtilis duæ partes.

De generibus cauſarum.

Cap. CIII.

Tria genera cauſarum apud rhetores, & quid ſint ſecũdum Ciceronem & Iſido.

Idem in Rhetorica ſecunda. Tria ſunt genera cauſarum, quæ recipere debet Orator, ſcilicet *Demõſtratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale. Demonſtratiuum eſt, quod tribuitur in alicuius certa perſona laudem, vel vituperationem. Deliberatiuum eſt poſitum in conſultatione, quod habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem. Iudiciale eſt, quod in cõtroueſia poſitum eſt, quod habet accuſationem, aut petitionem cum defenſione.*

Iſidorus vbi ſupra. Deliberatiuum genus eſt, in quo de quibuſlibet vtilitatibus vita, quid aut debeat, aut non debeat fieri tractatur. Demonſtratiuum in quo laudabilis perſona, aut reprehenſibilis oſtenditur. Iudiciale, in quo de ipſius perſonæ facto, aut pœna aut præmij ſententia datur. Deliberatiuum genus duplex eſt, *ſuaſio, & diſſuaſio.* Suaſoria autem in tribus locis diuiditur, *honeſto, vtili, & poſſibili.* Demonſtratiuum duas habet ſpecies, *laudem, & vituperationem.* Laudis ordo tribus temporibus diſtinguitur, *ante ipſum, in ipſo, poſt ipſum.* Pari ordine econtrario in vituperatione hominis hæc forma ſeruanda eſt, *ante ipſum hominem, in hominem, poſt hominem.*

Diuiſio cauſarum.

Boetius vbi ſupra. Itaque demonſtratiuum genus finem habet honeſtum & bonum. Deliberatiuum, vtile vel honeſtum. Iudiciale vero iuſtum.

Quis finis cuiuſque cauſæ.

Iſidorus vbi ſupra. Species cauſarum ſunt quinque, ideſt, *honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum. Honeſtum cauſæ genus eſt, cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet animus auditoris. Admirabile eſt, quo attentus fit animus eorum qui audituri ſunt. Humile eſt, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps eſt in quo, aut indicatio dubia eſt, aut cauſa honeſtatis & turpitudinis particeps, vt & benevolentiam pariat, & offenſam: Obſcurum in quo aut tardi auditores ſunt, aut difficilioribus ad cognoſcendum negotijs, cauſa cernitur implicata.*

Quinque ſũt ſpecies cauſarum.

De ſtatibus Rhetoricis.

Cap. CIV.

Quid ſtatus & quotuplex.

Status apud Rhetores *dicitur ea res in qua cauſa conſiſtit*; id eſt conſtitutio; fit autem ex intentione, & depulſione. Status autem cauſarum duo ſunt; *rationalis, & legalis.* De rationali oriuntur *coniectura, finis, qualitas, tranſlatio.* De fine, *iudicialis, & negotialis.* De iudiciali, *abſoluta, & aſſumptiua.* De aſſumptiua, *conceſſio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio.* De conceſſione, *purgatio, & deprecatio.* Item ex legali ſtatu hæc oriuntur, id eſt *ſcriptum, & voluntas, legis contrariæ ambiguitas, collectio ſine ratiocinatio, & diffinitio legalis.*

Quid cauſa.

Boetius vbi ſupra. Rhetorica quidem ineſt ſpeciebus, ſpecies autem cauſis. *Cauſa eſt controuerſia, aliqua conſtitutione formata*; cauſarum vero partes ſtatus eſſe dicuntur, quos etiã cõſtitutiones aut quęſtiones nominare licet. Omnes autẽ Rhetoricæ quæſtiones, aut in alicuius ſcripti controuerſia verſantur; aut præter ſcriptum ex re ipſa ſumũt cõtentionis exordiũ. In ſcripto quinque modis fiunt. *Primus* modus eſt cũ hic ſcriptoris verba defendit, ille ſententiam; & hic dicitur ſcriptum. *Secundus* cum inter ſe leges quadam contrarietate diſſentiunt; & dicitur ſtatus legis cõtrariæ. *Tertius,* cum ſcriptum de quo contenditur, ſententiam claudit ambiguam; & hic dicitur ambiguitas. *Quartus* cum ex eo quod ſcriptum eſt, aliud non ſcriptum intelligitur, & hic ratiocinatiuus ſyllogiſmus dicitur, quoniam hic per ratiocinationem, & quãdam ſyllogiſmi conſequentiam inueſtigatur. *Quintus* cum ſermo ſcriptus eſt, cuius non facile ius & natura clareſcit, niſi diffinitione detecta ſit; hic vocatur finis in ſcripto.

Status ſeu quæſtio rhetorica ſit in ſcripto quinque modis.

Earum vero quæ præter ſcriptum, in ipſarum rerum cõtentione poſitæ ſũt, hæ ſunt differẽtię, ſcilicet *an ſit, quid ſit, quale ſit*; prima dicitur cõiecturalis quęſtio, ſecunda finita conſtitutio, tertia generalis qualitas; in qua tamen & qualitatis, & quantitatis comparationis verſatur ratio. Hæc autem in duas partes diſtribuitur. Aut enim in præteritum quæritur de qualitate propoſiti; & hæc dicitur *quæſtio iudicialis.* Aut in præſens, vel futurum: & hæc *negotialis.* Iudicialis in duas partes diuiditur; aut enim in ipſo facto ius defenſionis ineſt; & hæc *abſoluta qualitas* dicitur; aut extrinſecus aſſumitur; & hæc *aſſumptiua quæſtio* dicitur.

Quæſtio propter ſcriptum ſit tripliciter ſcilicet an ſit, quid ſit, quale ſit vltima variè diuiditur & ſubdiuiditur.

Sed hæc in quatuor partes diriminitur; aut enim *conceditur crimen, aut remouetur, aut refertur, aut comparatur. Conceditur* quidem cum nulla introducitur facti defenſio, ſed venia poſtulatur. Quod fit dupliciter, ſcilicet aut deprecando (ſi nihil accuſationi attuleris) aut purgando. Purgatio autem fit cum facti culpa his aſcribitur quibus obſiſti non poſſit, nec tamen perſonæ ſint, id enim in aliam conſtitutionem cadit. Sunt autem hæc *imprudentia, caſus, neceſſitas.* Remouetur crimen, cũ ab eo qui inceſſitur, in

Quæſtio iudicialis in quatuor partes diuiditur.

alium

alium transfertur. Et hoc dupliciter, ſcilicet remouẽ- A
do cauſam, vel factum. *Cauſa* remouetur, cum aliena poteſtate aliquid eſſe factum oſtenditur. *Factum* vero, cum alius aut potuiſſe aut debuiſſe facere demonſtratur. Et hæc maxime valent, cum talis in nos intenditur actio, quod nos id fecerim⁹; quod fieri nõ oportuit. *Refertur* crimen, cũ in aliquem iuſte commiſſum eſſe facinus oſtenditur, eo quod is iniurius ſæpe fuerit, & id pati meruit. *Comparatio* fit cum propter meliorem vtilioremve rẽ, factum quod aduerſarius arguit, commiſſum eſſe defenditur. Horum autem omnium ſunt propriæ differentiæ, ac diuiſiones minutiſſimæ, quæ in Rhetorum libris diligentius continentur.

De Syllogiſmis Rhetoricis.

Cap. CV.

Quid ſyllogiſmus apud rhetores & quotuplex.

ISidorus *vbi ſupra.* Syllogiſmus Græcè, Latinè, argumentatio appellatur. Argumẽtatio autem dicta eſt, quaſi argutæ mentis oratio, qua inuentum probabile exequitur. *Syllogiſmus igitur eſt propoſitionis & aſſumptionis confirmationiſque extrema concluſio, aut ex ambigentis incerto, aut ex fiducia comprobantis.* Cõſtat enim tribus partibus, propoſitione, aſſumptione, concluſione. Syllogiſmorum apud Rhetores principalia genera duo ſunt, *inductio, & ratiocinatio. Inductio* eſt, quæ rebus non dubijs captat aſſenſionem eius cum quo inſtituta eſt, ſiue inter philoſophos, ſiue inter Rhetores, ſiue inter ſermocinantes. Inductionis mẽbra ſunt tria; prima pars eſt *propoſitio*; ſecunda, *illatio*, quæ & *aſſumptio* dicitur; tertia *concluſio*. *Propoſitio* inductionis eſt, quæ ſimilitudines cõcedendæ rei neceſſario vnius inducit, aut plurium. *Illatio* inductionis eſt, quæ rem de qua contendit introducit. *Concluſio*, quæ aut conceſſionem illationis confirmat, aut quid ex ea conficiatur declarat.

Quid ratiocinatio & quotuplex.

Ratiocinatio eſt oratio, qua id de quo eſt quæſtio comprobatur. Ratiocinationis modi ſunt duo, primus *Enthymema*, qui eſt imperfectus ſyllogiſmus, atque Rhetoricus. *Secundus Epichirema*, qui eſt in Rhetoricis latior Syllogiſmus. Enthymematis membra ſunt quinque, primum *conuincibile*, ſecundum *oſtentabile*, tertium *ſententiale*, quartum *exemplabile*, quintum *colle-*

Epichirema triplex.

ctiuum. Sequitur Epichirema deſcendens de ratiocinatione latior & executior rhetoricis Syllogiſmis, latitudine diſtans & productione ſermonis à dialecticis ſyllogiſmis, propter quod Rhetoribus datur. Hic autem conſtat tribus modis, primus modus tripartitus eſt, ſecundus quadripartitus, tertius quinque partitus. Tripartitus Epichirematicus ſyllogiſmus eſt, qui conſtat membris tribus, ideſt propoſitione, aſſumptione, concluſione. *Quadripartitus* eſt, qui conſtat ex membris quatuor, primo expoſitione, ſecundo aſſumptione, & vna propoſitionis ſiue aſſumptionis coniuncta; tertio probatione, quarto concluſione. *Quinquepartitus* itaque eſt, qui conſtat ex membris quinque, id eſt primo propoſitione, ſecundo eius probatione, tertio eius aſſũptione, quarto eius probatione, quinto cõcluſione.

De Locis Rhetoricis.

Cap. CVI.

Omne iudicium verſatur in negotio & perſona.

BOetius *vbi ſupra.* Locos omnes Rhetoricos ex attributis perſonæ vel negotio venire neceſſe eſt, *perſona* eſt quæ in iudicium vocatur, cuius dictum aliquod, factumve reprehẽditur. *Negotiũ* eſt factum, dictumve perſonæ, vel propter quod in iudiciũ verſatur. In his duobus omnis iudiciorum ratio verſatur, perſona ſcilicet & negotio. Hæc ergo duo nõ poſſunt argumenta facere quia de ipſis quæſtio eſt. Argumentum enim eſt ratio rei dubiæ faciens fidem; de quibus autẽ dubitatur, ea fidem facere nõ poſſunt: Faciunt autem negotia fidem ea, quæ ſunt perſonis & negotijs attributa. Et ſi quando perſona negotio faciat fidem, vt ſi credatur rempublicam prodidiſſe Catilinã, quia perſona eſt vitiorum turpitudine denotata; tunc non in eo quod perſona eſt, & in iudicium vocatur; ſed in eo quod ex attributis perſonæ quandam ſuſcipit qualitatem.

Quomodo ſe habent circumſtantiæ ad perſonam & negotiũ.

Vt autem rerum ordo clarius eluceſcat, ſciendum quod circunſtantiæ ſunt, quæ conuenientes ſubſtãtiã quæſtionis efficiunt. Has autem in duo ſic partitur, vt eam quę quis in attributis perſonę ponat; reliquas autem in attributis negotio conſtituat. Et primam quidem, quam perſonæ attribuit, in 11. partes diuidit. Hæ ſunt autem *nomen, natura, victus, fortuna, ſtudium, caſus, affectio, habitus, conſilium, facta, & orationes*; ea dũtaxat quæ extra illud factum dictumque ſunt, quod nunc in iudicium deuocatur. Reliquarum vero, quas in attributis negotio ponit, *quid* & *cur*, cum ipſo negotio cõtinentia dicit. *Cur* in cauſa eſt conſtituens. *Quid* autem in quatuor partes ſecat, ſcilicet in *ſummã facti*, vt eſt parentis occiſio; *& ante factum*, vt concitus gladium arripuit: *& dum fit*, vt vehementer percuſſit; & *poſt factum*, vt in abdito ſepeliuit. *Poſtremas* autem quatuor circunſtantias ponit in geſtione negotij, quæ eſt ſecunda pars attributorum negotijs. Et illam quidem quę eſt *quando*, diuidit in *tempus*, vt nocte fecit; & *occaſionem*, vt cunctis dormientibus: *vbi* vero dicit locum, vt in cubiculo; *quomodo* autem modum, vt clam: *quibus auxilijs* facultatem, vt cum multo exercitu. *Tertia* pars eorum quæ attributa negotio dicuntur, ſunt adiuncta negotio; vt *genus*, vel *ſpecies, contrarium, cuẽtus, comparatio. Conſecutio* vero quarta pars eſt attributorum negotio: hæc itaque quæ in attributis perſonæ ac negotio conſtant, ſunt velut in dialecticis locis ea, quæ in ipſis de quibus quærit, hærent.

Adhuc de eodem.

Cap. CVII.

Quid de cæteris circumſtantijs dicẽdum.

REliqua vero, quæ vel ſunt adiuncta negotio, vel geſtum negotium cõſequuntur talia ſunt, qualia ea quæ ſecundum Themiſtium partim rei ſubſtãtiam conſequuntur, partim extrinſecus ſunt, partim in mediis verſantur. Secundum Ciceronem autem inter affecta ſunt numerata, vel extrinſecus poſita. Sunt enim adiuncta negotio, affecta quodam modo ad id de quo quæritur. Nam circunſtantiæ ſeptem prædictæ, cum comparari cœperint, & quaſi in relationem venire, ſi quid ad ſe continens, vel ad id quod continet referatur, aut ſpecies fit, aut genus. Si autem ad id quod ab eo lõgiſſime diſtet, cõtrarium. Si vero ad finem ſuum & exitum, euentus eſt. Eodem quoque modo ad maiora & minora & paria ſiue ſimilia comparatur.

Attributa negotijs in quatuor diuiduntur.

Et hi quidẽ loci à prioribus differũt, quia illi vel facta cõtinẽt, vel factis inſeparabiliter adhærẽt, vt *locus & tẽpus* &c. Hæc vero ſcilicet adiũcta negotio, nõ ipſi negotio adhærẽt, ſed accidunt circũſtantiis; & tunc demũ argumenta præbent, cum ad comparationem veniunt. *Conſequentia* vero negotium, nec in ipſis rebus inſunt, nec eis inſeparabiliter adhærent, nec ex cõparatione reperiuntur, ſed rem geſtam vel antecedunt, vel conſequuntur; & hic locus totus extrinſecus eſt. *Primum* enim in eo quæritur, nõ de re, ſed de nomine; ſcilicet quo id quod factum eſt appellari cõueniat. Deinde quę ſit eius rei lex, conſuetudo, pactio, iudicium, ſententia, artificium & cætera huiuſmodi extrinſeca. In hæc ergo quatuor habet negotiis attributa diuidere, ſcilicet vt ſint partim continentia cum negotio, & hæc ſunt facta; partim vero in geſtione negotii, & hæc factis adherentia; partim quoque adiuncta negotio, & hæc in relatione ponuntur; partim etiã geſtum conſequuntur negotium, & horum fides extrinſecus ſumitur. Hæc de Rhetoricis locis ſufficiant.

De

De conſtructione & ornatu orationis Rhetoricæ.

CAP. CVIII.

Quibus rebus ornetur oratio.

ISidorus vbi ſupra. Componitur autem & inſtruitur omnis oratio comma, colon, periodo. *Comma* eſt particula ſententiæ, Colon membrum, Periodus ambitus, vel circuitus. Fit autem ex coniunctione verborum comma, ex comate colon, & ex colō periodus. Periodus autem lōgior eſſe nō debet, quam vt vno ſpiritu proferatur. Præterea purum & honeſtū oratoris eloquium, carere debet omnibus vitijs, tam in literis, quam in verbis, quam etiam in ſentētijs. Augetur & ornatur oratio etiam figuris verborum ac sēntiarum. Nam quia directa & perpetua oratio, fatigationem atque faſtidium, tam dicendi quam audiendi creat, flectenda eſt, & in alias verſanda formas: vt & dicentem reficiat, & ornatior fiat, & iudicem diuerſo vultu audituque deflectat; è quibus plurimæ à Donato in ſchematibus artis grammaticæ annotatæ ſunt.

Quibus vtēdum in locutione.

Iam vero in locutionibus illo vti oportebit, vt res, locus, tempus, perſona audientis efflagitat, ne profana religioſis, ne inuerecunda caſtis, ne leuia grauibus, ne laſciuia ſerijs, ne ridicula triſtibus miſceantur. Hinc non fit ſatis videre quid dicat, niſi id quoque aperte & ſuauiter dicere; ne id quidem tantum, niſi id quod dicit & facere. Dicenda ſunt quoque ſubmiſſa leniter, incitata grauiter, inflexa moderatè. Hoc eſt enim illud trimodum genus dicendi, *Humile, medium, grandiloquum.* Nam in paruis cauſis nihil grande, nihil ſublime dicendum eſt, ſed leni ac pedeſtri more loquendum. In cauſis vero maioribus, vbi de Deo, vel hominum ſalute referimus; plus magnificentiæ & fulgoris eſt exhibendum. In temperatis vero cauſis, vbi nihil agitur vt agat, ſed tantummodo vt delectetur auditor, inter vtrunque moderatè dicendum eſt.

Oratoria elocutio petit tria.

Tullius in ſecundo Rhetoricorū. Oratoria elocutio tria in ſe debet habere, ſcilicet elegantiam, compoſitionem, dignitatem. Elegantia eſt, quæ facit, vt vnunquodque purè, & apertè dici videatur. Compoſitio eſt, quæ facit omnes partes orationis, æqualiter perpolitas. Dignitas eſt, quæ reddit ornatam orationem, & varietate diſtinguit.

Quid Poëtica & quot eius ſpecies.

CAP. CIX.

AVctor. Poſt artem Rhetoricam dicendum reſtat de Poëtica, quam & Alpharabius in libro de diuiſione ſcientiarum, inter logicæ partes vltimam ponit; & ipſam in libro de ortu ſcientiarum ita deſcribit.

Quid poetica.

Poëtica, inquit, *eſt ſcientia ordinandi metra, ſecundum propoſitionem dictionum, & tempora pedum, ac numerum eorum.* Idem quoque dicit in libro de diuiſione ſcientiarum, quod poëticæ proprium eſt, ſermonibus ſuis facere imaginari aliquid pulchrum vel fœdum, quod non eſt ita, vt auditor credat, & aliquid abhorreat, vel appetat: quamuis cum certum ſit non ita eſſe in veritate, animi tamen audientium eriguntur ad horrendum vel appetendum quod imaginantur. *Habet* autem poeſis ſeptem ſpecies, ſcilicet *Comadiam, Tragadiam, Inuectionem, Satyram, Fabulam, Hiſtoriam, Argumentum.* Eſt autem *Comadia* poeſis, exordium triſte læto fine commutans. *Tragadia* vero poeſis, à læto principio in triſtem finem deſinens. *Inuectio* eſt carmē reprehenſorium animo bono compoſitum. *Fabula* eſt nec vera nec veriſimilis narratio. *Hiſtoria* eſt rei geſtæ narratio. *Argumentum* eſt rei vilis voluntaria ſimilitudo.

Septem ſunt ſpecies poetica.

De poetis.

CAP. CX.

Poeta vnde dicti.

ISidorus libr. 8. Poetæ inde ſunt dicti, ſicut ait Trāquillus, cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cæpiſſent, ſeque ac Deos ſuos noſſe, cultum modicum ac ſermonem neceſſarium commēti, ſibi vtriuſque magnificentiam ad religionem Deorum ſuorum excogitauerunt, laudeſque eorū, & verbis illuſtrioribus, & iucundioribus numeris extulerūt. Id genus, quia forma quædam efficitur quæ *poetes* dicitur, *poema* vocitatum eſt, eiuſque fictores *poetę*. Lyrici poetæ dicuntur, à potu lyrin, ideſt à varietate carminū, vnde & lyra dicitur. *Tragadi* dicti ſunt, eo quod initio canentibus præmium erat Hyrcus, quem Græci *Tragos* vocant. *Comœdi* appellati, ſiue à loco, quia circum pagos agebant, quos Græci *comas* vocant; vel à commeſſatione. Solebant enim poſt cibos, homines ad eos audiendos venire. Sed comici priuatorum hominum prædicant acta. Tragici vero reſpublicas, ac regum hiſtorias. Item Tragicorum argumenta ex rebus luctuoſis ſunt. Comicorum ex rebus lætis.

Diſcrimen inter comadiam & tragadiam.

Duo genera comicorum.

Duo ſunt genera comicorum, ſcilicet veteres, & noui; veteres qui & ioco ridiculares extiterūt; vt Plautus, Actius, Terentius: Noui qui & ſatyrici, à quibus generaliter vitia carpuntur, vt Flaccus, Perſius, Iuuenalis, vel alij; hi enim omnium delicta corripiunt & deſcribunt; vnde & nudi pinguntur, eo quod per eos vitia ſingula denudentur. Satyrici autem dicti, ſiue quod pleni ſint omni facundia, ſiue à ſaturitate & copia. De pluribus enim ſimul rebus loquuntur. Quidā autem poetæ theologi dicti ſunt, quoniā de Dijs carmina faciebant. Officiū autē poetæ in eo eſt, vt ea quę vere geſta ſunt, in alias ſpecies, obliquis figurationibus, cū decore aliquo cōuerſa trāſducat. Apud poetas autem tres characteres eſſe dicūt, *vnum* in quo tātum poeta loquitur, vt eſt in libro Virgilij Georgicorū. *Aliū* Dramaticū, in quo poeta nunquam loquitur; vt eſt in Comedijs & Tragedijs. *Tertiū* mixtū, vt eſt in Æneide. Nā poeta illic, & introductæ perſonæ loquuntur.

Satyrici vnde dicti.

De Proſa & Metro.

CAP. CXI.

Quid proſa & vnde dicta.

IDem in tertio. *Proſa eſt producta oratio, & à lege Metri ſoluta.* Proſum enim antiqui productū dicebāt, & rectū. Alij proſam aiunt dictā, eo quod ſit profuſa. Præterea ſciēdum, tā apud Græcos, quā apud Latinos, longe antiquiorem curam fuiſſe carminū quam proſæ: omnia enim prius verſibus cōdebantur.

Metra & verſus vnde dicta.

Metra vocata ſunt, quia certis pedum mēſuris atque ſpatijs terminantur. Menſura enim Græcè Metron dicitur. *Verſus* dicti sūt ab eo quod pedibus in ordine ſuo diſpoſitis, certo fine moderantur per articulos (qui cæſa & membra nominantur) qui ne longius peruoluerentur quā iudicium poſſet ſuſtinere, modū ſtatuit ratio vnde reuerteretur, & ab eo ipſo versū vocatū, quod reuertitur. Huic adhęret *Rythmus*, qui nō eſt certo fine moderatus, ſed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit, qui Latinè nihil aliud quā numerus dicitur, de quo eſt illud. *Numeros memini, ſi verba tenerem.*

Quid Rythmus.

Poeſis dicitur Græco nomine opus multorū librorū; *poema* vni[9]. *Idilion* paucorū verſuū; diſticho duorū; *monoſticon* vnius. *Cētones* apud Grāmaticos vocati ſolent, qui de carminibus Homeri & Virgilij, ad propria opera more cētenario, ex multis hinc inde cōpoſitis, in vnū ſartiunt corpus, ad facultatē cuiuſq; materiæ. Denique Proba vxor Adelphi, centonē ex Virgilio, de fabrica mūdi, & Euāgelijs pleniſſime expreſſit; Materia cōpoſita ſecundū verſus, & verſibus ſecundum materiā cōcinnentibus: Sic quoque & quidā Pōponius, ex eodem poemate inter cætera ſtili ſui ocia, Tytirum in Chriſti honorem compoſuit, ſimiliter & Æneidos.

Quid poeſis, poema, idilion, diſtichō, & centones.

De

De Carmine, & eius ſpeciebus.

CAP. CXII.

Quid carmẽ & quotuplex

CARMEN vocatur quicquid pedibus continetur; cui nomen datum exiſtimant, eo quòd carptim pronũcietur. Metra, vel à pedibus nuncupata ſunt, vel à rebus quæ ſcribuntur, vel ab inuentoribus, vel à frequẽtatoribus, vel à numero ſyllabarum. A pedibus vt *Dactilica, Iambica, Trochaica*, A numero ſyllabarum, *Exametrum, Penthametrum. Trimetrum.* Ab inuẽtoribus, *vt Saphicum, Archiloicum.* Saphica Sapho mulier edidit. Archilochus quidã Archiloica ſcripſit. Symonidia quoque metra Symonides poeta Lyricus cõpoſuit. A frequentatoribus, vt *Aſclepiadea.* A rebus quæ ſcribuntur, vt *Heroicum, Elegiacum, Buccolicum.*

Carmẽ quãdoque nominatur à pedibus, quandoque ab inuẽtoribus, quãdoque à rebus quæ ſcribuntur &c.

HEROICVM enim carmen dictum eſt, eo quod virorum fortium res & fãcta narrantur, nam heroes appellantur viri, quaſi aere & cęlo digni, propter ſapientiam & fortitudinẽ; quod metrum auctoritate cætera metra prędecit, cõſtatque duobus pedibus, *Dactilo & Spondæo*: at ſępè penè vel ex hoc, vel ex illo; niſi quòd temperatius ſit vtriuſque mixtura. Hoc primũ Moyſes in cantico Deuteronomij; lõge ante Fereciden & Homerum ceciniſſe probatur. vnde apparet antiquiora fuiſſe apud Hebræos ſtudia carminum, quàm apud gentiles. Siquidem & Iob Moyſi temporibus adęquatus, exametro verſu, dactilo ſpondæoque decurrit.

Heroico vſus eſt Moyſes in cantico Deuteron. ſimiliter etiam Iob qui vixit eodem tempore.

ELEGIACVM autem dictum eſt eo quòd modulatio eiuſdem carminis conueniat miſeris. *Bucolicum*, id eſt paſtorale carmen, appellatur à bobus de maiori parte, quamuis Opilionum Capratiorũq; ſermones in his, & cantica inſerantur. *Hymni* autem ex Græco in Latinum laudes interpretantur. *Epithalamia* ſunt carmina nubentium, quæ decantantur à ſcholaſticis in honorẽ ſponſi & ſponſæ. Vocatum autem Epithalamiũ, quod in thalamis decãtetur. *Threnos* (quod Latine lamentũ vocamus) primus Hieremias verſu compoſuit, ſuper vrbem & populum, quando captiuus ductus eſt. Poſt hunc apud Græcos Symonides poeta Lyricus. Adhibebantur autem funeribus atq; lamentis, ſimiliter & nunc *Epitaphium* Græcè, Latinè *ſuper tumulum*; eſt enim titulus mortuorum. Scribitur enim ibi vita, mores, & ætas eorum. *Epigramma* eſt titulus, quod in Latinum ſuperſcriptio interpretatur.

De alijs carminum generibus.

De Fabulis poeticis.

CAP. CXIII.

Fabulæ vnde dictæ & quotuplices.

FABVLAS poetę à fando nominauerunt: quia non ſunt res factæ, ſed tantummodo loquendo fictæ; quæ ideo ſunt inductæ, vt ficto mutorum animalium inter ſe colloquio, imago quædam vitę hominum noſceretur. Sunt autem fabulæ, aut *Æſopicæ, aut Libiſticæ. Æſopicæ* ſunt, cũ animalia muta inter ſe ſermocinaſſe finguntur, vel quæ animam non habent: vt vrbes & montes, petrę, & fulmina. *Libiſticæ* autem dum hominum cum beſtiis, aut beſtiarum cum hominibus fingitur vocis eſſe commercium.

Finis Fabularũ vel delectandi cauſa vel ad naturas rerũ explicãdas, vel ad mores hominum inſtituendos.

Fabulas poetę quaſdam delectandi cauſa finxerũt, quaſdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati ſunt. *Delectandi* cauſa fictas, vt eas quas vulgo dicunt, vel quales Plautus & Terentius compoſuerunt. *Ad* naturas rerum fabulas fingunt; vt *Vulcanus claudus*, quia per naturam nunquã rectus eſt ignis; vt illa *Triformis beſtia*, prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimera, id eſt caprea: Ætates hominum per eam volentes diſtinguere, quarũ ferox & horrens prima adoleſcentia, vt leo, dimidia, vitę tempus lucidiſſimũ vt caprea, eo quòd acutiſſime videat; tũc fit ſenectus caſibus inflexis, vt draco. Sic & Hipocẽtauri fabulam eſſe confictam, id eſt hominem equo mixtum ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem: quia conſtat equum eſſe velociſſimum.

Ad mores, vt apud Horatium, Mus loquitur muri, & muſtella vulpeculę, vt per narrationem fictam, ad id quod agitur verax ſignificatio referatur. Vel ſicut in libro Iudicum, ligna ſibi regem requirunt, & loquuntur ad oleam, & ad ficum, & ad vitem, & ad rubum: quod totum vtique ad mores fingitur, vt ad rem quę intenditur, facta quidem narratione, ſed veraci ſignificatione veniatur. *Sic* & Demoſthenes orator, fabula vſus eſt aduerſus Philippum, qui cum ab Athenienſibus poſtularet, vt ſibi decem oratores darentur, & diſcederet, finxit ille hanc fabulam qua diſſuaderet dicens, Lupos aliquando Paſtoribus, quorum diligentiam decipere voluiſſent, ſuaſiſſe, vt in amicitiam conuenirent; ea tamen conditione, vt ſi Canes (in quibus erat cauſa iurgiorum) iure ſecuritatis illis traderentur; moxque annuiſſe paſtores, & in ſpecie ſecuritatis dediſſe Canes, quos Ouium ſuarum vigilantes cuſtodes habebant; tunc Lupi adepta omni fortitudine, omne quod in gregibus illis erat, non pro ſatietate tantum, verumetiam pro libidine lacerauerunt. Philippum quoque principes populi poſtulare, quo facilius poſſet opprimere expoliatam cuſtodibus vrbem.

Fabula Demoſthenis de lupis & paſtoribus.

De Fabulis fictis, contra calumnioſos & inſidioſos.

CAP. CXIV.

AVCTOR. Tales ſunt & morales Æſopi fabulæ, de quibus exempli cauſa nonnullas hoc in loco placuit breuiter inferere. Nam etſi legenti vel audienti miſceant riſum, acuunt tamen ingenium. Verbi gratia contra calumnioſos fingitur, quod Agnus & Lupus ſitientes ad riuulum è diuerſo venerunt, ſurſum bibebat Lupus, longéque inferior Agnus. Lupus vt Agnum vidit, ſic ait: Turbaſti mihi aquam bibenti. Agnus patiens dixit, quomodo aquam turbaui tibi? à te ad me decurrit. cui Lupus: Et maledicis mihi inquit. At ille: Non maledixi. Lupus vero; pater (inquit) tuus multa mala mihi oſtendit. In fine autem altercationis, Lupus improba voce dixit. Et adhuc mihi loqueris latro: Statimque in eum direxit, & innocenti vitam eripuit.

Fabula de lupo et agno.

Contra illos qui alienæ ſaluti inſidias parant, fingit quòd Mus vt flumen tranſiret, auxilium à rana petiit. Illa groſſum filum petens, murem ad pedem ſibi ligauit; & natare cæpit: in medio vero flumine rana ſe immerſit: at ille validius dum teneret vires, miluus econtra volans, murem cum vnguibus rapuit, ſimul & ranam pendentem ſuſtulit.

De mure & rana.

Item contra inſidioſos. In nido Luſciniæ cum Accipiter ſederet, vt ſpecularetur auras, paruos illic pullos inuenit. Luſcinia cito ſuperuenit, & rogabat eum parcere pullis ſuis: Faciam inquit quod vis, ſi bene mihi cantaueris. At illa (quàmuis animus exciderit tanto metu coacta) pauens & dolore plena cantauit. Accipiter qui prædam inuenerat: Non bene cantaſti inquit; prenditque vnum de pullis & deuorare cæpit. E diuerſo enim Auceps quidam venit, & calamo lento leuans, Accipitrem viſco contractum in terram ſtrauit. Sic qui alij inſidiatur, timere debeat ne capiatur.

De Luſcinia & accipitre.

Item eiuſdem contra cupidos & auaros & guloſos.

CAP. CXV.

PRÆTEREA cõtra cupidos fingit, Quòd canis flumen tranſiens, partem carnis ore tenebat; cuius vmbram cum vidiſſet in aqua, patefecit os ſuum, vt illam caperet, & ſtatim eam quam prius tenebat fluuius tulit, & illam quam ſub aqua eſſe putabat, obtinere non potuit. Sic quiſquis alienum quærit, dum plus vult, ſuum perdit.

De cane carnem dimittente propter vmbrã.

Item cõtra inuidiam, & auaritiã fingit, quòd Simia Vulpem rogauit, vt de magnitudine caudæ ſibi daret, vnde nates ſuas turpiſſimas tegeret; quid enim (inquit) vtile, vt ſit pondus ſine cauſa tantę longitudinis

De vulpe & Simia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

caudæ quam per terram trahis. Cui Vulpes ait, lõgior fiat & maior, vt per terram illam traham, siue per petras,& spinas & lutum, ne tu meo tegmine pulchrior videaris. Locuples(inquit)& auare, te tunc fabulam increpat,qui non das quod tibi superat.

De fure & cane.

Contra gulosos qui ad vnum prandium rem suam perdunt,hoc quoque componit.Nocturnus quidam fur, cum Cani panẽ immitteret, Canis ait:Panis tuus non pro gratia datur;tu ideo das,vt me lædas;si modo mihi panem porrigas,nunquid postea daturus es mihi cum fame victus fuero, non præsentem tantum vitam volo, sed futuram prouideo, nolo igitur fauces meas pane claudas,sed nisi recesseris,ipse contra te latrabo,dominum ac familiam suscitabo , furemque illis nunciabo.

Item contra incautos.

Cap. CXVI.

De leone & socijs in venatione.

Item contra illos qui incautè sociantur potentibus, fingit quod vacca & capella & ouis fuerunt sociæ simul cum Leone. Qui cum in saltibus venarentur & Ceruum caperent,factis partibus Leo sic ait.Ego primus tollo,quia Leo; secunda pars mea est , eo quod fortior sum vobis; tertiam vero mihi defendo , quia plus vobis cucurri: Quartam autem qui tetigerit inimicum me habebit: sicque totam prædam illam , sola improbitas abstulit.

De lupo & grue.

Item contra illos qui malos incautè iuuant, fabulam componit, dicens. Ossa dum Lupus deuoraret, vnum ex illis transuersum grauiter in faucibus hæsit; Lupus magno pretio, qui hoc malum extraheret , inuitauit. Rogabatur Grus collo longo , vt medicinam præstaret Lupo.Id egit, vt caput mitteret, & malũ de faucibus extraheret.sanato Lupo,Grus reddi promissa præmia petiit:& Lupus ait:ô iniuria, meis virtutibus ingrata est illa Grus,quæ capur incolumis extulit non vexatũ dente nostro; & mercedem sibi postulat.

De cerno & venatoribus.

Item contra illos qui laudant sibi inutilia, & vituperant vtilia.Ceruus de fonte bibens,sua cornua magna vt vidit,nimium laudare cæpit,crura tenuia vituperauit;quod cum faceret,venatorum voces, ac repẽte latrare Canes audiens,fuga per campum euasit. At vbi eum Sylua suscepit , magnitudo illa cornuum venantibus eum retinuit.tunc mortẽ suã videns,ait; quę mihi erant vtilia vituperaui , & deceptuosa laudaui

De arboribus manubrium securi concedentibus.

Item ne quis hosti arma præstet Securis cum facta esset,homo postulabat ab arboribus, vt illi manubriũ darent de ligno,quod firmum esset: quo facto,homo manubrium sumpsit,& aptata securi,ramos,ac robora magna , & omnia quæ voluit incidit . Tunc Fraxino Quercus ait.Dignè & benè patimur,qui roganti hosti nostro, vt cæci manubria dedimus. Ideoque ante cogitent, ne hosti aliqua præstent.

De figmentis eiusdem contra vanè glorioſos.

Cap. CXVII.

De corno & vulpe.

Iterum contra illos qui laudari verbis subdolis gaudent, & postea pœnitent, hanc fabulam fingit. Cum de fenestra coruus occasione caseum raperet,altam arborem supersedit. Vulpes vt hunc vidit,de contra sic ait;O Corue,quis similis tibi,& pennarum tuarum,quàm magnus est nitor?Qualis decor esset,si vocem claram habuisses, nulla prior auis fuisset? At ille dum placere voluit,& vocem suam validius ostẽdere, sursum clamauit, & ore patefacto caseum oblitus deiecit;quem celeriter dolosa Vulpes auidius rapuit;tũc stupens Coruus ingemuit,ac deceptus pœnituit.

De leone moribundo.

Fingit etiam idem fabulam , homines in dignitate mansuetos esse commonentem, hoc modo. Annis defectus & viribus Leo, cum grauatus iaceret, spiritum extremum trahens,Aper ad eum venit iratus,spumãs, fulmineis dẽtibus, & ictum veterem vindicauit:Taurus etiam cornibus , hostile corpus Leonis confodit: Asinus quoque feram vt sic vidit, calcibus illi frõtem aperuit:& ille cum gemitu suspirans,sic dixisse fertur. Cum esset virtus mea,fuit honor fuit timor,vt omnes visione mea fugerent , & opinio ipsa terreret plures. Quos autẽ non læsi quibus & auxiliator fui ipsi modo malignantur mihi:& quia sum sine viribus, nullus est honor pristinus.

De asino volente hero suo blandiri.

Item contra illos,qui indecenter ad officia meliora reddenda indigni se ingerunt , hanc quoque fingit. Asinus quotidie videbat Catellum blandiri domino, & de mensa saturari,& familiam illi largiri plura:Sicque dixisse Asinus fertur. Si animal immundissimum sic diligit Dominus meus, ita & familia; quantum me si obsequium illi fecero?plus enim melior sum Cane, qui in multis rebus sum vtilior, aquis è fontibus alor, cibus mihi mundus datur; melior sum Catello, meliori vita frui possum,& maximum honorem habere. Cum hæc Asinus secum cogitasset , vidit dominum introire, occurrit velocius, clamans prosiliuit , & superstetit , leuans pedes priores imposuit humeris domini,lingua eum lingens liniit, & maculans vestem, fatigat dominum pondere suo:clamore autem domini concitatur omnis familia; fustes & lapides arripiũt, Asinum feriunt, debilem membris, costisque fractis, sic abiiciunt ad præsepia,lassum atque semiuiuum.

Item contra Pusillanimes.

Cap. CXVIII.

De mõte qui murem parturiuit.

Item contra illos qui vanis rumoribus nimis terrẽtur,sic fingit.Quidam mons parturiebat , & gemitus magnos dabat;omnis natio vt audiuit, timuit;cũctisque perturbatis nullus sui memor erat, mons ille tandem peperit Murem: huius fama volat , & quod malum putabant, in nihilum omnibus venit,quos timor inuaserat.

De leporibus timore concussis.

Item contra illos qui nimis pusillanimes statum suũ ferre non possunt,sic cõponit. Cum strepitus magnus ad Lepores veniret, & subitus; consilium inierunt,vt se præcipitarent propter assiduos metus:at vbi ad orã fluminis venerunt,ranę multæ quæ ibi erant expauerunt, & in fluuium se iactauerunt. Lepores cum hoc viderunt, vnus inquit illorum. Sunt & alij timentes, sequamur vitam vt cæteri,feramus si quid accidit,neque erit toto tempore malum. Quicunque ergo malum tolerare non potest,aliorum mala inspiciat.

De asino mortem optante.

Item contra illos qui tædio victi,& labore , mortẽ desiderant. Fuit quidam negotiator in via,qui onustũ Asellum flagello & fuste cædebat,vt citius veniret ad nundinas lucri causa:Asellus autem mortem optabat, putans se post esse securum, lassatus, & quassatus: de ipsius tamen pelle fiunt tympana,& cribra,quæ semper patiuntur , & qui putabat se fore securum post mortem,tenditur.

Item contra Arrogantes.

Cap. CXIX.

De graculo alienis plumis seornante.

Item ne quis de alienis bonis magnum se iactet, exhortatur , fingens quòd Graculus Pennas Pauonum quæ ceciderant sustulit, & inde se ornauit;suosq; contemnere cæpit, & gregi Pauonum se miscuit . At illi ignoto & impudenti pennas iniuriosè eripiunt, calcibus ac morsibus eum fatigant, miserque semiuiuus ab eis relictus, ad proprium genus redire timuit: vbi cum esset ornatus , multos iniurioſe terruit. tunc vnus ex his ait illi. Si vestes tuas, quas natura dedit tibi , amasses, hæ tibi sufficerent , nec ab illis iniuriam passus,nec à nobis pulsus fuisses.

De formica & musica.

Item contra illos qui se contentioſe laudant. Formica & musica contendebant acriter, quæ melior istarum esset:Musica ait,nunquid te nostris potes

com-

cóparare laudibus, vbi immolantur exta, prima gusto, in capite regum sedeo, & omnibus matronis oscula dulcia figo; de quibus rebus tu nihil. Formica, ait. Cótra te hoc tu dixeris improba testis, laudas importunitatem tuam. Nunquid optata ven s? reges & matronas quas nominas, tu importuna adis; & tua omnia esse dicis, cum vbi accedis fugaris, vndique quasi iniuriosa abigeris. Æstate vales bruma nó appáres: ego vero delicioſa hyeme sum secura, meque sequuntur gaudia: tu autem ventoso flabello repelleris sordida.

De rana bouis magnitudinem appetente.

Item contra pauperem superbum. In prato quodam Rana vidit pascentem Bouem: putabat se posse fieri talem, si rugosam impleret pellem. & inflans se, natos suos interrogauit: sum ipsa quanta Bos? Dixerunt, nó. Iterum se inflauit potius, & dixit suis, quid modo? Responderunt, nihil. Tertio cum se inflaret, rupta pelle mortua est. Ideo vulgo dicitur: *Noli te inflare, nè crepes.*

Item contra contemptores humilium.

Cap. CXX.

De Leone & mure.

Item ad exhortationem humiliũ, ne quis minimos lædat, fingit. Quòd dormiẽte Leone in Sylua, Mures agrarij luxuriabantur, & vnus ex illis super Leonẽ casu transijt. Expergefactus Leo, celeri manu miserum comprehendit: qui veniam sibi dari rogabat, quia nõ spõte fecerat. Leo vero de Mure cogitat, vindicta quid esset in tali, si eum occideret, crimenq; illi, non gloria laudis esset: ignouit igitur, & dimisit. Post paucos dies ipse in foueam cecidit, qui vt se captiuũ agnouit, magno dolore rugire cæpit. Mus autem vt agnouit, ad eũ cucurrit, & re cognita; Non est (inquit) iam quod timeas, parem gratiam reddam tibi, non immemor beneficij. Tũc omnes artis illius ligaturas lustrare cæpit, & loca rodenda cognoscens, neruos secare dentibus, & artis illius ingenia laxare cæpit: sicque Leonem captum liberum restituit.

De equo & asino.

Item vt qui se felices æstimant, nulli iniuriã faciant, dubiamq; meminerint esse fortunæ rotã. Equus quidem ornatus fræno ex argento & auro, sellaque decora, occurrit Asino in angusto, delonge venienti, & onusto: & quia illi trãseunti tardius dederat viam, eo quòd in timore lapsus erat, Dixit Equus. Nisi me satis continerem, te calcibus rumperem, qui obuianti mihi non cessisti, aut stetisti vt transirem. Terrore igitur & superbia illius tacuit & ingemuit miser Asellus. Nec multo post Equus currendo ruptus ac miser effectus, iussu Domini sui ad villã ductus est, vt agris portaret stercus. Acceptisque rusticis ornamentis, per semitam ibat onustus, quem iam infelicem in prato pascens ille cognouit Asellus, talique sono increpauit. Quid tibi profuerunt ornamenta illa pretiosa, vt talem haberes audaciam? nunc & tu nostris vtere nobiscum rusticis officiis.

Item contra infideles & adulteros.

Cap. CXXI.

De vespertilione ad partes quadrupedum se cõferente.

Item contra illos qui à suis infideliter transeunt ad alienos. Quadrupedes cum Auibus bellũ gerebant, nullaque pars alij credebat, sed fortiter ac diu pugnabant. At vespertilio, dubios & graues euentus timens, quia superior erat & magna acies quadrupedum, conquia superior erat & magna acies quadrupedum, conquia superior erat & magna acies quadrupedum, conqu

que mihi cibum porrigit, aqua non deeſt, ſub tectis cubo, & ocioſus vitam gero. Cui lupus: Bone (inquit) frater, Vellem vt iſta mihi contingerent, vt ocioſus ſatiarer cibo, & meliot viuerem ſub tecto. Canis ait Lupo; ſi vis eſſe tibi benè, veni mecum, noli timere. Cũq; ſimul ambularent, vidit Lupus Canis collum catena tritum, & ait: Quid hoc eſt frater, quòd iugum attriuit collum tuũ? Et Canis: quia ſum (inquit) acrior interdiu ligor, nocte ſoluor, inter duas domos vagor & vbi volo illic dormio. Cui lupus: Non eſt opus mihi iſtis frui, quæ laudaſti: viuere volo liber, quodcũq; venerit mihi rapio, liber vbi volo peragro, in eo quod placet nulla catena me tenet, nulla impedit cauſa, viæ mihi patẽt in cãpo, de grege prius guſto, canes ingenio deludo; viue vt conſueu iſti, ego vt conſueui ita viuo.

In concionibus fabulis parcè vtendum.

AVCTOR. Hæc de fabulis Æſopi excerpere volui, quas etſi forte pleruncq; liceat in ſermonibus publicis recitare; quod etiam nonnulli prudentiũ faciunt, propter audientium tædia releuanda, qui talibus delectãtur; ſimul & propter argumẽta ſubiuncta, quę aliquid ædificationis habere videntur, nunquam tamen niſi caute & parce id æſtimo faciendum, ne qui verbis ſacris, ad luctum pœnitentiæ, Deique deuotionem prouocari debent, ipſi per huiuſmodi nugas in risũ magis atq; laſciuiam diſſoluantur, ſimulq; ad narrandas fabulas, quaſi licenter, exemplo prædicantium male informentur.

De mythologia Fulgentij, & primo de vita triplici.

CAP. CXXIV.

EXTAT autẽ & Mythologia Fulgentij, de qua etiã integumentorũ cauſa moralium, hoc in loco nõnulla inſerere volui. *Fulgentius in libro Mythologiarum ſecundo.* Philippi tripartitam humanitatis vitã eſſe voluerunt, ſc. contemplatiuam, actiuam, voluptariã Idq, poetę cõſiderantes: trium Dearum certamina ponũt, ſc. *Minervam, Iunonem, & Venerem*, de formæ qualitate certantes: & primam quidem, quæ ad ſapientiam & veritatis inquiſitionem pertinet; ideo de Iouis vertice natam ferunt, quod ingen ũ in cerebro poſitum ſit. *hanc Mineruæ* attribuunt, quæ Græce dicitur immortalis virgo, quia ſapiẽtia nec mori poterit, nec corrũpi. Huius in tutelam ponunt Noctuam, eo quod ſapiẽtia etiam in tenebris proprium poſſidet fulgorem. *Iuno* vero, quam actiuæ vitæ ponunt, quaſi à iuuando dicta eſt; vnde & regnis præeſſe dicitur: ideoq; cum ſceptro pingitur quod hęc vita diuitiis ſtudeat, quę regni proximę ſunt. In huius tutelã Pauonem ponunt, eo quod eius caudæ curuamẽ anterius faciem ornet, poſterioraq; turpiter nudet. Sic enim diuitiarum appetitus, & gloriæ, momẽtaliter ornat, poſtrema tamen denudat.

Vita humana tripl x. ſc. cõtẽplatiua, actiua & voluptuaria.

Poeta ſapiẽtiæ Mineruã attribuunt, actiuam vitam Iunoni, voluptariam veneri.

Tertiam quam voluptarię vitæ poſuerũt, Venerem dici voluerunt .i. aut ſecundum Epicuros, bonam rẽ, aut ſecũdum Stoicos, vanam rem. Epicuri enim voluptatem laudãt, Stoici dãnant; iſti libidinem colunt, illi nolunt. vnde & Aphrodis dicta eſt, .i. ſpuma, quia momentaliter vt ſpuma libido ſurgit, & in nihilũ venit; ſiue quòd ipſa ſeminis concitatio ſpumoſa ſit. Deniq; ferunt, quod ex ſectis falce Saturni virilibus, & in mare proiectis, nata ſit Venus; quia Saturnus Græcè *Cronos* dicitur .i. *Tempus*. Abſciſſę autem tẽporis vires, i. fructus, falceq; maxillæ in humore viſcerum velut in mari proiectę, libidinem gignunt Vnde Terentius, ait, *Sine Cerere & Baccho friget Venus*. Hanc etiã nudã pingũt, quòd nudos aſſectatores ſui dimittat; vel quod nunquam niſi nudis conueniat. Huic etiam roſas in tutelam adiiciunt, quia rubet verecundiæ opprobrio, & pungit peccati aculeo. Et ſicut roſa delectat quidẽ, ed cito marceſcit; ſic iſta libet momentaliter, & fugit perenniter. In huius etiam tutelam Columbã ponũnt eo quòd aues illæ ſint in coitu feruidæ Hanc in mari natãtem pingunt, eo quòd omnis libido rerũ naufragia patiatur. Concha etiam marina portari pingitur, eo quòd huiuſmodi animal toto corpore ſimul apto, in coitum miſceatur; ſicut Iuba in Phiſiologis refert.

Cur venus fingitur ex mari nata.

Item eiuſdem contra ebrietatem & luxuriam & auaritiã.

CAP. CXXV.

IVPITER cum Semele cõcubuit, cui natus eſt *Liber pater*, & inter Deos deputatus. cum Semele itaque quatuor ſorores appellatæ ſunt, quia quatuor ſunt Ebrietatis genera, ſc. *vinolentia, Obliuio, Libido, Inſania.* Vnde hæc quatuor nomina Baccæ acceperunt, quaſi vino baccantes, ſc. *Hino* .i. vinum, *Autonee*. i. ſeipſam non cognoſcens, *Semele*. i. corpus ſolutum; quarta vero *Agane*, comparatur inſaniæ, quia caput filij violẽter amputauit. *Liber* autem dictus eſt, quia vini paſſio liberas mentes facit Tigribus inſidere dicitur, eo quòd vinolentia veritati ſemper inſtat, ſiue quòd efferatas mentes emulceat; vnde & *Lienis* vocatur, quaſi lenitatem præſtans Iuuenis autem pingitur, quia nunquã ebrietas matura eſt. Ideo etiam nudus, quia nudus ebrioſus remanet; vel ab eo quòd mentis ſuæ ſecreta denudet.

Poeta per quatuor ſorores ebrietatem explicuere.

SYRENÆ Græcè tractatorię dicuntur. Tribus enim modis amoris illecebra trahitur, ſc. *cantu, viſu, conſuetudine.* Amatur enim quædã, vocis ſuauitate; quædam ſpeciei venuſtate; quædam etiam lenocinitate & conſuetudine.

Amor venereus tribus modis excitatur.

MIDA rex Apollinem petiit, vt quicquid tetigiſſet, aurum fieret. Cumq; munus promeruiſſet, voti cæpit effectu torqueri. Erat enim neceſſitas aurea, locupleſque penuria. Nam & cibus & potus auri materia rigebat. Itaq; Apollinem petiit, vt male deſiderata cõuerteret. Reſponſum accepit, vt tertio caput ſub Pactoli fluminis vndas ſubderet, quo facto Pactolus deinceps aureas arenas trahere dicitur. Sed euidenter poetæ alluſerunt argutias; quia ſcil. omnis auarus, cum omnia pretio deſtinat fame moritur. *Tantalum* dicũt in lacu in inferno depoſitum, cui fallax aqua, guloſa labia titillantia mentis attingit; poma quoque fugitiuis cinereſcentia tactibus, de ſuperficie tenus apparẽt pẽdula, huic ergo locuples viſus, & pauper effectus: dum ita ſe illi vnda fallax, præbet, vt ſitiat: ita ſe poma ingerunt, vt eſuriat. Sed hanc fabulam Petronius breuiter exponit dicens.

Poeta per Midam & Tãtalum auaritiã depinxerunt.

Non bibit inter aquas, poma nec appendentia carpit,
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia cernens
Qui tenet, & ſicco conquirit ore famem.

Idem de Libidine & Vſura.

CAP. CXXVI.

CHIMÆRA dicitur, quaſi *chimeron*, .i. amoris fluctuatio: ideo triceps pingitur; quia tres amoris modi ſunt, ſc. incipere, perficere, finire: dũ enim nouiter amor venit, quaſi leo feraliter inuadit. Capra quæ in medio pingitur, perfectio libidinis eſt: quia huiuſmodi animal in libidine valde procliuum eſt, poſtremus Draco ponitur, quia poſt perfectionẽ dat vulnus pœnitentiæ, venenũque peccati. Hanc Bellerophõtes occidit, ideſt bona conſultatio, inſidens equo Pegaſo, quaſi Pegaſion .i. fonti æterno, ſc. ſapientiæ. Qui etiam pennatus dicitur, quia vniuerſam mundi naturam celeri cogitatione theoria colluſtrat. Ex ſanguine .i. morte Gorgonę natus dicitur, quia initium ſapiẽtiæ timor eſt: Gorgona enim pro terrore ponitur; ideo & in pectore Mineruæ fixa eſt.

Quomodo poeta libid nẽ exprimunt.

FOENVS à fęnerando dictus eſt: Ideo cęcus, quòd omnis auaritia cæca ſit, quæ ſua nõ videt: huic Harpiæ cibos rapiunt, quia rapina aliquid ei de ſuo comedere non permittit. Quod autem eius prandia ſtercoribus conſædant, oſtendit fæneratoris vitam, rapinæ illuuie eſſe ſordidam. *Auctor.* Hæc de fabulis moralibus, & integumentis earum ad præſens ſufficiant.

Quid poeta de fœnore cõfingunt.

De Hiſtoriis.

Cap. CXXVII.

Quid hiſtoria & vnde dicta.

TVLLIVS *in libro de Oratore. Hiſtoria eſt temporum teſtis, lux veritatis, vita memoriæ, Magiſtra vitæ, nũcia vetuſtatis. Iſidorus vbi ſupra.* Hiſtoria eſt narratio rei geſtæ, per quam ea quę in præterito geſta ſunt, dignoſcuntur. Dicta autem Hiſtoria à potu *hiſtorin*, id eſt à videre vel cognoſcere: apud veteres enim nemo conſcribebat Hiſtoriã, niſi is qui interfuiſſet, & ea quę cõſcribenda eſſent vidiſſet. Hiſtoriam autem apud nos primus Moyſes de initio mundi conſcripſit. Hiſtoriæ gentium non impediunt legentes, in his quæ vtilia dixerunt. Siquidem & per Hiſtoriam ſumma retro temporum annorumque ſupputatio comprehenditur, & per conſulum regumque ſucceſſum multa neceſſaria perſcrutantur. *Ephemeris* appellatur vnius diei geſtio. *Calendaria* appellantur, quę in menſes ſingulos digeruntur. *Annales* ſunt res ſingulorum annorũ. *Hiſtoria* autem multorum annorum, vel temporum eſt.

Diſcrimẽ inter hiſtoriã, argumetum & fabulam.

ITEM inter Hiſtoriam & Argumẽtum & Fabulam hoc intereſt. Nam Hiſtoriæ ſunt res veræ, quæ factę ſunt. Argumenta ſunt, quæ etſi facta non ſunt, fieri tamen poſſunt. *Fabulæ* vero ſunt, quę nec factæ ſunt, nec poſſunt, quia contra naturam. *Chronica* Grẽce dicitur, quæ latine temporum ſeries appellatur, qualem apud Græcos Euſebius Ceſarienſis Epiſcopus edidit. Et Hieronymus presbyter in Latinam linguam conuertit; *Cronos* enim Græcè, Latinè *tempus* interpretatur.

De ſententijs & Figmentis.

Cap. CXXVIII.

ISIDORVS *vbi ſupra.* Sententia eſt dictum impersonale, vt *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Huic ſi perſona fuerit adiecta *Crian* erit; ita, *Offendit Achilles, Agamemnonem, vera dicendo*; Metroſanes promeruit gratiam Mithridatis obſequendo. *Cataſceua* eſt confirmatio propoſitæ rei. *Anaſceua* autem contraria ſuperiori eſt: Reuincit enim non fuiſſe, aut non eſſe, quod natum aut factum eſſe, vel dictum proponitur; vt ſi quis Chimeram neget fuiſſe, aut non fuiſſe confirmet.

Quid ſententia cataſceua & anaſceua.

Diſcrimẽ inter theſin & cataſceuam.

Inter has & theſin hoc intereſt, quod theſis, quãuis & ipſa habeat diſputationem in vtramque partem, tamen incertæ rei quaſi quædam deliberatio vel cohortatio eſt. Cataſceua autem & Anaſceua, in his rebus quæ veriſimiles non ſunt, ſed pro veris ponuntur, pleruſque verſantur. Anaſceuæ prima diuiſio eſt, incõueniens & mendaciũ Inconuenientis ſpecies ſunt, quod inhoneſtum eſt, & quod inutile. Itẽ inhoneſtum tractatur, aut in dictis, aut in factis. Mendacium tres habet ſpecies incredibile, impoſſibile, contrarium. Id autem in Anaſceua requiramus, ne quid aliud ſignificare voluerunt, qui iſta finxerunt; vt Scillam non marinam, ſed maritimam fœminam; nec ſuccinctam caninam, ſed rapacem aliquam & inhoſpitalem venientibus, ſed rapacem aliquam & inhoſpitalem venientibus extitiſſe.

Quid proſopopeia.

PROSOPOPEIA eſt, cum in animalibus, & perſona, & ſermo fingitur: Nam montes, & flumina, & arbores loquentes inducimus, perſonam imponentes rei, quæ non habet naturam loquendi; quod & Tragœdis vſitatum eſt, & in orationibus frequentiſſime inuenitur.

Quid ethopeia.

Ethopeiam vero illam vocamus, in qua hominis perſonam fingimus, pro exprimendis affectibus ætatis, ſtudij, fortunæ, ſexus, lętitię, mœroris, audaciæ. Nam cum Piratæ perſona ſuſcipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio: cum feminæ ſermo ſimulatur, ſexui conuenire debet oratio. Iam vero adoleſcentis & ſenis, militis & imperatoris; ruſtici & philoſophi diuerſa oratio dicenda eſt, Aliter etiam loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus; in quo genere dictionis illa ſunt maxime cogitãda, quis loquatur, & apud quem, & de quo, & vbi, & quo tempore; quid egerit, quid acturus ſit, aut quid pari poſſit, ſi hæc conſulta neglexerit.

De figuris verborum.

Cap. CXXIX.

AVGETVR & ornatur oratio, etiam figuris verborum, & ſententiarum. Nam quia directa & perpetua oratio, fatigationem atque faſtidium, tam dicendi, quam audiendi creat; flectenda eſt, & in alias verſanda formas; & vt dicẽtẽ reficiat, & ornatior fiat, & iudicem diuerſo vultu audituque deflectat. E quibus plurimæ ſuperius à Donato in ſchematibus artis grammaticæ annotatæ ſunt. Vnde tantum illa hic interponi oportuit, quæ in poemate, aut nunquam, aut difficulter fiunt; in oratione autem liberè.

Quid Anadiplosis, Climax, Antitheta.

ANADIPLOSIS eſt cõgeminatio verborum, vt hic; *tamen viuit, & iam in ſenatu venit. Climax* eſt gradatio, cum ab eo verbo quo ſenſus ſuperior terminatur, inferior incipit, ac dehinc quaſi per gradus, dicendi ordo ſeruatur; vt eſt illud Aphricani. *Ex innocentia naſcitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas. Antitheta* Latinè contrapoſita appellantur, quæ dum ex aduerſo proponuntur, ſententiæ pulchritudinem faciunt, & in ornatu locutionis decẽtiſſima exiſtũt, vt Cicero: *Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc conſtantia, illinc furor; hinc honeſtas, illinc turpitudo; hinc continentia, illint libido: hinc denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignauia, temeritate.* Huiuſmodi locutionis ornamento liber Eccleſiaſticus vſus eſt dicens. *Contra malum bonum, & contra mortem vita; ſic contra pium peccator, & ſic intuere in omnia opera altiſſimi, bina & bina, vnum contra vnum.* Synonyma eſt quoties in cõnexa oratione pluribus verbis vnam rem ſignificamus, vt ait Cicero: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas; & idem non feram, non patiar, non ſinam.*

Quid Synonyma.

Antipodoſis.

Antipodoſis eſt quoties media primis & vltimis conueniunt; vt apud Perſium. *Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuũ ſciat alter.*

Paradiaſtole.

Paradiaſtole eſt, quoties id quod dicimus interpretatione diſcernimus; vt *cum te pro aſſiduo ſapiẽtem appellas, pro inconſiderato fortem, pro illiberali diligentem. Antimetabole* eſt conuerſo verborum, quæ ordine mutato contrarium efficit ſenſum; *Non vt edam viuo, ſed vt viuam edo.* Et illud *Si conſul Antonius, Brutus hoſtis, ſi conſeruator Reipublicæ Brutus, hoſtis Antonius.*

Antimetabole.

De figuris Sententiarum.

Cap. CXXX.

Varię ſunt ſententiarum ſpecies.

NVNC figuras ſententiarum, quas operæ pretium ſit cognoſcere, proſequamur. Sententiarum ſpecies multę ſunt, alię enim ſunt indicatiuæ, aliæ pronũciatiuæ ſunt; vt *Nuſquam tuta fides*; Aliæ imperatiuæ, aliæ admiratiuę, alię comparatiuæ, vt *Si vinco & pereo, quid ibi me vincere præſtat?* Aliæ ſuperlatiuæ, quæ cum aliquo motu animi, & indignatione promuntur, vt ibi: *Quid non mortalia pectora cogis, auri ſacra fames?* Aliæ interrogatiuæ, alię reſponſiuæ, alię deprecatiuæ, aliæ promiſſiuę, aliæ conceſſiuæ, aliæ demonſtratiuę, aliæ optatiuæ, aliæ derogatiuæ, aliæ quę cum exclamatione proferuntur; vt *Quis furor o ciues? pacem conuertit in arma.* Aliæ exhortatiuæ, aliæ dehortatiuæ. Sũt & affirmatiuæ, pręceptiuę, vetatiuæ, negatiuæ, miratiuæ; admonentis, irridentis, gementis, exhortatiuæ, cõſolatiuæ, commiſerantes; quarum quotquot ſunt figuræ, tot & pronunciando voces. Sunt & Anfidoxæ, quarum pars honeſta eſt, pars inhoneſta ſunt & aliæ procatalenſes, cum id quod nobis obiici poterat, ante pręſumimus ad diluendum. Sunt & Aporiæ, vt dubitatio ſimulantis neſcire ſe quæ ſcit, aut quomodo dicatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Definiuntur nonulla sententiarum figura.

PARADOXON est cum dicimus inopinatum aliquid accidisse. *Parisia* est oratio libertatis, & fiduciæ plena. *Etopeia* est cum sermonem ex aliena persona inducimus. *Energia* est rerum gestarum, aut quasi gestarum, sub oculis inductio. *Aposiopesis* est cum id quod dicturi videbamur, silentio intercipimus: *Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. Epanalensis* est digressio. *Anamnisis* est commemoratio eius rei, quod oblitos nos fuisse fingimus. *Aparasis* est cum id quod in animos iudicum quasi deposueramus, optimè reposcimus. *Etiologia* est, cum proponimus aliquid, eiusque causam & rationem reddimus. *Charactérismos* est descriptio figuræ alicuius expressa. *Latrismos*, plurimos sensus breuiter expeditos, in vnum locũ coaceruat. *Prosopopeia* est, cum in animalibus, & persona, & sermo fingitur. *Peusis*, id est soliloquium, cum ad interrogata ipsi nobis respondemus. *Sineresis* est cum differimus aliquid petentes, vt aliud interim nos permittant dicere.

De posituris, ac cæteris notis.

CAP. CXXXI.

Quid positura & vnde dicta.

POSITVRA est ad distinguendos sensus per cola, & cõmata, & periodos, quæ dum ordine suo apponitur, sensum nobis lectionis ostendit. Dictæ sunt autem posituræ, vel quia punctis positis annotantur, vel quia ibi vox pro interuallo distinctionis deponitur. Apud poetas quidẽ, vbi in versu post duos pedes syllaba remaner, comma est; quia ibi post scansionem præcisio facta est. Vbi vero post duos pedes, de parte orationis nihil supersit, colon est. Totus autem versus periodus est.

Præterea quędam scripturarũ notæ apud celebertimos authores fuerunt, quas scilicet antiqui, ad distinctionem scripturarum, carminibus, & historiis apposuerunt. Notæ autem versibus apponuntur numero 26. quę sunt nominibus infrascriptis: *Asteriscum* Ariafanes reperit. Hęc apponitur in his quæ omissa sunt, vt illucescant per eam notam quæ deesse videntur, stella enim aster dicitur Græco sermone, à quo asteriscus est deriuatus. *Obelus* ideſt virgula iacens, apponitur in verbis vel sententiis superfluè iteratis, siue in his locis, vbi lectio aliqua falsitate notata est, vt quasi sagitta quędam iugulet superuacua, atque falsa confodiat, sagitta enim Græcè obelus dicitur. Obelus supernè apunctatus, ponitur in iisdem de quibus dubitatur, vtrũ tolli debeant, nec ne apponi. *Liminiscus* ideſt virgula inter geminos punctos iacens, apponitur in his locis, quæ iacræ scripturę interpreres, eodem sensu, sed diuersis sermonibus transtulerunt. *Antigraphus* cum pũcto apponitur, vbi in translationibus diuersus sensus habetur. Asteriscus cum obelo; hac proprie Aristarchus vtebatur, in his versibus qui non suo loco positi erant. *Paragraphus* inter versus ponitur, ad separandas res à rebus quæ in contextu concurrunt; quemadmodum in Catalogo loca à locis, & regiones à regionibus: in agone prędia à prędiis, certamina à diuersis certaminibus separantur.

Fuerunt & aliæ notulæ librorum, pro agnoscendis quæ per extremitates paginarum exponuntur, vt vbi lector in liminaribus huiusmodi signum inuenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem notã inuenerit. In breuiculis quoque quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur quanti ex militibus superessent, quãtique in bello cecidissent. *Tau* nota in capite versiculi posita, superstitem designabat. *Thita* vero ad vniuscuiusque defuncti nomen apponebatur, vnde & habet medium telum, ideſt mortis signum: de qua Persius. *Et potius est nigrum vitium præfigere Thita.* In stipendiorum quoque largitione proprię erant.

Notas etiam literarum inter se veteres faciebant, vt quicquid occultè inuicem scriptura significare vellẽt, mutuo, scriberent testis est Brutus, qui in his literis, ea quæ acturus erat notabat; ignorantibus aliis quid sibi vellent hæ literæ. Cæsar quoque Augustus ad filium; *Quoniam*, inquit, *innumerabilia accidunt assidue, quæ scribere alterutrum oportet, & esse secreta, habeamus inter nos notas (si vis) tales, vt cum aliquid vocis scribẽdum erit, pro vna quaque litera scribamus sequentem, hoc modo pro a, b: pro, b, c: Et deinceps eadem ratione in alijs: pro, z autem litera redeundum erit ad duplex aa.* Quidam etiam versis verbis scribunt.

Liminiscus.

Antigraphus cum puncto.

A steriscus cum obelo

Paragraphus

Alia nota obiter intimantur.

Nota interdum pro literis posita.

26. notæ apud authores reperiuntur sc. Asteriscus siue stella.

Obelus i sagitta.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER QVARTVS.

De Practica scientia, & eius inuentore.

CAP. I.

Ordo scientiæ practicæ ad sermocinales & theoricas.

AVCTOR. Dicto de sermocinalibus scientiis, secundum ordinem supra tactum dicendum est de practicis. Vt enim dicit *Richardus de sancto Victore*. Prima omnium comparanda est eloquētia, & ideo expetēda est Logica. Deinde vero per Ethicam purificandus est oculus, & sic ad Theoricam transeundum est. Practica autem ipsa est Ethica, siue moralis scientia: moralis tamen scientia plerunque strictius accipitur, pro illa parte Ethicę quæ dicitur Monastica.

Socrates inuentor Ethicæ: & quo motiuo.

AVG. *de ciui. Dei lib.* 8. Socrates magister Platonis primus vniuersam philosophiam ad corrigendos mores, componēdosque, flexisse memoratur: tamen ante illam omnes magis philosophicis, idest naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderunt: non mihi autem videtur posse aliquid colligi, vtrum Socrates hoc faceret, vt tędio rerum obscurarum, & incertarum, ad aliquid certum & apertum reperiendū animū intenderit, quod esset vitæ bearę necessariū; propter quam vitam, omnium philosophorum inuigilasse & laborasse videtur industria, an vero (sicut de illo quidam beneuolentius suspicantur) nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos se extendere in diuina conari, quandoquidem ab eis causas rerum videbat inquiri, quas primas atque summas, non nisi in vnius veri & summi Dei voluntate esse credebat. Vnde non eas putabat nisi mundata mente posse cōprehendi, & ideo purgandæ bonis moribus vitæ censebat instādum; vt deprimentibus libidinibus exoneratus animus, naturali vigore in æterna se attolleret, naturamque incorporalis & incommutabilis luminis, vbi causæ omnium factarum naturarum stabiliter viuunt, intelligentiæ puritate conspiceret. Constat tamen eum imperitorum stultitiam, scire se aliquid opinantium, etiam in his moralibus quæstionibus quo totum animū intendisse videbatur, vel confessa ignorantia sua, vel dissimulata scientia, lepore mirabili disserendi, & acutissima vrbanitate agitasse, atq; versasse.

De partibus eiusdem.

CAP. II.

Moralis scientia triplex.

AVCTOR. Moralis autem scientia diuiditur in *Monasticam*, *Economicam*, & *Politicam*, quæ diuisio est penes habitus diuersos, quibus mediantibus homo regit seipsum, vel propriam familiam, vel ciuitatem totam. Dicitur autem Monastica à *monos*, quod est vnus, & *icos*, quod est scientia, quasi scientia regendi seipsum. Economica vero dicitur ab *œconomos*, quod est dispensatio, & *icos*, quasi scientia dispēsatoria cum familia propria. Politica vero à *polis*, quod est pluralitas, & *icos*, scientia, quasi scientia regendi plures. Et quia quando homo scit bene regere seipsum, & propriam familiam, & plures, siue totam ciuitatem, perfecte morigeratus est. Ideo diuidebant antiqui totam philosophiam moralem per istas tres partes.

Aliadiuisio.

ALITER posset diuidi secundum diuisionem boni. Est enim moralis philosophia de bono, secundū quod prius dictum est. Est autem quoddam bonum à quo omnia alia fluunt, & præter quod nihil est, sicut est ipsum primum: & de tali bono, & etiam de circunstantiis deueniendi ad ipsum, determinatur in libris Theologiæ. Aliud est bonum datum ipsi animæ, quo mediante cognoscit primum, & substantias superiores, quod bonum dicitur virtus intellectiua: & de tali tractat Arist. in noua Ethica. Aliud est bonum datum ipsi animę, ad regendum corpus in quo est, custodiēdo ipsum à motibus illicitis, tum intrinsecus, tum extrinsecus. Huiusmodi bonum dicitur virtus consuetudinalis, quæ sic dicitur, quia facit corpus assuescere in bonum, sicut vult Aristoteles in Ethicis, & de tali bono tractat Arist. in veteri Ethica. Aliud est bonum, quo mediante regit anima se, & sua defendēdo à nocumento aliorum, & de tali tractatur in libris legum & decretorum Et sic patet qualiter potest diuidi moralis scientia, siue practica. Sed prima diuisio eius fuit penes habitus diuersos, quibus homo se regit &c. Secunda vero est penes bonum, de quo intendit.

De scientia Monastica.

Cap. III.

Quid Ethica seu monastica scientia.

RICHARDVS IN LIBRO EXCERPTIONVM. *Ethica, moralis, siue Monastica scientia est quæ sui curam gerens, cunctis sese erigit & exornat augetque virtutibus; nihil in vita admittens quo non gaudeat, nihilque faciens pœnitendum.*

ISIDORVS LIBRO 2. *Scientia moralis est illa, per quã viuendi mos honestus appetitur, & instituta ad virtutem tendentia præparantur.* Hanc Socrates, ad corrigendos componendosque mores primus instituit, & omne studium eius ad bene viuendi disputationem perduxit; diuidens eam in quatuor virtutes animæ, scilicet Iustitiam Prudentiam, Fortitudinem, Temperãtiam. *Iustitia est, qua recte iudicando, sua cuique distribuuntur. Prudentia vero est, qua mala à bonis discernuntur. Fortitudo est, qua æquanimiter aduersa tolerantur. Temperantia denique, qua libido, concupiscentiaque refrænatur.* Sicut igitur in Physica, causa quærendi, in logica ratio intelligendi, sic & in Ethica morali versatur ordo viuendi. In his tribus philosophiæ generibus, etiam eloquia diuina consistunt. Nam aut de natura disputare solent: vt in *Genesi & Ecclesi.* aut de moribus, vt in *Prouerbijs*, & in omnibus sparsim libris; Aut de Logica pro qua nostri Theologicam sibi vendicant: vt *in Cantico canticorum, & in Euangelijs.*

Diuiditur in 4. virtutes Cardinales.

In Physica Logica, & Ethica, etiã eloquia diuina consistit.

De Naturali appetitu boni.

Cap. IV.

Omnis appetitus fertur in bonum.

ARISTOTELES IN ETHICA NOVA. Omnis ars, & omnis doctrina, similiter autem & operatio & prohæresis, boni alicuius operatrix videtur. Ideoq; optime enunciant *bonum, quod omnia appetunt*, & omnis cognitio & prohæresis bonum aliquod exoptat.

BOETIVS IN LIBRO DE CONSOLA. Omnis mortalium cura, quam multiplicium studiorum laborem exercet. Diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum tamen beatitudinis fontem nititur peruenire, quo quis adepto nihil vltra desiderare queat. Est enim cũcta intra se bona continens. Liquet ergo *ipse beatitudinem statum, bonorum omnium congregatione perfectum.* Quem (vt diximus) mortales omnes diuerso tramite adipisci conantur. Est enim hominum mentibus veri boni naturaliter insita cupiditas, sed ad falsa deuius error abducit.

Quid beatitudo quam omnes adipisci conantur.

Varia sentẽtia de beatitudine in particulari.

AVG. *de ciu. Dei lib.* 18. Proinde philosophi quondam inter se dissentientes, alij finem boni constituebant in corpore, scilicet voluptate: alij in animo, scilicet vt Stoici virtutem: alij vero in vtroque: alij etiam extrinsecus imposita bona ad animum & corpus addebant; alij sensibus corporis semper: Alij non semper: Alij vero nunquam putabant esse credendum: Alij quoque mortales esse animas. Alij immortales. Has & alias penè innumerabiles dissentiones, & immortales controuersias, impia ciuitas gremio suo cõtinuit. Non de agris, vel domibus, aut aliqua pecuniaria ratione: sed de his rebus, quibus aut miserè viuitur, aut beatè. Et si qua dicebantur vera, eadem licentia dicebantur & falsa.

De Rebus expetendis, & primo de Virtute.

Cap. V.

Tria genera expetendarũ scil. honesta, vtilia, & mixta.

TVLLIVS *in Rhetorica prima*. Verum expetendarum quidem tria sunt genera. *Vnum*, quod sua vi nos allicit ad se, non emolumento aliquo captans, sed sua dignitate trahens, vt *virtus, scientia veritas. Aliud* quod non propter suam vim & naturam, sed propter fructum & vtilitatem petendum est, *vt pecunia. Tertium* ex horum partibus iunctum, scilicet quòd sua vi & dignitate nos ducit, & per se quandam vtilitatem gerit, quo magis expectatur, *vt amicitia.* In primo genere sunt honesta, in secundo vtilia, in tertio ea quæ partem honestatis continent, partem vtilitatis: sed in meliorem partem vocabuli conferantur, & honesta nominẽtur. Ex his conficitur, vt appetendarum rerum partes sunt honestas & vtilitas; vitandarum autem, turpitudo & inutilitas.

Omnia honesta concordant rationi.

ARIST. IN ETHICA NOVA. Omnia autem honesta concordant rationi. QVINTILIANVS *de oratoria institutione lib.* 1. Nihil enim potest placere, quod non decet. *Idem in lib.* 8. Afflante fortuna, penè omnia decẽt SENECA *ad Lucillum* 67. Omne autem honestum voluntarium est: non enim potest honestum esse, quod non est liberum. IDEM *in lib. de benefi.* 4. Rerum honestarum pretium in ipsis est. IDEM *in Edippo.* Vbi turpis est medicina, sanari piget. *Simachus in lib epist* Quoti mens honesta est, imbecilla frons est. TVLLIVS *de offi. lib.* 2 Idipsum quod honestum decorumque dicimus, per se nobis placet, animosque omnium natura sua commouet.

IDEM *in 3 lib.* Qui deliberant vtrum id quod honestum vident sequantur, an scientes scelere se contaminent, etiamsi ad id quod deliberant non peruenerint, in ipsa dubitatione facinus committunt. Ea enim deliberanda omnino non sunt, in quibus turpissima est ipsa deliberatio. Cum id quod vtile videtur in amicitia, cum eo quod est honestum comparatur, iaceat vtilitatis species, valeat honestas. Et cum in amicitia quæ honesta non sunt postulantur, religio & fides anteponãtur amicitiæ. Peruertunt homines ea quæ sunt fundamenta naturæ, cum vtilitatem ab honestate seiungunt: omnes enim expetimus vtilitatem, ad eamque rapimur.

Honestum est vtili præferendum.

IDEM *in lib. de Paradoxis.* Quod honestum est, id solum esse bonum Stoici testantur. Disputant Stoici, multa turpia, praua hominum consuetudine, verbis honesta esse, vt *parricidium, adulterium, incestum*, & his similia. Rursumq; honesta hominibus videri turpia, vt *liberos procreare, inflationem ventris strepitu digerere, aluum stercore releuare, vesicam vrina effusione laxare. Hecatõ Stoicus*, Omne honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est, non enim tantum debet fieri, sed ratione fieri.

Solum honestum est bonum.

De partibus honesti, & primo de Virtute dicta philosophorum.

Cap. VI.

Quid virtus & quotuplex

TVLLIVS *in Rhetorica prima*. Honesti quidem partes duæ, quarum altera simplex, alera iuncta, idest vna propter se ex toto appetitur, altera ex aliqua parte propter vtilitatis fructum. In primo genere, omnes res vna vi, atque vno nomine, virtus amplectitur: nam *virtus est habitus animi, naturæ, modo, rationi consentaneus.* Et habet quatuor partes, scilicet Prudentiam, Fortitudinem, Iustitiam, & Temperantiam. AVCTOR. Virtus quoque sic describitur. *Virtus est habitus, à quo quis bonus existit, & opus suum bonum reddit.*

TVLL. *in lib.* 1. *de legibus. Virtus est perfecta ratio eius, quod certè à natura inest.* IDEM *in lib. de fine boni & mali* 4. *Virtus quoque rationis absolutio diffinitur.* IDEM *in lib. de natura Deorum* 1. Nihil est virtute amabilius, quàm qui adeptus fuerit, vbicunque gentium erit à nobis diligetur. IDEM *in lib. de Amicitia.* Nihil est virtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter veritatem & probitatem, etiam eos quos nunquam vidimus, diligamus. Omnino est amans sui virtus, optime enim se ipsa nouit, quamque amabilis sit intelligit. IDEM *in lib. de Paradoxis.* Si autem isti &c. *Require infra c. de rerum ponderatione.*

Nihil virtute amabilius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

IDEM *in Philippica prima*. Omnia alia incerta, mobilia & caduca sunt: virtus est vna altissimis infixa radicibus, quę nulla vi labefieri potest, nec dimoueri loco. IDEM *in lib. de offi.* 1. Virtutis autē omnis laus in actione consistit, à qua tamen fit intermissio. Multi dantur ad studia reditus. IDEM *in Rheto.* 2. Diuitię virtutis pedissequę sunt, sola virtus in sua potestate est. Omnia præter eam sub fortunæ subiecta sunt dominatione. Virtutis comes est inuidia. Aphricano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit.

Virtus nō potest labefactari.

CALCIDIVS *in proœmio super Timæum Platonis.* Isocrates in exhortationibus virtutem laudans, cum omnium bonorum, totiusque prosperitatis consistere causam penes eam diceret, addit ipsam esse solam, quę res impossibiles, ad possibilem redigeret facilitatem pręclarè. Quid enim generosam magnanimitatem vel aggredi pigeat, vel cæptum facit, vt tanquam victa difficultatibus se temperet à labore?

Virtus inuicta.

SALVSTIVS *in Catilinario*, Virtuti omnia parent. SENECA *ad Lucillum epistola* 74. Quamdiu virtus salua fuerit, non senties quid abscesserit. IDEM *in* 76. Amor, ira, cupiditas, pericula depulerunt. Quod potest breuis obstinatio animi, aliquo stimulo excitata; quanto magis virtus, quæ nec ex imperu, nec subito, sed æqualiter valet, cui perpetuum robur est. Vnum bonū virtus est, quæ inter hanc fortunam & illam superba incedit, cum magno vtriusque contemptu.

Virtus prosperam & aduersiā fortitudinem contemnit.

IDEM *in* 79. Nulla virtus latet, & latuisse non est ipsius damnum; veniet qui conditam, & sæculi sui malignitate expressam, dies publicet. IDEM *in* 82. Omnis res quod non habuit decus, virtute addita sumit. IDEM *in libr. de immatura morte*. Vna res est virtus, quæ nos immortalitate donare possit, & pares Diis facere. LACTANTIVS *in lib. de falsa sapientia*. Virtus autem cū scientia iuncta, sapientia est.

Virtus nos facit immortales.

De eodem dicta poetarum.

CAP. VII.

OVIDIVS *in li. Metam.* 14. Inuia virtuti nulla est via. PROSPER *in lib. Epigrammatum. Ergo ad patriam vitæ de noctis valle vocati,* VIRTVTVM *gradibus scandite lucis iter*. OMNIS *virtutum semper substantia salua est.* INVITVS *Christi munera nemo rapit*. GAMPHREDVS *in poetria noua.* Sectemus honesta, & mala vitemus; quia virtus optima rerum, pessima res vitiū, nihil æque pernicioſum. IVVENALIS *lib.* 3. Nobilitas animi sola est, atque vnica virtus. MAXIMIANVS. Fuluo virtus pretiosior auro. LVCANVS *li* 3. Crescit in aduersis virtus. LVCANVS *lib.* 9. Virtutis amator quæ re quid est virtus, & posce exēplar honesti. MATTHÆVS *in Tobia.* Ridet in aduersis. *Ex prouerbijs sapiētum.* Scias autem virtutibus abundare in se, qui alienas amat.

Virtus optima rerū, & sola animi nobilitas.

Quod nobis innata sint virtutum semina.

CAP. VIII.

TVLLIVS *in Tusculanis lib.* 3. Natura quidem paruos dedit nobis igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque deprauantes, sic extinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul vt editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo prauitate & opinionum peruersitate versamur; vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. IDEM *in quarto lib.* Natura omnes ea quæ bona videntur sequuntur, fugiuntque contraria. IDEM *in quinto.* Stoici finem bonorum esse senserunt congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere.

Quod innata sint nobis virtutum semina, authoritas gentilium comprobat.

IDEM *in lib. de legibus i.* Virtus est perfecta ratio eius, quod certe à natura est; itaque nihil præstabilius, quàm planè nos ad iustitiam esse natos. IDEM *in libro de officijs secundo.* Idipsum enim quod honestum dicimus (vt iam dictum est) per se nobis placet, omniumque animos natura sui commouet. IDEM *in libro tertio.* Multo magis est secundum naturam communitas, & iustitia, & libertas, quàm voluptas, vita, diuitiæ: homo naturæ obediens, homini nocere non potest. Nihil tā secundum naturam est, quàm vtilitas; certe in re vtili turpitudo esse non potest. IDEM *in libro de Amicitia.* Illos bonos viros appellandos putemus, qui assequūtur quantum homines possunt naturam, optimam bene viuendi ducem.

QVINTILIANVS *vbi supra.* Omnia quæ ars cōsummauit, certum est à natura initia duxisse. Nobis igitur ad virtutes, etiam antequam docemur, initia quędā, & semina naturæ concessa sunt; vt ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris, aliqua imago apparet. SENECA *ad Lucillum.* Habet hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Magnarum rerū species ad se vocat & attollit; animus enim noster ad modum flati in motu est, eo mobilior, & actuosior, quo vehemētior fuerit: sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit; ponet se extra ius, ditionemque, secunda temperabit, aduersa comminuet, & aliis admiranda despiciet. IDEM *in* 48. Dociles natura nos edidit, & orationem dedit imperfectam, sed quæ perfici posset.

Quæ ars cō summat, à natura initium duxerunt.

De Generibus virtutum quatuor.

CAP. IX.

MACROBIVS *in lib. de Somnio Scipionis*, id est, Plotinus philosophus dicit, quatuor esse quaternarum genera virtutum. Primas vocat Politicas, quarū *prudentia* est, ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit, vniuersa dirigere, ac nihil præter rectum velle facere, humanisque actibus, tanquam diuinisque arbitris prouidere. *Fortitudinis*, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere, aduersa vel prospera fortiter tolerare. *Temperantiæ*, nihil pœnitendum appetere, in nullo legem moderationis excedere, sub iugum rationis cupiditatem domare. *Iustitiæ*, vnicuique seruare quod suum est. Huiusmodi vir bonus primum sui, deinde reipublicæ rector efficitur.

Describitur munus quatuor virtutū Cardinalium, prout sunt virtutes politica.

Secundę (quas purgatorias vocat) hominis sunt, qui diuini capax est, solumque animū eius expediunt, qui decreuit se à corporis contagione purgare, & quadam humanorum fuga, solis se diuinis inserere. hæ sūt ocioſorum, qui à rerum publicarum actionibus se sequestrant. Harum quid singulæ velint, superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium diceremus, quas solas quidam æstimauerunt esse virtutis.

Quid virtutes purgatoriæ.

TERTIÆ sunt purgati iam, defecatique animi, & ab omni huius mūdi aspergine pressi, purèque detersi; illic prudentiæ est, diuina non quasi in electione præferre, sed sola nosse, & hæc tantum, nihil aliud intueri. Temperantię, terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuiſci. Fortitudinis, passiones ignorare, non vincere; vt irasci nesciat, nihil cupiat. Iustitię, ita cum superna & diuina mente sociari, vt seruet cum ea perpetuum fœdus imitando.

Quid virtutes purgatis animi.

Quartæ sunt, quæ in ipsa diuina mente consistunt, à quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem defluunt. Nam si rerum aliarum, multo magis virtutum ideas esse in mente diuina credendum: illic prudentia est mens diuina; temperantia, quod in se perpetua intētione conuersa est: fortitudo quòd semper idem est, nec aliquando mutatur; iustitia quòd perenni lege à sempiterna operis sui continuatione non flectitur. Hæc quatuor genera quaternarum virtutum, in passionibus quibus homines metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, maximam habent sui differentiam; has primæ molliunt: secundæ auferunt, tertiæ obliuiſcuntur: in quartis nefas est nominari.

Quid virtutes diuina mentis.

De Virtute consuetudinali, & quod ipsa sit habitus.

CAP. X.

Virtutes non sunt à natura, sed exercitio comparantur.

ARISTOTELES *in Ethicis lib.* Neque vero natura, neque præter naturam fiunt virtutes, sed innatum est nobis suscipere quidem eas per assuetudinem perfectis. Ex similibus enim actionibus fiunt similes habitus, & secundum actuum differentias, sequuntur habitus. Non parum igitur differt sic vel sic assuesci à iuuentute, magis autem omne in eo positiuũ est. Quæcunque quidem natura nobis adueniunt, potentias eorum primitus ferimus, postea autem operationem & actum tradimus. Ea vero circa quæ est virtus, innata sunt à superfluitate & indigentia corrumpi. Qui enim omnia fugit & timet timidus est; qui autem nihil omnino timet, audax. Similiter autem & qui omnem; voluptatem habet, & à nulla semotus est, incontinẽs qui autem omnes fugit, insensibilis. Corrumpitur enim castitas & fortitudo à superfluitate & indigentia; à medietate autem saluatur.

Voluptas & tristitia in operibus sunt signa habituum.

SIGNVM autem oportet facere habituum voluptatem & tristitiã in operibus; quicunque enim remouetur à corporalibus, & hoc ipso gaudet, castus: qui autem tristatur, incontinens: & quisquis suffert pericula & gaudet, vel non tristatur, fortis; qui autem tristatur timidus. Circa voluptates enim & tristitias est consuetudinalis virtus: nam medicinæ quędam virtutes sunt: Medicinæ autem per contraria innatæ sunt fieri. Tribus igitur existentibus, quæ in voluntatibus, & tribus quæ in fugis, bono conferente delectabili, & tribus contrarijs malo nociuo, & tristi. Circa hæc quidem omnia bonus directus est, malus autem peccans. Magis autem circa delectationem, quia ex pueritia nobis connutritur. Ideo difficillimum est hanc passionem repellere, contemporaneam vitæ, quemadmodum dicit Heraclitus. Circa difficilius autem semper & ars fit & virtus.

Difficillimũ est delectationem superare.

Tria ad actũ virtutis requiruntur, sc. scientia, electio, & firmitas.

IN his autem quę secundum virtutes fiunt requiritur qualiter habens operatur. Primum quidem si sciẽs; Deinde si soluens, aliàs eligens: præter hoc autem tertium, si firmè & immutabiliter operatur. Hæc autem ad habendum alias artes non connumerantur, præter ipsum scire, ad habendum igitur virtutes, scire quidem parum aut nihil prodest; ad alia autem non parum, sed omne. Sed multi, hæc quidem quæ secundum virtutes sunt, non faciunt: ad rationem autem confugientes, existimat philosophari, & sic fore studiosos, & simile aliquid facientes ægrotantibus, qui medicos audiunt quidem studiosè, & ipsi nihil faciunt operandorum. Quemadmodum igitur nec illi bene habebũt corpus, nec isti animam, sic philosophantes.

In anima tria sunt sc. passiones, potentiæ, habitus; virtus autẽ est habitus.

QVONIAM autem ea quæ sunt in anima tria sunt, Passiones, Potentiæ, Habitus, horum aliquid erit virtus. Passiones quidem non sunt, neque virtutes, neneque malitiæ: quia secundum passiones non dicimur boni, vel mali, neque laudamur, neque vituperamur. Secundum virtutes etiam & malitias, boni vel mali dicimur, & secundum eas laudamur, & vituperamur. Et passiones quidem, vt ira & timor, inuoluntariæ, virtutes autem voluntates, vel non sine voluntate, propter hoc autem nec potentiæ sunt, neque enim boni vel mali dicimur, quia possimus pati simpliciter, neque laudamur, neque vituperamur. Et adhuc potentes quidem sumus natura, boni autem non sumus natura: relinquit ergo eas habitus esse omnisque virtus cuiuscunque fuerit, & id bene habens perficit, & opus eius bene reddit.

Quod virtus sit voluntaria tantum & non coacta, dicta philosophorum.

CAP. XI.

Quid violẽtum.

IDEM *in* 3. In voluntarijs quidem laus & vituperatio fit. Videtur autem *violentum esse, cuius principium exterius, nihil conferente vim passo*; voluntas vero finis est. Eligentia autem, eorum quæ ad finem simpliciter quidem, & secundum veritatem. bonum est voluntarium, vnicuique autem quod videtur: Bono quidem quod secundum veritatem est, malo autem quod contingit: sicut & in corporibus bene dispositis, sana sunt quæ secundum veritatem talia sunt, infirmis autem alia. Bonus enim singula recte iudicat, quia in singulis verum videt, regula & mensura eorum existens. Malis autem deceptio propter delectationem fit, non enim existens, bonum eis videtur, sed volunt delectabile vt bonum, tristitiam autem vt malum fugiunt.

Voluntas est finis, electio vero mediorum.

Quod necessariò fit non cadit sub virtute.

DIDIMVS *ad Alexandrum. Nullum* virtutis initium est id nanciscí quod mutari non possit, sed nec gloria dicenda est, quam sibi quisque non dederit: ergo non in angustijs & in egestate, sed in opulentia temperanter vixisse laudandum est, alioquin cæcitas & paupertas solę virtutum gloriam sortiuntur. Illa quia non videt vt cupiat, ista quia non habet vt capiat. Nos autem qui nullius inediæ lege perstringimur, ad bene viuendum libero incitamur arbitrio, vt voluntariam continentiam digna remuneratio consequatur. Dedit enim nobis multas natura blandicias, quas plerumque virtus cohibet.

TERENTIVS *in Andria.* Quando non potest fieri quod vis, id velis quod possis. IDEM *in Hebaut.* Nulla est tam facilis res, quin difficilis sit, dum inuitus facias. IDEM *in Adelphis.* Quod ius cogit, voluntas impetrat, vel imperat. TVLLIVS *in li. de Paradoxis.* Soli sapienti conuenit, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. IDEM *in Tusculanario lib.* 4. Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Sic enim eam Stoici diffiniunt, quam putant esse in solo sapiente. Quæ autem ratione aduersa, vehementius incitata libido, vel cupiditas est effrẽnata, quę in omnibus stultis inuenitur. IDEM *in li. de Fato.* Ad animorum autem motus voluntarios non est exquirenda externa causa: Motus enim voluntarius eam naturam continet in se, vt sit in nostra potestate nobisque pareat.

Non potest esse honestiũ quod non est liberum.

SENECA *ad Lucillum* .34. Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. IDEM *in* 54. Sapiens nihil inuitus facit, necessitatem effugit, quia vult quod illa coactura est. IDEM *in* 56. Da ergo operam, ne quid vnquam inuitus facias. Qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit; facere quod nolit, nec qui iussus aliquid facit, miser est; sed qui inuitus. Itaque sic animum componamus, vt quicquid res exigit, id velimus. IDEM *in* 66. Omne honestum voluntarium est, non enim potest honestum esse, quod non est liberum. IDEM *in* 71. Magna pars est profectus, velle proficere. IDEM *in* 74. Placeat homini quicquid Deo placet ob hoc ipsum quod Deo placet; quamdiu virtus salua fuerit, non senties quid abcesserit. QVINTI *vbi supra* 4. *li.* Nihil facile persuaderur inuitis. ITEM *Valerius Maximus lib.* 2. Olim ambiguæ laudis à senatu ciuis existimabatur, qui debitis reipublicæ officijs, nõ sua sponte, sed iussus fungeretur; quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quàm præstanti, acceptum refertur.

De eodem dicta poetarum.

CAP. XII.

OVIDIVS *in lib. de Ponto.* SPONTE *sua probitas officiumque tuuat. Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.* HORATIVS *in lib. Epistolarum. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

ITEM

ITEM *Maximianus. Deferimus vitiis, fugit indignata voluptas.* NEC *quod non possum, non voluisse meum est.* INTERDVM *trahimur vitijs, trahimurque volentes:* ET *quod non capiunt pectora bruta volunt.* PETRVS *Riga in biblia versificata.* VVLT *implere viam Balaam, sed trita flagellis,* ET *diuina videns, tardat Asella viam.* AMPLECTI *mundum quorundam vota laborant:* SED *votis obstat, verbere trita caro.* NAM *nos à vitiis mundanis sæpe retardat* CORPORIS *anxietas, damna, flagella, fames.*

Pœna retrahit à peccato.

Quod virtus gratuita sit, non mercenaria.

CAP. XIII.

TVLLIVS *in dialogo ad Hortensium.* Nulla quidem virtus esse potest, nisi gratuita sit. Nam quę voluptate, quasi mercedè aliqua, ad officium impellitur, non est virtus, sed fallax quædam mutatio, ac simulatio virtutis. IDEM *in libro de legibus primo.* Idipsum quoque iustissimum est iustitiæ mercedem non quærere. SENECA *de clementia lib.* 1. Recte factorum verus fructus in ipsis est, nec vllum pretium virtutum dignum illis, extra ipsas est. IDEM *in libr de beneficijs,* 4. Rerum honestarum pretium in ipsis est. PLINIVS *in epistola ad Catullium.* Magnitudo animi nihil ad ostentationem, omnia ad scientiam refert: rectéq; facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit. CLAVDIANVS *in maiori.* PRODVCIT *non empta fides nec pectora merces.* ALLIGAT *ipsa quidem virtus, pretium sibi, solaq; late* FORTVNÆ *secura nitet, nec fascibus vllis,* ERIGITVR *plausuue petit clarescere vulgi* NON *quærit pretium, vitam qui debet amori.* GAVDIA *præmissi cumulant inopina dolores.*

Pretium virtutis in ipsa est.

OVIDIVS *in lib. de Ponto. Nunc cum fortuna, statque cadítque fides. Nec facile inuenies multis in millibus vnũ: Virtute pretium qui putet esse sui. Ipse decor recti facti si præmia desint;* NON *mouet, & gratis pœnitet esse probum. Nil nisi quod prodest, earum est, eu detrahe menti Spem fructus, auide nemo petendus erit. En reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit Vtile solicitis computat articulis. Sponte sua probitas officiumque iuuat. Mercede caret per se, semperque petenda est, Exterius virtus incomitata bonis.* IVVENALIS *lib.* 4. *Nullus virtutem complectitur ipsam, præmia si tollas.*

Pauci sunt qui operãtur ob solam honestatẽ virtutis.

Quòd virtus libera sit, & regina; vitium seruile, secundum philosophos.

CAP. XIV.

TVLLIVS *in Rhetorica,* 2. Sola virtus in sua potestate est, omnia pręter eam sub fortunæ subiecta sunt dominatione; diuitiæ virtutis pedissequæ sunt. Ille liber existimãdus est, qui nulla turpitudini seruit. IDEM *in lib. de Paradoxis.* Omnis sapiens liber, omnis stultus seruus. Quid est libertas, potestas viuendi vt velis. Quis autem viuit vt vult? qui recte viuit: qui gaudet officio? qui nec legibus quidẽ propter metum paret: sed eas sequitur & colit: qui nihil facit, nihil dicit, vel cogitat, nisi libenter ac libere. Soli igitur sapienti conuenit, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus: Cum seruitus sit obedientia fracti animi, atque abiecti, & arbitrio suo carentis; quis neget omnes leues, omnesque improbos esse seruos? Nunquid ille liber, cui mulier imperat; cui leges imponit, præscribit, iubet, vetat quod ei videtur, nec illi imperanti aliquid negare potest, vel audet recusare. Ego istum non modo seruum, sed etiam nequissimum seruum appellandum puto, licet amplissima familia natus sit. Omnis animi debilitas, & humilis & fracta timiditas, seruitus est. SENECA *in Thyeste. Nescitis cupidi arciũ Regnũ quo iaceat loco: Regem nõ faciũt opes, Nõ vestis Tyriæ color, Non auro nitidæ trabes:* REX *est qui posuit metus, Et diri mala pectoris, Quem nõ ambitio impotens, Et nunquã stabilis fauor Vulgi præcipitis motio impotens, Et nunquã stabilis fauor Vulgi præcipitis mouet: Qui tuto positus loco, Infra se videt omnia.* IDEM *ad Lucillum.* Quid interest quot domini sint? seruitus vna est, hanc qui contempsit, in quantalibet turba dominantium, liber est. IDEM *in lxxxvij.* Nunquam maiorem animus, quàm vbi aliena sepositit, & fecit sibi pacem: nisi timendo fecit sibi diuitias, nihil concupiscẽdo. SENECA. Nemo nisi vitio suo miser est MARTIALIS *coquus.* Liber & gulosus esse non potes.

Quis liber existimandus.

Omnes improbi sunt serui, item ille cui mulier imperat.

Quis vere rex dicẽdus.

De Eodem secundum poetas.

CAP. XV.

IDEM. LIBER *eris cœnare foris si maxime nolis: Veientana tuam si domat vua sitim. Si videre potes miseri Chrysendeta Cynna,* CONTENTVS *nostra si potes esse toga. Si tua non rectum tecta subire potes.* HÆC *tibi si vis est, si mentis tanta potestas.* LIBERIOR *Partho viuere rege potes.* MATTHÆVS *in Tob.* VENDITVR *arbitrium dum viuitur ex alieno* SVMPTV, *pane tuo vescere, liber eris.* CLAVDIANVS *in maiori. Si metuis, si plura cupis si duceris ira. Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas Interius leges; tunc omnia iurè tenebis, Cum poteris rex esse tui.* PROSPER *vbi supra.* QVID *iuuat in longum causas producere morbi. Cvr dubium expectat cras hodierna salus.* SCIMVS *correctis veniam non esse negandam.* SED *nulli nostrum est vltima nota dies.* LIBERTAS *nulla est melior, maiórve potestas.* QVAM *seruire Deo, cui bene seruit amor.* ABSQVE *iugo posita est dilectionis amica voluntas.* QVÆ *viget affectu; non gemit imperio* GANFREDVS *in poetria noua.* LIBER *is est, vitijs qui non inseruit, abundans* CVI *satis est quod habet, pauper qui plus cupit.* ENNODIVS. LIBERTAS *semper studijs referatur honestis.*

Summa libertas seipsum regere, & Deo seruire.

Quòd virtus medij sit inspectrix, & conseruatrix.

CAP. XVI.

ARISTOTELES *vbi supra.* In omni vero continuo & discreto est accipere hoc quidem plus, hoc vero minus, hoc vero quale. Et hæc autem secundum rem, aut secundum nos. Dico autem rei medium, quod æqualiter remouet ab vtraque extremitatum, quod est vnum & idem omnibus. Ad nos autem, quod neque superabundat, neque deficit, sed non est idem omnibus. Nam Miloni quidem comedere sex mnas parum est, dominatori autem gymnasiorum multum: sic vtique omnis sciens superfluitatem & deficientiam fugit: Medium autem quærit. & hoc vult. *Medium* autem non quod rei, sed quod ad nos; sic ergo boni artifices ad medium respicientes operantur. Virtus autem omni arte certior & melior, quemadmodum & natura, medij vtique erit inspectrix. Adhuc peccare quidem multis modis, dirigere autem vno modo; ideo & hoc quidem facile, hoc vero difficile: facile quidem diuerti à signo, difficile autem inuenire: & propter hoc malitiæ quidem superfluitas & indigentia: Virtutis autem medietas, boni quidem simpliciter, mali autem omnifariam. *Est igitur virtus voluntarius habitus in medietate existẽs quo ad nos, determinata ratione, vt sapiens determinabit.*

Mediũ virtutis non rei sed rationis est.

Quid virtus.

SENECA *ad Lucillum lxvj.* Omnis virtus in modo est. EX PROVERBIIS SAPIENTVM. Bonarum rerum nimia consuetudo pessima est. HORATIVS *in lib. epistolarum. Virtus est medium vitiorum vtrinque redactũ.* IDEM *in libro sermonum.* EST *modus in rebus, sunt certi denique fines:* QVOS *vltra citraque, nequit consistere rectum.* OVIDIVS *in libr. de remedijs.* 2. VENTO *nutritur, vento restringitur ignis:* LENIS *ait flammas grandior aura necat.* IDEM *in libr. Metam.* 2. *Inter vtrunque tene, medio tutissimus ibis:* MAXIMIANVS. *Maior enim mediis gratia rebus adest.* GANFREDVS *in poetria noua. In omnibus vna Est virtus seruare modum.*

Virtus consistit in medio

De Modo ac difficultate consistendi in medio.

CAP. XVII.

ARISTOTELES *vbi supra.* Medietas autem duarum militiarum est virtus, huius quidem secundum superfluitatem, huius vero secundum indigentiam. Est enim virtus circa passiones & operationes, in quibus superfluitas, vitia, & defectus vituperatur; medium autem laudatur & diligitur: nam neque omnis operatio, neque omnis passio suscipit medietatem. Quędam enim mox nominata coniuncta sunt cũ malo, vt inuidia, adulterium, furtum, & consimilia; quæ dicuntur esse ipsa mala, non eorum superfluitates, & deficientiæ: non est igitur vnquam circa hæc dirigere, sed semper peccare. Itaq; fortitudo est medietas circa timores & audacias. Liberalitas est medietas circa dationem pecuniarum & acceptionem. Magnanimitas est medietas circa honorem & inhonorem.

Difficile est in delectabilibus mediũ inuenire ob innatã propensionem ad delectationẽ.

Ad quæ autem ipsi magis nati sumus aliqualiter, magis contraria medio videntur. Verbi gratia: Magis nati sumus ad delectationẽ; ideo facilius mobiles sumus ad intemperantiam, quàm ad temperantiã. Ideo difficile est bonum esse; in vnoquoque enim medium accipere difficile est. Verbi gratia: Circuli accipere medium non omnis est, sed scientis est. Sic vtique & itasci facile, & dare pecuniam, & cõsumere: sed cui, & quantum, & quando, & cuius gratia, & qualiter, non omnis. neque facile est, quod est bonum, & ratum, & laudabile Ideo oportet eum qui incedit ad medium, prius segregari à magis contrario, & in contrariũ trahere oportet. Multũ enim seiungentes nos à peccato, ad medium venimus; quod quæ tortuosa lignorũ dirigunt, faciunt. In omni autẽ magis cauendum est delectabile & delectatio, nõ enim indecepti iudicamus eam. Quod igitur Plebissenes passi sunt ad Helenam, hoc oportet nos pati ad delectationem, sic enim eam proijcientes.

IDEM *in lib.* 3. Mollicies autem est fugere laboriosa, difficilius tamen est tristia sustinere, quàm à delectationibus abstinere: furore autem ad virtutem homines feruuntur: Impetuosissimus enim est furor ad pericula sustinenda. Vnde Homerus. *Virtutem immitte furori, & furorem virtute erige.* Horatius in lib. sermonum. *Dum stulti vitant vitia, in contraria currunt. Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos; Vt nunquam inducant animum cantare rogati: Iniussi nunquam desistant.* Idem in lib. epistolarum. *Alter in obsequium plus aquo pronus: Alter rixatur de lana sæpe caprina.*

Via ad virtutem difficilis.

SENECA *de naturalibus quæstionibus lib.* 8. Difficilis inuentu est virtus, ducem rectoremque desiderat, & sine magistro, vitia discuntur. IDEM *in Hercule furense.* Non est ad astra mollis è terris via. OVID. *de arte lib.* 2. *Est nulla nisi ardua virtus.* Idem in lib. de Ponto. *Tendit in ardua virtus.* Prosper in lib. epigrammatum. *Amplius incedit spatijs terrena voluptas: Angusto virtus limite celsa petit* PETRONIVS. Nihil tamen tam arduũ est, quod non improbitas extorqueat.

De Quatuor virtutibus cardinalibus.

CAP. XVIII.

Quid prudẽtia & quot eius partes.

TVLLIVS *in Rhetorica prima.* Virtutis partes, vt dictum est, sunt *prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia: Prudentia est rerum bonarum & malarum scientia:* Cuius partes sunt *memoria, intelligentia, Prouidentia. Memoria* est per quam animus repetit ea quæ fuerũt. *Intelligentia* est per quam prospicit animus ea quæ sunt. *Prouidentia* est per quam futurum aliquid videtur, antequam factum est.

Quid iustitia.

IVSTITIA *est habitus, cõmuni vtilitate conseruata, suã cuiq; tribuens dignitatem.* Huius initium à natura profectum est. Deinde quędam in consuetudinem exvtilitatis ratione venerunt; postea vero res, & à natura profectas, & consuetudine probatas, legum metus & relatio sanxit. *Ius naturæ est, quod non opinio genuit, sed quędam innata vis nobis inseruit:* vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatẽ. *Religio* est quæ superioris cuiusdam naturæ (quam Diuinam vocant) curam ceremoniamque affert. *Pietas* est, per quam sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis; officium, & diligens cultus tribuitur. *Gratia* est, in qua amicitiarum, & alterius officiorum memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. *Vindicatio* est, per quam vis & iniuria, & omne offuturum defendendo, aut vlciscendo propulsatur. *Obseruantia* est, per quam ætate, vel sapientia, aut dignitate aliqua antecedentes, veneramur & colimus. *Veritas* est, per quam operam damus, ne quid aliter fiat, aut factum, vel futurum sit, quàm confirmauerimus.

Quid ius naturæ, & quænam virtutes inde proced. vt.

Quid ius cõsuetudinis.

IVS *consuetudinis est, quod voluntate omnium, sine lege, vetustas comprobauit.* Quod genus est ad Pactum; Par, Iudicatum. *Pactum* est quod inter aliquos conuenit. *Par*, quod inter omnes æquabile est. *Iudicatum*, de quo alicuius, aut aliquorum sententiis, iam constitutum est. *Ius legis est, quod in scripto, quod populo expositum est, vt obseruetur, continetur:*

Quid ius legis.

FORTITVDO *est, considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio.* Huius partes sunt *Magnificentia, Fidentia, Patientia, Perseuerantia, Magnificentia* est rerum magnarum excelsa, cum animi ampla quadam & splendida propositione, cogitatio, atq; administratio *Fidentia* est, per quã magnis, & honestis in rebus, multum ipse animus in se fiduciæ, certa cum spe collocauit. *Patientia* est honestatis aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium, voluntaria aut diuturna perpessio. *Perseuerantia* est, in ratione bene considerata, stabilis & perpetua permansio.

Quid fortitudo, & quæ partes eius.

TEMPERANTIA *est, rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio.* Cuius partes sunt *Continentia, Clementia, Modestia. Continentia* est, per quam cupiditas, consilij gubernatione regitur. *Clementia* est, per quam animi, temere in odium alicuius inuectio concitata, comitate retinetur. *Modestia*, per quam pudor honestus, clarã & stabilem comparat auctoritatem. Hæc omnia propter se solũ, vt nihil addatur emolumẽti petẽda sunt.

Quid temperãtia, & quæ partes eius.

De Prudentia & discretione secundum philosophos.

CAP. XIX.

Alia prudentiæ descriptiones.

AVCTOR Prudẽtia quoque sic describitur: *Prudentia est in sui custodia prouida, boni malique sagax dignoscentia.* Item *prudentia est bonarum & malarũ rerum discretio, cum fuga mali, & electione boni.* Item *prudentia est virtus perspicax rationis, quæ non solum præsentia intuetur, sed etiam rerum exitus metitur.*

SENECA *in libr. de virtutibus.* Qui prudentiam sequi desiderat, tunc recte viuit, si omnia prius æstimet, si dignitatem rebus, non ex opinione multorum, sed ex eorum natura constituat: prudentis proprium est examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. Tribus temporibus animus tuus dispẽsetur: prætentia ordina, futura prouide, præterita recordare: propone animo tuo, & mala futura, & bona: illa vt sustinere possis, ista vt moderari. Prudens nunquam otio marcet. Aliquãdo animũ remissum habet, solutum nunquam: tarda accelerat, perplexa expedit, dura mollit, aspera lenit, ardua exequat: ex paruis magna, ex apertis obscura, ex proximis remota æstimat.

Officiũ prudetis describitur.

HIERON. *contra Ruffinum*, Pythagoras, ait, Duorum temporum maxime habẽdam curam, mane & vespe rit; i. eorum quæ acturi sumus, & eorũ quę gessimus.

QVINTILIANVS *vbi supra li.* 8. Prudentis est, quod in vnoquoque optimum est, si possit, suum facere: veruntamen quod imitaturus est quisque primũ intelligat, & cur id bonum sit, sciat: tum in onere suscipiendo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Prudentia rerum exitus metitur.

piendo vires ſuas conſulat: Nam vbique pernicioſiſſimum eſt vires fiducia præueniri. Boetius de conſolatione lib. 2. Non quod ante oculos ſitum eſt ſufficit intueri, rerum exitus prudentia metitur. Terentius in Adelphis. Iſtud eſt ſapere, nō modo quod ante pedes videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere.

De Eodem ſecundum poetas.

CAP. XX.

GAnfredus in poetria. *Preſſum præcurrant oculi, præconſule mentem; & vires metire tuas. Si fortis es aude grandia: ſi fragilis, humeris impone minora. Si doleas, ſine teſte dole, mentiſque dolorem, Ignoret facies; ſi poſſe ſit, arctum. Dilates animum: ſi corpus debile, mens ſit Fortis, & exiguas vires ſupplere memento. Spe grandi.* Ouid. in li. de arte 1. *Arte citę veloque rates. remoque reguntur. Arte leuis currus, arte regendus amor.* Idem in lib. 2. *Qui ſermone placet nocturna ſilentia vitet. Qui canit arte canat, qui bibit arte bibat. Proponas animo multa ferenda tuo.* Idem in li. de Ponto. *Tu modo ſic timeas, & quæ tibi lata videntur. Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta.* Virg. in 1. libr. Eneidos. *Res animos incognita turbat.*

De Memoria.

CAP. XXI.

Quid memoria.

AVCTOR. Itaque prudẽtiæ partes ſunt *Memoria, Intelligentia, Prouidentia, Conſilium, Cautela, Circumſpectio. Memoria eſt ad mentis intuitum imaginaria quædam repræſentatio præteritorum.* Item *memoria eſt virtus per quam animus retractat præterita, vt ex eis metiatur futura.* Vnde in prouerbijs ſapientum legitur, quod *diſcipulus prioris eſt poſterior dies.* Duo quidem præcipuè retractare debemus, ſcilicet delicta perpetrata ad pœnitendum; & beneficia accepta ad remetiendum.

Duo potiſſimum memoranda.

Seneca de naturalibus quæſtionibus lib. 7. Obiiciat ſibi ſenectus annos inter ſtudia vana conſumptos, & damna ætatis malæ exemptæ labor ſartiat, occupationes recidãtur, patrimonij longè cura ſoluatur. Si enim totus animus vacet, & ad cõtemplationem ſui ſaltem in ipſo fine reſpiciat, faciet, ac ſibi inſtabit, & quotidie breuitatem temporis metiens, quicquid amiſſum eſt, diligẽti vitæ præſentis vſura colligat. Fideliſſimus enim eſt ad honeſta tranſitus ex pœnitentia. Itaque iuxta poetriam: Tollimus ingentes animos, & maxima paruo tempore molimur. Faciamus & quod itinere fieri ſolet, qui tardius eximus, velocitate penſantes moram, feſtinemus. Magnum quoque opus abſque ætatis excuſatione tractemus. Creſcit animus, quotiens cœpti magnitudinem oſtendit, & cogitat quantum propoſito, non quantum ſibi ſuperſit. Ad Lucillum epiſt. 4. Tenes vtique memoria, quantum ſenſeris gaudium, cum prætexta poſita, ſumpſiſti virilem togam, & in forum deductus es. Maius expecta, cum puerilem animum depoſueris, & te in viros philoſophiæ tranſtuleris. Cato vbi ſupra. Beneficij quoque accepti memor eſto. Auctor. De beneficiorum commemoratione, atque recompenſatione, *Require plenius infra ca. de gratia.*

Beneficia memoranda.

De intelligentia ſeu recta rerum æſtimatione.

CAP. XXII.

Quid intelligentia & quodnã eius munus.

INtelligentia eſt virtus, quæ rationali vinacitate ſtatũ præſentium penſat, & vnũquodque ſecundum valorem ſuum æſtimat, atque ponderat: *meliora deterioribus anteponens.* Ad hanc itaque pertinet profunda rerum inſpectio, & Integra ipſarum æſtimatio: quia non eas in ſuperficie tantum oculis intuetur, ſed etiam interiorem illarum ſubſtantiam, vel eſſentiam, rationis viuacitate proſequitur; vt eas ſecundum quod ſunt, non ſecundum quod apparẽt, metiatur. Verbi gratia: Si videt mulierem pulchram exterius, ſimul etiam cogitat, quam vilis & fœda ſit interius: ipſaque voluptas, quam turpis ſit, & quam immunda: quam breuis etiam, & quàm damnoſa. Similiter etſi hominem diuitem & ornatum exterius videat, ſimul etiam quid ſit interius cõſiderat: nec eum propter iſta feliciorem reputat. Vnde intelligentia dicitur, ab intus legendo.

Res conſiderandæ ſunt intus & foris.

Ariſtoteles. Si linceis oculis homines vterentur, vt eorum viſus obſtantia penetraret: num introſpectis viſceribus, etiam pulcherrimum corpus turpiſſimum videretur? Apuleius de Deo Socratis. Aequè diuites ſpectare ſolemus, vt equos quos mercamur. Neque enim in equis emendis phaleras conſideramus, aut balthei polimiam inſpicimus: ſed equum ipſum nudũ & ſolum, vt ſit ad ſpectem honeſtus, ad curſum vegetus, ad vecturam validus. Seneca ad Lucillum. Quomodo ſtultus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius & frænos. Sic qui hominem ex veſte, aut ex conditione æſtimat.

Idem in 76. Nemo ex iſtis quos purpuratos vides, felix eſt; non magis quam ex illis quibus ſceptrum & chlamidem in ſcena fabulæ aſſignant, cum præſenti populo elati inceſſerint, & cothurnati ſimul exierint, excalciantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt. Nemo iſtorum quos diuitiæ & honores in faſtigio ponunt, magnus eſt: quare ergo magnus videtur, cum baſi ſua illum metire? Hoc laboramus errore, quod neminem æſtimamus eo quod eſt, ſed adijcimus illi & ea quibus adornatus eſt: at quicunque voles veram hominis æſtimationem inire, inſpice nudũ; ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus etiam ipſum exuat; animum intuere qualis ſit, & quantus, alieno an ſuo magnus. Idem in 80. *Require infra in capitulo de dignitate.*

Vnde homo æſtimandus.

Idem in 66. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, ſed natura pretia rebus imponens, & neutri fortunæ ſe ſubmittens, ſupra omnia quæ contingunt eminens, hic eſt facies virtutis. Poteſt ex caſa vir magnus exire, poteſt & ex deformi humilique corpuſculo, formoſus animus ac magnus. Nec deformitate corporis animus defendatur, ſed pulchritudine animi corpus ornatur.

Virtus in humili latet.

Ouid. in li. Metamor. 7. *Formica paruum genus eſt, patienſque laborum, Quæſitique tenax. Idem in lib. de remedijs. 2. Parua necat morſum ſpatioſum Vipera Taurum: A Cane non magno, ſepe tenetur Aper. Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire. Sed tamen hic breuis, illa perennis aqua.*

De prudenti rerum ponderatione.

CAP. XXIII.

AVCTOR. Ex prudenti rerum æſtimatione, ſequitur earundem iuſta ponderatio, qua ſcilicet potiora deterioribus præponuntur, vt anima corpori, virtus ſanitati, honeſtas voluptati. Tull. de offi. lib. 2. Nemo iuſtus eſſe poteſt, qui mortem, vel dolorem, vel egeſtatem timet, aut ea quæ his contraria ſunt æquitati anteponit. Idem in li. 3. Errat qui vtium vllũ corporis, aut fortunę, vtijs animi grauius exiſtimat. Cum id quod vtile videtur in amicitia, cum eo quod honeſtum eſt comparatur, iaceat vtilitatis ſpecies, valeat honeſtas. Et cum in amicitia, quæ honeſta non ſũt poſtulantur: religio & fides anteponantur amicitiæ.

Honeſtum vtili præponendum

Idem in lib. de Paradoxis. Si autem iſti callidi rerũ æſtimatores, prata & areas quaſdam magni æſtimant, quod huic generi poſſeſſionum quaſi noceri non poteſt; quia neque naufragio, neque incendio amitti poteſt: quanti æſtimanda eſt virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt: quæ nec incendio, neque naufragio amittitur: qua qui præditi ſunt, ſoli diuites ſunt. Soli

Quanti æſtimanda virtus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

enim possident res fructuosas & sempiternas, solique (quod est proprium diuitiarum) rebus suis contenti sunt.

Idem in lib. de fine boni & mali 1. Nemo voluptatem, quia voluptas sit aspernatur: neque dolorem, quia dolor est consectatur. Denique aut voluptates omittantur, maiorum voluptarum adipiscendarū causa: aut dolores suscipiantur, maiorum dolorum effugiendorum gratia.

Res non sunt æstimāda ex fama sed ex sua natura.

Seneca ad Lucillum. Seruiant ergo deteriora melioribus, fortes simus aduersus fortuita. Idem in 81. Abstrahunt à recto diuitię, honores, potentia, & cætera quæ opinione nostra chara sunt, pretio suo vilia. Nescimus æstimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habēt ista magnificum, quo mentes in se trahant, pręter hoc quod mirari illa consueuimus. Idem in 87. Quod contemptissimo cuique contingere, ac turpissimo potest, bonum non est, opes autem & leoni & lanistæ contingunt; ergo bona non sunt.

De prudenti rerum vsu.

CAP. XXIIII.

Prudens ad commodum suum cūcta retorquet.

AVCTOR. Porro ex prudenti rerum æstimatione, iustaque ponderatione, sequitur bonus ac rectus earum vsus, quo vir prudens ad commodū suum cuncta retorquet. Quintilianus 2. lib. Non est æquum id haberi malum, quo bene vti licet. Idem in 8. lib. Prudentis est, quod in vnoquoque optimum est, si possit, suum facere.

Seneca in naturalibus quæstionibus, lib. 2. Ita à natura comparatum est, vt alacrius iniuriæ quam merita descendant; & illa cito defluant, has tenax memoria custodiat. Idem ad Lucillum. Ait Crysippus, Sapientem nulla re egere, & tamen multis illi rebus opus esse: econtra stulto nulla re opus est, nulla enim re vti scit. Idem in 85. Tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Non ex ebore tantum simulacra facit statuarius, sed ex ære, vel marmore, si

Sapiens, mala in bona conuertit.

assit: Sic sapiens virtutem si licebit in diuitijs explicabit; si minus, in paupertate; si poterit in patria, si minus in exilio; si poterit integer, si minus, debilis. Quācunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Sapiens est artifex domandi mala; dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, vbique horrenda, qui ad hunc peruenerunt mansueta sunt.

Item Cicero in oratione pro domo sua. Rerū mobilium non tam facultas & copia est extendenda, quā in vtendo ratio, & in carendo patientia. Horatius in lib. carminū. Non possidētem multa, vocaueris recte beatū. Rectius occupat nomen beati, qui Deorū muneribus sapienter vti, durāque callet pauperiem pati.

Quis dicendus beatus.

Dydimus vbi supra. Beatus enim rerum conditor, varias species formauit in mūdo, quia nullatenus poterat sine earum diuersitate subsistere, quarum vsum humano arbitrio permisit discernendum. Quisque ergo deterioribus omissis, meliora sectatur, non ipse quidem Deus est, sed Dei amicus efficitur.

Bonis cuncta prosunt.

Ouid. in lib. tristium 2. *Nil prodest quod non ladere possit idem.* Prosper vbi supra. *Et bona quæ prauis natura ex dote supersunt, Augent peccati pondera, non minuunt. Cuncta bonis prosunt, quos & mors ipsa beatos efficit, vt sumant præmia principium.* Maximianus. *Non res in vitio, sed malefacta cadunt.*

De prouidentia.

CAP. XXV.

Quid prouidentia.

AVCTOR. *Prouidentia est virtus per quam sagaci subtilitate futurorum euentus colligitur, aduersaque præuidet solerter animus præmunitus.* Tull. de offic. Illud etiam magni ingenij est, cogitatione percipere, & ante constituere quid euenire possit, & quid agendum sit cum euenerit.

Prouidentia est valde necessaria.

Seneca ad Lucillum epistola. 4. Aduersus omnia quæ accidere possunt te adhortare, & indura; nemi nem enim eo fortuna prouexit, vt non tanrum illi minaretur, quantum promiserat. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare concutitur. Idem in 30. Venit aliquis ad mortem iratus morti; venientem illam nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerit. Idem in Agamemnone O quàm miserū est nescire mori. Plinius secūdus in epistola ad Nauicum maximum. Dum vita suppetit enitamur, vt mors quā pauciſſima, quæ abolere possit, inueniat. Lucanus li. 9. Scire mori sors prima viris. Auctor. *De hac matęria require superius cap. de Prouidentia, & in capitulo de cautela: & etiam inferius capi. de præparatione sui contra mortem.*

Quis mortē libenter excipit.

De Consilio & deliberatione.

CAP. XXVI.

Quid consilium & deliberatio.

AVCTOR. *Consilium* est examinandarum gubernandarumque causarum, subtilis animi profectus. *Deliberatio* est ante quodlibet inceptum, plena maturitatis & solertiæ consideratio. *Item* consilium est bene excogitata ratio, aliquid faciendi. Ex prouerbijs sapientum. Diu considerandum est, quicquid statuēdum est. Item Salustius in catilinario. Priusquam incipias, consulto: at vbi consuleris, mature opus est facto. Tull in Rhet. 1. *Consilium est aliquid faciendi vel non faciendi, vere excogitata ratio.*

Idem in lib. de offic 1. Fortis animi & constantis, nō perturbari in rebus asperis, nec tumultuantē de gradu deijci, sed præsenti animo & consilio vti, nec à ratione discedere, futura percipere, & quando constituere quid euenire possit, & quid agendum sit cum euenerit. Idem in lib. 3. Qui deliberant: *require supra cap. de honestate.* Idem in lib. de senectute. Non viribus aut velocitate corporis res magnæ geruntur, sed consilio, auctoritate, & sententia. Idem in Philippica xi. Maioris consilij est præuidere, ne quid triste accidat, sed animi non minoris fortiter ferre, si euenerit. Idem in 12. Omnino est etiam amans sui virtus, optimè enim se ipsā nouit, & quàm amabilis sit intelligit.

Consilio res magna geruntur.

Apuleius in lib. de Deo Socratis. Quidam per angiportam reptantes, consilia non ex suo corde, sed alienis vocibus collidunt; & vt ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant. Quintil. 2. lib. Plurimum in consilijs valet auctoritas. Nam & prudentissimus & optimus haberi debet, qui sententiæ suæ de vtilibus atque honestis credere omnes velit. Idem in 8. Nouerit quisque se, nec tantum ex communibus præceptis, sed ex natura, consilium capiat formandæ actionis.

In consilijs multum valet auctoritas.

Sene. ad Lucillum. 33. Viri boni auiditas tuta est, quæ subit ex bona conscientia, ex honestis consilijs, ex contemptu fortuitorum. Pauci sunt qui consilio se suaque regant; cæteri, eorum more quæ fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. Idem. 37. Turpe est non ire, sed ferri; & subito in medio turbine rerum stupentem quærere, huc ego quemadmodum veni? Socrates. Oriente sole consilium, occidente conuiuium cogitato. Idem. Velox consilium sequitur pœnitentia, maximeque consilio sunt contraria, festinatio & ira. Sydonius in epistolari lib. 3. Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicant, quoties de negotiorum meritis ambigentes, ad peritiorum consilia recurrunt. Cato in lib. de moribus. Antequam voceris, ad consilium ne accesseris. Idem. Tu te consule. Idem. *Consilium arcanum tacito committe sodali. Vtile consilium dominus ne despice serui. Nullius sensum si prodest spreueris vnquam.* Ganfredus vbi supra. Si vis bene duci, te certo committe duci.

Festinatio & ira consilio aduersātur

De Cautela & circumſpectione.

CAP. XXVII.

Quid cautela & circũſpectio.

AVCTOR. Prudentiæ quoque ſpecies eſt *cautela, qua malum ſagaciter & aſtute cauetur. Circumſpectio* autem eſt contrariorum vitiorum cautela, qua ſi vnum fugimus, alterum declinamus. Socrates. Melius eſt cauere, quàm pauere. Ex prouerbijs ſapientũ. Bonum eſt in alieno malo fugienda aſpicere, citius euenit periculum cum contemnitur. Ex alterius vitio ſapiens emendat ſuum. Inimicum quamuis humilem, docti eſt metuere.

Cautela admodum neceſſaria mũdanis.

Panetius. Vitam hominum qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuiſque eſſe vſui volunt, ad cauẽda pericula ex improuiſo aſſidua & prope quotidiana, oportet eſſe animo prompto ſemper & intento; vt ſunt athelarum (qui Pancratij vocantur) vt ſicut illi ad vitandos ictus cauti, & ad faciendos ſunt periti; ita animus & mens viri prudentis, aduerſus vim & petulantias iniuriarum omnium, in loco atque tempore proſpiciens, debet eſſe recta, ardua, ſepta, numquam conniuens, nuſquam aciem flectens, conſilia cogitationeſque contra fortunæ verbera, atque inſidias inimicorum, quaſi brachia & manus protendens, ne qua in re aduerſa repentina incurſio, imparatis improtectiſque nobis oriatur.

Terentius in Phormione. Dum maxime hominum ſecundæ ſunt res, tunc maxime meditari eum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferat, ne quid animo ſit nouum: Et ſic quicquid præter ſpem eueniet, in lucro deputare. Seneca ad Lucillum. Feſtis maximè diebus animo imperandum eſt, vt tunc voluptatibus ſolus abſtineat, cum in illas omnis turba procubuit.

Mala præcogitata minus feriunt.

Idem in 76. Præcogitati mali mollis ictus venit, ac ſtultis & fortunæ credentibus, omnis videtur noua rerum & inopinata facies: magna autem pars eſt apud imperitos mali nouitas. Ideo ſapiens aſſueſcit ſe malis futuris, & quę alij diu patiendo faciunt leuia, hic leuia facit diu cogitando. Idem in Hercule furente. Nemo ſe tuto diu periculis offerre tam crebris poteſt. Quintilianus lib. 2. Carendum eſt non ſolum crimine turpitudinis, verum etiam ſuſpicione. Caſſiodorus in li. epiſtolari 33. Maior in conſeruandis rebus, quàm in inueniendis, adhibenda eſt cautela.

Dicta poetarum de cautela & circũſpectione.

Adhuc de eodem ſecundum poetas.

CAP. XXVIII.

OVIDIVS in lib. de arte 1. *Quique alijs cauet, non cauet ipſe ſibi.* Idem in 2. li. *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.* Idem in 3. *Diſcite ab alternis noſtris timuiſſe querelis.* Idem in lib. de remedijs. *Quæ nimis apparent retia, vitat auis.* Cato vbi ſupra. *Cum fueris felix, quæ ſunt aduerſa caueto. Proſpice qui veniunt hos caſus eſſe ferendos. Nam leuius lædit, quicquid præuidimus ante. Quod tibi ſuſpectum eſt, confeſtim diſcute quid ſit: Namque ſolent primo quæ ſunt neglecta nocere. Tranquillis rebus, quæ ſunt aduerſa caueto. Rebus in aduerſis melius ſperare memento.* Claudianus in maiori volumine. *Quid iuuat errores merſa iam quippe fateri?* Idem *Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.* Idem. *Plus eſt ſeruare quæſitum, quam quæſiſſe nouum.* Matth. in lib. de Thob. *Et ſcaturizantes laſus abhorret aquas.* Tibullus. *Felix quicunque dolore Alterius didicit poſſe cauere ſuum.* Ganfredus vbi ſupra. *Syrenes exemplar habe, docearis in illis, Caſibus in latis ſemper peiora cauere. Eſto Argus, & argutis oculis, circumſpice ne ſis ſecurus hodie, vel cras moriturus. Intus ſiue foris, eſt plurima cauſa timoris. Cunctis ſis horis, hominis memor interioris.*

De obſeruanda temporis opportunitate.

CAP. XXIX.

Prudentis eſt opportunitatem obſeruare.

AVCTOR. Quoniam autem (vt ait Salomon) omnia tempus habent: Omnique negotio tempus eſt & opportunitas; magna prudentiæ pars eſt, opportunitatem tempotis ſemper in omnibus quæ agenda ſunt obſeruare. Sunt enim plurima, quæ ſi tẽpore ſuo fiant, vtilia ſunt & ſalubria; alias autem dãnoſa vel pernicioſa.

Seneca in declamationibus lib. 4. Neceſſitas eſt lex temporis neceſſitas nauigia iactu exonerat: Neceſſitas incendia ruinis opprimit. Oui in lib. de remedijs. *Temporibus medicina valet; data tempore proſunt: Et data non apto tempore vina nocent. Principijs obſta, ſero medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras. Sed propera, nec venturas differ in horas. Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit. Vidi ego quod primum fuit ſanabile vulnus, Dilatum longæ damna tuliſſe morę.* Idem in lib. 2. *Frigore ſoles: Sole iuuant vmbræ, grata ſit vnda ſiti: Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.* Idem in lib. de Ponto. *Lata quidem latus cecini, cano triſtia triſtis. Conueniens operi, tempus vtrumque ſuum.* Cato vbi ſupra. *Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat. Inſipiens eſto, cum tempus poſtulat aut res. Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt.* Auctor. *De hac quoque materia inferius require capitulo de Maturitate, capitulo quoque de Zelo & Correctione.*

Quoduis ſuũ tempus habet.

Non eſt crimen mutare mores cum tempus poſtulat.

De iuſtitia.

CAP. XXX.

Quid Iuſtitia & cur Cardinalis nuncupata.

AVCTOR. *Iuſtitia eſt virtus vnicuique ius ſuũ tribuens, vtilitate communi ſeruata.* Item *iuſtitia eſt virtus, per quam communitatis gratia tenetur, & ſui cuique dignitas non negatur.* Item iuxta Ambroſium. *Iuſtitia eſt, quæ ſuum cuique reddit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt æquitatem cuſtodiat communem.* Quæ & rectiſſimè cardinalis virtus dicitur; quia circa illam omnes aliæ verſantur: dum in omni virtute, ſcilicet aut Deo, aut ſibi, aut proximo, quod ſuum eſt redditur.

Fũdamentũ iuſtitiæ eſt fides.

Tull. de offi lib 2. Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, Id eſt conuentorum dictorumque conſtans veritas. Idem in lib 2. Nemo iuſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorem, vel egeſtatem timet, aut ea quæ his contraria ſunt æquitati anteponit. Tanta eſt iuſtitiæ vis, vt nec illi qui maleficio & ſcelere paſcuntur, ſine vlla eius particula viuere poſſint: nam & princeps latronum niſi æqualiter prædam diſpertiat, aut interficietur à ſocijs, aut relinquetur. Idem in lib. 3. Iuſtitia eſt vna omnium domina, reginaque virtutum. Idem in lib. de leg bus primo. Nihil præſtabilius, quam intelligi plane nos ad iuſtitiam eſſe natos: nec opinione, ſed natura ius eſſe conſtitutum. Idem in eodem. Iuſtitia eſt obtemperatio legibus ſcriptis inſtitutiſque philoſophorum, idipſum autem iuſtiſſimum eſt, iuſtitiæ mercedem non quærere.

Iuſtitia etiã inter latrones eſt neceſſaria ex parte.

Alia iuſtitiæ deſcriptiones.

Seneca de quatuor virtutibus. Iuſtitia eſt naturæ tacita conuentio, in adiutorium multorum inuenta. Iuſtinianus Inſtitutionum lib. 1. *Iuſtitia eſt conſtans ac perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens.* Hugo. Opus iuſtitiæ eſt motus mentis rationalis, qui ſecundum Deum incidit, à cordis conceptione ſurgens, & foras vſque ad actionem corporalem procedens. Lactantius in lib. de vera iuſtitia. Iuſtitia quamuis omnes ſimul virtutes amplectatur, tamen duæ ſunt omnium principales, quæ ab ea diuelli & ſeparari non poſſunt, pietas, & æquitas. *Pietas* (ſicut veriſſime Triſmegiſtus diffinit) nihil aliud eſt, quam Dei notio. *Æquitas* autem virtus eſt, non bene iudicandi (quod

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& ipsum laudabile est in homine iusto, sed se cum cæteris coæquandi, quam Cicero æqualitatem vocat. *Deus voluit homines esse æquales.* Deus enim qui hominem generat & inspirat, omnes æquos, id est pares esse voluit, eandem viuendi conditionem omnibus proposuit, immortalitatem omnibus spopondit, nemo apud eum seruus est, nemo dominus: si enim cunctis idem pater est, æquo iure omnes liberi sumus: nemo Deo pauper est, nisi qui iustitia indiget: nemo diues, nisi qui virtutibus plenus est. diuitiæ non faciunt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores. Qui autem pauperes videntur, eo tamen diuites sunt, quo & non egent, & nihil concupiscunt. Idem in li. de vero cultu. *Duo sunt officia iustitiæ.* Primum ergo iustitiæ officium est coniungi cum Deo, secundum cum homine; sed illud primum religio dicitur, hoc secundum misericordia, vel humanitas nominatur; quæ virtus propria est iustorum, & cultorum Dei, eo quod sola continet vitæ communis rationem: Nullius opera indigere se putat, qui suam alteri denegat.

De Latria siue Religione.

CAP. XXXI.

Species iustitiæ. AVCTOR. In summa vero, species iustitiæ videntur esse, Latria, Humilitas, Reuerentia, Obediētia, Pietas, Concordia, Liberalitas, Gratia, Moralitas, Fides, Lex, Seueritas, Misericordia. Est autem Latria idem quod cultus Dei siue religio, quæ sic describitur. *Quid religio.* *Religio est virtus quædam superioris vitæ, qua scilicet diuino cultui religamur. Religio est cultus, per quem reuerenti famulatu ceremoniæ diuini cultus exercentur.*

Hugo Deum adorare, est totam ei mentem per humilitatem substernere, ipsumque principium & finem omnis boni credere. Mercurius Trimegistus ad Asclepium. Solum animal homo duplex est, & eius illa pars simplex, quam vocamus diuinæ similitudinis formam: humanitas ergo semper memor naturæ & originis suæ, in deitatis imitatione perseuerat: nos ergo agentes gratias adoremus. Hæ sunt enim summæ intentiones Dei. Cum gratiæ aguntur; cum mortalibus hominum adorationibus, & laudibus, & obsequijs; cælum, cælestesque delectantur: nos pijssimis votis optamus, si diuinæ placeret pietati, vt nos mundana custodia absolutos, superioris partis naturæ restituat. Et hęc est merces, pie sub Deo diligenter cum mundo viuentibus. *Forma hominis est imitatio deitatis.*

Mēs pura est templū Dei. Sextus Pythagoricus in li. sententiarum. Libertatē arbitrij permisit hominibus Deus, vtpote & sine peccato viuentes, similes fiant Deo. Templum Deo est mens pura, & altare optimum est ei cor mundum. Vir castus, & sine peccato, potestatem accepit à Deo, esse filius Dei. Ex prouerbijs sapientū. Non aspicias quàm plenas, sed quàm puras quis Deo manus afferat & admoueat: non enim alter, nisi optimus animus, pulchertimus Dei cultus est. Aug. de ci. Dei 8. li. Plato quoque dicit amatorem Dei philosophum esse. Sen. ad Lucillum 74. Placeat igitur homini, quod Deo placet, ob hoc ipsum quod Deo placet.

De eodem secundum poetas.

CAP. XXXII.

PROSPER vbi supra. *Hac desiderij Deus ex pietate colendus. Iustitiæ vt merces tota sit ipse Deus. Optima vota Deo, quorum est dator ipse, vouentur. Hoc sursum dignum est ire, quod inde venit. Tales à domino quales formamur, amamur. Non quales nostris extitimus meritis. Omnem habitum mundi totus Deus implet, & ambit. Quem templo cordis, mens pia semper habet. Libertas nulla est melior, maiorve potestas, Quam seruire Deo, cui bene seruit amor. Absque iugo posita est ditionis amica voluntas, Quæ viget affectu, non gemit imperio.* *Nulla libertas melior quam seruire Deo.*

A Ex prouerbijs sapientum. Tutissima res est, aliquid domini timere.

De vitanda superstitione secundum philosophos.

CAP. XXXIII.

DIDIMVS ad Alexandrum. In honorem diuinum pecudes innocuas non mactamus, nec delubra metallis argenteis incrustata fundamus, nec auro altaria & gemmis splendentia dedicamus: quæ si vt non habenti Deo largiaris, superiorem te asseris; si vt habenti, parem; quorum vtrumuis feceris, contumelia est: non suscipit Deus sacra sanguinea, cultum diligit incruentum; verbo propitiatur orantibus, quod solum ei cum homine est, suaque similitudine delectatur: nam verbum Deus est, hoc mundum creauit, hoc regit, atque alit omnia; hoc veneramur; hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus. Siquidem Deus ipse spiritus atque mens est; & ideo non terrenis diuitijs nec largitate magnificatur, sed religionis opibus, & gratiarum actione placatur: quapropter nimium vecordes vos & miserabiles iudicamus, qui originem nostram esse celestem nō sūspicitis, magnamque cum Deo habere cognationem: sed splendorem generis nostri, rebus vilissimis obfuscatis. Quippe quibus maxima in carne voluptas est, hanc fouetis, & colitis, & amatis; cuius & contractatio horrenda est, & contagio morientis incesta. In cuius vsibus elementa vexantur, & mundus in exhibēdis laborat obsequijs. Et quod est vehementius, audetis Deum cæsis carnibus expiare; & in hoc scilicet à carne decepti. Re enim vera non opitulares Deo, sed carnifices teterrimos inuocatis, qui viscera vestra suppliciorum diuersitate discerpant. O vos infelicissimos, quorum religio crimen est, & vita supplicium. Cicero in oratione pro domo sua. Est etiam quidam religionis modus, nimiumque superstitiosum esse non oportet. B C

De Eodem secundum poetas.

CAP. XXXIIII.

PERSIVS. *O curua in terris anima, & celestium inanes, Quid iuuat in templis nostros immittere mores? Dicite pontifices, in sancto quid facit aurum? Qui damus id superis, de magna quod dare lance Non possit magni Messalæ Lippa propago, Compositum ius, fas animi, sanctosque recessus Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.* *Dicta poetarum de superstitione.* D

Oui. in lib epistolarum. *Pone deos, & qua tangendo sacra profanas: Non bene calestos impia dextra colit.* Tibullus 2. li. *Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris, Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.*

De sacris diebus colendis.

CAP. XXXV.

SENECA ad Lucillum epistola 18. Festis maxime diebus animo imperandum est, vt tunc voluptatibus solus abstineat, cum illas omnis turba procubuit. *Dicta poetarum de colēdis festum.* Oui. in li. de fastis. *Prospera lux oritur, linguis animisque fauete, Nunc dicenda bono sunt bona verba die. Lite vacent aures, insanaque protinus absint Iurgia, differ opus liuida turba tuum.* E

Tibullus li. 2. *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator: Et graue suspenso vomere cesset opus. Soluite vincla iugis, nunc ad præsepia debent, Plena coronato vertice, stare boues. Omnia sunt operata Deo, non audeat vlla Lanificam pensis imposuisse manum. Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris, Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus. Vina diem celebrant, nec festa luce madere, Est rubor errantes & male ferre pedes.*

Prosper vbi supra. *Non recto seruat legalia sabbate*

cultu

cultu. Qui pietatis opus, credit in his vetitum. Nulla dies A *actus hominum non damnat iniquos. Omnia conueniunt tempora iuſtitiæ. Nec corrumpuntur virtutibus ocia ſancta, Tantum à peccatis libera corda vacent.* Ex li. digeſtorum 2. Vlpianus. Lege cautum eſt, ne diebus feriatis iudicatum ſit, niſi ex voluntate partium. Paulus lib. 13. ad Sab. More Romano dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur; ita quod in his 12. horis, ideſt duabus dimidiatis noctibus, luce media actum eſt, perinde quaſi quauis hora lucis actum eſt.

De oratione ſecundum philoſophos.

CAP. XXXVI.

PORPHIRIVS. Deus vtpote omnium pater nullius indiget; ſed nobiſcum bene eſt, cum per iuſtitiam & caſtitatem eum adoramus; precem ad eum fundẽtes per imitationem, & inquiſitionem de ipſo. Inquiſitio enim purgat, imitatio deificat affectionem, ad ipſum operando. Dydimus vbi ſupra. Verbo Deus propitiatur orantibus, quod ei ſolum eſt cum homine, ſuaque ſimilitudine delectatur. *Quid à Deo petendum.*

Valerius 7. lib. Socrates, humanę ſapientiæ quaſi terreſtre quoddam oraculum, nihil vltra petendum eſſe à Dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent: eo quod hi ſcirent quid vnicuique vtile eſſet. Nos plerumque id votis expetimus, quod meliùs foret non impetraſſe. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta. O mortalium mens, in quam latè patente errore cæcas pręcationes tuas ſpargis; Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſcis, qui complures peſſundederunt, ſplendidis cõiugijs manus injcis, quæ nonnunquam domos funditus euertunt. Deſine igitur ſtulta, à futuris malorũ tuorum cauſis, & quaſi feliciſſimis rebus inhiare ſtude, & te totam cęleſtium arbitrio committe: quia qui bona facile tribuere ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt. *Petẽda ſunt Deo quæ ipſe nouit magis expedire.*

Athenodorus Stoicus. Tunc ſcio te omnibus cupiditatibus eſſe ſolutum, cum eo peruueneris, vt nihil Deum roges, niſi quod poſſis rogare palam. Item Iuuenalis libro 4. *Orandum eſt, vt ſit mens ſana, in corpore ſano. Fortem poſce animum mortis terrore carentem.*

De eodem ſecundum poetas.

CAP. XXXVII.

MARTIALIS COQVVS. *Parua rogas magnos, ſed non dant hoc quoque magni. Vt leuius pudeat te Matho magna roga.* Ouidius de arte lib. 1. *Flectitur ira tus, voce rogante, Deus.* Idem. *Facile eſt omnia poſſe Deo.* Idem in lib. de Ponto. *Confugit interdum templi violator ad aram, Nec petere offenſi numinis horret opem.* *Dicta poetarũ de oratione.*

Proſper vbi ſupra. *Laus vera in Deum deprimitur ore precantis. Si quę voce ſinunt, intima cordis habent. Qui dedit vt quaeras, addit vt inuenias. Cum Deus effectũ precibus non præſtat iniquis, Multum concedit, quod nocitura negat. Iratus ſineret, quod prohibet placidus. Cum pia mens in laude Dei ſuperata laboras, Gaude quod tãtum te bene iuuat opus. Quare bonum ſine fine bono, & perfiſte reperto. Quarere non habeant talia vota modum. Nam qui ſe nullo iam munere credit egere. Creſcere vero cupiens, perdit adepta tepens.*

Sedulius in carmine paſchali lib. 1. *Saluę ſancta parens, enixa puerpera regem, Qui cęlum terramque regit per ſæcula, cuius Numen & æterno complectens omnia gyro, Imperium ſine fine manet, quę ventre beato, Gaudia matris habens, cum virginitatis honore, Nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem. Sola ſine exemplo placuiſti famina Chriſto, Chriſte fauę votis, qua mundũ in morte iacentem. Viuificare volens quondam terrena* B

petiſti. Item Cato vbi ſupra. *Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.*

De humilitate.

CAP. XXXVIII.

AVCTOR. *Humilitas eſt prorię conditionis, vel conditoris intuitu, voluntaria mentis inclinatio.* Item *humilitas eſt amor, ſiue voluntas perſiſtendi in proprio gradu.* Item *humilitas eſt virtus, per quam animus fragilitatis ſuę memor, in nullo ſe extollit, nihilque boni ſibi aſcribit.* Bruno. *Humilitas eſt virtus, qua homo ſibi veriſſima ſui cogitatione vileſcit.* *Quid humilitas*

Seneca ad Lucillum epiſtola. 1. Quando fatuo delectari volo: neque enim mihi longe quærendus eſt, meipſum rideo. Ariſtoteles in Meta. lib. 5. Qui humiliatur ſponte, melior eſt quam ille qui humiliatur inuitus. Seneca ad Lucillum 20. Redige te ad parua, ex quibus cadere non poſſis. Valerius Maximus 4. lib. Valerius cum omnia inſignia ſub titulo conſulatus in ſe tranſlata cerneret, inuidioſum magiſtratus faſtigium, moderatione, ad tolerabilem & humilem habitum deduxit: quid, quod ædes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitæ, inſtar arcis habere videbantur, nonne quantum domo inferior, tantum gloria ſuperior euaſit? Idem in 8. lib. Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangitur. Prudentius in li. de conflictu vitiorum & virtutum. *Humilitas, intendit greſſum mediocriter, oraque parce Erigit, & coitu moderatur gaudia vultu.* Ouid. in lib. de triſtibus 3. *Viue tibi, & longe nomina magna fuge. Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper, Propoſitique tui contrahe vela precor.* Item Horatius libro epiſtolarum. *Parum parua decent.* Verſificator. *Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe. Spernere ſe ſperni, quatuor hæc bona ſunt.* C

De Reuerentia.

CAP. XXXIX.

AVCTOR. *Reuerentia eſt virtus, qua ſublimioribus debitum honorificationis cultum exhibemus,* Deo ſcilicet, & Angelis, & Hominibus. De reuerentia Deo exhibenda dicit Ariſtoteles. *Nunquam verecundiores eſſe debemus, quàm cum de Dijs agitur.* Boetius de conſolatione lib. 5. Magna vobis ſi diſſimulare non vultis, indicta eſt neceſſitas probitatis; cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. *Quid reuerentia.* D

Valerius 5. lib. Xenophon cum ſacrificaret, maiorẽ e duobus filijs in prælio perijſſe cognouit: nec ideo cultum Deorum dimittendum putauit. Idem in eodem. Horatius Puluillus cum Ioui pontifex ædem dedicaret, & in ſolemnium nuncupatione verborum poſtem tenens, mortuum eſſe filium ſuum audiſſet, nec manum à poſte remouit, nec vultum à publica religione ad priuatum dolorem deflexit: ne patris magis quàm pontificis partes egiſſe videretur. *Exempla.*

Statius in Thebaide lib. 4. *A Ioue primus honor.* Virgilius in bucolicis. *A Ioue principium.* Cato in lib. de moribus. Maiori cede. Aul. Gellius in lib. Atticarum noctium primo. Apud antiquiſſimos Romanorum, neque generi, neque pecuniæ pręſtantior honor tribui quàm ætati ſolitus eſt. Symmachus in li. epiſtolari. Indignus quoque læditur ille, quem religio non permittit offendi. Quintilianus in lib. cauſarum 18. Genus etiam eſt reuerentiæ, vt tacenda minime ſcire velis. Petronius. Itaque periculoſum eſt alienis intereſſe ſecretis. E

De Obedientia.

Cap. XL.

Quid obedientia.

AVCTOR. *Obedientia est animi deliberati iusta iussionis effectus.* Item; *obedientia est iussi pio studio, executio, & propria voluntatis abnegatio, & voluntaria recusatio. Inobedientia vero est ex duritia mentis obstinata, cui debeas imperanti, nolle obtemperare.* Hugo. *Obedientia vera est, pro amore Dei seruare mandatum.* Tullius in libro de legibus. Iustitia est obtemperatio legibus, scriptis, & institutis populorum. Idem In libro 3. Et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, vt qui modeste paret, videtur qui aliquando imperare dignus esset. Si inuitus pares seruus es; si volens, liber.

Non potest bene imperare qui nescit parere.

Cassiodorus in lib. epistolarum 13. Animus dolosus non sequitur imperantis arbitrium, sed suas explicat voluntates. Virgilius in Georgicis 4. li. *Est legum seruanda fides, suprema voluntas: Quod mandat, fierique iubet, parere necesse est.* Salustius in Catilinario. Quo modo te conueniet in minore negotio legem timere, si eam in maiora neglexeris. Terentius in Adelphis. Quid tu illic agas, vbi si quid bene præcipias, nemo obtemperat.

Lex aranearum telis similis.

Valerius lib. 7. Subtiliter Anatharsis, leges Aranearum telis comparabat. Nam vt illas infirmiora animalia retinere, & valentiora transmittere: ita & his, humiles ac pauperes audimus constringi, diuites ac præpotentes non alligari. Horatius in lib. epistolarum. Sunt qui turpe putant parere minoribus. Et quæ imberbes didicere, senes prodenda fateri. Lucanus. *Tu quidquid iubeare, velis.* Sedulius in carmine paschali, lib. 1. *O iusti mens sancta viri, pietate remota; plus pietatis habens, contempsit vulnera nati, Amplexus præcepta Dei,* scilicet Abraham. Auctor. *De obedientia quoque voluntaria, require supra capitulo de voluntario, quod cadit in diffinitione virtutis.*

De Pietate.

Cap. XLI.

Quid pietas.

Pietas est virtus, qua debitum honorem parentibus exhibemus. Item *pietas est, ex benigne mentis dulcedine, grata omnibus auxiliatrix affectio.* Tull. in Rhetorica 1. *Pietas est, per quam sanguine coniunctis, patriæque benevolis: officium, & diligens cultus tribuitur.* Seneca in Thyeste. Nulla vis maior pietate vera est; quoſque verus amor tenuit, tenebit.

Vale. lib. 5. Humanitatis dulcedo, & inferata barbarorum ingenia penetrat, orbosque & truces hostiũ oculos mollit, & inter districtos mucrones placidum iter reperit; nulla acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretium charæ pietatis euilescit; quin etiam eo certius, quo miserius experimentum habet.

Exemplum pietatis.

Sanguinis ingenui mulierem prætor, apud tribunal suum, capitali crimine damnatam, in carcere necandam tradidit. Is autem qui custodiæ præerat, misericordia motus, non eam protinus strangulauit, aditũ quoque filię, sed diligenter excussę, ne quid sibi inferret, dedit: futurum existimans, vt inedia consumeretur. Pluribus autem iam transactis diebus, secum ipse quærens, quidnam esset quod tamdiu sustentaretur, curiosius obseruans, animaduertit filiam exerto vbere, famem matris, lactis sui subsidio lenientem Quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ad iudices prolata, remissionem pœnæ mulieri impetrauit. Quo ergo non penetrat, aut quid non excogitat pietas? quid enim tam inusitatum & in auditum, quam matrem natæ vberibus alitam? Putaret hoc aliquis contra rerum naturam factum, nisi parentes diligere prima naturæ lex esset.

Exemplum.

Idem de pietate prædicatur, qua patrem suum Cymona consimili fortuna affectum, parique custodia traditum, iam vltimæ senectutis, velut infantem pectori suo admotum aluit. Hærent oculi hominum, ac stupent, cum huius facti pictam imaginem vident. Cæteræ quidem virtutes admirationis multum, pietas autem & amoris meretur plurimum.

Exemplum.

Scripti testamentum perhibeo pietatis. Dario totis regni sui viribus in Scytharum regionibus impetum facienti, paulatim cedentes, & interroganti; Quem finem fugiendi, vel quod initium pugnandi facturi essent: Responderunt se, nec vrbes, nec agros cultos habere, pro quibus dimicarent: Cæterum cum ad parentum suorum monumenta veniissent, sciturum eum quemadmodum Scythæ præliari solerent. Quo quidem vno tam pio dicto, immanis & barbara gens, ab omni feritatis crimine se redemit.

Natura pietatis magistra.

Prima igitur & optima rerum natura, pietatis magistra est, quæ nullo vocis ministerio, nullo vsu literarum indigens, proprijs ac tacitis viribus, charitatem parentum, liberorum pectoribus infundit. Quid ergo doctrina proficit? vt politiora, scilicet non vt meliora fiant ingenia: quoniam quidem solida virtus nascitur, magis quam fingitur. Quis enim Scythas palustres, vagos, & syluarum latebris corpora sua tegentes, in modumque ferarum laniatu pecudum viuentes, sic Dario respondere docuit? Illa nimirum quæ Cræsi etiam filium loquendi vsu defectum, ad protegendam patris vitam, ministerio vocis instruxit. Hanc charitatem proximus fraternæ benevolentiæ gradus excipit: quàm copiosæ etenim suauitatis illa recordatio est: In eodem domicilio antequam nascerer habitaui, in eisdem cunabulis infantiæ tempora peregi, eosdem parentes appellaui: chara est vxor, dulces liberi, iucundi amici, affines accepti: sed postea cognitis, nulla benevolentia debet accedere, quæ priorem exhauriat. Statius in Thebaide lib. 10. *Prolis amor crudelia vincit pectora.* Ouidius in lib. de tristibus 1. *Pietas & in hoste probatur.* Petronius. *O maxima rerum: & merito pietas homini tutissima virtus.* AVCTOR. aliquando vero pietas dicitur cultus Dei.

Solida virtus nascitur potius quam acquiritur.

De Amore patriæ.

Cap. XLII.

Pietas est pro patria incõmoda tolerare.

AVCTOR. Ad pietatem quoque pertinet amor patriæ, de qua multa loquuntur authores. Tullius in Rhetorica 2. Quoniam omnia commoda prouenerunt ex patria, nullum incommodum pro patria tolerare est graue putandum. Idem in Tusculanis quæstionibus li. 1. Nemo vnquam sine magna spe immortalitatis, se pro patria offert ad mortem. Idem contra Antonium. Omniuo vero nulla est cuiquã causa iusta, contra patriam arma capiendi. Symmachus in li. epistolari. Patriam alimentorũ defectu laborantem, periculosum est inhabitare, crudele & impium deserere.

Exemplum.

Valerius lib. 5. Codrus rex Athenienſium, cum ingẽti hostium exercitu Actica regio debilitata, ferro & igni vastaretur, humani auxilij diffidentia, ad Apollinis oraculum confugit, ac per legatos scisitatus est, quonam modo tam graue bellum illud discuti posset. Cui respondit: ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. Hoc non solum in Athenienſium castris, sed etiam contrarijs percrebuit, ob hoc illic edictum est, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognouit, depositis insignibus imperij, familiarem cultum induit, ac perambulantium hostium globo se obiecit; vnũque ex his falce percussum in cædem suam compulit, ne Athenæ occiderent.

Exemplum.

Themistocles, quem virtus sua victorem, & iniuria patriæ Persarum imperatorẽ fecerat; vt ab ea expugnãda se abstineret, instituto sacrificio, exceptũ patera Tauri sanguinẽ hausit, & ante arma ipsa, quasi quędã clara pietatis victima, cõcidit. *Aristoteles,* supremæ vitæ reliquias, senilibus ac rugosis membris in sũmo literarum ocio vix custodiẽs, adeo valenter pro salute

patriæ

patriæ incubuit, vt eam ab hostibus armis solo æquatam, in lectulo Athenienſi iacens, Macedonum manibus quibus obiecta erat, eriperet. Itaque vrbs tam ſtrata atque verſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus. *Ennodius*. Amica eſt homini ad genitale ſolum reuertendi ſemper hylaritas. Horatius in li. carminum. Dulce & decorum eſt pro patria mori. Ouidius in li. de Ponto. *Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cunctos, Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.* Idem in li. ſine titulo 2. *Felix quẽ ſua terra tenet. Nauta ſolicitus, cum ventos exhorret iniquos: Et propetã latum, quam prope cernit aquam. Tutius eſt fouiſſe thorũ, legiſſe libellos: Thraiciam digitis increpuiſſe lyram.* Galtherus in Alexandreide lib 1. *O patriæ natalis amor, ſic allicis omnes.* Idem in lib. 6. *Dulcior eſt patrius alieno cæſpite ceſpes, Eſt aliquid patrio ſe reddere poſſe ſepulchro.*

Amor patriæ eſt cuiuis innatus.

De humanitate vel manſuetudine.

Cap. XLIII.

A Vctor. *Humanitas eſt elegans & grata quadam vrbanitas homini innata, quæ reddit eum omnibus benignum, affabilem, & iucundum*: & eſt idẽ penè quod manſuetudo. Nam & homo dicitur eſſe animal manſuetudo. Vnde humanitas videtur eſſe manſuetum natura. Vnde humanitas videtur eſſe manſuetudo. Quæ ſic deſcribitur. *Manſuetudo eſt virtus, quæ quis tractabilis eſt, non aſper, non indomitus, ſed omnibus affabilis, & iucundus.* Item *manſuetudo eſt animi dulcedo, ſiue tranquillitas, aut beniguitas, quæ nec prouocat, nec prouocatur.* Item *manſuetudo eſt virtus, per quam domeſtici trãquillitas animi, nullius improbitate, limitem ſua quietis excedit.* Hæc eſt homini quaſi naturalis vt dixi, & ideo rectè poteſt humanitas vocari. Valerius lib. 5. Humanitatis dulcedo, & inferata barbarorum ingenia penetrat, orboſque & truces hoſtium oculos mollit, & inter diſtrictos mucrones placidum reperit. *Pyſiſtratus* Athenienſis Tyrannus, cum adoleſcens quidam amore filiæ eius virginis accenſus, in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet; hortante vxore, vt ab eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit: Si eos qui nos amant occiderimus, quid his faciemus quibus odio ſumus. Hæc reſponſio ex ore tyranni, de humanitate manauit. In hunc itaque modum filiæ tulit iniuriam, ac multo laudabilius ſuam.

Quid humanitas. *Quid manſuetudo.* *Exemplum.*

Idem à Thraſippo amico inter cænam conuitio laceratus, ita & animum & vocem ab ira cohibuit, vt putares ſatellitem à tyranno male audire. Denique Thraſippus concitatæ temulentiæ impeto euectus, os eius ſputo reſperſit; nec tamen illum in ſui vindictam accendere valuit. Qui etiam filios ſuos, violatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes, retraxit. Poſtero autem die, Thraſippo ſupplicium à ſe, voluntaria morte vodie, Thraſippo ſupplicium à ſe, voluntaria morte vodie, Thraſippo ſupplicium à ſe, voluntaria morte vodie

De liberalitate ſecundum philoſophos.

Cap. XLVI.

Quid liberalitas.

AVCTOR. *Liberalitas eſt virtus, per quam liber animus in largitione poſſeſſorum nulla tenacitate coarctatur.* Didymus ad Alexandrum. Libera eſt enim res communicata,& neſcia pati diſpendium, cum in alterum participata transfunditur. Sicut ex vna face, ſi lumina plura ſuccenderis, nullum damnum principali materiæ generabit; quæ quidem facultatem accipit plus lucendi, quoties cauſas accipit plus præſtandi. Boetius de conſo. lib.2. Diuitiæ magis effundendo quam coaceruando nitent: tunc enim pretioſa eſt pecunia, cum tranſlata in alios, largiendi vſu deſinit poſſideri: Auaritia ſemper odioſos, claros largitas facit.

Diuitiæ effundendo nitent non coaceruando.

Tullius de officijs lib. 2. Beneficientiæ ac liberalitatis duplex eſt ratio. Aut enim opera impenditur indigentibus, aut pecunia; facilior poſterior, locupleti præſertim; ſed prima lautior ac ſplendidior, & viro forti claroque dignior, ac pluribus vtilior. Nã prima ex arca, ſecunda ex virtute depromitur. Et ſæpe qui pecuniæ beneficium accipit, deterior inde fit; atque ad idem ſemper expectandum paratior. Conuenit autem viro liberali in dando eſſe munificum, in exigendo non acerbũ, in omni quoque re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, facilem & æquum; multa multis de iure ſuo cedentem, & à litibus quantum liceat abhorrentem, habenda eſt tamen ratio rei familiaris, quam quidem dilabi ſinere, flagitioſum eſt; ſed ita vt illiberalitatis & auaritiæ abſit ſuſpicio.

Qualem ſe exhibere debet vir liberalis.

Lactantius in li. de falſa ſapientia &c. *Require infra c. de diuitijs contemnendis. Laudatur &c.* Caſſiodorus in epiſtola 14. Libentes omnibus præbeamus aſſenſũ, quoties eſt vox iuſta poſcentium: Non decet eſſe difficile beneficium, quod non patitur largitate detrimẽtum. Item Seneca de beneficijs li. 1. Beneficium eſt beneuola actio, tribuens gaudium, capienſque tribuẽdo, & in id quod facit, prona & ſponte ſua parata. Itaque non quid detur refert, ſed qua mente: animus enim eſt, qui parua & ſordida illuſtrat, magna & pretio habita dehoneſtat. Nõnunquam magis nos obligat, qui parua dedit magnificè; qui regum opes æquauit animo; qui exiguum tribuit, ſed libenter; qui paupertatis ſuæ oblitus eſt, dum in Deum reſpicit; qui accipere ſe putauit, cum daret beneficium; qui dedit tanquam nõ recepturus, recepit tanquã non dediſſet: qui occaſionẽ qua prodeſſet, & occupauit & quæſiuit. Ecõtra ingrata sũt, licet re & ſpecie magna videantur, quæ dãti extorquẽtur aut excidũt. Itaque multo gratius venit quod facili, quam quod plena manu datur.

Non refert quid detur, ſed qua mente.

Cito dare liberalis animi indicium eſt.

Idem in 2. Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit. Gratiſſima ſunt beneficia parua accurrentia, vbi nulla interuenit mora, niſi in accipiẽtis verecundia. Omnis benignitas properat, & propriũ eſt libenter faciẽtis cito facere. Idem in libro 6. Quæris quomodo ea quæ habes, tua facias; dando. Conſule rebus tuis, & earum tibi certam atque inexpugnabilem poſſeſſionem para; non ſolum honeſtiores illas facturus, ſed etiam tutiores. Illud quo te diuitem putas, quamdiu poſſides, ſub ſordido nomine iacet: domus eſt, ſeruus eſt, nummi ſunt; cum autem donaſti, beneficium eſt.

Idem in lib. de moribus. Vires tuas magis amici beneficijs, quam iniuriis ſentiant. Varro in ſententijs. Ex animo dãtis cenſetur munus magnum. Ex prouerbijs ſapientum. Bis gratum eſt quod opus eſt, ſed vltro offeras. Item beneficium qui dare neſcit, iniuſte petit. Beneficium ſæpe dare, eſt docere reddere, benignus & dandi cauſam cogitat.

De eodem ſecundum poetas.

Cap. XLVII.

Dicta poetarum de liberalitate.

OVIDIVS in libro epiſtolarum. *Illa acceptiſſima ſemper. Munera ſunt, auctor quæ pretioſa facit.* Idem in li. Meta. 8. *Super omnia vultus acceſſere boni.* Matthæus in lib. de Tobia. *Affectus præit affectum, non aſpice quantum: Sed fluat ex quanta ſedulitate datum. Verus amicus dantis in affectu non datione patet. Da cito, da gratis, gratum, ne gratia fiat Venalis. Prodigus excedit menſuram, largus honori Seruit, fructificat parcus, auarus eget. Eſt aucilla Dei ſimplex eleemoſyna, mortis Antidotum, venia, porta, ſalutis iter. Liberat à mortis laqueis eleemoſyna, ſordes Abluit, auctori dulce perorat opus. Vitam perpetuat, venturum præſtat honorem Corporeum præſtat ſpirituale decus.* Martialis coquus. *Grande ſui pretium muneris auctor habet.* Item. *Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.*

Quod liberalitas debet eſſe diſcreta.

Cap. XLVIII.

Ad liberalitatem multa circumſtãtia concurrunt.

TVLLIVS in offi. lib. 1. Liberalitate & beneficientia nihil eſt naturæ hominis accommodatius. Sed hæc multas debet habere cautiones. Videndum eſt enim primum, ne obſit, vel illi cui datur beneficiũ, vel alij. Sunt enim multi cupidi ſplendoris & gloriæ, qui alijs eripiunt, quod alijs largiantur; & ſic aliis nocent, vt in alios liberales exiſtant. Nos autem ea liberalitate vtamur, quæ amicis proſit, & nemini obſit. *Idem.* Ne maior ſit liberalitas quam facultas, & tandem vt pro dignitate cuique tribuatur, quod eſt fundamentum iuſtitiæ. Nihil enim liberale eſt, quod non ſit iuſtum. Spectandi etiam ſunt mores eius, in quem beneficiũ conferatur; & animus eius circa nos, & communitas, ac ſocietas vitæ, & ad noſtras vtilitates officia prius collata.

Largitionis duæ ſunt cauſæ, ſcilicet neceſſe & vtile.

Idem in libro 2. Nec ita claudẽda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit? nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Cauſa autẽ largitionis duplex eſt, ſcilicet ſi aut neceſſe, aut vtile; & in his ipſis mediocritatis regula ſeruanda eſt; temeritate enim remota, gratiſſima eſt liberalitas. Nam viri liberalis bonitas, commune omnium perfugium eſt. Nec vno modo in diſparibus cauſis affecti eſſe debemus. Propenſior enim debet eſſe benignitas in calamitoſos, niſi fortè calamitate digni fuerint.

Valerius libro 4. Itaque liberalitatis duo sũt maximè fontes probabiles, verũ iudicium ſcilicet, & honeſta beneuolẽtia. Seneca de beneficiis lib. 2. Volo Cryſippi noſtri, vti ſimilitudine de pilę luſu; quam cadere non dubium eſt, aut mittentis defectu aut excipiẽtis, tũc autẽ curſum ſuum ſeruat, vt apte iactata, & excepta eſt. Neceſſe eſt autẽ luſor bonus, aliter illũ colluſori longo, aliter breui mittat. Eadẽ beneficij ratio eſt: niſi vtrique perſonæ dantis & accipientis aptetur, nec ab hoc exibit, nec ad illum perueniet, vbi debet.

Quæ noxia ſunt petentibus, denegãda ſunt.

Idem in eodem. Sunt quædam nocua impetrantibus, quæ non dare, beneficiũ, ſed negare. Æſtimemus itaque vtilitatem potius, quam voluntatem petentiũ. Sæpe enim noxia quęque concupiſcimus, nec diſpicere quam pernicioſa ſint licet, quia iudicium interpellat affectus. Sed cum ſubſedit cupiditas; cum impetus ille flagrantis animi, qui conſilium fugat cecidit, deteſtamur pernicioſos malorum munerũ auctores. Idem in lib. 4. Turpiſſimum damni genus eſt, inconſulta donatio: grauiuſque eſt beneficium male dediſſe, quam non recepiſſe. Cato vbi ſupra. Cui des videto.

Res ingenioſa eſt dare vt oportet.

Macrobius in lib. Saturnalium. Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Qui in lib. ſine titulo *Crede mihi, res eſt ingenioſa dare: In flammam flammas, in mare fundis aquas.* Marti. coquus. *Semper*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pauper eris, si pauper es Æmiliane. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus. Terentius in Phormione, quam inique comparatum est, vt hi qui minus habent, semper aliquid ditioribus addant.

Seruus non potest beneficium propriè dictum domino cõferre.

Quorum sit dare vel accipere beneficia.

CAP. XLIX.

SENECA in libro de beneficijs. Quæritur ab Hecatone, an beneficium dare seruus domino possit. Sunt enim quidam, qui ita distinguunt: Quædam beneficia esse; quædam officia; quædam ministeria: Beneficium esse quod alienus dat: Alienus autem est, qui potuit sine reprehensione cessare. Officium esse filii, vxoris, & cæterarum personarum, quas necessitudo suscitat, & opem ferre iubet. Ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit, vt nihil eorum quæ præstat, imputet superiori.

Nemo potest malo homini prodesse, bonũ honestum illi conferendo.

Idem in li. 5. Dictũ Stoici est, quod nemo malo homini prodesse potest: Beneficiũ est quod prodest; ergo beneficium non accipit malus; ergo non debet reddere; ergo ingratus non est. *Item* bonus vir omnia recte facit, ergo ingratus esse non potest; & ita nec bonus quisquã ingratus est, nec malus. Ad hoc dicimus; quod apud nos bonum honestum est, id peruenire ad malum non potest. Desinit enim esse malus, si ad illum virtus intrauerit; quamdiu autem malus est, nemo illi dare beneficium potest: quia quicquid ad illũ peruenit, prauo vsu corrumpitur. Quemadmodum enim stomachus morbo vitiatus & colligens bilem, quoscunque accepit cibos, mutat in deterius, & omne alimentum in causam doloris trahit: Ita animus cæcus, quicquid illi commiseris, id onus suum & perniciem, & occasionem miseriæ facit.

Mali nec beneficium dare possũt nec accipere.

Idem in eodẽ. Nihil potest ad malos peruenire quod prosit, immo quod non noceat. Quæcũque enim illis contingunt, in suam naturam vertunt; ideo nec beneficium dare possunt, quoniam nemo potest, quod non habet, dare. Sed quamuis hæc ita sint, tamen accipere quædam malus potest, quæ beneficijs similia sũt, quibus non redditis ingratus erit; sunt enim animi bona, sunt corporis, sunt fortunæ: prima tantum à stulto & malo submouentur. Peripatetici vero (qui felicitatis humanæ longè lateque terminos ponunt) aiunt minima beneficia peruentura ad malos, quæ qui non reddit, ingratus est. Nobis autem non placet esse beneficia, quæ non sunt factura animum meliorem; cõmoda tamen animæ illa, & expetenda non negamus. Clemens autem vehementius agit; licet inquit beneficium non sit quod accepit, tamen ingratus est, quia non fuit redditurus, etiamsi accepisset. Sic latro est iam voluntate armatus est; exercetur enim & aperitur opere nequitia, non incipit.

Non sunt beneficia quæ non faciunt animum meliorem.

Quod beneficium debet esse gratuitum.

CAP. L.

TVLLIVS de offi. lib. 2. In beneficiis collocandis, mores hominum, non fortunam sequi honesta ratio est; sed quis tandem, qui inopis & optimi viri causæ, non anteponat gratiam viri fortunati & potentis; à quo enim videtur remuneratio fore expeditior atque celerior, in eo nostra voluntas est propensior; corruptique sunt mores & deprauati, admiratione diuitiarum.

Multi beneficium conferunt intuitu remunerationis.

Idem in oratione sua, priusquam iret in exilium. Officium itaque liberale est ferre beneficium, vt possis metere fidei fructum. Seneca de beneficiis lib. 2. Hæc beneficii inter duos lex est, alter statim obliuiſci debet, alter memor esse accepti. Taceat qui beneficium dedit, narret qui accepit. Detrahenda est inanis iactantia, res loquentur nobis tacentibus. Interdum etiam ille qui iuuatur fallendus est, vt habeat, nec à quo acceperit sciat. Archesilaus vt aiũt, amico paupe-

Taceat qui dat beneficiũ narret qui accepit.

ri, & paupertatem suam dissimulanti; ægro autem, & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi in sumptum ad necessarios vsus, cum clã succurrendũ iudicasset, puluino eius ignorantis sacculum subiecit; vt homo inutiliter verecundus, quod desiderabat inueniret, potius quam acciperet. Varro vbi supra. Turpissimum est in datis sperare. Ex prouerbiis sapientum. Pulchertimum autem est omnia præstare nihil exigentem.

De non protrahendo vel negando beneficia.

CAP. LI.

SENECA de beneficiis lib. 1. Multos experimur ingratos, plures facimus; quia aliis graues exprobratores exactoresque sumus: aliis leues, & quod paulo post muneris pœniteat; aliis queruli, & minima momenta calumniantes, omnem gratiam corrumpimus; nec tantum postquam beneficium dedimus, sed etiam cum damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel? Quis non cum aliquid à se peti suspicatus est, frontem abduxit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus & de industria exitum non inuenientibus, occasiones petendi abstulit, & variis artibus petentes illusit? In angusto vero positus, vel comprehensus; aut distulit, aut tumidè negauit; aut promisit, sed difficulter, sed superductis superciliis, sed malignis & vix exeuntibus verbis. An gratum esse quisquam ad eum potest, qui beneficium aut superbè abiecit, aut iratus impedit; aut fatigatus, vt molestia careret, dedit. Qui vtique tardè fecit, diu noluit.

Difficulter quis finit aliquid à se petit.

Idem in 2. lib. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Grauissimis viris nulla res carius constat, quam quæ precibus empta est. Molestum enim verbum est & onerosum, demissoque vultu dicendum. Rogo? Æquiore animo quidam ferunt spem suam præscindi, quam trahi. Quemadmodum acerbissima crudelitas est, quæ pœnam trahit: & misericordiæ genus est, cito occidere; quia tormentum vltimum finem sui secum affert; ita maioris gratiæ munus est, quo minus diu pependit.

Nil carius quam quod precibus cõparatur.

Exemplum.

Ab Antigano Cinicus petiit Talentum. Respondit Antigonus, plus esse quam Cinicus petere deberet. Repulsus petiit denarium: Respondit minus esse, quã quod regem deceret dare. Turpissima certe huiusmodi cauillatio inuenit, quo modo neutrum daret; in denario regem, in talento Cinicum respexit, cum posset denarium tanquam Cinico dare, talentum tanquam Rex. Nihil autem tam exiguum est, quod non honestè regis humanitas tribuat. Idem in Hyppolyto. Rogantis autem intrepida constent verba, Nam qui timidè rogat, docet negare. Socrates. Negat sibi ipse, qui quod difficile est petit.

Galtherus in Alexandreide lib. 6. Ex merito patitur, qui postulat vlterius quam promeruit. Spes quam meritum non præuenit, à spe deficit, & verum dat ei præsumptio nomen. Varro vbi supra. Fictè referat gratiam inuitè danti; vix datum est, ne putes beneficium, sed prædam. Semel dedit qui rogatus, bis qui non; extorquere autem est plus quam semel rogare. *Ennodius.* Argumentum est nil merentis, rogare diu. *Ex prouerbijs sapientum.* Ingenuitatem lædit, qui indignum rogat. Beneficium vero dat is, qui celeriter dat. Cato vbi supra. *Quod præstare potes, ne bis promiseris vlli. Ne dubites cum magna petas, impendere parua.*

Bis dat qui dat non rogatus.

De non repetendo, vel improperando beneficio.

CAP. LII.

Repetere beneficium eſt fœnerari.

SEneca de beneficijs lib. 1. Non autem facile dixerim, vtrum turpius ſit inficiari, an repetere beneficium. Idem in ſecundo libro. Taceat qui beneficium dedit, narret qui accepit. Idem in li. 3. Qui dat beneficia, Deum imitatur; qui repetit, fœnerator eſt. Terẽtius in Andria. Frequens quoque cõmemoratio, quaſi immemoris beneficij eſt exprobratio. Tullius in li. de amicitia. Odioſum ſanè genus hominũ officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Idem in Philippica 2. Quod eſt aliud beneficium latronum, niſi vt commemorare poſſint his ſe dediſſe vitam, quibus non ademerint? Ex prouerbijs ſapientum. Beneficium qui ſe dediſſe dicit, petit.

Quo ſenſu dicitur dati beneficij oportet obliuiſci.

Seneca vbi ſupra lib. 7. Nos Stoici quædam præcipimus vltra modum, vt ad verum & ſuum redeãt. Cũ dicimus ille dati beneficij meminiſſe non debet, hoc volumus intelligi, non debet nec iactare, nec grauis eſſe. Quoties parum tibi fiduciæ eſt in his quibus imperas, amplius exigendum eſt quam ſat eſt, vt prẽſtetur quanti ſat eſt. In hoc omnis hyperbole, extẽditur, vt ad verum mendacio veniatur, itaque ille qui dixit, vt *candore niues anteirent, curſibus auras*; quod non poterat fieri dixit, vt crederetur quantum plurimũ poſſet. Nunquam tantum ſperat hyperbole quantum audet; ſed incredibilia ſuadet, vt ad credibilia, ſed magna perueniat.

Martialis coquus. *Quæ mihi præſtiteris, memini, ſemperque tenebo: Cur igitur taceo, Poſtume tu loqueris. Incipio quoties alicui tua dona referre: Protinus exclamat, dixerat ille mihi. Non belle quoddam faciunt duo, ſufficit vnus. Huic operi, ſi vis vt loquar, ipſe tace. Crede mihi, quamuis ingentia Poſtume dones. Auctoris perimis garrulitate ſui.*

De Gratia beneficijs repetenda.

CAP. LIII.

Quid gratia.

AVCTOR. *Gratia eſt, qua beneficijs noſtris ratione beneficiorum grati tenemur.* Item *gratia eſt virtus, qua beneuolentia mutua alterius ad alterum affectuoſus cultus oſtenditur.* Seneca de beneficijs lib. 1. Docẽdi ſunt qui libenter accipiunt, libenter reddere: & eos quibus obligati ſunt, re animoque, non tãtum æquare, ſed etiam vincere. Idem in lib. 4. Quidam cum ali quod ſibi miſſum eſt munuſculum, ſubinde intempeſtiuè aliud remittunt, & nihil ſe debere teſtantur. Reijciendi ſignum eſt, protinus aliud inuicem mittere, & munus munere expugnare. Qui nimis cito ſoluere cupit, inuitus debet: & qui inuitus debet, ingratus eſt. Item ad Lucillum. Docet philoſophia præcipuè, bene debere beneficia, bene ſoluere. Interdum autem ſolutio eſt ipſa confeſſio.

Oportet pro beneficio gratum ſe reddere, ſed non feſtinato reddere.

Idem in lib. 81. Cui etiamſi merita nõ præceſſiſſent oportebat ignoſci: poſt beneficia lædenti plus quàm venia debetur: pluris enim æſtimo beneficium, quàm iniuriam. At non omnes grati ſciunt, debere beneficium viro ſapienti. Notum eſt quanti res quæque taxanda ſit, & ómnia ſecum examinabit, quantum acceperit, à quo, quando, vbi, & quemadmodũ. Vnde Methodorus ait, *Solum ſapientẽ referre gratiã ſcire*: beneficia creſcũt mora, & tanto plus ſoluẽdũ eſt, quãto tardius. Ingratus eſt qui beneficiũ reddit ſine vſura: ſępe quod datur exiguum eſt, quod ſequitur ex eo magnũ.

Ingratus eſt qui beneficium reddit ſine vſura.

Tullius de prouincijs conſularibus. Is autem non ſolum modo gratus eſſe debet, qui beneficium acceperit: ſed etiam cui poteſtas accipiendi fuit. Varro vbi ſupra. Turpiſſimũ eſt in datis ſperare, pulcherrimum autẽ cũ fœnore data reddi. Seneca vbi ſupra. id eſt. Pecuniã in ioco negligere, maximũ interdum eſt lucrũ.

Auctor. Refert quoque Seneca, Socratem ipſum aliquando ab Archelao rege inuitatum, vt ad ſe veniret, quatenus eum honorare poſſet: Socratemque reſpõdiſſe, ſe ab eo nolle beneficia accipere, cui perparia non poſſet reddere. Ex prouerbijs ſapientum. Fraus eſt accipere, quod non poſſis reddere. Beneficium accipere eſt libertatem vendere, beneficia plurima accipit, qui ſcit reddere. *Item* nihil petas, quod negaturus ſit. Cato vbi ſupra. *Beneficij accepti memor eſto. Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus: Accipito placide, & plene laudare memento.*

Fraus eſt accipere quod non poſſis reddere.

De ingratitudine vitanda.

CAP. LIIII.

VALERIVS LIB. 5. Dandi & accipiendi beneficij commercium, ſine quo vita hominum vix conſtat, tollit & perdit, quiſquis bene merito parem referre gratiam negligit. Ex prouerbijs ſapientum. Ingratus vnus, miſeris omnibus nocet: malignos fieri maxime docent ingrati: reuera beneficiorum memoria fragilis eſt, iniuriæ vero tenax.

Memoria fragilis eſt beneficiorũ, ſed iniuriarũ tenax.

Seneca de beneficiis lib. 1. Inter plura maxima vitia, nihil eſt frequentius, quàm ingratitudo animi. Ita à natura comparatũ eſt, vt vlterius iniuriæ quàm merita deſcendant, & illa cito defluant, has tenax memoria cuſtodiat. Idem in lib. 2. Quidam fortunæ gratias agunt, & in angulo, & ad aurem: non eſt iſta verecundia, ſed inficiendi genus. Ingratus eſt, qui remotis arbitris gratias agit. Numquã improbæ ſpei quod datur ſatis eſt: nullumque tam plenum beneficium, quod non fellicare malignitas poſſit: nullum tam anguſtum, quod non bonus interpres oſtendat.

Idem in 4. lib. *Quidam cum aliquid &c. require præcedenti capitulo.* Idem in lib. 6. Summæ malignitatis eſt non vocare beneficium, niſi quod dantem aliquo afficit incommodo. Idem ad Lucillum. Quiſquis de accipiendo cogitat, oblitus eſt accepti: nec vllum habet maius malum cupiditas, quam quod ingrata eſt. Idem in 81. Nihil charius æſtimamus quàm beneficium, quàmdiu petimus; nihil vilius, cum acceperimus. Quæris quid nobis faciat obliuionem acceptorum: cupiditas accipiendorum. Quintilianus cauſa 14. Non eſt iuſtior dolor, quàm beneficii ſui perdidiſſe rationem. Non expectes vt ſtatim gratias agat, qui ſanatur inuitus.

Cupiditas accipiendorũ cauſat obliuionem acceptorum.

Seneca in lib. de beneficijs 6. Plato cum flumen naue tranſiſſet, nec ab illo portitor quicquã exegiſſet, hoc honori ſuo datum credens dixit, poſitum illi eſſe apud Platonem officium, deinde paulo poſt, cum aliũ atque alium eadem ſedulitate tranſueheret, negauit illi iam apud Platonem poſitum officium.

AVCTOR. Hic Seneca addit: Nam vt tibi debeam aliquid pro eo quod præſtas, debes non tantum mihi dare, ſed & tanquam mihi; non potes ob id quemquã appellare, quod ſpargis in populum. At vero hic poteſt Senecę reſpõderi. Quid ſi Plato erat ignotus portitori, & alii noti & familiares, aut aliquo iam eum beneficio obligauerant; ſed & eadem ratione Deo nil debemus, pro communibus beneficiis. *Ennodius.* Superni beneficii vix dignoſcitur qualitas, dũ tenetur; poſtquam migrauerint cupita, dulceſcunt.

Exemplum.

Quod non propter quorundam ingratitudinem à beneficijs ceſſandum eſt.

CAP. LV.

SEneca de beneficiis lib. 1. Multos quidem ingratos experimur, ſed plures facimus &c. *vt ſupra.* Is autem perdit beneficia, qui ſe perdidiſſe cito credidit: at qui inſtat, & onerat priora ſequentibus, etiam ex duro & immemori pectore, gratiam extundit. Idẽ in 7. lib. Non eſt magni animi beneficium dare & perdere, ſed eſt magni animi perdere & dare.

Multiplicãda ſunt beneficia etiam ingratis.

Idem

Idem ad Lucillum epistola 81. Quæreris te incidisse in hominem ingratum; sed si hoc periculum vitare volueris, beneficia non dabis; ita ne apud alium pereant, apud te peribunt. Non respondeant potius quam non dentur; cito inerti ocio vita torpebit, si relinquẽdum est quicquid offendit. Et post malam segetem serendum est, cuius euentus incertus est; id vt aliquãdo procedat, sæpe tentandum est. Torquet ingratus se? & macerat; odit quæ accepit, quia redditurus est, & extenuat; iniurias vero dilatat, & auget. Quid eo miserius cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ, at contra sapiens exornat omne beneficium, & sibi ipsa cõmẽdat, & se assidua eius commemoratione delectat; illa contemnit, quibus læsus est; nec vertit omnia in peius, nec quærit cui casum imputet, ad fortunam potius refert; & quicquid accipit, benignè interpretando leuat. Non offensæ potius, quam officij meminit: quantum potest, in priore ac meliore memoria se detinet, nec mutat animum aduersus bene meritos. Semper enim quicquid dubium est, humanitas inclinat ad melius; nemo autem gratus esse potest, nisi contempserit ista, propter quæ vulgus insanit.

Nihil miserius ingrato.

De moralitate secundum philosophos.

Cap. LVI.

Quid moralitas.

AVCTOR. *Moralitas est, seruata virtute propria, iusta pieque vitæ hominum se contemperare.* Varro in sententijs. Alit concordiam, mores ad coh bitantium animos formare. Ex prouerbijs sapiẽtum. Intus omnia dissimiliã sint, fiõs populo nostro conueniat.

Alit concordiam cõformitas morũ.

Seneca in lib. de quatuor virtutibus. Nec paupertas tibi immunda sit, nec parsimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec leuitas languida. Quod si res tibi exiguæ sint, non sint tamen angustæ; nec tua defleas, nec aliena mireris. Non sis arrogans, non audax, submittas te, non proijcias, grauitatem seruato, admone libenter, reprehende patienter; alienorum vitiorum nec curiosus sis explorator, nec acerbus reprehensor, nec cum exprobatione corrector, ita vt admonitionẽ hilaritate præuenias. Dicenti esto tacitus auditor, requirenti facile respondeas, contendenti facile cede; omnes tibi pares feceris, si nec inferiores superbiẽdo cõtemnas, nec superiores recte viuendo timeas. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, seuerior esto iudicio quam sermone, vita quam vultu, nec tuæ bonæ famæ seminator sis, nec inuidus alienæ: quæ nosti sine arrogantia postulanti impertiaris; quæ etiam nescis, sine occultatione tibi impartiri postula.

Regula morum.

Idem ad Lucillum epistola 5. Id agamus, vt meliorem vitam sequamur quam vulgus, nõ vt contrariam; alioquin quos emendari volumus, fugamus à nobis, & auertimus. Illud quoque facimus, vt nihil velint imitari nostri, dum timent ne imitãda sint omnia. Cõtra naturam est torquere corpus suum, & faciles odisse munditias, & squalorem appetere; cibis non tãtum vilibus vti, sed horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res, luxuriæ est; ita vsitatas, & nõ magno parabiles fugere, dementiæ. Frugalitatem exigit philosophia, non pænam. Temperetur vita inter bonos mores & publicos. AVGVSTINVS. Turpis est omnis pars, vniuerso suo non congruens.

Frugalitatẽ exigit philosophia non pœnam.

De eodem secundum poetas.

Cap. LVII.

PERSIVS. *Mille hominum species, & rerum discolor vsus. Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. Sedulius vbi supra. Hic loquitur animis, tacet ille, hic ambulat, hic stat, alter amat fletus, alter crispare cachinnum. Diuersisque modis, par est vesania cunctis.*

Ouid. in lib. de arte 1. *Ergo mille modis. Non eadem tellus parit omnia, vitibus illa Conuenit, hæc oleis, hic bene farra virent. Pectoribus mores tot sunt, tot in orbe figuræ. Qui sapit innumeris moribus aptus erit.* Horatij in poetica. Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsint humani vultus. Tullius de offi. lib. 1. Turpe est valdeque vitiosum, in re seuera delicatũ inferre sermonem. Martialis coquus. *Absit à iocorum nostrorum* &c. *require supra capitulo de humanitate.*

De fidelitate secundum philosophos.

Cap. LVIII.

Quid fides

AVCTOR. *Fides*, iuxta Anselmum, *est absentium voluntaria certitudo, supra opinionem, & infra scientiam constituta.* Aliter autem fides est idem quod fidelitas Ex prouerbiis sapientum: Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem; qui fidem perdit, nihil potest vltra perdere. Quintilianus causa 8. Non autem habet causam loquendi, cui credi non potest; ablata est ab eo omnium verborum fides, omnis sermonis auctoritas.

Qui fidem perdit nil potest vltra perdere.

Tull. de offi. lib. 1. Fundamentum primum iustitiæ est fides; idest dictorum, conuentorumque, constans veritas. In illis tamen promissis standum non esse quis non videt, quæ quis metu coactus, vel dolo deceptus promiserit. Seneca ad Lucillum epistola 88. Fides est sanctissimum humani pectoris bonum, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrũpitur. Idem in Agamemnone. Non intrat vnquam regium limen, fides pretio parata: vincitur prerio fides.

Fides est iustitiæ fundamentum.

Exemplum.

Item Valerius. Fabius captiuos ab Hannibale interposita nummorum pactone receperat, qui cum à senatu non præstarentur, misso in vrbem filio, fundum quem vnicum possidebat, vendidit, pretiumque protinus Hannibali numerauit. Sic enim patrimonijs, quam patriam fidei inopem esse maluit. AVCTOR. Idem Valerius lib. 7. refert quod Hannibalis obsidione Casilinates clausi, cum arua sua pinguissima mensibus suis subiecta conspicerent (Et addit: si casus acerbitatem intuearis, quid miserius? si constantiam respicias, quid fidelius?) Lora necessariis vinculorum vsibus subducta, & pelles scutis detractas, feruente resolutas aqua, mandere maluerunt, quam à Romanis discedere.

Exemplum.

Idem Valerius lib. 8. Bonæ fidei venditorem, nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet. Idem in li. 9. Occultum iam & insidiosum malum perfidia, latebris suis extrahatur, cuius efficacissimæ vires sunt, mentiri & fallere; fructus autem in aliquo admisso scelere consistit: Tum quidem certus, cum crudelitatem nefariis vinculis circundederit: tantum incommodi afferens humano generi, quantum salutis bona fides præstat: habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa consequitur laudis. Massinissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam custodia canum vallauit. Salustius in Iugurthino. Paucis charior fides, quam pecunia. Tull. in Rhetorica 1. Summa dementia est, in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis.

Perfidia maximè detestanda.

Paucis charior fides quã pecunia.

De eodem secundum poetas.

Cap. LIX.

VIrgilius in 4. lib. Æneidos. *Nusquam tuta fides.* Ennodius. *Nulla fides lætis, integra nec dubijs.* Lucanus. *Nulla fides regni coitus, omnisque potestas Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis, Credite.* Ouid. in lib. de ponto. *Et cum fortuna, stat que caditque fides.* Idem in libro de arte 1. *Reddite depositum, pietas sua fœdera seruet.* Lucanus 8. *Ardua quippe fides robustos exigit annos.* Prudentius vbi supra. *Prima petit campum, dubia sub sorte duelli, Pugnatura fides, ingressi turbida vulnus, Prouocat insani frangenda*

Dicta poetarum de fidelitate.

pericula

pericula belli. Arator in hiſtoria actuum lib. 2. *Hæc eſt vera fides, quam lex comitatur amoris; Mediiſque tenebris apparet radiata fides, Fit laurea tuſtis ex pretio quod terror agit,* Manſuraque virtus. *Creſcit in aduerſis, qua teſtibus vſa periclis. Ad meritum diſcrimen habet.*

A

De Veritate.

CAP. LX.

Quid veritas.

AVCTOR. *Veritas eſt adæquatio totius vitæ hominis,* qua ſcilicet intentio & ſermo & actus hominis inuicem in bono concordant, nec vllo inter ſe diſſentiunt: vnde veriſſime dicitur, quod veritas non habet angulos. *Item* alio modo. *Veritas eſt adæquatio rerum, & intellectuum. Item veritas eſt virtus, qua quis omni timore, vel fraude ſepoſita, cum quadam ſpiritus liberalitate, quod rectè ſentit, & fatur.*

B

Veritas Deo proximos nos facit.

Hieronymus contra Ruffinum. Pythagoræ præceptum fuit, poſt Deum veritatem colendam, quæ ſola homines Deo proximos facit. Demoſthenes orator. Liberi ſeruique perſonam veritas ſeparat, ſerui liberique mendacium miſcet. Tull. inuectiua contra Catilinam. O magna vis veritatis, quæ contra omniũ ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile per ſeipſam ſe defendit. Terentius in Andria. Hoc tempore, obſequium amicos, veritas odium parit.

Seneca de clementia li. 2. Malo veris offendere, quã adulando placere. Idem ad Lucillum. Veritas in omnem ſui partem eadem eſt: quæ decipiunt nihil habẽt ſolidi: mendacium tenue eſt, perlucet ſi diligenter inſpexeris. Idem in declamationibus lib. 5. Nihil eſt

Puer citius diſcretionem habet ad verum quam ad falſum eniti andum.

puero teſte certius: nam & ad eos annos peruenit, vt intelligat; & non ad eos quibus fingat. Idem in lib. de clementia 1. Nemo poteſt perſonam diu ferre fictam; cito in naturam ſuam recidunt, quibus veritas non ſubeſt. Quæ autem ex ſolido naſcuntur tempore, in melius proficiunt.

De lege ſecundum philoſophos.

CAP. LXI.

Quid Lex.

AVCTOR. *Lex eſt per quam facienda iubentur, & non facienda prohibentur, ac diſtrictius in peccantem exercetur.* Tull. in lib. de legibus 1. *Lex eſt ratio ſumma inſitã in natura, quę iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria.* Lex eſt recta ratio imperandi, ac prohibendi, quam qui ignorat iniuſtus eſt, ſiue ſcripta ſit vſpiam, ſiue nuſquam. *Iuſtitia eſt obtemperatio legibus ſcriptis, inſtitutiſque populorum.*

Lex eſt quid æternum.

Idem in li. 2. Hanc video ſapientiſſimorum eſſe sẽtentiam, legem nec hominum ingenijs excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternũ quiddam, quod vniuerſum mundum regeret, imperandi prohibendique ſapientia. Ita principem legem illam, & vltimam eſſe dicebant, omnia ratione aut cogẽtis, aut vetantis Dei; ex qua illa lex, quam de humano genere dederunt, recte laudata eſt.

Alia legis definitio.

Idem in Philippica 11. *Lex nihil aliud eſt quam recta, & à numine Deorum tracta ratio; imperans honeſta, & prohibens cõtraria.* Tertullianus in apologetico ſuo. Nulla lex ſibi conſcientiam iuſtitiæ ſuæ debet, ſed eis à quibus obſequium præſtat. Cæterum ſuſpecta eſt, lex, quæ probari ſe non vult; improba autem, ſi non probata dominetur. Valerius lib. 7. Subtiliter Anatharſis &c. *Require ſupra capitulo de obedientia.*

Nullus debet præcipere quod obſeruare nõ vult.

Idem in lib. 8. Licinius Stolo cum lege ſanxiſſet, ne quis amplius quã quingenta agri iugera poſſideret, ipſe mille comparauit; diſſimulandique criminis gratia, filio dimidiam partem emancipauit. Ob hoc à Popilio accuſatus, primus lege ſua cecidit. Docuitque nihil aliud debere præcipi, niſi quod prius imperauerit quiſque ſibi.

C

D

De eodem ſecundum poetas.

CAP. LXII.

Qui ſcit parere dignus eſt imperare.

VIrgilius in Bucolicis. *Pallas quas condidit artes.* Idem in georgicis lib. 4. *Eſt legum ſcrutanda fides.* Tullius de legibus 3. lib. Et qui imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt; & qui modeſte paret, videtur qui aliquando imperare dignus eſſet. Cato vbi ſupra. *Patere legem quam tu ipſe tuleris. Iudicis auxilium ſub iniqua lege rogato. Ipſe etiam leges cupiunt, vt iure regantur.*

Ouidius in lib. de remedijs 2. *Sunt qui non poſſunt aliquo cogente iuberi.* Idem in lib. de arte 1. *Nec enim lex æquior vlla eſt. Quam necis artifices, arte perire ſua.* Iuuenalis 2. *Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* Idẽ in li. 3. *Veniet de plebe togata. Qui iuris modos, & regũ enigmata ſoluat.* Seneca in declamationibus lib. 4.

Neceſſitas eſt ſibi lex & ideo legẽ non habet.

Neceſſitas eſt lex temporis, neceſſitas naufragia iactu exonerat, ruinis incendia opprimit. AVCTOR. Hinc dicitur quod neceſſitas non habet legem, quia videlicet lex eſt ipſa ſibi.

De Æquitate iudicij ſecundum philoſophos.

CAP. LXIII.

Quid æquitas.

Æquitas eſt lance liberata iuſtitiæ digna retributio meritorum, ideſt, Iudicium, per quod ex audientia meritorum, dignum redditur, vel ſupplicium, vel meritum. Ex codice Theodoſiano lib. 1. *Æquitas eſt rerum conuenientia, quæ cuncta coæquiperat, & in paribus cauſis paria iura deſiderat.*

Tullius de offi. lib. 2. Iudicis eſt ſemper in cauſis verũ ſequi. Idẽ in li. 3. At neque contra rempublicam, neque contra iuſiurandum ac fidem, amici cauſa vir bonus faciet, etiãſi iudex fuerit de ipſo amico (ponit enim perſonã amici, cum induit iudicis) ſed tantũ dabit amicitiæ, vt amici cauſã mallet eſſe verã; & vt morandę litis tẽpus, quoad lites petmiſerint, accõmoder. Cum autem iuramento ſententia dicenda ſit, meminerit ſe Deum teſtem adhibere. Item in oratione ſua, pridie quam iret in exilium. Nemo tã facinoroſa inuentus eſt vita, vt non tã iudiciũ prius ſentẽtijs cõuinceretur, quã ſupplicijs addiceretur. Idẽ in libro de legibus. Idipſum quoque iuſtiſſimũ eſt, iuſtitiæ mercedem nõ quærere.

Quid poteſt iudex in cauſa amici.

Iudex debet eſſe laudabilis conuerſationis.

Caſſiodorus in epiſtola 3. Facilis recti perſuaſor eſt innocens iudex, ſub cuius prædicabili conuerſatione, pudet mores probabiles non habere. Sydonius in libro epiſtolari 2. Hoc ipſum quod copiam tui iurgantibus difficile concedas, indicium eſt bene iudicaturi. Quis enim ſe nõ ambiat arbitrũ legi, aut pretio aliquid indulturus, aut gratiæ. Sẽtentiã tuã non victus accuſat vt ſtolidus, nec victor irridet vt argutus: veritatiſque reſpectu impẽdũt tibi addicti reuerentiã, gratiã liberati. Quintilianus de or. inſti. lib. 4. Naturale eſt, vt iudices, his quos libẽtius audiũt, facilius etiam credant.

De eodem ſecundum poetas.

CAP. LXIV.

Nemo facile condemnandus.

OVidius ſine titulo lib. 1. *Non bene conducti, venduue periuria teſtes, Nec bene ſelecti, iudicis arca patet.* Idem in 2. *Culpa nec ex facili, quamuis manifeſta probatur.* Idem in lib. de faſtis. *Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur: Cum iudex alios quod monet, ipſe facit.* Claudianus vbi ſupra. *Ne cunctos pancorum crimine damnes. Qui fruitur pœna ferus eſt, legũque videtur. Vindictam præſtare ſibi, cum viſcera felle caruerint: Dijs proximus ille eſt, quem ratio non ira mouet. Qui facta repẽdens conſilio punire poteſt.*

Iudex nec amore nec pecunia flecti debet.

Galtherus in Alexãdreide li. 1. *Si lis inciderit te iudice, dirige librã Iudicij, non flectat amor, nec munera palpent: Nec moueat ſtabilẽ perſonæ acceptio mẽtẽ. Muneris arguitur accepti cẽſor iniquꝰ. Munus enim à norma recta diſſor*

quet

quet acumen Iudicis, & terra inuoluit caligine mentem. Cum semel obtinuit vitiorum mater in aula. Pestis auaritiæ, quæ sola incarcerat omnes, Virtutum speciem, spreto moderamine iuris, Curritur in facinus, nec leges curia curat. Iniuste quandoque ligatur iustus & iniustos absoluit curia mendax. Item in li. 7. Censor iniquus Auertit surdas à causa pauperis aures. Et fouet iniustam corruptus munere causam.

Pecunia aulas principū & leges corrumpit.

Petronius. *Quid faciunt leges, vbi sola pecunia regnat, Aut vbi paupertas vincere nulla potest, Iam nunc iudicium nihil est vbi publica merces. Tutius est paruo ærem perdita recuperare, quam in ambignam litem descendere. Ad prædam, strepitumque lucri, suffragia vertit, Venalis populus, venalis curia primum: Ipsaque maiestas auro corrupta latebit.*

De intercessionibus & aduocationibus.

CAPVT LXV.

Fatetur facinus qui fugit iudicium.

TVllius ie oratione, *pridie quàm iret in exilium.* Quis vnquam tam crudelis in aliquem fuit, vt prohiberet eũ, aut sibi merere, aut cęteris supplicare. *Symmachus in lib. epistolarum.* Pro optimis viris quisquis interuenit, non magis illorum videtur iuuare commodum, quam suum commendare iudicium. *Quintilianus causa* 12. Qui vero confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. *Ex prouerbijs sapiętum.* Fatetur facinus qui iudicium fugit. Ouid. in lib. de ponto. *Non est confessi causa tuenda rei.* Tibullius. *Vincuntur pectora dura prece. Terentius in Eunucho.* Euge ipsi patrono opus est, quem defensorem paro.

Exempla.

Plautus in aulularia. Da mihi aduocati gratiam; vende vocem, vende linguam, iras atque odium loca; in summa pauper esto, & reporta penatibus pecuniarium aliquid, sed plus criminum.

Helinandus lib. 11. Demosthenes cum Aristodimum authorem fabularum interrogasset, quantum mercedis vt ageret accepisset; & respondisset talentum: at ego ait Demosthenes, plus accepi vt tacerem. Ita caue

Apud aduocatos ipsum silętium venale est.

go ait Demosthenes, plus accepi vt tacerem. Ita causidicorum lingua damnifica est, nisi eam (vt dici solet) funibus argenteis vincias. Apud aduocatos igitur, & ipsum silentium venale est. *Idem* Demosthenes, cum à senatu Athenienſium in patrocinium peteretur, cõtra Philippum regem Macedonum, simulata infirmitate (vt aiunt) lecto decubuit, & respondit his, qui ad se conuenerant, se pati morbum synanchem. Cui à quodam ex nuncijs mordacissimé responsum. Certe non synanchem pateris, immo arginanchem.

De Seueritate.

CAPVT LXVI.

Summũ ius summa iniuria.

AVCTOR. *Seueritas est, quæ vtilitate cõmuni seruata, districtè supplicijs reddendis incumbit. Tullius de offi. lib.* 1. Existunt autem sæpe iniuriæ, quadam nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione; ex quo istud, *Summum ius summa iniuria est*, factum est iã certũ prouerbium. *Helinandus* 15. *lib.* Cambises adeo seuerus fuit, vt quẽdam iniustum iudicẽ excoriari fecerit, & super sellam cute eius adopertam, filiũ iudicis in iudicio fecerit sedere, vt timeret iniuste iudicare, ne similé iudicium pateretur. *Valerius* 6. Et Aleucus cum filius eius adulterio damnatus, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris aliquandiu ei repugnaret; ad vltimum victus, ne lex à se condita violaret, suo prius, deinde filij eruto oculo, vtrisque vsum videndi reliquit.

Exemplum.

Exemplum.

Orosius lib. de ormesta mundi lib. 1. Phalaris Siclus, Agrigẽtinos, arrepta tyrãnide, depopulabatur; qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nefariè in innocentes agens, inuenit aliquamdo quem iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidam æris opifex affectans tyranni amicitiam, aptum munus ratus crudelitati illius, ęneum taurum fecit cui fabricæ ianuam ex latere composuit, quæ ad intrudendos damnatos receptui foret vt cum inclusus ibidem subiectis ignibus torreretur, sonum vocis extortę capacitas concaui æris augeret, pulsuque ferali competens imagini murmur emitteret; nefarioque spectaculo, mugitus pecudis, non hominis gemitus videretur, sed Phalaris factum amplexus, factorem execrans, & vltioni materiam prębuit, & crudelitati. Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit. Ouidius de arte lib. 1. *Nec enim lex æquior vlla est; Quàm necis artifices arte perire sua.* Ex prouerbijs sapientum. Iudex damnatur, cum nocens absoluitur. Item, res est optima, non sceleratos rumpęre, sed scelera.

De misericordia & compassione.

CAPVT LXVII.

Quid misericordia & compassio.

AVCTOR. *Misericordia est clemens & æqualis in omnes dignatio, & in afflictos animi compassibilis inclinatio. Compassio est virtus, vel affectio, per quam ex proximi dolore, condoleti animo quædam affectio generatur.* Tullius in Tusc. li. 3. *Misericordia est ægritudo ex alterius rebus aduersis.* Econtra vero *inuidentia est ægritudo ex alterius rebus secundis.* Idem in 4. li. *Misericordia est ægritudo cordis, ex miseria alterius, iniuria laborantis.*

Quid inuidentia.

Idem in oratione sua pro Ligario. Nulla de virtutibus plurimis administrabilior, nec gratior misericordia: homines enim ad Deum nulla re proprius accedunt, quàm hominibus dando. Nihil habet fortuna maius, quàm vt possit, nec natura melius, quam vt velit seruare quam plurimos. *Quintilianus causa* 5. Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices; quemque in alterum, quod pro se timeret. In aliena quippe fame, sui quisque miseretur. *Seneca in Hercule furente,* Quemcunque miserum videris, hominem scias. *Cassiodorus in epistol.* 38. Procliuior semper ad misericordiam via, bonis mentibus patet. *Ex prouerbijs sapientum.* Bona præsidia comparat misericordia. Ab alio expectes, quod alteri feceris; habet in aduersis auxilia, qui in secundis cõmodat. *Item* homo qui in homine calamitoso misericors est, meminit sui qui succurrere perituro potest, & non succurrit, occidit. *Lactantius in lib. de vero cultu.* Nullius opera indigere se putat, qui suam alteri denegat. Qui perituro succurrere potest, & nõ succurrit, occidit. *Auctor.* Dicebat etiam Aristoteles (vt legitur) solum se incommodum paupertatis pati, quòd non posset egentibus subuenire. Odius in lib. de ponto. *Regia crede mihi res est succurrere lapsis.* Galtherus in Alexandreide. *Leuiter veniunt, leuiterque recedunt, Blandiri dociles lachrymæ, solasq; propinqui Impendunt lachrymas, miseris arentibus illis. Cum lachrymis arescit amor, pietasque tuorum. Verus amor, miserum qui non fastidit amicum. Desperare solent alios in tempore duro Esse miserturos alios, qui non misereri Vellent, si fata darent contraria fila.*

Homines nulla alia re magis ad Deum accedunt quam hominibus dando.

Qui perituro non succurrit cum potest, occidit.

De indulgentia.

CAPVT LXVIII.

Magnum est vindicta genus ignoscere.

AVCTOR. *Indulgentia est reatus alieni remissio clemens, ex sui consideratione descendens. Seneca in lib. de moribus.* Alteri semper ignoscito, tibiipsi nunquam. *Idem in li. de* 4. *virtutibus* Scito honestum & magnum esse vindictæ genus ignoscere, *Idem in lib. clementia* 1. Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli: modum tenere debemus, sed quia difficile temperamentum est, quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet. Magni animi proprium est placidum esse, tranquillumque, & iniurias atque offensiones despicere: muliebre autem litigare, & morem iræ suæ gerere. *Idem in Agamẽnone.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Det ille veniam facile, cui venia opus eſt. *Ex prouerbijs ſapientum.* Optimum eſt ſemper ignoſcere, tanquam ſi ipſe quotidie pecces. Res magnæ clementiæ eſt, indulgendo peccata, potius quam vindicando, corrigere. *Quintil. lib. 5.* Princeps qui vult omnia ſcire, neceſſe habet multa ignoſcere.

Horatius in lib. ſermonum. *Æquum eſt peccanti veniam poſcenti reddere. Rurſus & aſsit regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.* Oui, ſine titulo lib. 3. *Si ſapis indulge dominæ, vultuſque ſeueros Erue, nec rigidi iura tuere viri.* Idem in lib. de arte 2. *Dextera præcipuè capiet indulgentia mentes. Aſperitas odium, ſeuaque bella mouet.* Idem in lib. de triſtibus 2. *Si non peccaſſet, quid tu concedere poſſes. Materiam veniæ ſors tibi noſtra dedit. Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.* Idē in lib. 3. *Quanto quis maior, tanto placabilis iræ, Et faciles motus mens generoſa capit.* Idem in libro de ponto. *Parcendum eſt animo miſerabile vulnus habenti. Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis.* Galtherus vbi ſupra libro 8. *Nam veriſimile eſt alieno parcere cuiquam. Qui ſibi non parcit.*

De zelo & correptione ſecundum philoſophos.

CAPVT LXIX.

Quid zelus & correptio.

AVCTOR. *Zelus eſt feruor animi, quo mens humano timore abiecto, pro defenſione veritatis accenditur, eoque comeditur; & quælibet praua quæ viderit corrigere ſatagit: quod ſi nequit, tolerat, & gemit.* Item *zelus eſt dum pro amore iuſtitiæ defenſorem vltro ſe offert animus, calumniam veritatis pati non ſuſtinens.* Itaque *correptio eſt ex zelo iuſtitiæ procedens, emendationis cauſa delinquentis reprehenſio, vel coercitio.*

Seneca ad Lucillum epiſtola 25. Quod ad duos amicos noſtros pertinet, diuerſa via eūdum eſt. Alterius enim vitia emendanda ſunt, alterius frangenda vitia libertate tota. Non amo illum niſi offendero; an profecturus ſim neſcio. Malo mihi ſucceſſum, quam fidem deeſſe *Idem in lib. de clementia 2.* Malo veris offendere, quam adulando placere. *Idem in Troade.* Qui non vetat peccare cum poſſit, iubet. *Terentius in Hehauter.* Vt quid aliena cures, quæ ad te non pertinent. Homo inquit ſum, & ideo humani à me nihil alienum puto.

Qui non vetat peccare cum poſsit iubet.

Tullius in oratione pro Celio. Hoc te admoneo, vt quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate ſeiungas. Deinde ne ea in alterum dicas, quæ cum tibi falſo reſponſa ſint erubeſcas. *Idem in lib. de amicitia.* Et monendi ſæpe amici ſunt, & obiurgandi; ſic tamen vt & monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia careant: & tunc amicè accipienda ſunt, cum beneuolè fiunt, ſed neſcio quomodo. Verum eſt quod in Andria familiaris meus ait Terentius *Obſequium amicos, veritas odiū parit.* Moleſta eſt veritas, ſiquidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenū amicis: ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ſinit ferri. Maxima autē in eo culpa eſt, qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Cuius autem aures veritati clauſę ſunt, vt ab amico verum audire nequeat: huius ſalus deſperanda eſt: & monere igitur & moneri proprium eſt naturæ amicitiæ, & alterum liberè facere non aſperè, alterum patienter recipere. *Saluſtius in Iugurthino* Fruſtra niti, neque aliud fatigando, niſi odium quærere, extremæ demētiæ eſt. *Ex prouerbijs ſapientum.* Obiurgationi ſemper aliquid admiſce blanditiæ, zelum tamen de Deo habe: non contra homines, ſed aduerſum peccantes ingemimus, & ipſi eadem committimus. *Plautus in aulularia.* Nemo ſibimet arbitretur dici, quod nos dicimus populo, neque ſibimet cauſam conſtituat communi ex ioco.

Obſequium veritati poſtponendum in vera amicitia.

Non eſt corripiendus amicus ſine ſpe emenda.

De Eodem ſecundum poetas.

CAPVT LXX.

OVIDIVS de remedijs li. 1. *Cum furor in curſu eſt, currenti cede furori; Difficiles aditus impetus omnis habet. Stultus ab obliquo, qui cum diſcedere poſsit Pugnat in aduerſas ire natator aquas. Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte Reſpuit, atque odio verba monentis habet. Aggrediar melius tunc cum ſua vulnera tangi Iam ſinet, & veris vocibus aptus erit. Quis matrem (niſi mentis inops) in funere nati, Flere vetat? non hæc illa monenda loco eſt. Cum dederit lachrymas animumque impleuerit ægrum, Ille dolor verbis emoderandus erit. Temporibus medicina valet; data tempore proſunt, Et data non apto tempore vina nocent.* Idem in li. de Ponto. *Horrent admotas vulnera cruda manus. Non eſt in medicis ſemper releuetur vt æger. Vulneris id genus eſt, quod cum ſanabile non ſit. Non contrectari tutius eſſe puto. Curando fieri quædam maiora videmus Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.* Idem in li. triſtium 2. *Eripit interdum, modo dat medicina dolorem.* Cato vbi ſupra. *Cumque mones aliquem, nec ſe vult ipſe moneri: Si tibi ſit charus, noli deſiſtere cœptis. Quod noſti factum non recte, noli tacere, Ne videare malos imitari velle tacendo. Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.* Horatius in libro epiſtolarum. *Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet: Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.*

Dicta poetarum de correptione.

De Fortitudine.

CAP. LXXI.

AVctor. Sequitur de tertia virtute cardinali, ipſa eſt fortitudo, quæ ita deſcribitur. *Fortitudo eſt animi immobilis inter aduerſa, laborum periculorumque ſuſceptio. Fortitudo eſt virtus, quæ nec aduerſitatis incurſu frangitur, nec blandimento proſperitatis elenatur.* Item *fortitudo eſt, quæ & in rebus bellicis animi magnitudine eminet, & domi corporis viribus præſtat.* Ariſtoteles in Ethicis lib. 2. *Fortitudo eſt mediocras circa timores, & audacias.*

Quid fortitudo.

Tullius in Rhetorica 1. *Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, laborumque perpeſsio.* Idem in ſecunda lib. 3. *Fortitudo eſt rerum magnarum & humilium conceptio, laboriſque cum vtilitatis ratione perpeſsio.* Item in lib. 4. *Fortitudo eſt conceptio laboris, & periculi, cum vtilitatis ratione, & commodorum compenſatione.* Idem in Tuſculanis lib. 4. *Fortitudo eſt affectio animi, legi ſummæ in perſtiendis rebus obtemperans, vel conſeruatio ſtabilis iudicij, in his rebus quæ formidoloſe videntur ſubeundis & repellendis, vel ſcientia rerum formidoloſarum contrariarumque, aut omnino negligendarum: conſeruans earum ſtabile iudicium.* Vel breuius (vt ait Cryſippus.) *Fortitudo eſt ſcientia rerum perferendarum; vel affectio animi in patiendo ac perferendo; ſummę legi ſine timore parens.*

Idem in lib. inuectiuarum. Nequaquam viro forti turpis mors accidere poteſt. *Idem in philippica 11.* Maioris conſilij eſt præuidere, nequid triſte accidat: ſed animi non minoris, fortiter ferre ſi euenerit. *Idem in li. de offi. 1.* Sicut ſcientia quæ remota eſt à iuſtitia, calliditas potius quam ſapientia eſt appellanda; ſic & animus paratus ad periculum, ſic ſua cupiditate non communi vtilitate impellitur; audacię potius nomen habet, quam fortitudinis. Non eſt præterea conſentaneum rationi, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate, nec qui ſe inuictum à labore præſtiterit, vinci à voluptate.

Nulla mors viro forti turpis.

Perpeſsio ex ſine indebito non fortitudo ſed audacia eſt.

Seneca ad Lucillum 17. Non ſum tam demens, vt ægrotare cupiam, ſed ſi ægrotandum fuerit, vt nihil effæminate faciā; non enim pati tormēta optabile eſt,

ſed

Robur animi à bonis artibus venit.

ſed pati fortiter. *Idem in li. de naturalibus quæſtionibus* 3. Humano animo à bonis artibus robur venit, & à naturæ conſideratione. Quid eſt enim cur ego hominẽ, aut feram, aut ſagittam aut lanceam tremam? maiora me pericula expectant fulminibus, & magnæ naturæ partibus. *Quintus Curtius de geſtis Alexandri lib.* 4. Fortium virorum eſt magis mortem contemnere, quam vitam odiſſe. *Caſſiodorus in epiſtola* 23. Latet ſub ocio laudabilis fortitudo; & dum ſe probandi non habet ſpatium, occulta eſt lux tota meritorum. *Valerius li.* 4. Fortiter ſe m aduerſis gerere quid aliud eſt, quã fortunam ſæuientem in adiutorium ſui pudore victam conuertere? *Lactantius in li. de vero cultu.* Timidi & imbecillis eſt animi, aut dolorem metuere, aut egeſtatẽ, aut mortẽ. quę omnia quiſquis non exhorruit, fortiſſimus iudicatur. Qui autem Deum metuit: illa omnia non metuit. Ouidius ſine titulo lib. 2. *Felix qui quod amat, defendere fortiter audet.* Galtherus vbi ſupra libro quinto. *Nulla rei nouitas peruertere fortia debet Pectora.*

Qui Deum timet mala mundi non timet.

De magnificentia & confidentia ſecundum philoſophos.

CAPVT LXXII.

Species fortitudinis.

AVCTOR. Fortitudinis ſpecies ſũt magnificẽtia ſeu confidentia, patientia, tolerantia, conſtantia ſiue perſeuerantia, ſtabilitas, ſecuritas. *Magnificentia ſiue magnanimitas eſt ſpontanea difficilium aggreſſio.* Item *magnificentia eſt glorioſa quædam animi claritudo, pulchre res arduas adminiſtrans. Fiducia eſt certa ſpes animi, rem inchoatam ad finem perducendi.* Item *confidentia eſt ex conſcientia virtutum immotam mentem inter aduerſa ſibi conſtare.*

Quid magnificentia. Quid confidentia.

Tull. de offi. lib. 1. Fortes quoque & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui pulſant iniuriam: vix inuenitur, qui in laboribus ſuſceptis, periculiſq; aditis, non quaſi mercedẽ rerum geſtarũ deſideret gloriam. *Ariſt. in Ethicis lib.* 3. Furorẽ autẽ ad virtutem homines ferãt; Mobile enim furor ad pericula ſuſtinenda. *Vnde Homerus, Virtutem immitte furori & furorem virtute erige. Idem in Topicis lib.* 3. Quod difficilius, magis eligendum eſt, quam quod minus: magis enim amamus cum habemus, quod non eſt facile ſumere.

Seneca ad Lucillum 13. Non poteſt magnos ſpiritus athleta ad certamen afferre, qui nulli vnquam ſugillatus eſt. Ille qui ſanguinem ſuum vidit, cuius dentes crepuerunt ſub pugno, nec proiectus animam proiecit, ſed quoties cecidit, contumacior reſurrexit, cum magna ſpe deſcendit ad pugnam; multum enim adijcit virtus laceſſita. *Idem in* 87. Nunquam maior eſt animus, quam vbi aliena ſe poſuit, & fecit ſibi pacem, nihil timendo; fecitque diuitias nihil concupiſcendo. *Iuſtinus in abbreuiatione Pompeij Trogi lib.* 2. In Marathomo prælio Themiſtoclis adoleſcentis gloria emicuit, & Cynegirij militis Athenienſis: qui poſt prælij innumeras cædes, cum fugientes hoſtes ad naues egiſſet, onuſtam nauem dextera manu tenuit, nec prius dimiſit quã amitteret: qua amiſſa, ſiniſtra quoque nauem tenuit, quam & ipſam cũ amiſiſſet, ad poſtremũ morſu nauẽ detinuit; ſicq; nec cædibus fatigatus, nec duabus manibus amiſſis victus, truncus ad vltimum (ve lut rabida fera) dentibus dimicauit. Ducenta millia Perſarum in eo prælio ſine naufragio ceciderunt.

Multum adijcit virtus laceſſita.

Exemplum.

De eodem ſecundum poetas.

CAPVT LXXIII.

Dicta poetarum de magnificentia.

OVidius in lib. de Ponto. *Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit. Ille etiam vires corpus habere facit.* Idem in lib. Meta. 10. *Audentes Deus ipſe iuuat.* Martialis coquus. *Sed tu ſub principe duro; Temporibuſque malis auſus es eſſe bonus.* Proſper vbi ſupra. *Qui valet aduerſis oneratam ducere vitam: Et tolerare magis vult mala quam fugere; hic magni eſt animi.* Horatius in lib. carminum. *Rebus in anguſtis animoſus atque fortis Appare ſapienter idem.* Galtherus in Alexandreide li. 6. *Nihil eſt quod fortis & ardua virtus linquat Inexpertum, mouet omnia, & omnia tentat. Ex prouerbijs ſapientum.* Nunquam periculum ſine periculo vincitur. Nihil eſt magnum in rebus humanis, niſi animus deſpicientis.

De puſillanimitate, & vana formidine abijcienda.

CAPVT LXXIIII.

Quid puſillanimitas.

AVCTOR Magnanimitati contraria eſt Puſillanimitas *id eſt mentis anguſtia, qua timet quis aggredi magna.* Item *Puſillanimitas eſt, tædio rerum aduerſarum, inconſiderata fracti animi deiectio. Timor eſt animi fuga, per quam anguſtia mentis fluctuans, ex contrariorum expectatione generatur.* Tullius in Tuſc. li. 4. *Metus eſt opinio impẽdẽtis, quod intolerabile eſſe videtur, quæ facit receſſum quendam animi & fugam. Idem in lib. de paradoxis.* Omnis animi debilitas, & humilis & fracta timiditas, ſeruitus eſt. *Iulius Celſus lib.* 4. Terror hominibus conſilium, mentemque eripit, & membra debilitat. *Quintil. quarta cauſa.* Excedit omnem calamitatem, diebus ac noctibus timere. *Seneca in lib. de quatuor virtutibus.* Timidum nõ facit animum, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia. *Idem in lib. de remedijs fortuitorum.* Stultum eſt timere, quod vitare non poſſis. *Idem in epiſtola ad Lucillum* 5. Apud Hecatonem noſtrum, inuem cupiditatum finẽ, etiam ad timoris remedium proficere. Deſines inquit timere, ſi ſperare deſieris: ferę pericula quæ vident fugiunt; & cum effugerint ſecuræ ſunt. Nos autem & venturo torquemur, & præterito: timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat. Nemo tantum præſentibus miſer eſt. *Idem in* 9. Quid refert qualis ſit ſtatus tuus, ſi tibi videtur malus.

Terror conſilium eripit.

Mala conſcientia timidũ facit.

Idem in 15. Plura ſunt quæ nos terrent quam quæ præmunt; & ſæpius opinione, quam re laboramus. Illud tibi præcipio, ne ſis miſer ante tempus, cum illa quæ velut imminentia expauiſti, fortè nunquam ventura ſint, certe non venerint. Quædam nos torquent magis quam debeant; quædam antequam debeant, quædam cum omnino non debeant; ſicque aut augemus dolorem, aut fugimus, aut præoccupamus; quam multa expectata nunquam comparuerunt. Etiamſi futurum eſt, quid iuuat dolori ſuo occurrere, ſatis cito dolebit cum venerit. Nihil tam certum eſt ex his quæ timentur, vt non certius ſit, & formidata ſubſidere, & ſperata decipere. *Item in* 24. Quid neceſſe eſt mala accerſiri ac ſatis cito patienda cum venerint præſumere ac præſens tempus futuri metu perdere: ſtultum eſt, quia quandoque futurus ſis miſer, eſſe iam miſerum: ſed ego alia te ad ſecuritatem via ducam, ſi vis omnẽ ſolicitudinem exuere, quicquid vereris ne eueniat, euenturum vtique propone, & quodcumque illud eſt malum tecum ipſe metire, & timorem tuum taxa. Acrior eſt virtus ad occupanda pericula, quam crudelitas ad irroganda.

Plura nos terrent quã præmunt.

Non ſunt timẽda mala antequã veniant.

Ex prouerbijs ſapientum. Reuera qui timetur à multis, multos timet; & eſt minus quam ſeruus, dominus qui ſeruos timet: tutiſſima vero res eſt, nihil timere præter Deum. *Lactantius in lib. de origine erroris.* Socratis carcerem times, ideoque patrocinium veritatis ſuſcipere non audes: at mortem vt ſapiens contemnere debuiſti & erat multo pulchrius, vt ob benedicta quam ob maledicta morereris. *Statius in Thebaide.* O sẽper timidum ſcelus. *Ex prouerbijs ſapientum.* Heu quam miſerum eſt ſic metuendo ſeneſcere. *Suetonius de* 12. *Cæſaribus lib.* 2. Auguſtus Cæſar tonitrua & fulgura paulo infirmus expaueſcebat; vt ſemper & vbique pellem vituli marini circumferret in remediũ. *Auctor. Cætera quoque de hac materia require infra, capitulo de timore.*

Tutiſſimũ eſt nihil præter Deum timere.

A

De strenuitate laboris, & eius interpolatione.

CAPVT LXXV.

Quid strenuitas. STRENVITAS *est probitas & promptitudo corporis, faciensque hominem habilem, & paratum ad honestos laboreshilariter subeundos, atque tolerandos.* Quintilianus *causa* 6. Labori oportet insistere, vbi effectus promittitur; nam stulta est cura, quæ spem non habet. Idem *in lib.* 4. *de oratoria institutione.* Naturalis est fauor pro laborantibus. Seneca *ad Lucilium.* Generosos animos labor nutrit, non est viri timere sudorem. Arist. *lib.* 3. *in Ethicis.* Mollicies est fugere laboriosa. Terentius *in Adria.* Ingenium est omnium à labore procliue ad libidinem.

Generosos animos labor nutrit.

Voluptas cito abit, crimen durat.

B

Auctor. Legitur quod Cato dicebat militibus suis. Cogitate cum animis vestris, si quid per laborem recte feceritis: labor iste recedit à vobis cito, beneficium à vobis dum viuitis non recedet: sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum apud vos semper manebit.

Ouidius *in li. de arte* 3. *Dum vires annique sinunt, tolerate labores. Iam veniet tacito curua senectа pede. Venturæ memores iam nunc estote senectæ. Sic nullum vobis tempus abibit iners* Virgilius *in Georgicis lib.* 1. *Labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.* Matthæus *in li. Tobiæ. Est carnis cultura labor, caro nuda labore, Fit sterilis spinis obsita, inops.* Valen. *in li.* 8. Ocium quidem industriæ studio maxime videtur contrarium: præcipuè vero subnecti debet non quo euaneſcat, sed quo recreetur.

Ocium labori miscendum.

C

Cassiodorus *in epistola* 23. Latet sub ocio laudabilis fortitudo, & dum se probandi non habet spatium, occulta est lux tota meritorum. Oui. *in li. Epistolarum. Quod caret alterna requie, durabile non est, Hæc reparat vires, fessaque membra nouat.* Idem *in li. de arte* 2. *Da requiem quietus ager bene credita reddit.* Cato *vbi supra. Interpone tuis interdum gaudia curis.* Tibullus. *Item procul curæ, durũ genus, ite labores,* Maximianus. *Intermissa minus sarcina pondus habet.* Magister Serlo. *Me grauat ille labor, in cuius pondere labor.*

De exercitatione.

CAPVT LXXVI.

D

Quid exercitatio. AVCTOR. *Exercitatio est virtus animi, qua quis molliciem siue rubiginem ocij fastidiens aut detestans, assiduè bonis honestisque studijs vel actibus se occupat, vt nullum tempus vacuum prætereat.* Nam & Catonis (vt ait Aul. Gellius) est illa sententia, *vita humana prope vti ferrum est; si exerceas, conteritur; si non exerceas, rubigo consumit.* Homines exercendo videmus conteri; sin autem inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitatio.

Homo exercitatione rubiginem abstergit.

Symmachus *in li. epistolari* Bonis familiare est studia bona cumulare, quorum gratiam sentiunt non perire. Magister Serlo *Insta ne cesses, aderunt post semina messes. Post lachrymas risus, post exilium paradisus. Fle si solari, ieiuna si saturari, Da si ditari, serui si vis dominari.* Tullius *in Tusc. lib.* 1. Græcorum prouerbium est: *Quam quisque nouit artem, in hac se exercebat.* Ganfredus *in poetria. Ars certos, vsus promptos, imitatio reddit Artifices aptos, tria concurrentia summos.* Oui. *in lib. tristium* 4. *Ingenium longa rubigine læsum, Torpet, & est multo, quam fuit ante minus. Fertilis assiduo si non renouetur aratro, Nil nisi cum spinis germen habebit ager. Contulit ingenium patientia longa malorum.* Idem *in lib. de arte, Primo Tempore difficiles veniũt ad aratra iuuenci. Tempore lenta pati frena docentur equi. Ferreus assiduo consumitur anulus vsu: Interit assidua vomer aduncus humo. Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Capta vides sero pergama, capta tamen.*

Tria reddunt artifices perfectos.

E

De militia secundum philosophos.

CAPVT LXXVII.

Quid militia. AVCTOR. *Militia est iustorum præliorum fortis ac prudens administratio.* Quid autem sit iustum bellum *require in tractatu de arte militari.* Tullius *in Antonium.* Omnino nulla est causa iusta cuiquam arma contra patriam capiendi. Idem *pro Marcello.* Iracundia quoque consilio inimica est, & victoria natura insolens ac superba est: ipsam victoriam vicisse videtur, qui ea quæ illa adepta est, victis remisit.

Ira consilio inimica est, superba victoria.

Ex *prouerbijs sapientum.* Bis vincit qui se in victoria vincit. Bis autem punitur, qui suis armis perimitur. *Item* diu apparandum est bellum, vt vincas celerius. Suetonius *de duodecim Cæsaribus li.* 3. Augustus Cæsar prælium suscipiendum omnino negabat, nisi cum maior emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda, non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscã tibus, cuius abrupti damnum, nulla captura pensari possit.

De eodem secundum poetas.

CAPVT LXXVIII.

Dicta poetarum de militia. OVIDIVS *in li. de arte* 3. *Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem: Armaque in armatos sumere, iura sinũt:* Idem *in li. Epistolarum,* Non faciunt molles ad fera tela manus. *Certamen præmia magna mouent.* Idem *in li. sine titulo* 1. *Turpe senex miles, turpe senilis amor. Sæpe soporatos inuadere profuit hostes. Victi quandoque resurgunt. Quosque neges vnquam posse iacere, cadunt.* Idem *in li.* 2. *Felix qui quod amat defendere fortiter audet. Pigra reluctanti cessat in hoste manus.* Idem in libr. *Met.* 8. *Sæpe vtile vinci, Antheo nocuit temeraria virtus,* Idem *in* 9. *Quis enim sua prælia victus, commemorasse velit.* Idem *in* 10. *In audaces non est audacia tuta, audentes Deus ipse iuuat.* Idem *in* 13. *Tutius est contendere verbis, quam pugnare manu.* Idem *in li. tristium* 3. *Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.*

Tutius verbis contendere quam armis.

Idem *in quarto. Integer est melior nitidis gladiator in armis, Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.* Idem *in li. de Ponto. Hostis adest, dextra leuaque à parte timendus. Vicinoque metu terret vtrumque latus.* Cato *vbi supra. Victorem à victo superari sepe videmus.* Claudianus *in maiori. Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.* Ganfredus *in poetria noua. Sepe sagittantem didicit referre sagittam.* Tibullus *li.* 1. *Quis fuit est atram bellis arcessere mortem: Imminet, & tacito clam venit illa pede? Quam potius laudandus hic est, quem prole parata, Occulit in parua pigra senecta, casa.* Prosper *vbi supra. Spernuntur mundi prælia pace Dei.* Auctor. *De hac iterum materia require supra* c. *de pace: & c. de tolerantia.*

Victoria cauè vtẽda.

De patientia secundum philosophos.

CAPVT LXXIX.

Quid patientia. AVCTOR. *Patientia est virtus animi, cunctos aduersitatis impetus, cum tranquillitate sustinens.* Tullius *in Rhetorica* 1. *Patientia est honestatis siue vilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria vel diuturna perpessio* Lactantius *in li. de vera iustitia. Patientia est malorum, quæ aut inferantur, aut accidant, cum æquanimitate perlatio.* Plato. Totius philosophiæ robur patientia est. Ex *prouerbijs sapientum.* Cuius dolori remedium est patientia, furor fit læsa sapientia sæpius.

Patientia est philosophiæ robur.

Seneca *de clementia li.* 1. Temeritas hominum & contumacia, sæpe tranquillissimis quoque pectoribus patientiam extorsit. In *li. de remedijs fortuitorum.* Dolor exiguus leuis est patientia; si grauis, non breuis est gloria. Ad *Lucillũ* 67. Non sum tã demens vt ægrotare

cupiam

cupiam; sed si ęgrotandum fuerit, vt nihil effœminate faciam. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter.

Tria in omni morbo grauia.

IDEM *in* 78. In remedium cedant honesta solatia, & quicquid animũ erexerit, etiã corpori prodest. Tria in omni morbo grauia; metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte satis dictum est. Dolere nemo potest valde & diu: sic enim nos amantissima nostri natura disposuit, vt dolorem aut tolerabilem, aut breuem faceret. Non est autem acerbum carere eo quod cupere desieris. Denique tolerabilis est morbi patientia, si cõtempserit id quod extremum minatur. Noli mala tua tibiipsi facere grauiora, & te querelis onerare. Leuis est dolor, si nihil illi opinio adiecerit: leuem illum dum leuem putas facies; tam miser est enim quisque, quàm credidit. Quod acerbum fuit retulisse iucundum est; naturale est enim mali sui fine gaudere.

Leuis est dolor qui vt leuis apprehenditur.

IDEM *ad Paulum epistola 6.* Feramus æquo animo, & vtamur foro quod sors concessit, donec inuicta felicitas finem malis imponat. VALERIVS *lib. 7.* Solon aiebat: Si in vnum locum mala cuncti sua contulissent, futurum vt propriã deportare domum, quàm ex communi miseriarum aceruo, portionem suam, ferre mallent. QVINTILIANVS *causa 6.* Subit libens pietas pœnam etiam sceleribus grauem. IDEM *in* 10. Nulla pœna est nisi inuito, nullum habemus nisi ab impatientia dolorem; & vt aliquid crudele fit, metus facit. TERTVLLIANVS *in Apologetico.* Epicurus omnẽ cruciatum doloremq; depretiat; laodicum quod est contemptibile pronunciabo, magnum vero non diuturnum.

Omnis dolor ab impatientia prouenit.

De Eodem secundum poetas.

CAPVT LXXX.

PRVDENTIVS *vbi supra. Ecce modesta grauis stabat patientia vultu. Per medias immota acies, varioque tumultus, Spectabat; defixa oculos, & læta manebat. Inde quieta manet patientia, fortis ad omnes Telorum nimbos, & non penetrabile durans. Omnibus vna comes virtutibus associatur: Nam vidua est virtus, quam non patientia firmat.* LVCANVS *li. 9, Gaudet patientia duris.* OVIDIVS *in li. de arte 2. Cede repugnanti, cedẽdo victor abibis. Quod male fers assuesce, feres bene.* IDEM *in li. de remedijs 2. Posse pati facile est, tibi ni patientia desit. Flumine perpetuo torrens solet altius ire: Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua.* MARTIALIS *coquus. Qui sua metitur ponderaferre potest.*

Nulla virtus perfecta sine patientia.

De causis patiendi & tolerandi secundum philosophos.

CAPVT LXXXI.

ARISTOTELES *in Ethicis libro 2.* Turpissimum quidẽ est sufferre pro nullo bono. SVETONIVS *de 12. CÆSARIBVS libro 2.* Augustus Cæsar, Minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscãtibus, cuius abrupti damnum nulla captura pensari possit.

Turpe est pati sine iusta causa.

SENECA *ad Lucillum.* Vir bonus quicquid acciderit ei æquo animo sustinebit; sciet enim id accidisse lege diuina, qua vniuersa procedunt. IDEM *in* 74. Placeat diuina, quia vniuersa procedunt. IDEM *in Hercule furente.* homini quicquid Deo placet. IDEM *in Hercule furente.* Nullo vero premetur onere qui cœlum tulit: Virtutis est dòmare quæ cuncti pauent. Non est ad astra mollis è terris via. Quæ fuit durum pati, meminisse dulce est.

Non est mollis ad astra via.

VALERIVS *in lib. 3.* Non parua gloria contemptu doloris acquiritur, titulus sapientiæ datur. IDEM *in lib. 4.* Siracusanus à Dionysio tyranno pulsus, Megaram petijt; vbi cum Theodorum eiusdem vrbis principem domi conuenire vellet, nec admitteretur, multum diuque ante fores retentus; comiti suo, patienter hoc ferendum est ait; forsitan tibi & nos cum in gradu nostræ dignitatis essemus, aliquid tale fecimus: Qua tranquillitate consilij, placidiorem sibi reddidit conditionem exilij.

Exemplum.

TERENTIVS *in Hecyra.* Ex quo tibi fuerũt commoda eius, æquum est te ferre incommoda. QVINTILIANVS *causa 6.* Subit libens pietas pœnam, etiam sceleribus grauem. MACROBIVS *libro Saturnalium.* Qui suos dolores anxietatesque dissimulat; si patientiæ beneficio ad maximam voluptatem peruenerit, magis admirandi fuerũt dolores, in angusto quos ipse pertulit loco, quã quos ipse protulit: Maior est patientiæ quã facundię laus: feras, nõ culpes, quod mutare nõ potes.

De eodem secundum poetas.

CAPVT LXXXII.

CATO *vbi supra. Quod merito pateris, patienter ferre memento. Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna.* CLAVDIANVS. *Truncentur & artus, vt liceat reliquis secare viuere membris.* LVCANVS 3. *lib. Crescit in aduersis virtus. Ex prouerbijs sapientum.* Felix est improbitas optimorum calamitas; difficilia feras, vt facilia leuius perferas. Feras quod lædit, vt quod prodest feras. Citius nocet quicquid inexpertum nocet. Honesta turpitudo est mori pro bona causa.

Crescit in aduersis virtus.

OVIDIVS *in lib. epistolarum. Leuiter ex merito quicquid patiare ferendum est. Quæ venit indigne pœna, dolenda venit. Vtiles interdum est ipsis iniuria passis. Sæpe est supplicij causa fuisse pium.* IDEM *in li. sine titulo* 1. *Leue fit quod bene fertur onus.* IDEM *in li. 2. Æquo animo pœnam quæ meruere ferunt.* IDEM *in lib 3. Non iuga Taurus amat, quod tamẽ odit habet.* IDEM *in lib. de reme. 1. Sæpe bibi succos, quamuis inuitus amaros, & fateor medicus turpiter ager eram. Vt corpus redimas, seruum patieris & ignes: Vtque animo valeas, quicquam tolerare negabis? Vt valeas animo multa dolenda feras.* IDEM *in lib. 2. Esse solent magno damna minora bono.* IDEM *in lib. tristium primo. Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent. Paruaque quot sicus corpora pulius habet.* IDEM *in 3. Denique non possum nullam sperare salutem. Cum non sit pœnæ causa cruenta meæ.* IDEM *in 4. Fert sapiens omnis casus patienter amaros, Fræna nec indomiti more recusat equi. Scilicet aduersis probitas exercita rebus: Materiam tristi tempore laudis habet.* ITEM *in li. de ponto: Sæpe creat molles aspera spina rosas Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet. Qui pœnam culpa non metuere pati.*

Vt mala toleramus pro sanitate corporis. quidni etiã pro bono animæ.

PROSPER *vbi supra. Multa diu summi differt patientia regis. Suspendens æqui pondera iudicij. Verbere nonnunquam castigans corde paterno. Et curat medicus vulnera vulneribus. Ad veniam tendunt iusti pia verba regis. Ira breuis rectis gaudia longa dabit.* ARATOR *lib. 2. Mutissima fors est Pœnarum quas vota gerunt regnique facultas. Perpetuo pro rege pati; manseraque virtus Crescit in aduersis, quæ testibus vsa periclis. Ad meritum discrimen habet.*

Pati pro Christo dulce.

GALTHERVS *in Alexandreidos lib. 3. excidat interdum patientis sæpe reatum vis illata leuat, minuitque coactio vires. Omnia descendũt à summo culmine rerum.* IDEM, *in lib. 6. Asperior sanat grauiores potio morbos. Naufragium timens iactura sæpe redemit Nauta quot potuit & damnis damna leuauit. Matthæus in libr. de Tobia. Nomine passa Dei redolet tribulatio, parcit Passio, delectat læsio, pœna sapit.*

De tolerantia secundum Philosophos.

CAPVT LXXXIII.

AVCTOR. *Tolerantia est improbitatis alienæ vel molestiæ sustinentia diuturna.* SENECA *ad Lucillũ epistola 76.* Æquo animo audienda sunt imperitorum conuitia, & ad honesta vadenti, contemnendus est ipse contemptus. *Varro in sententijs.* Contemnendi sunt in eruditorum contemptus: si vis ad summa progredi.

Quid tolerantia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SALVSTIVS *in Iugurthino.* Bono more iatius est vinci, A quàm malo iniuriam vincere.

Misera fortuna quæ inimico caret.

Ex *prouerbijs sapientum.* Iniuriarum remedium est obliuio. Miserrima est fortuna quæ inimico caret. nondum felix es, si nondum turba deridet. Nam etsi nullos inimicos tibi facit iniuria, multos tamen facit inuidia. *Arist.* Aduersum inimicos intra parietes nostros victoria quærenda est. viri boni est nescire, vel pati, vel facere iniuriam: iniuria iniuste irrogata, eius est infamia qui facit. CASSIANVS *in li. collationum.* Socratem quidem Crisios intuens ait: O oculi corruptoris puerorum, cumque discipuli irruentes in eum, vltum vellent ire illatum magistro conuitium; hac sententia illos repressit. *Quiescite ô sodales, quiescite; etenim sum, sed me contineo.*

Exempium.

HIERONYMVS *contra Ionin. lib.* 1. Socrates Xantippem & Mironeptem Aristidis duas habebat vxores, B quæ cum crebro inter se iurgarentur, & ille eas irridere solitus esset; quòd propter se fedissimum hominẽ, simis naribus, recalua frõte, pilosis humeris, & repandis cruribus disceptarent; nouissimè verterunt in eum impetum, & male mulctatum, fugientemque, diu persecutæ sunt. Quodam autem tempore cum infinita conuitia ex superiori loco ingerenti Xantippi restitisset, aqua perfusus immunda, Nihil amplius respõdit quàm capite detersо; sciebam inquit futurum vt ista tonitrua imber sequeretur. SENECA *ad Lucillum.* Dicebat autem Socrates: Quisque volet tibi contumeliam faciat & iniuriam, tamen nihil patieris, si modo tecum erit virtus. SYDONIVS *in epistolari lib.* 3. Garrulo non respondere conuitium est. C

De Eodem secundum poetas.

CAPVT LXXXIV.

Patientia dat victoriam.

OVIDIVS *in libro de arte* 1. *Cede repugnanti, cedendo victor abibis.* CATO *vbi supra, Quem superare potes, interdum vince ferendo. Maxima etenim morum est semper patientia virtus. Cum recte viuas, ne cures verba malorum. Arbitrij nostri non est, quòd quisque loquatur.*

PROSPER *vbi supra. Impia pars mundi, parti est infestа piorum. Mens illæsa nihil violato corpore perdit, Inuitam carnis vulnerа non maculant. Nec crimen facti recipit non mixta voluntas. Velle magis facinus, quàm tolerare nocet. Nunquàm bella bonis, nunquam discrimina desunt. Et* D *cum quo certet mens pia semper habet. Pulsant exterius diuersis moribus hostes. Intus cuile est & sociale malum.* MAGISTER SERLO. *Degeneri vita vitam corrumpere vita: Ne vitæ merita demerearis ita. Lite tument, retice; scortantur, vine pudice. Fraudant, fraude care, stant, curre, vacant, operare.*

Nunquam desunt bella bonis.

De constantia siue Perseuerantia.

CAPVT LXXXV.

Quid constantia seu perseuerãtia.

AVCTOR. *Constantia est animi firma stabilitas, & in proposito perseuerans. Firmitas est animi status æquanimiter omnia portans. Longanimitas est ad complenda iusta desideria infatigabilis laborum sustinentia.* TVLLIVS *in Rhet. prima. Perseuerantia est in oratione bene considerata, stabilis perpetuaque permansio. Ex prouerbijs sapientum.* Nihil prodest didicisse bene facere si cesses; si tamen te instituens pudet fieri deteriorem. QVINTIL. *de ora. institutione lib.* 4. Perseuerandum est saltem quia cæpimus, & si vires deficiunt, animo tamen perseueremus. Nihil longum videri necesse est, in quo quid vltimum sit certum est. E

SENECA *in Tyeste.* Leue quidem est miserias ferre, sed perferre graue. IDEM *in Hercule furente.* Post multa opera virtus laxari solet. IDEM *in Edippo.* Quod sæpe fieri non potest, fiat diu. IDEM *ad Lucillum epistola* 16. Plus operis est in eo, vt proposita custodias, quam vt honesta proponas; perseuerandum est, & assiduo stu-

Quod sæpe fieri non potest diu fiat.

dio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est. IDEM *in* 22. Turpe est cedere oneri; luctare cum officio quod semel recepisti. Non est vir fortis ac strenuus qui laborem fugit; vbi etiam crescit illi animus ex ipsa rerum difficultate.

TVLLIVS *in lib. de offi.* 1. Fortis animi & constantis, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deijci, sed præsenti animo & consilio vti, nec à ratione discedere. HORATIVS *in lib. carminum: Æquam memento rebus in arduis seruare mentem, iustum & tenacem propositi virum, non ciuium ardor praua iubentium, non vultus instantis tyranni, mente quatit solida.* PROSPER *vbi supra. Cum pia mens, require in capitulo de oratione.* PETRONIVS. Nihil tam arduum est, quod improbitas non extorqueat. OVI. *in lib. tristium* 4. *Esse bonum facile est, vbi quod vetet esse remotum. Rara quidem virtus, quam nõ fortuna gubernet; Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pede.* IDEM *in li. epistolarum. Cœpisti melius quàm desinis, vltima primis Cedunt, dissimiles hic vir & ille puer.* BOETIVS *de consol. lib.* 1. *Qui cecidit stabilis non erat ille gradu.* IVVE. *lib.* 3. *Furor est post omnia perdere nauluin.*

Nil tam arduum quod improbitas non extorqueat.

De Stabilitate animi.

CAPVT LXXXVI.

Quid stabilitas.

AVCTOR. *Stabilitas est mẽtis fixæ, nulla varietate locorum aut temporum in diuersa iactata cõstantia.* Hæc omnem animi leuitatem, atque à semetipso dissentionem excludit, & eliminat. Ex *prouerbijs sapientum.* Grauis animus, dubiã non habet sententiam. SENECA *ad Lucillum epistola* 85. Tẽpestas &c. *require cap. de verum vsu.* ARATOR *vbi supra. Repellitur error in diuersa trahẽs, cũ spiritus efficit vnũ.* CATO *vbi supra. Sperne repugnando tibi tu contrarius esse. Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.*

Cum nullo cõueniet qui secum dissidet.

HORATIVS *in lib. epistolarum.* Rides *quod mea compugnat rides sententia mecum. Quod petijt spernit, repetit quod nuper omisit. Æstuat & vitæ disconuenit ordine toto. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis,* IDEM *in eodem. Peregre est animus sine corpore velox.* OVI. *in lib. de arte* 1. *Parua leues capiunt animos.* IDEM *in lib. Epistolarum. Tu leuior foliys tunc cum sine pondere succi, Mobilibus ventis arida facta volant. Et minus est in te quam summa pondus aristа, Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.* GANFREDVS *in poetria nona. Multiplice forma dissimuletur idem.* VARIVS *sis, & tamen idem.*

De vitanda instabilitate loci.

CAPVT LXXXVII.

SENECA *ad Lucillum.* Socrates quærenti cuidam, cur mutatio locorum nihil sibi prodesset ad depositionem vitiorum, ait: Quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas.

IDEM *in* 28. Animum debes mutare, non cælum: licet enim vastum traieceris mare, sequentur te vitia quocumque perueneris. Quæris quare te fuga ista non adiuuet, cum fugis, onus animi deponendum est. Non autem tibi vllus placebit locus: immo quicquid faeis contra teipsum facis, & motu ipso noces tibi: ægrum enim cõcutis. At cum istud eximis malum, omnis loci mutatio iucunda fiet: in vltimas licet terras expellaris, in quolibet barbariæ angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscunque sedes erit. Magis quis veneris, quam quo, interest, & ideo nulli loco adijcere debemus animum. Cum hac persuasione viuendum est: non sum vni angulo natus, & patria mea totus mundus. Quid tam turbidum fieri potest quam forum. Ibi quoque licet quiete viuere si necesse sit. Sed si liceat disponere se, cõspectum quoque & vicinam fori procul fugiam.

Cælum mores non mutat.

Patria nostra totus mundus.

IDEM *in* 69. Frequens de loco ad locum migratio instabilitas animi est. Vt igitur animum possis continere, primo corporis tui fugam siste.

Mutatio locè instabilitatis signum.

HORA-

HORATIVS *vbi ſupra. Impiger extremos curris mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa per ignes. O ciues ciues quærenda pecunia primum eſt, Virtus poſt nummos.* ITEM. *Cælum non animum mutant, qui transmare currunt.* MARTIALIS *coquus. Dic mihi quo veniam, dic qua te parte requiram? Quiſque vbique habitat, maxime nuſquam habitat.*

Exemplum VALERIVS *li.7.* Cũ Giges armis & diuitijs, opulentiſſimo Lidiæ regno, inflatus animo, Phitium Apollinem ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe felicior eſſet; ex abdito ſacrarij ſpecu vox inſonuit, quæ Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, ſed ętate ſenior, terminos agelli ſui nunquam exceſſerat.

De ſecuritate mentis, & requie.

CAPVT LXXXVIII.

Quid ſecuritas & requies. AVCTOR. *Securitas eſt, virtus incommoditates eminentes, & inchoatæ rei fines, non formidans. Requies autem mentis eſt, per quam animo ſecuritas quædam ex contemptu perfunctoriæ varietatis affertur.* SENECA *de naturalibus quæſtionibus lib.7.* Quid eſt autem in rebus humanis præcipuum? animo omnia vidiſſe, & qua nulla victoria maior eſt, vitia domuiſſe. Innumerabiles ſiquidem ſunt, qui populos, qui vrbes habuerunt in poteſtate; pauciſſimi vero qui ſe. *Quid præcipuum in rebus humanis.* Quid eſt præcipuum animum erigere ſupra minas, & promiſſa fortunæ quicquid acciderit ſic ferre, quaſi volueris tibi accidere, debuiſſes enim velle, ſi ſciuiſſes omnia ex decretis Dei fieri. Flere autem & gemere deſciſcere eſt. Quid eſt præcipuum; animus contra calamitates fortis & contumax, luxuriæ non aduerſus tantum, ſed infeſtus, nec auidus periculi, nec fugax, qui ſciat fortunam non expectare, ſed facere; & aduerſus vtramque intrepidus, inconfuſuſque prodire; nec illius tumultu, nec huius fulgore percuſſus, puras ad cœlum manus eleuare; nullũ bonũ petere, quod vt ad te trãſeat, aliquis debet dare; aliquis amittere; optare quod ſine aduerſario optatur, bonam mentem. *Grauiſſima ſeruitus ſibimet ſeruire.* Quid eſt præcipuum, animum habere liberum; Liber autem eſt, qui ſeruitutem ſuam effugit: grauiſſima nanque ſeruitus eſt & aſſiduæ premens ſibi ſeruire: quam diſcutere facile eſt, ſi deſieris mens ſibi ſeruire: quam diſcutere facile eſt, ſi deſieris multa poſcere, tibique mercedẽ referre, ſi ante oculos & naturam & ætatem tuam poſueris, ac tibiipſe dixeris: quid inſanio, quid anhelo, quid ſudo, quid terram: quid forum verſo? Multo opus non eſt, nec diu. Primo igitur à ſordidis diſcedamus: demum animum ipſum (quo ſummo magnoque opus eſt) à corpore ſeducamus: & tandem in occultis, exercitata ſubtilitate veritatem inquiramus.

Idem ad Lucillum 8. Vitate quęcunque vulgo placent ad omne fortuitum bonum ſuſpicioſi pauidique ſubſiſtite. *Munera fortunæ ſunt inſidia.* Nam & fera & piſcis aliqua ſpe oblectante decipitur. Munera iſta fortunæ putatis: inſidiæ ſunt: quiſquis ergo tutam agere vitam volet, viſcata beneficia iſta deuitet. In præcipitium curſus iſto deducit: huius eminentis vitæ exitus, cadere eſt. Scitote tam bene hominem culmo tegi, quam auro. Cogitate nihil eſſe mirabilem præter animum, cui magno nihil magnum eſſe. IDEM *in* 24. Pauper fiam, inter plures ero: exul fiam, vbi me notum putabo: alligabor, quid enim nunc ſolicitus ſum? ad hoc me natura graui corporis mei pondere aſtrinxit: Moriar, deſinam ęgrotare poſſe, alligari poſſe: mori poſſe. IDEM *in* 36. *Fortuna in mores ius nõ habet.* In mores fortuna ius non habet: animus ille tranquilliſſimus ad fretum venit: qui in eodem habitu eſt, quocunque modo res cedant, cui ſiue aggregentur vulgaria bona, ſupra res ſuas eminet, ſiue aliquid ex his, vel omnia caſus excuſſerit, minor non fit. IDEM *in* 65. Seruiant ergo deteriora melioribus: fortes ſimus aduerſus fortuita. IDEM *in* 71. Eadem virtute & mala fortuna vincitur, & bona ordinatur, virtutem intelligo animoſam & excelſam, quam incitat quicquid infeſtat non mitum eſt in tranquillitate non concuti. Illud mirare, vbi omnes iacent, aliquem ſtare. IDEM *in* 76. *Virtus vtrũque contemnit fortunã.* Vnum bonum eſt virtus, quæ inter hanc fortunam & illam, ſuperba incedit: cum magno vtriuſque contemptu. IDEM *in* 78. Quomodo vero pernicioſior eſt hoſtis fugientibus: ſic omne fortuitum incommodum: magis inſtat cedenti & aduerſo. PROSPER *vbi ſupra. In ſolo Deo mens tuta eſt.* Accipites vitæ qui vis ſuperare labores, Dilige quod ſemper verus amator habet. Nam nihil eſt inter carnalia vota quietum. Nec pax ſolicitis nec modus eſt cupidis. In ſolo eſt mens tuta Deo.

De temperantia.

CAPVT LXXXIX.

Quid temperantia. AVCTOR. Sequitur nunc de quarta virtute cardinali, quę eſt Temperantia. Hæc ita deſcribitur. *Temperantia eſt virtus & potentia reſiſtendi illecebris in nos impetus facientibus.* Item *temperantia eſt contra illicitos impetus animi firma rationis & diſcreta dominatio.* Item iuxta Tullium. *Temperantia eſt in animo continens moderatio cupiditatum.* Item ſecundum Ambroſium. *Temperantia eſt virtus quæ modum & ordinem eorum quæ dicenda vel agenda ſunt ſeruat.* TVLLIVS *in Rhe.id eſt Temperantia eſt rationis in libidinem & in alios non rectos impetus, animi firma & moderata dominatio.* IDEM *in Tuſculanis lib.4.* *Fons omniũ perturbationum intemperantia.* Omnium autem perturbationum fontem dicunt eſſe intemperantiam, quæ eſt à recta ratione defectio, ſic aduerſa à præſcriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi continere & regi queant. SENECA *ad Lucillum epiſtola* 38. Omnia dicta & facta tua inter ſe cõgruant, ac ſibi reſpondeãt, & vna forma percuſſa ſint, non eſt huius animus in recto, cuius acta diſcordant. AGELLIVS *lib.* 1. Socratem temperantia fuiſſe tanta tractatum eſt, vt omnia ferè vitæ ſuæ tempora, valetudine inoffenſa vixerit. IDEM *in eodem.* Socrates dicebat multos homines propterea velle viuere, vt ederẽt & biberent: ſe edere, & bibere, vt viuerent. EPICVRVS. *Ex epulis multa mala naſcuntur.* Non potationes, nec commeſſationes, nec copulę fœminarum, nec copia piſcium, & aliorum huiuſmodi quę ſplendido vſui parantur conuiuij, ſuauem vitam faciunt, ſed ſobria diſputatio: his copijs conuiuij moderate vtantur qui non immoderate eas quærunt; Multæ enim ex deliciarum epulis moleſtiæ generantur.

Tres furiæ apud poetas ſcilicet ira, cupiditas, & libido. Hos autem Deus limites ſtatuit. LACTANTIVS *in lib. de vero cultu.* Poetæ tres furias eſſe dixerunt, quæ mentem hominis exagitant. Ira vltionem deſiderat: Cupiditas opes: Libido voluptates. Sed Deus his omnibus certos limites ſtatuit hominibus: quos tranſcendere non licet. Cupiditas enim ad ea comparanda nobis data eſt, quæ ſunt ad vitam neceſſaria. Libido ad ſobolem propagandam. Iræ vero affectus, ad cohibenda peccata ſubditorum, ne licentia audaciam pariat, quæ ad omne flagitium & facinus euadat. Sicut autem ira vti aduerſus minores, & iuſtum eſt, & neceſſarium: ſic aduerſus pares, & pernicioſum eſt, & impium. GANFREDVS *in poetria noua. In omnibus vna eſt virtus ſeruare modum & habitum.*

De modeſtia.

CAP. XC.

AVCTOR Cum autem officium temperantiæ ſit omnes impetus animi non rectos dirigere, vel immoderatos cohibere: poſſet virtus in tot ſpecies diuidi, quot ſunt impetus animi. Vnde ad præſens in 10. *Decẽ partes temperãtiæ.* partes diuidimus: quæ ſunt modeſtia, verecundia, taciturnitas, clementia ſiue moderatio, maturitas, abſtinentia, ſobrietas, pudicitia, parcitas, ſiue perſimonia, ſufficientia.

MODESTIA *eſt virtus quæ geſtus & habitum corporis, ad normam honeſtatis atque grauitatis, ordinat & componit.* Item *modeſtia eſt obſeruantia honeſti geſtus, & habitus, laudabili profectu verecunda.* TVLL. *in Rhet. 1. Modeſtia eſt per*

quam pudor honeſtus, claram & ſtabilem comparat auctoritatē. IDEM *in lib. de offi.* 1. Ornanda eſt dignitas domo, nō ex domo tota quærenda eſt. Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Formæ corporali adhibenda eſt munditia non odioſa, nec exquiſita nimis, ſed tantum quæ fugiat inhumanam negligentiam in veſtibus etiam mediocritas optima eſt. Cauendum eſt, ne aut in greſſu tarditatibus mollioribus vtamur, vt pomparum ferculis ſimiles videamur; aut nimias celeritates ſuſcipiamus, in quibus eſt ſignificatio inconſtantiæ. Sit vox loquentis dulcis, & non contentioſa; neque languens, neque canora. Videatque in primis de quibus rebus loquatur; ſi de ſerijs ſeueritatem adhibeat, ſi de iocoſis leporem.

Munditia non nimia exquiſita quaerēda eſt.

Regula modeſtiæ.

SENECA *in lib. de quatuor virtutibus.* Nec paupertas tibi immunda ſit, per parſimonia ſordida, nec ſimplicitas neglecta, nec leuitas languida. Quod ſi res exiguæ tibi ſint, non ſint tamen anguſtæ: nec tua defleas, nec aliena mireris. Sermones vtiles magis quam facetos ama. Reprehenſibilis eſt riſus, ſi eſt immodicus ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter factus: odibilem quoque facit hominem triſus aut ſuperbus, & clarus, aut malignus & furtiuus, aut malis alienis euocatus: non ſit ſcurriliter, ſed grata vrbanitas: ſales tui ſine dente ſint, ioci ſine vilitate, riſus, ſine cachinno, vox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu. Quies tibi ſine deſidia ſit, & dum ab alijs luditur, tu aliquid ſancti honeſtique tractaueris. Non ſis arrogans, non audax; ſubmittas te, non te proijcias; grauitatem ſerua. Admone libenter: Reprehende patienter: Dicenti eſto tacitus auditor: Requirenti facile reſponde: Contendenti facile cede. CLAVDIANVS *in maiori. Non tibi quod liceat, ſed quod deciſſe decebit Occurret, mentem domitet reſpectus honeſti.*

Sales ſint ſine dente, riſus ſine cachinno.

De verecundia.

CAPVT XCI.

Quid verecundia.

AVCTOR. Verecundia penè idem eſt quod modeſtia. *Eſt autem honeſtas quædam animi reuerens: in vultu & geſtu & habitu corporis apparens:* de qua ſic loquitur Ambroſius in lib. de offic. 1. *Sicut in ſenibus:* inquit, *grauitas, & in iuuenibus alacritas, ſic in adoleſcentibus verecundia, velut quadam naturæ dote commendatur. Hæc in ipſo corporis motu, geſtu, & inceſſu tenenda eſt. Habitus enim mentis cernitur in ſtatu corporis, & vox quædam eſt animi, corporis motus. In ipſo quoque corporis decore, verecundia plus eminet. Ita tamen vt ipſum decus non ſit effectum, ſed naturale, ſimplex, neglectum potius, quam expeditum. Sanè ſi quid in natura vitij eſt, ars, emendet.* Hęc Ambroſius.

Habitus mentis cernitur in ſtatu corporis.

ITEM verecundiæ eſt verba fæda ſuperfluaque reprimere, vel reſpuere. QVINTIL. *de ora, inſtit. lib.* 8. Nihil eſt ad conciliandum animos gratius verecundia.

VALERIVS *lib.* 4. Verecundia parens eſt omnis honeſti conſilij, tutela ſolemnium officiorum, magiſter innocentię, chara proximis, accepta alienis: omni loco, omni tempore, fauorabilem præferes vultum.

Quorum mens honeſta frons imbecilliseſt.

SIMMACHVS *in lib. epiſtolari.* Quorum mens honeſta eſt, imbecilla frons eſt. SENECA *in declamationibus lib.* 2. Efferat matrona oculos iacentes in terram, & aduerſus officioſum ſalutatorem inhumana potius quam inuerecunda ſit: longe ante pudicitiam ſuam ore quam verbo neget: nemo fortiter negantem rogauit iterum.

IDEM *ad Lucillum* 11. Verecundia in adoleſcente bonum ſignum eſt. IDEM *in* 26. Nutriendus eſt igitur pudor: qui quamdiu in animo durauerit, aliquis bonæ ſpei locus erit. IDEM *in lib. de beneficijs* 3. Pudorem tollit multitudo peccantium, & deſinit eſſe probri loco commune maledictum.

De taciturnitate.

CAPVT. XCII.

Quid taciturnitas. Difficilis ſilentij virtus.

AVCTOR *Taciturnitas eſt virtus, qua cum quadam animi fructuoſa quiete, à verbis etiam vtilibus homo ſe temperat.* QVINTILIANVS *in lib. de cauſis.* Nullam difficiliorem eſſe credo quam ſilentij virtutem: adeoque promptiſſimo ſermone facile delinquimus, vt conſtantiam tacendi nec in alijs ferre poſſimus. *Ex prouer. ſapientum.* Neminem cito accuſaueris vel laudaueris. Nullum ſine teſte locum eſſe putaueris, quod tacitum eſſe vis, nulli dixeris; quia non poteris ab alio ſilentium exigere, ſi tibiipſi non præſtas. ITEM Tene ſemper vocis & ſilentij temperamentum. In hoc tamen incumbe, vt libentius audias, quam loquaris: tacere qui neſcit, loqui neſcit.

Quod tacitum cupis nulli dixeris.

SINECA *in Hypolito.* Alium ſilere quod vis, primus ſile. SYDONIVS *epiſtolari lib.* 5. Non maior eſt gloria dixiſſe quod noueris, quam ſiluiſſe quod neſcis. SOCRATES. Sepultus apud te ſit ſermo, quem ſolus audieris. ALEXANDER *in epiſtola ad Ariſtotelem.* Solet terminum æquitatis cuſtodire, & parcius omnia quæ geſta ſunt loqui. HIERONYMVS *ſuper Eccleſiaſticū.* Pythagoricorū diſciplina eſt tacere per quinquennium, & poſtea eruditos loqui. CATO *vbi ſupra. Pauca in conuiuio loquere. Virtutem primam eſſe puto compeſcere linguam. Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere. Quod pudeat ſocios prudens celare memento. Quod noſti factum non vēlle noli tacere.* C *Ne videare malos imitari velle tacendo. Inter conuiuas ſac ſis ſermone modeſtus* OVI. *de arte lib.* 2. *Qui ſermone placet, nocitura ſilentia vitet. Qui canit arte canat, qui bibit arte bibat. Exigua eſt virtus præſtare ſilentia rebus. At contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.* IDEM *ſine titulo lib.* 2. *Quis minor eſt vnquam tacuiſſe labor.* GANFREDVS *in poetria. Non manus ad calamum præceps non lingua ſit ardens ad verbum.*

Qu atacenda & qua narranda.

De moderatione.

CAPVT XCIII.

Quid moderatio.

AVCTOR *Moderatio animi, ſiue clementia, eſt virtus qua impetus iracundiæ & animoſitatis ab animo cohibentur.* TVLLIVS *in Rhe.* 1. *Clementia eſt, per quam animi temerè in odium alicuius inuectio cōcitata, comitate retinetur. Ex prouerbijs ſapientum.* In vindicando criminoſa eſt celeritas.

D

Nil tā præclarumquod moderatione nō egeat.

VALERIVS *lib.* 4. Nihil tam præclarum aut tam magnificum eſt, quod non moderatione temperari deſideret. Illa potentia tuta eſt, quæ viribus ſuis modū imponit. *Pitachus* moderatione pectus inſtructum habuit qui Archeum poetam, & amaritudine odij, & viribus ingenij, contra ſe pertinaciſſimè vſum, tyrannidem à ciuibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo poſſet admonuit. *Plato* cum aduerſus ſerui delictū vehementius exarſiſſet; veritus ne vindictæ modum excederet, Speuſippo amico ſuo caſtigationis arbitrium mandauit. Ipſe quoque Plato criminationes difficillime recipiebat, aliquando enim cum Xenocratem diſcipulum ſuum audierat de ſe multa impia fuiſſe locutum, reſpuit criminationem. Inſtabat criminator, quærens cur ſibi non crederet: adiecit nō eſſe credibile; vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur, volente criminatore ad iuſiurandum prodire; affirmauit nunquam ea Xenocratem dicturum fuiſſe, niſi expedire ſibi ea dici iudicaſſet.

E

Exempla.

ITEM Tirentinus Architas villico ſuo: ſumpſiſſem inquit à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem: maluit enim impunitum delinquere, quam propter iram iuſto grauius punire. STATIVS *in thebaide li.* 10. *Non frena animo permitte calenti. Da ſpatium tenuemque moram, mala cuncta miniſtrat Impetus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De maturitate.

CAPVT XCIV.

Quid maturitas.

AVCTOR *Maturitas eſt virtus, qua quis impetũ actionis ſuæ regens ac moderans, ad competentem morem & grauitatem reducit.*

APVLEIVS *in lib. de Deo Socratis.* Solet apud prudentes viros eſſe in operibus elaboratis iudicatio rectrictior, in rebus ſubitarijs venia prolixior. Nulla res poteſt eadem ſimul feſtinata eſſe, & examinata; nec eſt quicquam omnium quod habere poſſit, & laudem diligentiæ ſimul, & gratiam celeritatis.

Eadem res non poteſt eſſe feſtinata & examinata.

Ex *prouerbis ſapientum.* Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiã. SVETO. *lib. de* 12. *Cæſaribus.* Auguſtus Cæſar nihil minus in perfecto duce quam feſtinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur; crebro id iactans, ſatis celeriter fieri, quicquid ſatis bene fit. SOCRATES. Velox conſilium ſequitur penitentia, maximeque conſilio contraria ſunt feſtinatio & ira. VARRO *in ſententijs.* Imperitiæ ſignum eſt, quod difficillimum eſt, exigere cito fieri. GANFREDVS in poetria.

Feſtinatio & ira maximè conſilio aduerſantur.

Si quis habet fundare domum, non currit, ad actum
Impetuoſa manus, intrinſeca linea cordis
Præmetitur opus, ſeriemque ſub ordine certo,
Interior preſcribit homo, totumque figurat
Ante manus cordis, quam corporis, & ſtatus eius
Eſt prius Archetypus, quam ſenſibili.
Non manus ad calamum præceps, non lingua ſit ardens,
Sit mens diſcreta ad verbum præambula facti.

OVID. de arte lib. 2.

Eſt mora tuta brevis, lenteſcunt tempore curæ:
Vaneſcitque abſens, & nouus intrat amor.
Cum mora non tuta eſt, totis incumbere remis
Vtile, & admiſſo ſubdere calcar equo.

IDEM in lib. Meta. 2.

Mora in negotijs vtilis: in apertis & deliberatis noxia.

Non eſt mora libera nobis.

IDEM in lib. de Faſtis 3.

Differ, habent paruæ commoda magna morę.

IDEM in lib. Epiſtolarum.

Ha nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt.

TIBVLLVS. *Quid fraudare iuuat vitem creſcentibus vuis.* PETRONIVS. *Et modo nata mala vellere poma manu?* Nolo quod cupio ſtatim tenere, nec victoria placet mihi parata. CLAVDIANVS *vbi ſupra.* Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ. SALVSTIVS *in Catilinario.* Priuſquam incipias conſulto: at vbi conſulueris maturè opus facto eſt. IDEM *in Iugurthino.* Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. LVCANVS 1. *lib. Semper nocuit differre paratis. Ex prouerbijs.* Etiam celeritas in deſiderio norma eſt. *Plinius ad Cornelium Tacitũ.* Eſt gratior multis actio breuis. SYMMACHVS *in lib. Epiſtolari.* In re aperta piget eſſe prolixum. In arduis autem rebus, multum valet lõgior diligentia. Reuera omnis affectio impatiens eſt, & iuſte, & legitimæ tarditatis.

Semper nocuit differre paratis.

De Abſtinentia.

CAPVT XCV.

Quid abſtinentia.

AVCTOR *Abſtinentia eſt qua gulæ voluptates in nobis reſtringimus, aut reſecamus.* VALERIVS *lib.* 2. Fuit antiquorum illa ſimplicitas in cibo capiendo, humanitatis ſimul & continentiæ index certiſſima. Nam maximis viris prandere & cænare in propatulo, non erat verecundię; quia nec vllas epulas habebant, quas oculis populi ſubijcere erubeſcerent. Vini etiam vſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur. AGELLIVS *lib.* 1. Parſimonia apud veteres Romanos, victus atque cænarum tenuitas, non domeſtica ſolum obſeruatione ac diſciplina, ſed publica quoque animaduerſione, legumque ſtructionibus cuſtodita eſt. *Hieronymus contra Iouinianũ* A *lib.* 2. Quod autem mirandum ſit, Epicurus voluptatis aſſertor, omnes libros ſuos repleuit oleribus & pomis & vilibus cibis dicens eſſe viuendum; quia carnes & exquiſitæ epulæ ingenti cura & miſeria præparatæ, maiorem pœnam habent in inquirendo, quam voluptatem in abutendo; corpora etiam noſtra cibo tantum & potu indigere, atque adeo vbi aqua & panis ſunt & his ſimilia, ibi naturæ ſatisfactum. Quicquid ſupra fuerit, non ad vitæ neceſſitatem ſpectare, ſed ad vitiũ voluptatis. Præterea eos qui carnibus veſcuntur, indigere & his quæ non ſunt carnium: qui ſimplici victu contuntur, eos carnes non quærere, ſapientiæ quoque operam dare nos non poſſe. Si mente abundantiam cogitemus, quæ labore nimio & cura indiget. *Didimus ad Alexandrum.* Genus Brachmannorum ſine cura & B ſimplici vita viuit, nullis rerum capitur illecebris. Nihil appetit amplius quam ratio naturæ flagitat. Facilis nobis alimonia, non quam luxuriæ ſagacitas per omnia elementa perquirit, ſed quam tellus ferro inuiolata producit: menſam epulis oneramus innocuis: hinc eſt quod nulla genera morborum & nomina numeramus, ſed diuturna ſalute perfruimur. Medicinæ remedium nobis parſimonia eſt, quę non ſolum illapſos poteſt curare dolores, ſed etiam procurare ne veniant. SENECA *ad Lucillum.* Non eſt iucunda res, aqua & polenta, aut fruſtum panis hordeacei; ſed ſumma voluptas eſt poſſe capere etiam ex his voluptatem & ad id ſe duxiſſe; quod eripere nulla fortunę iniquitas poſſit. OVI. *in lib. epi. Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis.*

Parſimonia eſt optima medicina.

C *De ſobrietate ſecundum philoſophos.*

CAPVT XCVI.

Quid ſobrietas.

AVCTOR *Sobrietas eſt virtus, qua cibi & potus exceſſum à nobis cohibemus, eorumque nimium appetitum rationis imperio reuocare ſtudemus. Terentius in Andria.* Arbitror apprime in vita vtile eſſe, vt nequid nimis.

Victus nõ ad voluptatem ſed ad ſuſtentationẽ capiendus.

SENECA *in lib. de quatuor virtutibus.* Ede citra ſaturitatem, bibe citra ebrietatem, victus tibi ſit ex facili; nec ad voluptatem, ſed ad cibum accede: palatum tuum fames excitet, non ſapores: deſideria tua paruo redime; quia hoc tantum curare debes, vt deſinant.

Hieronymus *contra Iouinianum.* Gallicus doctiſſimus Hypocratis interpres, athletas, quorum vita & ars ſagina eſt, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere poſſe diu, nec ſanos, eſſe, animaſque eorum ita nimio ſanguine & adipibus inuolutas vt nihil tenue, nihil celeſte; ſed ſemper de carnibus, & ructu & ventris ingluuie cogitare. SOCRATES Oriente ſole conſilium, occidente conuiuium cogitato. AGELLIVS *lib.* 1. Socratem temperantia tanta, *require ſupra c. de temperantia.* BOETIVS *de conſ. lib.* 2. Paucis minimiſque natura cõtenta eſt, cuius ſatietatem ſi ſuperfluis vrgere velis, aut iniucundum fiet quod infuderis, aut noxium. VALERIVS *lib.* 2. Quaſi mater quędam valitudinis eſt frugalitas.

Pinguis vẽter non gignit tenuem ſenſum.

Mater valetudinis frugalitas.

De eodem ſecundum poetas.

CAPVT XCVII.

TIBVLLVS li. 2.

Mixtaque ſecuro ſobria limpha mero.

Lucanus.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam:
Et quantum natura petat, non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.
Non auro murrhave bibunt, ſed gurgite puro:
Vita redit, ſatis eſt populis, fluuiuſque cereſque.

Ennodius.

Libertas ſemper ſtudijs reſeratur honeſtis.
Nulla fides lætis integra, nec dubijs,
Amplector ſanctas quæ dant bona ſemina fraudes.
Poſt culpas animæ ſunt holocauſta Dei.

Panis & aqua ad vitam ſuſtentandam ſuffecit.

Gan-

GANFREDVS in poetria.

Cibum cape non ad saturitatem sed ad vtilitatem.

Quando dapem resicis, dapibus non sis ita plenus.
Vt nihil appositis queas amplius; esto refectus
Plus semipleno, pleno minus, ingere ventri.
Non quantum possis, sed quantum prosit.

Magister Serlo.

Vis ne coronari, vis delicijs saturari.
Istud tibi præsto dictum breue, sobrius esto.

Onid. in lib. de arte 1.

Certa tibi dabitur à nobis mensura bibendi.
Officium præstent mensq; manusque suum.

Idem in lib. 3.

Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi.
Priamides Helenam aliter si spectet edentem,
Oderit, & dicat stulta rapina mea est.

De pudicitia.

CAPVT XCVIII.

Quid pudicitia & quotuplex.

AVCTOR. *Pudicitia est virtus, non solum impetum libidinis coercens, verumetiam signa cohibens.* Huius species sunt tres, scilicet virginitas in incorruptis, castitas in coniugatis, continentia in solutis. Itaque *continentia est virtus, abstinendi ab illecebris carnis, cuius concupiscentia tentatur quis, abstractus & illectus.* Item *continentia est virtus, per quam carnalium affectuum impetus consilij moderamine refrenatur.*

Quid continentia.

Exempla. *Hieronymus contra Iouinianum.* Plato cum dies esset & thesauros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaret; vt posset vacare philosophiæ, elegit Academiam, villam ad vrbe procul, non solum desertam, sed etiam pestilentem, vt cura & assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur: vnde & plures eius discipuli, oculos sibi effoderunt. *Auctor.* Tertullianus quoque refert Democritũ Philosophum excęcasse seipsum, eo quod mulieres aspicere sine cõcupiscentia nõ valebat.

Valerius lib. 4. Quidam excellentis pulchritudinis adolescens Spurimia nomine, cum mira specie quam plurimum feminarum solicitaret oculos, ideoque viris ac parentibus earum se suspectum sentiret, oris decorem vulneribus confudit; deformitatemque sanctitatis suę fidem, quam formam irritamentum alienæ libidinis esse maluit.

Exemplum. *Idem in lib. 6.* Lacedemonij libros Archillogię ciuitate sua exportare fecerunt, eo quod illorum parum verecundam ac pudicam arbitrabantur lectionem: noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenijs prodesset. Itaque maximum poetam, vel certe summo proximum (quia domum sibi inuisam obscenis maledictis lacerauerat) carminum exilio mulctarunt.

Exemplum. *August. de ciu. Dei lib. 1.* Egregius autem Romani nominis Marcus Marcellus, qui Syracusas, vrbem ornatissimam cepit, refertur prius eam fleuisse ruituram & ante eius sanguinem, suas illi lachrymas effudisse, gessit autem & curam pudicitiæ etiam in hoste seruandæ. Namque priusquam oppidum victor iussisset inuadi, cõstituit edictũ ne quis corpus liberũ violaret. *Terẽtius in eunucho.* Sine Cerere & Baccho friget Venus.

De Castitate.

CAPVT XCIX.

Quid castitas.

AVCTOR. *Castitas est virtus, sub rationis iugo refrænans impetum libidinis, vt limites coniugij non excedat.* Item *castitas est post edomitas vitiorum carnalium furias, munda & honesta totius corporis habitudo.* Dydimus *ad Alexandrum.* Nos Brachmani, membra libidini ad debilitandum non tradimus, ad concubitum non libido nos admonet, sed prolis amor. Sextus *Pythagoricus in sententijs.* Adulter est in suam vxorem amator ardentior. Hieronymus &c. *require sequenti libro ca. de vxore bona & mala.*

Ad concubitum nõ moueat libido sed prolis amor.

Exemplum. *Valerius lib. 6.* Horridum G. Sulpicij Galli martiale supplicium: qui vxorem dimisit, eo quod eam aperto capite foris versatam cognouit: absona quidẽ sententia, sed tamen aliqua ratione mota: Lex enim inquit, tibi meos tantũ præfinit oculos, quibus formã tuã approbes, his decoris instrumenta præpara, his esto speciosa, horã te certiori crede notitiæ, vlterior tui conspectus in ratione superuacua accersitus, in suspicione & crimine subhæreat necesse est.

Oui. sine tit. 3. lib.

Si qua metu dempto casta est, ea denique casta.
Quæ quia non licuit non facit, illa facit
Vt iam seruetur bene corpus, adultera mens est.
Nec custodiri ni velit vlla potest.
Nec mentem seruare potest, licet omnia claudas.
Omnibus exclusis intus adulter erit.

Idem in lib. Meta. 8.

Facies ætas iubebant
Credere adulterium, prohibebant credere mores.

Tibullus.

Casta precor coniunx maneas, sanctique pudoris,
Assiderat custos sedula semper anus.
Nec seuo sis casta metu, sed mente fideli.
Versatur celeri sors leuis orbe cito.

De Virginitate.

CAPVT C.

Quid virginitas.

AVCTOR. *Virginitas est virtus, qua sic homo refrænat motus concupiscentiæ carnalis, quod non incurrit lubricum carnis.* Item virginis diffinitio iuxta Hieronymum est sanctam esse corpore & spiritu. *Boetius in lib. de consol. 3. li.* Euripidis probo sententiam, qui carentem libidinis fortunio, dixit esse felicem. *Valerius li. quarto.* Scipio xxiiii. annum agens, cum multos obsides quos in vrbe Carthagine pene clausos habuerat, in suam potestatem redegisset; eximiæ inter eos formæ virginem ætatis adultæ, iuuenis celebs & victor, postquam comperit illustri loco inter Celtiberos natam, nobilissimo gentis eius adolescenti desponsam; accersitis parentibus & sponso, inuiolatam tradidit, aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat; summę dotis adiecit: qua continentia ac munificentia iuuenis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meritis eius debitam gratiam retulit. *Idẽ in li. 6.* Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia, à Tarquinij regis superbi filio, per vim stuprum pati coacta; cum grauissimis verbis iniuriam suam in concilio necessariorum deplorasset, ferro se (quod veste tectum attulerat) interemit Teutenicorum coniuges Marium Victorem orauerunt, vt ab eo virginibus vestalibus dono mitterentur. Affirmantes æque se vt illas virilis concubitus expertes futuras: eaque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt.

Exempla.

Ouid. in lib. epistolarum.

Pudicitia læsa est irreparabilis, sed non laditur sine consensu.

Læsa pudicitia est nulla reparabilis arte.

Prosper vbi supra.

Mens illæsa nihil violato corpore perdit,
Inuitam, carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas.
Velle Magis facinus quam tolerare nocet.
Charius virginitas intacto corpore habetur.
Virginitas est animæ integerata fides.

De Parcitate, siue frugalitate.

CAPVT CI.

Quid parcitas.

AVctor. Parcitas vno modo dicitur *virtus dandi moderatrix*; ideſt retinens retinenda, sicut largitas dat danda; sed de hac dictum est superius, sub illo titulo quod liberalitas debeat esse discreta. Hic autem *parcitatem siue parsimoniam voco frugalitatem*; ideſt *virtutem illam, quæ circa corporalem habitum, ceteramque necessariam superlectilem, immoderatum reuocat vsum.*

Dydimus vbi supra. Nullus nobis pretiosus amictus sed membra papiri tegmine; vel quod est verius pudore velantur, fœminæ nostrates non ornantur vt placeant: nec sciunt in augenda pulchritudi-

Opus natura corrigi à nobis non potest.

ne plus affectare quam nactæ sunt. Nam quis potest opus naturę corrigere: quod cum fuerit, aut infructuosum est, quia vincitur; aut criminosum, quia præsumitur. *Symmachus in lib. epistolarum* Odi in paruo corpore longa velamina: illa vestis decenter induitur, quæ non trahit puluerem, nec in humum demissa calcatur. *Valerius 9. lib.* Quid autem de fœminis vlterius loquar, quas & imbecillitas mentis, & grauiorem operum negata affectatione, omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre; cum & nominis & animi excellentes viros, in hoc priscæ continentiæ ignotum diuerticulum, videam prolapsos esse.

Dedecet egregiũ virũ in cultu corporis curiosũ esse.

De eodem dicta poetarum.

CAPVT. CII.

Dicta poetarũ de superfluo cultu corporis.

HORATIVS in lib. epistolarum.
Quid si forte suas repetitum venerit olim,
Grex auium plumas, moneat cornicula risum,
Furtiuis nudata coloribus.
Tibullus.
Præbet auaritiæ causas pretiosa potentum
Vestis, & è rubro lucida concha mari.
Oui. de arte lib. 1.
Forma viros neglecta decet.
Idem in quarto lib.
Vestes quas geritis sordida lana fuit.
Idem in lib. de remedijs.
Decipimur cultu, gemmis auroque teguntur
Omnia, pars minima est ipsa puella sui.
Petronius.
Quærit se natura, nec inuenit. Omnibus ergo
Scorta placent: fractique nerui in corpore gressus.
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis.
Martialis coquus.
Non quicunque caput saturatas murice vestes.
Nec nisi delicijs conuenit iste color.

Spelunca est aptissima hominis habitatio.

Dydimus vbi supra. In extruendis domibus, igne saxa non soluimus, nec admixtione pulueris cæmenta duriora conficimus, quin potius in defossis telluris speluncis, ac concauis montium latebris, capaciter habitamus, nullos ibi ventorum fremitus, nullius tempestatem turbinis formidamus: tutius nos defendit ab imbre spelunca, quam tegula; cuius geminus est nobis vsus, mansioni dum viuimus, sepulturę dum morimur nulla extrahimus instar temporum sepulchra defunctis, nec in gemmatis vrnis funera combusta recondimus, quod non honoris dixerim esse, sed pœnæ. Et hęc sunt argumenta nostra; diuitiæ, nec satietatem viuentibus concessistis, & mortuis supremam requiem sustulistis (non enim tellurem cineres suos quos edidit fouere finitis) vos estis malorum omnium causa, mortalium corda tenetis, & vos habẽtibus imperatis. Sola sapientia Brachmannorum vos superat, non amando.

Diuitia culpantur.

Seneca ad Lucillum 5. Qui domum intrauerit, nos potius miretur, quam supellectilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus sic vtitur, quomodo argẽto, nec ille minor est qui sic argẽto vtitur quomodo fictilibus. Infirmi animi est diuitias non posse pati. *Plinius de historia naturali 33. li.* Vasa coquinaria ex argento caluus orator fieri queritur, at nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Nostraque ætate Poppea cõiux Neronis principis solebat delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoque induere. *Val. li. 9.* Antiochus Syriæ rex, cuius cæcam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte clauos aureos crepidis subiectos habuit, argẽtea vasa ad vsũ culinæ cõparauit, & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit; auaro potius hosti optabilis prędа, quã vlla ad vincẽdũ strenuo mora.

Diuitiæ exercitus Antiochi.

De Sufficientia siue paupertate voluntaria, secundum philosophos.

CAPVT CIII.

Quid sufficientia.

AVCTOR: *Sufficientia est virtus, quæ bona conscientia subnixa, cunctas rerum temporalium copias spernens, paucis quæ naturæ sufficiunt, hominem contentum reddit & immoderatam in eo cupiditatis sitim extinguit:* ipsa est paupertas voluntaria, quæ & frugalitas appellatur à Seneca. *Plautus in aulularia.* Sibimet esse sufficiẽtem primũ bonum est. *Quintil. causa 12.* Parum aliquid terræ, & humilis tugurij rusticum culmen æquiras animi regnũ facit. *Varro in sententijs.* Non essemus pauperes, si nesciremus quid est paupertas: nescire quid est paupertas, optimus est ad summas diuitias progressus. Nusquam deuenies, qui quod videt sequitur calles. *Valerius lib. 4.* Locupletem facit aliquem non multa possidere, sed modica desiderare. *Seneca ad Lucillum epi. 1.* Non puto pauperem, cui quantumcunque est, satis est. *Idem in 2.* Cui cum paupertate bene conuenit, diues est; nec qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est: quid enim refert quantum in horreis iaceat, si non acquisita, sed acquirenda computat? quis sit diuitiarum modus quæris, primus, habere quod necesse; proximus, habere quod satis est.

Diues est qui pauca desiderat.

Duo modi diuitiarum.

Idem in 4. Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ compositæ paupertas. Lex autem naturæ scis quos nobis terminos statuat, non esurire, non sitire, non algere: vt famem sitimque depellas, non est necesse maria tentare, nec castra sequi. Ad manum est quod satis est: quam iucundum est nihil poscere, quam magnificum est plenum esse, nec ex fortuna pendere. *Idem in 44.* Non est iucunda res &c. *Require supra c. de abstinentia. Idem in 28.* Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hoc pauper est; intra quæ quisquis desiderium suũ clauserit, cum ipso Ioue de felicitate contendat.

Felix qui parte & aqua potest esse contentus.

De Eodem exempla.

CAPVT CIV.

Exempla.

AVctor. De Diogene pulchrè ait Seneca. Potentior erat Diogenes omnia possidente Alexandro, plus enim iste quod nollet accipere, quam quod ille posset dare. *Valerius lib. 4.* Alexander cum ad Diogenẽ Cinicum accessisset in sole sedentem, hortareturque vt siqua sibi præstari vellet, indicaret. Mox inquit de cæteris interim velim à sole mihi non obstes. Item Diogenes Syracusis, cum olera ei lauanti Aristippus dixisset, si Dionysium adulare velles, ità non esses: immo inquit, si tu ita esse velles, Dionysium non adulares. *Hieronymus contra Iouinianum.* De Diogene refert Satyrus, quod dissutili pallio vsus sit propter frigus, peram pro cellario habuit. Clauam ob corpusculi fragilitatem, qua iam senex membra sustentare solitus erat: Oemerodios vulgo appellatus in præsentem horam, pòscens à quolibet, & accipiens cibum: habitauit autem in portarum vestibulis, & in porticibus ciuitatum. Cum quis se quæreret, in dolio volubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus commutantem: frigore enim os dolij vertebat in meridiem, æstate ad septentrionem: & vbicunque se sol inclinauerat, Diogenis simul prætorium vertebatur. Quoddam vero tempore habens ad potandum caauum lignum, vidit puerum concaua manu bibere, & elisisse fertur illud ad terram dicẽs: Nesciebam quod & natura poculum haberem. *Epicurus.* Honesta res est lęta paupertas, illa vero non est paupertas si læta non est; si cui sua non videntur amplissima, licet totius mundi Dominus sit, tamẽ miser est. Si ad naturã vinas nunquam eris pauper, si ad opinionem, nunquam eris diues: exiguũ natura desiderat, opinio immensũ. Multis parasse diuitias nõ finis miseriarũ fuit, sed mutatio.

Exemplum.

Qui ad naturam viuit nunquam erit pauper, qui ad opinionem nũquam diues.

De eodem secundum poetas.

CAPVT CV.

CATO Vbi supra.
Infantem nudum cum te natura creauit:
Paupertatis onus patienter ferre memento.
Quod vile est carum, quod carum vile putato.
Quod nimium est fugito, paruo gaudere memento.

Com-

Dicta poetarum de paupertate voluntaria.

Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt.
Si contentus ea fueris, quod postulat vsus.
Persius satyricus.
Viue memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor inde est.
Messe tenus propria viue; & granaria fas est,
Emole: quid metuas occa, en seges altera in herba est.
Ganfredus in poetria.
Liber is est vitijs, qui non inseruit, abundans
Cui satis est quod habet, pauper qui plus cupit.
Galtherus in lib. Alexandreidos 8.
Animum nullius egentem
Non res efficiunt, sed sufficientia; quamuis
Sit modicum, si sufficit, nullius egebis.
Maximianus.
Non tantum velle in vitium sed & malefacta cadunt.

Mentis sufficientia ditat.

Matthæus in lib. de Tobia.
Non rerum cumulus, sed sufficientia mentis
Ditat, sufficiant pancula, diues eris.

De fugiendis vitijs.

CAPVT CVI.

Quædã sunt mala propter se vitanda, ea scilicet quæ virtutibus opponuntur.

TVllius in Rheto. 1. Hæc omnia sicut iam superius dictum est, propter se solum, vt nihil addatur emolumenti, petenda sunt, propter se natura vitanda sunt, non modo ea quæ his contraria sunt, vt fortitudini ignauia, iustitię iniustitia; verum & illa quæ propinqua & finitima esse videntur, vnicuique enim virtuti finitimum vitium reperitur, vt audacia fidentiæ, pertinacia perseuerantiæ, superstitio religioni, & huiusmodi.

Lactantius in lib. de vero cultu. Porro siue virtutes inseras, vitia sponte decedent; siue vitia eximas virtutes vltro subibunt: sic enim bonorum & malorum constituta est natura, vt se semper oppugnent & expellant. *Valerius li. 9.* Quid autem vitijs fędius, quid etiam damnosius; quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur. *Boetius de conso. lib. 4.* Qui virtute deserta homo esse desinit, cum in diuinã conditionẽ trãsire nõ possit, vertitur in belluã.

Nil vitio fędius.

Vitiũ æquat hominem bruto.

Tullius in lib. de Paradoxis. Cum tibi Deus, vel mater omnium natura, dederit animum, quo nihil præstantius, nihil diuinius, sicteipse proijcies atqueprosternes, vt nihil inter te & pecudem interesse putes. *Idem Philippica 11.* Quo maior est vis animi quam corporis, hoc grauiora sunt mala quæ animo concipiuntur, quã quæ corpore feruntur, miserior ergo est, qui in se suscipit scelus, quam qui alterius facinus suscipere cogitur. Claudianus in maiori. *Heu quam cæcus inest vitijs amor.* Oui. sine titulo li. 2. *Odi nec possim cupiẽs nõ esse quod odi.*

Qui ob metũ peccant non peccant innocentes non sunt.

Ex prouerbijs sapientum. Grauior est inimicus, qui latet in pectore. Malefacere qui vult nonnunquam causam inuenit ipsaque nequitia pœna sui est, peccandi quidem duo genera sunt: Vnum ex proposito, aliud ex negligentia. Plerique vero metu peccare cessant, non innocentia, tales profecto timidi, non innocentes dicendi sunt: odium igitur oportet peccandi terriculam non metum facias. Bis autẽ peccas cum peccato obsequium accommodas. *Seneca ad Lucillum* epistola 53.

Quo maior morbus animi, minus sentitur.

In his quoque morbis, quibus afficiuntur animi, quo quis peius se habet, minus sentit. *Idem in 69. epistola.* Nullum enim sine authoramento malum est, auaritia pecuniam promittit, luxuria voluptatem, ambitio potentiam, mercede te vitia solicitant.

Horatius in libro epistolarum.
Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Prosper vbi supra.
Nullus enim est insons, sola formidine pœnæ;
Qui sanctum & iustum non amat imperium.

Tull. de offi. 3. li. Certe si omnes Deos hominesque celare, possumus, nihil tamen auarè, vel iniustè, vel libidinosè faciendum est: bonus vir non modo facere sed nec cogitare quidem audebit quicquam, quod nõ audeat prędicare. *Seneca lib. de moribus.* Nihil interest quo animo facias quod vitiosum est fecisse.

Malum ex bono fine nõ fit bonum.

Ouid. in lib de Ponto.
Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Matthæus in lib. de Tobia.
Est gratius meritum pœnæ, quam pœna necari:
Iu cruce credo minus, quam meruisse crucem.

De mala mente & inculta.

CAPVT CVII.

Mala mens nunquam quieſcit sed semper torquetur.

QVintilianus de orat. institutione li. 8. Nihil enim tam occupatum, tam multiforme, tam varijs affectibus concisum; atque laceratum, quam mala mens. Nam & cum insidiatur, spe, curis, labore distringitur; & etiam cum sceleris compos fuerit, solicitudine, pœnitentia, pœnarum expectatione torquetur. *Tullius in Tusculanario lib. 1.* Animus æger (vt ait Ennius) semper errat, nec, pati, nec perpeti potest; cupere nunquam desinit. *Idem in li. de natura Deorum 3.* Versutos eos appello, quorum sceleriter mens versatur.

Seneca ad Lucillum epistola 5. Infirmi animi est diuitias non posse pati. *Idem in 17.* Multis parasse diuitias, non fuit miseriarum finis, sed commutatio: nec hoc miror, nõ est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem nobis grauem fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum enim nil differt, vtrũ ægrũ in lecto ligneo, aut in aureo colloces, quocumque enim transtuleris illum, morbum suum secũ transferet: sic nihil refert vtrũ æger animus in diuitijs an in paupertate ponatur. Malum enim suum illũ vbique sequitur. *Idem in 27.* Si vis omnia tibi subijcere, te subijce rationi. Multos reges, si te illa rexerit, & ab illa disces, quemadmodum, & quid aggredi debeas.

In diuitijs non est vitiũ sed in animo.

Ex prouerbijs sapientum. Turpe præbet spectaculum æger animus. Sunt quorum corpus innoxium est, & in mille facinorum furta, mens ecfosa discurrit.

Ouidius in libro tristium 2.
Omnia peruersæ possunt corrumpere mentes.
Sunt tamen illa suis omnia tuta locis.
Prosper in libro epigrammatum.
Fallaces curis torquentur amaris.
Et mala mens nunqum gaudia pacis habet.

Mala mens gaudia pacis nunquam habet.

Tibullus libro 2.
Solicitant pectus facta nefanda reum
Ouidius sine titulo lib. 1.
Multa miser timeo, quia feci multa proterue.
Exemplique metu terreor ipse mei.
Arator lib. 2.
O quantum per inania currit mens ignara boni.
Persius. O curuæ in terris animæ, & cœlestium inanes.

De passionibus animæ.

CAPVT CVIII.

Quatuor animi passiones sunt origo vitiorum omnium, illa tamen in se vitiosa non sunt.

AVgustinus de ciuit. Dei, libro 14. Sunt autem quatuor animi passiones siue perturbationes, quibus omnis humanorum nostrorum vitiositas continetur. De quibus scilicet Virgilius ita loquitur. *Hinc metuunt cupiuntque, dolent, gaudentque; nec auras suscipiunt clausæ tenebris, & carcere cæco,* scilicet animæ in corporæ terreno, atque moribundo. Interest tamen qualis sit voluntas hominis: quia si peruersa est, peruersos habebit hos motus; si vero recta, non solum non culpabiles erunt, verum laudabiles: voluntas si quidem in omnibus est, immo omnes nihil aliud sunt quam voluntates, vt superius habitum est vbi de viribus animæ dictum est.

Passiones sũ à ratione moderandæ

Idem in eodẽ. Illi porro philosophi, qui veritati propius accesserunt, iram atque libidinem, vitiosas animi partes esse confessi sunt, eo quod turpiter atque inordinate mouerentur ad ea, etiam quæ sapientia perpetrari vetat; atque per hoc, opus habere moderatricem rationem, quam partem animi velut in arce quadam ad istas regendas perhibent collocatam: vt illa imperante, istis seruientibus, possit in homine iustitia ex omni parte seruari. Idem in libro 13.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Require capitulo infra de regimine animæ.

Lactantius in libro de vero cultu. Poetæ tres furias esse dixerunt. *Require supra capit. de temperantia.* Boëtius de conso. lib. 1.

Nubibus atris
Condita, nullum
Fundere possunt
Sydera lumen.
Tu quoque si vis
Lumine claro
Cernere verum
Tramite recto
Carpere callem,
Pelle timorem.
Gaudia pelle,
Spemque fugato,
Nec dolor adsit.

Passiones mentem obfuscant.

Nubila mens est,
Iunctaque frenis,
Hæc ubi regnant.

Prosper in libro epigrammatum:

Scire volens, in qua sis rerum parte locandus.
Discute quid timeas, quid vel sit id quod amas.
Nam cuncti gemino nascuntur fomite motus.
Respondentque suis germina principijs.

De amore.

Cap CIX.

Quid amor.

AVCTOR *Amor est affectio, siue motus animi ad diligendum aliquid quod bonum est, vel apparens bonum.* Omnia namque bonum appetunt, & amãt. Boetius de consolatione.

Quis legem det amantibus:
Maior lex amor est sibi.

Amare & sapere vix à Deo conceditur.

Ex prouerbijs sapientum. Amor extorqueri non potest, sed elabi potest. Amare & sapere vix à Deo conceditur. Item amor causa est ociosæ solitudinis. Virgilius in Bucolicis.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Item in libr. 4. Eneidos.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis.

Ouidius in libro epistolarum.

Res est solliciti plena timoris amor.
Credula res amor est.
Auribus interdum voces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.

Idem in lib. sine titulo 2.

Fœlix qui quod amat, defendere fortiter audet.

Idem in libr. de arte. 1.

Palleat omnis amans, hic est color aptus amanti.

Mora amantes incitat.

Idem in 3. lib.

Mora semper amantes incitat.

Idem in libro de remedijs 1.

Quod potuit fecit, ne nil ageretur amauit.

Idem in lib. Metamor. 4.

Tempore creuit amor.
Quo magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.
Quid non sentit amor.

Idem in lib. 6.

Amor nil nõ audet.

Nihil est, quod non effræno captus amore
Ausit, nec capiunt inclusas pectore flammas.

Idem in libr. de fastis 2.

Quid non amor improbus audet.

Claudianus in maiori.

Heu quam cæcus inest vitijs amor.

Idem.

Non quærit pretium, vitam qui debet amori.

Prosper libr. epigrammatum.

Anciptis vitæ qui vis superare labores:
Dilige quod semper verus amator habet, &c.
Require c. de securitate mentis.

Arator lib. 2.

Hæc est vera fides, quam lex comitatur amoris.

Matthæus in Tobia.

Gratia dum nubit naturæ, fructus amoris
Plenior est.

Sedulius.

Fortia vincla dedit peccati sæua potestas:
Dulcis amor Christi fortia vincla dedit,

Sydonius in epistolari lib. 5. Perfecta dilectio, non tam debet recolere quid officiorum soluerit, quam meminisse quid debeat.

De spe.

Cap. CX.

Quid spes.

AVCTOR. Spes est animi motus, immobiliter ad ea quæ appetit accipienda propensus. Quintil. c. j. Nihil difficilius est, quam differre gaudium. Idem in 11. Nihil vnquam grauius, quàm si quem destituta spes torquet. Seneca in Hippolyto.

O spes amantum credula.

Lucanus 2. lib.

Liceat sperare timenti.

Ouid. in lib. epistolarum.

Spes bona dat vires.

Quæcumque ex merito spes venit, æqua venit.
Spes bona dat vires.
Spes bona solicito victa timore cadit.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.

Idem in lib. de fas. 1.

Conscia mens vt cuique sua ita concipit intra
Pectora pro facto, spemque metumque suo.

Idem in libr. 3.

Differ, habent paruæ commoda magna moræ.
Solicitæ mentes, spemque metuque pauent.

Idem in libr. de tristibus 3.

Denique non possum nullam sperare salutem.
Cum non sit pœnæ causa cruenta meæ.

Idem in libr. de Ponto.

Quamuis sit semper meritis indebita nostris:
Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Deus in se sperantibus difficilis non est.

Sedulius in carmine paschali lib. 4.

Nil igitur rectè de se sperantibus vnquam.
Difficile conferre Deo, cui prona facultas
Ardua planare, & curua in directa referre.
Et quicquid natura negat, se iudice præstat.
Quodque Deo facile est homines spectare decenter.
Nec pudeat.

Idem in carmine de mediatore.

Hic homo qui Deus est, spes est antiqua priorum:
Spes in fine pijs, hic homo qui Deus est.

Arator in historia actuum metricè composita 1. li.

Spiritus almus:
Nescia mensuræ sunt præmia, plusque ministras,
Quàm sperantis erat, præcedit gratia votum.

Idem in libr. 2.

Certeque humanum transcendunt gaudia votum.
Hoc facile præstare Deo cui muneris vsus
Hic potior quàm nemo putat.

Prosper in libro epigrammatum.

Spes diu sperata gratior.

Gratior est fructus, quem spes prodictior edit:
Vltro obiectorum vile aderit pretium.

Cato in libro de morib.

Rem tibi promissam certam promittere noli.
Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur.
Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat.
Dum vigilat sperat, per somnum cernit idipsum:
Stultitia in morte alterius sperare salutem.
Tempora longa tibi noli promittere vitæ.
Quocunque ingrederis sequitur mors corporis vmbram.

Spes sine merito præsumptio est.

Tibullus 2. lib.

Spes fouet & melius cras fore semper ait.

Galtherus in libro de gestis Alexandri Magni 6.

Spes quam meritum non præuenit, à spe
Deuiat, & verum dat ei præsumptio nomen.

Idem in libr. 7.

Est spes in dubijs semper comes optima rebus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De gaudio.

Cap. CXI.

Quid gaudium.

AVctor. *Gaudium eſt diffuſio animi in apprehenſione conuenientis, ſine delectabilis.* Seneca ad Lucillum Epiſtola 23. Fundamentum bonæ mentis eſt non gaudere vanè: mihi crede verum gaudium res ſeuera eſt, an tu exiſtimas aliquem ſoluto vultu, hilari oculo, mortem contemnere, paupertati domum aperire, voluptates tenere ſub fræno, meditari dolorum patientiam? hæc qui apud ſe verſat, in magno gaudio eſt; ſed parum blando: hæc autem quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfunctoriam voluptatem; quodcunque gaudium eſt, fundamento caret.

Gaudium de rebus mundanis caret fundamẽto.

Gaudium nõ niſi ex virtutum conſciẽtia oritur.

Idem in 59. Omnes tendunt ad gaudium, ſed vnde ſtabile magnumque conſequantur, ignorant. Et ſapiẽs quidem nunquam ſine gaudio eſt; gaudium autem hoc non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientia, nec interrumpitur, nec deſinit. Quod enim non dedit fortuna, non eripit. *Idem in* 80. Compara inter ſe pauperum & diuitum vultum, ſæpius pauper, & fidelius ridet; quia nulla ei ſolicitudo in alto eſt: etiam ſi qua incidit cura, velut nubes leuis tranſit: horum autem qui felices vocantur hilaritas ficta eſt, aut grauis; & ſupputata triſtitia.

Cato vbi ſupra.
Interpone tuis interdum gaudia curis.

Gaudia dãt vires

Statius in Achilleide.
Dant gaudia vires.
Martialis coquus.
Gaudia non remanent; ſed fugitiua volant.
Tibullus.
Heu quàm difficile eſt.
Require infra capitulo de inepta lætitia.
Proſper vbi ſupra.
Pallaces curis ſemper torquentur amaris.
Et mala mens nunquam gaudia pacis habet.
Felices verefaciunt ſempergue beatos,
De vero & ſummo gaudia nata bono.

Verum gaudiũ do ſummo bono naſcitur.

Claudia. in maiori.
Gaudia prẽmiſſi cumulant inopina dolores.

Sedulius in carmine paſchali libr. 4. *Maxima ſapè gaudia non ferimus: penſaque vota timemus.* Valerius libr. 9. Vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu, idem gaudium potuiſſe quod fulmen: & tamen idem valuit: lata etenim clade, quæ ad lacum Traſimenum inciderat: mulier filio ſoſpiti ad ipſam portam obuia facta, in eius complexu expirauit. Altera quoque cum falſo mortis filij nuncio mœſta domi ſederet: ad primum conſpectum redeuntis exanimata eſt: ficque quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit, ſed minus miror quòd mulieres, nam M. Vitius Calua conſul, collega Tiberij Gracchi, Conſulis, iterum cum in Corſica, quam nuper ſubegerat, ſacrificaret; receptis litteris decretas ei à Senatu, ſupplicationes nunciantibus; intento illas animo legens, orta caligine, ante foculum collapſus, mortuus eſt. Quem quid aliud, quàm nimio gaudio euectum, putemus? Philemoni quoque vis immoderati riſus vitam abſtulit.

Gaudium vehemens nõ nunquã vitam eripit.

Exempla.

De dolore & luctu.

Cap. CXII.

Quid dolor & luctus.

AVctor. *Dolor eſt paſſio naſcens ex ſenſu contrarij. Luctus eſt afflictio cordis ex ſenſu doloris in lachrymas erũpens.* Aug. de ciu. Dei 14. Itaque dolor carnis eſt offenſio animæ ex carne, & quædam ab eius paſſione diſſenſio; ſicut animæ dolor, qui dicitur triſtitia, eſt diſſenſio ab his rebus quę nobis nolentibus accidunt.

Dolor cogit etiam innocentes mentiri.

Ex prouerbijs ſapientum. Animo dolẽti nihil oportet credere; etiam innocentes cogit mentiri dolor; heu dolor, quam miſer eſt qui in tormento vocem non habet, cuius dolori patiẽtia remediũ eſt, dolor decreſcit, vbi quo creſcat nõ habet. Statius in Thebaide l. 5.

Mouet & cæleſtia quondam corda dolor.
Cato vbi ſupra.
Vulnera dum ſanas; labor eſt medicina doloris.
Claudianus in maiori.
Gaudia præmiſſi cumulant inopia dolores.
Maximianus.
Certè difficile eſt abſcondere pectoris æſtus.
Panditur & clauſo ſæpius ore dolor.
Ouid. in lib. Met. 6.
Grande doloris Ingenium miſeris venit ſolertia rebus,
Idem in lib. de triſtibus 4.
Eſt quædam flere voluptas.
Expletur lachrymis, egeriturque dolor.

Dolor incluſus augetur, lachrymis autem egeritur.

Strangulat incluſus dolor, at exæſtuat intus;
Cogitur & vires multiplicare ſuas.
Tibullus 2 lib.
Frangit fortia corda dolor.
Galtherus in Alexandreide lib. 3.
Excitat interdum vires dolor. Martialis coquus.
Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet.
Seneca in declamationibus lib. 3.

Miſero ſi flere non licet, magis flendum eſt; dolori ſilentium imperari non poteſt. *Idem in li.* 4. Nulla flẽdi maior eſt cauſa, quam flere non poſſe. *Idem in Medea.* Leuior autem eſt dolor qui capere conſilium poteſt, & libet ire contra. *Matthæus in lib. de Tobia. Poſt lamenta redit lyra.*

Nulla flendi maior cauſa quam flere non poſſe.

De timore.

Cap. CXIII.

Quid timor.

AVctor. *Timor eſt animi fuga, per quam anguſtia mẽtis, fluctuans ex contrariorum expectatione, generatur.*
Statius in Thebaide lib. 3.
Peſſimus in dubijs augur, timor. Idem in eodem.
Primus in orbe Deos fecit timor.
Idem in libro 10.
Eſt vbi dat vires nimius timor.
Virgilius in Æneid. lib. 1.
Soluite corda metu, atque animi ſecludite curas.
Idem in libr. 4.
Degeneres animos timor arguit.

Degeneres animos timor arguit.

Lucanus 2. libro.
Liceat ſperare timenti.
Idem in lib. 6
Degeneres trepidant animi, peiora que verſant.
Idem in libr. 7.
Multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali: Fortiſſimus ille eſt
Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtent.
Horatius in poetica.
Non ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.
Ouidius in lib. epiſtolarum.
Res eſt ſoliciti plena timoris amor.
Idem in lib. 2. ſine titulo.
Multa miſer timeo, quia feci multa proterue,
Exemplique metu terreor ipſe mei.
Vrbibus obſeſſis clauſæ munimina portæ
Proſunt, in media pace quid arma times?
Idem in libro de faſ. 1.

Mens mali cõſcia timet.

Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora pro facto ſpemque metumque ſuo.
Idem in libr. 3.
Solicitæ mentes, ſpeque metuque pauent.
Idem in lib. Triſtium 1.
Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipitris ſaucia facta ſemel.
Idem in eodem

Audaces interdum metu coguntur.

Interdum audaces cogimur omne metu.
Idem in 4.
Quam miſerum eſt vitam, porta muroque tueri:
Vixque ſui tutum viribus eſſe loci.
Deſine tuta tueri.
Deque fide certa ſit tibi certa fides.
Idem in libr. Ponto.

Accipitrem metuens alis trepidantibus ales,
Audet ad humanos fessa venire sinus.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est lasus, fallaci piscis ab hamo.
Omnibus æra cibis vnca subesse putat.
Idem in lib. de nuce.
Res timida est omnis miser.
Claudianus in maiorē.
Clausa putat sibi cuncta pauor.
Est malus interpres rerum metus, & trahit omne.
Augurium peiora via. Tibullus.
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte:
Et pauidas mentes falsa timere iubent.

Auctor. *Porro de timore copiosius habetur in capitulo de vitanda pusillanimitate & vana formidine.*

De Suspicione.

Cap CXIV.

Quid suspicio & iudicium temerarium.

SVSPICIO *est opinio sinistra de aliquo, nondum ratione firmata. Iudicium vero temerarium est rationis consensus ad opinionem huiuscemodi confirmandam in rebus incertis.* Item. *Suspicio est iugis formido impendentis mali, faciens hominem ad omnia meticulosum atque suspectum. Seneca in libro de Moribus.* Hoc habet omnis affectus, vt in quo ipse insanit, in idem putat omnes furere. *Teren. in Adelphis.* Omnes quibus res sunt minus secundę, nescio quomodo suspicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt, & propter suam impotentiam se credunt negligi.

Exempla. *Valerius lib. 9.* Massiniſſa rex parū fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam custodia canum vallauit, hoc rege infeliciot Alexander, cuius præcordia, hinc amor, hinc metus torserunt. Nam cum infinito ardore coniugis Thebis teneretur, ad eādem ex epulis in cubiculum veniens, barbarum cū stricto gladio iubebat anteire, nec prius se lecto committebat, quam à stipatoribus diligentes scrutatus esset. *Dionysius* Sicilię tyrānus adeo suspicioſus erat & meticuloſus, sciens se odio ab omnibus habitum; quod submotis amicis, in eorum locum ferociſſimos seruos, quib. latera sua committeret, sustinuit; & etiam tonsorum metu, filias suas tondere docuit, quibus & ipsis adultis non ausus est ferrum committere, sed instituit vt candentium gladium & nucum putaminibus barbam sibi & capillum adurerent, nec securiorem maritum egit quàm patrem, duarum enim simul scilicet Aristomades & Doridis matrimoniis obligatus, neutrius vnquam nisi excussæ complexum petijt: lectum quoque quasi castra, lata fossa cinxit, in quem se ligneo ponte recipiebat, foremque cubiculi extrinsecus à custodibus clausam interiorem diligenter obserabat. *Item require dictum Platonis de eodem.*

Quintil. lib. 2. Carendum est non solum turpitudine, verumetiam suspicione.

Martialis coquus.
Absit à iocorum nostrorum simplicitate,
Malignus interpres.
Cato vbi supra.
Ne cures si quis tacito sermone loquatur.
Conscius ipse sui de se putat omnia dici.
Quod tibi suspectum est, confestim discute quid sit.
Namque solent primò quæ sunt neglecta nocere.
Ouid. in libr. Tristium 4.
Quàm miserum est vitam porta muroque tueri:
Vixque sui tutum viribus esse loci.

Vir sibi conscius putat omnes de ipso loqui.

Auctor. *De hac iterum materia require infra capitulo de pusillanimitate vitanda*

De credulitate secundum philosophos.

Cap. CXV.

Quid credulitas.

AVCTOR. *Credulitas est animi leuitas, siue facilitas qua cito & absque rationis examinatione mouetur ad credendum audita.* Varo in sententijs. *Fides est media opinionis & scientiæ, neutram attingens.* Tull. in Tus. lib. 4. *Opinatio est imbecilla assensio.* Petronius. *Nunquam rectè faciet qui cito credit. Alexander ad Dydimum.* Res nouitate mirabilis, rumorum licentia videtur incredula. *Dydimus ad eundem,* Nuncios de nobis ad te prolatos, non immerito fame incredulus respuisti, solet enim gaudere figmentis. *Tull. in Rhe. 2.* Facta non famam spectare oportet.

Rumor solet gaudere figmentis & ideo fama nō credit nisi inconsideratus

Quintus Curt. in Apologetico. Fama malum quo non alius velocius vllum. Cur fama malum, quia plurimū mendax, quæ nec tunc quidem cum aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, detrahens aut adijciens de veritate. Ea quoque illi conditio est, vt non nisi cū mentitur perseueret. Famæ ergo non credit nisi incōsideratus; quia sapiens non credit incerto, ne forte illud os mendacij seminauerit; quod sæpe fit, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio suspicionis; aut non noua, sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate.

Quintil. in 15. causa. Facinus est id tantum credere quod expedit; & actum est de rebus humanis, si solum seruatur vtilitatum fides. *Idem in 17.* Pessimum humanarum rerum malum semper est, quod auidius nefanda finguntur; nec vsquam magis operæpretium putant maligni facere sermones; quam cum incredibilia quasi deprehensa narrantur. Necesse est autem contentioſius loquaris, quicquid probare non possis; & affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate.

Senec. in lib. de 4. virtutibus. Prudentis proprium est examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. *Idem in declamationibus li. 4.* Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit. *Idem in Hercule furente.* Quod nimis miseri volunt, hoc facile credunt. Prona est timori semper in peius fides. *Idem in Hyppolito.* Contemne famam, vix vero fauet. *Item:* dissimilem oportet habere aurem ad crimina. *Idem ibidem.* O spes amantum credula. *Idem ad Lucillum epistola 3.* Vtrumque vitium est, & omnibus, credere, & nulli; sed alterum dixerim honestius vitium.

Spes amantiū credula.

De eodem secundum poetas

Cap. CXVI.

Quæ credita laduns tarde creduntur.

OVIDIVS in lib. epistolarum.
Tarde quæ credita lædunt Credimus.
Credula res amor est.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Idem in lib. de arte 3.
Non cito credideris, quantum cito credere lædat.
Exemplum nobis non leue Procris erit.
Experto credite. Idem in lib. de remedijs 2.
Dum sibi quisque placet, credula turba sumus
Idem in Methamor. 8.
Facies atasque iubebant
Credere adulterium, prohibebant credere mores.
Idem in lib. 12.
Credita res auctore suo est.
Idem in lib. de Fas. 4.
Conscia mens recti, famæ mendacia ridet.
Sed nos in vitium credula turba sumus.
Cato vbi supra. *Nil temere crede.*
Admiranda canunt, sed non credenda poetæ.
Prosper vbi supra.
Non pateant faciles sæuis rumoribus aures.
Quæ nescire iuuat, credere non libeat.
Ganfredus in poetria.
Certior aure arbiter est oculus.

Oculus est certior aure.

De errore.

Cap. CXVII.

Quid error.

AVCTOR. *Error est à recto tramite deuiatio.* Item *error est cū per ignorantiam malū committitur.* Tull. in Tus. li. 3. Animus æger (vt ait Ennius) semper errat, nec pati, nec perpeti potest; cupere nunquam desinit.

Cuiusuis est errare sed insipientis in errore perseuerare.

Idem in li. de Offic. 3. Errat qui vitium vllum corporis aut fortunæ, vitijs animi grauius existimat. *Idem in Philippica* 12. Cuiusuis hominis est errare, nullius autem nisi insipientis in errato perseuerare. Posteriores enim cogitationes (vt aiunt) solent esse sapientiores. *Idem in lib. de legibus* 1. Non est viri boni errare, & diligere quod per se non est diligẽdum. *Valerius li.* 9. Temeritati proximus est error, & ad lædendum par: cui tamen facilius quis ignoscat, quia non sua sponte, sed vanis concitatus imaginibus, culpæ se implicat. *Seneca de beneficijs li.* 3. Non est leuitas à cognito & damnato errore discedere, & ingenuè fatendum est, aliud putaui, deceptus sum. Hæc vero superbæ stultitię perseuerantia est, quod semel dixi, qualecunque est fixum ratumque sit. Non est turpe cum re mutare consilium. *Idem ad Lucillum epistola* 1. Cæci ducem sequuntur nos autem sine duce errauimus; & ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus.

Non est leuitas à cognito errore discere, aut cum re mutare consiliũ.

Ouidius de remedijs li. 1.

Et mala sunt vicina bonis, errore sub ipso.
Pro vitio virtus, crimina sæpe tulit.

Arator li. 2.

Repellitur error
In diuersa trahens cum spiritus efficit vnum.

De stultitia.

CAPVT CXVIII.

Quid stultitia.

AVCTOR. *Stultitia est priuatio sine defectus sapiẽtiæ.* Item iuxta Hugonem. *Stultitia est cum malum cognitum non vitatur.* Lactantius in lib. de vera iustitia. *Stultitia est in factis dictisq; per ignorantiam recti ac boni erratio. Tullius in lib. de senectute.* Tanta inest stultitiæ inconstantia atque peruersitas quod omnes eam vt adipiscantur exoptant, & eandem adepti accusant. *Idem in libro de natura deorum* 1. Multa incommoda in vita, quæ sapientes commodorum compensatione leniũt; stulti nec vitare venientia, nec ferre præsentia possunt.

Sapiẽtes sunt liberi & stulti serui.

Idem in lib. de Paradoxis. Stoicorum sententia fuit omnes stultos insanire; omnesque sapientes esse liberos, & omnes stultos seruos. *Idem in Tusculanis li.* 3. Stultitiæ proprium est aliorum vitia cernere, suorum obliuisci.

Augustinus in libro soliloquiorum primo. A quibusdam dictum est, ita stultos omnes insanos esse, sicut omne cænum olere: quod non semper, sed dum commoues, sentias. *Seneca de beneficijs lib.* 2. Negamus iniuriam accipere sapientem: qui tamen illum pugno percusserit, iniuriarum dãnabitur. Negamus stulti quicquam esse; & tamen eum qui rem aliquam stulto surripuit, furti condemnabimus. Magister Serlo.

Stultus assimilatur cæno, quia dũ commouetur sentitur.

Stultus si qua refert, quæ sint ea nil puto refert.

Cato vbi supra.

Stultitiam simulare quãdoque prudentia est.

Insipiens esto cum tempus postulat aut res.
Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Ouidius in lib. tristium quarto.

Forsitan hoc studium possit furor esse videri:
Sed furor hic aliquid vtilitatis habet.

De naturalibus desiderijs secundum philosophos.

CAP. CXIX.

Naturalia desideria citra errorem nascentia sunt finita.

SENECA *ad Lucillum epistola* 16. Naturalia desideria finita sunt; ex falsa autẽ opinione nascentia, vbi desinant non habent: Nullus enim terminus falso est, nam via eunti aliquid extremum est, error autem immensus est; retrahe ergo te a vanis. Et cum vis scire quod petis, vtrum naturalem habeat an cæcam cupiditatem: considera si non possis alicui consistere. nam si longe progresso semper aliquid restat, scito illud naturale non esse.

Magni animi est magna contemnere.

Idem in 39. Magna animi est magna contemnere: & mediocria male, quam nimia necesse enim in immensum exeat cupiditas, quæ naturalem modũ transilit. *Idem in* 70. Quomodo veniet in mentem finis suus, omnia sine fine cupienti.

Idem in 72. Vidisti aliquando canem, missa à domino frustra panis vel carnis, aperto ore captantem; quicquid excepit protinus integrum deuorat, & semper spem futuri hiat. idem euenit nobis, quicquid enim expectãtibus nobis fortuna proijcit, id sine vlla voluptate dimittimus, statim ad rapinam alterius erecti & attoniti hoc sapienti non euenit: quia plenus est, & si quid euenit, securus excipit, & reponit. Imperitis autem ac rudibus, nullus prę cipitationis finis est, in Epicureum illud chaos decidunt, quod inane sine termino est. *Ex prouerbijs sapientum.* Alienum nobis nostro plus placabis. *Varro in sententijs.* Desiderata non habita magni fiunt: habita vilescunt.

Desiderata habita vilescunt.

De eodem secundum poetas.

CAP. CXX.

OVIDIVS sine titul. lib. 2.

Quod licet ingratum est, quod non licet acrius vrit.
Quod sequitur fugio, quod fugit ipse sequor.

Idem in lib. 3.

Semper nitimur in vetitum.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.
Sic interdictis imminet æger aquis.
Quicquid seruatur cupimus magis, ipsaque furem
Cura vocat, pauci quod sinit alter, amant.

Idem in lib. de arte. 1.

Quod refugit multi cupiunt, odere quòd instat.

Petronius.

Quærit se natura nec inuenit: Omnibus ergo
Scorta placent: fractique nerui in corpore gressus:
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis.

Prudentius vbi supra.

Summa quies superflua contemnere.

Summa quies nil velle super quam postulat vsus.
Debitus, vt simplex alimonia, vestis, vt vna
Infirmos tegat, aut rexeret mediocriter artus.
Expletumque modum naturæ non trahat vltra.

Theodulus.

Mortales cuncti quod contendunt adipisci,
Nec si perficiant vitæ discrimina curant.

De eodem amore sui.

CAP. CXXI.

Amantium iudicia cæca, & ideo iudicium cuiusuis de seipso sæpe est erroneum.

AVCTOR. Thophrasti sententia fuit, Amantium cæca esse iudicia: vnde quia quilibet homo se ipsum præ cæteris amat, in iudicio sui facilius erat. Amor namque priuatus mẽtem vehemẽter excęcat. In prouerbijs quoque sapientum legitur, quòd amare & sapere vix à Deo conceditur. *Varro in sententijs.* Non tam modestè quiuis sua miratur quàm aliena; hoc autem fit, quoniam nemo sibi inuidet. *Quintus Curtius.* Thobares magnus ad Alexandrum ait. Natura mortaliũ hoc nomine praua & sinistra dici potest, quod in suo quisque negotio hebetior est quàm in alieno.

Quisque aliena melius iudicat quã sua.

Teren. in adelphis. Quid homine imperito iniustius, qui nihil rectum putat, nisi quod ipse fecit. *Idem in hehauter.* Ita ferè comparata est omnium hominum natura, vt aliena melius iudicent quàm sua. *Iulius Celsus, 2. lib.* Quæ volumus, libenter credimus, & quæ ipsi sentimus, alios quoque sentire speramus. *Petronius* Omnes opertis oculis bona sua computant. *Plinius secundus in epistola ad Cornelium Tacitum.* Suæ quisque inuentioni fauet. *Quintil. 2. lib.* Aliena quoque vitia mauult quisque comprehendi, quàm sua. *Lactantius in lib. de falsa sapientia.* Nemo potest de se recte iudicare, sed aliena iudicat melius quàm sua. *Tull. de Offi. lib.* 1. Nescio quomodo fit, vt magis in aliis quam in nobismetipsis cernamus, si quid delinquitur. *Idem in Tusc. 4. lib.* Stultitiæ proprium est aliorum vitia cernere, suorum obliuisci. *Idem in oratione pro Deiotaro.* Nemo ferè est, qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorem quam reo præbeat. *Idem in Rhetor. 2.* Qui

Proprium est stultorum aliena vitia cernere, suorũ obliuisci.

nihil

nihil in vita iucundius habet quàm vitã, nõ potest cũ virtute vitam colere. *Sen. in Agamemnon.* Non intrat vnquam regium limen fides. Pretio parata, vincitur pretio fides. *Idem in epistola 26.* Vna est catena quæ nos alligatos tenet amor vitæ. *Vale. lib. 2.* Dulcedo vitæ multa & facere & pati turpiter cogit.

Amor proprius multa mala facere cogit.

Statius in Thebaide lib. 3.

Proh vitæ fœda cupido.

Iuue. lib. 3.

Summum crede nefas animam præferre pudori:
Et propter vitam vivendi perdere causas.

Claudi. in maiori.

Heu quàm cæcus inest vitijs amor. Idem.
Munere cavior omni,
Astringit sua quemque salus.

Horatius in lib epistolarum. *Sunt qui nil rectum nisi quod placuit sibi ducunt.* Ouidius in lib. de Ponto. *Quod fecit quisque tuetur opus.* Martialis coquus. *Quis enim damnet sua vota libenter.* Auianus.

Quisque suũ opus tuetur.

Sic mos est hominis quicquid sibi fecerit ipse,
Vile licet maneat, approbat esse tamen.

Maximianus. *Non intellecti, nulla est curatio morbi.*

De superbia.

Cap. CXXII.

Quid superbia.

AVCTOR. Omnium itaque vitiorum caput & origo siue radix est superbia, quæ sic describitur. *Superbia est amor propriæ excellentiæ.* Item *superbia est animi tumor, ex amore proprio, cæteros supraire contendens.* Itẽ *superbia est singularis excellentiæ tumentis animi super omnes cæcus quidam appetitus.* Item *superbia est alienatio vitiosa quæ inferiorem despiciens, superioribus ac mediocribus satagit dominari.* Itaque superbiæ comes inseparabilis est inuidia. Dum enim superbus cunctos præire & superare conatur, superiorem vel parem habere dedignatur.

Superbia comes inseparabilis est inuidia.

Plautus in aulularia. Res nimium singularis est homo, parem ferre non patiens. Minores despicimus, maioribus inuidemus, ab equalibus dissentimus. *Tull. de Offi. lib. 1.* In rebus etiam prosperis superbia fugienda est & arrogantia, nam vt aduersas res, sic & secundas immoderatè ferre leuitatis est. *Ex prouerbijs* Cito fit ignominia superbi gloria. *Seneca ad Lucillum epistola 47.* In homines nostri similes superbia non agimus imperium, nec quicquam vel minima seruitute exigimus præter corpus, quod solum animo famulari debere censemus: alioquin fœuitia est in obsequium cogere, quos nobis fratres eadem natura progenuit; & quibus à Deo patre communium bonorũ spondetur hæreditas. *Salustius in Iugurthino.* Superbia commune nobilitatis malum est. *Iuuenalis li. 4.*

In Prosperis cauenda superbia.

Quia tu gallinæ filius albæ:
Nos vilis populus nati infelicibus ouis.

Prosper vbi supra.

Sola est innumeris armata superbia telis.
Cui possunt vires & bene gesta dare.

Versificator.

Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa.
Nasci pœna, labor vita, necesse mori.

Nil homine vanius.

Vana salus hominis, vanus labor, omnia vana.
Inter vana nihil vanius est homine.
Post hominem vermis, post vermem fit cinis heu heu.
Sic redit in cinerem gloria nostra sum.

Primas.

Si tibi gratia, si patientia, formaque detur:
Sola superbia destruit omnia, si comitetur.

Claudianus vbi supra.

Inquinat egregios adiuncta superbia mores.

Ouidius de Fastis lib. 1. *Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.*

Superbia bonos mores inquinat.

De temeritate.

Cap. CXXIII.

Quot filia superbia.

AVCTOR. Ex virulenta radice superbiæ, nascitur pestifera proles multiformis vitiorum, scilicet temeritas, præsumptio, ambitio, inanis gloria, Inuidia, Ira, Acedia, Tristitia, Gula, Luxuria. *Quid temeritas.* *Temeritas est rationis expers, animi procacis, indisciplinatus excursus.* Item *temeritas est audacia præceps, qua quis audet aliquid supra vires suas attentare.* Tull. in Rhetorica 2. *Temeritas est inconsiderata dolorum perpensione, gladiatoria periculorum susceptio.*

Temeritatis vehementes sunt impulsus.

Valerius in libr. 9. Temeritatis & subiti & vehemẽtes sunt impulsus, quorum ictibus hominum mentes concussæ, nec sua pericula respicere, nec aliena facta iusta examinatione prosequi valent, temeritati proximus error, & ad lædendum par; cui tamen facilius quis ignoscat, quia non sua sponte, sed vanis concitatus imaginibus, culpæ se implicat.

Tullius de offi. libr. 1. Sicut scientia quæ remota est à Iustitia, calliditas potius quàm sapientia est appellanda: sic & animus paratus ad periculum, si sua cupiditate non communi vtilitate impellitur, audaciæ potius nomen habet, quam fortitudinis. Videndum est etiam vt contra communem naturam nihil contendamus, sed studia nostra eius regula metiamur; nec enim attinet naturæ repugnare, nec quicquam sequi quod non queas assequi. Id maximè quẽque decet, quod maximè suum est.

Nil tentandum vltra vires.

Terentius in Andria. Quando fieri non potest id quod vis, id velis quod possis. *Quintil. de instit. lib. 2.* Nec tentes quod effici non possit. *Idem in 4. lib.* Tentanda non sunt quæ effici omnino non possunt. *Idem in 8. libro.* Quod autem imitaturus est primum quisque intelligat, & quare id bonum sit sciat; tum in suscipiendo onere vires suas consulat, vbique perniciosissimum est vires fiducia præuenire. *Statius in Thebaide, 11. libr.* *Hic miseris furor est instare periclo.*

Pernicioſum est vires fiducia præuenire.

Ouidius in libro Metam 8. *Sæpe vtile, vinci,*
Aratheo nocuit temeraria virtus.

Idem in lib. 10.

In audaces non est audacia tuta.

Iuuenalis 2. libr.

Fortem animum præstant rebus quas turpiter audent.
Nihil est audacius illis
Deprehensis: Iram atque animos à crimine sumunt.

Seneca in Hercule furente.

Nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus aliquando inuenit.

Cato vbi supra.

Quod potes id tenta, nam littus carpere remis,
Tutius est multo quam velum tendere in altum.

De præsumptione.

Cap. CXXIV.

Quid præsumptio & insolentia.

AVCTOR. *Præsumptio nouitatum est, qua quis contra qualitatem sui ordinis aut virium, singulari tumore noui quippiam audet attentare.*

Insolentia est, extra commorantium vsum vel morem, quasi despectis cæteris, verba, facta, gestum, habitumque specificare. Item *præsumptio est vitium animi, quo quis de viribus suis supra modum confidens, nititur alios præire, vel eis se præferre, vel alterius bona sibi spiritualiter arrogare.*

Contra omnes sapere desipere est.

Varo in sententijs. In multis contra omnes sapere, desipere est. *Tull. in lib. de academicis.* Ineptè qui mineruam docet. *Bernardus Siluester in Microcosmo.* *Pudet docuisse Mineruam.* Galcherus in libr. de gestis Alexandri 2.

Parcite mortales animas extollere fastu
Collatis opibus, aspernarique minores.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Parcite victores ingrati viuere ſummo
Victori; vires, ſceptrum, dyadema, triumphos,
Diuitias, dare qui potuit, auferre valebit.
Proſper vbi ſupra.
Quod quis non cecidit, proprijs ſi viribus aptat:
Hoc ipſo quo ſe ſtare putat, cecidit.

Bona proprijs viribus non ſunt tribuẽda.

De ambitione ſecundum philoſophos.

Cap. CXXV.

Quid ambitio.

AVCTOR. *Ambitio eſt inordinatus appetitus honoris terreni, vel dignitatis, aut amplitudinis. Sydonius in epiſtolari lib.* 2. Quidam ius faſque commune ſupergreſſi, ſummam beatitudinem, ſummam poteſtatem putant; hoc ipſo ſatis miſeriores, quòd parum intelligunt ſe inquietiſſimo famulatui ſubiacere. Nam ſicut hominibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominantur. *Macrobius in lib. Saturnalium.* Summum ad gradum claritatis cum veneris, ægre conſiſtes, & citius quam aſcendas, cades.

Stultum eſt velle imperare, cum facilius quis cadat quam aſcendat.

Fulgentius in lib. Mythologiarum. 2. Qui plus quærit eſſe quam licet, minus erit quam eſt. *Socrates*, Stultum eſt vt imperare quis velit, cum ipſe ſibi imperare non poſſit. *Seneca in li. de quatuor virtutibus.* Ne in re altiori te ponas, in qua ſtanti tremendum, deſcendenti cadendũ eſt. *Idem ad Lucillum epiſtola* 73. Ambitioſis non tam iucundum eſt multos poſt ſe videre, quàm graue aliquem ante ſe. Nec ambitio tantũ inſtabilis eſt, verum etiam omnis cupiditas, quia incipit ſemper à fine. *Saluſtius in Iugurthino.* Inter mortales difficillimum eſt gloria inuidiam vincere. *Ex prouerbijs ſapientum.* Vis habere honorem, do tibi imperium magnũ, impera tibi.

Omnes quãtumuis humiles gloria tanguntur.

Valerius 8. *lib.* Nulla eſt tanta humilitas, quę dulcedine gloriæ non tangatur. Nam Alexandri pectus inſatiabile laudis; qui Anaxarti comiti ſuo, ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos eſſe referenti: Heu me inquit miſerum, qui nec vno quidẽ adhuc potitus ſum. Gloria, nec ab his quidem qui eius contemptũ introducere conãtur, negligitur.

Arbor quæ multis annis ad altitudinem prouenit, vna hora ſucciditur.

Quintus Curtius. Dixit quidem ex ſuis maximus natu Alexandro; ſi dij habitum corporis tui, auiditati animi tui parem eſſe voluiſſent, orbis te non caperet; altera manu orientem, altera contingeres occidentem. Quid tu ignoras, arbores magnas diu creſcere, & vna extirpari hora? Stultus eſt qui fructus earum ſpectat, altitudine nõ mota: vide ne dum ad cacumen peruenire contendis, in ipſis ramis quos comprehenderis decidas. Leo quandoque minimarum auiũ pabulum fuit; nihil tam firmum eſt, cui periculum non ſit ab inualido. Denique ſi Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non ſua eis eripere, ſi autem homo es, id quod es ſemper te eſſe cogita: ſtultum eſt eorum meminiſſe, propter quæ tui obliuiſcaris.

De eodem ſecundum poetas.

Cap. CXXVI.

OVIDIVS in lib. de faſtis quinto.
Nos quoque tangit honor, feſtis gaudemus & uris;
Turbaque cæleſtes ambitioſa ſumus.
Matth. in lib. de Tobia.
Si quæratur honor, onus intricatur honori.
Galtherus in libro Alexandreidos.
Quàm friuola gloria mundi,
Quàm rerum fugitiuus honor, quàm nomen inane.

Prælatus qui præeſſe cupit, prodeſſe recuſat.

Prælatus qui præeſſe cupit, prodeſſe recuſat.
Magnus in exemplo cui non ſuffecerat orbis,
Sufficit exciſo de foſſa marmore terra,
Quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus,
Exigua requieuit humo.
Verſificator.
Vir bone, quid curas res viles, res perituras?
Nil profecturas. damno quandoque futuras:
Nemo diu manſit in culmine, ſed cito tranſit.
Eſt breuis atque leuis, in mundo gloria quæuis.
Qui fuit hic imus, illic erit ordine primus.
Quid lucri refert, qui mundo totus inhæret?

De principatu vel honore recuſando.

Cap. CXXVII.

Exempla.

SENECA *de beneficijs lib.* 3. Vicit Antigonus (beneficijs patrem) qui cum ingenti prælio ſuperaſſet hoſtem, præmium belli ad patrem tranſtulit, & illi imperium Cypri tradidit. Hoc eſt regnum; nolle regnare cum poſſis.

Idem in Hippolito. *Cælo*
Inppiter alto Vicina petit,
Non capit vnquam magnos motus,
Humilis tecti plebeia domus,
Circa regna tonat.

Valerius lib. 4. Fabius Maximus cum à ſe quinquies, & à patre, auo, & proauo, maioribuſque ſuis ſæpè conſulatum geſtum animaduerteret; cum populo conſtanter egit quantum potuit, vt aliquando vacationem huius honoris Fabiæ genti darent; non quidem quod virtutibus filij diffideret (erat enim illuſtris) ſed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius, qua etiam patrios affectus qui potiſſimi habentur ſuperauit? *Idem in lib.* 5. Nam ſicut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia à parentibus accepiſſe, ita proximum iudicari debet ab eiſdem ſimul accepiſſe.

Idem in lib. 6. Manlius cum ei conſulatus cum omni conſenſu deferretur, & ille ſub excuſatione aduerſæ valitudinis oculorum eum recuſaret: Inſtantibus cunctis; alium (inquit.) Quirites quærite, ad quem hunc honorem transferatis: Nam ſi me eum gerere coegeritis, nec ego mores veſtros ferre potero, nec vos meum imperium perpeti poteritis. *Idem in lib.* 6. Rex ille ſubtilis iudicij, quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: O nobilem magis quàm fælicem pannũ, quem ſi quis penitus quàm multis ſollicitudinibus periculis ac miſerijs ſit refertus cognoſceret, nec humi quidem iacentem tollere vellet. *Saluſtius in Iugurthino.* Poſt gloriam inuidiam ſequi memineris. Itaque quo clarior eris, eo magis anxium ac ſolicitum te eſſe oportet.

Gloriam inuidia ſequitur.

Terentius in adelphis. Præterea quid tu ibi agas, vbi ſiquid bene præcipias, nemo obtemperat. *Ex prouerbijs ſapientum.* Excelſis multo facilius caſus nocet.

Seneca in Thyeſte.
Mihi crede falſis magna nominibus placent.
Fruſtra timentur dura: dum excelſus ſteti
Nunquam pauere deſtiti, atque ipſum timor
Ferrum eſt lateris mei.
Horatius in lib. Carminum.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq́ue ſummos
Fulgura montes.
Ouidius in lib. Metamorphoſeos 2.
Vix vlla potentia longa eſt.

Vix vlla potentia longa eſt.

Idem in lib. de remedijs. 1.
Summa petit liuor, perflant altiſſima venti.
Summa petunt dextra fulmina miſſa Iouis.
Rumpere liuor edax.
Idem in lib. de tribus 3.
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper.
Propoſitique tui protrahe vela precor.
Idem in lib. 4.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Galtherus in Alexandreide lib. 8.
Satius eſt non aſcendere, quam poſt aſcenſum regredi.

De

De Inani gloria.

Cap. CXXVIII.

Quid inanis gloria.

AVCTOR. *Inanis gloria est amor vel appetitus vanæ laudis aut fauoris humani.* Item *vana gloria est placendi desiderio mota vtriusque hominis impotens exagitatio. Tull. in Tusc. lib.* 1. Honos alit artes, omnesque incendunt ad studia, gloria. *Idem in lib.* 5. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquæ ferentis mulierculæ (vt mos est in Græcia) insusurrantisque alteri: hic est ille Demostenes, quid hoc leuius? sed orator ille tantus, apud alios videlicet loqui didicerat, non multum ipse secum. *Boetius in lib. Diuisionum.* Quis hoc non videat, plurimum ad bonarum artium valere defectum, si apud mẽtes hominum vnquam sit desperatio displicendi?

Honos alit artes,

Plinius in epistola ad Arrianum. Necesse est vt laudis suæ spatio, & cursu, & peregrinatione, quisque lætetur: Etenim nescio quo pacto, magis homines iuuat gloria lata, quàm magna. *Valerius in li.* 60. Sophocles iam senex tragædiam quandam in certamen miserat; cumq; suspensus ancipitis certaminis expectaret sententiam, audiuit se vna sententia vicisse, & præ gaudio expirauit. Sydonius in epistolari lib. 1. Non grandis alicui datur gloria, si deteriorum collatio clarescat.

Martialis coquus.

Cum voco te Dominum, nòli tibi Cinna placere.
Sæpe etenim seruum sic resaluto meum.

Horatius in libro sermonum.

Gaudent præ nomine molles auriculæ. Anianus.
Hic quicunque nouæ sublatus laude tumescit:
Dat merito pœnas cum meliora cupit.

Persius satyricus.

Ne te quæsieris extra:
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.
O curuæ in terris animæ & cælestium inanes.

Cato vbi supra.

Noli teipsũ laudare aut culpare.

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse.
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

De Hipocrisi.

Cap. CXXIX.

Quid hipocrisis.

AVCTOR. De inani gloria nascitur Hipocrisis. Etenim est *Hipocrisis fictio sanctitatis, procedens ex appetitu vanæ laudis vel humani fauoris.* Item *Hipocrisis est vitium virtutum simulatione clausum, & arte palliatum. Tullius de Officijs lib.* 1. Totius iniustitiæ nulla capitalior, quàm eorum qui cum maximè fallant, id agunt vt boni viri videantur. *Idem in lib.* 2. Omnia ficta celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. *Idem in li.* 3. Omnes aliud agentes & aliud simulantes perfidi sunt, improbi, & malitiosi. Nullum igitur eorum factum vtile est, cui malitiosi. Nullum igitur eorum factum vtile est, cui malitiosi. Nullum igitur eorum factum vtile est, cui

litteris foras editas inuulgasset. Nam qua (inquit) re alia cæteris omnibus præstare poterimus, si ea quæ ex te accepimus, omnium prorsus fient cõmunia? Quippe ego doctrina anteire malim, quàm copijs atque opulentijs? Respondit Aristot. libros illos neque editos esse, neque non editos: quia solis eis cognoscibiles, qui eos intelligerent. *Dydimus vbi supra.* Locus inter nos inuidię non præbetur, vbi nullus superior est. Omnes enim diuites facit paupertatis æqualitas.

De eodem secundum poetas.

Cap. CXXXI.

OVIDIVS in libro de arte primo.
Fertilior seges est alienis semper in agris.
Vicinumque pecus grandius vber habet
Idem in libro de Remediis. 1.
Summa petit liuor.
Idem in eodem.
Rumpere liuor edax.
Idem in libro de Ponto.
Ledere viuos?
Liuor & iniusto carpere dente solet.
Claudianus in minori.
Rabiem liuoris acerbi nulla quies placare potest.
Horatius in libro epistolarum.
Inuidus alterius marcescit rebus opimis.
Et videt illius prospera cum lachrymis.
Inuidias Siculi non inuenere tyranni.
Maius tor mentum.
Martialis coquus.
Rumpitur inuidia quod turba semper in omni
Monstratur digito, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia quod sum iucundus amicis.
Quod conuiua frequens, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia quòd amamur, quodque probamur.
Rumpatur quisque rumpitur inuidia.

De Malitia.

Cap. CXXXII.

Quid malitia.

AVCTOR. *Malitia est vitium animi, quo quis damnum molitur alicui.* Item *malitia est in alienum damnum auidæ nequissimęque voluntatis odiosus excursus. Malignitas est mala voluntas hominis cum vltra non possit. Nequitia est quando quis audet quod nequit. Fulgentius in lib. Mythologiarum* 2. Triplici modo nocet malitia, scilicet aut vi euidenti, vt potentior; aut insidijs, vt impotentialis latro, aut occultè, vt falsus amicus.

Tribus modis nocet malitia.

Tull. de offi. lib. 3. Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. *Idem in Philippica* 11. Quo maior est vis animi quàm corporis, eo grauiora sunt mala quæ animo concipiuntur, quàm quę corpore feruntur. Miserior ergo est qui in se suscipit scelus, quàm qui alterius facinus suscipere cogitur.

Qui alterũ ladere molitur seipsum ladit.

Prosper in libro Epigrammatum.
Quicunque alium molitur lædere primum:
Ipsum se iaculo percutiet proprio.
Ganfredus in poetria noua.
Fel modicum totum mel amaricat.
Vnica macula totalem faciem diffamat.
Quis fuit horrendos primus qui protulit enses,
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit?
Ex prouerbiis sapientum. Ab alio expecta, alteri quod feceris. Etiam qui faciunt, oderunt iniuriam. Multis imperatur, qui vni facit iniuriam.

De iracundia secundum philosophos.

Cap. CXXXIII.

Quid iracũdia, indignatio, furor, &c.

AVCTOR. *Iracundia est tẽpestas animi; qua quis aduersus alium cõmouetur. Ira est animi subita tẽpestas, quædum inordinatè se contulit, cor hominis ad infamiam trahit.* Item *ira est animi feruor ab interioribus ad exteriora prorũpens, cum anima ob illatas sibi iniurias vindictam excogitat adimplere desiderat.* Item *ira est animi concitati furor subitus, vlciscendi libidine feruens.* Item *iracundia est, vlciscendi libidine, in eum qui te læsisse videtur, iniuria. Indignatio est, ex turbida quadam & insoleuti maleuolentia, inferioris despectio. Furor est animi inueterata tempestas, animi rationem subuertens.*

Tull. in Tus. lib. 4. *Ira est libido puniendi eum qui fecisse videtur iniuriam. Idem in oratione pro marcello.* Iracundia quoque consilio inimica est, victoria vero insolens ac superba est. *Epicurus.* Ira immoderata insaniã gignit. *Ennodius.* Ira iusto liberior, suum plus quàm alios lacessit auctorem. *Ex prouerbijs sapientum.* Bonus animus læsus inultus grauius irascitur. Item furor fit læsa sæpius patientia. Item, grauissima est sibi hominis iracundia. Item, homo extra corpus suum est, cum irascitur. Iracundiam autem qui vincit, hostem superat maximum. Iratus etiam facinus consilium putat. Læso, doloris remedium est inimici dolor. Nunquã scelus scelere vindicandum est. Ira crudelitatis mater est. Ingenia recta debilitat iracundia praua, confirmat audacia. Si quis irascitur, & ab alio pœnas expetit, à se exigit. Item, semper ab alio incipiat dissensio, à te vero reconciliatio.

Iracũdia est consilio inimica.

Ira ipsum auctorẽ plus alijs lacessit.

Scelus nõ est scelere vindicandum.

De eodem secundum poetas.

Cap. CXXXIV.

HORATIVS lib. epistolarum.
Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat: hunc frẽnis, hunc tu compesce catenis.
Ouidius in lib. epistolarum.
Quælibet iratis ipse dat arma dolor;
Imperat heu ventis, tumidæ non imperat iræ:
Possidet & vitijs regna minora suis.
Idem sine tit. lib. 1.
Minuit vindicta dolores.
Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.
Idem in libro de arte. 1.
Vt fragilis glacies, interit ira mora.
Idem in lib. 3.
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ.
Quam licet extinctos iniuria suscitat ignes.
Idem in lib. Metamor. 8.
Sæpe suum feruens oculis fert ira furorem.
Idem in lib. de Fastis 5.
Iustum præterit ira modum.
Idem in lib. de ponto.
Quem non obrueret taciti quoque Cæsaris ira.
Addita sunt pœnis aspera verba meis.
Virgilius in 2. Æneid.
Furor iraque mentem
Præcipitant.
Lucanus 3. lib.
Inuenit arma furor.
Cato vbi supra.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Impedit ira animum ne possit cernere verum.
Prudentius vbi supra.
Ira tumens spumanti feruida victu:
Sanguinea torquet suffuso lumina felle:
Impatiensque morę est.
Galtherus in Alexandreide lib. 5.
Comes indiuisa furoris præcipites capit.
Ira gradus & fellea torquet lumina.
Contemnitque humiles rationis habenas.

Minuit vindicta dolores

Ira modum præterit.

Ira rationẽ contemnit.

De odio & discordia.

Cap. CXXXV.

Quid odiũ, rancor, & discordia.

AVCTOR Ira inueterata vertitur in odium. *Est enim odium rancor animi contra aliquem induratus & roboratus.* Item, *odium est vitium, quod irati motum animi, spemque vindictæ tenacius abscondit. Rancor est, cum amaritudine clausa, mordacis animi vulnus habitu demonstratur. Discordia est aliquorum dissidentia,*

quos

quos prius a noris vinculum colligauerat. Aristot. in 8. lib. phys. Amicitia facit ex multis vnum: Discordia vero multa ex vno. Amicitiæ namque est congregare, inimicitiæ vero disgregare. Tullius in Tusc. lib. 4. *Odium est ira inueterata. Inimicitia est ira vlciscendi tempus obseruans. Discordia est ira acerbior intimo odio, & corde cõcepta.*

Ira & odiũ diuersimode afficiunt.

Valerius lib. 9. Iræ & odij affectus, magnos in pectoribus humanis excitant fluctus; ille procacior; hic nocendi cupidine pertinacior; vterque consternationis plenus, ac nunquàm sine sui tormento violentus: quia dolorem cum inferre vult, patitur amara solicitudine, ne vltio non contingat anxius. Sed proprietatis eorũ imagines certissimæ sunt, quas dij ipsi in claris eorũ personis, aut dicto aliquo aut facto vehementiore conspici volunt. *Exempla.* *Sylla* dum ire vitio obtemperauit, nonne multo alieno sanguine profuso, ad vltimum & suum erogauit. Puteolis enim ardens indignatione, quod Ganeus princeps eius coloniæ pecuniam à decurionibus ad refectionem capituli promissam cũctantius daret, animi concitatione, nimia immoderatoque vocis impetu, conuulso pectore, spiritum cruore ac minis mixtũ euomuit. Igitur in dubio est, Sylla ne prior, an iracundia Syllæ sit extincta.

Quam vehemens etiã aduersus remp. Hamilcaris odium: Quatuor enim puerilis ætatis intuens filios, quatuor leunculos in perniciem Imperij Romani alere se prædicabat: digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ suæ (vt euenit) cõuerteret. E quibus Hannibal mature adeo patris vestigia subsecutus est, vt eo in Hispaniam exercitum traiecturo, & ob id sacrificante, 9. annorum natus tenens altaria iuraret, se populi Romani futurum hostem acerrimum, cum primum per ætatem potuisset. Idem significare cupiens, quãto inter se odio Carthago & Roma dissiderent, inflicto in terram pede suscitatoque puluere, tunc inter eas finem belli fore dixit, cum alterutra pars in habitum puluetis esset redacta: in puerili pectore tantum vis odij potuit.

Ex prouerbijs sapientum. Multorum odia sub occulto latent; omnia tamen pandentur, non dico si cecideris, sed si titubaueris. Peiora sunt tecta quàm aperta; proterea minus te loquax inimicus quã taciturnus offendit. *Principium discordiæ sit hæc pronomina meum & tuum.* Principium autem discordię est aliquid ex cõmuni suum facere. Quietissimè namque viuerent homines, si duo verba de medio tollerentur, meum scilicet & tuum. Item quamuis agas vt ne quis tuo melicet & tuum. Item quamuis agas vt ne quis tuo merito te oderit, erunt tamen semper qui te oderint. Retuera memoria beneficiorum fragilis est, iniuriæ vero tenax. Item, ridiculum est odio nocẽtis innocentiam perdere.

Ouid.

Desinet esse prius contrarius ignibus humor:
Et tepidus gelido flabit ab axe nothus,
Et ver autumno brumæ miscebitur æstas:
Atque eadem regio vesper & ortus erit.
Quòd mihi sit tecum, positis quæ sumpsimus armis
Gratia, commissis improbe rupta tuis:
Pax erit hæc nobis semper dum vita manebit:
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.

De crudelitate secundum philosophos.

Cap. CXXXVI.

AVCTOR. Iræ & odij proprium est crudelitatem exercere, quæ ex hoc etiam habere nomẽ videtur, quia cruore delectatur. *Quid crudelitas.* *Est itaque crudelitas animi effrænati excursus ad sæuiendum in aliquem, proprieque ad sanguinem eius effundendum.* Verumtamen crudelitas non semper ex odio procedit, sed plerumque etiam ex alicuius rei cupiditate, vel ex seueritate indicij, quando scilicet remota misericordia iustum vindictæ modum excedit.

Tullius de officijs libr. 1. Magnitudo autem animi, remota comitate, & coniunctione humana, feritas quædam fit & inhumanitas. *Idem in 3. lib.* Homi-

num naturæ, quam maxime sequi debemus, inimica est crudelitas. Quid interest vtrum ex homine quis in beluam se conuertat, an sub hominis figura immanitatem beluæ gerat? *Natura hominis maximè inimica est crudelitas*

Valerius libro 9. Crudelitatis horridus est habitus, truculenta species, violentus spiritus, vox terribilis, omnia minis & cruentis imperijs referta; cui silẽtium dare crementum est adijcere. Sæuus ille ænei tauri inuentor, quo inclusi subditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitus resonante spiritu edere cogebãtur, ne eiulatus eorum humano sono vocis expressi, Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent; quam quia calamitosis deesse voluit, teterrimũ artis suæ opus, primus artifex inclusus, merito auspicatus est. *Exemplum.*

Idem Hannibal tam crudelis extitit, vt in flumine Gollo, de corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit. Auctor. Tyranni Siciliæ Dionysij cum omnes Syracusani interitum optarent, quædam vltimæ senectutis fœmina, sola quotidie matutino tempore Deos orabat, vt incolumis ac sibi superstes esset. Quod audiens Dionysius, admiratus interrogauit causam. At illa, puella, inquit, cum essem, & grauem tyrannum haberem, carere eo cupiebam: successit peior: & illo etiam cum carere cuperem, tertium te importuniorem cæteris cæpimus habere: timens ergo deteriorem tibi succedere, caput meum pro tua salute deuoueo tam facetam audaciam punire Dionysius erubuit. *Hæc Valerius.* *Exemplum.*

Idem vbi supra lib. 9. Ochus, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo à Persis iureiurando obstrictus, ne quem ex coniuratione, quæ septem magos cum eo oppresserat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret, crudeliorem mortis excogitauit rationem. Septum enim altis parietibus locum cinere implens, superposito tigno prominente, eos benignè cibo, & potione exceptos, in eo colcabat; ex quo somno sopiti in illam insidiosam congeriem decidebant. *Exemplum.*

Ex Prouerbijs sapientum. Multos timere debet, quem multi timẽt. Minus autem quàm seruus est dominus qui seruos timet. Nunquam scelus scelere vindicandum est. Itaque respue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram. Res est optima non sceleratos extirpare, sed scelera. *Seneca in Agamennone.* Rudis est tyrannus, mortis qui pœnam exigit. *Idem in declamationibus lib. 3.* Etiam vbi remedium est mori, scelus est occidere. *Idem in lib. de clementia lib. 1.* Ferina ista rabies, sanguine gaudere, ac vulneribus; & abiecto homine, in Sylvestre animal transire. *Lactantius in lib. de vero cultu.* Qui hominem, quamuis ob merita damnatum, in conspectu suo iugulari pro voluptate computat, conscientiam suam polluit; tanquam si homicidii, quòd fit occultè, spectator & particeps fiat. *Multos timere debet quẽ multi timent* *Ferina rabies est sanguine gaudere.*

De eodem secundum poetas.

Cap. CXXXVII.

HORATIVS in lib. epistolarum. *Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit.*

Tibullus.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses,
Quam ferus & vere ferreus ille fuit.

Ouid. de arte, lib. 1.

Nec enim lex æquior vlla est,
Quàm nescis artifices arte perire sua.

Claudianus in maiori.

Qui fruitur pœna ferus est legumque videtur
Vindictam præstare sibi, cum viscera felle
Canduerint.

Galtherus in Alexandreide lib. 8.

Non verisimile est alieno parcere cuiquam,
Qui sibi non parcit.

Arator vbi supra

Ardet amor scelerum, cupiuntque in sanguine Pauli,
Sacrilegas versare manus, quæ dura malorum
Vota, ô pallida cordis imago.

Dicta poetarum de crudelitate.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pocula ſunt meliora tibi Iudæa cruoris,
Quàm laticis; nullaſque volens contingere menſas
Eſuris ad facinus; ſaturamque cadauere iuſti
Quæris habere famem, non hæc ieiunia Moyſes
Condidit, exemplo tot conſummata diebus.

De impatientia & triſtitia.

CAP. CXXXVIII.

Quid impatientia & querela.

AVCTOR. *Impatientia eſt vitium, quo deficiens animus in aduerſis, impetuoſos motus ſuos non refrænat. Querela eſt, latentem cordis moleſtiam impatientibus motibus aperire. Quintilianus cauſa* 5. Humanæ infirmitatis iſta natura eſt, vt ex omnibus accidentibus grauiſſimum putet quiſque quod patitur. Neceſſe eſt apud impatientiam, ſua vel minima præualeant. *Item in* 10. *cauſa* Nulla pœna eſt niſi inuito. Nullum habemus niſi ab impatientia dolorem; & vt aliquid crudele ſit metus facit.

Omnis dolor ab impatientia prouenit.

Iulius Celſus li. 12. Animi eſt iſta mollitia, non virtutis, inopiam pauliſper ferre non poſſe. Facilius reperiuntur qui ſe vltro morti offerant, quam qui dolorem patienter ferant. *Saluſtius in Catilinario.* Nulli mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur. *Ex prouerbijs ſapientum.* Heu quàm miſerum eſt ab aliquo lædi, de quo non poſſit credi. *Plautus vbi ſupra.* Quidnam ô ſtulte mirum eſt, ſi te qui nouit deſpicit, qui non nouit diligit?

Galtherus in Alexandreide lib. 1.

Blanditijs indignus erit, mobique potiri
Fortuna; qui dura pati vel amara recuſat.

Quid triſtitia & amaritudo.

Auctor. *Triſtitia eſt conſternatio mentis ex damno temporalium rerum maximè prorumpens.* Item *triſtitia eſt ex fruſtrato rebus contrarijs voto, turbatæ mentis anxietudo ſæculi:* vt quando quis ſupra modum dolet ex amiſſione rerum temporalium, vel quando dolet non quia peccauit, & Deum offendit, & æterna vita ſe priuauit, eaque indignum ſe fecit; ſed quia per peccata ſua in conſpectu hominum viluit. Item *amaritudo eſt gaudij ſpiritualis expers quædam diſtractæ mentis ſolitudo.*

Nil difficilius quam differre gaudium.

Quintil. cauſa 1. Nihil difficilius eſt, quàm differre gaudium. *Idem in* 11. Nihil vnquam grauius quam deſtituta ſpes torquet. *Seneca in li. de quatuor virtutibus.* Cogitationes vagas & velut ſomno ſimiles non recipias; quibus ſi animum oblectaueris, cum omnia diſpoſueris, triſtis remanebis.

Tibullus 2. libr.

Nunc & amara dies, & noctis amarior vmbra eſt:
Omnia nunc triſti tempora felle madent.

De luctu pro rerum vel amicorum amiſsione.

CAP. CXXXIX.

EX *prouerbijs ſapientum.* Domo toties moritur quoties amittit ſuos. *Seneca ad Lucillũ* 26. Quæ querela eſt, quod incommodum, ſi quicquid debeat deſinere defecit? Et quis exitus melior, quã in finẽ ſuum natura ſoluente dilabi? *Idem in epiſt.* 52. Circumpiſce iſta quæ nos angunt in inſaniam, & quæ cũ plurimis lachrymis amittimus, ſcies in his nõ damnũ eſſe moleſtum, ſed opinionẽ damni. Nemo illa perijſſe ſentit ſed cogitat qui ſe habet nihil perdidit. *Idẽ in* 74. Placeat homini quicquid Deo placet; quamdiu virtus ſalua fuerit, non ſenties quid abſceſſerit. Non affligitur ſapiens liberorum amiſſione, non amicorum. Eodem enim animo fert, eorum mortem, quo ſuam expectat.

Damnũ non eſt moleſtum ſed opinio damni.

Pro morte amici lachrymandum eſt, non plorandum.

Idem in 63. Nec ſicci ſint oculi amico amiſſo nec fluant, lachrymandum eſt, non plorandum. Id agamus vt iucũda nobis fiat amicorum recordatio amiſſorum; nemo libenter ad id redit, quod non ſine tormento, cogitatur. Mihi amicorum recordatio amiſſorum defunctorum cogitatio dulcis ac blanda eſt; habui enim illos tanquam amiſſurus, amiſi tanquam habeam. *Idem in lib. de remedijs fortuitorum.* Stultus eſt, qui deflet mortem mortalium, nihil hoc nouum aut miruum eſt, naufragium feciſti, cogita non quid perdideris, ſed quod euaſeris.

Stultum eſt deflere mortẽ mortalium.

Tullius in lib. de ſenectute. Non eſt lugenda mors, quam immortalitas conſequitur. *Valerius lib.* 5. Xenophon cum ſacrificaret, maiorem è duobus filijs in prælio perijſſe cognouit, nec ideo cultum deorum dimittendum putauit; ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit; quam ipſam (percunctatus quonam modo cecidiſſet, vt audiuit fortiſſimè pugnãtem interijſſe) capiti repoſuit. Anaxagoras audita morte filij; nihil inquit mihi inexpectatum nuncias; ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem, hanc vocem ſi quis efficaciter receperit, non ignorabit ita liberos eſſe procreandos, vt meminerit ſicut mori neminem qui non vixerit, ita nec aliquem viuere poſſe qui moriturus non ſit.

Nota. Exempla.

Symmachus in epiſt. Anaxagoram phyſicum, grauis de filio nuncius à diſputationibus non retraxit. Horatius in poëtica. *Vt ridentibus arrident, ita flẽtibus adſint humani vultus.*

Ouid. in lib. de remedijs 2.

Parcius è multis mater deſiderat vnum,
Quem quæ flens clamat tu mihi ſolus eras.

De fictis lachrymis & ioco.

CAP. CXL.

SENECA *ad Lucillum epiſt.* 63. Quis autem ferat hos qui negligentiſſime cum amicos habeant, miſerrimè lugent; nec amant quempiam niſi perdiderint. Ideoq; tunc effuſius mœrent, quia verentur ne dubiũ ſit an amauerint, certaque indicia affectus ſui quærunt. *Tullius ſecunda.* Nihil lachryma citius areſcit.

Nil lachryma citius areſcit.

Iuuenalis lib. 5.

Maiore tumultu planguntur nummi quàm funera.
Fingit in occaſum ſummam deducere veſtem:
Contentus vexare oculos humore coacto.
Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris.

Galtherus in Alexandreide lib. 6.

Leuiter veniunt, leuiuſque recedunt,
Blandiri dociles lachrymæ: ſolaſque propinquæ
Impendunt lachrymas miſeris arcentibus illis.
Cum lachrymis areſcit amor.

Cum lachrymis areſcit amor.

Ouid. de remedijs libr. 2.

Vt flerent, oculos erudiere ſuos. Cato vbi ſupra.
Fœmina dum plorat, hominem ſuperare laborat

Sydonius in epiſt. lib. 5. Quaſi vero quidam barbatiſmus eſt morum, ſermo iucundus & animus affli&tus. *Tullius de offic. lib.* 1. Turpe eſt, valdeque vitioſum, in re ſeuera delicatum inferre ſermonem.

Sermo iucũdus non decet afflictum animum.

Horatius in poetica.

Si me vis flere dolendum Eſt primum ipſe tibi.
Triſtia mœſtum Vultum verba decent. Tibullus.
Heu quam difficile eſt mutare gaudia falſa.
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Non bene mendaci riſus componitur ore.
Non bene ſolicitis ebria verba ſonant.

De pigritia & ſomnolentia,

CAP. CXLI.

AVCTOR. *Pigritia eſt tarditas cordis, metu conſequentis laboris.* Item *pigritia eſt mentis inertia, qua quis bonum inchoatum faſtidit conſummare. Torpor eſt animi languentis pigritia remiſſa. Ignauia eſt de laudabili virtutum exercitio languida vtriuſque hominis defectio. Negligentia eſt animi torpor, quo quis minus diligens eſt in exequendo quod debet. Tepiditas eſt animi languor, quo quis torpet in illius rei executione, in qua debet feruere.* Tull. in Tuſc. libr. 4. *Pigria eſt metus conſequentis laboris.* Ariſtot. in Ethicis libr. 3. *Mollicies eſt fugere laborioſa.* Perſius Satyricus.

Quid pigritia, torpor, ignauia, negligentia & tepiditas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Mane piger ſtertis, ſurge inquit auaritia eia
Surge, negas, inſtat, ſurge inquis, non queo, ſurge.
Describitur ingenium pigri. Gaufredus in poetica.
Gaudia quid facimus, torpemus imagine pigri.
Sciſne moram pigri? ſi mane citetur obaudit:
Si citetur adhuc iterata voce ſonora,
Mane vigil ſtertit; tandemque timore coactus,
Ore tamen lentus linguam mouet, & mihi quid vis
Inquit, ſurge, veni; nox eſt permitte quieſcam.
Immo dies eſt, ſurge, Deus meus heu ego ſurgo.
Vade ſequar, nec eum ſequitur quem decipit, & tu
Non venies; dudum veniſſem, ſed mihi veſtes.
Quæro nec inuenio; nihil eſt te Byria noui:
Surge cito; domine ſum præſto, nec eſt tamen, immo
Vel caput huc illuc vertit, vel brachia ſcalpit:
Membra vel in longum diſtendit; ſic ſibi quaſdam
Vndelibet morulas quærit, ſemper venit ore
Non pede; ſic veniens nunquam venit, ipſe coactus
Forte mouens greſſum, trahit à teſtidine motum.
Vitus non facile comittitur tardis mentibus. Virgilius in Bucol.
Tarde venere bubulci.
Tullius vbi ſupra lib. 5. *Tardis mentibus non facile virtus committitur.*
Quid ſomnolentia. Auctor. *Somnolentia eſt torpor mentis & corporis, qua quis ad labores vigiliaſque piger, facile ſomno reſoluitur ac detinetur.* Secundus philoſophus. Quid ſomnus niſi mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miſerorum deſiderium? Cato vbi ſupra.
Plus vigila ſemper, ne ſomno deditus eſto:
Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.
Ouid. ſine tit. 2.
Infelix tota quicunque quieſcere nocte,
Suſtinet, & ſomnos præmia magna vocat.
Somnus eſt mortis imago. *Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?*
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
Arator vbi ſupra.
Corpore ſomnus erat mens, ſed vigilabit in illo,
Quæ neſcit dormire, fides.
Hic cantica clamant
Dormio, corde vigil.
Idem in lib. 2.
O male parta quies, ô ſemper dedita ſomno
Pectora nuda bono quantis patet ille ruinis
Quem nox ſola tenet? neſcit vigilare periclo,
Qui patitur dormire Deo.
Horatius in poetica.
Et quandoque bonus dormitat Homerus.

De ocioſitate.

Cap. CXLII.

Quid ocioſitas. Auctor *Ocioſitas eſt vitium, quo quis mentis inertia reſolutus, à neceßarijs actibus vacans requieſcit, aut vanis & inutilibus intendit.* Nam & ocioſa ſectari ocioſum eſt. *Dydimus vbi ſupra.* Laborem qui nutrit auaritiam non exercemus, ocium turpe deuitamus. *Varo in ſententijs.* Viatores non eunt vt eant: ſic & vita non ſui cauſa fit, ſed vt ea præclarũ aliquid fiat. Vtile quidem, ſed inglorium eſt, ex illaborato in alienos labores ſuccedere. *Tull. in Tuſc. lib. 1.*

Itaque iuxta Græcorum prouerbium, quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat. *Idem in 5. lib.* Quid enim dulcius ocio litterato? *Seneca ad Lucillum epiſtola* 82. Ocium ſine litteris mors eſt, & hominis viui ſepultura. Ocium ſine litteris mors eſt, & hominis viui ſepultura. Ocium fouet libidinem. Gloriari ocio iners ambitio. *Idem in epiſtola* 68. Id igitur agamus, vt omne tempus noſtrum ſit; quod non erit, niſi prius noſtri eſſe cœperimus. *Quintillianus can.* 3. Ad omne votum fluente fortuna laſciuit ocium. *Idem in* 4. Neceſſe eſt vt in facinus ardor ocioſus erumpat.

Ouid. in libro de ponto.
Cernis vt ignauum conſumunt ocia corpus:
Et capiunt vitium, ni moueantur aquæ.
Idem in libro de remed. 1.
Ocia ſi tollas, pericre cupidinis arcus:
Contemptæque iacent, & ſine luce faces,

Quàm platanus vino gaudet, quàm populus vndæ:
Et quàm limoſa canna palaſtris humo;
Tam venus ocia amat.
Auctor. *Cætera quoque plura de ocioſitate per contrariũ ſuperius habita ſunt in c. de ſtrenuitate; & iterum in cap. de exercitatione.*

De Acedia & deſperatione.

Cap. CXLIII.

Quid acedia & deſperatio. Auctor. *Acedia eſt deſidioſus animi torpor, à bono incepto faciens aliquando reſilire.* Item *acedia eſt animi torpor, quo quis bona negligit inchoare, vel inchoata faſtidit perficere. Acedia eſt ex nimia confuſione animi nata triſtitia; ſiue tædium vel ãmaritudo animi nimia, qua iucunditas ſpiritualis extinguitur, & quodam deſperationis principio, mens in ſeipſa ſubuertitur.* Item *deſperatio eſt ad vitæ ſtatum, vel ad reditum virtutũ, fractæ ſpei gubernatio.*
Tull. in Tuſc. lib. 4.
Deſperatio eſt ægritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum.
Sene ca in OEdipo.
Solent ſuprema facere ſecuros mala.
Martialis coquus.
Hoſtem cum fugeret, ſe Faunius ipſe peremit.
Hic vogo non furor eſt, ne moriare mori?
Arator vbi ſupra.
Proditor amens
Mercedem ſceleris ſoluit ſibi, tædia noxę.
Horruit ipſe ſuæ, cælo terræque peroſus;
Inter vtrumque perit.
Ouid. in lib. de arte 2.
Dedecet ingenuos tædia ferre ſui.
Galtherus in Alexandreide lib. 6.
Fortis animi eſt contemnere vitam.
Non odiſſe tamen vitam, ſed amare virorum eſt.
Degeneres, & quos conſtat tædere laboris,
Compelluntur ad hoc vt vitam ducere vile.
Ignauo viuere mors eſt. *Quid reputent; quid mirum, ignauo viuere mors eſt?*
Quintilianus de orato. inſtitu. lib. 1. *Turpiter deſperatur quicquid fieri poteſt.*

De Auaritia ſecundum philoſophos.

Cap. CXLIV.

Quid auaritia. Auctor. *Auaritia eſt cupiditas acquirendi vel retinendi.* Item *auaritia eſt immoderatus amor habendi*, ſc. vltra neceſſitatem. Item *auaritia eſt quarumlibet rerũ inſatiabilis & inhoneſta cupido. Philargiria eſt per quã appetitu ſingulari pecuniæ coaceruantur. Tull. in Tuſc. li. 4. Auaritia eſt opinio vehemens de pecunia, quaſi valde expetenda ſit, inhærens & penitus inſita. Idẽ in li. de offi. 2* Nullum vitium deterius eſt auaritia, præſertim in principibus & rẽpub. gubernãtibus; habere enim quæſtui rẽpub. nõ modo turpe eſt, ſed etiam ſceleratũ & nefarium.

Auaritia ad omne malũ impellit. *Idem in lib. de ſenectute.* Auaritia ſenilis quid ſibi velit nõ intelligo. Quid enim abſurdius eſſe poteſt, quã quo minus reſtat viæ, eo plus viatici quærere. *Idem in Rheto. 2.* Auaritia omnem hominem ad quoduis maleficium impellit. *Valerius lib. 9.* Auaritia latentium indagatrix lucrorũ, manifeſtæ prædæ vorago auidiſſima, neque habendi fructu fælix, & quærendi cupiditate miſerrima, hęc ante omnes L. Septimuleij prę-
Exemplum. cordia poſſedit, qui cum G. Gracci familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere, ac per vrbem pilo fixum ferre ſuſtinuit; quia Opimius conſul auro ſe id ei repenſurum edixerat. Sunt etiam qui tradant eum liquato plumbo cauatam partem capitis, quo ponderoſius eſſet impleſſe. Odioſa Septimuleij auaritia Ptolomæi vero regis Cypriorum riſu proſequenda. Nam cùm anxijs ſordibus magnas opes corripuiſſet, ac propter eas periturum ſe videret; Ideoque omni pecunia nauibus impoſita in altum proceſſiſſet, vt claſſe perforata ſuo perirẽt arbitrio, & hoſtes præda carerẽt; autũ & argentũ mergere non ſuſtinuit, ſed futurũ necis ſuæ prẽmiũ domũ reuexit, hic proculdubio nõ poſſedit diuitias, ſed à diuitijs poſſeſſus eſt; titulo quidem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

rex insuiæ, animo vero pecuniæ miserabile mancipiũ. A

Auarus nil recte facit nisi cum moritur.

Ex prouerbijs sapientum. Auarus nisi cum moritur nihil recte facit, auaro quid optes mali nisi vt viuat diu. Inopiæ parua desunt, auaritiæ omnia. Nulli auarus bonus est, inopi pessimus, negandi causa nunquam auaro deficit. Item pecuniæ oportet imperare non seruire. Pecunia si vti scias, ancilla est, si nescis domina; pecunia non satiat auarum, sed irritat. Rectèque putandus est fortior, qui vicerit cupiditates, quàm qui hostes. Item principium discordiæ, &c. *Require supra cap. de odio & discordia.*

Salustius in Catilinario. Multos pessima ac diuersa inter se mala luxuria atque auaritia vexãt. Auaritia fidem & probitatem cæterasque bonas artes subuertit; & pro his superbiam & crudelitatem, Deum negligere, omniaque venialia habere edocuit. Auaritia

Auaritia nec copia nec inopia minuitur.

B pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens amauit vel concupiuit, hæc quasi malis venenis imbuta, corpus animúmque virilem effæminat, super infinita insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur. *Seneca in declamationibus, li.* 3. Muliebrium vitiorum fundamentum est auaritia. *Idem ad Lucillum epistola* 73. Stulta auaritia mortalium proprietatem discernit, nec quicquam suum esse credit quod publicum est: at sapiens nihil magis suum iudicat, quàm cuius illi cum humano genere consortium est. *Quintilianus l.* 8. Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet, *Boetius de cons. lib.* 2. Indigentiam fugare copia quærimus; at hoc nobis in contrarium cedit. *Idem in li.* 3. Naturæ quidem minimũ, auaritiæ vero nihil satis est. *Sydonius in epistolari lib.* 5. Quidam superbissime opinantur solo se censu esse censendos, qui sic vitijs vt diuitijs incubant. Iustè sub iusto principe iacet, qui per se minimus, & tamen per sua maximus, animo exiguus viuit, & patrimonio plurimus.

Tam deest auaro quod habet quam quod nõ habet.

Item de eodem secundum poetas.

Cap. CXLV.

Dicta poetarum de auaritia.

PRVDENTIVS vbi supra.

Fertur auaritia gremio præcincta capaci.
Quicquid luxus edax pretiosum liquerat vnca
Corripuisse manu,
Nec sufficit amplos.
Impleuisse sinus, iuuat infarcire crumenis.
Turpe lucrum est grauidos furtis distendere fiscos.
Filius extinctum belli sub sorte cadauer,
Aspexit si forte patris fulgentia bullis
Cingula, & exuuias gaudet rapuisse cruentas.
Nec parcit proprijs amor insatiatus habendi
Pignoribus, spoliatque suos sitis improbanatos.

Auaritia rapit omne hominũ genus.

Omne hominum rapit illa genus, scilicet auaritia;
Non est violentius vllum
Terrarum vitium quod tantis cladibus æuum.
Mundani inuoluat populi damnetq; gehẽnæ. Vnde dicit.
Sola quidem rapui quicquid stix abdit auaris.
Gurgitibus, nobis ditissima tartara debent.
Quos retinent populos, quod voluunt secula nostrum est.
Quod miscent mundus vesana negotia nostrum est.

Horatius in libr. epistol.

Auarus semper eget.

Semper auarus eget.

Idem in lib. sermonum.

Hic nummos aurumque recondit.
Nescius vti
Compositis, metuensque velut contingere sacrum.

Maximianus.

Parcis pœna est incumbere rebus;
Quas cum possideas est violare nefas.
Efficior custos rerum magis ipse mearum.
Conseruans alijs quæ periere mihi.
Quærere quæ nequeo semper retinere laboro,
Et semper retinens nil tenuisse puto.
Auri cæcus amor nativum vincit amorem.

Ouidius fine tit. lib. 2.

Quærit auarus opes, & quæ lassauit eundo
Æquora, periuro naufragus ore bibit.

Idem in libr. de arte 2.

Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro
Venit honor, auro conciliatur amor.

Idem in lib. Metamor.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum quod pugnat vtroque.

Copia facit inopem.

Idem in libro 3.

Inopem me copia fecit.

Idem in 21. *Auarus.*

Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens.

Iuuenalis l. 5. *Seruorum ventres modio castigat iniquo;*
Ipse quoque esuriens; nec enim omnia sustinet vnquam.
Mucida cærulei panis consumere frustra;
Hesternum medio solitus seruare minutal
Septembri, nec non differre in tempora cœnę.
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,
Vt locuples moriaris, egenti vivere fato.
Interea pleno cum turget sæculus ore,
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.
Magnis parta malis, cura maiore metuque,
Seruantur: Misera est magni custodia census.

Custodia pecunia misera.

Tibullius lib. 2.

Præbet auaritiæ causas, pretiosa potentum
Vestis, & è rubro lucida concha mari.

Claudianus in maiori.

Quas male collegit fallacis dextra parentis:
Has pœnis nati dextra refundit opes.

Galtherus in Alexandreide 1.

Cum semel obtinuit vitiorum mater in aula,
Pestis auaritia, quæ sola incarcerat omnes.
Virtutum species, spreto moderamine iuris;
Curritur in facinus, nec leges curia curat.

Idem in 8. lib.

Diuitiæ esuriem pariunt

Quid tibi diuitijs opus est, quæ semper auaris,
Esuriem pariunt; quanto tibi plura parasti,
Tanto plura sitis, & habendis acrius ardes.
Sicque famem faciens, defectum copia nutrit.
Citius torquentur auari,
Memoria amissi, quàm delectantur habendo.

Versificator.

Cur homo qui cinis es, per auaritiam sepelis æs:
Heri cur heros, æris qui non eris hæres?
Quando sepultus eris, quicunque sepultor es æris,
Dici sæpe putes, tu qui sub marmore putes:
Non hodie quod heri, nouus hæres imperat æri.

De cupiditate secundum philosophos.

Cap. CXLVI.

Quid cupiditas.

AVCTOR. *Cupiditas est insatiabilis appetitus acquirendi res temporales, (sed specialiter pecuniam) atque multiplicandi. Tullius in Rhetorica.* Cupiditas est genus omnium libidinum; & huius generis pars est auaritia. *Ex prouerbijs sapiẽtum.* Cupiditatem effugere regnũ est vincere. Intructa inopia est in diuitijs cupiditas. Lucrum sine damnõ alterius fieri non potest. *Valerius lib.* 7. Inutiliter aliquid cupere, & in eo perseueranter morari, hæc dulcedo vicina est exitio.

Cupiditas est genus omniũ libidinum.

Seneca ad Lucillum in epistola 58. nemo nostrum idem est qui fuit pridie; quicquid vides currit cum tempore, Nihil ortum, stabile vel solidum est: & nos tamen ea cupimus, tanquam aut semper futura, aut semper habituri. *Tullius de offic. lib.* 1. In domo clari hominis hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, atque adhibenda est cura largitatis; aliter enim ampla domus dedecori domino fit, si est in ea solitudo; & maximè si sub alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur, ô domus antiqua, heu quàm dispari Domino dominaris. *Idem in lib. de paradoxis.* Non expletur vnquam, neque satiatur sitis cupiditatis; nec solum augendi quę habent libidine cruciantur homines, sed etiam amittendi metu.

In domo clari viri hospites multi sũt recipiendi.

Dydimus ad Alexandrum. Omnia possidemus quæ-

cunque

Cupiditas egenos facit.

cunque non cupimus. Est enim ferocissima pestis cupiditas, quæ solet egenos quos capit efficere, dum finem inquirendi non inuenit, sed & magis quo fuerit locupletata mendicat, nos mercandi gratia pontum classe non sulcamus: Nunquam nos peregrina species ardore suæ pulchritudinis inflammauit, nec famulos sibi faciet multis casibus deuicta opum materies, quos liberos edidit absoluta pauperies.

Epicurus. Si cui sua non videntur amplissima, licet totius mundi Dominus sit, tamen miser est. Si ad naturam viuas, nunquam eris pauper, si ad opiniones, nunquàm eris diues. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Multas parasse diuitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio, si vis diuitem facere, non pecuniæ adijciendum, sed cupiditati detrahendũ est.

Quivult esse diues, pecunia non adijciat, sed cupiditati detrahat.

Helinandus. In obsidione Hannibalis Cassilinatibus clausis, cum trecenti Prænestini permanerent; quidam murem captum, ducentis potius denarijs vendere maluit, quàm famem lenire, qui auarus postea fame consumptus est, & qui emit vixit, Dei prouidentia vtrique secundum meritum tribuente.

Terentius in adelphis. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

De eodem secundum poetas.

CAP. XCLVII.

VIRGILIVS in lib. Æneidos.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? Lucanus lib. 3.

Cupiditas auri ad nihil non cogit.

Ferrum mortemq; timere
Auri nescit amor. Horatius in lib. epistolarum.
Impiger extremos currit mercator ad Indos:
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.
O ciues ciues quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos. Idem in lib. sermonum.
Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. Ouid. in lib. de Fa. lib. 1.
Iupiter arte sua totum cum spectat in orbem:
Nil nisi Romanum quod tueatur habet.
Tempore creuit amor, qui nunc est summus habendi.
Vix vltra quod iam progrediatur habet.
Pluris opes nunc sunt quàm prisci temporis annis;
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
Nam post quàm fortuna, loci caput extulit huius:
Et tetigit summo vertice Roma Deos.
Creuerunt & opes, & opum furiosa libido.
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ.

Pauper vbiq; iacet.

In pretio pretium nunc est, dat census honores:
Census amicitias, pauper vbique iacet.
Iuuen. lib. 5.
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.
Cato vbi supra.
Dilige denarium, sed parcè dilige formam.
Petronius.
Non bibit inter aquas, nec poma pendentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.
Martialis coquus.
Fortuna multis dat nimis, nulli vero satis.
Prosper in libro epigrammatum.
Terrenorum auidos infima suscipient.
Magnum peccatum est amor immoderatus habendi,
Et plusquam vita sufficiat cupiens.
Si qua igitur superant quorum non indiget vsus;

Quæ superstant, pauperibus sunt eroganda.

Debilibus prosint, atque iuuent inopes.
Quisquis enim cupidè non extendendo recondit:
Qui nulli tribuit pauperibus rapuit.
Nec pax solicitis, nec modus est cupidis. Lucanus.
Nemo nimis cupidè rem sibi desideret vllam:
Ne cum plus cupiat, perdat & hoc quod habet.
Magister Serlo.
Non bene dignus equo, cui carior est equus æquo.

De Acceptione vel contemptu munerum.

CAP. CXLVIII.

SENECA. Contentior erat Dyogenes omnia possidente Alexandro. Plus enim erat quod iste nollet accipere, quàm quod ille posset dare. *Valer. libr.* 4. Marcus Curtius exactissima norma Romanæ frugalitatis, Idemque fortitudinis perfectissimum speciem; legatis Samnitum, se in scamno assidentem loco, atq; ligneo catino cænantem, spectandum præbuit: Magnumque pondus auri respuens, quod ipsi ei attulerant; Narrate inquit Samnitibus, Marcum Curtium malle locupletibus imperare, quàm ipsum locupletem esse, & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. *Tullius de Officijs lib.* 2. Male se habet res, cum quod virtute effici debet, id pecunia tentatur. *Salustius in Iugurthino.* Romæ omnia venialia sunt, fides paucis carior est quàm pecunia. *Petronius.*

Exemplum.

Leges nil valent vbi sola pecunia regnat.

Quid faciunt leges vbi sola pecunia regnat:
Aut vbi paupertas vincere nulla potest.
Iam nunc iudicium nihil est, nisi publica merces.
Ad prædam strepitumq; lucri suffragium vertit.
Venalis populus, venalis curia, primum
Ipsaq; maiestas auro corrupta iacebit.
Ouidius sine titulo libro primo.
Non bene conducti vendunt periuria testes.
Nec bene selecti iudicis arca patet.
Idem in lib. de arte 2.
Ha pereant per quos munera crimen habent.
Ipse licet venias musis comitatus Homere.
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Idem in libro tertio.

Omnes munera capiunt.

Munera crede mihi capiunt homines q; Deosq;.
Placatur donis Iupiter ipse datis.
Galtherus in Alexandreide lib. 1.
Muneris arguitur accepti censor iniquus.
Munus enim à norma recti dictor quet aurem
Iudicis, & tetra inuoluit caligine mentem.
Idem in lib. 7.
Censor iniquus
Auertit surdas à causa pauperis aures.
Et fouet iniustam corruptus munere causam.

De rapina fraude & vsura secundum philosophos.

CAP. CXLIX.

Quid rapina fraus vsura &c.

AVCTOR. *Rapina est alienæ rei depræda tio violenta.* Item *rapina est ex auide mentis impetu veniens, alienarum rerum violenta distractio. Violenta est per quã malitia vel iniuria, potenter in superiorem exercetur.* Item *violentia est iniuria coacta. Furtum est alienæ rei contrectatio clandestina inuito domino. Fraus est per quam rei familiaris inopia clandestina surreptione consulitur. Fallacia est per quam motibus deceptorijs, veritas palliata, vel odium alterius, vel proprium commodum intenditur. Vsura est studiosa cupiditas recipiendi aliquid vltra sortem.*

Tullius de officijs libro tertio. Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam quàm mors. Sicut enim si vnumquodque corporis membrũ hunc haberet sensum, vt putare posset se valere, si proximi membri valetudinem detraxisset; debilitari & interire totum corpus necesse esset: Sic vnusquisque nostrum, si ad se rapiat commoda aliorum, detrahatque cui possit, emolumenti sui gratia, societas hominum & communitas euertatur necesse est. Societatis arctissimum vinculum est, arbitrari magis contra naturam esse, hominem homini aliquid detrahere sui commodi causa, quam omnia incommoda subire, vir bonus & iustus, nihil cuiquàm quod in se trãsferat, detrahet.

Contra naturam est velle ditari alterius incommodo.

Idem in Phillipica 2. Male parta malè dilabuntur.

Male parta malè dilabuntur.

Seneca ad Lucillum. Nulli etiam cui rapina fæliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum. *Valerius sexto libro.* Deforme est virtutis gloriam magnitudine

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

prædæ minuere. *Terentius in Phormione.* Quàm iniquè comparatum eſt, vt hi qui minus habent, ſemper aliquid ditioribus addãt. *Plautus in aulularia.* Sæpe condita luporum fiunt rapinæ vulpium. *Caſſiod. in epiſt.* 15. Peruiæ ſunt ſemper iniurijs facultates abſentium, & quodammodo videtur occaſio in delictum trahere, quæ non poteſt animum perſuadentis inſultatione terrere.

De eodem ſecundum poetas.

CAP. CL.

CATO vbi ſupra.

Qui ſua conſumunt, cum deeſt, aliena ſequuntur.

Ouidius in libro Metamorphoſeos.

Nemo à vicino tutus. *Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus:*
Nec ſocer à genero, fratrum quoque gratia rara eſt.

Idem in lib. de Nuce.

Vicina damno eſt; quæ longius abſunt
Natiuum retinent inuiolata decus.

Idem in libro de arte primo.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris:
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Idem ſine titulo libro primo.

Fit cito per multas præda petita manus.

Martialis coquus.

Titulle viue ſemper
Rape, congere, aufer, poſſide, relinquendum eſt.
Superbæ denſis arca palleat nummis:
Iurabit hæres te nihil reliquiſſe.

Arator libro primo.

Auri amor adurit pectus & ad rapinam ſtimulat. *Auri ceſſet amor, qui pectora ſemper adurit.*
Quo rapitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum, cuius violentius ardet
Ambitio, creſcente modo: ſtimulantq; rapinis
Addita lucra famem.

Fulgentius in libro Mythologiarum tertio. Fænus à fænerando dictus eſt; ideo cæcus, quòd omnis auaritia cæca ſit, quæ ſua non videt. Huic harpæ cibos rapiũt, quia rapina aliquid ei de ſuo comedere non permittit. Quod autem eius prandia ſtercoribus fædant, oſtendit fæneratoris vitã rapinæ illuuie eſſe ſordidam.

De voluptate carnis.

CAP. CLI.

AVCTOR. Dicto de vitijs ſpiritualibus, reſtat dicendum de vitijs carnalibus. Et primo de voluptate in generali. *Quid voluptas.* *Eſt autem voluptas, cum lubrica ſuauitate quadam, ad illicita fæda mentis inclinatio. Tull. in lib. de ſene.* Impedit conſilium voluptas, rationis inimica, ac mentis oculos præſtringit, nec habet vllum cum virtute commercium.

Voluptas nullum habet cum virtute cõmercium. *Idem in lib. de paradoxis.* Cum tibi Deus, vel mater omnium natura, dedit animum quo nihil eſt præſtantius, nihil diuinius, ſic te ipſe proijcies atque proſternes, vt nihil inter te & pecudem intereſſe putes? Voluptas quo maior eſt, eo magis animum à ſe, & de ſuo ſtatu dimouet. *Idem in Tuſc. lib. 5.* Si quędam etiam ſuauiora natura deſideret, quàm multa ex terra arboribuſque gignuntur, tum facili copia, tum ſuauitate præſtantia, adde integritatem valetudinis, quæ continentiam in victu conſequitur, & confer ſudantes, ructantes, refertos epulis, tanquàm opimos boues; tunc intellige qui voluptatem maxime ſequuntur, eos minime conſequi. *Seneca de beneficijs lib. 7.* Voluptas fragilis eſt, breuis, faſtidio obiecta; quo auidius hauſta eſt, citius in contrarium recidit; cuius ſubinde neceſſe eſt, vt aut pæniteat, aut pudeat. *Idem ad Lucillum.* Feſtis maxime diebus animo imperandum eſt, vt tunc voluptatibus ſolus abſtineat, cum in illas omnis turba procubuit. *Idem in 24.* Ipſæ voluptates in tormenta vertuntur, epulæ cruditatem generant: Ebrietas neruorum torporem ac tremorem, libidines, manuum ac pedum & articulorum deprauationem. *Valer. libr. 7.* Ariſt. vtiliſſimum præceptum eſt, vt voluptates abeuntes conſideremus; feſſas enim pœnitentiæque plenas animis noſtris ſubijcit, quo minus cupidè repetantur. *Quintil. 4. lib.* fallit voluptas, & minus longa videntur quæ delectant; ſicut amenum & molle iter, etiam ſi ſpatij amplioris eſt, minus fatigat quàm durũ arduumque compendium. *Boe. de conſ. lib. 3.* Voluptatum appetentia plena eſt anxietatis, ſatietas vero pœnitentiæ. *Lactantius in lib. de falſa ſapientia.* Voluptas eſt quæ à cunctis appetitur, ſed honeſti vim non habet, & ſatietatem affert, & nimia nocet, & proceſſu ętatis minuitur, & multis non contingit. Non eſt igitur ſummum bonum. *Idem in li. de vero cultu.* Illecebræ voluptatum arma ſunt illius, cuius vnum opus eſt expugnare virtutem. Scit enim quia mortis fabricatrix eſt voluptas.

Voluptates abeuntes conſiderande.

Appetentia voluptatis anxia, ſatietas, pœna.

De eodem.

CAP. CLII.

ARCHITA *Tarẽtinus.* Nulla peſtis capitalior, quã voluptas corporis; cuius auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur, hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euerſiones. Nullum denique ſcelus, nullum facinus eſt, ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis impellat.

Libido ad omne facinus impellit.

Tull. in lib. de ſene. Archita Tarentinus cum eius ſermoni Plato Athenienſis intereſſet, nullam capitaliorem peſtem quàm voluptatem corporis, dicebat hominibus à natura datam. Cumque nil mente præſtabilius Deus dediſſet homini, huic diuino muneri nihil tam inimicum eſſe quam voluptatem. Quod vt magis intelligi poſſet, fingebat animo tanta incitatũ aliquem corporis voluptatẽ, quanta percipi poſſet maxima. Nemini cenſebat fore dubium, qui tamdiu ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet &c.

Voluptas impedit functiones animæ, & ideo eſt homini maximè inimica.

AVCTOR. Platonem quoque Tullius dixiſſe aſſerit, eſcam malorum eſſe voluptatem, quòd ſcilicet ea capiuntur homines, ſicut hamo piſces. *Virgil. in Buco.*

Trahit ſua quemque voluptas.

Ouid. ſine tit. lib. 1.

Nox & amor vinumq; nihil moderabile ſuadent.
Ille pudore caret, liber amorq; metu.
Impia ſub dulci melle venena latent.

Idem in lib. de arte 1.

Nil niſi turpe iuuat, cura eſt ſua cuiq; voluptas.

Cato vbi ſupra.

Pauca voluptati debentur, plura ſaluti:
Morbi namque cauſa mali eſt quæcumque voluptas.

Proſper vbi ſupra.

Non ſemper verè eſt felix impleta voluptas.

De vita delicioſa ſecundum philoſophos.

CAP. CLIII.

AVCTOR. *Delitiæ ſunt corporalis indigentiæ neceſſitatum, cum ſuperfluitate quadam, opulentior apparatus. Sen. ad Lucillum epiſtola 20.* Quia delicijs permaduimus, omnia dura aut difficilia iudicamus.

Quid delicia.

Idem in 55. Debilitatem nobis induxere deliciæ, & quod diu voluimus, poſſe deſijmus. *Vegetius renatus in lib. 1. de arte militari.* Mortem minus metuit, qui minus deliciarum in vita nouit.

Delicia debilitant.

Ariſt. in eth. 2. li. Malis deceptio propter delectationem fit; non enim exiſtens bonum eis videtur, ſed delectationem quidem vt bonum volunt; Triſtitiam autem vt malum fugiunt. *Macrobius in li. Saturnalium.* Ea quæ ex tactu atque ex guſtu voluptas eſt, omnium rerum fædiſſima eſt, eoſque maximè qui ſe his duabus dederint voluptatibus, incontinentes & intemperantes dicimus. Iſtas ſolas duas hominibus communes eſſe videmus cum belluis. Et idcirco in pecudum ferarumque numero habetur, quibus voluptatibus his occupatus eſt. *Tull. in lib. de Paradoxis.* Cumq; Deus, vel mater omnium natura, dedit animum, quo nihil

Delectare in delicijs eſt bellua agere.

præſtan-

præstantius, nihil diuinius; sic te ipse proijcies atque prosternes, vt nihil inter te & pecudem interesse putes. *Tullius in lib. 4. de fine boni & mali.* Vna voluptas multis obscuratur in vita voluptaria. *Val. lib. 9* Xerxes opum regionum ostentatione eximia, eo vsque luxuria gaudebat, vt edicto præmium illi proponeret, qui nouum voluptatis genus reperisset. *Require supra in cap. de parcitate. Plinius 33. lib. Require supra cap. de temperantia. Aug. de ciu. Dei lib. 5.* Stoici contra eos qui virtutes appetendas propter voluptatem dicunt, pingunt quandam tabulam, vbi voluptas in sella regali quasi delicata quædam regina considat, eique virtutes famulæ subijciantur, vt faciant quod illa imperauerit. Iubeatque prudentiæ, vt vigilanter inquirat quomodo voluptas regnet, & salua sit: Iustitiæ vt præstet beneficia quæ potest, ad comparandas amicitias, corporalibus commodis necessarias. Nulli faciat iniuriam, ne offensis legibus, voluptas secura viuere non possit: Fortitudini iubeat, vt si dolor corpori acciderit qui non compellat in mortem, teneat dominam suam, id est voluptatem fortiter in animi cogitatione, vt pristinarum delitiarum suarum recordatione, mitiget præsentis doloris aculeos. Temperantiæ, vt tantū capiat alimentorum, vel aliorum delectabilium, vt voluptas non impediatur. pingatur ergo similiter loco voluptatis, gloria vana; delicata quamuis mulier ista non sit, inflata tamen est: Et nihil prouideat prudentia, nihil distribuat iustitia, nihil toleret fortitudo, nihil moderetur temperantia, nisi vnde placeatur hominibus, & ventosæ gloriæ seruiatur.

Exempla.

Stoici putant virtutes appetendas esse propter voluptatem.

De eodem secundum poetas.

CAP. CLIV.

VIRGILIVS *in Bucolicis.*
Trahit sua quemque voluptas.
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
Oui. sine tit. lib. 2.
Tunc etiam somni pingues & frigidus aer,
Et liquidum tenero gutture cantat auis.
Idem in libro tertio.
Res est blanda canor.
Pro facie multis vox sua lena fuit.
Idem in libro de remedijs secundo.
Eneruant animos citharæ, cantusque. lyraq;.
Galtherus in libro Alexandreidos septimo.
Dum sequitur profugi bona momentanea mundi,
Allicit illecebris animam caro, nec sinit esse
Principij memorem, vel eius imaginis instar
Facta sit, aut quorsum resoluta carne reuerti
Debeat, inde boni subit ignorantia veri.
Prosper vbi supra.
Amplis incedit spatijs terrena voluptas:
Augusto virtus limite celsa petit.
Iuuenalis lib. 4.
Magis illa iuuant, quæ pluris emuntur.
Et voluptates commodat rarior vsus.

Musica eneruat animum

Voluptas facit hominem obliuisci Deum.

De vitio gulæ secundum philosophos.

CAP. CLV.

AVCTOR. *Gastrimargia, id est* gula, *est excessus in cibo & potu.* Item *gula* siue gastrimargia *est vorax edacitas, nauseanti stomacho applaudens, naturæ finibus non contenta.* Item *gula est solius causa corporis, illecebrosus & anidus appetitus cibi & potus. Ventris ingluuies est immoderata ciborum concupiscentia satisfactio. Crapula est ex deliciosorum sumptuum superfluitate cordis sopiti tusio, carnalis intemperantiæ vitio crassis sensibus inducta.*

Quid gula, crapula, &c.

Tullius in Rhetorica secunda. Esse (id est comedere) oportet vt viuas, non viuere vt comedas. *Seneca in lib. de naturalibus quæstionibus septimo.* Quotidie aliquid subtilius, aliud elegantius excogitat luxuriæ furor, vsitata contemnens. Iam non sunt homines ad popinam dentibus & ventre & ore contenti, etiam oculis gulosi sunt. *Idem ad Lucillum epistola sexagesima.* Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur; vna sylua elephantis pluribus sufficit: homo vero & terra pascitur & mari; verumtamen non fames ventris magno constat, sed ambitio. *Quintilianus libro octauo.* In grandibus cænis hoc sæpe nobis accidit, vt cum optimis satiati simus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. *Hieronymus contra Iouinianum li. secundo.* Galienus doctissimus Hypocratis interpres, athletas quorum vita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu, nec sanos esse; animasque eorumdem ita nimio sanguine & adipibus inuolutas, nihil tenue, nihil cæleste, sed semper de carnibus, & victu, & ventris ingluuie cogitare. *Ex prouerbijs sapientum,* Crudelem medicum intemperantia facit.

Nec sani esse possunt gulosi nec diu viuere.

De eodem secundum poetas.

CAP. CLVI.

CATO vbi supra.
Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est.
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.
Horatius in lib. epistolarum.
Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cameram frumenti, pastaq;, rursus
Ire foras pleno tendebat pectore frustra.
Cui mustela procul, si vis effugere istinc,
Macra cauum repetes arctum, quem macra petisti.
Petronius.
Ingeniosa gula est.
Bernardus Syluester Microcosmo.
Constat ab humecto quicquid in ore sapit.
Pauper in hoc sensu vellem defectior esset;
Mente quidem saperet amplius, ore minus.
Quærit vt expoliet venantibus, alite, pisce,
Gustus humum, gustus aera, gustus aquas.
Pernicioſa fames, siquando recedit ab aula;
Personæ tenui pernicioſa venit.
Olla ciborum
Est stomachus, stomachi fel coquus. auctor hepar.
Incidat has hepatis partes innata voluptas:
Et grauis in nostra carne tyrannus amor:
Effluit occiduo corpore totus homo.
Sic sibi deficiens peregrinis indiget escis:
Sudat in hoc vitam, denihilatq; dies.
Lucanus.
O prodiga rerum
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu.
Et quæsitorum terra pelagoq; ciborum.
Ambitioſa fames, & lauta gloria mensæ.
Discite quam paruo liceat producere vitam.
Ennodius.
Tubera, perdices, grus, turdus, turtur, echinus.
Non explent vterum corpora mille tuum.
Infaustus multis, tibi felix diceris vni:
Hæres tibi misero venter erit proprius.
Petrus Riga vbi supra.
Spiritus ad corpus victor ab hoste redit:
Virtutes anima sic princeps destruit aluus:
Cui parat arma cocus, dans renouansque cibos.
Nam neque quis poterit virtutum tangere culmen;
Si dominetur ei ventris iniquus amor.
Martialis coquus.
Liber non potes & gulosus esse.
Liber eris canare foris, si maxime nolis,
Veientana tuam si domet vua sitim.
Valerius libro 4. Diogenes &c. *Require supra capitulo de sufficientia.*

Dicta poetarum de gula.

Gustus per omnia elementa vagatur.

Gula virtutem arcet.

Comedēdum vt viuas, nō contra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De ebrietate.

Cap. CLVII.

Quid ebrietas.

AVCTOR. *Ebrietas est vitium, per quod menti quædam alienatio vel obliuio sui generatur, ex superflua potuum indulgentia. Seneca ad Lucil. epist.* 83. Nihil aliud est ebrietas, quàm voluntaria insania: omne vitium incendit & detegit, obstantem malis verecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi, quàm bona voluntate prohibitis abstinent. Adijce illam ignorationem sui, dubia & parum explanata voluentem verba, incertos oculos gaudij, errantem vertiginem capitis, & cætera huiusmodi. Rebus itaque non verbis proba istas quæ dicuntur voluptates, vbi modum excesserint pænas esse. *Idem in lib. de naturalibus quæst. li.* 1. Iubes me cum luxuria litigare. Quotidianum istud & sine effectu iurgium est, litigemus tamen quamdiu quidem sanus & salubris tibi capax est stomachus, impleturque non premitur, naturalibus contentus fomentis: at vbi quotidianis cruditatibus, non temporis æstus, sed suos sentit: vbi ebrietas continua visceribus insidet, ac præcordia torret, aliquid necessario quæritur, quo æstus ille frangatur, qui etiam ipsis incalescit remedijs. Facile autem est extinguere sitim sanam; sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & decalcatæ cibis ardentibus. Quemadmodum nihil illis satis frigidum est; sic nihil satis calidum. sitim istam esse putas, febris est; & eo quidem acrior, quo non tactu venarum, nec in cutem effuso calore deprehenditur, sed cor ipsum excoquit luxuria. *Valerius lib.* 2. Vini vsus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. *Ex prouerbijs sapientum.* Absentem lædit qui cum ebrio litigat.

Voluptates quæ modum excedunt sunt pœnæ.

Luxuria ebriorum est febris incurabilis.

De eodem secundum poetas.

Cap. CLVIII.

Dicta poetarum de ebrietate.

OVIDIVS in lib. de arte primo.

Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos.
Cura fugit, multo diluiturq; mero:
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.
Tunc dolor & curæ, rugaq; frontis abit.
Tunc aperit mentes &c.
Iurgia præcipue vino stimulata caueto.
Et nimium faciles ad fera bella manus.

Idem in lib. 2.

Qui canit, arte canat; qui bibit, arte bibat.

Idem in lib. de Rem. 2.

Vina parant animos veneri, ne plurima sumas;
Vt stupeant multo corda sepulta mero.

Galtherus in Alexandreide lib. 1.

Rationis vile sepulchrum
Ebrietas.

Tibullus lib. 2.

Vina diem celebrant, non festa luce madere
Est rubor, errantes & male ferre pedes.
Mixta q; securo est sobria limpha mero.

Martialis coquus.

Omnia promittis, cum tota nocte bibisti:
Non facient quemquam pocula nostra reum.

De inepta lætitia.

Cap. CLIX.

Quid inepta lætitia.

AVCTOR. Ex gula & ebrietate maxime prouenit *inepta lætitia*, hoc est *animi dissolutio, qua ruptis claustralis modestiæ vinculis, in risum effunditur; ac per quosdam lasciuiæ motus exteriores ostenditur. Symmachus in lib. epistolari.* Lætitia res loquax est, atque ostentatrix sui. *Ex prouerbijs sapientum.* Cito improborum læta ad perniciem cadunt. Item, lasciuia & laus nunquam habent concordiam.

A Ouid. de art. lib. 1.

Mens erit apta capi tunc, cum latissima rerum,
Et seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt attrita dolore,
Ipsa patent; blanda tunc subit arte Venus.

Inepte lætus facile à libidine vincitur

Idem in lib. de Ponto.

Tu modo sic timeas, & quæ tibi læta videntur;
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

Ennodius.

Nulla fides lætis integra, nec dubijs.

Post læta sequuntur amara.

Ganfredus vbi supra.

Syrenes exemplar habe, docearis in illis,
Casibus in lætis semper peiora cauere.

De luxuria secundum philosophos.

Cap. CLX.

B AVCTOR. *Luxuria est immoderata carnis petulantia, dulce venenum, importuna mens, pernicioſa potio, quæ corpus humanum debilitat, & virilis animi robur eneruat.* Item *luxuria est, ex immundis desiderijs descendens, lubrica & effrænata mentis prostitutio.* Item *luxuria est illecebrosa voluptas, adulterina iucunditas, habens mel in ore, fel in corde, aculeum in dorso, subiectum quæ necesse est vt pœniteat. Luxuria est incontinentia corporis nascens ex pruritu libidinis. Lasciuia est indecens motus dissoluti corporis, intemperantia carnalis prodiens. Petulantia est ex carnalium cogitationum conceptione totius corporis peculiaris hebetudo.*

Quid luxuria, lasciuia, & petulatia.

C *Valer. lib. 9.* Blandum malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est quàm vitare: inferatur operi nostro, non vt honorem vllum recipiat, sed vt seipsam recognoscens, ad pœnitentiam impelli possit.

Facilius est luxuriam culpare quã euitare.

Idem in lib. 4. Sophocles ætate iam senior, cum ab eo quidam quæreret, an non & rebus venereis vteretur, dij meliora inquit, libenter istinc tanquam ex aliqua furiosa dominatione profugi. *Boe. de conſ. lib.* 3. Euripedis probo sententiam, qui carentem libidinis infortunio dixit esse felicem. *Tull. de of. lib.* 1. Luxuria cũ omni ætati turpis sit, senibus maxime fœdissima est.

Luxuria in senibus fœdissima.

Idem in lib. de senec. O præclarum munus ætatis: siquidem aufert nobis quod est in adolescentia vitiosum, scilicet libidinem corporis. *Sen. in declamationibus lib* 2. Adolescens luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit. Quæ malam faciem habent, sæpe impudicæ sunt; non enim deest illic animus, sed corruptor. *Plinius in histor. naturali 7. lib.* Præter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida.

D *Saluſtius in Catilinario.* Multos pessima ac diuersa inter se mala luxuria atque auaritia vexant.

Fulgen. in lib. Mythologiarum 2. Quamuis in omnibus libidinis amor turpis sit, nunquàm tamen deterior quam cum se honorato miscuerit. Libido enim honestatis nouerca, dum quod expectat nescit, semper est maiestati contraria. *Idem in lib.* 3. Amor cum periculo sæpe concordat; & dum ad illud vacat quod diligit, numquàm videt quod expedit. *Aug. in lib. de ciu. Dei.* Scipio Nasica prohibuit senatum constructe theatrum persuadens oratione grauissima, ne Græcam luxuriam

Libido est maiestati contraria, nec vnquam videt quod expedit.

E virilibus patriæ moribus paterentur obrepere, & post pauca, dum propter sedandam corporis pestilentiam, ludos sibi scenicos exhibere iubebant, Pontifex propter cauendam animorum pestilẽtiam, ipsam scenam constrvi prohibebat, & paulo post, neque enim censebat ille felicem fore rempublic. stantibus mœnibus, ruentibus moribus. *Helinandus.* Quid hic dicunt nostri, quibus quicquid extra oblectamentum libidinis occurrit, offensio est. Accusent igitur non tempus, sed theatra, in quibus ad aram, luxuriæ virtutum victimæ trucidantur. Demosthenes stomachum nobilissimæ meretricis iocando suppalpans, & quæritans. Hoc quantum? cum illa diceret, mille denarijs: respondit. Ego pœnitere tanti non emo.

Nulla felix reip. in qua mores ruunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De eodem secundum poetas.

CAP. CLXI.

OVIDIVS in libro de arte secundo.
Quot lepores in Atho; quot apes nasc̃untur in hybla,
Cerula quot baccas Palladis arbor habet.
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores.
Quot iuuat exiguum est, plus est quod ladat amantes.
Idem in libr. 4.
Ad multas lupa tendit oues, prædetur vt vnam.
Idem in lib. de Ponto.
Res immoderata cupido est. Iuuen. lib. 2.
Est eadẽ summis, paruter minimisq; libido. Theodulus.
Mens robusta viri leuitate cadit muliebri.
Fœmineas vires expauit dux Holofernes,
Insignis viduæ vesano captus amore.
Deflent Assyrij quod crediderint mulieri.
Tibullus 2. lib.
Discedat ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus.

In amore plus doloris quã gaudij.

Vir robustus muliebri leuitate ſternitur.

De Adulterio & Sodomia.

CAP. CLXII.

AVCTOR. *Adulterium est alieni thori violatio.* Hoc quoque vitium etiam apud gentiles detestabile atque damnabile solet esse; sicut patet in Abimelech dicente Abrahæ. *Potuit quispiam coire cum vxore tua, & induxisses super nos peccatum grande. Valer. lib. 6.* Zeleuchus, cum filius eius adulterio damnatus, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris aliquamdiu repugnaret; ad vltimum victus, ne lex à se condita violaretur, suo prius, deinde filij eruto oculo, vtrisque vsum videndi reliquit.

Quid adulterium, & quomodo apud Gentiles fuit semper detestabile. Exemplum.

AVCTOR. *De hac quoque materia require superius, vbi de pudicitia & castitate dictum est.* Peccatum contra naturam est, quando quis extra locum ad hoc naturaliter deputatum semen effundit, siue solus apud se ipsum, & tunc mollicies vocatur; siue in alterũ eiusdem sexus, vt masculus in masculum, fœmina in fœminam; Aut alterius generis, vt in animal brutum; & tunc sodomia dicitur.
Oui. in lib. epistolarum.
Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.
Idem in lib. de ar. 1.
Forma viros neglecta decet.
Idem in li. Metamor. 9.
Non vaccam vacca, nec equas amor vrit Equarum.
Vrit oues aries, sequitur sua fœmina ceruum.
Sic & aues coeunt, inter qua animalia cuncta,
Fœmina fœmineæ correpta cupidine nulla est.
Ennodius de molli concubino Neronis.
Vir facie, mulier gestu, sed crure quod ambo.
Es lepus, & tanti conculcas colla leonis.
Ludit in ancipiti constans fallacia sexu;
Fœmina cum patitur, peragit cum turpia mas est.

Quid peccatum contra naturam & quotuplex.

Nullum brutum concupiscit propriũ sexum, & variissime aliam speciem.

De Fomentis luxuria.

CAP. CLXIII.

TVLLIVS. Osculum est pars adulterij. *Idem in Tuscul. lib. 3.* Flagitij principium est (vt ait Ennius) inter ciues nudare corpora, *Teren. in Andria.* Inius) inter ciues nudare corpora, *Teren. in Andria.* Inius) inter ciues nudare corpora, *Teren. in Andria.* In

De vitijs linguæ, & primo de mendacio ac periurio.

CAP. CLXV.

Quid mendacium, periurium &c.

HVGO. *Mendacium est falsa vocis significatio, cum voluntate fallendi; quæ vel præsentialiter inest, vel postmodum aduenit. Periurium est mendacium sacrosancto firmatum. Falsum testimonium est quando quis ad causam diffiniendam productus, falsum dicit atque testatur. Sen. ad Lucil. epistola 47.* Iam quidem etiam vbi causa sublata est, mentimur consuetudinis causa. *Ex prouerbijs sapientum.* Tenue mendacium perlucet, si diligenter inspexeris. Tullius de offic. lib. 1. Illiberales & sordidi sunt quæstus mercenariorum, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Idem in lib. 3. Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium; tam emptor quàm venditor si ad loquendum venerit, non plus quàm semel eloquatur. Symmachus in epistolari. Minus est alienam sententiam spernere, quàm à propria discrepare. Lactan. in libr. de vero cultu. Vir iustus non solum huiusmodi amico & familiari, sed etiam inimico & ignoto existimabit mentiri non esse suum. Nec aliquando committet, vt lingua interpres animæ à sensu & cogitatione discordet. Quint. 8. lib. Iurare quoque nisi vbi necesse est, graui viro parum conuenit. Valerius li. 7. Cum Alexander ad diruendum Lapsatum (alias Lamsatum) ciuitatem cum impetu ferretur: progressum extra mænia obuium habuit Anaximenem præceptorem suum; scienscque quod preces iræ eius opponeret, iurauit se non facturum quicquid petijsset: peto ergo inquit vt Lapsatum diruas; & ita salus vrbis, vnius vaframenti beneficio obtenta est.

In contractibus vitandum est mendacium.

Vir iustus non mentietur nec iurabit citra necessitatem.

Exemplum.

Tullius vbi supra libr. 3. Est ius bellicum, fidesque iurisiurandi, & cum hoste sępe seruanda, sed non semper. Quod enim ita iuratum est, vt & mens fieri oportere conciperet, id seruandum est: quod autem aliter, si non feceris, nullum est periurium, vt si prædonibus vel piratis pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, etiamsi iuratus id quidem non feceris. Nam cum pirata sit communis omnium hostis, nec fides nec iuramentum cum eo debet esse commune. Non falsum iurare peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere periurium est. Nec illa quidem promissa seruanda sunt, quæ his ipsis inutilia sunt, quibus illa promiseris. In iureiurando non quis metus, sed quod sit ius debet intelligi. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. Quod ergo affirmatiuè & quasi Deo teste promiseris, illud tenendum est. Idem in Philippica duodecima. Optimus est portus pereunti, mutatio consilij.

Iuramẽtum amphibologicè factum & iustè, non est seruandũ necessario.

Lege cautè.

Adhuc de eodem.

CAP. CLXVI.

SENECA de beneficijs lib. 4. Si promiseris alicui te daturum beneficium, & postea sciens eum esse malum, dabis an non? Si facies, scions peccas; das enim cui non debes: si negas, & hoc modo peccas, promisisti enim. Sed sententia nostra hoc loco titubat; & illud superbum Stoici proloquium, nunquàm sapientes consilij sui pœnitere, nec vnquàm emendare quod fecerint, nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quæ erant cum sumeret. Cęterum ad omnia cum exceptione venit, si nihil scilicet inciderit quod impediat. Imprudentium enim ista fiducia est, fortunam sibi respondere: sapiens vtramque eius partem cogitat. Tunc fidem falsam, tunc inconstantiæ crimen audiam; si cum omnia eadem sint quæ erant promittente me, non prętitero promissum. Omnia esse debent quæ fuerũt cum promitterem: ad hoc vt præstare tenear. Aut certe, vt postea consideratius loquar, licet non omnia sint, tamen (quod dicere solemus) linguarium dabo verba mea redimam, autem mihi peruellam: Non est turpe cum re mutare consilium. *Martialis coquus.*

Promissum non est necessario seruandum quãdo circumstantia mutãtur.

Quod si me tonsor, cum strícta nouacula subsit,
Tunc libertatem, diuitiasq; roget.
Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat: res est imperiosa timor.
Si fuerit curua cum tuta nouacula theca:
Frangam tonsori crura manusq; simul.

Ouid. fine tit. lib. 1.

Non bene conducti vendunt periuria testes.

Idem in lib. de arte 3.

Excusat à promisso timor, licetq; fraude fraudem pellere.

Iudice me fraus est cõcessa repellere fraudẽ. Ennodius.
Amplector sanctas qua dant bona semina fraudes.

De Adulatione.

CAP. CLXVII.

Quid adulatio.

AVCTOR. *Adulatio est blanda & fraudulenta locutio, aures alicuius assentationibus leniens in perniciem ipsius.* Hinc adulator dicitur esse blãdus dæmon, syreni quoque maris comparatur, eo quod mortiferis incantationibus aures hominum demulcet. Socrates. Præsentem laudare minime decet. Tull. in Rheto. secunda. Nolo esse laudator, ne videar adulator.

Adulator Sireni comparatur.

Idem in lib. de Offic. 1. In domo clari hominis hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, atque adhibenda est cura largitatis. Aliter enim ampla domus dedecori Domino fit, si est in ea solitudo; & maxime si sub alio Domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur. O Domus antiqua heu quàm dispari Domino dominaris. Idem in lib. de amicitia. Aperte quidem adulantem nemo non videt, nisi qui admodum excors est; sed callidus & occultus non facillimè agnoscitur; quippe qui etiam aduersando sæpe assentatur, & litigare se simulans blanditur, atque ad extremum dat manus, vinciąue patitur se: vt is qui illusus est, plus vicisse videatur.

Callidus adulator difficillime agnoscitur.

Adhuc de eodem.

CAP. CLXVIII.

SENECA in lib. de natu. quęst. li. 8. Adulatoribus latus ne prębeas, artifices sunt ad captandos superiores. Et alius quidem adulatione clam vtitur parcè; alius ex aperto, rusticitate simulata, quasi simplicitas illa, & non ars sit: hoc habent in se naturale adulationum blanditiæ, quòd etiam cum reijciuntur placent: Et ad id iam dementiæ venimus, vt qui parcè adulatur, pro maligno sit.

Blanditia etiam cum reijciuntur placent, difficillimum est illas repellere.

Idem in lib. de quatuor virtutibus. Tam tibi triste sit laudari à turpibus, quàm vt lauderis ob turpia. Difficillimum continentiæ opus est, assentationes adulatorum repellere; Quorum sermones, animum quadam voluptate resoluunt, nullius per assentationem amicitiam merearis, nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas. Non acerba, sed blanda verba timeas. Omnibus esto benignus, nemini blandus.

Non acerba, sed blanda timẽda verba; nam eadem vox raro dulcis est & solida.

Idem in declam. lib. 3. Hæc inter se raro cocũnt, vt eadem vox sit dulcis & solida. Idem in lib. de clementia secundo. Malo veris offendere, quàm adulando placere. Plautus in Aulularia. Multum (inquit adulator) sese aliqui laudant; qui vel fugaces feras, vel pugnaces bestias, aut vestigijs insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt; quanto mihi maius est ingenium & lucrum, qui homines venor publicè; & quos homines? potentes, & diuites, & literatos maximè. Petronius. Adulatores ficti, cum cœnas diuitum captant, nihil prius vel potius meditantur, quàm id quod gratissimum auditoribus fore putant. Piscator nisi illam imposuerit hamis escam, quam scit appetituros esse pisciculos, sine spe prædæ moratur in scopulo. Doctores etiam nisi dixerint talia quæ adolescentuli probent, soli relinquuntur in scholis.

Doctores soli relinquuntur in scholis qui auditoribus se non cõformant.

Sydonius in epistolari lib. 3. Sectator epularum, lauda-

laudabilem profert, non de bene viuente, sed de bene pascente sententiam. Varro in sententijs. Adulationis species est, cum laus præstolationem præcedit. Ex prouerbijs sapientum. Habet suum venenum blanda oratio. Bis peccas, cum peccato obsequium accommodas. Valerius Maximus. Diogenes Syracusius, cum olera ei lauanti Aristippus dixisset, Si Dionysium adulare velles, ita non esses, immo inquit, si tu ita esse velles, Dionysium non adulares.

Helinandus in chronicis suis. Seusippi quoque philosophi, qui fuit nepos Platonis ex sorore, huius legitur esse illa sententia, quam in laudantem se protulisse fertur. Adulator inquit, desine vtrosque fallere, nihil proficis, cum te intelligã. Prudentius vbi sup.

Adulator peccatorem in malitia confirmat.

Latitat lupus ore cruento,
Lacteolam mentitus ouem sub vellere molli.

Prosper. vbi supra.

Lingua assentatrix vitium peccantis aceruat.
Et delectatum crimine, laude ligat.

De Detractione.

CAP. CLXIX.

Quid detractio & susurratio.

AVCTOR. *Detractio est alterius gloriæ minuendæ respectu, mordax ad alterum dilatio. Susurratio est occulta & vitiosa locutio, per quam odiose adulationis vel derogationis sibilo quodam, alter in odium alterius excitatur.* Ambros. Detractores sunt qui aliena bona negant aut peruertunt. Valerius libro quarto. Nulla tam modesta fælicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. Ennodius. Male pertinax dens liuoris, obloquendi fomitem de loco gloriæ quærit. Tertullianus in apologetico suo. Ita pleriq; clausis oculis in odium alicuius impingunt, vt bonum ei ferentes testimonium, admisceant nominis exprobrationem, laudant in eo quæ sciunt, vituperant quæ ignorãt; & id quod sciunt, eo quod ignorant irrumpunt. Cum iustius sit occulta de manifestis præiudicare, quàm manifesta de occultis prędamnare. Ex prouerbijs sapientum. De inimico ne dixeris malum.

Nullus tam bonus vt detractionem euitet.

Non est vituperanda ars quia aliqui illa abutuntur.

Tul. contra Salustium. Sæpe vidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena vitia aperte dixerunt, quàm eos qui commiserunt. Idem in Rhetor. secunda. Vitiosum est artem, siue scientiam, vel studium vituperare, propter illorum vitia qui in eo studio sunt. Sydonius in epistolari lib. quinto. Est hæc quędam vis malis moribus, vt innocentiam multitudinis deuenustent scelera paucorum, cum tamen è diuerso bonorum raritas flagitia multorum virtutibus communitatis nequeat excusare. Et quis est qui non exacerbescat, cum videat sordidari virtutem criminatione vitiorum?

Claudianus in maiori. Nec cunctos paucorum crimine damnes. Ouidius in lib. de arte tertio. *Parcite paucorum crimen diffundere in omnes.* Idem in lib. de remedijs primo.

Et mala sunt vicina bonis errore sub ipso.
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Idem in libro de Ponto.

Ledere viuos.
Liuor, & iniusto carpere dente solet.

Lingua est pessima pars mali serui.

Iuuen. libro tertio. *Lingua mali pars pessima serui.*

Auianus in libro Mythologiarum.

Qui bene proloquitur coram, qui postea praue:
Hic erit inuisus, bina quòd ora gerat.

Prosper vbi supra.

Culpare in quoquam quæ non sunt nota, malignum est.
Præsertim si quæ cognita sunt bona sunt.

De garrulitate & turpiloquio.

CAP. CLXX.

Quid garrulitas.

AVCTOR. *Garrulitas est pronitas ad loquendum ea quæ non expediunt.* Vnde garrulus est quasi vas fractũ, vel non habens operculum; Et ideo secundum legem immundum. Terentius in eunucho in persona Garruli. Plenus rimarum, hac atque illac pereffluo.

Balbi p'ius cæteris loquuntur.

Symmachus Patricius in lib. epistolari. Lætitia loquax res est, atque ostentatrix sui. Natura rerum est, vt qui balbutiunt, plus loquantur: Affectant enim copiam sermonis pudore defectus. Oui. in li. de arte 2.

Exigua est virtus præstare silentia rebus.
At contra grauis est culpa tacenda loqui.

Idem in lib. de Ponto.

Tu modo sic timeas, & quæ tibi læta videntur.
Dum loqueris, fieri triftia, posse puta.

Cato vbi supra.

Numquam pœnitet tacuisse, sed sæpe locutum fuisse.

Rumores fuge, ne incipias nouus author haberi:
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Iuuen. quarto libro.

Torrens dicendi copia multis:
Et sua mortifera facundia est.

Sydonius in epist. li tertio. Garrulo non respondere conuitium est. Quintil. in li. de causis causa sedecima. Nullam difficiliorem esse credo, quàm silentij virtutem. Adeoque promptissimo sermone facile delinquimus, vt constantiam tacendi nec in alijs ferre possimus. Ex prouerbijs sapientum. Neminem cito laudaueris vel accusaueris. Nullum sine teste locum esse putaueris. Quod tacitum esse vis, nulli dixeris; quia non poteris ab alio silentium exigere, si tibi non præstas. Idem. Tene semper vocis & silentij temperamentum. In hoc tamen incumbe, vt libentius audias quàm loquaris. Tacere qui nescit, nescit loqui.

Quod tacitũ cupis nulli dixeris.

Qui nescit tacere nescit loqui. Nota.

Seneca in Hyppolito. Alium silere quod vis, primus sile. Sydonius in epist, lib. quinto. Non maior est gloria dixisse quod noueris, quam siluisse quod nescis. Socrates. Sepultus apud te sit sermo quem solus audieris. Alexander in epistola ad Arist. Solet terminum æquitatis custodire, & parcius omnia quæ gesta sunt loqui. Hieronymus super Ecclesiasten. Pythagoricorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui.

Quid turpiloquium.

AVCTOR. *Hæc quoque materia habetur supra in capitulo de Taciturnitate. Turpitudo siue turpiloquium dicitur sermo turpis aut indecens*, qui & scurrilis dicitur à scurra, vnde & scurrilitas, quoniam more scurrarum abundare solet. Tull. in Rhetorica prima. Turpe est, quod aut loco in quo dicitur, aut homine qui dicit, aut eo tempore quo dicitur, aut his qui audiunt, aut re de qua agitur indignum, propter inhonestam rem videtur. Idem contra Salustium, Non qui ita viuit vt tu, aliter ac tu loqui potest; nec qui ita illoto sermone vtitur, vita honestior est. Ex prouerbijs sapientum. Turpia ne dixeris; paulatim enim pudor per verba discutitur: sermo vero transibit in effectum, si honesta loquamur. Menander comicus. Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ.

Qui turpia loquitur inhonesta vita esse arguitur

De Contentione.

CAP. CLXXI.

Quid cõtentio & proteruia.

AVCTOR. *Contentio est improba & litigiosa vel proterua contra aliquem altercatio.* Item iuxta Amb. *Contentio est veritatis impugnatio per confidentiam clamoris. Proteruia est subitaneo motu & absque ratione, in verba obiecta prorumpere.* Arist. in Topicis lib. 8. Qui litigatoriè interrogat, prauè disputat; & qui in respondendo non concedit quod videtur. Ex prouerbijs sapientum. Nimium altercando veritas amittitur. Sunt multi qui plurimum verbis contendunt & non re; sed ipsa quæ spernunt, clam furantur. Quintil. de oratoria institutione 2. lib. Non bona conscientia, sed victoria, litigantis est præmium. Idem in 5 lib. In rebus apertis tam stultum fit argumentari, quàm in clarissimum solem mortale lumen afferre. Quod rei alterius illustrandę gratia assumitur clarius esse debet eo quod illuminatur. Idem in causa decimaseptima. Necesse est autem contentiosius loquaris, quicquid probare non possis: & affirmationem sumit ex homine, quic-

Nimium altercando veritas amittitur.

Præmium litigantis, nõ veritas sed victoria est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Idiotarũ eſt facile vinci & difficile compeſci.

quid non habet ex veritate. *Sydonius in epiſt. lib* 5. Idiotarum eſt, ſicut facile vinci, ita difficile compeſci.

Lactantius in lib. de beata vita. Qui contradicendi ſtudio inſaniunt, dum ſua etiam falſa defendunt, aliorum etiam vera ſubuertunt. *Cato vbi ſupra.*

Contra verboſos, noli contendere verbis.
Sermo datur cunctis, animi ſapientia paucis.
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.
Litis præteritæ noli maledicta referre.
Sunt quædam quæ ferre decet patienter amicum.
Horatius in libro epiſtolarum.
Alter rixatur de lana ſæpe caprina.

De Procacitate irriſione & contumelia.

Cap. CLXXII.

Quid procacitas ſeu irriſio.

AVCTOR. *Procacitas eſt importuna quædam impudentis frontis audacia, qua quis humana verecundiæ cum irriſione inſultat. Valerius Maximus lib.* 4. Alienis incommodis, ſuorum adhuc expertes, inſultant.

Cato vbi ſupra. Miſerum noli irridere. *Seneca ad Lucillum epiſtola* 1. Quando fatuo delectari volo (non enim longe mihi quęrẽdus) meipſum rideo. *Iuue. lib.* 1.

Loripedem rectus, derideat Æthyopem albus.

Quid contumelia.

AVCTOR. *Contumelia eſt conuitioſa & indecora exprobratio malitioſè in alterũ prolata. Blaſphemia ſimiliter eſt, quadam irreligioſa probroſitate, conuitiorum in alium iaculata maledictio Terentius in Andria.* Deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſua. Qui pergit dicere quæ vult, audit ea quæ non vult. *Synodius vbi ſupra lib.* 4. Garrulo non reſpondere vitium eſt. *Xenophon.* Ego conſcientia teſte didici maledicta contemnere.

Garrulo non reſpondere vitium eſt.

Ex prouerbijs ſapientum. Plerique cum ſtultis maledicunt, ipſi conuitia faciunt. Perturpe enim eſt quod obijcitur inobedientiæ, cognoſci. *Varro in ſententijs.* Contemnendi ſunt ineruditorum contemptus, ſi vis ad ſumma progredi. *Plautus in aulularia.* Quid nam o ſtulte mirum eſt, ſi te qui non nouit deſpicit, qui non nouit diligit?

Debemus contemptus contemnere.

De Maledictione.

Cap. CLXXIII.

Quid maledictio.

AVCTOR. *Maledictio eſt mali alicuius in alterum odioſa imprecatio.* Verbi gratia. *Ouid. in Ibin.*

Exemplum

Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas:
Deneget afflatus, ventus & aura, ſuos.
Nec tibi Sol clarus, nec ſit tibi lucida Phebe:
Deſtituant oculos ſydera clara tuos.
Nec tibi Vulcanus, nec ſe tibi præbeat aer:
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul, inops, erres, alienaq; limina luſtres:
Exignumq; petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore.
Noxq; die grauior ſit tibi, nocte dies.
Siſq; miſer ſemper, nec ſis miſerabilis vlli:
Gaudeat aduerſis fœmina virq; tuis,
Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.
Cauſaq; non deſit, deſit tibi cópia mortis:
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatoſq; diu cruciato s ſpiritus artus
Deſerat, & longa torqueat ante mora.
Idem in libro ſine titulo primo.
Dij tibi dent, nulloſq; lares, inopemq; ſenectam:
Et longas hyemes, perpetuamq; ſitim:

De Oſtentatione.

Cap. CLXXIV.

Quid oſtentatio.

AVCTOR. *Oſtentatio eſt quando quis bona ſua cæteris oſtendit, vel facta ſua laudando narrat, vt fauorem vel laudem acquirat. Varro in ſententijs.* Qui in magnis excellit, etiam inuitus laudabunt: Multi vero laudem amittunt, quando ipſi eam de ſe prædicant, hoc autem vno modo ſapiens ſe laudat, quæ in ipſo apparent bona, in alijs prædicando. *Symmachus in epi. ſuo.* Omnis oſtentatio non caret ſuſpicione mendacij. Quia quicquid aſſumitur, proprium non putatur.

Non ſeipſum nec laudare nec vituperare debet.

Quintil. de oratoria inſtitutione lib. 4. Verecundius dicendum eſt ſua quàm aliena laudanti. *Valerius libro ſeptimo.* Ariſtoteles in neutram partem de ſemetipſo loqui debere prædicabat; quoniam laudare ſe vani, vituperare ſtulti eſſet. *Idem in lib. octauo.* Quidam vt æternam memoriam aſſequerentur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitarunt. Quorum è numero neſcio an in primis Pauſanias debeat referri; nam cum Hermeclen percunctatus eſſet, quonam modo ſubito clarus poſſet euadere; iſque reſpondiſſet, ſi aliquem illuſtrem virum occidiſſet, futurum vt eius ad ipſum gloria redundaret; Philippum interfecit. Sic quod petierat aſſecutus eſt. Tam enim ſe parricidio, quam Philippus virtute, notum poſteris reddidit. Ille vero gloriæ cupiditate ſacrilegus inuentus eſt, qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius per totum terrarum orbem diſijceretur. Quem quidem mentis furorẽ equuleo impoſitus detexit. Ac bene conſuluerunt Epheſij decreto memoriam deterrimi hominis abolendo, niſi Theopompi magnæ facundiæ ingenium, hiſtorijs eum ſuis comprehendiſſet.

Exemplum.

Ouid. ſine titu. lib. 3.
Quis furor eſt quæ nocte latent in luce fateri:
Et quæ clam facias, facta referre palam.
Idem in lib. de arte ſecundo.
Furto celetur culpa modeſto:
Gloria peccati eſt nulla petenda ſui.
Idem in lib Metamor. 9.
Quis enim ſua prælia victus:
Commemoraſſe velit.
Cato vbi ſupra.
Ne ſis ventoſus, dum vis bonus eſſe videri:
Nec te collandes, nec te culpaueris ipſe.
Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexit inanis.

Ex peccato nulla eſt petenda gloria.

De Iactantia.

Cap. CLXXV.

Quid iactantia.

AVCTOR. *Iactantia eſt, faſtu vel arrogantia mentis id agente, maiora quam ſint de ſe promittere. Arrogantia enim eſt animi motus, ad iactandum ſe habere quod non habet.* Item *arrogantia vel iactantia eſt, cum quis ex eo quod non accepit gloriatur, placendi cupidine.*

Iactantia odium genera.

Quint. de ora. inſtit. lib. 8. Vitioſa eſt iactatio, fertq; audientibus non modo faſtidium, ſed etiam plerumque odium. Habet enim mens noſtra natura ſublime quoddam & erectum, & impatiens ſuperioris: Ideoque ſubiectos & ſubmittentes ſe, libenter alleuamus quia hoc facere tanquam maiores videmur: Et quoties diſceſſerit æmulatio, ſuccedit humanitas, at qui ſe ſupra modum extulerit, premere ac deſpicere creditur; nec tam ſe maiorem, quàm cæteros minores facere; Inde inuident humiliores, hoc vitium eſt eorum qui nec cedere volunt, nec contendere poſſunt. Rident ſuperiores, improbant bonos, ſed in veris ſufficit conſcientia.

Prudentius in lib. de conflictu vitiorum ac virtutum.
Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum.
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premũtur.
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere.
Scandunt celſa humiles, traduntur ad ima feroces.
Ganfredus in poetria noua.
Vincat opus verbum, minuit iactantia famam

Oportet vt opus verbum vincat.

AVCTOR. Iactantiæ ſpecies eſt mendax & vana promiſſio, vel comminatio per arrogantiam in aliquem prolata. De qua nonnulli quoque loquuntur auctores.

Iactantia ſpecies eſt vana promiſſio.

Ex prouerbijs ſapientum. Priuſquam promittas, pro-

uidere

uidere debes vt quod promiseris facias.

Horatius in poetria.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu.
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Non semper feriet quodcumque minabitur arcus.

Cato vbi supra.

Rem tibi promissam certam promittere noli.
Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur.

Ouid. in lib. de arte primo.

Promittas facilè, quid enim promittere ladit.
Pollicitis diues quilibet esse potest.
Spes tenet in longum semel est si credita tempus.
Sic dominum sterilis sæpe fefellit ager.
Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusor.

De vitijs oculorum.

CAP. CLXXVI.

Lingua & oculus sunt duo malitiæ instrumenta

AVCTOR. Post vitia linguæ, libet & de vitijs oculorum pauca subnectere. Hæc enim duo membra sunt quasi duo mortis instrumenta, siue duæ ianuæ, per qua interiora animæ bona frequenter diripiuntur, ipsaque in barathrum præcipitatur. Vnde de Demetrio philosopho refert A. Gellius in libro noctium Atticarum quod natione Abderites fuerit, & ditissimus, qui omne patrimonium suum relinquens suis ciuibus, Athenas profectus est, & ibi oculos sibi eruit, tanquam, scilicet impedimenta bonorum studiorum, vt vegetatiores cogitationes haberet. Liberius tamen dicit eum oculos sibi eruisse, ne videret bene esse malis ciuibus. Tertullianus dicit, quòd ideo excæcauit seipsum, quia mulieres sine concupiscentia aspicere, non poterat. Porro merito sibi oculos eruit, qui magicas tenebras oculis humanis inuexit.

Exemplum.

Hieronymus contra Iouinianum. Inutile est cerebro videre, per quæ aliquando captus es, & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas. Nam & Pythagorei huiuscemodi frequentiam declinantes, in solitudine & desertis locis habitare consueuerant. Plures etiam ex Platonis discipulis oculos sibi effoderunt.

Tull. de responsis Aruspicum. Miserior es qui in omnem fraudem oculis raperis, quàm si oculos omnino non habueris.

Libertas hominis est oculos perdidisse.

Quintilianus causa prima. Totius hominis libertas est oculos perdidisse. Oculi sunt per quos paupertatem ferre non possumus. Oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi satietatem.

Lactantius in libro de vero cultu. Qui hominem quamuis ob merita damnatum in conspectu suo iuguquamuis ob merita damnatum in conspectu suo iuguquamuis ob merita damnatum in conspectu suo iuguqu

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER QVINTVS.

De Bonis moribus principum & magnatum.

CAP. I.

POSTQVAM de virtutibus & vitijs per singulas species diuersorum auctorum sententias excerpendo collegimus. Nunc propter precedentis voluminis longitudinem ab alio capientis exordium, ad vniuscuiusque conditionis, & sexus, & ætatis mores describendos, specialiter descendamus. Et primo de bonis moribus principum, ac iudicum, & magnatum quorumlibet aliqua colligamus.

Decet nobiles non pecuniã, sed charitatem ciuium & gloriam quærere.

TVLL. *in philippica primo.* Nos nobiles magna quædam spectare decet, non pecuniam quidem, non opes violentas, & minimè ferendam potentiam; sed charitatem ciuium, & gloriam concupisse.

CASSIODORVS *in epi.* 3. Conuentus sapientium dignitas est imperantium.

IDEM *in* 9. Decet quemque, honorem quem gerit nomine, moribus exhibere.

SYDONIVS *in epi. lib.* 5. Multa in te genera virtutum superno munere congesta gaudemus. Siquidem agere narraris sine superbia nobilem: sine inuidia potentem, sine restrictione religiosum, sine iactantia litteratum, sine ineptia grauem, sine studio facetum, sine asperitate constantem, sine popularitate communem.

Non est dignus imperare alijs qui sibi imperare non potest.

SOCRATES. Qui multarum rerum potestatem habet, primum purgare conscientiam debet, vt qui delicta corrigit nulla admittat. Stultum est vt imperare quis alijs velit, cum sibiipsi imperare non possit.

IDEM. Age sic alienum, vt tuum non obliuiscaris negotium. Nulli imponas quod ipse pati non possis. Hoc exhibe quod tibi optaueris exhiberi. Si bene egeris, ipse tibi personæ authoritatem dabis.

VALERIVS *lib.* 7. Imperium nostrum non tam robore corporis quàm vigore animorum incrementum ac tutelam sui comprehendit.

IDEM. Publius Valerius Consul Romanus, adeo plebem semper dilexit, vt merito publicola cognominatus sit, idem ædes suas in medio foro dirui fecit, quia excelse super cæteras apparebant; quantumque domo inferior, tantum gloria superior euasit: adeo pauper mortuus est, vt sumptu publico sepeliretur.

Talis quisq; in magistratum esse debet qualem sibi esse optaret si priuatus esset.

EVTROPIVS. Inter alia dicta Vulpij Ctiniti tyranni, hoc ipsius fertur egregium. Amicis enim eum culpantibus, quod nimium omnibus esset communis: Respondit, talem se imperatorem esse priuatis, quales sibi esse imperatores priuatus optasset.

SENECA *in Troade.* Minimum decet libere cui multum licet. At qui non vetat peccare cum possit, iubet.

PERICLET. Prætorem decet non solum manus & linguam, sed & oculos habere continentes.

GALTHERVS *in Alexandreide libro 6. Maiestas regia magni ponderis esse solet.* OVIDIVS *in libro tristium 4.*

O qui nominibus cum sis generosus auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

CATO vbi supra. *Patere legem quam ipse tuleris.*
Quem superare potes, interdum vince ferendo.
Vtilius est regno meritis acquirere amicos.

MARTIALIS coquus. *Principis est virtus maxima nosse suos.*

De Clementia Principum.

CAP. II.

Quid clementia.

SENECA *de clementia ad Neronem libr.* 3. *Clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi, vel leuitas superioris ad inferiorem in pœnis constituendis. Idem in lib.* 1. Nullum ex omnibus clementia magis quàm regem aut principem decet. Iracundissimæ ac pro corporis captu pugnacissimæ apes sunt, & aculeos in vulnere relinquunt; rex ipse sine aculeo est, natura ei zelum detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens, pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto homini moderatior esse animus debeat, quanto vehementius nocet. Errat si quis æstimat ibi tutum esse regem, vbi nihil tutum est à rege. Securitas securitate mutua pascenda est. Non est opus altas ædes struere, & multiplicibus muris turribusque sepire; saluum regem clementia in

Simile.

Clementia principẽ maxime decet illumque saluum & securum in regno constituit.

aperto

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

aperto monstrabit. Vnum est inexpugnabile munimentum amor ciuium. Quid pulchrius est quàm viuere cunctis optantibus. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Et grauior multo pœna videtur, quæ à miti viro constituitur. Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa vulnera. Remissius imperãti melius paretur. Nam cõtumax est animus humanus; & in contrarium atque arduum nitens, sequiturq; facilius quàm ducitur. *Idem in Thebaide.* Qui vult amari, languida regnat manu.

Remissius imperanti melius paretur; vtique clementia regentis facit verecundiam peccandi.

Tullius in Philippica 2. Quamuis homines in turbidis rebus sint, tamen si vere homines sunt, interdum animis relaxantur. Nullum est armatorũ præsidium; charitate & beneuolentia ciuium oportet esse septum, non armis. *Idem in lib. de offi. 1.* Nihil est laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia, quæ tamen ita probanda est, vt adhibeatur reipublicæ causa seueritatis, sine qua ciuitas administrari non potest. *Quintus Curtius li. 6.* Regũ Ducumq; clementia, non in ipsorum modo, sed etiam illorum qui parent ingenijs sita est.

Nil in viro præclaro clementia laudabilius.

Cassiodorus in epist. 10. Regnantis facultas tunc ditior fit cum remittit, & acquirit nobiles Thesauros fama neglecta vtilitate pecuniæ. *Terentius in Adelphis.* Vt homo es, ita mores geras. Nam quid tu hic agas, vt si quid bene præcipias, nemo obtemperet? Errat longe à mea sententia, qui imperium credit esse grauius aut stabilius vi quod fit, quam illud quod amicitia iungitur. *Claudia. in maiori.*

Sis pius inprimis, nam si vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.
Pax maiora docet, peragit tranquilla potestas,
Quod violenta nequit; mandataq; fortius vrget.
Imperiosa quies, nunquàm libertas gratior extat.
Quam sub rege pio.

Galtherus in Alexandreide. lib. 1.

Instabile est regnum, quod non clementia firmat.

Sine clementia regnum est instabile.

De Moderamine & patientia eorum.

CAP. III.

SENECA *de clementia li. 3.* Rex læsus animum in potestate habeat, & pœnam si turè poterit donet; si minus, temperet: longeque sit in suis, quàm in alienis exorabilior, iniurijs. Nam quemadmodũ magni animi non est, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit, ita clementem voco, non in alieno dolore facilem, sed eum qui cum suis stimulis agitetur, non prosilit; qui intelligit magni animi esse, iniurias in summa potentia pati: Nec quicquam glorioſius esse principe impune læso. *Idem in Troade.* Quo plura possis, plura patienter feras; violenta imperia nemo diu continuat; moderata durant. *Tul. de Offi. li. 1.* Omnis animaduersio & castigatio debet vacare à contumelia; nec ad eius qui punit vel castigat aliquẽ, sed ad Reipublicæ vtilitatem referri. Cauendum est etiam ne maior sit pœna quàm culpa. Et ideo prohibenda est ira, in puniendo maximè, nunquàm enim qui iratus ad puniendum accedit, mediocritatẽ illam tenebit quæ est inter nimium & parum, qui ergo reipublicæ præsunt, legum similes sint, quę ad puniendum, non iracundia, sed æquitate ducuntur. *Val. lib. 3.* Illa demum tuta est potentia, quæ viribus suis modũ imposuit. *Require supra cap. de moderatione.*

Princeps debet esse exorabilior in proprijs iniurijs quam in alienis.

Non violẽta sed moderata durant.

Nemo iratus ad puniendũ accedat, ne excedat.

Clau. vbi supra.

Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.

Ouid. in lib. trist. 3.

Quanto quis maior, tanto placabilis ira:
Et faciles motus mens generosa capit.

Idem in lib. de arte 2.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus:
Frangis si vires experiare tuas.
Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis.
Flumina, si contra quæ rapit vnda nates.
Obsequium tigresq; domat tumidosq; leones:
Rustica paulatim taurus aratra subit.

Galtherus in Alexandreide lib. 1.

Vindictam suffer donec pertranseat ira:
Nec meminisse velis odij post verbera.

Ne memineris odij post verbera.

AVCTOR. *De hac quoque materia require supra in cap. de misericordia, de indulgentia, de clementia quoque, siue moderatione.*

De vitijs principum secundum philosophos.

CAP. IV.

SENECA *in Thebaide.*

Regna cum scelere omnibus
Sunt exilij grauiora.

Idem in Troade.

Qui non vetat peccare cum possit, iubet.

Idem in Agamennone.

Non intrat vnquam regium limen fides;
Pretio parata fides, pretio vincitur.

Tull. de offi. li. 2. Nullum vitium deterius est auaritia, præsertim in principibus & rempublicam gubernantibus; habere enim quæstui rempublicam, nõ modo turpe, sed etiam sceleratũ & nefarium. *Sal. in catil.* Regibus boni quam mali suspectiores sunt, semperq; his aliena virtus formidolosa est. *Idem in Jugurthino.* Auida est impij natura mortalium, & præceps ad explendam animi cupiditatem. Superbia commune nobilitatis malum est. *Fulgentius in lib. Mythologiarum 2.* Quamuis in omnibus libidinis amor turpis sit, nunquam tamen deterior quàm cum se honorato miscuerit. Libido enim honestatis nouerca, dum quod expediat nescit, semper est maiestati contraria. Iupiter in cignum conuersus cum Læda concubuit, quæ peperit ouum, vnde tres nati sunt, scilicet Castor Pollux & Helena. Iupiter in modum potentiæ ponitur, Læda vero quasi à lædo, id est iniuria vel conuitium dicitur. Omnis ergo potentia iniuriæ mixta, speciem suæ generositatis mutat. Ideo autem in Cignum, quia phisiologi ferunt huiusmodi auem ita conuitijs esse plenam, vt ea clamante, taceant aues reliquæ quæ præsto fuerint. Vnde & olor dictus est, quasi ab oligoria, quod Latinè dicitur iniuria. Ex hac cõmixtione ouum concipitur, in quo sordicies omnis intrinsecus continetur; quia in effectu iniuria omnis est immunditia. Inde generatur Helena, scandali scilicet & discordię seminarium & materia. Castorem vero & Pollucẽ quasi in modum perditionis ponunt; vnde & in mari Castorum signa dixerunt, quæ periculum creant. Nam & græcè pollux à perdendo dicitur, & castor quasi malum extremum. *Suet. in lib. de 12. Cæsaribus.* Augustus Cæsar nihil minus in perfecto duce quàm festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur; crebro id iactãs, satis celeriter fieri, quicquid satis bene fit.

Nullum vitium in principe deterius auaritia.

Superbia est commune nobilitatis malum.

Libido est maiestati contraria.

Fabula poetica.

Sat cito si sat bene.

De eodem secundum poetas.

CAP. V.

OVIDIVS *lib. epist.*

Imperat heu populis, tumidæ non imperat iræ:
Possidet & vitijs regna minora suis.
An nescis longas regibus esse manus?

Idem in lib. sine tit. 2.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores:
Inde grauis Iudex; inde seuerus eques.
Omnia pessundant, illis campusq; forumq;
Seruit. & hi pacem, crudaq; bella gerunt.

Idem in libro de Fastis 6.

Regia res scelus est.

Idem in lib. Metamor. 2.

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur,
Maiestas & amor.

Statius in Thebaide lib. 1.

Gentiles animos subijt fragor, agraq; letis
Inuidia. Atque parens odij metus inde regendi
Sensus amor, ruptæq; vices, inrisq; secundis.

Curia pauperibus clausa est.

Maiestas & amor nõ bene conueniunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ambitus impatiens, & ſummo durius vnum
Staro loco, ſocijſque comes diſcordia regnis.
Idem in 2.
Non parcit populis regnum breue.
Lucanus lib. 1.
Nulla fides regni ſocijs: omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.
Idem in 8.
Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta
Incipit, euertitq; arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, qua regna iniuſta tuetur.
Sublatuſq; modus gladijs facere omnia ſæuè,
Non impunè licet: niſi cum facis exeat aula
Qui vult eſſe pius; virtus & ſumma poteſtas,
Non coeunt, ſemper metuet quem ſæua pudebunt.
Auianus in Mythologia.
Ah ſtultum nimis eſt, cum u prauiſſima tentes;
Alterius cenſor vt vitioſa notes.
Petronius ad prædam.
Strepitumque lucri, ſuffragia vertit
Venalis populus, venalis curia primum.
Iam quoque maieſtas auro corrupta iacebit.
Galtherus in Alexandreide lib. 1. *Require ſupra, in cap. de auaritia ſecundum poetarum dicta.*

Poteſtas conſortis impatiens.

Vitioſus non debet alterius vitia notare.

Quòd exemplis principum formantur mores ſubditorum.

Cap. VI.

Populus imitatur facta ſuperiorum prolege.

QVINTILIANVS *in 3. cauſa*: Hæc eſt autem ſuperiorum conditio, vt quicquid faciunt præcipere videantur: & pernitioſiſſimus eſt malæ rei quiſque maximus auctor. *Boetius de conſolatione lib. 3.* Imperante florenteque nequitia, virtus non ſolum premio caret, verumetiam ſceleratorum pedibus ſubiecta calcatur. *Caſſiodorus in epiſtola 3.* Porro facilis recti perſuaſor eſt innocens iudex, ſub cuius prædicabili conuerſatione, pudet mores probabiles non habere.

Eutropius. Inter alia dicta Vulpij Criniti Traiani, hoc ipſius fertur egregium. Amicis enim eum culpantibus quod nimium omnibus eſſet communis: Reſpondit talem ſe eſſe Imperatorem priuatis, quales ſibi eſſe imperatores priuatus optaſſet.

Qui facit quod monet, facilius aliũ mouet.

Ouid. in lib. de Faſtis 6.
Agitur cenſura, & ſic exempla parantur.
Cum index alios quod monet ipſe facit.
Idem ſine tit. lib. 2.
Quod decuit reges, cur mihi turpe putem?
Iuuenalis lib. 3.
Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.
Ex prouerbijs ſapientum. Inferior horreſcit quicquid peccat ſuperior. Claudianus in maiori.
Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

De Lateralibus principum & magnatum.

Cap. VII.

Potentum amicitia fallax vtpote vt ſeruetur veritas perdẽda eſt.

AVCTOR. Quoniam autem ex conuictu præcipuè mores formantur; Mali principes mala habent latera: & aliquando quidem ex ipſis ad latera ſua procedit aut redundat iniquitas, aliquando autẽ econtrario. Ipſa quoque potentum ac diuitum familiaritas aut amicitia fallax eſt & inconſtans, vtpote veritatis ac fidei fundamento carens. *Ex prouerbijs ſapientum.* Si in clientelam & hominis felicis potentiſque peruenieris, aut veritas aut amicitia perdenda eſt.

Qui ſequuntur diuitem, prædam ſequuntur non hominem.

Seneca in lib. de reme. fortuitorum. Multi aliquando diuitem comitantur (& mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ) prædam ſequitur turba iſta, non hominem. *Helinandus in Chronicis.* Plato cum vidiſſet Dionyſium Tyrannum Siciliæ corporis ſui circumſeptum cuſtodibus; quod tantum malum inquit feciſti, vt à tam multis neceſſe habeas cuſtodiri.

Boetius in lib. de conſ. 4. Regum familiares regia poteſtas ſæpe incolumis ſæpe elapſa proſternit. *Luc. lib.* 1.
Nulla fides regni ſocijs, omniſq; poteſtas
Impatiens conſortis erit. Idem in lib. 8.
Exeat aulam,
Qui vult eſſe pius. Hora. in lib. epiſt.
Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt:
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit, tu dum tua nauis in alto,
Hoc age, ne mutata retrorſum referat aura.
Ouidius in lib. triſtium 1.
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna ſecundo:
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.

Qui vult eſſe pius aula exeat.

AVCTOR. *De hac iterum materia require copioſius infra in cap. de falſis amicis.* Nam diuitum & potentum amici, ſunt amici fortunæ, nõ perſonæ. Vnde Varro in ſententijs. Amici inquit diuitũ paleæ ſunt circa grana.

Amici diuitum ſunt paleæ circa grana.

De moribus ſeruorum ſecundum philoſophos.

Cap. VIII.

Seruus volẽdo quod noluiſſe licuit, beneficium domino præſtat.

SENECA *de beneficijs lib. 3.* Seruus (vt placet Cryſippo) perpetuus mercenarius eſt: hic beneficium domino dat, cum plus præſtat quàm per operas locauit: Sic & ſeruus cum beneuolentia erga dominum fortunæ ſuæ modum tranſit; & aliquid audet, quod & felicius natis decori eſſet: vbi enim præſtat quod nolle licuit, voluiſſe laus eſt. *Idem.* Quæritur ab Ecathone &c. *require ſupra in tractatu de liberalitate. Valerius lib.* 6. Antonius orator clariſſimus, cum inceſti reus ageretur, accuſatores ſeruum eius in quæſtionem perſeuerantiſſime poſtulabant, eo quòd ab eo cum ad ſtuprum iter, laternam prælatam contenderent, qui Antonium hoc nomine vehementius confuſum atque ſolicitum, vltro hortatus eſt, vt ſe iudicibus tot quẽdum traderet; affirmans nullum ex ore ſuo verbum exiturum quod cauſam eius læderet. Itaque pluribus verberibus laceratus, equuleoque impoſitus, candentibus etiam laminis vſtus, omnem vim accuſationis, cuſtodita rei ſalute ſubuertit. Argui fortuna merito poteſt, quod tam pium & fortem ſpiritum, ſeruili homine incluſit. Panoptonis quoque admirabilis fidei, cum ad dominum proſcriptum occidentium milites in Reatinam villam veniſſe cognoſceret, mutata cum eo veſte, permutato etiam annulo, illum poſtico clam emiſit, ſe autem in cubiculum lectulumque recepit, & vt Panopionem occidi paſſus eſt. Breuis huius facti narratio, ſed non parua materia laudationis. *Seneca ad Lucil. epiſt.* 28. Quid intereſt quot domini ſint, ſeruitus vna eſt; hanc qui contempſit, in quantalibet turba dominantium liber eſt. *Hermogenes.* Plerique hominum ſtulti, ſeruiles cibos, & ſeruilem veſtem fugiunt, & ſeruiles mores non fugiunt. *Tullius in lib. de Paradoxis.* Omnis ſapiens liber eſt, & omnis ſtultus ſeruus: omnis etiam animi debilitas, & humilis fractaque timiditas, ſeruitus eſt. *Matthæus in Tobia.* Maligno ſæpe miniſterio ſeruus acerbat herum. *Ex prouerbijs ſapientum.* Bis peccas cum peccato obſequium accommodas.

Qui ſeruitutem cõtemnit liber eſt.

De eodem ſecundum poetas.

Cap. IX.

Vilis perſona dum exaltatur intumeſcit & ſæuit.

IVVENALIS *lib. 3. lingua mali pars peſſima ſerui.* Galthe. in Alexand. lib. 1.
Conſultor procerum, ſeruos contemne bilingues
Et nequam, nec quos humiles natura tacere
Præcipit, exalta, nam qui plusuialibus vndis
Intumuit torrens, fluit acrior amne perenni.
Sic partis opibus, & honoris culmine ſeruus,
Obturat precibus aures, manſueſcere neſcit.
Nec tamen his prohibet rationis calculus, vt non
Exaltare velis, ſi quos inſignit honeſtas;
Quos morum ſublimat apex, licet ampla facultas,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Et patriæ desit gloria, & sanguinis alti. Poeta.
Asperius nihil est humili, cum tendit in altum.

Iudiciũ nec amor nec munera peruertant.

Hildebertus, Cenomannensis.
Si lis inciderit te iudice, dirige libram:
Iudicij nec flectat amor, nec munera palpent.
Nec moueat stabilem personæ acceptio mentem.

Auctor. *De hoc quoque require supra sub illo titulo quod virtus libera sit, & vitium seruile.*

De moribus fœminarum.

CAP. X.

AVCTOR. Fœminas constat esse leuiores, siue mobiliores, & ad quædam vitia proniores. Vnde multa de hac materia loquuntur auctores. *Seneca de naturalibus quæstionibus lib.* 3. Muliebrium vitiorum fundamentum est auaritia. *Terentius in Hecyra.* Vno animo omnes socrus oderunt nurus. *Idem in eodem.* Mulieres fermè vt pueri, leui sententia sunt. *Ex proverbijs sapientũ.* Aut amat aut odit mulier, nihil est tertiũ. Aperta mala quando est mulier, tunc demum erit bona. Anus cũ ludit, morti delicias facit. Mulier cum sola cogitat, male cogitat. Malo consilio fœminæ vincunt viros. *Macrobius in li. de Saturnalibus.* Papirius cum esset puer, forte cum patre suo in curiam ierat. Illum reuertentẽ percontari cæpit mater, quid in senatu egissent patres: puer respondit tacendum esse, neque id dici licere. Miser auidior audiendi secretum rei, & silentium pueri animum eius ad inquirendum euerberat. Tunc puer vrgente matre, lepidi atque festiui mendacij consilium capit: actum in senato dicit, vtrum videatur vtilius esse, vnusne duas haberet vxores, an vna apud duos nupta esset. Hæc illa vt audiuit. Ad cæteras matronas retulit; postridieque ad senatum confluunt orantes, vt vna potius duobus nupta fieret, quàm vni duę. Senatores quænam esset illa mulierum intẽperies, & quid sibi postulatio hæc vellet mirabantur, & non vt paruæ rei prodigium; illam verecundi sexus impudicam paueſcebant insaniam. puer Papirius publicum metum demit, quæ matri dixerat enarrat. Senatus fidem atq; ingenium pueri exosculatur atque amplectitur, consultumque facit, ne prẽter illum pueri cum patribus in curiam post hæc introirent. *Secundus Philosophus.* Quid est mulier? hominis confusio, insaturabilis bestia, continua solicitudo, indesinens pugna, viri incõtinentis naufragium, humanum mancipium.

Auaritia est fundamentũ muliebrium vitiorum.

Exemplum.

Mulier est hominis confusio.

De Eodem secundum poetas.

CAP. XI.

OVidius in lib. de arte 1.
Parcior in nobis, nec tam furiosa libido:
Legitimum finem flamma virilis habet.
Quæ dant quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ:
Vix erit è multis quæ neget vna tibi.
Sibi quæque videtur amanda
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Delectant etiam castas præconia formæ:
Virginibus curæ gratáque forma sua est.
Fœmina nec flammas, nec sæuos effugit arcus:
Parcius hæc video tela nocere viris.

Cuiuis mulieri sua forma placet.

Idem in lib. 2.
Non est fuluus aper media tam sæuus in ira,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes.
Nec lea, cum Catulis lactantibus vbera præbet;
Nec breuis ignaro vipera læsa pede,
Fœmina quam socij deprensa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.

Pauca mulieres casta si sollicitentur.

Idem sine tit. lib. 1.
Ludunt formosæ, casta est quam nemo rogauit.

Iuuen. lib. 2.
Cognoscit mulier quid toto fiat in orbe.
Prima videt famam, rumoresque illa recentes
Excipit ad portam.
Intolerabilius nihil est quàm fœminà dines,
Quę non faciat quod principis vxor.

Calpurius in Bucol.
Mobilior ventis ô mulier.

Virgilius in Æneide lib. 5.
Varium & mutabile semper
Fœmina. Cato.
Fœmina dum plorat; hominem superare laborat.

Valerius lib. 2. Vini vsus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur.

De moribus puerorum.

CAP. XIII.

AVCTOR. Pueros quoque constat esse lasciuos ac mobiles, & ad fletum ac risum faciles; simplices tamen ac dociles & innocentes. *Seneca in declamationib. lib.* 5. Nihil est puero teste certius: Nam & ad eos annos peruenit vt intelligat; & non ad eos quibus fingat. *Idem in lib. de Moribus.* Educatio & disciplina mores facit. Et id sapit quisque quod didicit: *Varro in sententijs.* Sicut ridenda est in sene puerilitas, sic obstupescenda in puero optimorum morum constantia. Sapiũt quidem vasa quicquid primum acceperint, sic & de infãtibus. *Quintil. lib.* 1. Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delicijs soluimus. Mollis educatio quam indulgentiam vocamus, Neruos omnes mentis corporisque frangit. Ætas quidem hominis tunc vel maxime formanda est, cũ simulandi nescia est, principiantibus facillime cedit. *Idem in* 2. Ingenia puerorum nimia emendationis seueritate deficiunt. Nam & desperant & dolent, ac nouissime oderunt; & quod maximè nocet, dum timent nihil conantur. Oui. de arte lib. 1.
In puero est ætas mollis, aptaque regi.
Ingenium cæleste suis velocius armis
Surgit.

Testimoniũ pueri est certũ quod fingere non potest.

Ingenia puerorum nimia seueritate deficiunt.

Idem in lib. epist.
Ars fit à teneris crimen quod discitur annis.
Scilicet, vt teneros ledunt iuga prima iuuencos,
Frenaque vix patitur de grege captus equus.
Sic male vixque subit primos mores rude pectus.

Statius in Thebaide lib. 7.
Maturius æuo,
Robur & ingentes spondet tener impetus annos.

Horatius in poetria.
Reddere iam voces, qui scit puer & pede certo.
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram.
Colligit ac ponit temere & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibus, & aprici gramine campi.
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus, prouisor prodigus æris:
Sublimis, cupidus, contra amara relinquere pernix.

Idem in lib. epist.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.
Tractari mollius ætas imbecilla solet.

Quo semel imbuta recens &c.

Virgilius in Bucolicis.
Qui legitis flores & humi nascentia fraga:
Frigidus ô pueri, fugite hinc, latet anguis
In herba.

De moribus iuuenum.

CAP. XIII.

SEneca in declamationibus lib. 1. Torpent ingenia desidiosæ iuuentutis, nec vnius honestæ rei labore vigilatur. Cantandi saltandique obscæna studia effæminatos tenent. capillum frangere, & ad muliebres blanditias voces extenuare, mollitiæ corporis cum fœminis certare, & immundissimis se munditijs extollere, nostrorum adolescentium specimen est: molles eneruesque nati in vitio manent, expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes suæ. *Idem in Troade.* Iuuenile vitiũ est regere non posse impetum.

Iuuenes facile sequuntur impetum carnis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Verecundia & modestia sunt in iuuene laudabiles.

Idem ad Lucil. in epist. 11. Verecundia bonum in adolescente signum est. *Sydonius in epist. li.* 3. Plurimũ laudis iuuenes moribus suis applicant, quoties de negotiorum meritis ambigentes, ad peritorum consilia recurrunt. *Tullius de offi. li.* 2. Prima adolescentis commẽdatio proficiscitur à modestia, cum pietate in parẽtes, in suos beneuolentia. Deinde etiam facile in optimã partem declinare cognoscitur, si ad sapientes & claros viros & bene consulentes reipublicæ se contulerit, & cum eis assiduus sit. *Idem lib. de senectute.* Adolescentem probo, in quo est aliquid senile; at ipsa defectio virium adolescentię vitiis afficitur sæpius quàm senectutis. Libidinosa enim & intemperans adolescentia effętum corpus tradit senectuti. frustra sperat adolescens, vel promittit se diu victurum. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere? Quoniam enim illa ætas, multo plures quam senectus habet mortis casus: facilius enim in morbos adolescentes incidũt, grauius ægrotant, tristius curantur & c. *Require infra. Sal. in Cati.* Adolescentium animi molles & ætate fluxi, haud difficile capiuntur. *Virgilius in Georgicis lib.* 3.

Vita iuuenis est magis incerta quam senis.

Hortare, viamque insiste domandi:
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Ouid. in lib de arte 3.

Dum vires animique sinunt, tolerate labores:
Iam veniet tacito curua senecta pede.
Venturæ memores iam nunc estote senectæ:
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Idem in lib. de fastis 5.

Tenera ætas est lubrica.

Cum iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent.

Idem sine tit. lib. 1.

Militat omnis amans, & habet sua castra cupido.
Quæ bello est habilis, veneri quoque conuenit ætas.

Claudianus in minori.

Teneris est lubrica moribus ætas.

Lucanus 8. lib.

Ardua quippe fides robustos exigit annos.

De moribus senum.

CAP. XIIII.

In senibus turpes sunt luxuria & auaritia.

VARRO *in sententijs.* Tam vero ridenda est in sene puerilitas, quam stupenda in puero optimorum constantia, *Tull. de offi. lib.* 1. Luxuria cum omni ætati turpis sit, senibus maxime fædissima est. *Seneca in lib. de Moribus.* Monstro similis est auaritia senilis; quid enim stultius est, quàm via deficiente viaticum augere? *Idẽ in lib. declamationum* 2. Adolescens luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit. *Idem ad Lucil. epist.* 4. Tenes vtique memoria quantum senseris gaudium, cum prætexta posita, sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es: maius expecta cum puerilem animum deposueris, & te in viros philosophiæ transtuleris. Adhuc enim non pueritia, sed quod est grauius, puerilitas remanet Et hoc quidem peius est, quod habemus auctoritatem senum, sed vitia puerorum; nec puerorum tantum, sed & infantium. Illi leuia, hi falsa formidant: nos vtraque. *Idem in* 13. Quid turpius est, quàm senex viuere insipiens? *Idem in* 27. Numera annos tuos, & pudebit eadem velle quæ voluerat puer: hoc denique tibi circa diem mortis pręsta, moriantur ante vitia. *Idem in* 36. Turpis & ridiculosa res est elementarius senex. Iuueni parandum, seni vtendum est. *Terentius in adelphis.* Ad omnia alia, ætate sapimus rectius, hoc solum vitium senectus affert omnibus, quod attentiores sumus ad rem quàm sat est. *Symmachus in epi. suo.* Scio senes ad capescendum laborem segnes fieri, quia scilicet crescunt vitia cum tempore. *Martialis.*

Crescunt vitia cum tẽpore, cum tamen mori debent ante hominem.

Heu nostri male computantur anni.
Infantes sumus & senes videmur;
Non enim viuere, sed valere vita est.

Tibullus in lib. 1.

Vidi ego qui miseros iuuenum damnasset amores,
Posse veneris vinclis subdere colla senem.

Et sibi blanditias tremula componere voce:
Et manibus canas fingere velle comas.
Quid tibi nunc prodest molles caluisse capillos,
Sæpe & mutatas disposuisse comas?
Nunc studium formæ est coma, nunc mutatur in annos:
Dissimulet viridi cortice iuncta nucis.
Tollere nunc cura est albos è stirpe capillos:
Et faciem dempta pelle referre nouam.

Oui. in lib. de Fastis 1.

Nequitia est quæ te non sinit esse senem.

Idem in lib. sine tit. 1.

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Turpe senex miles turpe senilis amor.

Ex prouerbijs sapientum.

Anus quoque cum ludit, morti delicias facit.

De multiplicatione iniquitatis in seculo.

CAP. XV.

AVCTOR. Dicto de moribus hominũ quibus bene vel male viuitur, sigillatim discurrẽdo per singula habituum & hominum genera. Restat dicendũ in vniuersali de bona & mala vita, quæ per habitus huiusce modi formatur aut deformatur. Et à mala quidẽ incipiendũ; quoniam (vt ait Aug.) Nemo vnquam bonus est, qui non prius fuerit malus. *Omnes enim natura sumus filij iræ:* In prouerbiis sapientum quoque legitur, quod vix quisquam in bonum, nisi ex malo transit Itaque primo paucas auctorum sententias colligamus in generali, de multiplicatione malitiæ seculi. *Seneca in Agamemno.*

Nemo fit bonus qui prius non fuerit malus.

Periere mores, vis, pietas, fides,
Et qui redire cum perit nescit, pudor:
Per scelera semper sceleribus tutum est iter.

Idem in Hercule Oeteo.

Illicita amantur, excidit quicquid licet.

Vitia inuetterata, difficulter eradicantur.

Idem ad Lucil. epist. 39. Desinit esse remedij locus, vbi quæ fuerant vitia, mores sunt. *Idem in* 46. Iam etiam vbi causa sublata est, mentimur consuetudinis causa. *Idem in* 80. Cogito mecum quantus ad spectaculũ lusorium fiat concursus; quanta fit contra bonos artes solitudo: quã imbecilli animo sint, quorũ lacertos humoresque miramur. *Idem in lib. de beneficijs* 5. Dicitis ô Stoici omnes stulti mali sunt, & qui vnum vitium habet, & omnia. Quod si est, nonne vndique humano generi conuitium fit? Nonne publica querela est beneficia perijsse, & pauciſſimos esse qui de bene merẽtibus non inuicem pessime mereantur? Non est quod hanc tantum nostram murmurationem putes; nescio quę sc. ex Philosophorum domo clamat, & ex medio cõuentu populos genteſque damnatura, vox mittitur:

Non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Beneficia in scelus versa sunt, & sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est. Humili se ac depresso loco putat stare, quisquis non supra rempublicã steterit. Quis extremo die dicere audeat vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi. *Sal. in Catil.* Plurima maiores nostros magnos fecerunt quæ nobis nulla sunt, sc. domi industria, foris iustitia, animus in consulendo liber, neq; delicto, neq; libidini obnoxius: pro his autẽ habemus luxuriã & auaritiã, publici egestatẽ, priuati opulentiã. Inter bonos & malos nullum discrimẽ Omnia prędmia virtutis ambitio possidet; domi voluptati, foris aut pecuniæ studetur aut gratiæ. *Idẽ in Iugurthino.* Plura vero sũt, quæ licet grauia sint, tamẽ ex consuetudine pro nihilo habẽtur. *Plautus in aulularia.* Patientia desidię, acrimonia crudelitati assignatur; sic euertuntur omnia. *Boetius de consol. lib.* 4.

Virtus sepulta iacet.

Quantarum rerum lubrica versat fortuna vices.
Præmit insontes debita sceleri noxia pœna.
At peruersi residem celso mores solio,
Sanctaq; calcãt. Latet obscuris cõdita virtus clara tenebris.

Tull in li. de Paradoxis. Non autem peccata rerum euẽtu, licet vitijs hominum metienda sunt.

De eodem secundum poetas.

Cap. XVI.

Malitia hominis omnia peruertit.

Persius satyricus.
O curuæ in terris animæ & cælestium inanes.
Iuue. lib. 1.
De moribus vltima fiet quæstio.
Lucanus lib. 5.
Itur in omne nefas, iuuat esse nocentes.
Idem.
Facinus quos inquinat æquat.
Ouid. de arte lib. 1.
Nil nisi turpe iuuat, curæ est sua cuique voluptas.
Idem in lib. 3.
Semper sunt plura deteriora bonis.
Idem in lib. Tristium 1.
Nubila sunt nostris tempora nostra malis.
Idem in lib. Meta. 1.
Irrupit venæ peiorss in æuum,
Omne nefas fugere pudor, verumque fidesque.
In quorum subiere locum fraudesque dolique
Insidiæque, Et vis amor sceleratus habendi.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque Nocentius aurum
Prodierat, prodyt bellum quod pugnat vtroque.
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Pietas victa iacet.
Victa iacet pietas.
Qua terra patet, fera regnat Erinnis.
In Facinus iurasse putes.
Quantum noxæ sanu regnat vbique.
Enumerare piget, minor est infamia vero.
Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.
Quippe vbi temperiem sumpsere, humorque calorque.
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
Hildebertus Cenomannensis. Quæ cum ita sint, tantum tamen amorem, tanquam germanum fœdus, plurimũque superuenientes irrumpunt molestiæ, quibus excita caro pro viuificationis odio, spiritũ solicitat ad cõsensum. quia sicut illecebrarum desiderio, sic etiã pernitiosa commouetur anxietate solitudinum. Quibus dum venatrix illa deliciarum diu subesse, diuque fatigari formidat; paulatim incipit tædere vitæ, placetque viuificationis gratiã abiurare: cuius obsequia permixtis incommodis amarescunt. nascitur inde turpis ac ridiculosus mortis appetitus, nequã sc. progenies, & quæ more vipereo, suos plerumque suffocat & extinguit genitores: nonnullos enim tua quoque tempora habuere, quos vel ad aquas, vel ad laqueum egit, dolor amissæ pecuniæ. Nam de veteribus quid loquar, quorum mortes simili prouocatas insania, veridicis assertionibus nequaquam poetæ tacuerunt. Num recolis idem te attestatum, cum affectatæ mortis originem, suppositis decantares versiculis.

Delicia in desperationẽ trahunt.

Peccatũ oritur ex cõsensu volũtatis.

Cum placeat carni quod viuificetur, ametque
Hoc animæ obsequium, tamen euenit vt diuturnis
Fracta malis, vitam fastidiat, abdicet annos:
Malit obire semel, quàm sæpius, atque suprema
Morte rapi, quàm tot præeuntibus esse superstes.
Sed licet his instet, non est homicida voluntas,
Donec declinat, faueatque vxorius illi
Spiritus; hoc stimulis & blanda lite subacto
Gignitur excessus; quia dum caro clamat, eamque
Spiritus exaudit, consensu culpa creatur:
Inque creando nefas, caro sit vir, spiritus vxor.

De noxia libertate & licentia peccandi.

Cap. XVII.

Peccata in magnis personis sunt grauiora.

Salustius in Catil. 10. Sæpe alia alijs licentia est; qui enim demissi, in obscuro vitam agunt, si quid deliquerint, pauci sciunt. Nam fama & fortuna eorum pares sunt. Qui vero magni Imperij præditi, in excelso ætatem agunt; facta eorum cuncti mortales nouerunt. Itaque in maxima fortuna, minima licentia est; & quę apud alios iracundia dicitur, hæc in imperio superba crudelitas appellatur. *Ex prouerbijs Sapientum.* Ostendit in alijs quidem non voluntatem sibi deesse, sed potestatẽ, qui ob hoc iniuriam facit, quia potest. *Tullius in Philippica* 13. Id licere dicimus, quod legibus, quod more maiorum & institutis conceditur. Neque enim quod quisque potest, id ei licet: Aut si nemo obstat, propterea permittitur. *Plato.* Illa iustitia verissima, quæ erga inferiores seruatur. Triumphus est innocẽtiæ nõ peccare, vbi liceat posse. In quem ergo plus potes peccare, desine. Oui. fine tit. lib. 3.

Qui potest peccare varius peccat quã qui non potest.

Cui peccare licet, peccat minus, ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata;
Sic interdictis imminet æger aquis.
Clau. in maiori.
Procliuior vsus
In pesora datur, suadetque licentia luxum.
Non tibi quod possis, sed quod fecisse decebit
Occurret, mentem domet & respectus honesti.
Prosper vbi supra.
Qui se peccatis gaudet feliciter vti,
Infelix nimis est prosperitate sua.
Cum datur iniusto peccandi optata potestas,
Vt mala mens prauè cum cupit efficiat.
Ira magna Dei, quamultos sic quoque punit;
Vt quibus exultant, crimimibus pereant.

Quibus mala ad votum succedunt sunt à Deo derelicti.

Et magis erranti ne parcant flagra timendum,
Quo ne non fiat, quod voluisse nocet.
Ah vetitorum auidis, grauior tunc ira timenda,
Cum sese remouent verbera iustitiæ.
Nam quid erit morbi quod non dominabitur illi,
Cui supera auxilium iam medicina negat.
Maximianus.
Permissum fit vile nefas.

De excusatione.

Cap. XVIII.

Nemo inuitus peccat, & ideo peccatorum est excusabilis.

Fvlgentius in lib. Mythologiarum 3. In scientia, formidolosa suspicio semper excusandi suffragia quærit, quo quicquid ignorantia iuris incursionum peccauerit, id veniæ absoluat petitio, quę culpas vestire consueuit. *Ex prouerbijs sapientum.* Omne peccatum est voluntarium, omitte igitur excusationem. Nemo enim inuitus peccat. *Seneca in Decl. li.* 5. Hoc & æquale omniũ est, vt vitia sua malint excusare quàm effugere. *Idem in Oedipo.*

Iners in medium malorum ignorantia est.
Terentius in Hecira. *Si quis post factam iniuriam se expurget, parum mihi prodest.*
Ouid. in lib. de Ponto.
Nec factum defende tuum, mala causa silenda.
Nil nisi solicitæ sint tua verba preces.
Nec tua si fletu scindantur verba, nocebit:
Interdum lachrymæ pondera vocis habent.
Quod fecit quisque tuetur opus.
Martialis Coquus.
Simpliciter pateat vitium sortasse pusillum:
Quod tegitur maius credimus esse nefas.
Claudianus in maiori.
Heu quàm cæcus inest vitijs amor.
Maximianus.
Non intellecti nulla est curatio morbi.

Morbus latens non est curabilis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Vitijs virtutum ſpeciem prætendentibus.

CAP. XIX.

Quid cautio.

AVCTOR. *Cautio ſiue cautela, eſt prudentia diſcernendi vitia virtutum ſpeciem præferentia. Quint. de ora. inſtit. lib.* 2. Eſt enim quædam virtutum vitiorumque vicinia, qua temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. *Seneca ad Lucil. epiſt.* 45. Vitia nobis ſub virtutũ nomine irrepunt. Temeritas ſub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur ignauia; pro cauto timidus accipitur, in his magno periculo erramus. *Idem in* 56. Omnia vitia ad modum morbi in aperto leuiora ſunt; tunc autem perniciosiſſima, cum ſimulata ſanitate ſubſidunt.

Quædã vitia virtutibus aſſimilantur & hæc periculoſiſſima.

Exemplum de Catilina.

B *Sal. in Catil.* Priuſquam incipias conſulto, vbi conſulueris maturè, opus eſt facto. *Tibullus de Catil.* Habuit ille permulta maximarum, non expreſſa ſigna, ſed adumbrata, virtutum; vtebatur hominibus improbis, & quidem optimis viris ſe debitum (alijs deditum) eſſe ſimulabat. Nunquam tale monſtrum in terris vllum fuiſſe puto, tam contrarijs diuerſiſque & inter ſe pugnantibus naturæ ſtudijs & cupiditatibus conflatum. Quis enim clarioribus viris quandoque iucũdior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis aliquando melior? quis hoſtis ciuitati tetrior? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Illud quoque in eo erat mirabile, naturam ſuam verſare & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere: flerè cum triſtibus, ſæuire cum crudelibus; cum remiſſis iucundè, cum ſenibus grauiter, cum iuuenibus comiter, cum facinoroſis audacter, cum luxurioſis luxuriosè viuere. *Sydonius in epi. lib.* 3. *de quodam.* Eſt hic ipſe, loquax nec dicax, ridiculus nec lætus, arrogans nec conſtans, curioſus nec perſpicax. *Ex prouerbijs ſapientum.* Timidus ſe cautum vocat, ſordidus parcum. *Lactantius in lib. de vero cultu.* Etiam ea quę bona ſunt fines ſuos habent, quos ſi exceſſerint in vitia labuntur. Nam conſtantia niſi pro veritate ſuſcepta ſit, impudentia fit; & fortitudo ſi nulla neceſſitate cogente, aut non pro cauſa honeſta certum periculum ſubierit, in temeritatem conuertitur: & ſeueritas niſi ſe intra cõgruentes nocentium cædes coerceat, fit ſęua crudelitas. *Ouidius in lib. de Rem.*

Actus qui à fine debito deuiant mali efficiũtur.

Et mala ſunt vicina bonis errore ſub ipſo,
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Idem in lib. Metamor. 6.

Proh ſuperi quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent; ipſo ſceleris molimine quiſquam
Creditur eſſe pius, laudemque à crimine ſumit.

Idem in lib. de Ponto.

Et cum ſortuna &c.

Require ſupra ſub tit. de virtute quod debeat eſſe gratuita non mercenaria. Iuuenalis lib. 5.

Fallit enim vitium ſpecies virtutis & vmbra.

Parum fellis totũ mel amaricat.

Ganfredus in poetria noua.

Fel modicum totum mel amaricat.
Vnica menda totalem faciem diffamat.

De quorundam peſſimis moribus.

CAP. XX.

TVllius *de officijs libro* 1. Sunt quidam homines, non re, ſed nomine. *Idem in lib.* 2. In Iulio tanta peccandi libido fuit, vt hoc ipſum peccare eum delectaret, etiam ſi cauſa non eſſet. *Idem in inuectiua contra Catilinam abſentem.* Iam tecum ſic loquar; vt non odio permotus videar, quo debeo; ſed vt miſericordia, quæ tibi nulla debetur. Neque enim is es, vt te aut pudor à turpitudine; aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. *Saluſtius contra Tullium.* Homo leuiſſimus, ſupplex inimicis, contumelioſus amicis, nemini fidus;

Inuectiua cõtra Catilinã & Tullium.

A Senator leuiſſimus, patronus mercenarius: cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat; lingua vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces, & quę honeſtè nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima. *Sydonius in epiſtolari lib.* 3. *de quodam.* Eſt hic loquax nec dicax, ridiculus nec lætus, arrogans, nec conſtans, curioſus nec perſpicax; tempora præſentia colens, præterita carpens, futura faſtidiens. Beneficij ſi rogaturus eſt importunus petendi, Derogator negati, æmulator accepti, callidus reformandi, querulus flagitati, garrulus reſtituti. At ſi rogandus, ſimulator parati, diſſimulator petiti, venditor præſtiti, publicator occulti, calumniator morati, inficiator ſoluti, oſor ieiuniorũ, ſectator epularum; laudabilem proferens, non de bene viuente, ſed de bene paſcente ſententiam. Inter hęc tamen ipſe auariſsimus, quem non tam paſcit panis bonus, quàm alienus; auidus bibendi, auidior detrahendi, rapido pariter ore ſpirans cænum, ſputmans vinum, loquens venenum; ita viuens paucis eſt voluptati, nullis amori, omnibus riſui. *Vale. lib.* 9. Alexandri regis felicitas tribus inſolentiæ euidentiſſimis gradibus exultauit; faſtidio namque Philippi, Iouem Hammonẽ patrem aſciuit: tędio morum & cultus Macedonici, veſtem & inſtituta perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu, diuinum caput latus eſt; nec fuit ei pudori, filium ciuem hominem diſſimulare. Ganfredus in poetria noua.

Inuectiua.

Inſolẽtia Alexandri in tribus maximè innotuit.

Lege quicquid habet de felle legetur.
Præſens blanditor, abſens detractor; amicus
Apparens, hoſtis detectus; poſſeſſor auarus,
Exactor durus; prædo grauis, ambitioſus
C *Inſtitor.* Martialis Coquus.
Mentitur qui te vitioſum zoile dicit:
Non vitioſus homo es zoile, ſed vitium.
Iuuen. lib. 1.
Dedit hanc contagio labem:
Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris,
Vnius ſcabie cadit, & prurigine porci.
Vnaque conſpecta liuorem ducit ab vna.
Nemo repente fuit turpiſſimus.

Boni à malis depraũatur.

De peccatis leuioribus.

CAP. XXI.

A delictis quam parua videntur diligentius cauendum.

D TVLLIVS *de offic. lib.* 1. Quæ quidem parua videntur eſſe delicta, nec à multis intelligi poſſunt, ab his diligentius eſt declinãdum. *Saluſtius in Iugurthino.* Plura vero ſunt quæ licet grauia ſint, tamen ex conſuetudine pro nihilo habentur. Hora. in lib. ſermonum.

Heu ſine vitijs nemo naſcitur.
Optimus ille eſt qui minimis vrgetur.

Ouid. in lib. de Remed. 2.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
Collige, de multis grandis aceruus erit.
Quo tua non poſſunt offendi pectora facto:
Forſitan hoc alio iudice crimen erit.
Grandia per multos teneantur flumina riuos:
Magnaque ſubducto ſtipite flamma perit.

Idem in lib. Metam 3.

Minimum eſt quod amantibus obſtat.

Leuis culpa obſcurat magna merita.

Idem in lib. de Remed. 2.

E *Infirmis cauſa puſilla nocet.*

Proſper in lib. Epigrammatum.

Nam merita obſcurat grandia, culpa leuis.

Cato in lib. de Moribus.

Nemo ſine crimine viuit.

Martialis Coquus.

Simpliciter pateat vitium, fortaſſe puſillum
Quod tegitur maius creditur eſſe nefas.

Seneca ad Lucil. Imperfecta neceſſe eſt labent; & modo prodeant, modo ſuccidant, ſed magna eſt pars profectus velle proficere.

De Agenda pœnitentia.

Cap. XXII.

Quid panitentia.

AVCTOR. *Pœnitentia eſt afflictio pro delictis, qua & commiſſa cum emendationis propoſito plangimus & odimus; & plangenda vlterius committere nolumus. Lactantius in lib. de vero cultu.* Agere pœnitentiam nihil aliud eſt quàm profiteri & affirmare ſe vlterius non peccaturum.

Initium ſalutis eſt notitia peccati, & peccata confiteri eſt ſanitatis indicium.

Seneca ad Lucil. epi. 28. Initium ſalutis eſt notitia peccati. Nam qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult. Ideo quantum potes teipſum argue, inquire in te peccatũ, accuſatoris partibus fungere, deinde iudicis, tandẽ deprecatoris. *Idem in* 43. Somnum narrare vigilantis eſt, & peccata ſua confiteri ſanitatis eſt indicium. *Idem in Agamemnone.* Remeemus illuc, vnde non decuit abire. Quem pœnitet peccaſſe, pœnæ innocens eſt. *Idem in lib. de Moribus.* Alteri ſemper ignoſcito, tibiipſi nunquam.

Tullius in Philippica 12. Cuiuſuis eſt hominis errare, nullius autem niſi inſipientis in errato perſeuerare: poſteriores enim cogitationes (vt aiunt) ſolent eſſe ſapiẽtiores. Optimus eſt portus pereunti, mutatio conſilij.

Idem in oratione de Catilina. Multos audiui & vidi, qui cum totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, ſe ad frugem bonam recepiſſe, grauesque homines atq; illuſtres fuiſſe. *Ex Prouerbijs ſapientum.* Grauis animi pœna eſt, proximumque ad innocentiam locum tenet, verecunda peccati confeſſio. *Socrates.* Peccatum geminat quem non pudet dẽlicti. *Ouidius in lib. epiſt.*

Verecunda peccati confeſſio proxime ad innocentiam accidit.

Erubuit, gremioque pudor deiecit ocellos.
Hæc ſatis in tacita ſigna fatentis erant.

Idem in lib. triſtium. li.

Heu mihi cur vidi, cur noxia lumina feci.

Idem in lib. de Ponto.

Ne factum defende tuum, mala cauſa ſilenda.
Nil niſi ſolicitæ ſint tua verba preces.
Nec tua ſi fletu ſcindantur verba nocebit.

Require ſupra ca. de excuſatione peccati.

Maximianus.

Non intellecti nulla eſt curatio morbi.

Ennodius.

Poſt culpas animæ ſunt holocauſta Dei.

Sedulius lib. 4.

Culpa fugit, cedunt lachrymis delicta profuſis:
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.

Proſper vbi ſupra.

Quando peccati merito, manus omnipotentis
Omnia concludens arctat vbique reum.
Vnum profugium tutum eſt Deus ipſe timenti,
A quo diſcedens ne pereat redeat ipſe.
Conuerti namque ad Dominum certiſſima vita eſt:
Et pacem offenſi quærere ſola ſalus.
Qui terret parcit, qui percutit ipſe medetur.
Viuere vis? illi ſubdere quem metuis.

Deus ipſe eſt vnicum peccatoris refugium.

De Pœnitentia & vita non differenda.

Cap. XXIII.

Non eſt dif. ferenda in craſtinum pœnitentia.

PROSPER vbi ſupra.

Veh properent fontes peccati abrumpere nodos
Ante diem mortis, dum locus eſt veniæ.
Quid tuuat in longum cauſas producere morbi?
Cur dubium expectat cras hodierna ſalus?
Scimus correctis veniam non eſſe negandam:
Sed nulli noſtrum eſt vltima nota dies.

Omnis dies velut vltimus ordinãdus eſt.

Seneca in lib. de Moribus. Multos vitam differentes, mors victa præuenit: Omnis itaque dies velut vltimus ordinandus eſt.

Idem ad Lucil. epiſt. 1. Ita fac mihi Lucili, vendica te tibi, & tempus quod auferebatur, aut ſurripiebatur, aut excidebat, collige & ſerua: turpiſſima enim iactura eſt quæ per negligentiam fit. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem æſtimet, qui intelligat ſe quotidie mori. In hoc omnes fallimur, quod mortem proſpicimus. Magna pars eius iam præterit, quicquid ætatis eſt mors tenet, dum differtur vita tranſcurrit. Reliqua omnia nobis aliena ſunt, tempus noſtrum eſt tantum. In huius rei vnius fugacis ac lubricę poſſeſſionem, natura nos miſit.

Solum tempus eſt noſtrũ

Sera parſimonia in fundo eſt; non enim tantum minimum, immo etiam peſſimum remanet. *Idem in* 13. Quid turpius eſt, quam ſenex viuere inſipiens? *Idem in* 23. Quidam tunc viuere incipiunt, cum deſinendum eſt; quidam ante deſierunt quàm inciperent. *Idem in* 71. Id agamus vt omne tempus noſtrum ſit; quod non erit niſi prius noſtri eſſe cæperimus. *Idem in lib. de beneficijs.* 5. Quis extremo die audeat dicere vixi; & quem dederat curſum fortuna peregi? *Ouidius in lib. de Ponto.*

Sera parſimonia in fũdo eſt.

Quadam viuere incipiunt cũ deſinendum eſt.

Nam genus eſt mortis male viuere.

Martialis Coquus.

Cras te victurum, cras dicis Poſthume ſemper:
Dic mihi cras iſtud Poſthume quando venit?
Quam longe cras iſtud, vbi eſt, aut vnde petendum?
Nunquid apud Parthos Armenioſque latet?
Iam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos:
Cras iſtud quanti dic mihi poſſit emi?
Cras viues, hodie iam viuere poſthume ſeruum eſt:
Ille ſapit quiſquis Poſthume vixit heri.
Non eſt crede mihi ſapientis dicere viuam.

Non eſt ſapientis dicere viuam.

Poſſidonius. Vnus dies hominum eruditorum plus poteſt, quàm imperiti longiſſima ætas.

De bonis initijs & difficultate incipiendi.

Cap. XXIV.

SENECA *ad Lucil. epiſtola* 1. Initium eundi ad virtutes arduum eſt, quia hoc peccatum imbecillæ atque ægræ mentis eſt formidare inexperta. Itaque cogenda eſt vt incipiat. Deinde non eſt acerba medicina, protinus enim delectat dum ſanat. *Quintilianus* 2. *lib.* Qui recta via depulſus eſt, ad eam reduci niſi alio flexu non poteſt.

Via ad virtutes ardua, ſed protinus inchoata delectat.

Idem in cauſa 14. Non ſine morſu aliquo reſilitur ab his, quæ voluptate animum tenuerint.

Terentius in Heautonto. Quæ vero dum incipias, dumque ignoras grauia ſunt, vbi cognoueris facilia erunt.

Saluſtius in Catili. Prius autem quam incipias conſulto, at vbi conſulueris mature opus eſt facto. *Ennodius.*

Niſi vires æſtimes, dum aggredieris ſarcinam, Subiacebis.

Horatius in lib. Epiſt.

Dimidium facti qui bene cœpit habet.

Qui bene incipit ad mediũ peruenit.

Valerius 2. lib. Mos hominum eſt, parùula initia pertinaci ſtudio perſequi. Ouidius in lib. Metam. 7.

Flebile principium melior ſortuna ſequetur.

Idem in lib. 12.

Exitus in dubio eſt. Idem in li. epiſt. *Exitus acta probat.*
Cœpiſti melius quam deſinis. Vltima primis
Cedunt, diſſimiles hic vir & ille puer.
Flamma recens parua ſparſa reſidet aqua.

Idem in lib. de Reme. 2.

Infirmis cauſa puſilla nocet.

Idem in lib. de arte 2.

Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus,
Concutiat tenerum quælibet aura cadit;
Mox eadem ventis ſpatio durata reſiſtit.

Sene. vbi ſupra epiſt. 71. Imperfecta neceſſe labent, & modo prodeant, modo ſuccidant; ſed magna pars eſt profectus velle proficere. Proſper vbi ſupra.

Semper enim ſupereſt ſanctis quo creſcere poſſint.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Et perfectorum gloria principium est.

Auctor. *Item de difficultate bene agendi require superius in tract. de virtute cau. de modo & difficultate consistendi in medio. De constantia quoque perseuerandi vide superius in c. de perseuerantia.*

De vitijs extirpandis aut subigendis.

Cap. XXV.

Vitia sùt statim violenter extirpanda, quia post longam moram inexpugnabiliared-duntur.

Seneca ad Lucil. epist. lib. 1. Id agere debemus, vt irritamenta vitiorum quàm longissimè profugiamus. Indurandus est animus,& debellandæ voluptates,quæ sæua quoque ad se ingenia rapuerunt. Vitia sine modo sine fine persequere. Nam illis quoque nec finis nec modus est. Proiice quæcunque cor tuum dilaniant; quæ si aliter extrahi nequierint, cor ipsum cũ illis euellendum erit. Voluptates præcipue extirpa;latronum more in hoc nos amplectuntur, vt strangulẽt. Idem in 69. Nihil facilius quam amor recrudescit (aliis reardescit.) Itaque qui deponere vult desideria rerum omnium quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat. Cito enim affectus quocunque se vertit, rebellat. Nullum enim sine auctoramento malum est. Auaritia pecuniam promittit, luxuria voluptatem; Ambitio potentiam:mercede te vitia solicitant. Vix igitur effici toto seculo potest, vt vitia longa licentia tumida subigantur, & iugum accipiant. Ex *Prouerbijs sapientum*. Recte fortior putandus est, qui cupiditates subiicit quàm qui hostes. Horatius in lib. Sermonum.

Dum stulti vitant vitia, in contraria currunt.

Prosper vbi supra.

Quod sibi quisque fieri nolit, non inferat vlli:
Vindictam læsus nesciat exigere.
Sperni ne timeat, spernere non soleat.
Non sua non cupiat, quæ sua sunt tribuat.

Mala cõsueta non nisi cum dolore expelluntur.

Quid rogo, mandatis durum censetur in istis?
Aut quid inest quod non possit adire fides?
Absque dolore quidem nequeunt mala sueta repelli:
Sed quem læserunt dulcia, amara mouent.

Lactantius in lib. de vero cultu. Siue virtutes inseras, vitia sponte decedent. Siue vitia eximas, virtutes vltro subibunt. Sic enim bonorum & malorum cõstituta est natura,vt se semper oppugnent & expellant.

De primis motibus reprimendis.

Cap. XXVI.

Quid concupiscentia.

Auctor. *Concupiscentia carnis* (secundum Isidorum) *est motus animæ turpis, in affectum sordidæ delectationis*. Sunt autem & motus iracundię atque inuidiæ, cæterorumque vitiorum carnalium & spiritualium, qui & ipsi omnes propter fomitem esse dicuntur ex carne. Nos igitur omnes primitus insurgentes, antequam inualescant, & animam captiuam ducant, oportet consilio rationis reprimere. *Seneca ad Lucil Epist.* 85. Facilius est vitiorum initia prohibere, quàm impetum regere. *Oui. in lib. de Rem.*

Facilius est vitierũ initia prohibere quam impetum regere.

Terra salutifera herbas eademque nocentes
Nutrit, & vrticæ proxima sæpe rosa est.
Vtile propositum est sæuas extinguere flammas:
Nec seruum vitijs pectus habere tuum.
Dum licet,& modici tangunt præcordia motus:
Si sapis in primo limine siste pedem.
Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi:

Concupiscẽtia motus sunt in limine reprimẽdi.

Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas:
Et validas segetes quod fuit herba facit.
Quæ prebet latas arbor spatiantibus vmbras:
Quo posita est primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli:
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Principijs obsta sero medicina paratur:
Cum mala per longas conualuere moras.

Sed propera; nec te venturas differ in horas.
Qui non est hodie cras minus aptus erit.
Vidi ego quod primum fuerat sanabile vulnus
Dilatum,longæ damna tulisse moræ.

Prosper vbi supra.

Sine gratia Dei nemo potest concupiscentiam superare.

Mens nulla poterit carnis compescere motus.
Ni fuerit Christi semper amore potens.

De regimine corporis.

Cap. XXVII.

Non oportet corpori seruire sed potius cum ratio exigit illud igni tradere.

Seneca *ad Lucil. Epi.* 14. Multis seruiet qui corpori seruit, qui pro eo nimium timet, qui ad illud omnia refert: sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus; sed tanquam non possumus sine corpore. Huius nimius nos amor timoribus inquietat; solicitudinibus onerat, cõtumeliis obiicit:honestum ei vile est, cui corpus nimis charum est: agatur eius cura diligentissimè, ita tamen vt cum exigit ratio vel fides, etiam in ignem mittendum sit.

Idem in 23. Corpusculum etiam si nihil sine illo fieri potest, magis necessariam rem crede, quàm magnam: vanas suggerit voluptates, breues, pœnitendas; & nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita dico in præcipiti voluptas ad dolorem verget, nisi modum tenuerit: modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris.

Modum tenere in voluptate difficile est.

Idem in 65. Vetas me cœlo interesse, id est iubes me capite demisso viuere. Maior sum, & ad maiora genitus, quam vt corporis mei mancipium sim. Quod equidem non aliter aspicio, quam vinculum aliquod libertati meæ circundatum; cuius contemptus certa libertas est: seruiant ergo deteriora melioribus. *Idem in* 69. Frequens de loco ad locum migratio instabilitas animi est: vt igitur animum possis continere, primum corporis tui fugam siste. *Idem in* 70. Vis aduersus hoc corpus liber esse? tanquam migraturus habita.

Contemptus corporis est vera libertas.

Auctor. *Cætera de hac materia require superius in tractatu de temperantia.*

De Regimine animi.

Cap. XXVIII.

Difficillimũ est mẽtis impetus regere & rationi subdere.

Cicero *pro Marcello*. Nulla corporis tanta vis est, quæ non ferro & viribus debilitari frãgique possit:animum vero vincere, iracundiam cohibere,victoriam temperare, aduersarium extollere, non modo iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem;hæc qui fecerit, non ego eum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico.

Facilius est animi passiones tollere vel arcere quã regere.

Seneca *in Troade*. Iuuenile vitium est, non regere posse impetũ. *Idem in li. de beneficijs. v.* Facilius est Barbaras gentes impatientes alieni arbitrij regere, quam animum suum continere, & sibi tradere. *Idem in epistola ad Lucil.* 37. Si vis omnia tibi subiicere, te subiice rationi,multos reges, si te illa rexerit, & ab illa disces quemadmodum, & quid aggredi debeas. *Idem in* 39. Habet hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta, magnarum specierum res ad se vocat, & attollit, &c. *Require sub illo titulo, quod nobis innata sunt virtutum semina. Idem in* 85. Non est bona valetudo mediocritas morbi, facilius est vitiorum initia prohibere,quam impetum regere: non enim recipiunt mala animi temperamentum; facilius sustuleris illa quam rexeris. *Terentius in Hecyra.* Istud porro sapere est, vt vbicunque opus sit animum flectas.

Augustin. de ciuit. Dei. 13. Quas Græci Eupacias, Latine autem Cicero constantias nominauit. Stoici tres esse voluerunt, pro tribus perturbationibus in animo sapientes, pro cupiditate voluntatem,pro lętitia gaudium,pro metu cautionem, pro ægritudine vero, vel dolore, quam nos vitandæ ambiguitatis causa tristitiam maluimus dicere, negauerunt esse posse aliquid in animo sapientis. Gaudium vero de bono adepto est,

quod

quod vbique adipiſcitur ſapiens. Cautio deuitat malũ, quod debet ſapiens deuitare. Triſtitia porro, quia de malo iam accidit, & nullum malum exiſtimant poſſe accidere ſapienti, nihil in eius animo pro illa poſſe eſſe dixerunt: apud nos autem, non tam quæſtio vertitur, vtrum pius animus iraſcatur; quam vnde iraſcatur; nec vtrum ſit triſtis, ſed quare ſit triſtis; nec vtrũ timeat, ſed quid timeat. *Ouid. in li. de arte 3. Magnum opus mores compoſuiſſe bonos.*

De regimine linguæ.

CAP. XXIX.

Loquendum eſt iuxta exigentiam materiæ & conſortij.

TVLLIVS *de offi. li. 1.* Sit vox loquentis dulcis, & nõ contentioſa; languens, neque canora; videatque in primis de quibus rebus loquatur: ſi de ſeriis ſeueritatem adhibeat, ſi de iocoſis leporem. *Idem in Procelio.* Quantum à rerum turpitudine abes, tantum à verborum libertate ſeiungas. Deinde ne ea in alterum dicas, quæ cum tibi falſo reſponſa ſint, erubeſcas. SENE. *in li. de quatuor virtutibus.* Parce lauda, parcius vitupera. Similiter reprehenſibilis eſt laudatio & nimia vituperatio; illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. Teſtimonium veritati, non amicitiæ reddas. Sermones vtiles magis quàm facetos ama. Non ſit ſcurrilis, ſed grata vrbanitas, & riſus ſine cachinno, vox ſine clamore. Admone libenter: reprehende patienter. Alienorum vitiorum nec curioſus ſis explorator, nec acerbus reprehenſor, nec cum exprobratione correctior, ita vt admonitionem hilaritate præuenias: dicẽti eſto tacitus auditor, requirenti facile reſponde, contendenti facile cede, ſeuerior eſto iudicio quam ſermone, vita quàm vultu, nec tuæ bonæ famæ ſeminator ſis, nec inuidus alienæ. Quæ noſti ſine arrogantia poſtulanti impartire, quæ autem neſcis, ſine occultatione ignorantiæ poſtula tibi impartiri *Idem ad Lucil. epiſt. 40.* Quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit, ita oratio preſſa non audax: itaque tardiloquum te eſſe iubebo. *Idem in Medea.* Suſpecta quoque ne ſint, longa colloquia deuita (alias amputa) *Ex Prouerbijs Sapientum.* Tene ſemper & vocis & ſilentij temperamentum, in hoc tamen incumbe, vt libentius audias, quam loquaris. Tacere namque qui neſcit, neſcit loqui.

Parce lauda, ſed parcius vitupera.

Aliena vita noli eſſe curioſus explorator.

Longa colloquia deuita, ſitque ſermo tardus & libentius audi quam loquere.

Auctor. *De hac iterum materia require ſupra ca. de taciturnitate, & etiam infra ca. de eloquentia.*

De vnitate & concordia totius vitæ.

CAP. XXX.

TVLLIVS *in officijs lib. 1.* Præclara æqualitas in omni vita, ſcilicet vt ſit idem ſemper vultus, eademque frons, ſicut de Socrate dictum eſt. Quemadmodum ergo in oratione conſtanti, ſic in vita omnia apta ſint inter ſe & conuenientia: & quæ parua videntur eſſe delicta, nec à multis intelligi, ab his diligentius eſt declinandum. Si enim in organis muſicis, quãuis paulum diſcrepent, vitatur tamen ne quid in eis diſcrepet, multo magis ordinis omnimoda conuenientia in actionibus noſtris adhibenda eſt, quia maior & melior eſt actionum, quàm ſonorum accentus.

Vita debet verbis reſpõdere.

Idem contra Saluſtium. Ea maxima, Criſpe Saluſti, voluptas eſt, æqualem & parem verbis vitam agere, vt omnis moribus ratio conſonet. *Seneca ad Lucillum epiſtola 20.* Tacere docet philoſophia, non dicere, & hoc exigit, vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne oratio ni vita diſſentiat; vt ipſa intra ſe vita, vnius ſine omnium actionum diſſentione, coloris ſit. Maximũ hoc eſt officium ſapientiæ & indicium, vt verbis opera cõcordent, vt ipſe vbique par ſibi idemque ſit. Quid eſt enim ſapientia? ſemper idem velle, atque idem nolle; licet illam exceptiunculam non adijcias, vt rectum ſit quod velis: Non poteſt enim cuiquam idẽ ſemper placere, niſi rectum. variatur autem quotidie iudicium hominum, & in contrarium vertitur, ac pleriſque agitur vita per luſum.

Sapientia eſt ſemper idẽ velle & nolle.

Idem in 34. Omnia dicta & facta tua inter ſe congruant, ac ſibi reſpondeant, & vna forma percuſſa ſint. Non eſt huiuſmodi animus in recto, cuius acta diſcordant. *Idem in 75.* Concordet ſermo cum vita, ille promiſſum ſuum impleuit, qui & cum videas illum, & cũ audias, idem eſt. Nec delectent verba veſtra, ſed proſint. Proſper vbi ſupra.

Non prodeſt cuiquam ſolis bona dicere verbis:
Impia mens habeat, quod bene lingua ſonat.
Nam fari recta miſerum eſt, & viuere praue:
Damnat nota malum regula iuſticiæ.

De bonitate ac ſinceritate vitæ, ſecundum philoſophos.

CAP. XXXI.

Bene viuere ad omnes pertinet, bene dicere ad paucos.

LACTantius *in li. de falſa religione.* Bene dicere quidem ad paucos pertinet, bene viuere ad omnes. *Varro in ſentẽtijs.* Viatores non eunt vt eant; ſic & vita non ſui cauſa fit, ſed vt ea plęclarum aliquid fiat. *Seneca ad Lucil. Epiſt. 71.* Ideo vero peccamus, quia de partibus vitæ deliberamus, nemo de tota deliberat. *Idem in 77.* Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt: vbicunque deſines, ſi bene deſinas tota eſt. Quomodo fabula, ſic vita: nõ quamdiu, ſed quam bene acta ſit refert. quocũque voles deſine, tantum bonam clauſulam impone *Idem in 79.* Non eſt autem bonitas, peſſimis eſſe meliorem. *Tull. in oratione ſua pro Ligario.* Nihil tam populare, quã bonitas. *Idem in li. de offi. 3.* Vir bonus & iuſtus, nihil cuiquam quod in ſe transferat detrahet. Bonus vir nõ modo facere, ſed nec cogitare quidem audebit quicquam, quod non audeat prædicare. *Idem in lib. de amicitia.* Illos bonos viros appellandos putemus, qui aſſequuntur (quantum homines poſſunt) naturam optimam, bene viuendi ducem. *Idem in Tuſc. lib. 4.* Ampliſſima omnium artium eſt bene viuendi diſciplina, quã vita magis quam litteris, quidam proſecuti ſunt. *Idem in lib. 5.* Stoici finem bonorum eſſe ſenſerunt congruere naturę, & cum ea conuenienter viuere. *Apuleius in lib. de Deo Socratis.* Nihil eſt Deo gratius & ſimilius, quã vir animo perfecte bonus, qui cæteris antecellit.

Non quamdiu, ſed quã bene acta ſit vita, refert.

Diſciplina bene viuendi eſt omnium artium ampliſſima.

De eodem ſecundum Poetas.

CAP. XXXII.

CATO vbi ſupra.

Cum recte viuas, ne cures verba malorum:
Arbitrij noſtri non eſt quid quiſque loquatur.
Proximus eſto hominis, ſi non potes optimus eſſe.

Horatius in lib. Sermonum. *Optimus ille eſt, qui minimis vrgetur.* Idem in eodem. *Homo factus ad vnguem.* Idem in lib. carminum. *Nihil eſt ab omni parte beatum.* Virgilius in Bucolicis.

Fraxinus in ſiluis, pulcherrima pinus in hortis;
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Non omnia poſſumus omnes.

Ouidius in lib. de arte 3. *Magnum opus eſt mores compoſuiſſe bonos.*

Claudianus in maiori.

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores:
Carmen amat, quiſquis carmine digna gerit.

Martialis Coquus.

Nunc licet & fas eſt, ſed tu ſub principe duro,
Temporibuſque malis, auſus es eſſe bonus.

Petrus Biga in Biblia verſificata.

Aſt altare Dei non ſit vacuum, ſed inane.
Sed latet in vacuo theſaurus dignior auro,
Et vacuum vitijs, ſi bona vita replet,
Te decet hic vt eas feſtinus currere greſſu
Virtutum ſemper ad meliora celer.

Nihil eſt ab omni parte beatum.

Non omnia poſſumus omnes.

Multum eſt bene viuere cẽpore malo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Moderamine vitæ quorundam antiquorum.

CAP. XXXIII.

Describitur austera vita quorundam Gentilium.

Hieronymus contra Iouinianum. Stoicus narrat de vita antiquorum sacerdotum Ægypti, quod omnib. mundi negotijs curisque postpositis, semper in templo fuerunt, & rerum naturas causasque ac rationes syderum contemplati sunt; nunquam mulieribus se miscuerunt, nunquam cognatos propinquos nec liberos quidem viderunt, ex eo tempore quo cepissent diuino cultui mancipari; carnibus & vino se semper abstinuerunt, propter tenuitatem sensus, & maxime propter appetitum libidinis, qui ex his cibis, & hac potione nascitur; pane raro vescebantur, ne onerarent stomachum; oleum tantũ in pulmentis nouerant, & hoc parum, propter nauseam & asperitatem gustus liniendam. Quid loquar inquit de volatilibus, cum ouum quoque pro carnibus vitauerint; & lac quoque, alterũ carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato, cubile eis erat de palmarum folijs contextum, fabellum acliue, & ex vna parte obliquum in terra, pro puluillo supponebant capiti suo; bidui triduique inediam sustinentes, & humores corporis qui nascuntur ex ocio, & vnius loci mansione, nimia victus castigatione siccabantur. *Lucanus 2. lib. de creatione.*

Immota Catonis
Secta fuit, seruare modum, finemque tenere.
Naturamque sequi, patriæque impendere vitam:
Non sibi, sed toti genitum se credere mundo.
Hinc epulæ vicisse famem, magnique penates
Submouisse hyeme tecto.

De Tribus generibus vitæ secundum philosophos.

CAP. XXXIV.

Triplex vita hominis à poetis significata per Mineruam Iunonem & Venerem. Contemplatiua.

Vlgentius in lib. Mythologiarum. Philosophi tripartitam humanitatis vitam esse voluerũt, scilicet actiuam, contemplatiuam, voluptuariã. Idem poetæ considerantes, trium dearum certamina ponunt, scilicet Mineruam, Iunonem, & Venerem, de formæ qualitate certantes. Et primam quidem quæ ad sapientiam & veritatis inquisitionem pertinet. Ideo de Iouis vertice natam ferunt, quod ingenium in cerebro positum sit. hanc Mineruæ attribuunt (quæ Græce dicitur immortalis virgo) quia sapientia nec mori poterit, nec corrũpi, huius in tutela ponunt noctuam, eo quod sapientia etiam in tenebris proprium possidet fulgorẽ.

Actiua.

Iuno vero quam actiuæ vitæ præponunt, quasi à iuuando dicta est; vnde & regnis præesse dicitur. Ideoque cum sceptro pingitur, quod hæc vita diuitiis studeat; quæ regni proxime sunt, huius in tutelam pauũ ponunt, eo quod eius caudæ curuamen anterius faciem ornet, posterioraque turpiter nudet. Sic enim diuitiarum appetitus & gloriæ momentaliter ornat, postrema tamen denudat: vnde & Salomon *in fine hominis denudatio operum illius.*

Voluptuaria.

Tertiam quam voluptuariæ vitæ præposuerũt, Venerem dici voluerunt, id est aut secundum Epicuros bonam rem, aut secundum Stoicos vanã rem. Epicuri enim voluptatem laudant, Stoici damnant. Isti libidinem colunt, illi nolunt. vnde & *afrodis* dicta est id est spuma, vnde & momentaliter (vt spuma) libido surgit, & in nihilum venit; siue quod ipsa seminis concitatio spumosa sit. Denique ferunt quod ex sectis falce Saturni virilibus & in mare proiectis, nata sit Venus; quia Saturnus Græce *cronos* dicitur, id est tempus, abscissæ autem temporis vires, id est fructus, falceque; maxillę in humore viscerum velut in mari proiectæ, libidinem gignunt. vnde Terentius ait. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Cur Venus in cõcha portari fingitur, & cum rosa pingitur.

Hanc etiam nudam pingunt, quod nudos affectatores sui dimittat, vel nunquã nisi nudis conueniat. huic etiam rosas in tutelam adiiciunt, quia rubet verecundiæ opprobrio, & pungit peccati aculeo. & sicut rosa delectat quidem, sed cito marcescit; sic ista libet momentaliter, & pungit perenniter. In huius etiam tutelam columbas ponunt, eo quod aues illæ in coitu sint feruidæ. hanc in mari natantẽ pingunt, eo quod omnis libido rerum naufragia patiatur. Concha etiam marina portari pingitur, eo quod huiusmodi animal toto corpore simul aperto in coitũ misceatur sicut Iuba in physiologijs refert.

De interioribus vitæ propriæ testibus obseruandis.

CAP. XXXV.

Deus cogitationes nostras intuetur.

Boetius de consolatione li. 5. Magna nobis (si dissimularenon vultis) indicta est necessitas probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. *Vale. li. 7.* Thales interrogatus an hominum facta Deos falleret: ne cogitata inquit, vt non solum manus, sed etiã mentes puras habere vellemus, cum secretis cogitationibus nostris cæleste numen adesse crederemus. *Seneca ad Lucil. epistola 10.* Sic viue cum hominibus, tanquàm Deus videat: Sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. *Idem in 29.* Multo magis ad rem pertinet, qualis tibi videaris, quàm qualis aliis. Conciliari nisi turpi rationi amor turpium non potest. *Idem in 41.*

Sacer spiritus intra nos sedet.

Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorũ obseruator & custos, hic prout à nobis tractatus est, ita nos tractat. *Idem in 43* O te miserum, si conscientiæ tuæ contemnis testimonium. *Idem in 78.* Non est agendum vt de te loquantur homines, sed vt ipse tecum loquaris. *Idem in 73.* Si certe viuendũ est, tanquam in conspectu alicuius viuamus, sit cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum prospicere possit. Quid prodest ab homine aliquid esse secretum, nihil Deo clausum est? *Idem in li. de Moribus.* Nullum peccatorum tuorum conscium magis timueris quàm teipsum. Aliũ enim effugere potes, te autẽ nunquam. *Ex Prouerbijs sapientum.* Plerique famam, pauci verentur conscientiam, nullum putaueris esse locum sine teste. Tibullus in lib. 1.

Nullus peccati testis magis timẽdus quã propria conscientia.

Ne tibi celandi spes sit peccare paranti,
Est Deus occultos qui vetat esse dolos.

Ouid. in lib de arte 1.

Innocuè viuite numen adest.

De Testibus forinsecus adhibendis.

CAP. XXXVI.

EPicurus. Aliquis etiam vir bonus eligẽdus est nobis, ac semper ante oculos habendus, vt sic tamquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. *Idem.* Sic omnia fac tanquam spectet Epicurus. *Seneca ad Lucil. Epistola.* Magna pars peccatorum tollitur, si peccatori testis assistit. ô felicem qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat & ordinet. Qui sic aliquem veretur, cito erit verendus. Elige ergo illum, cuius tibi placet & vita & oratio. Illũ tibi semper ostende, vel custodem, vel exemplum. Opus enim est aliquo, ad quem mores nostri se erigant, nisi ad regulam prãua non corriges. *Idem in epistola 25.* Sic fac omnia tanquã spectet aliquis, prodest sine dubio custodem sibi imposuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Omnia enim nobis mala, solitudo persuadet.

Solitudo solum viris perfectis conuenit.

Cum autem iam tantum profeceris, vt sit tibi etiã tua reuerentia, licebit dimittere Pedagogum: multis autẽ dissimilem te fieri oportet, dum tibi tutum non sit à te recedere. *Idem in 43.* Vix quenquam inuenies, qui possetaperto ostio viuere: bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia est atque solicita, si honesta sunt quæ facis, omnes sciant, si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? ô te miserum si contemnis huiusmodi testem! *Tullius Pridie quàm iret in exilium.* Multorum vultu flagitia parietibus tegũtur, sed hæc obstructio nec diuturna est, neque obducta, vt curiosis oculis perspici non possit.

Bona conscientia turbam aduocat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De exemplis ab alijs accipiendis.

Cap. XXXVII.

Conuersandum cum ijs qui possunt nos meliores facere.

Terentius in adelphis. Inspicere tanquam in speculo vitas hominum iubeo, atque ex aliis sumere exẽplum sibi. *Seneca ad Lucillum epistola 4.* Cum his versare qui te meliorem facturi sunt: Illos admitte quos tu potes facere meliores. *Quintil. de oratoria institutione li. 4.* Prudentis est, quod in quoque optimum est, suum facere. Quod autem imitaturus est, primum quisque intelligat, & quare id bonum sit sciat; tamen in suscipiendo onere vires suas consulat.

Ex proverbijs sapientum. Optimum quidem est maiorum vestigia sequi, si recte præcesserint; ex alterius vitio sapiens emendat suum, Cato in lib. de moribus.

Ex Alterius vitio sapiẽs emẽdat suũ.

Multorum disce exemplo quæ facta sequaris.
Quæ fugias, vita est nobis aliena magistra.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Cum tibi vel socium, vel fidum quæris amicum:
Non tibi sortuna est hominis, sed vita petenda.

Ouid. in lib. de arte 3.

Tunc bene fortis equus reserato carcere currit.
Cum quos prætereat, quosque sequatur habet.

Idem in eodem.

Discite ab alterius vestris timuisse querelis.

Tibullus 2. lib.

Felix quicunque dolore alterius didicit posse cauere suum.

Ganfredus in poetria noua.

Syrenes exemplar habe, docearis in illis,
Casibus in lætis semper peiora cauere.

De vita sociali secundum philosophos.

Cap. XXXVIII.

Nullius boni sine socio iucunda est possessio.

Libertas inter nullos magis quã inter philosophos.

Nil amabilius quã morum similitudo bonorũ.

Natura nil solitarium amat.

Epicurus. Ante circunspiciendum est cum quibus edas & bibas, quàm quid edas & bibas. Nam sine amico, visceratio Leonis & Lupi, vita est. *Seneca ad Lucil. epist. 6.* Nullius boni sine socio iucunda est possessio. *Idem in 25.* Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est: Intra quæ quisquis desiderium suum clauserit, cum ipso Ioue de felicitate contẽdat. *Idem in 47. Require supra capitulo de superbia. Idem in lib. de naturalibus quæstionibus lib. 1.* Inter nullos autem magis quàm inter philosophos esse debet æqua libertas. *Tullius in lib. de officijs.* Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quã cum boni viri, moribus similes, familiaritate coniuncti sunt. Nihil enim amabilius est, nec copulatius, quam morum similitudo bonorũ. In quibus enim eadem studia, eędem voluntates sunt; in his fit, vt altero æque delectetur vt seipso; & sic vnus fiat ex pluribus. *Idem in li. 3.* Societatis arctissimum vinculum est, arbitrari magis contra naturam esse, hominẽ homini aliquid detrahere, sui cõmodi causa, quàm omnia incommoda subire. *Idem in lib. de amicitia.* Bonos boni diligant, ascisçantque sibi quasi propinquitate sibi coniunctos atque natura. Nihil enim est appetentius simílium sui, atque rapacius quàm natura. *Idem in eodem.* Si quis Deus nos ex hominum frequentia tolleret, & in solitudine vspiã collocaret, atque sibi suppeditans omnium rerũ quas natura desiderat copiam, hominis nec aspiciendi eriperet potestatem; quis tam ferreus esset, qui hanc vitam ferre posset; cuique non auferret voluptatum omnium fructum solitudo? natura enim nihil solitarium amat. vnde verum est quod ab Archita Tarẽtino (vt opinor) dici solitum à senibus nostris audiui. Si quis in cœlum ascendisset, naturamque mundi & pulchritudinem syderum perspexisset, insuauem illi fore admirationem; quæ iucundissima quidem fuisset, si cui narrasset, habuisset. *Macrobius in lib. Saturnalium.* Comes facundus in via pro vehiculo est. *Sydonius in epistolari li. 4.* Sodales vetustos nunquam pro frequentium nouitate fastidias; aliter enim videberis sic amicis vti quasi floribus, tamdiu gratis quamdiu recentibus. *Plautus in Aulularia.* Nemini vero te nimis sodalem feceris. Insipiẽtium atque improborum facilius sustinetur odiũ quã collegium. Tres edaces domus vna non capit. Res nimium singularis est homo, parem ferre non patiens. *Apuleius in lib. de Deo Socratis.* Parit conuersatio contẽptum, raritas conciliat admirationem. *Aristoteles in Topicorum 8.* Prauus quoque socius est qui impedit commune opus. *Menand.* Corrumpunt etiam mores bonos confabulationes pessimæ. *Seneca in epist. 9.* Crates Stilbonis auditor, cum vidisset adolescentulum secretè ambulantem, interrogauit quid illic faceret solus. Mecum inquit loquor. Cui Crates. Caue inquit obsecro, & diligenter attende, ne cum malo homine loquaris. *Varro in sententijs.* Alit autem concordiam, mores ad cohabitantium animos formare. *Ennodius.* Nemo in altero mores amplexatur, nisi quos in se formauerit. *Symachus.* Semper natura gaudet æqualibus, & familiare sibi est omne quod simile est.

Improborum facilius sustinetur odiũ quã collegiũ.

Parit cõuersatio contẽptum raritas admirationem.

Natura gaudet aqualibus & similibus.

De eodem secundum poetas.

Cap. XXXIX.

Boni simul iuncti melius redolet.

Ouidius in lib. de Ponto.

Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis:
Et seruat studij fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem:
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.

Idem in lib. de Remedijs 1.

Vrticæ proxima rosa est.

Maximianus.

Quæcunque solent per se perpensa placere:
Alterno potius iuncta decore placent.

Matthæus in Tobia.

Consonat & redolet melius iunctura bonorum:
Plus namque sapiunt lilia mixta rosis.

Prosper vbi supra.

Naturæ quisquis proprium non spernis honorem;
In quocunque hominum quæ tua nosçis, ama.
Sic tantum vt prauos vitet concordia mores:
Nullaque pacis fœdera cum vitijs.

Cato vbi supra.

Vincere cum possis interdum cede sodali.
Quod pudeat socios prudens celare memento.

De Officijs administrandis.

Cap. XL.

Nil propter laudem magistratum gerenti accedere debet.

Salustius in Iugurthino. Miserum autem est prius oneri esse quàm vsui. *Vale. lib. 2.* Olim ambiguæ laudis à senatu quis æstimabatur, qui debitis rei publice officijs, non sua sponte, sed iussus fungeretur; quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis quam præstanti acceptum refertur. *Idem in lib. 4.* De publico ministerio, nihil cuiquã prẽter laudem bene administrãti officium debet accedere. *Seneca ad Lucil. epist. 22.* Turpe est cedere oneri. Luctare cum officio quod semel recepisti. Non est vir fortis atque strennuus qui laborem fugit; & nisi etiam crescat illi animus ex ipsa rerũ difficultate. *Tull. in lib. de Offi.* omne autem quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod ex cognitione & scientia continetur. Est enim humanæ naturę aptius & vtilius. *Idem in li. 2.* Qui veram iustitiæ gloriã adipisci vult, iustitiæ fungatur officiis. *Idem in lib. de fine boni & mali 3.* Omnia officia eo referri oportet vt adipiscamur principia naturæ. *Socrates.* Age sic alienum, vt tuum non obliuiscaris negotium. Amico sic prodesto, ne tibi noceas. Quod habes ita vtere, vt alieno nõ egeas. In tuo quam in alieno labore farcinam suscipe. *Quintil. de Orato. inst. lib. 2.* Ne ab eo quod quis optime facit, in aliud cui minus est idoneus eum transfe-

Officiũ quod bonum publicum promouet, præferendum est socijs speculatiuis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quam quisque norit artem in hac se exerceat.

ras. *Cicero Tusc. lib. 1.* Græcorum Prouerbium: Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. *Symmachus in epistolari.* Animus ægritudine leuatur, quoties in amica officia dirigitur. *Ouid. in lib. de Ponte.*

Virtus mercede caret.

Sponte sua probitas officiumque iuuat.
Mercede caret, per seque petenda
Exterius virtus incomitata bonis.

De repetendo secreto mentis.

Cap. XLI.

Tuta est vita solitaria, sed minus meritoria.

TVllius *de officijs lib. 1.* Multi tranquillitatem expetentes, à negocijs publicis se remouerunt, atque ad ocium profugerunt. Inter quos & nobilissimi philosophi, & quidam homines seueri & graues, nec populi nec principum mores ferre potuerunt; vixerunt nonnulli in agris. facilior quidem & tutior, & aliis minus grauis aut molesta ociosorum vita, fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem atque amplitudinem aptior eorum, qui ad rempublicam, & ad res magnas gerendas se accommodauerunt. *Idem in lib. 2.* Sicut enim vtilitates adipiscimur, conspiratione hominum atque consensu; sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ homini ab homine non nascatur. *Idem in lib. 3.* Publium Scipionem scripsit Cato dicere solitũ, nunquam se minus solum quam cum solus esset. Magnifica vere vox, ac viro magno & sapiente digna, quæ declarat illum & in ocio de negociis cogitare, & in solitudine secum loqui solitum. Duæ itaque res quæ lãguorem afferunt cæteris, illum acuebant, scilicet ociũ & solitudo. *Idem in Tusc. lib. 1.* Tota philosophorum vita (vt ait Cato) commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus, cum à voluptatibus corporis, & à re familiari quę est ministra corporis, & à reipu. negotiis animum seuocamus, nisi quod ipsum ad se vocamus, maximeque à corpore abducimus, secumque esse cogimus: animum autem à corpore se cernere, nihil aliud est quam mori discere. *require infra cap. de præparatione sui contra mortem. Seneca de Natur. quæstio. li. 8.* Scio Lucili quàm sis ambitione alienus, quam familiaris ocio & litteris. Turbam rerum hominumque desiderant, qui se pati nesciunt; tibi tecum optime conuenit. Nos autem nobisipsis molesti sumus, modo amore nostri, modo tædio laboramus. Infelicem animum nunc superbia inflamus, nunc cupiditate distendimus; aliàs voluptate lassamus, aliàs solicitudine excutimus; & quod miserrimum est, nunquam singuli sumus. Itaque necesse est, assidua sit in tam magno vitiorum cõtinuo rixa. fac ergo quod facere consuesti, & à turba te quantum potes separa. *Idem in epistola ad Lucil. 2.* Primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere & secum morari. *Idem in 7.* Inimica est multorum conuersatio; & vtique quo maior est populus cui miscemur, hic plus periculi est. Nam & auarior redeo, & ambitiosior, & luxuriosior; quin etiam crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. vtrumque deuitandum est, ne vel similis malis fias, quia multi sunt, neue inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipse quantum potes. *Idem in 8.* Mihi crede, qui nihil agere videntur, maiora agunt; humana diuinaq; simul tractant. *Idem in 10.* Non inuenio cum quo te malim esse quàm tecum. Sic fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. *Idem in 15.* Quicquid facias reducito à corpore ad animum: Illum noctibus ac diebus exerce. Id bonum cura, quod vetustate fit melius. *Idem in 19.* Si potes subduc te istis occupationibus; si minus eripe. In freto viximus, moriamur in portu. *Idem in 27.* Nunquid tam turbidum fieri potest quàm forum. Ibi quoque licet quiete viuere, si necesse est. Sed si liceat se disponere, conspectum fori viciniamque procul fugiam. *Idem in 55.* Omnia impedimenta dimitte, & vaca boni menti, nemo ad illã peruenit occupatus. *Quintil. 8. lib.* Etiam in itinere, in turba, in conuiuiis, faciat tibi cogitatio ipsa secretum. *Ex*

Tota philosophorũ vita est scire mori.

Præcipuum indicium cõpositæ mentis est, posse consistere & secum morari in vno loco.

Cum nullo quis melius esse potest quã secum.

proverbijs sapientum. Rem maximam tibi sapientia promittit, vt reducat te tibi. Solitudinem quærit, qui vult cum innocentibus viuere. Ouid. in lib. Tristium 3.

Viue tibi, & longe nomina magna fuge.

Prosper vbi supra.

Scrutari legem possunt vtranque quieti,
Simunda à strepitu libera corda vacent.

De vicissitudine quietis & actionis.

Cap. XLII.

Laus virtutis in actione consistit.

TVllius *in lib. de offic. 1.* Virtutis autem omnis laus in actione consistit: A qua tamen sæpe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus. *Seneca ad Lucil. epist. 3.* Vtrumque vitium est, omnibus credere, & nulli; sed alterum dixerim honestius vitium, alterum tutius. sic etiam vtrosque reprehendes, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria, sed exagitatæ mentis conculcatio; & hæc non est quies quę motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio & languor. Itaque inter se miscenda sunt hæc, est quiescenti agendum est, & agenti quiescendum. Cum natura rerum delibera; ipsa dicet tibi, & diem se fecisse, & noctem. *Idem in epist. 10.* Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. *Idem in 68.* Iactantiæ genus est nimis latere, & à conspectu hominum secedere. Conuocat turbam, quisquis ocio suo aliquam fabulam imposuit. Non est autem agendum hoc, vt de te homines loquantur, sed vt ipse tecum loquaris. Quid autem loqueris? (quod homines de alijs libentissime faciunt) de te apud te male existima. assuesce & dicere verum, & audire: id maxime tracta, quod in te infirmissimum esse senties: nota habet quisque sui corporis vitia. Auctor. *De hac quoque materia require supra cap. de frvennuitate laboris, & eius interpollatione. Et etiam infra, in tractatu de sapientia & contemplatione.*

Quiescenti agendum est & agenti quiescendũ.

Iactantia genus est nimis latere.

De consuetudine & vsu.

Cap. XLIII.

QVoniam autem præsens sermo de Moribus est, & ex consuetudine vel vsu, mores hominũ in melius, aut in deterius confirmantur; De hac etiam breuiter hoc in loco aliquid de diuersis authoribus colligẽdum est. *Seneca in li. de Moribus.* Educatio & disciplina mores facit: Et id sapit quisque quod didicit. Bona itaque consuetudo excutiat, quod mala instruxit. *Idẽ in li. de Naturalib. quæstionib. lib. 1.* Quis non intelligat omnia consuetudine vim suam perdere. *Idem in lib. 4.* Quamdiu decurrunt solita, magnitudinem eorum consuetudo subducit. *Et cætera require infra de spectaculis naturæ.* *Quintil. lib. 1.* Consuetudo est certissima loquendi magistra, &c. *Require supra cap. de eloquentia. Aristot. in Meta. lib. 1.* Illud quidem ad quod assueti fuimus, magis est animo applicabile. Quod autem extra illud, est inconueniẽs, immo inopinabile. In hoc quoque scire potes, quantũ facit consuetudo. Inuenies enim apologos & fabulas propter consuetudinem magis applicabiles animo, quàm sint suæ veritates. *Iulius celsus li. 2.* Rerum omnium magister est vsus. *Teren. in Phormione.* Quot homines tot sententiæ; suus cuique mos est. *Salust. in Iugurthino.* Plura vero sunt, quæ licet grauia sint, tamẽ ex consuetudine pro nihilo habentur. *Tull. in Philippica 6.* Omne malum nascens facile opprimitur: Inueteratum fit robustius; turpis fuga mortis omnium peior est. *Idem in Tusc. lib. 2.* Consuetudinis maxima vis est. *Idem in lib. de diuinatione 2.* Causarũ ignoratio in re noua, mirationem facit. Quod autem crebro videt quis, non miratur; etiã si cur fiat nesciat. *Idem in oratione sua, quando gratias egit populo.* Omnia desiderata magis quã assiduè percepta delectant. *Ex Proverbijs Sapientum:* Bonarum rerum consuetudo pessima est. Grauissimum est imperium consuetudinis. Heu quam miserum est

Vnusquisque id sapit quod didicit.

Consuetudo est certissima loquẽdi magistra.

Grauia ex consuetudine fiunt leuissima.

Consuetudinis grauissimum est imperium.

discere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

discere seruire, nisi doctus sis dominari. Consuetudo est altera natura. *Horatius in lib.epist.*

Naturam expellas furca licet vsque recurret.

Ennodius in lib.de arte 1.

Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci.
Tempore lenta patifræna docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus vsu.
Interit assidua vomer aduncus humo.

Idem in lib.2.

Nihil assuetudine maius.
Quod male fers assuesce, feres bene.

Consuetudo potens est sed natura fortior.

Galtherus in Alexandreide 6.

Consuetudo potens, natura fortior ipsa est.

Auctor. *De consuetudine quoque require capitulum proprium infra, tractatu de scientia Politica; vbi de iure consuetudinis agitur; inter cætera iura: & iterum in tractatu de practica medicinæ, vbi agitur de regimine sanitatis, iuxta speculationem consuetudinis.*

De scientia & arte.

CAP. XLIV.

AVCTOR. Inter illa quæ vi sua nos alliciunt, suaque dignitate nos trahunt, Ponit Tullius virtutem, atque scientiam, & veritatem. dicto itaque de virtute, & eius contrario; quibus hominis vita formatur, aut deformatur, restat dicendum de scientia, qua intellectus perficitur. Est etenim scientia certa rerũ notitia, opinionem & fidem transcẽdens. Ars autem est collectio principiorum, id est regularum ad eundem finem tendentium. De his plenius superius dictum est, vbi de philosophia, & eius partibus copiosè disertũ est. *Hippocras in lib. Aphorismorum.* Vita breuis, ars vero longa; Iudicium autem difficile. *Auctor.* Theophrastus accusasse naturam dicitur, quod ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus vero quorum maxime interfuisset, tam exiguam dedisset vitam; quorum si ætas posset esse longior, omnibus perfectis artibus eorum vita eruditetur. Quærebatur ergo tunc scientia, se cum homo videre cæpisset extingui. *Tul.in Dial.ad Hor.* Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus. Est enim & in ipsis rebus obscuritas, & in iudicijs nostris infirmitas. *Idem in lib. de Natura deorum.* Omnibus fere in rebus, quid non sit, quàm quid sit facilius dixerim. *Idem in Tusc.lib.1.* Græcorum autem prouerbium est: *Quam quis nouit artem, in hac se exerceat. Idem in lib. 5.* Quid enim dulcius ocio literato. *Seneca ad Lucil.epist.82.* Ocium sine literis mors est, & hominis viui sepultura. *Arist.in li.Ethi.1.* Omnis cogitatio bonum aliquod exoptat. Boetius in lib. Categoriarũ. Nemo, si quid in puerilibus disciplinis acceperit, id sacrosanctum iudicet; quandoquidem res teneris auribus accõmodatas, senior philosophiæ tractatus eliminat. *Auctor.* Socrates, (vt legitur) nihil se scire dicebat, nisi hoc ipsum quod nihil sciret. Arist. sciscitante Alexandro quo dicente profiteretur se sciẽtem: Rebus (inquit) ipsis, quæ non nouerunt mentiri. Academici noui, quorum secta cæpit ab Archesila, dicunt nihil sciri, sed incerta omnia esse. Hi vt ait Seneca, cua scire, quàm nihil. Horum sententiam sic breuiter improbat Aug.in 11.de ciu. Dei. Et nos inquit sumus, & nos esse nouimus, & id esse ac nosse diligimus. Nulla in his veris Academicorum formidentur argumenta dicentium, Quid si falleris? Si enim fallor, sum; nã qui non est, vtique nec falli potest; ac per hoc sum si fallor. Quia ergo sum, quomodo esse me fallor, quando certum est me esse si fallor? Quia igitur essem qui fallerer, etiamsi fallar, proculdubio in eo quod noui me esse, non fallor. Consequens autem est, vt etiam in eo quod me noui nosse, non fallar. *Tull.in lib de Diuinatione.* Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque, turpis est; si quis mortalis colligationes omnium causarum animo perspicere posset, nihil eũ profecto falleret. *Virg.in Geor.lib.1.*

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Vita breuis ars longa.

Quid scientia & ars.

Facilius est scire quod nõ sit res, quam quid sit.

Ocium sine literis mors est & hominis viui sepultura.

Quod aliquid sciamus probat aperte Aug contra Academicos.

De studio, & meditatione.

CAP. XLV.

AVCTOR. *Studium* (vt ait Tullius) *est assidua & vehemens animi, ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate, occupatio. De hoc quoque plenius dictum est supra, in tractatu de philosophia. Valerius Maximus.* Marcellus captis Syracusis, machinationibus Archimedis philosophi, diu victoriam suam inhibitam senserat: Delectatus autem eximia illius prudẽtia, vt capiti eius parceretur, præcepit. Atis dum animo & oculis in terra defixis formas describeret, militi, qui prædandi gratia domum eius irruperat, strictoque super caput gladio, quisnam esset interroganti, propter nimiam cupiditatem inuestigandi quod requirebat, nomen suum non dicere potuit; Sed protracto manibus puluere, noli inquit obsecro istum disturbare. qui mox quasi negligens imperij victoris obtruncatus, sanguine suo lineamenta confundit. *Varro in sententijs.* Multum interest vtrum rem ipsam, an libros inspicias. libri nõ nisi sciẽtiarum paupercula monimenta sunt, principia inquirendorũ continent, vt ab his negotiandi principia sumat animus. Eo vero fine tantum studia intermittantur, ne omittantur. Gaudet natura varietate. *Arist.in Ethi.li.1.* Optimus est, qui a seipso omnia intelligit. Bonus autem qui bene dicentem audit. Qui autem neq; ipse intelligit, neque alium audiens in mente iacit, hic inutilis videtur. *Ouid. in libro de Tristibus 4.*

Ingenium longa rubigine torpet
Læsum, Require cap.de exercitatione.

Quid studiũ.

Exemplum.

Studia eo solum fine intermittãtur ne omittantur.

De docilitate.

CAP. XLVI.

AVCTOR. *Docilitas est recta discendi, vel docendi habilitas,* vt scilicet primũ te, de hinc & alios instruas. *Seneca ad Lucil. epist. 49.* Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectam; sed quæ perfici posset. *Idem in 76.* Quid autem stultius est, quàm quia non didiceris, non discere; quamdiu viuas, tamdiu discendum est quemadmodum viuas. *Quintil.2.lib.* Sicut officium præceptorum est docere, sic discipulorũ dociles prębere. Scientia namque coalescere nequit, nisi tradentis & accipientis concordia sociata fuerit. *Tullius in Tusculanis quæstionibus lib. 1.* Magni vero refert quali in corpore animi locati sint; nam multa è corpore existunt, quæ mentem acuant, multa quæ obtundant: vnde Aristot.ait omnes ingeniosos melancholicos esse, vt ego me tardiorem esse molestè non feram. *Apuleius in lib.de Deo Socratis.* In quibusdam mirandũ est, quod minime videri nescire volunt, discere tamen negligũt; & eiusdem artis disciplinam simul & ignorantiam detrectant. *Valerius 8.lib.* Socrates dum semper ad discẽdum se pauperem credidit, ad docendum locupletissimum fecit. Sed Solon quãta industria flagrauerit, etiã versibus complexus est; quibus se quotidie aliquid addiscentem senescere significauit. Aristoteles in libro Elenchorum. Oportet autem credere eum qui discit. *Ex musica lib.1.* Olim erat Pythagoricis in morem, vt cũ quid à magistro Pythagora diceretur, hinc nullus rationem petere auderet; sed erat eius ratio, docentis auctoritas; idque fiebat quamdiu discentis animus firmiore doctrina roboratus, ipse earundem rerum rationem, nullo etiam docente reperiret. *Ennodius.* Artium mater est instantia, nouerca eruditionis est negligentia. *Cato vbi supra.*

Instrue præceptis animum, ne discere cesses:
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.
Commoda multa feres, sin autem spreueris istud:
Non me scriptorem, sed te neglexeris ipsum.
Ne pudeat quæ nesceris te velle doceri.
Scire aliquid laus est, culpa nil discere velle.

Quid docilitas.

Quamdiu viuis tamdiu discendũ est quomodo viuas.

Omnes ingenioſi sunt melãcholici.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sedulius lib.1.

At si magnarum caperis dulcedine rerum:
Nobilium nitidis doctorum vescere canis.

Ouid.in lib. Metamor.

Fas est & ab hoste doceri.

Idem in lib.de arte 1.

Vbi discipuli non sunt dociles, præceptores operã perdunt.

Ingenium cæleste suis velocius annis
Surgit. Idem in lib.2.
Ingenium mala sæpe mouent.

Idem in eodem.

Semina non semper sulci cum fœnore reddunt.

Idem in lib.epi.

Ingenium nimijs deficit omne malis.

Virgilius in Bucolicis.

Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis;
Infelix lolium, steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

De eligendo doctore.

CAP. XLVII.

Nil boni docere potest qui à se nil didicit.

Præsentia præceptoris cur vtilis.

VArro *in sententijs.* Illum quidem eruditorem elige, quem magis mireris in suis, quàm in alienis. Nil magnificum docebit, qui à se nil didicit; falsoque magistri nuncupantur auditorũ narratores: sic igitur audiendi sunt, vt qui rumores recensent. *Seneca ad Lucil. epist.6.* Plus tibi viua vox & conuictus, quã oratio proderit: Vnde in rem præsentem venias oportet: primũ quia homines amplius oculis quàm auribus credunt: Deinde quia longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. *Idem in li.* Cæci ducem quærunt, nos autem sine duce erramus: & ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. *Idem in 61.* Illum elige auditorem quem magis admireris cum videris, quam cum audieris. *Idem in lib. de 4. virtutibus.* Non te moueat dicentis auctoritas, nec quis, sed quid dicat attendas. *Idem in lib. de Moribus.* Verba rebus non personis æstimanda sunt.

Non quis sit præceptor, sed quid dicat attendẽdũ.

De puerorum institutione:

CAP. XLVIII.

Ætas iuuenilis ad discendum est idonea.

QVintil.*lib.*1. Ætas vero hominis tunc maxime formanda est, cum simulandi nescia est, ac præcipiẽtibus facillime cedit; frãgas citius quàm corrigas, quæ in prauum diruerunt. *Varro in sententijs.* Sapiunt vasa quicquid primum acceperint, sic est de infantibus. *Seneca ad Lucil.epistо. 36.* Turpis & ridiculosa res est elemẽtarius senex. Iuueni parandum, seni vtendum est. *Aug.in lib.confessionum* 1. Deus meus quas ibi miserias expertus sum & ludificationes, quandoquidem mihi rectè viuere puero ibi proponebatur, obtemperare montibus, vt in hoc seculo florerem, & excellerem linguosis artibus ad honorem hominum, & falsas diuitias, famulantibus. Inde in scholam datus sum, vt litteras discerem, in quibus quid vtilitatis esset ignorabam miser; sed ludere delectabat, & vindicabatur in nos ab eis qui talia vtique agebant: sed maiorum nugæ negotia vocantur, puerorũ talia cum sint, puniũtur à maioribus: & tamen mihi bene fiebat, & non faciebã ego bene; non enim discebam nisi cogerer. Nemo autem bene facit inuitus, etsi bonum est quod facit. Nec qui me vrgebant bene faciebant, sed bene mihi fiebat abs te Deus meus. Illi enim non intuebantur quo referrem quod me discere cogebant, præterquam ad satiãdas insatiabiles cupiditates copiosæ inopiæ & ignominiosæ gloriæ. tu vero cui numerati sunt capilli nostri, & errore omnium qui mihi instabant vt discerem vtebaris ad vtilitatem meã; meo autẽ qui discere nolebam, vtebaris ad pœnam meam: qua plecti non eram indignus tantillus puer, tantus peccator. Ita de non bene facientibus bene faciebas mihi: Et de peccante meipso, iuste retribuebas mihi. Iussisti enim & sic est, vt pœna sibi sit omnis animus immoderatus.

Nemo bene facit inuitus etsi bonum sit quod facit.

Pœna est sibi omnis animus immoderatus.

A Tenere cogebar Æneæ nescio cuius errores, oblitus errorum meorum, & plorare Didonem mortuã, quia se occidit ob amorem, cum interea meipsum, in his à te morientem, Deus vita mea, siccis oculis ferrem miserrimus. Quid enim miserius misero, non miserante seipsum? aut non flendo mortem suam, quæ fiebat nõ amando te? væ tibi flumen moris humani, quamdiu nõ siccaberis, quousque volues filios Euæ in mare magnũ & formidolosum, quod vix transeunt qui lignum conscenderent?

Nil miserius misero non miserante seipsum.

Nonne ego intelligo, & tonantem Iouem, & adulterantem? & vtique non posset hæc duo: sed actum est vt haberet auctoritatem ad imitandum verum adulterum, lenocinante falso tonitru, fingebat hæc Homerus, hominibus flagitiosis diuina tribuendo, ne flagitia putarentur; & vt quisquis ea fecisset, nõ homines perditos, sed cælestes Deos videretur imitatus. Non omnino nisi per has turpitudines verba ista commodius discuntur; sed per verba talia turpitudines istę confidentius perpetrantur. non accuso verba quasi inlecta atque pretiosa, sed vinum erroris quod in eis nobis propinabatur ab ebrijs doctoribus; & nisi biberemus cædebamur, nec appellare ad aliquem iudicem sobriũ licebat; & tamen ego Deus meus libenter hęc didici, & eis delectabar miser; & ob hoc bonæ spei puer appellabar. Itane aliud non erat, vbi exerceretur ingeniũ meum, & lingua mea; laudes tuæ domine, laudes tuæ per scripturas tuas suspenderũt palmitem cordis mei, vt non raperetur per inania nugarum, turpis præda volatilibus. *Val.li.6.* Lacedemonij libros Archilogie ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam & pudicam lectionem arbitrarentur. Noluerunt enim ea liberorum suorũ animos imbui, ne plus moribus nocerent quàm ingenijs prodesset, &c. *Require supra ca. de pudicitia.*

Impudici libri plus moribus nocent quam ingenijs prosunt.

De curiositate studentium.

CAP. XLIX.

Non oportet nimis abstrusa rimari.

SEneca *in declamationibus lib.* 4. Acrior est cupiditas signota cognoscendi, quàm nota repetendi. *Idem ad Lucil. epist.68.* Multi aperta transeunt, condita & abstrusa rimantur; furem signata solicitant, vile videtur quicquid patet; aperta effractarius præterit; hos mores habet imperitissimus quisque, in secreta irrumpere cupit.

D *Idem in 26.* Remoue studia tua, vitam tracta, mors de te pronunciatura est. ita dico, disputationes, & literæ, colloquia, & ex præceptis sapientum verba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris tunc apparebit, cum animam ages.

Quæ supra nos nihil ad nos.

AVCTOR. *Theophrastus &c. Require supra ca. de scientia. Varro in sententijs.* Nusquam deueniet qui quot videt sequitur calles. *Socrates.* Quæ supra nos, nihil ad nos. *Terentius in Heautonto.* Vt quid aliena cures, quæ ad te non pertinent? *Tull.in lib.de Offi.* Vita, victusque communis, consilia, sermones, cohortationes, interdum & obiurgationes, maxime in amicitiis vigent. Estque illa iucundissima amicitia, quam similitudo coniugauit: facilior quidem & tutior, & aliis minus grauis aut molesta, vita ocioſorum. Fructuosior autem hominũ generi, & ad claritatem atque amplitudinem aptior, E eorum qui ad rempublicam, & ad res magnas gerẽdas se accommodauerunt. *Idem in Tusc. 3. lib.* Sultitiæ est proprium aliorum vitia cernere, suorum obliuisci. *Petronius.* Periculosum est alienis interesse secretis. *Cato vbi supra.* Ad consilium ne accesseris antequam voceris. *Idem ibidem.*

Periculosum est alienis interesse secretis.

Mitte arcana Dei, cœlumque inquirere quid sit.
Cum sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.

Orat.in lib.Carminum.

Nec scire fas est omnia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Eloquentia ſecundum philoſophos.

Cap. L.

TVLLIVS *in prologo Rhetoricorum*. Cum homines multis in rebus humiliores & infirmiores ſint beſtiis, hac in re maximè beſtiis præſtare videntur, quòd loqui poſſunt. Quare preclarum mihi quiddam videtur adeptus, qui in ea re hominibus antecellit, qua in re homines beſtiis præſtant. *Item in libr. de Paradoxis*. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Nil tam horridum atque incultum, quod non ſplendeſcat oratione. *Idem in libr. de partitione orationis*. Communia vero quaſi 5. lumina orationis ſunt hęc. Dilucidum, breue, probabile, illuſtre, ſuaue.

Nil tam incredibile, quod non dicendo fiat, probabile?

Idem in Rhet. 1. Breuitas eſt cum nullum niſi neceſſarium aſſumitur verbum. Orationẽ autem oportet magnopere variari, quoniam in omnibus rebus ſimilitudo ſatietatis eſt mater. *Idem in Rhetorica* 2. Maximè autem varietas delectat auditorem. *Idem in eodem*. Ars eſt præceptior, quę dat rectam viam, rationemque dicendi. Exercitatio autem eſt aſſiduus vſus & conſuetudo dicendi. *Lactantius in libr. de falſa religione*. Bene dicere pertinet ad paucos, bene viuere ad omnes. *Quintilianus libro primo*. Conſuetudo eſt certiſſima loquendi magiſtra: vtendumque plano ſermone eſt, vt nummo cui publica eſt forma; vſitatis enim tutius vtimur: Noua verba non ſine periculo fingimus. *Idem in libr.* 8. Philoſophia ſimulari poteſt, eloquentia non poteſt. *Macrobius in lib. Saturnalium. Comes facundus in via pro vehiculo eſt.*

Varietas auditorem maxime delectat.

Philoſophia ſimulari poteſt eloquentia nõ poteſt.

De Eodem.

Cap. LI.

ENNODIVS. Exercitatio eloquentiam dat, quam ingenium negat. *Valerius* 8. *libro*. Demoſthenes cum primam litteram artis Rhetoricæ proferre non poſſet, propter vocis exilitatem; oris ſui vitium tanto ſtudio expugnauit, vt nullus expreſſius quod volebat proferret. Idem gracilem nimis vocem, continua exercitatione, ad gratum auribus ſonum perduxit. Ore quoque calculis inſertis, multum ac diu loqui erat ſolitus, quo vacuum promptius eſſet & ſolutius. *Idem in eodem*. Eloquentiæ ornamenta, in pronunciatione apta, & conueniente corporis motu, conſiſtunt. Quibus cum ſe inſtruxerit, tribus modis homines aggreditur, ſcilicet aures eorum penetrando, oculos demulcendo, animos inuadendo. Recte itaque Eſchines, cum propter iudicialem ignominiam Rhodum petiſſet, & ibi rogatu ciuitatis, ſuam prius in Theſiophontem, deinde Demoſthenis pro eodem orationem clariſſima voce recitaſſet, mirantibus cũctis vtriuſque eloquentiam, ſed aliquanto magis Demoſthenis: Quid ſi inquit ipſum audiſſetis tantus orator? & ſic inimici vim ardorẽq; dicendi ſuſpexit, vt ſe ſcriptorum eius parum idoneum lectorem eſſe prędicaret, expertus acerrimum vigorem oculorum, terribile vultus pondus accommodatum ſingulis verbis vocis, efficaciſſimos corporis motus: Etſi igitur illius operi nihil adiici poteſt, tamen in Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt, cum legitur potius quam auditur.

Exercitatio dat quod ingenium negat. Exemplum.

Rhetor tribus modis auditorem aggreditur.

Seneca in libro de Moribus. Verba rebus, non perſonis æſtimãda ſunt. Idem in Oedipo. *Quid verba quæris, veritas odit moras? Terentius in Phormione*. Nihil eſt quin male narrando poſſit deprauari. *Varro in ſententijs*. Nuſquam deueniet qui quot videt ſequitur calles. Ouidius in lib. Metam.

In opem me copia fecit. Idem in libr. de faſtis 5.

Sæpe ſtat incertus & neſcit qua ſit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.

Nõ ſunt verba quarenda quia veritas odit moras.

De quorundam pulchra, ſed mortifera facundia.

Cap. LII.

TVLLIVS *in prologo Rhetoricorum*. Sapientia quidem ſine eloquentia parum prodeſt: Eloquentia vero ſine ſapientia nunquàm prodeſt, ſed plerumque nimium obeſt. *Dydimus ad Alexandrum*. Artem bene loquendi non diſcimus, neque facundiæ Rhetorum oratorumque operam damus, cuius officium ſimulatis ſermonibus figmentare mendacia, & innocentiæ fidem conferre crimiuibus, ac parricidij reos aſſignare piiſſimos; qui dum putant ſe alienæ laudis fructum per iniquam victoriam rapuiſſe, neſciũt munimentum ſe ſuæ conſcientiæ perdidiſſe. Simplex eſt apud nos eloquentia, communiſque omnibus, ſolùm præcipiens non mentiri.

Eloquentia ſine ſapiẽtia nil prodeſt ſed plerunq; obeſt.

Similis eloquentia vnicum eſt præceptum. ſi vt quis dicendo non mentiatur.

Seneca in Declamationibus libr. 3. Hęc inter ſe raro coeũt, vt eadem vox ſit dulcis & ſolida. *Idem in Oedipo. Require in præcedenti capitulo, ex prouerbijs ſapientum.* Verba quoque bonitatis imitari, malitia eſt maiorum. *Lactantius in libr. de vera religione & ſapientia.* Vtinam tam multi bene facerent, quàm multi bene loquuntur. Iuuenalis libr. 4.

Torrens dicendi copia multis.
Et ſua mortifera eſt facundia.

Proſper in lib. Epigrammatum.

Non prodeſt cuiquam ſolis bona dicere verbis:
Impia mens habeat, quod bene lingua ſonat.
Nam fari rectè miſerum eſt, & viuere prauè.
Damnat nota malum regula inſtituæ.

Ouidius in libro de Nuce.

Mentem verba ſequantur.

Auctor. *De hac quoque materia require ſupra c. de vnitate & concordia totius vitæ.*

Raro coeunt vox dulcis et ſolida.

Miſerum eſt prauè viuere & rectè fari.

De Gratia docendi.

Cap. LIII.

LACTANTIVS *in libr. de vero cultu*. Nihil tam præclarum homini, conuenienſque poteſt eſſe, quàm homines ad iuſtitiam erudire. *Boetius in libr. Syllogiſmorum hypotheticorum*. Nullum bonum eſt quod non pulchrius eluceſcat, ſi plurimorum notitia comprobetur. *Quintil. libr.* 1. Optimus quiſque præceptor frequentia gaudet; Et maiore ſe theatro dignum putat. *Idem in* 8. Melius certe perſuadebit aliis, qui prius perſuaſerit ſibi: prodit enim ſe quęlibet cuſtodita ſimulatio; nec vnquam tanta eſt loquendi facultas, quæ non titubet & hæreat quoties ab animo verba diſſentiunt. Rerum autem optimarum inuentio, etiamſi lenociniis verborum deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur.

Nil præclarius quam homines ad iuſtitiã erudire.

Melius perſuadebit alijs qui prius ſibi perſuaſerit.

Seneca in lib. de Moribus. Oratorem te puta, ſi tibi ante omnes, quod oportet perſuaſeris. *Idem ad Lucill. epiſtola* 7. Mutuo iſta fiunt, & homines dum docent, diſcunt. *Symmachus vbi ſupra*. Aptius eſt negotiis imitandis viuæ vocis indicium. Ouidius in lib. de Ponto.

Gratius ex ipſo fonte bibentur aquæ. Idem in eodem.

Sunt quippe inter ſe communia ſacra Poetis,
Diuerſum quamuis quiſque ſequatur iter.

Idem in lib. Triſtium 2.

Quod minime nouit, nemo docere poteſt.

Idem in lib. de Faſtis 1.

Proſpera lux oritur, linguis animiſque fauete:
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Idem in libr. de arte 3.

Caſus vbique valet, ſemper tibi pendeat hamus;
Quo minime credis gurgite piſcis erit.

Claudianus in maiori.

Carmen amat, quiſquis carmine digna gerit.

Cato in libr. de Moribus.

Morbi cauſa mali homini quęcunque voluptas.

Galtherus in Alexandreide lib. 8.

Minus eſt pretioſus, & abſque pondere ſermo grauis,
quem non grauis edit auctor:

Homines dũ docent, diſcunt.

Gratius ex fonte bibũtur aquæ.

Præcepta ille callet quiopere cõplet.

Rumoresque facit leuitas auctoris inanes.
Prosper in lib. epigrammatum.
Non satis est domini præcepta euoluere lingua,
Is meminit legis qui memor est operis.
Auctor. *Cætera quoque de ista materia require superius in cap. de totius vitæ concordia; & iterum in capitulo de docilitate; & de eligendo doctore.*

De Forma vel modo docendi,

CAP. LIV.

Oportet personam inspicere, vt sciamus quomodo cum ipsa agendum sit.

PALLADIVS. Pars est prima prudentiæ, ipsam cui præcepturus es, æstimare personam. Neque enim formator agricolæ debet artibus & eloquentia Rhetores imitari: quod â plerisque factum est, qui dum disertè loquuntur rusticis, hoc assequuntur, vt eorum doctrina nec à peritissimis possit intelligi. *Plinius in epistola ad Cornelium Tacitum.* Suæ quisque inuentioni fauet; & quasi fortissimum complectitur, cum ab alio dictum est, quod ipse præuidit. Omnibus ergo dandum est aliquid quod teneant, & quod agnoscãt. *Idem in epistola ad Vrsum.* Sicut faces ignem assidua concussione custodiunt, demissum ægerrime reparãt; sic & dicentis calor, & audientis intentio, continuatione seruatur; intercapedine autem, & quasi remissione languescit.

Quilibet suæ inuentioni fauet.

Cassiodorus in prologo epistolarum suarum. Declinanda est suasio, quæ plus habet periculi quàm decoris. Aliter multa lectione satiatis, aliter mediocri gustatione suspensis, aliter à literarum sapore ieiunis, persuasionis causa loquendum est; vt plerumque sit peritiæ genus, vitare quod placeat doctis. *Quintil. vbi supra.* In grandibus cænis hoc sæpe nobis accidit, vt cum optimis satiati sumus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. *Varro in sententijs.* Elucidissimum autem edocendi genus est exemplorum subditio.

Optimũ docendi genus est subditio exemplorũ.

SENEC. *ad Lucillum epistola* 38. Plurimum proficit sermo, qui minutatim irrepit animo. Nec multis opus est, sed efficacibus. *Idem in* 40. Inopia verborum & exilitas, minus intentum auditorem facit, tædio interruptum tarditatis; facilius tamen infidet quod expectatur, quàm quod præteruolat. Illa quidem quæ veritati operam dat oratio, incomposita esse debet & simplex; hęc popularis, nihil habet veri; mouere vult turbam, & inconsultas aures impetu rapere.

Oratio quæ veritati operam dat debet esse incomposita & simplex.

De Eodem.

CAP. LV.

Exemplum.

VALERIVS *libr.* 6. Perditæ luxurię Athenis adolescens Polemo non modo illecebris, sed etiam ipsa infamia gaudens; cum è conuiuio, non post solis occasum, sed post ortum surrexisset; domumque rediens, Xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset, vino grauis, delibutus vnguentis, sertis capite redimito, perlucida veste amictus, refertam turba doctorum, scholam eius intrauit. Nec tam deformi contentus introitu, consedit, vbi etiam clarissimum eloquium, & prudentissima præcepta, temulentię lasciuiis elueret. Orta deinde vt par erat omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit; omissaque re quam disserebat, de modestia ac temperantia loqui cæpit. Cuius grauitate sermonis Polemo resipiscere coactus, primum coronam capite detractam proiecit: paulo post brachium intra palliũ reduxit: procedente tempore conuiualis oris hilaritatem deposuit; ad vltimum totam luxuriam exuit. Sicque vnius orationis medicina sanatus, ex infami Ganeone, Maximus philosophus euasit; peregrinatus igitur huius animus in nequitia non habitauit.
Hora. in poetria.
Quandoquebonus dormitat Homerus.

A *Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.*
Non homines, non dy, non concessere columnæ;
Vt gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum vnguentum & Sardo cum melle papauer
Offendunt: Poterat duci quia cæna sine istis.
Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ,
Aut simul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Poetæ aut delectare cupiunt aut prodesse.

Auctor. *Cætera quoque superius require in ca. de Regimine linguæ: Sed & de breuitate loquendi requires infra cap. de Industria scribendi.*

De Doctoribus male viuentibus.

CAP. LVI.

B ARIST. *in Eth. lib.* 1. Quidam vitam pecudum eligentes, adipiscuntur tamẽ gloriam; quia quidam magistrantium similia patiuntur Sardanapalo. *Helinandus in chronicis suis.* Pacunius (vt ait Agellius) dicebat se odisse homines ignauos opera, & philosophos scientia; nihil posse fieri indignius, aut intollerantius, quàm quòd homines ignaui ac desides nacti barba & pallio, mores & emolumenta philosophię in linguæ verborumque artes conuerterent, & vitia facundissime accusarent, intercutibus vitiis ipsi madentes.

Indignum est philosopho vitiis grauari.

Lactant. in libr. de falsa sapientia. Quidam sub obtentu sapientiæ vitia sua celantes, Domi faciunt ea quæ in scholis arguunt. sed qui docent tantum, nec faciunt, ipsis præceptis suis pondus detrahunt. *Idem in eodem.* Maximum autem argumentum est, philosophiam neque ad sapientiam tendere, neque ipsam sapientiam esse, quòd mysterium eius, barba tantum celebratur & pallio. Itaque non vitia excludit, sed abscondit. *Idem in lib. de vera religione & sapientia.* Vtinam tam multi bene facerent, quàm multi bene loquuntur. Sed qui præcipiunt nec faciunt, abest ab his fides, & soluta præcepta sunt. *Quint. in* 18. *causa. Require supra de quorundam mortifera facundia. Ex prouerbijs sapientum.* Omnis doctor in vitæ ratione peccans, turpior est ob hoc, quòd in officio cuius magister esse vult, labitur. *Sen. ad Lucil. epistol.* 24. Hoc turpissimum est, quod nobis obiici solet, verba nos philosophiæ, non opera tractare.

Qui docent & nõ faciũt præceptis suis pondus detrahunt.

D Cato vbi supra.
Quod culpare soles, ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.
Ouidius in libro Tristium 2.
Crede mihi mores distant à carmine nostri.

Turpe est doctori labi.

De Peritia vel industria scribendi.

CAP. LVII.

CASSIODORVS *in lib. de scribẽdis rebus.* Glorioſum studium, quod loqui debeas competenter scribere, & quæ scripta sũt sine aliqua erroris ambiguitate proferre. Vox enim articulata à pecoribus nos sequestrat; scribendi vero ratio, ab imperitis. Ita perfectum sibi hominem duo sibi ista vendicant ac defendunt. *Ennodius.* Superflua scribere restat iactantię necessaria reticere contemptui. *Sent. de natu. qu. li.* 7. Cõsumpsere se & te *Require ca. de Memoria.*

E *Idem ad Lucil. epist.* 24. Turpe est aliud loqui, aliud sentire; quanto turpius aliud scribere, aliud sentire. *Idem in* 52. Quamuis ad eundem finem duo peruenerunt, maior tamen est laus idem effecisse in difficiliori materia *Idem in* 53. Magni artificis est clausisse totum in exiguo. *Symmachus in epist. suis.* In re aperta piget esse prolixum. In arduis autem rebus, multum valet longior diligentia. Mediocribus scriptis amicorum, benignitas scit fauere: Aliorum autem inuidia nescit ignoscere. Sicut in vestitu hominũ cęteroq; vitę cultu, loco ac tẽpori apta sumũtur, ita ingeniorum varietas, infamiliaribus scriptis negligentiam quandam debet imitari, in forensibus autem acuere arma facundiæ.

Magis artificis est clausisse totum in exiguo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

In familiaribus scriptis familiariter scribendum, in forensibus facunde.

Plinius in proœmio libri sui de historia naturali: Res ardua est vetustis nouitatem, nouis auctoritatem dare, aboletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. *Idem in epistola ad Votonium Romanum*. Libro quem misi tibi adnota quæ putaueris corrigenda. Ita enim magis credam cętera tibi placere, si quædam cognouero displicuisse. *Idem ad Cornelium Tacitum*. Est gratior multis actio breuis. *Tull. in libr. de amicitia*. Omnia breuia tolerabilia esse debēt, etiam si magna sint. *Valerius libr.* 1. Externa latinis litteris inserta, sicut authoritatis minus habent, sic aliquid gratę varietatis afferre valent.

Helinandus in Chronicis suis libr. 25. Virgilius cum ei obiiceretur ab inuidis quod alienos versus suo operi inserebat: Respondit magnarum esse virium clauam extorquere de manu Herculis.

Non conuenit aliena scripta suo operi inserere quemlibet.

Ouid. in libr. de Tristibus 1.

Carmina prouenium animo deducta sereno.
Carmina secessum scribentis & ocia quærunt.
Carminibus debet omnis adesse metus.

Idem in libr. de Ponto.

Scribentem iuuat ipse fauor minuitque laborem;
Cumque suo crescens pectore fertur opus.

Ganfredus in poetria noua.

Non manus ad calamum sit præceps.

De Sapientia.

Cap. LVIII.

Quid sapiētia.

AVCTOR. Dicto de virtute & scientia, restat dicendum de sapientia, quæ vtrumque complectitur, & quasi ex ambabus conficitur. *Est enim sapientia diuinarum & humanarum rerum amore virtutum condita notitia, siue cognitio*. Lactant. in lib. de falsa sapientia. Virtus cum scientia coniuncta sapientia est. Naturam etenim hominis Deus hanc esse voluit, vt duarum rerum cupidus ac appetens esset, religionis & sapientię. Sed homines ideo falluntur, quoniam aut religionē

Scientia sine virtute nec sapientia est nec vera scientia, aut econtrario.

suscipiunt omissa sapientia, aut sapientiæ soli student, religione omissa, cum alterum sine altero verum esse non possit. Maximum autem argumentum est, philosophiam neque ad sapientiam tendere, neque ipsam sapientiam esse, quòd mysterium eius, barba tantum celebratur & pallio: Itaque non vitia excudit, sed abscondit.

IDEM *in libr. de vero cultu*. Sicut in itinere celebrando, nihil prodest viam nosse, nisi conatus & vires suppetant ambulandi; Ita veri scientia nihil prodest si virtus propria deficiat. Scientia est Deum nosse,

Scientia est Deum nosse, virtus colere.

virtus colere. *August. de ciuit. Dei* 8. *libro*. Plato quoque dicit amatorem Dei philosophum esse.

TVLLIVS *in libro de amicitia*. Negant etiam quenquam esse virum bonum nisi sapientem; sed illam sapientiam interpretantur, quam nemo adhuc mortalis est assecutus. *Idem in libr. de Paradoxis*. Sicut improbo & stulto & inerti nemini bene esse potest, sic vir bonus & sapiens & fortis miser esse non potest. Omnis sapiens liber, omnis stultus seruus. *Idem in Tusc. lib.* 5. Sapientis proprium est nihil quod pœnitere possit facere, nihil inuitum: sed splendidè, constanter, grauiter, honestè omnia. Nihil ita expectare quasi certo futurum, nihil cum acciderit admirari, suis stare iudiciis.

Philosophia nomen semper erit sacrū & venerabile.

SEN. *ad Lucil. epistola* 9. Nisi sapienti sua non placent, omnis stultitia laborat fastidio sui. *Idem in* 14. Nunquam intantum conualescit nequitia: nunquam sic contra virtutes coniurabit, vt non philosophię nomen venerabile & sacrum maneat. *Idem in* 20. Tacere docet philosophia, non dicere; & ex hoc exigit, vt ad legem suam quisque viuat, nec orationi vita dissentiat, vt ipsa mater vita, vnius, sine omnium actionum dissentione, coloris fiat &c. *Require supra cap. de concordia totius vitæ. Idem in* 84. Tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum &c. *Require cap. de prudenti rerum vsu.*

Beatæ respub. quæ à sapiētibus regun. tur.

AVCTOR. Ait Boetius, dixisse Platonem beatas fore respublicas; si aut eas sapientes regerent, aut earum rectores sapientię studerent. Platonis quoque dicta sunt hæc. Si sapientiæ forma oculis videri posset, maximè ad amorem sui omnes excitaret, *Ex prouerbijs sapientum*. Rem maximam tibi sapientia promittit, vt te reducat tibi.

Prosper vbi supra.

Tranquillam & vacuam curis sapientia mentem
Imbuit, & placidi pectoris hospes erit.

Cato vbi supra.

Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

Claudianus in Maiori.

Magnas ingenui copia vincit opes.

Quo stultus nihil habet, sapientis vero omnia sunt.

Cap. LIX.

Licet rex sit vniuersalis dominus, tamen subditi sunt vere domini suorū bonorum.

SENECA *de benef. libr.* 2. Negamus iniuriam accipere sapientem, qui tamen illum pugno percusserit, iniuriarum damnatur. Negamus stulti quicquam esse; & tamen eum qui rem aliquam stulto surripiūt, furti condemnabimus *Idem in* 7. *libr.* Dicitis ô Stoici omnia sapientis esse; quomodo ergo aliquid potest dari sapienti, si omnia eius sunt? nihil prohibet quid & sapientis esse, & eius qui possidet. iure ciuili omnia regis sunt, & tamen illa, quorum ad regem pertinet vniuersa possessio, in singulos dominos descripta sunt. dare tamen regi & donum & pecuniam possumus, & mancipium, nec dare de suo dicimur. Ad regem enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietates. Item nemo rem suam emit, omnia sapientis sunt, ergo sapiens nihil emit. Sic & vetant mutuum sumere. Sed quod aliter sapiētis est, aliter meū, possum donare sapienti; nec mirum est aliquid ei cuius est totum posse donari. Conduxi domum à te, in hac aliquid tuum est, aliquid meum; res tua est, vsus rei meus. Libros dicimus esse Ciceronis, eosdem Dorus librarius suos vocat & vtrumque verum est. Alter illos tanquam auctor, alter tanquam emptor suos asserit. Cæsar omnia habet, fiscus eius priuata tantum ac sua: vniuersa imperio eius sūt, patrimonio propria. sub optimo rege, omnia Rex imperio possidet; singuli dominio. sic sapiēs omnia possidet animo, iure ac dominio quisque sua. *Idem ad Lucil. epistola* 9. Ait Crisippus sapientem nulla re egere, & tamen multis illi rebus opus esse. Contra, stulto nulla re opus est, nulla enim re vti scit.

Sapiens omnia possidet animo non iure.

De Cognitione sui vel ignorantia.

Cap. LX.

Cælitus dicitur dimissa hæc sentētia, nosce teipsū.

MACROBIVS *in somnio Scipionis libro* 1. De cœlo (vt ait quidam) descendit, *Nothis olithos*, id est scito tei psum. Nam & delphici vox hæc fertur oraculi, consulenti ad beatitudinem quo itinere peruenirent. *Si te inquit agnoueris*. Sed in ipsius fronte templi hæc inscripta est sententia. *Homini autem vna est cognitio sui, si originis suæ exordia prima respexerit, nec se extra quæsierit*. Sic enim anima virtutes ipsas conscientia nobilitatis induit, quibus post corpus euecta, eo vnde descenderat reportatur.

SENECA *ad Lucillum epistola* 6. Hoc ipsum argumentum est animi in melius translati, quod vitia sua quæ prius ignorabat, videt *Idem in l.* Cæci ducē quærunt, nos autem sine duce erramus, & ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. *Idem in* 53. In his morbis quibus afficiuntur animi, quo quis peius se habet, minus sentitur. *Maxim.*

Morbus animi quo minus sentitur maior est.

Non intellecti nulla est curatio morbi.

Galtherus in Alexandreide li. 7.

Dum sequitur profugi bona momentanea mundi,
Allicit illecebris animam caro, nec finit esse,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nullus suauior animæ cibus quam cognitio veritatis.

Principij memorem; vel cuius imaginis instar
Facta sit, aut quorsum resoluta carne cueurti
Debeat; inde boni subit ignorantia veri.

Lactan. in lib. de falsa relig. Nullus suauior animæ cibus quàm cognitio veritatis; ignorantia autem sui causa est prauitatis. *Auctor. De hac materia require supra de cæco amore sui.*

De Purgatione mentis ad inquisitionem seu cognitionem veritatis.

CAP. LXI.

AVGVST. *in libr. de 83. quæst.* Sententia est cuiusdam sapientis Fontei nomine, de mente mundanda ad videndum Deum, quam paganus quidem scripsit, sed Christianus baptizatus mortuus est. Agite ô, inquit, miseri, **hoc** agite, ne vnquam polluat hoc domicilium spiritus malignus, ne sensibus immixtus incestet animæ sanctitatem, lucemque mentis obnubilet. Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales, dat sese figuris, accommodat doloribus, adhæret somnis; latet in ira, in fallacia sermonis, odoribus se subiicit, infundit se saporibus, ac turbidi motus illuuie, tenebrosis affectionibus tenebrat sensus, quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ, per quos pandere solet lumen rationis radios mentis; in hoc enim Deus, in hoc enim voluntas innoxia, in hoc recte facti meritum relucet; Deus vbique præsens est: tunc autem vnicuique nostrum similis est, cum mentis nostræ illibata puritas in eius præsentia patuit. Vt enim visus oculorum si fuerit viatus quicquid videre non potest, adesse non putat (frustra enim circunstat oculos imago rerum præsens, si oculis integritas desit) ita etiam Deus qui nunquam deest, frustra pollutis animis præsens est, quem videre mentis cæcitas non potest.

Assimilamur Deo per mentis puritatem.

LACTAN. *in lib. de fal. rel.* Obuoluta in obscuro veritas latet; eaque vel contemptui doctis est, quia idoneis assertoribus eget; vel odio indoctis, propter insitam sibi austeritatem, quam natura hominum procliuis in vitia, pati non potest. Nam quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia vero voluptate cõdita sunt; illa offensi, sed hac deliniti, feruntur in præceps; & bonorum specie decepti, mala pro bonis amplectuntur. *Idem in lib. de vera religione & sapientia.* Veritas acerba & inuisa omnibus, qui virtutis expertes, vitam suam mortiferis voluptatibus dederunt.

Amaritudo virtutibus permixta est, vitiis vero voluptas.

SEN. *ad Lucil. epistola 53.* Somnium narrare vigilantis est, & vitia sua cõfiteri sanitatis indicium est. *Quint. 8. lib.* Pulcherrimi operis studio vacare, mens non nisi omnibus vitiis libera potest, primum quòd in eodem peccatore nullum est turpium honestorumque consortium, & cogitare optima simul ac deterrima, non magis vnius animi est, quàm eiusdem hominis esse bonum ac malum. *Ex prouerbijs sapientum.* Vt auri aliquid contrahamus terras euertimus, vt autem summum bonum occupemus, pectus scrutari piget,

Sola mẽs quæ vitiis caret potest studiis vacare.

De Eodem.

CAP. LXII.

Ad scientiã comparandã oportet mentem passionibus purgare, crapulaque vitare & virtutem colere.

BOETIVS libr. de cons. 1.

Nubibus atris / *Carpe callem,*
Condita nullum / *Gaudia pelle:*
Fundere possunt / *Pelle timorem*
Sydera lumen. / *Spemque fugato,*
Tu quoque si vis / *Nec dolor adsit:*
Lumine claro / *Nubila mens est*
Cernere verum; / *Vinctaque frænis,*
Tramite recto / *Hæc vbi regnant.*

PROSPER. *vbi supra.* Scire volens &c. *Require supra cap. de passionibus animæ.* Idem.

Non placeat vanis animum subnectere rebus:
Pestiferisque auidam mentem onerare cibis:
A *Cor mundum & sapiens fructu virtutis alatur;*
Et Christi in nostro pectore regnet amor.

Ouidius in lib. de arte 2.

Est mora tanta breuis, lentescunt tempore curæ.
Vanescitque absens, & nouus intrat amor.

Prudentius vbi supra.

O quoties animam, vitiorum peste repulsa,
Sensimus incaluisse Deo, quoties tepefactum
Cæleste ingenium, luctum post gaudia, tetro
Gessisse in stomacho.

De Spectaculis naturæ.

CAP. LXIII.

TVLL. *in dialogo ad Hortensium.* Est autem animorum ingeniorumque naturale quasi pabulum quoddam, contemplatio naturæ. *Didimus ad Alexandrum.* Nulla nos ludicra, vel spectacula, nec equina certamina, nec scenicas turpitudines affectamus. Sed theatrum cum spectare volumus, nostrorum operum monumẽta relegimus; quę cum sint maxime ridenda, deflemus. Alia porro nobis spectacula exhibet mundi machina, diuersasque voluptates, in qua videmus cælum pulchrè formatum signorum varietatibus, stellarumque fulgoribus, rutilare; pelagus purpureo colore venustatum germanam terram amplecti; cuius multiformes pisces, per æquoreas vndas saltus exercent. Camporum etiam virentium specie delectamur, ex quibus odor gratissimus flores suauitatis exhalans, oculos simul pascit & animum. Nemorũ quoque opacitas, & fontium arridet amenitas, quàm variæ simul alites, musicis concentibus personantes, dulce melos componunt. Hæc sunt naturæ spectacula, quæ & mutari difficile est, & refutare culpabile.

B C

Contemplatio naturalium est naturale mentis pabulum & magnã causat voluptatem.

SEN. *de naturalibus lib. 4.* Quamdiu decurrunt solita, magnitudinem eorum consuetudo subducit. Ita enim à natura compositi sumus, vt nos quotidiana, etiamsi admiratione digna sunt, transeant, & minima quæque rerum, si insolitę prodierint, dulce spectaculum fiant. *Fulg. in li. Mithol.* 2. Diogenes Cinicus cum dolore rami torqueretur, & vidisset homines ad amphiteatrum currentes, aiebat: Qualis hominum stultitia, currunt spectare feris homines repugnantes, & me prætereũt cum naturali dolore certantem. *Auctor.* Aristoteles vt legitur, scisitante Alexandro quo docente profiteretur se scientem; rebus inquit ipsis quæ non nouerunt mentiti. *Virg. in Geor. li. 1.*

D

Multa quotidiana sunt mirabiliora, quam insolita illa quæ tam aude spectare cupimus.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Tul. in li. de diuinatione 1. Si quis mortalis colligationes omnium causarum animo perspicere posset, nihil eum profecto falleret. *Prosper in lib. Epigramm.*

En miris operum signis ostenditur Auctor:
Auctoremque suum, condita quæque canunt.

De Contemplatione diuinorum secundum philosophos.

CAP. LXIV.

SEN. *in naturalibus quæst. lib. 1.* Nunc quidem gratias ago, cum rerum naturam, non ab hac parte video, qua publica est, Sed eius secretiora intraui, & disco quæ vniuersi materia sit, qui auctor aut custos, quid sit Deus, ne in se intendat, an & ad nos aliquando respiciat; faciatne quotidie aliquid, an semel fecerit; necesse est vtique eadem ipsa quæ facit aut fecerit, illi placere: cui nisi optima placere non possunt; nec ob hoc minus liber est & potens; ipse enim est necessitas sua; nisi ad hoc admitteret, nihil fuerat nasci. Quid enim erat cur numero viuentium positũ me esse gauderem? an vt cibos ac potiones percolarem? vt hoc corpus casurum, ac fluidum, perituramque (nisi libidine impleatur) farcirem; & ægri ministeer viuerem, vt mortem, cui nascimur omnes, timerem? detrahe hoc inæstimabile bonum & non est vita tanti vt sudem & æstuem. O quàm contempta res est homo,

E

Nihil est nasci nisi quis naturæ cognitionem consequatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Contẽpta res est homo nisi supra humana surrexerit.

homo, nisi supra; humana surrexerit; quamdiu cum affectibus colluctamur, quid magnifici facimus, quid est cur nosmetipsos inspiciamus, quia deterrimis dissimiles sumus? non video cur sibi placeat, quia valetudinario robustior est: multum enim interest inter vires & bonam valetudinem. Effugisti vitia animi? Non est tibi frons ficta, nec in alienam voluntatem sermo compositus, nec cor inuolutum, nec auaritia (quæ quicquid omnibus abstulit sibiipsi negat) nec luxuria, pecuniam turpiter perdens, quam turpius reparet nec ambitio, quę te ad dignitatem nisi per indigna non eleuet: nihil adhuc consecutus es; multa effugisti: te nondum. Virtus enim ista quam affectamus magnifica est, non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia laxat animum, & præparat ad cogitationẽ cælestium, dignumque efficit qui in consortium Deo veniat: tunc omni malo calcato viuat inter ipsa sydera, vaga autem diuitum pauimenta ridere, totamque cum auro suo terram.

Perspicuũ est, ait Tullius esse Deũ, sed difficile eum cognoscere.

Tvll. *in lib. de natura deorum* 2. Quid tam perspicuum, cum cęlestia cõtemplamur, quàm esse aliquod numen pręstantissimę mentis quo hæc regantur. Ad considerandum autem qualis sit natura Deorum, nihil difficilius, quàm consuetudine oculorum aciem mentis abducere. *Idem in lib. de creatione mundi.* Parẽtem vniuersitatis huius inuenire difficile est, & cum iam quis eum inuenerit, indicare in vulgus nefas est. *Lactantius in lib. de origine erroris.* Nobis proprie datum est cælum rigidis ac stantibus intueri, vt Deum cuius illa sedes est, quem oculo non possumus, animo contemplemur.

De eodem secundum poetas,

Cap. LXV.

Figura hominis ostendit illum ad Deũ contemplandum creatum esse.

Boetivs in libr. de consol. 5.

Qui recto cœlum vultu petis erigisq; frontem
In sublime feras animum quoque, ne grauata pessimi,
Inferior fidat mens, corpore celsus eleuato.

Iuuencus libr. 3.

Felices puro qui cœlum corde tuentur:
Visibilis Deus his per secula cuncta manebit.

Ouid. in libr. Metam 1.

Pronaque cum spectant animalia cætera terram;
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Bernardus Syluester in Microcosmo.

Bruta patenter habent tardos animalia sensus:
Cornua deiectis vultibus ora ferunt.
Sed maiestatem mentis testant e figura,
Tollat homo sanctum solus ad astra caput;
Vt cœli leges inde, flexosque meatus,
Exemplar vitæ possit habere suæ.
Assistunt omnes operi, cum quinque ministri
Sensus quæ cernunt exteriora docent.
Nuncius ingreditur sensus, mentemque quietam
Euocat, vt ceriares ratione probet.
Neruus enim qui luce sua collustrat ocellos,
Contrahit è cerebro quod radiosus agit.
Sol oculus mundi quantum communibus astris
Præminet, & cœlum vendicat vsque suum.
Quærenti Empedocles cur viueret, inquit vt astra
Inspiciam, cælum subtrahe nullus ero.

Quid Deus secundũ Empedoclem.

Avctor. Hic Empedocles est, qui sic Deum legitur descripsisse. *'Deus, inquit, est sphæra cuius centrum est vbique, & circunferẽtia nusquam.* hic totum sese Athenis incendiis dedit, Et (vt refert Lactantius) mortem sibi intulit, eo quod æternas esse animas suspicabatur.

De Quiete contemplantium.

Cap. LXVI.

Contemplatiui qui nil agere viden-

Seneca *ad Lucil. epistol.* 8. Mihi crede, qui nihil agere videntur, maiora agunt, humana diuinaque simul tractant. *Idem in lib.* 2. Nulla placida est quies nisi quam ratio composuit; nulla res animum sapientis auocat, nullus hominum auiumque concentus interrumpit cogitationes bonas, solidasque iam & certas. leue istud ingenium est, nec sese adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem & concentum erigitur. *Agellius lib.* 1. Stare Socrates solitus dicitur pertinacissimo statu, à summo lucis ortus ad Solem alterum Orientem, immobilis; iisdem in vestigiis, ore atque oculis eundem in locum directis, cogitabundus: tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore.

tur maiora agunt.

Exemplum.

Avctor. Idem interrogatus cui incolam se esse diceret: Mundanum inquit totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Nihil autem se scire dicebat, nisi hoc ipsum quòd nihil sciret. *Valerius lib.* 8. Carneades laboriosus & diuturnus sapientiæ miles, cum ad mensam sederet, cogitationibus inhærens, manum ad mẽsam porrigere obliuiscebatur: sed Melissa quam vxoris loco habebat, temperato inter studia interpellandi & medio succurrendi officio, dexteram suam necessariis vsibus aptabat.

Exemplum.

De Gloria vel fama secundum philosophos.

Cap. LXVII.

Avctor. Hæ sunt ergo partes honesti, iuxta Tulliumque sua vi nos alliciunt, suaque dignitate nos trahunt, scilicet virtus, scientia, & veritas, siue sapiẽtia. *Tull. in Rethor.* 1. In secundo autem genere honesti, scil. quod partim dignitate sui, partim vtilitate nos allicit, sunt hæc, gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. *Gloria est frequens fama de aliquo cum laude.* Idem *in libr. de amicitia.* Non est negligenda fama, nec mediocre telum ad res gerendas oportet existimare beneuolentiam ciuium, quam tamen blanditiis & assentando colligere, turpe est. *Idem in oratione sua pro Cœlio.* Illud te esse admonitum volo, primum vt qualis es, talem te homines existiment.

Quid gloria

Idem *in Tusculanis lib. tertio.* Homo qui in summa vanitate versatur, nullam effigiem eminentem virtutis, sed adumbratam imaginem glorię consectatur. Est enim gloria solida quędam res & expressa, non adumbrata. Illa consentiens laus bonorum, vox incorrupta bene iudicantium de excellente virtute. Hæc virtuti resonat tanquàm imago gloriæ. Quæ quia recte factorum comes est, non est bonis viris repudianda. Illa autem quę se imitatricem eius esse vult, temeraria atque inconsiderata, & plerumque vitiorum laudatrix fama popularis, simulatione honestatis formam eius corrũpit. *Valer. Maxim.* Socrates humanæ sapientiæ quasi terrestre quoddã oraculũ, compẽdiaria via eos ad gloriã peruenire dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiam essent. Conscientiã plusquã famã attende, falli enim poteris fama, conscientia vero nunquam *Seneca lib. de quatuor virtutibus.* Nunquã multis, sed quibus placeas cogita. *Seneca ad Luc. epistola* 26. Remoue existimationem hominum, dubia semper est & in partem vtramque diuiditur. *Idem in* 29. Multo magis ad rem pertinet qualis tibi videaris, quàm qualis aliis. Conciliari nisi turpi ratione, amor turpium non potest. *Idem in* 86. Nemo mihi videtur pluris æstimare virtutem, nemo illi magis esse deuotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. *Ex prouerbijs sapientum.* Bona hominũ opinio tutior est pecunia. damnum est appellandum cum mala fama lucrum. heu quam difficilis est gloriæ custodia. Opinẽtur homines de te malum si mali, malis enim displicere laudabile est. Item, plurimi famã, pauci verentur conscientiam. Item, quid sis interest, non quid habearis. Item, vis omnibus esse notus, effice prius vt tibi eminem noueris. *Quintil. lib.* 8. In quibusdam, virtutes gratiam non habent, in quibusdam ipsa vitia delectant.

Gloria non fundatur in vanitate sed in virtute.

Conscientia plus quã fama attendẽda, quia hæc dubia, illa certa.

Malis displicere & famã apudillos perdere laudabile est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De eodem secundum poetas.

Cap. LXVIII.

HORATIVS in lib. epist.
Principibus placuisse viris non vltima laus est.
Ouid. in libr. Meth. 12.
Et obest sua gloria multis.
Idem in libr. Tristium 4.
Non paruas animo dat gloria vires.
Et facunda facit pectora laudis amor.
Idem in libr de Ponto.
Virtus laudata crescit. *Excitat auditor studium, laudataq; virtus*
Crescit in immensum, gloria calcar habet.
Matthæus in Tobia.
Fama nõ est credendum. *Non credas titulis famæ, te consule, crede*
Menti, nam canit mens sibi, fama fauet.
Martialis coquus.
Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam;
Hunc volo laudari, qui sine morte potest.
AVCTOR. *De hac quoque materia require supra cap. de inani gloria, & de Hypocrisi, de ostentatione quoque, & iactantia.*

De Laude secundum philosophos.

Cap. LXIX.

VARRO *in sententijs.* Qui in magnis excellit, etiam inuitus laudabitur. CASSIODORVS *in epistola* 13. *Homo ad bene agendum laudis stimulatur.* Debemus omnes bene gerentibus, vt eos laudis comitetur assensus. Nam si equorum cursus clamoribus incitatur, & insonantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas expetatur; quantum & homines stimulari posse credimus, quos ad laudis auiditatem natos singulariter inuenimus. SYDONIVS *epistolari suo libr.* 5. Vt autem vera laus ornat, ita falsa castigat. TVLLIVS *in Philippica* 2. Sicut quidam morbo aliquo, ob stuporem sensus, suauitatem cibi non sentiunt; sic libidinosæ & auaræ naturæ, laudis gustum non habent.

SENECA *in libro de remedijs fortuitorum* Malis displicere laudari est. IDEM *ad Lucilium epistola* 52. Quid lætaris quod ab hominibus his laudatus es, quos ipse laudare non potes? laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus & animos adolescentium extimulat. IDEM *in libro de quatuor virtutibus*. *Proinde est à turpibus & ob turpia laudari.* Parce lauda, vitupera parcius; tam triste sit tibi laudari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia. TERENTIVS *in Adelphis*. Coram aliquem laudare verendum est, ne id magis assentandi causa fieri videatur.

SYMMACHVS *vbi supra* Procliuior semper ad misericordiam via, bonis mentibus patet. VALERIVS *lib.* 3. Publica religione consecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget. IDEM *in lib.* 7. Aristoteles in neutrã partem de semetipso loqui debere prædicabat, quoniã laudare se vani vituperare stulti esset. ENNODIVS. *Vani est se laudare stulti se vituperare.* Liberior iusto laudatio tantum gloriæ decerpit quantum falsitatis adiecerit; fit enim vana narratio quæ crescit ex mendaciis.

PLINIVS *ad Iunium Maricum in epistola*. *Amantis est amatum nõ onerare laudibus.* Hoc ipsum amantis est, amatum non onerare laudibus IDEM *ad Cornelium Zicianum*. Prauum ac malignum est nõ admirari hominem admiratione dignissimũ. QVINT. *lib.* 2. Verecundius dicendum est sua quàm aliena laudanti Ex PROVERBIIS *sapientum* Rectè parem & inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam Item quam magnum est non laudari, & esse laudabilem.

De Eodem secundum poetas.

Cap. LXX.

CATO *vbi supra.*
Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento:
Plus alijs de te, quàm tu tibi credere noli.

A Horatius in libr. epist. *Vide cui secretum committas et què commendes.*
Quid de quoque viro, & cui dicas sæpe caueto:
Percuntatorem fugito, nam garrulus idem.
Nec retinent patula commissa fideliter aures.
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Qualem commendes etiam atque etiam aspice; nemox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Ouidius in libr. Metam. 5.
Laudare parum est, laudemur & ipsi.
Idem in libr. 6.
Proh superi, quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent, &c. *Require supra de vitijs virtutum speciem prætendentibus.* Idem in lib. Tristium, & in libr. de Ponto. *Require in præcedenti ca.* Auctor. *De hac iterum materia require supra ca. de inani gloria, cæterisq; supradictis: capitulo quoque de adulatione.*

De Dignitate.

Cap. LXXI.

AVCTOR. Sequitur de dignitate, quam secundo loco Tullius inter species partis secundę honesti posuit, quia scilicet partim dignitate sui, partim vtilitate nos allicit. *Tull. in Rhet.* 1. *Dignitas est alicuius honesta, & cultu & honore digna, & verecunda auctoritas. Boetius de consola. lib.* 2. *Quid dignitas.* Non autem virtutibus ex dignitate, sed ex virtute dignitatibus honor accedit: & collata improbis dignitas, nõ modo non efficit dignos, sed prodit potius & ostentat indignos. *Valerius Maximus li.* 4. Deforme est, quibus dignitate præstes, ab his virtute superari. *Ex proverbijs sapientum.* Ignominiæ loco est apud indignum dignitas. *Dignitas apud indignũ ignominia loco est.*

SENECA *ad Lucil. epistol.* 4. Habemus auctoritatẽ senum, sed vitia puerorum. *Idem in epist.* 80. Omnium istorum, quos supra capita hominum, supraque turbam, delicatos lectica fuspẽdit, personata felicitas est; contemnes illos, si despoliaueris. Equum empturus solui iubes stratum, vestimenta detrahis, ne qua corporis vitia lateãt; hominem vero inuolutum æstimas. Quid de aliis loquor si perpendere te vis, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus teipsum cõsidera; tunc qualis sis aliis credis. *Si vis teipsũ perpendere sepone dignitatem & similia extrinseca.* *Auctor. De hac quoque materia require superius ca. de bonis & malis moribus principum, & ca. de ambitione.*

De Amplitudine diuitiarum.

Cap. LXXII.

TVLLIVS *in Rheto.* 1. Amplitudo est, potentiæ, vel maiestatis, vel aliquarum copiarum, magna abũdantia. AVCTOR. De potentia vel maiestate multa superius sub diuersis titulis iam posita sunt, videlicet c. de ambitione, & de principatus recusatione, ca. quoq; de moribus principum, & iterum inferius nonnulla supponenda sunt, videlicet ca de potentia, quam reputat Tullius inter vtilia, sicut virtutem & amplitudinem inter honesta Nunc autem pauca de diuitiarum amplitudine inter honesta breuiter perstringẽda sunt, & primo de diuitiarum vtilitate. *Quid amplitudo.*

TVLLIVS *in Rhet. secunda.* diuitiæ virtutis pedissequæ sunt. *Seneca ad Lucillum epistola* 5. Infirmi ergo est animi diuitias non posse pati. *Horatius in lib. epist.* *Diuitiæ virtutis pedissequa sunt.*
Vxorem cum dote, fidemque, & amicos:
Et genus, & formam regina pecunia donat.
Petronius.
Quisquis habet nummos secura nauigat aura: *Nũmis obediũt omnia*
Fortunamq; regit temperat arbitrio.
Carmina componit declamat, concrepat vmnes
Et peragit causas, si que Catone prior.
Parua loquor, quodvis nummis præsentibus opta,
Eueniet, clausum possidet arca Iouem.
Iuuenalis libr. 1.
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei. Martialis coquus. *Quas dederis solas semper habebis opes.*
Quas dederis solas semper habebis opes.

De Vanitate & incertitudine diuitiarum.

CAP. LXXIII.

VALERIVS *lib.6.* Caduca nimium & fragilia, puerilibuſque conſentanea crepundiis ſunt iſta, quę vires & opes humanæ vocantur. Affluunt enim ſubito, repente labuntur; nullo in loco, nulla in perſona, ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc & illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, profundo cladiũ miſerabiliter immergunt. Itaque nec exiſtimari nec dici bona debent, quæ ex inflictorum malorum magnitudine deſiderium ſui duplicent.

Diuitiæ non ſunt vere bona cenſenda tum quia inſtabiles, tum quia bonis & malis communes.

SENECA *ad Luc. epiſt.* 87. Quod contemptiſſimo cuique contingere ac turpiſſimo poteſt, bonum non B eſt: opes autem & lenoni & laniſtæ contingunt, ergo bona non ſunt. *Cicero in oratione pro domo ſua.* Caduca ſunt hæc & mobilia, non virtutis atque ingenij, ſed fortunæ & temporum munera; quorum non tam facultas & copia extendenda eſt, quàm in vtendo opus eſt ratione, & in carendo patientia.

Claudianus in maiori.

Magnas ingenij copia vincit opes.

Tibullus 2. libro.

Quid prodeſſe poteſt pondus graue diuitis auri?
Prataque ſi fundant pinguia molle boues?
Quidve domus prodeſt Phrygijs innixa columnis?
Aurataque trabes, marmoreumq; ſolum?
Non me regna iuuant non Lidius aurifex amnis:
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Hæc alij capiunt; liceat mihi paupere cultu;
Securo vita munere poſſe frui.

Dicta poetarum de fallaci diuitiarum appetitu.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falſa timere iubent.

Maximianus.

Quid mihi diuitiæ? quarum ſi dempſeris vſum.
Quamuis largus opum, ſemper egenus ero.

Horatius in libr. epiſt.

Quid mihi diuitiæ, ſi non conceditur vti?

Martialis coquus.

Callidus afflata nummos fur auferet arca.
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor vſuram pariter cum ſorte negabit:
Non reddet ſteriles ſemina iacta fruges. D
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica:
Mercibus obſtructas obruit vnda rates.
Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis:
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

De incommodis diuitiarum ſecundum philoſophos.

CAP. LXXIV.

Indigentia non ex magna inopia, ſed ex magna copia oritur.

PLAVTVS *in Aululari.* Pecunia rerũ ac ſollicitudinum cauſa & caput eſt. *Aulus Gellius in libro Atticarum noctium* 10. Verum eſt, quod obſeruato rerum vſu ſapientes viri dixere, multis egere qui multa habent, magnamque indigentiam naſci, non ex magna inopia, ſed ex copia magna. Multa enim deſiderantur ad multa quæ habes tuenda. Quiſquis igitur multa habens, cauere ac proſpicere velit ne quid egeat, néve quid ei deſit, iactura opus eſſe ſciat, non quæſtu, & minus habendum eſſe, vt minus deſit.

Permultis indiget qui permulta poſſidet.

BOETIVS *de conſolatione lib.* 2. O anguſtas inopeſq; diuitias, quàs non habere totas pluribus licet, & ad quemlibet ſine cæterorum paupertate non perueniunt; fugare indigentiam copia quærimus. At hoc nobis in contrarium cedit, quippe pluribus adminiculis opus eſt, ad tuendam pretioſæ ſupellectilis varietatem? verumque illud eſt permultis indigere, qui permulta poſſidet. Item nunquam tua faciet eſſe fortuna, quæ à te rerum natura fecit aliena.

SENECA *ad Lucillum epiſtola* 13. Nemo ſolicito bono fruitur. Adiicere diues aliquid diuitiis ſtudet. A Dum de incremento cogitat, oblitus eſt vſus, rationes accipit, forum conterit, fit ex domino procurator: multa tibi poſſem oſtendere, quæ acquiſita acceptaque libertatem nobis extorquent. *Idem in libro de Moribus.* Facilius eſt pauperi contemptum effugere, quàm diuiti inuidiam.

SOCRATES. Fœlicitas ſemper ſubiecta eſt aduerſis: Damnumq; niſi ex abundantia raro venit. *Secundus Philoſophus.* Quid ſunt diuitiæ? auri pondus, curarum miniſtri, verecunda delectatio, inſatiabilis inuidia, deſiderium inexplebile, os excelſum, inuiſa concupiſcentia. AVCTOR. Sydonius etiam ait diuitias eſſe cauſam malorum, non quod ipſę faciant aliquid, ſed quia facturos irritant.

Damnũ raro venit niſi ex abundantia.

De Eodem ſecundum poetas.

CAP. LXXV.

HOratius in lib. epiſt.

Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique.

Item.

Stultitiam patiuntur opes.

Ouid. in libr. de Remedijs 2.

Diuitijs alitur luxuriosus amor.

Diuitijs alitur luxuriosus amor.

Idem in lib. Meta. 1.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferro, ferroque nocentius aurum
Procedit, prodit bellum quod pugnat vtroque.

Iuue. lib. 2.

C *Prima peregrinos obſcena pecunia mores.*
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luce
Diuitiæ molles.

Idem in 4. lib.

Quàm plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, cantabit vacuus coram latrone viator.
Panca licet portes argenti vaſcula puri;
Nocte iter aggreſſus gladium contumque timebis.
Et nocte ad lunam trepidabis arundinis vmbram.

Diuitiæ faciũt homines timidos.

Idem in 5. lib.

Magnis parta malis, cura maiore, metuque
Seruantur, miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

Claudianus in maiori.

Quas mala collegit ſallacis dextra parentis; *Quæ parẽtes male collegũt. filij ſcilicet peius effundere.*
Has peius nati dextra refundit opes.

Idem in minori.

Diſſuaſor honeſti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes.

Arator lib. 1.

Auri ceſſit amor, qui pectora ſemper adurit:
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum; cuius violentius ardet
Ambitio; creſcente modo; ſtimulansque rapinis,
Addita lucra famem &c.

Galtherus in Alexandreide. li. 1.

Auferre pecunia mores,
Non afferre poteſt.

Idem in 8.

Quid tibi diuitijs opus eſt, quæ ſemper auaris
Eſuriem pariunt? quanto tibi plura parabis,
Tanto plura petis; & habendis acrius ardes:
Sicque famem faciens, defectum copia nutrit.

Diuitiæ eſuriem pariũt.

Martialis coquus.

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores:
Et cum tot Cræſos viceris, eſſe Numam.

Auctor. *De hac quoque materia require ſuperius ca. de auaritia & cupiditate.*

Quod Diuitiæ non ſunt huiuſmodi bona propria,

CAP. LXXVI.

SYDONIVS *in epiſtolari ſuo libr.* 5. Humana ſubſtantia rectius mente quàm mole cenſenda eſt. Inter opes itaque quaſlibet poſiti (quæ bona à ſtultis falſo vocantur) ſi quid agimus noſtrum eſt; ſi quid habe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Non est homo æstimandus ex diuitijs, sed ex actibus.

mus alienum. *Seneca ad Luc. epist.* 8. Alienum est quicquid optando euenit. Non est tuum. fortuna quod fecit tuum. *Idem in* 47. Quomodo stultus est, qui equũ empturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius & fœnos; sic qui hominem ex veste aut ex conditione æstimat.

TVLL. *in libr. de Paradoxis.* Nihil meum vel cuiusquàm alterius est, quod auferri vel amitti potest. *Varro in sententijs.* Nemo suum putet quod extra ipsum est: vir bonus patriam suam quocunque it secum fert, & omnia sua custodit. *Exemplum.* *Valerius* Bias Prieneus, cum patriam eius Prienem hostes inuaderent, omnibus pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secũ ferret. Ego certe inquit bona mea omnia mecum porto: pectore enim illa gestabat, non humeris nec oculis visenda, sed animo æstimanda, quæ domicilio mentis inclusa, manibus mortalium labefactari nequeunt, & vt manentibus præsto sunt, ita fugientes non deserunt.

LACTANTIVS *in libr. de falsa sapientia.* Detracta diuitibus insolentia & iniquitate, nihil interierit, vtrum alij diuites, alij pauperes sint, cũ animi pares fuerint. *Ex prouerbijs sapientum.* Nihil proprium ducas quod mutari potest. Quis est pauper? qui sibi videtur diues. Et quis plurimum habet? qui minimum cupit.

Diues qui minimum cupit.

Prosper in libro epigrammatum.

Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,
Veris se miserum nescit egere bonis.
Cum licet aduersis cessantibus omnia parcant:
Lege tamen mortis sit faciendus inops.
At bona iustorum nullis obnoxia damnis,
Hostes, furta, ignes, & mare non metuunt.
Omnis virtutum semper substantia salua:
Inviris Christi munera nemo rapit.

Bona iustorũ nullis sunt damnis obnoxia.

Galtherus in Alexandreide lib. 1.

Auferre pecunia mores,
Non afferre solet.
Quem vero morum non rerum copia ditat:
Quem virtus extollit, habet quod præferat auro.
Non eget exterius, qui moribus intus abundat.

Vera nobilitas virtus.

Nobilitas sola est animum quæ moribus ornat.

Horatius in lib. Epist.

Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cameram frumenti, pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat pectore frustra.
Cui mustela procul, si vis ait effugere istinc,
Macra canum repetes arctum quem macra petisti.

Auctor. *De hac quoque materia plenius supra require capitulo de intelligentia & rerum æstimatione cap. quoque de prava mente.*

De Diuitijs contemnendis.

CAP. LXXVII.

VARRO *in sententijs.* Eo animo dimittendæ sunt diuitiæ, quo accipiendæ. *Ex prouerbijs sapientum.* Qui paupertatem timet quàm timidus est plurimum habet is qui minimum cupit. *Quietissime viuerent homines sublatis meum & tuum.* Quietissime quoque viuerent homines, si duo verba de medio tollerentur, meum & tuum. *Tertullianus in Apologetico.* Diogenes lutulentis pedibus superbos Platonis thoros alia superbia conculcat.

LACTANTIVS *in libr. de falsa sapientia.* Laudatur Democritus quòd agros suos reliquerit, eosq; pascua publica fieri passus sit; probarem quidem si donasset, sed nihil sapienter fit. quod si ab omnibus fiat inutile ac malum fit; at hæc negligentia tolerabilis. Quid ille qui patrimonium in nummos redactum effudit in mare? ego dubito vtrum vesanus ac demens fuerit; abite inquit in profundum malæ cupiditates. Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Si tantus pecuniæ contemptus est, fac illo beneficium, fac humanitatem, largire paupertibus; potest hoc quod perditurus es multis succurrere. Imitare saltem insaniam Tudicani, sparge populo diripiendam; potes & pecuniam

Saluum est quicquid diuitibus prodest.

effugere, & tamen bene collocare; quia saluum est quicquid plutibus prodest.

SENECA *ad Lucil. Epistol.* 17 Proiice ista omnia si sapis, immo vt sapias, & ad bonam mentem magno cursu & totis viribus tende. Si quid est quo teneris, aut expedi, aut incide. *Idem in epistola* 20. Non licet diuitias in sinu positas contemnere. Ille ingentis animi est, qui illas circunfusas sibi diu multumque miratus, quòd ad se venerint ridet, suasque magis audit esse quàm sentit. *Sapiẽs magis audit diuitias esse suas quam sentit.* *Cato in libro de Moribus.*

Despice diuitias si vis animo esse beatus.
Quas qui suscipiunt mendicant semper auari.

Auctor. *De hac quoq; materia superius require c. de liberalitate, & etiã inferius ca. de contemptu seculi, & de prosperitatis vanitate.*

De Bono paupertatis secundum philosophos.

CAP. LXXVIII.

SECVNDVS *Philosophus.* Quid est autem paupertas odibile bonum, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiæ reparatrix, negotium sine damno, possessio absque calumnia, sine solicitudine felicitas. *Paupertas est odibile bonũ &c.* *Seneca ad Lucill. epistola* 17. Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ; paupertas expedita est, secura est, non circunstat illam turba seruorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas: facile est pascere paucos ventres, & bene institutos; & nihil aliud desiderantes quàm impleri: paruo fames constat, magno fastidium; paupertas contenta est instantibus desideriis satisfacere. cur ergo hanc contubernalem recuses, cuius mores sanus diues imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autẽ paupertas voluntaria est. *Vt animus vacet oportet vt pauperis sis, vel pauperi similis.*

IDEM *in epistol.* 20. Quod tuo beneficio scire non potes, paupertate scies. Illa enim veros certosque amicos retinebit: discedet qui non te, sed aliud sequebatur. Nonne vel ob hoc vnum amanda est paupertas, quòd à quibus ameris ostendat? O quando ille veniet dies, quando nemo in honorem tuum mẽtietur: huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta. *Valerius* 4. *libr.* Quorsum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimo miseriarum statu ponere; cum & illarum frons hilaris, multis intus amaritudinibus sit referta, & eius horridior aspectus, certis & solidis bonis abundet? *Quintil. cap* 7. Paupertatis proprium est, vbi alia deficiunt, exercere libertatem. *Idem in* 14. Improbius quoque pauperes amant. *Ex prouerbijs sapientum.* Hominem experiri multa paupertas iubet. *Bona mentis soror est paupertas.* *Petronius.* Nescio quomodo bonæ mentis soror est paupertas.

De Eodem secundum poetas.

CAP. LXXIX.

OVIDIVS de remediis. 2.

Diuitijs alitur luxuriosus amor.
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem.

Luc. in libr. 1.

Fœcunda virorum
Paupertas fugitur.

Idem in libr. 5.

Dat vires fortuna minor.
O vita tuta, facultas
Pauperis, angustique lares:
O munera nondum
Intellecta Deum.

Vita pauperis tuta & regalis.

Fortunatus

Pauper in angusto regnat habendo Deum.

Inuencus libr. 1.

Felices humiles, pauper quos spiritus ambit,
Illos nam cæli regnum sublime recipit.

De

De hoc quoque require supra cap. de sufficientia, sine paupertate voluntaria. Dicebat autem Arist. vt legitur, solum se incommodum paupertatis pati, quòd nõ posset egentibus subuenire. Iuuen. lib 1,

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit &c.
Commune id vitium, hic viuimus ambitiosa paupertate omnes.

De Securitate eiusdem secundũ philosophos.

Cap. LXXX.

Seneca in Thyeste.

O quantum bonum est,
Obstare nulli, capere securas dapes?
Humi iacentem scelera non intrant casam
Tutusque mensa capitur angusta cibus,
Venenum in auro bibitur,
Malam bona fortuna præferre licet.

Pauper semper est in pace, & sine anxietate, aut timore securus.

Idem in epist. ad Lucil. 5. Apud Hecathonem nostrum inueni cupiditatum finem etiam ad timoris remedia proficere. Desines inquit timere, si sperare desieris. *Idem in* 12. Ille beatissimus est & securus sui possessor, qui crastinum sine solicitudine expectat. *Idem in* 13. Etiam in obsessa via pauperi pax est.

Idem *in* 15. Quàm iucundum est nihil poscere; quã magnificum est plenum esse, nec ex fortuna pendere. *Idem in* 17. Paupertas expedita est, secura est, non circunstat illam turba seruorũ, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optranda fertilitas. *Idem in* 20. Pauperibus ineſt, sine qua nihil est iucundum, securitas. *Idem in* 87. Nunquàm maior est animus, quàm vbi aliena sepoſuit, & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi diuitias nihil concupiscendo.

Exemplum.

Valerius *li.* 7. Cum Giges, armis & diuitiis opulentissimo Lidiæ regno inflatus, Phitium Apollinem sciscitatum venisset, an aliquis mortalium se felicior esset, ex abdito sacrarum specu vox insonuit, quæ Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Archadũ pauperrimus, sed ætate senior, terminos agelli sui nunquã excesserat. Sic ergo insolenter de fortitudinis suæ fulgore glorianti respondit Apollo, magis se probare securitate ridens tugurium, quam tristem curis & sollicitudinibus aulam; paucasq; glebas pauoris expertes, quam arua Lidiæ pinguissima metu referta; & vnum aut alterum facilis tutelę iugum boum, quàm equitatum voracibus impẽsis onerosum; & horreolum vsus necessarij, nullique minus appetẽdum, quàm thesauros expositos insidiis & cupiditatibus omniũ. Ita Giges dum à stipulatore vanæ opinionis Deum habere concupiuit, vbi nam solida esset felicitas didicit.

De eodem secundum poetas.

Cap. LXXXI.

Lvcanvs *5. lib.* O vitæ tuta facultas pauperis, *&c. vt supra.* Iuue. 4. lib. *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Tibullus libro primo.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro:
Et teneat culti ingera multa soli.
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Me mea paupertas vita traducat inerti:
Dum meus exiguo luceat igne focus.
Et vos exiguo pecori furesque lupique
Parcite, de magno est præda petenda grege.

Idem in 2.

Non me regna iuuant, non Lidius aurifer amnis:
Nec quas terrarum sustinet orbis opes.
Hoc alij cupiunt, liceat mihi paupere cultu,
Securo vitæ munere posse frui.

Vita pauperis præstat vita regis.

Auctor. *De hoc quoque require supra ca. de sufficientia, c. quoque de diuitijs, & de bono paupertatis.*

De amicitia.

Cap. LXXXII.

Sequitvr de bono amicitię, quam quarto loco ponit Tull. in 2. honesti genere. Tull. in rhetor. 2. *Amicitia est voluntas erga aliquẽm bonarum rerum illius, ipsius causa quem diligit cum pari volũtate. Idem in li. de amicitia.* Amicitia omnibus rebus humanis præponenda est. Nihil enim est tam naturæ aptum, tamq; conueniens ad res secundas vel aduersas. Quanta sit vis amicitiæ ex hoc potest intelligi, quod ex infinita societate generis humani quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas inter duos vel inter paucos concilietur. *Est autẽ amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate consensio.* Quidam diffiniunt amicitiam paribus officiis & voluptatibus, sed hoc quidem est nimis exiguè & vtiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Ditior enim & affluentior videtur esse amicitia, nec obseruare restricte quin plus reddat quàm accipit. Neque enim verendum est ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut plus ęquo in amicitiam conferatur.

Quid amicitia, & quod nulli rei sit postponenda.

Amicitia nõ requirit æqualitatẽ in datis & acceptis.

Secvndvs *Philosophus.* Quid est amicitia? æqualitas animorum; quid amicus desiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indesinens felicitas. *Seneca de beneficijs libr. 6.* Nescis quantum sit amicitiæ pretium, si non intelligis te ei daturum cui amicum dederis, rem seculis raram, quę non alicui magis deest, quàm vbi creditur abundare. Neminem tam alte secula posuerunt, vt non illi amicus eo magis desit, quo nihil absit: *Calcidius in proœmio super Timæum Platonis* 5. Socrates in exhortationibus suis virtutem laudans, cum omnium bonorum totius prosperitatis consistere causam penes eam diceret, addidit ipsam esse solam quæ res impossibiles ad possibilem redigeret facilitatem. Præclarè. Quid enim generosam magnanimitatem vel aggredi pigeat, vel cœptum fatiget, vt tanquam victa difficultatibus se temperet à labore. Eadem est (vt opinor) vis amicitiæ, parque impossibilium pęnè rerum extricatio, cum alter ex amicis iubendi religione, alter parendi voto, complaciti operis adminiculetur effectui.

Amicitia ibi maxime deest vbi creditur abundare.

Ouid. in lib. de Ponto.

Nomen amicitia barbara corda mouet.

Cato vbi supra.

Dilige sic alios vt sis tibi charus amicus;
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

De Vtilitate, & iucunditate amicitiæ.

Cap. LXXXIII.

Tvllivs in libr. de amicitia. Amicitia omnibus rebus humanis præponenda est. Nihil enim est tam naturę aptum, tamque conueniens ad res secũdas vel aduersas: sed hoc primum scio, amicitiam nisi in bonis esse non posse. Secundas enim res amicitia splendidiores facit, aduersas partiens communicansque leuiores. Quomodo potest vita esse vtilis, quæ non amici mutua beneuolentia conquiescit? Quid enim dulcius, quam habere cum quo audeas sic loqui vt tecum? quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æque vt tu gauderet. Aduersas vero ferre difficile, nisi esset qui istas grauius & quam tu ferret. In vera amicitia, non tam vtilitas parta per amicum; quam amor ipse delectat, amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio, ita vt etiamsi illa maneant, quę sunt quasi dona fortunæ cum vita inculta & deserta ab amicis, iocunda esse, non possit. Veterrima quęque

Amicitia nõ nisi in bonis esse potest.

Amicitia in prosperis & aduersis vtilis.

(vt ea

(vt ea vina quæ vetuſtatem ferunt) debent eſſe ſuauiſſima. Maxima enim vis eſt vetuſtatis & conſuetudinis.

QVINTIL. 8. *cauſa.* Non reperio quid in rebus humanis excogitarem præſtantius amicitia, quod concordia contra fortunam maius auxilium. Quid enim foret humano genere felicius, ſi omnes eſſe poſſent amici; non bella, non ſeditiones, non latrocinia, non lites, cæteraque mala quæ hominibus ex ſeipſis nata ſunt, fortunæ acceſſiſſent. *Ex prouerbijs ſapiẽtum.* Animi beneuoli coniunctio magna eſt cognatio. Quid dulcius quàm habere cum quo omnia audeas, quem ſic credas vt te, ſic loquaris vt tecum. Quanti tales amicos habere voluerunt, & ipſi tales eſſe non poſſunt. CATO vbi ſupra.

Animi beneuoli coniunctio magna eſt cognatio.

Vtilius eſt regno meritis acquirere amicos.

Hecaton Stoicus. *Quaris quid proficerim? amicus mihi eſſe cœpi.*

De Fidelitate & conſtantia amicitię.

CAP. LXXXIV.

TVLLIVS *de amicitia.* Boni viri & ſapientis eſt hęc duo tenere in amicitia; primum ne quid fictum vel ſimulatum ſit (Aperte enim odiſſe magis ingeniũ eſt, quàm fronte occultare ſententiam) Deinde non ſolum allatas ab aliquo criminationes repellere, ſed nec ipſum quidem ſuſpicioſum eſſe, ſemper exiſtimantem aliquid ab amico eſſe violatum. accedat huc oportet ſuauitas quædam ſermonum atque morum, haud mediocre condimentum amicitiæ. *Idem in libro de natura Deorum.* Nihil eſt virtute amabilius, quam qui adeptus fuerit, vbicunque gentium erit à nobis diligetur. Amicitia ſi ad fructum noſtrum referrimus; & non ad illius commodum quem diligimus; non eſt amicitia, ſed mercatura quædam vtilitatum ſuarum. Prata & arua & pecudes hoc modo diliguntur, quòd ex eis fructus capiuntur: homimi autem charitas gratuita eſt.

In amicitia requiritur abſentia ſimulationis & ſuſpicionis, necnõ vt ſit gratuita.

VAL. *libr.* 4. Sincerę fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcuntur, in quibus quicquid præſtatur, totum à conſtanti beneuolentia proficiſcitur; fęlicitatis autem cultus, maiore ex parte adulationi quàm charitati erogatur. Certè ſuſpectus quoque eſt, eo quòd prius ſemper petat quàm impendat. Damon & Phitias Pythagoræ diſcipuli, tam fidelem inter ſe iunxerunt amicitiam, vt cum alterum ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet & hic tempus ab eo, quo priuſquàm periret, domum profectus, ordinaret res ſuas, impetraſſet: alter vadem ſe pro eius reditu tyranno dare non dubitauit. Appropinquante autem prefinita die, nec illo redeunte, vnuſquiſque ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem damnauit: At in nihil ſe de amici conſtantia metuere prædicabat. eodem itaque momento & hora Dionyſio conſtituta, qui eam acceperat ſuperuenit. Et admiratus tyrannus amborum animum, ſupplicium fidei remiſit; eoſque inſuper vt ipſum in ſocietatem amicitiæ tertium gradum vltima culturum beneuolentia, reciperent, rogauit. Ecce, vires amicitiæ mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere, odium in amorem conuertere, pœnam beneficio penſare potuerunt.

Amicus in aduerſis præcipuè cognoſcitur, adulator in proſperis. Exemplum.

SYDONIVS *in epiſt. ſuo lib.* 5. Perfecta dilectio non tam debet recolere quid officiorum ſoluerit, quàm meminiſſe quid debeat. his quos amplius diligimus, plus timemus. *Symmachus in epiſtol. ſuo.* Iuſta coniectura eſt quę de amicorum pondere & æſtimatione colligitur: ex meo animo metior amicitiam non poſſe ſentire officiorum ſocietatem. *Quintus Curtius libr.* 4. Nemo fideliter diligit quem faſtidit.

Quos amplius diligimus his plus timemus.

Seneca in Thyeſte.

Quos verus amor tenuit tenebit.

Idem in Hercule furente.

Odit verus amor, nec patitur moras.

Verus amor non patitur moras nec miſerum faſtidit amicum.

Plinius in epiſt ad Iunicum maricum. *Hoc ipſum, amantis eſt amatũ non honorare laudibus.*

Sueto. vbi ſupra lib. 2. Auguſtus Cæſar amicitias non facile admiſit, & conſtantiſſime retinuit.

Prudentius vbi ſupra.

Cedant metus, & labor, & vis;
Et ſcelus, & placidæ fides fraus inficiatrix.
Quod ſapimus coniungat amor, quòd vinimus vno
Conſpirat ſtudio, nil diſſociabile firmum.

Claudianus in Maiori.

Non quarit pretium vitam qui debet amori.

Galtherus in Alex. libr. 5.

Verus amor miſerum qui non faſtidit amicum.

Quid pro amico faciendum ſit & quid non.

CAP. LXXXV.

TVLLIVS *in libr. de offic.* 1. Amicis, & non tribuere quod recte poſſis, & tribuere quod non ſit æquum, contra officium eſt. Honores, & diuitiæ, & voluptates, &cętera huius generis quæ videntur vtilia, nunquam amicitiæ anteponenda ſunt. At neque contra rempublicam, neque contra iuſiurandum ac fidem, amici cauſa vir bonus faciet, etiamſi iudex fuerit de ipſo amico. Ponit enim perſonã amici, cum induit iudicis: ſed tantum dabit amicitiæ, vt amici cauſam malit eſſe veram: & vt morandæ litis tempus quoad leges permiſerint accommodet. cum autem iuramento ſententia dicenda ſit, meminerint ſe Deum teſtem adhibere. Si omnia facienda ſunt quæ amici volunt, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. Cum id quod vtile videtur in amicitia, cum eo quod honeſtum eſt comparatur, iaceat vtilitatis ſpecies, valeat honeſtas: & cum in amicitia quæ honeſta non ſunt poſtulantur, religio & fides anteponantur amicitiæ.

Religio & fides ſũt amicitia præferenda, honores vero & diuitiæ minimè.

IDEM *in libr. de amicitia.* Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Nam cum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris. Quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab eis quicquid velimus; perfectæ quidem ſapientiæ ſumus, ſi nihil habeat res vitij. Hæc igitur lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus. Turpis enim excuſatio hæc eſt & minime accipienda. Si quis contra rempublicam amici cauſa ſe feciſſe fateatur. Hæc igitur prima lex amicitię ſanciatur, vt ab amicis honeſta petamus, & amicorum cauſa honeſta faciamus. Conſilium vero libere dare gaudeamus, plurimumque in amicitia, amicorum bene ſuadentium valeat auctoritas. Multa quæ noſtri cauſa nunquam faceremus, cauſa amicorum facimus. quæ enim in noſtris rebus inhoneſtè, in amicorum fiunt honeſtiſſimè, vt precari pro amico indigno, in aliquem acerbius inuehi pro eo.

1. Lex amicitiæ.

VAL. *libr.* 6. Rutilius cum amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret; Iſque cum indignatione dixiſſet, quid ergo mihi opus eſt amicitia tua; ſi quod rogo non facis? Reſpondit, immo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum?

Exemplum.

Claudianus in Maiori.

Multis delicta fuere
Nexus amicitiæ.

Cerovbi ſupra.

Quod iuſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum.
Nam ſtultum eſt petere quod poſſit iure negari.
Dilige ſic alios &c.
Require ſupra cap. de amicitia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quod Amicitia vera niſi inter bonos non ſit.

CAP. LXXXVI.

Honeſtas eſt cauſa diligẽdi grauiſſima.

TVLLIVS *de offic. libr. 2.* Quia vero idipſum quod honeſtũ decorumque dicimus, per ſe nobis placet, animoſque omnium natura ſui commouet: Idcirco illos in quibus hoc eſſe remur, à natura ipſa diligere cogimur; atque hoc quidem eſt cauſa diligendi grauiſſima. *Idem in lib. de amicitia.* Nihil eſt tam apertum naturę, tamque conueniens ad res ſecundas vel aduerſas, quàm amicitia; ſed hoc primum ſcio, amicitiam niſi in bonis eſſe non poſſe. Negant etiam quẽquàm eſſe virum bonum niſi ſapientem; ſed illam ſapientiam interpretantur, quam nemo adhuc mortalis eſt aſſecutus. Nihil eſt virtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter veritatem & probitatem, etiam eos quos nunquam vidimus diligimus. Bonos boni diligant, aſciſcuntque ſibi quaſi propinquitate communi vinctos, atque natura. Nihil enim eſt appetentius ſimilium ſui, atque rapacius, quàm natura. Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias. Nec ob vllam aliam cauſam, boni improbis, & improbi bonis, amici eſſe non poſſunt, niſi quia tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe ſtudiorum diſtantia. In talibus autem ſtabilitas amicitiæ confirmari poteſt, qui beneuolentia iuncti, primum cupiditatibus, quibus cæteri ſeruiunt imperant; deinde æquitate & iuſtitia gaudent, omniaque alter pro altero ſuſcipit, nec quicquam niſi rectum & honeſtum alter ab altero petit; nec ſolum colũt ſe inter ſe & diligunt, ſed etiam verentur. Nam ornamẽtũ amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam; perniciosuſque in his furor eſt, qui exiſtimant, libidinum peccatorumque omnium, in amicitia patere licentiam. virtutum enim amicitia adiutrix à natura data eſt, nõ vitiorum comes; vt quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea quę ſumma ſunt peruenire, coniuncta & ſociata cum altera, perueniret. Sidonius vbi ſupra li. 2. Non magis cordi eſſe debet aut voluptati ager cum redditibus amplis, quàm vicinus ęqualis bonis moribus. Galtherus in Alexandreide lib. 8. Firmiſſimus inter equales, interque pares eſt nodus amoris.

Diſpares mores diſparia ſtudia ſequũtur.

Inter quos firma amicitia cernitur.

De Concordia & communitate amicorum.

CAP. LXXXVII.

Amicorum omnia communia.

TERENTIVS *in Adelphis.* Vetus verbum hoc eſt, communia eſſe amicorum inter ſe omnia. *Salluſtius in Catilinario.* Idem velle & idem nolle ea demum vera amicitia. Ita ſi quis etiam à culpa vacuus, in amicitiam prauorum inciderit, quotidiano vſu atque illecebris, facile par, ſimiliſq; cęteris efficitur. Idẽ in Iugurthino. Omnes eadem cupere, eademq; odiſſe inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.

Amici etiam cogitationes communicant.

Boetius in lib. Hypothcticorum ſyllogiſmorum. Hoc in ſe obtinet proprium munus amicitiæ, vt nolit habere ſolitarias cogitationes. Nam quod honeſtè quiſq; cogitat, nulla promptius quam ei quẽ diligit confitetur, *Sen. ad Luc. epiſt. 3.* Tam audacter cum amico loquere quam tecum, tu quidem ita viue, vt nihil tibi cõmittas, niſi quod committere etiam inimico tuo poſſis. *Idem in 48.* Cõſortium rerum omnium inter nos facit amicitia. Omnia cum amico communia habebit, qui multa cum homine.

Pulchra eſt concordia in ſanctis moribus.

Hier. contra Rufinum. Pythagorica ſunt hæc amicorum omnia eſſe communia, & amicum ſeipſum eſſe alterum.

Ouid. in libr. Triſt. 4.

Hi duo corporibus, mentibus vnus erant.

Proſper vbi ſupra.

Moribus in ſanctis pulchra eſt concordia pacis.

Arator lib. 2.

Repellitur error
In diuerſa trahens, cum ſpiritus efficit vnum.

Prudentius vbi ſupra.

Quod ſapimus coniungat amor &c.

Require ſupra de fidelitate amicitiæ.

De Fomentis amicitiæ.

CAP. LXXXVIII.

Iucũdiſſima eſt amicitia quã ſimilitudo coniugauit.

TVLLIVS *de offic. lib. 1.* Vita, victuſque communis, conſilia, ſermones, exhortationes, interdum etiã obiurgationes, maxime in amicitiis vigent: Eſtque illa iucundiſſima amicitia quam ſimilitudo coniugauit *Idem in li. de amicitia.* Firmamentum ſtabilitatis & cõſtãtiæ quam in amicitia quærimus eſt fides. Hi qui ſuperiores ſunt ſubmittere ſe debent in amicitia, & ſic quodammodo inferiores extollere. *Hecaton Stoicus.* Si vis amari ama. *Ex prouerbijs ſapientum.* Ab amante lachrymis redimas itacundiam. Ita amicum habees, vt hunc fieri poſſe inimicum putes. Ab alio ſemper incipiat diſſenſio, à te vero reconciliatio. Amicorũ paupertati ſuccurre, immo potius occurre. Item amicos admone ſecreto, palam lauda.

Cato vbi ſupra.

Vincere cum poſſis, interdum cede ſodali:
Obſequio dulces quoniam retinentur amici.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem:
Sunt quædam quæ ferre decet patienter amicum.

Vt ameris amabilis eſto.

Ouidius in libr. de arte ;.
Vt ameris amabilis eſto.
Dulcibus eſt verbis alliciendus amor. Idem in libr. 3.
Non tumeat in vultu damnoſa ſuperbia noſtra:
Mollibus eſt oculis alliciẽdus amor.

Matthæus in lib. de Tobia.

Eſt brauio dignus amoris amor.

Auctor. *De hac quoque materia require ſupra, c. de vita ſociali.*

De impedimentis amicitiæ.

CAP. LXXXIX.

In amicitiis magna peſtis eſt luxuria, auaritia, ambitio, adulatio, &c.

TVLL. *in li. de offi.* 3 In amicitiis maxime perturbantur officia, quibus & nõ tribuere quod recte poſſis, & tribuere quod non ſit ęquum, contra officium eſt. *Idem in lib. de amicitia.* Scipio nihil difficilius eſſe dicebat, quàm amicitiam vſque ad extremum vitæ diem permanere: Interdum enim dirimitur contentione luxuriæ, vel alterius incõmodi, quod idem adipiſci vterque non poteſt. Peſtem vero nullam eſſe maiorem in amicitiis, quàm in pleriſq; pecuniæ cupiditatẽ, in optimis quibuſq; certamen honoris & gloriæ, ex quo inimicitias maximas ſæpe inter amiciſſimos extitiſſe videmus: vere amicitiæ difficillime reperiuntur in illis, qui in honoribus reipub. verſantur. Vbi enim inuenias, qui honorem amici ſuo anteponat? ſciendũ etiam nullam in amicitiis maiorem eſſe poſſe quàm adulationem, quę eſt vitium hominum leuium ac fallacium, ad voluptatem omnia loquentium, nihilq; ad veritatem. præterea cum in hoc vis amicitiæ conſiſtat, vt vnus quaſi animus ex pluribus fiat, quomodo id fieri poterit, ſi nec in vno vnus animus erit, ſed varius & cõmutabilis & multiplex. Nulla eſt hæc amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus eſt.

Affectio tenerior efficit vt ſit querela, procliuior, quia mollis eſt animus diligentis.

Plautus in Aululatia. Conuentus & debacchationes & ioca friuola, non quæro vt amorem pariant; vtinam nihil odiorum darent. *Symmachus in epiſtol. ſuo.* Faciat affectio tenerior, vt ſit querela procliuior. Molis eſt animus diligentis, & ad omnem ſenſum doloris arguitur. Si negligẽtius tractes, cito marceſcit vt roſa; ſi durius teneas liqueſcit vt Lilium. *Ex prouerbijs ſapiẽtum.* Amici vitia vbi feras, facis tua.

Sedulius in carmine Paſcali libr. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pone supercilium, si te cognoscis amicum.
Prudentius vbi supra.
Cedant metus & labor & vis &c.
Require supra c. de fidelitate & constantia amicitiæ.
Horatius in libr. epist.
Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi:
Sedatum celeres, agilem gnauumque remissi:
Potores bibuli media de nocte phalerni,
Oderunt porrecta negantem pocula.

De Initijs fortunæ secundum philosophos:

CAP. XC.

VARRO *in sententijs.* Amici diuitum palea sunt circa grana, vis amicum experiri, calamitosus fias. *Quintil. cap.* 15. Minus debetur homini, qui ideo tantum aliquem amat, quia necesse est. Nescis an diligat, cuius experimenta non habet nisi fœlicitas. *Val. lib.* 4 Sincere fidei &c. *Require supra cap. de felicitate, & constantia amicitiæ.*

Amici vnde probãtur in de fugiunt,

Seneca ad Lucill. epistola 9. Qui vtilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit; hac reflorente amicorum turba circumsedet, circa euersos solitudo est; & inde amici fugiunt, vbi probantur. Necesse est enim initia inter se exitusque conueniant. qui amicus esse cœpit quia expedit, placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si vllum in illa placet præter ipsam: negotiatio est ista, non amicitia, quę ad commodum accedit.

Familiaris inimicus est maxima pestis.

Tull. in libr. de amicitia Tarquinum scilicet Bruti auunculum exulantem dixisse ferunt, tunc primum se intellexisse quos fidos habuisset amicos, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. *Boetius in libr. de consol.* 3. Quemque fœlicitas amicum fecit, infœlicitas faciet inimicum, nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.

De eodem secundum poetas.

CAP. XCI.

OVIDIVS in libr. de Ponto.
Nil nisi quod prodest clarum est, en detrahe mẽti
Spem fructus, aude nemo petendus erit.
En redditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile, solicitis computat articulis.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.

Multi sunt amici in prosperis, pauci in aduersis.

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda;
Quæ simul intonuit, proxima quæque fugat.
Eu ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flauit ventis aura secunda meis.
Vt fera morboso tumuerunt æquora vento;
In medijs fracta naue relinquor aquis.
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico,
Auxilium nulla parte tulisse tuum.

Amicus in aduersitate probatur.

Turpe sequi casum, & fortunæ cedere; amicum,
Et nisi sit fœlix, esse negare suum.
Idem in lib. Tristium.
Vix duo treuve mihi de tot superstes amici:
Cætera fortuna non mea turba fuit.
Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen,
Re tibi pro vili sub pedibusque iacet.
Donec eris fœlix multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Mobile sic sequitur fortuna limina vulgus:
In duris autem remanentem rebus amicum.
Quamlibet inuiso Cæsar in hoste, probat.
Petronius.
Cum fortuna manet, vultum seruatis amici:
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

De Pernicios is ac fictis amicis.

CAP. XCII.

BOETIVS *vbi supra.* Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. *Gleobolus Lidius.* Magis amicorum inuidiam quàm inimicorum insidias debemus cauere. Illud enim expertum, hoc celatum est malum. Nocendique fraus, quo non speratur, potentior. *Bias Prieneus.* Molestius est inter duos amicos, quàm inter duos inimicos iudicare. Theophrastus, Amantium cæca sunt iudicia.

Amantium cæca sunt iudicia.

Salustius in Catilinario. Si quis etiam à culpa vacuus, in amicitiam prauorum inciderit, quotidiano vsu atque illecebris, facile par, similisque cæteris efficitur. *Claudianus in maiori. Multis delicta fuere nexus amicitiæ. Terentius in Andria.* Hoc tempore obsequium amicos, veritas vero odium parit. *Cato,* Multo melius est de quibusdam acerbos eos mereri inimicos; quàm eos amicos qui dulces videantur. Illi enim verum sępe dicunt, hi autem nunquàm.

Obsequium amicos veritas odium parit.

Idem in libro de Moribus.
Vna dies qualis fuerit monstrabit amicus.
Matthæus in libro de Tobia.
Hucluat ad sensum venalis amicus egenum:
Nec verus reflouet, nec fabricatus amor.
Martialis coquus.
Hunc quem mensa tibi, quem cana parauit amicum,
Esse putas fida pectius amicitia.
Aprum amat & mulos, & sinum, & ostrea non te:
Tam bene si canem, noster amicus erit. Tibull. lib. 2.
Ne nos decipiant pendentia brachia collo:
Nec capiat blanda sordida lingua prece.
Sedulius in carmine paschali libr. 5.
Traditor immitis, sire proditor, impie latrõ:
Quid socium simulas, & amica fraude salutas?
Nunquam terribiles aut pax coniurat in enses,
Aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno.
Horatius in libro Sermonum.
Absentem qui rodit amicum:
Qui non defendit, alio culpante sodales.
Qui captat risus hominum, famamque dicacis
Fugere, qui non visa potest commissa tacere.
Quid inquit hic niger est, hunc tu Romane caueto.
Sic teneros animos aluena opprobria sæpe
Absterrent vitijs.

Amicus in communio facius mox erit nullus.

De Amicitia cum malis inita potius dissoluenda quàm abrumpenda.

CAP. XCIII.

TVLLIVS *in lib. Officiorum* 1. Amicitias quæ minus delectent, magis censent sapientes censim diluere, quàm repente præcidere. *Idem in libr.* 3. Cum id quod vtile videtur in amicitia, cum eo quod honestum est comparatur, iaceat vtilitatis species, valeat honestas, & cũ in amicitia quæ honesta non sunt postulantur, religio & fides anteponantur amicitiæ.

Honestas amicitiæ præponenda.

Idem in libro de amicitia. Præcipiendum est igitur bonis, vt si in prauorum amicitias ignari aliquo casu inciderint, ne existiment ita se alligatos, vt ab amicis in rempublicam peccantibus non discedant; nec minor pœna statuenda est his, qui alterum secuti fuerint, quam his qui fuerunt impietatis duces. Dispares mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias; nec ob vllam aliam causam, boni improbis, & improbi bonis, amici esse non possunt, nisi quia tanta est inter eos, quanta potest esse, studiorum distantia. Erumpunt sæpe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundat infamia. tales amicitiæ sunt remissione vsus eludendæ, & (vt Catonem audiui dicere) dissuendæ magis quam discindendæ. Cauendum est namque, ne

Amicitia cũ malis nõ facile abrumpenda, ob periculum inimicitia, sed ante dissoluenda.

non

non solu m amicitiæ depositæ , sed etiam inimicitiæ A susceptæ videantur. Nihil enim turpius, quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris , hoc autem dico, vbi quædam admodum intolerabilis exarserit iniuria, vt neque rectum neque honestum sit, nec fieri possit, vt non statim alienatio disiunctioque facienda sit. Sic ergo fiant amicorum dissidia, si necesse sit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur. Et hic honor veteri amicitiæ tribuendus est, vt in culpa sit is qui facit , non qui patitur iniuriam. CATO. Amicitiæ si forte cum prauis ignoranter conciliatæ fuerint, dissuendæ sunt magis quàm discindendæ.

De Vtili vel vtilitate.

CAP. *XCIIII.* B

AVCTOR. Dicto de primo rerum expetendarum genere, scilicet de honesto, quod sua propria vi ac dignitate nos allicit; de medio quoque genere, quod scilicet & sua vi quadã, ac dignitate nos trahit; & prę se quendam vtilitatis fructum gerit ; Sequitur de tertio genere, scilicet de vtili , quod non propter suam vim ac naturam expetitur, sed propter fructum & vtilitatem. In eo genere sunt pecunia, sanitas, fortitudo corporalis, & huiusmodi: quamquam in secundo genere, non quidem vtilitas aut vsus pecuniæ, scilicet diuitiarum amplitudo, vel honor, seu gloria, videatur iuxta Tullium comprehendi. *Est autem vtile quicquid in vsum necessarium aut fructuosum assumi potest*; vtile namque ab vtendo . Vti vero secundum Aug. est aliquid in facultatem voluntatis assumere. Porro ab vtili dicitur vtilitas, quę semper honestati postponenda est. *Quid vtile & vnde dictum.*

Tullius de offic. lib. 3. Vnum omnibus debet esse propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque & vniuersorum. Cumque id quod vtile videtur, cum eo quod honestum est comparatur, iaceat vtilitatis species, valeat honestas; Nihil quidem tam secundum naturam est quam vtilitas; Sed certe in re vtili turpitudo esse non potest , honores & diuitiæ & cætera huius generis quæ videntur vtilia, nunquam amicitiæ anteponenda sunt, peruertunt homines ea quæ sunt fundamenta naturæ, cum vtilitatem ab honestate seiungunt; omnes enim expetimus vtilitatem, ad eamque rapimur. *Idem in lib. de natura Deorum*. Aegiptij D nullam belluam nisi ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent, obscrauerunt. *Seneca ad Lucil. Epistola* 9. Qui vtilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit quamdiu vtilis fuerit: negotiatio est ista, non amicitia quæ ad commodum accedit . Ouidius in lib. de Ponto. *Idem debet esse vnicuique vtile quod bono commuui.* *Amicitia quæ ad commodũ respicit negotiatio potius est dicenda.*

Nil nisi quod prodest charum est, en detrahe menti
Spem fructus, auidè nemo petendus erit.
En reditus iam quisquis suos amat, & sibi quid sit.
Vtile, solicitis computat urticulis.

Horatius in poetria.

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Idem in lib. epi.

Quid mihi diuitiæ, si non conceditur vti?

Cato in libro de moribus.

Quæ uocitura tenes quamuis sint chara relinque:
Vtilitas opibus præponi tempore debet.
Res age quæ prosunt, rursus vitare memento,
In quibus error inest, nec spes est certa laboris.

De publica vtilitate quærenda plusquam priuata.

CAP. *XCV.*

TVLLIVS *de officio lib.* 1. Scire debemus quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum creari omnia: Homines autem hominum causa fuisse generatos, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. In hoc ergo debemus naturam ducem sequi, & communes vtilitates afferre in medium . Fundamentum enim *Omnia fuere cõdita propter hominẽ; homines vero vt inuicẽ iuuent.*

primum iustitiæ est ne cui noceatur. Deinde vt communi vtilitati seruiatur . Qui reipublicæ profuturi sunt, duo præcepta Platonis teneant. *Vnum* quòd vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agant ad eã referant, obliti commodorum suorum. *Alterum* vt totum corpus reipublicę curent, ne dum aliquã partem tuentur, reliquas deserant, tutela autem & procuratio reipublicæ, ad eorum vtilitatem qui cõmissi sunt, non ad eorum quibus est commissa, gerenda est. Omne autem officium quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendam valet anteponendum est illi officio, quod cognitione & scientia continetur. Est enim humanæ naturæ aptius & vtilius, Magnitudo autem animi, remota comitate & coniũctione humana feritas quædam sit & inhumanitas. *Duo præcepta à quolibet pro reip. bono obseruanda*

Idem in libro 3. Multo magis secundum naturam communitas, iustitia, liberalitas, quam voluptas, vita, diuitiæ; magis quoque est secũdum naturam pro omnibus gentibus (si fieri possit) conseruandis atque iuuandis, maximos labores molestiasque suscipere, quã viuere in solitudine, non solum sine illis molestijs, sed etiam in voluptatibus maximis, & omnium rerum copijs. Vnum omnibus debet esse propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque, & vniuersorum. *Magis secũdum naturã est, magnos labores suscipere pro communi bono, quam in solitudine in maximis deliciis viuere.*

Idem in Rhe. 2. Sapienti nullum incommodum pro republica vitandum est. *Idem in libro de amicitia.* Mihi non minori curæ est qualis respublica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit . *Idem in oratione sua pro Marcello.* Ille vero fortunatus est, ex cuius salute non minor penè ad omnes, quam ad ipsum, C lætitia peruenerit . *Idem prodigatio* . Nihil habet fortuna magis, quam vt possit; nec natura melius, quam vt velit seruare quamplurimos . *Idem in Tusc. lib.* 1. Quæ melior in hominum genere natura, quam eorũ qui se natos ad homines iuuandos & conseruandos arbitrantur. *Nil melius quam velle plurimis prodesse.*

Synodius in epist. lib. 4. Bonum publicum semper euertunt studia priuata. *Terentius in Heauton.* Vt quid aliena cures quæ ad te non pertinent; homo inquit sũ, & ob hoc humanum nihil alienum à me puto. *Seneca de beneficijs lib.* 4. Satius est malis prodesse propter bonos, quam bonis deesse propter malos. *Horatius in lib. Epist.* *Satius est malis prodesse propter bonos quam bonis deesse propter malos.*

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Ouid. in lib. epist.

Qui enim celauerit ignem?
Lumine nam semper proditur ille suo

Auctor. *De hac iterum materia require cap. de officijs, in præcedenti quoque libro cap. de amore patriæ, & capitulo de moralitate.*

De vtilitate, & primo de incolumitate.

CAP. XCVI.

TVLLIVS *in Rhetorica* 1. Vtilitatis autem duæ sunt partes, scilicet incolumitas, & potentia. *Incolumitas est tuta salutis atque integra conseruatio. Idem in oratione sua cum gratias egit populo*. Bona valetudo iucundior est his qui è graui morbo recreati sunt, quã E illis qui nũquam ægro corpore fuerunt. Omnia enim desiderata, magis quam assiduè percepta delectant. *Sydonius in epistolari libro* 2. Vitanda sunt plerumque consilia medicorum assidentium & dissidentium, qui parum docti & satis seduli, languidos multos officiosissime occidunt. *Seneca in Ædipo.* *Quid incolumitas.* *Desiderata magis quam assidue percepta, delectant.*

Vbi turpis est medicina, sanari piget.

Idem ad Lucillum epistola 40. Remedia non prosunt, nisi immorentur. Quis enim medicus ægros in transitu curat? *Idem in* 76. Non sum tam demens vt ægrotare cupiam, sed si ægrotandum fuerit , vt nihil effæminatè faciam. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. *In* 77. In medium cedunt honesta solatia, & quicquid animum exerit, etiam cor-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pori prodest &c. *Require supra in præcedenti libro capitulo de patientia.* Hildebertus Cenomanensis In quærimonia sui de seipso.

Multi de corpore pauci de anima sunt solliciti.

Ha quam solicito quisque labore
Occurrat medico carnis amore:
De moribus animæ nulla querela;
Egressam sequitur tarda medela.

Bernardus super Cantica Cãticorum Homelia 30. Qui voluerit (inquit Dominus) animam suam saluam facere, perdet eam. Quid ad hæc vos dicitis ciborum obseruatores, morum neglectores? Hippocras & sequaces eius docent animas in hoc mundo saluas facere; Christus & discipuli eius perdere. Quem è duobus magistrum sequi eligitis? At manifestum se facit qui sic disputat hoc oculis, & hoc capiti, illud pectori, vel stomacho nocet; profecto vnusquisque quod à suo magistro didicit, hoc in medium profert. Num in euangelio legistis has differentias, aut in prophetis, aut in literis apostolorum; num de Hippocratis vel Galleni sententia, de schola Epicuri debui proferre vobis? Christi discipulus sum, Christi discipulus loquor. Epicurus & Hippocras corporis alter voluptatem, alter bonam habitudinem prefert. Meus vero magister, vtriusque rei contemptum prædicat.

Christus docet corporis incolumitatem contemnere.

De Eodem,

Cap. XCVII.

Hieronymus contra Iouinianum. Morbi ex satietate nimia concitantur, multique impatientiam gulæ vomitu remediantur; & quod turpiter ingesserunt, turpius egerunt. Hippocrates in aphorismis docet, crassa & obesa corpora quę crescendi mensuram impleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralisim, & pessima morborum genera erumpere. Et idcirco necessariam esse demptionem, vt rursum habeant in quæ possint crescere. Non enim manere in vno statu natura corporum potest, sed aut crescere semper aut decrescere. Nec posse viuere animal, nisi crescendi capax sit. Vnde & Galenus doctissimus Hippocratis interpres dicit eos quorum vita & ars sagina est, nec viuere posse diu, nec sanos esse.

Gulosi nec viuere possūt diu nec sani esse.

Idem super Matthęum libro primo. Christus apostolis prohibet portare calciamenta: Plato etiam præcipit duas corporis summitates esse velandas, nec assuefieri debere mollitiæ capitis & pedum; cum enim habuerint firmitatem, cætera robustiora sunt. *Cato vbi supra.*

Pauca voluptati debentur, plura saluti:
Morbi causa mali tibi est, quæcunque voluptas.

Maximianus. *Non intellecti nulla est curatio morbi.* Ouid. in libro de Remedijs 1. *Principiis obsta* &c. *Require supra capitulo de primis motibus reprimendis. De hac quoque materia require plenius infra tractatu de practica medicinæ, vbi de regimine sanitatis. agitur.*

De Corporis pulchritudine secundum philosophos.

Cap. XCVIII.

Avctor. Ad incolumitatem quidem videntur pertinere, non tantum sanitas, & fortitudo corporalis; verum & pulchritudo, & ætas iuuenilis, & huiusmodi; quæ omnia vana sunt & quasi flos fæni transeunt. *Secundus philosophus.* Quid est pulchritudo? flos marcidus? carnalis fælicitas, humana concupiscentia. *Seneca in Hippolyto.* Res est forma fugax. *Idem ad Lucil. epist. 66.* Potest autem ex casa vir magnus exire; potest & ex deformi humilique corpusculo, formosus animus ac magnus; nec deformitate corporis animus fædatur, sed pulchritudine animi corpus ornatur. *Idem in* 80. Cogito mecum quam imbecillo sint animo, quorum lacertos humerosque miramur. *Petronius.* Raram facit mixturam cum sapientia forma.

Pulchritudo vana.

Aristot. Si linceis oculis homines vterentur, vt eorum visus obstantia penetraret, nonne introspectis visceribus etiam pulcherrimum corpus turpissimum videretur. Avctor. Hoc verbum Boetius in libro de conf. recitans, addit: te igitur pulchrum videri, non tua natura, sed spectantium oculorum facit infirmitas. *Valerius libro* 4. Quidam excellentis pulchritudinis adolescens. Spurimia nomine, cum mira specie complurium fæminarum solicitaret oculos; Ideoque viris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret, oris decorum vulneribus confodit: deformitatemque sanctitatis suæ fidem, quàm formam irritamentum alienæ libidinis esse maluit.

Forma corporis raro facit mixturā cum sapientia; imo nec perfecta est sed superficietenus.

Exemplum.

De Eodem secundum poetas.

Cap. XCIX.

Tibvllvs lib. 1.

Sit procul à nobis, formam qui vendere curat,
Et pretium plena grande referre manu.

Forma viros neglecta decet.

Ouidius in libro epistol.

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.

Idem in libro de arte 1.

Forma viros neglecta decet.
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Delectant etiam castas preconia formę.

Idem in 2.

Forma bonũ fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor: & spatio carpitur ipsa suo.
Nec violæ semper, nec lilia candida florent.

Idem in lib. de Fastis.

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.

Fastus inest pulchris.

Idem in lib. tristium 3.

Ista decens facies longis vitiabitur annis:
Rugaque in antiqua fronte senilis erit.
Cumque aliquis dicet, fuit hęc formosa, dolebis;
Et speculum mendax esse querere tuum.

Scalpurius in Bucolicis.

Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores:
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent.
Nec longum tenet vua comas, nec populus vmbras.
Donum fortunæ breue est nec commodet annis.
Omnia tempus alit, tempus rapit vsus in arcto.

Iuuenalis 4. libro.

Mors sola fatetur
Quantula sint hominum corpuscula.

Pulchritudo raro coharet cũ pudicitia.

Rara est concordia formæ
Atque pudicitiæ.

De iuuenili ætate.

Cap. C.

Avctor. Sed nec in iuuenilis ætatis robore cõfidendum est: quia mors iuuenibus est in insidijs, quæ senibus est in ianuis. *Tullius in lib. de senectute.* Frustra igitur sperat adolescens, vel promittit se diu victurum. Quid enim stultius, quàm incerta pro certis habere? quoniam etiam illa ætas multo plures quàm senectus habet mortis casus. Facilius enim in morbos adolescentes incidunt, grauius ægrotant, tristius curantur in hoc etiam melioris conditionis est senex, quia quod sperat adolescens, ipse consecutus est. Ille vult diu viuere, iste diu vixit: quamquam mihi quidem nec diuturnum videtur quicquam, in quo est aliquid extremum, cum enim id aduenit, tunc id quod præterijt effluxit: hoc tamen remanet, quod virtute & rectè factis quisque consecutus est. Mors etiam contingit adolescentibus, aduersante & repugnante natura: & ideo grauis: senibus vero venit tanquam sponte, nulla vi adhibita, & ideo leuis. Sicut ergo poma ex arboribus si cruda sunt vi auelluntur, si matura & cocta decidunt: sic vis adolescentibus vitam aufert, senibus maturitas.

Frustra sperat adolescēs se diu victurum.

Mors iuuenū grauis, senū vero leuis.

Simile.

Seneca ad Luc. epist. 26. Iunior est, quid refert? Incertum est quo loco te mors expectet. Ita tu illam

Mors omni loco expectāda.

omni

omni loco expecta. *Tibullus lib.2.*

Sæpe quidem cani nigros lasere capillos,
Sæpe venit tacito curua senecta pede.

Iuue. 3. lib.

Festinat enim decurrere velox
Flosculus; angusta miseraque breuissima vitæ.
Portio. Ouid. sine tit. lib. 1.
Labitur occultè, fallitque volubilis ætas:
Et celer admissis labitur annus equis.

Cato vbi supra.

Tempora longa tibi noli promittere vitæ:
Quocunq; ingrederis, sequitur mors corporis vmbra.

AVCTOR. *De hac quoque materia require supra cap. de moribus iuuenum.*

De Senili ætate & bono senectutis.

CAP. *CI.*

TVLLIVS vbi supra. Quietè & purè atque elegãter actæ ætatis, placida & leuis est senectus. Nã ipsa benè actæ vitæ, beneficiorumque multorum recordatio, iucundissima est. Temeritas florentis ætatis, prudentia autem senescentis, vnde qui legere aut audire antiqua voluerit, Maximas res ab adolescentibus labefactas, à senibus autem sustentatas & restitutas reperiet. Decorus est sermo senis, quietus & tremulus, facitque sæpe ipsa sibi audientiam : diserti senis compta & mitis oratio. Senectus honesta, si ius suum retinet. O præclarum munus ætatis ! siquidem aufert nobis quod est in adolescentia vitiosissimum, scilicet libidinem corporis. Cupidis rerum odiosum & molestum est carere. Satiatis vero & expletis, iucundius est carere quàm frui. Quanta illa sunt quæ affert senectus animo, tanquam emeritis stipendijs libidinis, ambitionis, & contentionis, inimicitiarum, & cupiditatum omnium: secum esse, secumque viuere. Si vero & aliquod pabulum habet studij atque doctrinæ, nihil ociosa senectute iucundius. Apex senectutis est auctoritas: vnde in senatu vt quisque ætate antecedit, eius sententia principatum tenet . Non tamen cani nec rugæ auctoritatem repente arripere possunt, sed honesta superior ætas, fructus capit auctoritatis extremos. Mors etiam contingit adolescentibus &c. *Require in præcedenti capitulo.*

Exempla. Pisistrato tyranno à Solone responsum est, quærẽti qua tandem re fretus, sibi tam audacter resisteret: senectute inquit. *Val. 6. libro,* Pascelius iurisperitus, cum de temporibus liberius multa loqueretur, ab amicis ne hoc faceret admonitus, duas res quæ hominibus amarissimæ viderentur, magnam licentiam præbere sibi respondit, senectutem scilicet & orbitatem. *Idem in 4.* Sophocles ætate iam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiam rebus venereis vteretur. Dic (alias dij) meliora inquit; libenter enim istinc, tanquam ex aliqua furiosa donatione profugi. *Fulgentius in libro Mythologi. 3.* Omnis enim coloratæ iuuentutis igniculus, torpido veternositatis algescit in senio. *Seneca ad Lucil. epist. 61.* An te senectutem curaui vt bene viuerem; in illa, vt bene moriar.

De incommodis senectutis.

CAP. *CII.*

SECVNDVS philosophus. Quid est senectus? optatum malum, mors viuentium, incolumis lãguor. spirans mors. *Ex prouerbijs sapientum.* Heu quam multa pœnitenda incurrunt homines viuendo diu. *Tull. in lib. de senectute.* Nemo tam senex est, qui se annum viuere posse non putet . In studijs laboribusque iuuentutis, non intelligitur quando obrepit senectus. Ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. *Quintil. ca. 1.* Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus. *Virgilius in Georgicis 3. lib.*

Optima quæque dies miseris mortalibus æui.
Prima fugit; subeunt morbi, tristisque senectus.
Frigidus in venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit.

Horatius in poetria.

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet vti: *Mores senũ describũtur*
Vel quia res omnes timidè gelideque ministrat:
Dilator, spe longus, iners, aniduſq; futuri.
Difficilis querulus, laudator temporis acti
Se puero, castigator, censorque minorum.

Maximianus

Tu mea sola subdis tibi miseranda senectus:
Cui cedit quicquid vincere cuncta solet.
Singula turpe seni quondam questa referre:
Et quod tunc decuit, iam modo crimen habet.
Stat tremulus dubiusq; senex, semperque malorum
Credulus, & stultius quæ facit ipse timet.
Laudat præteritos, præsentes despicit annos.
Hic tantum rectum quod sapit esse putat.
Se solum doctum, se iudicat esse peritum;
Et quod sit sapiens: desipit ipse magis.
Desipit auditor, nec deficit ipse loquendo.
O sola fortes garrulitate senes.

AVCTOR. *De hac quoque materia require supra capitulo de moribus senum.*

De Remedijs senectutis.

CAP. *CIII.*

TVLLIVS vbi supra. Vt autem contra morbum, sic contra senectutem pugnandum est, & habenda ratio valetudinis, vtendum ergo est exercitationibus modicis, & tantum cibi ac potus adhibendum, vt vires reficiantur, non opprimantur; potest enim exercitatio & temperantia, etiam in senectute aliquid pristini roboris conseruare: nec corpori tantum subueniendum est, sed animo multo magis. Nam quod *Vitia senectutis non illi necessario insunt.* senes aiunt stultos, credulos, obliuiosos, & dissolutos: non sunt hæc vitia senectutis, sed inertis ignauæ ac somniculosæ senectutis. Sicut enim petulantia vel libido, magis est adolescentum quàm senum, nec tantum omnium adolescentum, sed improborum: sic ista senilis stultitia, quæ deliratio dicitur, senum est, non omnium sed leuium. Sicut autem adolescentem in quo est senile aliquid: sic & senem in quo est adolescentis aliquid, probo. Quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam.

Seneca de naturalibus quæstionibus libro 7. Obijciat sibi senectus annos inter studia vna consumptos, & damna ætatis malè exactæ labor sarciat, occupationes recidantur, patrimonij longa cura soluatur; si enim totus animus vacet, & ad contemplationem sui saltem in ipso fine respiciat, faciet, ac sibi instabit, & quotidie brœuitatem temporis metiens, quicquid commissum est diligenti vitæ præsentis vsu recolliget. *Qui bene vixit corpore senex esse poterit non animo.* *Require supra in lib. præcedenti ca. de memoria: Item de remedijs contra senectutem. Require plenius infra libro ae practica medicinæ ca. de regimine senum.*

De Brevitate huius vitæ.

CAP. *CIIII.*

EX prouerbijs sapientum. Homo vitæ commodatus est, nõ donatus: lex enim vniuersalis est, quæ iubet & nasci, & mori. Itaque male viuunt, qui se victuros semper putant. *Seneca de naturalibus quæstionibus lib. 3.* Fluit tempus, & auidissimos sui deserit, pendeo, & magni est modicum fuisse. Eleganter Lelius cuidam dicenti 60. annos habeo: hos inquit 60. dicis, quos non habes. *Ouid sine titulo libro 1.*

Labitur occultè, fallitq; volubilis ætas.
Et celer admissis labitur annus equis.

Idem in libro 3.

Ludite, eunt anni more fluentis aquæ.

Vita homini commodatur non datur.

Multa incõmoda incurrũt homines viuẽdo diu.

Nullus tam senex qui se annum viuere posse nõ putet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nec quę prateriit iterum reuocabitur v nda.
Nec quæ prærijt hora redire poteſt.
Idem in lib. Metamor. 15.
Omnia mortalia fluunt cum tempore quaſi in torrente.
Cuncta fluunt, nihil quod toto perſiet in orbe:
Ipſa quoque aſſiduo voluuntur tempora motu:
Non ſecus ac flumen: nec enim conſiſtere flumen,
Nec leuis aura poteſt; ſed vt vnda impelluur vnda:
Vrgetur eadem veniens, vrgetq; priorem.
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur.
Corpora vertuntur, nec quod fuimuſve ſumuſve
Cras erimus.
Idem in lib. de Faſtis 6,
Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis:
Effugiunt freno non remanente dies.
Petronius.
Heu heu nos miſeros, quàm totus homuncio nihil eſt.
Nil erimus cuncti poſtquàm nos aufferet orcus.
Ergo viuamus, dum libet eſſe, benè.
Maximianus.
Cuncta trahit ſecum, vertitque volubile tempus:
Nec patitur certa currere quaque via.
Iam nihil eſt totum quod viximus, omnia ſecum
Tempus prateriens horaque ſumma trahit.
AVCTOR. *De hac quoque materia require ſupra capitulo de Iuuenili ætate, capitulo de Moribus iuuenum.*

De multiplici miſeria huius vitæ ſecundum philoſophos.

CAP. CV.

Quid homo. APVLEIVS in libro de Deo Socratis. Homines quidem ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, ſed moribundis membris, leuibus & anxijs mentibus, brutis & obnoxijs corporibus, diſſimilibus moribus, ſimilibus erroribus, audacia peruicaci, ſpe pertinaci, caſſo labore, fortuna caduca, ſigillatim mortales, volucres tempore, tarda ſapientia, cita morte.

Quid vita. *Secūdus philoſophus.* Quid eſt homo? mēs incarnata, phantaſma temporis, ſpeculator vitæ, mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes, anima laborioſa, parui temporis habitaculum. Quid eſt vita? beatorum lætitia, miſerorum mæſtitia, expectatio mortis. *Plinius in li de hiſtoria naturali 7.* Cæteris animantibus varia tegumenta natura tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera; truncos etiam arbori, quæ cortice interdum gemino, à frigoribus & calore tuta eſt: hominem vero tantum nudum, & in nuda humo, natali die abijcit, ad vagitus proſtratum & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lachrymas, & protinus in vitæ principio.

Solus homo naſcitur nudus & plorans inter omnia animalia.

Sydonius in epiſtolari ſuo lib. 5. O neceſſitas abiecta naſcendi, miſera viuendi, dura moriendi. *Ex prouerbijs ſapientum.* Homo toties moritur quoties amittit ſuos. *Valerius lib. 9.* Humanæ vitæ curſus, modo aſpero, modo tranquillo motu peragitur; ſpe ſemper minor, dum & cupide votis extenditur, & vere ſine ratione conſumitur. Nam & ſi bene eo vti velis, etiam paruum ampliſſimum efficies, numerum annorum multitudine ſuperando, vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu id potuiſſe gaudium quod fulmen, &c. *require in præcedenti lib. ca. de gaudio.*

Paſſiones animis non ſinūt hominem eſſe felicem.

Plautus in Aululatia. Imbecilla tantum corpora nobis eſſe videntur, vt quanto animus infirmior eſt, ſpes, timor, cupiditas, auaritia, fælicem eſſe non ſinunt. *Boetius de Conſolatione lib* 3. Pecuniamne congerere conaberis? at eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis? danti ſupplicabis. Et qui præire cæteros honore cupis, poſcendi humilitate vileſces, potentiam ne deſideras ſubiectorum? inſidijs obnoxius periculis ſubiacebis. Si gloriam petas, per aſpera quæque diſtractus, ſecurus eſſe deſiſtis. Voluptuariam vitam eligis? ſed quis non ſpernat & abijciat viliſſimæ fragiliſſimæque rei, ſcilicet corporis, ſeruitium.

A Seneca in Hercule furente.
Quacumque miſerum videris hominem ſcias.

De Eodem ſecundum Poetas.

CAP. CVI.

HILDEBERTVS de exilio ſuo.
Multa miſeria hominis in hoc mūdo. *Hoc eſt hac hominis ſemper cum tempore labi,*
Et ſemper quadam conditione mori.
Eſt hominis nudum naſci, nudumq; reuerti
Ad matrem, nec opes tollere poſſe ſuas.
Eſt hominis putrere ſolo, ſaniemque fateri:
Et miſeris gradibus in cinerem redigi.
Iſtius eſt hæres hōmo proprietatis, & illum
B *Certius his dominum præmia nulla manent.*
Res & opes præſtantur ei, famulantur ad horam:
Eſt locuples mane, veſpere pauper erit.
Nemo poteſt rebus ius aſſignare manendi,
Quæ nutus hominis non didicere ſequi.
Ius illis Deus aſcripſit, ſtatuitque teneri:
Legibuſque metu ſtare vel ire ſuo.
Martialis coquus.
Expectant curæque, catenatique labores
Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant.
Hac vtraque manu, complexuque aſſere toto:
Sæpe fluent, immo ſic quoque lapſa ſinu.
Maximianus,
O quàm dura premit miſeros conditio vitę,
Nec mors humano ſubiacet arbitrio. *Dulce mori miſeris.*
C *Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit:*
At cum triſtis erit, præcipitata venit.
Morte mori melius, quàm mortis ducere viam.
Pœna minor, certam ſubito perferre ruinam;
Quàm quod pertimeas, ſuſtinuiſſe diu.
Iam nihil eſt totum quod viximus, omnia ſecum
Tempus prateriens, horaq; ſumma trahit.
Sed ſolis miſeris ſupereſt poſt omnia luctus.
Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo.
Nonne placet melius, certis confidere rebus?
Euentus varios res noua ſemper habet.
Fœlix qui potuit tranquillam ducere vitam:
Et lętos ſtabili claudere fine dies. *Medicina miſeriarum, obliuio eſt.*
Fulgentius in lib Mithologiarum 2. *Sola medicina miſeriarum obliuio eſt.*

D *De Infelicitate animæ degentis in hoc mortali corpore ſecundum philoſophos.*

CAP. CVII.

HILDEBERTVS. Corporis huius carcer ea materia compactus eſt, cui facile inhæreat admotarum flamma voluptatum. Quis igitur eius incarceratus calefieri dubitet, in quem cineres & fauillam, vicinum iaculatur incendium. Sentire fætorem vix aut vnquam gubernator euadet. Nimis itaque difficile eſt affectum quo ſumma corporis nauicula plena eſt, ad rectorem ſpiritum minimè peruenire: quo plerumque perfuſus, & ipſe tam carnaliter carnis morigeratur imperijs, vt cum illa vitæ moleſtijs affligitur, per
E ipſa eius imperia, viuificationem ipſius impugnare, magnum putat obſequium, cum viuere magnum putat eſſe ſupplicium. *Difficile eſt animam à carne non inficī.*

Idem in perſona animæ ſuæ de ſtatu ſuo conquerentis atque plangentis. Loquitur anima.
Iam iamque ruentis,
Hoſpita ſeruili conditione premor. *Anima de corpore conqueritur.*
Triſte iugum ceruice gero, grauibuſq; catenis,
Proh dolor ad mortem non moritura trahor.
Heu mihi quàm docilis falli, quam prompta ſubire
Turpia, quàm velox ad mea damna fui.
Hoſpitium ſponſus mira fabricauerat arte;
Quo ſuſcepta breui tempore caſta fui.
Nam mihi verſutus, ſed origine clarus adulter
Illuſit, famula ſubreſerante fores.
Muſſitat, obloquitur, præſentibus imperat vti

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Delicijs, opibus, nomine lactat heram.
His peruersa modis captum peruertit honestum,
Et miseram quo vult imperioso trahit.
Hospitij lex ista mei, his exul ad horam
Obligor, hoc fœdus soluet amara dies.
Egrediar, sed nescio quo, sed nescio quando:
Et fortasse dies iste supremus erit.
Est igitur ponenda domus, qua libera, tristi
Carcere perpetuo iure carere queam.

De Eodem secundum poetas.

Cap. CVIII.

Est graue dissidiũ inter animam & corpus.

Prvdentivs vbi supra.
Feruent bella horrida feruent.
Ossibus inclusa fremit, & discordibus armis.
Non simplex natura hominis; nam viscera limo
Effigiata, premunt animum: contra ille sereno
Editus afflatu nigrantis carcere cordis
Æstuat, & sordes & carnis vincla recusat.
Galtherus in Alexandreide lib. 7.
Dum sequitur profugi bona momentanea mundi,
Allicit illecebris animam caro: nec sinit esse
Principij memorem; quòd eius imaginis instar
Facta sit, & quorsum resoluta carne reuerti
Debeat, inde boni subit ignorantia veri.
Bernardus in Microcosmo.
Velle Dei formatur homo, cui corpus ab imis:
A superis animus superinfluit.
Velle Dei, mixtura modum, moderatio nexum,
Nexus amicitiam pariat sacer.
Ne pigeat mentem cæcas habitare tenebras,
Hospitiumq; pati graue corporis.
Nec propria de carne queat feciſſe querelam
Spiritus, in proprijs subiectior.
Vt concors sibi disparitas coniuret amicè,
Huius ad artis opus comes euocor.
Mirari libet in cælo stabilita profunda
Mentis, & argutæ primi potentis opus.
Anima & corpus in homine ex diuersis trahũt originem.
Mentem de cœlo, corpus trahit ex elementis:
Vt terras habitet corpore, mente polum.
Mens corpus diuersa licet, iunguntur ad vnum:
Vt sacra complacitum nexio reddat opus.
Diuus erit, terrenus erit, curabit vtrumque,
Consilijs mundum, religione Deum.
Naturis poterit sic respondere duabus:
Et sic principijs congruis esse suis.
Cum superis commune bonum rationis habebit:
Distrahet à superis linea parua hominem:

De Tædio huius vitæ.

Cap. CIX.

Vnde vitæ tædium.

Hildebertvs. Caro enim viuificationis officium amat, tantamque cum eo pacem pepigit, vt si quid ei contrariũ nouerit, & implacabili odio, abhorreat, & curiosa solicitudine auersetur, quæ cum ita sint, tantum tamen amorem, tamque germanum fœdus, plerumque superuenientes irrumpunt molestiæ, quibus excitata caro, ad viuificationis odium spiritum solicitat ad consensum: quia sicut illecebrarum desiderio, sic pernicioſæ commouetur anxietate solicitudinum. Quibus dum venatrix illa deliciarum, diu subesse, & diu fatigari formidat, paulatim incipit tædere vitæ, placetque viuificationis gratiam abiurare, cuius obsequia permixtis incommodis amarescunt. Nascitur inde turpis ac ridiculosus mortis appetitus, nequàm scilicet progenies, & qui modo vipereo, suos plerũq; suffocat & extinguit genitores. Nonnullos etenim tua tempora quoque habuere, quos ad laqueum egit dolor amisse pecuniæ. Nam de veteribus quid loquar? quorum mortes simili prouocatas insania, veridicis assertionibus nequaquàm poetæ tacuerunt. Num recolis idem te attestatum, cum affectatæ mortis originem, suppositis

A decantares versiculis.
Cum placeat carni quod viuificatur, ametque
Hoc animæ obsequium, tum cuenit vt diuturnis
Fracta malis, vitam fastidiat, abdicet annos.
Malit obire semel, quàm sapius, atque suprema.
Morte rapi, quàm tot præeuntibus esse superstes.
Sed licet his instet, non est homicida voluntas, *Culpa creatur ex consensu spiritus.*
Donec declinat, faueatque vxorius illi
Spiritus; hòc stimulis & blanda lite subacto,
Gignitur excessus; quia dum caro clamat, eamque
Spiritus exaudit, consensu culpa creatur:
Inque creando nefas, caro sit vir, spiritus vxor.
Eusebius in Chronicis. Anno imperij Augu. 41. Marcus Portius Cato latinus declamator, tædio duplicis quartanæ semetipsum interfecit. *Cato tædio quartanæ se interfecit.*

B *Quod non sit ad mortem currendum præfastidio vitæ secundum philosophos.*

Cap. CX.

Seneca ad Lucil. epistola 24. Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ; & tunc quoque cum crescimus. vita decrescit. Ridiculum est currere ad mortem tædio vitæ: vir fortis ac sapiens non debet è vita fugere, sed exire. *Idem in* 78. Nec vita sit tædio, nec mors timori; vitam enim in odium sui adducere solet iners ocium, hisque necesse est omnem vitam breuem videri, qui illam voluptatibus vanis, & ideo infinitis, metiuntur. interim hoc tene, hoc morde, aduersis non succumbere, lætis non credere, omnem fortunę licentiam in oculis habere, tanquàm C quicquid potest facere factura sit; quicquid enim expectatum est diu, leuius accedit. *Etiam dum crescimus vita decrescit.* *Nec vita tædio sit, nec mors timori.*

Quintus Curtius lib. 4. Fortium virorum est magis mortem contemnere, quàm vitam odisse. *Valerius Maximus lib.* 9. Ratio vitam eligere, mortem non timere præcepit. *Epicurus.* Ridiculum est currere ad mortem tædio vitę, quid tam ridiculum quàm appetere mortem, cum vitam inquietam tibi feceris metu mortis? *Macrobius in lib. de somnio Scipionis* 1. *Require infra cap. de bona morte appetenda.* *Vita eligẽda est, mors contemnenda.*

De Eodem secundum poetas.

Cap. CXI.

D Lvcanvs lib. 5.
Sanitia est voluisse mori.
Galtherus in Alexand. lib. 6.
Fortis animi est contemnere vitam; *Fortis est vitam contemnere sed non odisse.*
Non odisse tamen vitam, sed amare virorum est.
Degeneres, & quos constat tædere laboris,
Compelluntur ad hoc, vt vitam ducere vile
Quid reputent: quid mirum, ignauo viuere mors est? *Ignauo viuere mors est.*
Martialis coquus.
Hostem cum fugeret se Faunius ipse peremit.
Hic rogo num furor est, ne moriare mori? Idem:
Quod nimium laudas Cheremon stoice mortem,
Vis animum mirer, suspiciamque tuum:
Hanc tibi virtutem fracta facit vrceus ansa;
Et tristis nullo qui tepet igne focus.
Rebus in angustis facile contemnere vitam. *Fortis est qui miser esse potest.*
E *Fortiter ille facit qui miser esse potest.*

De Necessitate moriendi.

Cap. CXII.

Secvndvs philosophus. Quid est mors? etenim somnus, diuitum pauor, pauperum desiderium, ineuitabilis euentus, latro hominis, fuga vitæ, resolutio omnium. *Ex prouerbijs sapientum.* Homo vitæ cõmodatus non donatus. *Horatius in poetria.* *Quid mors.*
Debemus morti nos nostraque. Item.
Mortalia facta peribunt,
Adhuc sub iudice lis est.
Ouidius in libro epist.
Occurrunt animo patiendi mille figura:

Mors minus pœna habet quam apprehẽſio eius.

Morſque minus pœna, quam mora mortis habet.
Idem in libro Met. 10.
Omnia debentur morti, paululumque morati,
Serius aut citius, ſedem properamus ad imam:
Tendimus hac omnes, hæc eſt domus vltima.
Idem ſine titulo lib. 4.
Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat
Omnibus obſcuras inijcit illa manus.
Viue pius, Moriere pius, cole ſacra colentem.
Mors tamen à templis in caua buſta trahit.
Claudianus in minori.
Quicquid liquidus complectitur aer.
Quicquid alit tellus, quicquid maris æquora verrunt.
Quod fluuij voluunt, quod nutriere paludes.
Cuncta tuis pariter cedunt animalia regnis,
Lunari ſubiecta globo, qui ſeptimus auras
Ambit, & æternis mortalia ſeparat aſtris.
Sub tua purpurei venient veſtigia reges;
Depoſito luxu, turba cum paupere mixti.
Omnia mors æquat.
Maximianus.
Ortus ſuos cuncta repetunt, matremque requirunt.
Et redit in nihilum, quod fuit ante nihil.
Lucanus.
Communis mundo ſuperẽſt rogus, capit omnia tellus
Quæ genuit, cœlo tegitur qui non habet vrnam.
Statius in Thebaide.
Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.
Proſper vbi ſupra.
Ferro, peſte, fame, vinclis, ardore, calore:
Mille modis miſeros mors rapit vna homines.
Ennodius.
Non expectatis mors venit ordinibus.
Serlo.
Mors omne durum, præſens graue, triſte futurum:
Fine carens finis, & plena ruina ruinis.

Omnia mors æquat.

Mors eſt finis carens fine, & ruina plena ruinis.

AVCTOR. *De hac quoque materia require ſuperius, ca. de iuuenili ætate; & iterum cap. de labilitate vitæ, inferius cap de mortis æquitate.*

De fortificatione ſui contra mortem.

CAP. CXIII.

TVLLIVS vbi ſupra. Meditatũ eſſe debet ab adoleſcentia, vt mortẽ negligamus; ſine qua meditatione tranquillo animo nemo eſſe poteſt, cum certiſſimè moriendũ ſit, & quo incertum tempore. Sapientiſſimus quiſque æquiſſimo animo moritur, nec eum vixiſſe pœnitet, qui ita vixit, vt non fruſtra ſe natũ exiſtimet; & ex hac vita diſcedit tanquam ex hoſpitio, non ex domo: commorandi enim diuerſorium natura nobis dedit, non habitandi. *Idem in lib. de Paradoxis.* Mors terribilis eſt his, quorum cum vita omnia extinguuntur, non his quorum laus emori non poteſt.

Natura dedit nobis diuerſorium in hoc mundo, non domum, ideo mors nõ eſt timenda.

Philoſophia eo tendit vt quis diſcat mori, & animũ à corpore ſecernere.

Idem in Tuſc. lib. 1. Tota philoſophorũ vita (vt ait Cato) commentatio mortis eſt. Nam quid aliud agimus, cum à voluptatibus carnis, & à re familiari, quæ eſt miniſtra corporis, & à reipubl. negotijs, animum ſeuocamus; niſi quod ipſum animum ad ſeipſum vocamus, maximeq; à corpore abducimus, ſecũque eſſe cogimus? Animum autẽ à corpore ſecernere nihil aliud eſt, quam mori diſcere. Hoc ergo mihi crede cõmentemur, noſque à corpore ſeiungamus, ideſt mori conſueſcamus. *Idem in oratione vt interficiantur deprehenſi.* Nequaquam viro forti turpis mors accidere poteſt. *Vegetius Renatus de re militari. lib.* 1. Mortem minus timet, qui minus deliciarum nouit in vita.

Miſerum eſt neſcire mori.

Seneca in Agamemnone. O quàm miſerum eſt neſcire mori. *Idẽ ad Lucil. epiſtola* 4. Plerumque inter mortis metum & vitę tormenta miſeri fluctuant, & viuere nolunt, & mori neſciunt: facitoque tu tibi iucundam vitam, omnem pro illa ſolicitudinẽ deponendo. Nullum bonum adiuuat habẽtem, niſi ad cuius amiſſionem præparatus eſt animus. *Idem in* 26. Qui mori didicit, naturæ ſeruire didicit; ſupra omnem potentiam eſt, certe extra omnem. Quid ad illum carcer, & cuſtodia, & clauſtra, liberum oſtium habet, vna eſt cathena quæ nos alligatos tenet, amor vitæ.

Amor vitæ eſt vnica catena noſtra.

Idem in 54. Illum lauda & imitare, quem non piget mori cum iuuet viuere; quæ eſt enim virtus cum eijciaris exire? Sapiens nil inuitus facit, neceſſitatem effugit, quia vult quod coactura eſt.

Sapiens nil inuitus facit.

Petronius.
Heu heu nos miſeros, quàm totus homuncio nil eſt:
Nil erimus cuncti poſtquam nos auferet orcus.
Ergo viuamus, dum licet eſſe, bene.

Ego ſic ſemper & vbique vixi vt vltimam quamque lucem tanquàm non redituram conſummem.

Verſificator.
Ne ſis ſecurus, hodie vel cras moriturus.
Intus ſine foris, eſt plurima cauſa timoris.
Cunctis ſis horis, hominis memor interioris.

AVCTOR. *De hac iterum materia require in lib. præcedenti. ca. de prouidentia.*

De contemptu mortis ſecundum Philoſophos.

CAP. CXIIII.

VALERIVS libro 9. Corporis & animæ ſocietas infirmo vinculo cohærens dirimitur, minimoque ſtudio bonum retinendum eſt, cuius caduca poſſeſſio tam leui afflatu violentiæ concuſſa dilabi poteſt. *Varro in ſententijs.* Cum natura litigat qui mori graue ferat, duplexque malum eſt, cum moleſtè ferimus quod neceſſe eſt. *Seneca in libro de Remedijs fortuitorum.* Stultum eſt timere quod vitare non poſſis; optimumque eſt mori, cum iuuat viuere. *Idem in lib. de naturalibus quæſtionibus.* 6. Puſilla res eſt hominis vita, licet ingens res contemptus vitæ, hanc qui contempſerit, ſecurus videbit Maria turbari, Secu[illegible]is aſpiciet horridam faciem fulminantis cœli. Quid ad me quàm magna ſint quibus pereo? ipſum perire non magnum eſt, proinde ſi volumus eſſe felices, & nec hominum nec rerum timore vexari, anima in expedito habenda eſt.

Optimum eſt mori cum iuuat viuere.

Idem in libro 6 Contemne mortem, & omnia quæ ad mortem ducunt contempta ſunt, ſiue bella, ſiue naufragia, ſiue ruinarum pondera. Nunquid amplius facere poſſunt quàm vt corpus ab anima reſoluatur? hoc nulla diligentia euitat, nulla fælicitas donat, nulla potentia euincit. O te dementem & oblitum fragilitatis tuæ, ſi tunc mortem tantum times cum tonat; viues ſi fulmen effugeris: Repetet te gladius? petet lapis, petet bilis: non maximum ex periculis, ſed ſpecioſiſſimum fulmen eſt tecum, ſi ſenſum mortis tuæ celeritas infinita præueniat. Iratis dijs propitijſque moriendum eſt. Animus autem ex ipſa deſperatione maturat.

Stultum eſt mortem timere cum euitari non poſſit.

Idem in libro declamationũ 3. *Crudelius eſt quàm mori, ſemper timere mortem.* Idem in Troade. *Optanda mors eſt, ſine mortis metu mori.* Idẽ in Thyeſte. *Abeant quæſtus, diſcedat timor: vitæ nimic auidus eſt, quiſquis non vult mundo ſecum pereunte mori.* Idem in Hercule Oetheo. *Nuſquam ille miſer eſt, cui facile eſt mori.*

Crudelius eſt timere mortem quam mori.

De Eodem.

CAP. CXV.

IDem ad *Lucil. epiſtola* 26. Quę querela eſt, quod incommodum, ſi quicquid debeat deſinere, deficit? & quæ exitus melior, quàm in finem ſuum natura ſoluente dilabi? *Idem in libro* 54. In hoc ni fallor erramus, quòd mortem ſequi iudicamus cum illa & præceſſerit, & ſecutura ſit. Quicquid enim ante nos fuit mors eſt.

Idem in 77. Nemo tam imperitus eſt, vt neſciat quã-

doque

Æque stultũ est dolere quod nõ vixeris vlterius, quã quod nõ antea vixeris.

doque sibi moriendum esse; & tamen cum prope accesserit tergiuersatur, tremit, plorat; nonne tibi videtur stultissimus qui fleuerit, quod ante mille annos nõ vixerit? Æquè stultus est qui flet, quod post mille annos non viuet. hæc paria sunt, non eris, nõ fuisti; vtrunque tempus alienum est quod fles, ad hanc legem natus; quid noui est: omnibus accidit. *Idem in* 82. Non autem est mors glorioſa, sed fortè mori glorioſum est. quæ dementia est fugere, cum retroire non possis.

Qui mortem non timet magnũ sibi adfert præsidiũ ad beatã vitam.

Tul. in Philippica 8. Turpis fuga mortis, omni morte peior est. *Idem in Tuscul. libro secundo.* Qui (nõ modo quia mori necesse est, verumetiam quia nihil mors habet quod sit horrendum) mortem non timet, magnum sibi præsidium ad beatam vitam comparat. *Valerius libro septimo.* Theodorus Cyrenæus, cum regem Lysimachum increpasset, & ob hoc eum ille cruci affigi iussisset; terribile ait hoc sit purpuratis tuis; mea siquidem nihil interest, humi an in sublimi putrescã.

Cato vbi supra.

Fac tibi præponas mortem non esse timendam:
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum.
Non metuit mortem qui scit contemnere vitam.

Lucanus libro octauo.

Mors vltima pœna est, nec metuenda viris.

De bona morte appetenda.

Cap. CXVI.

Homo dicitur mori secundum virtutem cum corporeas illecebras contemnit.

Macrobius in libro primo de sõnio Scipionis. Plato in Phedrone diffinit homini non esse sua sponte moriendum; sed in eodem iterum dialogo idẽ dicit, mortem philosophantibus appetẽdam, & ipsam philosophiam esse meditationem moriendi: hæc sibi contraria esse videntur; sed non est ita. Nã Plato duas mortes hominis nouit, quarum vnam natura, altera virtutes præstant; homo enim moritur cum anima corpus relinquit, solutum lege naturæ. Mori autẽ dicitur, cum anima adhuc in corpore constituta, corporeas illecebras, philosophia docente contemnit, & cupiditatum dulces insidias, reliquasque omnes exurit passiones. Et hãc mortem dicit Plato sapientibus appetendam. Illam vero quam omnibus natura constituit, cogi vel inferri, vel accersiri vetat.

Mors est iustorũ merces, & ideo optabilis.

Mercurius Trimegistus ad Asclepium. Nos quidẽ pijssimis votis optamus, si diuinę placeret pietati, vt nos mũdana custodia absolutos, superioris partis naturæ restituat; & hæc est merces piè sub Deo, diligenter cum mundo, viuentibus.

Nemo ante mortem beatus.

Ouid. in libro Metamor. tertio.

Vltima semper
Expectanda dies, homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera, debet.

Idem in lib. epist.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
Morsque minus pœna quam mora mortis habet.

Maximianus.

Morte mori melius, quam mortis ducere vitam.
Pœna minor certam subito proferre ruinam:
Quam quod pertimeas sustinuisse diu.
Felix qui potuit tranquillam ducere vitam:
Et lætos stabili claudere fine dies.

Martialis coquus.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator Cignus funeris ipse sui.

Fac de necessitate virtutem.

Ganfredus in poetria noua.

Quandoquidem mortem sit non vitare necesse,
Transeat in formam virtutis.

De compendio mortis.

Cap. CXVII.

Mors est finis miseriarum &c.

Auctor. Idcirco nec mors, præcipuè miseris, nõ modo non est formidabilis, verumetiam optabilis, quia finis est miseriarum, requies laborum, naturalis debiti solutio, paruulorum curatio, carceris effractio, exilij quoque liberatio, & ad patriam regressio, meritorum reuelatio, philosophiæ cõsummatio. Hinc etiam Solonis Athenienſis (vnus vocatur ex illis 7. qui primum in Græcia sapientes appellati floruerunt) in philosophia legitur esse elegans illa sententia: Felicitatis index est dies vltimus, & appellationis honorem sapienti confirmat rogus. Siquidem rerum initia debentur fortunæ, philosophiam solus consecrat finis. Zenon quoque Stoicus hac etiam collatione vsus est, vt refert Seneca. Nullum malum glorioſum est, mors autem glorioſa est, mors ergo malum non est. Vnde & ipse Zeno manus sibi intulit, vt post mortem felicius viueret, sicut dicit Lactantius.

Felicitatis index est dies vltimus.

Saluſtius in Catilinario. In luctu atque miserijs, mors ærumnarum requies est, non cruciatus. *Seneca ad Lucil. epistola 24.* Multum fuit Carthaginem vincere, sed amplius mortem. Adeo mors timẽda nõ est, vt beneficio eius nihil anteferendum sit, aut timendũ. Idem in Agamemnone. *Rudis tyrannus est morte qui pœnam exigit. Idẽ in libro de naturalibus quæstionibus 3.* Mors est lex, tributum, officiumque mortalium, malorumque omnium remediũ. Optauit illam quisquis timet; mortis ergo nomen ne formides. Effice illam cogitatione multa tibi familiarem, vt si se tibi obtulerit, possis ei obuiam exire.

Mors malorum remedium.

Idem in lib. de remed. fortuitorum. Optimũ quoque est mori cum iuuat viuere. *Ex prouerbijs sapientũ.* Dum vita est gratia, conditio mortis est optima.

Boetius de consola. lib. 1.

Mors hominum felix, qua se nec dulcibus annis
Ingerit, & mæstis sæpe vocata venit.

Ouid. sine titulo libro secundo.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Cum suus ex merito quisque tuetur honor.

Iuue. libro quarto.

Mors sola fatetur,
Quantula sint hominum corpuscula.

Valerius libro sexto. Humanæ fælicitatis appellationẽ rogus consummat, qui se incursui malorum abiicit.

De æquitate mortis.

Cap. CXVIII.

Mors omnes æquat.

Seneca de naturalibus quęstionibus libro tertio. Hoc etiam habet inter omnia iustitiæ suæ natura præcipuũ, quod cum ad exitum ventũ est, omnes in æquo sumus; nihil interest, vtrum me lapis vnus elidat, an totus mons opprimat: Egregie Vagellius in illo inclyto carmine; si cadendum inquit mihi est, è cœlo cecidisse velim.

Boetius de consol. libro secundo.

Mors spernit altam gloriam,
Inuoluit humile pariter & celsum caput,
Æquatque summis infima.

Horatius in libro carminum odarum.

Pallida mors æquo pulsat pede,
Pauperum tabernas, regumque turres.
Vita summa breuis, omnes mors vna manet.
Æqua tellus pauperi recluditur, regumque pueris.

Mors vltima linea rerum.

Mors vltima linea est.

Claudianus in minori.

Omnia mors æquas, tu damnatura nocentes;
Tu requiem datura pijs, te iudice sontes
Impia cogentur vita commissa fateri.

Hildebertus Cenomanenſis.

Inter opes & delicias populique fauores.
Hoc animus recolat, hoc tua lingua sonet.

Mors sceptra ligonibus æquat.

Mors dominum seruo, mors sceptra ligonibus æquat:
Dissimiles simili conditione trahens.

Auctor. *De hac quoque materia require supra cap. de necessitate moriendi, capit. quoque de compendio mortis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De potentia.

CAP. *CXIX.*

AVCTOR. dicto de his quæ pertinent ad incolumitatem vitæ corporalis, siue tuendã, siue reparandã, siue etiã amore virtutis, aut desiderio vitæ melioris, cõtemnendam; Restat dicẽdũ de potentia quã ponit Tullius esse secundam partem vel speciem vtilitatis. Potentiæ tamen amplitudinem & gloriã in secundo genere constituit honestatis, sicut de diuitijs superius dictum est.

Quid potentia.

Tull. in rhe. prima. Potẽtia est, ad sua cõseruanda, & alterius obtinẽda, idonea rerũ facultas. *Sydonius in epistolari libro secundo.* Quidã ius fasque commune susupergressi, sũmam beatitudinem, summã potestatem putant; hoc ipso sanè miseriores, quod parum intelligunt se inquietissimo famulatui subiacere. Nam sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria dominantur. *Auctor.* Neque igitur temporali potẽtiæ fidendum est, aut innitendũ; vel ad eam aspirandum, tũ quia superbiæ materia est; tum etiam, quia sicut dicit poeta, vix illa potentia longa est. *De hac autem materia require plenius in præcedenti libro tractatu de ramis superbiæ, videlicet cap. de ambitione, cap. quoque de principatu, vel honore recusando; & iterum in hoc eodem libro superius cap. de dignitate.*

Sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria dominantur.

De Fortuna.

CAP. CXX.

Eorum quæ appetuntur quædã sunt fortunæ subiecta, quædã non.

QVoniam autem eorum quæ expetũtur, quædam transitoria sunt & caduca, ac mutabilitati fortunæ subiecta, videlicet ea quæ dicũtur vtilia: Verbi gratia, dignitas, amplitudo, diuitiæ, & potẽtia. Quædam vero fortunæ subiecta non sunt, sed hominem liberũ, & quodammodo felicem in hac vita constituunt, ac de felicitate futura securum reddunt, vt ea quæ dicũtur honesta. Dicto de vtroque rerum expetendarum genere, quarum videlicet appetitu formantur hominũ mores in melius, vel in peius; Restat dicendũ de ambiguitate, seu mutabilitate fortunæ, & vtraque ipsius facie, prospera videlicet & aduersa: Ad extremum vero de vtraque felicitate, præsenti videlicet & futura; nihilominus etiam de hac materia colligendo philosophorum dicta. Nam & ipsi, quamuis gratiæ diuinæ gratificantis exortes, rectæque fidei expertes essent, quodam tamẽ naturali rationis ductu (quo etiã multa vera de vnius deitatis æternitate, & animarũ perpetuitatẽ senserunt atque scripserunt) ista fortunæ bona vana & caduca despicientes, virtutũ formam apertè sectabãtur; per quã etiam ad felicitatẽ cõtendebant, quã etiam in præsẽti virtutum perfectione se adeptos, vel adepturos putabant; & de futura sibi post mortẽm blandiebantur. Primo itaque de vtraque fortuna coniunctim dicendum est. Boetius in libro consol. 1.

Quantas rerum lubrica versat
Fortuna vices: Premit insontes
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi residẽt celso
Mores solio, sanctaque calcant.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris.

Aduersa fortuna plus prodest quã prospera.

Idem in secundo. Ego plus hominibus reor aduersam quã prosperã prodesse fortunam. illa semper spẽ felicitatis cũ videtur blãda mẽtitur, hæc sẽper vera est, cũ se instabilẽ mutatione demõstrat: illa fallit, hæc instruit, postremo felix à vero bono blãditijs deuios trahit; aduersa plerũq; ad vera bona reducẽs vnco retrahit. An hoc etiã inter minima æstimãdum putas, quod amicorũ tibi fidelium mentes, hæc aspera, hæc horribilis detexit; hæc tibi certos sodalium vultus, ambiguosque secreuit. Illa discedens, suos aufert, tuos relinquit.

Idem in libro quarto. Eorũ quę in processione, vel profectu, vel adeptione virtutis sunt, omnem quæcunque sit, bonam iudico; in improbitate vero manẽtibus, omnem pessimam esse fortunam. *Quintus Curtius libro quarto.* Et calamitas querula est, & felicitas insolens ac superba.

Calamitas querula est. felicitas superba.

De ambiguitate fortunæ.

CAP. CXXI.

Citius reperias fortunã quam retineas.

EX prouerbijs sapientum. Fortuna interea est, quæ cum splendet frangitur: fortunam citius reperias quam retineas; malè ita geritur, quicquid sub fortunæ fide geritur. *Terentius in Adelphis.* Ita vita est hominũ quasi cum ludas tesseris. Illud quod maxime iactu est opus, non cadit; forte vt illud quod cecidit arte corrigas. *Tullius in retho. 2.* Sola virtus in sua potestate est, omnia prẽter eam sub fortunæ subiecta sunt dominatione. Errant autem qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ fugisse se putant; sapienter autẽ cogitant, qui in temporibus secundis aduersos casus formidant.

Sola virtus fortunæ non subiacet.

Seneca ad Lucil. epistola octaua. Vitate ergo quæcunque vulgo placent, ad omne fortuitũ bonũ, suspicioſi pauidique subsisti te. Nam & fera & piscis aliqua spe oblectante decipitur; munera ista fortunę putat, insidię sũt, quisquis tutã agere vitã volet, viscata beneficia ista deuitet, in prẽcipitia cursus iste deducit; hui⁹ eminẽtis vitæ exitus cadere est. deinde ne resistere quidẽ licet, cũ cõceperit trãsuersos agere felicitas. Scitote tam bene hominem culmo tegi quam auro. Cogitate nil prẽter animum esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Non est tuum fortuna quod fecit tuum.

Numera fortunæ sunt insidiæ & præcipitia.

De eodem secundum poetas.

CAP. CXXII.

HIldebertus de exilio suo.

Nuper eram locuples, multisque beatus amicis:
Et risere diu propria fata mihi.
Sæpe mihi dixique tua tam prospera rerum,
Quid sibi vult, tantus tam citus ager opum?
Heu mihi nulla fides, nulla est constantia rebus:
Res ipsę quid sint mobilitate docent.
Res hominum atque homines alea versatur in horas:
Et venit à summo summa ruina gradu.
Cuncta ideo ancipiti pendent mortalia casu:
Et spondent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet:
Aut modo dum loqueris, desinet esse tuum.
Has ludit fortuna vices, regesque superbos;
Ac seruos humiles non sinit esse diu.
Illa dolosa comes sola leuitate fidelis.
Non impune fauet, aut sine fine premit.
Illa mihi quondam vultu blandita sereno.
Mutauit vultus nubila facta suos.

Nulla est constantia in rebus mundanis.

Ouid. in lib. tristium 4.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat.
Permanet in nullo certo tenaxque loco.
Sed modo læta manet, modo vultus sumit acerbos:
Et tantum constans in leuitate sua est.

Fortuna est solum cõstans in leuitate sua.

Idem in libro de Ponto.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu quæ valuere ruunt.
Ludit in humanis diuina potentia rebus:
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Ganfredus in poetria noua.

Nulla fides rerum, sequitur post mella venenum:
Et claudit nox atra diem, nebulæque serenum.
Omnia crede tuis fausta si tempore paruo
Illuxere tibi, mox sunt clausura serenum
Turbida fata diem, ducentque crepuscula noctem.

De mutabilitate eiusdem.

CAP. *CXXIII.*

IVLIVS Celsus libro primo. Consueuit Deus immortalis, quo grauius homines ex commutatione rerum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Solet Deus magnis peccatoribus proſperitatem mundanam concedere vt tandem cadendo grauius ſentiat.

ne rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci voluit, his ſecũdiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. *Idem in libro quarto.* Fortuna plerunque eos quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorem caſum reſeruat. *Boetius de conſo. libro ſecundo.* Omnis ſubita rerum mutatio, non ſine quaſi quodam fluctu contingit animorum. In omni aduerſitate fortunæ, infeliciſſimum infortunij genus eſt fuiſſe felicem.

Exempla.

Valerius libro quinto. Optima vindex eſt inſolentiæ, varietas conditionis humanæ. *Idem in libro ſexto.* Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ sũt, altera quæ ei nobilitatẽ eximiam, abundantes diuitias, formam præſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſum, ſumma imperia, præcipuè potentiæ vires, flagrantiſſimum ingenium aſſignaret; altera quæ damnationem, exilium, inopiam, odium patriæ, violentam mortem inſligeret; ne aut hæc aut illa vniuerſa, ſed varia, perplexa, fœto æſtuique ſimilia. Dionyſius cũ hæreditatis nomine à patre Syracuſanorum ac pænè totius Sycilię Tyrannidem accepiſſet; maximarũm opum dominus, exercituum dux, rector claſſium, potens æquitatuum; tandem propter inopiam, literas puerulos Corinthi docuit; eodemque tempore tanta mutatione, maiores natu, ne quis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex Tyranno monuit. *Idem in libro nono.* Humanæ vitæ curſus, modo aſpero, modo trãquillo motu peragitur; ſpe ſemper minor, dum & cupidè votis extenditur, & fere ſine ratione conſumitur.

Salvstivs in Catilinario. Fortuna ſimul cum moribus mutatur. *Seneca de naturalibus quæſtionibus libro ſeptimo.* Neſcit fortuna quieſcere, lætis gaudet, triſtia miſcet. Itaque ſecundis nemo confidat, aduerſis nemo deficiat, alternæ ſunt vices rerum. *Idem in declamationibus libro quarto.* Ludit de ſuis fortuna muneribus, quæ dedit aufert, quæ abſtulit reddit. Nec vnquã tutius eſt illã experiri, quam cũ locũ iniuriæ nõ habet.

Alterna ſunt vices rerum. Luditque de ſuis fortuna muneribus

Idem in Thyeſte.

Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

Fortuna cito repoſcit quod dedit.

Et prouerbijs Sapientum, Leuis eſt fortuna cito repoſcit quod dedit.

Ouid. in libro triſtium tertio.

Largitur quodcunque libet fortuna, rapitque.
Eſt gracilis ſubito, qui modo groſſus erat.

Cato in libro de moribus.

Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo.
Indulget fortuna malis, vt lædere poſſit.
Fronte capillata poſt hoc occaſio calua.

De Aduerſitate fortuna.

Cap. CXXIV.

Facilius eſt aduerſa quã proſperam regere fortunam.

Qvintvs Curtius libro ſeptimo. Facilius eſt aduerſam quam proſperam regere fortunam. Seneca in Hercule Oethæo. *Fortuna peior amorem inſlãmat magis.* Boetius de conſo. libro ſecundo. In omni aduerſitate fortunæ, infeliciſſimum infortunij genus eſt fuiſſe felicem. Valerius libro ſeptimo. Solon aiebat ſi vnum in locum mala ſua cuncti contuliſſent, futurum vt propriam deportare domũ, quam ex cõmuni miſeriarũ aceruo portionẽ ſuã ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos quæ fortuito patimur, præcipuę & intollerabilis amaritudinis iudicare.

Fortuna miſerrima tuta eſt.

Ouidius in libro de Ponto.

Fortuna miſerrima tuta eſt.
Nam timor euentus deterioris abeſt.

Idem in libro triſtium 1.

Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſydera lucent:
Paruaque quot ſiccus corpora puluis habet.

Idem in libro quarto.

Littora quot conchas, quot amana roſaria flores:
Quotque ſoporiferum grana papauer habet.
Sylua feras quot alit, quot piſcibus vnda natatur:
Tot premor aduerſis.

Virgilius in libro 6 Æneid.

Non mihi ſi lingua ſint centum, corpora centum;
Ferrea vox, omnes ſcelerum deprendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſum.

De proſperitate.

Cap. CXXV.

Tvllivs in libro de offi. Panetius auditorem & familiarem ſuum Aphricanum ſolitum ait dicere vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere ſolent, vt his facilioribus poſſint vti: ſic homines ſecundis rebus efferatos, ſibique præſidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet, vt perſpiciant rerũ humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. In rebus autem proſperis ſuperbia fugienda eſt, & arrogantia. Nam vt aduerſas res, ſic & ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt.

In proſperis bonum eſt de aduerſis cogitare, ne quid ſit nouũ dũ aduenerit.

Salvstivs in Catilinario. Secundæ res etiam ſapientum animos fatigant. *Terentius in Phormione.* Dũ maximè hominum ſecundæ ſunt res, tunc maximè meditari eum oportet, quo pacto aduerſam ærumnã ferat, ne quid animo ſit nouum; & ſic quicquid prẽter ſpem eueniet, in lucro deputare.

Claudianus in minori.

Diſſuaſor honeſti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes.

Seneca in Hyppolito.

Honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit.

Iradiuin a compenſat tarditatem grauitate ſupplicij.

Valervs libro primo. Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: Tarditatemque ſui, grauitate ſupplicij compenſat.

Horatius in libro epiſtolarum.

Quem res plus nimio delectauere ſecunda;
Mutata quatient,
Tum quamcunque Deus tibi fortunauerit horam.
Grata ſumæ manu.

Idem in libro ſermonum.

Multorum ingenium res
Aduerſa nudare ſoleat, celare ſecunda.

Ouidius in libro de arte 2.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis:
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.

Felicitas peccatorum infelix.

Proſper vbi ſupra.

Qui ſe peccatis gaudet feliciter vti,
Infelix nimis eſt proſperitate ſua,

Ganfredus vbi ſupra.

Quo magis optatur, magis effluet; omnia lapſum
Spondent, & citius ſunt proſpera rupta ruinę.
Inſidias ponit ſemper ſors aſpera, blanda
Anticipatque fugam, melior fortuna repente.
Syrenes exemplar habe, docearis in illis;
Caſibus in lætis ſemper peiora cauere,
Fortuna ſecundas,
Imperat eſſe breues: Breuis eſt diſtantia lati.
Omnis & mæſti, nox eſt vicina diei.

Fortuna ſecũda breuis.

Avctor. *De hac quoque materia require ſupra cap. de ambiguitate & mutabilitate fortunæ.*

De falſa felicitate.

Cap. CXXVI.

Boetivs in libro de conſola. 2. Impretioſam æſtimet quis fælicitatem abituram, cum chara ſit fortuna prẽſens, nec manendi fida; Et cum diſceſſerit, allatura mẽrorem. Non quod ante oculos ſitũ eſt, ſufficit intueri. Rerum exitus prudentia metit, quã multis amaritudinibus humanæ fælicitatis dulcedo reſperſa eſt, quæ & ſi fruenti iucunda videatur, tamen quo minus habeat, cum velit retineri, non poteſt. *Varro.* Non eſt felicitas quæ ſecum recipit miſeriam.

Rerũ exitus prudentia metit.

Ex prouerbijs ſapientum. Nulla tam bona fortuna, qua nihil poſſis queri. Martialis coquus. *Fortuna multis dat nimis, & nulli ſatis.* Tullius in libro de Paradoxis. O qui te beatum, qui te florentem putas: te miſeriæ te ærumnæ præmunt, te tuæ libidines

Fortuna multis dat nimis, & nulli ſatis.

torquent.

torquent, tu die noctuque cruciaris; cui nec satis est quod est, & idipsum ne non diu futurum sit times, te conscientię stimulant maleficiorum tuorum, te metus exanimant iudiciorum atque legum.

Seneca in declamationibus libro quarto. Acrior est cupiditas ignota cognoscendi, quam vota repetendi. *Prosper vbi supra.*

Qui se peccatis gaudet feliciter vti:
Infelix nimis est prosperitate sua.

Cato vbi supra.

Cum fueris felix, quæ sunt aduersa caueto:
Non eodem cursu respondent vltima primis.

Ouidius fastorum sexto.

Scilicet interdum miscentur tristia lætis.

AVCTOR. *De hac quoque materia require satis in præcedentibus capitulis de fortuna. In lib. quoque præcedenti, de intelligentia & rerum æstimatione.*

De vera miseria.

CAP. CXXVII.

Optimus portus percunti mutatio consilij.

TVllius in *Philippica secunda*. Optimus est portus pereunti, mutatio consilij. *Idem in l. de Paradoxis.* Sicut autem improbo & stulto & inerti nunquam bene potest esse; sic bonus vir & sapiens & fortis, miser esse non potest; non peccata rerum euentu, sed vitijs hominum metienda sunt. *Idem in oratione de responsis aruspicum*. Miseriores cum in omnem fraudem oculis reperis, quam si omnino oculos non habueris.

Seneca in Hercule Oetæo. Nunquam est ille miser, cui facile est mori. Statius in Thebaide libro nono.

Mille modis læti miseros mors vna fatigat.

Virgilius in Geor. libro tertio.

Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus.
Frigidus in venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit.

Ouidius in libro de nuce.

Consiliū seu prudētia miseria deficit.

Res timida est omnis miser.

Idem in libro de Ponto.

Crede mihi miseros prudentia prima reliquit:
Et sensus cum re consiliumque fugit.

Idem in li. epist.

Ingenium nimijs deficit omne malis.

AVCTOR. *De hac quoque materia require supra cap. de multiplici huius vitæ miseria.*

De contemptu sæculi.

CAP. CXXVIII.

Tria sunt in rerū varietate præcipua.

ARistoteles in libro de vegetabilibus. Tria sunt, vt ait Empedocles, in tota rerum varietate præcipua, scilicet mobilis affluentiæ contemptus, futuræ felicitatis appetitus, mentis illustratio: Quorum primo nihil honestius, secundo nihil felicius, tertio nihil ad amborum adeptionem efficacius. Tullius in oratione sua pridie quam iret in exilium. Præsentes fructus negligamus, posteritatis gloriæ seruemus, spernemus quod volumus, quod acciderit feramus.

IDEM in oratione pro domo sua. Caduca sunt & mobilia, nō virtutis atque ingenij, sed temporum munera, quorū non tam facultas & copia extendenda est, quam vtendo ratio, & in carendo patiētia. Idem in Tuscu. libro quinto. Nō sunt ea bona dicenda nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimū. Tardis mentibus virtus non facile cōmittitur. *Varro*. Nūc in segetibus aiunt, in herbis, in frumentis, bona sunt, nolite ibi nimiam spē habere. Sępe audiui, inter os & offam multa interuenire ppsse, verum inter herbam & offam longum interuallum est.

Tardis mentibus virtus non facile cōmittitur.

Bona huius sæculi haurientiū sitim concitant.

SENECA ad Lucil. epistola 15. Discedunt aliquando ista bona infidiosa, & sperantibus meliora quam assecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando implerent, nunc autem haurientium sitim concitant. Idem in decimo octauo. Diuitiarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo, vt illas intrepidus possideas; quod vno modo consequeris, si te etiam sine illis beatæ victurum tibi persuaseris; si illas tanquam ituras aspexeris.

IDEM in 22. Quod male implicuisti, soluas potius quam obrumpas. Dummodo si alia ratio soluendi nō erit, necesse est vt abrumpas. Nemo tam timidus est, vt malit semper pendere, quam semel cadere. Idem in 62. Contemnere aliquis omnia potest, habere omnia nemo potest. Itaque breuissima ad diuitias, per contemptum diuitiarum. via est. Idem in 74. Aut ista bona non sunt quæ vocantur. Aut homo felicior Deo est, quoniam quæ parata sunt nobis, Deus non habet in vsu. Neque enim opes, nec epularum lætitia, nec quicquā ex his hominē inescātibus ad eum pertinent.

Breuissima ad diuitias via est per contemptum diuitiarum.

Idem in 84. Relinque diuitias, aut periculū aut onus possidentium, relinque voluptates, molliunt enim & eneruant. Relinque ambitum; tumida res est, vana & ventosa, nullum habet terminum; laborat duplici inuidia, cui inuidetur, & inuider. Idem in libro de remed. fortuitorum. Paupertas tibi grauis est, immo tu paupertati. Illa enim expedita est, hilaris, tuta; tu opinione laboras, non re; pecuniam si perdidisti, eris nūc in via expeditior, domi tutior. Quod damnum putas remediū est: Defles genus miserū; te calamitas inuadit quod opibus excussus es; tuo initio ista tibi iactura tristis est: non tam molestè perditas ferres, si tanquam perdituras habuisses. Naufragium fecisti? cogita non quid perdideris, sed quod euaseris.

Ambitio laborat duplici inuidia.

Exempla eorundem de eodem.

CAP. CXXIX.

Exempla.

VALERIVS libro 8. Anaxagoras post longam pĕregrinationem pro studio sapientiæ, in patriam reuersus, cum possessiones desertas videret, non essem ego inquit saluus, nisi istæ periissent. *Auctor.* Crates philosophus Thebanus fuisse dicitur natione, de quo legitur, quod magnum pondus auri in mare proiecerit, dicens: Abite pessimæ diuitiæ; ego vos mergam, ne ego mergar à vobis. *Stilbon* autem magister eius (ipse est quem Epta Epicurus insequitur) capta patria, & amissis vxore & liberis, cum ex incendio solus exiret publico, interroganti Demetrio (cui cognomē ab exitio vrbium Poliocertes fuit) nūquid omnia perdidisset; omnia inquit bona mea mecum porto, pectore enim illa gestabat, non humeris.

Homo in mundo non incola sed aduena est.

Didymus ad Alexandrum. Nos non sumus incolæ mundi, sed aduenæ; nec ita in orbem terrarum venimus, vt in eo libeat consistere, sed transire? Properamus enim ad latem patrium, Nullis delictorum ponderibus prægrauati, nec aliquibus illecebrarum tabernaculis commorantes, nec flagitiorum cauponibus obligati. Nihil enim indecorum pæne contegimus; quippe qui nuda conscientiæ fronte progredimur, vt expediat, ac faciles spatium propositi decurramus itineris.

De eodem secundum poetas.

CAP. CXXX.

Contemnēda terrestria vt consequaris cælestia.

GANFREDVS in poetria noua.

Cui potior Deus est quam mundus,
Non nocet illi spiritus immundus.

Arator libro primo.

Turba perennem
Portatura crucem, dominumque secuta fidelem;
Spreuit agros, habitura polos; hac nempe facultas
Fortior est de parte magis conquirere totum;
Atque caducorum pensare manentia causis,
Et quæstum per damna sequi.

Prosper vbi supra.

Est & in vita requies multis data sanctis:
Quorum animus mundus non tenet occiduus.
Quos desiderijs nullus peritura fatigant:
Et quibus omne bonum est Christus, & omnis honor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cæleſtem ad patriam Chriſto redimente vocatus:
Vitam labentis temporis hoſpes agit.
Dumque ad promiſſam requiem per non ſuã tendit.
Mundanæ patitur multa pericla viæ.
Quæ nunc obſeſſa aduerſis, nunc plena ſecundis:
Aut frangit trepidos, obligat aut dubios.
Inter quos laqueos currentem ad gaudia vera;
Non capiet mundus, cui via mundus erit.
Non placeat vanis animum ſubnectere rebus;
Peſtiferiſque auidam mentem onerare cibis.
Cor mundum & ſapiens fructu virtutis alatur:
Et Chriſti in noſtro pectore regnet amor.
Qui credunt veros verum cecinisſe prophetas.
Et qui non dubitant verba manere Dei.
Qui Chriſtum paſſum pœnas crucis, vltima mortis,
In toto celſi patris honore vident.
Quique ipſum multa cum maieſtate tremendum,
Expectant pingui lampade peruigiles.
His ſordent terrena, patent celeſtia, nec ſe
Captiuos ſeruos temporis huius agunt.
Imperia & faſces, indocti munera vulgi:
Quaſque orbis ſcelerum femina fecit opes
Calcarunt, ſancta calum ambitione petentes:
Quærere nil cupiunt, perdere nil metuunt.
Vt te non teneant vltima ſumma pete. — *Eſſe volens, gaudere optans, ſcire abdita quærens:*
Vt te non tencant vltima, ſumma pete.
SERLO. *Si mundo morieris, moriendo non morieris.*
Mundus clamat aue, ſed aue conuertit in haua.
Cum mundus tranſit, neſcis ſi ne forſitan an ſit.
Eius cerne vices, ô ſtos modo, ſex modo dices.
Si mundum ſequeris, poſt eſſe fuiſſe quereris.
Hic ſtatus abſque ſtatu, locus hic locat in cruciatu.
Hæc tria verba fidem non dent tibi poſt, modo pridem.
Poſt pendet, cecidit pridem, modo non ſibi fidit. — *Tria verba non fidenda*
VERSIFICATOR.
Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe;
Spernere ſe ſperni, quatuor hæc bona ſunt. — *Spernenda quatuor.*

AVCTOR. *de hac quoque materia require ſupra in tractatu de diuitijs, & in tractatu de fortuna, In præcedenti quoque lib. ca. de rerum æſtimatione, & cap. de ſufficientia, ſiue de volantaria paupertate.*

De præſenti iuſtorum felicitate.

CAP. *CXXXI.*

ARiſtoteles *in Ethi. libro primo*: Omnis cognitio & appetitio, bonum aliquod exoptat; perfectius autem dicimus quod per ſe eſt perſequibile, quam quod propter aliud eſt eligibile. tale autem felicitas maxime eſſe videtur; hanc enim ſemper eligimus propter ſe, & nunquam propter aliud. Quis ergo prohibet felicem dicere eum, qui ſecũdum virtutem operatur perfectam, & exterioribus abundat ſufficiẽter. *Felicitas igitur eſt actus animæ, ſecundum virtutem perfectam*. Omnia enim honeſta concordant rationi. — *Quid felicitas.*

Idem in Topicis 3. Omnia quidem bona appetunt. Quod autem propter ſe eligendum, eo quod propter aliud magis eſt eligendum, & quod propinquius eſt fini, & omnino quod ad vitæ, finem appetibilius. *Seneca ad Lucill. epiſtola* 12. Ille beatiſſimus eſt, & ſecurus ſui poſſeſſor, qui craſtinum ſine ſolicitudine expectat. *Idem in* 15. Quam iucundum eſt nihil poſcere quam magnificum eſt plenum eſſe, nec ex fortuna pendere. *Tull. in libro de Paradoxis.* Sicut improbo & ſtulto & inerti nemini, bene eſſe poteſt, ſic bonus vir & ſapiens & fortis, miſer eſſe non poteſt.

Valerius libro ſeptimo. Anaxagoras interrogãti cuidam quiſnam eſſet beatus; nemo inquit ex his quos tu felices exiſtimas, ſed eum in illo numero reperies, qui ex miſerijs à te conſtare creditur. Non enim erit ille diuitijs aut honoribus abũdãs, ſed aut exigui ruris, aut nõ ambitioſæ doctrinæ fidelis & pertinax cultor, in ſeceſſu quã in frõte beatior. *Horatius in lib. carminum.* — *Exemplum.*

Non ſemper feriet quodcunque minabitur arcus. — A
Semper auarus eget.
OVID. in libro Metamor. 3.
Vltima ſemper
Expectanda dies homini, dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.
CATO vbi ſupra.
Felices obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.
Proſper vbi ſupra.
Felices vere faciunt ſemperque beatos, — *Feliciter moriuntur qui bene viuunt.*
De vero & ſummo gaudia nata bono.
Nam mundi ex opibus, breuis ac peritura voluptas
Edita: perpetuę ſemina mortis habet.
GALTHERVS in Alexandreide lib. 8. — *Oportet ſemper nouiſſima recolere.*
O felix mortale genus ſi ſemper haberet
Æthereum præ mente bonum, finemque timeret. — B

AVCTOR. *De hac quoque materia require in præcedenti li. ca. de ſecuritate mentis; & require iterum in hoc eodem li. ca. de paupertatis ſecuritate.*

De ſpe immortalitatis futuræ.

CAP. *CXXXII.*

XEnophon. *in lib. de Cyro.* Cyrus maior moriens dixit; Nolite arbitrari ô filij mei chariſſimi, me cũ à vobis receſſero nuſquam aut nullum fore. Nec enim dum eſſem vobiſcum, animum meum videbatis, ſed eum eſſe in hoc corpore ex eis rebus quas gerebam intelligebatis; eundem igitur eſſe creditote, etiã ſi nullum videbitis. *Macrobius de ſomnio Scipionis li.* 2. In Phedrone quoque Platonis quem tranſtulit Cicero, validiſſimis argumentis animæ immortalitas aſſeritur. — *Exemplum.* — C — *Teſtimonia veterum de immortalitate animæ.*

AVCTOR. Legitur quod Therobrotus, cum legiſſet librum Platonis de immortalitate animæ, è muro ſe præcipitem dedit, præ deſiderio melioris vitæ. *Tull. in lib. de ſenectute.* Non eſt lugenda mors, quam immortalitas conſequitur. *Idem in Tuſc. lib.* 1. Nemo vnquam ſine ſpe immortalitatis ſe pro patria offerret ad mortem. Et neſcio quomodo inhæret mentibus, quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorũ. Idque in maximis ingenijs, & altiſſimis animis, & maximè exiſtit, & apparet facillime. Quo quidem dempto, quis tam eſſet amens qui ſemper in laboribus & periculis viueret. *Ouidius in lib. Metamor.* 15. *Morte carent animę. Statius in Thebaide lib.* 7. *Ite alacres, noſtri nunquam moriuntur honores.* — D — *Stultũ eſſet pro patria aut virtute ad mortem ſe offerre ſine ſpe immortalitatis.*

De deſiderio vitæ perpetuę ſecundum philoſophos.

CAP. CXXXIII.

TVllius *in lib. de Senectute.* Cum in his corporis cõpagibus ſumus, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur. Eſt enim animus cæleſtis altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatique cõtrarium. Opræclarum diem, cum ad illud diuinum animorum conſilium cætumque proficiſcar? Cumque ex hac turbæ colluuione diſcedam: proficiſcar enim ad viros ſapientes, & ad Catonem meum præcipuè, cuius corpus à me crematum eſt; quo nemo vir melior natus eſt, nemo pietate præſtantior. — *Egregium Ciceronis teſtimonii de immortalitate animæ.* — E

Idem in libro de Paradoxis. Mors terribilis eſt his, quorum cum vita omnia extinguuntur; non his quorum laus emori nõ poteſt. *Idem in Philippica* 14. Breuis à natura nobis data eſt vita, ſed memoria bene actæ vitæ ſempiterna; quæ ſi non eſſet longior quam hæc vita, quis eſſet tam amens, qui maximis laboribus & periculis, ad ſummam laudem gloriamque contenderet. — *Vita breuis, ſed memoria rerum bene geſtarũ ſempiterna.*

Tull. in Tuſc. lib. 1. Nulla eſt celeritas quæ cum animi celeritate poſſit contendere. Qui ſi permanet incorruptus, ſuiq; ſimilis, neceſſe eſt vita feratur, vt penetret & diuidat omne cælũ, hoc eique illi demũ ſedes naturalis erit, cũ ad ſui ſimile penetrauerit, in quo nulla re

egens

Felicitas humana in cōtemplatione conſiſtit.

egens aletur, & ſuſtentabitur eiſdem rebus quibus aſtra ſuſtentantur. Cumque corporis facibus ad omnes cupiditates inflammari ſoleat, profecto beati erimus, cum corporibus relictis, & cupiditatum & æmulationum expertes fuerimus, totoſque nos in contemplandis rebus perſpiciendiſque ponemus, quia & natura ineſt in mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi; qua pręcipuè viſione fruentur, qui tunc etiam cum has terras incolētes caligine circumfuſi erant, cum acie mentis conſpicere cupiebant, qui non modo quia mori neceſſe eſt, verumetiam quia nihil mors habet quod ſit horrendum, mortem non timet, magnum ſibi præſidium ad beatam vitam comparat.

Merces piorū aeterna retributio.

MERCVRIVS Trimegiſtus Aſclepiades. Nos pijſſimis votis optamus, ſi diuinæ placeret pietati, vt nos mundana cuſtodia abſolutos, ſuperioris partis naturę reſtituat: & hæc eſt merces piè ſub Deo, diligenter cū mundo viuentibus. Quintil. in 4. cauſa. Si quis ſciat quis eſt finis bonorum, quæ vera felicitas; nunquam ſibi videbitur præmatura morte periturus.

Deus ad homines venit, & illos inhabitat.

SENECA ad Lucil. epiſtola 20. O quādo ille veniet dies, quando nemo in honorem tuum mentiatur; huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta. Idem in 73. Miraris hominem ad Deos ire, Deus ad homines venit, immo in homines, nulla enim bona mens ſine Deo. Idem ad Paulum epiſtola 6. Feramus æquo animo, & vtamur foro quod ſors conceſſit. Donec inuicta felicitas finem malis imponat.

De eodem ſecundum poetas.

CAP. CXXXIV.

ARATOR lib. 2.

Quantum per inania currit
Mens ignara boni.
Certeque humanum tranſcendunt gaudia votum.
Hoc facile eſt patrare Deo, cui muneris vſus
Hic potior quam nemo putat.

Gaudia cæleſtia humanū tranſcendūt votum.

PROSPER vbi ſupra.

Semper erunt quod erant aterna gaudia vitæ:
Gaudendi quoniam cauſa erit ipſe Deus.
Nec varios pariet motus diuerſa voluntas:
Vnum erit cunctis lumen & vnus amor.
Inque bonis ſummis poſita experientia felix:
Nec valet augeri nec metuet minui.
Ad patriam vitæ de noctis valle vocati:
Virtutum gradibus ſcandite lucis iter.
Gratior eſt fructus quam ſpes productior edit.
Vltro obiectorum vile aderit pretium.
Delitias iam nunc promiſſi concipe regni.
Virtute atque fide quod cupis eſſe tene.
Exulta, agnoſcens te verbi in carne renatum:
Cuius ſi pars es, pars tua Chriſtus erit.
Qui ne damnandi legeres mala gaudia mundi:
Promiſſum ad regnum ſe tibi fecit iter.

SPECVLI MAIORIS
VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,
Tomus Secundus.

LIBER SEXTVS.

De ſcientia œconomica.
CAP. I.

Quid ſcientia œconomica



SIDORVS in libro Etimologiarũ ſecundo. *Oeconomica, ſiue diſpenſatiua, eſt ars vel ſcientia, qua domeſticarum rerum ſapienter ordo diſponitur*; ſicut politica ſiue ciuilis eſt, quâ totius ciuitatis vtilitas adminiſtratur. RICHARDVS in libro exceptionũ. *Oeconomica eſt ſcientia, quæ familiares officij curam, mediocri diſpoſitione componens, diſtribuit.* AVCTOR. De hac quidem ſcientia nullum ſpeciale volumen à quoquam editum vſquequaque potui reperire, quamquam pulcherrimum Xenofontis Socratici librum œconomicum, in noſtram linguam, eleganti ſermone, legatur Hieronymus tranſtuliſſe. Sed quoniam is liber ad manus noſtras huc vſque peruenire non potuit, ex cæteris authorum libris pauca capitula de his quæ ad eandem ſpectant ſcientiam, vtrinque colligere placuit.

Oeconomica eſt duplex, alia quæ familiam: alia quæ res familiares diſpotnit. Illa rurſum eſt quadruplex, vti ex hac.

ITAQVE quoniam œconomica non ſolum familiam ſapienter regit atque componit, verumetiam res familiares ſiue domeſticas prudenter adminiſtrat, & ordinat ſiue diſponit; huiuſmodi ſcientia vel ars videtur eſſe bipartita: & illa quidem eius pars, quæ propriam familiam ſiue perſonas familiares reſpicit, quatuor particulas comprehendit. *Quarum* prima eſt de mutua ſocietate, & amore coniugum. *Secunda* de educatione filiorum. *Tertia* de regimine ſeruorum. *Quarta* de cultu amicorum. *Illa* quoque quæ ad domeſticarum rerum diſpoſitionem ſpectat quatuor nihilominus conſiderat. *Prima* namque conſideratio eius eſt in rebus ſolerter ac fideliter acquirendis. *Secunda* in eis cautè conſeruandis. *Tertia* in eis prudenter diſpenſandis. *Quarta* verò in debitis non contrahendis.

A

De Domo viri illuſtris ab ipſo ornanda & illuſtranda.
CAP. II.

Domus viri illuſtris potius eſt bonis moribus ornanda quã pretioſis ornamentis.

ANTE omnia ſciendum, quod bonus paterfamilias domum totam ſuam, totamque familiam, ſuis vtique bonis moribus & actibus, potius quàm variis ac pretioſis materiebus aut ſpeciebus, illuſtrat & ornat. Sicut etiam ex Philoſophorum dictis liquido conſtat. *Tull. de off. libro* 1. Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo tota quærenda eſt; nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. In domo clari hominis hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittẽda hominum cuiuſque generis multitudo, atque adhibenda eſt cura largitatis. Aliter enim ampla domus dedecori fit domino, ſi eſt in eo ſolitudo; & maximè ſi ſub alio domino ſolita eſt frequentari. Odioſum eſt enim cum à prętereuntibus dicitur: *ô domus antiqua! heu quàm diſpari domino dominaris!*

B

Hoſpitalitas illuſtres viros decet.

Idem in libro 2. Decorum valde eſt patere domos illuſtrium virorum illuſtribus hoſpitibus. *Idem contra Saluſtium.* Non qui viuit vt tu, aliter loqui poteſt quã tu, nec quidquam domui tuæ turpius eſt quàm tu. *Valerius Maximus libro* 2. Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum ſi domi malè viuitur. *Idem in eodem.* Quorum opera ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe videntur, eorum dignitatem indignum eſt & deforme, domi collabi. *Lactantius in libro de vero cultu.* Non iuſti & ſapientis domus illuſtribus debet patere, ſed humilibus & abiectis: nihil enim à viro iuſto faciendum eſt, quod non ſit beneficium; aut ſi refertur, interit, ac finitur.

C

Domus potius laudanda à domino quàm à ſupellectili.

Seneca in libro de quatuor virtutibus. Salubriter habita, nec dominum velis eſſe notum à domo, ſed domum à domino. *Idem ad Lucill. epiſt.* 5. Qui domum intrauerit, nos potius miretur, quàm ſupellectilem noſtram. Magnus ille eſt, qui fictilibus ſic vtitur quomodo argento; nec ille minor eſt, qui ſic argento vtitur quomodo fictilibus. Tibullus lib. 2.

Quid prodeſſe poteſt pondus graue diuitis auri:
Aruaque ſi fundant pinguia mille boues?
Quidue domus prodeſt Phrygijs innixa columnis:
Aurataque trabes marmoreumque ſolum?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De bona vxore amplectenda, malaque cauenda.

CAP. III.

EVLGENTIVS *in lib. Mytologiarum* 1. Sicut nihil benigna ſuperius prodit coniuge, ſic nihil infeſta crudelius muliere. Quantum enim ſapiens pro viri ſalute, ſuam opponit animam pignori; tantum maligna ad mortem mariti, etiam ſuam vitam reputat nihili. ergo coniunx quanto eſt iure coniunctior, tanto eſt aut morum dulcedine mellea, aut felle malitia toxica. Eſt quippe aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum.

Coniux benigna eſt ſingulare refugium, mala vero perenne tormentum. Exemplum.

Hieronymus contra Iouinianum lib. 1. Duellus qui prius Romæ nauali certamine triumphauit, Iliam virginem duxit vxorem, tantæ pudicitiæ; vt illo quoque ſeculo pro exemplo fuit, quo impudicitia monſtrum erat, non vitium. Is iam ſenex, & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrati ſibi os fœtidum; & triſtis ſe domum contulit. Cum vxorem quæſtus eſſet, quare nunquam ſe monuiſſet, vt huic vitio mederetur; feciſſem inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Laudanda in vtroque pudica & nobilis mulie, & ſi ignorauit vitium viri, & ſi patienter tulit: Et quod maritus infelicitatem corporis ſui, non vxoris faſtidio, ſed maledictio ſenſit inimici.

Exempla.

Socrates Xantippem & Myroneptem Ariſtidis, duas habebat vxores, quæ, cum crebro inter ſe iurgarentur, & illæ eas irridere eſſet ſolitus, quòd propter ſe fœdiſſimum hominem, ſimis naribus, recalua fronte, piloſis humeris, & repandis cruribus, diſceptarent, nouiſſimè verterunt in eum impetũ & malè mulctatatum, fugientemque, diu perſecutæ ſunt. *Litij* Syllæ felicis (ſi non habuiſſet vxorem) Metalla coniunxpalam erat impudica, & quia nouiſſimi mala noſtra diſcimus, id Athenis cantabatur, & Silla ignorabat; ſecretaque domus ſuæ primum hoſtium conuicio didicit.

Martialis coquus:

Prædia ſolus habes, & ſolus Candide nummos:
Et cor ſolus habes, ſolus & ingenium.
Omnia ſolus habes, hoc te puto velle negare,
Vxorem ſed habes Candide cum populo.

Tibullus libro 1.

Caſta precor coniunx maneas, ſanctique pudoris
Aßideat cuſtos ſedula ſemper anus.
Ne ſeuo ſis caſta metu, ſed mente fideli:
Verſatur celeri ſors leuis orbe cito.

Auctor. *De hac quoque materia require in præcedenti lib. cap. de caſtitate. cap. quoque de moribus fœminarum.*

Vtrum ſapienti expediat nubere,

CAP. IIII.

Incommoda matrimonij.

VALERIVS *Maximus libro.* 7. Socrates ab adoleſcentulo conſultus, vtrum vxorem duceret, an ſe ab omni matrimonio abſtineret: Reſpondit, vtrum eorum feciſſet, acturum pœnitentiam. Nam hic te inquit ſolitudo, ibi te orbitas, hic generis interitus, illic hęres alienus excipiet; illic perpetua ſolicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonij, incertus liberorum enentus.

Vir pecunia egens præſtat pecunia viro indigente.

Idem in eodem. Quidam vnicæ filiæ pater Themiſtoclem conſulebat, vtrum eam pauperi, ſed ornato; aut locupleti parum probato collocaret. Cui ille, malo inquit virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentẽ.

Hieronymus contra Iouinianum. Martia Catonis filia minor, cum quæreretur ab ea cur poſt amiſſum maritum denuo non nuberet: Reſpondit, non ſe inuenire virum qui ſe magis vellet quàm ſua: quo dicto elegan-

A ter oſtendit, diuitias magis in vxoribus eligi ſolere quàm pudicitiam; & multos non oculis, ſed digitis vxores ducere. Optima ſanè res, quod & auaritia con-

ciliat. *amicam* cum propinquus moueret vt alteri viro nuberet, eſſe enim ei ætatem integram, & faciem bonam: nequaquam inquit hoc faciam: Si enim virum bonum inuenero, vt ante habui, quid volo timere ne perdam? Si malum, quid neceſſe eſt poſt bonum peſſimum ſuſtinere?

Epicurus voluptatis aſſertor, quanquam Metrodorus Diſcipulus eius Leonicon habuit vxorem, raro dicit ſapienti ineunda coniugia, quia multa incommoda admixta ſunt nuptijs. & quomodo diuitiæ, & honores, & corporum ſanitates, & cætera quæ indifferentia nominamus, nec bona nec mala ſunt, ſed velut in meditullio poſita, vſu & enentu, vel bona, vel mala ſunt; ita & vxores ſitas in bonorum malorumque confinio. Graue autem eſſet viro ſapienti venire in dubium, vB trum bonã an malã ducturus ſit. *Fertur & aureus Theophraſti liber de nuptijs*, in qua quærit an vir ſapiens ducat vxorem; Et cum definiuiſſet, ſi pulchra eſſet, ſi bene morigerata, & honeſtis parentibus; ſi ipſe ſanus ac diues: Sic ſapientem aliquando inire matrimonium non vetuit, ſtatim autem intulit, hęc autem raro in nuptijs vniuerſa concordant. Non eſt igitur vxor ducenda ſapienti.

Vxor poteſt eſſe bona & mala, quia tamen euentus eſt dubius, ſapienti non eſt ducẽda vxor.

De Incommodis nuptiarum.

CAP. V.

PRIMVM enim patet impedire ſtudia philoſophiæ; nec poſſe quemquàm libris, & vxori pariter inſeC ruire. multa etiam eſſe quæ matronarum vſibus neceſſaria ſunt, pretioſæ veſtes, aurum gemmę, ſumptus ancillæ, ſuppellex varia, lecticæ, & exedra deaurata; deinde per totas noctes garrulę conqueſtiones ſcilicet. Illa ornatior procedit in publicum, Hęc honoratur ab omnibus; ego in conuentu fęminarum miſella deſpicior: cur aſpiciebas vicinam? quid cum ancillula loquebaris? de foro veniens quid attuliſti? Non amicum habere poſſumus, non ſodalem, alterius amorem ſuum odium ſuſpicatur. Si doctiſſimus præceptor in qualibet vrbium fuerit, nec vxorem relinquere, nec cum ſarcina ire poſſumus; pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum.

Nemo poteſt libris & vxori pariter inſeruire.

ADDE quoniam nulla eſt vxoris electio, ſed qualiſD cunque obuenerit habenda, ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida; quodcumque vitij eſt, poſt nuptias diſcimus. Equus, Aſinus, Bos, Canis, & viliſſima mancipia; veſtes quoque, & lebetes, ſedile ligneum, calix, & vrceolus fictilis, probantur prius, & ſic emuntur; ſola vxor non oſtenditur, ne ante diſpliceat, quam ducatur. Attendenda eſt ſemper eius facies, & pulchritudo laudanda, ne ſi ad alteram aſpexeris, ſe æſtimet diſplicere. vocanda domina, celebrandus natalis eius, iurandum per ſalutem illius, vt ſit ſuperſtes orandum, honoranda nutrix eius, & gerula: ſeruus paternus, & alumnus, & formoſus aſſecla, & procurator calamiſtratus, & in longam ſecuramque libidinem erectus ſpado (ſub quibus nominibus adulteri deliteſcunt) quoſcumque illa dilexerit, adamandi.

Pauperem vxorem alere difficile; diuitẽ ferre tormentum.

Magna ſunt nuptiarum incommoda.

SI TOTAM domum regendam commiſeris, ſeruiendum eſt. Si aliquid tuo arbitrio reſeruaueris, fidem ſibi haberi non putabit; & in odium vertitur ac iurgia, & niſi cito conſuleris, parabit venena. Anus, & aurifices, & ariolos, & inſtitores gemmarum, ſericarumque veſtium, ſi intromiſeris, periculum pudicitię eſt. Si prohibueris ſuſpicionis iniuria. Verum quid prodeſt etiam diligens cuſtodia, cum vxor impudica ſeruari non poſſit, pudica nondebeat. Infida enim cuſtos eſt caſtitatis, neceſſitas. Illa vero pudica dicenda eſt, cui licuit peccare ſi voluit. Pulchra cito adamatur, fœda facile concupiſcit. Difficile cuſtoditur, quod plures amant. Moleſtum eſt poſſidere, quod nemo habere dignatur. Minori tamen miſeria deformis habetur, quàm formoſa ſeruatur. Nihil tutum eſt in quo totius popu-

Vxor impudica ſeruari non poteſt.

Vxor deformis formoſa eſt præferẽda

li vo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

li vota ſuſpirant, alius forma, alius ingenio, alius facetiis, alius liberalitate ſolicitat: aliquo modo expugnatur, quod vndique inceſſitur.

Adhuc de eodem.

CAP. VI.

QVod ſi propter diſpenſationem domus, & languoris ſolatia, & fugam ſolitudinis ducuntur vxores, multo melius ſeruus fidelis diſpenſat, obediens auctoritati Domini, & diſpoſitioni eius obtemperans, quàm vxor; quæ in eo ſe æſtimat dominam, ſi aduerſus viri faciat voluntatem; ideſt quod placet, non quod iubetur. Aſſidere autem ægrotanti magis poſſunt vernulæ beneficiis obligati, quàm illa quæ nobis imputet lachrymas ſuas, & hęreditatis ſpe vendat, ingluuiem & ſolicitudinem iactans, languentis animum conturbet. Quod ſi languerit, coægrotandum eſt, & nunquam ab eis lectulo recedendum. At ſi bona fuerit, & ſuauis vxor (quæ tamen rara auis eſt) cum parturiente gemimus, cum periclitante torquemur. *Sapiens* autem nunquã ſolus eſſe poteſt: habet ſecum omnes qui ſunt, quicumque fuerunt boni, & animum liberum quocumque vult transfert. Quod corpore non poteſt, cogitatione complectitur. Et ſi hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo: nunquam minus ſolus erit, quàm cum ſolus fuerit.

Vernula eſt magis idoneus ad regimen domus quam vxor.

Vir ſapiens minus ſolitarius eſt ſine vxore, quam cum illa.

PORRO liberorum cauſa vxorem ducere, vt vel nomen noſtrum non intereat, vel habeamus ſenectutis præſidia, & certis vtamur hæredibus, ſtolidiſſimum eſt. Quid enim ad nos pertinet recedentes è mundo, ſi nomine noſtro alius non vocetur; cum & filius non ſtatim patris vocabulum referat, & innumerabiles ſint, qui eodem appellantur nomine; aut quæ ſenectutis auxilia ſunt nutrire domi, qui aut prior te forte moriatur, aut peruerſis moribus ſit, aut certe cum ad maturam ætatem peruenerit, tardè ei videaris mori. Hæredes autem meliores & certiores ſunt amici & propinqui, quos iudicio eligas, quam quos velis nolis habere cogaris. Licet certa hæreditas ſit, dum aduiuis, bene vti ſubſtantia tua, quàm tuo labore quæſita, in incertos vſus relinquere. *Hæc & huiuſmodi Theophraſtus diſſerit quæ ora ſuffundãt Chriſtianorum quorũ conuerſatio in cælis eſt.*

Sultum eſt vxorem capere ad familiam conſeruandam vel nomen.

Hactenus Theophraſtes

CICERO quoque rogatus ab Hirco, vt poſt repudium Terentiæ, ſororem eius duceret; omnino facere ſuperſedit dicens, *non poſſe ſe vxori, & Philoſophiæ pariter operam dare. Gorgia* Rhetor librum pulcherrimum de concordia, Græcis tunc inter ſe diſſidentibus, recitauit Olimpiæ: Cui Melancius inimicus eius, hæc nobis inquit de concordia præcipit, qui ſe, & vxorem, & ancillulam, tres in vna domo concordare non potuit. Æmulabatur quippe vxor eius ancillæ pulchritudini, & caſtiſſimum virum quotidianis iurgiis exagitabat.

Terentius in Hecira.

Omnes ſocrus oderunt nurus.

Vno quoque animo omnes Socrus oderunt Nurus.

Ouidius in lib. de remediis. 2.

Turpe, vir & mulier, modo iuncti, protinus hoſtes.

Idem in lib. Metamor. 1.

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Filius ante diem patrios inquirit in annos (vel honores)

Idem in libro Epi.

Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge, nupta minor.

De Immoderato vxoris amore.

CAP. VII.

Amor nõ iudicio ſed furore ducitur

Exemplum.

HIeronymus *vbi ſupra*. Tota amoris inſectatio apud Platonem poſita eſt, & omnia eius incommoda Liſias explicat, quod non iudicio, ſed furore ducatur, & maximè vxorum pulchritudini grauiſſimus cuſtos accubet. *Refert* præterea Seneca cognouiſſe ſe quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum, faſcia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præſentia eius carere poterat; potiouemque nullam niſi alternis tactis labris, vir & vxor hauriebant. Alideinceps non minus inepta facientes, in quæ improuida vis ardentis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honeſta erat, ſed magnitudo deformis. Nihil autem intereſt quàm ex honeſta cauſa quis inſaniat vnde & Sextus in ſententiis. *Adulter eſt* inquit *in ſuam vxorem amator ardentior.* In aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius.

Oportet vxorem iudicio amare non affectu, illãque grauidã non comprimere.

SAPIENS vir iudicio debet amare coniugem, non affectu: regat impetus voluptatis, nec præceps feratur in coitum. Nihil eſt fœdius, quàm vxorem amare quaſi adulteram. Certè qui dicunt ſe cauſa reipub. & genetis humani, vxoribus iungi, & liberos colere; imitentur ſaltem pecudes. Et poſtquàm vxorum venter intumuerit, ne perdant filios: non amatores ſe vxoribus exhibeant, ſed maritos. Quorundam matrimonia adulteriis coaluere & ô rem improbam, ijdem illis pudicitiam præceperunt, qui abſtulerũt. Itaque cito eiuſmodi nuptias ſatietas ſoluit.

De Mutua parentum & filiorum exhibitione

CAP. VIII.

Parentes tenentur alere filios & filij parentes exceptis quibuſdam caſibus.

EX *ſumma Azonis*. Porro ſecundum leges, & liberi parentes, & parentes liberos tenentur alere, & omnia onera inuicem ſufferre. Diſtingue tamen patrem, & aſcendentes lineæ paternæ. Nam pater cogitur (ita demum ſi ſit iuſtus) & idem in eis à quibus ipſe deſcendit. Mater autem compellitur, & ſi vulgo conceperit, & idem in aſcendentibus eius. Et autem differentia, quia mater non compellitur, niſi pater, vel aſcendentes eius deſierint eſſe, vel modo ſint egentes. Certum eſt enim, id quod filia parit, non auo materno, ſed patri ſuo oneri eſſe, ſunt & aliæ diuerſitates in tempore, vel forte in aliis. Generale tamen eſt in omnibus parentibus, vt non compellantur alere, ſi habeant quod obiiciant liberis; vt ecce accuſati ſunt ab eis, vel quia ſibi poſſunt ſufficere in alimentis, vel ex bonis ſuis, vel ex artificio ſuo. Et idem puto in liberis circa parentes, & econuerſo.

Hæredes extranei nõ tenentur alere liberos domini præcedentis.

ITEM extranei hæredes, liberos non habent neceſſe altere nec parentes liberorum, niſi in ſummam egeſtatem ſint deducti. Nec diſtinguendum in liberis, an ſint in poteſtate, vel non. Præſtari autem debent alimenta pro modo facultatum; & ſi non præſtentur, captis pignoribus, & diſtractis, cogetur quis ſatisfacere ſententiæ. Si autem de hoc ipſo ſit dubium an ſit parens; vel de liberis; ſuper ea re ſummatim iudex debet cognoſcere: & ſi conſtiterit filium, vel parentem eſſe, tunc ali iubebit, alioquin non decernet alimenta.

Pater quandoque tenetur alere non ſuum.

SCIENDVM eſt tamen, quod ſi pronunciauerit iudex ali debere, tamen ea res non facit præiudicium veritati; nec enim hunc pronunciatur filium eſſe, ſed ali debere; forte quia de incidẽti quęſtione filationis non plena, ſed ſemiplena ſit cognitio. Vel forte illa eſt ratio, quia pater quandoque cogitur alere etiam non ſuum. Nam ſi (vxore denunciante ſeſe prægnantem) maritus non negauerit, non vtique ſuus iſte efficietur partus: Cæterum ſi hoc eſſet, ſatis iniurioſum eſſet. ſi quis autem longo tempore abfuerit, & reuerſus vxorem prægnantem inuenerit, & idcirco reiecerit, cogitur tamen alere filium, donec conſtet de filiatione.

De Educatioue filiorum.

CAP. IX.

Liberi inſtituendi & formandi in ætate ſunt iuuenili.

Pueri nõ nimis ſeuerè tractandi.

QVintil. *l.* 1. VTinam liberorum noſtrorũ mores non ipſi perderemus. Infantiã ſtatim delitiis ſoluimus, mollis educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes mentis & corporis frangit. Ætas igitur hominis tunc vel maxime formanda eſt, cum ſimulandi neſcia eſt, & præcipientibus facillime cedit, frangas enim

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

citius quàm corrigas, quæ in prauum duruerunt. *Idem in li.* 2. Ingenia tamen puerorum nimia emendationis ſeueritate deficiunt: nam & deſperant, & dolent, & nouiſſime oderunt; & quod maxime nocet, dum omnia timent, nihil conantur. *Valerius li.* 2. Perſæ, non aſpiciunt liberos ſuos priuſquam ſeptem annos impleuerint, quo paruulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtineant *De hac quoque materia plenius require in preced. lib. ca. de moribus puerorum; cap. quoque de puerorum inſtructione. Sueto. lib. 2. de. 12. Cæſaribus.* Auguſtus Cæſar, filiam & neptes ita inſtituit, vt etiam lanificio aſſuefaceret, vetaretque loqui aut agere quicquam, niſi palam; & quod in diurnos commentarios referretur.

Exemplum.

De Beneficijs, & emendatione propinquorum.

CAP. X.

Quibus potiſſimum benefaciendum

Auguſtinus de Doct. Chriſtiana. Cum autem omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus conſtricti, tibi quaſi quadam ſorte iunguntur.

Ex decretis Gratiani cauſa. 23. *q.* 1. *Aug. in ſermone de puero centurionis.* Paratus eſſe debet homo iuſtus & pius, patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit. In manifeſto autem id fiat, quod eis videtur prodeſſe, quibus bene velle debemus. Agenda ſunt autem multa, etiam cum inuitis, quadam benigna aſperitate plectendis, quorum potius vtilitati conſulendum eſt, quam voluntati. Nam in corripiendo filium quemlibet aſperè, nunquam profecto paternus amor amittitur: fiat tamen quod nolit, & doleat quia etiam inuitus dolore videtur eſſe ſanandus.

Filius interdum aſperè, ſed paternaliter corrigẽdus.

Propinqui ſeniores poſſunt moderatè iuniores caſtigare.

Ex ſumma Azonis. Quoniam autem emendatio propinquorum, adhibita quoque quadam vi licita, celebratur, tribuit lex poteſtatem ſenioribus propinquis, iuniorum delicta corrigendi, pro qualitate delicti, cum moderamine tamen quodam, & iure quaſi patrio, vt in immenſum hæc licentia non extendatur. Nam ſi atrocitas facti, emendationis domeſticæ ius excedit, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni.

De Mutua viciſſitudine dominorum atque ſeruorum.

CAP. XI.

Auguſtinus de Ciui. Dei. li. 19. In domo autem iuſti viuentis ex fide, etiã qui imperãt ſeruiunt eis quibus videntur imperare; neque. n. dominãdi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi; nec principandi ſuperbia, ſed prouidendi miſericordia. Hoc naturalis ordo præſcribit, ita Deus hominem condidit. Nam dominetur inquit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & reptilibus terræ. Rationalem factum ad imaginem ſuam voluit niſi irrationabilibus dominari; non hominem homini, ſed hominem pecori, Inde primi iuſti, paſtores pecorum magis, quam reges hominum conſtituti ſunt; vt ſic inſinuaret Deus, quid poſtulet ordo creaturarum, quid exigat meritum peccatorum.

Seruitus à culpa non à natura proceſſit.

Conditio ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori; proinde nuſquam ſcripturarum legimus (ſeruum) antequam hoc vocabulum Noe iuſtus, peccatum filii vindicaret. Nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli (ſeruorum) in Latina lingua inde creditur ducta; quod hi qui iure belli poſſent occidi, à victoribus conſeruabantur, & ſerui fiebant, à ſeruando appellati; quod etiam ipſum ſine peccati merito non eſt. Nam & cum iuſtum geritur bellum, pro peccato contrario dimicatur; & omnis victoria cum malis prouenit diuino iudicio, vt victos humiliet; vel emendans peccata, vel puniens. Teſtis eſt hominibus homo Dei Daniel, cum in captiuitate poſitus, peccata ſua & peccata populi ſui cõfiteretur Deo, & hãc eſſe cauſam illius captiuitatis pio dolore teſtatur.

Ponitvr ergo quod ſeruitutis cauſa peccatum eſt, vt homo homini conditionis vinculo ſubderetur: quod non fit niſi Deo iudicante, apud quem non eſt iniquitas; & nouit diuerſas pœnas meritis diſtribuere peccantium. Sicut autem ſupernus Dominus dicit. *Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* Ac per hoc multi quidem religioſi, dominis iniquis, non tamen liberis ſeruiunt. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt: & vtique felicius ſeruitur homini, quàm libidini; cum ſæuiſſimo dominatu vaſtet corda mortalium (vt alias omittam) libido ipſa dominandi. Hominibus autem, illo pacis ordine quo alijs alij ſubiecti ſunt, ſicut prodeſt humilitas ſeruientibus, ita nocet ſuperbia dominantibus.

Vt humilitas prodeſt ſeruientibus, ita ſuperbia nocet dominãtibus.

Nvllvs autem natura, in qua prius Deus hominem condidit ſeruus eſt hominis aut peccati, verum pœnalis ſeruitus ea lege ordinata, quæ naturalem ordinem conſeruari iubet, perturbari vetat. Quia ſi contra eam legem non eſſet factum, nihil eſſet pœnali ſeruitute coercendum. Ideoque Apoſtolus monet *ſeruos ſubditos eſſe dominis ſuis, & ex animo eis cum bona voluntate ſeruire*, vt ſcilicet ſeruitutem ſuam quodammodo liberam faciant, non timore, ſiue dolo, ſed fidei dilectione ſeruiendo; *donec tranſeat iniquitas, & euacuetur omnis principatus, & poteſtas humana, & ſit Deus omnia in omnibus.* Quocirca etiam habuerunt ſeruos iuſti. Itaque patres noſtri ſic adminiſtrabãt domeſticam pacem, vt ſecundum hæc temporalia bona, filiorum ſortem à ſeruorum conditione diſtinguerent: Ad Deum autem colendum, in quo æterna bona ſperanda ſunt, omnibus domus ſuæ membris æquali dilectione conſulerent: quia naturalis ordo ita præſcribit, vt nomen patrisfamilias hinc exortum ſit.

In temporalibus ſecernẽdi ſunt filij à ſeruis, non autem in ſpiritualibus.

De regimine ſeruorum.

CAP. XII.

Caſſiodorus epiſtola 33. Maiora principem decet tribuere, quam à ſeruitute videatur accepiſſe. *Plautus in Aulularia.* Væ autem apud quos Domini vigilias multam in noctem pertrahunt, tantum enim ſeruis de vita, quantum de nocte auferunt. *Idem in eadem.* Domini ſunt, dicant quod volunt, quamdiu libuerit tolerandum eſt. *Ex prouerbijs ſapientum.* Minus quàm ſeruus eſt Dominus, qui ſeruos timet.

Sic dominus debet ſeruum tractare, ſicut ipſe ſeruus exiſtens tractari vellet.

Seneca ad Lucill. Epiſt. 47. Illos autem rideo, qui turpe exiſtimant cum ſeruo ſuo cœnare; quare? niſi quia ſuperbiſſima conſuetudo, cænanti domino, ſtantium ſeruorum turbã circumdedit. Ille quidem ingenti auiditate diſtentum ventrem onerat, ſerui autem tota nocte ieiuni mutique perſtant: ſicque fit vt de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. Tu autem ſic cum inferiore viue, quemadmodum tecum ſuperiorem velis viuere; & quotiens in mentem venerit, quantum tibi in ſeruum liceat; in mentem etiam veniat, tantundem in te domino tuo licere.

Didymus rex Brachmannorum ad Alexandrum Magnum. In homines noſtri ſimiles, ſuperbia non agimus Imperium; nec quemquam vel minima ſeruitute exigimus, præter corpus, quod ſolum animo famulari debere cenſemus. Alioquin ſæuitia eſt in obſequium cogere, quos nobis fratres eadem natura progenuit, & quibus à Deo patre communium bonorum ſpondetur hæreditas. *Valerius* 4. *lib.* Plato cum aduerſus ſerui delictum vehementius exarſiſſet, veritus ne vindictæ modum excederet, Speuſippo amico ſuo caſtigationis arbitrium mandauit.

Sæuitia eſt homines in ſeruitutem redigere, cum omnes ſint natura fratres.

Ex ſumma Azonis. Olim Dominus impune ſeruum ſuum occidere poterat: ſed hodie diſtinguunt; an occidat cauſa iuſta, aut ſine cauſa, & tunc aut voluntate ſua, aut caſu, aut culpa. In ſecundo caſu tenetur, tanquam ſi liberum occidiſſet. In primo non. Vbi autem eum verberibus, & fame affligit, ſed id moderatè facit, impunitum erit. Si autem immoderatè, confugere poteſt ſeruus ad præſides, vt compellatur dominus venlere ſeruum ſuum bonis conditionibus, id eſt ne re-

Qui ſeruum occidit ſine cauſa nõ minus delinquit quam ſi liberum occideret.

uerta-

uertatur in Domini poteſtatem. *Ex notulis ſuper titulos primi lib. Pandectarum ſiue digeſtorum.* Adrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillam ſuam atrociſſimè tractaſſet. Cato vbi ſupra.

Non eſt deſpiciendum conſilium ſerui.

Vtile conſilium Dominus ne deſpice ſerui:
Nullius ſenſum ſi prodeſt ſpreueris vnquam.
Contra hominem iuſtum prauè contendere noli:
Semper enim Deus iniuſtas vlciſcitur iras.

Galtherus in Alexandriede, lib. 1. *Require c. de electione peteſtatis. De hac etiam materia require in præcedenti lib. c. de moribus ſeruorum; & iterum inferius in hoc eodem lib. de libertate & ſeruitute.*

De ſeruanda pace domeſticorum,

CAP. XIII.

Quid pax domeſtica. AVguſtinus de Ciuit. Dei lib. 19. *Pax itaque domus eſt ordinata imperandi & obediendi concordia cohabitantium.* Hanc naturali iure vel inſtinctu, ſeruare omnes appetunt. Nam & latrones, vt vehementius & tutius infeſti ſint paci cæterorum, volunt pacem habere ſociorum. Sed & ſi vnus tam præpollens ſit viribus, & conſcius & ita cauens, vt nulli ſocio ſe committat, ſoluſque inſidians & præualens, quibus potuerit oppreſſis & extinctis, prędas agat; cum eis certè quos occidere non poteſt, & quos vult latere quod facit, qualemcunque vmbram pacis tenet. In domo autem ſua cum vxore & filijs ſtudet profecto eſſe pacatus, eis quippe ad nutum obtemperantibus ſine dubio delectatur. Nam ſi non fiat, indignatur, corripit, vindicat; & domus ſuæ pacem (ſi ita neceſſe ſit) ſæuiendo componit; quam ſentit eſſe non poſſe, niſi cuidam principio (quod ipſe eſt in domo) cætera in eadem domeſtica ſocietate ſubiecta ſint. Ideoque ſi offerretur ei ſeruitus plurimorum, vel ciuitatis, vel gentis; ita vt ſic ei ſeruirent, quemadmodum ſibi domi ſuæ ſeruiri volebat; non ſe iam latronem latebris conderet, ſed in regem conſpicuum ſublimaretur, cum eadem in ipſo cupiditas, & malitia permaneret. Pacem itaque cum ſuis omnes habere cupiunt, quos ad arbitrium ſuum viuere volunt.

Omnes etiã latrones, pacem domeſticam conciliare ſtudent

Simile. DENIQVE etiam ſæuiſſimæ feræ, genus proprium quadam pace cuſtodiunt, coeundo, gignendo, pariendo, fouendo, nutriendo; cum ſint plereque inſociabiles, & ſoliuagæ, vt Leones, Vulpes, Aquilæ, noctuæ. Quę enim Tigris non filijs ſuis immurmurat, & pacata feritate blanditur. Quis Miluus non coniugium copulat, oua confouet, pullos alit, & quaſi cum matrefamilias, ſocietatem domeſticam, quanta poteſt pace conſeruat. Quanto magis homo fertur quodammodo naturę ſuæ legibus, ad ineundum ſocietatem, pacemque cum hominibus (quantum in ipſo eſt) omnibus maximeque domeſticis obtinendam.

De Electione vel acquiſitione amicorum.

CAP. XIV.

Ne incipias amare quem deinceps poſſis odiſſe. EX *Prouerbijs ſapientum.* Talem diligentiam in amicis adhibe comparandis, ne incipias amare, quem deinceps poſſis odiſſe: tu primum teipſum bonum exhibe, & ſic alterum tui ſimilem elige. Amor extorqueri non poteſt, ſed elabi poteſt.

Amicus non eſt ad menſã quarendus, ſed inter honeſta officia. *Seneca de benef. libro 6.* Neminem tam altè ſæcula poſuerunt, vt non illi amicus eo magis deſit, quo nihil abſit. *Idem in libro de remedijs fortuitorum.* Quare amicum inter recta & honeſta officia, quære in laboribus, ad menſam res iſta non quęritur.

Idem ad Lucillum Epiſt. 3. Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantundem credis quantum tibi, vehementer erras. Errat, & ille, qui amicam in atrio quærit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus, quam quod amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt. Tu vero omnia cum amico delibera, ſed de ipſo prius. Poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam iudicandum. Ipſi verò prepoſterè permiſcent officia, qui contra præcepta Theophraſti, cum amauerint, iudicant, & non amauerint cum iudicauerint.

Veterrima amicitia debet eſſe ſuauiſſima: nec nimis cito diligere incipiẽdum eſt. *Tullius in lib. de amicitia.* Veterrima quoque amicitia (ſicut vinum vetus) debet eſſe ſuauiſſima. Maxima enim eſt vis vetuſtatis & conſuetudinis. Caueamus autem ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis eſt cauſa cur diligantur; ſed rarum genus eſt. Equidem omnia pręclara; nec quicquam difficilius eſt, quam reperire quod ſit ex omni parte in ſuo genere perfectum. Ipſe homo ſeipſum diligit per ſe, non vt aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſuæ; quod niſi in amicitia idem transferatur, verus amicus nunquam reperitur. Eſt enim verus amicus tanquam alter idem. Æquum eſt ergo ipſum virum primum bonum eſſe, & ſeipſum primum per ſe diligere. Deinde alterum ſui ſimilem quærere, cuius animum ita cum ſuo milceat, vt penè efficiat vnum ex duobus. Scipio ſolebat conqueri, quod omnibus in rebus homines diligentiores eſſent, vt Capras & oues quot quiſque haberet, dicere poſſet, amicos quot haberet non dicere poſſet.

Homo debet primò eſſe bonus, & poſtea amicum ſibi ſimilẽ quærere.

Idem in Rheto. 2. Diligere oportet, quem te velis diligere. *Saluſtius in Iugurthino.* Veros amicos neque armis cogere, neque auro parare queas; ſed officio & fide parantur. *Macrobius in lib. Saturnalium.* Ita amicum habeas, vt inimicum poſſe fieri putes. *Valerius Maximus* Bias quoque Prienæus ita aiebat oportere homines in vſu amicitiæ verſari, vt meminiſſent eam ad graues inimicitias conuerti. *Socrates.* Cum amicis breues rationes, amicitias longas habere oportet, principium amicitię bene loqui, exordium inimicitiarum maledicere. Amicus rarò acquiritur, citò amittitur.

Probandus eſt amicus antequam diligatur. *Theophraſtus.* Expedit iam probatos amicos amare, non amatos probare. *Suetonius de 12. Cęſaribus lib. 7.* Auguſtus Cęſar amicitias non facilè admiſit, & conſtantiſſimè retinuit.

Plautus in Aulularia. In amicitiam & fidem ſtultum ne receperis. Nam inſipientium atque improborum facilius ſuſtinetur odium, quàm collegium. Vis te non decipi? nemini credideris. Viſne tibi honorem deferri? inter miſeros viuito; nemini te querulo nimis ſodalem feceris.

Cato vbi ſupra.

Dilige ſic alios, vt ſis tibi charus amicus.
Sic bonus eſto bonis, ne te mala damna ſequantur.
Ignotum tibi, tu noli præponere notis;
Cum tibi vel ſocium, vel fidum quæris amicum.
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita petenda.

Ouidius in lib. Triſtium 4.

Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.

De adminiſtratione rerum domeſticarum.

CAP. XV.

AVCTOR. Secunda verò pars Oeconomicæ, quæ ad rei familiaris diſpoſitionem pertinet, quatuor (vt dictum eſt) partes continet. *Prima* conſiſtit in domeſticarum rerum negotiis ſolerter ac ſtrenuè procurandis, ipſiſque rebus iuſtè & fideliter acquirendis atque multiplicandis. *Secunda*, in eis cuſtodiendis. *Tertia* in eis diſpenſandis. *Quarta* in debitis euitandis.

DE iuſta rerum acquiſitione dicit Tullius in libro de Offic. 3. *Arbitrandum magis eſſe contra naturam, hominem aliquid homini ſui commodi cauſa detrahere, quàm omnia incommoda ſubire.* Et iterum, *Vir*, inquit, *bonus & iuſtus, nihil cuiquam, quod in ſe transferat, detrahet.* Patet ex his verbis Tullij, quod etiam Philoſophi fraudem & auaritiam deteſtantes, ſenſerunt abſque dam-

Res domeſtica debent adminiſtrari ſine alicuius præiudicio.

no alterius res domeſticas debere multiplicari. Quod & penitus fieri difficile eſt, aut etiam impoſſibile. Ab antiquo tempore tritum eſt prouerbium. *Omnis diues aut eſt iniquus, aut hæres iniqui.*

De hac quoque materia require plenius in præcedenti libro capite de cupiditate & auaritia, de rapina quoque & fraude & vſura. De cautela cuſtodiæ dicit Caſſiodorus in epiſtola 33. *Maior in conſeruandis rebus, quam inueniendis adhibenda eſt cautela.* Et iterum Claudianus in maiori volumine. *Plus eſt ſeruaſſe quæſitum, quàm quæſiſſe nouum.* Porro de prudenti rerum diſpenſatione iam dictum eſt in præcedenti libro, *tractatu de libertate.* De hac Auguſtinus ita loquitur in libro de doctrina Chriſtiana. Cum inquit omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus conſtricti, tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Ambr. in libro de Offic in diuerſis caſibus, cui potius tribuendum ſit, pleniſſime deſcribit.

Nec diues nec pauper debet mutuũ capere.

Deniqve de vitanda debitorum obligatione dicit Ambroſius in libro de Tobia. Paupertas non habet crimen, ſed debere verecundum eſt, non reddere verecundius. Diues es, pauper es, non ſumas mutuum. Si diues, nullam pateris petendi neceſſitatem. Si pauper, conſidera ſoluendi difficultatem. *Hinc etiam in prouerbijs ſapientium legitur.* Fraus eſt accipere, quod non poſſis reddere.

Seneca. quoque ſcribit in lib. de beneficijs. Primo docendi ſunt qui libenter accipiunt, libenter reddere; & eos quibus obligati ſunt, reanimoque, non tantum æquare, ſed etiam vincere. Itaque ſi beneficia gratis collata reddenda ſunt. multo fortius mutua. Denique quia multi ingrati quidem videntur in petendo, ſed inimici fiunt in reddendo.

Dum amico petenti mutuum damus & ipſum & pecuniam perdimus.

Dicit Demas philoſophus. Amico me rogante pecuniam dum mutuo, ipſum & pecuniam perdo. Primum itaque membrum huius diuiſionis, quod conſiſtit in domeſticarum rerum agendarum induſtria, latius proſequamur ab ædificijs inchoantes.

De Habitaculis conſtruendis.

CAP. XVI.

Palladius in libro de Agricultura. Ædificium pro agri merito, & pro fortuna domini oportet inſtitui. Si vicinus eſt fluuius vbi ſtatuimus fabricæ ſedem parare, eius debemus explorare naturam, quia plerunque, quod exhalat inimicum eſt. Palus omnimodo vitanda, præcipuè ſi ab Auſtro eſt, vel Occidente, & ſiccare conſueuit æſtate, propter peſtilentiam, vel animalia inimica quæ generat. præterea ſcire neceſſarium eſt cõſtruenti, quæ calcis & arenæ natura ſit vtilis. Arenæ enim foſſiticiæ genera ſunt tria, nigra, rufa, cana. Omnium pręcipue rufa melior. Meriti ſequentis eſt cana. Tertium locum nigra poſſidet. Ex his quæ comprehenſa manu edit ſtridores, erit vtilis fabricanti. Item ſi panno, vel lintheo candidæ veſtis inſperſa & excuſſa, nihil maculæ relinquit aut ſordis, egregia eſt.

Non eſt bonũ ædificare iuxta paludes.

Arena marina non eſt vtilis niſi extrahatur ſalſedo.

Sed ſi foſſilis arena non fuerit, de fluminibus, aut glarea, aut littore colligetur. Marina arena tardius ſiccatur, & ideo non continuè, ſed intermiſſis temporibus conſtruenda eſt, ne opus oneret, & corrumpat: camerarum tectoria ſalſo humore diſſoluit; Nam foſſiles tectoriis & cameriis, ex celeri ſiccitate vtiles ſunt, melioreſque ſi ſtatim cum effoſſę ſint miſceantur. Nam diutino ſole, aut pruina, aut imbre vaneſcunt. Fluuiales. tectoriis magis poterunt conuenire. Sed, ſi vti neceſſe ſit, maris arena, erit commodum prius eam lacuna humoris dulcis immergi, vt vitium ſalis, aquis ſuauibus eluta, deponat.

Calx ſtructuris conuenit.

Calcem quoque albo ſaxo, duro, vel tiburtino, aut columbino fluuiali coquemus; aut rubeo, aut ſpongia, aut poſtremum marmore. Quæ autem erit ex ſpiſſo & duro ſaxo, ſtructuris conuenit. Ex fiſtuloſo vero aut molliori lapide, tectorijs adhibetur. Vtilius in duabus partibus calcis, vna arenæ miſcenda eſt. In fluuiali verò arena, ſi tertiam partem teſtæ cretæ add ideris, operum ſoliditas mira præſtabitur.

De Situ & forma ędificiorum.

CAP. XVII.

Quale conſtruendum fundamentũ

Prętorij ſitus, loco aliquatenus erectiore & ſiciore quam cætera eſſe debet, propter iniuriam fundamentorum, & vt læto fruatur aſpectu. Fundamenta autem hoc modo ponenda ſunt, vt latiora ſint ex vtraque parte ſemipedis ſpatio, quam parietis corpus increſcit. Si lapis occurrat, facilis cauſa eſt collocandi, in quo ſculpi tantum fundamenti forma debebit, vnius pedis altitudine, vel duorum. Si ſolida & conſtricta inuenietur argilla, quinta aut ſexta pars altitudinis obruatur; donec munda, ſine ruderum ſuſpicione occurrat argilla: quę ſi omnino deſit; quartam merſiſſe ſufficiet.

Qualis debeat eſſe ſitus domus, ciuſque forma.

Stvdendvm præterea, vt hortis & Pomarijs cingi poſſit, aut pratis. Sed totus fabricæ tractus, vnius lateris longitudine in quo frons erit, meridianam partem reſpiciat. In primo angulo excipiens ortum ſolis hyberni, & paululum ab Occidente auerratur hiemali. Ita proueniet, vt per hyemem ſole illuſtretur, & calores eius æſtate non ſentiat. forma tamen eſſe debet eiuſmodi, vt ad habitationem, breuiter collectas, & æſtati & hyemi præbeat manſiones. Quæ hyemi parantur ita ſint conſtitutæ, vt poſſit eas hyberni ſolis totus propemodum curſus hilarare, menſura vero hæc ſeruanda eſt in triclinijs, atque cubiculis; vt quanta latitudo vel longitudo fuerit, in vnum computetur; & eius medietas in altitudine conferatur.

De Pauimentis eorum.

CAP. XVIII.

Obſeruanda pro pauimẽtis.

In his pauimenta oportuna eſſe debebunt, primum in fabricis planis earum, obſeruandum eſt, vt æqualis & ſolida contiguatio fiat, ne gradus ambulantium tremor fabricæ titubantis excutiat. Deinde vt axes quernæ cum æſculeis non miſceantur. Nam quercus, humore concepto, cum ſe cæperit ſiccare, torquetur & rimas in pauimento faciet; æſculus autem ſine vitio durat. Sed ſi quercu ſuppetente æſculus deſit, ſubtiliter quercus ſecetur, & tranſuerſus atque directus, duplex ponatur ordo tabularum, clauibus frequentibus fixus.

Ex qua materia conficiendum pauimentum.

De acere, aut fago, aut Fraxino, diutiſſime tabulata durabunt, ſi ſtratis deſuper paleis, vel ſilice, humor calcis nuſquam ad tabulati corpus accedat. tunc ſuper ſtratum minabis ruderes, ideſt ſaxa contuſa duabus partibus, & vna calcis temperante conſtitues. hęc cum ad ſex digitorum craſſitudinem feceris, ſi loca hiemalia ſunt, tale pauimentum debebis imponere, in quo vel nudis pedibus ſtantes miniſtri hyeme non rigeſcant: inducto itaque rudere, vel teſtato pauimento, congeſtos & calcatos ſpiſſe carbones, cum ſabulone & fauilla & calce permiſces, & huius craſſitudinem ſemipedis iubebis imponi. Quod exæquatum nigra pauimenta formabit, & ſi qua fundentur ex poculis, velociter rapta deſuget.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De parietibus, & tecturis.

CAP. XIX.

QVOD si latericios parietes in prætorio facere volueris perfectis parietibus in summitate, quæ trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sesquipedali altitudine; vt si corruptæ tegulæ, aut imbrices fuerint, parietem non possint penetrare per pluuiam. Deinde prouidendum est, vt siccis & asperatis parietibus latericiis inducatur tectorium, quod humidis ac lenibus adhærere non poterit. Et ideo tertio eos prius debebis obducere, vt tectorium sine corruptione suscipiant.

Bonitas calcis vnde deprehendatur.

OPVS quoque albatum sæpe delectat, cui calcem debebimus adhibere, cum multo tempore fuerit maceratum. Ergo vt vtile probes ascia calcem quasi lignum dolabis: si nusquam aciem eius offenderit, & quod asciæ adhæret fuerit molle atque viscosum, constat albatis operibus conuenire.

PARIETVM verò tectura sic fiet fortis & nitida. Primo trullis frequenter inducta, cum siccari cœperit iterum inducatur ac tertio: post hæc tria coria ex marmoreo grano cooperiatur ad trullam, quæ inductio ante tamdiu subigenda est, vt quo calx subigetur mundum leuemus: hæcque marmoris grani inductio cum siccari incipiet, aliud corium subtilius oportet imponi; sic & soliditatem custodiet, & nitorem.

De Cisternis, & Piscinis.

CAP. XX.

VITANDVM est (quod plerique fecerunt) aquę causa villas in infimis vallibus mergere, & paucorum voluptatem præferre habitatorum saluti; cum si fons desit, ac puteus, Cisternas construere conueniat, quibus omnium conduci possit aqua tectorum. Magnitudo ea cui delectaris Cisterna constituatur, longior magis quàm latior. In imis solum alto rudere solidatum, relicto fusorijs loco, testacei pauimenti superfusione læuigetur. Hoc pauimentum omni cura terendum est ad nitores, & lardo pingui decocto assiduè perfricandum. Quod vbi deducto humore siccatum est; ne rimis in aliqua parte findatur, etiam parietes simili modo velentur obducti & ita post diuturnã & solidam siccitatem, aquæ præbeatur hospitium. Anguillas sane, piscesque fluuiales mitti in his, pascique conuenit, vt horum natatu, aqua stans agilitatem currentis imitetur.

Modus fabricandi cisternam.

Vtilitas piscinæ.

PISCINÆ duę, vel solo impressæ, vel cæso lapide circa villam esse debebunt, quas facile est aut fonte, aut imbre suppleri; vt vna ex his vsui sit pecoribus, vel auibus aquaticis; alia madefaciat virgas, & coria Lupi, Pinos, & si qua rusticitas consueuerit infundere.

De Cellis vinarijs, & Olearijs.

CAP. XXI.

CELLAM vinariam Septentrioni habere debemus oppositam, frigidam, vel obscuræ proximam; longè à balneis, stabulis, furno, sterquilinijs, cisternis, aquis, & cæteris odoris horrendi: ita constructam, vt non timeatur à fluctu; sic autem dispositam, vt basilicę ipsius forma, calcatorium loco habeat altiore constructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hincinde depressi sint, gradibus tribus ferè ascendatur, aut quatuor. Ex his lacubus canales structi, vel cubi fictiles circa extremos parietes currant, & subiectos lateri suo dolios, per vicinos meatus manantia vina defundant. Si copia maior est, medium spatium cupis deputabitur, quas ne ambulantia vina prohibeant, asellis altioribus impositas, vel supra dolia possumus collocare, spatio interlongiore distantes; vt si res exigat, currentis transitus possit admitti. quod si cupis locum suum deputabimus: Is locus ad calcatorij similitudinem, podiis breuibus, & pauimento testato solidetur, vt etiamsi ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur, non peritura vina, quæ fluxerunt.

OLEARIS cella Meridianis sit obiecta partibus, & contra frigus munita, vt illi per specularia debeat lumen admitti, ita & operas quæ hyeme sunt, nullus algor impediet, & oleum cum premetur adiutum temporibus, frigore non valebit astringi. Receptacula olei semper munda sint, ne nouo sapore infecta, veteri rancore corrumpantur. At si quis maiori diligentia studet, subiectis hincinde cuniculis pauimenta suspendat, & ignem suggerat, fornace succensa. Ita purus calor olei, cellam sine fumi nidore vaporabit, quo sæpe infectum corrumpit saporem.

Cella olearia.

De Horreis.

CAP. XXII.

SITVS horreorum, & superior, & longè ab omni humore, & lætamine, & stabulis ponendus est; frigidus, ventosus, & siccus; cui prouidendum est structuræ diligentia, ne rimis possit abrumpi. Solum igitur omne bipedis crassitudine sternatur, vel maioribus laterculis, quos suffuso testaceo pauimento debemus imprimere. Tunc diuisas cellas, si magnus sperabitur frumentorum prouentus, grano cuique tribuemus. Si terræ pauperes minora promittunt, vel crateis podiis erunt discernenda granaria, vel vimineis vasculis reditus tenues congeremus.

Qualis horreorum situs & fabrica.

SED factis granariis amurca luto mixto patietes liniantur. Cui arida Oleastri folia, vel Oliuæ propaleis adijciantur; quo tectorio siccato, rursus amurca respergatur: quæ vbi siccata fuerit, frumenta condentur. Hæc res gurgulionibus, & cęteris noxijs animalibus inimica est. Aliqui Coriandri folia frumentis miscent ad seruandum. Nihil tamen commodius erit diu custodiendis frumentis, quàm si ex areis in alterum vicinum locum transfusa refrigerentur aliquantis diebus, atque in horreis inferantur.

NEGAT Columella ventilanda esse frumenta, quia miscentur magis animalia totis aceruis: quæ si non moueantur in summitate, vltra mensuram palmi subsistent, & hoc velut corrupto corio, cætera illæsa durabunt. Asserit idem, noxia animalia vltra prædictam mensuram non posse generari. Herba Consa sicca (vt Græci asserunt) substrata frumentis, addit ætati. Ab horreis tamen auster debet esse auersus.

De Stabulis, & chorte, & auiarijs.

CAP. XXIII.

STABVLA Equorum vel Boum, meridianas quidem respiciant partes, non tamen careant à Septentrione luminibus, quæ per hyemem clusa nihil noceant, per æstatem patefacta refrigerent. Ipsa stabula propter vngulas animalium ab humore suspensa sint. Boues nitidiores fient, si focum proximè habeant, & lumen intendant. Octo pedes ad spatium standi, singulis boum paribus abundant; & in porrectione quindecim plantæ roboreæ supponantur stationibus equorum, vt iacentibus molle sit, stantibus durum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

CHORS ad Meridiem pateat, & obiecta ſit ſoli; quia facilius erit, propter ea quæ inſunt animalia, ad æſtatis temperandum calorem quàm ad arcendum frigus hyemis. Porticus, ſurcis, aſſeribus, & fronde formari debent, vel ſcindulis; vel (ſi copia ſuppetit) tegulis, vel (ſi facilius, & ſine impenſa placuerit) tegentur caricibus aut geneſtis. Circa parietes chortis extremos, auiaria facienda ſunt, quia ſtercus auium maximè neceſſarium eſt agriculturę, excepto anſerum lætamine, quod ſatis omnibus inimicum eſt.

Stercus auiũ eſt agriculturæ vtilis.

De Columbarijs, & Turturum, & Turdorum cubiculis.

CAP XIV.

COlumbarium vero poteſt accipere ſublimis vna turricula in prætorio conſtituta, lęuigatis ac dealbatis parietibus, in quibus quatuor partibus feneſtellæ (ſicut mos eſt) breuiſſimæ fiant, vt Columbas ſolas ad introitum exitumque permittant: nidi figurentur interius. Amuſtelis tutæ fiunt, ſi inter eas vetus ſparta proijciatur. Non pereunt, neque locum deſerunt, ſi per omnes feneſtras aliquid deſtrangulati hominis loro, aut vinculo, aut fune ſuſpendas. Inducunt alias, ſi Cymino paſcantur aſſiduo, vel Hirci alarum balſami liquore tangantur. Fœtus frequentant ſi hordeum torrefactum, vel fabam, vel eruum ſæpe conſumant. Triginta autem Columbis volantibus, diurni tres ſextarij tritici ſufficient. Aut creaturæ prouidebimus ita, vt eruum verbi gratia, menſibus præbeamus hybernis. Rutæ ramulos, plurimis locis oportet contra animalia inimica ſuſpendere.

Quomodo tractanda columba.

Hæc videtur ſapere vana vetularum ſomnia.

SED columbarij cellæ duo ſubiecta cubicula fiant; vnum breuem, & prope obſcurum, quo Turtures claudi poſſint, quos nutrire facillimum eſt. Nam nihil expetunt niſi vt æſtate, qua ſola maximè pingueſcunt, triticum vel millium mulſa maceratum ſemper accipiant. Sed modius vnus diurnus 120. Turturibus ſufficit. Aqua ſane eis frequenter mundior debet offerri.

Quomodo turtures nutriẽdi, atque etiam turdi.

ALIVD vero cubiculum Turdos nutriat; qui locus mundus ſit, & lucidus, & vndique læuigatus. tranſuerſæ in hoc perticæ figantur, quibus poſſint poſt incluſum volatum ſedere: rami etiam virides, ſæpe mutentur, caricæ tunicę mixtis pollinibus largiſſime præbeantur. Mixti etiam ſi facultas eſt, Lentiſci, Oleaſtri, Hederę, & Arbuti ſemina, interdũ ad excludenda faſtidia, & maxime aqua munda tribuatur. Claudantur illæſi, & recentes capti, mixtis aliquibus ante nutritis, quorum ſocietate ad capiendos cibos, pauidam nouæ captiuitatis mœſtitudinem conſolentur.

De Gallinis educandis.

CAP. XXV.

GAllinas educare nulla mulieris neſcit induſtria. Hæc de his præcepiſſe ſufficiat, vt fumo & puluere vtantur, & cinere. Sint præcipuè nigræ, aut flaui coloris. Albe vitentur. Vinaciæ cibo ſterileſcunt: hordeo ſemicocto, & parere ſæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Supponenda ſunt his ſemper oua numero impari, Luna creſcente, à decima vſque ad quintamdecimam. Pituita his naſci ſolet, quæ alba pellicula linguam veſtit extremam: hæc leuiter vnguibus vellitur, & locus cinere tangitur, & Allio trito plaga mundata conſpergitur. Item alij, mica trita cum oleo, faucibus inſerunt. Staphiſagria etiam prodeſt, ſi cibis miſceatur aſſidue. Si amarum pinum comedant, ſub oculis illis grana procedunt, quę niſi acu leuiter, apertis pelliculis auferantur, extinguunt oculos. portulacæ ſucco forinſecus, & mulieris lacte curemus; vel hammoniaco ſale cui mel & cyminum æquale miſcentur. Pediculos earum perimit ſtaphiſagria, & torrefactum cyminum pariter, tunſa cum vino & amari Lupini aqua, ſi penetret ſecreta pennarum.

Quo cibo nutriendæ gallinæ.

De Phaſianis nutriendis.

CAP. XXVI.

IN Phaſianis nutriendis hoc ſeruandum eſt, vt nouelli ad creandos fœtus parentur, id eſt qui anno ſuperiore ſunt editi, veteres enim fœcundi eſſe non poſſunt. Ineunt fœminas menſe Martio, vel Aprili: duabus vnus maſculus ſufficit, quia cęteras aues ſalacitate non æquat. Semel in anno fœtus creabunt; viginti fere ouis pariendi ordo concluditur. Gallinę his melius incubabunt; ita vt quindecim Phaſianina oua nutrix vna cooperiat. Cætera oua ſui generis alicui ſupponantur. In ſupponendo, de Luna & diebus, quæ ſunt in alijs dicta, ſeruemus. Triceſimus dies maturos pullos in lumine mittet; ſed per quindecim dies diſcocto atque refrigerato leuiter hordei farre paſcantur, cui vini imbrem aſpergito: poſt, triticum fractũ præbebis, & locuſtas, & oua Formicę: ſane ab aquę prohibeantur acceſſu; ne pituita concludat. Quòd ſi pituitam patientur Phaſiani, Allio cum pice liquida terſo, roſtra eorum debebis aſſiduus perfricare, vel vitium (ſicut Gallinis fieri conſueuit) auferre. Saginandi hæc ratio eſt, vt clauſo Phaſiano, miniſtrentur offulæ de farina tritici, vel hordei, quæ oleo læuigentur aſperſo; & ita inſerantur faucibus, ne ſub infima linguæ parte mergantur; quod ſi euenerit ſtatim peribunt. Illud quoque curemus, vt præbeantur noua alimenta prioribus digeſtis, quia eo facillime onus cibi hærentis extinguitur.

Modus nutriendi phaſianos.

De Anſeribus.

CAP. XXVII.

ANſer ſanè nec ſine aqua, nec ſine herba facile ſuſtinetur, locis conſitis inimicus eſt, quia ſata & morſu lædit & ſtecore pullos præſtat, & plumas quas Autumno vellamus & vere. Vni maſculo tres fœminæ ſufficiunt. Si deſit fluuius lacuna formetur. Si herba non ſuppetat, Trifolium, fœnum Græcum, Agreſtia intyba, Lactuculas, ſeramus alimento. Albi fœcundiores ſunt, varij vel fuſci minus, quia de agreſti genere ad domeſticum tranſierunt. Incubant à Calend. Martij vſque ad æſtiuum ſolſtitium: Prius parient, ſi Gallinis oua ſupponas. Extremum partum matribus iam vacaturis educare permittimus, parituræ ad haram perducantur: cum ſemel hoc feceris, conſuetudinem ſponte retinebunt, Gallinis, ſicut Pauonina, & anſeris oua ſuppones: ſed anſerinis ouis ne noceant ſuppoſitis, ſubijciantur Vrticæ. parui ſemine Papaueris, primis decem diebus intus paſcendi ſunt: Poſtea ſereno eos poterimus educere, vbi Vrtica non fuerit, cuius aculeos formidant. Quatuor menſium bene ſaginantur, nam melius in tenera ætate pingueſcunt. Polenta dabitur in die ter: large vagandi licentia prohibetur: loco obſcuro claudentur, & calido: ſic maiores etiam ſecundo menſe pingueſcunt. Nam paruuli ſæpe die triceſimo ſaginantur melius, ſi ad ſacietatem millium præbeamus infuſum. Inter anſerum cibaria legumen omne porrigi poteſt, excepto eruo. Cauendum eſt etiam ne pulli eorum ſetas glutiant.

Albi anſeres ſunt fuſcis fœcundiores

De Pauonibus.

CAP. XXVIII.

PAuones nutrire facillimum eſt, niſi eis fures, animalia inimica formides, qui plerunque per agros vagati ſpon-

Modus nutriendi & propagandi Pauones.

ti ſponte ſe paſcunt, pulloſque educunt: altiſſimas arbores veſpere petunt. Vna his cura debetur, vt incubantes per agrum fœminas, quæ hoc paſſim faciunt, à Vulpe cuſtodias. Ideo in inſulis breuibus meliori ſorte nutriuntur. Vni maſculo, fœminæ quinque ſufficiunt. Maſculi, oua & pullos ſuos perſequuntur velut alienigenas, priuſquam illis criſtarum naſcatur inſigne. Ab idibus Februarij calere incipiunt. Faba leuiter torrefacta in libidinem prouocantur, ſi eis quinto quoque die tepida præbeatur. Cupidinem coeundi maſculus confitetur quoties circa ſe amictum caudæ gemmantis incuruat, & ſingularum capita oculata pennarum locis ſuis exerit, cum ſtridore procurrens.

SI OVA Pauonum Gallinis ſupponantur, excuſatæ matres ab incubatione, tribus vicibus per annum fœtus edunt. Primus partus quinque ouorum, ſecundus quatuor, quę à primo incremento Lunæ, nouem diebus habeant nouem oua ſuppoſita, quinque Pauonina, & cætera ſui generis. Decima die omnia Gallinacia ſubtrahantur, & alia item Gallinacia totidem recentia ſupponantur, quot ablata ſunt, vt tricęſima Luna, hoc eſt expletis triginta diebus poſſint cũ Pauoninis ouis operiri. Oua autem Pauonum, quę Gallinę ſubiecta ſunt, ſæpe manu conuertantur, quia hoc ipſa facere vix valebit. Maiores tamen Gallinas oportet eligere, nam minoribus pauciora ſupponas.

NATOS ſi ad vnam transferre à pluribus velis, dicit Columella vni nutrici 25. ſufficere, mihi verò videtur 15. ſatis eſſe. Primis diebus far hordei conſperſum vino, pullis dabitur, vel vndecunque cocta pulticula, & refrigerata; poſtea adijcietur porrum conciſum, vel caſeus recens, ſed expreſſus; Nam ſerum Pullis nocet. Locuſtæ etiam ablatis pedibus præbentur. Ita paſcendi ſunt vſque ad vnum menſem. Deinde hordeum poteris præbere ſolenniter; tricęſimo quinto tamen die poſtquam nati ſunt, & in agrum tuto deijci poſſunt, comitante nutrice, paſcendi. Cuius ſingulto reuocantur ad villam. Pituitas verò & cruditates his remedijs amouebis, quibus Gallina curatur: maximum illi periculum eſt cum incipit criſta produci; nam patiuntur languores infantum ſimilitudine, cum illis tumentes gingiuas, denticuli aperire nituntur.

De Area ſtruenda.

CAP. XXIX.

De modo cõſtruendi areã pro mercibus vendendis.

AREA longè à villa eſſe non debet, & propter exportandi facilitatem, & vt fraus minor timeatur Domini, vel Procuratoris in ciuitate ſuſpecta. Sit autem vel ſtrata ſilice, vel ſaxo montis exciſa, vel ſub ipſo trituræ tempore, vngulis pecorum, & aqua admixtione ſolidata: clauſa deinde & robuſtis muta cancellis, propter armenta, quæ cum teruntur inducimus. Sit circa hanc locus altus planus & purus, in quem frumenta transfuſa refrigerentur, & horreis inferantur; quæ res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde horreum vndecunque proximum, maximè in humidis regionibus, ſub quo propter imbres, frumenta ſi neceſſitas coegerit, raptim, vel munda, vel ſemitrita ponantur. Sit enim loco ſublimi, & vndecunque perflabili; longè tamen ab hortis, vineis, atque pometis. Nam ſicut radicibus virgultorum proſunt lætamen & paleæ, ita inſidentes frondibus, arere compellunt.

De Balneis, & Piſtrino.

CAP. XXX.

Balnea tum vtiles ſunt, tum iucũda.

NON eſt alienum ſi aquæ copia patiatur, patremfamilias de ſtructura Balnei cogitare; quæ res & voluptati plurimum conferat, & ſaluti, itaque balneum conſtituemus in ea parte qua calor futurus eſt, loco ab humore ſuſpenſo, ne vligo eum fornacibus vicina refrigeret. Lumina ei dabimus à parte meridiana, & Occidentis hyberni, vt tota die ſolis iuuetur & illuſtretur aſpectu. Cellæ autem ſic diſponantur vt quadræ non ſint, ſed verbi gratia, ſi quindecim pedibus longæ fuerint, decem latæ ſint. Fortius enim vapor inter anguſta luctabitur. Piſcinales cellæ in æſtiuis balneis à Septentrione lumen accipiant. In hyemalibus à Meridie. Si fieri poteſt ita conſtituantur Balneæ, vt omnes earum hortos decurrat eluuies. Si aquę copia eſt, fuſuras balnearum debet & Piſcina poſt ſuſcipere, vt ibi formatis aquarijs molis, ſine hominum vel animalium labore frumenta frangantur.

De Fœnili & Sterquilinio.

CAP. XXXI.

FOENI, Palearum, ligni, cannarum repoſitiones, nil refert in qua parte, dummodo ſiccæ ſint, atque perflabiles, & longè remoueantur à villa, propter timorem furtipientis incendij. Stercorum congeſtio locum ſuum teneri debebit, qui abundet humore. Et propter odoris horrenda, à prætorij conuertatur aſpectu. Humor enim abundans hoc præſtat ſtercori, vt ſi qua inſunt ſpicarum ſemina, putrefiant. Stercus Aſinorum primum eſt, maximè hortis, deinde Ouinum & Caprinum, & Iumentorum; Porcinum verò peſſimum. Cineres optimi, ſed Columbinum feruidiſſimum; cæterarumque auium ſatis vtile, excepto Paluſtrium. Stercus quod anno requieuerit, ſegetibus vtile eſt, nec herbas creat; ſi vetuſtius ſit, minus proderit. Pratis verò recentiora ſtercora proficient, at vber herbarum, & maris purgamenta, ſi aquis dulcibus eluantur, mixta reliquis, vicem ſtercoris exhibebunt; & limus quem ſcaturiens aqua vel fluuij incrementa reſpuerint.

Stercus Aſinorum eſt præcipuum.

De Hortis & Pomerijs.

CAP. XXXII.

HOrti & Pomeria domui proxima eſſe debent. Hortus ſterquilinio maximè ſubiectus, cuius eum ſuccus ſponte fœcundet; ab area longè ſitus: Nam puluerem palearum patitur inimicum. Felix poſitio eſt, cui leuiter inclinata planicies, curſus aquæ fluentis per ſpatia diſcreta diluat. Si fons deſit, aut imprimendus eſt puteus, aut ſi hoc nequeas, piſcinà ſuperius conſtruenda, vt illi aquas pluuia conferente, hortus per æſtiuos rigetur ardores. Si hac omni facultate caueris, ſemper altius tribus vel quatuor pedibus, ad paſtini ſimilitudinem fodies hortulum, qui ſic cultus negligat ſiccitates. Sed huic quamuis contra neceſſitatem adiuta ſtercore, quælibet terra conueniat, tamen hæc genera ſunt in electione vitanda; creta quam argillam dicimus, atque rubrica. Illud quoque cuſtodies in hortis quos humoris natura non adiuuat, vt diuidas partes, & hyeme ad meridiem, æſtate ad Septentrionem, ſpatia colenda conuertas. Multa munitionis ſunt genera. Alij luto inter formas clauſo, parietes figuratos ex partibus imitantur. Quibus ſuppetit, maceries luto & lapide excitant; plerique ſine luto, congeſta in ordinem ſaxa componunt; nonnulli foſſis ſpatia colenda præcingunt; quod vitandum eſt, quia horto ſubducit humores; niſi fortè locus Paluſtris colatur. Alij ſpinarum plantas, & ſemina in munitione diſponunt; ſed melius erit rubi ſemina, & ſpinę quæ rubus caninus vocatur, ad ſepem procreandam terrę mandare.

Quomodo colendus hortus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De hortorum partibus, & ſerendi temporibus.

CAP. XXXIII.

PARTES ſanè horti diuidendæ ſunt, vt hæ in quibus Autumno ſeminabitur, verno tempore paſtinentur; quas ſeminibus vere complebimus, Autumni tẽpore debemus effodere: ita vtraque paſtinatio decoquetur beneficio algoris, vel ſolis. Areę faciendæ ſunt anguſtiores & longæ, id eſt duodecim pedum longitudine, & ſex latitudine, ſic propter ſpatia vtrinque purganda diuiſę. Margines vero earum, locis humidis vel irriguis, duobus pedibus erigantur, ſiccis vno extuliſſe ſufficiet. Inter areas ſi humor conſueuit effluere, ſpatia altiora ipſis areis eſſe debebunt, vt facilius ingrediatur aream de ſuperiori parte humor admiſſus, & vbi ſi tientem ſaturauerit, in alias poſſit excluſus conuerti. Serendi tempora, licet per menſes certa ſignemus, tamen ſecundum loci & cœli naturam vnuſquiſque cuſtodiat. Frigidis locis Autumnalis ſatio celerior eſt, verna verò tardior. Calidis verò regionibus, & Autumnalis ſerior fieri poteſt, & verna maturior. Quæcunque ſerenda ſunt cum creſcit Luna ſeminentur; quę ſecanda ſunt vel legenda, cum minuitur.

Serẽdum eſt Luna creſcẽte, ſecandum Luna decreſcente.

De nocumentis hortorum, & remedijs.

CAP. XXXIV.

CONTRA nebulas & rubiginem, paleas & purgamenta pluribus locis per hortum diſpoſita ſimul omnia cum nebulas videris inſtare, combures. Contra grandinem, panno ruſſo mola cooperitur, horti ſpatia alba vite præcingitur. Aliqui Vrſi adipem cum oleo tuſum reſeruant, & falces hoc cum putaturi ſunt vngunt, cuius tantà vis eſſe perhibetur, vt neque gelu, neque nebula, neque aliquo animali poſſit noceri. Contra culices & limaces, vel amurcam recentem, vel camini fuliginem ſpargimus. Contra formicas, ſi in hortum habent foramen, cor noctuæ admouemus. Si foris veniunt, omne horti ſpatium cinere, aut cretæ cãdore ſignabimus. Contra Erucas, ſemina quæ ſpargenda ſunt, Semperuiuæ ſucco madefiant, vel erucarum ſanguine. Aliqui cinerem de fico ſuper erucas ſpargunt. Itemque ſquillam, vel in horto ferunt, vel certè ſuſpendũt. Aliqui mulierem menſtruantem, nudis pedibus contra erucas, ſepta hortorum faciunt circumire. Aliqui fluuiales cancros pluribus locis intra hortum configunt.

CONTRA animalia quæ vitibus nocent, Cantarides quas in roſis inuenire conſueuimus, oleo merſas, reſolui patieris in tabem; & cum putandæ ſunt vites, hoc oleo falces perunges. Extinguantur Cimices amurca, & felle bubulo, lectis aut locis perunctis, vel folijs Hederę tritis ex oleo, vel incenſis ſanguiſugis. Vt olera animalia infeſta non generent, in corio Teſtudinis omnia ſemina quæ ſpartiurus es ſicca, vel Mentha locis pluribus, maximè inter Caules ſere. Si Vitibus conſulemus, Allio trito, falces putatoriæ feruntur vngendæ. Ne Cantarides vitibus noceant, in cote qua falces acuuntur, ipſæ ſunt conterendæ. Formicas abiges, Origano & Sulphure tritis foramen aſpergens; hoc & Apibus nocet. Item coclearum vacuas teſtas ſi vſſeris, & eo cinere foramen inculces. Culices Galbano infuſo fugantur, aut ſulphure. Pulices Amurca per pauimentum frequenter aſperſa, vel Cimino Agreſti cum aqua trito; vel Cucumeris ſemen Agreſtis aqua reſolutum ſæpe infundes.

Varia obſeruantia.

Quomodo extinguãtur Cimices.

Contra pulices.

De quibuſdam noxijs animalibus exterminandis.

CAP. XXXV.

MVRES, ſi amurcam ſpiſſam patinæ infuderis, & in domo nocte poſueris, adhærebunt. Item necabuntur ſi Elleboro nigro, caſeum, vel panem, vel adipes, vel polentam permiſceas, & offeras: & Agreſtis Cucumeris, & coloquintidæ ſuffuſio, æquè nocebit aduerſus mures agreſtes. Apuleius aſſerit ſemina Bubulo felle maceranda, antequam ſpargas. Nonnulli folijs Radodaphnes aditum eorum claudunt, qui roſis his, dum in exitum nituntur, intereunt. Talpas Gręci hoc genere perſequuntur: Nucem perforari iubent, vel aliquod pomi genus ſoliditatis eiuſdem; ibi paleas & cedria cum Sulphure ſufficienter includi; tunc omnes paruos aditus, & reliqua ſpiramina Talparum diligenter obrui, vnum foramen quod amplius eſt reſeruari, in cuius aditu nucem intus incenſam ſic pone, vt ab vna parte flatus poſſit accipere & ab alia parte fumum diffundere. Sic impletis fumo cuniculis, Talpas vel fugere protinus aiunt vel necari. Mures ruſticos ſi querno cinere aditus eorum ſatures, à tractu frequenti ſcabies occupabit, ac perimet.

Remedia cõtra mures.

Contra Talpas.

SERPENTES prope omni auſteritate fugantur, & nocentes ſpiritus innocentia fumi graue olentis exagitat. Vramus galbanum, vel cerui cornua, radices Lilij, Caprę vngulas, hoc genere monſtra noxia prohibentur. Opinio Gręcorum eſt, ſi nubes locuſtarum repente ſurrexerit, latentibus infra tecta cunctis hominibus, eam poſſe tranſire. Quod ſi inobſeruantes homines ſub aere deprehendant, nullum fructum noceri, ſi continuo omnes ad tecta confugiant. Pelli etiam dicuntur amari Lupini aut Agreſtis Cucumeris aqua decocta, ſi Murię mixta fundatur. Æſtimant aliqui Locuſtas vel Scorpios poſſe fugari, ſi aliqui ex his vrantur in medio.

Contra ſerpentes.

Contra locuſtas.

De Apibus emendis, & collocandis, ac nutriendis.

CAP. XXXVI.

APES ſi emendæ ſunt, prouideamus vt plena cõparentur; quam rem, vel inſpectio, vel murmuris magnitudo, & frequentia monſtrant commeantis ac remeantis examinis: ex vicina potius quam longinqua regione, ne aeris nouitate tententur. Si verò longius aduehendæ ſunt, collo nocte portentur, nec collocare nec aperire aluearia, niſi veſpere inſtãte debemus. Speculemur deinde poſt triduum, ne omne ianuas ſuas egrediatur examen: hoc enim ſigno fugam meditantur aſſumere. Cætera omnia ſuo vndequaque reddemus loco: creduntur tamen non fugere, ſi ſtercus primogeniti vituli alligamus oribus vaſculorum.

Remedium contra fugã apum.

APIBVS ſtationem non longè à domini ędibus, vel in horti parte ſecreta & aprica, & à ventis remota & calidiore locare debemus, quæ in quadratam conſtituta menſuram, fures, & acceſſus hominum pecudumque ſubmoueat: ſit abundans floribus, quos vel in herbis, vel in fructibus, vel in arboribus procuret induſtria. Herbas nutriat Origanum, Tymum, Violas agreſtes, Affodillum, Amaracum, Hyacinthum (qui Iris vel Gladiolus dicitur ſimilitudine foliorum) Narciſſum, Crocũ, cęteraſque herbas ſuauiſſimi odoris vel floris. In fructicibus verò ſunt roſæ, Lilia, Violæ flauæ, Roſmarinus, Hederæ. In arboribus Zizifa, Amigdalus, Perſicus, Pyrus, Pomiferæque arbores, quibus nulla amaritudo reſpondet flori de ſucco. Syluęſtria verò Glandifera, Robora, Terebinthus, Lentiſcus, Cedrus, Tilia, Ilex minor, & Thymus: ſed Taxi remoueantur inimici. Primi ſaporis Mella Thymi ſuccus effundit: Secundi Tymbra, Serpillum, vel Origanum: Tertij Roſmarinum, & Saturegia. Cætera, vt Arbutus & Olera, ſaporem ruſtici

De herbis & arboribus apibus congruentibus.

mellis

mellis efficiunt. Sint autē à Septētrionali parte diſpoſitæ frutices, atque virgulta ordines ſuos ſub macerijs exæquantur: herbas deinde plano, poſt frutices conſeremus. Fons vel riuus huc conueniat ocioſus, qui humiles tranſeundo formet Lacunas, quas operiant rara & tranſuerſa Virgulta, ſedes tutas Apibus præbituræ, cum ſitient.

De nocumentis earum remouendis.

CAP. XXXVII.

SED ab his Apium caſtris longe ſint omnia odoris horrendi, Balnea, Stabula, Coquinę, Fuſoria: fugemus præterea animalia, quę ſunt Apibus inimica, Lacertos, & Blactas, & his ſimilia; & Aues etiam crepitaculis terreamus. Purus cuſtos frequens & caſtus accedat, habens noua aluearia præparata, quibus excipiatur examinum iuuentus, vitetur odor cæni, & cancer exuſtus & locus qui ad humanam vocem falſa imitatione reſpondet. Abſint & herbæ, Titimallus, Elleborū, Tapſia, Abſinthiū, Cucumis agreſtis, & omnis amaritudo conficiendæ aduerſa dulcedini.

Ex qua materia conficienda alueria.

Aluearia meliora ſunt quę cortex formabit raptus ex ſubere, quia non tranſmittunt vim frigoris aut caloris; poſſunt tamen ex ferulis fieri. Si hæc deſint, ſaliginis viminibus fabricentur, vel ligno cauatæ arboris; aut tabulis more cuparum. Fictilia deterrima ſunt, & hyeme gelantur, & æſtate feruescunt. Sed podia ternis alta pedibus fabricentur, propter lacertorum cæterorumque animalium noxam, quibus eſt moris irrepere & ſupra hęc aluearia collocentur, ita vt non poſſint imbre penetrari, ſpatiolis inter ſe patentibus ſegregata. Anguſtus tamen aditus admittat examina, propter frigoris & caloris iniuriam. Sanè ventis frigidioribus altus paries reſiſtat, qui locum poſſit defenſis ſedibus apricare. Aditus omnes ſoli opponantur hyberno, qui in vno cortice, duo vel tres eſſe debebunt, ea magnitudine quæ Apis formam non poſſit excedere. Sic enim noxijs animalibus ingreſſu reſiſtetur anguſto; vel ſi Apes obſidere voluerint exeuntes, alio cū non defuerint nitentur egreſſu.

De Agris eligendis, atque colendis.

CAP. XXXVIII.

ELigendus eſt pinguis ac reſolutus ager, qui minimum laborem petit, fructum maximum reddit. Secundi meriti eſt ſpiſſus, qui quidem labore maximo ad vota reſpōdet. Illud verò deterrimum eſt, quod erit ſiccum ſimul & ſpiſſum, & macrum, vel frigidum; qui ager peſtiferi more fugiendus eſt. In eligendo Agro vel emendo, conſiderare debebis ne bonum naturalis fœcunditatis, colentium deprauauerit inertia; & indegeneres ſurculos, vber ſoli feracis expenderit. Quod quamuis emendari poſſit in ſatione, meliorum tamen harum rerum ſine culpa melior vſus eſt, quam cum ſpe corrigendi ſerus inuentus. Poſitio ipſius Agri qui eligendus eſt ea ſit: In frigidis Prouincijs Orienti & Meridiano lateri debet eſſe oppoſitus, ne alicuius magni montis obiecta, his duabus partibus excluſis algore rigeſcat. Aut per partem Septentrionis remoto, aut per Occidentis in veſperam ſole dilato. In calidis verò Prouincijs pars potius Septentrionis optanda eſt, quæ & vtilitati, & voluptati, & ſaluti, ęqua bonitate reſpondeat. Eligendi & bene colendi. Agri ratio quatuor rebus conſtat; aere, aqua, terra, induſtria. Ex his tria ſunt naturalia, vnum facultatis & voluntatis eſt. Naturæ eſt enim, vt eis locis quæ colere deſtinabis, aer ſit ſalutaris & clemens, aqua ſalubris & facilis, vel ibi naſcens, vel adducta, vel imbre collecta. Terra verò fœcunda, & ſitu commoda.

De qualitate & ſitu agri.

Cultus agri ex quatuor pendet.

De ſalubritate aeris, & quę ibi conſideranda,

CAP. XXXIX.

AEris ſalubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera, & nebularum noctibus abſoluta, & habitatorum conſiderata corpuſcula, ſi eis color ſanus, capitis firma ſinceritas, inoffenſum lumen oculorum, purus auditus, fauces commeatus liquidæ vocis exercent; hoc genere benignitas aeris approbatur. His autem contraria noxium illius cæli ſpiritum confitentur. *Aquę* verò ſalubritas ſic agnoſcitur, primum ne à lacunis aut palude ducatur, ne de metallis originem ſumat, ſed ſi perſpicui coloris, neque vllo, aut ſapore, aut odore vitietur; nullus illi limus inſideat, frigus tepore ſuo mulceat, æſtatis incendia moderetur. Sed quia ſolet, his omnibus ad ſpeciem cuſtoditis, occultiorem noxam tectior ſeruare natura, ipſam quoque ex incolarum ſalubritate noſcamus, ſi fauces bibentium puræ ſint, ſi ſaluo capite, in pulmonibus ac thorace, aut nulla eſt, aut rara cauſatio.

Vnde colligatur aeris ſalubritas, & aquæ.

De terræ fœcunditate exploranda.

CAP. XL.

IN terris verò quærenda eſt fœcunditas, ne alba & nuda ſit gleba, ne macer ſabulo ſine admixtione terreni; ne creta ſola, ne arenæ ſqualentes, ne ieiuna glarea, ne auroſi pulueris lapidoſa macies, ne ſalſa vel amara, ne vliginoſa terra, ne tophus arenoſus atque ieiunus, ne vallis nimis opaca & ſolida. Sit gleba putris & fere nigra, & ad tegendam ſe graminis ſui crate ſufficiens; aut mixti coloris, quæ etſi rara ſit, tamen pinguis ſoli adiunctione glutinetur. Quę protulerit, nec icabra ſint, nec torrida, nec ſucci naturalis egentia ferat (quod frumentis dandis vtile ſignum eſt) Ebulum, Iuneum, Calamum, Trifolium non macrum, rubos pingues, Pruna ſylueſtria. Color tamen non magnopere quærendus eſt, ſed pinguedo atque dulcedo.

PINGVEM ſic agnoſces, glebam paruulam dulci aqua conſperge & ſubige; ſi glutinoſa eſt & adhęret, conſtat illi ineſſe pinguedinem. Item ſcrobe effoſſa & repleta ſi ſuperauerit terra, pinguis eſt; ſi defuerit exilis; ſi conuenerit æquata mediocris. Dulcedo autem cognoſcitur, ſi ex ea parte agri quæ magis diſplicet, glebam fictili vaſe dulci aqua madefactam, iudicio ſaporis explores. *Vineis* quoque vtilia per hæc ſigna cognoſces ſi coloris nigri & corporis rari aliquatenus atque reſoluti eſt, ſi virgulta quæ protulit leuia, nitida, procera fœcunda ſunt; vt Pyros ſilueſtres, Prunos tuberes, cæteraque huiuſmodi neque intorta habeat, neque ſterilia, neque macra exilitate languētia. Situs verò terrarum neque planus, vt ſtagnet; neque perruptus, vt defluat; neque obrutus, vt in vno deiecta valle ſubſideat; neque arduus vt tēpeſtates immodicè ſentiat & calores: ſed & ex omnibus his vtilis ſemper & æquatè mediocritas, & vel cāpus apertior, & humorem pluuium cliuo fallente ſubducens, vel collis molliter per latera inclinata deductus, vel vallis cum quadam moderatione & aeris laxitate ſummiſſa, vel mons alterius culminis defenſus obiectu, & à moleſtioribus ventis aliquo liber auxilio, vel ſublimis, aſper, ſed nemoroſus, & herbidus.

Vnde deprehēdatur pinguedo terræ eiuſque dulcedo.

Qua terra vineis accōmoda.

De ruſtici operis induſtria.

CAP. XLI.

TVNC exequi conuenit partem quæ reſtat induſtriæ, cuius hæc erit cura, vel maximè quas ſubieci tenere ſententias. Præſentia domini profectus eſt agri. Genera omnium ſurculorum vel frugum præclara, ſed terris tuis experta committe.

Præſentia domini profectus eſt agri.

In

in nouo enim genere seminũ ante experimentum non est spes tota ponenda, locis humidis semina cuiusquam siccis degenerant. Operum ratio vnum modum tenere non potest, in tanta diuersitate terrarum. Et ideo soli & prouinciæ consuetudo consideranda est. Siue in surculis, siue in genere omni satorum, quę florent constat non esse tangenda. In rebus agrestibus maxime officiâ iuuenum congruunt, imperia seniorum. In agro periclitantur interiora, necessitas feriis caret. Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terræ vber infamat. Fœcundior est culta exiguitas, quam magnitudo neglecta. Terræ altitudinem cum fœcunditate, si ad frumenta duobus pedibus explora; quatuor vero si ad arbusta, vel vites.

Fœcundior est agere exilis bene cultus quã pinguis neglectus

SI TIBI ager est syluis inutilibus rectus, ita eum diuide, vt loca pinguia puras reddas nouales, loca sterilia syluis tecta esse patiaris: quia illa naturali vbertate respondent, hæc beneficio lætantur incendij: sed sic vrenda distingues, vt ad incensum agrum post quinquennium reuertaris: ita efficies vt æqualiter vel sterilis gleba cum fœcunditate contendat. Lupinus & vicia pabularis, si virides succidantur, & statim supra sectas eorum radices aretur, stercoris similitudine agros fœcundant, quę si ex se aruerint antequam proscindas, in his terræ succus aufertur. Ager aquosus plus stercoris quærit, siccus minus. Si necessitas cogat de falsa terra sperari aliquid, post autumnum plantanda est, vel conserenda, vt malitia eius hybernis imbribus eluatur. Aliquid iam terrę vel arenæ fluuialis subijciendum est, si illi virgulta committimus.

De seminibus collocandis.

CAP. XLII.

SEmina plusquam annicula esse non debent, ne vetustate corrupta non prodeant. Frumentum collis quidem grano robustius, sed mensura minus refundet. Omnia quæ seruntur crescente Luna, & diebus tepidis sunt serenda; nam tepor euocat, frigus includit. Frumenta omnia maximè lætantur patenti campo & soluto, & ad solem recliui. Spissa & cretosa & humida terra, bene far & triticum nutrit. Hordeum soluto delectatur & sicco: Nam si in lutoso agro spargitur, morietur. Trimestris satio locis frigidis niuosis conuenit, vbi qualitas æstatis humecta est, cęteris raro respondet euentu. Semen trimestre locis tepidis melius respondebit, si seratur Autumno. Omnia legumina Græcis authoribus seri iubentur in sicca terra, Faba tantũmodo in humida debet aspergi. Omne triticum solo vliginoso post tertiã sationem in genus siliginis commutatur. Tria vero mala æquè his nocent, sterilitas, morbus, vitium. Quamuis temperatis agris serendum sit, tamen siccitas longa est, semina occata potius in agris quam in horreis seruabuntur. Seminatium mediocri terra instituere debemus, vt ad meliora quæ fata fuerint transferantur. Hortus qui cęlo clementi subiacet, & fontano humore percurritur, prope est vt liber sit, & nullam serendi disciplinam requirat.

Quæterra cuiuis grano conueniat.

De Oleis ac cæteris arboribus excolendis.

CAP. XLIII.

TErra profunda (vt Græci asserunt) Oleæ grandes arbores efficit, fructus minores. Et aquatosa seros magisque amurcæ proximos. Aer oleas tepidus iuuat, & ventis mediocribus sine vi, & horrore perflabilis. Vitis quæ ad iugum colitur, per ætates ad hoc perducenda est, vt locis molestioribus, quatuor pedibus à terra, placidioribus verò septem, summitas eius insurgat. Ramus lætus, virilis, & sterilis. In media olea abscindendus est, velut totius arboris inimicus. Sterilitas & pestilentia æquo modo fugiendæ sunt. Græci iubent oliuam cum plantatur & legitur, à mundis pueris atque virginibus operandam; credo recordati, arbori huic esse præsulem castitatem. In omni opere inserendi, putandi, & recidendi, duris & acutis vtere ferramentis. In vite vel arbore, quæ facienda sunt perage, ante apertionem floris & gemmæ. De locis teterrimis, sicut arbores, ita homines conuenit ad meliora transferre.

Aer tepidus oleas iuuat.

De vitibus plantandis atque colendis.

CAP. XLIV.

LOcis frigidis à meridie vineta ponuntur, calidis à septemtrione, temperatis ab oriente, vel si necesse sit ab occidente. Qui sterilem terram vineis occupat, & laboribus suis, & sumptibus est inimicus. Campi largius, vinum colles nobilius ferunt. Aquilo vites sibi obiectas fœcundat, Auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, plus habeamus, an melius? In palestinato solo inter nouellas vites omnino nihil est conserendum. Græci iubent exceptis caulibus tertio anno, quę libebit adiungere. Vitis nouella, vt facile incrementum delecta consequitur; ita interitum celerem si negligatur incurrit. In vitibus putandis, tria consideranda sunt, fructuum spes, successura materies, locus qui seruet ac reuocet. Vitem si maturius putes, plura sarmenta; si serius, fructus plurimos consequeris. Post bonam vindemiam strictius, post exiguam largius puta. Locis calidis, siccis, apricis, pampinandum non est, cum magis vites oportet operiri. Et vbi vineas vulturnus exurit, aut flatus regionis aliquis inimicus, vitem tegamus stramínibus, ac aliunde quæsitis. Teneram & viridem vitem ferri acie ne recidas. Omnis incisura sarmenti euertatur à gemma, ne eam stilla quæ fluere consueuit extinguat: pro macie vel soliditate vitium nutrienda, sarmenta putator iniungat. Subligatio acerbis vuis facienda est, quando excutiendi aut rumpendi acini nulla formido est. Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne vnum assiduitas semper conterat vinculorum. Fossorem si apertus vitis oculus viderit, celabitur spes magna vindemiæ; & ideo dum est clausa fodietur. Calidis, maritimis, siccis, apricis, campestribus locis, omne opus vinearum maturius inchoetur; frigidis mediterraneis, humidis, opacis, montanis locis, tardius: quod non solum de mensibus aut diebus dixerim, sed & de horis operandi.

Colles ad austrum respicientes nobilissimum vinum producunt.

De his quæ circa rem domesticam agenda sunt in Ianuario.

CAP. XLV.

AVCTOR. His itaque generaliter prælibatis, docet Palladius sigillatim, quæ per totum annum per singulos menses, agenda sunt in re domestica, maximè quæ in Agricultura. Incipiens à Ianuario. *Palladius vbi supra lib.* 2. Mense Ianuario conficitur oleum Myrtinum & laurinum, oleum quoque Lentistinum. Apricis, aut macris, aut aridis locis, prata iam purganda sunt, & à pecore vendicanda. Hoc quoque mense Tuberes inseruntur Cydoneo, nunc locis temperatis Persicorum ossa ponuntur. Et inseritur eadem Persicus in se, in Amigdalo, in Pruno; sed Pruno amerina inserimus & præcoqua. Nunc etiam Prunus inserenda est antequam germinet, & Persicus & Cerasus oportunè inseritur agrestis. Hoc iterum mense (sicut Columella dicit) maturi Agni, & animalia omnia minora atque maiora, charactere signantur. Item Gallinarum partus fœcunditatem repetit. Hoc mense post brumalem quietem, incipiunt ad educandos pullos oua supponi. Hoc etiam mense cædenda materies est ad fabricam, cum Luna decrescit, & ramices vel pali faciendi.

Mẽse Ianuario surculi sunt inserẽdi, &c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Agris eodem menſe proſcindendis.

CAP. XLVI.

Item terra arari debet modo ſit mediocriter ſicca.

PINGVES & ſicci agri proſcindi & aperiri iam poſſunt, ſed Boues melius collo quam capite iungũtur, quos vbi ad verſuram venerint arator retineat, & iugum propellat, vt eorum colla refrigerentur. Sulcus in arationibus longior quam 120, pedum eſſe non debet. Seruandum eſt ne inter ſulcos non remota terra relinquatur; glebę omnes dolabris diſſipandæ ſunt, ſed æqualiter terram motam eſſe cognoſces, ſi tranſuerſam per ſulcos perticam mittas. Quæ res ſæpius facta, bubulcos ab hac negligentia ſummouebit. Obſeruandum eſt ne lutoſus ager aretur, aut quod ſæpe fit, poſt longas ſiccitates leui imbre perfuſus. Nam terra quæ lutoſa tractatur in primordio, fertur toto anno non poſſe tractari. Quæ autem ſupra leuiter infuſa eſt, & ſubter ſicca, ſi tunc aretur, aſſeritur per triennium ſterilis fieri: & ideo mediocriter infuſus ager, vt nec lutoſus nec aridus ſit proſcindi debet. Si collis eſt tranſuerſus, per latera ſulcetur; quæ forma & tunc ſeruanda eſt cum ſemen accipiet.

De Lactucis ſerendis, & Caule, & Allio.

CAP. XLVII.

Menſe februario lactuca, caules & alliũ apte ſeruntur.

MENSE Ianuario Lactuca ſerenda eſt, vel Decembri; vt planta eius Februario transferatur. Itemque Februario ſeritur, vt poſſit Aprili menſe tranferri. Sed certum eſt eam toto anno bene ſeri, ſi locus ſit lætus, ſtercoratus, irriguus, antequam pãgatur, radices eius reſecemus æqualiter, & liquido fimo linamus, vel quæ iam patefactæ ſunt nudatæ lętamen accipiant. Amant ſolum ſubactum, pingue, humidum, ſtercoratum, inter has, herba manu eſt vellenda, nõ ſarculo, latior fit ſi rara ponatur; vel cũ producere incipiet caulẽ, eo leuiter inciſo, gleba præmatur aut teſta. Cãdidæ fieri putãtur, ſi fluminis arena ac littoris frequẽer ſpargatur in medias, & collectis in ſe foliis alligentur, ſi vitio loci, vel temporis vel ſeminis cito lactuca dureſcit; planta eius auulſa, & denuo poſita, teneritudinem conſequetur. Item multis ſeminibus condita naſcetur, ſi caprini ſtercoris baccam ſubula ſubtiliter excaueris, & in ea ſemen lactucæ, naſturcij, ocimi, erucæ radicis immiſeris; tunc inuolutam fimo baccam, terra optime culta, breui ſcrobe demerſeris. Raphanus mittitur in radicem, cætera ſemina in ſummos, lactuca pariter emergente proſiliunt, ſingulorum ſapore ſeruato, hoc etiam menſe Caules, & toto anno ſeri poſſunt. Nunc etiam Allium & vlpicum bene ſeritur, ſed Allio alba terra proficiet.

De Frugibus ſeminandis, & ſarculandis.

CAP. XLVIII.

Menſe Ianuarij ſeminãdum hordeum &c.

SI clemens fuerit hyems, hordeum galaticum, quod graue & candidum eſt circa idus Ianuarij ſeramus. Cicercula menſe hoc ſeritur. Loco lęto & humido hoc genus ſeminis raro reſpondet, quia decipitur Auſtro vel ſiccitate dum floret, quod tunc prope neceſſe eſt euenire. Hoc menſe, colligendi ſeminis cauſa, non pabuli ſecandi, vicia ſeritur in terra proſciſſa, poſt horam ſecundam vel tertiam, cum ros eſſe deſierit, quem ferre non poteſt: ſed ſtatim cooperienda eſt ante noctem; Nam ſi nuda manſerit, noctis humore corrumpitur. Obſeruandum ne ante 25. Lunam ſeratur, quia ſic ſatam limaces perſequuntur.

Hoc menſe ſerenis & ſiccis diebus dum gelida non ſunt, ſarculanda erunt frumenta; quod opus plerique negant fieri debere, ne radices eorum detegantur, aut incidantur, & necentur frigore ſubſecuto. Mihi videtur herboſis locis tantum eſſe faciendum. Sed triticum & far ſarculatur quatuor foliorum, hordeum quinque; faba & legumina, cum ſupra terram quatuor digitis fuerint. Lupinus vero qui vnam radicem habet, ſi ſarculetur extinguitur; quod nec deſiderat, quia herbas præter auxilium cultoris affligit, faba ſi bis ſarculetur proficiet, multum fructum & maximum redditura. Si ſiccas ſegetes ſarculaueris, aliquid contra rubiginem præſtitiſti. *Quando & quid ſarculandum.*

De vitibus oblaqueandis.

CAP. XLIX.

Paſtinatio fit tribus modis.

MENSE Ianuario locis temperatis oblaqueandæ ſunt vites, quod Itali excodicare appellant, id eſt circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire, & purgatis omnibus, velut lacus efficere, vt à ſolis teporibus & imbribus prouocetur. Paſtinum quoque nunc fieri tempus eſt, quod fit tribus generibus, aut terra in totum foſſa, aut ſulcis, aut ſcrobibus. Terra tota debet effodi vbi ager immundus eſt, vt Silueſtribus truncis, & radicibus ſilicis vel herbarum noxiarum ſpatia liberentur. Vbi autem mundæ ſunt nouales, ſcrobibus paſtinemus aut ſulcis. Sed ſulcis melius erit, quia humorem velut in totam ſpatia paſtinata tranſmittunt. Quod ſi ſcrobes fieri placeat, faciemus tribus pedibus altas, duobus ſemis latas, tribus longas: vltra tres vero altius fodiendæ non ſunt, ne laborent frigore ſarmenta quæ pangimus, latera ſcrobibus æqualiter inciſa ſint, ne obliqua vitis ſaucietur, alte nitentibus ferramentis cum foſſor incumbet, paſtino vero ſolum quod omne verſabitur, trium vel duorum ſemis pedum altitudine, terra vniuerſa fodietur. In quo erit diligentia ne crudum ſolum fraude occulta foſſor includat.

De ſolo congruente pangendis vineis.

CAP. L.

Quam cæli plagã debeat vinea ſpectare.

SOLVM vineis ponendis, nec ſpiſſum nimis ſit, nec reſolutum, propius tamen reſoluto, nec exile, nec lætiſſimum, tamen læto proximum: nec campeſtre, nec præceps, ſed potius edito campo, nec ſiccum, nec vliginoſum, modice tamen roſcidum: nec falſum, nec amarum: quod vitium ſapore corrupto vina contriſtat. Cælum mediocris qualitatis, tepidum tamen magis quàm frigidum, ſiccum potius quàm nimis imbridum. Sed ante omnia vitis procellas ventoſque formidat. Ad paſtinandum rudes agros potius eligamus, vel maxime Sylueſtres: Vltima conditio eſt eius loci in quo fuerint vetuſta vineta, quo ſi neceſſitas cogerit, prius multis arationibus exerceatur, vt abolitis radicibus prioris vineæ, & omnium earum carie & ſqualore depulſo, nouella vitis tutius poſſit induci, tophus & alia duriora, vbi gelu relaxantur & ſolibus, pulcherrimas vineas ferunt, refrigeratis radicibus, & humore retento, ſed & ſoluta glarea, & calculoſus ager, & mobiles lapides: ſi tamen hæc omnia glebis ſe pinguibus miſcuerunt: & ſi lex cui tetra ſuppoſita eſt, qui frigidus eſt, & humoris tenax, radices æſtate ſitire non patitur. Item loca ad quę de cacuminibus terra decurrit, vel valles quas fluminum ſaturabit aggeſtio: Sed hoc in his locis quæ gelu & nubibus infeſta eſſe non poſſunt. Argilloſa terra commoda eſt. Argilla autem ſola grauiter inimica. Plagam cœli vinea ſpectare debet, locis frigidis meridionalem, calidis ſeptentrionalem, tepidis orientem. Si tamen Auſtros vel Euros regio non habeat inimicos, tunc melius in aquilonem vel fauoniumvineta dirigimus. Sed locus qui paſtinandus eſt,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

dus eſt, prius impedimentis & omnibus eliſis liberetur arboribus, ne poſt calcatu aſſiduo terra foſſa ſolidetur. Si campus eſt, duobus ſemis pedibus paſtinetur, ſi cliuus tribus. Collis præruptus quatuor citius terra decurrat, vallis pedem & ſemis, vel duobus pedibus. Sed ager vliginoſus, qui humores altius foſſus eructat, non amplius quàm pedem ſemis effoditur.

De Amygdalo ſerenda vel plantanda.

CAP. LI.

Amygdala amat agrum durum & ſiccum.

AMYGDALVS ſeritur Ianuario & Februario. Item locis calidis Octobri & Nouembri, ſemine & plantis de maioris radice quæ tolluntur. Sed in hoc genere arboris nihil vtilius eſt quam ſeminarium facere: fodiemus enim altam pede vno ſemiſque aream: In quam obruemus Amygdala, non amplius quatuor digitis alta; cacumina tamen figamus in terra, ſpatio inter ſe binorum pedum ſeparato, amant agrum durum, ſiccum, calculoſum, cœlum calidiſſimum, quia maturè florere conſueuerunt. Ita ſtatuendæ ſunt arbores vt ad meridiem ſpectent. Cum in ſeminario adoleuerint, relictis ibi quæ ſpatio ſufficiant plantis, alias transferemus menſe Februario. Sed ipſa Amygdala ad ponendum, & noua legamus & grandia, quæ antequam ponimus, pridie mulſa aquata nimis maceremus, ne germen extinguat ex multo melle mordacitas. Cum in ſeminario Amygdala diſponimus, ſic ſiccitas interceſſerit, ter in menſe rigemus, & herbis naſcentibus circumfodiendo ſæpe purgemus: terra ſeminarij lætamen habere debet admixtum. Spatia inter arbores viginti aut quindecim pedibus didiſſe ſufficiat.

De eodem excolenda vel inſerenda.

CAP. *LIII.*

Remedium contra pruinã ne noceat amygdalis.

AMygdalus putanda eſt Nouembri menſe, vt ſuperflua & arida & denſa tollamus. Seruandæ ſunt à pecore, quia ſi rodantur amareſcunt. Circumfodi non debent quoties florent, quia inde flos eius excutitur. In vetuſtate plus affert. Si ferax non eſt, tedæ cuneum terebrata radice immergamus, vel ſilicem ſic inſeramus, vt libro tegente claudatur. Locis frigidis vbi metus eſt de pruina, Martialis dicit hoc remedio ſubueniri; antequam floreant, radices mundantur, & albi lapides minutiſſimi mixti arenis congeruntur: & vbi iam tutum videbitur vt debeant germinare, effoſſi iterum lapides ſubmouentur. Teneras nuces Amygdalus creabit (vt dicit) ſi ante florem, radicibus ablaqueatis, per dies aliquot aqua calida ingeratur. Ex amaris dulces fiunt, ſi circumfoſſo ſtipite tribus digitis à radice fiat cauerna, per quam noxium deſudet humorem, vel medius truncus terebretur, & cuneus ligni melle oblitus imprimatur, vel circa radices ſuillum ſtercus effundas. Amygdala ad legendum maturitatem fatentur, cum fuerint ſpoliata corticibus, Nec ſine cura hominis ſeruantur in locum. Si difficulter corium dimittent, paleis obruta continuo relaxabunt. Item decoriata, ſi aqua Marina lauemus, aut ſalſa: & candida fient, & plurimum durant. Menſe Decembri vel Ianuario circa idus, Amygdalus inſeritur. Locis vero frigidis, Februario, ſi tamen ſurculos colligas antequam germinent. Vtiles ſunt qui de ſummitate ſumuntur. Inſeritur & ſub cortice, & trunco: Inſeritur in ſe, & in Perſico.

De Nuce ſimiliter excolenda.

CAP. *LIII.*

Nux ſicut Amygdalus excoleda eſt.

NVcem ſeremus extremo Ianuario, amat loca montana, humida & frigida, plerumque lapidoſa: poteſt tamen & locis temperatis iuuante humore nutriri. Serenda eſt nucibus ſuis, eo more quo & Amygdala ſeruntur, & ijſdem menſibus: ſed quas Nouembre deponis, aliquatenus in ſole ſiccabis, vt exiccetur noxium virus humoris. Quas vero menſe Ianuario vel Februario poſiturus es, aqua ſimplici pridie macerabis, ponemus autem tranſuerſas, vt latus, id eſt carina ipſa figatur in terra. Cacumen ipſum cum ponimus, Nucem in aquilonis partem dirigemus, lapis ſubter, vel teſta ponenda eſt, vt radicem non ſimpliciter, ſed repercuſſa diſpergat. Lætior fiet ſi ſæpius transferatur. In frigidis locis bima, in calidis locis trima debet tranferri. Radices plantarum (ſicut in alijs arboribus ſolemus) in hoc genere reſecare non debes. Fimo bubulo ima planta tingenda, ſed melius cinis ſpargetur in ſcrobibus, ne calore ſtercoris aduratur. Et cinis creditur, vel corticis teneritudinem procurare, vel fructuum denſitatem.

Altis ſcrobibus delectatur, pro arboris magnitudine: & deſiderat interualla maiora, quia ſtillicidijs foliorum ſuorum, proximis, vel ſui generis, nocet arboribus, debet aliquando circumfodi, ne caua fiat vitio ſenectutis. Canalis longus à ſummo trunco ad imum debet excidi, ſic beneficio ſolis & venti dureſcunt, quæ in putredinem tranſibant. Si dura nux erit, vel nodoſa cortex, circundanda eſt, vt vitium mali decutiat humoris. Alij radicum ſumma præſcindunt. Alij terebratæ radici palum de buxo imprimunt, vel cuprinum clauum, vel ferreum. Cortex in nuce demiſſus, maturitatis indicium eſt, qualis debet & poni. Nuces ſeruantur, vel paleis obrutæ, vel arena, vel folijs ſuis aridis, vel arca ex ligno ſuo facta incluſæ, vel cepis mixtæ, quibus viciſſitudinem reddunt, vt eis acredinem tollant. Martialis expertum ſe ait virides nuces, tantum liberatas putaminibus ſuis melle demergi, & poſt annum virides eſſe, & ipſum mel ita medicabile fieri, vt ex eo facta potio arterias curet & fauces. Inſeritur (vt plerique volunt) menſe Februario in arbuto, ſed melius in Pruno, & in ſe.

Modus conſeruandi nuces virides.

De his quæ agenda ſunt menſe Februario.

CAP. *LIIII.*

Quid ſerendum in Februario.

MENSE Februario locis temperatis prata incipient cuſtodiri, quæ prius ſi macra ſunt, ſparſo lætamine ſaturentur, quod eijciendum eſt luna creſcente. Quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis valebit. Quod à ſuperiore parte fundatur, vt ſuccus eius per totum poſſit elabi. Hoc menſe ſerendum eſt omne trimeſtre genus Hoc etiam menſe lenticulam ſeres ſolo tenui reſoluto, vel etiam pingui, ſed ſicco. Maxime quia luxuria & humore corrumpitur. Hoc menſe vltimò canabum ſeres, terra pingui, ſtercorata, rigua, vel plana, atque humida, & altius ſubacta. Eruum adhuc ſeri poteſt, quia Martio ſerendum non eſt, ne paſtu ſuo pecoribus noceat, & boues reddat inſanos. Tunc pomis & vitibus vetus vrina ſi affundatur, & numero fructuum præſtat, & formæ: cui proderit vt amurcam miſceamus infuſam, maxime in oleis: ſed hoc frigidioribus diebus antequam feruor incipiat.

Etiam nunc ordeum galaticum, quod graue & candidum eſt, ſeretur in locis frigidis. Tunc locis maritimis & calidis fodiendæ ſunt vites, vel ſi hæc prouinciæ conſuetudo eſt, exarandæ, & in eiſdem locis

palandæ

palandæ aut ligandæ ſunt vineæ, priuſquam gemma procedat; cuius concuſſione vel attritu incurrit grande periculum. Tunc oleæ cæteræque arbores lætamen accipiant, decreſcente luna. Sufficiet autem maiori arbori veges vna, minori media, ita vt ſubducta à radicibus terra, & fimo permixta reuocetur. Tempore hoc, ſi quæ ſunt in ſeminarijs plantæ, circumfodiendi ſunt, & amputandi eis rami ſuperflui, vel radiculæ quas circa in ſuperiori parte emiſerunt.

De vitibus eodem menſe excolendis & plantandis.

CAP. *LV.*

HOc menſe omnia genera paſtinati ſoli, ſeu ſulci, ſeu ſcrobes, vitibus compleantur. Natura autem vitis cœlum omne ſolumque ſuſtentat, ſi genera conuenienter aptentur. Plano igitur loco ſtatues vitem, cuius genus nebulas ſuſtinet & pruinas: Collibus quæ ad ſiccitatem durat, & ventos: Pingui agro, graciles atque fæcundas: Macro, feraces & ſolidas: Ventoſo ſtatue tenaces: Calido, grani tenerioris & humidi; Sicco, eas quæ pluuias ferre non poſſunt. Placida ſane regio & ſerena, tuto genus omne ſuſcipiet. Vitem vel arborem melius erit de exili ad pinguem transferre: Nam ſi à pingui terra ad ſolum exile tranſierint, vtiles eſſe non poſſunt. Eligenda ſunt ſarmenta quę pangimus de vite media, neque de ſumma, neque de infima, quinque vel ſex gemmarum ſpatio à veteri procedentia: ſumantur autem de vita fæcunda. Caput ſarmenti cum deponitur torquendum non eſt, nec aliquo more vexandum; & pars ea de qua radix præſumitur, iniuriæ nulli ſubijcienda eſt. Ponendæ ſunt vites placidis diebus ac tepidis; curandumque ne ſarmenta ſole vrantur, aut vento: Sed vel ſtatim ponantur, vel obruta reſeruentur. Hoc menſe ac deinceps toto vere; vinea ponenda eſt regionibus frigidis, pluuioſis, pinguibus campis, vel humidis prouincijs. Sit autem menſura ſarmenti cubitus vnus; vbi pinguis eſt natura terrarum, maiora inter vites ſpatia relinquemus; vbi exilis, anguſta. Præterea non eſt vno genere vitium omne paſtinum conſerendum; ne annus iniquus generis, ſpem Vindemiæ totius extinguat; & ideo quatuor vel quinque eximij generis ſarmenta pangemus.

Quanã ſarmenta eligẽda.

De arbuſtis, vel arboribus vitiferis.

CAP. *LVI.*

QVod ſi arbuſtum te habere delectat, generoſæ vitis prius in ſeminario nutrire debebis, vt inde radicata transferatur ad ſcrobem cui arbor iniuncta eſt. Seminarium vero dicimus æque foſſam tabulam pedum duorum ſemis altitudine. In hac quam pro numero ponẽdarum vitiũ, vel qualiumcunque plantarum, protendis aut contrahis breuiſſimo ſpatio diſtantia inter ſe ſarmenta deponis: & vbi conualuerint, hinc poſt biennium radicatas vites vel arbuſtulas transferes; quas cum deponer in ſcrobe, ad ſingulas materias rediges, putatis omnibus quæ ſcabra ſunt, curatis etiam radicibus, ſi quas potueris inuenire vexatas.

Modus conficiendi arbuſtum.

In ſcrobe autem ad arbuſtum faciendum, duas radicatas vites depones; hoc ſeruans ne ſe in radice contingant, ſed lapides quinum prope librarum medios inter vtramque conſtitues, & ipſas vites ad ſcrobis latera diſcreta coniunges. Mago aſſerit, ſcrobem non primo anno eſſe complendam, ſed ſubinde coæquandam, quæ res vitem faciet altius fundare radices. Sed hoc aridis prouincijs forte conueniet. Humidis autem ſata putrefient recepto humore, niſi ſtatim terra cumuletur. Sed arbuſta qui faciet, plantas arborum de his generibus ponat: vel ſi ſuppetit abundantia, his vtatur, Populo, Vlmo, Fraxino. In ſcrobe vitis arbore ſua ſeſquipedis ſpatio diſtare debet; nam vitis multum ſubiecta arbori, incremento arboris opprimetur. Caueis etiam munienda eſt aduerſum pecoris appetentis iniurias, & arbori ſuæ protinus alliganda.

Qua arbore ad arbuſtum

conficiẽdum maxime apta.

De vineis communibus putandis.

CAP. *LVII.*

HOc menſe locis frigidis aliquatenus & temperatis vitium eſt iuſta putatio. Sed vbi multæ ſunt vineæ diuidantur, & pars earum quæ ſeptentrionem reſpiciet, verno putetur. Alia pars aduerſa clementioribus plagis, teſcidatur autumno. Sed in putatione ſemper nuamur vt vitis fiat in crure robuſtior, vel debili viticulæ duo duramenta ſeruemus. Auferenda ſunt læta, intorta, debilia, malis locis nata ſarmenta. In locis clementioribus altius vitem licebit expandere. in exilibus, aut æſtuoſis, aut decliuibus, aut procelloſis, humilior eſt habenda. Locis pinguibus ſingulis brachijs vitium bina flagella dimitte, ſed erit ſapientis æſtimare vim vitis. Nam quæ altius colitur, & fæcunda eſt, pluſquã octo palmites habere non debet. Ira vt deſideremus ſemper in inferiore parte cuſtodẽ. Circa crus quicquid naſcitur amputandum eſt, ſi non deſideret vinea reuocari. Quòd ſi truncus vitis ſole, aut pluuijs, aut noxijs animalibus eſt cauatus, purgemus quicquid mortuum eſt, plagaſque eius amurca linamus & terra, quod proderit aduerſum prædicta. Cortex etiam reſciſus & pendens à vite tollatur, quæ res minorem fæcem reddit in vino. Muſcus radatur vbicunque repertus. Sed plagę quas in duro vitis accipit, & obliquæ & rotundæ eſſe debebunt.

Modus putandi vites.

Deciſis ſicut ſupradixi male natis omnibus, & veteribus; nouellos & fructuarios ſerua, vngues etiam cuſtodum ſiccos & annotinos reſcide, & omnia quę vetera vel ſcabra reperies. Hæc quæ altius coluntur, vt in iugo vel pergula, vbi quatuor pedibus ſupra leuatæ ſteterint, quaterna brachia habeant. Si macra vitis erit, in angulis brachijs ſingula flagella dimittimus; ſi pinguis bina; ſed prouidendum ne in vna parte ſint ſarmenta quæ ſeruas; quod cum fit, vitis tanquam ſi fulgure tangatur areſcit ſummo. Relinquenda ſunt ſarmenta neque circa durum, neque in ſummo; quia hæc velut pampinaria minus afferunt. Illa autem nimietate fætus onerant, & longius ducunt; quare in medio loco ſeruanda ſunt quæ tuemur. Plaga non iuxta gemmam, ſed aliquanto ſuperius fiat, & auertatur à gemma propter lachrymam defluentem.

Quomodo putanda arbores.

De arbuſtis putandis.

CAP. *LVIII.*

VItis quę in arbore collocatur, Prima eius materia, ad ſecundam vel tertiam gemmam proſcidatur. Deinde omnibus annis aliquid per ramos creſcere ſubinde patiamur, vnam materiam ſemper ad cacumen arboris dirigentes; ſed qui fructum volunt maximum, materias plures per ramos ſubmittũt: Qui vinum melius, ſarmenta in cacumine extendunt; fortioribus ramis arborum plures materiæ, debilioribus imponendæ ſunt pauciores. Putandi autem ratio talis eſt, vt vetera ſarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia reſcidantur, & noua circunciſis Capriolis & Ramulis inutilibus dimittantur. Sed prouidendum eſt omnibus annis vitem reſolui ac religari, quia refrigeratur. Ita reformandi ſunt rami arborum vitiferarum ne alter ſub alterius linea dirigatur; ſed loco pingui, vlmus à terra octo pedibus, gracili vero ſeptem ſine ramo relinquenda eſt. In ſolo roſcido & nebuloſo, rami arboris vitiferæ in orientem & occidentem

occidentem putatione dirigantur, vt latera vacua, A
ſolis radijs, membra totius vitis oſtendant. In loco cliuoſo humilius rami arborum ſeruandi ſunt, in plano & vliginoſo altius. Palmites ad arborem non duro vimine ligentur, ne eos vinculum reſcindat aut atteriat. Palmes quod extra ligaturam pendens habuerit fructum, innuit quod infra ligaturam materia ſequentis anni deputabitur.

De nouellarum vitium putatione, & veterum propagatione.

CAP. *LIX.*

NOuellam vitem Columella dicit à primo anno ad vnam materiam eſſe formandam, nec reſcindendam totam; ſicut Italię conſuetudo eſt. Anno ſecundo expleto, ne vel intereant vites in totum reſciſæ, vel infæcunda ſarmenta producant, quæ iam amputato capite velut à pampinaria de duro coguntur exire; iuxta ipſam commiſſuram veteris ſarmenti, vnam vel duas gemmas relinquendas eſſent, (quod eſt merito in viticula fortiore ſeruandum) & ſane excipiendam calamis nouellam, vel exiguis palis, vt tertio anno robuſtiores poſſit accipere. Nam quadrima nouella, vbi lætum ſolum eſt, tres macerias merito nutrire cogetur, ſtatim poſt putationem, ſarmenta deciſa vineis, & rubi, & impedimentum foſſoris omne tollatur. Hoc etiam menſe propagandæ ſunt vites, ſed vetus & exeſa vinea, cuius duramenta longe proceſſerunt (vt Columella dicit) mergis melius reparabitur, quàm ſi in foſſione totius corporis obruatur, quod agricolis certum eſt diſplicere. Mergum dicimus quoties velut arcus ſuper terram relinquitur, alia parte vitis infoſſa. Nam vt ait Columella, cum totæ ſtratæ ſunt, plurimis radicibus totius corporis fatigantur. Mergi vero poſt biennium reſcinduntur in ea parte quæ eſt ſupra, & in loco iuſtas vites relinquunt. Sed (vt agricolæ afferunt) poſt biennium ſi reſcindas, plerumque infirmas habent radices, & ſimiles veteribus repente pereunt.

Modus propagandi vites per mergum.

De vita Theriaca, & illa quæ nimis lachryminoſa eſt.

CAP. LX.

THeriacæ vitis profectus eſt, vt vinum eius, vel acetum, vel vua, vel ſarmenti cinis, proficiat contra morſus omnium beſtiarum. Fit autem ſic ſarmentum: quod pangendum eſt, trium digitorum ſpatio, in vna parte findatur, & ſublata medulla, ad eius vitem Theriacæ medicamen addatur: tunc terræ mandetur, vinculo diligenter aſtrictum. Aliqui eadem ſarmenta iam medicamine ſanata, intra ſquillæ bulbum recondunt, & terris hac ratione committunt. Aliqui antidoti eius affuſione radices vitis infundunt. Sane ſarmentum ſi de hac vite ſumatur ad transferendum, potentiam materni medicaminis non tenebit. Oportebit autem Thiriacæ infuſione aſſidua, vim ſucci ſeneſcentis iterare. *Vites* qui lachrimarum nimietate tabeſcunt, & deplorando vim roboris ſui auertunt à fructu, trunco earum lacerato Græci ſinum fieri iubent. Si hoc minus proderit, radicum robur pingue reſcindi, vt afferat medicinam vulnus impreſſum; tunc inſulſa amurca ad medietatem decocta & refrigerata, plagæ exciſæ perlinetur, & ſub hac acetum acre fundatur.

Remedium cõtra vitem nimium lachrymãtem.

De vite, quæ propomata facit, & illa quæ varios botriones producit.

CAP. *LXI.*

COnditum, vel abſinthium, vel roſatum, vel violatum procedere ſponte fertur ex vitibus, vt natura ſuſcipiat, quod procurare conſueuit induſtria. Sic ſarmenta in vas aliquod ſemiplenum ſupradictis potionibus merſa ſeruentur, & viuam terram ſimul reſoluas ad Lixiuij modum, donec oculi ſarmentorum nitantur exire; tunc eadem ſarmenta gemmantia in quo volueris loco vitium cæreratum more deponas. vt vitis Botriones albos afferre poſſit & nigros, Græci ſic fieri debere iuſſerunt. Si vicinę ſint vites nigra & alba, cum putantur, ſarmenta vtriuſque inter ſe diuiſa ſic iunge, vt medios vtriuſque generis oculos aliquando poſſis reddere vnitati; tunc papiro ligabis ſtricto, & molli atque humida terra curabis allinere, & interiectis trinis diebus adaquare, donec germen nouæ frondis erumpat, hinc ex erupto, tempore ſi libuerit genus efficies per plura ſarmenta. B

Modus conficiendi vuas aromaticas & varij coloris.

De Vua ſine granis.

CAP. *LXIII.*

EST & pulchra ſpecies vuæ, quæ granis interioribus caret: hinc efficitur, vt ſumma iucunditate ſine impedimento ſorberi poſſit, velut vnum omnium corpus vuarum, fit autem Græcis authoribus hac ratione per artem, ſuccedente natura. Sarmentum quod obruendum eſt, quantum latebit in terra, tantum ſcindere debemus, & medulla omni ſublata, ac diligenter exculpta, membra iterum diuiſæ partis adunare, vinculoque conſtricta deponere: vinculum cum papiro aſſerunt eſſe faciendum, & ſic in humida terra eſſe ponendum, diligentius quidam ſarmentum reuinctum, quantum exciſum eſt, intra ſquillæ bulbum demergunt, cuius beneficio aſſerunt ſata omnia comprehendere poſſe facilius. Alij, tempore quo vites putant, ſarmentum frugiferum putatæ vitis, in ipſa vite quam ponunt, de alto ſublata medulla excauant, non diuiſum, & calamo affixo alligant, ne poſſit inuerti: tunc opium quirinaicum in excauata parte ſuffundunt, ex aqua prius ad ſapæ ſimilitudinem reſolutum: & hoc tranſactis octenis diebus ſemper renouant, donec vitis germina nouella procedant, & in granatis malis fieri hoc poſſe firmatur à Græcis, & in ceraſijs opus eſt experiri. C D

Modus conficiẽdi vuas dulces ſine granis ad intra.

De Inſitionibus eodem menſe faciendis.

CAP. *LXIIII.*

HOc menſe, calidis & apricis locis optime celebratur inſitio, quæ fit tribus generibus, ſed ex his duo nunc fieri poſſunt, tertium reſeruatur æſtati. Sunt autem inſerendi genera hęc, aut ſub cortice, aut in trunco, aut emplaſtro. Inſeremus ergo ſic. Arborem vel ramum in loco qui nitidus & ſine cicatrice eſt ſerra reſcindemus, non læſo cortice; poſt ſerraturam, plagam ferramentis incidamus: Inde quaſi cuneum tenuem ferreum, vel oſſeum, maxime Leoninum inter corticem & lignum, tribus prope digitis conſideranter diſponamus, ne corticis faſcia diſſipetur: & in eum modum ſubducto cuneo, ſtatim ſurculum mergimus, vna parte deciſum, ſalua medulla & cortice partis alterius, qui ſupra arborem ſex vel octo digitis emineat. Duos vel tres vel plures ſurculos pro trunci quantitate conſtituimus, quaternis digitis vel amplius inter eos ſpatium relinquentes, E

Inſitio triplex.

tunc

tunc iunco aut culmo aut vimine ſtringimus, & deſuper lutum muſco tectum ponemus, ac ligabimus, vt quatuor digitis ſuper lutum poſſit ſurculus emi nere. A

Pleroſque delectat ſtrictum primæ ſectæ arboris truncum vinculis arctioribus in medio findere, & ibi ſurculos ex vtraque parte raſos, & in modum cunei, vt integra ſit medulla, demergere; præmiſſo ante cuneolo: quo ſubducto, depoſitus ſurculus redeunte in plagam materia, poſſit aſtringi: ſed hoc vtrumque genus vernum eſt, & fit creſcente luna, vbi incipit arborum gemma turgeſcere. Surculi autem qui inſerendi ſunt, ſint nouelli: fertiles nodo, ſi de nouo nati, ab orientali arboris parte deciſi, in craſſitudine digiti minoris bifurci vel trifurci, gemmis pluribus vberati.

Surculi quales eſſe debeant.

B

Si arborem minorem deſiderabis inſerere, in qua ſine dubio meliora incrementa proueniunt, circa terram ſerrato, & quod melius eſt, ſurculos inter lignum corticemque depone, & tunc aſtringe quidam raſum ex vtraque parte ſurculum conuenientem ſoliditati arboris inſerendæ, ſic in medio deponunt, vt cortex ſurculi vndique cortici arboris reddatur æqualis; ſed in nouella arbore terra mota vſque ad ipſum inſitum colligatur, quæ res eam à vento & calore defendet. De implaſtratione in ſuo menſe dicemus.

Adhuc de duobus generibus inſitionis.

CAP. *LXIIII.*

C

QVartum genus Columella ſic retulit. Terebra vſque ad medullam, arborem perforandam, plaga interius leuiter inclinata; ibi educto omni ſcrobe, vitem vel tamum ad modum foraminis impreſſi delibratum, ſuccidum tamen & humentem imprime, vna aut duabus gemmis foris relictis: tunc argilla & muſco locum diligenter operi. Ita & vites in vlmo inſeri poſſe tradit.

Hiſpanus quidam mihi hoc genus inſitionis nouæ oſtendit, quod ex Perſico afferebat expertum, ſalicis ramum brachij craſſitudine ſolidum, longum cubitis duobus aut amplius, terebrari iuſſit in medio, & plantam Perſici, in eodem loco in quo conſtitit, ſpoliatam ramis omnibus, ſolo capite relicto, per ipſum ſaligni manubrij foramen induci: tunc eundem ſalicis ramum, terræ capite vtroque demerſo, in arcus ſimilitudinem debere curuari, foramen luto muſco vinculiſque ſtringi: anno deinde exempto, vbi infra medullam ſalicis caput plantulæ ſic cohæſerit, vt vnita ſit ex duobus mixta corporibus, plantam ſubter incidi, atque transferri, & aggeri terram, quæ arcum ſalicis cum Perſicis cacumine poſſit operire: hinc Perſici Poma ſine oſſibus naſci, ſed hoc locis humidis conuenire, vel riguis, & ſalices aquationibus adiuuandas: vt & natura ligni vincat, quæ delectatur humore, & ſuperfluentem copiam ſucci, germinibus miniſtret alienis.

Modus inſerendi perſicum vt eius poma ſine oſſe naſcantur.

D

De Oliuetis inſtituendis.

E

CAP. *LXV.*

HOc menſe locis temperatis inſtituemus oliueta, quę vel paſtinis conſerenda ſunt, vel extremas circa decumanum tabulas cingant, vel ſuum locum tenebunt. Si ponuntur in paſtino, radicatę plantæ, deciſis capitibus & brachijs, in truncum redactæ, vſque ad menſuram cubiti vnius & palmi, in fermento terræ foſſæ defigantur, locum palo antea deprimente. Hordei grana ſubter iaceantur, & amputetur his quicquid putridi inuentum fuerit, aut arentis: & tunc capita earum luto velentur & muſco, vlmeis vinculis vel tenacibus quibuſcumque conſtricta. Sint à ſe diſcreti pedibus 15. vel 20, omnis ſubinde circa eas herba vellatur; & quoties ſe imber infuderit, breuiſſimis ac frequentiſſimis foſſionibus ſolicitentur, & ſubinde ducta à trunco terra, atque permixta, in aliquanto altiores cumulos congeratur. Quod ſi oliuetum ſuo loco facere volueris, hæc genera terrarum ſequeris, terram cui ſit mixta glarea, aut cretam ſabulonis coniunctione reſolutam, aut pinguem ſabulonem, aut terram naturæ denſioris & tumidæ. Creta figuli omnino repudianda eſt, & vliginoſa, & in qua ſemper humor aſſiſtit, & ſabulo macer, & nuda glarea, quamuis enim comprehendat, non conualeſcit. Poteſt ſeri, & vbi arbutus, aut ilex ſteterat: at Ceraſus eruta & exciſa, radices noxias relinquit, quarum virus oleam necat.

Qua terra oliuetis apta.

Adhuc de eodem.

CAP. *LXVI.*

OLiueta locis æſtuoſis ſeptentrionali colle, frigidis meridiano gaudet; medijs cliuis delectatur, neque arduum patitur magis medicos cliuos. Baccarum genus numeroſum eſt. Pauſia tamen oleum quod reddit dum viride, eſt optimum, ſed cito vetuſtate corrumpitur: Optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Sed de his generaliter hæc percepiſſe ſufficiat, maiores baccas cibo, minores oleo profuturas: melius autem faciemus, ſi ordines in fauonium dirigamus, cum deponentur in ſcrobes ſiccas conſtituantur, quaternis pedibus foſſas: glarea etiam vbi lapides defuerint miſceatur, & ſtercus. Si clauſus locus eſt, modice ſupra terram quæ ponuntur emineant. Si pecora formidantur, altiores trunci eſſe debebunt. In ſiccis vero prouincijs cum pluuiæ non ſunt, rigare conueniet. Si prouincia indiget oliuetis, & non eſt vnde planta ſumatur, ſeminarium faciendum eſt. Inde poſt quinquennium poterit valida planta transferri, & locis frigidis hoc menſe plantari. Scio pleroſque (quod facilius atque vtilius eſt) radices olearum, quę in ſyluis plerumque ſunt, aut locis deſertis, in cubitalem menſuram reciſas, aut in ſeminario (ſi placuerit) aut in oliueto ſolere diſponere, & admixtione ſtercoris adiuuare, quare prouenier, vt ex vnius arboris radicibus, numeroſa planta naſcatur.

Maiores baccæ oliuarum cibo, minores oleo conducunt.

De arboribus pomiferis.

CAP. *LXVII.*

ETiam pomiferas arbores poſſumus in paſtinis à ſeptentrionali regione diſponere, de quibus ſigillatim dicemus quæ ſpecialiter ſunt tenenda. Nam Pomis eadem terra conuenit quæ vitibus. Scrobes autem maiores facies; inter ordines tricenos pedes relinques: plantas ſtatues radicatas, quod eſt melius ſeruabis, ne cacumina aut manufracta aut eroſa non creſcant, vnumquemque ordinem ſuo generi deputabis, ne infimæ à valentioribus opprimantur: plantas ſimiliter notabimus, vt ipſis quibus ſtererant cardinalibus opponamus. De cliuo ſicco exili, in planum pinguem humidum transferemus. Si truncos ponere volueris, ſupra terram prope tribus pedibus erigantur, vbi duas in vna ſcrobe plantas deponis, cauendum eſt ne ſe contingant: nam vermibus interibunt. Sed vt Columella dicit, feraciores ſunt quæ ſeminibus, hoc eſt nucibus ſuis, quàm quę plantis ponuntur, aut ramis. vbi regio ſiccior eſt, aquationibus adiuuentur.

Eadem terra pomis conuenit quæ vitibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Pyris ſerendis & excolendis.

Cap. LXVIII.

PLantas pyrorum menſe Februario locis frigidis ponemus, calidis vero Nouembri: ſed menſe Nouembri pyra locis tepidis conſerenda ſunt, vt ſolo iuuentur irriguo: ita & florem plurimum proferent, magnitudinem Pomi turgentis acquirent, naſci tamen tali ſolo maxime diligunt, quali vineas diximus conuenire. Sed lęto ſolo, & validas arbores, & fructus plurimos conſequemur. Lapidoſi generis pyra vitium mutare creduntur, ſi terris mollibus conſerantur, ſed pyrum plantis ſerere prope tardus euentus eſt: tamen quibus hoc placet, vt ſemina generoſa nihil ſibi de agreſti aſperitate permiſceant, plantas bimas aut trimas (eo more quo oleæ ponuntur) radicatas magnis ſcrobibus, ponunt ſupra terram tribus altas vel quatuor pedibus, quarum deciſa cacumina, argilla mixta, muſcus debet operire. Nam ſiquis pyrorum ſemen aſpergat, naſci quidem neceſſe eſt, originem ſuam refouente natura, cuius æternitati nulla tarditas poteſt creare faſtidium: ſed homini hoc ſpectare longinquum eſt, cum & ſero veniant, & de generis nobilitate decedant.

Semina pyrorũ lentiſſime in arbores euadunt.

Melius ergo hoc menſe Nouembri fiat, vt pyrorum plantas radicatas ſeramus agreſtium, ſubactis bene ſcrobibus, & vt comprehenderint inſerantur. Hoc autem intereſt, quòd quæ plantis ſuis ſeruntur, dulcedinem ac teneritudinem ſeruant, diu tamen ſeruata non durant; inſita vero moram temporis ſuſtinebunt. Spatia inter piros 30. pedum menſura diſcernat: genus hoc arboris vt proficiat, frequenti humore & aſſiduis foſſionibus eſt colendum; vſque adeo vt tempore quo florere conſueuit, nihil perditura credatur de flore prolato, ſi eam tunc foſſor adiuuerit. Multum proficis, ſi interiecto anno, quale libet lætamen adiungas; ſed bubulum ſpiſſa & grauia Poma generare facit, aliqui cinerem miſcent, credentes hinc contrahi argutos ſapores. Generum varietates exequi ſuperuacuum puto, cum in ponendis vel excolendis ſit nulla diſtantia.

Diſcrimen inter pyrum plantata & inſertam.

De Pyris inſerendis ac remediandis, & fructibus earum conſeruandis.

Cap. LXIX.

MEnſe Februario & Martio pyrus inſeritur, more quo dictum eſt cum de inciſione loqueremur ſub cortice, & in trunco. Inſeritur autem Pyro agreſti, Melo (vt nonnulli) Amigdalo, & Spino (vt Virgilius) orno, & fraxino, & cydoneo (vt aliqui) & punico, ſed fiſſo ligno. Surculus Pyri qui inſeritur ante ſolſtitium anniculus eſſe debet, & priuſquàm figatur, folijs ex omni parte tenera priuari: poſt ſolſtitium vero eum figis qui ſummum germen incluſit, ſi liquida arbor eſt Pyri, vel oblaqueata, radicem terebras, & ibi ligneum palum deprimis; vel in trunco ſimiliter terebrata, ex teda cuneum figis, vel ſi hæc deſit, ex quercu. Vermes eius arboris, & nati necantur, & naſci prohibentur, radicibus felle taurino frequenter infuſis. Item fæces vini veteris recentes, ſi radicibus affundantur, per triduum diutius arbores in floribus laborare non faciunt. Si lapidoſa pyrus eſt, ab extremis radicibus terram priorem leuabis, & ſecernes omnes lapillos: quibus diligenter remotis, alteram terram cribro fractam in loco eius infundis: Sed hoc proderit ſi rigare non ceſſes.

Remedium cõtra vermes in pyris.

Plurimi Pyra obruta inter paleas aut frumenta ſeruarunt. Alij ſtatim lecta, cum tenacibus ſuis picatis vrceis condiderunt, & oribus vaſculorum gipſo vel pice clauſis, ipſa ſub diuo obruta, ſabulone texerunt. Alij pira quę ſe nõ cõtingerent in melle ſeruarunt. Item pyra diuiſa & purgata granis, in ſole ſiccantur. Aliqui aquam ſalſam (cum cęperit vndare calefacta) deſpumant, & ei poſt iam frigidæ pyra ſeruanda demergunt, tunc exempta poſt tempus exiguum, condunt vrceo, & eius littore conſeruant. Vinum de pyris fit, ſi contuſa, & ſacco rariſſimo condita, ponderibus comprimantur, aut prælo. Hyeme durat, ſed prima aceſcit æſtate.

Modus conſeruãdi pyra.

De Melis ſerendis & excolendis.

Cap. LXX.

MEnſe Februario & Martio locis frigidis Mela ſeramus; ſi calida & ſicca regio eſt, Octobri, & Nouembri. Eorum plura ſunt genera; amant pingue ac lætum ſolum, & cui humorem, non tam rigatio quàm natura ſuppeditet. Si in arena vel argilla fit, rigationibus adiuuetur. Montanis locis debent ad meridiem verſa conſtitui; & frigido ſolo proueniunt, ſi cœli tepor adiuuerit; neque in aſperis & humectis ſedem recuſant. Macrum & aridum ſolum Poma vermiculoſa efficit & caduca, ſeruntur omni genere ſicut Pyri, neque exarari, neque effodi deſiderant: Idcirco eis magis prata conueniunt. Stercus tantum non exigunt quidem, ſed libenter aſſumunt, vel cineris pulueres miſceantur. Amant modeſtas rigationes; putatio illis apta eſt, ſed maxime vt arida aut male nata tollantur. Citius ſenefcit hæc arbor, & in ſenectute degenerat.

Remedia cõtra putredinem, vermes &c. & ne fructus decidat.

Si caduca ſunt Poma, fiſſæ radici lapis iniectus poma retinebit, lacertæ viridis felle ſi tangantur cacumina, non putreſcit, vermes eius, ſuillo ſtercore mixto humanæ vrinæ, aut felle bubulo, extinguuntur, qui ſi plures circa arborem ſint, æreo ſcalpro ſemel raſi, non vltra naſcentur, quæ raſa ſunt bubullum ſtercus obducat. Si ſpiſſa Poma ramos onerabunt, inter legenda ſunt quæque vitioſa, vt alimentum cæteris ſuccus æquiparet, & generoſis abundantiam miniſtret, quæ numeroſa vtilitate perdebat. Melus omni generi inſeri poteſt quo Pyrus. In Malo, in Pyro, in Spina, Pruno, Sorbo, Perſico, Platano, Populo, Salice.

De fructibus earum cuſtodiendis.

Cap. LXXI.

DIligenter legenda ſunt Mela quæ volumus cuſtodire. Ea in locis obſcuris vbi ventus non ſit, ſtramentis prius in crate ſubiectis, in cumulos ſecreta diſponimus; qui cumuli frequenti diuiſione ſeparentur. Aliqui diuerſa dixerunt, vel ſingula in vaſculis fictilibus picatis atque oblitis claudi, vel argilla inuolui, vel ſolos pediculos creta allini, vel in tabulis ſubſtrata palea diſponi, & ſtramentis de ſuperiori parte cooperiri. Mela rotunda, quæ orbiculata dicuntur, ſine cura toto anno ſeruare ſe poſſunt. Alij in puteo vel ciſterna mergunt vaſa fictilia, quibus diligenter picatis & clauſis, mela committunt. Alij ex arbore mela illæſa ſumpſerunt, & pediculis eorum pice feruenti merſis, ſupra tabulatum per ordinem diſpoſuerunt, nucum folijs ſubter expoſitis, plerique ſcrobea Populi vel Abietis inter Mela diſponunt. Conſtat Mela ſic ponenda, vt pediculorum partes deorſum facias, neque antequam vſui neceſſaria videantur, contingas. Vinum & acetum fit ex Melis, ſicut ex Pyris, ponderibus preſſis, aut prælo.

Mela orbiculata ſine cura toto anno cuſtodiri poſſunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Moris ſerendis & excolendis.

CAP. LXXII.

AMica eſt morus & vitis. Mori naſcuntur ex ſemine, ſed & Poma & virgulta degenerant. Serenda eſt locis temperatis menſe Februario, & toto Martio. Locis vero calidioribus. Octobri poſtremo, vel Nouembris initio; ſed verno maxime die 9. Kal. Aprilis. Amat loca calida, fabuloſa, & plerumque Maritima. In toſo vel argilla vix comprehendunt; humor aſſiduus moris prodeſſe non creditur; foſſionibus lætatur, & ſtercore. Putria in his & arida, poſt triennium, ſunt putanda; plantam ſi robuſtam transferes menſe Octobri & Nouembri, ſi teneram, Februario & Martio. Scrobes deſiderat altiores, interualla maiora, ne vmbris prematur alterius. Feracem lætioremque mori arborem fieri aliqui crediderunt, ſi perforato hincinde trunco, ſingulos cuneos inſeramus terebinthi, & hincinde lentiſci. Circa Octobris kal. morus ablaqueanda eſt, & radicibus eius vini veteris recentiſſimæ fæces infundendæ. Inſeritur in ſico, & in ſe tantum ſub cortice. Vlmo inſita comprehendit, ſed parturit magnæ infelicitatis argumenta.

Modus efficiendi morũ feracem.

De Siliquis, & Auellanis, & arboribus cæteris.

CAP. LXXIII.

SIliqua ſeritur Februario menſe; Nouembri, & ſemine, & plantis. Amat loca maritima, calida, ſicca, campeſtria, tamen vt ego expertus ſum, in locis calidis fæcundior fiet, ſi adiuuetur humore; Scrobem deſiderat largiorem. Siliquæ ſeruantur diutiſſime, ſi expandantur in cratibus. Auellanæ ponendæ ſũt nucibus ſuis. Non amplius ſuper terram ducenda eſt quam craſſitudine digitorum duorum; plantis tamen & Sobole expertus ſum melius peruenire. Menſe Februario, ſeu planta, ſeu ſemen exponitur; gaudent loco macro, humido, frigido, etiam fabuloſo. Menſe Iulio circa nonas Auellana matura eſt.

Auellana plantata melius ſuccedit quam ſeminata.

Nunc etiam Meſpilus inſeretur, & oſſa Prunorum. Ficus etiam locis temperatis nunc poni poteſt; & Sorbus hoc etiam menſe ſeri; & Amygdali ſemina in areis obrui; Et locis temperatis nunc inſeri, menſe inchoãte; frigidis vero exeunte; conditis tamen ſurculis antequam germinent. Et piſtacij planta vel nunc ſtatui aut inſeri poteſt, & Caſtanearum aſpergi. Nuces quoque iuglandes etiam nunc ſeminarijs recondi, & ipſum genus inſeri: & frigidis vel humectis locis nunc potuerint pineta ſeminari. Nunc etiam Salicis plãtas, & omnium generum quæ arbuſto applicandæ ſunt, vel geneſtæ (niſi deerit) obruemus. Ex baccis etiam Myrti & Lauri ſeminaria faciemus: vel ſi fuerant, excolemus.

De Roſarijs conſerendis, & Lilijs, & Cannis.

CAP. LXXIV.

HOc menſe Roſaria conſeremus, quæ ſulco breuiſſimo aut ſcrobibus ponenda ſunt, vel virgultis, vel etiam ſemine. Semina autem roſarum non putemus medios floſculos eſſe aurei coloris, quos roſæ ferunt: ſed baccas nutriunt, quas in breuiſſimi Pyri ſimilitudinem, plenas ſeminibus ſui poſt vindemiam reddunt maturas; quarum tamen maturitas, ex colore fuſco & mollitie poterit æſtimari. Si qua etiam ſunt antiqua Roſaria, hoc tempore circum fodiuntur ſarculis, vel dolabris: & ariditas vniuerſa reſcinditur. Nunc quæ rara ſunt, poſſunt ducta virgarum propagine, raparari. Si Roſam temperius habere volueris, duabus palmis ab ea gyrum fodies, & aqua calida bis rigabis in die. Nunc & Liliorum bulbos ponemus, vel lilia antehabita plantemus, ſumma diligẽtia, ne oculos circa radicem naſcentes, & minores bulbulos ſauciemus; qui à matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt. Item violarum plantæ & croci bulbi ſerendi ſunt, vel ſubtiliter ſi fuerant ante, fodiendi. Hoc menſe aliqui Lini ſemen læto ſolo in iugerum decem modios ſpargunt, & lina conſequentur exilia. Tempore hoc Canneta ponenda ſunt, factis breuiſſimis ſcrobibus, & oculis cannarum per ſingulas ſcrobes obrutis, qui ſe mipedis ſpatio inter ſe diſtare debebunt.

Modus euocandi roſas tempeſtiuè.

De ſepibus hortorum ſeminandis, & herbis hortulanis.

CAP. LXXV.

CIrca idus Februarias, ſepes hortorum ex congeſto in ſinibus, ſpinatum ſemine faciendæ ſunt. Item Græci dicunt de groſſa rubi virga, fieri debere particulas, & palmaribus ſcrobibus obrui, & quotidie donec frondeãt foſſione & rigatione nutriri. Hoc menſe lactuca ſeritur, vt poſſit Aprili menſe transferri. Item nunc carduus ſeritur & naſturtium, & coriandrum, & papauer, ſicut menſe Nouembri, & allium, vel vlpicum. Hoc etiam menſe cæpulas ſeris; ſed conſtat, & vere, & autumno eſſe ſeminandas. Si ſemen eius ſeueris, in caput creſcit, & minus reddit in ſemine. Si capitulum ponas, ipſum marceſcit, & multum ſemen educit. Terrã Cępe deſiderãt pinguem, vehementer ſubactam, irriguam, ſtercoratam; ibi areas faciemus, omnibus herbis & radice purgatas. Serimus placido & ſereno die, maxime auſtro vel euro flantibus. Si minuente luna ſerantur, teneres & acriores proueniunt; ſi creſcente, robuſtæ, & ſaporis humecti. Rarius ſunt ponendæ runcandæ, ſarculandæ ſæpius. Si capita voluerimus his eſſe maiora, folia omnia debemus auferre, & ſic ſuccus ad inferiora cogetur, de quibus vero ſemina colligenda ſunt, iuuentur adminiculis, vbi caulem cæperint excitare. Cum niger color ſeminis fuerit, præferunt maturitatis indicia, vellendi ſunt cum ſemine, & ſic in ſole ſiccandi. Hoc menſe Anetum ſeres; locis frigidis omnem cæli ſtatum patitur, ſed tepidiore lætatur, rigetur ſi ſe imber abſtineat, ſeratur rarius, aliqui ſemen eius non obruunt, opinantes quod à nulla aue tangatur. Nunc, & Sinapim ſerere poſſumus.

Quid faciendum vt cæpe habeãt magna capita.

De Caule & alijs quibuſdam oleribus.

CAP. LXXVI.

HOc etiam menſe Caules ſeremus, qui & toto anno ſeri poſſunt. ſolum pingue & ſatis ſubactum diligunt, argillam & glaream timent, ſabulone & arenis non delectantur, niſi perennis vnda ſuccurrat. Omnem ſtatum cæli caulis patitur, frigidum magis. Contra auſtrum poſiti citius ferunt, contra ſeptentrionem ſerius; ſed hic & ſapore Caulis vincit, & robore. Cliuis delectatur, & ideo ponendæ ſũt plantæ per bulbinos arearum. Gaudet ſtercore & ſarculatione. Rarius poſitus conualeſcit, celerius coquitur virore ſeruato. Si dum eſt trium vel quatuor foliorum, nitrum tritum cribello deſuper ſpargas, ſpeciem pruinæ canentis imitabitur.

Modus faciẽdi caulem canum.

Columella dicit plantarum radices Alga Marina inuoluendas, ſeruandæ viriditatis cauſa, ſimo ſimul adhærente. Ponendæ ſunt plantæ maioris incrementi; quia licet ſerius comprehendant, fortiores fient. Si hyems eſt, tepido iam die; ſi eſtas, cum ſol in veſperam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

veſperam declinat, planta pangenda eſt. Vaſtior fiet ſi terra operiatur aſſidue. Semen braſſicæ vetuſtũ mutatur in rapam. Nunc etiam Malua ſeri poteſt. Mentam quoque ſere plantis vel radicibus, loco humido, vel circa aquas. Apricum ſolum, nec pingue, nec ſtercoratum deſiderat. Hoc menſe Fæniculum ſeres, loco aprico & modicè ſaxoſo: ſeritur primo vere. Paſtinaca, & ſemine ponetur & plantis, loco pingui & ſoluto, altius paſtinato; raram ſtatues, vt robur accipiat. Nunc Cerefolium locis frigidis poſt idus ſeratur. deſiderat agrum lætum, humidum, ſtercoratum. Hoc menſe Betam ſeremus, quamuis poſſit & tota æſtate ſeminari. amat agrum putrem & humidum locum. Transferenda eſt, quatuor aut quinque foliorũ radicibus fimo recenti oblitis; amat frequenter effodi, & multo ſtercore ſaturari.

De Porro & quibuſdam alijs.

CAP. LXXII.

HOc menſe Porrus ſerendus, quem ſi ſectilem velis, poſt duos menſes quam ſatus eſt poteris deſecare, manentem in areis ſuis; quamuis aſſerit Columella etiam ait ſectiuum diutius duraturum, meliorem que, ſi transferatur; & quoties ſecabitur, aqua iuuetur & ſtercore, ſi capitatum facere velis. Quod vere ſeueris, Octobri menſe transferre debebis. Serendus eſt loco læto, & maxime campeſtri, area plana, paſtinata altè, & diu ſubacta & ſtercorata. Si ſectiuum velis, ſpiſſius; ſi capitatum, rarius ſeres. ſarculo frequentandus eſt, & herbis liberandus; cum digiti craſſitudinem habuerit, à media parte præciſis foliis, truncatis radicibus, transferatur; oblitus fimo liquido, quaternis vel quinis digitis reſectis cum radice; modicè cõprehendendus & alleuiandus eſt ſarculo, vt ſuſpẽſus à terra, quod ſpatij vacuum ſubter inuenerit, capitis vaſtitate cogatur implere. Item plura ſemina in vnum ligata ſi depoſueris, grandis naſcetur porrus ex omnibus. Item ſi capiti eius rapæ ſemen immittas ſine ferro, & pangas, multum fertur increſcere, & melius ſi frequenter hoc facias. hoc menſe intuba ſeritur, quo canneta ponuntur. ſeritur oculis ſicut calami, quos abſcindere, & terra leuiter debemus operire, terra foſſa & ſubacta, excitatis ad lineam puluinis, quibus eius oculos oportet infodere; trium pedum inter ſe ſpatio ſeparentur. Hoc menſe cuminum, & aniſum ſeritur, loco bene ſubacto, & cui lætamen ammiſceas: quod ſatum eſt herbis purgetur aſſidue.

Vt porrus magnus naſcatur.

De porcis eodem menſe educandis.

CAP. LXXVIII.

MEnſe quoque Februario verres maxime fæminas inire debebunt, legendi ſunt & vaſti & ampli corporis, ſed rotundi potius quam longi, ventre & clunibus magnis, roſtro breui, ceruice glandulis ſpiſſa, libidinoſi, anniculi, qui vſque ad quadrinos inire fæminas poſſunt. Scrofas vero longi lateris debemus eligere, & quibus ad ſuſtinendum fæturæ onus, magnus ſe ventet effundat, per cætera verribus ſimiles. Sed in regionibus frigidis denſi & nigri pili, in tepidis qualeſcunque prouenerint. Fæmina ad creandum vſque in annos 7. partus onera geſtare ſufficit. Ad concipiendum annicula debet incipere; quarto exempto menſe pariunt, vbi quintus incipiet. Incipiunt autem vt dixi menſe Februario, vt ſolidioribus herbis nati, & ſtipula ſuccedente paſcantur, vbi facultas eſt tranſigendi, venditis qui ſubinde nati, ſunt celerior matribus fætura reparatur. Genus hoc omnibus locis haberi poteſt, melius tamen agris paluſtribus quam ſiccis; præcipuè vbi arborum fructuoſarum ſylua ſuppetit, quæ ſubinde maturis fructibus, alterna per annum mutatione ſuccurrat: maxime locis graminoſis, & cannarum, vel iunci radice mutriũtur, ſed deficientibus alimentis, per hyemem nonnunquã præbenda ſunt pabula glandis, Caſtaneæ, vel frugum vilia excrementa; cæterarum vero magis cum lactant; nouella enim virentiaque ſolent porcis nocere: neque gregatim claudendæ ſunt porcæ more aliarum pecudum, ſed aras ſub porticibus faciemus, quibus mater vnaquæque claudatur, & alumnum gregem tutior ipſa defendat à frigore, quare à ſuperiori parte detectæ ſunt, vt liberè numerum paſtor exploret, & oppreſſis à matre fœtibus ſæpe ſubueniat ſubtrahendo. Curabit autem vt fœtus proprios cum vnaquaque procludat. Plus vero quam octo (ſicut Columella dicit) nutrire non debet. Mihi vero vtilius probatur experto, porcam (cui pabula ſuppetunt) vt plurimum nutrire 6. debere; quia licet plures poſſint educare, tamen è numero frequenter fucta deficiet. In porcis etiam illud eſt commodum, quod immiſſi vineis necdum turgentibus, vel exacta vindemia, germine perſecuto, diligentiam foſſoris imitantur.

Sus nõ poteſt vltra ſex fœtus cõmode nutrire.

Quales porci eligendi.

De his quæ in Martio agenda ſunt.

CAP. LXXIX.

MEnſe Martio locis frigidis prata gurgãda atque ſeruanda ſunt; locis calidis, colles pingues & agros vliginoſos proſcindere atque exarare conueniet; calidis & ſiccis regionibus panicum ſeremus & milium. Leuem & ſolutam terram deſiderant; nec in ſabulone ſolum, ſed in arena quoque prouenium, dummodo cælo humido, de ſolo ſerãtur irriguo; quia ſiccum & argilloſum agrum reformidant; herbis liberentur aſſidue. Nunc quoque cicer vtrunque ſerere debemus, loco lætiſſimo, cælo humido; macerandum eſt pridie, vt poſſit citius naſci. Cicer grande naſci Græci dicunt, ſi infundatur aqua tepida pridie, amare etiam loca maritima, temperius prouenire ſi ſeratur autumno. Hoc etiam menſe Canabum ſerimus vſque in æqui noctium vernum. Nunc etiam oleis laborantibus circum radices, inſulſa amurca fundetur. Alij paleas fabæ, alij veteris vrinæ humanæ, trunco quantũ ſatis videtur affundũt, & arbori mortarium ſtatim faciunt, maximè locis ſiccis, trunco autem cooperto. Oleam ſterilem gallica terebra perforabis, tunc duos frugiferæ arboris ab auſtrali parte ramos eiuſdem magnitudinis tolles, & ſtrictè in foramen vtrunque conijcies; vel lapidem, vel vlmi, vel querci palos; & abſciſo eo quod ſuperabit, luto paleato curabis occulere. Si ſine fruge luxuriant oleaſtri, palum radicibus eius infige. Nunc etiam quibus moris eſt, frumenta iterum ſerere conueniet. Nunc quoque lolis frigidis ſeminaria (quæ Februaria dicta ſunt) baccarum, & ſeminum fiunt. Et roſaria in menſis initio percolantur.

Mẽſe martio ſerendum eſt panicum, milium, cicer, canabũ &c.

De vineis eodem menſe putandis & inſerendis.

CAP. LXXX.

HOc menſe locis frigidis putatio vinearum celebratur (de qua abunde Februario menſe locuti ſumus) vſquequo incipit gemma eſſe ſuſpecta, nũc vineas oportet inſerere, cum vites non aquoro ſed ſpiſſo humore lachrymabunt. Itaque truncus cui inſeritur ſolidus ſit, & alimento humoris exuberet, neque vlla vetuſtate aut iniuria laceratus areſcat, tunc deciſæ viti ſurculi qui inſerendi ſunt, ſint ſolidi, rotundi, gemmis ſpiſſis & pluribus oculati. Tres tamen oculi in inſitione ſufficient. radendum eſt eius ſarmentum ad menſuram digitorum duorum, vt ab vna parte ſit cortex. Aliqui non patiuntur nudam medullã, ſed vites radunt, vt inciſſura poſſit ſenſim in

acumen exire, & corticata pars, cortici nouæ matris aptetur. Infimus oculus ita infigendus eſt, vt trunco vinctus adhęreat, qui oculus exteriorem partem debet aſpicere, vinculo ſalicis infuſo, & paleato luto deſuper alligari, tegumento quoque aliquo, à ventis & à ſe defendi; ne hi quatiant, hic adurat; vbi calor temporis cæperit, ligaturæ ipſi, penicillo circa veſperam, tenuis debet frequenter humor affundi, vt hoc alimento contra vim cæli torrentis animetur, cum vero germen ruperit & aliquod cæperit incrementum, calami adiutorio debet annecti, ne motus aliquis fragilem procedentis ſarmenti quaſſet ætatem. vbi ſolidius quantumcunque proceſſerit, vincula oportet abſcidi, ne adoleſcentia molliſmi germinis, nodo duræ conſtrictionis angatur. aliqui infra terram ſemis ſpacium, effoſſæ viti ſurculos inſerunt, & beneficio congeſtionis accumulant, vt hoc quoque nouis ſarmentis præter nutritis alimento conueniat. nonnulli circa terras melius aſſerunt inſerendum, quia in altioti difficilius comprehendant. Vſque ad idus vel æquinoctium, vites frigidis locis pangendæ ſunt, ſeu paſtinato, ſeu ſulco, aut ſcrobibus, more quo dictum eſt.

Quomodo inſerēda vitis.

De vineis nouellis ac veteranis, agris ac laſis.

CAP. *LXXXI.*

HOc mēſe nouella vinea incipiat puluerari, quod nunc ac deinceps per omnes Kal. Octobris faciendum eſt, non ſolum propter herbas, ſed ne tenera adhuc ſemina ſolidata terra conſtringat, graminum radices, quæ plurimum vitibus nocent, extirpandæ ſunt. Nunc locis frigidis vinearum foſſio celebranda eſt, & palandæ ac ligandæ ſunt vites, ſed nouellam mollibus vinculis alligemus; quia eam teneram, vincula duriora præſcindunt. Palus maioribus ſolidus, minoribus ponatur ex illis, propter imbris moleſtiam. Statuatur ab aquilone & plaga frigida, ſpatio quatuor digitorum vel ſemipedis remotus à vite, vt poſſit ex omni parte circumfodi. Vinea vetus hoc genere reparetur; prius ablaqueabitur altius, donec eius nodus appareat; deinde infra terram ſupra nodum reſcinditur, vt operta, de frigore & ſole nihil timeat, hoc faciendum eſt, ſi optimi generis vitis eſt, & altè poſita; alioquin generoſis melius erit inſerenda ſarmentis. Omnia ſupradicta locis calidis primo menſe, frigidis vero poſt idus ipſius exequemur. Ægras vites, vel quibus fructus areſcit, circumfodies, & vtinam veterem ſuffundes. Item cinerem ſarmenti, vel querci aceto mixtum, ſubijce; aut inciſas circa terram, lætamine refoueto; & quæ germinant fortiora dimitte. cum aut vitis bidente lædetur aut ferro, plagam ſi terræ iuncta eſt alline ſtercore ouillo vel caprino, tunc terra mixta & circumfoſſa ligare curato. Si radix læſa eſt, operiens liquidum lætamen admiſce.

Modus reparandi vineā veterem.

De ſatione hortorum, & primo de Carduis.

CAP. *LXXXII.*

NVnc horti optime fiunt initia cultionis; menſe Martio Carduus ſeritur. Terram ſtercoratam & ſolutam diligit, quamuis in pingui poſſit melius prouenire. Et hoc illi contra talpas prodeſt, ſi pangatur in ſolido, ne terra ab inimicis animalibus facilius perforet. Serendi ſunt cardui luna creſcente, in area iam parata, ſemina ſpatio ſemipedis diſcreta. cauendum eſt ne ſemina vniuerſa ponantur, nam debiles & curuos & duros creabunt, non alte imprimenda ſunt, ſed tribus digitis comprehenſa mergantur, donec ad primos articulos terra perueniat: tunc leniter operiantur, & herbis liberentur aſſidue, donec plantaria ſolidentur; & rigentur ſi æſtus interuenit. Si acumina confringas, ſpinis carebunt.

Item ſi ſemina eorum madefeceris per triduum Lauriuo oleo, vel Nardo, vel opio, vel Balſamo, vel ſucco Roſæ, vel maſticino, & poſtea ſiccata depreſſeris, eiuſdem ſaporis orientur, cuius vnguentum ſemina combiberunt. Singulis ſanè annis à codice auferendæ ſunt plantæ, vt nec matres fatigentur, nec Soboles per alia ſpatia dirigatur; cum aliqua tamen radicis parte vellendæ ſunt. Quos reſeruabis ad ſemina colligenda, liberatos omnibus pullis, teſta ſupertegere debebis, aut cortice; nam ſolent ſemina ſole vel imbribus interire. Contra talpas prodeſt cattos frequenter habere in medijs carduetis, muſtelas habent plerique manſuetas; aliqui foramina earum rubrica & ſucco aggreſtis Cucumeris impleuerūt: nonnulli iuxta cubilia talparum plures cauernas aperiunt, vt illæ irritæ fugiant ſolis admiſſum. plerique laqueos in aditu eorum thecis pendentibus ponunt.

Vt ſapor ſpecialis carduis obueniat.

De Cucumere & cucurbita.

CAP. *LXXXIII.*

NVnc & cucumeres ſeminantur rarè, ſulcis altitudine ſeſquipedali, latitudine pedum trium; inter ſulcos octo pedum ſpatium crudum relinques, vbi poſſint vagari; herbis iuuantur, & ideo ſarculo & runcatione non indigent. Semina ſi ouillo lacte & mulſa maceres, dulces naſcentur & candidi, longi ac teneri fiunt, ſi aquam in patenti vaſculo ſub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad quam feſtinando tales efficientur. Sine ſemine naſcentur, ſi prius eorum ſemina oleo Sabino perunguntur, & herba ea quæ Culex dicitur trita confricentur. Aliqui florem cucumeris cum Viticula Cannæ inſerunt, cui prius omnes nodos perforauerint; Ibi cucumeris naſcitur in nimiam longitudinem tenſus. Oleum ſic metuit, vt ſi iuxta poſueris, velut Hamus plicetur. Quoties tonat, velut timore conuertitur. Si eius florem, ſicut in vite ſua eſt, in forma fictili clauſeris ac ligaris, qualem vultū forma, vel hominis, vel animalis habuerit, talem Cucumeris figura præſtabit. hæc omnia Gargilius Martialis aſſeruit. Columella dicit loco aprico & ſtercoroſo ſi rubos habeamus aut ferulas, poſt autumni æquinoctium, his iuxta terrā reſciſſis & excauatis, ligneo ſtilo inter medullas lætamen immittamus, & Cucumeris ſemen addamus, hinc naſci fructus qui poſſint & inter frigora non necari.

Vt cucumeres fiunt dulces & longi, & ſine ſemine.

Hoc menſe Cucurbita ſerenda eſt; amat ſolum pinguehumidum ſtercoratum ſolutum. Hoc in cucurbitis inſigne eſt, quod longas pariunt & exiles ſemina quæ in earum ceruice naſcuntur, quæ in ventre fuerant. Cucurbitas faciūt craſſiores, quæ in fundo latas. Si inuerſis cacuminibus obruantur, vbi adoleſcere cęperint adminiculis adiuuentur. Quæ ſeruantur ad ſemina, vſque ad hyemem in ſua vite dependeāt. Deinde ſublatæ in ſole ponantur aut fumo, aliter ſemina putrefacta depereunt.

De Allio & Cepula, & cæteris Oleribus.

CAP. *LXXXIV.*

ALium ſeremus & Cepulas locis frigidis, & Anetum. Nunc & Synapi & Caules optime ſeruntur, vel plantantur: Et malua ſeritur; Et Origani planta transfertur. Lactuca & Beta & Porrus & Capparis ſeri poſſunt, & Naſturtium. Intyba etiam & Raphanos nunc aliqui ſerunt, quibus vtantur æſtate. Nunc Melones ſerendi rarius; diſtent inter ſe ſemina pedibus duobus, locis ſubactis vel paſtinatis, maxime arenis. Semina eius mulſo & lacte per triduum maceranda ſunt, & tunc iam ſiccata ponenda. hinc ſuaues efficientur, odorati autem, ſi eorum ſemina multis

Quomodo ſerendi meloues vt ſint dulces.

diebus

diebus in Roſæ folia ſicca mergantur.

Hoc menſe Ruta ſeritur locis Apricis, ſolius Cineris inſperſione contenta, loca deſiderat altiora, vnde humor elabitur. Si ponas ſemina eius adhuc clauſula folliculis, ſigillatim manu debebis afficere. Si iam minuta ſunt, ſparſa iactabis, & raſtro obducta cooperies, caules eius qui incluſis ſeminibus nati fuerint, fortiores erunt, ſed ſero naſcentur. Ramuli eius cum aliqua corticis parte conuulſi, vterno tempore pro plantis tenebuntur, tota vero tranſlata morietur. Nónulli ramulos eius Pertuſæ Fabę inſerunt, vel Bulbo, atque ita obruunt alieno vigore ſeruandos. Sub fici arboris vmbra libentius acquieſcit, non effodi herbas. ſed optat auelli; immundæ mulieris formidat attactũ. *Ab hoc* menſe vſque in Octobrem totum Coriandrũ ſeritur; amat terram pinguem, ſed & macro ſolo naſcitur. Semẽ melius putatur quod vetuſtius fuerit; delectatur humore, ſatum bene cum olere quocunque naſcetur. Anetum quoque & Cyminum nunc bene ſeritur, locis lætioribus melius prouenit; Itemque cæteris, ſi humore iuuetur & ſtercore.

De arbore Mali punici excolenda.

CAP. LXXXV.

LOcis temperatis menſe Martio vel Aprili Mala punica ſeremus; calidis vero & ſiccis, Nouembri. amat hæc arbor ſolum cretoſum, Macilẽtum; Sed in pingui etiam naſcitur. Regio illi eſt apta quæ calida eſt; ſeritur plantis de matrum radice diuulſis. Sed quamuis multis generibus ſeratur, melius tamen ramus eius cubitalis inciſus Manubrij craſſitudine, & capite vtroque acuta falce leuigatus, ſcrobi velut obliquus immergitur; prius tamen Porcino ſtercore, & in capite, & in parte quæ ima eſt, obliniatur; & in crudo ſolo malleo cogatur ad inferiora defigi. Melius proueniet ſi ponendus ramus gemmans ſumatur. Sed qui in ſcrobe deponit, ſi tres lapillos in ipſa radice conſtituat, prouiderit ne poma findantur: curandum eſt ne virgulta inuerſa deponas. Cinis cum lixiuio circa punici truncum frequenter infuſus, læta & fructuoſa reddet arbuſta.

Vt mala punica euadãt magna &c.

Aſſerit Martialis candida in his grana fieri, ſi Argillæ & cretæ quartam partem gypſi miſceas, & toto triennio hoc genus terræ radicibus eius adiungas. Idem dicit miræ magnitudinis fieri, ſi olla fictilis obruatur circa arborem punici, & in ea ramus cum flore claudatur, ne reſiliat ligatus ad palum; tunc cooperta olla contra aquæ muniatur incurſus; Autumno patefacta, ſuæ magnitudinis poma reddibebit. Multa in punico ipſe aſſerit poma procedere, ſi Titimalli & Portulacæ ſuccus æqualiter mixtus, antequam germinet trunco arboris allinatur. Inſeri poſſe firmatur de ramorum connexione, vt medulla vtrinque diuiſa ſe iungat; in ſe tantum inſeri poteſt circa Aprilis Calendas menſe Martio vltimo. Sed ſecto trunco, ſurculus recentiſſimus ſtatim debet inſeri, ne mora, exiguum qui ineſt ſiccet humorem.

De eadem remedianda.

CAP. LXXXVI.

MAla punica creduntur acida fieri ſi rigentur aſſidue. Nam ſiccitas in his, & ſuauitatem præſtat, & copiam; cuius tamen nimietati aliquid debet humoris opponi. Circumfodi autumno debet, & verno: Si acida naſcuntur ablaqueatis radicibus tedæ clauus infigi. Alij Algam marinam obruunt ad radices, cui nonnulli ſtercus miſcent Aſininum atque Porcinum. Si florem non continet, vrinam veterem cum pari menſura aquæ temperabis, & ter per annum radicibus infundes; vni arbori amphora ingeſta ſufficiet, vel amurcam mittes inſulſam, vel algam radicibus iungens, & bis rigabis in menſe; vel arboris florentis truncum, plumbeo circulo debebis includere, vel corio anguis inuoluere. Si crepant Poma, lapidem in media arboris radice ſuppones, vel ſquillam circa arborem feres. Et ſi dum pendent Poma tenacibus (ſicut in arbore habentur) intorſeris, in totum annum ſine corruptione ſeruantur. ſi vermibus laborant, tanges radices Felle bubuleo, & continuo morientur; aut clauo æneo ſi vermes eoſdem purges, difficile naſcentur; vel Aſini vrina ſtercoris admixtione Porcini vermibus obuiabit.

Remedia cõtra defectus mali punici.

De malis punicis conſeruandis, & vino conficiendo in eis.

CAP. LXXXVII.

PVnica mala ſeruantur, ſi picatis pediculis, ordinata ſuſpendas. Aliter lecta integra, in aqua marina, vel muria feruente mergantur, vt combibant; poſt triduum ſole ſiccentur, vt ſub diuo, nocte non maneant; poſt in loco frigido ſuſpendantur. Cum volueris vti, aqua dulci pridie macerabis; feruntur hæc Pomis recentibus æmulari. Item ſi à tactu inuicem ſeparata paleis obruantur. Item foſſa fit longa, & cortex eiuſdem latitudinis paratur, cui mala acutis ſurculis ſuis affiguntur; tunc inuerſus cortex ſupra foſſam ponitur, vt mala ſine terræ tactu ſubter pendentia, ab humore defendat. Item ſi inducatur argilla, & ea ſiccata loco frigido pendeant. Item ſi ſeriola ſub diuo obruatur, quæ habeat Arenas vſque ad medium, & mala cum tenacibus lecta imprimantur canis ſingulis, vel ſambuci virgulis; & ita ſeparata in Arenis figantur, vt ipſa quatuor digitis emineant ab Arena. Item in dolio intra hordeum ſic ordinantur, ne ſe inuicem tangant, & dolium deſuper operitur. *Vinum* de malis granatis conficies hoc modo: grana matura purgata diligenter in palmeam fiſcellam mittes, in coclea exprimes, & leuiter coques vſque ad medietatem; cum refrigerit, picatis & gypſatis vaſculis claudes. Alij ſuccum non excoquunt, ſed ſingulis ſextarijs libras ſingulas mellis miſcent, & in prædicta vaſa condunt & cuſtodiunt.

Vavijs modis conſeruari poſſunt mala punica.

De arbore Citrina, ac cæteris, & Pyro.

CAP. LXXXVIII.

MEnſe Martio Citri arbor inſeritur multis modis, ſemine, ramo, talea. Amat terram rarioris naturæ, cælum calidum, humoremque continuum. Citreum rimari creditur, ſi cucurbitæ vicinis locis ſerantur; quarum vites etiam combuſtę, vtilem Citri arboribus cinerem præbent. Gaudent aſſidua foſſione. In fundis meis cõperi per gradus quoſdam ſibi ſemper Poma ſuccedere, vt cum maturis ſe acerba ſubſtituant, acerborum vero ætatem florentia conſequantur, orbem quendam continuæ fæcunditatis ſibi miniſtrante natura. Feruntur acres medullas mutare dulcibus, ſi per triduum mulſa aqua, ſemina ponenda macerentur, vel ouillo lacte, quod præſtat. Aliqui menſe Februario truncum obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non exeat; ex hoc humorẽ fluere permittunt, donec Poma formentur, tunc foramen luto replent, ſicque quod eſt medium, dulce fieri affirmant.

Vt citreum acre fiat dulce.

Citreum in arbore poteſt per totum annum propemodum cuſtodiri, melius ſi vaſculis quibuſcunque claudatur. Si velis legere atque ſeruare, nocte vna latenter debebis cum ramis foliatis carpere, & ſecreta disponere. Alij ſingula vaſis ſingulis claudũt, vel gypſo allinunt, & opaco loco ordinata cuſtodiunt, plerique in Cedri ſcrobe, vel ſtraminibus minutis, vel in paleis tecta ſeruarunt. *Tunc & Pyrus*, &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Malus inſeri ac ſeri poteſt: Et Cidonea, & Prunus inſeritur; Et Sorba ponuntur, & Morus nono Calendarũ Aprilium die; & inſeruntur Piſtacia, & locis frigidis Pini ſemen aſpergitur. A

De Meſpilis ſerendis & excolendis.

CAP. *LXXXIX.*

MEſpila locis calidis maxime gaudent, ſed irriguis; ramen frigidis quoque proueniunt, magis Sabulone pingui, aut glareoſa terra, cui permixta eſt Arena, vel Argilla, cum ſaxis. Serenda eſt taleis, méſe martio vel Nouembri. Sed ſolo ſtercorato & ſubacto, ita vt vtrumque caput taleæ, ſtercus obducat. Sunt eius incrementa tardiſſima, amat putari atque B circunfodi, & parco humore inter ſiccitates ſæpe re foueri. Seritur & ſemine, ſed in lor giorem ſperatur ætatem. Si vermibus occupatur, ſtilo æreo purgandi ſunt, & amurca, vel humana vetere vrina, vel viua calce perfundendi; ſed parcius propter arboris noxam: Vel aqua decocti lupini, ſed putatur hinc arbor ſterilis fieri. Fimus & cinis vitium ſimul, ſi radicibus infundantur fertilem reddunt, ſi formicæ moleſtæ ſunt, rubrica cum aceto & cinere temperata, necabuntur. Si poma labuntur, fruſtum de eius radice præciſum, in media trunci parte figatur. Inſeritur menſe Februario in ſe, & in Pyro, & in Melo. Surculus tamen eius ex arbore media debet aſſumi, nam de ſummitatibus vitioſus eſt. In trunco fiſſo inſerenda eſt, nam corticis macies ieiuna nil nutriet. Meſpila ad ſeruandum leguntur, quę & in arbore durabunt, vel in vrceolis picatis, vel in ordinem ſuſpenſa, vel vt quidam, condita. Die ſerena legantur, ac media, & paleis obruantur diſcreta, ne ea viciſſim tactus afficiat, lecta ſeminatura, ſalſa aqua per dies quinque macerato; poſt ea ſæpe infundantur, vt enarent ſero & melle, ſed maxime ſi nimis matura collegeris.

Vt meſpila non cadant de arbore.

De Ficu plantanda.

CAP. XC.

CAlidis locis, Fici planta radicata Nouẽbri menſe, temperatis Februario, frigidis melius Martio vel Aprili ponenda eſt. Si taleam vel cacumen ponas, id fiat vltimo Aprili, cum ei ſe viridior ſuccus infuderit. Plantæ in ſcrobe depoſitæ, lapides ſubſtituendi ſunt ad radicem, fimo terra miſcẽda eſt. ſi loca frigida ſunt, plantarum cacumina, diuerſis cannæ internodijs defendantur à frigore, ſi cacumen velis ponere, triſulcũ ramũ bimũ vel trimũ ab Auſtrali parte decides, & ſic obrues, vt ſic diuiſa cacumina terra interiacente, velut tres ſurculos reddant. Taleam ſic ponemus vt cætera; cui leuiter ab infima parte diuiſæ, lapidem mergemus in fiſſo. Ego menſe Februario vltimo, vel Martio, in Italia plantas grandes ficorum per paſtinatum ſolum diſpoſui, & eo anno Poma pepererunt, ſupra comprehendendi felicitatem, velut tributo reddentes. Legendæ ſunt plantæ in quibus frequens nodus exubetar; ſteriles creduntur quæ nitidæ ſunt, & oculos ſuos E per longa internodia diſtulerunt. Si plantam fici prius nutrias in ſeminario, & maturam transferas in ſcrobẽ, poma generoſiora producet. Aliqui multum prodeſſe confirmant, ſi plantam fici diuiſo ſquillæ Bulbo, in terſitam ſtrictamque vinculis collocemus. Scrobes amat altas; interualla maiora; terræ genus durum & gracile, & ſiccum pro vtili ſapore pomorum. Prouenit & locis petroſis atque aſperis, & tamen poteſt locis prope omnibus ſeri. In locis nimis frigidis præcoquas ficos ſeremus, quæ cito veniant, vt ante imbres genus hoc poſſit occurrere; calidis vero & æſtuoſis eam quæ ſera maturat.

Ficus nitida & varicibus nodis ſiunt ſteriles.

De eadem colenda & inſerenda.

CAP. XCI.

TVnc etiam ficulnea cacumina obruuntur vtiliter cum tumeſcunt, vt plantas faciant, ſi earum copia non abundat. Vt etiam varios fructus vna ficus exhibeat, ramos duos nigræ & albæ arborum ita inter ſe vinculo ſtringe & torque, vt germina inter ſe miſcere cogantur; ſic obruti, & ſtercorati, & humoribus iuti, vbi prodire cœperint, germinantes oculos aliqua ſibi annexione conglutinabunt, tunc germen adunatum parturiet duos colores, vt quos diuidat vnitate, diuiſione coniungat. Gaudet ficus aſſidua foſſione. Per autumnum proderit ſi ſtercus admoueas, præcipuè de auiarijs. Menſe Iunio circa ſolſtitiũ Caprificandæ ſunt arbores fici, ideſt ſuſpendendi groſſi ex Caprifico lino velut ſeta pertuſi, ſi hoc deſit Abrotani virga ſuſpenditur, aut callum quod in vlmeis foliis inuenitur, aut Arietina cornua circa radices arboris obruuntur: Vel truncus arboris quo loco turget, ſcarificandus eſt, vt poſſit humor effluere. Cum folia producere incipiunt fici, vt multum fructum & pinguem ferant, in principio germinis cacumina ſumma decutimus, vel hoc tantum cacumen quod ex arboris medietate procedit. Si maturam ficum vis Serotinam facere, incipientes groſſos diſcute, cum illis fuerit fabæ magnitudo. Vt ficus cito maturet, ſucco cępe longioris, cũ oleo & Pipere mixto, vnge Poma quando groſſi incipiunt ſubrubere. C

Caprificatio apud Plinium fit per hoc quod culices è groſſis nati fugat humorem lacteum qui impedit ne matureſcant fici.

De eadem purganda & remedianda.

CAP. *XCII.*

REſcindẽda ſunt in ea, quę aut putria aut malè nata reperis, & ea ratione putanda eſt, vt inclinata per latera poſſit expandi. In locis humectis ficus ſaporis obtuſi eſt, quibus circunciſis, inter ficarias caprifici arborem ſerunt, vt non ſit neceſſe per ſingulas arbores pro remedio eadem Poma ſuſpendi. Ne vermes patiatur, ramum Terebinthi vel Lentiſci taleam cum plantis fici, cacumine ponemus inuerſo. D Vncinis æreis vel ferreis tollendi ſunt vermes ex fico: alij amurcam, alij veterem vrinam, ablaqueatis radicibus miſcent; alij bitumen & oleum, aut ſolam calcem viuam latebris vermium allinunt. Si formicæ moleſtæ ſunt, Rubtica, Butyro, & Pice liquida mixta, circa trun cum debet induci. alij coracinum piſcem contra formicas in arbore ſuſpendendum eſſe confirmant. Si fructus ſuos velut ægra proiiciat, alii rubrica, alii amurca inſulſa mixta aqua, arborem linunt; vel cancrum fluuialem cum ramo rutæ ſuſpendunt, vel Algam marinam, vel faſcem Lupinorum, vel radici terebratæ cuneum figunt, vel ſecuri arboris corium ſæpe proſcindunt.

Quomodo tollendi vermes ex fico.

De Ficis eligendis & conſeruandis.

CAP. *XCIII.*

FIcus quæ in montanis & frigidis locis naſcuntur, quia minus lactis habent, ad ſiccitatem durare nõ poſſunt. Vſus illius in viridi eſt melioris magnitudinis, & ſaporis arguti. Quæ naſcuntur in campis & locis calidis, & pinguiores ſunt, & in ſiccitate durabiles. In caricis melius alba ſeruatur. Ficus virides ſeruari poſſunt, vel melle ordinatæ, ne ſe inuicem contingant, vel ſingulæ inter viridem cucurbitam clauſæ, locis vnicuique cauatis; Et iterum teſſera quęſecatur incluſis, ſuſpenſa ea cucurbita vbi ignis

non

non ſit, aut fumus. Alij miſſas ficos recẽtes minus maturas in nouo vaſe fictili, lectas cum pediculis, & à ſe ſeparatas, recludunt; & in dolio vini pleno, vas natare permittunt.

Modus cõſeruandi ficus.

Martialis dicit caricas per genera multa ſeruari, cũ ratio vna ſufficiat. Ergo hoc genere quo Campania tota cuſtodit ſeruare debemus. In cratibus ficus vſque ad meridiem expanditur, & adhuc mollis in qualum retunditur; tunc calefacto furno ad panis coquẽdi modum, ſuppoſitis tribus lapidibus ne ardeat, qualus includitur etiam clauſo furno; vbi cum decocta ficus fuerit, ſicut eſt calida, folijs ſuis interpoſitis, intra vas fictile conditur, denſius preſſa, & operculo diligentius obducitur. Sed pluuijs abundantibus, crates ſoli ſi non poſſis expandere, ſub tecto eas ita pones, vt ſemipede erigantur à terra; & eas ad inuicem ſolus cinis ſubiectus vaporet; & ſubinde ficus, ſicut eſt diuiſa tergatur, vt & ficorum folia ſiccentur, & pulpæ: deinde ſublata in ciſtellis ſeruetur, aut loculis. Alij maturas mediocriter ficus, & diuiſas in cratibus, expandunt toto ſole ſiccandas, ſed recipiunt nocte ſub tecta.

De Bobus eodem menſe comparandis & eligendis.

Cap. XCIV.

Conditiones bouis optimi.

HOc menſe comparãdi ſunt Boues, quia necdum ſagina temporis pleni, aut celare poſſunt fallaciam venditoris, & vitia ſua; aut ad repugnandum domituræ, contumacem pleni roboris exercere fiduciã. hæc tamen ſigna ſpectanda ſunt in Bobus, ſeu de noſtro, ſeu de alieno grege fuerint comparandi; vt ſint boues nouelli, quadratis, & grandibus membris, & ſolidi corporis, muſculis vbique turgentibus, magnis auribus, latæ frontis & criſpæ, labris oculiſque nigrantibus, cornibus robuſtis, ac ſine curuaturæ prauitate lunatis; patulis naribus & reſimis, ceruice toroſa, & compacta, palearibus largis & circa genua fluentibus, pectore grandi, armis vaſtis, ventre non paruo, porrectis lateribus, latis lumbis, dorſo recto & plano, cruribus ſolidis neruoſis & breuibus, vngulis magnis, caudis longis ac fætoſis, pilo totius corporis denſo ac breui, rubei maxime coloris aut fuſci. Melius autem boues de vicinis locis parabimus, qui nulla ſoli aut aeris varietate tententur. Aut ſi hoc deeſt, de locis ſimilibus ad ſimilia transferamus. Illud ante vniuerſa curandum eſt, vt viribus ad trahendum comparentur æquales, ne valentioris robur alteri procuret exitium. In moribus hæc conſideranda ſunt; ſint arguti, manſueti, timentes hortamen clamoris & verbera, cibi appetentes. Sed ſi regionis ratio patitur, nullus melior cibus eſt quam viride pabulum; vbi vero deeſt, eo ordine miniſtretur, quo pabuli copia, & laborum coget acceſſio.

De ijſdem edomandis & iugo præparandis.

Cap. XCV.

Modus edomãdi boues.

HOc etiam menſe vltimo, domandi ſunt Boues trimi, quia poſt quinquennium bene domari nõ poſſunt, ætatis repugnante duritia, capite ergo ſtatim domentur, qui quidem prius cum teneri fuerint, frequenti manus attrectatione manſueſcant. Sed ſtabulum noui Boues largioribus ſpatijs debebunt habere, vt & ante ſtabulum locari nullis concludantur anguſtijs, & producti non aliqua vitientur offenſa. In ipſo vero ſtabulo, aſſeres tranſuerſi à terra, ſeptem pedibus alti configantur, ad quos boues ligentur indomiti, tunc eliges abſolutam tempeſtatibus & impedimẽtis omnibus diem, qua capti producantur ad ſtabulum; quorum ſi nimia fuerit aſperitas, vno die ac nocte inter vincula mitigentur, atque ieiunio; tunc appellationibus blandis, & illecebris oblatorum cibo-

A rum, non à latere, neque à tergo, ſed à fronte accedens bubulcus admulceat, nareſque & terga pertracter, mero ſubinde conſpergens; hac tamen cautione, ne aliquem calce contingat, aut cornu; quod vitium ſi in primordijs effectui ſibi ceſſiſſe ſenſerit, obtinebit. Tunc mitigatis, os & palatum ſalibus frica, & in gulam dimitte præſulſi adipis librales offas, & ſextarios ſingulos cum cornu infundente per fauces; quæ res in triduum totius ſæuitię iram reſoluet. Aliqui eos inter ſe iungunt, ac docent onera tentare leuiora; & quod vtile eſt, ſi à rationi parantur, ſubacto prius ſolo exercendi ſunt, vt nouus labor, tenera adhuc colla non quaſſet. Expeditior autem domandi ratio eſt, vt aſperum bouem, manſueto & valido boui coniungas, quo oſtendente facilè ad omnia cogetur officia. ſi poſt
B domituram decumbit in ſulco, non afficiatur igne, nec vbere, Sed potius cum decumbit, pedes eius ita ligentur vinculis, vt non progredi, aut ſtare, vel paſci poſſit. Quo facto, ſiti ac fame laſſatus, carebit hoc vitio.

De Tauris & vaccis ad copulam præparandis.

Cap. XCVI.

TVnc Tauros quoque quibus cordi eſt armenta conſtruere parabit, aut his ſignis à tenera ætate ſubmittet, vt ſint alti, atque vigentibus membris, ætatis medię, & magis quę iuuentute minor eſt, quam
C quæ declinat in ſenium; torua facie, paruis cornibus. Toroſa vaſtaque ceruice, ventre ſubſtricto. Vaccas etiam nunc maximè parabimus, ſed eligemus forma altiſſima, corporis longi, vteri capacis & magni, alta fronte, oculis nigris & grandibus, pulchris cornibus, & præcipuè nigris; aure ſetoſa, palearibus laxis, & caudis maximis, vngulis brettibus, & cruribus nigris & paruis, ætatis maximè trimiæ, quia vſque ad decenniũ fætura ex his procedit vtilior, nec ante ætatẽ trimam. Tauros his oportet amitti; ſed erit ſtudium diligentis, amotis ſenioribus, nouellas ſubinde conducere, & ſteriles aratro ac laboribus deputare.

Vt taurus maſculũ aut fœminam gignat.

Græci aſſerunt ſi mares create velis, ſiniſtrum tauri in coitu ligandum eſſe teſticulum, ſi fœminas dextrũ.
D tauros tamen diu abſtrahamus, vt cum tempus eſt, acrius in cauſas dilati feruoris incumbant. Sed his armentis, hyeme maritima & aprica loca, æſtate opaca paremus, ac frigida, montana maximè; quia melius frutetis, & his herba internaſcente ſaturantur; quia quamuis circa fluuios rectè propter loca amęna paſcuntur, fœtura tamen aquis tepidio ribus adiuuatur. vnde magis vtilius habentur, vbi pluuialis aqua tepentes format laſciuias. Tolerat tamen frigus hoc armenti genus, & poteſt facile hybernare ſub diuo; quibus tamen ſepta fieri propter iniuriam grauidarum conuenit laxiora. Stabula vero vtilia ſunt ſtrata ſaxo, vt glareis, aut arenis, deuexa aliquatenus, vt humor poſſit elabi; parti meridianæ obuerſa, propter flatus glaciales, quibus aliquis reſiſtere debet
E obiectus.

De Equis ad copulam mittendis.

Cap. XCVII.

HOc mẽſe ſaginati, aut paſti ante admiſſarij, generoſis equabus admittẽdi ſunt, & repletis fœminis. Itẽ ad ſtabula colligẽdi; neque tamen æqualẽ numerum omnium debemus adhibere, ſed æſtimatis viribus vniuſcuiuſque admiſſarij, ſubmittenda pauca vel numeroſa coniugia. Quæ res efficiet admiſſarios non parua ætate durare. Iuueni tamen equo, & viribus formaque conſtanti, non amplius quam duodecim vel quindecim debemus admittere; cęteris pro qualitate virium ſuarum. Sed in admiſſario quatuor

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quatuor in admiſſario ſpectanda.

ſpectanda ſunt, forma, color, meritum, pulchritudo. In forma hæc ſequemur; ſit vaſtum corpus & ſolidum robori conueniens altitudo, latus longiſſimum maximaximi ac rotundi clunes, pectus late patens, & corpus omne muſculorum denſitate, nodoſum, pes ſiccus & ſolidus, & cornu concauo altius calciatus. Pulchritudinis partes hę ſunt; vt ſit exiguum caput & ſiccum, pelle propemodum ſolis oſſibus adhærente, aures breues & argutæ, oculi magni, nares patulæ, coma & cauda profuſior, vngularum ſolida & fixa rotunditas. Colores hi præcipui, Badius, Aureus, Roſeus, Myrteus, Ceruinus, Giluus, Glaucus, Scutulatus, Canus, Candidus, Albus, Guttatus, Niger. Sequẽtis meriti, varius cum pulchritudine nigro badioque mixtus, canus cum quouis colore; ſpumeus, maculoſus, murinus obſcurior. Sed in admiſſarijs ſunt præcipue legendi clari, & vnius coloris; cæteri vero deſpiciendi, niſi magnitudo meritorum culpam coloris excuſet. Eadem in Equabus conſideranda ſunt, maxime vt ſint longi & magni ventris & corporis. Sed hoc in generoſis ſeruetur armentis. Cæteræ paſſim toto anno inter paſcua dimiſſis ſecum maribus, impleantur. Equarum natura eſt, partum ſpatio duodecimi menſis abſoluere. Illud in admiſſarijs ſeruandum eſt, vt medijs aliquibus ſpatijs ſeparentur, propter noxam furoris alterni: ſed his armentis paſcua legamus pinguiſſima, hyeme aprica, frigida & opaca prouideamus æſtate; nec adeo mollibus locis nata, vt vngularum firmitas de aſperitate ſentiat.

De Conceptu Equarum, & pullis earum.

CAPVT XCVIII.

Vt Equa marem patiatur.

SI Equa marem pati noluerit, trita ſquilla naturalia eius infecta, libidinem concitabunt, deinde grauidę non vrgeantur, nec famem frigusque tolerẽt, nec inter ſe locis comprimantur anguſtis. Generoſas Equas, & quæ maſculos nutriunt, alternis annis ſubmittere debebimus, vt pulli puri ſint, & copioſi, lactis robur infundant, cæteræ paſſim replendæ. Ætas. incipientis admiſſarij, quinti anni initio eſſe debebit, fœmina recte bima concipiet: quia poſt decennium iners ex ea naſcetur ſoboles & tarda. Pulli Equarum nati manu tangendi non ſunt, quia eos tactus lædit aſſiduus; quantum ratio patitur defendantur à frigore. In pullis pro ætatis merito ea ſunt conſideranda, quę ſignum bonæ indolis monſtrant, quæ in matribus vel partibus ſpectanda præcepi, dabit & hilaritas alacritas agilitaſque documentum.

Pulli poſt biennium ſunt domandi.

Nunc etiam domandi ſunt pulli, vbi tempus bimę ętatis exceſſerint. Conſideranda autem ſunt magna, longa, muſculoſa, & arguta corpora; teſticuli pares exigui, & cætera quæ in patribus dicta ſunt. Mores, vt vel ex ſumma quiete facile concitentur, vel excitata feſtinatione non difficile teneantur. Ætatis conſideratio talis eſt. Bimo & ſex menſium, dentes medij ſuperiores cadunt: Quadrimo earum proximi mutantur; Infra ſextum annum molares ſuperiores cadunt: Sexto anno quos primo mutauit exæquat: Septimo anno omnes dentes eius explentur, latent ab hinc ętatis notæ, ſed prouectioribus tempora cauari incipiunt, ſupercilia caneſcere, dentes plerumque prominere. Hoc menſe omnia quadrupedia, maxime Equos caſtrare debemus.

De Mulis educandis, & Aſinis.

CAPVT XCIX.

SI quem multorum genus creare delectat, Equam magni corporis, ſolidis oſſibus, & forma ægregia debet eligere, in qua non velocitatem, ſed robur exquirat, ætas à quadrima vſque in decennem huic admiſſuræ iuſta conueniet. Si Aſinus Equam faſtidit admiſſus, oſtenſam prius Aſinam, donec coeundi voluptas ſolicitetur, adhibemus: qua ſubducta, Equam libido incitata non ſpernet, & raptus illecebris generis ſui in permixtione conſentiet alieni, ſi morſu furens lędit obiectas, aliquatenus labore miteſcat. Creantur ex Equo & Aſina, vel ex onagro & Equa. Sed generoſius nullum eſt huiuſmodi animal quam quod Aſino creante naſcetur. Vtiles tamen admiſſarij naſcentur ex onagro & Aſina, qui poſt in ſobole ſecutura agilitatem fortitudinemque reſtituant. Admiſſarius tamen Aſinus ſit huiuſmodi; corpore amplo, ſolido, muſculoſo, ſtrictis & fortibus membris, nigri vel murini maxime coloris, aut rubei, qui tamen ſi diſcolores pilos in palpebris aut auribus geret, colorem ſobolis plerumque variabit. Minor trimo maior decenni non admitte. Annicula Mula debet à matre depelli, & per montes aſperos paſci, vt iuuenis, laborem, in tenera ætate ſolidata, non contemnat, minor vero Aſellus maximè agro neceſſarius eſt, qui & laborem tolerat, & negligentiam propemodum non recuſat.

Mulus tribus modis generatur, ſed tamen optimus ex aſino & equa.

De Morbis Apum eodem menſe remediandis.

CAPVT C.

HOc menſe maxime Apibus ſolet morbus incũbere, nam poſt hyberna ieiunia, titimalli & vlmi amaris floribus (qui prius naſcuntur) auidius appetitis, ſolutionem ventris incurrunt & pereunt, niſi affueris velocitate remedij. Præbebis ergo maligranaticum vino amineo grana contrita, vel vuæ paſſæ cum rore Syriaco & auſtero vino; vel ſimul omnia coniugata, purgata, & incocta vino aſpero, quæ deinde in ligneis canalibus refrigerata ponantur. Item ros marinus aqua mulſa decoctus congeletur, & in imbrice ponatur ſuccus huiuſmodi. Quod ſi horridę vidẽtur atque contractæ torpore & ſilentio; & mortuarũ corpora frequenter auferre, & canalibus ex canna factis, mel cum gallæ puluere, vel ſiccæ roſæ coctum, debebis infundere. Illud ante omnia expediet, vt putres partes fauorum, vel vacuas ceras, quas aliquo caſu examen ad paucitatem redactum non valebit implere ſemper reſcindas acutiſſimis ferramentis ſubtiliter, ne mota alia pars fauorum, cogas apes domicilia concuſſa deſerere.

Vt apes non negligant ſe multiplicare.

Nocet apibus plerumque fælicitas ſua; nam ſi nimijs floribus annus exuberat, dum ſolam curam gerendi mellis exercent, de prole nil cogitant; cuius omiſſa reparatione, populus idem labore confectus extinguitur, totius gentis exitio. Itaque cum mellis nimietatem videris ex florum grandi continua meſſe defluere, interiectis ternis diebus, clauſo foramine, non eas patiaris exire. Ita ad generandum ſobolem ſe conferent. Nunc circa Calendas Aprilis curandi ſunt aluei, vt omnia purgamenta tollantur; & ſordes quas tempus contraxit hybernum, & vermiculi, & tineæ, & araneæ, quibus corrumpitur vſus fauorum; & papiliones, qui vermiculos ſtercore ſuo faciunt naſci: tunc fumus incenſi ſicci bubulli ſtercoris adhibeatur, qui aptus eſt ad purgandũ quæ purgatio frequẽter vſque in autumni tempora differtur. Hæc omnia, cæteraque efficies, caſtus & ſobrius, & alienus à balneis, vel à cibis acribus, & odoris immundi, atque omnibus ſalſamentis.

De leguminibus & oleribus in Aprili ſeminandis.

CAPVT CI.

MEnſe Aprili medica ſerẽda eſt, quæ ſemel ſeritur, & decẽ annis permanet cõtinuis, ita vt quater vel ſexies poſſit per annũ reſcindi; agrũ ſtercorat, macra animalia reficit, curat ægrota. Nũc etiam locis

mediocriter ſiccis,miſſium ſerimus & panicum. Hoc A
menſe pingues campi, & agri qui diu aquam tenent, proſcindantur poſt idus,cum & omnes herbas protulerunt,& earum ſemina nondum firmata ſunt maturitate. Nunc & apium bene ſeritur locis calidis,& frigidis,terra quali volueris,dummodo ibi humor aſſiduus eſt;quamuis naſci ſi neceſſe fuerit, & in ſiccitate non deneget,& propè omnibus menſibus, à primo vere ad autumnum ſeratur extremum. Ex ipſius genere eſt hipoſelinon,durius tamen & auſterius,& eloſelinon, molli folio, & caule tenero, quod naſcitur in lacunis:Et Petroſelinon,maxime locis aſperis. Apios maiores facies,ſi ſemen quantum tribus digitis comprehendi poteſt. Lintheolo clauſeris ratiore, & breui foſſa obrueris;ita omnium ſeminum germen, capitis vnius ſoliditate nectetur. Criſpi fiunt, ſi ſemina ante tundantur, vel ſuper areas naſcentes aliqua pondera volutantur,aut pedibus proculcentur enata. Apij ſemina vetuſtiora citius naſcuntur, quæ nouella ſunt ſerius.

Vt apium ſit groſſum aut criſpum.

Hoc etiam menſe atriplicem ſeremus,ſi rigare poterimus,& Iulio vel cæteris vſque ad autumnũ menſibus;amat aſſiduo humore ſatiari. Semen ſtatim cum ſpargitur obruendum eſt, herbæ ei ſubinde vellantur transferri neceſſarium non eſt,cum bene ſeritur;tamẽ poteſt melius adoleſcere ſi ſpatio ratiore pangatur,& iuuetur ſucco lętaminis & humoris:ferrotamen ſemper eſt reſcindendum, quia ita pullulare non ceſſat. Nunc & ocimum ſeritur. Cito naſci dicitur ſi ſtatim cum ſeueris aqua calida perfundas. Rem miram de ocimo Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores,modo ruſſeos pariat:& ſi ex eo ſemine frequenter ſeratur, modo in ſerpillum, modo in ſiſymbrium mutetur. Hoc etiam menſe Melones,& Cucumeres ſeruntur, & Porrus. Et in primordio Capparis & ſerpillum, & colocaſij plantaria ponemus;& Lactucas,& Betas,& Cepulas,& Cotiandrum ſeremus,& intiba ſecunda ſatione, quibus vtamur æſtate;& cucurbitas, & mentam, radice & planta.

Ocimus mutat colorem in floribus & interdum etiam ſpeciẽ.

De Arboribus eodem menſe excolendis.

CAPVT CII.

TVNC locis temperatis Oliua inſeratur, quæ inſeritur inter corticem more pomorum,ſicut ſupradictum eſt. Sed vt oleaſtro inſeras, contra illud quod ex Oliueto inſito & caſu incenſo, renaſcitur oleaſter infelix, ſic prouidẽdum eſt:poſitis prius oleaſtri brachijs in ſcrobe, in qua diſponemus inſerere. Scrobes ita replebimus, vt mediæ vacuæ ſint: cum comprehenderit oleaſter,inſeremus in infimo,vel inſitum ponemus,& inſitionem prope infra terram nutriemus. Deinde ſicut adoleſcit,terram ſubinde colligimus,ita commiſſura in profundo latente, quiſquis vrit aut accendit oliuæ locum, non auferet vim pullulandi;quæ & apertam redeundi felicitatem de olea & occultam valendi fælicitatem de oleaſtri connexione retinebit. Aliqui oleas in radicibus inſerunt, & vbi comprehenderint cum aliqua parte radicis auellunt,& transferunt more plantarum. Græci oleas ab 8. Calenda. Aprilium die,vſque in 3. nonas Iulias,inſeri debere præcipiunt,ita vt locis frigidis ſeritus, calidis maturius inſerantur. Locis frigidiſſimis nunc vinearũ foſſio ante idus peragenda eſt; & ſi quæ de Martio menſe reſtabunt, vites quoque inſeremus. Seminaria quæ ſunt ante facta, herbis liberentur, & leuiter circumfodiantur. Hoc etiam menſe locis temperatis malogranata ponuntur,& inſeruntur. Perſicus inoculari poteſt. Locis frigidis fici plantaria diſponemus. Nunc etiam ficum debemus inſerere, nunc palmarum planta(quam Cephalonem vocamus)locis apricis & calidis eſt ponenda.

Vt oliua per combuſtionẽ non euadat in oleaſtrũ.

De Vitulis in co nutriendis,& Ouibus tondendis,& Apibus inueſtigandis.

CAPVT CXIII.

HOc menſe vituli naſci ſolent, quorum matres abundantia pabuli iuuentur,vt ſufficere poſſint tributo laboris,& lactis. Ipſis autem vitulis toſtum inolitumque milium cum lacte miſceatur, ſaginati more prębendum,nunc locis calidis tondeantur oues & ſerotini fætus hoc menſe ſignentur. Nunc prima eſt admiſſura (quæ excellit) arietum, vt agnos iam maturos hybernum tempus inueniat, hoc menſe locis aptis Apes quæremus. Sed loca mellifica indicant Apes, ſi circa fontes frequentiſſime paſcantur. Nam ſi ratiores videbuntur, in his locis mellificati vtiliter non poteſt. Quod ſi frequentes aquantur, vbi ſint examina earum hoc genere poſſumus inuenire. Aliqui mellis breuiſſimum circa aquas vaſculum ponant, de quo cum Apes aquanda guſtauerit, ad commune pabulum pergens,alias exhibebit;quarum frequentiam ſubinde creſcentem, notata reuolãtium parte,vſque ad examina proſequeris. Quod ſi eſt examen in ſpelunca reconditum fumo eijcietur, & cum exierit ſonitu territum, in frutice, vel in aliqua ſiluę ſe parte ſuſpendet, & ita admoto vaſculo recipietur. Si vero in cauæ arboris ramo fuerit, acutiſſima ſerra idem ramus ſupra infraque deciſus, & munda veſte coopertus,poterit afferri,& inter aluearia collocari,veſtigãtur autem mane, vt tota dies ſufficiat ad ſequendum:Nam veſpere,peracto opere, ad aquas plerumque non re ieunt. Vaſa autem quibus recipiuntur perfricanda ſunt citragine,vel herbis ſuauibus,& conſpergenda imbre mellis exigui. Quod ſi verno fiat,& circa fontes aluearia ſic tincta ponantur locis quibus Apum frequentia eſt, multitudinem ſibi ſponte conducent,ſi tamen ſeruari à furibus poſſint, hoc etiam menſe ſicut ſupra purganda ſunt aluearia ſordibus, & vetandi papiliones, quæ maximæ abundant florentibus maluis; quos hoc genere intercipiemus: vas æneum miliario ſimile, ideſt altum & anguſtum, veſpere inter aluearia collocemus, in fundo eius ponamus lumen accenſum. Illuc & papiliones conuenient, & circa lumen volitabunt, & anguſtia vaſculi, ab igne proximo interire cogentur.

Modus inueniendi examina apum.

Mõdus deſtruendi papiliones.

De his quæ agenda ſunt in Maio.

CAPVT CIV.

MENSE Maio lateres faciendi ſunt ex terra Alba & Creta,vel rubrica. Nam quę Æſtate fiũt, celeritate feruoris in ſumma crate ſiccantur, interius humore ſeruato, quæ res ſciſſuris eos faciet aperiri. fiunt autem ſic; terra cribrata diligenter & omni aſperitate purgata, mixta cum paleis diu macerabitur, & intra formam alteri ſimilem reprimetur; tunc ad ſiccandum relicta, ſubinde verſabitur ad ſolis aſpectum. Item hoc quoque menſe conficitur oleum liliaceum & oleum roſetum, atque roſatum: roſas autem nondum patefactas ſeruabis, ſi in canna viridi ſtante ſiſſa recondas, ita vt ſciſſuram cooperias: & eo tempore cannam recidas, quo roſas virides habere volueris. Aliqui olla rudi conditas ac bene munitas, ſub diuo obruunt ac reſeruant. Item hoc menſe omnia prope quæ ſata ſunt florent, neque tangi à cultore debebunt; frumenta & hordeum, & quæ ſunt ſeminis ſingularis, 8. diebus florebunt,& deinde per dies 80. grandeſcent,flore depoſito vſque ad maturitatis euentum. Quæ vero duplicis ſeminis ſunt,ſicut faba piſum cæteraq; legumina 40. diebus florent,ſimulque grandeſcunt.

Modus conſeruandi roſas virides.

Hoc mẽſe in locis ſiccis,calidis,ſiue maritimis,fęna reci-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

recidantur; prius tamen quã exarescant, quod si pluuijs infusa fuerint, conuerti ante non debent quam pars eorum summa siccata est. *Hoc mense* Pampinari conueniet, sed tunc est oportuna pampinatio, cum teneri rami digitis stringentibus crepabunt, sine difficultate carpentis, hæc res vuas efficiet pinguiores; maturitati consulit solis admissa. *Hoc mense* arbores & vites, quę ablaqueatæ fuerant, cæcare, hoc est operire iam conuenit, nunc & seminaria fodiuntur assidue, & locis prægelidis & pluuiosis oleæ putantur, & eis muscus abraditur. Item hortorum spatia quæ per autumnum seminibus implenda destinantur aut plãtis, nunc conueniet pastinari. Hoc mense apium bene seritur, vel coriandrum, & melones, & cucurbitæ, carduus, & radices, & ruta pangetur, porri quoque planta transfertur, vt rigationibus animetur, hoc etiam mense locis calidis implastrari Persicus potest. Locis frigidis conseremus & ficum, vel inseremus. Hoc etiam mense palmæ planta diſponitur.

De Nouellis vitibus excolendis, & noualibus aperiendis.

CAPVT CV.

TVNC considerem⁹ nouella vitis sarmenta quæ protulit, & ei pauca & solida relinquamus, & adminiculis firmemus, donec brachia prolata durescant. Non autem amplius resectę & pullulanti viticulæ, quam duę vel tres materiæ relinquantur, & alligentur propter iniuriam venti. Ideo autem tres materias dixi debere dimitti, ne dissipantibus ventis nulla remaneat, si in primordio reliqueris pauciores, nunc quoque pingues agri & herbosi proscindantur: Sed si agros incultos volueris aperire, considerabis siccus an humidus sit ager, syluis aut gramine, frutetis vestitus aut salice. Si humidus erit, fossarum ductibus ex omni parte siccetur. Sed apertæ fossæ notæ sunt, cęcæ vero hoc genere fiunt: Imprimuntur sulci per agrum transuersi altitudine pedum trium, postea vsque ad medietatem lapidibus minutis replentur, aut glarea, & super terra quam egesseramus æquatur. Sed fossarum capita vnam patentem fossam petant; ad quam decliues recurrant; ita & humor deducetur, & agri spatia non peribunt. Si defuerint lapides, sarmentis vel stramine subiecto cooperiantur, vel quibuscumque virgultis. Sed si nemorosus est, extirpatis aut raro relictis arboribus, excolatur. Si lapidosus, per maceries saxorum turba collecti, & purgari poterit & inde muniri. Iuncus, & gramen, & silices, frequenti aratione vincentur. Sed silicem, si sæpe fabam conferas, vel lupinos, & si subinde nascentem, mucrone falcis incidas, intra exiguum tempus absumes.

Quomodo facienda fossa cæca.

De Vuulis hoc mense castrandis.

CAPVT CVI.

TVNC castrandi sunt vituli (sicut Mago dicit) tenera ætate, vt fissa serula testiculi comprimantur & paulatim confracti resoluantur. Sed hæc, luna decrescente, verno vel autumno fieri debere præcepit. Alij ligato ad machinam vitulo, duabus angustis regulis stanneis sicut forcipibus, ipsos neruos apprehendunt, qui Græce crematteres dicuntur: his comprehensis tentos testiculos ferro resecant, & ita vt aliquid de his, capitibus neruorum suorum dimittatur hærere: quæ res & sanguinis nimietatem prohibet, & non omnino iuuencos, subducto robore virilitatis, effęminat, nec admittendum est quod plerique faciunt, vt statim castratos coire compellant: Nam certum quidem est, ab eis nil generari, sed ipsos fluxu sanguinis interire, vulnera vero castratorum, cinere sarmentorum, & spuma linentur argenti. Castratus abstineatur à potu, & cibis pascatur exiguis, ac sequente triduo præbeantur ei teneræ arborum summitates, & frutecta mollia, & herbæ virides; coma dulciore lagina roris aut fluminis. Picæ etiam liquida, mixto cinere, & modico oleo, post triduum vulnera diligenter vngenda sunt. Sed melius genus ea strationis sequens vsus inuenit. Alligato enim iumento atque deiecto, testiculi stricta pelle clauduntur, atque ibi regula lignea præmente deciduntur, ignitis securibus, vel dolabris; vel quod est melius, formato ad hoc ferramento, vt gladij similitudinem teneat: ita enim circa ipsam regulam acies ferri candentis imprimitur, vnoque ictu, & morã doloris beneficio celeritatis absumit, & vltis venis ac pellibus, à fluxu sanguinis strictis plaga, cicatrix quodãmodo cum ipso vulnere nata, defendit.

Melior modus castrandi.

De Ouibus tondendis, & caseo faciendo, & Apibus purgandis.

CAPVT CVII.

LOCIS temperatis nunc ouium celebranda tonsura est: sed tonsas oues hoc vnguine medicemur succum decocti lupini, fæces vini veteris, & amurcam pari mensura miscebis & in vnum corpus omnia redacta curabis allinere; post triduum si mare vicinum est, lictori iungantur extremo, si in medijs terris pascimus, aqua cælesti cum sale paululum decocta sub diuo, debebit pecorum tonsa & victa membra diluere, hoc enim modo curatum pecus, toto anno nec scabium fieri dicitur, & prolixas lanas creare fertur, ac molles.

Hoc mense caseum coagulabimus sincero lacte, coagulis vel agni vel hædi, vel pellicula quæ solet pullorum ventriculis adhęrere, vel agrestis cardui floribus vel lacte ficulneo, cui serum debet omne deduci, vt etiam ponderibus vrgeatur, vbi solidari cæpit. Loco opaco ponatur aut frigido, & pressus subinde adiectis pro acquisita soliditate ponderibus, trito ac torrefacto sale debet aspergi, & iam durior vehementius premi, post aliquot dies, solidatæ iam formulæ, per crates ita statuantur, ne inuicẽ se vnaquęque cõtingat: sic autem clauso loco, & à ventis remoto, vt teneritudinem seruent atque pinguedinem: Vitia casei sunt, si aut siccus sit, aut fistulosus; quod eueniet, si aut parum premitur, aut sales nimios accepiat, aut calore solis vratur. In recenti caseo conficiendo aliqui nucleos virides pineos terunt, atque ita lacte mixto gelant. Aliqui thymum tritum & frequenter colatum congelant. Qualemcumque etiam saporem velis efficere poteris, adiecto quod elegeris condimento seu piperis, seu cuiuscumque pigmenti. *Hoc mense* incipiunt augeri examina, & in extremis fauorum partibus, maiores creantur apiculæ, quas aliqui reges putant; sed Græci eos destros appellant, & necari iubent quia requiem concutiunt quiescentis examinis. Nunc papiliones abundant, quos necemus more quo dixi.

Modus conficiendi caseum.

Vitia caſei duo.

De his quæ in agris agenda sunt in Iunio.

CAPVT CVIII.

MENSE Iunio frigidissimis locis quæ Maio sũt prætermissa faciemus. Agros æque proscindemus, herbosis & gelidis partibus vineta locabimus, colligemus viciam, fænum. Græcum resecemus ad pabulum. Hoc mense locis frigidis peragenda est leguminũ messis. Itaq; lenticulã collectam cineri mixtam bene seruabimus, vel vasis olearijs aut salsamentarijs repletis, statimque gipsatis. Nunc & Faba Luna minuente velletur ante lucem; sane & antequam Luna procedat excussa & refrigerata ponatur; ita gurgulliones non patietur. Hoc mense Lupinus colligitur, & si placuerit statim feretur ex area. Græci asserunt Ægyptios hoc more prouentum cuiusque seminis experiri. Aream breuem loco subacto & humido nunc excolunt, & in ea diuersis spatijs omnia frumenti vel leguminum genera spargunt; deinde

Vana obſeruantia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

deinde in ortu caniculæ, qui apud Romanos 25. Cal. Auguſtarum die tenetur, explorant quæ ſemina ortum ſydus exurat, quæ illæſa cuſtodiat: his abſtinent illa procurant; quia indicium noxæ aut beneficij per annum futurum generi vnicuique, ſydus aridum, præſenti exitio vel ſalute præmittit.

De his quæ tunc agenda ſunt in arboribus.

CAPVT CIX.

HOc etiam menſe ramus punici, ſicut ſupradiximus, poterit intra fictile vaſculum claudi, vt ad eius magnitudinem poma reſtituat. Nunc pyra vel mela, vbi ramos multa poma denſabunt, inter legenda ſunt quæcunque vitioſa, vt ſuccus qui ingratè his poſſit impendi, ad meliora vertatur, caprificandæ ſunt arbores fici. Aliqui eas & hoc menſe inſerunt locis frigidis. Perſicus inoculatur, palmæ planta circumfoditur. Hoc menſe vel Iulio, celebratur inſitio in pomis, quæ implaſtratio dicitur. Solis arboribus conuenit in quibus pinguis ſuccus in cortice eſt, vt ficis, & oleis, ac ſimilibus (vt Martialis dicit) & Perſico. Fit autem ſic ex nouellis ramis & nitidis ac feracibus, gemmam (quæ bene apparebit ſine dubio proceſſura) duobus digitis quadratis circumſignabis, vt ipſa ſtatuatur in medio, & ita ſubtiliter corticem leuabis acutiſſimo ſcalpro, ne gemma lædatur. Item ex ea arbore cui velimus inſerere, ſimiliter cum gemma tolletur emplaſtrum, nitido tamen atque vberi loco tunc ibi couuenienter aſtringatur, & preſſum circa gemmam, vinculis cogitur ſine germinis læſione cohærere, vt ea quæ appoſito redditur, locum gemmæ prioris includat, tunc luto ſuperlinis, & liberam gemmam relinques: ramos eius ſuperiores arboris ſecabis, ac ſtirpes: ac vigintiuno diebus exactis, reſoluto vimine vinculorum, reperies externi ſeminis gemma, mirè in arboris alienæ membra tranſiſſe.

Quo pacto fiat implaſtratio arborum.

De Area præparanda, & meſſe triturandà.

CAPVT CX.

HOc menſe area præparanda eſt ad trituram, cuius primo terra radatur, deinde effoſa leniter, mixtis paleis, & amurca æquatur inſulſa: quæ res à muribus & formicis frumenta defendit: tunc præmenda eſt rotundo lapide, vel quocumque fragmento, cuius volutatio poſſit eius ſpatia ſolidare; dehinc ſole ſiccetur. Aliqui mundatis areis, aquam ſpargunt, & inimica ibi pecora diu ſpatiari ac proculcare compellunt, & cum terra vngulis ſtricta fuerit, ſpectant ſolidam ſiccitatem. Nunc primo hordei meſſis incipitur; quæ conſumenda eſt antequam refractis ſpicis lapſa decurrant, quia nullis ſicut triticum folliculis veſtiuntur. Quinque modios recidere poteſt pleni agri opera vna meſſoris experti, mediocris vero tres, vltimi etiam minus. Sed hordei culmos iacere in agris aliquantum ſinamus; quia fertur hoc more grandeſcere. Nunc etiam menſe poſtremo, locis maritimis & calidioribus ac ſiccis, triticis meſſis abſcinditur, quam paratam eſſe cognoſcis, ſi æqualiter ſpicarum populus, maturato rubore flaueſcat.

Pars Galliarum planior, hoc compendio vtitur ad metendum, & præter hominum labores, vnius bouis opera, ſpatium totius meſſis abſumit. Fit itaque vehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur; huius quadrata ſuperficies tabulis munitur, quę forinſecus reclinantes in ſummo reddant ſpatia largiora. Ab eius fronte carpenti breuior eſt altitudo tabularum: ibi denticuli plurimi ac rari ad ſpicarum menſuram conſtituuntur in ordine ad ſuperiorem partem recurui: à tergo vero eiuſdem veniculi, duo breuiſſimi temones figurantur, velut baſternarum. Ibi bos capite in vehiculum verſo, iugo aptatur, & vinculis manſuetus ſane, qui non modum compulſoris excedat, hic vbi vehiculum per meſſes cępit impellere, omnis ſpica in carpentum denticulis comprehenſa cumulatur, abruptis ac relictis paleis, altitudinem vel humilitatem plerumque bubulco moderante, qui ſequitur, & ita per paucos itus ac reditus, breui horarum ſpatio, tota meſſis impletur, hoc campeſtribus locis vel ęqualibus vtile eſt, & his quibus neceſſaria palea non habetur.

Compendioſus modus metendi.

De legendo vel conficiendo melle.

CAPVT CXI.

HOc menſe aluearia caſtrabuntur, quę autem matura ſunt ſignis pluribus inſtruimur: primũ ſi plena ſunt, Apum ſubtile murmur audimus: Nam vacuæ ſedes fauorum, velut concaua ædificia, voces quas cæperint in maius extollunt: quare cum murmuris ſonus magnus & raucus eſt, agnoſcimus non eſſe idoneas ad metendum crates fauorum. Item cum fucos à ſedibus ſuis (quæ ſunt Apes maiores) grandi intentione deturbant, matura mella teſtantur. Caſtrabuntur autem aluearia matutinis horis, cum torpent aues, nec caloribus aſperantur, fumus admouetur ex galbano & arido ſimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus conuenit excitare: quod vas ita figuratum ſit, vt velut inuerſi infundibuli anguſto ore fimum poſſit emittere: atque ita cedentibus apibus mella recidentur ad examinis pabulum, hoc tempore pars fauorum debet quinta dimitti. Sane putres ac vitioſi faui de alueatibus auferantur. Nunc mella conficimus, congeſtis in mundiſſimum ſabanum fauis, ac diligenter expreſſis. Sed antequam premamus, partes fauorum corruptas, vel pullos habentes, recidamus: Nam malo ſapore mella corrumpunt. Mel recens, paucis diebus apertis vaſculis habendum eſt, atque in ſummitate purgandum, donec refrigerato muſti calore deferueat, nobilius mel erit, quod ante expreſſionem ſecundam, velut ſponte profluxerit. Hoc etiam menſe ceram conficimus, quæ in vaſe æneb, feruenti aqua pleno, minutè conciſis fauorum reliquijs mollietur, & deinde in alijs vaſculis aqua reſoluta, digeretur in formas.

Modus caſtrandi alueria.

De examinibus Apum cuſtodiendis.

CAP. CXII.

TVNC hoc menſe vltimo cum noua egrediuntur examina, cuſtos debebit eſſe admonitus; quia nouellæ apes vagantibus animis iubent, vt te niſi ſeruentur effugient. Exeuntia in aditu ſuo morantur vno aut duobus diebus, quæ ſtatim nouis aluearijs excipienda ſunt. Obſeruabit autem cuſtos aſſiduus vſque in octauam vel nonam horam, quia poſt hęc tempora non facile fugere aut emigrare conſueuerũt, quamuis aliquæ & procedere & abire non dubitent. Signa futuræ fugæ hæc ſunt. Ante biduum vel triduum acrius tumultuantur & murmurant, quod vbi appoſita aure frequenter explorator agnouerit, ſolicitior aduerſum hoc eſſe debebit. Solent hoc ſignum & cum pugnaturæ ſunt facere, quarum pugnas compeſcit puluis, aut mulſæ aquæ imber aſperſus. Ineſt illis ad originis ſuæ reparandam concordiam dulcis auctoritas: ſed cum ſe agmina ſic pacata in ramo vel quocumque loco ſuſpenderint, ſi vnius vberis eductione pędebunt, noris aut vnũ regẽ eſſe vniuerſis, aut recõciliatis omnibus manere concordiam. Si vero duo vel plura vbera ſuſpędens ſe populus imitatur, & diſcordes ſunt, & tot reges eſſe quot velut vbera videris, conſitentur, vbi globos Apum frequentiores videris, Vncta manu ſucco mellis ſoſilli vel apij, reges requiras. Sunt autem paulo maiores, & oblongæ magis quam cæteræ apes, Rectioribus cruribus; neque

Vnde colligendũ quod apes fugam meditentur.

gran-

grandibus pennis,pulchri coloris,& nitidi: Lenes fine pilo, niſi forte pleniores, quaſi capillum gerunt in ventre; Quo tamen non vtuntur ad vulnus: Sunt alij fuſci atque hirſuti,quos oportet extingui,& pulchriorem relinqui: qui ſi frequenter vagatur cum examinibus,exceptis alis reſeruetur; hoc enim manente nulla diſcedet,ſed ſi nulla naſcantur examina, duorum vel trium multitudinem vaſculorum in vnum conferre poſſumus, dulci tamen liquore conſperſas apes atque incluſas per triduum tenebimus, appoſito cibo mellis, & exigua tantum ſpiracula relinquemus in cella.

De Aluearijs ſupplendis.

CAPVT CXIII.

QVod ſi velis aluearium,cui per aliquam peſtem multitudo ſubducta eſt, populi adiectione reparare, conſiderabis in alijs abundantibus ceras fauorum, & extremitates quæ pullos habent, & vbi ſignum naſcituri regis inueneris, cum ſobole ſua recides, & in id aluearium pones. Eſt autem hoc regis futuri ſignum, inter cætera foramina quæ pullos continent,vnum maius ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferendi ſunt, quando eroſis cooperculis ad naſcendum maturi,capita nituntur exerere; nam ſi immaturos tranſtuleris,interibunt. Si autem ſe ſubitum leuabit examen,ſtrepitu æris terreatur, aut teſtulæ; tunc ad aluearium rediet,aut in proxima fronde pendebit. Et inde in nouum vas, herbis conſuetis, & melle conſperſa,manu contrahatur aut trulla,& cum in eo loco requieuerit, veſpere inter alia collocetur.

Quodnã regis apum ſignum.

De his quæ agenda ſunt in Iulio.

CAPVT CXIV.

Palladius de agric.

IDem *in libr.* 8. Menſe Iulio,agri qui Aprili proſciſſi fuerant,circa Calend. iterentur. Nunc etiam locis temperatis tritici meſſis expletur, more quo dictum eſt. Silueſtres agri vtiliter extirpabuntur arboribus atque virgultis cum luna decreſcit, deſectis radicibus atque combuſtis. Hoc menſe arbores quæ in meſſe ſteterant, ſectis meſſibus obruantur aggeſtione terrarum,propter nimios ſolis ardores. Nunc & nouellæ vites mane & veſpere iam calore depoſito effodi debent, & auerſo gramine puluerari. Hoc etiam menſe cepulas ſerimus irriguis aut frigidis locis, & radices, & atriplicem ſi rigare poſſumus, & ocimum, Maluas, Betas, Lactucas, & Porros rigandos.

Napi in quibuſdam terris mutantur in rapas & contra.

Hoc menſe loco riguo napos ſeremus, & Rapas ſoluto putri, & ſolo nec ſpiſſo: locis humidis lætantur & campis. Sed napus in ſicco & prope tenui ac deuexo & ſabuloſo melior naſcitur. Loci proprietas vtrumque ſemen in alterum mutat. Nam rapæ in alio ſolo per biennium ſatæ,mutantes in Napos: Alio vero napus tranſit in rapam. Subactum ſolum ſtercoratum verſatumque conquærunt quod & ipſis & ſegetibus proderit, quę ibi anno eodem ſeruntur. Hoc menſe cum ſol Cancri tenebit hoſpitium, Luna vero in Capricorni ſigno poſita, gramen ablatum Græci aſſerunt nihil de radicibus redditurum. Item ſi bidentes cuprei fiant,& ſanguine extinguantur hyrcino & fornacis ardores, non aqua ſed eodem ſanguine temperentur,per eos erutum gramen extinguitur.

Nota.

De Tauris & Arietibus ad coitum admittendis.

CAPVT CXV.

HOc menſe maxime Tauris ſubmittendæ ſunt vaccæ, quia decem menſium partus ſic poterit maturo vere concludi. Et certum eſt eas poſt vernam pinguedinem geſtientes, veneris amare laſciuiam, vni tauro 15. vaccas columella aſſerit poſſe ſufficere; curandumque ne concipere nequeant nimietate pinguedinis. Si ab abundantia pabuli eſt in regione qua paſcimus,poteſt annis omnibus in fœturam vacca ſubmitti. Si vero indigetur hoc genere, alternis temporibus onerandæ ſunt, maximeque ſi eædem alicui operi ſeruire conſueuerunt.

Hoc etiam menſe Arietes candidiſſimi eligendi & admittendi ſunt,mollibus lanis; in quibus non ſolum corporis candor conſiderandus eſt, ſed etiam lingua, quæ ſi maculis fuſcabitur,varietatem reddit in ſobole. De albo plerunque naſcitur coloris alterius; de fuſcis nunquam (ſicut Columella aſſerit) poteſt albus creari. Eligemus Arietem altum, procerum ventre promiſſo, & lanis candidiſſimis tecto, cauda longiſſima,velleris denſi,fronte lata,magnis teſtibus, ætatis primę; qui tamen vſque in octo annos poteſt vtiliter inire. Fœmina debet bima ſubmitti quæ vſque in quinquennium fęturæ neceſſaria eſt,anno 7. deſinit. Eligenda eſt vaſti corporis,& prolixi velleris: ac in hoc genere vt pabuli ſaturetur vbertate,& longe paſcatur à ſentibus; quæ & lanam minuunt, & corpus incidunt. Admittendi ſunt menſe Iulio,vt natę ante hyemem conualeſcant. Ariſtoteles aſſerit,ſi maſculos plures creari velis,admiſſura tempora ſic cuſtodies,& halitum ſeptentrionis eligendum,& contra eũ ventum greges eſſe paſcendos. Si fœminas generari velis,auſtri captandos flatus, & in eum paſcua dirigẽda. Ac ſic ineundas matres, vt mortuarum vel vitioſarum numerus, nouella ſobole reparetur. Autumno debiles quoque mutentur pretio, ne eas imbecillas hybernum frigus abſumat: aliqui duobus ante menſibus arietes à coitu reuocant: vt facem libidinis augeat dilatio voluptatis,quidam coire ſine diſcretione permittunt; vt hoc eis genere per annum totum fœtura non deſit.

Fuſcus aries non poteſt agnum albũ gignere.

De his quæ in Auguſto ſunt agenda.

CAPVT CXVI.

IDem *in lib.* 9. Menſe Auguſto circa Calendas ſeptembris,ager planus humidus exilis incipiet exarari. Nunc quoque maritimis locis vindemiæ apparatus vrgetur. Hoc etiam menſe locis frigidis occaſio vinearum eſt: hoc tempore ſi terra exilis in vinea eſt, & vinea ipſa miſerior, tres vel quatuor lupini modios in iugero ſparges, atque ita locabis, quod vbi fructificauerit euertitur,& optimum ſtercus præbet in vineis; quia lætamen propter vini vitium,non conuenit inferre vineis. Nunc etiam locis frigidis pampinatur; locis vero ardentibus ac ſiccis obumbratur potius vua, ne vi ſolis areſcat, ſi aut vineæ breuitas, aut facultas permittit operarum. Nunc vrenda ſunt paſcua,vt & altiorum fruticum feſtinatio reprimatur ad ſtipes,& incenſis aridis, noua lætius herba ſuccedat. Hoc etiam menſe vltimo,ſiccis locis, rapa & napus ſeienda ſunt.

Hoc menſe vltimo locis ſiccioribus radices ſeruntur, quæ hyeme ſui vſum miniſtrent, amant terram pinguem,ſolutam,diu ſubactam,qualem rapa, tofum & glaream reformidant; gaudent cœleſti ſtatu nebuloſo. Serendæ ſunt ſpatijs grãdibus, & altis foſſis meliores proueniunt. Si in arenis ſerantur, lætamen non eſt ingerendum, ſed potius paleæ, quia inde fungoſæ ſuauioreſque ſunt; ſi eas aqua ſalſa frequenter aſpergas. Radices fœminini generis putantur,quæ minus acres ſunt, & habentes folia latiora, lenia,& cum iucunditate virentia. Ex his ergo ſemina colligemus. Maiores fieri creduntur, ſi ſublatis omnibus folijs ſolo tenui caulæ demiſſo,ſæpe terris operiantur. Si ex minus acra dulcem fieri velis, ſemina die ac nocte melle macerabis, aut paſſo, rehanum tamen ſicut braſſicam,conſtat eſſe vitibus inimicam. Nã ſi circa ſe

Radices quæ ſeminis generis.

ſerantur, natura diſcordante refugiunt. Hoc etiam menſe pāſtinacas ſeremus. Et nunc implaſtrantur arbuſta. Pyrum nunc plerique inſerunt, & locis irriguis arborem citri. Hoc menſe crabrones & Abrones moleſti ſunt aluearijs Apum, quos perſequi ac necare debemus: nunc etiam quibus Iulio non occurrimus exequamur.

De vena aquæ inueſtigandæ.

CAPVT CXVII.

NVNC ſi deerit aqua, ſic eam quærere ac veſtigare debebis. Ante ortum ſolis, his locis quibus aqua quęrenda eſt, æqualiter pronus, mento ad ſolum depreſſo iacens, in terra ſpectabis orientem, & in quo loco ſubtili nebula aerem ſurgere videris, & velut rorem ſpargere, conſtat naturali ex ratione aquam latere: ſed & terrarum genus conſiderabis, ſcilicet an ſit creta, vel ſabulum, vel terra ſupra, vel huiuſmodi (ſicut dictum eſt ſupra) vt poſſis vel de tenuitate aquæ, vel de abundantia iudicare. Sunt & hæc ſigna veſtigandæ aquæ qnibus tunc credimus, ſi aliquis ibi ex conſuetudine humor inſidet ac præterit, ſi iuncus tenuis, ſalix ſyluatica, alnus, vites, arundo, hædera, cæteraque ſiqua humore gignuntur, locus ergo vbi prædicta ſigna repereris fodiatur latitudine pedibus tribus, & altitudine pedibus quinque & prope ſolis occaſum, mundum vas ibi æreum vel plumbeum interius vnctum inuerſum, ponatur in ſolo ipſius foſſionis: tunc ſupra libram foſſæ, crate facta de virgis ac frondibus; additaque terra, ſpatium omne cooperiatur: ſequenti die aperto loco, ſi in eodem vaſe ſudores inuenientur aut ſtillæ, aquas ibi eſſe non dubites. Item ſi vas ſiguli fictum neque coctum, eadem ratione ponatur, ac ſimiliter operiatur; altero die, ſi aquarum vena eſt in præſenti vas concepto humore ſoluetur. Item lucerna oleo plena & incenſa, ſi ibi ſimiliter tecta ponatur, & ſecuto die inueniatur extincta, ſuperantibus alimentis, aquas idem locus habebit. Item ſi in eo loco focum feceris, & terra vaporata humidum fumum nebuloſumque ructauerit, aquas ineſſe cognoſces.

Signa aquæ latentis.

De Puteo fodiendo, & aqua probanda.

CAPVT CXVIII.

HIs itaque repertis, certa, firmante notitia, puteū facies, & aquæ caput requires; vel ſi plura ſint, in vnum colliges: tamen maximè ſub radicibus mōtium in Septentrionali patte quærendæ ſunt aquæ; quia in his locis magis abundant, vtilioreſque naſcuntur. Sed in fodiendis puteis cauendum eſt foſſorum periculum, quoniam plerunque terra, ſulphur, alumen, bitumen educit, quorum ſpiritus mixti anhelitum peſtis exhalant, & occupatis ſtatim naribus extorquent animas, niſi quis ſibi velocitate ſuccurrat. Prius ergo quam deſcendatur ad intima, in eis locis lucernam ponis accenſam, quæ ſi extincta nō fuerit periculum non timebis: Si vero extinguatur, cauendus eſt locus quem ſpiritus mortifer occupauerit. Quod ſi alio loco aqua non poteſt inueniri, dextra læuaque fodiemus puteos vſque ad aquæ ipſius libramentum; & ab his, foramina hincinde patefacta, velut nares intro agemus, qua nocens ſpiritus euaporet; quo facto latera puteorum ſtructura ſuſcipiat.

Remedium contra peſtiferum habitum puteorum.

Fodiendus eſt autem puteus latitudine 8. pedum quaque verſum, vt binos pedes ſtructura concludat quæ ſtructura vectibus ligneis ſubinde denſetur, & ſtructa ſit lapide toſico vel ſilice. Si aqua limoſa fuerit ſalis admixtione corrigitur. Sed dum puteus foditur, ſi terra non ſtabit, vitio generis diſſoluta; aut humore laxabitur; tabulas obijcies directas vndique, & eas tranſuerſis vectibus ſuſtinebis, ne fodientes ruina concludat. Aquam vero nouam ſic probabis; in vaſe æneo nitido ſparges, & ſi maculam non fecerit, probabilis iudicetur. Item decocta æneo vaſculo, ſi arenam vel limum non relinquit in fundo, vtilis eſt. Item ſi legumina cito valebit excoquere, vel ſi colore perlucido carens, à muſco tamen & omni labe pollutionis eſt aliena, ſed qui in alto ſunt putei, perforatis vſque ad infimam partem terris, ad loca inferiora poſſūt vice fontis exire, ſi vallis ſubiectę natura permittat.

De Aquæductu faciendo.

CAPVT CXIX.

CVM vero ducenda eſt aqua, ducitur aut forma ſtructili, aut plumbeis fiſtulis, aut cannalibus ligneis, aut fictilibus tubis, ſi per formam ducitur, ſolidandus eſt canalis, ne per rimas aqua poſſit elabi, cuius magnitudo pro aquæ menſura facienda eſt, ſi per planum veniet, inter centenos vel ſexagenos pedes ſenſim reclinetur ſtructura ſeſquipede, vt vim poſſit habere currendi, ſi quis mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquam, aut ad aquę caput ſpeluncas librabimus, per quas ſtructura perueniat, ſed ſi ſe vallis interſerat, erectas pilas, vel arcus vſque ad aquæ iuſta veſtigia conſtruemus Aut plumbeis fiſtulis clauſam deijci patiemur, & explicata valle conſurgere. Sed quod eſt ſalubrius & vtilius, fictilibus tubis cum ducitur, duobus digitis craſſi, & ex vna parte reddantur anguſti, vt palmi ſpatio vnius in alterum poſſit intrare; quas iuncturas viua calce oleo ſubacta debemus illinire. Sed antequam his aquę curſus admittitur, fauilla per eos mixta, exiguo liquore decurrat, vt glutinare poſſit, ſi qua ſunt vitia tabularum. Vltima ratio eſt plumbeis Fiſtulis ducere, quæ aquas noxias reddunt. Nam ceruſſa plumbo creatur attrito, quæ corporibus nocebit humanis, diligentis erit aquarum receptacula fabricare, vt vel copiam inops vena procuret.

Fiſtulæ plūbeæ noxias reddunt aquas.

De Agris in ſeptembri arandis & ſtercorandis.

CAPVT CXX.

IDem in lib. 10. Menſe Septembri ager pinguis, & qui diu tenere conſueuit humorem, tertia vice arabitur, quamuis & humido anno poſſit antea tertiari, nunc etiam humidus planus exilis (quem primo Auguſto arari diximus) iteratur, ac ſeritur. Graciles cliui nunc primum arandi ſunt, & ſerendi ſtatim. Circa æquinoctium agri nunc ſtercorandi ſunt, ſed in colle ſpiſſius, in campo rarius: lætamina diſponentur cum luna minuitur, quæ res herbis ſi ſeruetur officiet, vni iugero aſſerit Columella 24. ſtercoris carpenta ſufficere; in plano vero 18. Sed ijdem cumuli tot diſſipandi ſunt, quot ea die poterunt exarari, ne ſtercora exucca nihil proſint. Eijciuntur quidem lætamina, & qualibet hyemis parte, ſed ſi tempore ſuo eijci aliqua ratione non potuerunt antequam ſeras, more ſeminis, per agros pulueremem ſtercoris ſparge, vel caprinum manu proijce, & terram ſarculis miſce; nec prodeſt nimium ſtercorare vno tempore, ſed frequenter & modicè. Ager aquoſus plus ſtercoris, ſiccus vero minus requirit. Sed ſi lętaminis copia non abundat, hoc pro ſtercore optimè cedit, vt ſabuloſis locis cretam ideſt argillam ſpargas; cretoſis ac nimium ſpiſſis ſabulonem: hoc & ſegetibus proficit, & vineas pulcherrimas reddit: nam lætamen in vineis, ſaporem vini vitiare conſueuit.

Cumuli ſtercoris diſſipandi ſunt eo die quo arandum eſt non ante.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Frugibus ac leguminibus ſeminandis.

CAPVT CXXI.

HOc menſe vliginoſis locis, aut exilibus ac frigidis, aut opacis, circa æquinoctium, triticum & hordeum ſeretur, dum ſerenitas conſtat, vt radices frumenti ante hyemen conualeſcant. Solet autem terra humorem ſalſum vomere, quæ ſegetes necat. Vbi hoc fit, Columbinum ſtercus, aut Cypreſſi folia oportet inſpergere; & ita vt eadem miſceãtur inarare: melius tamen omnibus remedijs erit, ſi aquarius ſuccus noxium deducat humorem. Si autem modo quando ſeretur hyænæ pelle veſtieris, & ibi aliquandiu quod ſerendum eſt eſſe patiaris, ſata bene prouenire confirmant. Item quoniam quędam animalia, ſubterraneis ſectis radicibus, necant plerumque frumenta, contra hoc proderit Agreſtis Cucumeris humor expreſſus, & eius radix trita, ſi aqua diluatur, & eodem quæ ſerenda ſunt macerentur humore. Aliqui vbi hoc ſegetes ſuas perferre ſenſerint, inter initia vitiorum inſulſa amurca, vel prædicta aqua, ſulcos & aratra perfundunt. Nunc gracili ſolo hordeum ſeritur canterinum. Poſt hoc genus, agros ceſſare patieris, niſi forte lætamen aſpergas. Nunc etiam, vel maturius aliquanto Lupinus ſeritur, antequã frigus incipiat. Hoc menſe poſtremo, piſum ſeremus, terra facili & ſoluta; loco tepido & cœlo delectatur humecto. Nunc etiam ſiſamum ſeretur putri ſolo, vel pinguibus arenis, vel terra congeſtitia. Nunc quoque viciæ prima ſatio eſt, & fænum Græcum pabuli cauſa ſeritur. farrago etiam, loco reſtibili ſtercorato, ſeritur hoc menſe, vt loca fæcundentur exilia: Lupinus circa idus ſeratur, & vbi creuerit, vetere vomere vt putrefiat exciſus. Nunc quibuſdam locis panicum metetur & milium. Tempore hoc phaſelus ad eſcam ſeratur. nunc in adminiculis apparetur aucupium noctuæ, cæteraque inſtrumenta capturæ, vt circa Kal. exerceatur octobris.

Remedium contra terræ ſalſedinem.

De Hortis & Oleribus conſerendis.

CAPVT CXXII.

NVNC & papauer ſeritur locis ſiccis & calidis. fertur vtilius prouenire, vbi virgæ & ſarmenta combuſta ſunt. hoc menſe ſpatia hortorum quæ per Vernum ſeminibus impleturus es, altè tribus pedibus paſtinare debebis, & Luna decreſcente his ſtercus inferre. Hoc menſe thymum ſeremus, ſed melius plantis naſcitur, quamuis poſſit & ſemine. Agrum diligit apricum, macrum, maritimum. Nunc circa æquinoctium ſeres origanum; ſtercorari ac rigari debet donec conualeſcat. Amplectitur loca aſpera atque ſaxoſa. Ijſdem diebus ſeritur Capparis. Latè ſerpit, ſucco ſuo terris nocet. Serendus eſt ergo ne procedat vlterius, circumueniente foſſato, vel luto, ſtrictis parietibus, ſolo ſicco & gracili: herbas ſponte perſequitur, floret æſtate, ſub occaſu vigiliarum Capparis marceſcit. Gith etiam hoc menſe vltimo bene ſeritur. Hoc menſe naſturtium ſeremus, & anetum locis temperatis & calidis; Radices ſiccis: Et Paſtinacas & Cærefolium circa Octobres Kal. & Lactucas, & Betas, & Coriandrum; & primis diebus rapam, napos.

Capparis ſucco ſuo terris nocet,

De Pratis nouellis formandis, & veteribus excolendis.

CAPVT CXXIII.

NVNC Prata ſi libuerit nouella formare, ſi eligendi facultas eſt, locum pinguem roſcidum planum; oderint inclinatum: vel huiuſmodi vallem deputabimus, vbi humor nec ſtatim præcipitari cogitur, nec diu debet hærere. poteſt quidem & ſoluto & gracili ſolo prati forma ſi rigetur imponi. Extirpandus eſt itaque locus hoc tempore, & liberandus impedimentis omnibus, vel herbis latioribus, & ſolidis, virgultiſque: deinde cum frequenter exercitus fuerit, ac multa à ratione reſolutus, ſubmotis lapidibus, & glebis vbique confractis, ſtercoretur. Luna creſcente recenti lætamine: ab vngulis iumentorum ſumma intentione ſeructur intactus, præcipue quoties humeſcit, ne mæquale ſolum reddant multis impreſſa locis veſtigia. Sed ſi prata vetera muſcus obduxerit, abradendus eſt; & ſcalptis eiſdem locis, fæni ſpargenda ſunt ſemina, & quod ad necandum muſcum prodeſt, cinis ſæpius ingerendus. Quod ſi ſterilis factus eſt locus carie, incuria, vetuſtate, exaretur, ac de nouo ruſſus æquetur. Nam prata ſterilia plerumque arare conueniet. Sed in nouo Prato rapas conſerere poſſumus, quorum meſſe finita, cætera quæ dicta ſunt exequemur, Viciam cum fæni ſeminibus mixtam poſt hoc ſpargemus. rigari vero antequam durum ſolum fecerit non debebit, ne eius cratem minus ſolidam, vis interflui corrumpat humoris.

Remedium contra moſcum in prato.

De vindemijs celebrandis, & diamoro conficiendo.

CAPVT CXXIV.

HOc menſe locis tepidis maritimiſque, celebrãda vindemia eſt, frigidis apparanda. Sed maturitatem vindemiæ cognoſcimus hoc genere; ſi expreſſa vua vinacia, quæ in acinis celantur, hoc eſt grana ſint fuſca, & nonnulla propemodum nigra; quam rem naturalis maturitas facit. In dolijs picandis diligentiores, optimæ ceræ, in viginti picis libras, vnam libram miſcent; quæ & odori proficit & ſapori, & picem lenitate permulcens, frigoribus eam non patitur diſſilire. Picis tamen guſtu exploranda dulcedo eſt; quia ſæpe vina eius amaritudine vitiantur. Vuas quas ſeruare volumus legamus illæſas; neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes. Sed quibus eſt & granum luce penetrabili ſplendidum, & tactus cum molli iucunditate calloſus Si qua ſunt corrupta vel rimoſa reſecemus, nec patiamur intereſſe, quibus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta æſtiui caloris induruit, tunc inciſos botrionũ tenaces, calida pice oportet amburi, atque ita in loco ſicco frigido & obſcuro, ſine luminis irruptione ſuſpendi. Vitis cuiuſq; fructus humore putreſcit, per latera pampinanda eſt, ante trigeſimum vindemiæ diem; & ſola frons illi ſeruanda eſt, quę in ſummitate poſita, ſolem nimium defendit à vertice. Diamoron ſi conficere volueris, ſuccum mori agreſtis pabulum facies deferuere; tunc Succi duas partes in vnam mellis admiſces, & mixta curabis ad pinguedinem mellis excoquere,

Vnde deprehendatur maturitas vuarum.

De Vindemia Octobris, & vua paſſa.

CAP. CXXV.

IDEM *in libro* II. Menſe Octobri oportuna vindemia eſt, cuius tempore notanda eſt fœcunditas vitium, vt ex his ad ponendum ſarmenta poſſumus eligere. Aſſerit autem Columella, vno anno explorari fertilitatem non poſſe, ſed quatuor; quo numero cognoſcitur vera generoſitas ſurculorum. *Idem in libro* 12. Græcis aſſerentibus, vt vuam ſerues in vite vſque ad veris initia; circa ipſam vitẽ, quæ fructu plena eſt, loco vmbroſo ſcrobem fodies, altitudine trium pedum, latitudine duorum, & immittes ſabulonem, ibi calamos figens, in quibus retorques aſſidue ſarmenta fructibus plena, & illæſis botri finibus alligabis, vt ſolum non contingant; & cooperies, vt imber eo penetrare non poſſit. Item Græcis docentibus, vuas vel poma in vite aut arbore, ſi diu ſeruare volueris, vaſculis clauſa fictilibus ab vna parte pertuſis, diligenter à

Vt vuæ aut poma diu in arbore ſeruentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſummo tecta ſuſpende; quamuis poma gipſo cooperta in longam ſeruentur ætatem.

Idem in 11. Paſſum vero nunc fiet ante vindemiam, quod Aphrica conſueuit vniuerſa conficere, leue atque iucundum, & quo ad cõdimentum ſi vtaris mellis vice ab inflatione te vendices. Legantur ergo vuæ paſſæ quam plurimæ,& in fiſcellis clauſæ,iunco factis aliquatenus rariore contextu, virgis primo fortiter verberentur: deinde vbi vuarum corpus vis concuſſionis exoluerit, cochleæ ſuppoſita ſporta comprimitur: hinc paſſum eſt quicquid effluxerit,& conditum vaſculo mellis more ſeruatur. Vuam paſſam Græcam ſic facies:acini & dulcis & lucidi botriones in ipſa vitæ torquebis, & patieris ſponte marceſcere; deinde ſublatos in vmbra ſuſpendes, & vuam deſtrictam in vaſculis cum ponis, ſubſternes pampinos ſicco algore frigentes,& comprimes manu; & vbi vas impleueris, iterum pampinos addis, nihilominus non calentes; & operculabis, ac ſtatues in loco frigido & ſicco, quem nullus fumus infeſtet.

Modus faciendi vuas paſſas.

De Muſto, & vino.

CAPVT CXXVI.

GRÆCI iubent, ſi vuam nimius imber infuderit poſteaquàm muſtum eius primo ardore feruebat,vt ad alia vaſcula transferatur: Ita propter naturæ grauitatem remanens aqua ſubſidet,& tranſlatum vinum pure ſeruabitur, relicto quicquid ſe illi ex imbre miſcuerat. Muſtum quoque quod per pluuias frequẽtes leue eſt, ſic curari iuſſerunt, quod probari guſtu ipſius poterit. Omne muſtum decoqui iubent, donec pars eius 20. poſſit abſumi: melius quoque fieri ſi centeſimam partem Gipſi adijcias. Lacedemonios vero ferunt eouſque decoquere, donec vini quinta pars pereat; & quarto anno vſibus miniſtrare. Græci quoque vini naturam tali ratione diſcernunt,& hanc in eo volunt eſſe diſtantiam,vt quod dulce eſt grauius dicant; quod album,& aliquatenus ſalſum,conuenire veſicæ; quod croceo colore blanditur, digeſtioni accommodum; quod album & ſtipticum, prodeſſe ſtomacho largiori, tranſmarinum pallorem facere, & tantum ſanguinem non creare. Vuis nigris fieri forte, rubeis ſuaue,albis vero plerumque mediocre.

Muſtum quo pacto curandum.

De vino condiendo.

CAPVT CXXVII.

IN condiendo igitur vino aliqui Græcorum, muſtum decoctum ad medietatem, vel tertiam partem,vino adijciunt. Alij Græci ita iubent,aquam marinam mundam, de puro & quieto mari, quam anno ante compleuerint reſeruari, cuius talem eſſe naturam, vt & ſalſedine & amaritudine per hoc tempus careat, & dulcis fiat ætate. Ergo eius octogeſimam partem muſto admiſcent,& Gypſi quinquageſimam. poſt tertiam deinde diem fortiter commouent; ac pollicentur non ætatem ſolum vino, ſed ſplendorem quoque coloris afferre. Oportet autẽ vnaquaque die vinum moueri atque curari, vel ſi tardius, vndecima. Suaue vinum de duro facere docent,ſi hordeacei pollinis cyathos duos,ſimul cũ vino ſubacto mittas in vini vaſculo,& hora vna patiaris eſſe. Vinũ quoque intra paucos dies optimi odoris effici dicunt, ſi baccas Myrti agreſtis montanas ſiccas & tunſas,mittas in cado. Vinũ vero velut vetus effici de nouello,ſi Amygdala amara, Abſinthium, Pini frugiferi Gummi, Fænum Græcum,ſimul fricas,& pariter tundas. Et in album colorem vina fuſca mutari aſſerunt; ex Faba lomentum factum, vino ſi quis adijciat: vel ouorum trium lagenæ infundat alborem, diuque commoueat, ſequenti die candidum reperiri. Quod ſi ex Afra piſa lomentum adijciat,eadem die mutari poſſe.

Modus faciendi ſuaue vinũ ex duro, & quaſi vetus ex nouo.

Vitibus quoque hanc eſſe naturam, vel alba vel nigra ſi redigantur in cinerem, vinoque adijciantur, ei vnamquamque formam ſui coloris imponere; vt ex nigra fuſcum,cãdidum vero reddatur ex alba. Vinum quoque aſſerunt ex molli forte ſic fieri. Alteæ hoc eſt Euiſci folia,vel radices, aut eius caulem tenerum decoctum immitti, aut Gypſum, aut cineris conchulas duas, aut Cypreſſi pilulas tres, aut Buxi folia quantum manus ceperit, aut Apij ſemen, & cinerem ſarmentorum, cuius commixtio corpus reliquit exile, omni ſoliditate detracta. Item fæculẽtum ſtatim limpidum reddi,ſi ſeptem Pini nucleos in vnum vini ſextarium mittas,diuque commoneas, & paululum ceſſare patiaris. Nunc roſatum ſine roſa facies ſic: folia Citri viridia,ſporta Palmea immiſſa,in muſti nondum feruentis vaſe depones, & claudes; exemptis 40. diebus,melle adito,ad modum roſati, cum placebit vteris. Hoc quoque menſe,omnia quæ locis ſuis leguntur ex pomis,vina conficies.

Vt vinum molle euadat forte.

De vitibus eodem menſe ponendis & excolendis.

CAPVT CXXVIII.

HOc menſe poſtremo, vbi calidi aut ſicci aeris qualitas eſt,vbi exilis & aridus campus,vbi collis præruptus aut macer eſt, vites vtillimè ponuntur, de quibus ſatis menſe Februario diſputaui. Nunc locis ſiccis, calidis, exilibus, macris, arenoſis, apricis, quæcumque de paſtinis, de vitibus ponendis, putandis, propagandis, reparandis, vel arbuſto faciendo ante dicta ſunt, rectius fiunt, vt contra exilitatem glebæ, hybernis imbribus adiuuentur. Sic & humorem ſitientibus conferunt, & reſciſſa vel inuerſa glacie terra non aduritur, quia talibus locis, pruinarum vis & natura neſcitur. Poſt idus Octobris ablaqueanda eſt omnis nouella, ſeu in paſtino, ſeu in ſcrobibus, aut ſulcis. amputentur radices ſuperuacuæ, quas produxit æſtate; quæ ſi conualuerint, inferiores radices facient interire; & ita remanebit vitis in ſummitate ſuſpenſa; quæ res eam frigori obnoxiam faciet, & calori. Sed hæ radiculæ non ad ſitum debent reſcindi; ne aut plures inde naſcantur nouæ, aut plaga corpori vitis impreſſa, vi ſecuti algoris vratur. Reſcindemus autem relicto digiti ſpatio; & ſi placida ibi hyems eſt, apertas relinquemus vites: Si violenta, ante Decembris, idus operimus. Si præfrigida, aliquantulum columbini ſtercoris ſub ipſa hyeme circa viticularum veſtigia largiemur,quod contra frigus niuium, Columella dicit toto faciendum eſſe quinquennio. Hoc tempore idcirco, locis quibus dixi, propagatio melior eſt: quia firmandis radicibus vitis incumbit, cum proferendi palmitis eam cura non permouet. Hoc menſe aliqui vites & arbores locis calidiſſimis inſerere conſueuerunt.

Radices ſuperuacuæ vitium ſunt abſcindendæ.

De Oliuetis inſtruendis, & oleis exprimendis.

CAPVT CXXIX.

NVNC etiam locis calidis & apricis Oliueta inſtituemus, more vel ordine quem Febr. menſis oſtendit. Seminaria quoque olearum locis talibus faciemus hoc tempore, & omnia quæ ad oleam pertinebunt. Oliuas quoque albas condiemus, ſicut poſtea referetur. Hoc tempore ablaqueandæ arbores ſunt oliuæ, prouincijs ſiccioribus ac tepidis, ita vt eis à ſuperiori parte humor poſſit induci. Omnem ſobolem conuelli Columella præcepit; mihi videtur paucas dimitti ſemper, ac ſolidas; ex quibus vel in vetuſtate, matris loco delecta ſuccedat, vel melius nutrita, & aggeſtæ terræ beneficio, etiam ſuas habens radices, ad Oliuetum faciendum, ſine cura ſeminarij tranferatur arbuſtula. Nunc ſi ſup-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

petit, intermisso triennio, stercoranda sunt oliueta, locis maxime frigidis.

Modus exprimendi oleum.

Nunc etiam oleum viride faciemus hoc genere: oliuam recentissimam cum varia est colligis, & si diebus aliquot collegeris, expandis ne calefiat. Si qua ibi putris aut sicca est, remoues: vbi vero compleueris modum factorij, sales tritos, vel non tritos (quod est melius) in oliuam mittes, per 10. modios, tres salis; & molis primo, & sic salitam in nouis caniſtris esse patieris, vt pernoctet cum salibus, & ducat in se eosdem sapores: at mane premi incipiat, olei meliorem fluxum redditura, salis sapore concepto. Canales sanè, & omnia receptacula olei, calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni præteriti rancore custodiant: focos etiam non propius amouebis, ne olei saporem fumus inficiat. Nunc etiam mense postremo, locis siccis & calidis, ad oleum faciendum Lauri baccas legimus.

De Palmis conserendis, & arboribus cæteris.

CAPVT CXXX.

CVI placet curas agere sæculorum, de palmis cogitet conserendis. Hoc igitur mense, Dactilorum non veterum, sed nouorum & pinguium, recentia ossa debebit obruere, terræ cinerem miscere. Si plantam velit, ponenda est Aprili mense, vel Maio. Locis delectatur apricis & calidis: fouenda est vt crescat humore; terram solutam vel sabulonem requirit, ita tamen vt quando planta disponitur, circa eam vel sub eam, pinguis terra fundatur. Annicula transferatur aut bima. Iunio mense incipiente, vel Iulio, circumfodiatur assidue, & rigatione continuos vincat ardores. Aquis Palmæ aliquatenus salsis iuuantur, quæ infici debent salibus, etiamsi tales eas natura non præbuit. Si ægra est arbor, fæces vini veteris ablaqueatæ oportet infundi, vel radicum superuacua capilla menta decidi, vel cuneum salicis interfossis radicibus premi. Constat autem locum prope illis vtilem fructibus, in quo palmæ sponte nascuntur. Mense etiam Octobri, aliqui mali arborem calidis & siccis regionibus ponunt, & Cidonea circa Nouembres Calend. & Sorbum vel Amygdala in seminarijs obruunt, & Pini semen aspergunt. Hoc mense Poma condienda sunt atque seruanda, eo more quo in singulorum titulis continetur, vel vt quęque matura processerunt.

Palmæ aquis salsis iuuantur.

De Ceraso & fructibus eius.

CAPVT CXXXI.

CERASVS amat cœli statum frigidum, solum vero positionis humectæ: in tepidis regionibus parua proueniunt, calidum non potest sustinere: montana, vel in collibus constituta regione lætatur. Cerasi plantam syluestrem transferre debemus mense Octobri vel Nouembri, & eam primo Ianuario cum comprehendit inserere. Plantaria vero creari possunt, si prædictis mensibus spargantur Poma, quæ summa facilitate nascentur. Ego sic huius arboris facilitatem probaui, vt virgulta ex Ceraso pro adminiculis per vineam posita, in arborem prosiluisse confirmem. Ianuario mense seri potest, inseritur mense Nouembri melius, vel si necesse sit extremo Ianuario. Alij & Octobri serendam esse dixerunt. Martialis in trunco inseri iubet. Mihi inter corticem & lignum fæliciter semper euenit. Qui in trunco inserunt (sicut Martialis dicit) omnem lanuginem quæ circa est auferre debebunt; quia si remanserit, insitis nocere manifestat. In Cerasis hoc seruandum, & in omnibus gumminatis, vt tunc inserantur, quando his vel non est, vel desinit gummi effluere. Cerasus inseritur in se, in Pruno, in Platano, vt alij in Populo. amat scrobes altas, spatia largiora, assiduas fossiones, putari in ea putria & sicca debebunt, vel quæ densius arctata protulerit, vt rarescat: fimum non amat, atque inde degenerat.

Vt Cerosa sine osse nascantur.

Cerasa vt sine osse nascantur fieri Martialis hoc modo dicit: Arborem teneram ad duos pedes rescindes, & eam vsque ad radicem findens, medullam partis vtriusque ferro curabis abradere, & statim vtrasque partes in se vinculo stringes, & oblinies fimo, & summam partem, & laterum diuisuras. Post annum cicatrix ducta solidatur. hanc arborem surculis, qui adhuc fructum non tulerunt inseres, & (vt asserit) ex his sine ossibus poma nascentur. Si Cerasus concepto humore putrescit, in trunco foramen accipiat, quo possit educi. Si Formicas patitur, succum portulacæ debebis infundere, cum aceti media parte permixtum, vel vini fæcibus truncum arboris florentis illinire. Si æstu Canicularium fatigatur, trium fontium singulos sextarios post solis occasum radicibus arboris iubebimus influere, sic ne remedium luna deprehendat. Vel herbam Symphytum circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea iuxta unum codicem cubile faciemus. Cerasa non aliter quàm in sole vsque ad rugas siccata seruantur.

De hortis eodem mense conserendis.

CAPVT CXXXII.

EODEM quoque mense plantæ Cardui ponuntur, quas cum ponemus, radices eorum summas ferro resecamus, ac fimo cingimus, trium pedum spatio separamus incrementi causa; pedali scrobe depositas bimas aut trimas; cinerem sępe sub hyeme, diebus siccis fimum miscebimus. hoc etiam mense Sinapim seremus, terram diligit aratam, & si fieri potest congestitiam, quamuis vbicumque nascatur. Sarculari debet assidue, vt respergatur puluere quo fouetur: non nimis gaudet humore. De quo semen legere disponis, suo loco esse patieris: quod ad escam parabis, robustius facies transferendo. In Sinapi vero vetus semen inutile est, vel sationi, vel vsui, Quod dentibus fractum, si intus viride videbitur, nouum est; si album, vetustatem fatetur. Hoc quoque mense Malua serenda est, quæ occursu hyemis ab incrementi longitudine reprimetur: loco pingui delectatur, & humido gaudet lætamine. Nunc etiam locis temperatis & calidis Anetum seremus. Cepulæ seruntur & hoc mense, vel Menta, & Pastinaca, Thymum, & Origanum, & Caparis mensis initio. Item Betam locis siccioribus seremus; vel transferemus ad culta, vt melior fiat. Nunc & Porrum verno satum transferre debebis, vt crescat in capite. Sane sarculis circumfodiatur assiduè, & comprehensa porri planta, velut tenacibus alleuetur, vt manitas sparij quę radicibus suberit, incremento capitis suppleatur. Ocimum quoque etiam nunc seremus, quod citius nasci fertur hoc tempore, si aceti imbre leuiter spergatur.

Semen vetus sinapis est prorsus inutile.

De frugibus seminandis, & Alucarijs Apum castrandis.

CAPVT CXXXIII.

HOc etiam tempore Adoreum seremus, vt Triticum. Iusta satio est à 10. Calend. Nouembris, vsque ad 6. Idus Decembris, regionibus temperatis. nunc etiam lætamen effertur ac spargitur. Hoc etiam mense seremus hordeum, quod dicitur Canterinum. Et nunc Heruum, Lupinum, & Pisum, & Sisamum seremus, vt dixi. Hoc mense Lini semen seremus, si placet: quod tamen pro malitia sui serendum non est, nam terræ vber exhaurit. Sed si velis, loco pinguissimo & modicè humido seretur. Aliqui macro solo spissum serunt; ita assequuntur vt Linum

Linum maxime nocet terræ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

num ſubtile naſcatur. Hoc etiam menſe Aluearia caſtrabuntur, more quo dictum eſt: quæ tamen oportet inſpicere, & ſi abundantia eſt demere, ſi mediocritas partem mediam relinquere pro hyemis inopia: ſi vero ſterilitas apparet in cellis, nil prorſus auferre.

De frugibus & leguminibus in Nouembri ſeminandis.

CAPVT CXXXIV.

IDem *in lib.* 12. menſe Nouembri triticum ſeremus, & Farſatione legitima, & hordeum maturum adhuc ſeremus. In huius principio Fabam ſpargimus, quæ pinguiſſimum, vel ſtercoratum deſiderat locum, vel vallem, quam ſuccus veniens à ſummitate fœcundet. Primo ſeritur, & deinde proſcindatur, & tunc ſulcatur: locanda eſt largè, vt tegi plurimum poſſit. Aliqui locis frigidis dicunt in fabæ ſatione glebas non eſſe frangendas, vt per eas gelicidiorum tempore poſſint germina obumbrata defendi. Satione eius generis (ſicut opinio habet) non fœcundatur terra, ſed minus læditur. Nam Columella dicit, agrum frumentis vtiliorem probari, qui anno ſuperiori vacuus fuerit, quàm qui calamos fabaceæ meſſis eduxit. Pingue iugerum ſex modij occupant, mediocre amplius, ſpiſſo bene prouenit. Macrum locum nebuloſumque non patitur. Curandum præcipue vt luna 15. ſeratur, ſi adhuc ictum ſolis repercuſſa non ſenſit. Aliqui dicunt 14. potius eligendum. Sanguine Caponis Græci aſſeruunt Fabæ ſemina macerata, herbis aduerſantibus non noceri: Aqua pridie infuſa citius naſci; nitrata aqua reſperſa, cocturam non habere difficilem. Nunc quoque ſeritur prima Lenticula, ſicut Februario menſe narratum eſt. hoc etiam toto menſe poterit Lini ſemen aſpergi.

Faba minus ladunt terram quam alia grana.

Nota.

De Pratis, & Hortis, & Roſarijs inſtituendis.

CAPVT CXXXV.

IN huius maxime principio, poſſumus inſtituere noua prata, more quo dictum eſt. Hoc menſe Allium bene ſeritur, & Vlpicum, terra maxime alba, foſſa & ſubacta ſine ſtercore. Sulcos in areis facies, & ſemina in locis altioribus pones, quatuor digitis ſeparata, neque altius preſſa: ſarculabis frequenter, inde plureſcent: ſi capitatum facere volueris, vi cœpit caulis prodire per culta, ita ſuccus reuertetur ad ſpicas. Fertur ſi luna ſub tertis poſita ſeratur, & item ſub terris luna latente vellatur, odoris feritate carituram. Vel paleis condita Allia, vel fumo ſuſpenſa durabunt. Nunc & Cepula ſeri poteſt, & Carduorum planta diſponi, Amaraca ſeritur, & Amelea. Quamuis autem menſe Februario ſint conſerenda Roſaria, tamen locis calidis apricis atque maritimis. Hoc etiam menſe poterimus inſtituere Roſeta, quæ ſi indiguus plantarum, volueris ex paucis virgultis habere copioſa, quaternorum digitorum ſurculos gemmantes cum geniculis ſuis debebis excidere, & in modum propaginis ſternere; ſtercore ac rigationibus adiuuare: vbi anni ætatem compleuerint, pedis ſpatio inter ſe transferre diſiunctos, atque ita ſolum, quod huic generi deputabis, implere.

Vt allia odore careant.

De Vitibus eodem menſe excolendis.

CAPVT CXXXVI.

HOc etiam toto menſe, locis calidis & ſiccis, vel apricis, erit vitium celebranda poſitio: nunc & propago iure ducetur; & locis frigidis, nouellas vites & arborum plantas circumfodere atque operire conueniet. Et ante Idus nunc mergus, hoc eſt propaginis curuatura, poſt triennium quam preſſa fuerat, reſcindetur à vite: nunc ac deinceps vine vetus quæ in iugo eſt, ſi robuſto & integro trunco ſit, ablaqueata ſimo ſatietur, & anguſtius putata, inter quartum & tertium pedem à terra, viridiſſima parte corticis, acuto ferramenti mucrone feriatur, ac foſſa frequentius incitetur. Nam ſicut aſſerit Columella, ex eo loco germen plerumque producit, & veniente vere, materiam qua vitis reparetur, locis calidis & apricis Vites quæ fructu carent, & fronde luxuriant, nunc preſſius putare conueniet; Frigidis vero menſe Februario: ſi permanebit hoc vitium, circumfoſſas, arena fluuiali vel cinere debebimus aggregare. Quidam lapides inſerunt inter flexuoſa radicum. Ijſdem temporibus & locis, vitem quæ ſterilis fuerit, Græci ita præcipiunt eſſe curandam: Trunco eius fiſſo, lapidem aſſerunt includendum, & ibi vrinæ veteris humanæ quatuor cotylos circa truncum debere ſuffundi, vt ad radices inſtillatio ipſa deſcendat: tunc adijcienda terra lætamine mixta, & circa radices ſolum omne vertendum.

Remedium pro vite ſterili.

De Perſicis plantandis, & earum fructibus conſeruandis.

CAPVT CXXXVII.

HOc menſe locis calidis, cæteris vero Ianuario, Perſici oſſa in paſtinatis ſunt ponenda, bimis à ſe pedibus ſeparata; & cum ibi plantæ excreuerint transferentur: ſed oſſa ponantur acumine deorſum verſo, & non amplius quam duobus aut tribus palmis obruantur, locis quidem qualibuſcumque proueniunt, Sed & pomis, & frondibus, & durabilitate præcipua ſunt, ſi cœlum calidum, ſolum arenoſum, & humidum ſortiantur. Frigidis vero & maxime ventoſis, niſi obiectu aliquo defendantur, intereunt. Dum tenera ſunt germina, ſæpe herbis circumfoſſa liberentur. bimam plantam recte tranferemus, ſerobe breui, nec à ſe longius ſtatuendæ ſunt, vt inuicem ſe à calore ſolis excuſent. ablaqueandæ ſunt per autumnum, & ſuis ſterçorandæ folijs. Putanda Perſicus in eo eſt, vt arida & putrida tantum virgulta tollantur. Nam ſi quid viride reſecemus, areſcit. Languenti arbori veteris vini fæces aquæ mixtas oporter infundi.

Hæc arbor ardore ſolis marceſcit: frequenti aggeſtione cumuletur, veſpertino iuuetur humore, obiectis defendatur vmbraculis. iuuat in ea & ſpolium ſerpentis appendi. Nunc iam contra pruinas, ſtercus ingeratur Perſico, vel fæces vini cum aqua permixtæ, vel quod magis prodeſt, aqua in qua faba decocta eſt. Si vermes perſicus patitur, cinis eos amurcæ mixtus extinguet, vel bouis vrina cum aceti tertia parte confuſa. Si poma caduca ſunt, nudatæ radici eius vel trunco, Lentiſci aut Terebinthi cuneus affigitur, vel terebratæ in medio palus ſalicis imprimitur. Si poma rugoſa creabit aut putria, circa imum truncum cortex reſcidatur, & cum inde modicus humor effluxerit, argilla vel paleato luto plaga tetegatur. Magna poma Perſicus affert, ſi ante florem per triduum ternos ſextarios Capriui lactis ingeſſeris. Menſe Ianuario vel Februario locis frigidis, Nouembri calidis, Perſicus inſeratur, maxime circa terram ſurculis plenioribus, & prope arborem natis: nam cacumina, vel non tenebunt, vel diu durare non poterunt. Inſeritur in ſe, in Amygdalo, in Pruno. Perſicus rubeſcit ſi platano inſerta figatur. Duratiua ſeruantur, ſi detractis oſſibus, ficorum more in ſole ficcentur ac pendeant. Item ſæpe vidi detractis oſſibus duratiua melle condiri, & ſaporis eſſe iucundi.

Remedia cõtra vermes in perſico.

De Pino & nucibus eius.

CAPVT CXXXVIII.

PINVS creditur prodeſſe omnibus quæ ſub ea ſeruntur. Pinum ſeremus nucleis ſuis, calidis & ſiccis regionibus, menſe Octobri vel Nouembri; frigidis & humectis Februario & Martio: Amat locum gracilem ſiue maritimum: inter montes & ſaxa vaſtior & procerior inuenitur: locis ventoſis & humidis, arborum fiunt incrementa lætiora; ſed ſiue montes velis conſerere, ſeu ſpatia quæcumque; hæc huic generi deputabis quæ alteri vtilia eſſe non poſſunt. Exarabis ergo ea loca diligenter, atque purgabis, & frumenti more ſemen aſperges, ac leui ſarculo curabis operire: Nec enim plus quam palmo debent abſcondi: defendenda eſt tenera arbora à pecore, ne calcetur inualida: proficies, ſi nucleos aqua ante triduum macerabis. Aliqui dicunt fructum Pineum tranſlatione niteſcere. Sed plantas hoc modo procurant, vt prius multa ſemina in caliculis, terra & fimo repletis obruant: quæ vbi proceſſerint, relicto eo quod ſolidius eſt, auferunt, alij vbi iuſtum cæperit incrementum, trimam plantam cum ipſis caliculis trãſferunt; quibus fractis in ſcrobe inducent radicibus largitatem: terræ tamen æquè ſtercus admiſcerent, facientes ſtraturam alterno ordine ſubinde creſcentẽ. Seruandum tamen eſt, vt radix eius, quæ vna & directa eſt vſque ad ſummitatem ſuam, poſſit integra, & illæſa transferri. Putatio nouellas pini arboris tantum promouet, (quod expertus ſum) vt quæ ſperaueras incrementa duplicentur. Nuces pineæ vſque in hoc tempus in arbore eſſe poſſunt, & maturiores legantur; prius tamen legendæ ſunt, quam pateſcant. Nuclei niſi purgati durare non poſſunt: tamen aliqui in vaſis fictilibus nouis, & terra repletis, cum teſtis ſuis miſſos, aſſerunt cuſtodiri.

Quomodo ſerendus & plantandus pinus.

De Pruno & fructibus eius.

CAPVT CXXXIX.

PRVNA ſi oſſibus ſeratur, Autumno, menſe Nouembris, ſolo putri & ſubacto, duobus palmis obruantur oſſa, eadem ponuntur, & menſe Februario. Sed tunc prius lixiuio ſunt maceranda per triduum, vt cito germinare cogantur, ponuntur & plãtis quas ſumemus ex codice menſe Ianuario exeũte, vel Februario circa idus, radicibus fimo oblitis. Gaudent loco læto & humido, cælo tepido melius perfruuntur, tamen queunt & frigidum ſuſtinere locis lapidoſis & glareoſis iuuantur lætamine, excuſante ne poma caduca & vermiculoſa naſcantur. Extirpandæ ſunt ſoboles à radice, exceptis rectioribus, qui ſeruabuntur ad plantas. Si languida pruni arbor eſt, amurca cum aqua æqualiter temperata radicibus debet infundi, vel bubulum lotium ſolum, vel humanum vetus, duabus aquæ partibus mixtum, vel cineres ex fimo, aut maxime ſarmentorum. Si poma decurrant, oleaſtri epigrum terebratæ infige radici. Vermes eius atque Formicas, rubrica cum pice ſi allinatur extinguet, ſed modeſtius propter arboris noxam, ne idem faciat remedium quod venenum. Iuuatur frequenti humore & aſſidua foſſione, menſe Martio extremo. Prunus inſeritur melius trunco fiſſo quam cortice: vel menſe Ianuario, antequam incipiat gummi lachrymari. Inſeritur in ſe, & Perſicum recipit, vel Amygdalum, vel Malum, ſed eam degenerem reddit & paruam. Pruna ſiccantur in ſole per crates, loco ſicciore diſpoſita, hæc ſunt quæ Damaſcena dicuntur. Alij in aqua marina, vel muria feruente, recens lecta pruna demergunt; & inde ſublata, aut in fumo tepido faciunt, aut in ſole ſiccari.

Remedia cõtra defectus pruni.

De Caſtanea plantanda vel ſeminanda.

CAPVT CXL.

CASTANEA ſeritur & plantis quæ ſponte naſcuntur, & ſemine; ſed quæ plantis ſeritur ita ægra eſt, vt biennio de eius vita ſæpe dubitetur. Serenda eſt ergo ipſis caſtaneis, hoc eſt ſeminibus ſuis, menſe Nouembri, item Februario. Eligendæ ſunt Caſtaneæ ad ponendum recentes, grandes, maturæ, quas menſe Nouembri ponamus, facilem ſe præſentia fructus ipſius præſtat. Si vero Februario ponemus, vt vſque tũc durent, ita faciendum eſt. In vmbra caſtaneæ ſiccentur expanſæ: tunc in anguſtum & ſiccum locum trãslatæ, cumulum faciant, & eas omnes fluuialis arena diligenter operiat, poſt dies 30. eas remota arena in aquam frigidam mittes; quæ ſanæ ſunt merguntur, ſupernatat quæcumque vexata eſt: Item quas probaſti ſimiliter obrues, & poſt 30. dies æque probabis. Hoc cum tertio feceris, ad veris initium ſerere debebis, quæ manſerint illibatæ. Aliqui in vaſculis ſeruant arena pariter immiſſa. Amant ſolum molle & ſolutum, non tamen arenoſum, in ſabulone proueniunt ſed humecto, nigra terra illis apta eſt: & carbunculus, & tofus diligenter infractus, in ſpiſſo agro & rubrica vix prouenit, in argilla & glarea non poteſt naſci: diligit cæli ſtatum frigidum, ſed & tepidum nõ recuſat, ſi humor aſſenſerit. Delectatur cliuis & opacis regionibus, ac maxime in ſeptentrionem verſis.

Vt probentur Caſtaneæ ſi ſana ſint.

De eadem excolenda, & fructibus eius ſeruandis.

CAPVT CXLI.

PASTINARI ergo locus debebit qui huic deſtinatur arbuſto, altitudine pedis vnius ſemis vel duorum, vel totius; aut ſulcis in ordinem deſtinatis, aut certe aratris reſolui hincinde findentibus qui fimo ſatiatus, ac redactus in puluerem. Caſtanearum ſemen accipiant, non amplius pedis dodrante demerſum: vnicuique ſemini propter notam ſurculus debet infigi. Ipſa ſemina ſingulis locis ſimul trina vel quina ponantur, & inter ſe quatuor pedum ſpatio ſeparentur; quibus transferre placuerit, bimas plantas transferre debebunt. Locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor inſidens limo, germen extinguat. Cui placet poteſt caſtaneæ in propaginem ducere ima virgulta quæ in radice naſcuntur. Nouum Caſtaneum circunfodi debet aſſiduè, menſe Martio, & Septembri; incrementum maius acquirit, ſi putationibus adiuuetur. Caſtanea inſeritur (ſicut probaui ipſe) ſub cortice, menſe Martio vel Aprili, tamẽ genere vtroque reſpondet: poteſt & inoculari. Inſeritur in ſe, & in ſalice; ſed ex ſalice tardius, maturat, & fit aſperior in ſapore. Caſtaneæ ſeruantur vel in cratibus diſpoſitæ, vel intra Sabulonem, ne inuicem tangantur immerſæ; vel in vaſculis fictilibus conditæ, & loco ſicciore defoſſæ, vel incluſæ virgeis ex fago receptaculis & lutatis, vt ſpiracula non relinquas; vel hordei paleis minutiſſimis obrutæ, vel paluſtri vlua figuratis denſioribus ſportis recluſæ.

Caſtaneæ variis modis ſeruantur.

De Olea & arboribus cæteris.

CAPVT CXLII.

NVNC putatio Autumnalis celebratur in vitibus arboribus, maxime vbi inuitamur tempore prouinciæ: & putantur oliueta, & oliua cum varia cæperit eſſe colligitur; ex qua primum fiet oleum, nam cum tota nigreſcit, quod ſpeciei merito poſterauit, fundẽdi vbertate cõpenſat. Eſt vtilis olearũ putatio, cæteraq; ũ-

que

que arborum, ſi loci patitur diſciplina, vt deciſis cacuminibus, rami fluentes per latera prona fundantur. quod ſi regio inſolens & incuſtodita contigerit, agendum prius, toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, vt altitudine animalium ſupergreſſam, modus tranſcendatur iniuriæ, & arbor iam ſpatio ſuo tuta curuetur. Nunc etiam locis calidis, & ſiccis regionibus oliueta ponuntur, ſicut Februario diſputatum eſt. Amat hæc arbor, arduo laborum ſitu, mediocriter ab humore ſuſpendi, ſcalpi aſſiduè, lætaminis vbertate pingueſcere, feracibus ventis clementer agitari. Hoc etiam menſe, oleis ſterilibus quæ ſupradicta ſunt remedia faciemus, & corbes & pali de radice bene fieri poſſunt. Etiam nunc locis temperatis eſt Laurini olei iuſta confectio. Hoc menſe locis calidis & ſiccis regionibus, agreſtium Pyrorum plantas ponimus, quas poſtea poſſumus inſerere; & Malorum, vel Malipunici, & Cidonei, & Citri, & Meſpeli, Fici, Sorbi; Siliquas, & plantas agreſtis Ceraſi, poſt inſerendas & Mori taleas, & Amygdali ſemina, & nuces Iuglandes, ſicut in ſeminarijs dictum eſt quo more panguntur. Hoc etiam menſe locis ſiccis calidis & Apricis maiores transferemus, truncatis ramis, illæſis radicibus, multo ſtercore & rigationibus adiuuandas.

Olea terram appetit pinguem & ſtercoratam.

De Oleis conficiendis & purgandis.

CAPVT CXLIII.

GRÆCI in conficiendi olei præceptis iſta iuſſerunt: tantum legendum eſſe oliuæ, quantum nocte veniente poſſumus exprimere: Molam primo oleo debere leuiter eſſe ſuſpenſam; oſſa enim confracta ſordeſcunt: quare de ſolis carnibus ſit prima confectio: ſaliginis caniſtros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Nobilius erit quod ſponte defluxerit. Sal deinde ac nitrum iubent nouo oleo miſceri, vt hoc ſpiſſitudinem eius abſoluat. deinde cum ab amurca ſubſederit, oleum purum 30. diebus exactis, in vitrea vaſa transferri. *Secundum*, eadem diſciplina fieri, ſed mola fortiore quaſſari. Si ſordet oleum, frictos & adhuc calentes ſales inijci iubent, & diligenter operari; ita mundum reddi poſt tempus exiguum. Si fuerit odoris horrendi, virides oliuæ ſine oſſibus tundi, in olei metreta menſuras duas mitti: ſi baccæ defuerint, caules tenerrimos oleæ ſimiliter eſſe tundendos. Nonnulli vtraque permiſcent, adiecto etiam ſale. Quidam mittunt vetuſtum laterem torrefactum, plerique hordeaceos panes breuiter figuratos, & raro linthëo inuolutos immergunt, & nouos ſubinde permutant: vbi hoc bis aut tertio fecerint, ſales inijciunt, & in alia vaſa tranſlatum per paucos dies ſubſidere patiuntur. Oleum rancidum Græci aſſerunt ſic poſſe curari: Albam ceram mundo & optimo oleo reſolutam, & adhuc liquentem, mitti in eo iubent; tũc ſales frictos calentes addi, operari, atque gypſari; ſic fieri vt oleum purgetur ſapore & odore mutato. Oleũ tamen omne in terrenis locis eſſe ſeruandum, & eius eſſe naturam, vt vel igne purgetur, vel aqua feruenti, ſi ſimul miſceantur in vaſculo, hoc etiam menſe oliuas condiemus.

Quomodo purgandum oleum.

De Apibus nutriendis, & aluearijs purgandis.

CAPVT CXLIIII.

HVIVS menſis initio, Apes ex Tamariſci floribus, reliquiſque ſylueſtribus, mella conficiunt, quæ auferenda non ſunt, quia ſeruantur hyberno. Eodem menſe ſordibus liberandi ſunt aluei (quia tota hyeme eos mouere non poſſumus) ſed hęc, die aprico tepidoque facienda ſunt, vt pennis maxime auium maiorum, quæ habent rigorem, vel aliquo ſimili, omnia interiora mũdentur, quo manus non valebit attingere: tamen rimas omnes quæ ſunt extrinſecus, luto & fimo bubulo mixtis, liniamus; & inſuper Geneſtis, vel alijs tegumentis, ſimilitudinem porticus imitemur, vt poſſint à frigore & tempeſtate defendi.

De Agnis eodem menſe educandis.

CAPVT CXLV.

HOc menſe Agnorum prima generatio eſt; ſed agnus ſtatim natus, vberibus maternis admouendus eſt manu, prius tamen exiguum lactis, in quo ſpiſſior eſt natura, mulgendum, quod Paſtores Coloſtram vocant: namque hoc Agnis niſi auferatur nocebit. Ac primo per biduum natus cum matre claudatur: tunc ſeptis obſcuris ſeruetur & calidis; ita ſecluſo paruulorum grege, matres mittantur in paſcua. Sufficiet autém priuſquam procedant mane, & cum ſaturę reuertuntur ad veſperam, agnis vbera haurienda permittere; qui donec firmentur, intra ſtabulum, furfuribus, vel Medica herba, vel ſi eſt copia, farina hordei paſcantur ingeſta, donec conceptum pauliſper robur ętatis, paſcua matribus poſſint habere communia.

De Ouibus paſcendis.

CAPVT CXLVI.

PASCVA Ouilo generi vtilia ſunt, quæ vel in noualibus, vel in pratis ſiccioribus excitantur. Paluſtria vero noxia ſunt, ſylueſtria damnoſa lanatis: ſalis tamen crebra conſperſio, vel paſcuis mixta, vel canalibus frequenter oblata, debet pecoris leuare faſtidiũ: Nam per hyemem, ſi penuria eſt, Fænum, vel Paleæ, vel Vicia, vel Facilior victus Vlmi, ſeruatis frondibus præbeatur, aut Fraxini. Æſtiuis menſibus paſcantur ſub lucis initio, cum Graminis terreni ſuauitatem, rotis mixtura commendat. Quarta hora caleſcente, potus puri fluminis, aut putei præbeatur, aut fontis. Medios ſolis calores, vallis aut arbor vmbroſa declinet: deinde vbi flexo iam die ardor infringitur, & ſolum primo imbre veſpertini roris humeſcit, gregem reuocemus ad paſcua. Sed Canicularibus & æſtiuis diebus, ita paſcendæ ſunt oues, vt capita gregis ſemper auertantur à ſolis obiectu. Hyeme autem vel Vere, niſi reſolutis gelicidijs ad paſcua prodire non debent. Nam pruinoſa herba, huic generi morbos creabit: at tunc ſemel adaquare ſufficiet. Gręcas oues, ſicut Aſianas, vel Tarentinas, moris eſt ſtabulo potius nutrire quam campo; & pertuſis tabulis, ſolum in quo claudentur inſternere, vt ſint tuta cubila, & propter iniuriam pretioſi velleris, humor reddatur elabens. Sed tribus per annum totum diebus, aprico die, lotas oues vngere oleo oportebit, & vino: propter Serpentes qui plerumque ſub præſepibus latent, Cedrum, vel Galbanum, vel mulieris capillos, aut Ceruina cornua frequenter vramus.

Herba congelata necent ouibus.

De Hircis ad Capras admittendis.

CAPVT CXLVII.

TVNC Hirci admittendi ſunt, vt fœtum primum veris fouere poſſit exordijs. ſed Caper eligendus, cui ſub maxillis duæ videntur pendere verruculæ, magni corporis, craſſis cruribus, breui plenaque ceruice, auribus flexis & grauibus, paruo capite, nitido ſpiſſo & longo capillo. ad ineundas fœminas eſt ante anniculum congruus, non autem durat vltra ſexennium. Capella ſimilis corporis, ſed magnis vberibus eſt eligenda: non tamen ita multæ Capræ vt Oues vna ſtatione claudantur, quam luto & ſtercore carere conueniet. hædis ſupra lactis abundantiam, Hędera, & Arbuti, & Lentiſci cacumina, ſunt ſæpe præbenda: trimæ educare optimè poſſunt. Quod teneriores

matres

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maeres generant, transigendum est. Sed vltra octo annos seruandæ non sunt mares, quia genus hoc largiore sterilescit ætate.

De Glande legenda, & materia ad fabricam cædenda.

CAP. CXLVIII.

HOc tempore Glandes legendæ ac seruandæ cura nos excitet; quod opus, fæmineis ac pueribus operis celebrabitur facile, more baccarum. Nunc materies ad fabricam cædenda est, cum luna decrescit. Sed arbores quę cædentur, vsque ad medullam securibus recisas, aliquandiu stare patieris, vt per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat. *Quæ arbores maxime vtiles.* Vtiles sunt autem maxime hęc, Abies, quam Gallicam vocant (nisi perpluatur) lenis, rigida, & in operibus siccis perenne durabilis, Larex vtilissima, ex qua si tabulas suffigas tegulis, in fronte atque extremitate tectorum, præsidium contra incendia contulisti. Neque enim flammam recipiunt, aut carbones possunt creare. Quercus durabilis, si terrenis operibus obruatur, & aliquatenus palis, & ędificijs, apta materies. Castanea mira soliditate perdurat in agris, & tectis, & operibus cæteris, & intestinis, cuius solum pondus in trunco est. Ficus in sicco vtilis, humore corrumpitur. Populus in vtraque. Salis & Tilia in sculpturis necessariæ. Alnus fabricæ inutilis, sed necessaria si humidus sit locus, quia ad accipienda fundamenta palandus est. Vlmus & Fraxinus si siccentur rigescunt. Ante curuabiles catenis vtiles habentur. Caprinus vtillima, Cypressus egregia. Pinus nisi in siccitate non durans; cui contra celerem putredinem comperi in Sardinia hoc genere prouideri, vt excisæ trabes eius, aut in piscina qualibet, anno toto mersæ latent, post operi futuræ; aut arenis obruerentur in littore, vt aggestionē qua tectæ essent, alternis æstibus reciprocans fluctus allueret. Cedrus durabilis, nisi humore tangatur. Quæcumque autem ex parte meridiana cæduntur, vtiliores sunt. Quæ vero ex septentrionali, proceriores; sed facile vitiantur.

De his quæ agenda sunt in Decembri.

CAP. CXLIX.

IDEM in lib. 13. Mense Decembri seruntur frumenta, Triticum, Far, Hordeum (quamuis Hordei satio iam sera sit) & Faba circa 7. iduum seri potest. (Nam post exactam brumam male seminatur.) Hoc etiam mense adhuc Lini semen spargi poterit, vsque in 7. idus Decembris. Nunc tempus est ad instituendas Vites: sed post idus, pastina inchoemus effodere, sicut ante tractatum est. Et materiem bene hoc mense cædemus; palos quoque & corbes faciemus, & locis frigidis oleum faciemus ex Lauro & Myrti baccis, atque Lentisci: quas in olei sui confectione quassabimus, & Vinum Myrticem sicut dictum est conficiemus. Hoc tempore serenda lactuca est, vt planta eius Februario transferatur. Etiam nunc Allium, & Vlpicum, & Cepulæ, & Synapis, & Cyma seri poterunt, disciplina & More quo ante narratum est. Nūc etiam quibus littus in fructum est, vbi lunæ fuerit augmentum, quę omnium clausorum maris animalium, atque concharum, iubet incremento sua membra turgere, & Echini carnes salibus condire curabunt, quo solito more conficiuntur: Hanc quoque rem per omnes menses bene faciemus Hybernos. Pernas etiam & Lardum conficimus, non solum mense hoc, sed omnibus quas hyemalis algor astringit. Tempore hoc per humiles syluas, & Baccis fæcunda virgulta, ad Turdos, cæterasque aues capiendas, laqueos expedire conueniet: hoc vsque in Martium mensem tendetur aucupium. *In plenilunio colligendo sunt concilia littoris maris.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER SEPTIMVS.

De Scientia Politica.

CAP. I.

AVCTOR. Poſt Ethicam, ſiue monaſticã ſcientiam, & œconomicam, tandem de Politica dicendum reſtat; eo quod inter practicas poſtremum locum teneat.

Richardus in lib. excerptionum 5. Practica enim ſcientia eſt, quæ recte viuendi modum, ac diſciplinæ formam, ſecundum virtutum inſtitutionem diſponit. Et hæc diuiditur in tres, ſcilicet Ethicam, id eſt moralem, & œconomicam, ideſt diſpenſatiuam, & Politicam, ideſt ciuilem. Prima quidem eſt ſolitaria, quæ mores inſtituit & ad ſingulos pertinet. Secunda eſt priuata, quæ familiam diſponit, & ad patremfamilias pertinet. Tertia publica, quæ vrbes regit, & hæc pertinet ad vrbium rectores. *Ethica igitur eſt, quæ ſui curam gerens, cunctis ſeſe exigit, & exornat, augetq; virtutibus, nihil in vita admittens quo non gaudeat, nihilq; faciens pœnitendum, œconomica eſt, quæ familiaris officij curam mediocri diſpoſitione componens, diſtribuit. Politica eſt, quæ reipublicæ curam ſuſcipiens, cunctorum ſaluti, ſuæ prudentiæ ſolertia, inſtitiaq; libra, & fortitudinis ſtabilitate, ac temperantiæ patientia, medetur.*

Practica ſcientia triplex.

Qualiter tres ſcientiæ practicæ connectantur.

AVCTOR. Qualiter autem iſtæ tres ſcientiæ ſibijnuicem connectantur, ex Auguſtini verbis euidenter perpenditur, quibus videlicet pax propria vel humana, paci domeſticæ, pax quoque domeſtica, paci ciuicæ accommodari docetur. Ethica namque ſiue moralis ſcientia docet ſeruare pacem hominis propriam, conſcientiæ ſcilicet & voluntaris, ſiue contemplationis & actionis concordiam. Oeconomica vero pacem domeſticam. Politica quoque pacem ciuicam.

Qualiter Ethica & Oeconomica ordinentur ad Politicam.

CAP. II.

AVGVSTINVS *de ciuit. Dei lib.* 19. Sicut nemo eſt qui gaudere nolit, ita nemo eſt qui pacem habere nolit, quoniam quidem & ipſi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt, quod cum factum fuerit pax erit: pacis ergo intentione geruntur & bella. Sed & illi qui pacem in qua ſunt perturbari volunt, non pacem oderunt, ſed eam pro arbitrio ſuo permutari volunt: non ergo vt ſit pax nolunt, ſed vt ea ſit quam volunt. Pax itaque corporis eſt ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis actioniſq; conſenſio. Pax animæ & corporis, ordinata vita & ſalus animantis. Pax hominis mortalis & Dei, ordinata in fide ſub ęterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis, ordinata imperandi ac obediendi concordia ciuium. Pax ſupernæ ciuitatis, ordinatiſſima & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo.

Quid pax in quouis rerũ genere.

Itaque quia homini rationalis anima ineſt, totum hoc quod habet commune cum beſtijs, ſubdit paci animæ rationalis. Ad hoc enim velle debet, nec dolore moleſtari, nec deſiderio perturbari, nec morte diſſolui, vt aliquid vtile cognoſcat, & ſecundum eam cognitionem, vitam moreſq; componat. Sed ne ipſo ſtudio cognitionis, propter humanæ mentis infirmitatem, in peſtem alicuius erroris incurrat, opus habet magiſterio diuino, cui certus obtemperet; & adiutorio, vt liber obtemperet. Ac per hoc omnem pacem, vel corporis, vel animæ, vel ſimul corporis & animæ refert ad iſtam pacem, quæ homini mortali eſt cum immortali Deo, vt ſit ei ordinata in fide ſub ęterna lege obedientia.

Omnis hominum pax ad pacem eũ Deo referendæ eſt.

Iam vero quia duo præcipua præcepta, hoc eſt dilectionem Dei, & dilectionem proximi, docet magiſter Deus, in quibus tria inuenit homo quæ diligat;

Deum,

Deum, ſeipſum, & proximum; atque ille in ſe diligendo non errat qui diligit Deum, cõſequens eſt vt etiam proximo ad diligendum Deum conſulat, quem iubetur ſicut ſeipſum diligere; ſic vxori, ſic filijs, ſic domeſticis, ſic cæteris quibus potuerit hominibus, & ad hoc ſibi à proximo ſi fortè indiget conſuli velit, ac per hoc erit pacatus omni homini quantum in ipſo eſt, pace hominum, id eſt ordinata concordia; cuius hic ordo eſt: Primum vt nulli noceat, deinde vt etiam proſit cui potuerit; primitus ergo ineſt ei ſuorum cura, ad eos quippe habet oportuniorem aditum conſulendi, vel naturæ ordine, vel ipſius ſocietatis humanæ. Vnde Apoſtolus dicit. *Quiſquis autem ſuis, & maxime domeſticis non prouidet, fidem denegat, & eſt infideli deterior.* Huic itaque etiam pax domeſtica oritur, id eſt ordinata imperandi obediendiq́ue concordia cohabitantium. Imperant enim qui conſulunt, ſicut vir vxori, parentes filijs, domini ſeruis. Obediunt autem quibus conſulitur, vt mulieres maritis, filij parentibus, ſerui dominis.

Ordo pacis.

Itaque patres noſtri ſic adminiſtrabant domeſticam pacem, vt ſecundum hæc temporalia bona, filiorum ſortem à ſeruorum conditione diſtinguerent: Ad Deum autem colendum (in quo æterna bona ſperanda ſunt) omnibus domus ſuæ membris æquali dilectione conſulerent, quod naturalis ordo ita præſcribit, vt nomen patrisfamilias hinc exortum ſit, & tam late vulgatum, vt etiam iniquè dominantes, hoc ſe gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias ſunt, omnibus in familia ſua tanquam filijs, ad colendum & promerendum Deum conſulunt, deſiderantes atque optantes venire ad cæleſtem domum, vbi neceſſarium non erit officium conſulendi iam in iſta immortalitate felicibus; quo donec veniatur, magis debent patres, quod dominantur, quam ſerui tolerare, quod ſeruiunt, ſi quis autem in domo propter inobedientiam paci domeſticæ aduerſatur, corripiatur, ſeu verbo, ſeu verbere, ſeu quolibet alio genere, quantum ſocietas humana concedit, pro eius qui corripitur vtilitate, vt paci vnde diſſilierat coaptetur. Sicut enim non eſt beneficentiæ adiuuando efficere, vt bonum quod maius eſt amittatur; ita non eſt innocentiæ parcendo ſinere; vt in malum grauius incidatur.

Vnde nomen patrisfamilias exortum

Pertinet ergo ad innocentis officium, non ſolum nemini malum inferre, ſed etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum; vt vel ipſe qui plectitur corrigatur experimento, vel alij terreantur exemplo. Quia igitur hominis domus particula ciuitatis eſt, & omnis pars ad totius ſui integritatem refertur; conſequens eſt, vt ad pacem ciuicam pax domeſtica referatur. Ita fit, vt ex lege ciuitatis præcepta ſumere patremfamilias oporteat, quibus domum ſuam ſic regat, vt ſit paci accommodata ciuitatis.

Innocentiæ officium eſt non ſolum malum non inferre ſed à malo cohibere.

Quòd alius ſit Politicæ finis apud fideles, & alius apud infideles.

CAP. III.

SED domus hominum qui non viuunt ex fide, pacem terrenam ex huius temporalis vitæ rebus, commodiſq́ue ſectatur. Domus autem hominum ex fide viuentium, expectat ea quæ in futurum æterna promiſſa ſunt; terreniſq́ue rebus ac temporalibus tanquam peregrina vtitur: non quibus capiatur, & auertatur, quo tendit in Deum; ſed quibus ſuſtentetur ad facilius toleranda, minimeq́ue augmentanda onera corporis, quod aggrauat animam. Idcirco rerum, vitæ huic mortali neceſſariarum, vtriſq́ue hominibus communis eſt vſus, ſed finis vtendi cuiq́ue proprius, multumq́ue diuerſus: Ita & terrena ciuitas, pacem terrenam appetit, in eaq́ue defigit imperandi ac obediendi concordiam ciuium, vt ſit ei de rebus ad mortalem vitam pertinentibus, humana quædam compoſitio voluntatum. Ciuitas autem cæleſtis, quæ hic peregrinatur, etiam iſta pace neceſſe eſt vtatur, donec ipſa, cui talis pax neceſſaria eſt, mortalitas tranſeat. Ac per hoc, dum apud terrenam ciuitatem velut captiuam vitam ſuę peregrinationis agit, iam promiſſione redemptionis, & dono ſpirituali accepto tanquam pignore, legibus terrenæ ciuitatis quibus hęc adminiſtrantur, quæ ſuſtentandæ mortali vitæ accommodata ſunt, obtemperare non dubitat, vt quia communis eſt ipſa mortalitas, ſeruetur in rebus ad eam pertinentibus, inter ciuitatem vtramq́ue concordia.

Vſus rerum temporalium fidelibus & infidelibus communis, finis tamen diuerſus.

Verum quia terrena ciuitas habuit ſuos quoſdã ſapiẽtes, qui vel ſuſpicati vel decepti, multos Deos rebus humanis conciliandos eſſe crederent, ad quorum diuerſa quodammodo officia, diuerſa ſubdita pertinerent; Cæleſtis autem ciuitas, cum vnum ſolum Deum colendum, pietate fideli cenſeret, factũ eſt, vt religionis leges cum ipſa ciuitate terrena non poſſet habere communes, per quæ his ab ea diſſentire neceſſe haberet. Hæc ergo cæleſtis ciuitas, ex omnibus gentibus ciues euocat, atq; in omnibus linguis peregrinam colligit ſocietatem; non curans quicquid in moribus, legibus, inſtitutiſq́ue diuerſum eſt, Quibus pax terrena vel conquiritur, vel tenetur; dum tamen religionem in qua vnus ſummus & verus Deus colendus docetur, non impediat. Eamq́ue terrenam pacem ad cæleſtem refert, vbi non erit vita mortalis, ſed planè certèq́ue vitalis, nec corpus animale & corruptibile, ſed ſpirituale, ſine vlla indigentia, ex omni parte ſubditum voluntati: Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet, atque ex hac fide iuſtè viuit, cum ad iſtam pacem concupiſcendam refert, quicquid bonarum actionum gerit erga Deum & proximum, quoniam ciuitatis vita vtique ſocialis eſt.

Leges politica quæ religionem non impediunt poſſunt eſſe fidelibus & infidelibus communes.

De materia Politicæ.

CAP. IV.

ALPHARABIVS *in lib. de diui. ſcientiarum.* Scientia ciuilis inquirit de ſpeciebus actionum, & conſuetudinum voluntariarum, & de habitibus, & moribus, ac geſtibus, à quibus illæ proueniunt, & de finibus propter quos fiunt, & ex quibus diſtinguuntur; & docet qualiter, vel quo ordine eſſe debeant, & qualiter comprehendantur, ac deponantur. Declarat etiam quæ ſit ex eis vera beatitudo, quæ putantur eſſe beatitudo cum non ſint, & quod vera beatitudo non poteſt haberi in præſenti, ſed in futuro quærenda eſt. Quæ autem putantur eſſe beatitudo & non ſunt, ſunt ſicut victoria, & gloria, & delectationes, quæ ponuntur fines eorum quæ faciunt homines.

Quodnam ſit munus ſcientiæ politicæ.

Decernit igitur inter actiones & conſuetudines, quibus vera beatitudo acquiritur, & quibus ea quę vera putatur; & oſtendit quibus vtendum ſit inter ciues, & quibus inter gentes; quibus prælatus circa ſubditos, & quibus ſubditus erga prælatos, & quod bonę conſuetudines ſubditorum proueniunt ex iuſta damnatione prælatorum. Et quod virtus regia comprehenditur ex duabus: Vna conſiſtit in cognitione vſuũ vniuerſalium; alia in vſu viuẽdi, & aſſiduitate agendi, & experiendi, & audiendi. Sicut enim non fit perfectus medicus, niſi per cognitionẽ regularũ vniuerſalium medicinæ ſpeculatiuæ, quæ dicitur Theorica, & per aſſiduitatem medẽdi, ac medicinas circa ægros experiendi, quæ dicitur practica; ſic virtus regia non ſufficit actiones hominum diſponere, ſecundum vnũquodque accidẽs, vnamquamque ciuitatem, vnumquodque tempus, niſi per veritatem ſcientiæ, & aſſiduitatem experientiæ coaleſcat.

Virtus regia componitur ex duabus.

De partibus eiusdem.

CAP. V.

Scientia ciuilis tres habet partes.

HÆc autem scientia tres habet partes. Vna est qua cognoscit habitudinem, & discernit inter veram & falsam, & comprehendit operationes, & consuetudines, ac mores, gestus voluntarios, & vniuersales, qui habentur in ciuitatibus, & gentibus; cognitiones quoque regias, quibus stabilitur gestus hominum, ad obseruandum quod ordinatum est super eos. Secunda est quæ comprehendit species regalium virtutum, quot sint, & quæ sit vnaquæque illarum inquirit, vt per hoc melius stabiliat in ciuitatibus, & gentibus, quæ sub eius imperio sunt, quod intendit. Docet etiam quas conditiones, atque dispositiones naturales, in filijs regum, & in alijs obseruari oporteat, vt ille in quo inuentæ fuerint, eligatur ad regnum. Deinde vero qualiter illum in quo fuerint oporteat morigerari, donec in eo perficiatur regia virtus, fiatque Rex perfectus. Tertia legum, in qua scilicet homo potest adinuenire cuiusqúe rei modum, in his quæ legislator non propalauit, per illa quæ iam propalata sunt, cum determinatione & modo, in quo oportet hominem esse subtilem & circumspectum, ad comprehendendam voluntatem authoris in lege.

In omni lege sunt scientia & operationes.

In omni autem lege sunt scientiæ & operationes. Scientiæ, sicut ea quæ statuta sunt de cultu Dei, de fide, & de mundo. Operationes vero sunt quæ ad honorem Dei fiunt. Quapropter scientiæ legum duæ partes sunt. Vna in scientijs, alia in actionibus.

Auctor. Quoniam itaque Politica scientia prædicto modo tripartita est, Nos iuxta hunc modum & ordinem de illa prosequi volumus. Primo videlicet agendo de Ciuitatibus, & Gentibus: Secundo de Regibus, Ciuitatumque rectoribus. Tertio vero de Legibus. Quod autem ad primam attinet partem, cum penè iuxta numerum ciuitatum, vel gentium, multiplex sit varietas consuetudinum, non est nostræ facultatis, neque propositi, singulares vrbium, aut etiam regionum consuetudines, moresque describere, sed tantum nominum rationes, ciuitatis, ciuiumque breuiter colligere; postmodum autem loco congruo de iure consuetudinis in generali aliquid inferere.

De Ciuitate, & Ciuibus.

CAP. VI.

Quid ciuitas & vnde dicta.

ISIDORVS *in lib. etymol. 15. Ciuitas est concors hominum multitudo, societatis vinculo adunata,* dicta à ciuibus, id est ab ipsis incolis vrbis, pro eo quod plurimorum consciscat, & contineat vitas. Nam vrbs ipsa mænia sunt, ciuitas autem non saxa, sed habitatores vocantur. Tres autem societates, familiarum, vrbium, gentium. Vrbs vocata est ab orbe, eo quod antiquitus ciuitates in orbe fiebant, vel à *Buri* parte aratri, quo muri designabantur, vnde est illud. *Optauitque locum regno, & concludere sulco.* Locus enim futuræ ciuitatis sulco designabatur, id est aratro. *Cato.* Qui vrbem (inquit) nouam condit, tauro & vacca aret; vbi arauerit murum faciet, vbi portam vult esse, aratrum sustollat & portet, & portam vocet. Ideo autem vrbs aratro circundabatur dispari sexu iumentorum, propter commixtionem familiarum, & imaginem ferentis, fructumque reddentis.

Idem in lib. 9. Ciues vocati sunt, quod in vnum coeuntes viuant; vt vita communis & ordinatior fiat, & tutior. Domus vnius famulæ habitaculum est, sicut vrbs vnius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani. Est autem domus genus familiæ, siue coniunctio viri & vxoris. Incipit autem à duobus, & est nomen Græcum, nam *Domata* Græcè, tecta dicuntur. Familia est liberi, ex liberis legibus susceptí, à fœmore dicta; genus autem à gignendo. *Populus est cœtus humanæ multitudinis, iuris consensu & concordi communione sociatus.* Populus autem eo distat à plebibus, quod populus vniuersi ciues sunt, connumeratis senioribus ciuitatis: Plebs autem reliquum vulgus. Populus ergo tota ciuitas est, vulgus vero plebs. Plebs autem dicta est à pluralitate, maior est enim numerus minorum, quam seniorum: Græcè autem populus *Laos* dicitur, à lapidibus. *Vulgus* est passim inhabitans multitudo, quasi quisque quo vult. *Tribus* dicuntur, quasi curiæ & congregationes distinctæ populorum, eo quod in principio Romani trifariè fuerint à Romulo dispartiti, id est in senatoribus, militibus, & plebibus; quæ tamen tribus nunc multiplicatæ, nomen pristinum retinent. *Gens est multitudo ab vno principio orta; siue ab alia natione, secundum propriam collectionem distincta;* vt Græciæ, Asiæ: hinc & gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationes familiarum, id est à gignendo; sicut natio à nascendo.

Domus & familia vnde dicta.

Quid populus & in quo à plebe differat.

Tribus vnde dicta.

Quid gens & vnde dicta.

De Republica.

CAP. VII.

Quid respublica.

AVGVSTINVS *de Ciuit. Dei lib. 2.* Scipio rempubl. diffiniens, dicit eam esse rem populi, populum autem non omnem cætum multitudinis; sed cætum iuris consensu, & vtilitatis communione sociatum esse determinat.

Idem in lib. 19. Nunc locus est vt breuiter ostendam, secundum diffinitiones quibus apud Ciceronem vtitur Scipio in lib. de repub. nunquam rempubl. fuisse Romanam: Rem enim publicam dicit esse rem populi. Populum vero cœtum multitudinis, iuris consensu, & vtilitatis communione sociatum. Quid autem dicat iuris consensum disputando explicat, per hoc ostendens geri sine iustitia non posse rempubl. vbi vero iustitia non est, nec ius esse potest: quod iure enim fit, profectò iustè fit; quod autem fit iniustè, nec iure fieri potest. Quocirca vbi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus cœtus hominum esse non potest. Ergo neque res populi sine repub. Iustitia porro ea virtus est, quæ cuique sua distribuit. Quæ igitur iustitia est hominis, quæ ipsum hominem Deo vero tollit, & immundis dæmonibus subdit?

Romani non habuerunt veram rempub.

Disputatur certè acerrimè atque fortissime in eisdem libris de repub. aduersus iniustitiam pro iustitia, & quia cum prius ageretur pro iniustitiæ partibus contra iustitiam, & diceretur nisi per iniustitiam rempub. stare augerique non posse, veluti hoc validissimum positum erat, iniustum esse vt homines hominibus dominantibus seruiant; quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa ciuitas, cuius est magna respublica, non eam posse prouincijs imperare.

Responsum est à parte iustitiæ, ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit vtilis seruitus, & pro vtilitate eorum fieri, cum recte aliquid fit, id est cum improbis aufertur iniuriarum licentia; & domiti melius se habebunt, quia indomiti deterius se habuerint. Subditumque est, vt ista ratio firmaretur, velut à natura sumptum nobile exemplum, atque dictum est: Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, cæteriscque vitiosis animi partibus? Planè hoc exemplo satis edoctum est, quibusdam esse vtilem seruitutem, & Deo quidem vt seruiatur vtile esse omnibus: Deo autem seruiens animus recte imperat corpori: Inque ipso animo, ratio domino Deo subdita, recte imperat libidini, cæteriscque vitijs. Quapropter vbi homo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nihil est iustitia in homine qui Deo non inseruit.

Deo non seruit, quid in eo putandum est esse iustitiæ? quandoquidem Deo non seruiens, nullo modo potest iustè animus corpori, aut ratio vitijs imperare. Et si in homine tali non est vlla iustitia, proculdubio nec in omni cœtu qui ex hominibus talibus constat, est iustitia: Ergo nec iuris consensus. Nam & de vtilitate quid dicam? quamuis enim si diligenter attendas, nec vtilitas sit vlla eorum qui impiè viuunt, sicut viuit omnis qui Deo non seruit, sed dæmonibus: Tamen quod dictum est de iuris consensu satis esse arbitror.

Respub. non est vbi non est iustitia.

Vnde apparet per hanc diffinitionem non esse populum, cuius respub. esse dicatur, in quo iustitia non est. Forte dicent non spiritibus immundis, sed Dijs bonis in sua repub. seruisse Romanos. Sed vt taceam quales sint quos sacrificijs colebant, in lege veri Dei scriptum est: *Sacrificans Dijs eradicabitur, nisi domino tantum.* Nec bonis igitur nec malis Dijs sacrificari voluit, qui hoc tanta comminatione præcepit.

De corpore reipublicæ, & primò de capite, id est Principe.

Cap. VIII.

Helinandvs *in chron. 11. lib. Est itaque respublica (* vt Plutarcho placet *) corpus quoddam quod diuini numinis beneficio animatur, & nutu summæ æquitatis agitur, & regitur quodam moderamine rationis.* Quæ ad regimen pertinent, vicem animæ obtinent; Princeps caput est huius corporis, vni subiecti Deo, & his qui vices Dei agunt in terris: Cordis locum senatus obtinet: Oculorum, aurium, & linguæ officia, sibi vendicant Iudices & Præsides prouinciarum: Officiales & Milites manibus coaptantur. Qui semper assistunt principi, lateribus assimilantur. Quæstores & Commentarienses, non illi qui carceribus præsunt, sed comites rerum priuatarum, ventris & intestinorum ferunt imagines: Pedes agricolæ sunt. Ex his ergo quatuor illa sunt, quæ Plutarchus Principibus inculcare conatur, reuerentia Dei, item cultus sui disciplina, officialium affectus, & protectio subditorum.

Quid respu. & quibus corporis partibus eius assimilentur.

Quatuor sint quæ principem decent.

Isidorus vbi supra. Princeps, & dignitatis modo significatur, & ordinis: Regnũ à Regibus dictum, vniuersæ nationes suis quoque temporibus habuerunt; vt Assyrij, Medi, Persi, Ægyptij, Græci. Quorum vices sors temporum ita volutauit, vt alterum ab altero solueretur. Denique Regnum Romanorum de Italiæ regiuncula exortum, totum orbem terrarum, paulatim belligerando, obtinuit. Omnes enim nationes, vel interfectæ ab eis, vel tributo & seruituti sunt subiugatæ. Reges autem à regendo vocati sunt; non autem regit, qui non corrigit. Recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur: vnde & apud veteres tale erat prouerbium: Rex eris si rectè facias, si non facias non eris. Regiæ virtutes præcipuè duæ sunt: Iustitia & Pietas. Plus autem in regibus laudatur Pietas: nam iustitia per se seuera est. Reges autem ob hanc causam, apud Græcos *Basilei* vocantur, quod tanquam bases populum sustinent, vnde & bases coronas habent. Quanto enim quisque magis præponitur, tanto amplius pondere laborum grauatur. Tyranni Græcè dicuntur, idem Latinè & Reges: nam apud veteres inter Regem & Tyrannum nulla discretio erat, vt *Pars mihi pacis erat dexteram tetigisse tyranni:* Fortes enim reges tyranni vocabatur, nam tyro fortis. Iam postea in vsum accidit Tyrannos vocari pessimos, atque improbos reges; luxuriosæ dominationis cupiditatem, & crudelissimam dominationem in populis exercentes.

Rex amittit nomen si non recte faciat: eius virtutes sunt præcipuè iustitia & pietas.

Olim fortes Reges vocabantur tyranni.

De his qui post Reges rempublicam rexerunt.

Cap. IX.

Consvles appellati sunt à consulendo: nam cum Romani Regum superbam dominationem non ferrent, annua imperia, binosque consules sibi fecerunt: nam fastus regius, non beneuolentia consulentis, sed superbia dominantis erat: Hinc igitur consules appellati sunt, vel à consulendo ciuibus, vel à regendo cuncta consilio. Quos tamen ideo mutandos per singulos annos elegerunt, vt nec insolens diu maneret, & moderatior cito succurreret. Inde autem duo pares, quia vnus rem ciuilem, alter rem militarem administrabat. Regnauerunt autem annis quadringentis, 67. *Proconsules* subiecti erant consulibus; & dicti proconsules, eo quod vice consulis fungerentur. Exconsules autem dicti sunt, eo quod iam à consulatu exierint, siue discesserint, peracto suæ vicis anno.

Consules cur in venti & vnde dicti.

Proconsules.

Dictatores 5. anno post Reges expulsos Romani sibi creauerunt, dum gener Tarquinij ad iniuriam soceri vindicandam, ingentem aduersus Romam collegisset exercitum. Hi quinquennij temporis imperio vtebantur, plus enim erant honore quam consules, qui annuas potestates tenebant. Et dicti Dictatores, quasi principes & præceptores; vnde & magistri populi nominabantur, vnde & Edicta dicuntur.

Dictatores.

Cæsarum nomen, à Iulio cœpit, qui bello ciuili commoto, primus Romanum singularem obtinuit principatum. Cæsar autem dictus est, eo quod cæso mortuæ matris vtero, prolatus, eductusque fuerit; vel quod cum Cæsariè natus sit, à quo & Imperatores sequentes Cæsares dicti sunt. *Imperatorum* autem nomen apud Romanos, eorum tantum prius fuit, apud quos summa rei militaris consisteret; & ideo Imperatores dicti, ab imperando exercitui. Sed dum diu Duces titulis Imperatorijs fungerentur, Senatus censuit, vt Augusti Cæsaris hoc tantum nomen esset, eoque is distingueretur à cæteris gentium regibus; quod & sequentes Cæsares hactenus vsurpauerunt. Solet etiam fieri, vt primi regis nomen etiam reliqui possideant; sicut apud Albanos, ex Siluij nomine, omnes Reges Albanorum Siluij appellari sunt: Apud Persas Arsacidæ: Apud Ægyptios Ptolomæi: Apud Athenienses Cecropidæ.

Cæsarum nomen vnde.

Imperatores.

Augustus ideo apud Romanos nomẽ imperij est, eo quod olim augerent remp. amplificando. Quod nomen primo Senatus Octauiano Cæsari tradidit, vt quia auxerat terras, ipso nomine & titulo consecraretur. *Monarchæ* sunt qui singularem possident principatum; qualis fuit Alexander apud Græcos, & Iulius apud Romanos. *Tetrarchæ* sunt, quartam partem regni tenentes. *Patritij* vocati sunt, pro eo quod sicut patres filijs, ita prouideant reipublicæ. *Præfecti* dicti eo quod Prætoria potestate præsunt. *Prætores* ijdem qui & præfecti, quasi præpositores. *Præsides* vero dicti, qui & alicuius loci tutelam præsidialiter tenent.

Augustus.

Monarchæ.

Patritius.

Prætor.

De Senatoribus.

Cap. X.

Senatvi nomen ætas dedit, quod seniores essent. Alij à sinendo dictos accipiunt senatores; ipsi enim agendi facultatem dabant. *Senatusconsultus* à consulendo & tractando est dictus. *Patresconscripti* dicti sunt, quia dum Romulus decem curias Senatorum elegisset, nomina eorum præsenti populo in tabulas aureas contulit. Primi ordines Senatorum dicuntur Illustres. Secundi Expectabiles. Tertij Clarissimi. Iam inferius quar-

Senatores vnde dicti; & cur patresconscripti nuncupati.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tum aliquod genus non est; quamuis enim Senatoria quisque origine esset, vsque ad legitimos annos Eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem Senatoriæ dignitatis. *Censores* apud Romanos veteres erant. Est enim nomen Censoris dignitas iudicialis; Censere enim iudicare est. Item Censores sunt patrimoniorum iudices, à censuris appellati.

Censores.

Qui censendi filij Senatorum.

Ex digestis lege 1. Vlpianus. Labeo scripsit eum qui post mortem patris Senatoris natus sit, filium Senatoris esse: Sed eum, qui posteaquam pater eius senatu motus est, concipitur & nascitur: Proculus & Pegasus opinantur non esse, nec Senatoris filium, nec quasi Senatoris, quorum sententia vera est.

Vlpianus libro 2. de Censibus. Senatores accipiendum est eos, qui à Patritijs & Consulibus, vsque ad omnes viros illustres descendunt: quia & hi soli in Senatu sententiam dicere possunt.

Marcellus libro 3. Digestorum. Cassius Longinus non putat permittendum eum, qui propter turpitudinem Senatu motus est, nec restitutus, iudicare, vel testimonium dicere.

De præfectis & publicis officialibus.

Cap. XI.

Præsides vnde dicti.

Isidorvs *vbi supra.* Præsides, rectores prouinciæ sunt dicti, quod præsunt. *Prætores* autem quasi præceptores ciuitatis & principes. Idem & *quæstores*, quasi quæsitores, eo quod quæstionibus præsunt: consilium enim & causa apud eos est.

Proceres.

Proceres sunt principes ciuitatis, quasi procedes, eo quod ante omnes honore præcedant: hinc ad primores facta est translatio, qui à cætera multitudine prominent.

Tribuni.

Tribuni dicti sunt, eo quod Plebi vel iura vel opera tribuunt: Constituti sunt autem sexto anno post Reges exactos. Dum enim Plebs à Senatu & Consulibus premeretur, tunc ipsa Tribunos, quasi proprios iudices & defensores creauit, qui eorum libertatem tuerentur, & eas aduersus iniuriam nobilitatis defenderent: vnde & Defensores dicti, eo quod Plebem sibi commissam, contra insolentiam improborum defendant. At contra nunc quidam euersores, non defensores existunt.

Numerarij. Functi.

Numerarij vocati sunt, quia publicum nummum ærarijs inferunt. *Functi*, ab eo quod fungantur officio & honore aliquo, dicti sunt: hinc & defunctos mortuos dicimus, quia compleuerunt vitæ officia; nihil enim iam faciunt.

Municipes.

Municipes sunt in eodem Municipio nati, ab officio munerum dicti, eo quòd publica munera accipiunt: Munia enim officia sunt, vnde & immunes dicuntur, qui nullum gerunt officium. Municipales autem originales ciues, & in loco officium gerentes.

Decuriones.

Decuriones dicti sunt, eo quod sint de ordine Curiæ: Officium enim curiæ administrant. *Principales* dicti sunt, eo quod primi sint, vel quod præsint Magistratus.

Magistratus

Magistratus vero, quod sint maiores reliquis officijs. *Duumuirales*, quasi duo viri ad vnum officium deputati. *Tabellio* vocatus, eo quod sit portitor tabellarum: idem exceptor: idem & Scriba publicus: quia ea tantum quæ gestis publicantur, scribit.

Publicani.

Publicani appellantur conductores Vectigalium Fisci, vel rerum publicarum, siue qui Vectigalia publica exigunt, vel qui per publica negotia sęculi lucra sectantur: vnde & cognominati sunt.

Villicus.

Villicus propriè Villæ gubernator est. Interdum autem Villicus, non gubernationem Villæ, sed dispensationem vniuersæ domus, Tullio interpretante, significat: quod est vniuersarum possessionum & villarum dispensatorem.

Actores.

Actores, idem & Curatores, ab agendo & curando vocati. Procuratores vocati, eo quod vice Curatorum, id est Actorum fungantur, quasi Curatores.

Ex summa Azonis. Vicarij dicuntur qui infra certum tempus eligebantur, quod etiam ordinarijs erat præfixum, vt ipsi vices ordinariorum præsentium atque viuentium supplerent.

Vicarij.

Suffecti.

Suffecti vero, qui decedentium, siue mortuorum & absentium vices gerebant. huiusmodi Suffecti omnia poterant agere quæ pertinent ad iurisdictionem rectoris prouinciæ, præter vltimum supplicium, & membri abcisionem.

Cancellarij.

Cancellarij dicebantur, qui petitiones atque supplicationes in curiam introducebãt, quia cancellis & ostijs præerant. Dicitur enim Cancellus ostium fenestratum in modum crucis, per quod patebat aditus, & accessus. Vel dicuntur Cancellarij, quia dicta sibi ab Assessoribus scribebant, & cancellabant, id est ad modum crucis dicta, penna delebant.

De Ducibus & Militibus.

Cap. XII.

Tribuni militum.

Isidorvs Dux dictus est ex eo quod sit ductor exercitus. *Tribuni militum* primum à Cæsare instituti sunt, qui plebes in Vrbe haberent, vt neque pars populi sine auxilio esset; sic dicti, eo quod militibus siue Plebibus iura tribuant.

Chiliarchi.

Chiliarchi sunt qui mille præsunt, quos nos Millenarios nuncupamus, & est Græcum nomen.

Centuriones.

Centuriones dicti sunt, eo quod centum præsunt militibus, sicut quinquagenarij, qui in capite sunt quinquaginta militum; sicut Decani, ab eo quod decem militibus præferuntur.

Miles.

Miles dictus est, quia mille erant antea in numero vno, vel quia vnus est ex mille electus. Miles autem ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius, qui per ordinem militat, nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim Gregarius, id est humilis militiæ. Extraordinarius vero, qui ob virtutem promouetur ex ordine.

Emeriti.

Emeriti dicuntur Veterani, solutiqúe militia, qui iam in vsu prælij non sunt; quia mereri militare dicitur, à stipendijs scilicet quæ merentur: Ijdem & veterani, quia post multos militiæ labores, quietis suffragium consequuntur. Equestres milites dicti sunt, eo quod equo sedeant. Item dicitur, Militat ille in equestri ordine.

Tyrones.

Tyrones dicuntur fortes pueri qui ad militiam deleguntur, atque armis gerendis habiles existunt; quique antequam Sacramento probati sint, milites non sunt. Romanæ autem militiæ mos fuit, puberes primos exercere armis. Nam sextodecimo anno Tyrones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebantur.

Desertores.

Desertores vocati sunt, eo quod desertis militaribus officijs euagantur. Hi in alios numeros militiæ nomen dare prohibentur; sed si non magni temporis culpam contraxerint, cæsi numeris suis restituuntur. Sed & qui deserunt exercitum, ad hostes transeuntes, desertores vocantur.

Conscripti.

Conscripti milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur, ab eo qui eos ducturus est: sicut transcripti vocantur, cum de alia in aliam legionem transeunt.

Excubitores dicuntur, pro eo quod excubias semper agunt. Sunt enim ex numero militum, & in porticibus excubant, propter regalem custodiam. Excubiæ autem diurnæ sunt, vigiliæ nocturnæ, vnde & vigiles.

Velites.

Velites erant apud Romanos genus militiæ, à volitando vocati. Lecti enim agilitate iuuenes, cum armis suis post terga equitum considebant, & mox cum ad hostes ventum esset, equis desiliebant, & continuo pedites ipsi, ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerant dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his igitur velitibus, Elephanti quondam Hannibalis, retro cum regi iam à suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto, necabantur.

De Castris.

Cap. XIII.

Castra vnde dicta. CASTRA sunt vbi miles steterit, dicta quasi casta, eo quod illic castraretur libido. Nam nunquam his intererat mulier. *Militia.* *Militia* à militibus dicta est, aut à multis, quasi multitia, quasi negotium multorum, aut à mole rerum quasi molitia. *Legio.* *Legio* sex millium armatorum, est ab electo vocata, quasi lecti, id est armis electi: Propriè autem lingua Macedonum Phalanx, Gallorum Caterua, nostra Legio dicitur. Legio habet sexaginta Centurias, Manipulos triginta, Cohortes duodecim, Turmas ducentas. *Centuria.* *Centurias* dicimus partes exercitus in centenos milites diuisas, vnde & qui his præsunt Centuriones dicuntur. *Subcenturiati* vero sunt, non qui in prima, sed qui in secunda sunt Centuria, quasi sub prima centuria constricti; etiam ipsi & in speculis positi in bello sunt, vt si primi defecerint, isti ipsi quos subesse diximus, laborantibus primis subueniant. Vnde & ad insidiandum ponitur subcenturiatus, quasi armis dolosis instructus.

Manipulus. *Manipulus* ducentorum est militum. Manipuli autem dicti sunt milites, siue quia bellum primo manu incipiebant, siue quod antequam signa essent, manipulos sibi, id est, fasciculos stipulæ vel herbæ alicuius, pro signis faciebant, à quo signo manipulares milites cognominati sunt. *Turma.* *Turma* triginta equites sunt: Romani enim equites in vna tribu trecenti fuerunt. De singulis enim centurijs decem dabantur, & fiebat Turma. *Cohors.* *Cohors* quingentos milites habet.

Tria sunt militiæ genera. Tria sunt militiæ genera, Sacramentum, Euocatio, Coniuratio. *Sacramentum* in quo post electionem iurat vnusquisque miles se non recedere à militia, nisi post completa stipendia, id est militiæ tempora. Et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam vigintiquinque annis tenentur. Euocatio dum ad subitum bellum, non solum miles, sed & cæteri euocantur. Vnde etiam Consul solebat dicere, Qui rempublicam saluam esse vult, me sequatur. *Coniuratio* quæ fit in tumultu, quando vicinum vrbis periculum singulos iurare non patitur, sed repente colligitur multitudo, & tumultuosa in ira conflatur. Hæc & tumultuatio dicitur.

In acie diuersa sunt forma. In acie autem istæ formæ ferè sunt, Exercitus, Classis, Nodus, Cuneus, Alæ, Cornua, Agmen; quæ forma & nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuantur. *Acies* dicta, quod ferro armata sit, & acumine gladiorum. *Exercitus.* *Exercitus*, multitudo ex vno genere, ab exercitatione belli vocata est. *Classis.* *Classes* dictæ sunt propter diuisionem exercitus, qui postea manipuli dicti sunt. Iam postea & classica nauium dicta. *Nodus.* *Nodus* propriè est densa peditum multitudo, sicut Turma equitum. Nodus autem pro difficultate sic dictus est, quod vix possit resolui. *Cuneus.* *Cuneus* est collecta in vnum militum multitudo, quasi coeus, eo quod in vnũ omnes coeant, vel cogantur. *Ala. Cornua.* *Ala* in exercitu triginta equites esse dicuntur, quia tegunt pedites alarum vice. *Cornua* vocata sunt extremitas exercitus, eo quod intorta sit. *Agmen.* *Agmen* dicitur cum exercitus iter facit, ab agendo vocatus, id est eundo, ipsum est enim exercitus ambulans. Nam agmen propriè dicitur quod in longitudine directum est, quale solet esse cum exercitus è portis procedit; quicquid fuerit aliud abusiuè dicitur.

De Mercenarijs, & Colonis, ac Seruis.

Cap. XIIII.

Quid Mercenarij. PRIVATI sunt extranei ab officijs publicis. *Mercenarij* sunt qui seruiunt accepta mercede. Idem & Barones Græco nomine, eo quod sint fortes in laboribus. Bari enim dicitur grauis, quod est & fortis. *Coloni.* *Coloni* sunt cultores aduenæ, dicti à cultura agri: sunt enim aliunde venientes, atq; alienum agrum locatum colentes, ac debentes conditionem genitali solo, propter agriculturam sub dominio possessoris, pro eo quod his locatus est fundus: Coloni autem quatuor modis dicuntur: Nam Coloni aut Romani sunt, aut Coloni Latini, aut Coloni auxiliares, aut Coloni rerum priuati.

Inquilini ab incolis seu aduenis differunt. *Inquilini* vocati sunt, quasi incolentes aliena, non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant. Differt autem inter Inquilinum & Aduenam. Inquilini enim sunt qui emigrant, & non perpetuo permanent. Aduenæ autem vel incolæ aduentitij perhibentur, sed permanentes; & inde incolæ dicuntur, quia iam habitatores sunt, ab incolendo. *Indigenæ.* *Indigenæ* sunt inde geniti, vbi inhabitant. *Peregrini.* *Peregrini* dicti sunt, eo quod ignorantur eorum parentes quibus orti existunt; sunt enim de longinqua regione. *Vrbani.* *Vrbani* vocabantur qui Romæ habitabant, qui vero in cæteris locis Oppidani: nam sola vrbs Roma dicebatur, cæteræ vero oppida. *Famuli. Serui.* *Famuli* sunt ex propria seruorum familia orti. *Serui* autem vocabulnm inde traxerunt, quod hi qui iure belli possent occidi, à victoribus conseruabantur, & serui fiebant, à seruando scilicet serui appellati. *Ancillæ.* *Ancillæ* à sustentaculo vocatæ sunt. *Ancon* enim Græcè, cubitus dicitur: Vnde & Anconem dicimus. *Mancipium.* *Mancipium* est quicquid manu capi subdique potest, vt homò, equus, ouis; hæc enim animalia statim vt nata sunt, mancipium esse putantur; nam & ea quæ in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse, quando capi siue domari cœperint.

De electione Principis.

Cap. XV.

Qualis debeat esse Rex. AVCTOR. Dicto de corpore reipublic. mystico, cuncta videlicet eius membra, à summis vsque ad infima prosequendo, nunc ad caput reipublic. id est ad principem redeundum est. Primoque de ipsius electione agendum. Qualis autem debeat esse, qui in Regem vel Principem assumitur, non solum ex Diuinis, verum etiam ex Philosophorum & Poëtarum scriptis colligitur. Et primum quidem, quod ab omni ambitione, superbia, auaritia, cæterisque vitijs liber & immunis esse teneatur.

Tullius in lib. Paradoxor. Cui enim liberè imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, auaritiam coerceat, cæteras animi labes repellat; tuncque incipiat imperare, cum ipse improbissimis dominis, dedecori ac turpitudini parere desierit.

Nec auarus nec inops est ad magistratum idoneus. *Valerius libro 6.* Scipio Æmilianus, cum duo in Senatu contenderent, vt aduersus Viriachum in Hispaniam mitterentur, ac magna inter Patres conscriptos dissensio esset, omnibus quonam eius sententia inclinaretur expectantibus: Neutrum inquit mihi mitti placet, quoniam alter nihil habet, alteri nihil satis est; æque malam imperij magistram iudicas inopiam & auaritiam, sicque vt neuter mitteretur obtinuit.

Item Pomponius lib. 12. ex varijs lectionibus. Qui indignus est inferiori ordine, indignior est superiori. Ait Prætor, cæcus retinere potest iam cæptum magistratum, sed aspirare non potest ad nouum.

Seneca de benefic. libr. 3. Regnum est nolle regnare cum possis.

Serlo. *Si bene regna regis, dignus es nomine regis.*

Petrus Riga.

Hi quos vexat adhuc tenera lasciuia carnis
Improba, pastores non decet esse gregis.

Horatius in libro sermonum.

Populus quoque stultus honores
Sæpe dant indignis.

Claudianus in maiori.

Iam nunc ad culmina rerum,
Iniustos creuisse queror; tolluntur in altum,
Vt lapsu graniore ruant.

Poëta.

Asperius nihil est humili cum tendit in altum.

Galtherus in Alexandreide lib. 1.

Require de moribus seruorum.

Ganfredus vbi supra.

Si vis bene duci, te certo committe duci.

AVCTOR. Boëtius Platonem dixisse refert. Beatas fore respublicas, si aut eas sapientes regerent, aut earum rectores sapientiæ studerent. *De hac quoque materia require superius in libro de virtutibus & vitijs, capitulo de Ambitione, & etiam capitulo de recusando principatu vel honore; & iterum in lib. sequenti de moribus, capitulo de dignitate.* Idcirco autem maxime probatus esse debet qui in Regem eligitur, quia dum in eminentia regalis fastigij tanquam in specula quadam super alios constituitur, eius vitia si qui sunt, facilius ac citius omnibus innotescunt; qui & eius exemplo corrumpuntur. Quinetiam dum gloria semper inuidiam patitur, laudabilis vita principis, frequenter ab æmulis detractoribus obfuscatur.

Rex debet esse probatæ vitæ.

Nullus superior sine criminatione subsistit.

Sydonius in epist. suis lib. 5. Quis autem non exacerbescat, cum videat sordidari virtutem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem, vocatur abiectus; si erectum, superbus: si minus institutum, propter imperitiam creditur irridendus: si aliquatenus doctum, propter scientiam clamatur inflatus: si seuerum, tanquam crudelis horretur: si indulgentem, facilitate culpatur: si simplicem, despicitur vt brutus: si acrem, vitatur vt callidus: si diligentem, superstitiosus decernitur: si remissum, negligens iudicatur: si solertem, cupidus: si quietum, ignauus: si abstinentem, auarus: si bene pascentem, gulosus.

De institutione morum Principis.

CAP. XVI.

HELINANDVS *vbi supra.* Plutarchus autem qualis debeat esse princeps eleganter descripsit in libello pulcherrimo, qui inscribitur *Institutio Traiani*, Cuius principium hoc est, Plutarchus Traiano salutem dicit. Modestiam tuam noueram non appetere principatum, quem tamen semper morum elegantia merens induisti. Quo quidem tanto dignior iudicaris, quanto à crimine ambitionis videris esse remotior. Tuæ itaque virtuti congratulor, & fortunæ meæ; si tamen rectè gesseris, quem probè meruisti. Alioquin te & me, periculis detrahentium linguis subiectum iri non dubito, cum & ignauia plebis Imperatorem Romanum feriat, & sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in præceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium carpitur linguis; Adolescentium suorum temeritas in Quintilianum refunditur; & Socrates in pupillum suum fuisse clementior criminatur. Tu vero quodvis rectissime geres, si non recesseris à teipso; si primo te composueris: Ad virtutem rectè procedant vniuersa: Politicæ constitutionis maiores tibi exculpsi, cui si obtemperas, Plutarchum viuendi habes authorem. Alioquin præsentem epistolam testem inuoco, quia in perniciem imperij non pergis authore Plutarcho. *Sequuntur autem postea Politicæ constitutionis capitula.*

Eo quis dignior est principatu quo remotior ab ambitione.

AVCTOR. Qualiter etiam electus, in regno constitutus, viuere debeat, in Deuteronomio capite decimoseptim. legitur, vbi & de electione, ac iure Regis agitur, & de forma viuendi præcipitur.

Mores Regis describuntur in Deutero.

Helinandus in chron. suis lib. 11. Eum inquit *constitues Regem, quem Dominus Deus tuus elegerit, de numero fratrum tuorum: Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos,* quorum numerositate sit subditis onerosus. Equos multiplicare, est plures quam necessitas exigat, vanæ gloriæ causa, vel errore alterius congregare. Multo minus igitur licet ei multiplicare Canes, aut Volucres rapaces, aut bestias truces, aut quælibet portenta naturæ. De Histrionibus autem & Mimis, Scurris Lenonibus & Meretricibus, & huiusmodi prodigijs hominũ, quæ princeps potius exterminare quam fouere debet, non erat in lege mentio facienda. *Sequitur. Nec reducet populum in Ægyptum*, id est inferiores non corrumpat exemplo; quia

Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, vt vita regentis:
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Vita regentis magis mouet subditos quam edicta

Sequitur. Nec habebit vxores plurimas, quæ afficiant animam eius. Cum in alijs plures vxores esse vnius licitum fuerit; vt in Abraham, & Iacob, & Isaac, gratia propagandæ prolis, & fidelem populum dilatandi; In regibus perpetuo obtinet, vt vna vnius sit, multo minus igitur licet eum vel adulterari, vel fornicari, vel quælibet stupra committere. Quomodo enim hęc crimina in alijs puniet, eisdem subiectus? *Sequitur. Nec habebit auri & argenti immensa pondera:* Quid hic dicunt, qui domino prohibente, argentum & aurum sibi thesaurizant, quæstum ex calumnia facientes, & quærentes abundantiam singularem de multorum inopia, de rapinis diuitias, beatitudinem de calamitate? *non habebit diuitias, quas nomine possidet alieno, nec sibi priuata erunt fiscalia, quæ publica confitetur:* non autem mirum si regi non licet habere priuata fiscalia, cum nec ipse suus sit, sed subditorum.

AVCTOR. *De hac quoque materia require plenius superius, in tractatu, de moribus principum, vel magnatum.*

De studio eius, vel sapientia.

CAP. XVII.

HELINANDVS. *Postquam autem sederit* inquit *in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine.* Igitur princeps iuris non debet esse ignatus, licet multis priuilegijs gaudeat, nec prætextu militiæ legem Domini permittitur ignorare, sed & princeps Christianissimus legibus suis iudicet, ne dedignentur principes sacros canones imitari. Inutilis enim est omnis constitutio principis, si non est Ecclesiasticæ disciplinæ conformis. *Sequitur. Et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ,* necessaria est ergo principi peritia literarum, cui quotidie legem Domini legere præcipitur. Qua enim die legem non legerit, non ei dies vitæ est ille, sed dies mortis.

Princeps debet se conformare legibus Ecclesiasticis

Hinc est quod in literis quas Rex Romanorum misisse legitur ad Regem Francorum, hortans eum vt liberos suos liberalibus disciplinis institui faceret; Adiecit inter cætera: Rex illiteratus, est quasi Asinus coronatus. Quod si forte illiteratus est, certe literatorum consilijs eum Regi necesse est. Hinc est quod exemplar legis à sacerdotibus Leuiticæ Tribus iubetur assumere, id est catholicis viris & literatis. Plato, vt Boëtius testis est, respublicas fore beatas dixit, si eas aut sapientes regerent, aut earum

Rex illiteratus est quasi asinus coronatus.

rectores

rectores ſapientiæ ſtuderent. Sapientia ipſa dicit: *Per me reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt*, gentiles ſapientiam quaſi Deum Deorum colebant, ſine cuius Dei nutu nihil faciendum credebant, vnde & antiqui philoſophi, imaginem ſapientiæ præ foribus omnium templorum pingi, cum hac ſubſcriptione cenſuerunt: *Vſus me genuit, peperit memoria*, ego odi homines ignaua opera. Eſt autem ſapientia rerum diuinarum & humanarum princeps, & gerendorum omittendorumque ſcientia, huic inſiſtere philoſophari eſt. Ab initio vrbis conditæ nomina ſenum aureis literis ſcripta ſunt: vnde & ipſi patres conſcripti appellati ſunt. Eſt autem ſenectus mentis, ſicut & corporis.

De humilitate eius, ac pietate.

CAP. XVIII.

Cauenda eſt ſuperbia in principe.

SEQVITVR. *Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos.* Quod præcipuè neceſſarium eſt ſæpius replicat. Nunquam enim humilitas ſatis videtur commendata principibus, quia difficillimum eſt vt gradus honoris non pariat tumorem in animo præſidentis. Principes ſicut medici, nunquam vti debent grauibus remedijs, niſi cum leuium beneficio deſiderata ſanitas deſperatur. Vnde Lucius: Principem ſenem moribus eſſe oportet, & qui moderatiora conſilia ſequatur; & vicem gerere medicorum, qui morbos curant, nunc exinanitione in repletis, nunc refectione in vacuis; & dolorem ſedant, nunc cauterio, nunc fomentis. Si enim cytharædi alijque fidicines multa diligentia procurant, quomodo oberrantis chordæ compeſcant vitium, & alijs concordem reddant, quanta ſolicitudine oportet principem moderari, vt ſubditos reddat quaſi vnanimes, & vnius moris habitantes in domo? Certum eſt autem, quod tutius eſt chordas remitti amplius, quam intenſius protendi.

Tutius eſt lenitate quã rigore vti.

Sit piger ad pœnam princeps, ad præmia velox;
Et doleat quotiens cogitur eſſe ferox.

Quorum alterum iuſtitiæ eſt, alterum pietatis. De quibus Salomon. *Miſericordia & veritas non te deſerant. Circunda eas gutturi tuo, & deſcribe eas in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram Deo & hominibus.* Gratia namque debetur miſericordiæ, iuſtitiæ diſciplina. Qui ſine prima eſt, omnibus eſt odibilis, qui ſine ſecunda, omnibus contemptibilis.

Plato, *cum ſubditos* inquit *opprimunt magiſtratus, perinde eſt ac ſi caput corporis intumeſcat, vt à membris, aut omnino, aut ſine ingenti moleſtia, ferri non poſſit.*

Idem inquit. *Cum in ſubditos poteſtas ſæuit, idem eſt ac ſi pupillum tutor perſequatur, vel eum ſuo mucrone iugulet, qui ſibi ad defenſionem ſui gladium dedit.*

Vnde Claudianus. *Sis pius in primis, &c.*

Auctor *vide plura ſupra in lib. de moribus cap. de clementia principis, & de eius moderatione: cap. quoque de noxia libertate; & etiam in lib. præcedenti, cap. de crudelitate.*

Helinandus. Sequitur. *Neque declinet in partem dexteram ſiue in ſiniſtram.* Declinare in dexteram, eſt non Dei gratiæ, ſed ſibi tribuere velle quod rectum eſt. Vel declinare in dexteram, & ſiniſtram, eſt peccare propter eorum felicitatem quæ appetuntur, aut propter eorum infelicitatem quæ fugiuntur. Vel ad dexteram declinare, eſt virtutibus ipſis vehementer inſiſtere, & in virtutis operibus, quæ in modo conſiſtit, excedere modum: Vnde Iul.

Omnis exceſſus etiam in bonis eſt culpabilis.

Inſani ſapiens nomen feret, æquus, iniqui,
Vltra quam ſatis eſt virtutem ſi petat ipſam.

Omnis vehementia ſaluti inimica eſt, & exceſſus omnis in culpa. Bonarumque rerum conſuetudo nimia, peſſima eſt. Vnde Salomon. *Noli eſſe nimis iuſtus.* Quid ergo nimium prodeſt, ſi regina virtutum nimietate ſua obeſt. Nimia quoque humilitas maxima pars ſuperbiæ eſt. Item ad ſiniſtram declinat, qui in ſubditorum culpis puniendis, nimis proteruus eſt ad vindictam. Ad dexteram vero qui manſuetudini nimis indulgent.

De præmio regalis iuſtitiæ.

CAP. XIX.

SEQVITVR. *Vt longo tempore regnet ipſe & filius eius ſuper Iſraël.* De virtute namque parentum ſæpe protenditur ſucceſſio filiorum, & ſuccedentium. Felicitas ex decedentium iniquitate præciditur, iuxta illud. *Iniuſtique diſperibunt, ſimul reliquiæ impiorum interibunt.* Item regnum à gente in gentem transfertur, propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias; & diuerſos dolos. *Iniuſtitia*, vt Stoicis placet, *eſt mentis habitus, qui à regione morum exterminat æquitatem.* Iuſtitia eſt non nocere, & ex humanitatis officio nocentes prohibere. Nocere enim iniuria eſt, nocentes non impedire, iniuſtitia. *Contumelia eſt quando tumorem mentis in læſione alterius manifeſta operis ſequela comitatur. Dolus* (vt à quibuſdam diffinitur) *eſt cum aliud agitur, & aliud ſimulatur:* Malus, quando fit intentione nocendi, & quaſi inſidijs nocet. Dolus igitur, quia ex timore eſt, aduerſatur fortitudini. Contumelia prudentiæ, quæ dicit ſibijpſi. Quid ſuperbis terra & cinis? Iniuſtitiam temperantia non admittit, nolens inferre alij, quod ſibi nollet ab alio irrogari. Iniuſtitiam iuſtitia excludit, faciens alij quod vellet ſibi fieri, bene & honeſtè.

Quid iniuſtitia, contumelia, dolus &c. propter qua regna dicuntur ſæpe transferri.

Quod autem addit *diuerſos dolos* puto ad omnia communiter referendum; non ſolum ad vitiorum diuerſas ſpecies, ſed etiam ad diuerſas perſonas, & ad omnes modos, quibus à quocumque hæc vitia committuntur. Princeps enim tenetur pro omnibus, & omnium auctor videtur eſſe, quia cum omnia poſſit corrigere, eorum merito particeps eſt, quæ noluit emendare. Cum enim poteſtas publica ſit, omnium vires exhaurit; & ne in ſe deficiat, incolumitatem omnium debet procurare membrorum. Sicut autem *potentes potenter tormenta patientur*, ſi à iuſtitia deflexerint: ſic & iuſtitiæ præmijs fruentur, abundantius, ſi recte exercuerint potentatum. Et tantam in futuro præ ſubditis habebunt gloriam, quanta virtute eos in magna delinquendi licentia præceſſerunt. Vnde *potuit*, inquit, *tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, &c.* Ad iuſtitiam namque reputatur principibus, etiam dum temperant ab iniurijs, & facultas delinquendi eſt eis materia meritorum. Declinare à malo in eis magnum eſt, etiam ſi magna bona non faciunt, dum tamen ſubditos indulgentia ſua non perimant.

Princeps pro omnibus debet reſpondere.

Patri ergo ſuccedit filius, ſi patris iuſtitiam imitatur. Charitatis autem ordo minime ſeruatur, cum amorem, qui patriæ, & parentibus præcipue debetur, pater transfundit in filios, & filialis affectus paterni pectoris cellam ſolus exhaurit. At hodie vitia liberorum ſaluti reipublicæ præferuntur: ſed ſalutem populi liberis omnibus oportet anteferri. In libro Regum latenter Saul arguitur, quod in voto ſancto de diurno ieiunio, pepercit Ionathæ, contra religionis votum, cuius priuatione populus corruerat. Et Hely, licet in ſe ſanctus eſſet: quia filijs pepercit, perijt, vt autem de ceteris taceam, quantum rempublicam dilexit Deus pater, qui propter eam *proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.*

Princeps non debet liberos pluſquam remp. diligere.

De reuerentia Dei, & cultu sui.

Cap. XX.

Quatuor principibus inculcanda.

QVATVOR (vt dictum est) principibus inculcare Plutarchus nititur: Reuerentiam Dei, Cultum sui, Disciplinam officialium, & Potestatem affectum & protectionem subditorum. Miro autem modo Deus intelligentiam sui sic infundit, vt subtrahat; sic subtrahit, vt infundat. In multis enim multipliciter lucet. Est autem à maiestate mirabilis, à sapientia venerabilis, amabilis à bonitate. Et hic est funiculus triplex inter creatorem & creaturam, qui facile non rumpitur, scilicet vt timeatur, honoretur, & diligatur. Colitur autem Deus tripliciter, affectu mentis, & exhibitione operis.

Reuerentia duplex mentalis & realis hac versum vel in personis consistit vel in rebus.

Reuerentia quæ corporaliter exhibetur, aut in personis consistit, aut in rebus. In personis, aut à natura, aut ab officio, aut à moribus, aut à conditione, aut à fortuna. Natura, vt parentes, cognati, & affines. Officium, est debitum exequendi quæ vnicuique ex institutis aut moribus agenda sunt; quorum agendorum, alia ad publicum, alia ad suum cuiusque pertinent statum. Nam officiorum quædam publica, quædam priuata dicuntur. Priuata tot sunt quot personæ. Publica, aut à Diuino, aut ab humano Iure descendunt. Publico officio tanta debetur reuerentia, quanta est eminentia cuiuslibet magistratus. Mos est mentis habitus, ex quo singulorum operum assiduitas manat. Hinc virtutes, & vitia æquè complectitur: vnde bonos & malos mores dicimus, moratos siue morigeros à bono, morosos à malo nominamus. Conditio est status personæ fortuitus, qui aut in aduersis, aut in prosperis versatur. In his autem qui diuina iura ministrant, Deus præ cæteris aut honoratur aut spernitur; cum illorum honorem & contemptum, proprium reputet dicens: *Qui vos spernit me spernit, & qui vos recipit me recipit.*

Cultus sui maxime in temperantia consistit.

Reuerentia quæ in rebus consistit, aut in corporalibus est, vt in ædibus, & locis sacris, aut sacrificijs: Aut in spiritualibus, vt super iura quæ sacris rebus competunt, quæ temerare sacrilegium est, morte expiandum. Rerum sacrarum immunitates conuellere, insurgere in Deum est. Cultus sui maxime in temperantia consistit: Marcum Catonem enim eodem vino quo remiges, contemptum fuisse tradunt. Gaius Curius Sabinorum victor, nolens agros suos ex Senatus Consulto ampliari, gregalium portione contentus fuit; malum ciuem dicens esse, cui non satis esset idem quod cæteris ciuibus.

De Officialium disciplina.

Cap. XXI.

SEQVITVR de Potestate, & Officialium disciplina. Nihil iniquo diuitis consiliario perniciosius: vnde in prouerbijs: *Omni custodia serua cor tuum*, quoniam ex ipso vita procedit. Est igitur prouidendum potestati, ne consiliarij eius indigeant, neue aliena immoderatius concupiscant. Nihil est scelestius quam amare pecuniam, non solum in corde, id est in consiliario, sed etiam in ventre & intestinis reipublicæ, id est quæstoribus & commentariensibus hęc ratio seruanda est. In lateribus quoque, id est illis qui semper principi assistunt: nam à conuictu mores formantur, & qui tangit picem inquinabitur ab ea. *Vnaque contacta, liuorem ducit ab vna.*

Curandum est ne consiliarij principis aliique officiales auaritia sintediti.

Ita quidam legati sedis Apostolicæ in prouincijs debacchantur, ac si ad Ecclesiam flagellandã egressus sit Sathan à facie Domini: Receptores personarum, & quasi quidam bonorum mallei. Vnde Iuuenalis.

Omne vitium animi, tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Notantur legati Apostolici & Episcopi.

Episcoporum nomen & officium venerabile esset, si tanta impleretur solicitudine, quanta interdum petitur ambitione: & diligerentur vt patres, timerentur vt Domini, colerentur vt sancti, si exactionibus parcerent; & proijcerent ex animo, quicquid prouenit ex calumnia, nec omnem quæstum pietatem putarent.

De munerum acceptoribus.

Cap. XXII.

IN domibus Prælatorum & Principum, omnia hodie venalia sunt, frustra apud curiales de testimonio conscientiæ, de venustate morum, de torrente eloquentiæ, nisi pretio interueniente cõfidis.

In curia, omnia venalia.

Ipse licet venias musis comitatus Homere:
Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Ego credo me vidisse ostiarios Cerbero duriores apud inferos; cum Cerberus, vt aiunt, vnus est: Sed quot sunt diuerticula curiarum, tot Cerberi: tota familia aut mordet, aut latrat. Vetus prouerbium est: *Vacuæ manus, temeraria petitio est. Importunus precator est, qui dandas res ad verba confidit.*

Apud aduocatos etiam ipsum silentium est venale.

Apud aduocatos quoque, & ipsum silentium venale est. Hoc fortassis à Demosthene acceperunt, qui cum Aristodinum authorem fabularum interrogasset, quantum mercedis vti ageret accepisset, & respondisset Talentum: At ego ait Demosthenes, plus accepi vt tacerem. Causidicorum lingua damnifica est, nisi eam (vt dici solet) funibus argenteis vincas. Nihil autem (vt ait Seneca) venali materia turpius. Iniustum prorsus est materiam vendere, siue iustitiam. In lege vero scriptum est: *Iustè quod iustum est exequeris.* Lege quoque Iulia, repetundarum tenetur, qui cum haberet aliquam potestatem, ob iudicandum, vel non denunciandum, pecuniam acceperit, quo magis aut minus quid ex officio faceret. Itemque omnes cognitores ac iudices à pecunijs & patrocinijs manus abstineant, neque alienum iurgium suam putent prædam.

Munera, tanquã onera & æquitatis corruptiua, fugiẽda sunt.

Plebiscito etiam continetur, ne quis præsidium, munus, donumve caperet, nisi esculentum, poculentumve; & id quidem intra dies proximos prodigatur. Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. De talium muneribus ait epistola Seueri Imperatoris. Vetus prouerbium est: *Nec omnia, nec semper, nec ab omnibus.* Nam valde inhumanum est à nemine accipere, passim vilissimum, per omnia amarissimum. Nunc autem sic omnes post munera currunt, ac si alibi laborum requies, dolorumque solatium non possit inueniri; ac si naufragi de periculo facilius enatent, si prægrandi sarcina onerentur. Quis vlcerosus vnquam spinas congessit, vt super eas mollius quiesceret.

De publicis exactoribus.

Cap. XXIII.

EGREGIE *de talibus ait Lauren. Mediola. episcopus, vbi publicos exactores describit.* Publicanus, inquit, est caput rapinæ, lex violentiæ, prædo sine pudore, medicus exterminij, immanior furibus. Nam fur timens delinquit, hic autem confidenter. Fur laqueos legis timet, hic quicquid fecerit legem vocat. Quis eo iniquior, qui verbis iustitiæ iustitiã damnat, & armis innocentiæ spoliat, vulnerat, occidit innocentes? Lege vtique legem perimit, & dum alios vrget ad legem, exlex est. Publicanorum autem à maximo vsque ad minimũ cœtus, concussioni potius quam iustitiæ vacat, & ita in populum

Descriptio exactoris publici.

debac-

debacchantur, vt quod reliquit vnus, alij non morentur auferre; tanquam ad hoc instituti sint, vt residuum Locustæ comedat Brucus. Officiali Cęsaris nisi in omnibus acquieueris, Cæsari contradices; & quicquid dicit, nisi sit sic, & nisi sic stet, est in personam regis, contraque coronam. Quicquid dixerit ita obtinet, ac si inueniatur in actis. Et cum aliàs moderatione inculpatæ tutelæ vim vi repellere liceat; concutientibus officialibus, spoliantibus, torquentibus, mutire non licet.

Hæc autem omnia in principem redundant; singuli quippe tenentur ad singula, principi vero onera incumbunt vniuersa. Princeps autem legis nexibus dicitur absolutus, non quia iniqua ei liceant, sed quia is esse debet, qui non timore pœnæ, sed amore iustitiæ æquitatem colat. Nam in negotijs publicis nil ei velle licet, nisi quod lex aut æquitas persuadet, aut ratio communis vtilitatis inducit. *Æquitas autem est* (vt iurisperiti asserunt) *rerum eminentia, quæ cuncta cõaequiparat ratione, & in paribus causis paria iura desiderat:* Lex vero eius interpres est. Quicquid autem æquum est, ita demum iustum est, si est voluntarium.

Quo sensu Rex dicitur à legibus solutus.

Quid æquitas

Exemplum.

Petrus commestor in historia Scholastica. Tyberius (vt refert Iosephus) in omnibus negotijs suis morosus erat: vnde cum statueret procuratores in prouincijs, vix aut nunquam mutabat eos. Quod cum sæpius quæsitum esset ab eo, quare scilicet non mutaret procuratores. Respondit se in hoc parcere plebiculæ, scientes enim procuratores se ad modicum habere procurationem, emungunt vsque ad sanguinem, & tanto dominantur grauius, quanto breuius; & qui recentes superueniunt, dissipant quicquid inueniunt. Quod ostendit exemplo cuiusdam vulnerati, qui cum iaceret in via, & non amoueret multitudinem muscarum à vulnere, superueniens alter putauit quod hoc omitteret ex imbecillitate, & abegit muscas quæ operuerant vulnus. Ad quem ille; Male feci sti mihi, quia muscæ quas amouisti iam plenæ erant sanguine, & parcius molestabant me, quæ autem superuenient recentes, acrius pungent me. Sic & procuratores, vel officiales recenter substituti, acrius in subiectos desæuiunt.

Simile.

AVCTOR. *De hac quoque materia require superius in lib. de virtutibus, cap. de crudelitate: cap quoque de malis moribus principum, in libro sequenti.*

De electione militum.

CAP. XXIV.

Helinandus vbi supra. Vidimus de membris cæteris Reipub. nunc de Militibus videamus, qui manus appellantur. Nullus est (vt ait Vegetius Renatus) quem oporteat plura vel meliora scire, quam principem. Christianus princeps milites magis à fide & moribus, quam à viribus debet eligere. Nostri hodie milites sic ad bella, quasi ad nuptias dealbati procedunt. In castris sermo illis est de conuiuijs, in conuiuio de armis. Hæc sunt quæ faciunt militem, tam corporalem quam spiritualem, Electio, & Sacramentum. Longa pax militem incuriosius legit. Cato militem non dicit, nisi eum qui Sacramento ad militiam iam consecratus est: ergo qui non electus, seipsum militiæ ingerit, in se gladium prouocat, quem propria temeritate vsurpat. Vsus autem militiæ ordinatæ est, tueri Ecclesiam, impugnare perfidiam, & sacerdotium venerari, pauperum propulsare iniurias, pacare prouinciam pro fratribus; & vt Sacramenti docet conceptio, fundere sanguinem. Miror autem quomodo princeps illis habet fidem, quos videt Deo suo, cui (vt cætera taceam) Sacramento militiæ alligati sunt, fidem debitam non seruare. Non est quo se vertat impius, quia qui hominem Deo præfert, nequaquam fidem seruabit secundam, qui primam irritam facit.

Duo sunt quæ faciunt militem, electio & Sacramentum.

Denique consecratio militis hæc est: Consuetudo solemnis est, vt ea die qua quis militari cingulo decoratur, Ecclesiam solemniter adeat, gladioque super altare posito & oblato, quasi celebri professione facta, seipsum altaris obsequio deuoueat, & gladij, idest officij sui, iugem Deo spondeat famulatum. Eis ergo pro Ecclesia plurimum, contra Ecclesiam, licet nihil. Aut enim plus, aut non minus in sua professione faciunt, quam episcopi vel Abbates, qui schedulam offerunt. In quibusdam etiam locis moris est militem in crastino consecrandum, totam noctem præcedentem peruigilem in orationibus ducere; & nec iacendi, nec sedendi habere licentiam, nisi forte repentinæ infirmitatis necessitas coegerit: Sed tota nocte stantem orare. primum hominum obsequium Deo debetur, cuius est homo creatione & redemptione: Secundum homini, saluo tamen per omnia dominio Dei, qui ab omnibus hominibus suis, exigit innocentiam. Cum periculo ergo innocentiæ nemo cuiquam debet fidem, nec Abbati monachus, nec patri filius, nec domino seruus, nec marito vxor.

Consecratio militis solemnis.

De regimine eorum.

CAP. XXV.

EST enim principis prouidere in primis, ne miles suam perdat innocentiam pro defensione Reipublicæ, sine qua Respu. salua esse non potest: solus enim ille princeps bonus est, & iudex incorruptus; cuius sententia ex contemplatione assidua, imago est æquitatis. Est enim publicæ æquitatis iudex, & æquitatis seruus, & in ea personam publicam gerit, quod omnium iniurias & damna corrigit, & crimina omnia media æquitate punit; cuius officium est, illis qui minimum possunt, plurimum prodesse, & qui nocere desiderant plurimum aduersari. Vnde & in sacra scriptura Columbæ gladius appellatur, quia sine felle rixatur, sine iracundia ferit, & cum dimicat, amaritudinem nullam recipit. Nam vt ait Cicero Orator egregius, sicut lex persequitur culpas sine odio personarum, ita & princeps debet facere. Pulchrè secundum Stoicos lictor dicitur, quasi legis ictor, quia ad eius spectat officium ferire, quem lex iudicat feriendum Vnde & antiquitus illi, cuius manu iudex innocens innocentem punit, cum reo gladius immineret, dicebatur; Obtempera legis arbitrio, vel legem imple; vt vel sic mansuetudo verborum, puniendi rei tristitiam mitigaret. Cum ergo milites sint manus corporis publicæ potestatis, illius principis manus sanguine plenæ sunt, cuius officiales & milites, vel innocentem sanguinem fundunt, vel innocentes opprimunt. Huius ergo principis oratio nunquam exaudienda est; eleemosyna Deo nunquam acceptanda.

Princeps debet persequi culpas sine odio personarum.

Quod recte militare non sit peccatum.

CAP. XXVI.

GRATIANVS *causa 23. quæst. 1.* Quod militare quidem alienum videatur ab Euangelica disciplina, hinc videtur posse probari; quia omnis militia, vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta. Iniuria autem, vel à propria persona, vel à socio repellitur: quod vtrumque euangelica lege prohibetur. His ita respondetur. Præcepta patientiæ, non tam ostentatione corporis, quam præparatione cordis sunt retinenda. *Vnde Augustinus in sermone de puero Centurionis* Agenda sunt etiam multa cum inuitis quadam benigna asperitate plectendis, quorum potius vtilitati consulendum est, quam voluntati. Ac per hoc, si terrena res ista publica Christiana præcepta custodiat, Etiam ipsa bella sine beneuolentia non gerentur: Sed vt potius ad pietatis iustitiæque societatem, victis facilius consulatur. Nam cui

Bellum gerere est licitũ.

licentia

licentia iniquitatis eripitur, vtilius vincitur: quoniam nihil infelicius felicitate peccantium; quia pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut interior hostis roboratur.

Et paulo post. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius consilium salutis petentibus in Euangelio diceretur, vt abijcerent arma, seque militiæ omnino subtraherent; Dictum est autem eis, Neminem concusseritis, Estote contenti stipendijs vestris; quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit.

Item eiusdem ad Bonifacium. Noli existimare neminem Deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus Dauid, & Centurio qui ait: Non sum dignus vt intres sub tectum meum &c.

De recta intentione, & obedientia militantium.

Cap. XXVII.

Finis belli est pax.

BELLVM enim debet esse necessitatis, vt liberet omnes à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum exerceatur, sed bellum quæritur, vt pax acquiratur. Esto ergo bellãdo pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Itaque hostem pugnantem necessitas deprimat, non voluntas. Sicut autem bellanti & resistenti violentia redditur, ita victo & capto misericordia iam debetur; maximè in quo pacis perturbatio non timetur.

Quæ sunt quæ bellum vitiant.

Item contra Manichæos. Quid culpatur in bello, an quia moriuntur quandoque morituri, vt dominẽtur in pace victuri? hoc reprehendisse timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implicatus atque implicabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia; hæc sunt quæ in bellis iustè culpantur: vnde neque Ioannes ab armis iubet discedere milites; & Christus tributa Cæsari monet reddi, quæ propter bella necessario militi stipendia præbeantur. Ordo autem iste naturalis, mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit. Sed si humana cupiditate bellum geritur, non nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Ergo vir iustus, si forte etiã sub rege homine sacrilego militet, rectè potest illo iubente militare, si vicem pacis ordine seruans, quod ibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est, ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocẽtem autem militem ostendat ordo seruiendi.

Quando non est certum quod bellum sit iniustum licet subdito, iubẽte principe militare

Item eiusdem in lib. de vẽrbis Domini. Militare non est delictum, sed propter prædam militare, peccatum est. Nec Rempub. gerere criminosum est, sed ideo agere Rempu. vt diuitias augeas, videtur esse damnabile. Propterea in quadam prouincia stipendia militibus constituta sunt, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. Igitur quod Cæsar præcipit ferendum est, quod imperat tolerãdum est, sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant. Quicumque stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tamquam cumulator & concussor, Ioannis sententia condemnatur.

Item eiusdem de diuersis Ecclesiæ obseruationibus. Apud veros Dei cultores, & ipsa bella parata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur; vt mali coerceantur, & boni subleuentur.

Quæ summa militiæ laus.

Item 23. quæst. 1. Grego. vniuersis militibus Neapoli. Summa militiæ laus inter alia bona merita hæc est, obedientiam Reipublicæ vtilitatibus exhibere, quicquid sibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare.

De iniusto bello.

Cap. XXVIII.

Quod bellũ iustum.

QVOD autem sit iustum bellum Isidorus Etymo. lib. 18. inquit. *Iustum est bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa.*

Item Aug. in lib. quæstionum. Dominus Deus noster iubebat Iesum Naue, vt constitueret sibi retrorsum insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur, hoc non iniuste fieri ab his qui bellum iustum gerunt. Cum autem iustus bellum susceperit, vtrum aperte pugnet, an ex insidijs nihil interest ad iustitiam. Iusta autem bella solent diffiniri, quæ vlciscuntur iniurias Sic gens vel ciuitas plectenda, vel bello petenda est, quæ vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est, sed & hoc genus belli est sine dubio iustum, quod Deus imperat, qui nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello, ductor exercitus, vel ipse populus, non tam auctor belli, quam minister iudicandus est.

Licet in bello iusto insidijs vti.

Augustin. in lib. quæstionum Numeri. Notandum est sane, quemadmodum iusta bella gerebantur à filijs Israel contra Amorrhæos. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. *Ex summa de casibus.* Nota quod quinque exiguntur ad hoc vt bellum sit iustum, scilicet persona, res, causa, animus, & auctoritas. *Persona,* vt sit sæcularis, cui licitum est fundere sanguinem, non autem ecclesiastica, cui est prohibitum, nisi in necessitate ineuitabili. *Res,* vt sit pro rebus repetendis, vel pro defensione patriæ. *Causa,* si propter necessitatem pugnetur, vt per pugnam pax acquiratur. *Animus,* ne fiat propter odium, vel vltionem, vel propter cupiditatem, sed propter charitatem, iustitiam, & obedientiam. *Auctoritas,* vt sit auctoritate Ecclesiæ (præsertim cum pugnatur pro fide) vel auctoritate principis. Si aliquod istorum defuerit, bellum dicetur iniustum. Videtur tamen casus in quo sine auctoritate principis, vel Ecclesiæ, posset moueri bellum; vt pro rebus repetendis, & defensione patriæ. Nam de iure naturali cuique licitum est vim vi repellere incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ. *De hoc autem require plenius infra libr. vndecim. in tractatu de Homicidio.*

Quinque requiruntur ad iustũ bellum.

Miles habens iustum bellum cõtra alium militem, licite facit suum quicquid capit ab hoste, vel coadiutoribus, siue subditis suis, siue alijs, quousque iuxta conscientiam suam sit sibi satisfactum de omni damno dato, & labore, & opere, tam sui, quam suorum hominum; vel donec ipse hostis offerat ius, vel velit satisfacere ipsi. Subditos autem illos, qui Deum plus quam homines timentes, nolunt suo domino in bello illicito impendere consilium, auxilium, vel fauorem, credo nullatenus spoliandos, vel in aliquo puniendos.

Qui geris iustum bellum licite capis iustam satisfactionem.

De propulsanda iniuria sociorum.

Cap. XXIX.

GRATIA 23. *quæst.* 3. Quod vero iniuria sociorum armis propulsanda non sit, exemplis ac auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum, non patrocinium sibi quæsiuit armorum, cum occulto instructu posset in eum conuertisse manus Iudęorum, sed fugiens in Ægyptum latuit ibi per septennium. Ipsi etiam Iudæi captiui ducti sunt, quia spem suæ liberationis, non in solo Deo, sed etiam in homine posuerunt. *Sed multa* ritè prędicantur, quæ tamen iure non petuntur: bonus enim non ritè iniuriæ vindictam petit, quia malum

Demonstratur licere arma capere ad propulsãdam iniuriã sociorum.

pro malo redderet; non quia iniqua est vilio quã lex A
ſtatuit, ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcendi, magiſq;
ad iudicẽ pertinet hoc inter homines decernere, quã
ad bonum hominem ſibi expetere: hic enim malum
pro malo redderet, iudex vero non: ſed delectatione
iuſtitiæ, iuſtum pro iniuſto, quod eſt bonum pro ma-
lo, quod etiam Deus iudex facit. Item ab aliquo cap
to iniuſte ſua exigunt, pro vita tamen redimenda iu-
ſtè offeruntur. Item ſac a vaſa ab aliquo Barbaro in-
iuſtè exiguntur, pro redemptione captiuorum iuſte
præſtantur. Sic etiam iniuriæ propulſatio, licet iniu-
ſte poſtuletur, iuſte tamen præſtatur, quamquam &
ipſa poſtulatio non vſquequaque iniuſta probetur.
Aliud eſt enim iniuriam propellere, vt ſibi liceat vi-
uere voluptuoſe: aliud vt aliorum vtilitati libere poſ-
ſit vacare. Sicque aliud eſt ſuffragium ab homine, tan- B
quam à miniſtro iuſtitiæ poſtulare, vt mala voluntas
aduerſantium eius miniſterio careat effectu, & bono-
rum voluntas eius ſuffragio ſortiatur effectum: Aliud
ſpem ſuam à Deo in hominem transferre, vt aduerſa
quæ inferuntur à Deo ad vitæ correptionem, huma-
no pellantur auxilio, nulla præcedente correctione.
Petere ergo vel præſtare in tribulatione ſubſidium, vt
voluptuoſe quis in crimine viuat, eſt damnabile. Pe-
tere autem vel præſtare ſolatium, vt mala facultas de-
linquendi adimatur, vt eccleſia pacem adipiſcatur, vt
aliquis multorum vtilitatibus ſeruetur, vtile eſt & ho-
neſtum, diſſimulare vero grauiſſimum. Hinc de Pau-
lo legitur, quod cum quidam Iudęorum iuraſſent ſe
non commeſturos panem, niſi eum interficerent,
petijt milites à prætore, quorum preſidio illæſus ſer- C
uaretur ab iniuria Iudæorum; non ſuæ voluptati, ſed
omnium vtilitati victurus. Hinc etiam eccleſia auxi-
liũ ab Imperatore ad ſui defenſionẽ petere monetur.

Item Amb. in lib. de Off. 1. Fortitudo, quæ bello
tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infir-
mos, vel à latronibus ſocios, iuſtitia plena eſt. *Item
Hierony. ſuper Sophoniam.* Si quis fortitudinem la-
tronis vel piratæ eneruat, & infirmos reddit, prodeſt
illis ſua infirmitas: debilitata enim membra, quibus
prius non bene vtebantur, à malo opere ceſſabunt.

Qui non repellit iniuriã ſi poteſt à ſocio, nõ minus reus eſt quam ille qui facit.

Item Amb. in lib. de Offic. 1. Non in inferenda, ſed in
depellenda iniuria lex virtutis eſt. Qui enim non re-
pellit à ſocio iniuriam ſi poteſt, tam eſt in vitio quam
ille qui facit. *Item Anaſtaſius Papa, & Damaſus.* Poſſe
obuiare & perturbare peruerſos & non facere, nihil D
aliud eſt quam fauere impietati eorum. Nec caret
ſcrupulo ſocietatis eorum occultæ, qui manifeſto fa-
cinori deſinit obuiare. Ecce quod nonnunquam ob-
uiandum eſt peruerſis, & iniuria ſociorum armis pro-
pulſanda eſt, vt & malis adempta facultas delin-
quendi proſit, & bonis optata facultas libere conſu-
lendi eccleſiæ miniſtretur: hoc qui non facit, con-
ſentit.

De Affectu mutuo principis & ſubditorum.

CAP. XXX.

Exempla.

H*Elinandus vbi ſupra.* Vltimum eorum quæ Plu-
tarchus habere iubet principem, eſt amor ſub-
ditorum. *Codrus.* Athenienſium Rex, pro victoria
populi ſui ſeipſum morte tradidit. Nam mutato regis
habitu, ſarmenta colligens, caſtra hoſtium ingreſſus,
à milite quem falce in iurgio percuſſerat, interfectus
eſt. Vnde iſtud poeticum. *Et iurgia codri.* Decios du-
ces Romanorum, ſe pro ſuis exercitibus morti deuo-
uiſſe percelebre eſt.

Iulius Cæſar dicere ſolitus erat, Dux qui non labo
rat vt militibus charus ſit, militem neſcit amare, neſ-
cit humanitatem ducis in exercitu, & aduerſus ho-
ſtes debere eſſe. Idem piſtorem in vincula coniecit,
quia ſibi meliorem panem quam cæteris militibus
in menſa ſuppoſuerat. *Alexander*, militem ſuum
Macedonem ſenio confectum, nimio frigore obſtu-
pefactum, ipſe in ſublimi & propinqua igni ſede ſe-
dens, cum animaduertiſſet, ſtatim deſcendit, & ſuis
manibus, corpus frigore duplicatum, in ſuam ſedem
impoſuit.

Princeps debet ſubditorum affectus obſequijs vincere.

Plato cum vidiſſet Dionyſium tyrannum Siciliæ
corporis ſui circumſeptum cuſtodibus. Quid tantum
malum inquit feciſti; vt à tam multis neceſſe habeas
cuſtodiri? Principem ſic oportet vincere obſequijs
omnium affectus, vt quiſque ſubditus pro eo pericu-
lis imminentibus caput opponat, ſicut vrgente natu-
ra, pro capite cætera ſe ſolent membra opponere.

Vnde Claudianus.

Non ſic excubiæ, non circumſtantia tela,
Vt tutatur amor non extorquebis amari:
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.

Hucuſque dictum ſit de inſtitutione regum & princi-
pum; qualiter ſe habere debeant, vel domi, vel mili-
tiæ; non ſolum ſecundum leges diuinas, ſed etiam
humanas.

De Diſtinctione poteſtatis Principum & Pontificum.

CAP. XXXI.

Poteſtas principũ & pontificũ eſt diſtincta.

EX *decretis Gratiani* 1. *parte diſt.* 10. Cyprianus Iu-
liano Epiſcopo. Mediator Dei & hominum ho-
mo Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs, & dignitatibus
diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, pro-
pria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non
humana ſuperbia rurſus in inferna demergi, vt etiam
Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus
indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tan-
tummodo rerum, Imperialibus legibus vterentur:
quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incur-
ſibus, & Deo militans, minime ſe ſæcularibus nego-
tijs implicaret: & viciſſim non ille rebus diuinis pre-
ſidere videretur, qui eſſet ſæcularibus negotijs impli-
catus.

Hugo. de ſacramentis lib. 2. Eccleſia ſancta, ideſt
vniuerſitas fidelium, corpus Chriſti vocatur, propter
ſpiritum Chriſti, quem accipit; cuius participatio in
nomine deſignatur, quando à Chriſto Chriſtianus
appellatur: Chriſtus quippe vnctus interpretatur, illo
videlicet oleo lætitiæ, quod præ cunctis participibus
ſuis, quaſi caput membris, ſecundum participationem
transfudit, *ſicut vnguentum in capite quod deſcendit &c.*
vt ad totum efflueret, & totum viuificaret.

Duo ſunt ordines inter homines ſcilicet clericorum & laicorum.

Vniuerſitas autem hæc duos ordines complectitur,
laicos & clericos, quaſi duo latera corporis vnius;
quaſi enim ad ſiniſtram ſunt laici, qui vitæ præſentis
neceſſitati inſeruiunt; Clerici vero, quoniam ea quæ
ad ſpiritualem vitam pertinent diſpenſant, quaſi dex-
tra pars. Laicus interpretatur popularis: Græce enim
laos, Latinè dicitur populus. Clericus dicitur à Græ-
co *cleros*, quod latine ſortẽ ſonat, ſiue quod ipſe ſorte
electus ſit à Deo, & ad ſeruitutem Dei, ſiue quod ip-
ſe Deus ſors illius ſit, & quod portionem aliã in terra
habere non debeat clericus, niſi Deum, & ea quæ ad
partem Dei ſpectant. Laicis enim terrena poſſidere
conceditur, clericis vero ſpiritualia tantum commit-
tuntur & conceduntur:

Laici & clerici vnde dicti.

Vita alia terrena, alia cæleſtis.

Duæ quippe vitæ ſũt, vna terrena, alia cæleſtis. Vna
qua corpus viuit ex anima, alia qua anima viuit ex E
Deo. Vita terrena bonis terrenis alitur, ſpiritualis ſpi-
ritualibus. Vt autem in vtraque vita iuſtitia ſeruetur,
& vtilitas proueniat, primum vtrimque diſtributi ſũt,
qui vtriuſque bona ſecundum neceſſitatem, vel ra-
tionem, ſtudio ac labore acquirant; deinde alij qui ea
poteſtate officij commiſſi, ſecundum æquitatem diſ-
penſent. Propterea in vtroque populo, ſecundum
vtramque vitam diſtributo, poteſtates ſunt conſtitu-
tæ, ſæcularis & ſpiritualis; in vtraque diuerſi ſunt gra-
dus & ordines: Terrena poteſtas caput habet regem,
ſpiritualis habet ſummum Pontificem.

Rex eſt caput poteſtatis ſecularis; Papa, ſpiritualis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Praminentia poteſtatis principum.

Cap. XXXII.

Poteſtas ſpiritualis inſtituit & iudicat temporalem.

QVantum autem vita ſpiritualis dignior eſt quam terrena, & ſpiritus quam corpus; tantum ſpiritualis poteſtas terrenã, honore ac dignitate præcedit. Nam ſpiritualis, terrenam & inſtituere habet vt ſit, & iudicare ſi bona non ſit. Ipſa vero à Deo primum inſtituta eſt, & cum deuiat, à ſolo Deo iudicari habet & poteſt, ſicut ſcripũ eſt: *Spiritalis diiudicat omnia*, &c. Nam & in veteri teſtamento primum à Deo ſacerdotium inſtitutum eſt. poſtea vero per ſacerdotium iubẽte Deo, regalis poteſtas ordinata. Vnde & adhuc in Eccleſia Dei, ſacerdotalis dignitas regalem poteſtatem ſacrat. Et Apoſtolus. *Qui benedicit maior eſt. Extra. 5. De Maioritate & obedientia. Clemens Papa.* Omnes principes terræ & cæteros homines, Epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat.

Innocentius 3. illuſtri Conſtantino Imperatori. Mirata eſt imperialis ſublimitas, quòd te auſi fuimus in noſtris literis increpare, huic autem admirationi, non cauſam, ſed occaſionem prębuit, quòd legiſti beatum Petrum ſcripſiſſe: *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ* &c. Quod autem ſequitur, *Regi tanquam præcellenti*; non negamus quin præcellat Imperator in temporalibus, illis dumtaxat qui recipiunt ab eo temporalia; ſed Pontifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tanto tẽporalibus ſunt digniora, quanto anima præfertur corpori. Quod autem ſequitur, *Ad vindictam malorum, laudem vero bonorum*; intelligendum non eſt, quòd Rex vel Imperator ſuper bonos & malos gladij acceperit poteſtatem, ſed in eos ſolummodo, qui vtentes gladio, eius ſunt iuriſdictioni commiſſi. Ad firmamẽtum ergo cœli, hoc eſt vniuerſalis eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, ideſt duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis auctoritas, & regalis poteſtas; ſed illa quæ præeſt diebus, ideſt ſpiritualibus, maior: quę vero carnalibus, minor: vt quanta eſt inter Solem & Lunam, tanta inter pontifices & reges cognoſcatur differentia.

Quanta differentia eſt inter ſolẽ & lunam, tãta eſt inter poteſtatem põtificiam & regiam.

Nõ iniuriosum ſibi reputet regia dignitas ſi Apoſtolico ſe ſubmittat iudicio.

Extra. 2. de Iudicijs. Innocen. 3. Cum Valentinianus inclytus Imperator, ſuffraganeis Mediolanenſis eccleſię dixiſſe legatur: Talem in Pontificali ſede conſtituere procurate, cuius & nos qui gubernamus Imperium, ſinceræ iuridictioni, noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, cum tanquam homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſario velut medicamenta curãtis. Nec illud omittamus, quod Theodoſius Imperator ſtatuit, & Carolus innouauit: Quicunque videlicet litem habens, ſiue petitor fuerit, ſiue reus, ſiue in initio litis, ſiue decurſis temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum iam cœpit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis Antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi pars alia refragetur, ad epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium dirigatur. Cum enim non humanæ conſtitutionis legẽ, ſed diuinæ potius imitamur; quia poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo: Nullus ſanæmentis ignorat, quin ad officium noſtrũ ſpectet, de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianum, & ſi correptionem contempſerit, per diſtrictionem eccleſiæ coercere.

Quod Decreta Pontificum præferenda ſunt legibus Imperatorum.

Cap. XXXIII.

AVCTOR. Sicut ergo poteſtati ſæculari præcellit poteſtas eccleſiaſtica, cum ex poteſtate imperãtium dependeat tenor & obedientia præceptorũ, patet quod & præcepta canonum ſiue decretorum Põtificalium, præferenda ſunt edictis & legibus Imperatorum, vt innuit Gratianus vbi ſupra diſt. 10.

Ex decretis Gratiani in prima parte diſt. 1. Ius naturæ eſt, quod in lege & in Euangelio continetur, quo quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod ſibi nolit fieri. *Diſt. 3.* Eccleſiaſtica inſtitutio canonis nomine cenſetur. *Item in diſt. 10.* Conſtitutiones vero principum, eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed eccleſiaſticis legibus poſtponendæ ſunt. Vbi autem euangelicis atque canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia dignæ habeantur.

Conſtitutiones principũ eccleſiaſticis ſunt poſtponenda.

Helinandus vbi ſupra. Humanę leges eatenus valẽt, quatenus à diuinis non diſcrepant: alioquin falsũ eſt quod in lege ſcriptum eſt, quod placet legis habet vigorem. Nullas leges credunt quidam ciuilibus præferendas, ſed has Anatharſis telis Araneæ compara uit, quæ muſcas & culices detinent, & volatilia grandiora tranſmittunt.

Ex ſũma iuris. Nota quod cõſtitutio à principe lata, ſuper eccleſiaſtico negotio non valet, eo quod à principe lata eſt: niſi forte priuilegiũ fuerit, quod Imperator eccleſię tribuit: hoc enim ipſo iure valet. Super ſæculari vero negotio lata, ſi nõ cõtradicit canoni valet, & ipſam eccleſia tanquam ſuam approbat, & tenet: ac per ea negotia decidit, vbi canõ nil ſtatuit: quæ ſi etiã immutetur à principe, ipſam quoque immutatam habere debet eccleſia, niſi per canonem ſpecialiter fuerit confirmata. Si vero canoni contradicit, tunc etiam in ſæcularibus, & in foro ſæculari valet, niſi legi vel Euangelio contraria fuerit: tunc enim non valet, vt ſunt leges de vſuris loquentes, & de diuortijs. In foro autem eccleſiaſtico canon illi legi contradicens, obſeruari debet, & ſecundum illum iudicari, ſicut eſt ille de præſcriptione 50. annorum.

Conſtitutio principis ſuper negotio eccleſiaſtico nõ valet niſi eccleſia approbet at vero ſuper negotio ſeculari valet in vtroque foro; & in ſeculari; quamuis canon cõtradicat.

De Legibus, & effectu, & qualitate earum.

Cap. XXXIV.

AVCTOR. Dicto de Ciuibus, & Regibus, ſiue Principibus: tertio loco ſecundum ordinem ſupradictum, reſtat dicendum de Legibus. Nam & ipſæ conſenſu ciuium, ideſt maiorum natu, ſanciuntur à principibus, & indicuntur ciuibus.

Ex ſumma Azonis. Lex aliquando ſtricte ponitur, vt pro ſtatuto populi Romani, cum dicitur. *Lex eſt id quod populus, Senatorio magiſtratu interrogante veluti conſule, conſtituebat.* Conſul enim qui Senator erat, populum conſulebat, an ei placeret ita ſtatui, populuſque reſpondebat; ita. Porro quantum ad ſententiam, licet alia verba ſint, eadem eſt diffinitio, qua dicitur, *Lex eſt commune præceptum, delictorum, quæ ſpõte vel ignorantia contrahuntur, coertio, communis Reip. ſponſio.* Quandoque vero large ponitur, pro omni rationabili ſtatuto; vnde & dicitur, *Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria.*

Quid lex & quotuplex.

Iuſtinianus in lib. 1. Inſtitutionum. Imperatoriam maieſtatem, non ſolum armis decoratam, ſed etiã legibus oportet eſſe armatam, vt vtrumque tempus, & bellorum & pacis, recte poſſit gubernari. Quodque principi placuit, legis habeat vigorem. Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, hæ ſunt quæ conſtitutiones appellantur. Ex his quædam perſonales ſunt, vt quod princeps alicui ob meritũ indulſit, vel ſi cui pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non egreditur.

Quod principi placet legis habet vigorem.

Papinianus in lib. Diffinitionum. Lex eſt commune præceptum, virorum prudentium conſultatio, delictorum quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coertio; Reipub. ſponſio communis. *Celſus li. 7. Dig.* Ex his quæ forte vno aliquo caſu accidere poſſunt, iũra non conſtituuntur. *Idem in lib. 6.* Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facile, quam quæ perrarò eueniunt. *Moleſtinus lib. 1. Regularum.* Legis virtus hęc eſt, imperare, vetare, permittere, punire. *Vlpianus lib. 3. ad Sabinum.* Iura non in ſingulas perſonas ſed generaliter conſtituuntur. *Idem li. 16. ad*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

undem. Non ambigitur Senatum ius facere posse.

Omnis lex aut permittit aut prohibet aut punit aut imperat

Isido. vbi supra lib. 6. Omnis autē lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium: aut vetat, vt sacratum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur, eius enim præmio aut pœna, vita moderatur humana. Factæ sūt autem leges, vt earum metu, humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia; & in ipsis improbis, formidato supplicio, refrenetur nocendi facultas. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis

Conditiones legis.

secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis; manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat; nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

De Institutione earum.

CAP. XXXV.

Leges quo pacto condē da, & cuius authoritate.

EX *summa Azo*. Condendæ sunt autem leges ab Imperatore, consilio procerum sacri palatij, ac cætu Senatorum honestissimo, qui erant & dicebantur patres, vel ætate, vel curæ similitudine. Conscripti vero, quoniam eorum nomina Imperator habebat scripta in suo diademate. Delegatur autem lex, primo alicui dictanda, dictata quoque recensetur, idest iterum tractatur, an sit æquum ita censeri; & si tandem omnes consentiant, in sacro consistorio recitabitur, vt per Principem firmetur, eiusque iussu in populos diuulgetur; & valeat post duos menses à tempore insinuationis. Potest etiam condi lex à Præfecto prætorij, si non sit contraria legibus principis, & iterum ab his quibus Imperator mandauerat. Nec obstat quod scriptum est, soli principi licere legem condere; quoniam & Senatus, & Præfectus, & Iurisconsulti condunt, ex principis authoritate.

Lex debet esse aperta & clara.

Qualiter autem condi debeat lex, patet quia clarè & apertè, certeque & indubitanter: Nihil enim adeo proprium est legislatoris, vt claritas. Debet etiam cōdi cum deliberatione illa quam dixi supra. Hic autem

Qua lex dicenda generalis.

loquor de legibus generalibus, non de specialibus, vel priuilegijs, quæ purpurea tantum scriptione leguntur. Scitur autem lex esse generalis, ex hoc ipso quod continetur in corpore iuris, nisi in casu. Aliter autem non est generalis nisi Imperator de causa cognouerit, & inter partes diffinitiue pronunciauerit, vel nisi mittat legem ad Senatum, vel nisi vocet Edictum, vt sæpe dicitur, *Hac edictali lege*: Vel nisi rubeat eam per omnes populos diuulgari, vel in similibus casis idem statui, vel nisi vocet eam generalem. Quando vero condi debeat si quæratur, vtique quando super hoc preces Imperatori porriguntur, vel cum à sua sponte mouetur, vel quando non est per legem diffinitum id quod quæritur. *Paulus lib. 2. Regularum.* Quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur.

Qui legem statuit debet illa vti.

In Extrauagantibus, idest de Constitutionibus Innocen. 3. Quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debet vti, cum & sapientis dicat auctoritas, *Patere legem, quam ipse tuleris.* In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent cum eas instituunt; tamen cum fuerunt institutæ & firmatæ, iudicare de ipsis non licebit, sed secundum ipsas. Leges instituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur. Vnde illud Thelesphori Papæ decretum, quo decreuit vt clerici generaliter à quinquagesima, ieiunādi propositum susciperent, & à carnibus & delicijs abstinerent; quia moribus vtentium approbatum non est, aliter agentes trangressionis reos non arguit. Nisi forte quis dicat, hæc non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta: Decretum vero necessitatem facit, exhortatio autem liberam voluntatem excitat.

Leges confirmantur cum moribus vtentium approbantur.

A

De Primis auctoribus legum.

CAP. XXXVI.

Lex diuina, natura, humana, moribus cōstat, illā Moyses primus tradidit, hanc varij apud varias nationes.

ISidorus *vbi supra lib. 5.* Omnes autem leges, aut sunt diuinæ, aut humanæ. Diuinę, natura; humanę, moribus constant. Ideoque hæ discrepant, quoniam aliæ alijs gentibus placent. Fas lex diuina est: Ius lex humana. Transire per alienum agrum fas est, ius non est. Moyses, genti Hebreæ, primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit. Phoroneus Rex, Græcis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius Trimegistus primus leges Ægyptijs tradidit; Solon Athenienſibus. Licurgus primus Lacedemonijs iura ex Apollinis auctoritate confin-

B

xit, Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, primus leges Romanis edidit. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset, decem viros legibus scribendis decreuit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas, de 12. tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi, Apius, Claudius, Genutius, Veterius, Iulius, Manilius, Sulpitius, Sextius, Curatius, Romelius, Postumius. Hi decem viri legum conscribendarum electi sunt.

Leges autem redigere in libris, primus Consul Pompeius instituere voluit; sed non perseuerauit sobtrectatorum metu. Deinde Cęsar cæpit id facere, ed ante interfectus est. Paulatim autem antiquæ leges vetustate atque incuria exoleuerunt, quarum et-

C

Noua leges à Constantino primum inceperūt; quas Theodosius in codicē ordinate disposuit.

si nullus iam vsus est, notitia tamen necessaria videtur. Nouę leges à Constantino inceperunt Cæsare, & reliquis succedentibus: erantque permixtæ & inordinatæ. Postea Theodosius minor Augustus, ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani, Codicem factum constitutionum, à Constantini temporibus, sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem à suo nomine Theodosianum vocauit.

De iure vniuersali.

CAP. XXXVII.

Quid iustitia.

ISidorus *vbi supra.* Ius, generale nomen est. Lex autem iuris species est: & dicitur ius, quia iustum est.

D

Iustinianus vbi supra. Iustitia est constans ac perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Iurisprudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti & iniusti scientia. Iutis præcepta sunt, honeste viuere, alterum non lædere, sua cuique tribuere. *Ius publicum est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Ius priuatum, quod ad singulorum vtilitatem.* Ius priuatum collectum est, aut ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. *Ius naturale, quod natura omnia animalia docuit.* Hinc descendit maris & fœminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, liberorum procreatio, & educatio.

Quid iurisprudentia. Tria sunt iuris præcepta. Quid ius publicum, & priuatum. Quid ius naturale.

Ius est ars boni & æqui, vnde iustitia interdū sacerdotes appellantur.

Vlpianus lib. 1. Institutionum. Iuris nomen à iustitia descendit. Nam vt eleganter Celsus diffinit. Ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Iustitiam namque colimus: & boni & æqui notitiam profitemur: æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes, veram (ni fallor) philosophiam, non simulatām affectantes.

E

De Speciebus iuris.

CAP. XXXVIII.

PVblicum ius, & sacris in sacerdotibus, & magistratibus cōsistit. Priuatum ius est, quod ad singulorum spectat vtilitatem: quod tripartitum est

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. *Pomponius lib. singulari Enchirid* Ius gentium est, apud Deum religio, vt parentibus & patriæ pareamus. *Florentinus lib. 1. institutionum.* Ius gentium est vt vim atque iniuriam propulsemus: nam iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Et cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

Qua censendo de iure gentium.

Quid ius Prætorium.

Papinianus, lib. 1. diffinitionum. Ius prætorium est, quod prætores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam; quod & honorarium dicitur, ab honore Prætorum sic nominatum. *Marianus lib. 1. Institutionum.* Nam & ipsum ius honorarium, viua vox est iuris ciuilis. *Paulus.* Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit; resolutione facta non ad id quod prætor facit, sed ad id quod prætorem facere conuenit.

Ius gentium vnde dictũ.

Isidorus vbi supra. Ius gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera pacis, inducię, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Et inde ius gentium, quia eo iure omnes fere gentes vtuntur. *Ius militare* est belli inferendi solemnitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel commissio. Item signo dato recessio. Item flagitij militaris disciplina, si locus deseratur. Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, veluti cum corona, vel torques donantur. Item prædæ decisio, & personarum qualitatibus, & laboris, iusta diuisio, ac principis portio.

Ius militare.

De Ortu iuris triplicis.

Cap. XXXIX.

Ius naturale est præcipuũ, quia primũ & immutabile.

Ratianus dist. 5. Naturale ius inter omnia primatum obtinet, & tempore, & dignitate. Cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed immutabile permanet. Sed cum naturale ius in lege & in Euangelio supra dicatur esse comprehensum, quædam autem contraria his quæ in lege statuta sunt, nunc inueniuntur concessa: non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namque præcipiebatur, vt mulier si masculum pareret 40. si vero fœminam 80. diebus à templi cessaret ingressu: nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur.

Dist. 8. paragr. His itaque respondetur. Sunt in lege quędam moralia, vt *Non occides* &c. quædam mystica, vtpote sacrificiorum præcepta, & alia his similia. Moralia mandata ad naturale ius pertinent, & ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mystica vero, quantum ad superficiem, à naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam inueniuntur sibi annexa; ac per hoc, si secundum superficiem videantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur.

Ius consuetudinis vnde ortum.

Ius vero consuetudinis, post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum cœperunt simul habitare; quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cayn ciuitatem legitur ædificasse. *De dist. 8.* Ius autem constitutionis cœpit à iustificationibus, quas dominus tradidit Moysi dicens. *Si emeris seruum Hebræum &c.*

De Differentia eorum, & ordine.

Cap. XL.

Ius naturæ differt à cõsuetudine & cõstitutione.

Dist. 7. Differt autem ius naturæ à consuetudine & constitutione: Nam iure naturæ omnia sunt communia omnibus; quod non solum inter eos seruatum creditur, de quibus legitur. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna &c.* verumetiam ex præcedenti tempore à philosophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iustissimè ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure vero consuetudinis vel constitutionis, hoc meum est, illud vero alterius.

Vnde Augustinus ait super Ioannem. Vnde quisque possidet quod possidet; nonne iure humano? Nam iure diuino, Domini est terra, & plenitudo eius. Iura autem humana iura sunt Imperatorum; quare? quia ipsa iura humana per Imperatores & Reges sæculi, Deus distribuit humano generi: Item tolle iura Imperatoris, & quis audet dicere: Hęc villa mea est, meus est iste seruus, mea est hęc domus? Sed dicitis, Quid nobis & Imperatori? sed vt iam dixi, de iure humano agitur. Apostolus voluit seruiri omnibus regibus, voluit honorari reges, & dixit. *Regem veneremur.* Noli ergo dicere, quid mihi & regi? Quid tibi ergo & possessioni? per iura regum possidentur possessiones, dixisti: Quid mihi & regi? Noli ergo dicere possessiones tuas; quia ipsa iura renunciasti humana, quibus possessiones possidentur.

Quid ius naturæ &c.

Tullius in Rheto. 2. Natura ius est, quod cognitionis aut pietatis causa seruatur; quo iure parentes à liberis coluntur, & e conuerso. *Lege ius est quod proprio iussu sanctum est. Consuetudine ius est, quod sine lege aquè ac si legitimum sit, vsitatum est. Gratianus vbi supra.* Dignitate vero ius naturale similiter prævalet consuetudini & constitutioni. Quæcunque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturali iuri sunt aduersa, vana & irrita sunt habenda.

Nicolaus Papa. Mala consuetudo non minus quam pernicioſa corruptela est abijcienda. Quæ nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs assumitur. Aug. Veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. *Item Grego. Papa. 7.* Cettè vt beati Cypriani vtamur sententia: quælibet consuetudo quantumuis vetusta, quantumuis vulgata, veritati omnino est postponenda; & vsus qui veritati est contrarius, est abolendus. Hoc plane verum est, quia ratio & veritas consuetudini præponenda est; sed si consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Consuetudo debet veritati cedere.

De Iure naturali.

Cap. XLI.

Quid ius naturale.

Isidorus vbi supra. Ius aut naturale est, aut ciuile, aut gentium. *Ius naturale est commune omnium nationum, & quod vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur*; vt viri & fœminæ coniunctio, liberorum susceptio, & educatio, communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur. Item depositæ rei, vel commodatæ pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. Nam hoc, ac si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale & æquum habetur. *Ex decretis Gratiani in prima parte dist. 1. Ius naturæ est, quod in lege, & in Euangelio continetur: quo quisque iubetur alij facere, quod sibi velit fieri. Dist. 2.* Ecclesiastica institutio canonis nomine censetur. *Regula iuris.* Iure naturali æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. *Tull. in 2. de legibus 1. Require supra in lib. de Ethica & iterum sub illo tit. quod nobis innata sunt virtutum semina.*

Alia definitio.

Ex Decretis dist. 12. Ex concilio Toletã. Placuit sãcto cõcilio, vt Metropolitanæ sedis auctoritate coacti vniuscuiusque prouinciæ ciues, rectoresque ecclesiarum, vnum eundemque in psallendo teneant modũ, quem in Metropolitana sede cognouerint institutũ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Officia publica, ideſt Veſperas, Matutinum, vel Miſſam aliter quam in principali eccleſia celebrare non liceat.

AVCTOR. Quia vero dictum eſt ſupra, iuris naturalis eſſe coniunctionem maris & fœminæ, quam natura omnia animalia docuit; ne per hoc videatur, quod liceat alicui carnem ſuam in plures diuidere; *Nota* quod ius naturale quoddam eſt vniuerſaliſſimum; ſcilicet quod eſt in omnibus rebus, ideſt in concordia omnium rerum; & de tali iuſtitia naturali agit Plato in Thimæo; vnum enim elementum non poteſt eſſe ſine alio. Quoddam autem minus vniuerſale, quod ſcilicet natura omnia animalia docuit. Et hoc modo de naturali iure eſt coniunctio maris & fœminę. Quoddam vero ſpeciale, quod ſcilicet naturalis ratio dictat; & tale ius eſt in ſolis vtentibus ratione, vnde de tali iure eſt fidelitas, quam vir debet vxori ſuæ. Eſt itaque de iure naturali ſpeciali, vnicam vnius eſſe, veruntamen cum antiquis patribus diſpenſauit Deus, non quantum ad eſſentiam virtutis præcepti, ſcilicet caſtitatis, ſed quantum ad opus: virtus enim immutabilis eſt, ſed opera variabilia ſunt.

Ius naturale eſſe ſumitur tripliciter.

De Iure poſitiuo.

CAP. XLII.

Quid ius poſitiuum, & à quo.

EX *ſumma iuris*. Conſtitutio eſt ius humanum, quod dicitur poſitiuum, quaſi poſitum ab homine, ſiue compoſitum. Conſtituere poteſt in ſæcularibus Imperator. Poteſt etiam Synodus Metropolitana, vel etiam Epiſcopalis conſtitutionem facere, ſed non generalem; ſimiliter & capitulum. Videtur quoque quòd vniuerſitas conſtituere poſſit, dummodo talis conſtitutio non ſit per quam onus alijs inferatur, & ad conſtituentes non extendatur: tunc enim non valeret. Conſtituendi cauſa eſt malitiæ coertio, vel quæſtionis nouæ iudicialis diffinitio. *Officium* Conſtitutionis vnico verſiculo ſic comprehenditur. *Permittit, punit, imperat, atque vetat*. Præiudicat autem conſtitutio poſterior anteriori, ſi contraria ſit; alioquin poſterior ſecundum priorem intelligitur: & hoc dico ſi ab eodem emanauerit imperante. Si autem à diuerſis, illa præiudicat quę facta eſt ab illo qui eſt maioris auctoritatis.

Quatuor legis officia.

Item nota, quod ex cauſa ſtatuitur aliquando diſpenſatio; & tunc ceſſante cauſa debet ceſſare conſtitutio: quia cum diſpenſatio iuri communi detrahat, non eſt trahenda ad conſequentiam. Vnde dicit regula iuris. *Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi*. Et hoc dico, niſi loco illius ſuccedat alia cauſa. Aliquando vero ius commune ſtatuitur ex cauſa; & tunc aut expreſſum eſt hoc in conſtitutione; & tunc ſi ceſſet cauſa, debet & conſtitutio ceſſare. Aut non, & tunc erit conſtitutio perpetua. *In ſumma* vero nota, quod ius poſitiuum, ideſt conſtitutionem, vel legem ſcriptam, ſiue ius commune, ceſſare faciunt aliquando neceſſitas, vtilitas, pietas, ſcandalum, contraria conſtitutio, contraria quoque conſuetudo.

Diſpenſatio ceſſante cauſa ceſſat, non aute lex, niſi exprimatur.

Quæ faciant ius poſitiuũ ceſſare.

De Iure ciuili.

CAP. XLIII.

Quid ius ciuile.

REgula iuris. Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt, parum eſt quod ſubuerti non poſſit. *Iſidorus vbi ſupra. Ius ciuile eſt quod quiſque populus, vel ciuitas, ſibi proprium, humana diuinaque cauſa conſtituit.*

Iuſtinianus vbi ſupra. Omnes autem populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur: nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocaturque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes populos peræquè cuſtoditur; vocaturque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur.

Ius ciuile.

Ius gẽtium.

Ius ciuile conſtat aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto. Scriptum ius eſt lex, plebiſcita, ſenatuſconſulta, Principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentium. *Lex* eſt quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule conſtituebat. *Plebiſcitum* eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante, veluti Tribunitio conſtituebat. Plebs à populo differt, vt ſpecies à genere. Nam appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur: Plebis autem appellatione, ſine Patritijs & Senatoribus, cæteri ciues ſignificantur. Plebiſcita lege Hortenſia lata, non minus valere quam leges cœperunt. *Senatuſconſultum eſt*, quod Senatus iubet atque conſtituit. Quod etiam principi placuit, legis habet vigorem. *Reſponſa prudentum*, ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat iura condere. Nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent qui iura publicè interpretarentur, quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt, qui Iuriſconſulti appellabantur; à quorum reſponſo iudici recedere non licebat.

Ius ciuile, aliud ſcriptum, aliud non ſcriptũ. Lex quid.

Plebiſcitum quid.

Senatuſconſultum.

Reſpõſa prudentum.

De Ortu iuris ciuilis, Lacedemoniæ ſcilicet & Athenis.

CAP. XLIIII.

IVs ciuile à duabus ciuitatibus emanauit: Athenis, & Lacedemonia. Lacedemonij ea quę pro legibus obſeruabant, memoriæ mandabant. Athenienſes ea quæ in legibus ſcripta erant, cuſtodiebant. *Helinandus in Cronicis ſuis lib.* 13. Regnante Ioas in Iudæa Licurgus Lacedemonijs iura compoſuit.

Iuſtinianus lib. 3. Licurgus legibus ſuis nihil in alios ſanxit, cuius non ipſe exemplum in ſe primus daret. Auri argentique vſum, vt omnium ſcelerum materiam, ſuſtulit fundos omnium æqualiter inter omnes diuiſit, vt æquata patrimonia, neminem potentiorem altero redderent. Conuiuari omnes publicè iuſſit, ne alicuius diuitiæ, vel luxuria, in occulto eſſent. Iuuenibus non amplius vna veſte vti toto anno permiſit, nec quemquam cultius quam alterum progredi, nec epulari opulentius. Emi ſingula, non pecunia, ſed compenſatione mercium iuſſit. Pueros puberes, non in forum, ſed in agrum deduci iuſſit: vt primos annos, non in luxuria, ſed in omni opere & labore agerent. Nil eos ſomni cauſa ſubſternere, & vitam ſine pulmento degere, neque prius in vrbem redire, quam viri facti eſſent, ſtatuit. Virgines ſine dote nubere iuſſit, vt vxores non pecunia eligerentur. Maximum honorem, non diuitum & potentum, ſed ſenum eſſe ſtatuit.

Leges Licurgi.

Hæc & ſimilia quoniam ſolutis antea moribus dura videbantur, authorem earum Appollinem Delphicum finxit, & inde ſe ea detuliſſe. Deinde vt æternitatem ſuis legibus daret, iureiurando obligat ciuitatem nihil eos de eius legibus mutaturos, priuſquam reuerteretur, ſimulans ſe ad oraculum Delphicum proficiſci, conſulturumque quid addendum vel mutandum legibus videretur. Profectus eſt autem Cretam, vbi voluntarium exilium perpetuo egit: morienſque abijci oſſa ſua in mare iuſſit, ne forte Lacedæmonem referrentur, & ſic ſe putarent Lacedemonij ſolutos à iureiurando.

Licurgi dolus ne leges ipſius mutarentur.

Ex Chronicis. Porro regnante Sedechia, Solon Athenienſis, vnus ſcilicet ex ſeptem ſapientibus, Dracci legibus antiquatis, extra eas quę ad ſanguinem pertinebant, noua genti cui præerat iura compoſuit. Ex cuius etiam libris in Latinum tranſlatæ leges, Romæ expoſitę ſunt.

Solon tempore Sedechiæ floruit.

De Ortu & incremento iuris apud Romanos.

Cap. XLV.

Caius lib. 1. Cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt. *Pomponius lib. ſingulari Enchiridij.* Et quidem in initio ciuitatis noſtræ, populus ſine lege certa, ſine iure certo, primum agere inſtituit ; Omniaque manu à regibus gubernabantur. Poſtea aucta ad aliquem modum ciuitate, traditur ipſum Romulum diuiſiſſe populum in 30. partes, quas curias appellauit; quia tunc reipu. curam per ſententias earum partium expediebat; & ita tulit ad populum leges curiatas; Tulerunt & ſequentes reges; quæ omnes conſcriptæ ſunt in lib. 6. Papirij, qui fuit tempore Tarquinij ſuperbi (alias qui fuit illis temporibus quibus ſuperbus Demarati Corinthi filius) qui liber appellatur Ius Papirianum, non quod ipſe Papirius de ſuo quicquam ibi adiecerit, ſed quod leges ſine ordine latas, in vnum compoſuit. Exactis deinde regibus, lege Tribunitia omnes eorum leges exoleuerunt. Iterumque cœpit populus Romanus incerto magis iure, & conſuetudine aliqua vti, quam per legem latam: id prope 20. annis paſſus eſt. Poſtea ne diutius hoc fieret, placuit publica authoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus : Quas in tabulis Eboreis præſcriptas, pro roſtris compoſuerunt, vt poſſent leges apertius percipi. Datum eſt eis ius eo anno in ciuitate ſummum vti leges & corrigerent, & ſi opus eſſet interpretarentur: Nequa prouocatio ab eis, ſicut à cæteris magiſtratibus fieret. Quod & ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe illis primis legibus: ideoque ſequenti anno alias duas eiſdem tabulas adiecerunt, & ita ex accidenti appellatæ ſunt Leges duodecim tabularum. Quarum ſerendarum authorem fuiſſe ex decem viris, Hermodorum quendam Epheſium exulantem in Italia, quidam retulerunt.

Ius Papirianum.

Leges 12. tabularum.

His legibus latis euenit, vt interpretatio deſideraret prudentium authoritatem, neceſſariamque eſſe diſputationem fori. Hæc diſputatio, & hoc ius quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, (vt cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur) ſed communi appellatur nomine, Ius ciuile. Deinde ex his legibus eodem tempore ferè actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſputarent, quas certas & ſolennes eſſe voluerunt, & appellatur hæc pars Legis actiones, ideſt legitimæ actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata ſunt, ſcilicet Leges duodecim tabularum, & ex his fluere cœpit Ius ciuile, ex eiſdem Legis actiones & fere populus annos prope centum hac conſuetudine vſus eſt. Poſtea cum Appius Claudius has legis actiones in formam redegiſſet, Gneus Flauius ſcriba eius libertinus, ſurreptum librum populo tradidit: quod munus adeo gratum fuit populo, vt tribunus plebis fieret, & ſenator, & edilis curulis. Qui liber actiones continens appellatur Ius ciuile Flauianum.

Ius ciuile.

Legis actiones.

Ius ciuile Flauianum.

Primus iuris ciuilis ſcientiam Tyberius Coruncanus publice profeſſus eſt. Fuit autem in primis peritus Papirius publius, qui leges regias in vnum contulit, poſt Appius Claudius, vnus de decem viris, cuius maximum conſilium in duodecim tabulis ſcribendis fuit, poſt hoc Appius eiuſdem generis cognomento Centumanus, qui viam Appiam ſtrauit: & aquam Claudiam induxit: & de Pyrrho in vrbem non recipiendo ſententiam tulit. Publius mutius decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Manilius tres. Poſt hos Quintus Mutius Publij filius, iuris ciuilis ſcientiam primus conſtituit generatim, in libros 18. redigendo. Mutij auditores fuerunt complures. Omnes iuriſconſultorum libri digeſti ſunt ab Aufidio Namuſa in centumſexaginta libros. Seruius reliquit prope 180. libros. Atheius Conſul fuit: Labeo eſſe noluit, cum offerretur ei conſulatus ab Auguſto, quo ſuffectus fieret, & honorem ſuſciperet. Sed plurimũ ſtudijs operam dedit, & totum annum ita diuiſerat vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & ſex mẽſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret: Reliquit 40. volumina. Hi duo primum veluti diuerſas ſectas fecerunt. Nam Atheius Capito in his quæ ei traditæ fuerant perſeuerabat. Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ, plura innouare inſtituit.

Quinam iuriſprudentiã primum profeſſi ſunt.

De Iure Quiritio, ideſt Romano, & partibus eius.

Cap. XLVI.

Iſidorus vbi ſupra. Ius Quiritum eſt proprie Romanorum; quod nulli tenent niſi Quirites, ideſt Romani, tanquam de legitimis hæreditatibus, de curationibus, de tutelis, de vſucapionibus. Conſtat autem ius Quiritum ex legibus, ex plebiſcitis, conſtitutionibus principum, ſiue prudentum reſponſis. *Lex* eſt conſtitutio populi, quando maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. *Scita* ſunt, quæ plebes tantum cõſtituunt. Et vocata ſcita, quod ea plebs ſciat, vel quod ſciſcitatur & rogat vt fiat. *Senatuſconſultum* eſt, quod tantum Senatores populis conſulendo decernunt. *Conſtitutio*, vel edictum, quod Rex vel Imperator cõſtituit, vel edidit. *Reſponſa* ſunt, quæ iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus: vnde & reſponſa Pauli dicta. Fuerũt enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui inſtitutiones ciuilis iuris compoſitas ediderunt, quibus diſſidentium lites contentioneſque ſopirent.

Ius Quiritũ vnde conſtet.

Quid lex, ſcita, &c.

Quædam etiam leges dicuntur ab his qui condiderunt, vt conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ, Papia, Pompeia, Falcidia, Aquilia. Satyra vero lex eſt, quæ de pluribus ſimul rebus eloquitur, dicta à copia rerum, & quaſi à ſaturitate: Vnde & Satyram ſcribere, eſt poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, & Perſij lex nouella Rhodiæ, leges nauales: mercatorum ſunt, ab inſula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vſus fuit.

Quædam leges dicta sũt à conditoribus, vt Iulia Falcidia &c.

De Iure Canonico.

Cap. XLVII.

Gratianus in Decretis, diſt. 2. Eccleſiaſtica vero conſtitutio canonis nomine cenſetur. *Idẽ diſt.* 3. Canon Græcè, Latinè regula nuncupatur. Regula dicta eſt, eo quod recte ducit, nec aliquando aliorſum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte viuendi præbeat, vel quod diſtortum prauumque corrigat. Porro canonum, alij ſunt Decreta pontificum, alij ſtatuta Conciliorum. Conciliorum vero alia ſunt vniuerſalia, alia prouincialia.

Cur conſtitutiones eccleſiaſtica vocentur canones.

Ex diſt. 19. Agatho Papa omnibus Epiſcopis. Sicautem omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce Petri firmatæ. *Item ex Capitulo Caroli Imperatoris.* In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiam, Apoſtolicamque ſedem; vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Et licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum: tamen feramus, & pia deuotione toleremus. *Item Greg.* Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus, quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire decretis.

Quanta canonum authoritas.

Hugo Catalanen. Præceptiones canonũ, ſeu prohibitiones, quæ ab Apoſtolicis viris Romanis Pontificibus, ſeu cæteris orthodoxis patribus traditæ, ad nos vſque venerunt, quam ſalubres, & neceſſariæ

ſint

sint ecclesiæ Dei, & euidēs ostēdit ratio, & grauissima patrū cōprobat auctoritas Ipsis enim tāquam regimine spirituali regimur ac gubernamur. Ipsis canonibus dico, tanquā regulis arctioribus, ab illicitis quibusque & inhonestis coercemur; per ipsos ecclesiasticis docemur intendere disciplinis, & rebus diuinis adhibere diligentiam; secundum ipsos omnes ferè ecclesiarum administrationes dispensantur, & vt verbis Papę Leonis 4. vtar; Ipsi sunt per quos episcopi iudicant; immo per quos episcopi simul & clerici iudicantur. proinde ob multiplicem eorum virtutem seu vtilitatem, ob eruditionem fidei & sacramentorum, quam plenatiè continent; tum etiam propter admonitiones quasdam, ad præceptiones necessarias, ad publicam ecclesiæ bibliothecam apponi meruerunt, & inter authentica scripta cōnumerari, ac spirituali hoc nomine intitulari, *Decreta Pontificum:* Et exhinc tanquam ecclesiasticæ leges vigere cœperunt.

Canon dicitur multipliciter.

Ex summa iuris. Canon quidem dicitur multipliciter: Dicitur enim canon, alicuius negotij, Papa diffiniente, præsentibus Cardinalibus explicatio; & hoc Decretum appellatur. Et dicitur etiam canon alicuius iurisconsultatio, vel per scripturam facta responsio; & hæc Decretalis epistola vocatur. Item Canon dicitur, in concilio generali, super vniuersalis ecclesiæ statu, facta promulgatio; & sic propriè sumitur. Dicitur etiam Canon idem quod pensio, sicut vbi dicitur: *Qui non soluerit canonem per biennium, repellatur à possessione.*

De Ortu eiusdem, & compilationibus Decretorum.

CAP. XLVIII.

EX summa de casibus Decretalium. Dicit canō, quod vetus oriens damno suæ ruinæ irrefragabili dissolutus argumēta satagit inuenire, vt ex propositionibus peccatorum, conclusionem inferat infernalem, & communem vtilitatem procuret penitus dissipare, quam nouus oriens homo Christus Iesus, medicinali humilitate sua, turbine peccatorum primi parentis dissipatam, Adamante sui sanguinis, firmiter solidauit. Ab ista veritate duo veri infernales bellatores fortissimi exierunt, quorum vnus Meum, alter Suum, in suo clipeo deferebant, quæ si secundum Senecam, de medio essent sublata, pax esset in cœlo, & in terra perenniter reformata. Fuit ergo necessarium vt ista dissensio sedaretur. Et propter hoc iudiciorum, iurisque canonici doctrina publica, in medio constituta videtur, ne quis sibi promittere valeat vltionē. Quid autem mouit summum Pontificem ad veterem canonum decisionem, hæc posset euidens ratio assignari; quia nouæ causarum emergentium quæstiones, nouis exigunt decisionibus terminari; vt singulis morbis, competentibus remedijs deputatis, ius suum vnicuique salubriter tribuatur.

Compilatio iuris canonici partim ab Iuone partim ab Isidoro, sed præcipue à Gratiano facta fuit.

Hugo Catalen. Horum autem canonum tanta in immensum creuere volumina, vt vel comparari vix possent, propter sumptum, vel scribi, vel legi propter fastidium. Succedentibus autem Romanis sibiinuicē Pontificibus, tot & tanta appositā sunt, partim ex generalibus eorum Concilijs, partim exemplis eorum, vel cæterorum virorum illustrium, vt omnem memoriam humanā excederent. Quanta ergo putas alijs innumerabilibus addita ex concilijs, quādo huic vni tot inserta sunt, propter tantam ergo librorum immensitatem, quæ vel legi vix poterant, vel teneri memoria, cogitauerunt quidam doctores prudenti intellectu, salubri consilio, prouida cautela, horum omnium luculentam facere abbreuiationem. Ex quibus gloriosæ memoriæ venerabilis Iuo Carnotēsium episcopus, exquisita diligentia, de prætaxatis canonum regulis, quædam capitula ordinauit, & ad numerum 10. librorum laudabili redegit compendio. Sed quoniam & ille liber immensus est, & nondum ad hoc breuiatus, vt recte Enchiridion possit nominari, tentaui ego summatium illius facere, & volumen eius in libellum redigere manualem. Extat etiam apud nos liber Decretorum apostolicorum, quem primus compilauit Isidorus, scilicet epistolas decretales Romanorum Pōtificum: canones quoque conciliorum (quę per successiones temporis, diuersis locis per orbem, ab episcopis catholicis celebrata sunt) in vnum grande volumen compingens. Ex quo, scilicet volumine, siue ex eius partibus, ideſt ex epistolis Pontificalibus, & concilijs simul, & ex catholicorum doctorum opusculis, manifestum est Iuonis & Gratiani decreta fuisse excerpta.

De Compilatione Extrauagantium, & abbreuiatione earum.

CAP. XLIX.

EX summa de casibus Decretalium. Sed cum omnia non possent in corpore Decretorum cōprehendi, post compilationem ipsorum factam per Gratianum, multæ decretales epistolæ à Romana curia emanauerunt, quarum tempore Alexandri, primus fuit B. Papiensis præpositus, & etiā subtilissimus ordinator, quę Prima compilatio appellari solebat. Secundo tempore Cælestini & Vrbani, Ioannes Galensis quandā edidit compilationem, quæ solebat Secunda compilatio, siue secundæ nuncupari. Sed quia quædam decretales reperiebantur in illis: quas Romana curia non approbat. Ideo Innocentius 3. per B. Beneuentanum aliam fecit compilationem, de his quæ à principio suæ promotionis, vsque ad 12. annum, in suo continebantur registro, & quæstiones quas in generali concilio promulgauit, quæ 3. & 4. compilationes appellabantur. Deinde crescente hominum multitudine, & se infinitis quæstionibus, cauillationibusque immiscente, tempore Honorij Papæ facta fuit quædam cōpilatio, quæ quinta seu Honoriana dicebatur.

Prima compilatio Papiensis.

Secunda Galensis.

Tertia & quarta Innocentij per Beneuētanum.

Quinta Honorij.

Verum cum non debeat reprehensibile iudicari, si pro varietate temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, & euidens vtilitas hoc expoſcit; quoniam ipse Deus ex his quæ statuerat in vete. testa. nonnulla mutauit in nouo, aduenientе, nouo homine, ideſt Gregorio, signa & prodigia in medio mundi emittente, & produxit ventos de thesauris suis, hoc est iuris scientiam vento comparabilem, quæ inflatum & tumidum reddit scientem, iuxta illud: *Scientia inflat*, & decretales à prædecessoribus suis compilatas, remouendo superflua, & membranas frustra occupantia decurtauit, iniungens super hoc fratri Raymundo pœnitentiario suo, vt de compilationibus veteribus, constitutiones eliceret meliores, in consonantiam luculentam Et vere in omnibus, tam libris, quam titulis, & etiam capitulis, ista facta est decisio. Nā cum prius essent 5. volumina, in quibus 25. distinctiones habebantur, hodie per Gregorianam prouidentiam ad volumen vnicum sunt redacta, in quo solummodo quinque distinctiones reperiuntur. Decurtauit in titulis, nam cum in veteribus quinquies c. & 20. tituli comprehenderentur, ad nonies 20. hodie sunt redacti. Item in capitulis, sed non multum: Nam cum in antiquis bis mille & 62. essent: ad mille & 900. reducuntur. Quia vero tot compilationes, errorem, tædium, confusionem, & iuuenibus desperationem frequentissime inducebant, propter hoc facta fuit hæc compilatio, quæ sufficit ad canonicarum quęstionum decisionem.

Decretales vltimo perfecit & abbreuiauit Gregorius nonus.

Diuiduntur decretales in quinque partes, & quare.

Diuiditur opus in quinque partes. In prima tractat de officijs clericorū, & præparatorijs iudiciorū. In secunda de iudicijs, & processu iudiciorum. In tertia, de vita & honestate clericorū. In quarta, de matrimonio. In quinta, de criminibus, & pęnis. Quare autem sic ordinentur hæc est ratio. Omne ius quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Ideo

primo tractat de personis, sed quia personæ in iudicio existentes, aliquando causas examinant diffiniendo, interloquendo, componendo; ideo in secundo tractat de iudicijs. Verum cum duplex sit genus hominum, clericorum, scilicet & laicorum, quod duobus modis habet regi, naturali, scilicet iure, & moribus: Vita & honestas clericorum, longe præeminet vitæ laicorum: Ideo pro tertia parte, primo tractat de vita & honestate clericorum. Sed quia in laicis etiam vita & honestas habet attendi, quæ consistit circa sponsalia, & matrimonia; ideo quartus de his intitulatur. Veruntamen cum nec clericus, vel laicus, vitam mundam sine immunditia ducere potest, nec honestam sine dehonestare; propter hoc quintus de vitijs, & eorum pœnis habet tractare. Vnde versus.

Pars prior officia parat, ecclesiaque ministros:
Altera pars testes, & catera indiciorum.
Tertia de rebus, & vita presbyterorum
Dat formam; vitè nubere quarta docet.
Vltima de vitijs, & pœnis tractat eorum.

De Concordantia canonum.

Cap. L.

HVGO. Cum autem in scriptis sanctorum patrũ, vel apostolicorum virorum nostrorum, aliquod capitulum vel canonem reperieris, ab vno quidem secundum rigorem iudicij intensum, ab alio vero secundum indulgentiæ moderationem dispensatum, non statim vt contrarium reprehende, sed scriptorum intentione diligenter intuita, vnam esse scripturæ faciem intellige, quæ de vno charitatis fonte processit. Verbi gratia. Beatus Greg. dicit in canone quẽ scribit Secundino incluso. Lapsi in sacris ordinibus post condignam satisfactionem reuocari possunt, & ad ordinem suum redire. Sed Martinus Papa ab eo decimus, dicit quod semel lapsi post suam ordinationem, **deinceps iam depositi erunt, & nullum gradum sacerdotij poterunt adipisci.** Et putasne hæc sunt contraria? Videtur superficies literæ facere dissonantiam, sed si diligenter attendas, auctorum intentio facit concordiam. Ecce enim canonem illum quẽ alter dispensat & moderatur propter infirmos compassione misericordiæ, alius aggrauat & intendit rigore ecclesiasticæ disciplinæ; nec desperatione veniæ hoc dicitur, ne forte contra claues ecclesiæ disputaretur, quibus ligata soluuntur; sed zelo quodam iustitiæ, & feruore extirpandi vitia: vt hac singulari cautela, metus quidam liberè peccantibus incuteretur. Multa in hunc modum in sacris canonibus reperies, quæ pro necessitate temporum, vel consideratione personarum, vel etiam ætatum, aliquando rigore iudicij intenduntur, aliquando misericordiæ moderatione indulgentur.

Quid faciẽdum vt canones cõcordent.

Quædã præceptiones sũt mobiles quædam immobiles: & primi generis sunt canones.

Scire ergo iam debes, quia sunt quædam præceptiones & prohibitiones mobiles, quædam immobiles. Immobiles sunt quas lex æterna sanxit, quæ obseruatæ salutem conferunt, non obseruatæ eandem auferunt. Qualia sunt: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Et honora patrem tuum; & non occides, non mœchaberis,* & huiusmodi. Mobiles vero sunt, quas lex æterna non sanxit, sed posteriorum diligentia, ratione vtilitatis inuenit, non ad salutem principaliter obtinendam, sed ad eam tutius muniendam; quale est illud Apostoli: *Hereticum hominem post primam & secundam correctionem deuita*: Et qualia sunt quæ proposuimus. Canonum itaque præceptiones vel prohibitiones mobiles sunt, & secundum rigorem ecclesiasticum vel moderationem, quandoque arctantur (vt sæpe dictum est) quandoque dispensantur. Quas siquidem præceptiones vel prohibitiones, cum diligentei intuitus fueris, & quid secundum rigorem, quid secundum moderationem, quid secundum iudicium quid secundum misericordiam dicatur, vigilanter attenderis; nihil in eis iam ambigui vel contrarietatis inuenies.

Canones quidam generales, quidã specsales; quidam secundum præceptum, quidam secundũ consiliũ, &c.

Ex summa iuris canonici. In sũma vero nota, quod canonum quidam sunt generales, scilicet de statu vniuersalis Ecclesiæ; quidam vero speciales. Et hoc multipliciter, scilicet ex tempore, ex loco, ex causa, ex persona. Iterum quidam dati sunt secundum præceptum, quidam secundum consilium; quidam secundum rigorem, quidam secundum misericordiam. Et secundum istas distinctiones possunt solui multæ canonum contrarietates. Item epistola decretalis aliquando est constitutio, scilicet in qua Papa aliquid statuit. Aliquando est consultatio, scilicet in qua de iure respondet; aliquando vero diffinitiõ, quando, scilicet per eam diffinitiua sententia negotium diffinit. Aliquando quoque commissio, quando, scilicet per eam negotium alicui diffiniendum committit.

De Rescriptis.

Cap. LI.

Quid rescriptum, & quando habeat vim legis.

EX *summa Decretalium. Rescriptum dicitur, quod à Papa, vel Imperatore rescribitur ad consultationem, vel ad relationem.* Rescriptum si est secundum ius, vim habet constitutionis: Est enim epistola Decretalis, & habet auctoritatem pro causis diffiniẽdis. Similiter & quando est præter ius. Si vero contra ius, non valet, nisi fiat ex certa scientia rescribentis, & illius iuris, contra quod sic mẽtionem facit. Vnde causa 25. qu. 2. Imperatores Theodosius & Val. *Rescripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari, nisi forte aliquod quod non lædat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.* Itaque rescriptum quod non est cõtra ius, iuxta casum suum indulgendum est, concepta præsumptione, quod ex aliqua causa Papa vel Imperator ita scripserit, nec ad consequentiam trahi voluerit, nisi voluntas eius contraria, vel per aliqua verba in rescripto contenta, vel per alia indicia apparuerit. Tunc enim secundum voluntatem eius tenendum est, etiam contra ius; dummodo tale sit ius, cui per constitutionem Papæ vel Imperatoris derogari possit. Per nouũ enim ius, antiqua abrogantur.

Quibus casibus secũdum rescriptum priori præiudicet.

Præiudicat autem secundum rescriptum priori in certis casibus, scilicet si de eo mentionem faciat. *Item* si primum generale sit, & secundum speciale. Item si quis prius permisit se conueniri per secundas literas, & non obijcit eas in principio litis. Item si is qui primas literas impetrauit, non sit vsus eis per annum: Alias autem regulare est, quod semper valent literæ priores. Si vero dubitetur, quæ literæ sint priores, quæ posteriores; ad arbitrum eatur. Quod si rem arbitri diffinire non possunt, Papa consulatur. Si autem impetretur rescriptum per falsi suggestionem, vel per tacitam veritatem; tunc si talis fuit falsitas, vel veritas, qua non suggesta, vel non suppressa, literæ habitæ non fuissent, non valent: nec debent iudices delegati per eas procedere in causa, nisi tantum quo ad hoc, vt cognoscatur de illo mendacio: alias autem valebunt in forma communi. *Et nota* ergo, quod hæc conditio (Si preces veritate nitantur) in literis subintelligitur, etiamsi non apponatur. Et quando literæ impetrantur, omnia illa narranda sunt Papæ, quibus obmissis literæ non concederentur.

Surreptio quæ est causa sine qua non, rescriptum euertit.

Item in summa nota, quod si quis impetret literas sub hac forma. Conqueror de Titio, & de quibusdam alijs: per hanc generalem clausulam, non poterit multitudinem effrænatam in iudicium vocare, nec maiores personas, quam sint in clausula speciali. Habentur hæc extra, ideſt *de rescriptis, cap. sedes apostolica.* Porro si dubitatio incidat in rescripto, latissima fieri debet interpretatio, potest autem interpretari

rescriptum

Rescriptū est ampliandū.

rescriptum ille cui destinatum est. Sed eius interpretatio tantum inter partes, quarum causa ille committitur, faciet ius; & non inter alias personas. Potest etiã interpretari Papa, vel etiam magister, vel consuetudo; sicut infra capitulo de interpretatione iuris.

De Priuilegijs.

Cap. LII.

Quid priuilegiũ & vnde dictum.

Priuilegium est concessionis beneficium, contra ius cõmune indultum. quod enim de iure competit, non debet priuilegio impetrari, licet ex superabundanti plerumque concedatur; quod quidem ad cautelam fit, vt videlicet plus timeatur; sed priuilegium dici non debet. Dicitur enim priuilegium quasi lex priuata, vel quia priuata à lege communi, vel quia in priuato fertur. In hoc etiam differt à rescripto, quia datur contra ius commune, rescriptum autem (vt dictum est) contra ius commune non valet, nisi fiat ex certa scientia rescribentis, & illius iuris communis contra quod fit, habita mentione.

Differt à rescripto quia datur contra ius.

Priuilegium aliud generale aliud speciale: hoc rursum personale & reale, &c.

Priuilegiorum aliud generale, aliud speciale. Generale quidem, vt illud quod est indultum toti collegio clericorum. Verbi gratia, quod clerici sunt immunes à tutelis; quod ecclesiarum prædia generaliter immunitatem habent. Speciale vero subdiuiditur in personale & reale. Sed & personalium aliud est personæ, aliud personarum. Speciale & reale est, quod specialiter conceditur, & rei, vel domui cohæret, nec cum persona finitur, semper autem reale videtur, nisi contra exprimatur. Speciale & personæ est, quod specialiter personæ conceditur, & cum persona finitur. Speciale vero & personarum, quod ad posteros, vel successores transmittitur. *Item* priuilegiorum aliud est temporale, aliud perpetuum. *Iterum* aliud confert ius nouum, aliud vetus confirmat. *Item* aliud est in lucro captando, sicut in donatione facta ecclesiæ, eius quod vltra quingentos solidos valeat, sine insinuatione; aliud in damno vitando, sicut cum alicui datur ecclesiæ priuilegium, ne contra eam currat præscriptio centum annorum.

Quinã possunt priuilegia concedere.

Priuilegium possunt concedere, qui & communẽ legem condere, Papa scilicet, & Imperator; quilibet enim contra legem à se conditam potest venire. Vnde nec ipsi legibus suis tenentur, Vlpiano dicẽte, *Princeps legibus solutus est.* Episcopus quoque, licet communes leges non possit facere, consuetudo tamen admisit, vt de his quæ pertinent ad suam potestatem, possit aliqua priuilegia dare. Verbi gratia, Potest in decimis monasterium priuilegiare, capellam à iurisdictione ecclesiæ baptismalis eximere, & ecclesiam vnam alijs subijcere, sicut & vnire. Potest tamen dici, quod huiusmodi non sunt priuilegia, sed quædam concessiones.

Inter pugnãtia priuilegia quodnam præferendũ.

Cum autem duo priuilegia inter se repugnant, sed concessa sunt ab imparibus authoritatibus, concessum à maiori, præiudicat alteri. Si autem à paribus, aut ambo generalia, vel ambo specialia sunt; & in vtroque casu, primum posteriori præiudicat, nisi in posteriori mentio de priori fiat; aut vnum generale, & alterum speciale; & tunc speciale generali derogat, siue prius siue posterius impetratum fuerit, nisi specificatio ex generali procedat.

De effectu Priuilegiorum, & excessibus priuilegiatorum.

Cap. LIII.

Effectus priuilegij est, quod is cui competit, eo vtatur perpetuo; nec aliquis etiam summus Pontifex cõtra illud venire debet (nisi aliqua ratione motus, velit priuilegio derogare) tali tamen distinctione. Priuilegium, aut parit actionem, aut tribuit exceptionem. *Si parit* actionem, præscribitur contra eam illo spatio, quo præscriberetur si actio illa de iure competeret. Lex tamen videtur dicere, quod contra priuilegium currit præscriptio decem annorum; sed illud priuilegium de quo loquitur, nec actionem nec exceptionem concessit, immo tãtum ad factum datum est, & ideo tam breui tempore contra illud præscriptum est. Eadem ratio videtur, quod si templarius per decem annos in hac ecclesia, ex quo interdicta est, celebrare diuina negligeret, fierer ei præiudicium. *Si vero* tribuat exceptionem, nullo tẽpore præscribatur contra eam. Quæ enim temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.

Contra priuilegiũ dans actionẽ præscribitur tẽpore ordinario; dãs vero exceptionem, nunquam.

Tria faciunt vt priuilegiũ amittatur.

Tria vero faciunt, vt priuilegium mutetur, vel amittatur; scilicet meritum priuilegiandi, voluntas priuilegiantis, & culpa priuilegiati. Tripliciter autem priuilegiatus circa priuilegium committit, scilicet permissa potestate abutendo, contra priuilegium faciendo, priuilegio quoque tacite vel expresse renunciando. Veruntamen si priuilegium aliquid concedat ecclesiæ Ro. non potest ei renunciari expresse, sed tacitè potest; si scilicet per centum annos negligatur. Si vero non concedat aliquid ecclesiæ Romanæ, potest ei renunciari expresse; ita tamen quod si fuit concessum rei, non personæ renunciantis; personæ tantum, non ecclesiæ, renunciatio noceat. Hoc etiam dico, nisi sit odiosum, vel pænale, vel toti collegio clericorum concessum, cui renunciari expresse potest, non tacite. Excessus itaque priuilegiatorum, ipsius amissione priuilegij, vel mutatione punitur; & etiam quod est per vsurpationem factum, ad ignominiam ipsorum irritatur.

Extra. 5. de priuile. & ex. pri. Innocentius 3 Priuilegium meretur amittere, qui permissa abutitur potestate, *Idem.* Delictum personæ, in damnum ecclesiæ redundare non debet. *Idem.* In beneficijs plenissimá sit interpretatio adhibenda. *Auctor.* Hic nota, quod priuilegij beneficium, quando non in damnum conceditur, largissimè interpretandum est; cum vero in damnum alicuius strictissimè interpretatur.

Priuilegiũ alicui dãnosũ restringendũ est, alias ampliandum.

Gratianus in causa 15. qu. 2. cap. vltimo. Hostilitatis vel paupertatis necessitate, temporales sedes vel mutantur, vel duæ in vnum rediguntur; sicut necessitatẽ patientes, cessante necessitate, beneficijs renunciare coguntur, quæ eis miserationis indulsit intuitus: sic religiosè viuentes, cum à religione cessauerint, priuilegijs exuuntur, quæ religiosa cõuersatio meruit. Priuilegia ergo quæ religiosis domibus conceduntur, vel in eo casu accipienda sunt, in quo eis ita consulitur, quod nulli aliquid derogatur; videlicet vt ex noualibus, quorum decimationes nulli assignatæ fuerant, priuilegiorum auctoritate decimas nulli persoluere cogantur, vel si proprer instantem temporis necessitatem eis consuli non potuerit, nisi alijs derogetur, Ista priuilegiorum auctoritas videtur esse seruanda, vt eorum subueniatur inopiæ, non vt suarum diuitiarum augmento, & possessionum non modica extensione porrecta, baptismales seu parochianæ ecclesiæ penitus destruantur.

Priuilegia religiosis domibus cõcessa, quomode exponenda.

De principijs vtriusque iuris, communibus & propryis.

Cap. LIV.

Quædã sunt communia principia vtriusque iuris vt quæ sũt de iure naturali & gẽtiũ, & fere omnia quæ habentur in regulis iuris & Digestis.

Ex summa iuris. Iurium principia, sunt quædam communia vtriusque iuris, scilicet ciuilis, & canonici; Quædam vero propria singulorum. Illa quidem quæ instinctu quodammodo naturæ cordi hominis sunt innata, Communia sunt vtriusque iuris; vt istud, *omni homini iniuriari nefas est.* Item istud, *Non facias alij, quod tibi non vis fieri*, & similia. Sunt & alia quædam communia vtriusque, quæ etsi non à natura, tamen iure gentium sunt introducta; vt hoc, *iustum est, vnumquodque*

quodque eo genere quo ligatum est, dissolui. Item *qui non facit quod debet, contra ea facere videtur quæ facere debet.* Et ferè omnes regulæ contentæ sub titulo de regulis iuris in Digestis, communia sunt vtriusque iuris. Ferè dico: propter quædam quæ iuri canonico non conueniunt, quod lectori diligenti facile patere potest. Et caue tibi, quod nullum adeo generale principium iure gentium est introductum, quod non patiatur exceptionem in aliquo, pro qualitate temporum, locorum, negotiorum, & etiam personarum quandoque. Item sunt & alia multa principia communia vtriusque iuris, quæ sub titulo de regulis iuris non continẽtur, vt hoc: *Sententiam à non suo iudice latam, nullam esse.* Item: *Quod cum falso procuratore actum est, iudicium nullum esse, adeo quod nec iudicium dici solet.* Item istud: *Licèt cuique à sententia iniqui iudicis appellare;* & multa alia.

Propria principia iuris ciuilis.

Propria sunt iuris ciuilis, *vt quod quisque ob tutelã sui corporis fecerit, vim & iniuriã pulsando, iuris via fecisse videtur.* Hoc. n. iure canonico cuique nõ licet; immo clerici arma portantes excõmunicari debẽt. Et perfectus, si fuerit percussus in maxillam, debet præbere & aliam. Item proprium iuris ciuilis est, *omne ius, & omnem actionem, præscriptione triginta vel quadraginta annorum tolli non habita distinctione, vtrum præscribens bonam fidem, vel malam habeat.* Quod secus est secundum iura canonica; quia *omne quod non est ex fide peccatum est.* Item iure ciuili est hoc principium proprium; *Neminem posse ante diffinitiuam sententiam appellare* quod non est secundum iura canonica, & multa alia.

Propria principia iuris canonici.

Iuris quoque canonici propria sunt; verbi gratia. *Neminem in sacris ordinibus constitutum, matrimoniũ posse contrahere.* Item *omnes committentes symoniam in ordine, irregulares effici, & executionem ordinis non habere.* Item, *nemini licere beneficium quod habet in manu laici resignare.* Item, *nullos infra quartum gradũ cognationis sibi attinentes, posse matrimonialiter copulari. Neminem posse contrahere matrimonium cum ea, cui viuente marito fidem dedit de contrahendo cum ipsa.* Item, *neminem posse ad sacros ordines promoueri qui duarum vxorum, vel vnius corruptæ maritus extiterit: & alia plura.*

De interpretatione iuris Canonici, vel Ciuilis.

Cap. LV.

In lege exponenda, intentio legislatoris est maxime consideranda.

Extra. 5. de verborum significatione. Hylarius. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. *Greg* Plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. *Cælestinus* 3. Non intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire. *Innocentius* 4. Beneficia principum sunt interpretanda largissime. *Gloss. super Mattheum.* Quod non est licitum in lege, necessitas licitum facit: nam & sabbatum custodiri præceptum est: Machabæi tamen in sabbato sine culpa pugnant. Sic & hodie si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur. *Extra. 1. de constitutionibus. Greg. nonus.* Quoniam constitutio Apostolicæ sedis omnes astringit, nihil debet obscurum vel ambiguum continere.

Similia similibus exponenda.

Extra de transactionibus c. Ex parte tua. Honorius 3. *l. sanctæ Praxedis presbytero card.* In his super quibus ius non inuenitur expressum, procedas æquitate seruata, semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas & causas, loca & tempora videris postulare: *Iulianus li. 1. Digest.* Neque vero leges, neque Senatusconsulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit ea quæ plerumque accidunt contineri, *Idem in lib.* 15. Non possunt omnes articuli sigillatim, aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi. Sed cum in aliquo casu sententia eorum manifesta est, debet is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere: atque ita est ius dicere.

Leges benigne interpretanda.

Paulus li. 4. ad ed. Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequẽtiam. *Idem in lib. Digest. de singulari iure.* Ius singulare est, quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem, auctoritate constituentium introductum est. *Celsus lib. 20. Digest.* Scire leges hoc non est verba earũ tenere, sed vim ac potestatem *Idem lib 19 Digest.* Benignius leges interpretandę sunt, quo voluntas earum conseruetur. *Idem libro* 33 In ambigua voce legis, ea potius accipienda est significatio quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit. *Vlpianus lib. 35 ad ed.* Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. *Paulus lib. 4. ad Plautium.* Minime mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt.

Celsus lib. 9. Digest. Inciuile est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere. *Paulus lib. singulari ad legem Anciam.* Contra legem facit, qui facit quod lex prohibet. In fraudem vero legis, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit. *Vlpianus lib. 4. ad ed.* Fraus legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit. *Regula iuris.* Semper in dubijs benigniora præferenda sunt. Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior est. In ambiguis orationibus, maxime sententia spectanda est eius, qui eas protulisset: Vbi repugnantia inter se inueniuntur, neutrum ratum est. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. in re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustius est, quam tutius. In pœnalibus causis benig ius interpretandum est.

Lex quatuor modis interpretãda, scilicet ab authore, à consuetudine, à iudice, & doctore.

Ex summa Azonis. In summa vero nota, quod eorum est propriè leges interpretari, quorum est condere, de quibus superius dictum est. Et hæc interpretatio generalis est, & in scriptis redigenda. Potest etiam interpretari consuetudo, quæ est optima legum interpres: sed non est scripta, neque necessario in scriptis redigenda, cum & ipsa consuetudo dicatur ius non scriptum. Interpretatur & iudex, in causa sibi commissa, siue de verbis legis dubitetur, qualiter intelligenda sint: siue de casu qui non est in lege cõprehensus. Interpretatio tamen eius generalis non est: quia res inter quosdam iudicata, non præiudicat alijs: & hæc tamen redigenda est in scriptis. Potest etiam interpretari doctor, siue magister legis, sed ista neque generalis, nec in scripto necessario redigenda est: sed eam ex voluntate & vtilitate, ad conseruationem memoriæ scribere potest. Prima igitur est generalis, & necessaria, & scripta. Secunda est generalis, in loco, scilicet in quo obtinet, & necessaria, sed non scripta. Tertia est necessaria, & non generalis, sed scribenda. Quarta vero neque generalis, neque necessaria, neque necessario scribenda.

De solutionibus contrarietatum iuris.

Cap. LVI.

Varij modi concordandi iura contraria.

Ex summa iuris canonici. Ad notitiam vero contrarietatum iuris, nota generales solutiones, quæ diuersis in locis, vel casibus incidere possunt. Aliquando namque duorum canonum, vel decretaliũ, aut etiam legum, quæ sibi repugnare videntur, eo modo contrarietas soluitur, vt dicatur quoniam hæc illa posterior est, & ob hoc ad se trahit illam. Hæc solutio confirmatur per legem. *Digestis, de leg. & se. con. l. non est nouum: & l. sequenti.* Aliquando vero sic, ista loquitur demum lite contestata, illa vero ante litis contestationem. Vel ista loquitur in casu suo, cum scilicet actum est peritorio, illa vero in contrario, cum agitur possessorio. Vel ista corrigit illam, aut reuocat, vel abrogat, vel quod minus

in illa

in illa dicitur, in ista suppletur: Vel ista posterius fuit A edita, licet prior ponatur in compilatione, quoniam ibi melius adaptatur materiæ: Vel illa loquitur de rigore iuris, ista vero de misericordia; & ob hoc est ei præferenda. Vel ideo non est contrarietas, quia Papa vel Imperator hic nõ statuit ius, sed factum narrat. Vel illa loquitur secundum ius antiquum; hæc autem secundum ius modernum: Vel illa dictat consilium, hæc autem præceptum: Vel illa continet ius commune, hæc autem obtinet de consuetudine: Vel continet indulgentiam, aut ius datum, vel commissum speciale: Vel illa intelligitur de comparatiua permissione; hæc autem de communi iure: Vel prima fuit promulgata propter necessitatem; hæc autem cum nulla necessitas esset; & ob hoc cessante causa, & illa cessare debet: Vel illa per importunitatem, & instantiam magnam emanauit; hæc autem cum deliberatione. Vel aliter in illa dissimulat aut tolerat Papa, vel Imperator; in hac autem consistit pura veritas: Vel contrarietas est tantum in superficie literæ, non in medulla sententiæ. Vel in ista quidem supplendum est aliquid in litera, & tunc erit concordantia. Vel aliter: Hæc illi contraria non est, sed secundum illam intelligitur, quia per eam determinatur. Vel forsitan distinguendum est, vt quod aliud est in iudice ordinario cui perpetua est iurisdictio; aliud in delegato, qui postquã demandat sententiã executioni, functus est officio. Vel aliud est in actione personali, vbi sententia debet elapsis quatuor mẽsibus executioni demandari; & aliud in reali, vbi statim, si reus est præsens. Vel aliter, illa lex vel decretalis in desuetudinem abijt, quoniam vsus eam non approbauit. Vel illa loquitur indistinctè, hæc autem cum distinctione. Et licet canon, vel lex indistinctè loquatur, iudex tamen vel aduocatus distinguere debet, & supplere quod omissum est. Vel aliter: Illa loquitur confuse, hæc apertè, & ob hoc standum ei: quia lex & canon debent esse manifesti. Vel hæc & illa loquitur in diuersis casibus, aut materiebus, aut locis, aut temporibus, vel causis: vt illa decretalis quæ dicit parcendum esse delinquenti, propter scandalum vitandum intelligitur. Illa vero quæ dicit contrarium, intelligenda est vbi scandalum non timetur. Vel illa prior intelligitur vbi semel tantum peccauit; hæc autem vbi bis, vel pluries deliquit. Vel aliter; In illa decretali Paua loquitur in foro, vel consilio animæ; in hac in foro iudicij. Vel in illa loquitur magistraliter, hic autem Papaliter. Vel illa spectat ad consuetudinem Ecclesiæ Romanæ, hæc aliarum ecclesiarum. Vt illarum Decretalium, quæ sunt de decimis: Vna specialiter loquitur in Monachis Cistercienſibus, qui priuilegiati sũt in multis; alia vero in cæteris Monachis: Vel illa de decimis prædialibus, ista vero de personalibus. Vel illarum de electionibus: Illa intelligitur quando aliquid de forma electionis omissum est, altera vero quando nihil: Vel illa quando vitium fuit in persona electi, & eligentium; ista vero quando in vno tantum. Vel illa continet errorem; quia cum deberẽt eligere Canonici postulatũr; hęc autem nequaquam. Vel in illis de appellationibus; licet vtraque videatur loqui post appellationem; in prima tamen fuit appellatum ab eo, vel ab illis quorum non intererat, aut ab his qui circa appellationem peccauerunt, vel qui appellationi renunciauerunt; quia non eam infra tẽpus legitimum prosecuti sunt; secus autem in secunda.

In rescriptis contrarijs quid perpendendum.

Item si rescripta videantur contraria, cõsidera quod prius impetratum fuerit: & vtrum in secundo fiat mẽtio de primo: & vtrum vnum speciale sit, alterum generale: vel vtrunque generale. Item vtrum tacita veritate, vel expressa falsitate fuerit impetratum: vtrum impetrato dolo desijt vti infra annum: vtrum pendẽte citatione per primum, vel coram iudice delegato: vtrum lite pendente, & vtrum super re litigiosa. Item quis aduersariorum præuenit alium in citatione; tunc enim obtinet qui præuenit. Item vtrum primus impetrator suppressit rescriptum vsque ad litis contestationem, quia tunc non valet, etiam si de primo mẽtio fiat in secundo. His consideratis facile poterit ad contraria responderi.

De iure non scripto, quod mos est, vel consuetudo.

CAP. LVII.

IVstinianus *vbi supra.* Ex non scripto ius venit, quod vsus comprobauit. Nam diuturni mores, consensu vtentium comprobati, legem imitantur. *Isidorus vbi supra.* Ius legibus & moribus constat. *Lex est constitutio scripta: Mos est vetustate probata consuetudo, sine lex non scripta,* nam lex à legendo vocata, quia scripta est. *Quid mos & consuetudo.* mos autem longa consuetudo de moribus tracta. *Cõsuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex* Nec differt, scriptura, an ratione constat, quando & legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne quod ratione constiterit dumtaxat, quod religioni congruat, quod disciplinæ cõueniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est vsu.

Ex Decretis dist. 12. *& institutionum li.* 1. *tit.* 2. Diuturni mores, nisi legi sint aduersi, consensu vtentium approbati, legem imitantur. *Augustinus ad Ianuarium.* Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendũ; & pro eorum inter quos viuitur societate, seruandũ est. Mater mea Mediolanum me secuta, inuenit ecclesiã sabbato non ieiunantem; cæperat fluctuare quid ageret, tunc ego consului de hac re, beatæ memoriæ Ambrosium episcopum. At ille ait: Cum Romã venio, sabbato ieiuno; cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic & tu ad quã forte ecclesiã veneris, eius morem serua, si cuiquam nõ vis esse scandalum, nec quemquam tibi. *Auctor. De consuetudine quoque & vsu, proprium habes capitulum superius, in libro de moribus.* *Cõsuetudo in ratione fundata habet vim legis.*

De consuetudine bona seruanda, & mala abolenda.

CAP. LVIII.

EXtra. 1. *de consuetudine. Innoc.* 3. *c. ad audientiam.* Consuetudo quidem, quæ canonicis obuiat institutis, nullam obtineat firmitatem; cum sententia lata à non suo iudice nullam obtineat firmitatem. Consuetudo approbata optima est legum interpres. *Gregor.* 9. Cum tanto sint grauiora peccata, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam; Nemo sanæ mentis intelligit, naturali iuri (cuius transgressio periculum salutis inducit) quacunque consuetudine (quæ dicenda est in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogati, licet etiam longeuæ consuetudinis non sit vilis auctoritas; non tamen est vsque adeo valitura, vt iuri positiuo valeat præiudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitime sit prescripta. *Extra.* 5. *de regu. iur. Gregor.* 9 Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate sustineri. *Regula iuris.* Quæ ab initio fuit inutilis constitutio, temporis ex tractu conualescere non potest. *Consuetudo contra legem nullam obtinet firmitatẽ, nisi sit rationabilis, & legitimè præscripta.*

Ex summa iuris canonici. In summa vero nota, quod consuetudo quædam est generalis, vt otare cõtra orientem apud omnes catholicos: Quædam vero specialis, vt illa quæ est in aliquo municipio. Itẽ quædam est inhonesta; & hæc nullatenus est seruanda, quia corruptela est: Quædam autem honesta; & hæc aut est secundum ius (& hæc inuiolabiliter obseruanda est in loco suo) aut præter ius; & hanc similiter obseruari oportet; quia vt ait Augustinus. *Turpis est omnis pars, vniuerso suo non congruens*; Aut est contra ius; & tunc aut ille qui potest iuri derogare, *Quando cõsuetudo seruãda est, & quando non.*

scit

scit hoc, aut nescit. Si scit aut eam tolerat, quia scilicet non contradicit expresse cum possit, & tunc seruanda est, & legi in loco suo derogat. Si nescit, aut verisimile est, quod si sciret toleraret eam; & tunc prudentium arbitrio seruanda est, & legi in loco suo derogat: Aut verisimile non est, & tunc seruanda nō est: Aut de hoc dubitatur; & tunc seruari non debet: quia quod certius est tenendum est, iuxta illud Augustī. *Tene certum, & dimitte incertum.*

Quot actus consuetudine inducant.

Solet autem dici, quod in criminibus inducit consuetudinem binus actus, id est duæ vices. In alijs autē non sufficiunt tres, vel etiam plures, sed exigitur longitudo temporis, scilicet 10. annorum inter præsentes 20. inter absentes. Vnde de hoc iura diuersimodè loquuntur. Quod autem plures vices sic inducant consuetudinem, patet, quia forsitan ex gratia, vel ex tolerantia sæpius hoc permissum est. Item quia licet pluribus vicibus aliquid iudicatum sit, non ob hoc in posterum ita iudicandum est. Secundum consuetudinem bene iudicatur, acsi secundum legem, quod tamen non fieret nisi iusta, & rationabilis esset: non est enim iudicium, nisi sit iustum.

De vigore Consuetudinis.

Cap. LIX.

Consuetudo legitima legē excludit.

Iustinianus vbi supra. Noua quoque hominum consuetudo aliter vsa quam legibus scriptum est, legem scriptam excludit. *Ex. ff. l. 1. Iulianus.* Leges non solum suffragio legislatoris, sed tacito etiam consensu omnium, per desuetudinem abrogantur. *Vlpianus libro 1. de officio proconsulis.* Diuturna consuetudo pro iure & lege, in his quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet.

Paulus libro 7. ad Sabin. Magnæ auctoritatis habetur hoc ius consuetudinis, quod in tantum probatum est, vt non fuerit necesse scripto comprehendere. *Idem libro 1. quæstionum.* Optima legum interpres est consuetudo. *Celsus li. 23. digest.* Quod non ratione introductum est, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in alijs similibus non obtinet. *Modestinus li. 1.* Regulariter omne ius, aut consensus, fecit, aut necessitas constituit, aut firmauit consuetudo. *Vlpianus libro 1. institutionum, & Iustinianus vbi supra.* Quod principi placuit, legis habet vigorem.

Consuetudo est optima legū interpres.

Ex summa iuris. Dicit canon, quod consuetudo pro lege suscipitur, cum deficit lex. Vbi videtur innuere, quod si lex in promptu sit, non sit standum consuetudini, sed tunc demum ad consuetudinem recurrendum sit, quando lex deficit. *Vnde nota,* quod iudex, maxime delegatus, primo secundum canones iudicare debet, quibus deficientibus, iudicet secundum leges. Dicit enim Lucius: *Sicut enim leges non dedignantur sacros canones imitari: ita & sacrorum statuta canonum, principum constitutionibus adiuuantur.* deficiēte autem omni iure, ad consuetudinem generalem procedat, vel etiam ad particularem ipsius loci, vel prouinciarum vicinarum, si generalis deficiat; licet quidam tunc dicant ad Romanam consuetudinem recurrendum. Deficiēte vero vtroque, scilicet & iure, & cōsuetudine, de similibus est ad similia procedendum. Quandoque tamen consuetudini standum est, etiam contra ius scriptum; verbi gratia in electionibus: Nam persona, quæ alias est ineligibilis, fit eligibilis ratione consuetudinis. Coguntur etiam aliqui ratione consuetudinis eligere de aliena ecclesia. Item fit per solum Abbatem, & in præsentatione similiter ad ecclesiam. Solus etiam episcopus ratione cōsuetudinis, sine consensu fratrum confert stipendia. Prævalet quoque consuetudo iuri, in cognitione causæ matrimonij, in venditione patrimonij, in sacramento Baptismi, in ordinatis extra quatuor tempora, in libertate serui iudicanda, & in alijs quibusdam casibus.

Ordo à iudice tenēdus vt secundū consuetudinem possit iudicare.

Sed ad hoc tamen quòd consuetudo iuri præiudicet, exigūtur ad minus tria, vel etiam plura. *Primum,* est vt præscripta sit, idest longi temporis, sicut iam superius ostensum est, & moribus constituta, id est frequentibus hominum actibus approbata. *Secundū* est, vt contra rationem vel æquitatē non sit, alioquin (vt dictum est) secundum eam iudicari non posset. *Tertium* est, vt animo ius habendi, vel in posterum acquirendi introducta sit (alioquin talis vsus non dicitur vsus) vel quod in iudicio contradicto, siue non contradicto obtenta sit; hoc enim sufficit. *Item* quod res illa præscriptibilis sit, & quòd antiqua & approbata consuetudo dici possit. *Item* quòd de scientia vel conscientia principis introducta sit, & quòd per errorem non sit inducta. *Item* quòd maior vel sanior populi pars, ea vti consueuerit. Sicut enim minor pars populi non posset inducere legem, ita nec consuetudinem. Quidam tamen dicunt, quòd illa consuetudo præiudicat legi, quæ excedit hominum memoriam: Illa enim habetur loco constituti.

Tria ad minus requirūtur vt consuetudo iuri præiudicet.

De Personis publicis sęcularibus & ecclesiasticis.

Cap. LX.

Omne ius vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones.

Iustinianus vbi supra. Omne ius quo nos vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Parum est autem ius nosse, si personæ quarum causa statutum est, ignorentur.

Ex summa iuris. Personarum duplex est diuisio, quia quædam sunt publicæ, quædam priuatæ; quædā ecclesiasticæ, quędam sæculares. Sæcularium publicarum personarum multiplex est diuisio; quia quædam sunt maximæ, vt superilluſtres: quædam magnæ, vt spectabiles: quædam minores, vt clarissimæ: quædam minimæ vt pedaneæ. Maximæ, superilluſtres quasi superilluſtrantes, id est super alios lucentes, vel alios illuminantes, sunt imperator, (& idem credo de Rege in regno suo.) Item consules superilluſtres dicuntur, sed melius illuſtres dici possunt. Maiores personæ illuſtres, sunt præfectus prætorio, præfectus vrbis, magister militum, quæstor sacri palatij, id est Imperialis palatij. Et dicitur sic ad differentiam aliorum quæstorum; quia plures sunt quæstores, scilicet prætor, & alij, qui huius ordinis non existunt. Magni sūt spectabiles, quasi ex dignitate, & honore inspectione digni; vt magistri officiorum, comes rerum priuatarum, & comes orientis, præfectus Aegypti, & duces. Minores sunt præsides prouinciarum, ideſt qui prouincijs prę sunt, sicut potestates. Et hi dicuntur clarissimi, & defensores ciuitatum. Alij sunt minimi, sicut pedanei, ab hoc forte dicti sic, quia vltimum & infimū locum obtinent, sicut pes in corpore. Nam isti omnes magistratus quasi membra sunt, vt lex dicit. Sunt & alij in dictis ordinibus, sed istis exempli gratia sis contentus. *Sunt* & alij, qui communi nomine, scilicet iudices: vel speciali aliquo, ratione officij nominantur: sed quia non ponuntur à iure in ordine prosequi non curamus.

Diuisio personarū publicarum secularium.

Ecclesiasticę vero publicæ personæ sunt dominus Papa, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Decani ecclesiarum cathedralium. In quibusdam ecclesijs Archipresbyteri, Diaconi, Præpositi. In quibusdam ecclesijs Abbates, Priores, & magnates ordinū. *Gratianus. d. 21.* Ministri vero sanctorum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi pontifices. *& infra.* Præsules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata.

Recensentur personæ publicæ ecclesiasticæ.

Anacletus. In nouo testamento per Christum dominum, à Petro sacerdotalis cæpit ordo: quia ipsi primò Pontificatus in Ecclesia Christi datus est: Cæteri vero Apostoli, cum eodem pari consortio, honorem & potestatem acceperunt: ipsumque principem eorum esse voluerunt, ipsis quoque decedentibus, in loco eorum surrexerunt episcopi. Videntę autem

A Petro sacerdotalis ordo in nouo testa. primū cepit exordiū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, ab eis electi sunt 72. discipuli, quorum typum gerunt Presbyteri.

Qualiter ad illas iura pertineant.

CAP. LXI.

Solus Papa in foro eccles. sticopotest iura condere, eaque interpretari.

Ex summa iuris. Viso ergo de personis publicis, nunc qualiter ad eas iura pertineant, non habito respectu ad seipsas, vel eorum priuilegia, quibus quidam sunt in pluribus, quidam in paucioribus honorati; Sed eorum quibus præsunt respectu, breuiter videamus: Tribus itaque modis ad prædictas personas iura spectant, in condendo, interpretando, & vtendo. Dominus enim Papa in foro ecclesiastico solus iura condit & cum dico solus, consilium cardinalium non excludo, nec concilia, quæ quandoque facta sunt, ipsius tamen auctoritate. Eius est & interpretari iura, in eodem foro, si in iure dubitatio oriatur. Aliæ omnes personæ ecclesiasticæ non condunt, sed vtuntur iure condito; reddendo iustitiam his quibus præsunt, aliis verò non Nam extra territorium ius dicend impunè non exercetur. *Item* ius reddunt pro limitato sibi officio, secundum quod diuersimode super hoc iura loquuntur, & de consuetudine obseruantur, nec prosequor officium singulorum, quia de his inferius Deo dante tangetur, vbi de ecclesiasticis officijs agetur.

Imperator in suo imperio & rex in regno iura in foro ciuili cõdere possunt.

Quod autem in Domino Papa dixi, in Imperatore intellige in suo imperio, & in Rege in regno. Alij verò non conduat nec interpretantur, sed solum vtuntur condito iure, sicut de personis ecclesiasticis diximus, pro diuersitatibus singulorum: hoc excepto, quod præfectus prætorio orientis, & præfectus prætorio Illirici, possunt leges condere, dum tamen nõ sint contrariæ generalibus, vel constitutionibus aliorum; quod nullus alius potest, nisi principis auctoritate suffultus: Prætor etiam edicta proponit, iuris ciuilis iuuandi gratia. Et quia de iure ciuili principaliter ad præsens hic agimus, quarundam personarum publicarum sæcularium officia breuiter constringemus.

De quarundam personarum publicarum officijs.

CAP LXII.

Consul.

Ex digest lib. 1. Vlpianus lib. 1. de officio consulis : Officium consulis est consilium præbere. *Aurelius Archadius, Crisius magister liberorum libro singulari.* A præfectis prætorio facultas appellandi interdicta est sententia principali. Credidit enim princeps eos qui ob singularem industriam, explorata eorũ fide & grauitate, ad huius officij magnitudinẽ adhibentur, non aliter iudicaturos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus. *Vlpianus lib. singulari de officio quæstoris.* Opinio est Tullium Hostilium primum in rem publicam induxisse quæstores, & à genere quærendi quæstores initio dictos.

Præfectus prætorio.

Quæstor.

Præfectus vigilum.

Paulus libro singulari de officio præfecti vigilum. Præfectus vigilum appellatur, qui agnoscit de incendiarijs, furibus, raptoribus, effractoribus, receptoribus, nisi si qua tam atrox, & tam famosa persona sit, vt præfecto vrbis remittatur, & quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, qui negligentius ignem habuerunt hos præfectus vigilum, aut castigat fustibus, aut seuera interlocutione comminatus fustium castigationem remittit. Sciendum est autem, præfectum vigilũ per totam noctem vigilare debere, & quoquo errare calciatum cum armis, & dolabris; & omnes inquilinos admonere, vt curam adhibeant, ne aliqua negligentia incẽdij casus oriatur. Et vt aquam vnusquisque inquilinus in cænaculo paratam habeat.

Proconsul.

Vlpianus lib. 1. Obseruare prõcõsulem oportet, ne in hospitijs prębẽdis oneretur prouincia. *Idem in lib. 1. de officio proconsulis.* Antequã fines prouinciæ sibi decretæ proconsul ingrediatur, edictũ debet de aduẽtu suo mittere. *Seuerus & Antonius Imperatores in epist. sic scribunt:* Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus. Vetus Prouerbium est. *Neque omnia, neque semper, neque ab omnibus.* Nam valde inhumanum est à nemine accipere; sed passim, vilissimum; & per omnia, auarissimum. Et quidem in mandatis continetur, ne donum, vel munus ipse proconsul, & qui in aliquo officio erit, accipiat, ematve quid, nisi victus quotidiani causa: sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. i. necessitatem: Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere, plerunque fęminis, vel pupillis; vel alias debilibus, vel his qui suæ mentis non sunt, si quis eos petat; vel si nemo sit qui petat, vltro eis dare debebit. Si quis per potentiam aduersarij nõ inuenire se aduocatum dicat, æquè oportebit ei aduocatum dare. *Vlpianus lib. 20. ad legem Iuliam & Apiam.* Proconsules non amplius quàm sex fascibus vtantur. *Idem lib. 12. ad ed.* Proconsul portam Romę ingressus deponit imperium.

Proconsul nõ debet xenia aut munera capere.

Præses.

Marcus lib. 1. de officio præsidis. Nomen præsidis generale est, eo quod & consules, & legati cęsaris, & omnes prouincias regentes, licet senatores præsides appellantur. *Paulus lib. 13. ad Sab.* In mandatis principum est, vt curet is qui prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgare, nec distinguitur vnde sint. *Vlpianus lib. 1. opinionum.* Illicitas exactiones, & violentias factas, & extortas metu venditiones, vel sine pretij numeratione, prohibeat præses prouincię, & ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiant, neve defensores eorum calumniosis criminibus infectentur innocentes. Illicitas exactiones sub specie tributorum fieri prohibeat: Neque licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocentibus pœnã irrogari sinat: *Idem lib. 3. opinionum.* Præses prouinciæ inspectis ædificijs, dominos eorum, causa cognita, reficere ea cõpellat, & aduersus detractantes competenti remedio deformitati auxiliũ ferat. *Paulus lib. 4. epist.* Non tam spectandũ est, quid Romæ factum est, quàm quid fieri debeat. *Modestinus lib. 5.* Regum Plebiscito continetur. ne quis præsidum munus, donum ve caperet, nisi esculentum, poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur.

Præses, præter esculentum aut poculentum statim consumendũ non accipiat.

De iudicibus ordinarijs.

CAP. LXIH.

Quis censendus iudex ordinarius.

Ex summa iuris. Prædicti autem omnes ordinarij sunt iudices. Et dico ordinarium esse illum, qui eo ipso quod eligitur, & confirmatur à superiore; vel eo ipso quod princeps sibi dat, in aliquo territorio, vel prouincia, dignitatem, vel super collegio primatum, iurisdictionem habet super quibus est constitutus. In qualitate iudicis ordinarij considerantur ista quinque secundum iura: *conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Conditio* quidem, ne seuerus sit. *Sexus*, ne fęmina. *Ætas* autem vt maior sit 20. annis, vel ad minus annorum 18. *Discretio* verò ne sit indiscretus in iudicio. *Fama* quoque, ne sit infamis. Sed licet infamia faciat ne possit ordinarius de iure & merito subditos suos iudicare, sententia tamẽ infamis vel criminosi iudicis tenet; nec propter talia repelli potest ordinariè iudicando, quam diu sustinetur in officio suo, sed delegatus repelli potest. Omnem autem prælatum ecclesiasticum ordinarium esse puto. Archiepiscopus quidem est ordinarius suffraganeorum suorum, sed non subditorum illorum. Officium prælati, vel iudicis est, curam habere subditorum. Eiusque potestas circa tria versatur, sc. circa correctionem, & iudicium, & animaduersionem. Igitur in correctione debet esse beneuolus, in iudicio iustus, in animaduersione misericors. *Isidor. lib. 9.* Iudices dicti sunt quasi ius dicentes populo, siue quod iure disceptent id est iudicent; non est enim iudex; nisi sit in eo iustitia.

Quinque cõditiones iudicis ordinarij.

Sententia iudicis ordinarij infamis, tenet.

Potestas prælati vel iudicis ad tria se extendit.

Gratianus, causa 3. q. 7. Quod autem iudex esse non possit, quem cum reo par aut maior macula inficit, multis auctoritatibus probatur: sicut enim sancta Romana Synodus dixit: *Infamis persona, nec procurator esse potest, nec cognitor.* Item Ambro. super Beati immaculati. *Iudices*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet: ne cum de alio iudicet in se ferat sententiã. Gratianus vbi supra. Sed obijcitur: Saul enim cum à Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat: Multi etiã alij tam in veteri testamento quàm in nouo inueniuntur, quorum vita cum esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio suo (seruata iudiciarij ordinis integritate) processit, inuenitur seruata. Vnde in Euangelio Dominus ait; *Super cathedram Moysi sedebunt Scribę & Pharisæi*, &c. Hinc liquido constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibiipsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis, aliorum vitia corrigere curant: Subditis verò prosunt, si eorum increpatione correcti, vel sententia coerciti, vitam suam in melius commutare dedicerint: ac per hoc dum ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.

Mali iudices quamdiu tolerantur valide iudicant

Item vt supra eadem q. 5. cap. quia suspecti. Nicolaus Papa scribit Michaeli Imperatori. Quod autem suspecti & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis, ex Digest. lib. *Marcellus libro 3. Digest.* Cassius Longinus nõ putat permittendum eundem qui propter turpitudinem senatu motus est, nec restitutus, iudicare, vel testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat. *Ex 3. lib.* Cæcus retinere potest iam cæptum magistratũ, aspirare autem ad nouum penitus prohibetur. *Ex 5. lib. ff. de iudicijs, l. cũ prætorum. § non autem omnes, & 3 q. 7. c. infamis.* Quidam lege prohibentur, ne iudices sint, quidam natura, quidã moribus. Lege, vt qui senatũ motus est. Natura vt surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia nõ habent iudicium. Moribus, fœminæ & serui, non quia iudicio careant, sed quia præceptũ est, vt ciuilibus officijs non fungantur. Qui autẽ possunt esse iudices, nihil interest vtrum in potestate, an sui iuris sint. *Aphricanus lib. 3. quæstionum.* In priuatis negotijs, pater filium, vel filius patrem iudicem habere potest. *Paulus 6. lib. ad Plãtium.* Iudicare publicum munus est.

Suspecti & inimici non debent esse iudices.

Quidam lege quidã natura, quidam moribus prohibentur ne iudices sint.

De Moderatione Iudicis.

CAP. LXIV.

EX *Digest. lib. 1. Calistratus lib. 1. de cognitionibus.* Obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo facilem se præbeat, sed contemni non patiatur: vnde mandatis adiicitur, ne præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuersatione æquali, contemptus dignitatis nascitur. Sed in cognoscendo neque excandescere aduersus eos quos malos putat, neque precibus calamitosorũ illachrimari oportet. Id enim nõ est constãtis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit: & summatim ita ius reddere debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. *Seuerus & Antonius Imperatores in epi. sic scribunt.* Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus: Vetus Prouerbium est. *Neque omnia, neque semper, nec ab homine.* Nam valde inhumanum est nihil accipere; sed passim, vilissimum; & per omnia, auarissimum. Et quidem in mandatis continetur, ne donum, vel munus ipse proconsul, & qui in aliquo officio erit, accipiat, ematve quid, nisi victus quotidiani causa: sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. *Regula iuris.* Porro factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.

Superiores nõ debent subditos ad familiaritatẽ admittere.

De iudicibus delegatis.

CAP. LXV.

EX *sum. iuris. Delegatus iudex est, cui à principe in sæcularibus, vel ab Apostolico in ecclesiasticis, vel ab alio ordinario, causa committitur.* Huius officium est, mandati fines obseruare, cum exacta diligentia, & à partibus conuocatis, quæ vtrinque proponentur audire: Et si mandati fines excedat, nihil agere. In duobus tamen casibus recedere debet à forma mandati: Primus est si rationabiles exceptiones opponantur: v.g. si mandetur vt cito restituatur ecclesia, qua quis spoliatus est, & aduersarius opponat exceptionẽ de spontanea renunciatione facta in manu prælati sui; debet absoluere reum, & sic à forma recedere mandati. Secundus est si impetratę sint literæ tali falsitate suggesta, qua non suggesta literæ nullatenus darentur. In quo casu si fraus & dolus interuenerit, procedet non secundum formam rescripti, sed secundum ius commune. *Ad* officium quoque delegati pertinet cognoscere, tam super principali, quàm super incidentibus quæstionibus, sine quibus causam sibi commissam commodè non valet explicare. Nam ex quo quæstio principalis ei committitur, omnia quæ ad illam pertinent, ei commissa intelliguntur. *Et nota*, quod delegatus maior est omni eo, cuius sibi causa delegatur.

Quid delegatus, & quodnam eius officium.

Quando licet delegato recedere à forma mandati.

Iurisdictionis eius prorogatio tripliciter fit. *Primo* quidem de persona ad personam, & hoc auctoritate iuris, præter consensum partium: Vt si alicuius ecclesiæ prælato causa mandetur, eius proprio nomine non expresso, eo mortuo mandatum ad successorem extendetur. *Secundo* modo de re ad rem, sed hoc ex consensu partium. Nam si datus sit iudex vt cognoscat super decem, & partes velint vt cognoscat super viginti, prorogabitur eius iurisdictio ad rem illam maiorem, & sic à quantitate ad quantitatem. Quandoque etiam à genere causæ, in aliud genus causæ. *Tertio* modo de tempore ad tempus; & hoc itidem ex consensu partium: vt si iudex sit datus vt cognoscat infra certum tempus, poterunt partes eius iurisdictionem prorogare in tempus prolixius. Necesse est tamen vt & iudex consentiat.

Iurisdictio delegati potest tripliciter extendi.

Extra. primo, de officio & potestate iudi. delegati. Alexander 3. Episcopo Londo. Si pro debilitate, vel pro alia qualibet graui necessitate, ttactandis causis quæ tibi à sede Apostolica committuntur, interesse non poteris, liberum tibi sit personis discretis & idoneis, vices tuas committere, ita quod si res tanti est, te consulere debeant: nisi fortè causę ita graues sint, quod sine præsentia tua non possunt commodè terminari. *Idem.* Si iudex ad mandatum iudicis delegati à nobis, non vult, aut non potest, alijs resistentibus, sententiam ab eo latam effectui mancipare; delegatus iudex eam, auctoritate Apostolica sibi commissa, potest executioni mandare: Et si qui sibi restiterint, eos sententia ecclesiastica coercere.

Idem. Ex quo iudex delegatus per se vel per alium, sententiam executioni mandauit, vel mandari præcepit eius auctoritas & iurisdictio cessat, quia semel est officio suo functus. *Idem.* Iudex à nobis delegatus, vices nostras gerit: Vnde in causa illa superior est, & maior illis, quorum causam suscipit terminandam. Ideoque si episcopus, vel alia persona quæ sit de iurisdictione illius, in causa quam ei delegamus, rebellis & contumax fuerit, secundum qualitatẽ facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia, à iudice delegato compelli: ita quod iudex secundum negotij qualitatem temperatè procedens, episcopo, vel ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium interdicat; aut etiã terram illius, quæ ad iurisdictionem suam pertinet, specialiter interdicto supponat.

Delegatus Papæ potest rebelles censura ecclesiastica coercere.

Innoc. 3. Cum ordinarius teneatur obsequi delegato, etsi sciat illam sententiam iniustam, exequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum possit efficere, vt ab hoc onere ipsum absoluat. *Idem.* Cum vigesimum annum peregeris, dari potuisti in ætate huiusmodi delegatus. Cæterum constituto infra ætatem eandem, nisi partes, scientes consentirent in eum qui annum 18. transcendisset, facta delegatio ab alio quàm à principe, non teneret.

Delegatus debet esse 20 annorum.

De singularitate & pluralitate eorum.

CAP. LXVI.

ALexander 3. Postquam alicui causa licet simpliciter & nonordinariè delegatur; satis potest nostra aucto-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

auctoritate partes compellere, & contumaces seueritate ecclesiastica coercere: quia ex eo quòd causa sibi committitur, super omnibus quæ ad casam ipsam spectare noscuntur plenariam recipit potestatem. Si vero duobus causa committatur, etiamsi non apponatur, vt vnus sine altero procedat in ea; nihilominus vnus ex ipsis siue suo coiudici, siue alii, vices suas committere potest in hac parte. *Idem.* Cum causa duobus committitur, sententia vnius non tenet.

Quãdo causa duobus cõmittitur, poterit alter suæ collegæ vices suas committere.

Celestinus. 3. Cum aliquis delegatorum iudicum, per certum excusatorem, vel nuncium literatorie destinatum, non ostenderit se interesse non posse, vel alias de eodem canonicè constare non poterit, residui procedere ad causæ cognitionem non debent. quòd si processerint, nihil reputabuntur egisse, cum (sicut canones attestantur) integrum sit iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. *Inno.* 3. Si quis iurisdictione à suo sibi collega delegata, eo viuente vti non cœpit; quia mandatum huiusmodi re integra morte mandatoris expirauit, non habet solus officium iudicandi. Si vero ante mortem, illius iurisdictione vti cœpit taliter demandata, vices suas & illius poterit adimplere.

Quãdo plures delegãtur & vnus abest, oportet vt legitimè excusetur ad hoc vt cæteri procedant.

Ex sum. iuris. In summa vero nota, quòd si causa pluribus cõmittatur, & ista clausula apponatur, *quòd si omnes interesse nequiuerint.* ipsa refertur, tam ad impotentiã facti, quàm ad impotentiam iuris; vt si alii non possunt interesse, vel nolunt, procedet vnus. *Item* quando iudici delegato, causa aliqua, appellatione remota; committitur, ipse nõ potest causam alii committere, præterquam in vno casu, quando scilicet procurat reus, ne iudex delegatus possit interesse causæ in termino assignato.

De Expiratione delegati.

CAP. LXVII.

Variis modis finitur iurisdictio delegati.

IVrisdictio delegati finitur, vel ex cursu temporis, quando scilicet causa committitur ei cognoscenda intra certum tempus: Vel interpositione appellationis, quando scilicet appellatio fuerit recepta per iudicem appellationis, & causa alii commissa: Vel renunciatione, siue reuocatione delegantis, quando scilicet alii delegat: Vel etiam recusatione, vel morte mandatoris interueniente, re integra existente. Vel morte mandatarii, scilicet vbi delegata fuit ei causa, proprio nomine expresso. Finitur quoque sententia lata, & executioni mandata. Finitur etiam per reuocationem delegantium. *Extra.* 1 *vbi supra. Alexander* 3. Guilelmo cardinali electo. De causis quæ infra certum terminum decidendę tibi committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd nisi dies præfixus de communi consensu partium prorogetur; eo tranlacto mandatũ expirat, *Lucius* 3. *Catuarensi Archiepiscopo, & suis suffraganeis.* Si lis fuerit ante prædecessoris nostri obitum contestata, mandatum in morte mandatoris nullatenus expirauit; si vero ante litis contestationem decesserit, non est à iudicibus quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedendum. *Vrbanus* 3. Consuluit nos deuotio vestra, an ante obitum delegantis, proposito citationis edicto, lite vero post mortem contestata, nihilominus debeat in causa procedere delegatus. Respondemus, quod cum citatione facta negotium sit quasi cœptum, & maxime si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest & debet in causa procedi. *Inno.* 3. *Toletan. Archiepiscopo.* Distinguendum est, vel si iurisdictio duret post terminum peremptorium, an expiret in illo: si duret, in diem alterum æquitate suadente poteris expectare; nec erit pars contumax peremptorio elapso citanda, nisi gratiam ei fecerit benignitas iudicantis. Si autem expiret, nisi partes cum id nouerint se tibi præsentauerint, illa hora qua congruè possis procedere ad exequendum id propter quod eis legitime terminum peremptorium assignasti, ex tunc exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantia euanescat. Ne verò iudicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris, quia iuxta testimonium veritatis, *qui male agit lucem odit;* Licet secundum cõsuetudinem, & constitutiones legitimas, more Romano dies à medietate noctis præcedentis incipiat, & in medio noctis desinat subsequentis; ita vt quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxit habendũ legalis auctoritas, ac si qualibet parte lucis agatur: Nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poterit ante noctis tenebras perficere quod incũbit. Porro discretus iudex, in assignatione peremptoria, nõ debet iurisdictionem suam, nisi necessitas exigat, adeo coarctare. *Idem.* Si vero delegatus à nobis excõmunicet illum qui rei iudicatæ parere contemnit, licet aliquibus videatur quòd suo sit functus officio, vt vlterius non habeat ex delegata sibi iurisdictione processum; statuimus vt delegatus à nobis, non solum vsque ad quadrimestre tempus, quod ad soluendũ debitum à lege reo conceditur, sed vsque ad integrum annum iurisdictionem commissam sibi ad exequendum sententiã valeat exercere; sicut obseruatur in illo, qui ante litis contestationem contumax inuenitur.

Potestas delegati à Papa durat ad annum post sententiam vt illam exe cutioni mandet.

De Subdelegatis.

CAP. LXVIII.

IDEM. Cum delegatus à nobis iurisdictionem suã in alium transfert totam; si fuerit appellandum, nõ ad eum, sed ad nos appellari debebit. *Idem* Cum delegato à principe, iurisdictio dandi iudicem sit à lege concessa, dummodo ipse exonerare seipsũ malitioso non quærat, potest compellere renitentem; eo quòd iurisdictio illa nullius videretur momenti, si coertionem aliquam non haberet: debet tamẽ delegatus solicite prouidere, vt si personis superioribus, exigente necessitate, negotium duxerit delegandum, in coertionibus inferendis, dignitati deferat & personæ. Item cum totum negotium alii possit committere, citationis officium potest cuilibet, discretione vel ratione præuia, demãdare; ac punire meritò contemptorem. *Idem.* Vno delegatorũ vel arbitrorum (sicut proponis) rebus humanis exempto, eorum officium expirauit, nisi aliud in delegatione vel compromisso fuisset expressum. Is autẽ cui iniungitur, vt personaliter negotium exequatur, potest (dũmodo partes consentiant) hoc aliis delegare; præterquam si inquisitionem fieri, vel ecclesijs, de prælatis & aliis ministris prouideri mandauerimus; cum in his casibus, fidem & industriam personę cui talia committimus, eligere videamur. Cæterum salua legatorũ ap. se. auctoritate, Nulli cui commissum est prædicare crucem, excõmunicare, absoluere aliquos, dispensare cũ irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hoc de cętero aliis demandare; quia non sibi iurisdictio, sed certum ministerium committitur potius in hac parte. *Ex summa iuris.* In summa vero nota, quod delegatus à principe differt à cæteris, quia sententiam suam ipse per se exequitur, delegatus ab aliis nequaquam; immo sententiam eius exequitur ordinarius. *Item* delegatus à principe potest aliis causam subdelegare, & renitentes compellere, delegatus ab alio minime. *Item* quando delegatus à principe causam delegat, & aliquid sibi de iurisdictione reseruat, ad ipsum appellatur; alioquin ad Papam. In cæteris autem non sic est; immo semper ad delegantẽ appellatur, nisi forte causarum vniuersitas delegaretur; tunc enim à delegato ad illum appellatur, ad quem à delegante appellaretur; & tunc delegatus iudicem posset dare, licet non esset delegatus à principe. *Item* delegatus à principe citat cum solennitate, & ante litem; cæteri vero non sic. Potest etiam cuicunque voluerit officium citationis demandare, & contumaces punire. *Item* delegatus à principe mittit in possessionem ex secundo decreto, causa rei seruandæ, cæteri vero non possunt, quia hoc est magis imperij, quã iurisdictionis: Et ea quę sunt imperii non delegantur. *Item* potest aliis sententiam exequendam demandare, & renitentem compellere, quod non cęteri.

Delegatus à principe potest alteri delegare.

Quo casu poterit delegatus suas vices alteri committere.

Discrimẽ inter delegatũ à principe, & ab alijs.

Lite incepta non expirat potestas delegati per mortem delegantis.

De assessoribus.

CAP. LXIX.

Quid assessor & quod eius officium.

EX summa Azonis. Assessor dicitur, qui ab eo cui data est iudicandi potestas rogatur, vt in cognitione causæ sibi assideat; vt cum debito fine causam decidere instruat: Non autem metu terribili, vel necessitate incongrua libertati, ad hoc debet assessor compelli. *Ex Digest. lib. 1. de offic. Assess. Paulus lib. singular.* Omne officium assessoris, quo viri studiosi partibus suis funguntur, in his ferè causis constat, in cognitionibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

Infamis non potest officio assessoris fungi

Martianus lib. 1. de iudicijs publicis. Liberti assidere possunt. Infames autem, licet non prohibeantur legibus assidere, attamen arbitror (vt aliquo quoque decreto principali referetur) constitutum, non posse officio assessoris fungi. *Paulus lib. 1. sententiarum.* Consiliarijs eo tempore quo assident, negotia tractare in suum quidē auditorium, nullo modo concessum est;, in alienum autem non prohibentur. *Pomponius lib. 1. responsorum.* In consilium curatoris reipublicæ, vir eiusdem ciuitatis assidere non prohibetur, quia publico salario non fruitur.

De aduocatis vel patronis.

CAP. LXX.

Quid aduocatus, & quid aduocare seu postulare.

EX summa iuris. Aduocatus siue patronus ipse est qui postulat, patrocinium videlicet præstans ei qui litigat. Est autem postulare, desiderium suum vel amici sui, apud eum qui iurisdictioni præest exponere, vel agendo, vel respondendo. *Ex Digest. 3. lib. de postu. l. 1. §. Ait prætor si non habebunt aduocatum, ego dabo.* Quod autem fœminæ prohibentur pro alijs postulare, ideo est, ne contra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis se immisceāt, nec virilibus officijs fungantur mulieres. Origo verò introducta est à Calphurnia improbissimæ fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, causam dedit edicto. *Regula iuris.* Neque interdicto, neque in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est. Culpa est immiscere rei ad se non pertinenti. Nemo qui condemnare non potest, absoluere potest.

Fœminis prohibetur postulare.

Helinandus vbi supra. Vt autem dicitur in libro Codicis secundo. Procliuiora sunt iura ad defendendum, quàm ad impugnandum, faciliusque exceptionem, quā actionem trahunt. Vnde cū nō omnes ad accusationem admittantur, ad defensionem admittuntur omnes; neque aliquis absens damnandus est. Prætor tamen à postulando prorsus remouet minorem 17. annis & surdum qui prorsus non audit. Quibusdam personis postulare pro se tamen permittit, vt cæco & mulieri, & qui passi sunt muliebria sui corporis. Quibusdam pro se, & pro certis personis, vt infamibus. Postulare autem est pro tribunali petere, siue intendas, siue agentem repellas. Ipsos quoque aduocatos, iudex pari distributione partibus exæquabit, siue eos petierint siue non, vt æquo marte possit causa procedere: Hęc autem paritas, & in virtutis merito, & viuacitate ingenij, consilij, profunditate, & opinione scientiæ, & nominis auctoritate consistit, vt hæc omnia (si fieri potest) apud partes, quadam æquitatis lance librentur. Qua si vnius præ cæteris est fama clarior, ex officio iudicantis (prout poterit) parti aduersariæ compensabitur. Qui tamē alicuius litigatorum arcana prænouit, non patrocinabitur aduersario, nisi fortè citra conniuentiam iudicis, separatim cum pluribus alter tractauerit, vt alteri par defensionis copia subtrahatur; Nec est qui à iudice prænonitus, sine excusatione probabili, possit cuicunque parti patrocinium denegare, nisi forum sibi præcludi velit in perpetuum, vt postmodum in causis agendis minimè audiatur. Rationibus autem probris contendendum est; & ex edicto principis patitur opinionis dispendium, quisquis negotio procax, in aduersarij cō-

Qui possint esse aduocati & quibus pro se permittitur postulare

Iudex debet prouidere vt partium aduocati sint aquales, cui hac in parte aduocati tenentur obtēperare.

A tumeliam, aut palam pergit, aut subdole. Si patronum vinci contigerit, in nullo lædetur fama eius, si nihilominus sit ex contingentibus, & clientis sui iustitiam fideliter fouerit: non enim cogitur patrocinari mēdacio.

Ex decretis causa 3. q. 7. §. Tria. Præterea non licet aduocato vllum contractum inire, vllam pactionem conferre cū eo litigatore, quem in propriam receperit fidē; nec ex industria iurgium protrahere. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus, & aduersario suo subtraxisse paris defensionis copiam, ostendit proculdubio iniquam se litem fouere, & auctoritatem iudiciariam à se elusam experietur. *Causa 15. q. 2.* Pro impensis verò patrocinij, in Tarraconensi concilio clerici munera exigere prohibentur. hoc autem de illis intelligendum est qui canonicam vitam professi, regulariter se victuros proposuerunt: B generari namque ecclesiæ consuetudine receptum est, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant.

Clerici nō regulares possunt esse aduocati, & pro impēsis munera suscipere

Qui pro quibus aduocare possunt.

CAP. LXXI.

EX summa iuris. Postulare potest qui non prohibetur; hoc enim edictum prohibitorium est, sicut illud de procuratoribus & testibus. Item postulare prohibentur qui versibus his notantur:

Quinam postulare prohibeantur.

Non cuique datur, vt postulet, immo vetatur
Addictus pœnę, seruus, puer, actor arenæ,
Luminibus cassus, mulier, muliebria passus.

C *Addictus pœnę* dicitur condemnatus de publico crimine. *Actor arenæ*, qui locauit operas suas, vt cum bestijs depugnaret in arena; talis enim infamis est. Sed & *luminibus cassus*, id est cœcus, aduocare prohibitus est, propter quendam Publium cœcum, qui volens aduocare, cum esset post tergum prętoris, credens se esse ante illum, aduocare cœpit auersa sella. Monachi quoque, vel canonici regulares, postulare nō possunt. Clerici, siue in maioribus, siue in minoribus ordinibus cōstituti, si habent ecclesiastica beneficia sufficientia, non possunt apud secularem iudicem aduocare, nisi suam prosequantur causam, vel ecclesiæ suæ, vel miserabilium personarum; vel nisi alicui ecclesiæ, pro alicuius

Quo casu clerici possint aduocare.

D munificentiæ debito ad impendendum patrocinium fuerint obligati. Si verò non habent beneficia, vel non sufficientia, in minoribus existentes ordinibus aduocare poterunt, & habere salaria: quoniam & iusta negotiatio, non est clericis pauperibus interdicta. Sed si habent sufficientem titulum, non debent agere pro salario; possunt tamen suscipere gratis oblatum. In criminali causa nullo modo possunt. In maioribus autem aduocare non poterunt; quia si nō habent beneficium, possunt agere contra Episcopum. Porro in foro ecclesiastico possunt aduocare, etiamsi habeant beneficium, nisi sint Prælati. Cum enim prælatis imponatur necessitas habendi aduocatum in causa ecclesiæ suæ, multo fortius in aliena causa arcentur ab aduocatione. *Ex Decretis causa 3. q. 7. in ff. titulo de postulando*, legitur: Infames

Non solū supradicti sed etiam minores 17. annis, & omnino surdi.

E esse non possunt procuratores, vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare prohibentur. Est autem postulare, desiderium suum, vel amici sui, in iure, apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Nam vt præmisimus, quidam prohibentur omnino postulare, vel propter ætatem, vt minores 17. annis; vel propter casū, vt surdus qui prorsus non audit. Alij prohibentur ne pro alijs postulent: vel propter sexum, vt fœminæ: vel propter casum, vt vtroque lumine orbati: vel propter notam infamiæ turpitudinis, vt hi qui corpore suo muliebria passi sunt: nisi forte vi prædonum vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumnia publici iudicij sunt damnati; vel qui operas suas locauerunt, vt cum bestiis depugnarent in arena, pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se al-

Quo casu superius prohibiti possint postulare.

legare

legare permittitur, pro alijs postulare prohibentur: nisi fortè tutelam impuberum, vel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrent; pro his enim quorum curam gerunt, eis postulare conceditur: alij enim omnes qui vt infames notantur, nisi pro se & certis personis postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem acceperint. Permittitur autem eis postulare pro parente, pro patrono, pro patrona, liberis, & parentibus patroni, vel patronæ; pro liberis etiam suis, fratre, sorore, socero, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, surdo, & prodigo adolescente. Item pro his quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotijs suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. Omnes autem qui non sponte, sed necessario funguntur officio, sine offensa postulare possunt, etiam si hi sint quibus non nisi pro se postulare permittitur. *Extra. 1. de postulando. Greg. 9.* Cum sacerdotis sit nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, non nisi pro seipso, vel ecclesia sua, vel si necessitas immineat, pro personis coniunctis sibi, aut miserabilibus, est licitum postulare. *Et infra.* Clericus autem, qui contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocatus, vel procurator esse præsumit, tanquam ingratus potest, maximè si clericus sit, eiusdem ecclesiæ beneficio huiusmodi spoliari.

Quo casu sacerdos poterit postulare.

De Procuratoribus.

CAP. LXXII.

Ex summa iuris. Dicto de aduocatis qui patrocinium litigantibus præbent, dicendum est de procuratoribus, qui vicem litigantium supplent. Est enim procurator, qui negotium alienum mandato generali, vel speciali, suscipit ministrandum. Mandatum enim exigitur: Sunt tamen quædam personę, quæ sine mandato admittũtur, sicut in Digestis legitur. Differt autem ab aduocato, quoniam aduocatus in omni causa, tam criminali, quàm ciuili admittitur; procurator autem in causis criminalibus nõ recipitur. Item procurator post litem contestatam efficitur dominus litis, aduocatus autem nunquam. Item si aduocatus dolosè egit in causa alicuius, statim eius dolo probato, restituitur dominus ad totam causam si voluerit. Procurator autem si præuaricatus fuerit in causa nunquam restituitur. Procuratorem dare potest, quicunque lege non prohibẽtur: procurator etiam post litem contestatam potest dare procuratorem. Potest autem dari procurator, qui personam habet standi in iudicio; non enim dari posset excommunicatus. Ex his autem qui stare possunt in iudicio, miles & mulier excipiuntur. Item non potest dari monachus, vel clericus à priuato, quia non se debent sæcularibus negotijs immiscere. *Et sciendum* quod si de mandato constet, non est ab eo exigenda cautio. Si verò dubitetur de mandato exigitur à procuratore quidem actoris, cautio de rato, sc. vt caueat dominum, rem ratam habiturum à procuratore. Nec exigitur cautio de iudicato. Porro si dubitetur procuratorem actoris habere mandatum, in potestate eius est vtrum mandatum probet, vel de rato caueat: quia cum quis tenetur ad duo subalternatione, eius est electio quod illorum velit facere. Si verò constet eum non habere mandatũ, ab agendo repellitur, nisi talis persona sit, quæ sine mãdato possit admitti, vt sunt coniunctæ personę, consanguinei, vel affines: cauere tamen debent etiam tales de rato. Contradicente verò me, nec etiam cõiunctæ personæ possunt agere, nisi in causa liberali; vtputa si moueatur mihi quæstio super statu meo, & nõ defendam me, poterit persona mihi coniuncta, me etiam contradicente, se interponere. *Item* si condemnetur quis in quæstione criminali, potest aliquis etiam ipso contradicente pro eo appellare.

Quid procurator & in quo differat ab aduocato.

Procurator esse nõ potest excommunicatus, miles, mulier, monachus, vel clericus resp. priuati.

Quinã possint procurare sine mandato litigantis.

In criminalibus causis (vt dictum est) procurator non datur, & hoc nisi in crimine iniuriarum; quando agit illustris persona. *Item* nisi in crimine ingratitudinis, pro quo patronus potest agere per procuratorem, ad reuocandum libertum in seruitutem, & ille se defendere potest per procuratorem. *Item* nisi in causa criminali, in qua ciuiliter agitur. *Item* nisi contra tutorem agatur de suspecto; tunc enim procurator constitui potest. *Item* in popularibus actionibus non datur procurator. Et idem videtur in causa denunciationis, cum illa sit popularis. Secus est in inquisitione: nam ibi per procuratorem agitur. *Procuratoris* officium est vsquein finem exequi mandatum, nisi tempestiuè renunciauerit. Mandatum enim ab initio potest respui, sed cæptũ, debet consummari: vnde versus:

Quando in criminalibus possit dari procurator.

Spernere mandatum licet, at finire necesse est.

Et hoc nisi is qui mandauerat reuocet, re integra existente. Potest quilibet enim ante litem contestatam mandatum procuratorium reuocare; post litem contestatam potest causa cognita, non aliter: puta si religiosus efficiatur, vel inimicus, vel suspectus, vel affinis aduersarij: Effectus verò procurationis est, vt ratum sit quod cum procuratore gestum est, ac si cum domino gestum esset.

Nunquã datur in popularibus aut in causa denunciationis.

Procurator debet captum negotium cõsummare, nec mutari potest nisi iusta de causa.

Iterum de eodem.

CAP. LXXIII.

Iustinia. vbi supra 4. li. Omnis homo agere potest aut suo nomine, aut alieno; veluti tutorio, procuratorio, curatoriomã & moribus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itẽque aliæ multæ causæ, sæpe hominibus impedimento sunt, quo minus rem suam ipsi exequi possint. Procurator neque præsente aduersario, immo plerumque eo ignorante, constituitur. Cuicunque enim permiseris rem tuam agere, aùt defendere; is tuus procurator intelligitur. Nemoque defensor in aliena re, sine satisdatione idoneus esse creditur. *Ex digestis lib. 3,* Prætor ait, procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente, dominus iudicatum solui exposuit, iudicium accipere cogam: verum ex causa non debet compelli: vtpote si inimicitię capitales interuenerint inter ipsum procuratorem & dominum, scribit Iulianus debere in procuratorem denegari actionẽ. Item si dignitas accesserit procuratori, vel reipublicæ causa abfuturus sit. *Iulianus* ait, eum qui dedit diuersis temporibus procuratores duos, posteriorem dando, priorem prohibuisse videri. *Ait prætor.* Cuius nomine quis actionem sibi dari postulauit, is eum viri boni arbitratu defendat, & eum quo nomine agit, id ratum habere, ad quem res pertinet boni viri arbitratu satisdare. Æquum prætori visum est, eum qui alicuius nomine procurator experitur eundem etiam defensionem suscipere. *Regula.* Cum iudicatur rem meam esse, iudicatur aduersarij non esse. *Regula.* Nemo alienæ litis idoneus defensor, sine satisdatione intelligitur. *Regula.* Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet: *vt ait Paulus lib. 54. ad ed.*

Qui secundũ nominat procuratorem censetur primum reuocare.

Ex ff. lib. 3. de nego. gest. Caius lib. 3. ad ed. prouinc. Si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis, tamen quid quid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipse se in rem absentis alicui obligauerit, habet eo nomine actionem. *Extra. 1. de procuratoribus. Alex. 3. c. querelam.* Infirmitate detentus, non potest quis cogi nisi velit, in grauibus causis procuratorem constituere. *Innoc. 3. c. 1. in nostra.* Falsi procuratoris exceptio, non solum ante sententiam, verumetiam post potest obijci: vtpote qua probata iudicium nullum, & nullius momenti controuersiæ reputentur. *Idem c. tuæ frater.* Si vir accuset vxorem de crimine adulterij coram iudice sæculari, ad pœnam legitimam infligendam; quia tunc inscriptionis vinculum debet accipere, seque ad pœnam talionis astringere; non per procuratorem, sed per seipsum præsentem oportet præsentialiter accusare. Si verò coram ecclesiastico iudice, vt ab eius cohabitatione discedat: quia tunc etsi forsitan oporteat eum inscribere, vt designet in scriptis nomen, locum, & tempus, & omnia quę comprehenduntur in lege ciuili; ad talionem tamẽ non debet se obligare, ne forte cum in probatione defecerit,

Nemo infirmitate detẽtus cogi potest in re graui procuratorem constituere.

Qui accusat vxorem de adulterio debet per seipsũ accusare.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

fecerit,intentionis ſuæ conſequatur effectum. Suſtineri verò poteſt (ſi neceſſitas expoſtulauerit) vt per procuratorem accuſet,quoniam huiuſmodi accuſatio & ſi de crimine fiat,non eſt tamen criminalis,ſed quaſi mixta inter ciuilem & criminalem, quanquam in præſentia principalium perſonarum ſecurius procedatur.

De Arbitris.

CAP. LXXIV.

Arbiter variis modis dicitur.

EX *ſumma iuris.* Quoniam prædictarum perſonarum litigia per ſententiam arbitri terminantur: Hic quoque de arbitris inſerendum videtur. Arbiter enim dicitur,in quem ab vtraque parte litigantium ſuper pecuniaria quæſtione compromittitur,vt inquiſita veritate,ſententia ſtabilis ac firma proferatur. Item arbiter eſt iudex,per electionem litigantium, à principe,vel ab alio delegatur. Item arbiter eſt iudex,qui neceſſitate à litigantibus electus eſt,loco iudicis declinati,propter cauſam ſuſpicionis: ab iſtis licet appellare. Eſt iterum arbiter, id eſt arbitrator,in quem ſine pœna compromittitur; & ab iſto non appellatur, quia nulla eſt eius ſententia, nec vlla ex ea actio datur. Eſt etiam arbiter compromiſſarius, in quem ſub pœna compromittitur:ab iſto quoque non appellatur,quia citra 10. dies licet à ſententia lata recedere,citra omnem appellationem,ita quod pœna committatur; niſi ſententia fuerit corroborata per ſubſcriptionem litigantium, ſiue per alium conſenſum;:ſed poſt huiuſmodi conſenſum, nullas vices ſortitur appellatio. Item poſt decennium nulla eſt appellatio, quia per ſilentium litigãtium videtur arbitrium eſſe probatum, & in rem iudicatam quodammodo verſa. *Expręmiſſis* patet,quod arbiter non dicitur propriè iudex,quia priuatorũ conſenſus non facit iudicem cũ qui nullam habet iuriſdictionem. Arbiter eſſe poteſt,qui non prohibetur:puta liber homo, paterfamilias, filiusfamilias. Prohibetur autem mulier, & quilibet iunior 20.annis:prohibetur etiam iudex ordinarius,ſeruus,furioſus,ſurdus,& mutus;non tamen libertus, vel infamis. *Notandum* verò, quod ex quo aliquis arbitrium in ſe ſuſceperit, cõpellitur ab ordinario loci pronunciare ſecundum formam cõpromiſſi,niſi interuenirent inimicitię inter litigatores & arbitrum,vel occupatio rerũ, vel neceſſaria profectio vt munus aliquod exigat arbiter. Quod ſi arbiter inimicus fiat,& licet prohibitus arbitretur,obſtabit exceptio doli, ſi pœnã patietur ab illo qui non paruit arbitrio. Apud arbitrũ quoque non habet locum reconuẽtio. *Item nota,* quod ſi pares ſunt arbitri,diuerſaſque ferant ſententias,neutra ſententia valet. Ideoque ſtatutum eſt, vt arbitri in impari numero eligantur. Si verò iudices delegati ſunt,& pares,ac diſcordẽt in ſententiis,tunc cõfirmabit ſuperior quam voluerit. Si autem ordinarij ſint.& pares,valebit ſentẽtia lata pro reo, & hoc niſi in caſibus,ſc.in libertate,in matrimonio, & dote;in ambiguis, in teſtamento. Si verò ſint impares valebit ſententia lata à pluribus.

Quis poterit eſſe arbiter.

Arbiter poteſt compelli ab ordinario ad arbitrandum.

Quid agendum quando iudices ſunt pares ſuffragijs.

Mulier præcellès in quibuſdam locis poteſt eſſe arbiter.

Iterum de eodem.

CAP. LXXV.

Arbitri debent eſſe impares.

EXtra.1 *de arbitris,c.ſane.* Si ex communi placito epiſcoporũ,inter quos cauſa verſatur,arbitros elegerint, aut vnus eligatur, aut tres. Et ſi tres elegerint,aut omnium ſequantur ſententiã,aut duorum. *Inno.*3. Dilecti filij abbas & conuentus de Straden. Ciſterc. or.ſua nobis querela monſtrarunt,quod cum inter eos ex vna parte,& hoſpitalarios ex altera,ſuper vſuario cuiuſdam nemoris quæſtio verteretur, in Reginam Francorum fuit cõpromiſſum vtrinque, quę cautæ meritis intellectis,arbitrium duxit per diffinitiuam ſententiã promulgandũ: *& infra.* Quamuis autem ſecundum regulã iuris ciuilis fœminę à publicis officijs ſint remotę;& alibi dicatur,quod licet ſummæ opinionis exiſtant, ſi arbitrium ſuſceperint, vel ſi patronæ inter libertos ſuos interpoſuerint audientiam, ab omni ſint iudiciali examine,vel ordine ſeparãdæ,vt ex earum prolatione,nulla pœna aduerſus earum contẽptores, nullaque pacti exceptio habeatur; quia tamen iuxta conſuetudinẽ approbatam (quæ pro lege ſeruatur in partibus Gallicanis,fœminæ præcellẽtes,in ſubiectos ſuos ordinariam iuriſdictionem habere noſcantur: Mãdamus quatenus hoſpitalarios,vt arbitrium ipſum, præſertim cum Epiſcoporum preſentia & conſilio roboratũ,ſicut proinde latum eſt, & ab vtraque parte ſponte receptum obſeruent;per pœnam in compromiſſo ſtatutam appellatione poſtpoſita compellatis. *Ex decretis cauſa* 3.*q.*7.*c.Infamis,*§.*cognitores.* Nihil refert eum qui arbitrium ſuſcipit,an ſit intergræ famæ,an ignominioſus. Filius etiam in re patris arbiter eſſe poteſt;nam & iudicem eum eſſe poſſe pleriſque placet:Si quis vero iudex ſit,arbitriũ accipere eiuſdem rei de qua iudex eſt,& in ſe compromitti iubere;prohibetur : & ſi ſententiam dixerit non eſt danda pœnæ proſecutio. Seruus arbiter eſſe non valet,Libertinus poteſt.

Infamis poteſt eſſe arbiter, non autem iudex, aut ſeruus.

De legato, & eius officio.

CAP. LXXVI.

Quid legatus,& quodnam eius officium & iuriſdictio

EX *ſumma iuris.* Officium legati ſimile eſt officio delegati,quamuis latius ſit. Legatus enim dicitur, cui aliqua patria,vel prouincia regẽda committitur, vt eius vice fungatur,à quo deſtinatur:vnde officium eius eſt ea explicare,vel expedire, quæ faceret ille qui eum legauit, exceptis his quæ ſpeciali priuilegio Ro.ec.reſeruantur; vt eſt epiſcoporum depoſitio, vel eorum tranſlatio,& ſimilia. Hæc.n.legatis non competũt,niſi ſpecialiter eis cõmittantur, præter abſolutionem excommunicatorum,pro violenta iniectione manuum in clericum:hoc.n.competit eis,licet Papæ ſpecialiter reſeruetur. *Item* poteſt de cauſis illorum qui pertinent ad eius iuriſdictionem cognoſcere & diffinire,ſiue deuoluantur ad eum per appellationem,ſiue per querelã: niſi appelletur ad Papam,& tunc etiam appellationis cauſam audire poſſet, vt cauſam inſtructam ad Papam remitteret, non quod appellationi factę ad Papam derogaret. Poteſt etiam eccleſias vacantes conferre,procurationes vbicunque venerit exigere. Et ſi committantur ei duæ prouinciæ,poteſt in vna exiſtens,in aliã iuriſdictionem exercere. Neque vero poteſt epiſcopũ deponere,nec epiſcopatum dare,vel diuidere,nec de cauſa delegato commiſſa cognoſcere. Iuriſdictio legati durat quamdiu placet mittenti: finitur autem elapſo; termino, ſi ad terminum eſt data legatio;vel ſecuta reuocatione,vel morte alterius interueniente, ſiue cœpta ſit legatio,ſiue non cœpta,ſi fuit perſonalis.

Legatus non poteſt impedire officium delegati.

*Item extra.*1.*de of. legati,cap. ſtuduiſti.* Cum mandatum ſpeciale deroget generali,legatus commiſſionem factã alij ſpecialiter,impedire non poteſt, & ſi ſecũdum formam mandati noſtri ſententia fuerit promulgata, non poterat ipſe delegatus, niſi ſuper hoc mandatum ſpeciale acceperit eam quomodolibet irritare;ipſam tamẽ ſi rationabiliter lata fuerit, confirmare valebit, & executioni mandare. *Gregor.*9. Excommunicatis pro iniectione manuum violenta,eccleſiæ Ro.legati,qui de ipſius latere non mittuntur, extra prouinciam ſibi commiſſam;vel ibidem, ſi huiuſmodi manuum iniectores illuc contingat aliunde accedere, & qui eccleſiarum ſuarum prætextu,legationis ſibi vendicant dignitatem, etiam ſubditis (quamuis in prouincia ſua exiſtentes) beneficium abſolutionis impartiri non poſſunt, niſi de ſpeciali mandato,illis & iſtis amplius à ſede apoſtolica concedatur. *Idem.* Nemini dubium eſſe volumus,quin legatorum apoſtolicæ ſedis ſtatuta edita in prouincia ſibi commiſſa, durent tanquam perpetua: licet eadem ſint poſtea egreſſi: Secus autem ſi cauſas duxerint aliquibus delegandas:cum iuriſdictio iſtorum expiret, ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit.

Legati non à latere non poſſunt ordinari à poteſtate abſoluere percuſſorẽ clerici.

Statuta legati apoſtolici ſunt perpetua.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De personis priuatis.

CAP. LXXVII.

Personarum priuatarum diuisio.

EX *ſum. iuris.* Perſonæ priuatæ ſunt (vt largè dicã) quæ non ſunt in dignitate aliqua conſtitutæ. Ad has autem iura pertinent reſpectu ſui. Et harum multiplex eſt diuiſio, quia quidam ſunt liberi, quidam ſerui, item quidam ingenui, quidam libertini; item quidam ſui iuris, quidam alieni iuris ſunt. Quidam ſunt in poteſtate dominorum; vt ſerui, quicquid acquirunt dominis acquirunt. Quidam vero in poteſtate patris, vt filii ex iuſtis nuptiis procreati. Item nepotes, vel filii ſcilicet filiorum, & cæteri deſcendendo filii, & non filiæ, ſi in poteſtate patris exiſtant. Et. nota quòd *matrimonium eſt viri ac mulieris coniunctio, individuam vitæ conſuetudinem retinent*; ſubaudi propoſito, etſi non facto. Item in poteſtate noſtra ſunt illi quos in filios adoptamus, vt duntaxat ſi tempore adoptationis ſui iuris ſunt. Qui ſui iuris ſunt, alii ſunt in tutela, alii in cura, alii neutro iure tenentur. *Et eſt tutela, ius ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa.*

Quinam cẽſentur in poteſtate alterius.

Quid matrimonium.

Quid tutela.

Quinam dicuntur priuati.

Isido. ety lib. 9. Priuati dicuntur, qui ſunt ab officiis curiæ, ſiue ab officiis publicis extranei; & ideo ſic appellari: eſt n. nomen magiſtratum habenti contrarium. *Et regula iuris.* Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt; & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores exiſtere. Item impubes omnibus officiis ciuilibus debet abſtinere. Furioſus nullum negotium contrahere poteſt. Pupillus omnia tutore actore agere poteſt.

Mulieres nõ poſſunt magiſtratũ gerere, nec impuberes.

De Seruis, & Ancillis.

CAP. LXXVIII.

Quid libertas & ſeruitus.

Isidorus vbi ſupra. Serui dicti ſunt a ſeruando &c. Require ſupra c. de mercenarijs &c. *Iuſtin. vbi ſupra li. 1.* Omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui. *Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi quod aut vi aut iure prohibetur. Seruitus eſt cõſtitutio iuris gentiũ, qua quis domino alieno contra naturã ſubijcitur.* Serui autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere iubẽt, per hoc ſeruare, nec occidere ſolent: qui etiã mancipia dicti ſunt, quod ab hoſtibus manu capiãtur: Serui autẽ, aut naſcuntur, aut fiunt: naſcuntur ex Ancillis noſtris, fiunt aut iure gentium, i. ex captiuitate; aut iure ciuili, cum homo liber maior 20. annis, ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt. In ſeruorum conditione nulla differentia eſt. Domini in ſeruos vitæ necisque poteſtatem habent, & quicquid per ſeruum acquiritur, domino acquiritur. Nullis inde hominibus qui ſub imperio noſtro ſunt, liceat ſine cauſa legibus cognita, ſupra modum in ſeruos ſuos ſæuire.

Serui quidã ita naſcũtur, quidã fiunt iure gentiũ, aut ciuili.

Non licet dominis nimis in ſeruos ſæuire.

Ex conſtitutione Antonij Pii. Qui Sine cauſa ſeruum occiderit, non minus puniri iubetur quam ſi alienum ſeruum occiderit. Item præcepit, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur ſeruos ſuos bonis conditionibus vendere, vt pretium domino daretur. etenim expedit reipub. ne quis re ſua male vtatur. *Ex ff. li. 1. de his qui ſui vel alt. iu. ſunt. l. ſi dominus. Vlpi. ad Sab.* Adrianus Vmbritiam quandam matronã in quinquennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillam ſuam atrociſſimè tractaſſet.

Vilis res eſt ſeruitus.

Regula iuris. In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur; non tamen exiure naturali, quia quod ad ius naturale attinet, omnes hominies æquales ſunt. Cum ſeruis nulla eſt actio Item qui in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt: cum enim poſſideatur, poſſidere non videtur. Item melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt. Item ſeruitutem ferè mortalitati comparauimus, itaque libertas omnibus rebus fauorabilior eſt, & æſtimari non poteſt.

De Ingenuis.

CAP. LXXIX.

Qui dicendi ingenui.

Iſidorus vbi ſupra. Ingenui dicti ſunt, qui in genere habent libertatem, non in facto, ſicut liberti: vnde & eos Græci Eugenes vocant, quòd ſint boni generis. *Iuſti. vbi ſupra li. 1. In* liberis autem multæ differentiæ ſunt; aut enim Ingenui ſunt, aut libertini. Ingenuus eſt is, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis conſtante matrimonio editus eſt, ſiue ex duobus Libertinis, ſiue ex altero Libertino, & altero Ingenuo. Si quis ex matre libera naſcatur, patre verò ſeruo, Ingenuus nihilominus naſcitur, quemadmodum qui ex matre libera, & incerto patre natus eſt, quoniam vulgo conceptus eſt: ſufficit autem liberam fuiſſe matrem eo tempore quo naſcitur, licet ancilla conceperit. Et econtrario ſi libera conceperit, & poſt ancilla facta pariat, placuit eum qui naſcitur liberum naſci: quia nõ debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero eſt. Sed ſi ancilla prẽgnans manumiſſa ſit, & iterum ancilla facta peperit, probat Marcellus eum qui naſcitur liberum naſci. Sufficit enim ei qui in vtero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe.

De Libertis, vel Libertinis.

CAP. LXXX.

Qui libertini, & à quibus fieri poſſint.

LIbertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt Manumiſſio autem eſt datio libertatis. nam quamdiu quis in ſeruitute eſt poteſtati ſuppoſitus eſt: At manumiſſus, liberatur à domini poteſtate. Libertas dari non poteſt minori 17. annis, nec liberum poteſt facere ſeruum, niſi qui 17. annum impleuerit, & 18. tetigerit. *Idem in lib. de ſingulis rebus per fideicom. relic.* Directa libertas tũc dari videtur, cum non ab alio ſeruum manumitti rogat, ſed velut ex ſuo teſtamento ei competere vult. Verba autem fideicommiſſorum hæc maxime in vſu habentur, peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo: quę perinde ſingula firma ſunt, ac ſi omnia in vnum congeſta eſſent.

Priuiligia libertatis.

Ex codice Theodoſiano lib. 7. Sunt quædam ſpecies relictorum, quę priuilegiis gaudent, vt libertas. Libertas enim omnibus rebus fauorabilior eſt: Libertati fauere omnibus permiſſum eſt. Si duo ſunt iudices, & diuerſas ſententias dederint, pro libertate conſtitutum obtinet. Si duo petant hominem aduerſus diuerſos iudices, & vnus pro libertate ſententiam dederit, alter contra libertatem, cogentur conſentire; cum tamen ſi diſſenſerint libertas conſeruetur, parte pretii præſtita victori, Præſcriptio 20. annorum pro libertate eatenus facit, vt & ciuem Romanum faciat; contra libertatem autem nulla temporis præſcriptio opponitur.

Libertus vnde dictus.

Iſidorus vbi ſupra. Libertus autem vocatus eſt, quaſi liberatus: erat enim prius iugo ſeruitutis addictus. Libertorum autem filii apud antiquos libertini appellabantur, quaſi de libertis nati. Nunc vero libertinus, aut a liberto factus, aut poſſeſſus. *Manumiſſus* dicitur quaſi manu emiſſus, apud veteres enim quoties manumittebant, alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabãt. *Deditiij* primum à deditione ſunt nuncupati: Deditio enim dicitur, quando ſe, victi aut vincendi hoſtes, victoribus tradunt. Quibus hæc origo nominis fuit; dum quondam aduerſus populum Ro. ſerui armis ſumptis dimicaſſent, victi ſe dederunt, comprehenſique varia turpitudine affecti ſunt. Ex his quidam poſtea à dominis manumiſſi, propter ſuppliciorũ notas quas manifeſte perpeſſi ſunt ad dignitatem ciuium Rom. peruenerũt: Liberti ante Romam conditam apud Latinos fiebant, nunquam per teſtamentũ, ſed per epiſtolã libertatem ſumentes. Inde quia nec teſtamẽto aliquid capere, nec ſuos hęredes facere poterant, ciues Romani poſtea ſub conſulibus per teſtamẽta in Vrbe Romana effecti ſũt. his primũ aditus erat in vrbe Roma

Deditiij vnde dicti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

commorari, cæteris autē libertis prohibebatur, ne vel in vrbe Roma, vel infra ſeptimum ab vrbe milliarium commanerent. *Ex ſum. iuris.* In ſumma verò nota quod Manumiſſio ſit multipliciter, aliquando quidem in ſecreto, cum dicit dominus ſeruo; Liber eſto: aliquando verò coram iudice. Et ſi fiat ad hoc vt manumiſſus ordinetur, potius debet fieri coram eccleſiaſtico iudice quàm coram ſæculari. Fit etiam in vltima voluntate; & hoc vel directè, puta cum in teſtamento dicitur à teſtatore: Titius ſeruus meus liber eſto. Vel per fideicommiſſum, vt cum rogat hæredem ſuum, vel alium, vt manumittat aliquem ſeruum. Manumittere poteſt qui rerum ſuarum adminiſtrationem habet. Minor etiam qui iam 20. annum compleuerit, inter viuos libertatem dare poteſt. In vltima quoque voluntate ex quo teſtari poteſt, manumittere poteſt. *Regula iu.* In obſcura voluntate manumittentis, fauendum eſt libertati, quæ rebus omnibus fauorabilior eſt, & æſtimari non poteſt.

Manumiſſio ſit multipliciter.

Quinam poteſt manumittere.

De legitimis filijs & illegitimis.

CAP. LXXXI.

Filij quatuor modis appellãtur, & cur in legibus liberi dicuntur.

Naturales.

Gemini.

Poſthumus.

Nothus.

Spurius.

Vulgo quæſitus matrem ſequitur.

I *Sidorus vbi ſupra.* Quadripartitus eſt autem ordo filiorum, ita: Primogenitus, Vnigenitus, Medius, Nouiſſimus. Quatuor autem modis filij appellantur, natura, imitatione, adoptione, doctrina. Filij autem ideo in legibus liberi appellantur, vt hoc vocabulo ſecernãtur à ſeruis; quia ſicut ſeruus in poteſtate eſt domini, ſic filius in poteſtate patris. Ideo etiam filio fit emancipatio, vt ſit liber à patre, ſicut ſeruo fit manumiſſio, vt ſit liberatus à domino. Item liberi dicti, quia ex libero ſunt matrimonio orti; nam filij ex libero & ancilla, ſeruilis conditionis ſunt. *Naturales* autem dicuntur ingenuarũ concubinarum filij, quos ſola natura genuit, non honeſtas coniugij. Item pueri à pube. *Gemini* ſunt, non duo tantum ſimul nati, ſed etiam plures: de geminis enim vno aborto, alter qui legitimè natus fuerit, Volpiſcus nominatur. *Poſthumus* verò vocatus, eo quod poſt humationem patris naſcitur, id eſt, poſt obitum. Ille & defuncti nomen accepit; ſic etenim lex voluit, vt qui poſt defunctum naſcitur, defuncti nomine appelletur. *Nothus* dicitur, qui de patre nobli, & matre ignobili gignitur, ſicut ex concubina. Eſt autem hoc nomen Græcum, & in Latinitate deficit. Huic contrarius eſt *ſpurius*, qui de patre ignobili, & matre nobili naſcitur. Item dicitur ſpurius, patre incerto, matre vidua genitus. *Iuſtinian. vbi ſupra lib. 1.* In poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex nuptijs iuſtis procreauimus. *Nuptiæ autem ſiue matrimonium, eſt viri mulieriſque coniũctio, individuam conſuetudinem vitæ retinens. Ex ff. lib. 1. de ſtatu hominũ. Celſus lib. 29 ff.* Cum legitimæ nuptiæ factæ ſunt, patrem liberi ſequuntur: Vulgo quæſitus matrem ſequitur. *Modeſtinus lib. 1. Pandectarum, tit. eo.* Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt; vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent quem habere non licet, qui & ſpurij appellãtur. *Ex lib. 1. Pandectarum, tit. eo. Vlpianus lib. 27. ad Sabi.* Lex naturæ hæc eſt, vt qui naſcitur ſine legitimo matrimonio, matrem ſequitur, niſi lex ſpecialis aliud inducat.

De filijs adoptiuis.

CAP. LXXXII.

Quid adoptio & quotup ex.

I *Sidor. vbi ſupra.* Adoptiuus filius eſt, qui aut patre iuſto, aut auo, aut proauo, cuius poteſtate per mancipationem eſt traditus in alienam poteſtatem, quia vtriuſque fert nomen; vt Fabius Æmilius, vel Scipio Paulinus.

Ex ſumma de caſibus. Adoptio eſt extraneæ perſonæ in filium, vel in nepotem, vel deinceps aſſumptio legitima. Species eius ſunt duæ, vna dicitur arrogatio, alia ſimplex adoptio. Arrogatur ille qui ſui iuris eſt, id eſt qui non habet patrem; vel ſi habet, emancipatus eſt, & tranſit in poteſtatem arrogantis; & iſta fieri debent auctoritate principis. Adoptatur ille qui eſt in poteſtate ſui patris, & ideo non tranſit in poteſtatem adoptantis; & hoc fit imperio magiſtratus.

Quinam ad optare poſſit, & qui non.

Adoptare poteſt paterfamilias, qui ſui iuris eſt, & qui generare poteſt. Nam qui generare non poteſt, ſi hoc eſt propter aliquod impedimentum naturale, non poterit adoptare, vt frigidi, & à natura eunuchi. Secus ſi eſſet propter impedimentum accidentale, vt ſpado, ſiue gallinacius, vel gladio caſtratus. Item nec ille qui minor eſt 20. annis, niſi iuſta cauſa interueniente. Mulier verò adoptare non poteſt, niſi ex reſcripto principis in ſolatium filiorum amiſſorum ei concedatur. *Poteſt* adoptari quilibet, tam maſculus, quàm fœmina, dummodo ſit minoris ætatis patre adoptiuo, ita quod filius eius naturalis eſſe poſſit.

Quilibet poteſt adoptari.

Effectus adoptionis eſt, vt ille qui adoptatur, per omnia quaſi filius habeatur, ita vt etiam ab inteſtato ſuccedat. *Item* arrogatus, & eius filij vel nepotes, ſi quos in poteſtate habet, tranſeunt in poteſtatem arrogantis; quod non eſt in eo qui adoptatur. Item arrogator tenetur relinquere filio arrogato, quartam partem omnium bonorum quę habet, ſiue in teſtamento, ſiue aliàs eum velit emancipare; ſed adoptator adoptiuo nihil tenetur relinquere, niſi velit. *Species* adoptionis ſunt tres, vna quaſi deſcendentium, alia quaſi ex latere venientium, tertia quæ legalis affinitas dici poteſt, de qua ſcilicet dicetur infra, tractatu de impedimentis matrimonij.

Tres ſunt ſpecies adoptionis.

Iuſtinianus vbi ſupra. Minor maiorem adoptare non poteſt: adoptio enim naturam imitatur, & pro monſtro eſt, vt maior ſit filius quam pater: debet itaque is qui ſibi per arrogationem, vel optionem filium facit plena pubertate, id eſt, 18. annis præcedere. *Idem in libro* 3. In acquiſitione quę ſit per arrogationem, nihil aliud niſi tantummodo vſus fructus, tam naturalibus patribus, quàm adoptiuis, per filiosfamilias acquiritur, in his rebus quæ extrinſecus obueniunt filijs, dominio eis integro ſeruato. *Ex lib. Pandectarum de eman. & adop. Vlpian. lib. 26. ad Sabin.* Inquirendum eſt, ne fortè turpis cauſa arrogandi ſubſit: Eorum dumtaxat pupillorum arrogatio permittenda eſt his, quæ vel naturali cognatione, vel ſanctiſſima affectione ducti adoptant; cęterorum prohibenda.

Adoptãs debet præcedere adoptiuum annis 18.

De Patribus, & Auis, & Nepotibus.

CAP. LXXXIII.

Pater vnde dictus.

Mater.

Auus.

Nepos.

I *Sidor. vbi ſupra. Pater* dictus, eo quod patratione peracta filium procreet: Patratio enim eſt rei venereæ conſummatio. *Mater* dicitur quaſi materia; nam pater cauſa eſt. *Paterfamilias* autem dicitur, eo quod omnibus in familia ſua poſitis ſeruis (vt pater filiis) paterna dilectione conſulat, ſeruorumque conditionem à filiorum affectu non diſcernat; ſed quaſi vnum membrum amplectatur. Qui autem iniquè dominatur in ſeruis, hoc nomine nequaquam reputet appellari. *Auus*, patris pater eſt, ab æuo dictus, id eſt ab antiquitate. *Proauus*, aui pater, eſt quaſi prope auum. *Abauus*, proaui pater, iam longe ab auo. Atauus, abaui pater. *Tritauus*, ataui pater, quaſi tetrauus, ideſt quartus ſupra auum. Sed tritauus vltimum cognationis nomen eſt. Familia enim oritur à patre, & terminatur in tritauo. *Nepos* eſt, qui ex filio natus eſt: dicitur enim nepos, quaſi natus poſt; primum enim filius naſcitur, deinde nepos, Pronepos eſt, qui ex nepote conceptus & natus eſt. Et dicitur pronepos, quaſi natus porrò poſt. Abnepos dicitur quia ſeiungitur à nepote; eſt enim inter illum & nepotem pronepos. Adnepos abnepotis filius. Trinepos, adnepotis filius: quia poſt nepotem quartus in ordine eſt, quaſi teranepos.

De Cognatis & Affinibus

CAP. LXXXIIII.

I *Vſtinia. vbi ſupra.* Agnati ſunt, qui per maſculini ſexus perſonas cognatione iunguntur, cognati qui per fœminini. *Idem in libro* 3. Vulgo quęſiti agnatos

non

Agnatio est à patre, cognatio à matre.

non habent, quia agnatio est à patre, cognatos tamen habent, quia cognatio à matre est; Hi autem nullum habere patrem intelliguntur.

Isido. vbi supra. Agnati dicti sunt, eo quod accedant pro natis dum desunt filij: qui ideo prius in agente agnoscuntur, quia veniunt per virilis sexus personas; vt frater eodem patre natus, vel fratris filius, vel nepos ex eodem; item patruus. Quatuor autem modis in scripturis diuinis fratres dici solent, natura, gente, cognatione, affectu. *Germana* ita intelligitur vt germanus, eadem ex genitrice manans. *Soror* autem vt frater; nam soror ex eodem, semine, dicta quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur. *Fratres patrueles* dicuntur, quia patres eorum germani fratres inter se fuerunt. *Consobrini* vocantur, quia aut ex sorore & fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consorini. *Fratrueles* autem materteræ filij sunt. *Sobrini* consobrinorum filij. *Patruus* frater patris est; *auunculus* est matris frater; cuius nomen formam diminutiui habere videtur, quia ab auo venire monstratur: *Amita* est soror patris, quasi alia mater. *Matertera* est soror matris, quasi mater altera. *Socer* est qui filiã dedit. *Gener* est qui filiam duxit. *Vitricus* est qui vxorem, ex alio viro filium vel filiam habentem, duxit; & dicitur vitricus quasi nouitricus, eo quod à matre superducatur nouus. *Priuignus* qui ex alio patre natus est, & priuignus dici putatur, quasi primigenius, quasi prius genitus.

Quatuor modis dicuntur fratres in scriptura. Vnde dicta germana soror, fratres patrueles, cõsobrini, &c.

De Hæredibus

CAP. LXXXV.

Hæres vnde dictus.

Isidorus vbi supra. Hæredis nomen imposuit census æris, soluit enim tributum auctoris. *Idem libro 5.* Cretio est certus dierum numerus, in quo constitutus hæres, aut accipit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est vltra capiendę hęreditatis; cretio autem appellata quasi decretio.

Hæredes triplices.

Iustin. vbi supra lib. 2. Hæredes aut necessarij dicuntur, aut quasi sui & necessarij, aut extranei. *Necessarius hæres* est seruus hæres institutus: Ideo sic appellatus, quia velit nolit omnino post mortem testatoris protinus liber, necessarius hæres fit. *Sui & necessarij* hæredes sunt filius & filia, nepos & neptis ex filio, & deinceps cęteri liberi, qui modo in potestate morientis fuerint: sui, quia domestici. Necessarij vero qui omni modo velint nolint, tam ab intestato, quam ex testamento hęredes sunt, ex lege 12. tabularum tantum. Cęteri qui testatoris iuri subiecti non sunt, *extranei* dicuntur; etiam liberi qui in potestate eius non sunt, *Nota* emancipatos liberos iure ciuili ad bona parentis non admitti; similiter adoptiuos emancipatos ad bona patris adoptiui iure ciuili non admitti. Bonorum autem possessio est ius, quod me facit defuncti rem aut possidere, aut expetere.

Emancipati non succedũt parenti iure ciuili.

Idem in lib. 3. Tertyllianum senatusconsultum Adriani tempore fuit, quo cognoscimus, quod matri competat de filij successione intestati mortui: Inquit enim: Licet vulgo autem quæsitus sit filius filiave, potest ad bona eius mater ex Tertylliano senatusconsulto admitti. Orphitianum autem senatusconsultum diui Marci temporibus factum est, Orphitio & Rufo consulibus, quo cognoscimus quemadmodum matribus à filijs succedatur. & dicitur ibi matri succedere vulgo quæsitos, si tamen illustris non sit; nam si illustris fuerit, & legitimos filios habuerit, illi excluduntur.

Mater succedit filio illegitimo, & cõtra.

Regula iu. Qui in ius dominiumve alterius succedit, eius iure vti debet. Hæredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat. Ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. Priuilegia quædam causæ sunt, quędam personæ, & ideo quædam ad hæredem transmitteruntur quæ causæ sunt, quæ vero personę sunt ad hæredem non transeunt. Nemo plus commodi hæredi suo reliquit, quam ipse habuit. In contractibus, quibus doli mali præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidũ tenetur.

Quid iuris & obligationis in hæredẽ transeat.

De Personis legitimis ad hæreditatem admittendis.

CAP. LXXXVI.

Vlpianus vbi supra. Legitimis personis hæreditates vsque ad decimum gradum competunt. Patruus est frater patris, qui Græce *patrὸs* vocatur: Auunculus frater matris; Amita soror patris; Matertera soror matris, Patruus magnus aui frater: Amita magna aui soror: Auunculus magnus auiæ frater: Matertera magna aui soror. Consobrinus & consobrina, qui quęve ex fratribus aut sororibus progenerantur: quidã tamen cõsobrinos, eos proprie putãt dici, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consorinos: Eos vero qui ex duobus fratribus, proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filię nascuntur, sorores patrueles appellantur. Qui ex fratre & sorore progenerãtur, Amitinos proprie dici putant. Amitę tuæ filij, consobrinum te appellant; tu illos amitinos. Propatruus, & proamita, proaui frater & soror. Proauunculus & promatertera, proauię frater & soror. Abpatruus & abamita, abaui frater & soror. Abauunculus & abmatertera, abauiæ frater & soror. In primo gradu supra sunt pater & mater, in secundo auus & auia, in tertio proauus & proauia, in quarto abauus & abauia, in quinto atauus & atauia, in sexto tritauus & tritauia. Infra sunt filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos.

Hæreditates legitimis personis vsque ad decimum gradum cõpetunt,

Gradus cognationis numerantur.

De Tutoribus Pupillorum, & Curatoribus.

CAP. LXXXVII.

Idem in libro 1. Tutela est (vt Seruius diffiniuit) *ius ac potestas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ętatem se defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa*: masculi vero puberes, & fœminæ viripotentes, vsque ad 25. annum completum curatores accipiunt; qui licet puberes sint, adhuc tamen huius ętatis sunt, vt negotia sua curare non possunt. Inuiti adolescentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. *Idem libro primo de legitima patronorum tutela. l. vnica.* Regula dicit, Plerumque vbi est successionis emolumentum, vbi & tutelæ onus incumbit,

Quid tutela & in quem annum protendatur.

Ex sum. iuris. Tutores ergo sunt, qui tuendi vim & potestatem habẽt; vnde dicuntur tutores, quasi tuitores, vel defensores. Ista durat in pupillari ætate, & si pupillus est masculus, vsque ad 14. annum completum fœminæ vsque ad 12; tunc enim dicuntur viripotentes: In cura vero sunt tempore pubertatis, quod est in masculo à 14. anno, in fœminis à 12. vsque ad 25. Et nota quod tutor quandoque datur à patre, quandoque à iudice. Curator à patre nõ datur, sed datus confirmatur. Item curatorinuito adolescenti non datur, præterquam ad litem.

Tutor est vsque ad pubertatem, curator vsque ad 25. annii. Ille quandoque datur à patre hic non nisi à iudice, nec adolescente inuito præterquam ad litẽ

Ex Digest. libro 4. de mino. 25. an. l. prima Prætor edicit, *quod cum minore 25. annis natu gestum erit, vti quęque res erit animaduertam*: Naturalem secutus æquitatem hoc edictum proposuit. quo tutelam minorum suscepit. Nam cum inter omnes constet fragile esse & infirmum huius ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorum insidijs expositum; auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones opitulationem. Nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat: & ideo hodie vsque in hanc ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei administratio committi eis debet, quamuis rem suam bene gerentibus. *Vlpianus. l. ait prætor. §. Hodie* hoc iure vtimur, vt in lucro minoribus succurratur. *Pomponius lege & si sine dolo. paragrapho quæsitum.* In rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, non est minoribus aduersus emptorem succurendum; nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur. Susceptam tutelam non alij solent deponere, quam qui trans mare causa reipub. absunt, vel hi qui circa principes sunt occupati. *Paulus libro 9.*

In quibusdã casibus non est minori aduersus emptorem succurrendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ad edict. Planè quamdiu is qui à minore rem accepit, aut hæres eius idoneus sit; nihil inquit noui constituendum est in eum, qui rem bona fide emerit.

Vlpianus l. in causæ cognitione. Si communi auxilio, & mero iure munitus sit non debet ei tribui extraordinarium auxilium, vtputa cum pupillo contractum est sine tutoris auctoritate, nec locupletior factus est, & generaliter vbi contractus non valet, pro certo prætor non debet se interponere. *Paulus l. cum mandato.* Si procuratorio nomine minor circunscriptus sit, imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia. *Triphonius l. auxilium.* Nulla est ætatis excusatio aduersus præcepta legum, quę dum leges inuocat, contra eas committit. *Dolus tutoris pupillo nocere non debet.* *Regula iuris.* Neque interdicto, neque in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

De rebus ad quas spectat ius.

CAP. LXXXVIII.

Varia rerum diuisiones. EX *summa iuris.* Viso de iure ad personas spectante, videndum est de iure ad res pertinente, siue in rebus nobis competente. Rerum multiplex est diuisio; nam alię sunt sanctę, aliæ sacræ, aliæ religiosæ. Item alię publicæ, aliæ communes. Item aliæ vniuersitatis, aliæ singulorum, aliæ nullius. Item aliæ in nostro patrimonio, aliæ extra patrimonium. Item aliæ nec in patrimonio, nec extra patrimonium. Item aliæ corporales, aliæ incorporales.

Quis censendus bene vel malè possidere. *Isidorus vbi supra lib. 5.* Res sunt quæ in nostro iure consistunt, iura autem sunt quę à nobis iustè possidentur, quod autem malè possidetur alienum est. Malè autem possidet, qui vel malè suis vtitur, vel aliena præsumit. Possidet autem iustè, qui non irretitur cupiditate; qui autem cupiditate tenetur, possessus est, non possessor. Peculium à pecudibus dictum, in quibus veterum constabat vniuersa substantia. *Regula iuris.* Bona fides possidenti tantundem præstat, quantum veritas. Quoties lex impedimento non est, qui actionem iudice comparauit, bonę fidei possessor est. *Paulus lib. 2. Institut.* *Res quadam publica, quadam priuata, &c.* Res aliæ diuini iuris, aliæ humani: Primæ in nullius bonis sunt. Quæ autem humani iuris sunt, alię publicæ, aliæ priuatæ. Publicæ non sunt in bonis alicuius sed vniuersitatis sunt. Priuatæ quæ singulorum sunt, quædam corporales sunt, id est quę tangi possunt; quędam incorporales, quæ tangi non possunt, & in iure cōsistūt: vt hæreditas, vsusfructus, obligationes & similia.

De rebus sacris.

CAP. LXXXIX.

Quæ res dicēda sancta, sacra, religiosa. EX *summa iuris.* *Sanctæ res* sunt sanctorum martyrum reliquiæ. Item muri, & portæ ciuitatum & municipiorum sanctæ dicuntur. Et est sanctum, quod ab iniuria hominum defensum & munitum est: pœna enim grauissima constituta est contra eos qui prædicta violauerint. Communi vsu, homines bonæ vitæ, & dignitatis eximię, dicimus sanctos esse. Et tantum valet sanctus, quantum firmus, siue mundus, cum personæ attribuitur. *Sacræ* sunt, quæ ritè ac publicè per Pontifices consecratę sunt; vt ecclesię, & alia quę ad ministerium Dei ritè dedicatæ sunt, vt Cruces, Calices, Vestimenta, & similia. *Religiosæ res* sunt loca in quibus aliqui sepulti sunt, etiam si serui sint, nisi fortè ille qui sepultus est in loco, siue liber, siue seruus, capitali sententia punitus sit; vel nisi talis erat, quod non debeat lugeri, vt proditor patriæ suæ. *Et nota* quod sufficit saltē caput hominis sepeliri in loco, ad hoc quod sit religiosus; ita tamen si eo animo sepelitur, quod ibi perpetuo esset: nam si sepeliatur quis causa transferendi alias, non est locus religiosus. *Religiosi dicti, quia religati certa regula.* *Item* religiosæ dicuntur domus religiosorum, & ipsi inhabitantes religiosi dicuntur, à religādo passiuè, quia religati siue astricti sunt certa regula, puta B. Benedicti, vel alia per sedem Apost. approbata. *Martianus lib. 4. regularum.* Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. *Vlpianus lib. 18. ad ed.* Sacer locus est locus consecratus. Sacrarium, locus in quo sacra reponuntur, quod etiam in ædificio priuato esse potest. Muros municipales nec reficere licet, sine principis vel præsidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere vel supponere. Res sacra non recipit æstimationem. *Pomponius lib. 2. ex varijs lectionibus.* *Crimen est capitale muros transcēdere.* Si quis muros violauerit, capite puniatur; sicuti qui qui transcenderet scalis admotis, vel alia qualibet ratione; nam ciues Romanos aliàs quàm per portas egredi vel ingredi non licet, cum illud hostile, & abominandum sit.

Iterum de eodem.

CAP. XC.

Res sacra nō possunt alienari. *Vlpianus vbi supra.* Sacræ res sunt quæ ritè per Pōtifices Deo consecratæ sunt, vt ædes sacræ, & dona quæ ritè ad ministerium Dei dedicata sunt, quæ etiam per nostram constitutionem alienari & obligari prohibemus, excepta causa redēptionis captiuorum. Si quis auctoritate sua locum quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum: locus autem in quo sacræ ædes ædificatæ sunt, etiam dirupto ædificio, adhuc sacer locus manet, vt Papianus scripsit. *Locus fit religiosus per sepulturam mortui in ipso.* Religiosum locum vnusquisque sua volūtate facit, dum mortuum infert in locum suum: in communem autem locum purum, inuito socio inferre non licet: In commune verò sepulchrum, etiam inuitis cæteris inferre licet. Item si alienus vsusfructus est; proprietarium placet, nisi consentiente vsufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum concedente domino licet inferre; & licet postea ratū nō habuerit, quoniam illatus est mortuus, tamen sine consensu eius, religiosus locus fit. *Cur muri & portæ dicuntur sanctæ.* Sanctæ quoque res sunt veluti muri & portæ. Ideo autem muros sanctos dicimus, quia pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros sanctos deliquerint: ideo legum eas partes, quibus pœnam constituimus aduersus eos qui contra legem fecerint, sanctiones vocamus.

De rebus publicis, & communibus.

CAP XCI.

Quæ res cōmunes & quæ publicæ. QVædam naturali iure communia sunt omnium, quædam publica. Communia sunt, vt aer, & aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Flumina omnia & portus, publica sunt; ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque. Littus maris est, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit. *Vsus riparū est iure gentium cōmunis, sed proprietas est illorum, quorū prædijs adhærent.* Riparū quoque vsus publicus, & portus, iure gentiū est, sicut fluminis. Itaque nauē ad eas ripas applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare: sed proprietas earum illorum est, quorum prædijs adhærent; qua de causa arbores in ijsdem natæ eorundem sunt. Littorum quoque vsus publicus iure gentium est, sicut ipsius maris; & ob id quibuslibet liberum esse casam ibi imponere, in qua se recipiant, sicut retia siccare, & ex mari deducere. Proprietas eorum nullius est, sed eiusdem iuris est cuius est mare, & quę mari subiacet terra vel arena.

Discrimen inter cōmune & publicum *Ex summa iuris.* Publica sunt flumina omnia, & portus: riparum quoque vsus publicus est, sicut & fluminis. Communia sunt quæ iure naturali sunt omnium, vt aer, aqua profluens, & mare; ac per omnia littora maris. Et caue, quia idem videtur commune & publicum, quod quidam concesserunt, sed non est verū; quia commune est, quod quis occupatione, vel apprehensione suum facit, vt quantum quis de aere attrahit, tantum suum faciat; publicum est cuius vsus est publicus, nec occupanti conceditur, vnde occupantis non fit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A

De rebus vniuersitatis, & singulorum, & his quę sunt extra patrimonium.

CAP. XCII.

Quæ res sunt vniuersitatis seu communitatis, & quæ singulorum.

VNiuersitatis vero sunt theatra, ideſt palatia, ſiue domus communitatis, & ſtadia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum, vel alicuius vniuerſitatis. Idem dici poteſt de rebus collegiorum, vel capitulorum, quia ipſius collegij ſunt, non ſingulorum: vnde canonicus poteſt ferre teſtimonium in cauſa capituli, quia non eſt ſua: nam in re ſua, nullus idoneus teſtis habetur. *Singulorum* res ſunt, quarum quilibet dominium habet; quod quidem dominiũ traditionibus, & vſucapionibus, multiſque alijs modis acquiritur; & tales res bona noſtra vocantur, & in noſtro patrimonio eſſe dicuntnr.

Quædam res ſunt extra patrimonii & quædam nec intra, nec extra.

B

Extra patrimonium ſunt res ſacroſanctæ & religioſæ, quæ etiam nullius eſſe dicuntur: nam quod diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt. *Res vero* quæ nec in patrimonio, nec extra patrimonium ſunt, ſicut vſus fructus, ſeruitutes tam ruſticorum quam vrbanorum prædiorum idem de iure patronatus; nam iſtæ ſeruitutes, vel ius patronatus, per ſe ſine prædio vel patrimonio non venduntur, & ideo non dicuntur eſſe in bonis. *Item* nõ ſunt extra bona, cum cõtra non poſſidentes, exceptionẽ; contra poſſidentes actionẽ ad eas recuperandas habeamus. quid autẽ ſit exceptio, quid actio patebit infra

De rebus quæ nullius ſunt & occupanti conceßæ ſunt.

C

CAP. XCIII.

Quod in nullius domino eſt vt fera, occupanti conceditur.

Iv Hinianus lib. 2. Quod autem antea nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec intereſt feras beſtias, volucres, & piſces, vtrum in ſuo fundo quiſque capiat, an alieno. Plane qui in alienum fundum ingreditur, venandi aut aucupandi gratia, poteſt à domino, ſi is præuiderit prohiberi ne ingrediatur. Quidquid autem eorum cæperis, eouſque tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur: cum vero euaſerit cuſtodiam tuam, & in naturalem libertatem ſe receperit, tuum eſſe deſinit, & rurſum occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita in conſpectu tuo ſit, vt difficilis ſit eius perſecutio.

Apes inter feras reputãtur

D

Apium natura fera eſt: Itaque quę in arbore tua conſederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ eſſe intelliguntur, quam volucres quæ in tua arbore nidum fecerint. Ideoque ſi alius eas incluſerit, ipſe earum dominus erit. Fauos quoque ſi quos effecerint, quilibet eximere poteſt. Planè integra re priuſquam eximantur, ſi præuideris ingredientem in fundum tuum, poteris eum iure prohibere ne ingrediatur. Examen ex alueo tuo ſi euolauit, eouſque tuum eſſe intelligitur, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis eius perſecutio eſt: Alioquin occupantis fit.

Pauones & palumbæ ſũt feræ, vti etiã cerui.

Pauonum & palumbarum fera natura eſt, nec ad rem pertinet, quod ex conſuetudine auolare & reuolare ſolent. Nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. Ceruos quoque ita quidam manſuetos habent, vt in ſiluas ire & redire ſoleant, & ipſorum feram eſſe naturam nemo negat. In his autem animalibus, quæ ex conſurtudine abire, & redire ſalent, talis regula probata eſt, vt eouſque tua eſſe intelligantur, donec animum reuertendi habeant; nam ſi animum reuertendi habere deſierint, tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur deſinere, cum reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

E

Gallinæ & anſeres domeſtici non ſunt feræ.

Gallinarum & Anſerum non eſt fera natura; nam alię ſunt gallinæ, quas feras vocamus, & alij anſeres, quos feros appellamus: & ideo ſi anſeres tui, aut gallinæ tuę, aliquo caſu turbati, turbatęve euolauerint; licet conſpectum tuum effugerint, quocumque tamen in loco ſunt, tui tuæve eſſe non deſinunt; & qui lucrandi animo ea animalia retinet, furtum cõmittere intelligitur.

Adhuc de eodem.

CAP. XCIV.

Capta ab hoſtibus noſtra ſunt nec non gemmæ inuentæ, &c.

ITEM ea quæ ab hoſtibus capimus, iure gentium ſtatim noſtra ſunt, adeo quidem vt & liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur; qui tamen ſi euaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt. Lapilli & gemmæ, & cætera quæ inueniuntur, iure naturali ſtatim inuentoris fiunt. Quæ ex animalibus domino tuo ſubiectis nata ſunt, tua ſunt. Quæ per alluuionem agro tuo flumen adiecit, tibi acquiruntur; eſt autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adicitur, vt intelligere non poſſis quantũ quoque momento temporis adiciatur. Quod ſi vis fluminis partem aliquã ex tuo prędio detraxerit, & vicino prædio applicauerit, palã eſt eam tuã permanere. Planè ſi longiori tẽpore fundo vicini hæſerit, arboreſque quas ſecum traxerit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo acquiſitæ. Inſula quæ in mari nata eſt (quod rarò accidit) occupantis fit. *Glo. Et hic eſt caſus, in quo publica res, ſine permiſſu principis fit priuata. Si gregis* vſumfructũ quis habeat in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius ſubmittere debet, & in vinearum demortuarum vel arborum locum, aliàs debet ſubſtituere; rectè.n.colere debet, & quaſi bonus paterfamilias vti debet. *Theſauros* quos quiſq; in loco ſuo inuenerit, Imperator Adrianus naturalẽ æquitatẽ ſecutus, ei conceſſit qui inuenerit: *Idemq;* ſtatuit, ſi quis in ſacro, aut in religioſo loco fortuito caſu inuenerit: at ſi quis in alieno loco, nõ data ad hoc opera, ſed fortuito inuenerit; dimidiũ ſoli domino conceſſit & dimidium inuẽtori. *Glo. Quod ſi data ad hoc opera inuenerit, non ſolum nihil inde conſequitur, ſed etiã punitur.* Si quis in Cęſaris loco inuenerit, dimidium inuentoris, & dimidium Cęſaris erit. *Exſum.in.* In ſumma verò nota, quod 5. modis res dicuntur eſſe nullius: *Conſenſu populi*, vt res ſacræ & religioſæ. *Natura*, vt homo liber, & ſylueſtria omnia, & ſimilia; vt piſces, & huiuſmodi. *Facto*, vt res pro derelicto habita, puta cũ quis metu tẽpeſtatis proiicit res in mare, vel pro aliquo periculo etiam in terra, vel volũtate derelinquit aliquid quod ſuum erat, ſine ſpe rehabendi. *Caſu*, vt hæreditas iacens; puta cum mortuus eſt aliquis & relinquit hæredẽ, antequam hæres adeat hæreditatem, hæreditas dicitur in nullius bonis eſſe. *Item tẽpore*, vt theſaurus, puta cũ aliqua pecunia, vel argentum, vel aurum abſcõditum eſt, nec quod ibi ſit, extat hominis qui repoſuit, vel aliorum memoria.

Quinque modis res dicitur eſſe nullius.

De rebus incorporalibus, & primo de hęreditate.

CAP. XCV.

Res quædam corporales, quædam incorporales.

EX ſum. iuris. Item rerũ aliæ ſunt corporales, puta quę ſui natura tãgi poſſunt, vt homo, fundus, veſtis aurum, & aliæ innumerabiles res. Aliæ incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, vt ea quæ in iure conſiſtũt vt hęreditas, vſusfructus, vſus, & obligationes quoquo modo contractæ, ſeruitutes prędiorũ, iuſpatronatus, vſucapiones, præſcriptiones, obligationes quoque contractæ. *Iſid. 5. l.* Hæreditas eſt res quæ morte alicuius ad quempiã peruenit, vel legato ex teſtamẽto, vel poſſeſſione recepta. *Regula iuris.* Hæreditas nihil aliud eſt quã ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit. *Ex Digeſt. lib.* 5. Pro hęrede poſſidet, qui putat ſe hæredẽ eſſe & non eſt, vt ait *Vlpianus lib. 5. ad edict.* Vel qui ſcit ſe non eſſe, pro poſſeſſore vero poſſidet, vt prædo. Si à furioſo emero ſciens pro poſſeſſore poſſideo. Qui ſciens emit alienam hæreditatẽ, pro poſſeſſore poſſidet, & ſic peti poſſe ab eo hæreditatẽ, vt aiũt quidam: ſed nemo prędo eſt, qui prætium ſoluit. In hæreditate continentur vniuerſę res hęreditarię, ſiue iura, ſiue corpora ſint, & etiam res pignori datæ, vel cõmodatæ, vel depoſitę.

Quid hæreditas.

Qui alienam adit hæreditatem pro poſſeſſore poſſidet.

Caius lib. 6, ad edict. prouinc. Deperditum intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſijt. Diminutum quod vſucaptum eſt, & ob id de hæreditate exijt. *Vlpianus in eodem.* Quod quis ſuo nomine ſoluit, non debitoris debitorem nõ liberat: iuſtus autẽ poſſeſſor proculdubio

debebit

debebit deducere quod sibi debetur: sicut autem sumptum quē fecit deducit, ita si facere debuit, & non fecit culpę huius reddat rationē, nisi bonę fidei possessor est. tunc enim quia quasi rem suam neglexit, nulli quærelę subiectus est ante petitam hæreditatem; postea verò & ipse prædo est. *Paulus.* Fructus hæreditatis intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum conseruandorumque gratia fiunt, quod non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verum & in prædonibus.

Fructus hæreditatis sūt qui restant deductis impensis.

Vlpianus lib. 15. ad ed. Quod si sumptus quidem fecit, nihil autem percepit fructuum, æquissimum erit rationem horum quoque in bonę fidei possessoribus haberi: quod de impensis necessarijs & vtilibus, non voluntariis intelligendum est. Prædo verò fructus suos non facit, sed auget hæreditatem. Ipse quoque de se queri debet, qui sciens in rem alienam impendit: sed benignius est in huius quidem persona haberi rationem; non enim debet petitor ex aliena iactura lucrum facere; & idipsum officio iudicis continebitur.

Sibi debet imputare qui in rem alienā sumptus impendit,

Papianus libro 6. quæstionum. Quamuis stricto iure, nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen principali vel Pontificali auctoritate compellitur, ad obsequium supremæ voluntatis. *Hermogenianus libro 2. iuris epitomatum.* Si possessor ex hæreditate inhonestos habuit quæstus, hos etiam restituere cogetur. *Iulianus.* Cum prædia vrbana & rustica, negligentia possessorum peiora facta sunt, litis æstimationem earum rerum quanto peiores factæ sunt, possessores pati debent.

De vsufructu, & vsu.

CAP. XCVI.

EX Digestis 7. *libro Martianus libro 2. re.* Seruitutes aut personarum sunt, vt vsus, & vsusfructus; aut rerum, vt seruitutes rusticorum prædiorum, & vrbanorum. *Paulus 3. lib. ad Vitellum.* Vsusfructus est ius alienis rebus vtendi & fruendi, salua rerum substantia. *Celsus libro 19. Digestorum.* Est enim vsusfructus ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. *Cassius libro 17. iuris ciuilis.* Vsufructuarius rei, boni viri arbitratu vti & frui debet.

Quid vsus fructus.

Vlpianus. Vsufructuarius, vel ipse frui ea re, vel locare vel vēdere potest, vel alij fruendam concedere. *Labeo ait,* Vsufructuarium in omnibus rebus mobilibus, eum modum tenere debere, ne sua feritate vel sæuitia eam corrūpat, alioquin lege Aquilia conueniendum. *Iul. ait:* Fructuarius acquirere quidem fundo seruitutem non potest, retinere autem potest; & si fortè fuerit, non vtente fructuario, amissa, hoc quoque nomine tenebitur. Proprietatis autem dominus, etiam non consentiente fructuario, seruitutem fundo imponere potest, nisi vt ait Paulus, per hoc fiat deterior fructuarij conditio; veluti si talem seruitutem vicino concesserit, ius sibi non esse alteri tollere. Cum partis bonorum vsusfructus legatur, si non sit specialiter partis facta mentio, dimidia pars bonorum continetur.

Fructuarius debet rē debitè tractare sub pœna cōuentionis.

Paulus, alias Neratius, libro 3. membranarum. Syluam cæduam, etiam si intempestiuè cæsa fit, in fructu esse constat, sicut olea immatura lecta. Item fœnum immaturum lectum, in fructu est. Centum anni pro longæuitate habentur. *Vlpianus libro 1.* Ex municipio, cui vsusfructus legatus est, etiam inuito hęrede eum extraneo vendere potest. *Pomponius libro 5. ad Sab.* Si areæ vsusfructus legatus sit, mihi possum ibi casam ædificare, custodiæ causa earum rerum quæ in area sunt. *Caius libro 7. ad edict. prouinciale.* Caro & corium mortui pecoris in fructum non est: quia extinguitur mortuo eo vsusfructus. *Pomponius libro 3. ad Quintum nuncium.* Cum gregis vsusfructus legatus est, & eousque peruenit numerus gregis, vt grex non intelligatur, perit vsus fructus. *Vlpianus in l. hoc senatus.* Idem continet vsus pecunię, & vsusfructus. *Vlpianus libro 18. ad Sab.* Cuius vsus relictus est vti potest, frui non potest, sed fructus sine vsu esse non potest, vsus sine fructu potest. *Paulus lib. 3. ad Vitellum.* Vsus pars legari non potest, nā frui quidem pro parte possumus, vti verò pro parte non possumus. *Modestinus libro 2. regularum.* Vsus aquæ personalis est, & ideo ad hæredem vsuarij transmitti non potest. *Ex summa iuris.* Et nota quod aliud est vsusfructus, aliud est vsus. Nam qui vsumfructum habet, potest fructibus vti ad opus suum, & dare & vendere, & locare; quod non potest qui tantum vsum habet; is enim tantum ad opus quotidianum vtitur fructibus.

Caro & corium mortui pecoris in fructu non est

Discrimen inter vsum & vsumfructum.

De seruitutibus Prædiorum.

CAP. XCVII.

EX Digest. 8. *lib. Vlpianus libro 29. ad edict. prouinciale.* Vnus ex dominis communium ædium seruitutem imponere non potest. *Idem libro 26.* Seruitutes prædiorum, aliæ in solo, alię in superficie consistunt. *Paulus lib. 15. ad Plautium.* Vt pomum decerpere liceat, & vt spatiari, & vt cænare in alieno possumus, seruitus imponi non potest. *Celsus libro 15. Digest.* Si cui simplici vsu via per fundum cuiuspiam cedatur, vel relinquatur in infinitum, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit ciuili tamen modo: Nam quædam in sermone tacito excipiuntur: non enim per villam ipsam, aut per medias vineas, aut segetes iter agere sinendus est, cum id æquè commodè per alteram partem facere possit, minore seruitutis detrimento. Verum constitit vt qua primum viam direxisset, ea demum via iter agere debebit, nec amplius mutandę eius potestatem habere.

Seruitutes prædiorū aliæ in solo, aliæ in superficie consistunt.

Cui conceditur via per alienum fūdū non debet viam capere cum detrimēto domini

Paulus. Publico loco interueniente, vel via publica, haustus seruitus imponi potest, aquęductus non potest. A principe autem peti solet, vt per viam publicam, aquam ducere sine incommodo liceat publico. *Pomponius libro singularium rerum.* Vię, itineris, actus, aquæductus pars in obligationem deduci non potest, quia vsus eorum indiuisus est.

Marcellus. Seruitutes quæ in superficie consistunt, possessione retinentur. Sciendum est, per seruitutem, meliorem vicini conditionem fieri posse, deteriorem non posse, nisi aliquid nominatim in seruitutem impendendam immutatum fuerit. *Paulus lib. 15. ad Sab.* In rem communē, nemo dominorum iure seruitutis, neque facere quicquam inuito altero potest, neque prohibere quominus alter faciat: nulli enim res sua seruit. *Idem in eodem.* Omnes seruitutes prædiorum, perpetuas causas habere debent, & ideo neque ex lacu, neque ex stagno concedi aquæductus potest. Stillicidij quoque immittēdi naturalis & perpetua causa esse debet. *Idem in eodem.* Vsusfructus in alterutris prædijs acquisitus non adimit (alias interrumpit) seruitutem.

Per seruitutē conditio vicini nō debet esse deterior.

Omnes seruitutes prædiorū debent habere perpetuas causas.

De seruitutibus prædiorum Vrbanorum & Rusticorum.

CAP. XCVIII.

EX *summa iuris.* Seruitutes vrbanorum prædiorum sunt quę ædificijs siue domibus inhærent; vti scilicet vicinus onera vicini sustineat, vt liceat tignum vel trabem in parietem immittere, vel stillicidium recipere, vel ne possit altius ædificare, & alia plura onera, quæ non expedit numerare. *Ex Digest. libro 7. Paulus libro 6. ad edictum prouinciale.* Parietem, qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi eum & reficiendi ius non est, quia solus dominus non est.

Quid seruitus vrbani prædij.

Vlpianus libro 1. ad edict. Cum eo qui tollendo obscurat vicini ędes, quibus non seruiat, nulla competit actio. *Marcellus.* Ita officere luminibus, & obscurare legatas ædes conceditur, vt non penitus lumē recludatur, sed tantū relinquatur, quantū sufficit habitantibus in vsus diurni moderatione. *Iustinianus lib. 2. Instit.* Seruitutes prædiorum rusticorū, sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. *Iter,* est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum. *Actus* est ius

Quid seruitus rusticorū prædiorū, seu in quibus rebus cernitur.

eundi

eundi, agendi, vel ducendi iumentum, vel vehiculum. Itaque qui habet iter; actum non habet: qui actum habet; habet & iter, eoque etiam sine iumento vti potest. *Via* est ius eundi, & agendi, & ambulandi; nam & iter & actum in se via continet: Aquæductus est ius aquam ducendi per fundum alienum. In rusticis autem computanda sunt aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ; traditio planè & patientia, seruitutum inducit officium.

Paulus libr. 7. ad edict. prouin. Viæ latitudo ex le. 12. tabularum in porrectum, 8. pedes habet, in anfractum idest vbi flexus est, 16. *Modestinus libro 9. differentiarum*. Inter actum & iter hæc est differentia, iter est quo quis pedes vel eques commeare potest: actus vero est, vbi & armenta ducere, & vehiculum liceat.

De iure Patronatus.

CAP. XCIX.

Quis patronus nuncupandus.

EX *summa iuris decretalium*. Patroni nomen, vnde patronatus dicitur, æquiuoce sumitur. Dicitur enim patronus, qui clientulo suo patrocinium in causa præstat, vel qui seruum manu misit, vel etiam quilibet defensor siue fautor: vnde patronus est turpitudinis, qui crimen celat vxoris. Dicitur etiam patronus ecclesiæ vel hospitalis, fundator, aut donator, vel soli præstitor. *Est ergo* (secundum quod hic accipitur) *iuspatronatus, auctoritas vel potestas prouidendi ecclesiæ, prouenientis ex beneficijs in perpetuum ei collatis*. Debet autem ecclesiæ prouidere patronus, & in temporalibus, ne dilapidentur, & in spiritualibus, vt dignum ibi presbyterum eligat, qui diuina officia celebret, & hoc in ecclesiis non collegiatis. In collegiatis autem, in electione à collegio facta, consensus eius est requirendus, & non ante, quia quod humani iuris esse desiit per consecrationem, seruitutem non recipit. Olim etiam vnus erat ex eligentibus.

Quid iuspatronatus.

In collegiatis ecclesijs patronus non potest eligere præpositum.

Pluribus itaque nominibus appellatur hoc ius, dicitur enim quandoque ius patronatus, quandoque processionis aditus, quandoque gratia, quandoque consensus, quandoque inuestitura, quandoque possessio, quandoque defensio, quandoque etiam aduocatio. veruntamen aduocatus proprie dicitur, qui nec ecclesiæ solum præstitit, nec ædificauit, neque dotauit, sed solummodo ad eius defensionem vocatus est, nec habet in ea ius aliquod spirituale.

Iuspatronatus variis nominibus significatur.

Transfertur autem iuspatronatus quatuor modis; scilicet hereditaria successione. Item donatione, quam potest quis etiam laico facere. Quidam tamen dicunt illud priuate donari non posse. Item permutatione cum alio spirituali, & etiam vniuersalitatis alienatione. Non enim per se vendi potest, sed transit cum vniuersalitate: Eadem ratione non infeudari potest, cum titulus feudalis gratuitus non sit: vnde versus.

Iuspatronatus transfertur quatuor modis.

Iuspatronatus transire facit nouus hæres;
Res permutata, donatio, venditioque.

Sciendum vero quod ius patronatus secundum quosdam non est merum spirituale, quoniam & laico competit, & ad hæredes transfertur, sicut & ius funerandi (& etiam secundum quosdam ad extraneos) sed neque purum temporale, quia vendi non potest, & ita partim temporale est, partim spirituale. *Alij* vero dicunt, quod est merum spirituale, cum sit quoddam simplex & indiuisibile. Quod enim transit ad hæredes, ex dispensatione fit, sicut innuitur extra. 1. de iure patronatus. Illa namque dispensatio ad ius commune redacta est. Nec diuiditur iuspatronatus inter hæredes, sed apud vnumquemque manet in solidum quo ad omnem eius effectum, etiamsi ex diuersis & inæqualibus partibus hæredes sint; & hoc præter sacerdotis præsentationem, quæ est apud omnes, ita quod apud nullum. Si tamen vnus compatronorum plures filios reliquerit, non habetur ratio in capita, sed in stirpes. Item ecclesia non diuiditur, vt hæredum vnus possit suum presbyterum inuestire, vel vt vnus plures prælatos pares possit instituere; sed impares bene potest, vt probatur per illam decre. de iure pa. *postulasti*. Semper autem tractanda est causa de iure pa. coram ecclesiastico iudice. Et si quidem super hoc inter aliquos mota quæstione, differatur institutio, distinguendum est, vtrum protrahatur culpa litigantium, an impedimento iudicis. Si culpa litigantium, poterit episcopus post menses quatuor ecclesiam ordinare, saluo iure partis vtriusque; si vero iudicis impedimento, tunc vsque ad menses sex tenetur episcopus expectare.

Iuspatronatus transit in hæredes ita vt sit apud vnumquemq; insolidũ præter sacerdotis præsentationem qua ab omnibus fieri debet.

De eius acquisitione, & debito, & translatione.

CAP. C.

Acquiritur ius patronatus tribus modis.

ACQVIRITVR autem huiusmodi ius tribus de causis. Patronum enim faciunt fundi præstatio, dotatio, ædificatio, siue fundatio; & hoc diuisim: Ita quod si vnus territorium, siue fundum assignauerit, & alius dotauerit, tertius vere fundauerit, cuilibet eorum iuspatronat. est acquisitum. Et vnusquisque habet in solidum, ita quod omnes æqualiter, sicut de seruitutibus dicitur in Dige. Sed licet quilibet habeat ibi ius singulare per se, habent tamen insimul quoddam ius commune præsentandi personam, sicut & illi ad quos spectat electio, nullus enim per se potest eligere. Dicunt tamen alij, quod ille tantum debet personam præsentare qui territorium assignauit, id est agrum, vel fundum Aliquando namque territorium in iure vocatur ipse ager, aliquando autem vniuersitas agrorum, aliquando vero diœcesis. Vnde versus.

Patrono debetur honor, oriens, vtilitasque:
Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

Patrono, debetur honor, onus, & vtilitas.

Honor quidem quia præsentat (sed ex præsentatione sola, nihil iuris prouenit præsentato, nisi collegium, vel aliqua religiosa persona habeat præsentationem.) Nam vt ait Innocentius tertius, Episcopus qui præsentatum idoneum admittere recusat, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellitur, vt in quo deliquit, in eo puniatur. *Onus* vero, quia tenetur eam contra quoslibet oppressores defendere. *Vtilitas* autem, quoniam ali debet ab ecclesia, si vergat ad inopiam; præterea debetur ei processionis aditus, vt scilicet alios Parochianos præcedat in processione, vel vt cum processione recipiatur, cum à longo redit itinere, præterea si quod episcopi consensu seruitium imposuerit ecclesiæ, illud etiam potest exigere; non autem feudum, talias, & huiusmodi.

De Bonorum possessione.

CAP. CI.

Quid bonorũ possessio, & quot modis fuerit introducta.

ISIDORVS, *libr. 5.* Bonorum possessio, est ius possessionis certo ordine, certoque titulo acquisitæ. *Iustinianus in libr. institutionum*, 3. Bonorum possessio, est ius persequendi retinendique patrimonij, siue rei quæ cuiusque dum moritur fuerit. Bonorum possessiones tribus modis introductæ sunt, aut emendandi veteris iuris gratia, aut impugnandi, aut confirmandi. *Emendandi*, quia lex 12. tabularum emancipatos inter suos non cognoscit; prætor vero hæc emendans, vocat eos *vnde liberi*. *Impugnandi*, quia lex 12. tabularum eos qui per fœmineum sexum descendunt, omni modo repellit à successione; prætor vero hoc impugnans, vocat eos *vnde cognati*. *Confirmandi*, quoties prætor dat eis bonorum possessionem, qui

poterant ex iure ciuili, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſuccedere. Extraordinarium auxilium hoc, eſt ſecundum legem Corneliam conſiderandum, quæ captis proſpexit, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato. *Omnes* quidem dies, aut continuati, aut vtiles vocantur. Continuati ſunt qui quotidie & omnes computantur. Vtiles ſunt in quibus feriati dies excipiuntur, & ægritudinis; vel in quibus quis qualibet occupatione detinetur; ſed tantum illi dies computantur, in quibus agere poteſt in bonorum poſſeſſionem, & dies vtiles continui reputantur.

Tãtum dies vtiles ſunt computandi inter datos alicui ad hereditatem adeundam vel recuſandam.

Ex codice Theodeſiano libr. 4. Poſſeſſio tribus modis tibi acquiritur, occupatione, acceſſione, translatione. *Occupatione*, vt vacua quæ à nemine detinetur; quo caſu à re incipitur; & ſi non vllius fuit, ſiue alterius, ea cauſa dominium tibi acquiritur. Si autem quod alicuius eſt, nullius putes, aliqua iuſta opinione deceptus, & ita eius poſſeſſionem apprehendis, dominium quidem non tibi quæritur, ſed tamen iuſtè poſſidere incipis pro tuo poſſidendo. *Acceſſio* duplex eſt, aliquando per ſe, vt partus ancillæ, & fructus bona fide percepti, & tunc pro tuo poſſidere, vſucapere potes. Aliquando non per ſe, ſed ex communitate maioris rei; vt quod per alluuionem agro tuo adiectum eſt, in his enim titulus principalis rei ſpectatur, vt iuſta poſſeſſio ſit, & pro tuo vſucapere poſſis. *Transfert* aliquis poſſeſſionem, vel per ſe, vel per alium; & hoc aut nolens, aut volens; aut ignorans. Volens vt per venditionem, vel emptionem, vel tranſactionem, vel ſtipulationem, vel inſolidum dationem, vel donationem;. & tunc incipis ciuiliter poſſidere. Nolens aliquando iuſte, aliquando iniuſtè iuſtè vt per iudicem: Iuſta quidem poſſeſſio eſt, quando per auctoritatem iudicis incipis poſsidere, licet ſcias alienam rem eſſe. Iniuſte tranſit in te poſſeſsio, quando per vim incipis poſsidere, vel per furtum. Ignorantis poſſeſsio in te tranſit, velut per eum qui nomine eius poſsidet, vt colonus.

Poſſeſſio tribus modis acquiritur. Occupatione

Acceſſione.

Tranſlatione.

De Vſucapione.

Cap. CII.

ISIDORVS *vbi ſupra. Vſucapio eſt adeptio dominij per continuationem iuſtæ poſſeſſionis triennij, aut alicuius temporis. Ex Digeſt. libr. 6. de Publicana in rem actione.* Quod iam vſucaptum eſt, habet ciuilem actionem. *Marcellus libr. 22. Digeſt.* Scribit eum qui à furioſo, ignorans eum furere, rem emit, poſſe vſucapere; ergo & publicianam habebit, quæ etiam aduerſus donatorem competit. Eſt enim iuſtus poſſeſſor & petitor, qui liberalitatem accepit. Non igitur proderit emptio, niſi quæ bonam fidem habet; proinde ſufficit me bonæ fidei emptorem fuiſſe, quamuis à non domino emerim, licet ille callido conſilio vendiderit. Neque enim dolus venditoris mihi nocebit.

Quid vſucapio.

Qui ignorãter emit rem à furioſo poteſt vſucapere.

VLPIANVS. Hæc actio, in his quæ vſucapi non poſſunt, vt in furtiuis, & in ſeruo fugitiuo, locum non habet, ſed & hæres furis hanc actionem non habet, quia vitiorum defuncti poſſeſſor eſt. *Regula iuris.* Qui in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt, nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

Hæres furis non poteſt vſucapere, nec ſeruus.

Ex ſumma iuris. Vſucapio eſt acquiſitio dominij, per continuationem temporis lege diffiniti. Tempus autem à lege diffinitum eſt triennium. Introducta eſt vſucapio propter bonum publicum, ne dominia rerum eſſent in incerto. In hac exiguntur bona fides, iuſtus titulus, continua poſſeſſio, & quod res vitioſa non ſit, & quod ſit vſucapibilis. Vſu capiuntur etiam res eccleſiaſticæ & profanæ; licet dixerint quidam quod non vſucapiuntur ad inſtar rerum fiſcalium. *Sciendum* itaque quod vſucapio locum habet in rebus mobilibus, quas qui bona fide poſſidet aliquo titulo, id eſt aliquo contractu, vel quaſi contractu, & per tres annos ſine interruptione, ideſt quod non ſit moleſtatus coram aliquo iudice, vſucapit, & defendit ſe contra quemlibet petentem, niſi ſit res furtiua: illa enim vitioſa eſt, & non vſucapitur. Eodem modo pænitus locum habet præſcriptio in rebus immobilibus: ſed oportet quod poſſidear per decem annos inter præſentes, & per 20. inter abſentes.

Finis & conditiones vſucapionis.

Vſucapio locum habet in omnibus rebus immobilibus nõ furtiuis, præſcriptio in immobilibus.

De Præſcriptione.

Cap. CIII.

PRÆSCRIPTIO *igitur eſt ius quoddam in rebus immobilibus, ſubſtantiam, id eſt firmitatem, ex tempore capiens.* Hæc etiam dicitur exceptio, vel excluſio actionis, quoniam obiicitur actioni perſonali, vel in rem, ſuper rebus immobilibus, & elidit eam, vel excludit, non autem dominium acquirit ſecundum quoſdam. In eccleſiaſtica præſcriptione, ſicut & in vſucapione, bona fides exigitur, vt ſcilicet ille qui poſſidet, credat rem ſuam eſſe. *Item* iuſtus titulus, ſcilicet quod habeat eam ex bona cauſa, & iuſta, non per violentiam, nec per occupationem iniuſtam. *Item* continua poſſeſſio, ſcilicet vt res poſſeſſa ſit vſque ad finem præſcriptionis, ſine interruptione. *Item* quod res ipſa ſit præſcriptibilis. Quædam enim res vel iura ſunt quæ non præſcribuntur, ſcilicet ſubiectio, procuratio debita epiſcopo, vel legato; limes, & ea quæ limiti cohærentia ſunt. Item functiones publicæ non præſcribuntur à laicis. Item colonus fundum, ratione cuius eſt colonus, non præſcribit: ſed nec vſufructuarius præſcribere poteſt, quia non poſſidet. Nec clericus beneficium ſuum præſcribere poteſt, pro ſeruitio ſuo. Item liber homo præſcribi non poteſt, neque ius epiſcopale, neque reuerentia epiſcopo à clericis ſuis debita. Idem in rebus eccleſię. *Impeditur* autem præſcriptio quandoque ad tempus, ſcilicet tempore vacantis eccleſię, & tempore vitę malè alienantis; & quamdiu prælatus eſt in hæreſi. vel in ſchiſmate.

Quid præſcriptio, & quas exigat conditiones.

Quæ rẽ non ſunt præſcribibiles.

Quando impediatur præſcriptio ad tempus.

Præſcriptionum quædam longi temporis eſt, ſcilicet decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, vt ſuperius dictum eſt. Itaque vſucapio, dicitur acquiſitio dominij per continuationem temporis à lege diffiniti. Hæc diffinitio poteſt prędictæ diffinitioni, quæ longi temporis eſt, adaptari. Eſt & alia quæ dicitur longiſsimi temporis, ſcilicet 30. vel 40. annorum, quæ odio non petentium eſt introducta, qua & res furtiua præſcribitur, & omnis actio & petitio tollitur. Quadraginta annorum præſcriptio locum habet in rebus eccleſiæ. Sed contra Romanam eccleſiam currit præſcriptio centum annorum.

Præſcriptio quadam lõgi temporis; quadam lõgiſſimi, quæ ſola admittitur contra eccleſiam.

Item aliter aut large ſumendo vocabulum, ſpecies multæ ſunt præſcriptionum. Eſt enim alia 10. dierum, quæ currit contra non appellantem. Alia vero ſex menſium, vt in actione redibitoria; alia vnius anni, ſcilicet quæ obiicitur iniuriarum actioni, & illa quę obiicitur appellationem non proſequenti. Eſt & alia biennij. ſicut de pecunia non numerata; alia quoque triennij; alia vero quadriennij, quæ currit pro fiſco, & contra fiſcum. Eſt iterum alia decennij, alia vicennij; quæ titulum requirit, & bonam fidem, etiam ſecundum leges. Iterum eſt pręſcriptio 30. annorum, vel etiam 40. de quibus tractatur in canonibus. Et licet antiqui canones pręſcriptionem, 30. annorum admiſerint contra eccleſiam, hodie ſola pręſcriptio, 40. annorum admittitur contra eam.

Varij ſunt termini præſcriptionis late ſumpta.

Iterum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iterum de eodem.

CAP. CIV.

GRATIANVS *causa* 16. *q.* 3. Quod autem præscriptione temporis omnia iura tollantur, probatur auctoritate Calcedonensis concilij, & Gelasij Papæ, & Toletani Concil. Sed idem Gelasius contra testatur scribens Maximiano, & Eusebio episcopo. Hoc autem multipliciter distinguitur. Sunt enim quædam Diœceses, quæ certis limitibus distinctę sunt, hę nullo modo præscribi possunt. Alię vero, quæ non sunt certis limitibus distinctæ, & de quibus certa diffinitio olim non præcessit, præscriptione tolluntur. Potest tamen & aliter distingui. Quę quisque sua auctoritate vsurpat, quia nullo titulo possidere incipit, præscribere non potest, & in hoc casu intelligenda est auctoritas Gelasij: *Temporis obiectio, quæ per iniuriam forte generatur, non potest diuellere Diœcesim semel constitutam.* Intelligendum est hoc, si nullo titulo, sed sola vsurpatione eam possidere cœperit. Si vero iudicis auctoritate, & priuilegiorum longa consuetudine possidere cœpit, tunc temporalis obiectio actori silentium imponit. Vnde Gelasius Papa inter cætera inquit. *Post quingentos annos constituta Christi quosdam audio velle subuertere, cum* 30. *annorum lex hominum non possit abrumpi.*

Item si de rebus ecclesiæ controuersia mota est, & diffinitio subsecuta, etsi iniusta sit, tamen quia non sua, sed diffinientis auctoritate possidere cœperit, tricennalis præscriptio petitori silentium imponit: ita tamen vt supputatio præscriptionis, non à tempore diffinitionis, sed à decessu definientis, exordium sumat. *Item* ea quæ in beneficiis possidentur, siue quæ metu hostilitatis interueniente, diutius possessa fuerint, præscribi possunt. Tolluntur etiam præscriptione illæ Diœceses, quas propriis episcopis negligentibus, alij ab hæresi ad integritatem fidei reuocauerunt.

Extrauag. 3. *de præscriptionibus Ex registro Gregorij.* Scire nos credimus, taciturnitatem & patientiam nostram, futuris post me Pontificibus, in rebus pauperum prędiudicium non facturam. *Gregorius.* Omnes possessiones ad singulas prouincias nostrorum fratrum pertinentes, à quibus per 30. annos possessæ sunt quietè & sincerè, absque synodali proclamatione perpetuo teneantur. *Alexander* 3. Nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem malæ fidei possessorem; nisi resipuerit, postquam se aliena nouerit possidere. IDEM. Quadragenalis præscriptio, omnem prorsus actionem excludit. IDEM. Cum laici decimas detinere non possunt, eas nulla ratione possunt præscribere.

Inno. 3. Cum non liceat à capite membra recedere; Mandamus quatenus Archiepiscopo & ecclesiæ Bracaren. obedientiam & reuerentiam debitam, sicut alij clerici suæ Diœce. faciunt, impendatis, præscriptione temporis non obstante. IDEM. Contra Roman. Eccles. non nisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vendicare. IDEM. Contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi nequit, quemadmodum nec contra visitationem ipsam. IDEM. In prescriptione rerum ecclesiasticarum, bona fides, & iustus titulus exigatur.

De interruptione præscriptionis, & eius effectu, & probatione.

CAP. CV.

GREGORIVS. Aduersus ecclesias, minorem præscriptionem quam 40. ann. Rom. Eccles. non admittat, licet quidam canones comprobent tricennalem, & ecclesia se potest aduersus ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri, de re illa quam inconcusse 40. annis noscitur possedisse. Verum si de præscriptione & interruptione, inter partes fuerit mota quæstio, ab vtraque parte testes recipi debent; & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit.

Ex summa iuris. Interrumpitur autem præscriptio tribus modis, scilicet naturaliter, ciuiliter, & canonice, *Naturaliter* quidem, quando res quæ est in causa præscriptionis, medio tempore ab alio aliquo possidetur, vel à mari siue à fluuio inundante occupatur, vel quando pupillaris ætas interuenit. *Ciuiliter* autem multis, scilicet per libellum principi datum, & hoc valet in annalibus actionibus tantum. Item per querelam iudici factam, & secuta rei conuentione; hoc valet in omnibus actionibus. Item per litis contest. hoc quoque valet in omnibus. Interrumpitur quoque ciuiliter, synodali proclamatione, secundæ cautionis expositione, vsurarum solutione. *Canonicè* vero, quando bona fide quis incipit possidere, & medio tempore malam habet; talis enim interruptio non potest dici naturalis, cum possessione non ceciderit; neque ciuilis, cum non ab aliquo causa sit interposita. Dicitur ergo canonica, tanquam à canone introducta.

Præscriptionis effectus est, quòd præscriptori eiusque successoribus defensionem acquirit, & etiamsi à possessione ceciderit vendicationem habet, nisi malę fidei possessor sit. Obiicitur autem vt dictum est, actioni personali vel reali. *Actio personalis* est, quæ competit contra certam personam, vt actio commodati, quæ non competit nisi contra commodatarium, vel eius hęredem. *Realis* autem est, quæ obtinet contra quemlibet detinentem rem ipsius agentis.

Probatur autem præscriptio, si probetur res possessa fuisse in principio temporis præscribentis, & in fine: præsumitur enim ille qui sic probat, medio tempore possedisse, nisi interruptio probetur interuenisse. Probato vero tempore, præsumitur etiam bona fides. Quilibet præsumitur ignorans, nisi probetur sciens; & ita præsumitur ignorasse rem ad alium pertinere, nisi probetur sciuisse. Item etiam titulum habuisse præsumitur, nisi probetur non habuisse, quia possessor non tenetur possessionis suę titulum probare. *In summa* vero nota, quod ecclesia præscribit contra priuatum spacio. 10. vel 20. annorum, & non econuerso; quia quod est in eius fauorem introductum, non est in læsionem ipsius retorquendum. Præscriptio quoque quadriennij, quæ currit aduersus eum cuius rem Imperator donat, in rebus ecclesiasticis non habet locum. *Nota* etiam quod præscriptio non differt ab vsucapioue, nisi in duobus, scilicet in hoc qnod consistit in rebus immobilibus, & quia prolixius exigit tempus.

De obligatione.

CAP. CVI.

IVSTINIANVS *vbi supra libr.* 2. *Obligatio est vinculum iuris, quo necessitate astringimur, alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura.* Obligationes aut ciuiles sunt, aut prætoriæ. *Ciuiles* sunt, quæ aut legibus constituę sunt, aut iure ciuili comprobatæ. *Prætoriæ* vero, quas prætor ex sua iurisdictione constituit; quæ etiam honorarię vocantur. Sequens diuisio in quatuor species deducitur, aut enim ex contractu, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Omnis obligatio tollitur solutione eius quod debetur, vel si quis consentiente creditore, aliud pro alio soluerit. *Acceptilatio* est imaginaria solutio. *Idem libr.* 4. Inter dominum & eum qui in potestate eius est, nulla obligatio esse potest.

Diœceses certis limitibus distinctæ præscribi nō possunt, nec alia sine titulo.

Præscriptio tribus modis interrumpitur.

Effectus præscriptionis est defensio.

Quomodo probetur præscriptio.

Discrimē inter præscriptionem & vsucapionē.

Beneficia ecclesiastica præscriptione longissimi temporis post mortem definientis acquiruntur, est opinio sententia fuerit iniusta.

Non currit præscriptio sine bona fide in præscriptione ecclesiastica.

Cōtra ecclesiam Roma. requiritur præscriptio 100. *annorum.*

Præscriptio minor quadragenaria, contra ecclesiam nō valet.

Quid obligatio & quotuplex, & quo modo tollatur.

Helinandus 9. libr. Obligatio vinculum est, non corporale, sed iuris, quo astringimur ad aliquod dandum vel faciendum, vel ex conuentione propria, seu sponte, quod pro eodem habetur, vel etiam contra propriam voluntatem, vt cum delinquimus, seu quod pro delicto habetur facimus. Et quemadmodum in vinculo corporali, facti solutio necessaria est, ita in ciuili vinculo, naturalis seu ciuilis solutio desideratur. Igitur obligatio mater est personalium actionum; actio enim est ius persequendi in iudicio quod nobis debetur. *Ex libr. de actionibus.* In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur. In personam seruilem nulla cadit obligatio. *Regula iuris.* Impossibilium quoque nulla est obligatio.

Obligatio est mater personaliũ actionum; in seruum autem non cadit.

Ex summa iuris. Obligatio autem alia est ciuilis tantum, alia naturalis tantum, alia ciuilis & naturalis. *Ciuilis* tantum generaliter verum est quod non obligat cum effectu, puta si scripsi me tibi debere centum spe futuræ numerationis, si non sit numerata postea pecunia, ciuiliter tantum obligatus sum; vnde si petas solui tibi quod scripsi me debere, nisi sit transactum biennium, exceptione submoueris. Quid sit exceptio infra patebit. *Item ciuilis tantum* est, quando ego eram cum effectu obligatus, & factum est mihi pactum de non petendo à creditore. *Naturalis obligatio* est, quæ oritur ex nudo pacto. Ista similiter non obligat cum effectu. *Ciuilis & naturalis* est, quando dedi tibi pecuniam mutuo, & eam stipulatus sum. Quid sit stipulatio infra patebit. Et multis aliis modis obligatur quis eum effectu, vt inferius apparebit.

Obligatio triplex.

De Pacto & Conuentione.

CAP. CVII.

SED quia de pacto fecimus mentionem. Nota quod *pactum est duorum pluriumve consensus in idem.* Et bene dixit in idem, non in eodem, vel de eodem. Nam si consentiamus de Socrate quod sit Asinus, non est pactum, quia neutrum alterius talis consensus obligat, nec naturaliter, nec alio modo. Sed si in dandum vel faciendum alteri ab altero nostrum, obligat. Si vero consentiamus inuito magistro Alberto, quod ipse det alij, non est pactum. *Species* pactorum duæ sunt; aut enim sunt in rem; & tunc proderunt omnibus ad quos res voluitur aut in personam; & tunc proderunt personæ paciscentis, non alij.

Quid pactũ & quotuplex

Prælatus potest pacisci in vtilitatẽ ecclesiæ; sed nõ in detrimentum eius.

Pacisci potest in ecclesiasticis prælatus in vtilitatem ecclesiæ, contra non, quia loco procuratoris est, & procurator conditionem domini meliorem facere potest, deteriorem vero non. Similiter ecclesia vacante, capitulum vel vniuersitas pacisci potest, si concipiat pactum in vtilitatem ecclesiæ, aliter vero non. Quilibet autem in re sua pacisci potest. Pactio cessat in acquisitione spiritualium. Item in turpibus & illicitis, etiam si iuramento firmata sit. cessat etiam inter dominum & seruum: cessat iterum in iure publico, cui non potest derogari pactis priuatorum.

Effectus pactorum est vt seruẽtur: tamen in iure ciuili ex nudo pacto non oritur actio.

Effectus pactorum est vt seruentur, nisi sint inhonesta, vel contra iura, siue contra leges, vel contra bonos mores, vel contra substantiam contractus, vel nisi sit impossibilis conditio. *In summa* vero nota, quod posterius pactum priori præiudicat. *Item* secundum leges ex simplici pacto non oritur actio, nisi vestiatur pactum, vel re, puta rei traditione; vel verbis, puta stipulatione, vel cohærentia contractus, vel si in contractu apponatur in continenti, vel etiam literis. Sed secundum canones oritur actio ex nudo pacto, quia Deus inter simplicem & solemnem promissionem, nullam facit differentiam.

Ex Dige. libr. 2. Paulus. Pactio est duorum vel plurium in idem, placitum & consensus. Conuentionis verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur & veniunt, ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, in vnam sententiam decurrunt. Conuentionum pleræque in aliud nomen transeunt, veluti in emptionem, locationem, pignus, stipulationem. Labeo ait conuenire posse, vel re, vel per epistolam, vel per nuncium: Inter absentes quoque, & tacito consensu.

Quid conuentio.

Vlpianus. Nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem; quinimmo interdum informat ipsam actionem, vt in bonę fidei iudiciis. Prætor ait: Pacta conuentaque, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, decreta, edicta principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, seruabo. Et vt ait Pedius: Dolo malo pactum fit, quoties circumscribendi alterius causa aliud agitur, & aliud simulatur. Pacta quę turpem causam continent, non sunt obseruanda. *Caius libr. 1. ad edict. prouinc.* Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta non habentur rata; veluti si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit, ne à debitore suo peteret: Aut ne intra certum tempus, veluti intra quinquennium peteret.

Pactio parit exceptionem.

Pacta turpia aut cõtra iuris regulas nõ sunt seruanda.

Florentinus libr. 8. institutionum. Qui in futurum vsuras à debitore acceperat, tacite pactus videtur, ne intra tempus sortem petat. *Pomponius libr. 8. ad Sab.* Nemo paciscendo efficere potest, ne sibi locum suum dedicare liceat, aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat, aut ne inuito vicino prædium alienet. *Ibidem de transac. Scæuola lib. 1. Dige.* Priuatis pactionibus non dubium est, non lædi ius cæterorum. *Elius Macer.* Nulli procuratorum principis. inconsulto principe, transigere licet.

De Speciebus Pacti.

CAP. CVIII.

EX *libro qui dicitur instrumentum iuris.* Pactorum quædam in contractu bonæ fidei, quædam in contractu stricti iuris apponuntur. Item quædam in continenti, id est ingressu contractus. Quædam ex interuallo. *Pacta* quę in contractu stricti iuris in continenti fiunt, nouam tantum actionem pariunt, veterem non informant, id est ex contractu proficiscentem conditionem; datorum tamen ob causam plerunque præstant, ad repetendum quod datum est. *Quæ* vero ex interuallo fiunt, nullam pariunt actionem, sed tantum exceptionem. *Cum* autem in contractu bonæ fidei interponuntur, siquidem in continenti, non tantum nouam actionem, ideſt prę-scriptis verbis pariunt, sed etiam ex contractu, veterem nascentem informant. *Si vero* ex interuallo in contractu bonæ fidei pacta interponuntur, distinguendum est, vtrum addant aliquid contractui, an detrahant. Si detrahunt, creduntur inesse, & pariunt exceptionem. Si vero addunt, siquidem sunt adminicula, id est accidentalia pacta, vt rupta & pœna præstetur, vel cautio dupli; nullam pariunt actionem; sed si sponte adimpleantur, pariunt exceptionem. Cum vero sunt de substantia contractus, id est de auctione vel diminutione pretij, interest quid agatur. Nam si hoc agitur, vt à toto contractu recedatur, à toto intelligitur recessũ. Si vero hoc non agitur, non receditur à primo, sed informatur, vt etiam actio tribuatur; nam cum totus contractus possit posteriori pacto tolli, multo magis & reformari potest.

Quid operetur pactũ in continenti & ex interuallo in contractu bonæ fidei, et stricti iuris.

Ex summa iuris. Item pactorum alia sunt vtilia, alia inutilia. *Inutilia* dicuntur quandoque ratione paciscentis, vt si furiosus, vel adultus curatorem habens, sine curatore paciscatur. Tales enim

Quæ pacta inutiliaratione personarũ & rerum, & quæ vtilia.

pacisci

paciſci non poſſunt, cum furioſus expreſſim conſentire non poſſit: & hoc intellige, niſi in lucido interuallo, & in hoc adultus furioſo ſimilis eſt. Aliàs etiam ratione perſonarum ſunt pacta inutilia, ſed hæc exempli cauſa ſufficiant. Item ratione rerum ſunt pacta inutilia, vtputa ſi paciſcamur de impoſſibili aliquo facti, vt de Chimera, vel Hircoceruo; vel de impoſſibili iuris, vt ſi paciſcamur contra leges, ſenatuſconſulta, plebiſcita, decreta prætorum, vel conſtitutiones principum, ſeu in fraudem alicuius horum. *Vtilia* ſunt alia, quæ ratione rei, vel perſonæ, vel iuris non prohibentur.

Pacta nuda naturalem tantum pariunt obligationẽ, veſtita vero etiam ciuilem.

Item pacta alia ſunt nuda, & illa tantum naturalem pariunt obligationem regulariter: Alia veſtita, & illa pariunt naturalem & ciuilem, ideſt obligant cum effectu. Et nudą ſunt omnia, niſi veſtiantur re, verbis, literis, conſenſu. Et quid ſint iſta infra dicetur. Iſtis enim quatuor dicitur veſtiri pactum, ita quod eſt nonnunquam ſine his veſtimentis, immo cum eis incipit eſſe. *Item* veſtitur pactum contractus cohærentia poſt natiuitatem ſuam, vel quandoque ante, vel quandoque in ipſo contractu; puta ſi vendidi tibi domum, & pactum feciſti mecum ante contractum, vel in contractu, vel paulopoſt, quod non ædificares eam altius, vel aliud huiuſmodi; tunc ex pacto tali naſcitur obligatio cum effectu; vel nata informatur, ſiue veſtitur. *Item* veſtitur rei interuentu, in contractibus innominatis; qui ſunt quatuor, do vt des, facio vt facias, facio vt des; qui contractus ab initio nullam pariunt obligationem. Sed poſtquam res quam conueniſti dari, data eſt, ſtatim naſcitur obligatio ei qui dedit, vel fecit, non alij.

Quot modis veſtiatur pactum.

De differentia Pacti, & Promiſſionis, Obligationis, Contractus, & Actionis.

CAP. CXI.

AT caue tibi, quia idem videtur eſſe pactum & pollicitatio, obligatio, contractus, & actio; ſed non ſunt. *Pactum* enim (vt dictum eſt) eſt conſenſus duorum; verbi gratia, dico tibi ſic: Si velles mihi facere codicem, darem tibi 20. & tu dicis, Parum eſſet: Et ego fortaſſis, darem bene 30. Et tu dicis, bene facerem pro tanto. Ecce iam conſenſimus in idem, ſcilicet de codice faciendo, & pretio. Veruntamen quia verba quodammodo inutilia ſunt, non obligant niſi naturaliter. Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio: verbi gratia, ſine aliqua interrogatione vel contractu inter me & te, dico: Facerem tibi codicem pro viginti. *Contractus* eſt ipſa verborum prolatio, ſiue ipſe conſenſus partium obligationis contrahendæ; verbi gratia, in venditione dico: Pro quanto dabis codicem. Et is, Pro centum, Reſpondeo: Non darem centum, ſed ſexaginta. Tu reſpondes: Non, ſed octoginta. Et ſic tu deſcendendo, & ego aſcendendo, tandem poſt multa & varia certamina, in vnam conſonantem deducitur ſententiam, conueniendo de pretio, & de re danda pro illo; & quod in hoc dico, in omnibus aliis contractibus ſerua. Ex tali conſenſu naſcitur obligatio, quam diffiniuimus ſupra; & ex obligatione naſcitur ius quoddam, quod proponimus contra obligatum in iudicio, ad faciendum, vel dandum quod conuenit vel promiſit, quod ius dicitur actio: nam actio eſt ius proſequendi in iudicio quod nobis debetur. Manifeſta igitur eſt differentia inter prædicta.

Nota.

Diſcrimẽ inter pactũ & conuentionẽ.

Patet etiam ex præmiſſis, quod pacti nomen eſt generale, ad omnia quæ aguntur inter partes, cauſa obligationis contrahendæ, vel etiam tollendę; ſicut in pacto de non petendo. *Conuentionis* vero verbum generaliſſimum eſt; conueniunt enim ſcholares ad congregationem, & alij homines ad alium locum, & partes inter ſe. Item aliquando pactum ſtrictius ſumitur, vnde Iſid. 5. lib. *Pactum dicitur inter partes ex pace conueniens ſcriptura, legibus ac moribus comprobata. Et dicitur pactum, quaſi ex pace factum, ab eo quod eſt pango; vnde & pepigit fœdus. Placitum quoque ſimiliter ab eo quod placet.*

De obligatione quæ contrahitur re, & primo de Mutuo.

CAP. CX.

EX *ſumma iuris*. Dicto quid ſit contractus, ſupereſt vt de illis, vel ſaltem de aliquibus contractibus, quibus pacta veſtiuntur, videamus. Et primo de re: Inter partes quidem re contrahitur obligatio Mutuo, Commodato, Depoſito, Pignore, & Debiti ſolutione; item in contractibus innominatis. Sed hęc eſt differentia inter contractus innominatos, & prædictos, quia in prædictis ſtatim vt ſunt, naſcitur obligatio & actio; & in innominatis non ſtatim, ſed poſtquam vnus cœpit facere, vel dare rem. Dicitur autem mutuum, quaſi de meo tuum, ex corrupto & integro, quando, ſcilicet pecunia, quæ mea erat, fit tua, cum do tibi eam mutuo; & datur mihi condictio certi, ideſt actio ad petendum quod mutuo dedi.

1. Pactũ veſtiturre dum inter partes contrahitur obligatio ex re, ſeu ratione cõtractus nominati aut innominati.

Iuſtinianus, vbi ſupra libr. 3. Obligatio quidem (vt ſuperius dictum eſt) aut ex contractu fit, aut quaſi ex contractu, aut maleficio, aut quaſi ex maleficio. Contrahitur autem aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu. Re, vt mutuo; quod in tribus rebus conſiſtit, pondere, numero, & menſura; ſicut in vino, frumento, & oleo, pecunia numerata, ære, argento, auro; & dicitur mutuum, quia ita tibi à me datur, vt ex meo tuum fiat. Et quandoque nobis, non eadem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis redduntur. Nam ſi eadem res reddatur, commodatum videtur, aut depoſitum. Et ex hoc contractu naſcitur actio, quę vocatur condictio. Qui mutuum accipit, quicquid ei accidat caſu fortuito, ideſt furto, ruina, incendio, vel naufragio, ſemper tamen obligatus manet.

Obligatio contrahitur quatuor modis, ſ. re, verbis, literis, aut conſenſu.

Mutuatarius tenetur de caſu fortuito.

De Commodato.

CAP. CXI.

ISIDORVS *quinto lib.* Cõmodatum eſt, quod noſtri iuris eſt, & ad alios temporaliter trãſlatum eſt, cum modo temporis quamdiu apud eum ſit, vnde & commodum dictum eſt. *Iuſtinian. vbi ſupra.* Qui autem vtendum accepit, exactam quidem diligentiam cuſtodiendę rei præſtare iubetur, nec ſufficit ei tantam diligentiam adhibuiſſe, quantam in ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi modo alius diligentior potetit eam rem cuſtodire. Sed propter maiorem vim, maioreſve caſus non tenetur, ſi modo non ipſius culpa is caſus interuenerit. Alioquin ſi id quod tibi commodatum eſt, peregre tecum ferre malueris, & incurſu hoſtium, prędonum ve, vel naufragio amiſeris, dubium non eſt quin de reſtituendo tenearis: nam commodata res, tunc proprie intelligitur, ſi nulla mercede accepta vel conſtituta, tibi res vtenda data eſt. Alioquin mercede interueniente, locatus tibi vſus rei videtur; gratuitum enim debet eſſe commodatum.

Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa.

Ex ſumma iuris. Eſt igitur commodatum, res mobilis, alicui gratis ad vtendum, ad tempus conceſſa. Ideo dico conceſſa non translata, quia commodator ſemper rei commodatæ dominium ac poſſeſſionem ſibi retinet, vt recipiat eandem numero, & in hoc differt à mutuo, in quo & dominium transfertur. Et dicitur commodatum, tanquam commodi gratia datum, ſcilicet vtentis, vel ipſius dantis, vel etiam vtriuſque. *Commodare* poteſt in eccleſiaſticis Oeconomus, ideſt diſpẽſator, cui, ſcilicet eccleſiaſticæ res gubernandę mandantur. In cæteris autem quicũque rem habet propriam: tum etiam alienum quod eſt

Quid cõmodatum & in quo à mutuo differat.

Commodare quis poteſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

est apud me, possum alij commodare, sicut dicit lex in digestis. Natura vero commodati est, vt res ipsa restituatur, sicut dictum est. Nec potest etiam prætextu debiti retineri. Damnum tamen in ea si acciderit fortuito casu, vel fatali morte, vel latronum, vel hostium violentia, non imputabitur commodatario, nisi fuerit in culpa, vel nisi periculum in se susceperit. In summa vero nota, quod qui re commodata aliter quam commodata sit, vtitur, furtum committi, (nisi forte credat hoc dominum rei permissurum) sicut legitur in digestis, titulo de furtis.

Commodatū non potest prætextu debiti retineri.

Extra. 3. De commodato. Greg. 9. Cum gratia sui tantum, quis commodatum accepit, de leuissima etiam culpa tenetur; sed casus fortuitus, nisi acciderit culpa sua, vel interuenerit pactum, seu in mora fuisset, sibi non debet imputari. Contra eum quoque rectè commodati non agitur, nisi post vsum completum, cuius gratia fuerat commodatum; cum non decipi nos oporteat beneficio, sed iuuari.

Quando tenetur cōmodatarius de casu fortuito.

De Precario.

CAP. CLXI.

ISIDORVS *vbi supra*. Precarium est dum prece creditor rogatus, permittit debitorem in possessionem fundi sibi obligati, demorari. *Ex summa iuris. Precarium est, quod vtendum alicui conceditur, quamdiu is qui concedit patitur, ita vt quandocumque voluerit, reuocare possit.* Vnde patet, quod est contractus gratuitus, similis commodato; sed in hoc differēs, quia commodatio fit ad certum vsum, nec reuocari potest, antequam vsus sit ille cui commodatur. Precarium vero reuocatur, quandocumque voluerit is qui concedit. Item commodatum in rebus mobilibus cōsistit, precarium autem in rebus immobilibus. Differunt ergo non tantum in voce, vt quidam dixerunt, sed etiam in re.

Quid precarium & in quo differat à commodato.

Precaria vero idem est quod emphiteosis, id est contractus meliorationis inter dominum & colonum consistens. Verbi gratia, dicit dominus ad colonum: Concedo tibi terram hanc ad tempus colendam, ad dictumque redditum mihi præstandum. In hoc ergo contractus iste differt à locato, quia causa meliorationis initur; vnde & contractus meliorationis dicitur. Natura vero huius talis est, vt colonus ante terminum expelli non possit. Precaria vero ecclesiæ damnosa, absque metu pœnæ reuocatur. *In summa* vero nota, quod tres sunt precarię species: *Vna* quæ ab vsufructu non distat. Et de hac canon ille, 10. can. q. 2. loquitur. Precariæ &c. *Alia* vero quæ de quinquennio in quinquennium renouatur. *Tertia* vero, quæ vsque in tertiam generationem durat; & hæc in pluribus locis frequentatur.

Quid precaria & in quo differat à locato.

Tres sūt species precaria.

Extra. 3. de precarijs. Ex concilio Beluac. Precarię de quinquennio in quinquennium, secundum auctoritatem & antiquam consuetudinem renouentur. *Ex concilio Carthagi.* De precariis irrationabiliter factis, à rectoribus ecclesiarum præcipimus, vt nemo successor antecessoris sui pœna sit obligatus, sed suæ prouidentiæ sit concessum, vt si antecessor eius, res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius eiusdem ecclesię reuocentur. *Greg. 9.* Precarium vtendū conceditur, quamdiu patitur qui concessit. Soluitur quoque obitu eius cui concessum est, non etiam concedentis; aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc reuocare volenti; quia per conuentionem huiusmodi, non licet rem alienam inuito domino possideri. Porro precariæ quę quando de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium reuocandæ.

Soluitur precariū obitu eius cui concessum est, sed non concedētis.

De Deposito.

CAP. CXIII.

EX *summa iuris.* Item deposita re celebratur contractus. *Et est depositum quod custodiendum alicui datum est*, id est traditum. Nam depositę, sicut commodatæ rei, possessionem & dominium retinemus, nisi quando apud sequestrum deponimus custodiendam, vt ei reddatur cui fuerit adiudicata. & ita hic fit depositio, & à pluribus tantum, & insolidum; & nascitur ex depositio actio depositi, contra illum qui recipit depositum, vt restituat, *Isidorus vbi supra*. Depositum est pignus commendatum ad tempus, quasi diu positum. Deponere autem quis videtur, cum aliquid metu furti, incendij, naufragij, apud alium custodiæ causa deponit.

Quid depositum.

Iustinianus, vbi supra libr. 5. Is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, ex actione depositi; quia & ipse de ea re quam acceperit, restituenda, tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit. Culpæ autem nomine, idest desidiæ ac negligentię non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amisit; quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, suæ facilitati id imputare debet. *Ex Digest. libr. 4.* Prætor ait: Nautæ, caupones, stabularij, quod cuiusque saluum fore receperint, nisi restituerint, in eos iudicium dabo. In locato etiam, conducto, culpa in deposito dolus præstatur. Si quid naufragio, aut per vim piratarum perierit, exceptio ei danda est. Similiter si in stabulo, vel in caupona vis maior contigerit.

Depositarius non tenetur de culpa lesi, nisi aliquid pro custodia recipiat.

Extra. 1. de Deposito Greg. 9. Bona fides abesse præsumitur, si rebus tuis saluis existentibus, depositas amisisti. De culpa quoque teneris, si te ipsum deposito obtulisti, vel si aliquid de custodia recepisses. Pacto vero, culpa, vel mora præcedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. Sanè depositori licuit pro voluntate sua depositum reuocare, contra quod compensationi vel deductioni locus non fuit, vt contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur; licèt compensatio admittatur in aliis, si causa ex qua postulatur sit liquida, ita quod facilem exitum credatur habere.

Depositarius interdum tenetur de casu fortuito,

De Natura Depositi.

CAP. CXIV.

EX *summa iuris Canonici.* Natura ergo Depositi talis est, vt res deposita restituatur etiam furi, & latroni, vel cuilibet alij deponenti, non deterior facta. Et hoc nisi in tribus casibus, scilicet quando petitio concurrit, quando ille furem cœperit, vel quando rem meam quis apud me deposuerit. si vero damnum in re deposita inciderit, non tenetur depositarius; nisi de dolo: nisi inter eos tale pactum interuenerit, scilicet vt culpam præstaret, vel nisi custodiæ pretium acceperit, vel nisi se vltro ad custódiendum obtulerit, vel eam pro commodo suo susceperit, vel vbi moram restituendo fecerit, nec iustam retinendi causam habuerit. In huiusmodi namque casibus, ei leuissima culpa imputatur. Vnde de quatuor primis versus isti formantur.

Depositarius tenetur reddere furi nisi in tribus casibus.

Depositarius solum tenetur de dolo nisi in quibusdam casibus.

Est in deposito præstanda leuissima culpa.
Cui tenor hic pacti, cum sola susceptio tis
Contrahitur causa, cum se reus obtulit vltro.

Culpa lata habetur pro dolo.

Sicut ergo de dolo, sic de lata culpa tenetur, quia dicit eam lex in digestis dolum esse.

Pro his quidem quæ in Æde sacra deponuntur, si ecclesiæ, id est vniuersitati commendentur, ecclesia conuenietur. Si vero personę, persona impetetur. *Item* si duo rem litigiosam apud sequestrum deponāt, finita lite debet eam secundum arbitrium iudicantis restituere. *Item* depositarius contra depositorem agere poterit, si quid in re deposita vtiliter expenderit.

Item

Licet uti pecunia depositata nisi signata deponatur.

Item ex deposito itur interdum in creditum, vt si depositarius susceptam apud se pecuniam cõsumpserit. Ex deposito namque introductum est, ac lege in Digestis, vt si pecuniam apud te deposuero, ita vt voluetis ea vtaris: si vero signata deponeretur, ab eius vsu prohiberi intelligeretur.

In summa quoque nota, quòd depositarius talem in deposito custodiam præstare debet, qualem in suis rebus exercet. Item si depositarius apud alium deponat, & ille aliquid alteri committat, non tenebitur primus depositarius, nisi actione quam habet contra secundum, cedere deponenti. Pœna negantis depositum hæc est, quòd conuictus super hoc infamatur.

Ex quatuor actionibus et totidem delictis oritur infamia.

Quatuor enim actiones ex contractibus descendentes infamant, scilicet depositi, mandati, pro socio, tutelæ: Et quatuor ex delictis, scilicet iniuriarum, doli, raptorum, & furti. Vnde versus.

Iudice damnatos infames reddit vbique,
Quod vi diripitur, iniuria, furta, doliquet
Actio tutelæ, mandati, depositique
Directa, sed pro socio communis vtrique.

De Pignore.

Cap. CXV.

Creditor qui pignus accepit non tenetur de casu fortuito.

Iustinianvs *vbi supra.* Creditor quoque qui pignus accepit, re obligatur; quia & ipse, de ea ipsa re quam accepit restituenda, tenetur actione pignoratitia, scilicet soluto debito. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris quo magis ei pecunia creditur, & creditoris quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere quod ad eam rem custodiendam, exactam diligentiam adhiberet; quam si præstiterit, & si ex aliquo fortuito casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

Arra differt à pignore.

Isidorus vbi supra. Interest autem in loquendi vsu inter arram, & pignus. Nam pignus est, quod datur propter rem creditam, quod dum redditur, statim pignus aufertur. Arra vero est, quæ primũ pro re bonæ fidei contractu empta, ex parte datur, & postea completur. Arra enim complenda est, non auferenda. vnde qui habet arram non reddit sicut pignus, sed desiderat plenitudinem. Est dicta arra, à re pro qua traditur.

Diserimẽ inter pignus et hypothecam.

Ex summa iuris. Pignus est obligatio rei pro debito; fit autem ad maiorem securitatem creditoris, quia tutius est pignori incumbere, quàm in personam agere. Solet inter pignus & hypothecam hæc assignari differentia, quòd vbi res obligatur & traditur, pignus dicitur; vbi vero obligatur & non traditur, hypotheca vocatur: vnde pignus est in re mobili, hypotheca vero immobili. Sed hic largè pro vtroque accipitur pignus.

Pignus datur dupliciter, scilicet tacitè & expressè; item specialiter & generaliter.

Contrahitur autem duobus modis, tacitè scilicet & expressè. Tacite quidem, vt in conductore domus: intelligitur enim omnia quæ habet obligare tacite, vel si eam deterioranerit, vel pro pretio conductionis. Iterum in Prælato, qui tacite totum patrimonium suum obligat ecclesiæ, si res eius distraxerit. Similiter in marito, qui tacite bona sua obligat pro dote. Expressè vero, vt si dicatur ista res tibi sit obligata pro decem, vel viginti. Iterum contrahitur aliquando specialiter, vt ager, equus; Aliquando vero generaliter, vt quando quis omnia bona sua obligat, in quo casu non solum quæ habet, sed & quæ postmodum acquiret, obligata erunt.

De Rebus impignorandis, & restitutione pignoris.

Cap CXVI.

Illa quæ vẽdi non possunt, nec impignorari possunt; vt res sacra, homo liber &c. nisi in quibusdam casibus.

Impignorari possunt omnia ista & sola, quæcumque vendi possunt. Itaque res sacrę, nec vendi, nec obligari possunt, nisi vrgente necessitate. *Item* nec liber homo potest vt pignus obligari, nec pro debito teneri, nisi ex consensu in hostagio, vel nisi redimatur ab hostibus: tunc enim si non habet vnde restituat pretium numeratum, pro ipso tenetur seruire per quinquennium. *Item* nisi pater obliget filium suum ob necessitatem famis, quem etiam tunc vendere potest. Aliter autem qui liberum hominem pro debito detinet, cadit à debito. Idcirco autem pignus ad maiorem securitatem dari dicitur, quia naturaliter & sine pignore debitor tenetur. Vnde si pignus absque creditoris culpa pereat, non teddet illud creditor, nec tamen minus ad solutionem tenetur debitor, nisi aliter eos conuenerit. Similiter etsi minus debito valet pignus, nihilominus omne debitum creditor exiget. Impensas etiam bona fide circa pignus factas, creditor ei reddere debet.

Creditor soluto debito integro tenetur pignus reddere non deterioratũ.

Item rem alij impignoratam, alij ignoranti non debes impignorare: alioquin Stellionatus crimine poteris accusari: nisi talis sit res, quæ sufficiat vtrique. Similiter etiam si rem alienam sciens, absque domini voluntate, ignorãti obligaueris, aut rem fraudulenter subripueris, eidem crimini subiicieris. Creditor autem soluto debito integro, tenetur pignus reddere, non deterioratum, nec alij obligatum. Ideo autem dixi integro, quia si pars tantum soluitur, remanet totum pignus obligatum pro residuo, donec integrè sit solutum. Hæc & alia plura de pignoribus inueniuntur in legibus.

Non licet res ecclesia in vadium dare.

Extra. 3. *de pignoribus.* Ex concilio Rhemensi. Nullus presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum, tabernario vel negotiatori alicui laico, vel fœminæ, in vadium dare, nisi iustissima necessitate vrgente. *Inno.* 3. *R. de Montefort.* Cum contra G. super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul. pro certa quantitate pecuniæ obligarat, & ipsius creditoris hęredes prædicto G. impignorauerant, mouisses in nostra præsentia quæstionem, legitime probauisti quòd ex earum prouentibus tantum fuerat, tum ab eodem G. tum ab aliis qui eas tenuerant, à tempore quo fuerant obligatæ, perceptum; quòd fructus sorti poterãt adæquari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat; cum secundum canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari: Considerantes etiam, quod possessiones ipsæ iam extenuassent penitus totum onus, & debitum annullassent, ipsas tibi restituendas esse decreuimus.

Fructus rei impignoratæ debet in sortem computari.

De Obligatione, quæ verbis contrahitur, id est, stipulatione.

Cap. CXVII.

2. Pactũ vestitur verbis, puta stipulatione. Quid stipulatio.

Ex *Summa iuris.* Verbis celebratur contractus, puta stipulatione. *Est autem stipulatio verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum factumve se id quod interrogatus est, spõdet,* ideſt promittit. Et ex ista diffinitione apparet quod per verba futuri temporis cõtrahitur tantum, excepto in quibusdam casibus, in illo scilicet qui promittit stare iuri. Nam lex interpretatur quod dabit interesse, ideſt damnum resarciet, si non stet iuri. Et in stipulatione qua promitto animal quod vendo esse sanum, vt oportet: si non est sanum, nascitur illi cui promissum est actio contra illum qui promisit, quæ dicitur Ædilitia, ab inuentore.

Quando fit inutilis stipulatio.

Inutilis est quandoque stipulatio ratione personarum. Item quandoque ratione facti vel iuris, sicut de pactis supra diximus. Item inutilis est quandoque ratione conditionis, puta si sit impossibilis; Vt si promittam tibi centum, si digito cælum attigeris. Item ratione temporis, vt si interrogem vtrum promittas, & non statim respondeas. Nam continuus debet esse actus inter interrogantem & respondentem, vel saltem cum modico interuallo. Ex hac autem verborum obligatione nascitur certi condictio generalissima, ideſt actio quæ competit quandocumque aliquid mihi dari peto ex stipulatione ideſt quia promisisti. Si

Ex stipulatione oritur certi condictio & actio ex stipulatis.

vero aliquid fieri, vel quod in facto consistat petatur, tunc habet locum actio talis ex stipulatu, siue certi condictio ad interesse. Nam vbicunque factum est in obligatione, & interesse est in obligatione.

Stipulatio vnde dicta

Isidorus vbi supra. Stipulatio est promissio vel sponsio; vnde & promissores stipulatores vocantur. Dicta est autem stipulatio à stipula; Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant: quam iterum iungentes, sponsiones suas agnoscebant. *Iustinianus vbi supra.* Verbis itaque obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur. Ex quo duæ proficiscuntur actiones, tam condictio certi, si certa sit stipulatio; quam ex stipulatu si incerta. Quæ hoc nomine inde vtitur, quia stipulum apud veteres firmum dicebatur, forte à stipite descendens.

Ex stipulatione duæ oriuntur actiones.

Inutilis est stipulatio de re impossibili, vt de mortuo, quod viuere credebat; vel de re sacra, aut religiosa, quam humani iuris esse credebant; vel republica populi, vel de foro, vel theatro, vel de homine libero, quem seruum esse credebat. Mutus & Surdus,

Stipulatio ex multis fit inutilis.

non qui tarde exaudit, sed qui omnino non audit, stipulari non possunt: furiosi similiter & infantes, vel infantiæ proximi, nullum negotium gerere possunt. Impossibilis conditio est, cui natura impedimento est, quo minus existat; velut siquis dicat: Si digito cælum tetigero, dare spondeo. Quod turpi ex causa promissum est, non valet.

De generibus stipulationum.

Cap CXVIII.

Stipulatio tribus modis fit sc. purè, in diem & sub conditione.

IVSTINIANVS *vbi supra.* Omnis stipulatio, aut purè aut in diem, aut sub conditione fit. Purè, vt cum quinque aureos dare spondes; idque confestim peti potest. In diem, cum adiecto die quo pecunia soluatur, stipulatio fit, videlicet cum 10. aureos primis Calendis Martii dare spondes. Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed peti priusquam dies veniat non potest; ac ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet. Neque enim certum est, eo die in quem promissum est datum non esse, priusquam is prætereat. At si ita stipulaueris, 10. aureos annuos, quoad viuam dare spondeo; & purè facta obligatio intelligitur, & perpetuatur, quia ad tempus deberi non potest; sed hæres petendo pacti exceptione submouebitur. *Glossa. quia stipulantibus tacita pacta inesse videntur.*

Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio; vt si aliquid factum fuerit, vel non fuerit. Conditionalis stipulatio, dum adhuc pendet conditio, transmittitur ad hæredem: quæ enim per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem. *Nec solum* res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta: & in huiusmodi stipulationibus optimum erit pœnam subiicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit: veluti si domum mihi non ædificaueris, dabis 10. aureos, pœnæ nomine.

Non solum res sed etiam facta in stipulatum cadunt.

Stipulationes quadruplices.

Stipulationes aliæ sunt iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes tam iudiciales quàm prætoriæ. Iudiciales sunt, quæ ex mero iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio, aut de persequendo seruo qui in fuga est, restituendove pretio. Prætoriæ sunt, quæ à mero prætoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti, vel legatorum. Conuentionales sunt, quæ ex conuentione vtriusque partis concipiuntur; hoc est, neque iussu iudicis neque iussu prætoris. Communes sunt, veluti rem saluam fore pupillo.

Iterum de eodem.

Cap CXIX

Conditionalis stipulatio alia incipit à conditione, alia à præsenti pactione.

EX *libro qui dicitur Instrumentum iuris.* Stipulatio alia pura, alia conditionalis. Pura, idest sine conditione; vt hic domum ædificare spondes? quæ statim contrahitur, & committitur cum fieri potest, sed tamen ante litem contestatam mora in ea purgatur. *Conditionalis* alia incipit à conditione, alia à præsenti pactione. Cum à conditione incipit, aut conditio possibilis est & honesta, aut impossibilis vel inhonesta. Si est impossibilis vel inhonesta, tunc nullius momenti est stipulatio. Cum vero est probabilis, aut confertur in præsens tempus, vel præteritum, vel futurum. *Cum in* præsens tempus confertur, veluti si Rex Parthorum viuit: vel in præteritum, veluti si Ticius consul fuit, non suspenditur obligatio, sed aut statim valet, si ita est, aut statim deficit, si ita non est. Quæ enim per rerum naturam certa sunt, licet apud nos sint incerta, non morantur obligationem: quoniã instar conditionis non habet, quod non in futurum sed in præsens, vel in præteritum refertur.

Conditio de futuro est triplex, atque adeo varia inde oritur obligatio.

Quod si in futurum conditio conferatur, aut est casualis, aut potestatiua, aut mixta. *Cum casualis* est, idest cum pendet tantum ex insidiis fortunæ, vt hæc; Si cras pluerit, nec cedit, nec venit dies eius, idest nec ea debetur, nec peti potest, sed tantum spes est, idest debitum iri, si conditio extiterit. *Si vero* ex facto promittentis tantum pendet, quæ dicitur *potestatiua*, vt hæc, si Pamphilum non dederis, centum dabis, Dimittitur sententia Pegasi æstimantis non ex ea agi posse, quando desijsset Pamphilus posse dari, licet Sabinus putat statim centum posse peti, cum potuerit Pamphilum dare, & non dat. Hoc quidem defendebat exemplo pecuniæ legatę, vtputa testator pecunia legata damnauit hæredem vt centum daret, pecunia non data: statim enim cum potuit dare pecuniam legatam, & non dedit, tenetur. Sed hoc ob tuendam voluntatem defuncti, in pecunia admittitur. Eadem dico si concepta fuerit stipulatio sub conditione mixta, vt hic: Si in capitolium non ascenderis, vel in patriam tuam non redieris. In his enim omnibus agi potest, nisi primum constiterit non posse fieri quod in conditione continetur.

Stipulatio quæ incipit à præcedẽte pactione obligat.

Cum autem stipulatio incipit à præcedenti pactione, si quidem præcedens pactio est improbata, vel contra bonos mores, tota stipulatio nullius momenti est. Si præcedens pactio est honesta, siquidem est obligatoria; vt si primum stipulatus sum Pamphilum dare, & si datus non esset, centum. Statim cum eris in mora dandi Pamphili, committitur sequens in centum & quasi nouatio prioris fit, nec potest mora purgari.

De Obligatione, Sacramento, & eius absolutione.

Cap. CXX.

Quid iurare & quotuplex.

ISIDORVS *lib.* 5. Sacramentum est pignus sponsionis, sic dictum quia violare quod quisque promittit, perfidiæ est. *Ex summa iuris.* Iuramentum dicitur oratio iuratoria, siue iurantis actio. *Iurare est inuocato Deo teste, aliquid asserere, vel negare;* quod cum de facto proprio rite concipitur, iuramentum promissorium dicitur, & obligat. Iuramentum namque promissorium duplex est. Aut enim id quod iuratur est illicitum in se; & tunc non obligat, nec est obseruandum, etiam si illud illicitum sit veniale peccatum. Aut est licitum in se; & tunc aut fit soli Deo, & tunc obseruandum est nisi in aperte melius commutetur; par fit homini quo casu nec in melius commutare licet, nisi de illius cõsensu cui obligatio facta est. Fallit hoc in quibusdam casibus, scilicet in viro qui iurat alicui de matrimonio contrahendo; talis enim potest intrare monasterium, & absoluitur à iuramẽto.

Iuramentũ promissoriũ de re in se licita nõ potest commutari in melius nisi in quibusdam casibus.

Talis

Talis etiam si contrahat cum alia per verba de præsẽti absoluitur. Item in clerico qui iurat obedientiã Episcopo; absoluitur enim ab obedientia, quando monasterium ingreditur. Item in eo qui iurat se non repeturũ vsuras. Item in eo qui vi compulsus iurat,& in aliis huiusmodi. *In summa* verò nota; Quod si quis metu compulsus abiurauerit ius suum, tenet, & seruandum est sacramentum, nisi vergat in æternæ salutis interitum. Poterit autem rem recuperare post renunciationem, quia non iurauit quod non repeteret, sed tantum quod renunciaret.

Quod compulsus abiurauit ius suũ debet seruare iuramentum donec cum eo dispensetur.

Extra. 2. de iureiurando. Ex registro Gregorii. Peruenit ad nos, Laudunen. Episcopum, ab Arn. comite, rebus suis spoliatum,& iurare compulsum, quod non repeteret sic ablata. Cognita igitur cõtumelia valde doluimus, asserentes ipsum Episcopum nullius iuramenti vinculis super hoc posse constringi; quem tamen absoluimus, quia nefandissima coactione iurauit. *Idem regi Francorum.* Peruenit ad nos, *& infra.* Nõ enim propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. Nec tu etiam ei, si promissum tuum iuramento, vel fidei obligatione, interposita conditione firmasses, aliquatenus teneris, si constat eum conditione minime paruisse.

Alexander 3. M. vigilan. Episcopo. Debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi non debent. Si vero de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt domino reddere iuramentum. *Et cum* vsuræ solutæ fuerint, creditores, ad eas restituendas, sunt Ecclesiastica seueritate, si necesse fuerit, compellendi.

Non est tutũ contra iuramentum venire nisi vergat in interitum animæ illud seruare.

Idem. Non est tutum quemlibet contra suum iuramẽtum venire, nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ. Nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra proprium iuramentum, ne auctores periurii videamur. Verum aliquando in Romana Ecclesia à pluribus prædecessoribus nostris factum esse recolitur, quod clerici, qui coacti ministeriũ Ecclesiæ abiurarunt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt,& ad coercendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad præstandum illud cõpulerant, permissi sunt in eadem Ecclesia ministrare.

Qui quid illicitũ iurant non debẽt illud seruare.

Vrbanus. 3. Qui iurarunt non loqui patri vel matri, sorori vel fratri, aut eis subsidium humanitatis exhibere absoluendi sunt ab illius obseruantia iuramenti; cum illicitum sit, & contra rationem: iniuncta tamen eis de hoc quòd male iurauerant, pœnitentia competenti.

Iterum de eodem.

Cap. CXXI.

Cælestinvs *tertius.* An à sacramenti vinculo absoluantur, qui illud inuiti, pro via & rebus seruandis fecerunt: Nihil aliud arbitramur, quàm quod anteccessores nostri Romani Pontifices arbitrati fuisse noscuntur, qui tales à iuramenti nexibus absoluerunt. Cæterum vt agatur consultius, & auferatur materia peierandi, non eis ita expresse dicatur, vt iuramenta non seruent; sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

Iuramẽtum metu extortũ non obligat sub mortali.

Innocentius. 3. Cum I. & G. Petro vsuras non modicas persoluissent, iuramento firmarunt, quod non per se, nec per alium, prædictas vsuras repeterent, vel apud Ecclesiasticum iudicem, siue etiam sæcularem, super his deponerent quæstionem. Cumque creditor condiderit testamentum, suis præcepit hæredibus, vt omnibus qui rationabiliter possent probare se dedisse vsuras, ipsas eisdem restituere procurarent; & cum prædicti, I. & G. vsuras repetere non attentent propter huiusmodi iuramentum, & hæredes prædicti Petri eis negligant satisfacere de vsuris: Mandamus quatenus sub pœna excommunicationis, publicè in Ecclesia proponi facias, vel proponas, vt qui super hoc nouerint veritatem, procedant ad testimonium proferendum: & si per dicta testium, vel alia documenta, tibi constiterit de præmissis, hæredes illius, vt vsuras quas à prædictis pater eorum acceperit, restituant vniuersas, censura Ecclesiastica compellas.

Qui iurat se nõ velle vsuras repellere, non tenetur seruare iuramentum.

Idem Neapolitano Archiepiscopo. Ad nostrã noueris audientiam peruenisse, quod à te quasi per extorsionem tale fuit præstitum iuramentum, quod in omni causa deberes ordinem iudicarium obseruare; Verum quoniam secundum traditiones canonicas, manifesta crimina accusatione non indigent, nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus, qui debet in aliis obseruari: neque tu quando sub præmisso tenore iurasti, habebas in mente vt propterea venires contra canonicas sanctiones, alioquin non iuramentum, sed periurium potius extitisset, nec esset aliqua ratione seruandum: Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita quod consonet canonicis institutis, fraternitati tuæ authoritate præsentium intimamus, quod in manifestis & notoriis, ratione iuramenti præmissi, non credimus te teneri seruare subtilitatem ordinis iudiciarij, quem in his obseruari per omnia, ipsa iuris ratio postulat; quamquam & secundum approbatum intellectum recte posset intelligi quod iurasti, vt in omnibus causis ordinẽ iuris obseruares iudiciarium: In illis videlicet, in quibus ordo iudiciarius est seruandus.

Iuramẽtum non semper intelligendũ vt sonat.

Idem. Non iuramenta, sed periuria potius sunt dicenda, quæ contra Ecclesiasticam vtilitatem attentantur. *Idem in Conci. ge.* Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare nituntur, cum viros Ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis iuramentum compellunt. *Grego. 9.* Clericus qui iurauit se statuta in Ecclesia sua edita seruaturum, promittens per idem iuramentum, statutum quod postmodum subsecutum est, fideliter obseruare; licet transgredi non debeat quod promisit, non tamen tenetur ad illius obseruantiam, ex debito præstiti iuramenti.

De Temerario coniugum iuramento.

Cap CXXII.

Innocen. 3. *Archiepiscopo Terracon.* Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi super hæc sit faciendum, quod H. & A. vxor eius adinuicem iurarunt, se nunquam mutuo petituros. Idem vero nunc repetit illam instanter, ea contrario affirmante, quod prius se faceret Saracenam quàm rediret ad eum. *Et infra.* Nos igitur f. t. respondentes: Mandamus quatenus vtrumque ad continentiam seruãdam moneas & inducas, quam si promittere voluerint & seruare, vtrumque dimittas sine alio commorari. Alioquin si vir noluerit continere, tu illam vt reuertatur ad ipsum,& tanquam vxor cum viro moretur, per excommunicationis sentẽtiam appellatione remota cõpellas. Cum & temerarium fuerit huiusmodi iuramentum,& adulterium sit vtrinque commissum.

Illegitimum iuramentum non seruandum.

Idem. Si autem vir mulieri iurasset, quando contraxit cum illa, quod eam pro legitima teneret vxore; pro fornicatione quam mulier antea commisisset, illam non posset dimittere; sed pro fornicatione quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante huiusmodi iuramento; quoniam talis erat subintelligẽda conditio, si videlicet illa in legem coniugij non peccaret. Ita si quis iurauerit se ducturum aliquam, poterit ei obijcere fornicationem subsequẽtem. Nam si post contractum coniugium, vir propter fornicationem licite potest vxorem suam à sua cohabitatione dimittere, longe fortius ante coniugium celebratum, propter eandem causam, sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam: quia turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes: Non obstante in alterutro casu vinculo iuramenti; quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, vt is qui iurauit, ad vtrumque sine transgressione se possit habere. Quod si post huiusmodi iura-

In iuramẽtis veniunt conditiones intelligendæ.

Qui iurat ſe dicturũ aliquam poteſt eam repellere ob ſuperuenientem fornicationem vel deformitatem.

mentum, mulier fieret non ſolum leproſa, ſed etiam paralytica; vel oculos, vel naſum amitteret, ſeu turpius ei quicquam adueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in vxorem? Profecto ductam non poſſet dimittere; ſed nunquam non ductam admittere teneretur: quia interdum non dirimit contractum, quod impedit contrahendum.

Illud autem ſacramentum proculdubio eſt temerarium, ſi vir iuret vxori, quod eam in nullo crimine accuſabit; quia ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare abſque contumelia creatoris, vel vt illum protraheret ad infidelitatis errorem, tunc vir debet incunctanter illam impetere apud iudicem ſuum, vt eam niſi penitus reſipiſceret, omnino dimitteret.

Qui iurat ſe nunquã velle vxorem ob adulterium accuſare, poteſt eam denunciare vt emendetur, licet forte nõ item in ordine ad diuortium.

Quod ſi expreſſe iuraſſet, quod eam ſuper adulterio non impeteret, eſſetne ſeruandum huiuſmodi iuramentum? Scriptura teſtatur, quod patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris. Et ſecundum Euangelium: Si primo & ſecundo correcta reſipiſcere nollet, dicendum eſſet Eccleſiæ, vt tanquam Ethnica & Publicana vitaretur, ne per hoc libera præbeatur ei peccandi facultas, propter impunitatem peccati Sed nunquid vir non poteſt dimittere vxori peccanti, non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties, ſecundum Euangelicam veritatem? Tutius ergo in hoc caſu videtur, vt propter iuriſiurandi religionem, vir accuſare deſiſtat vxorem ad diuortium celebrandum, quamquam denunciare eam poſſit ad pœnitentiam peragendam.

De Iuramento illicito non ſeruando.

CAP. CXXIII.

GRATIANVS *cauſa* 22. *q.* 4. Quod autem illicita iuramenta ſeruari non debent, in Toletano concil. 8. legitur. Si publicis ſacramentorum geſtis (quod Deus auertat) à quibuſlibet illicita, vel non bona extitiſſet conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut gerere compelleret ſtuprum ſacratiſſimæ virginis; nunquid non talerabilius eſſet ſtultæ promiſſionis vota reijcere, quàm per inutilium promiſſorum cuſtodiam, exhorrendam criminum adimplere menſuram?

In malis promiſſis reſcinde fidem.

Item Iſido. in ſynonimis. In malis promiſſis reſcinde fidem; in turpi voto decretum muta. Impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur. *Item Beda Homel.* 44. Si aliquid nos incautius iuraſſe contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitum, libere illud ſalubriori conſilio mutandum nouimus, ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique iurauit Dauid per Deum occidere Nabal virum ſtultum & impium, atque omnia quæ ad eum pertinebant demolire; ſed ad primam interceſſionem Abigail fœminæ prudentis, mox remiſit minas, reuocauit enſem in vaginam, neque aliquid culpæ ſe pro tali periurio contraxiſſe doluit. Item non ſolum in iurando, ſed in omni quod agimus, hæc eſt moderatio ſolicitius obſeruanda, vt ſi in talem forte lapſum verſuti hoſtis inciderimus inſidiis, ex quo ſine aliquo peccati contagio ſurgere non poſſumus, illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus.

Item ex concilio Hilerdenſi. Non ſemper promiſſa omnia ſoluenda ſunt: denique ipſe Dominus frequenter mutat ſententiam. *Item ex concilio Elibertino cap. primo.* Diffinitio incauta laudabiliter ſoluenda eſt; nec eſt præuaricatio, ſed præuaricationis vel temeritatis emendatio. *Gratianus.* Ecce quod iuramenta illicita laudabiliter ſoluuntur, & damnabiliter obſeruantur. Quod tunc intelligendum eſt, quando iuramentum illicitum deſeritur, vt ad bonum redeatur. Cæterum ſi propterea deſeritur, vt in aliud malum tranſeatur, illicitum ſacramentum damnabiliter ſeruatur, ſed damnabilius contemnitur. *Vnde*

Ex malis minimum. Iuramenta illicita laudabiliter ſoluuntur, & damnabiliter obſeruantur.

Auguſtinus de bono coniugali. Mulier ſi fide coniugali violata, fidem ſeruet adultero; vtique mala eſt, ſi nec adultero peior. *Gratianus.* Sed cum omnibus his illicita iuramenta non ſeruanda probentur, opponitur quod Ioſue Gabaonitas contra præcepta Domini non deleuerit, quia ſeniores Iſrael iuramenta pacis cum eis firmauerant. Sed notandum eſt, quod filij Iſrael, & ſi ſcirent à Domino eſſe imperatum, vt delerent genus terræ promiſſionis, decepti tamen à Gabaonitis, neſciebant eos eſſe incolas terræ promiſſionis. Venerunt autem (vt hiſtoria refert) attritis calciamentis, & cum aridis panibus, dicentes: *Viri paciſci venimus de terra longinqua.* Illi autem videntes ſe eſſe deceptos, noluerunt delere eos, ſed pepercit eis Ioſue propter iuramentum filiorum Iſrael.

Obiectio.

Solutio.

Iuramẽtum illud cenſetur illicitũ quod ſcitur eſſe tale cum iuratur.

Illicitum ergo iuramentum quod ſeruari prohibetur, intelligendum eſt, quando ſcitur eſſe illicitum dum iuratur. Si autem neſcitur illicitum eſſe, ipſa ignorantia excuſatur, ſi putatur licitum eſſe non ignorantia iuris, ſed facti. Aliud eſt enim ſi alicuius copula credatur eſſe licita, quia neſcitur eſſe conſanguinea, vel quia creditur eſſe vidua: Aliud ſi ideo putatur licita, quia conſanguineorum coniunctio, vel relictarum copula, nullo iure credatur prohibita. Hic enim eſt ignorantia iuris, quæ neminem excuſat, niſi cui permittitur ius ignorare; ibi vero ignorantia facti, qua quiſque fere excuſatur.

De Tribus comitibus iuramenti.

CAP. CXXIV.

QVod autem illicitum iuramentum ſeruari prohibetur, non eſt generaliter intelligendum. Iuramentum namque (vt Hiero teſtatur ſuper Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam: vbi autem iſta defuerint non eſt iuramentum, ſed periurium. Vnde datur intelligi illicitum eſſe iuramentum, cum aliquod iſtorum defuerit. Non tamen, cuicunque contigerit aliquid iſtorum deeſſe, prohibetur ſeruari. Aliquando namque iuramento deeſt iuſtitia; veluti cum quiſpiam poſt votum caſtitatis duxit vxorem, iuramento firmans nunquam ſe ab ea diſceſſurum; quod quamuis illicitum, quia iuſtitia probatur ſibi deeſſe, tamen auctoritate Greg. ſeruari præcipitur. Hic autem ſi quis contendat prærogatiua coniugij, non propter religionem iuriſiurandi ſeruari, animaduertat Gabaonitas ob ſolam religionem contra domini præceptum reſeruatos. Cum ergo omne præceptum Domini iuſtum ſit, patet ei iuſtitiam deeſſe, quod eius præcepto contrarium inuenitur. *Iudicum* quoque aliquando iuramento conſtat deeſſe; veluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat ſe manducaturum & bibiturum: hoc quamuis leuitate indiſcreta illicitum probetur, non tamen ideo iubetur violari.

Iuramentũ cui iuſtitia deeſt, nõ propterea ſtatim ceſſat obligare.

Iuramentum itaque illicitum multipliciter intelligitur. Eſt enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur, aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur tunc eſt illicitum iuramentum, cum id quod iuratur in ſui natura vitioſum eſt; vel vitam adimens, vt adulterium, homicidium, & his ſimilia: Vel reparari non permittens; veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti miſericor diter non ſubuenire. Iſta quia perſpicuam habent in ſe iniuſtitiam, & ſi iuramento firmentur, tamen ſeruari non debent. Circa hæc itaque iuramenta, intelligenda ſunt, quæ de illicitis iuramentis non obſeruandis, ſupra ſtatuta leguntur. Quiſque ergo iuramento firmauerit ſe aliquid facturum, quo corporalis vel ſpiritualis ſalus adimitur; vel ſi quo vtraq; ſalus ſperari, vel cõſeruari non poſſit, fidẽ promiſſam ſeruare prohibetur. Quorum præmiſſæ exempla auctoritates ſubijciunt, dum eum quæ homicidium facere, vel alimenta matri & fratribus denegare, vel in adulterio perſeuerare, vel

Iuramentũ duobus modis fit illicitum. ſc. ex eo quod iuratur (quod nunquam eſt ſeruandum) & ex modo iurandi quod non prohibetur ſeruari.

ad pa-

ad pacem cum aduersario non redire, iuramentum præstando promiserit, salubriori consilio illicita vota obseruare non permittunt. *Est autem* id quod iuratur aliquando vitiosum, non in natura sui, sed ex causis extra venientibus; veluti cum aliquis post votum castitatis, iurat alicui se habiturum eam in coniugem. Coniugem namque habere in seipso malum non est, tamen huic ex voto pernicioſum est. hoc autem iuramentum, & si illicitum sit, non tamen prohibetur seruari, sed de violatione voti pœnitentia iubetur sibi indici.

Iuramẽtum de re per accidens mala: obligat, vel saltem non prohibetur seruari,

Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum quando inconsideratè & incircumspectè aliquid iuratur, quo nec corporalis nec spiritualis salus adimitur, & sine quo vtraque salus reparari, & vita consummari valet; veluti dum aliquis à parentibus coactus, vt clericatus tonsuram, vel religionis vestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquibus videatur reprehensibile, quia opus charitatis iuramento se non facturum promisit, nulla tamen auctoritate seruari prohibetur: quia & si nunquam clericatus tonsuram, vel religionis vestem suscipiat, non tamen ideo minus salutem promoueri valet; cum nonnulli in laici habitu, sanctissimi, & Deo dilecti inueniantur. *Quo exemplo* euidenter datur intelligi, quoties aliquis se iurat non facturum aliquid, ex quo expeditior sibi via præparetur ad beatitudinem, dummodo sine eo salutem valeat inuenire, hoc iuramentum non prohibetur seruare. Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui, sine quo vtraque salus eius potest esse incolumis, Etsi aliqua ex eo sibi commoditas præstaretur, nulla auctoritate tamen iuramentum seruare prohibemur; dummodo sit nobis alia via necessitatibus eius subueniendi.

Exemplum prædictorum

De Fraude iuramenti.

Cap. CXXV.

EX *summa iu.* Sciendum est autem, quod vbi est fraus, & vertitur ex parte iurantis, refertur iuramentum ad intentionem recipientis, non ipsius iurantis. Si vero non constet de hoc, ad communem verborum significationem recurrendum est. *Gratianus vbi supra. q. 5.* Quæritur de eo, qui verborum calliditate se circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an sit reus periurij, nisi seruauerit quod iurasse creditur? De hoc ita scribit Isidorus li. sententiarum 5. *Quacumque arte verborum quis iurat, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit. sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.*

Qui fraudulenter iurat tenetur secundū mẽtem eius cui curat.

Obiectio.

Sed obijcitur illud Gre. in 25. li. moralium. *Humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris sonant. Diuina iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur; quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.* Patet ergo, quod Deus non sic accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur, sed potius sicut qui iurat intelligit. *Item* obiicitur de ciuibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnibus, quæ sibi imperata fuerint pro honore suæ ciuitatis: ne vero obedientiam recusantes, reatu periurij illaquearentur, supponitur breue iraturis, in quo aliud continetur, quàm se iuraturos arbitrentur, videlicet ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid huiusmodi faciant. Si ergo contra hoc quod iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent, nunquid secundum intentionem recipientis, an potius secundum intentionem iurantis, Deus illud iuramentum acciperet? Sed sicut aliud est callida arte verborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando denunciare: Sic aliud est simplici intentione iuramentum factum recipere, aliud in recipiendo calliditate vti. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem vtriusque considerat, & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præstantis, duplicitatem verborum aspernatur & odit.

Solutio.

De Fide inſsione.

Cap. CXXVI.

EX *summa iuris.* Post stipulationem dicendum est de fideiussione. Nam & ipsa cum stipulatione fit, sed pro debito alieno, & obligationi principali accedit. *Est itaque fide iussor, qui stipulante creditore, obligationem in debitore remanente, in suam percipit fidem:* stipulatio namque necessaria est. *Et nota* differentiam inter illos qui alienas obligationes suscipiunt, scilicet fideiussorem, mandatorem, & constitutorem. *Fideiussor* enim accipitur, & ante obligationem rei, & post; sed non nisi per stipulationem, vt dictum est: *Mandator* autem sine obligatione & stipulatione, solo consensu: & præcedit principalis debitoris obligationem, nisi in casu scilicet cum quis tibi mandauerit, ne vrgeres debitorem ad solutionem teneri; periculoque suo fore pecuniam dixit. *Constitutor* similiter obligatur solo consensu, sequiturque principalis debitoris obligationem. *Item* fideiussor à cæteris differt in hoc quia mandatore vel constitutore alienam obligationem in se suscipientibus, obligatio omnino transfertur in eos, ita quod non remanet in reo. Fideiussore vero suscipiente, nihilominus in reo remanet, vt in diffinitione dictum est. Verbi gratia, Si pro Titio debitore tuo spondeo, fideiubeo; si mando tibi vt Titio credas, mandator existo: Porro si obligationem Titij in me transfero, & me pro eo debitorem constituo, constitutor ero, & actione de constituto conueniri potero.

Quid fideiussor, & in quo differat à mandatore & constitutore.

Fideiubere potest quicunque non prohibetur: hoc enim edictum prohibitorium est, sicut edictum de procuratoribus. Itaque mulier fideiubere non potest. Clericus quoque fideiubere prohibetur, si tamen fideiusserit tenetur. Milites etiam prohibentur. Seruus autem fideiubet agendo negotium peculiare, puta pro suo peculiari creditore. Alioquin nec naturaliter obligatur seruus, nec dominus ex illa fideiussione conuenitur de peculio. Porro filiusfa. indistincte fideiubet, sicut & pater. Omni autem obligationi fideiussor accedit, etiam naturali tantum; nisi contractus sit legibus, aut canonibus improbatus.

Quidã prohibentur fideiubere.

De eodem.

Cap. CXXVII.

FIdeiussor tenetur ad id ad quod principalis debitor tenebatur, non autem in plus. Nam secundum legem, in duriorem causam fideiussor obligari non potest. Et olim quidem erat in potestate creditoris conuenire quem vellet, scilicet vel debitorem, vel fideiussorem, vel etiam vnum ex fideiussoribus eligere. Hodie vero debitore præsente, & soluendo existente, fideiussor conueniri non debet, sed debitore deportato, vel capitaliter accusato, fideiussor vrgebitur. *Item* pro fideiussore fideiusor fideiubere potest. *Item* si plures sunt fideiusores, singuli pro parte conueniendi sunt.

Fideiussor nec plus nec minus quam principalis debitor obligatur.

Item cum aliquis fideiubet sub pœna quod reus intra certum tempus iudicio sistat, & si non steterit, elapso spatio poterit moram per septem annos purgare. Et hoc est speciale in fideiusore iudicio sisti; alias enim non licet alicui purgare moram in pœnam, etiam post momentum. Aliud quoque speciale est in fideiusore iudicio sisti, vt si quidem fiat sine scriptis, & non in causa publica, fideiusor liberetur lapsis diebus in quibus actor non est accusationem prosecutus; præsumitur enim quia voluit deferre: lex enim fauet ei qui de aliena tenetur obligatione. debitor autem fideiusori tenetur, vt eum liberet, vel si fideiusor soluit, tenetur ei in sortem, & eius accessiones.

Fideiussor quando & quomodo poterit conueniri.

Item si quid fideiussor ex causa fideiussionis bona

fide

fide impenderit, debet ei ab eo pro quo fideiusſit reſtitui, ſicut & in mandato contingit. *In ſumma* vero nota, quod exceptio quæ competit debitori, competit & fideiuſſori: Quam ſi omiſerit fideiuſſor ſciēs, non habet regreſſum contra debitorem. Hoc tamen recipit diſtinctionem. Denique fideiuſſor antequam ſoluat, contra debitorem non agit, niſi quando inter eos ab initio cōuenit, vel quādo debitor bona ſua vēditare cœpit, vel quando mora interuenit.

Quando fideiuſſor poterit conuenire debitorem.

Extra. 3. de fideiuſſione ex concil. Cant. Clericus fideiuſſionibus inſeruiens abiiciatur. *Inno. 3. in concil. generali.* Volumus & mandamus, ne quis religioſus, abſque maioris partis capituli, & abbatis ſui licentia, pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat, vltra ſummam communi prouidentia ſibi conſtitutam: alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus reſpondere, niſi forte in vtilitatem domus ipſius manifeſte conſtiterit redundaſſe. *Regula Grego. 9.* Cum pro quoquam te fideiuſſorem obligaſti, ſi in dicti debiti ſolutione diu ceſſauit, aut diſſipare bona ſua cœpit, ſeu ſuper hoc condemnatus fuiſti, iure poteris conuenire, vt te à fideiuſſione debeat liberare.

Religioſi non poſſunt fideiubere abſq; licentia capituli.

De Debiti ſolutione.

CAP. CXXVIII.

EX *ſumma iuris.* Dicto de obligatione principali, & fideiuſſione, dicendum eſt de ſolutione qua res debita ſoluitur, & tam principalis perſona, quam fideiuſſoris liberatur. *Eſt itaque ſolutio, eius quod debetur redditio.* Species eius duæ ſunt; vna quidem vera, ſiue naturalis, vt quando ſoluitur quod debetur: Altera vero imaginaria ſiue ciuilis, vt per nouationem, vel accepti lationem. Verbi gratia: Habesne acceptum quod tibi debeo? Reſpondeo, Habeo, acceptumque tuli. Quædam etiam pro ſolutione habentur, vt ſolemnis depoſitio, fructuum perceptio, compenſatio, pactum de non petendo, ſucceſſio, ſcilicet ſi creditor debitori ſuccedat, vel econuerſo.

Quid ſolutio et quotuplex.

Soluere debet principalis debitor, vel fideiuſſor, vel hæredes eorum. In Eccleſiaſticis quoque ſucceſſor tenetur ſoluere anteceſſoris ſui debita, ſi tamen pecunia ab eo accepta pro vtilitate Eccleſiæ contracta, vel in vtilitatem Eccleſiæ fuerit verſa. Sed & quilibet pro alio ſoluere poteſt, etiam inuito. Qui autem inuito creditore ſoluit alij, non ſe liberat. Soluendum eſt igitur ei cui debetur, vel alij de voluntate ipſius, ſed & eius procuratori ſoluendo liberatur quis à debito, ſimiliter & tutori. Effectus ſolutionis eſt, vt & reus, ideſt debitor principalis, & fideiuſſor & pignora, & inſtrumenta liberentur, Illud autem in ſumma nota, quod qui dicit ſe ſoluiſſe debet probare.

Soluēdum eſt ei cui debetur vel alij de voluntate eius, ſed qui dicit ſe ſoluiſſe debet probare.

Regula iuris. Nihil peti poteſt ante id tempus quo per rerum naturam perſolui poſſit, & cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt. Quod autem nullius eſſe poteſt, id vt alicuius fieret nulla obligatio valet efficere: & ſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. *Extra. 3. de ſolu.* Sicut filius debita patris tenetur ſoluere, ita prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitate contracta. Grego. 9. Inhibemus, ne quis præſumat Eccleſiam ſibi commiſſam pro alienis grauare debitis, aut literas alicui ſeu ſigilla concedere, quibus poſſent Eccleſiæ obligari; decernentes, ſi ſecus fuerit attentatum, ad ſolutionem talium debitorum Eccleſias nō teneri.

Prælatus tenetur ſoluere ſui prædeceſſoris debita pro eccleſia neceſſitate contracta.

Idem. Odoardus clericus propoſuit, quod cum P. clericus & D. laicus, & quidam alii laici ipſum coram officiali Archi. Rhem. ſuper quibuſdam decimis debitis conueniſſent, idem in eum recognoſcentem huiuſmodi debita ſe debere, ſed propter inopiam ſoluere non valentem, excommunicationis ſententiam promulgauit, *& infra.* Mandamus quatenus ſi conſtiterit quod prædictus O, in toto, vel in parte non poſſit ſoluere debita ſupradicta, ſententiam ſine difficultate aliqua relaxetis, recepta prius ab ipſo idonea cautione, vt ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, debita prædicta perſoluat. *Extra. 2. de iureiu.* Idem onus non remittitur, ſed augetur, cum cuiquam improuide ſoluitur, quod alij ex debito eſt præſtandum. *Regula iuris.* Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit.

Qui non habet vnde ſoluat non eſt cenſuris innodandus.

De Donationibus.

CAP. CXXIX.

EX *ſumma iuris.* Dicto de ſtipulatione, id eſt promiſſione, & de fideiuſſione, quarum contractus verbis celebrantur, dicendum eſt de donatione, quæ & ipſa ſolis verbis perficitur. *Donatio eſt datio ex mera liberalitate proueniens:* Sic dicta quaſi dono datio. Vnde dicit regula iuris. *Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.* Naturali tamen inſtinctu, ille cui donatum eſt ad antidona tenetur. Ideo vero dicitur mera, quia ſi fiat ex neceſſitate, non eſt donatio; nam in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. *Duæ* autem ſunt ſpecies donationis, ſcilicet inter viuos, & cauſa mortis. *Donatio inter viuos* eſt, quando rem quam dono, alium habere malo quàm meipſum. Et huius generis alia eſt ſimplex, quando ſcilicet in nullo caſu volo ad me reuerti quod dedi, vel quod me daturum promiſi, ſiue fiat purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione: Alia vero ob cauſam, qua ſcilicet interponitur vt aliquid fiat, vel non fiat; in quam ſpeciem cadit donatio propter nuptias. Secus autē in donatione ſponſalica, quoniam illa pure ſimpliciterque fit, licet conditio tacite per legem inſit. *Donatio vero cauſa mortis* eſt, quādo malo quidem me habere quàm alium, ſed magis alium quàm hæredem meum. Perficitur autem donatio nudis verbis, etiam ſine rei traditione: donator tamen ad rem tradendam tenetur, ſed non tenetur de euictione, nec tenetur niſi inquantum facere poteſt, ideſt habita ratione vt non egeat.

Quid donatio & quotuplex.

Quid donatio inter viuos & quotuplex.

Quid donatio cauſa mortis.

Perficitur donatio verbis ſine rei traditione.

Iſidorus vbi ſupra. Donatio eſt cuiuſlibet rei tranſactio. Ceſsio eſt propriæ rei conceſsio; ſicut eſt illud, Cedo iuri propinquitatis. Cedere enim dicimus quaſi concedere, ea ſcilicet quæ propria ſunt, nam alia reſtituimus, non cedimus. *Extra. 3. de donationibus. Greg.* Hanc ſibi quodammodo nobilitas legem ponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit exiſtimet, & niſi in beneficijs ſuis excreuerit, nihil ſe extitiſſe putet. *Inno. 3.* In contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficijs quoque pleniſsima eſt interpretatio adhibenda.

Beneficialiſſime interpretanda.

Quis, quid, & qualiter donari poſſit

CAP. CXXX.

EX *ſumma iuris* Donare poteſt quiſquis ſuæ poteſtatis eſt, ſicut pater familias. Seruus autem filiusfa. non poteſt, nec etiam pupillus ſine tutoris auctoritate. Sed quod dixi paterfamilias fallit, ſi filio non emancipato donare velit: hoc enim non poteſt, ſed nec vxori donare poteſt. Item monachus, qui proprijs renunciauit, vel conuerſus, donare non poteſt. Sed neque Prælatus res Eccleſiæ donare poteſt, quia procurator eſt non Dominus, procurator autem non donat. Et hoc dico, niſi bene merito, vel niſi modicam rem. Donari vero poteſt tantum id, quod in accipientis dominium tranſire poteſt: itaque ſi Solem aut Lunam, vel liberum hominem, aut rem ſacram mihi donaueris, nihil agis.

Quidam donare nō poſſunt.

Item donare quiſque quantum vult poteſt, eo ſaluo, quod vltra ſummam quingentorum aureorum, ſine ſcriptis facta donatio non tenet, niſi in caſibus, vt fiat donatio cauſa pietatis ab Imperatore in priuatū, aut econuerſo, vel à magiſtro militum in militem;

Quinā poſſunt donare vltra 500. aureos ſine ſcriptis.

vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel à priuato in priuatum in reparatione domorum, vel si fiat propter nuptias, vel si remittantur vsuræ futuri temporis. Alias ergo exigitur insinuatio donationis apud magistratus, & vt inde scriptura fiat, adhibitis personis publicis, non enim priuati sufficiunt.

Quandã donationes reuocantur.

Reuocatur itaque donatio si vltra legitimum modum fuerit, & quatenus legitimum modum excedit. Itẽ reuocatur inofficiosa donatio, puta si donet quicquid habet: Item propter natos postea filios, vel propter ingratitudinem; vt si donatori donatarius intulerit atrocem iniuriam. Hæc de donationibus factis in priuatos. Donatio quoque facta Ecclesiæ reuocari solet propter appositam conditionem, propter pacti turpitudinem, propter dãtis iniquitatem, propter dati enormitatem, propter susciptientium fraudem, propter superuenientem filiorum natiuitatem, propter dantis impotentiam. Quod enim ab eo qui donare nõ potest donatur, pro non donato habetur. Notandum vero, quod ea quæ clerico intuitu Ecclesiæ donantur, Ecclesiæ acquiruntur; quæ vero intuitu personæ, in bonis ipsius clerici computantur.

Regula iuris. Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habet; nec videntur data quæ eo tẽpore quo dãtur accipientis non fiunt. Item quod cuique præstatur, inuito non tribuitur. *Extra. 3. De his quæ fiunt à prælato, sine consensu capituli. Ex concil. apud Valentiam.* Irrita erit Episcopo donatio, & venditio, vel mutatio rei Ecclesiasticæ, absque collaudatione, & subscriptione clericorum. *Alexand. 3.* Concessio decimæ ab abbatissa prius facta, si conuentu sciente & non contradicente facta est, robur habere debet. Verum si ignorante conuentu, aut contradicente, decimam prius H. concessit prædicto, & non post multum temporis de assensu conuentus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet præiudicare priori.

Prælatus est procurator bonorum ecclesiæ non dominus, & ideo non potest ecclesiam facere deteriorem.

Ibidem de donationibus. Alex. 3. Cum Episcopus, & quilibet prælatus, Ecclesiasticarum rerum sit procurator, non Dominus, conditionem Ecclesiæ meliorare potest, facere vero deteriorem non debet. *Greg. 9.* Propter eius ingratitudinem in quem liberalitas est collata, donatoris persona secundum rigorem iuris eã potuit reuocare: Si forte in ipsum impias manus iniecerit, aut sibi atroces iniurias, seu graue rerum suarũ damnum, vel vitæ periculum inferre præsumpsit: quod tamen ad donatoris qui hoc tacuit, non extenditur, successores. *Auctor.* In summa vero nota, quod quando donatur aliquid alicui ad vitam suam, intelligitur de vita naturali. Vnde si transeat ad vitam religionis, potest illud ius conferre cui voluerit.

De Testamentis.

CAP. CXXXI.

Testamentũ triplex.

EX *summa iuris.* Quoniam in testamentis solet fieri donatio causa mortis, dicto de donationibus, dicendum est de testamentis. Et notandum inprimis quod testamentum dicitur tribus modis. Vno modo diuina lex scripta, sc. vetus & nouum testamentum. Alio modo, id quod quisque pro anima sua reliquit. Tertio modo magis propriè, scilicet ipsa dispositio de rebus morientis. In qua significatione hic accipitur. Vnde sic diffinitur in codice lib. 6. *Testamentum est dispositio, siue voluntatis propriæ iusta sententia, qua quis disponit quid de rebus suis post mortem fieri velit.* Et dicitur testamentum, quasi testatio mentis, id est manifestatio voluntatis. Testamenti species duæ sunt, scilicet in scriptis, & sine scriptis, quod dicitur testamentum nuncupatiuum. Qui prohibuerit aliquem testari, ab hæreditate vel successione repellendus est, secundum leges.

Quid testamentum in præsenti & quotuplex.

Isidorus vbi supra. Testamentum vocatum est, quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari potest, nec sciri quid in eo scriptum sit, quia clausum & obsignatum est: & inde testamentum dictum, quia non valet nisi post testatoris monumentum, sed non solum hoc in scripturis, sed omne pactum vel placitum, testamentum vocabant, quod vtique etiam inter viuos valeret. *Holographum* testamentum est manu authoris totum conscriptum, atque subscriptum; inde & nomen accepit: Græci enim olo, totum, graphum literam dicunt. Irritum testamentum est, si is qui testauit capite diminutus est, aut si non recte factum sit. Inofficiosum testamentum est, quod frustra liberis exhæredatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas est redactum. Ruptum testamentum inde vocatum, eo quod nascente posthumo, neque exhæredato nominatim, neque hærede instituto, disrumpitur. Suppressum testamentum est, quod in fraudem hæredum, vel legatariorum, siue libertorum, non est palam prolatum. Quod si non latet, tamen si prædictis personis non proferatur, supprimi videtur. *Regula iuris.* Omnia quæ ex testamento proficiscuntur, ita statim euentus capiunt, si initium sine vitio cæperint. Absurdum est plus iuris habere eum cui legatus sit fundus, quàm hęredem, aut ipsum testatorem si viueret. Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse. *Extra. tertio, de testa. & vltimis voluntatibus. Inno. 3.* Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus.

Quis non dicendus decedere sine liberis, aut intestatus.

De Testibus, & instrumentis testamentorum.

CAP. CXXXII.

Quænam testamenti solemnitas, & in quibus no requiratur.

EX *summa iuris.* Fit autem testamentum secundum leges cum multa solennitate, adhibitis 7. testibus rogatis, masculis, liberis, & bonæ famæ; & instituendus est hæres vnus, aut plures. Inde tamen excipitur testamentum militis, quod huiusmodi solemnitates non requirit. Excipitur etiam testamentum, quod Imperatore pręsente fit; quia pro solennitatibus omnibus, eius præsentia sufficit. Excipiuntur iterum testamenta rusticorum, in quibus 5. testes sufficiunt. Item testamentum cæci excipitur, in quo octo exiguntur. In his autem quæ relinquuntur Ecclesijs, duo testes sufficiunt. Hodie quoque secundum canones in quolibet test. sufficiunt duo testes. Item secundum canones valet testamentum, etsi nullus hęres instituatur, dũ tamen institutio eius in alterius voluntate relinquatur.

In iure canonico sufficit parochus cũ duobus testibus.

Extra. 4. de testamen. Alex. 3. Cum scriptum sit; In ore duorum vel trium testium stet omne verbum, testamenta quæ parochianus coram presbytero suo, & tribus vel aliis duabus personis idoneis, in extrema fecerit voluntate, firma decernimus permanere, sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis huiusmodi valeat rescindere testamenta. *Isidorus vbi supra.* Testes sunt quos quisque ante iudicium placitis sibi alligat; sic dicti eo quod testamento solent adhiberi, sicut signatores, eo quod testamentum signant. Tabulæ testamenti dictæ sunt, quia ante chartæ & membranarum vsum, in dolatis tabulis, non solum testamenta, sed etiam epistolarum alloquia scribebantur, vnde & portitores earum tabellarij vocabantur. Testamentum iuris ciuilis, est quinque testium subscriptione firmatum. Testamentum iuris prætorij, est septem testium signis signatum. Sed illud apud ciues fit, inde ciuile; istud apud prætores, inde iuris prætorij. Testamentum autem signare, notare est; vt notum sit quod scriptum est. Nuncupatio est, quam in tabulis, cerisque testator recitat. Ius liberorum est coniugum sine liberis, inuicem pro loco pignorum hæreditatis, alterna conscriptio. Codicillus est scriptura nulla indigens solennitate verborum, & sola testatoris voluntate, qualicunque scripturæ significatione expressa; cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subuentum, propter legalium verborum difficultatẽ, aut certe propter necessitatem adhibendorum solennium; ita vt qui scribit, titulum eiusdem scripturæ

Quid testes.

Quid testamentum iuris ciuilis & prætorij.

Quid codicillus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

codicillum vocet. Sicut autem codicillus fit vice testamenti, ita epistola vice codicillorum.

Regula iuris. Quæ in testamento ita scripta sunt, vt intelligi non possunt, perinde sunt ac si scripta non essent. *Iustinianus vbi supra. lib.* 2. Aliquando oportet non intendere scripturæ in testamentis, sed voluntatem testatoris considerare.

De Confirmatione & executione testamenti.

CAP. CXXXIII.

Quando cõfirmatur aut infirmatur testamentũ.

EX summa iuris. Morte testatoris testamentum confirmatur, vel si transeat ad religionem, quia talis mortuo comparatur. Infirmatur autem, quando nõ est legitime factum, vel si testator capite minuatur. Rumpitur etiam testamentum agnatione posthumi, naturalis scilicet vel ciuilis. Puta si postea testator aliquem fecit adoptiuum, vel ingressus est monasterium cui nihil ante reliquerat: Monasterium enim pro vno filio reputatur. Potest tamen dici contra, quia posthumus non rumpit testamentum, nisi talis sit, qui in testantis si viueret agnosceretur potestate. Prꝛterea subuertitur, quando testator sibi mortem consciuit.

Quis effectus testamenti.

Effectus vltimæ voluntatis est, vt debeat omnino seruari, & vt transferatur dominium sine traditione. Heredes tenentur implere voluntatem testatoris, alioquin hæreditas auferetur eis.

Episcopi debent cogere hæredes implere testamentum.

Extra. 3. de testam. & vl. vol. Gregor. Dilatas defunctorum pias voluntates, episcopali decens est studio adimpleri. *Ex concil Mogunt.* Si hæredes instituta testatoris non adimpleuerint, ab episcopo loci illius, omnis res quæ eis relicta est, canonicè interdicatur, cum frugibus, & cæteris emolumentis, vt vota defunctorum impleantur. *Grego. 9. episcopo Nomonen.* In omnibus pijs voluntatibus sit per locorum episcopos prouidẽdum, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedãt.

Qua legata sunt valida.

Idem. Executores post mandatum susceptum per diœcesanum, debent cogi testatoris explere voluntatem.

Iustli. vbi supra. Damnosa legata non valent. Pœnæ quoque nomine inutiliter legatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi hæredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat. Quinetiam nec ipsa libertas pœnę nomine dari potest. Nunc autem pœnæ nomine relicta cæteris legatis exequantur, exceptis his, quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut alias probrosa. Impossibilis quoque conditio, in institutionibus & legatis; necnon in fideicommissis & libertatibus, pro non scripto habetur. *Guilel.* Impossibilis conditio, in vltimis voluntatibus non valet, in contractibus autem valet.

Impossibilis conditio valet in contractibus sed nõ in testa.

De his qui possunt facere testamentum.

CAP. CXXXIV.

Duodecim genera hominum nõ possunt facere testa.

EX summa iuris. Sunt autem duodecim genera hominum, qui non possunt facere testamentum, secundum leges. Primum quidem ille qui in aliena potestate est, vt seruus, vel filiusfa. etiamsi pater concedat ei testari; quia testamenti factio publici iuris est, non priuati. Potest tamen donare causa mortis, patre consentiente. Prꝛterea quod filiusfa. testari non possit, fallit in filiosa. milite, qui de castrensi peculio, vel quasi castrensi, potest testamentum facere. Nam filiusfa. salarium habens ex patrocinio causarum, in eo quasi castrensis testari potest.

Item impuberes testari non possunt, quia non habent animi iudicium, licet tribunatum plebis mereantur. Item furiosus testari non potest, quia non est sꝛę mentis, nisi dilucida habuerit interualla; tunc enim licet ei testari, ita tamen vt compleatur testamentum antequam furor superueniat. Nomine vero furiosi, etiam mente captum accipio. Item testamenti factionem non habet prodigus, cui bonorum administratio interdicta est; & omnino surdus pariter & mutus à natura. Si vero surdus ex accidenti est, & mutus similiter; tunc si literatus est, & scribere scit, testari potest, aliter non.

Surdus ex accidente potest testari.

Item neque cæcus testari potest, nisi quadam solennitate adhibita, quę in lege determinata est. Iterũ eius qui apud hostes est obses, vel captiuus, non tenet, etiamsi postea redierit. Item damnatus ad mortẽ testari non potest: mortem intelligas large, siue damnatus sit vt moriatur, siue vt fiat pœnæ seruus, siue in insulam deportetur. Relegati vero, quia ciuitatem vel libertatem non amittunt, testari possunt. Item damnatus ob crimen famosum, non potest condere testamentum, nec adhibetur ad testimonium. Item de statu suo dubitantes, vt quia se manumissos, vel emancipatos nesciunt, testari non possunt. Sed nec hæretici, nec perduellionis rei, quoniam eis lege interdicitur bonis. Similiter nec qui propriis renunciauit, vt monachus, vel regularis. Episcopus tamen factus, pro sepultura sua testari potest. Et hic est vnus ex casibus in quibus potest testari non Dominus. Sunt & alij quinque casus scripti, quos non prosequor.

Monachus factus episcopus potest testari pro sepultura.

De Testamentis clericorum.

CAP. CXXXV.

IN summa vero nota, quod olim Prælatus Ecclesiæ de his bonis poterat testamẽtum condere, quę prius habebat, & de his quæ postea per hæreditatem propinquorum ei obuenerant, hodie vero de omnibus quæ obueniunt ei, non intuitu Ecclesiæ, potest testamentum condere. *Causa* 12. *q.* 5. Testamenta non licet eis conficere, nisi de propriis rebus. *Vnde Gregor. Lucido Episcopo.* Nulli dubium est, quod sicut sacerdotibus, res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de his quas ante habuerunt, quicquid iudicare voluerint non vetentur.

Prælati possunt de patrimonialib. testari, non de ecclesiasticis.

Item ex concil. Spalensi. Fixum ab hinc & perpetuo mansurum esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum, aut certe in episcopatu, sed hæreditaria successione acquisiuit, secundum auctoritatem canonicam cui vult conferat, & quicquid de eis vult faciat, postquam autem Episcopus factus est, quascumque res de facultatibus Ecclesiæ, aut suo aut alterius nomine comparauerit, decreuimus vt non in propinquorum suorum, sed Ecclesiæ cui prꝛest iura deueniant. De rebus vero Ecclesiasticis testari licet Episcopo, sed tantundem de propriis restituat. *Extra. 3. de testa. & vl. vo. Gre.* Atellanæ ciuitatis Episcopus edito testamento, in 8. vnciis substantiæ suæ hꝛeredem nurum suam instituit, ecclesiam suã in residuis quatuor. Hortamur ergo vt solicitè hoc discutias, & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solũm quod ante Episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit, quicquid vero Ecclesię ante ipsius consecrationem fuisse cognoueris, vel in Episcopatus ordine prædictum Episcopum acquisiuisse, in eiusdem Ecclesiæ dominio cõseruetur. *Alex.* 3. De mobilibus quæ per Ecclesiam sũt adepti, de iure testari non possunt: viuentes tamen, & sui compotes, moderare valent aliqua de bonis, non ratione testamenti, sed diuino intuitu erogare, & in ægritudine constituti. Idem Generaliter bona quælibet per Ecclesiã acquisita, ei debent per Lateran. conciliũ post acquirentis obitum remanere. Nomine autẽ Ecclesiæ, non Episcopus, vel successor clerici morientis, vbi est collegium clericorum; sed communis congregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicã distributionem, & curã habere. Vbi autem in loco defuncti tantũ est vnus clericus ordinandus, is ea bona, sicut & alia ipsius Ecclesiæ, in Dei timore dispẽset. Licet autẽ mobilia per Ecclesiã acquisita, de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non possunt, consuetudinis tamẽ est non improbandæ, vt de his, pauperib. locis religiosis, & illis qui viuenti seruierũt, siue cõsanguineis suis, siue aliis, aliqua iuxta seruitij meritum

Ecclesiastici possunt erogare bona ecclesiæ in pios vsus, propria vero prout volũt.

confe-

conferant. Cætera quoque,quæ ex hæreditate, vel artificio,vel doctrina perueniunt, distribuuntur pro voluntate decedentis:& quia nonnulli in diuersis Ecclesijs beneficia possident, diuidantur quæ habuerant,per existimationem congruam inter ipsas.

De Successione ab intestato.

CAP. *CXXXVI.*

Quis dicendus decedere intestatus,& tunc quis debet succedere.

EX summa iu. Dicto de successionibus ex testamento,restat dicendum de successionibus ab intestato. Et notandum primo, quod vt dicit Iusti. in 3. li. Institutionum. *Intestatus dicitur quis, si testamentum omnino non fecerit, vel si non iure fecerit, vel si iure quidem factum, sed postea ruptum, irritumve factum; vel si ex illo testamento nemo hæres est.* Laico quidem intestato decedenti, succedunt consanguinei post descendentes, & post hoc ascendentes, deinde vero collaterales. His autem omnibus deficientibus, succedit vir vxori, vel vxor viro, secundum leges: his quoque deficientibus, succedit fiscus.

Porro clerico decedenti intestato, succedunt eodē modo parentes, olim quidem in ante clericatum quæsitis tantum; & in post quæsitis,hæreditaria dumtaxat successione: Hodie vero parentes in omnibus succedunt; Exceptis illis bonis quæ clericis ipsis intuitu Ecclesiæ proueniunt. His autem omnibus deficientibus, succedit Ecclesia, quasi loco fisci.

Quis clerico intestato succedat.

Hæc quidem vera sunt, vbi res inueniuntur distinctæ: vbi vero adeo confusæ sunt res clerici cum rebus Ecclesiæ, vt discerni non possint, quatuor exinde debent fieri portiones: Vna scilicet Episcopo danda, alia vero Ecclesiæ, tertia vero pauperibus; Et quarta parentibus.

Item hæc vera sunt, vbi constat eū prius habuisse propria; vbi vero nō constat præsumitur pro Ecclesia. Illud quoque notandum est,quod vxor clerici intestati succedit in bonis defuncti sine cognatione, & præfertur Ecclesiæ. Ad dignoscendum autem vtrum res clerico data fiat ipsius, vel Ecclesiæ, inspiciendus est dator, scilicet vtrum sit ei consanguineus vel affinis. Item res donata, scilicet vtrum sit calix, vel palefredus, aut huiusmodi. Item tempus donationis, vtrum scilicet in tempore missæ, vel alias. Item locus, vt vtrum in Ecclesia, vel in camera. In dubijs autem præsumitur pro Ecclesia.

Causa 12 quæst. 5. ex Concil. Triburien. Quicunque ex gradu Ecclesiastico,sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas eius ad Ecclesiam vbi deseruiuit deuoluatur. *Extra. 3. de suc. ab intestat.ex concil.apud Alten.* *Habito.* De Episcopis præsbyteris,& clericis, si per hæreditatem, vel alio modo intuitu personæ aliquid acquisierint, donare eis liceat cui voluerint, dum viuunt: Si vero ante obierint quam hoc perfecerint, altari cui seruierunt omnia perpetuo sanctificentur, & in ius eius tradantur.

Bona clericorū intestatorū ad ecclesiam cui seruierunt, deuoluuntur; vel in quatuor partes diuidenda.

Ex Concil. Triburien. Sancto Concil. allatum est, quod quidam improbè agant contra presbyteros suos, ita vt demorientium presbyterorum substantia, partes sibi vendicent, sicut de propriis seruis. interdicimus itaque ne hoc vlterius fiat: Nihilque ab eis præter diuinum officium exigatur. Peculium verò ipsorum diuidatur in quatuor partes. Quarum vna Episcopo, altera Ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur. & si non sint idonei parentes, Episcopus eam recipiat, & in vsus Ecclesiæ diligenter distribuat.

De obligatione quæ literis contrahitur.

CAP. CXXXVII.

Tertio pactū vestitur literis.

EX summa iuris. Literis etiam celebratur contractus, & nascitur literarum obligatio. Et de ista distingue, quia cum scribo aliquid, aut pro me,aut contra me. Si pro me, mihi non creditur. Si contra me, tunc subdistingue; quia aut scribo me obligatum, aut alium à me liberatum. Item si me obligatum,aut adiecta causa, aut non.

Dupliciter aliquis scribit contra se, & qualiter inde obligatur.

Item si adiecta causa, aut est ex causa mutui,vel dotis, aut alia. Si autem scribo me obligatum,& ex causa mutui vel dotis: puta forte maritus sum, & scripsi me teneri in 20. vxori,quæ nomine dotis ab ea receperam: aut scribebam tunc quod sit numerata pecunia, vel dos; aut non:Et si non,nihilominus sum obligatus ciuiliter, etiamsi non currat obligatio, exceptione nō numeratæ pecuniæ, vsque ad biennium; sed transacto biennio cum effectu teneor:ante biennium (vt dictum est)non teneor,nisi creditor probaret mihi numerasse. & hoc ita verum est,si ego non renunciaui exceptioni non numeratæ pecuniæ;quia tunc mihi incumbit probatio quod non numerauit mihi creditor. Transacto vero biennio, non admittor ad probandum mihi non fuisse numeratam, nisi forte non potui habere copiam iudicis,& contestatus sum coram testibus,quod volebam probare quod mihi non numerauit, & quod volebam agere contra creditorem. Nam non solum excipere,sed etiam agere potest debitor certi condictione, ad sui liberationem.

Si vero ex causa alia scribo me obligatum, statim teneor cum effectu, nisi per literas possum probare contrarium, non per testes. Si enim nulla causa adiecta est nunquam teneor, nisi creditor probet se numerasse. Et nota, quod sicut in stipulatione promissio fit per verba de futuro, ita in literis: puta scribo sic: Nouerint vniuersi, quod per præsentes obligo me daturum D. ex causa mutui,vel ex depositi, vel alia causa. Si autem per verba de præsenti scribam, præsumit lex me obligatum. Sed si per verba de præterito, puta: Noueritis quod ego obligo me dedisse, non valet.

Qualis oritur obligatio ex instrumentis publicis alicuius cōtra se.

Sed nunquid ista distinctio habet locum si instrumentum sit publicum? dicebat dominus meus, quod si scriptum sit se confessum fuisse, & accepisse tantum, nec ex causa aliqua præcedenti, tunc idem est quod in præfato. Si vero sit expressa causa præcedens mutui, vel dotis, adhuc idem. Si alia, tunc distinguebat; quia si fuerat confessus se recepisse, & numeratum sibi fuisse (quia tunc probatur numeratum per instrumentum) statim tenetur, & statur eius confessioni, nisi per literas probet contrarium. Si vero non contineatur in instrumento sibi numeratum fuisse, si confessus est se recepisse, & ex causa præcedenti; tunc si illo præsente à quo recepit, & cum eo tractante, adhuc stabitur confessioni eius, nisi contrarium probet per literas: illo absente, non sibi præiudicat,si cōfiteatur quis sine literis, & causa adiecta sit mutuum, vel dos.(Idem si cum literis.)Si alia, dixerunt quidam quod statim tenetur, sed contrarium potest probare per testes. Sed ego cum domino meo dico; quia cum confessio extra ius facta nemini præiudicat, non tenetur, nisi in casu in quo testes ad hoc vocati, adstruant scilicet valere probationem per literas; vel quod tantummodo nomine possideo confiteor me tuo nomine possidere.

Si autem scribo alium à me liberatum, tunc regulare est quod mihi non præiudico infra 30. dies,sed his elapsis, liberatus est à me cum effectu. In tribus tamen casibus statim scriptura facit contra me: puta si maritus, postquam fecerat sibi instrumenta de dote, scripsit quod solutum sibi erat. Item si procurator principis scribat sibi solutos publicos redditus domini sui, vel ipse dominus scribat. Item si scribo me depositum, quod deposueram, recepisse.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A

De illa quæ contrahitur consensu.

Cap. CXXXVIII.

Quarto pactum vestitur consensu. qui est modus distinctus à cæteris.

CONsensu etiam celebratur contractus, & inde oritur obligatio, vt in venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. Et est differentia inter hunc modum & alios, quia non est necessaria scriptura, sicut in obligatione literarum. Item nec præsentia contrahentium, sicut in stipulatione, id est obligatione verborum. Item nec est necesse rem interuenire, sicut in contractibus qui contrahuntur re, sed sufficit quod contrahentes consentiant, siue præsentes, siue absentes: vnde per nuncium & epistolam contrahere possunt. Est & alia differentia, quia in B istis tractatibus vterque obligatur alteri; sed in prædictis aliter est, quia vnus alteri tantum à principio obligatur, ex post facto tamen in depositо & commodato, ratione expensarum & similium, potest alter alteri teneri. De istis itaque videamus per ordinem, & primo de emptione & venditione, quæ contrahi statim dicitur, postquam de certo pretio, pro aliqua re danda partes conuenerint: vnde sic potest describi.

De Emptione & venditione.

Cap. CXXXIX.

Quid venditio.

VEnditio est alicuius rei, cuius commercium habemus, dandæ pro certo pretio in pecunia numerata, non erronea cõuentio. C Nam si non sit pecunia numerata, sed alia res, puta equus pro equo detur, non venditio & emptio, sed alius contractus, scilicet permutatio dicitur. Quod autem dixi pro aliqua re, intelligas quod rem oportet interuenire, & talem, cuius commercium ius gentium, vel mores ciuitatis, seu ius canonicum non interdicant; vt si sciens quis rem sacram, publica loca, vel religiosa emat, non valet.

Ex venditione duæ nascuntur actiones.

Ex contractu venditionis duæ nascuntur actiones; Vna ex vendito, quæ datur venditori; Alia ex empto, quæ datur emptori. Ad quid autem, & quando debetur, & quid in eas veniat, longum esset prosequi. Emptio contrahitur postquam de pretio conuenitur.

Emptor data arra potest resilire.

Arræ vero datio venditionis est argumentum. Et si velit emptor re integra, id est nondum tradita, resilire, amittet tantum arram. Si venditor duplicauit eam, nihilominus agi poterit ad interesse.

Quid vendi non potest.

Itaque vendi potest, quicquid commercium habet. Non habet autem commercium homo liber, sed neque res sacra & religiosa, licet transeat cum vniuersitate, sicut ius patronatus. Natura venditionis est, vt res sit quæ vendatur, & pretium intercedat, & vt emptæ rei lucrum ac damnum ad emptorem pertineat, nisi venditor omne periculum in se susceperit.

Regula ad dignoscendũ quando rei periculum ad emptorẽ pertinet.

De hoc tamen datur talis regula. Si venditio fiat purè, sine scriptis, certę speciei, & quæ degustationem non exigit, omne periculum ad emptorem spectat, excepto casu publicationis; nisi pactum, vel culpa, vel mora interueniat. Purè ideo dicitur, quia si venditio conditionalis esset, ante conditionis euentum, ad venditorem pertinet.

Sine scriptis autem ideo dicitur, quia si in scriptis fieret, antequam perficeretur scriptura, similiter ad E venditorem pertineret. Porro *certæ speciei* dicitur, quia si fuit sub alternatione, pretij periculum itidem pertinet ad venditorem. Ideo quoque dicitur, *si emptio sit rei quæ degustationem non exigit*; quoniam in huiusmodi, sicut in vino, ante degustationem pertinet periculum ad venditorem. Item ad eundem pertinet publicationis periculum.

Adhuc de eodem.

Cap. CXL.

VEnditor ad rem tradendam tenetur, & si non det, ad interesse condemnabitur; licet Ber. dicat eum ad rem tradendam præcise teneri. Emptor autem tenetur ad pretium, & etiam ad expensas in re vendita bona fide factas. Iterum venditor de euictione tenetur, si res euincatur. Item si in mora tradendi fuerit, & res perierit, ad interesse tenebitur. *Isid. vbi supra.* Emptio & venditio est rerum commutatio, atque contractus, ex conuenientia veniens. Pretium autem vocatum est, eo quod prius illud damus, vt pro eius vice, rem quam appetimus, possidere debeamus.

Nulla emptio sine pretio esse potest.

Iusti. vbi supra. Quod arræ nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ. Nulla emptio sine pretio esse potest. Quicquid sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Loca sacra, religiosa, publica, frustra quis sciens emit. *Regula iu.* Cui ius est donandi, eidem & vendendi ius est, & contrahendi. plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum, ac defendendum, quæ fuit authoris.

Quæ vendi non possunt.

Ex codice. 4. l. Vestimenta imperialia, & frumentum quod militibus tribuitur, & arma militibus necessaria, non sunt vendenda, vel aliis præbenda. Eunuchi nec faciendi sunt in Romano Imperio, nec distrahendi, sed qui à Barbaris facti sunt, vendi & emi possunt. Ea quæ in bonis nostris non sunt, velut liberi nostri, distrahi non possunt. Nisi vbi pater in ea inopia sit constitutus, vt se alere non possit; tunc enim liberos distrahere potest; ita tamen, vt quoquo tempore pater, vel ipse qui distractus est, vel alius pro eo, offerat mãcipium, vel pretium, quod potest valere, restituatur in pristinam causam. Quæcunque consensu contrahuntur, contrario consensu dissoluuntur. Si arræ datæ sint, ita vt non sint pars pretij, sine causa repetuntur. Generaliter traditum est, quoties emptio pura est, periculũ emptoris esse, nisi res ex priori vitio interempta sit, vel si venditor non susceperit in se periculum ex pacto speciali.

Pater in necessitate potest filium vendere.

Ex ff. 19. li. Vlpianus. Si res vendita non tradatur, in id quod interest agitur, hoc est quod rem habere interest emptoris. Hoc autem interdum pretium egreditur, si pluris interest quàm res valet, vel empta est. D

Paulus. Si in emptione modus dictus est, & non præstatur, ex empto est actio. Vacua possessio emptori tradita non intelligitur, si alius legatorum fideive commissorum seruandorum causa, in possessione sit. *Pomponius.* Ratio possessionis quæ à venditore fieri debet est, vt si quis eam possessionem iure aduocauerit, tradita possessio non intelligatur. *Vlpia.* Sciendum in hoc iudicio id demum deduci, quod præstari conuenit, cum sit bonæ fidei iudicium. Nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præstari, quod inter contrahentes actum est; & eius rei venditor faciet emptorem dominum, emptor autem nummos venditoris facere cogitur.

De Delicto vel errore venditionem irritante.

Cap. CXLI.

Quæ irritãt venditionẽ.

EX summa iuris. In summa vero notandum, quod pro nullo spirituali, puta pro præbenda, vel beneficio habendo, vel vt recipiatur in religione aliqua, vel vt ordinetur, licet aliquid dare. Qui enim pro talibus dat, vel recipit, vterque simoniam committit. Rerum Ecclesiasticarum interdicta est venditio, nisi pro redemptione captiuorum, & quibusdam alijs casibus. Item rem meam siue sciens, siue ignorans emam, nulla est emptio.

Et nota, quod quinque vel sex errores siue dissensus impediunt venditionẽ. Si enim putabam me tibi vendere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dere pro decem, tu putabas emere pro quinque, nulla est venditio: Sed econtra, ego putabam pro quinque vendere, tu emere pro decem, quia tunc in quinque conuenimus, bene valet.

Item si putabam me vendere, tu putabas tibi donari, vel econtra, non valet. Nam error contractus impedit venditionem. Item dissensus in corpore impedit venditionem; vt si putabam vendere fundum Cornelianum, tu putabas emere Ticianum. Vel si putabã seruum nomine Stichum absentem vendere, tu credebas emere Pamphilum. Item etsi non in corpore, sed in substantiali qualitate sit erratum, nulla est emptio: vt si æs pro auro, vel stagnum pro argento quis vendiderit: secus si non in substantiali qualitate, sed in bonitate erratum est. puta credebam esse melius aurum quàm sit. Item si erretur in sexu; puta credebam emere hominem, tu mulierem vendidisti, nulla est emptio. Secus si putabam virginem emere, tu corruptam vendidisti; quia tunc valet. Nota, quod si venditor deceptus fuerit vltra iusti pretij medietatem, in optione emptoris est, vel iustum pretium supplere, vel venditionem rescindere; tenetur autem alterutrum facere.

Ad quid teneatur qui emit infra medietatẽ pretij.

Extra. 3. de emptione, & venditione. Ex concilio apud Alum. Placuit vt presbyteri plebes suas admoneant, vt & ipsi hospitales sunt, & non carius vendant transeũtibus, quam mercato vendere possunt; alioquin ad presbyterum transeuntes hæc referant; vt illius iussu cum humanitate sibi vendant. *Inno. 3.* Cum causa, quæ inter æconomum sancti Martini de monte, & ciues Viterbien. super casamentis vertebatur, fuisset aliquãdiu ventilata, cum constitissent nobis monasterium, in venditione vltra dimidium iusti pretij, fuisset deceptũ; sententiando decreuimus, vt præfati ciues ei, recepto pretio, possessiones memoratas restituerẽt, vel supplerẽt quantum constaret legitime, vẽditionis tẽpore, iusto pretio. defuisse. *Extra. primo de constitutionib. Innocentius 3.* Venditiones feudorum factas sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, vires decreuimus non habere. *Ex digestis 6. libro* Marcellus, &c. *Require supra cap. de vsucapione.*

De Rei permutatione.

CAP. CXLII.

Quid permutatio, & in quo ab emptione differat.

EX *summa iuris*. Permutatio est contractus venditioni & emptioni similis. *Est enim certæ rei vicaria præstatio.* Differt autem ab emptione, quia ibi pretium datur pro re, hic autem res pro re. Emptio itaque sola pecunia contrahitur, permutatio vero non nisi ipsa re. Huius ergo natura est, vt non solo pacto sicut emptio, sed ipsa re contrahatur. Et vt si res quam mihi dedisti euicta fuerit, possim repetere rem quam dedi tibi. Permutari potest, quicquid vendi potest. Sed & quæ vendi non possunt, permutari recte possunt, vt vna Ecclesia cum alia.

Permutari possunt quæ vendi non possunt, sc. ecclesia.

Dignitates autem & prębendæ recte nequeunt permutari, quoniã absque canonica electione nõ possunt haberi. Ecclesia quidem vna cum alia permutari potest, auctoritate superioris interueniente; & hoc cum indemnitate vtriusque, ita quod vni superfundatur pecunia, si possessiones alterius præponderent; & etiam cum principe, & cum priuato, si vtilitas exigit.

Princeps potest cum ecclesia permutare.

Quod autẽ de mancipiis dicitur, quod non possunt nisi ad libertatem permutari; cum priuato mancipio obtinet, vbi hoc vtilitas ecclesiæ exigit, alioquin permutari posset, cum & donari possit. *Extra. 3. de rerum permutatione. Ex Concil. apud Tol.* Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoque modo de communi voluntate permutationem contrahere, liceat ei hoc facere, si causa rationalis id exposcat, & res quam præstiterit maior fuerit, vel æqualis, pragmatica sanctione super hoc promulgata. *Ex Concil. Belua.* Commutationes rerum ecclesiasticarum, quę ab antecessore inconsulte factę sunt, ab eo qui successor est emendentur.

Ex Concilio Siluan. Mancipia Ecclesiastica, nisi ad libertatem non conuenit commutari. Quod enim semel Deo consecratum est, ad humanos vsus transferri non decet; & est absurdum, vt ab ecclesiastica dignitate seruus decedens, humanæ sit obnoxius seruituti. *Vrbanus 3.* Cum commutatio dignitatum in Turonẽ. Concilio fuerit interdicta, commutationes præbendarum de iure fieri non possunt; præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniæ. Si autem episcopus causam inspexerit necessariam, licite poterit de vno loco ad alium transferre personas, vt qui vni loco minus sunt vtiles, alibi se valeant vtilius exercere.

Commutationes prębẽdarum de iure nõ licẽt; licet tamen episcopo trãsferri personas.

Clemens 3. Duæ conuentuales ecclesię sunt in tua diœcesi constitutæ, quarum vtraque parochialem habet ecclesiam cum possessionibus, magis alteri quàm sibi vicinam; Illis autem eas desiderantibus permutare. Respondemus, quod cum de dictis parochialibus ecclesijs per se queat commutatio celebrari; & in permutatione possessionum per se non sit inhibitum, si altera ratione possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus adinuicem, prout visum fuerit expedire; refusa certa pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri: sic tamen quod contractus nequaquam sibi inuicem misceantur.

Quid obseruandum in permutatione ecclesiarũ.

De Locatione, & Conductione.

CAP. CXLIII.

Quid locatio & quomodo celebranda.

EX *summa iuris*: Sequitur de Locatione, & Conductione. *Est autem locatio, personæ, vel rei ad vsum facta concessio, mercede in pecunia numerata conuenta.* Nam si non de mercede, sed de alia re danda, vel facienda, esset contractus innominatus. Contrahitur autem locatio ijsdem modis quibus & venditio, & eius iuris regulis consistit. Vnde ibi dicta, hic repetita intellige. Nascũtur ex isto contractu duæ actiones. Vna locatori, quæ ex locato dicitur, alia conductori quæ ex conducto dicitur. Et nota, quod conductor, si custodiat rem diligenter, sicut bonus homo custodiret, & aliquo casu res locata perierit, vel mortua fuerit, non tenetur locatori, nisi fortè recepisset æstimatam, quia tunc quodammodo suo periculo recepisse videtur. *Locatio est personæ, rei ve facta concessio ad vsum, mercede data, vel conuenta.* Itaque locator dicitur, qui eo quod suum est, vel administrationi suæ commissum alium vti permittit, data vel conuenta mercede. Conductor autem econuerso, qui scilicet eo quod alienum est vtitur, pacta mercede.

Locari potest quicquid vendi potest, excepta seruitute prædiali, &c.

Locari potest quicquid vendi potest; hoc excepto secundum leges, quod seruitutes prędiales non possunt locari, sed constat eas posse vendi. Item militi, vel curiali, non potest quis prædia colenda locare duplici ratione. Vna est, ne relicto armorum vsu, ad opus terrestre se conferant. Alia vero, quia minacem terrorem vicinis ostendere possunt. Sed certum est, quod eis prędia vendi possunt. Itaque quæcunque de consensu, & de rebus, in venditione dicuntur, & in locatione locum habent, præterquam in duobus prędictis casibus. In emphyteusim vero, sub annuo censu dari posse videntur spiritualia, quæ tamen nec locari, nec vendi possunt.

De eodem.

CAP. CXLIV.

Discrimen inter locationem & vẽditionem.

NAtura differunt locatio, & venditio, quoniam in emptione periculum ad emptorem spectat, & ante traditionem: In conductione vero non ita. Non enim tenetur conductor ad mercedem, nisi pro rata temporis, si ei non licet vti re locata, vsque ad tem-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pus locationis. Item venditor tenetur, vt vel rem tradat, vel interesse præbeat. Sed locator excusatur aliquando; vel quia res erat aliena quam bona fide locauit; vel quia vsibus est necessaria. Item locatio non est titulus vsucapiendi, vel dominium transferendi. Immo dicit decretalis, quod per nihil melius retinet dominus possessionem, quam per pensionem: secus est in emptione. In hoc autem locatio conuenit cum venditione, quia de mercede necessarium est vt conueniatur in quantitate.

Locator & conductor sunt inuicē obligati.

Locator itaque conductori præstare tenetur, vt ei liceat vti re locata; & aliquando tenetur ex conducto ad interesse: nam qui vasa vitiosa locat, ad interesse tenetur, etiam si ignoret. Conductor vero locatori tenetur ad mercedem soluendam, ita quod si infra biennium non soluerit, expelli poterit: In emphyteutico vero contractu, non expellitur ante triennium; sed ecclesię priuilegium est, vt possit expellere post biennium. In summa vero nota, quod dominus potest rem suam cui vult locare, nec potest secundus conductor quæstionem primo referre. Locat itaque non solum dominus, sed etiam primus conductor, & res posterioris conductoris obligantur domino, sicut & primi: non tamen intantum, id est ad vniuersam pensionem sicut primi, sed ad eam tantum qua tenetur ipse primo conductori.

Primus conductor potest rursum locare.

Extra tertio, de locato, & conducto. Honorius 3. Abbati sancti P. Vestra nobis relatio declarauit, quod cum ad firmam fructus vestrarum dare consueueritis decimarum, *& infra.* Diœcesanorum episcoporum statuto contrario non obstante, vestrarum decimarum prouentus illis libere locare poteritis, cum quibus ecclesiæ vestræ conditionem poteritis facere meliorem; ita tamen quod huiusmodi locatio, ad feudum, vel alienationem non videatur extendi.

Licet locare prouentus decimarū, sed non ad feudum.

Gregor. nonus. Propter sterilitatem afficientem magno incommodo conductores, vitio rei, siue culpa coloni, seu casu fortuito contingentem colonis, ecclesiæ tuæ pro rata est pensionis remissio facienda, nisi cū vbertate præcedentis, vel sequentis anni, sterilitas valeat compensari. Verum inuito inquilino, domum inhabitare, vel reficere poteris, si necessitas, quæ tamen non inueniebatur locationis tempore, id exposcat; remissa sibi pro residuo tempore portione. Qui etiam inde rationabiliter amouetur, si peruerse ibi fuerit conuersatus, vel cum canonem per biennium non soluisset, & sibi satisfactione celeri non prouidit.

Quando mitigandapensio, & amouendus inquilinus inuitus.

De Infeudatione.

Cap. CXLV.

EX summa iuris. Infeudatio quoque contractus quidem est, qui fit vtriusque gratia, sicut locatio & conductio &c. supra dicta. Maiusque ius habet feudatarius in feudis, quàm conductor in re locata, vel creditor in pignore debitoris. Feudū quandoque dicitur beneficiū ipsum; *hic autē cōtractus appellatur, quo beneficiū illud, intuitu fidelitatis, in aliquem vt vasallū confertur.* Ideo dico *vt vasallū*, quoniā & prælato cōfertur fidelitatis intuitu, non tamen principaliter intuitu fidelitatis, vel fidei, vt vasallo confertur; alioquin simonia committitur. Præterea non confertur intuitu fidelitatis præstitæ, sed post electionem præstandæ, alioquin simonia est. Item feudalitas omni nouo domino iuratur, non sic autem in prælatis. Item feudum, siue perpetuo, siue ad tempus haberi potest; in prelaturis autem secus est. Et sic intelligendum est, quod dicit decretalis. *In spiritualibus homagium non est faciendum.*

Quid feudū, & in quo à prælatia differat.

Itaque feudum appellatur beneficium, licet non sit gratuitum, sicut & dos appellatur donatio propter matrimonium, licet gratuita non sit. Sic etiam inter aduocatum & clientem, licet interueniat pecunia, non tamē dicitur esse locatio & cōductio, sed magis opera beneficij loco præberi, & id quod datur ad remunerādum dari, & tamen honorarium appellari. In sacramēto fidelitatis, inter cætera etiam illud adiiciendum est, quod dominum contra omnes homines defendet; exceptis Papa, & Imperatore.

Nō ōne quod dicitur beneficium est gratuitum.

Consistit autem feudum (vt dicunt) in rebus soli, puta domo, vinea, agro. Sed & iura cum immobilium lege censeantur, vnde & præscribuntur, non vsucapiuntur; & ipsa in feudum concedantur; nisi spiritualia sint, vt est ius percipiendi decimas, vel primitias, per oblationes: Quod ius si post Latera. Concil. fuerit infeudatum, irritatur quod factum est, & prælatus qui infeudauit deponi debet. Infeudationes autem ante Concilium factæ, ratione multitudinis quæ est in causa, sustinentur. Cętera vero ecclesiæ immobilia, scilicet quæ profana sunt, infeudari possunt.

Infeudatio iuris Spiritualis post Concilium Latera. est irrita, & qui infeudat est deponendus. Effectus feudi duplex.

Effectus feudi consideratur, & ex parte accipientis; vt si concessum sit in perpetuum, vel ad longum tempus, habet possessionem naturalem, dominus vero ciuilem; vnde & agit interdicto vtrubi contra dominū; Et ex parte dantis, vt scilicet habeat iurisdictionem in suum vasallum, quando contenditur inter duos vasallos super iure feudi. Secus est in duobus creditoribus, qui litigant inter se de pignore; ibi enim dominus non est iudex. Præterea recipiendo præter sortem fructus feudi sibi obligati, non committit vsuram.

De Feudi acquisitione, & amissione.

Cap. CXLVI.

ACquiri potest feudum donatione: Item emptione & permutatione facta de domini voluntate. Acquiritur etiam collatione dotis, etiam sine domini voluntate. Erit tamen donatio specialis, duratura scilicet duntaxat in vita dantis: Propterea pignorari, vel in vsum, aut in vsumfructum, vel feudum posse dari constat, etiam sine domini voluntate, sicut dicitur in illa constitutione Frederici, *de feudis Imperialibus.* Et *extra, secundo, de foro competenti: ex transmissa.* Sicut autem in modo conferendi, sic & in personis conferentium & accipientium, est differētia. Nam humilibus personis quilibet feudum dare potest, vt Ecclesia, Rex, Imperator, Dux, Comes & huiusmodi: militibus autem inferiores (vt dicitur) feudum dare non possunt. Et si dent erit donatio temporalis, scilicet vt dominus reuocare possit quandocunque voluerit.

Quilibet potest humilibus personis feudum dare sed inferiores nō possunt dare militibus.

Amittitur vero si vasallus aufugerit de bello, relicto ibi domino non mortuo, nec mortaliter vulnerato. Item si dominum cornucauerit, id est vxorem eius cognouerit; vel si eandem, aut eius filiam, in loco indecēti, puta circa mammillas, vel circa partes inferiores palpauerit, vel si cum aliqua de domo domini sui inhonestè luserit, & huiusmodi quæ numerantur in canone *causa 22. quæstio. 5. de forma fidelitatis. Item* amittitur morte, si decedat sine successione vsque ad septimum gradum. Succedunt autem virilis sexus homines tantum de consuetudine, nisi contra sit expressum tempore dotis conferendæ. *Item* succedunt fortes, nō clerici, non monachi, non debiles qui bellare non possint, nisi feudum sit ecclesię datum: Sicut episcopi tēporalia habent à regibus in feudum. Amittitur iterum si vasallus infra annum & diem, nouo domino non præstiterit fidelitatis sacramentum. *Gratianus cap. 22. quæst. 5.* De forma vero fidelitatis, quid quisque debeat domino, vel econuerso, sic inuenitur in epistola Siliberti episcopi. Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper habere debet: *Incolumē, tutum, honestum, vtile, facile, possibile:* Dominus quoque in his omnibus fideli suo vicem reddere debet: quod si non fecerit, merito censebitur malefidus; sicut ille qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit, perfidus & periurus.

Quando amittitur feudum.

Quanam in feudo succedunt.

Sèx in fidelitate feudatarij recolenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De obligatione contracta per societatem.

CAP. CXLVII.

Quid societas, & à quibus & quomodo possit contrahi.

EX summa iuris. *Societas est duorum vel plurium conuentio contracta, ob commodiorem vsum, vel vberiorem quæstum.* Et potest contrahi, & ad tempus, & in perpetuum, id est dum viuunt, & sub conditione, puta si nauis venerit de vltra mare. In æternum vero, id est in sæcula sæculorum contrahi non potest. Item in re turpi contrahi societas non potest, vt in furto faciendo vel alio facinore. Idem contrahere possunt hi, qui obligari possunt alij, de quibus supra dixi in tractatu de pactis. *Item* omnium bonorum potest constitui societas, vel partis, vel ad aliquam negotiationem. Et breuiter id quod actum est seruari debet: si nihil sit actum, pro dimidia quisque lucrum & damnum sentit. Caue tamen, quia non potest agi, vt vnus totum lucrum, alter nihil reportet; quia leonina esset talis societas. *Item* sufficit quod socius talem diligentiam adhibeat in rebus communibus, qualem in suis. Vnde si negligens sit, sibi imputare debet qui talem socium eligit. *Nota* etiam, quod quandoque plus valent opera vnius, quàm pecunia alterius; vnde quandoque plus ponit in societate vnus, quàm alter; & tamen pares sunt in lucro. Ex hac nascitur actio pro socio, quæ datur vni contra alterum, quę quando nascatur, vel ad quid detur, non prosequor.

Inter pecuniã & operam in societate seruanda est æqualitas.

De obligatione per mandatum.

CAP. CXLVIII.

Quid mandatum.

EST autem mandatum officium, quod quis gratuito suscepit exhibendum. *Gratuito* dixi, quia si merces interueniret, locatio esset. etsi tamen dominus procuratorem suum remunerat, nihilominus est mandatum, & habet locum actio mandati. Et nota, quod duplex est procurator; vnus negotiorum; puta mandaui quod gereres negotia mea, vel illius; vel fideiuberes pro me, vel pro aliquo. In isto casu loquitur titulus ille qui intitulatur *Mandati* in Codice, & Digestis. Et est alius procurator ad causas; vt mandaui quod in iudicio agas pro me, vel defendas me; & ita loquitur titulus *de Procur.* Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. Fideiussor est, qui per stipulationẽ pro alio obligatur, illo remanente obligato. Et nota, quod diligenter seruandi sunt fines mandati. Quibus autem modis contrahitur, & alia quæ veniunt in mandato, longum esset prosequi. Nascitur autem actio ex mandato directa, contra procuratorem, si male gessit: Et contraria, quæ datur procuratori pro expensis, quas fecit in re gesta, & etiam ex aliis causis. *Isidorus vbi supra.* Mandatum dictum est, eo quod olim in cõmissione negotij, alter alteri manum dabat. *Ex Codicis lib. 4.* Mandatum est, quasi manu datum, videlicet cũ id tuis manibus committo, quod per me conficiendũ erat. *Iusti. vbi supra.* Mandatum non suscipere liberum est, susceptum autem consummandum est, aut quamprimum renunciandum est.

Procurator alius negotiorum, alius ad causas.

Seruandi sũt fines mandati.

Mandatum vnde dictũ

De Negotijs gerendis.

CAP. CXLIX.

AZO. Dicto de negotijs gestis ex mandato, videamus de gestis sine mandato. Vnde duplex oritur actio, directa scilicet, & contraria, vt supra proximo cap. Hæc actio locum habet, quando negotia gesta sunt aliena, id est non eius qui gessit. Nam etiam pro negotiis quæ nullius sunt, vt hæreditariis, datur hęc actio, si cum viuo testatore geri potuerint; alioquin non dabitur pro eis actio negotiorum gestorum, sed funeraria.

Actio duplex directa & contraria; quæ etiam locum habẽt in negotiis gestis sine mandato.

Aliena vero dicuntur mea negotia quatuor modis, scilicet cura & solicitudine, re ipsa, ratihabitione, ipso gestu. *Primo modo* negotia aliena mea sunt, vt si spectẽt ad me velut ad tutorem, vel curatorem, vel procuratorem eorum; & teneor pro actione directa domino rei, si tamen gesta sunt iuris contemplatione: dominus quoque tenetur pro contraria actione, si quid in rem suam est impensum. Si tamen dominus sit pupillus, tenetur vltra; si, quam prius, locupletior sit tempore litis contestatæ, si scilicet eius negotia gesta sunt vtiliter: Sic vero necessario tenetur, etsi non sit locupletior tempore litis, hoc ipso quod necessario gestum fuit.

Re ipsa meum est negotium, cum circa rem meam aliquid impendis, vel necessario, vel vtiliter aliquid facis: & hic teneor, si gessisti nomine meo. Si vero nomine alterius, ad quem nullo modo pertinebat negotium; hic similiter teneor, & non ille. Porro si ad eum tantummodo pertinebat aliquo modo, saltem naturaliter, vt si filius erat, vel seruus, cuius negotia gessisti peculiaria nomine suo, ipse tibi naturaliter tenetur, & ego & eius persona de peculio, etiam si ratum non habeam (quia ratum non possum habere negotium, quod meo nomine non est gestum.). Si vero nomine meo, non filij, vel serui gestum sit, teneor in solidum. Porro si negotium quod meum est, re ipsa nomine tuo gesseris, vt quia rem meam possidebas, in quam necessario, vel vtiliter impendisti; non datur actio, nisi contra me; quia neminem obligare tibi voluisti, sed rẽ tantum: si tamen eras bonæ fidei possessor, alioquin donasse videris.

Ratihabitione meum est negotium, quod nomine meo gessisti, & ratum habui, vel ratum fuit me ius habuisse: vnde demum ratihabitione expressa vel insecuta, aliquid mihi quæritur. Porro sicut iam dictum est, negotium non meo nomine gestum, ratum habere non possum.

Ipso vero gestu meum est negotium, vt cum quis creditori meo soluit, etiam me inuito & ignorante. Sic enim liberat me, licet à debitore meo me inuito exigere non possit. Naturalis enim & ciuilis ratio suasit, alienam conditionem, & ignorantis & inuiti, meliorem fieri posse, deteriorem vero non posse. Competit autem in his omnibus hæc actio, si necessario, vel vtiliter cœptum sit negotium.

De Obligationibus quæ nascuntur ex quasi contractu.

CAP. CL.

EX summa iuris. Dicto de obligationibus quæ ex cõtractu nascuntur; Quia obligationum quædam sunt ex quasi contractu, restat consequenter dicere de his; & quia multæ sunt, pauca exempli gratia prosequamur. Et primo de obligatione negotiorum gestorum, quæ locum habet quando aliquis sine mandato gessit aliena negotia, id est non sua. Nam tunc ex quasi contractu obligatur domino rerum, si male gessit. Sed ad hoc quod non teneatur, sufficit vtiliter incepisse, etsi non sit securus effectus. Item obligatur dominus gestori ad expensas quas vtiliter fecit restituendas, si gessit prout dominus alias esset gesturus: Nam si mercator erit pannorum dominus, & gestor emit sibi vasa vitrea, & perierunt in via, sibi imputet, & domino tenetur.

Tenetur domino qui male gessit negotia eius sine mandato.

Item condictio indebiti est ex contractu, nam præter spem nobis obligamus illum, cui indebitum soluimus. Indebitum locum habet, cum ego soluo quod non debeo, puta vsuras vltra duplum, vel aliquid cõtra legem, & multis aliis modis. cum de non recipiendo sit quod tibi soluo, ipso iure mihi obligaris ad restituendum quod indebite solui, & datur mihi repetitio, quæ vocatur condictio indebiti; quod nihil aliud est, quàm ius quoddam quod propono contra te ad repetendum. In multis etiam specialibus casibus cõpetit condictio indebiti. *Extra. 3. de solutionibus. Grego. 9.* Is qui conquæritur indebitam pecuniam se soluisse, probare tenetur quod indebitè sit soluta, nisi eius ad-

Quid condictio indebiti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

uersarius solutionem inficians, exinde conuincatur: tunc enim diffitenti, onus incumbit probandi, quod debitum non recepisset. *Ex summa iuris.* Item ex quasi contractu est actio de communi diuidundo, quę datur inter possidentes res communes, & pro rebus singulis diuidendis. Item familiæ herciscundę actio, quę datur inter hæredes pro hæreditate diuidenda. Item actio tutelæ ex obligatione, ex quasi contractu nascitur; & datur pupillo contra tutorem, vel eius hæredē: Demum finita tutela, pro negotiis gestis & gerendis, id est quę gerere debuit tutor. Item actio ex testamēto, ex quasi contractu est, quæ datur legatariis contra hęredem defuncti, pro legatis sibi soluendis: *Iustinian. vbi supra lib. 3.* Quasi contractus est, quod quidem à contractu separatur, nec delicto subiacet, legalem tamen habet confirmationem. In contractibus nullus ignorans obligatur.

Ex quasi cōtractu oritur actio de communi diuidendo, familiæ herciscūda, &c.

Quid sit quasi cōtractus.

De obligationibus quæ nascuntur ex delicto.

CAP. CLI.

EX *summa iuris.* Iterum obligationum aliæ nascuntur ex delicto, aliæ ex quasi delicto. Ex delicto quidem nascitur obligatio pluribus modis, verbi gratia. Ex furto, rapina, vsura, cæterisque criminibus, de quibus agetur inferius, vbi tractabitur de actionibus criminalibus. Item ex damni iniuria, id est non iure facto, nascitur actio legis Aquilię, quę duo habet capita; *vnum* quo datur actio contra illum qui occidit seruū meum, vel pecora mea: Nomine autem pecorum intellige omnia animalia, quæ simul pascuntur: Item datur actio contra illum qui damnum dedit, quantū illud quod occidit, ab anno, aut aliqua parte anni, melius valebit.

Pluribus modis oritur obligatio ex delicto.

Item est aliud caput, quando non occidit sed vulnerat, vel rem meam aliquo modo deteriorat; puta scindit vestimenta, vel frangit vasa, vel huiusmodi: & tunc datur actio contra eum intantum, quantum res scissa, fracta, vel deteriorata, melius valuit à 30. diebus antequam læderetur. & ita ista actio directa habet locum, quando ex culpa damnum datum est, alioquin cessat.

Item est actio iniuriarum ex delicto, quando scilicet aliquis percutitur iniuria, id est non iure; vel quando quis ei conuitium dixerit, vel in domum suam intrauerit conuitiandi causa. Istis casibus dicitur inferri iniuria in corpus eius. Omnis enim iniuria, aut infertur in corpus, aut in dignitatem, aut ad infamiam.

Iniuria est in corpus, dignitatē, aut famā.

Regula iuris. Is autem damnum dat, qui dare iubet. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. Nunquam crescit ex post facto præteriti delicti exterminatio. Nemo damnum facit, nisi qui fecit quod facere nō habet. Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in ius publicum, aut in ius priuatum crimen incidat. Deiecit, & qui mandauit, vel iussit, vel ratum habuit. Quod quis ex culpa sua damnum sentiret, sibi imputare debet. *Et summa iuris.* Datur autem ista actio infra annum, contra eum qui fecit iniuriam, non contra hæredem suum, nisi lis fuerit contestata; nam ad solam vindictam est prodita: vnde sola dissimulatione tollitur: tollitur etiam per pactum, quod speciale est in ea. Illud tamen nota, quod de omni iniuria potest aliquis agere criminaliter, & tollitur ciuile iudicium per criminale, & econuerso ciuili iudicio agitur in tantum, quantum dicet se prius voluisse amittere quàm iniuriam passum esse: Criminaliter agitur, vt iniuriator corporaliter puniatur.

Quid agere ciuiliter, quid criminaliter.

De his quæ nascuntur ex quasi delicto.

CAP. CLII.

RESTAT de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur, quarum vna est cum iudex male iudicauit. Si enim dolo male iudicauit, ex maleficio tenetur: Si per imperitiam, ex quasi maleficio, actione in factū, in quantum videbitur agnoscenti. nec distinguendum puto, siue sit iudex ordinarius, siue delegatus, siue arbiter, siue compromissarius. Nam & arbiter tenetur, nisi sit electus sine pœna, & iurauerit: tunc satis habet de iuramento, & nihil plus erit ei, id est arbitro, secundum vnam literam: imputandum alij habent eis.

Variis modis datur actio quasi ex delicto seu quasi maleficio.

Item ex quasi maleficio datur actio in factum, cōtra illum ex cuius cœnaculo proprio conducto, vel gratis concesso, aliquid effusum, vel deiectum est, ita vt alicui noceat. Vnde quandoque tenetur quis ex culpa serui sui, aut liberi; & hæc est actio in duplum, nisi tu ponas quod homo liber mortuus sit, tunc Laureorū pœna statuta est; & ideo certa, quia homo liber æstimationem non recipit. Si vero læsus fuit, tunc æstimabit iudex quantum deterioratus, & mercedes medicis datas, & omnes expensas quas fecit in emplastris & huiusmodi ratione curationis, & operas quas amittit, si inutilis factus est. Hęc actio datur infra annum, & non in hæredem, (nisi lis sit contestata cum defuncto) & populari, id est cuilibet de populo datur, qui velit agere pro mortuo, vel pro læso. Veruntamen citius datur illi cui magis interest, vel eius propinquiori.

Quomodo læsio est reparanda.

Item si quis appenderit aliquid in loco, vnde transitus publicus solet fieri, si cadat facile potest lædere aliquem. quod si eueniat, ex quasi maleficio tenetur, & datur actio in factum ad pœnam decem aureorum. Itē si quis sit exercitor nauis, scilicet nauta, custos nauis, qui præest aliis de naui, vel caupo, id est tabernarius, vel stabularius, id est custos stabuli; de rebus quę in nauem illatæ sunt, vel in tabernam, vel in stabulum, si ipse dedit damnum, tenetur ex suo maleficio; si vero pueri sui, tenetur ex quasi maleficio. nec exigo quod in custodiam recepit, vel non, quantum ad hanc actionem, quæ dicitur actio in factum, & datur in duplum: & ita demum, si intra nauem, vel cauponam, vel stabulum damnum datum sit: secus si extra: Item si dixit, Custodiat vnusquisque rem suam, & consentiunt vectores; non tenetur. Quod si delictum est quod fugit, culpa quidem in se paratur, aut à contractu, aut quod legibus prohibetur. Exercitor nauis, cauponæ, stabuli, tenetur de dolo, vel furto, quod in his locis, commissum est, pro eo quod is opera malorum hominum vtitur.

Dominus culpa serui tenetur quasi ex maleficio.

Nauta, caupo, &c. tenētur de furto in suis locis.

SPECVLI MAIORIS
VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,
Tomus Secundus.

LIBER OCTAVVS.

De Cauſis, & Litibus.

CAP. I.

VICTOR. Quoniam, vt dictum eſt ſuperius, omne ius quo vtimur, vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinet. Dicto de perſonis, tam publicis, quàm priuatis; de rebus quoque, tam corporalibus, quam incorporalibus, reſtat dicendum de actionibus. Sed quoniam actio oritur ex cauſa ſecundum vnum modum, vel etiam pars eſt cauſæ ſecundum alium modum, de cauſa aliquid præmittendum eſt.

Cauſa varie ſumitur.

Cauſa namque aliquando dicitur ipſa obligatio, de B qua dictum eſt ſuperius, ex qua naſcitur actio, id eſt ex qua acquiritur alicui ius eius quod ſuum eſt perſequendi, ſiue debitum ſuum exigendi. Aliquando vero dicitur totum negotium, ſiue controuerſia, quæ vertitur inter actorem & reum; & ſic accipitur in Rhetorica. Iſido. vbi ſupra. *Pragma* Græcè, cauſa Latinè vocatur. Vnde & *Pragmatica*, negotia dicuntur; & actor cauſarum atque negotiorum *Pragmaticus* nuncupatur.

Extra. 5. de verborum ſignificatio. Iſid. Negotium multa ſignificat, modo actum rei alicuius, cui contrarium eſt ocium; modo actionem cauſæ, quæ eſt iurgium litis. *Iurgium* dicitur, quaſi iuris garrium, eo quod hi qui cauſam dicunt, iure diſceptant. *Lis* à contentione limitis prius nomen ſumpſit. De qua Virgilius. *Limes erat poſitus, litem vt diſcerneret agris.*

Iurgium & lis vnde dicta.

Cauſa aut argumento aut probatione cõſtat. In omni negotio interuenit Iudex, accuſator, reus & teſtes.

Cauſa autem, aut argumento, aut probatione conſtat. Argumentum ſola inueſtigatione inuenit veritatem, vnde dictum eſt argumentum argutum inuentũ. Probatio ex teſtibus & fide tabularum conſtat. In omni quoque negotio hæ perſonæ quæruntur: Iudex, Accuſator, Reus, & tres teſtes. Iudex quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet. Iure autem diſceptare eſt iuſtè iudicare. Non eſt ergo iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia. Accuſator vocatus eſt, quaſi adcauſator, C quia ad cauſam vocat eum quem appellat. Reus à re quæ petitur, quamuis conſcius ſceleris non ſit. Teſtes conſiderantur, conditione, natura, & vita.

Ibidem de regu. iuris. In ipſo vero cauſæ initio, non eſt à quæſtionibus inchoandum. *Regula iu. ex ff. l.* Cum autem de lucro duorum quæratur, melior eſt conditio quàm cauſa poſſidentis. *Inſti. vbi ſupra. 2. lib.* Regula dicit duas lucratiuas cauſas, in eundem hominem, & eandem rem, concurrere non poſſe. *Ex ff. 5. lib.* Noua quoque hominum conuerſatio aliter vſa quam quod legibus ſcriptum eſt, legem ſcriptam excludit. *Interdicta*, aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria: duo vltima proprie decreta vocantur. Omnia idcirco interdicta vocantur, quia inter duos dicuntur. Pro calumnia iurare cogitur, & actor & reus, & vtriuſque partis aduocati.

Dua cauſa lucratiua nõ poſſunt in eũdem hominẽ & eandem rem concurrere.

De eodem.

CAP. II.

HElinandus *vbi ſupra*. Queſtio ſiue cauſa multiplex eſt: Quæſtio facti eſt, cum quæritur an factum ſit, id eſt an res ſit ablata. Quæſtio nominis eſt, cum de facto conſtat, ſed de nomine queritur; vt vtrũ furtum ſit, vel rapina, an aliud delictum. Queſtio iuris eſt, cum de facto & nomine conſtat, & quæritur an ea pæna ei delicto iure imponatur. Quæſtio autem boni & æqui eſt, cum de facto & nomine & iure conſtat, & tamen adhuc quæritur, an æquitas aliud quam ius ſtrictum dictet.

Quæſtio ſiue cauſa, quædam facti, quædam nominis, quædam iuris, quædam boni & æqui.

Auctor. In ſumma quoque nota, quod queſtio ſiue cauſa duplex eſt, ſc. ciuilis, quæ pertinet ad iudicem ciuilem; & eccleſiaſtica, quæ ad eccleſiaſticum. Ciuilis alia eſt pecuniaria, in qua ſcilicet agitur de pecunia. (Nomine autem pecuniæ intelligitur quicquid habet homo.) Alia vero criminalis, in qua ſc. agitur de crimine, ſicut de ſanguinis effuſione. Eccleſiaſtica quoque diuiditur in pecuniariam, ſcilicet vbi de pecunia agitur, & ſpiritualem, in qua de re ſpirituali, puta de decimis, & huiuſmodi; & criminalem in qua de crimine, puta de depoſitione, & huiuſmodi.

Item cauſa, alia ciuilis, alia eccleſiaſtica illa diuiditur in pecuniariam & criminalem; hæc ſimiliter, etiãque in ſpiritualem.

De

De Actionibus.

Cap. III.

Quid actio.

EX libello de actionibus. Olim dicebatur actio, solennium verborum & præscriptorum formata conceptio, vt si quis à syllaba caderet, causam amitteret. Hæc autem solemnia & aucupationes syllabarum, per Constantinum principem amputata sunt, & subsidiaria actio in subsidium subrogata. *Actio est ius*, id est quædam iuris ratio, sine forma, *qua edita, species futuræ litis demonstratur. Iusti. vbi supra 4. lib. Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. Reg. iuris.* Minus est autem actionem habere, quam rem.

Non debet passim dari actio plebeio aduersus virum indignitate constitutum.

Exff. 4. lib. Non debet passim actio dari humili, aduersus eum qui dignitate præcellit, plebeio aduersus consularem, luxurioso atque prodigo, aduersus hominem emendationis vitæ. Ideo prætor in hoc edicto causæ cognitionem inseruit. *Heli. vbi supra.* Obligatio mater est personalium actionum. Actiones sunt legitimæ prosecutiones, quæ non propria vi, sed publica auctoritate exercendæ sunt. *Actio enim est ius persequendi in iudicio quod nobis debetur.* Ius autem dicimus, per quod intendimus rem nostram esse, vel personam nobis obstrictam, ad aliquid dandum, faciendumve.

Personales actiones condictiones appellantur.

Personales actiones condictiones appellantur. Generalissima condictio est triticaria, quæ sic dicitur quasi tritutatoria. Quemadmodum enim omne granum vel triticum in area trituratur, & vtile ab inutili separatur, & ita singula grana colliguntur, & in horrea reponuntur, abiecta palea; Ita per hanc condictionem, quicquid quocunque modo debetur, præter pecuniam numeratam, non habito delectu rerum, nec causarum peti potest. Hoc tamen in hac condictione intuendum est, vt id quod debetur præcisè petatur, & ea res sit quæ æstimari possit, non etiam pecunia. Cum enim ipsa sit æstimatio cæterarum rerum, æstimari nõ potest. Æquum est certe, vt quicquid alterius apud alterum sine causa deprehenditur, reuocetur.

Oportet ius nostrum prosequi nõ propria sed publica authoritate.

Quicquid autem nobis debetur, non propria auctoritate, sed publica, id est per iudicem persequi debemus. Æquitati enim congruum est, vt priuatorum lites, publica actione dirimantur, & per magistratum effectui tradantur. verbum autem debendi ita accipere debemus, quia non solum ea per actionem, vel per alia iura, quæ hodie in actiones redacta sunt, debentur, sed etiam illa quæ iudicis officio tantum nobis præstanda sunt, velut per restitutiones. Et in debiti verbo distinguitur illa persecutio, per quam non pecuniarum quid exigitur, sed publica vindicta desideratur. Indebitum autem est, quod omnino non debetur, id est neque naturali ratione, nec etiam ciuili iure, vel prætorio. Siue autem iustè siue iniustè res mea ad te peruenerit, æquum est teneri, non suffragante iusta causa, ex qua eam tenere debeas.

De Speciebus actionum.

Cap. IIII.

Actiones alia prætoria, alia ciuiles.

POntius in lib. de arbore actionum. Actionum aliæ sunt prætoriæ, scilicet omnes illæ quas prætor ex sua iurisdictione introduxit; vt illæ quæ dantur ex edictis, & interdictis, & ædilitiæ. Aliæ vero ciuiles, quæ scilicet aut ex lege sunt introductæ, aut iure ciuili comprobatæ.

Item aliæ in rem, aliæ in personã, aliæ mixtæ.

Item actionum aliæ sunt in rem, aliæ in personam, aliæ vero mixtæ. In rem sunt illæ, quibus dicimus aliquem possidere, vel tenere rem ad nos aliquo iure pertinentem, vel quia nostra est, vel quasi, & tunc datur rei vendicatio, vel Publicana; vel quia obligata est nobis, & tunc dicitur hypothecaria quæ in rem est; aut quia dicimus nos habere ius in rem, id est seruitutem, & tunc datur confessoria; Aut quia negamus aliis ius esse, & tunc dicitur negatoria. In personam vero sunt illæ, quibus dicimus aliquem nobis obligatum, quia promisit, vel aliquo modo contraxit nobiscum. *Mixtæ* vero sunt, quæ causam permixtim continent, tam in rem, quam in personam.

Item quædã actiones sunt persecutoriæ rei, quadam pœnæ.

Item aliæ sunt actiones persecutoriæ rei, sc. omnes in rem actiones, & quæ descendunt ex contractibus ferè omnes: ferè dico propter actionem depositi, quæ in quatuor casibus. persequitur etiam pœnam. Generaliter autem omnis illa est rei persecutoria, quæ de patrimonio nostro aliquid persequitur. Aliæ vero persecutoriæ sunt pœnę, quę, sc. ex maleficijs dantur, non tamen omnes: Nam & ex eis quædam rei, quędã pœnæ, quædam vtriusque sunt persecutoriæ. Item actionum aliæ sunt in simplum, aliæ in duplum, aliæ vero in triplum, & aliæ in quadruplum.

Rursũ, quædam bonæ fidei, quædã stricti iuris, &c.

Item aliæ sunt bonæ fidei, aliæ vero stricti iuris: Nõ quod aliquæ dicantur malæ fidei, cum bona fides exigatur in omnibus: sed dicuntur quædam anthonomasicè bonæ fidei, quia maior & exuberantior in eis desideratur bona fides, quàm in aliis quę dicuntur stricti iuris: Nam in eis veniunt illa, de quibus nec actum est, nec cogitatum. Item aliæ perpetuæ sunt, aliæ temporales. Item aliæ transeunt ad hæredes, id est dantur hæredibus, vel contra hæredes; vt illæ quæ ex maleficio descendunt, nisi sint ad vindictam proditæ, vt in actione iniuriarum, & huiusmodi: Aliæ vero nequaquam. Item aliæ infamant, aliæ non. Item aliæ directæ sunt, quæ sc. ex verbis legis descendunt: Aliæ vero vtiles, quæ non ex verbis, sed ex sententia, id est quæ ex interpretatione prudentium ad eas extenditur. Item quædam sunt directæ, aliæ vero contrariæ. Item aliæ sunt vniuersales, & aliæ singulares. Item aliæ sunt simplices, aliæ vero duplices.

Iterum de eodem.

Cap. V.

Actio in rem vocatur vẽdicatio, in personam cõdictio.

IVstinianus vbi supra. Actio in rem, vendicatio appellatur. Actio vero in personam, qua dare aut facere oportere intenditur, condictio. Condicere enim prisca lingua denunciare est. Nunc vero abusiuè dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore quo prius fiebat, eo nomine denunciatio fit.

Quibus cõpetat actio mixta.

Item mixta est actio aduersus eos qui relicta sacrosanctis ecclesijs, & aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint, vsque adeo vt etiam in iudicium vocarentur: tunc enim & ipsam rẽ, vel pecuniam quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & pro dilatione in duplum fit eorum condemnatio. Quædam etiam actiones mixtã causam obtinere videntur, tam in rem, quam in personam: qualis est familię herciscundæ actio, quæ competit hæredibus de diuidenda hæreditate: Item actio de communi diuidundo inter eos est, inter quos aliquid commune est, vt id diuidatur. Item actio finium regundorum, inter eos qui confines agros habent.

Omnes actiones, vel *in simplum* conceptæ sunt, vt ex stipulatione, & mutui datione, exempto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis causis quampluribus; *vel in duplum*, veluti furti nec manifesti, damni iniuriæ ex lege Aquilia; depositi, tumultus, incẽdij, ruinę, naufragij causa, si cum ipso apud quem depositum est, aut cum hærede eius, ex dolo ipsius agitur: Item serui corrupti, quæ competit in eum cuius hortatu consiliove, seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est; aut luxuriose viuere cœpit, aut denique quolibet modo deterior factus fuerit. In qua actione, etiam earum rerum quas seruus domino abstulit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, vt paulo ante dictum est. Tripli vero, cum quidam maiorem vera æstimatione quantitatem, in libello

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conuentionis inſerunt, vt ex hac cauſa viatores, litium ſcilicet executores, ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent, tunc enim id quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus, id in triplum ab actore conſequitur; vt in hoc triplo ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, connumeretur: vtputa ſi cui debentur, l. ſolidi, & ille in libello conuentionis, volens aduerſarium ſuum damnificare, c. ſcripſit, vel plures; ſportulæ nomine quam oportet, ad triplum tenetur. Quadrupli vero, vt furti manifeſti, & de eo quod metus cauſa factum ſit, & de illa pecunia quę in hoc data eſt, vt is qui datur calumniæ negotium alicui faciat, vel non faciat. Executores etiam litium ſi plus commodi quam lege cautum eſt exegerint, quadruplum reſtituere compelluntur, vt legitur in 3. lib. ff. de calumniatoribus.

Præſcriptis verbis actio de æſtimato proponitur. Actiones arbitrariæ ſunt ex arbitrio iudicis pendentes. Seruiana actio eſt de rebus coloni, quaſi ſeruiaria id eſt hypothecaria. inter pignus & hypothecam quantum ad actionem hypothecariam nihil intereſt: Sed in aliis differentia eſt, quia pignus traditione fit, hypotheca autem verborum obligatione continetur, & maxime res mobilis quæ traditur creditori, pignus eſt: Illa vero res quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, hypotheca nuncupatur.

De Speciali in rem actione.

CAP. VI.

In quibus habeat locum ſpecialis in rem actio.

EX *Digeſtis de rei vendi. Vlpianus lib. 6. ad ed.* Specialis in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam his quæ anima carent, & in his quæ ſolo continentur. Per hanc autem actionem liberæ perſonæ, quę ſunt iuris noſtri, vtputa liberi, qui ſunt in poteſtate noſtra non petuntur. Per hanc autem actionem non ſolum ſingulæ res, ſed etiam grex totus vendicari poteſt, & armentum, & equitium, & cætera, quæ grægatim habentur. Si quid quod eiuſdem naturæ (ait Pomponius) ita confuſum eſt atque commixtum, vt deduci, & ſeparari non poſſit, vtputa meum & tuum argentum in maſſam redactum, non totum ſed pro parte vendicandum eſt; aliàs erit nobis commune, & vnuſquiſque pro rata ponderis portione, quod in maſſa habemus, vendicabimus: & ſi incertum ſit quantum quiſque ponderis in maſſa habeat (vt ait Paulus de communi diuidundo) in tali caſu agi poterit furti, & ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentũ procurauit: ita vt in ad exhibendum actione, pretij ratio haberi debeat; in vendicatione, vel communi diuidundo actione, hoc amplius fert, cuius argentum pretioſius fuerat.

Quid faciẽdũ quando bona diuerſorum ſunt commixta.

Vlpianus 25. ad ed. Pomponius ſcribit: Si frumentum duorum, non voluntate eorum confuſum ſit, cõpetit ſingulis in rem actio in id, inquantum apparet in illo aceruo ſuum cuiuſque eſſe. Quia ſi voluntate eorum commixta ſunt, communicata videbuntur, & erit de communi diuidundo actio. *Idem Pomponius.* Si ex melle meo & vino tuo factum ſit mulſum, quidam exiſtimauerunt id communicari debere. Sed puto verius (vt & ipſe ſignificat) eius eſſe qui fecit, quoniam ſuam ſpeciem priſtinam non continet. Sed ſi plumbũ cum argento mixtum eſt, quia deduci poteſt, non cõmunicabitur, nec communi diuidundo agetur, quia ſeparari poteſt: agetur autem in rem actione. Sed ſi deduci inquit non poſſit, vtputa ſi æs & aurum mixtum fuerit, pro parte eſſe vendicandum. Nec erit dicendũ quod de mulſo dictum eſt, quia vtraque materia etſi confuſa ſit, manet tamen.

Mea arbor agens radices in alieno fundo deſinit eſſe mea.

Idem. Si equus tuus equam meam prægnantem fecit, non eſt tuum, ſed meum quod natum eſt. Si arbor in alienum agrum tranſlata coaluit, & radices immiſit, Varus & Nerua vtilem actionem in rem in tali caſu dabant. Nam ſi nondum coaluit, mea eſſe non deſinit.

In quibus rebus pondus, numerus, ſpecies & menſura locũ habent.

Paulus. Si in rem aliquis agat, debet deſignare rem, & vtrum totam, an partem, & quotam petat. Appellatio enim rei, non genus, ſed ſpeciem ſignificat: Octauenus ita diffiniuit, quod infectæ quidem materiæ pondus, ſignatę vero numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet. Menſura vero dicenda erit, cum res menſura continebitur. *Idem in l. Pomponius.* Res mobilis nunquam pro indiuiſa poſſideri poteſt. *Vlpianus in l. Officium.* Vbi probaui rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, qui non obiecerit aliquam exceptionem. *Vlpianus l. non ſolum* Sed etiam ſi deterior facta eſt, damnum compenſandum eſt. Lex dicit: Rationem iudex habere debet.

Fructus pendentes ſunt pars fundi vti ſolũ pars adium.

Paulus lib. 21. ad ed. Fructus non ſolum percepti, ſed & qui honeſte percipi potuerunt, æſtimandi ſunt. *Idẽ lib. 26. ad ed.* Quæ religioſis adhærent religioſa ſunt; & ideo nec lapides inędificati poſtquam remoti ſunt, vẽdicari poſſunt. per infacti autẽ actionẽ petitori extra ordinem ſubuenitur, vt is qui hoc fecit, eos reſtituere cõpellatur. *Caius li. 29. ad edi. prouin* Fructus pendentes, pars fundi videntur eſſe. *Celſus lib. 18. Dig.* Solum partẽ eſſe ædium exiſtimo, nec alioquin ſubiacere, vti mare nauibus. Meum eſt, quod ex re mea ſupereſt, cuius vendicandi ius habeo. *Pomponius lib. 24. ad Fab.* Quod infans, vel furioſus poſſeſſor perdidit, vel corrupit, impunitum eſt. Mutius interrogatus: Si quis nauem ſuam de aliena materia refeciſſet, num nihilominus eiuſdem nauis maneret. Reſpondit manere; ſed ſi in ea ædificanda carinam feciſſet, non manere Iulianus notat: Nam proprietas totius nauis carinæ cauſam ſequitur.

Nota.

De Tranſactione.

CAP. VII.

AVctor. Dicto de ſpeciebus actionum, tranſeundum erat ad prę paratoria iudiciorum; ſed quoniam ad iudicium vocati, tranſigere plerumque malunt, quam ad iudicium venire, primo de tranſactione videtur diſſerendum.

Quid trãſactio & in quibus locũ habeat.

Ex ſumma iuris. Eſt itaque tranſactio de re dubia, & lite incerta, non gratuita pactio; aliquo dato, vel retento, vel retineri permiſſo. Tranſigere poteſt in eccleſiaſticis, qui & paciſci, vt ſcilicet prælatus: & hoc poteſt ſine conſenſu capituli, ſi tranſactionem concipiat in vtilitatem eccleſiæ, quia licet ei conditionem facere meliorem.

In quibus tranſigi nequit.

Tranſactio admittitur in omnibus rebus temporalibus, tam mobilibus, quam immobilibus. Item in criminibus, qui pœnam inferunt ſanguinis, præterquam in adulterio.

Ceſſat autem tranſactio in ſpiritualibus. *Item* in ſubiectione, & etiam in matrimonio, quoniam ibi vertitur periculum animæ. *Item* in criminibus, quæ pœnam ſanguinis non inferunt, prę terquam in crimine falſi. *Item* non tranſigitur in re iudicata, velut ſi condemnatus ſum per ſententiam dare 10. non poſſum tranſigere ſuper illa 10. niſi ſententia eſſet dubia, vtputa ſi fuerit appellatum ab ea, ſicque dubitetur vtrum iudex appellationis cauſam confirmet, vel infirmet; tunc enim tranſigi poterit. Item in alimentis non tranſigitur, ſine auctoritate præſidis. In famoſis etiam actionibus, ex maleficio deſcendentibus, vt furti, vel bonorum raptorum, vel iniuriarum, non tranſigitur abſque auctoritate iudicis. Effectus tranſactionis eſt, vt ei ſtetur; idque ſuper quo contracta eſt, ad illum cum quo contractum eſt, inconcuſſe pacificéque conſeruetur.

Effectus trãſactionis.

Extra. 1. de tranſactionibus. Alexan. 3. Vtrum de eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto poſſit fieri tranſactio? Tale damus reſponſum, quod tranſigi ſuper re ſacra litigioſa non poteſt. Etenim ſacræ res vt poſſideantur aliquo dato, vel retento, ſiue promiſſo, ſpeciem habere credimus, ſimoniæ. Alias autem ſi

gratis

gratis & amicabiliter inter ſe litigantes componant, nequaquam ſacris canonibus dicimus obuiare.

Idem ſi ſuper decimis, inter vos & aliam perſonam eccleſiaſticam, aſſenſu epiſcopi, vel archiepiſcopi ſui, facta fuerit, rata & inconcuſſa perſiſtat. *Ex ff. de tranſactionibus lib. 2. Vlpia.* Qui tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita, tranſigit. Qui vero paciſcitur donationis cauſa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

Caius. De his controuerſijs quæ ex teſtamẽto proficiſcuntur, neque tranſigi, neque exquiri veritas aliter poteſt, quam inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti. *Vlpia.* Et poſt rem iudicatam tranſactio valet, ſi vel appellatio interceſſerit, vel appellare potueris. *Idem.* Cũ hi quibus alimenta relicta erant facile tranſigerent, contenti modico preſenti; Diuus Marcus, oratione in Senatu recitata, effecit, vt aliter alimentorum trãſactio rata non eſſet, quam ſi auctore prætore facta eſſet. Solet igitur prætor interuenire, & inter conſentientes arbitrari, an tranſactio valeat, anque admitti debeat: vult igitur ratio apud prætorem de iſtis quęri. In primis de cauſa tranſactionis, deinde de modo, tertio de perſona tranſigentium. *Elius Macer.* Nulli procuratorũ principis, inconſulto principe tranſigere licet. *Vlpianus.* De re filiorum quos in poteſtate non habuit, tranſigentem patrem minime eis obeſſe placet.

Tranſactio de alimentis requirit auctoritatem prætoris; nec poteſt tranſigere procurator principis ipſo incõſulto.

De Arbitrio vel Compromiſſione.

Cap. VIII.

EX *ſumma iuris.* Quoniam iudicium voluntarium, quod arbitrabile dicitur, gratius eſſe ſolet, quam neceſſarium, quod ordinarium appellatur, antequam agatur de iudicio ordinario, merito præmittendum eſt de arbitrio. *Eſt autem compromiſſum, ſiue arbitrium, trinus perſonarum actus, compromiſſum exequentium, ſuper pecuniaria quæſtione, in quaſi iudicio configentium, vel contendentium.* Contendit enim actor, vt reus ſibi condemnetur, Reus vt abſoluatur, Arbiter ad inquiſitionem veritatis. Et bene dixi *quaſi*, quia non eſt iudicium; nullam enim habet arbiter iuriſdictionem, niſi timore pœnæ conſtitutę inter partes, vt eius pareant arbitrio. Item bene dixi *in pecuniaria quæſtione*, quia de criminali non poteſt eſſe arbitrium: Item neque de cauſa ſtatus. In pecuniaria vero cauſa recte ad arbitros curritur. Idem puto & in ſpirituali, excepta cauſa matrimonij, de qua non ſolet, nec poteſt arbiter adiri.

Quid compromiſſum ſiue arbitrium, & in quibus cauſis locum habeat.

Effectus talis eſt, ſi quidem arbiter aſſumptus eſt ſine pignorum datione, vel pœnæ promiſſione, non tenentur partes eius ſententiæ ſtare. ſi tamen ſcripſerint litigatores, non contradico, vel laudo, tenebit ſententia. Similiter ſi infra 10. dies non contradixerint, tenet ſententia. Si vero aſſumptus eſt arbiter cum pignorum datione, vel pœnæ promiſſione, ſtabitur ſententię, metu amiſſionis pignorum, vel pœnæ. Arbitrium autem non eſt ſub iuramento ſubeundum. Item cautio de proſequenda lite non exigitur. Item apud arbitrium non habet locum reconuentio, nec appellatur ab eo ſicut dictum eſt ſupra. Alias autem ad modum iudiciorum procedunt arbitria.

Quiſnã arbitrij effectus.

In ſumma vero nota, quod arbitri compromiſſarij ſententiæ ſtandum eſt, ſiue ſit æqua, ſiue iniqua. Sententiæ vero arbitratorum tunc demum ſtabitur, ſi talis eſt, qualis à bono viro ferri debet; vnde ſi ſit iniuſta, per arbitrium boni viri caſtigatur. Eſt autem arbitrator, qui non vt iudex, ſed vt bonus vir rem decidit. *Extra. 1. de arbitris.* Inno. 3. Licet in iudicio conuenientem reconuenire valeat is qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen reconuenire non poteſt, cum arbitri iudicare non valeant, niſi de his tantum ſuper quibus in eos extiterit compromiſſum. *Gregor. 9.* Legali prouiſione ſtatutum eſt, vt compromiſſum de incerta perſona in arbitrium aſſumenda non teneat.

Ab arbitrio non eſt appellatio.

Quis dicendus arbitrator, & quãdo eius ſententia ſtandum.

Idem. Compromiſſum non extenditur in compromittentis hæredes, ſi de ipſis non caueatur ibidem. *Inno. 3. in concilio. gener.* Prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

Laicus non poteſt eſſe arbiter in ſpiritualibus.

Iterum de eodem ſecundum leges.

Cap. IX.

EX *Digeſt. 4. lib.* In ſeruum Labeo compromitti non poſſe ſcribit. Vnde Iulianus, Serui arbitrium nullum eſſe ait. *Vlpianus.* Sed neque in pupillum, neque in furioſum, aut ſurdum, aut mutum compromittetur. Arbiter cogendus non eſt ſententiam dicere, niſi compromiſſum interuenerit, & ipſe compromiſſionem receperit, pœna ſcilicet compromiſſa, ſi quis arbitri ſententiæ non ſteterit.

Seruus, ſurdus, mutus, &c. nequeũt eſſe arbitri.

Vlpia. Pomponius ſcribit: Si vrgeatur arbiter à prætore ad dicendam ſententiam; æquiſſimum erit, ſi iuret ſibi nondum de cauſa liquere, ſpatium ei ad pronunciandum dari. Si plures ſunt qui arbitrium receperunt, nemo vnus cogendus eſt ſententiam dicere; Sed aut omnes, aut nullus. Si in duos fuerit compromiſſum, ſic vt ſi diſſentirent tertium aſſumant, puto non valere tale compromiſſum: Nam in aſſumendo poſſunt diſſentire. Sed ſi ita ſit, vt tertius aſſumeretur Symphonius, valet compromiſſum, quoniam in aſſumendo diſſentire non poſſunt. Vſitatum eſt etiam in duos compromitti, & debet prætor cogere arbitros, ſi non conſentiant, certam tertiam eligere perſonam, cuius auctoritati pareatur. Si in tres fuerit compromiſſum, Celſus libro 4. Digeſt. dicit ſufficere duorum conſenſum, ſi tamen tertius præſens fuerit.

Quid faciẽdum quando arbitri non ſimul conſpirant.

Alioquin abſente eo, licet duo conſentiant, arbitrium non valeret, quia in plures fuit compromiſſum, & potuit preſentia eius trahere eos in eius ſententiam: ſicut tribus iudicibus datis, quod duo ex conſenſu abſente tertio iudicauerunt, nihil valet.

Conſenſus duorum tertio abſente nil valet.

Paulus. Qualem ſententiam arbiter dicat, Labeo ait ad prætorem non pertinere, dummodo dicat quod ipſi videtur. *Iulianus libro 4. Dige.* Dicere autem ſententiam æſtimamus eum, qui ea mente quid pronunciat, vt ſecundum id diſcedere eos à tota controuerſia velit; ſed ſi de pluribus rebus fuerit arbitriũ receptum, niſi omnem controuerſiam finierit, non videtur adhuc dicta ſententia, ſed adhuc erit à prætore cogendus. Non poteſt autem arbiter mutare ſententiam quam dedit, condemnantem, vel abſoluentem: nam diem mutare poteſt, ſed cum iam abſoluerit, vel condemnauerit, vtique mutare non poteſt, quia iam arbiter eſſe deſinit.

Arbiter non poteſt mutare ſententiã, licet errauerit in illa.

Caius. Quia arbiter, etſi errauerit in ſententia dicenda, eam mutare non poteſt. *Papinianus.* Plenum compromiſſum appellatur, quod de rebus controuerſijſve compoſitume ſt. *Vlpianus.* Stari autem debet ſententiæ arbitri, quomodo de re dixerit, ſiue æqua ſit, ſiue iniqua; & ſibi imputet, qui compromiſit. Si pœna non fuerit adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter ſententiæ ſtari quis promiſit, incerti aduerſus eum foret actio. Non cogetur arbiter ſententiam dicere, ſi pœna compromiſſa non ſit.

Standum eſt ſententiæ arbitri facta compromiſſione, ſed arbiter non tenetur ſententiã dicere niſi pœna ſit compromiſſa.

Iulianus. De liberali cauſa compromiſſo facto, recte non compellitur arbiter ſententiam dicere, quia fauor libertatis eſt, vt maiores iudices habeat. Arbiter nihil extra compromiſſum facere poteſt.

Celſus libro ſecundo Digeſt. Quamuis arbiter alterum ab altero petere vetuit, ſi tamen hęres ab altero petit pœna committetur. Non enim differendarum litium cauſa, ſed tollendarum ad arbitros itur.

Ex Codice libro ſecundo. Æquum eſt igitur auctoritate eius in quem ex conſenſu proprio compromittimus,

noſtra

noſtra negotia diffiniri, ac eius ſententiæ ſtari. Arbitri diffinitiuam ſententiam corrigere non poſſunt, licet in ea dicenda errauerint. Siue tamen æqua, ſiue iniqua, ſemper ſtandum eſt, partibus quidem præſentibus, tam corpore quam animo, ideſt ſcientibus non furioſis.

De Iuriſdictione.

CAP. X.

EX ſumma iuris. Quoniam igitur iuris miniſtri, ſacerdotes, ideſt ſacra docentes, vel reddentes dicuntur; Reſtat videre quomodo iura reddantur ab eis. Miniſtrat enim ſiue reddit iura non quilibet: Nam qui nulli iuriſdictioni præeſt, nec à principe poteſtate aliqua præditus eſt, nec ab aliquo qui ius dandi iudicem habet datus, nec ex compromiſſo ſumptus, vel aliqua lege confirmatus non eſt, iudex eſſe non poterit, nec ordine iudiciario cognoſcere, & ita nec ius reddere.

Quid iuriſdictio & quotuplex.

Eſt autem iuriſdictio, poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuriſdicendi, æquitatiſque ſtatuendæ. Et diuiditur iuriſdictio, quia alia pleniſſima, & hæc in domino Papa, & Cæſare in foro ſuo. Alia minus plena, quæ competit aliis inferioribus ab eis. Alii tamen etiam reſpectu inferiorum, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in foro ſuo; Præfecti prætorii quoque, & huiuſmodi ſuperiores in foro ſuo, pleniſſimam habere dicuntur. Item alia eſt ordinaria,

Quid iuriſdictio ordinaria & delegata.

quæ competit prædictis ordinariis iudicibus cõſtitutis, non ad vnam, vel duas, vel etiam decem cauſas, ſed ad vniuerſitatem cauſarum, in territorio, villa, vel prouincia. Alia vero delegata, quando ſcilicet delegatur, ideſt committitur alicui certæ perſonæ certa cauſa cognoſcenda à principe, vel alio ordinario. Sed eſt differentia; quia delegatus à Principe, vel domino Papa, aliũ delegare poteſt: delegatus vero ab alio, nõ poteſt aliũ delegare ſuper cauſa ſibi cõmiſſa.

Delegatus à principe vel Papa poteſt ſub delegare.

Ex digeſt. 2. lib. Vlpianus 2. lib. de officio quæſtoris. Iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia. Idem in eodem. Imperium aut merum, aut mixtum eſt. Merum imperium eſt habere gladii poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur. Mixtum Imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit.

Quid merũ imperium & mixtum.

Maiori vel æquali non poteſt ius dici niſi ſe ſubjiciat.

Iulianus lib. 1. Digeſtorum. More maiorum ita compertum eſt, vt is demum iuriſdictione mandare poſſit, qui cauſam ſuo iure, non alieno beneficio habet. *Vlpianus lib. 3.* Qui iuriſdictioni præeſt, neque ius ſibi dicere debet, neque vxori, neque liberis ſuis, neque libertis, vel cæteris quos ſecum habet. Idem eſt receptum, eoque iure vtimur, vt ſiquis maior, vel æqualis, ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius poſſit ei, & aduerſus eum ius dici.

De iudicio, & proceſſu, vel forma iudicij.

CAP. XI.

EX ſumma iuris. Iudicium aliquando vocatur iuris diſcretio, aliquando litis conteſtatio, aliquãdo vero ferri candẽtis, vel aquæ feruentis purgatorio, vel examinatio. Hoc autem appellatur iudicium, trinus actus trium perſonarum ſcilicet actoris, rei, & iudicis. Vbi tamen negatur factum, & quarta perſona vocatur in iudicium, ſcilicet teſtis. Poteſt itaque ſupradicta diffinitio arbitri, & ad iudicium reduci, excepto quod actus illarum perſonarum in arbitrio eſt voluntarius, in iudicio vero neceſſarius. Aliæ quoque ſunt inter vtrumque differentiæ, de quibus ſupradictum eſt c. de arbitris.

Quid iudicium & quotuplex.

Iudicium igitur eſt actus trium perſonarum ſuper pecuniaria vel criminali cauſa contendentium, vel ius fori exequentium. Contendit enim iudex, vt veritatem inquirat, actor vt reus ſibi condemnetur, reus autem vt abſoluatur. Itaque iudex exequitur ius fori, cauſam examinando. Species iudiciorum tot ſunt, quot & cauſarum. Eſt enim iudicium criminale, quod ſcilicet inſtituitur ſuper crimine. Et eſt ciuile, quod pecuniaria quæſtione. De crimine tamen interdum inſtituitur iudicium in modum accuſationis, ad depoſitionem, vel aliam pænam legitimam. Interdum etiam in modum inquiſitionis, ad remotionem ab adminiſtratione. Interdum etiam in modum denunciationis, ad præſentiam iniungendam, vel ad correptionem. Interdum autem in modum exceptionis. Item eſt iudicium occultum, vbi de pæna imponenda agitur: In hoc qui confitetur, abſoluitur: Et eſt manifeſtum, in quo qui confitetur damnatur. De hoc ad præſens agitur.

Quis iudicij proceſſus & exitus.

Conſiſtit autem iudicii progreſſus in vocatione, ſiue citatione, in libelli oblatione, litis conteſtatione, iuramento calumniæ, interrogatione, probatione, diſputatione, cognitionis ordine, deciſione, ſiue diffinitione. Finitur iudicium pluribus modis, ſcilicet tempore, ſententia, perſonæ quoque morte, vel mutatione. Tempore quidem, quia criminales cauſæ biennio, cæteræ vero triennio terminantur. Sententia vero, quia iudicium ex re iudicata finem accipit. Iudicis quoque mutatione, quia iudicium ſoluitur mutato eo qui iudicare iuſſerat. In ſumma vero notandũ ſine iudicio neminem eſſe condemnandum. Item in pecuniaria cauſa filii, patrem eſſe poſſe iudicem, & econuerſo.

Nemo ſine iudicio condemnandus.

Iuſtinianus vbi ſupra 3. li. Iudex in primis obſeruare debet, ne aliter iudicet quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. *Ex Digeſt. 5. lib. Marcellus.* Vbi acceptum eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet. *Caliſtratus in l. interdum.* Humanum eſt propter fortuitos caſus dilationes accipi. *Paulus lib. 1. ſententiarum.* Per minorem cauſam maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet, maior enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit. *Idem lib. 14. ad Sa.* Mortuo iudice quod eum iudicare oportuerat, idem eum qui ſubditus eſt ſequi oportet. *Vlpianus l. Solemus* latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

Africanus lib. 3. quæſtionum. In priuatis negotiis, pater filium, vel filius patrem iudicem habere poteſt. Qui neque iuriſdictioni præeſt, neque à principe poteſtate aliqua præditus, neque ab eo qui ius dandorum iudicum habet datus eſt, nec ex compromiſſo ſumptus, vel ex aliqua lege confirmatus eſt, iudex eſſe non potuit. *Paulus lib. 6. ad Plautium.* Iudicare publicum munus eſt. *Extra de ſententia, & re iudi. Innoc. 3.* In cauſis quæ ſummi pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis ſubtiliter eſt obſeruandus, cum in ſimilibus caſibus cæteri teneantur ſimiliter iudicare, niſi cum aliquid (cauſa neceſſitatis & vtilitatis inſpecta) diſpenſatione duxerit ſtatuendum.

Quis nequit eſſe iudex.

De Foro competenti.

CAPVT XII.

EX ſumma iuris. Quoniam autem in iudiciis ſtatim requiri ſolet ad quem iudicem ſit eundum; ideſt cuius forum debeamus ſequi, conſequenter nũc dicendum eſt de foro competenti. *Eſt itaque forum exercendarum litium locus.* Metimur autem forum ratione perſonæ quæ conuenitur, ſecundum illam regulam: *Actor forum rei ſequatur.* Item ratione criminis admiſſi, quoniam vbi crimen admittitur, ibi cauſa debet agi. Item ratione rei de qua agitur, nam vbi res illa ſua eſt, ibi quæſtio mouenda eſt. Item ratione contractus, vel religionis, vel diſparis cultus. Item per appellationem, per delegationem, per recuſationem, & etiam per cauſæ priuilegium; vt ſi conueniatur Epiſcopus ad depoſitionem.

Quid forum & quod in quoquo negotio ſequendum.

Igitur in huiuſcemodi cauſis, ad iudicem non ſuum trahitur aliquis.

Quomodo metiamur forũ in perſonalibus actionibus.

In ſumma vero notandum eſt, quod in perſonalibus actionibus metimur forũ de domicilio obligati perſonaliter. Si tamẽ alibi contrahat quis,& nõ in illo loco vbi domicilium habet, fiet adiectio fori: vnde poterit conueniri, vel vbi domicilium habet, vel vbi contraxit. In reali quoque actione poteſt conueniri quis, vbi habet domicilium. Si tamen res illa quę petitur alibi ſita ſit poterit etiam ibi conueniri, quoniam & tunc fit adiectio vel accumulatio fori: *Item* nota, quòd in quolibet crimine ſi agatur in modum denunciationis, iudicium eccleſiaſticum ſubeundum eſt: *Item* eccleſia rerum ſuarum inuaſores, ſub quo voluerit poteſt iudicio conuenire, vel ſub eccleſiaſtico, vel ſæculari. Ecclẽſiaſtica vero cauſa, per ſæcularem iudicem non eſt diffinienda.

Eccleſia poteſt ſuos inuaſores vbi voluerit conuenire.

Cauſa 3.q.6. Extra prouinciam autem reus nullatenus eſt producendus. *Vnde Fabianus Papa.* Si quis Epiſcoporum ſuper certis criminibus accuſatur, ab omnibus audiatur, qui ſunt in prouincia ſua epiſcopis; quia non oportet accuſatum alibi, quam in foro ſuo audiri. Exceptio autem fori dilatoria, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. *Idem.* Pulſatus ante iudicem ſuum cauſam dicat. Non ante ſuum iudicem pulſatus, ſi voluerit taceat: pulſatus etiam quoties appellauerit, induciæ dentur.

Non eſt neceſſe iudicari delinquentem in loco commiſſi criminis.

Gratianus. Hoc autem quod de loco dictum eſt, tunc intelligendum eſt, cum veritas cauſæ non niſi in loco admiſſi criminis deprehendi poteſt: Aut niſi altera pars iudicium maioris perſonæ interpellauerit, ſiue declinando iudicium, ſiue releuando ſententiam. *Item Eleutherius Papa.* Quamuis liceat apud prouinciales & Metropolitanos atque primates, epiſcoporum ventilare accuſationes, vel criminationes, non tamen licet diffinire ſine huius ſanctæ ſedis auctoritate. *Item ex Adriani Papæ decreto.* Qui crimen obijcit, ſciat ſe probaturum. Reuera ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur.

Cauſa 6.q.3. Iudicium vero Archiepiſcopi alterius prouinciæ, alicui expetere non licet. *Vnde Grego.* Scriptum eſt in lege, per alienam meſſem tranſiens, falcem mittere non debet, ſed manu ſpicas conterere, & manducare. Falcem enim iudicii non potes in eam ſegetem mittere, quæ alteri videtur commiſſa; ſed per affectum boni operis, frumenta dominica, vitiorum ſuorum expoliare paleis, & in eccleſiæ corpus admonendo conuertere, perſuadendo quaſi mãdendo conterere. *Gratianus.* Eſt tamen caſus, in quo epiſcopus, alterius prouinciæ parochianum excommunicare valet. *Vnde in concilio apud Compendium.* Placuit pro communi vtilitate, vt nullus epiſcoporum graniter ferat, ſi eius parrochianum, pro deprædationis cauſa, alter epiſcopus excommunicauerit.

Poteſt vnus epiſcopus alterius ſubditum ob furtũ excommunicare.

Item de eodem.

Cap. XIII.

Quãdo epiſcopi prouinciæ in iudicio non conueniunt aduocandi ſunt alij.

Gratianvs *ibidem q.4.* Porro cuius iudicium expetendum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in Laudicen. concil. ſic inuenitur diffinitum. Si quis epiſcopus criminaliter in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem epiſcopos prouinciæ qui conuenerint diuerſas habere ſententias, alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum; propter huiuſmodi controuerſiam amputandam, placuit ſanctæ ſynodo Metropolitanum epiſcopum alterius prouinciæ vicinum aduocari, & aliquantos coepiſcopos cum eo alios, qui pariter reſidentes, quicunque fuerint, dirimant quæſtionem.

Clericus non eſt accuſandus apud iudicem ſæcularem.

Cauſa 11.q.1. Quod clericus apud ſæculares iudices accuſandus non ſit: Gelaſius, alias Caius Papa ſcribit, dicens; Nemo vnquam epiſcopum, aut reliquos clericos apud iudicem ſæcularem accuſare præſumat. *Item Marcellus Papa.* Clericum ciuuſcunque ordinis, abſque Pontificis ſui permiſſu, nullus præſumat ad ſæculare iudicium attrahere, nec laico quemlibet clericum liceat accuſare. *Item Silueſter Papa.* Teſtimonium clerici aduerſus laicum nemo accipiat. Nemo clericum quemlibet in publico examinare præſumat. *Item* Si quis clericus accuſans clericum in curiam introduxerit, anathema ſit. *Gratianus.* Subaudiendum eſt, ſi publicorum iudiciorum cognitionem petierit; ſpirituale (alias epiſcopale) namque iudicium nil obeſt ab Imperatore poſtulare.

Item Pelagius Sergio cancellario. Si quiſquam clericus ſiue pbtioris, ſiue inferioris gradus petitor exiſtat & contra laicam perſonam ſuas dirigit actiones, iſte modis omnibus non alibi quam apud prouinciæ iudicem negotium ſuum dicturus occurrat: Si quis autem laicus clericum cuiuſcunq; gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum iudicium, in eadem ciuitate vel territorio conſtitutorum, proponat eas quas ſe extimat habere actiones; quẽ ordinem legibus per omnia conuenientem atque conſentaneum, illa regula manifeſtat, quæ præceperit rei forum ſemper ſequi pulſantem.

Actor debet ſequi forum rei.

Gratianus in c. ſicut N. In criminali vero cauſa, non niſi ante epiſcopum clericus examinandus eſt, & tunc detracto eius officio, curiæ tradendus eſt. *Item ex concilio Cartha.3.* Placuit, vt vnuſquiſque presbyterorum & diaconorum, ſeu clericorum, cum in eccleſia ei crimen fuerit intẽtatum, vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit lata ſententia, locum ſuum amittat, & hæc in criminali actione. In ciuili vero perdat, quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. *Extra 1 de foro competenti ex concil. Calcedonen.* Si quis clericus aduerſus clericum habeat negotium, non deſerat epiſcopum proprium. Sed prius apud ipſum actio ventiletur, vel conſilio eiuſdem apud alios quos vtraque pars voluerit, iudicium obtineant.

Pœna clerici qui ſe ſubmittit foro ſeculari.

Ex concil. Africano. Sane ſi epiſcopi inter quos cauſa verſatur ſunt diuerſarum prouinciarum, ille primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus de quo contenditur. *Alexan.3.* Si clericus laicum de rebus ſuis vel eccleſiæ impetierit, & laicus res illas non eccleſiæ, aut clerici, ſed ſuas proprias aſſeuerat, debet de rigore iuris ad forenſem iudicem trahi, cum ſemper actor forum rei ſequi debeat; licet in pleriſque partibus aliter habeatur de cõſuetudine. *Lucius 3.* Cum ſit generale vt actor forum rei ſequi debeat, tamen quoniam iudices ſæculares in exhibenda iuſtitia perſonis eccleſiaſticis, ſæpe in iudicio ſunt remiſſi, in fauorem tamen eccleſiæ eſt introductum, vt malefactores ſuos, qui ſacrilegi ſunt cenſendi, venerabilium locorum rectores poſſint ſub quo maluerint iudice conuenire.

Eccleſia poteſt ſacrilegos in quocũque foro placuerit cõuenire.

Innocen.3. Si diligenti. Clerici etiam voluntarij paciſci non poſſunt, vt ſæcularia iudicia ſubeant, cum non ſit hoc beneficium perſonale, cui renunciari valeat, ſed potius toti collegio eccleſiaſtico publicè ſit indultum, cui priuatorum pactio derogare non poteſt; nec iuramentum licite ſeruari poteſt, quod contra canonica inſtituta; illicitis pactionibus informatur. *Idem.* Poſtulaſti per ſedem apo. edoceri, vtrum ſacerdos habens eccleſiam in vna diœceſi, & reſidens in eadem, domicilium vero, patrimonii ratione, in alia ibique delinquens, ab eo in cuius diœceſ. habet patrimonium, pro delicto ibi commiſſo debeat iudicari; præſertim in cauſis, quæ officij & beneficij priuationem expoſcunt. Ad quod breuiter reſpondemus, quòd per epiſcopum in cuius diœceſ. deliquit, ſententia promulgari poteſt in eundem, ſed ab eo in cuius diœceſ. beneficium obtinet, erit quo ad illud executio facienda.

Clerici non possunt consentire in iudicem non suum sine cõsensu diœcesani.

Greg. 9. c. Significasti. Licet priuatorum consensus, A eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur, suum possit iudicem constituere; clerici tamen in iudicem non suum, nisi forte sit persona ecclesiastica, & episcopi diœcesani voluntas accedat, consentire non possunt. *Idem* ratione delicti, siue contractus, aut domicilij, siue rei de qua contra possessorem causa mouetur, forum regulariter quis sortitur.

De in ius vocatione, siue Citatione.

Cap. XIIII.

Quid in ius vocare, & quinam vocari nequeãt

EX *dig. 2. lib. Paulus 3. lib. ad ed. In ius vocare, est iuris experiendi causa vocare. Vlpianus lib. 2. ad ed.* In ius vocari non oportet, neque consulem, neque B præfectum, neque prætorem, neque proconsulem atque cæteros magistratus qui imperium habent, qui & coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci, nec Pontificem dum sacra facit, nec eos qui propter loci religionem inde se mouere non possunt. Sed nec eum, qui cum equo publico in causa publica transuehatur, propterea in ius vocari non debet. Sed qui vxorem ducit, aut eam quæ nubat, nec iudicem dum de re cognoscat, nec eum dum quis apud prætorem causam agat, neque funus ducentem familiare, bustave mortuo facientem.

Vlpianus lib. 10. Pandectarum. Generaliter eas personas, quibus reuerentia præstanda est, sine iussu prætoris in ius vocare non possumus. *Caius lib. 1. ad legem* C *12. tabularum.* Plerique putauerunt, nullum de domo sua in ius vocare licere, quia domus tutissimum cuique refugium ; atque receptaculum sit; eumque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri. *Ex 5. lib. digest. l. & post. de iudi. Vlpianus ad ed. lib. 4.* De omnibus tribunalibus post edictum peremptorium impetratũ, cum dies eius superuenerit, tunc absens citari debet, & siue responderit, siue non agetur causa, & pronunciabitur. Non vtique secundum præsentem sed interdum vt absens, si bonam causam habuerit mutet. Quod si is qui edictum peremptorium impetrauit absit, is vero aduersus quem impetratum est assit, tunc circunducendum erit edictum peremptorium, neque causa cognoscetur, neque secundum præsentem pronunciabitur. Quo circunducto, salua quidem lis est, sed instantia tantum edicti perit. Sciendum est tamen, ex peremptorio absentem condemnatum, si appellet, non esse audiendum, si modo per contumaciam defuit, si minus audietur.

Quid fieri debeat post impetratum edictum peremptorium.

Iustinianus vbi supra. Aduersarius in ius vocandus est, id est ad eum qui ius dicturus est. Parentes & patroni, absque prætoris licentia non sunt in ius vocandi, aliter vocanti pœna l. solidorum constituitur. *Ex summa iuris.* Primo igitur venit actor (id est ille qui vult conqueri) ad iudicem, de cuius iurisdictione est, de quo vult conqueri (nam actor rei forum sequi debet,) & petit reum citari ad certam diem non festiuam; & si non venerit, iterum citari facit, & post tertio, deinde peremptorium impetrat (id est quod minatur iudex perimere tergiuersationem ipsius rei,) & inter vnam citationem & aliam non debet esse minus spatium 30. dierum. Sed iudices quandoque moderantur spatium istud, & possunt. Quandoque etiã vnum peremptorium continens spatium trium edictorum pro omnibus mittit iudex, & si tunc non veniat duplex est pœna. Si est ecclesiasticus iudex, potest vel excommunicare eum, vel mittere actorem in possessionem, causa custodiæ rei petitæ, si petatur res immobilis. Si vero pecunia petatur, mittere potest in possessionem bonorum ipsius rei; pro modo debiti declarati: quod intelligo summatim per iuramentum actoris. Et si steterit reus per annum, quod nõ veniat, actor efficietur verus possessor. Vnde si veniat post, nõ recuperabit possessionẽ nec in personali, si neget debitum, nec in reali secundum canones. Secus secundum leges in personali, quia non præscribitur contra eum infra 30. annos.

Modus vocandi in iudicium.

Quid faciẽdum quando peremptorio citatus non comparet.

Cadit à causa qui rem sibi debitam propria authoritate vsurpat.

Gratianus causa 16. q. 6. Quod autem quisquis sua auctoritate, quod sibi deberi putat, vsurpat, nec per iudicem reposcit, cadit à causa, vt ex auctoritate Mileuitani concil. habetur. *Extra 2. de præsumptionibus. Bonifacius.* Nullus autem dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum vt absoluatur qui est innocens quærit: confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.

De Iudicis recusatione.

Caput XV.

Quid faciẽdum quando quis iudicẽ tãquam suspectũ recusat

EX *summa iuris.* Quoniam autem omnes lites absque suspicione debent procedere, nihilque gratius & amabilius inimico potest dari, quam aduersarium suum adiudicandum ei tradere, potest recusari iudex suspectus, tam ordinarius, quam delegatus, & hoc infra 20. dies ante litis contest. Potest autem post litis contest. superueniente causa recusari: recusatione vero facta, debet allegari causa suspicionis coram illo qui recusatur, & tunc compellitur is qui iudicem ordinarium recusat, per executorem datum arbitros eligere, qui de causa principali debent cognoscere. Idem etiam si recusatur delegatus, cui non est causa commissa appellatione remota. Si vero commissa est ei, ap. re. arbitri tantum ad cognoscendum de causa suspicionis eligendi sunt. Recusatur quidem ordinarius absque probatione causæ, si de eo dubitetur. Cum autem delegatus, cui est causa commissa ap. re. recusatur, necesse est vt assignetur causa recusandi, atque probetur. Et hoc patet: Nam appellatio, & recusatio, quantum ad remotionem, pari iure censentur; quoniam altero remoto reliquum quoque remouetur. Cum ergo remota app. non admittatur appellatio, nisi assignetur causa; nec recusatio admittetur nisi assignata causa, & probata. Si vero remota non esset appellatio, admitteretur sine causæ cognitione.

Quanã sint iusta causa recusationis iudicis.

Sic ergo recusationis causæ, propter quas recusari possit iudex delegatus, cui causa re. app. committitur, sunt hæc; verbigratia, si sit alterius partis consanguineus, vel in eodem negotio aduocati officio functus. Item si sit affinis, vel inimicus, vel familiaris alteri parti, vel commensalis: & generaliter vbicunque percipitur iudex amore carnali, vel timore, vel cupiditate moueri, poterit recusari; quoniam affectiones huiusmodi sensum hebetant humanum, & opiniones peruertunt. Interdum autem propter insolentiam passim recusantium, etiam ordinarius recusari permittitur: tamen cum assignatione causæ, & probatione.

Extra de appellationibus, & recusationibus, Alex. 3. cap. Super eo. In causis ecclesiasticis, vbi appellationis remedium tollitur, sicut appellationi, ita recusationi non est aliquatenus deferendum. *Lucius c. postremo.* Si causa fuerit, alicui delegata, qui consanguineus sit illius qui literas impetrauit, aut in eodem negotio aduocati officio functus, vel ex alia iusta causa suspectus; huiusmodi delegatus non immerito poterit recusari, quamuis app. re. fuerit ei negotium delegatum.

Iudex suspectus, causa suspicionis probata, tenetur supersedere.

Item in c. Tertio postulas. Cum enim aliquis iudicem proponit se habere suspectum, suspicionis causam coram eodem allegare tenetur. Sed partes, vt in aliquos non valde remotos conueniant, per eundem debent cogi, coram quibus si causa suspicionis infra terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua vtetur, quod si coram ipsis causa suspicionis probata fuerit, causæ cognitioni supersedere tenebitur recusatus, ipsa namque ratio dictat, quod suspecti & inimici iudices esse non debent.

Item de eodem.

Cap. XVI.

INNOCENTIVS *tertius in Concilio generali.* Cum ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſtatuimus, vt ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus, aliquid comminando, vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato, alter litigantium grauaretur; Et ſano vſus conſilio ab huiuſmodi interlocutionis, vel comminationis effectu deſiterit; libere in cauſæ cognitione procedat, non obſtante ſi à tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum: Dummodo non ſit ex alia cauſa legitima ſuſpectus; ne proceſſus negotij friuolis occaſionibus retardetur.

Deſcribitur modus tenēdus in recuſatione iudicis & appellatione.

Idem in eodem. Cum ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, ne qui in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa promulgare præſumat; volentes etiam prouidere, ne forte commonitus, fruſtratoriæ recuſationis, vel appellationis obtentu, monentis poſſit declinare examen; ſtatuimus, vt ſi allegauerint ſe iudicem ſuſpectum habere, coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignent, & ipſe cum aduerſario, vel ſi forte aduerſarium non habet, cum iudice arbitros communiter eligat. Aut ſi communiter conuenire non poſſunt, abſque malitia, ipſe vnum, & ille alium eligat, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant; & ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis. Sciantque ſe ad id fideliter exequendum, ex iniuncto à nobis in virtute obedientiæ, ſub atteſtatione diuini iudicij, diſtricto præcepto teneri. Cauſa vero ſuſpicionis legitimę coram illis infra cōperentem terminum non probata ſua iuriſdictione iudex vtatur. At ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu, perſonę idoneæ committat negotium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat, ſecundum quod fuerit procedendum.

Porro commonito ad appellation. obſtaculum conuolente, ſi eius exceſſus, euidentia rei, vel ipſius confeſsione, aut alio modo legitimo fuerit manifeſtus (cum appellationis remedium, non ad defenſionem inquitatis, ſed ad præſidium innocentię ſit inſtitutum) non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum. Exceſſu quoque dubio exiſtente, ne friuolæ ap. diffugio, appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat: talem videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, & tunc ſi habuerit aduerſarium (infra terminum, ſecundum locorum diſtantiam, & temporis qualitatem, & naturam negotii ab eodem iudice moderandum) appel. cauſam proſequatur; quam ſi proſequi non curauerit, ex tunc ipſe iudex, appel. non obſt. procedat. Nullo autem aduerſario comparente, tunc iudex ex ſuo procedat officio. Appellationis cauſa coram ſuperiore iudice probata, ſuperior ſuæ iuriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in eius probatione defecerit, ad eum à quo ipſum appellaſſe malitioſe conſtiterit, remittatur. *Cæterum* has duas conſtitutiones præmiſſas nolumus ad regulares extendi, contra ſuas obſeruantias ſpeciales.

Innotorijs nō admittitur appellatio, nec in alijs niſi cauſa probabili coram iudice expreſſa.

Nota.

De Alienatione rei litigioſæ.

Cap. XVII.

EX *ſumma iuris.* Plerumque vero accidit, vt rem de qua controuerſiam metuit quis, dolo alienet, ideſt in alium transferat, vt iudicium mutet, aut euitet; & tunc dicitur alienatio fieri cauſa mutandi iudicij. Ideo autem dixi de qua controuerſiam metuit, quia ſi lis vel cōtrouerſia iam cœpta fuerit, ſubiacet vitio litigioſi & interdicitur alienatio: porro ſiue proprietatem, ſiue poſſeſſionem quis alienet, hoc interdictum locum habet de pœna alienationis, ſcilicet vt teneatur ad intereſſe illi cuius erat: Pœna vero illius qui ſuſcipit eſt, vt & teneatur, & conueniri poſſit de illa re, ſicut alienator. Quandoque vero non habet locum hoc interdictum, vt ſi ille qui rem alienauit, ea carere quam litigare maluit, vel ſi ob valetudinem, aut ætatem, aut propter neceſſarias occupationes, litem in alium tranſtulit; vel etiam ſi rem alienauit, & recuperauit.

Quid do eo qui metu litis vel lite inchoata rē alienat.

Extra. 1. *de alienatione facta mutandi iudicij cauſa. Alex.* 3. Ex quorundam relatione accepimus. Quod cum aliqui à nobis litteras commiſſionis impetrant, aduerſarij (vt mandatum noſtrum eludant) antequam litteræ ad iudices perueniant, vel poſtea priuſquam citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt, *& infra.* Nos igitur contra prædictam calliditatem & verſutiam prouidere volentes: Mandamus quatenus ſi aduerſarij eorum pro euacuando mandato noſtro taliter appellauerunt, aut de poſſeſſione, de qua controuerſia vertitur, commutationem fecerint; Vel ſe malitioſe duxerint abſentandos, eos qui in poſſeſſionem ſe ingeſſerunt, app. ceſ. cogatis ſub noſtro examine, iuris æquitati parere.

Gregorius 9. *Abb. Nicola. & Decan. Furnen.* Ex parte Scabinorum Hipretis fuit propoſitum, quòd inter laicos illius loci quæſtionibus emergentibus dirimendis per iudicium ſæculare, quidam clerici ſibi dono vel pretio ab aliquibus laicorum ipſorum cedi faciunt actiones, vt ad eccleſiaſticum forum aduerſarios trahant, & prædam ex huiuſmodi commercio aſſequantur, *& infra.* Cum igitur ceſſiones & emptiones litium legitimæ prohibeant ſanctiones, ita quod iactura cauſæ afficiant illos, qui ſibi patrocinium taliter aduocare potentiorum præſumunt; & ex eo etiam ſint odioſæ, quòd ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mandamus quatenus clericos memoratos à præſumptione huiuſmodi per cen. eccleſ. compeſcatis.

Non licet cedere aut emere lites.

Ex 4. *ff. De alienatione mutandi iudicij cauſa facta. Gaius.* Omnibus modis proconſul id agat, ne cuius deterior cauſa fiat ex alieno facto. Et cum intelligit iudiciorum exitum interdum duriorem nobis conſtitui, oppoſito nobis alio aduerſario, in eam quoque rem proſpiciat, vt ſi quis alienando rem, alium nobis aduerſarium ſuo loco ſubſtituerit, idque data opera in fraudem fecerit noſtram, tanti nobis actione in factum tenetur quanti noſtra interſit alium aduerſarium nos non habuiſſe. Itaque ſi alterius prouinciæ hominem, aut potentiorem nobis oppoſuerit aduerſarium, tenebitur.

Ad quid teneatur qui litem in alium aduerſario potentiorem trāſfert.

Vlpia. Item fieri poteſt, vt ſine dolo malo quidem, poſſidere deſierit, verum iudicij mutandi cauſa id fiat. Sunt & alia complura talia, poteſt autem quis dolo malo deſinere poſſidere, nec tamen mutandi iudicij cauſa feciſſe, nec hoc edicto tenebitur, neque enim alienat, qui dumtaxat omittit poſſeſſionem: Non tamen eius factum improbat prætor, qui tanti habuit re carere, ne propter eam ſæpius litigaret: Hæc verecunda cogitatio eius qui lites execratur, non eſt vituperanda, ſed eius dumtaxat, qui cum rem habere vult, litem ad alium transferat, vt moleſtum aduerſarium pro ſe ſubijciat. *Pedius* non ſolum ad dominij tranſlationem hoc edictum pertinere ait, verum ad poſſeſſionis quoque. Alioquin cum quo in rem agebatur inquit, ſi poſſeſſione ceſſit, non tenebitur. Si quis autem ob valetudinem, aut ætatem, aut occupationes neceſſarias, litem in alium tranſtulerit, in ea cauſa non eſt vt hoc edicto teneatur, cum in hoc edicto doli mali fiat mentio. Hæc actio in id quod intereſt competit, ſi dolo malo net alienatio.

Quādo quis mutandi iudicij cauſa cenſetur doloſe rem alienare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De rei confeßione.

CAP. XVIII.

EX *ſumma iuris.* Quod ſi forte veniat reus ad iudicium, & confiteatur, Dicit lex, quod in confitentem nullæ ſunt partes iudicis, quod ſubaudi in cognoſcendo; nihilominus tamen condemnabit eum iudex per ſententiam. Reo quidem in iudicio confitente, actor exoneratur probatione. Ad hoc tamen vt alicui confeſsio ſua præiudicet, exiguntur plura, quæ notantur his verſibus.

Quænam requirãtur vt alicui eius cõfeſsio præiudicet.

Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, vbi ius ſit, & hoſtis:
Ne ius, lis, certum, fauor, aut natura repugnet.

Maior inquam, quoniam impuberi confeſsio ſua non præiudicat. Sciens autem, quia confitenti per errorem facti non nocet vſque ad ſententiam, ſed poſt. *Item vbi ius ſit*; quia facta extra ius, ideſt lite nondum conteſt. etiam coram iudice ſuo, non præiudicat. Fallit tamen hoc in quibuſdam caſibus, vt quando quæritur an aliquis ſit hæres, pro qua parte ſit hæres, & huiuſmodi. Item vbi ſit & hoſtis, ideſt aduerſarius, vel eius procurator; quia ſi eo abſente & ignorante ab eo confeſsio fiat, non præiudicat. Non enim ſolet quis abſenti condemnari. *Ne ius repugnet.* Ideo dicitur, quia confeſsio iuri contraria non præiudicat; vt ſi confitear illum eſſe ſeruum meum, qui de iure hoc eſſe non poteſt, vel me contraxiſſe matrimonium, ſed ad tempus. Item ne lis repugnet, quoniam ad hoc vt confeſsio præiudicet, neceſſe eſt vt fiat de re, de qua cum alio lis eſt, ideſt actio; vt ſi confeſſus ſum me interfeciſſe illum quem alius interfecit; vel ſeruum meum eſſe, qui eſt alterius. Nam ſi confitear me occidiſſe eum qui viuit, nihil obeſt. Certum quoque, quia confeſsionem oportet eſſe de certa re. *Ne fauor repugnet*, ſcilicet matimonii, vel libertatis. In his enim confeſsio non ſtatim præiudicat, ideſt niſi quis in ea perſiſtat. Item *ne natura repugnet*; quia ſi confiteor illum eſſe filium meum, qui maioris ætatis eſt quàm ego, non præiudicat mihi. Hæc de confitentibus, præcedente interrogatione iudicis, vel alterius partis. Si autem interrogatus à iudice reus nolit reſpondere, perinde eſt ac ſi contra ſe confeſſus eſſet quod aſſerebat aduerſarius. Idem quoque eſt ſi obſcure reſpondeat, vt interrogantem incertum dimittat.

Qui interrogatus à iudice non reſpõdet, vel obſcure tamen pro confeſſo habetur.

Confeſſus pro iudicato habetur.

Ex. ff. 42. lib. de confeſsis. Paulus Confeſſus pro iudicato eſt, qui quodammodo ſua ſententia damnatur. *Vlpianus:* Non fatetur qui errat, niſi ius ignorauit. *Iul. ait.* Confeſſum ſe certum debere legatum, omnino damnandum: & ſi in rerum natura res non ſit, & iam à natura receſſit, ita tamen vt in æſtimatione eius damnetur, quia confeſſus pro iudicato habetur. Idem ſi is cum quo lege Aquilia agitur, confeſſus eſt ſeruum occidiſſe, licet non occiderit, ſi tamen occiſus homo ſit, ex confeſsione tenetur. Certum confeſſus pro iudicato erit, incertum non erit, Paulus non omni modo confeſſus, condemnari debet rei nomine, quæ an in rerum natura eſt, etiam incertum ſit.

De ſe confeſſus nõ poteſt alios accuſare excepto crimine læſæ maieſtatis.

Extra 2. de confeſſ. Clemens 3. Eos quorum ſuggeſtione ſcelus homicidii ſe præſbyter perpetraſſe proponit, niſi aliis modis verum eſſe conſtiterit, nulli cenſemus pœnæ ſubdendos; quia ſecũdum vtriuſque iuris ſtatuta, de ſe confeſsi, ſuper aliorum conſcientijs interrogari non debent, Crimine læſæ maieſtatis excepto. de reatu proprio confitentis, Periculoſa confeſsio, non eſt aduerſus quemlibet admittenda. Si tamen eos infamia huiuſmodi laborare cognoueris, ſingulis eorum, adiunctis tribus ſocijs ſui ordinis, purgationem indicas.

De Libelli oblatione.

CAP. XIX.

EX *ſumma iuris.* Si vero reus veniat, & velit contendere tunc debet ei dari libellus, quem etiam reus petere ſolet, vt ſciat ſuper quo debeat reſpondere: & eſt libellus duplex, ſcilicet conqueſtionis qui dicitur conuentionalis, & datur in cauſis ciuilibus: Et accuſationis, qui dicitur libellus inſcriptionis, & datur in criminalibus. *Eſt autem libellus, breuis petitio in ſcriptis redacta, rem, cauſam, & intentionem continens proponentis.* Et quod dico *rem* intelligas generaliter, ſiue agatur in rem, ſiue agatur in perſonam. Item debet continere libellus *factum*, vt bene narretur quare es obligatus, puta quia vendidiſti, vel quia mutuo ſibi dediſti; & hoc voco cauſam ſiue obligationem. Item debet continere ſecundum iura ciuilia *actionem* ex illa obligatione deſcendentẽ: ſed ſecũdum iura canonica ſufficit narrare factum, & cauſam exprimere quare petat id quod petit. Debet etiam continere nomen agentis, & illius contra quem agitur. Item nomen iudicis, & diem dati libelli, menſem & annum incarnationis domini.

Quid libellus & quotuplex.

Forma libelli

Vnde ita concipias libellum. *Vobis domine. P. Ar. de Belu. Conqueror ego Pe. de magiſtro Alberto, cui vendidi codicem vnum pro centum li. quas peto ab eo mihi perſolui. Vnde peto ipſum in dictam pecuniam condemnari, & per vos ad ſolutionem compelli.* Proteſtantur etiam quidam de expenſis factis & faciendis in lite. Petunt etiam quidam damna quæ incurrerunt propter hoc; & ſic in ſcriptis debet offerri reo, vel iudici vt ei det. Et debet aſſignare iudex terminum non minus 30. dierum ſecundum iura reo, vt deliberet an cedat, an contendat. Moderantur tamen hodie iudices, pro qualitate perſonarum & factorum, inducias memoratas. *Si agatur* autem in rem, poteſt ſic formari libellus. *Peto ego magiſter Pe. à magiſtro Alberto domum vnam, quam dico meam, ſitam in tali loco, cui cohæret via publica.* In interdicto recuperandæ poſſeſſionis libellus ſic concipitur. *Ego H conqueror de N. qui talis rei poſſeſsionem mihi violenter abſtulit; vnde peto rem meam reſtitui.* In interdicto vero retinendæ poſ. ſic. *Ego H. conqueror de N. qui impetit me in poſſeſsione mea.* In interdicto ad adipiſcendum poſ. ſic *Ego H. peto poſſeſsionem talis rei à N.*

Quiſnam libelli effectus.

Effectus libelli eſt, vt actionem annalem perpetuet: Item vt faciat rem litigioſam, ſecuta conuentione per executorem. Item oblato libello, ſecutaque conuentione executoris, interrumpitur præſcriptio. In ſumma vero nota, quod ſi litteris Papæ, per quas committitur res, exprimatur vt exemplum eorum mittatur aduerſæ parti quæ citatur, vice libelli fungetur, tolletque partibus inducias deliberatorias.

Qui vult litigare debet prius actionẽ ſuam edere.

Ex. ff. lib. 2. de edendo, Vlpianus. Qua quiſque actione agere vult, prius eam edere debet. Nã æquiſſimum videtur, eũ qui acturus eſt, edere actionem; vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat. Et ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione qua conueniatur. Edere autem eſt etiam copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti; & dare vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuum ad alium, & demonſtrat quid dicturus eſt, vel id dicendo quo vti velit. Editiones ſine die & conſule fieri debent, ne quid excogitetur edito die, vel conſule, & prolato die fiat. Diem autem & conſulem excipit prætor, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quam ſolutio concepta eſt. Nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma pars eſt ſtipulationis. Rationes enim cum die & conſule edi debent, quoniam accepta & data non alias poſſunt apparere, niſi dies & conſul fuerit editus. Edenda ſunt omnia quæ quis apud iudicem editurus eſt, non tamen ita vt inſtrumenta quibus quis vſurus eſt compellatur edere. Edere non videtur, qui ſtipulationem totam non edidit. Eis qui ob ætatem, vel ruſticitatem, vel ob ſexum lapſi, non ediderunt, ex alia iuſta cauſa ſubuenitur. Idem. Edere autem eſt, vel dictare, vel tradere libellum, vel codicem proferre.

Quid ſit edere.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Spoliatorum reſtitutione.

Cap. XX.

Spoliatus ordine non ſeruato, reſtituendus eſt.

Quando ceſſat reſtitutio ſpoliati.

EX *ſumma iuris.* Quoniam autem expoliati ſtatim in iudicio reſtitutionem petere ſolent, quãdo facienda ſit videamus: multum enim refert an aliquis ſit expoliatus à iudice ſuo, an non ſuo. Similiter an ordine iudiciario ſeruato, an non: Nam ſi ordine non ſeruato, ſtatim reſtituendus eſt. Excipiuntur autem caſus in quibus ceſſat reſtitutio. *Ceſſat* enim in eo qui ſedem apoſtolicam occupat: Nam ſi expellatur, non competit ei reſtitutio. *Item* ſi petenti reſtitutionem opponatur ſpoliatio, nõ obtinebit reſtitutionem, niſi prius eam faciat ſpoliatio. *Item* ceſſat reſtitutio, ſi ſcandalum oriatur ex ea. Item ſi opponatur excommunicatio; quoniam excommunicatus non habet perſonam ſtandi in iudicio. Item ſi opponatur renunciatio ſpontanea in manu iudicis ſui facta. Item ſi mulier à viro repulſa committat fornicationẽ, non poterit petere reſtitutionem. Vel ſi vir vxore ſua ſpolietur, & de viri ſæuitia timeatur. *In ſumma* vero nota, quòd nullus iniuſtè ſpoliatus poteſt accuſari, ſuper illo vel alio crimine ante reſtitutionem, ab ipſo ſpoliatore: ab alio vero poſſet, quia res inter alios acta, aliis non præiudicat.

Quid reſtituendũ ſpoliato.

Item nota, quòd non omnia ablata ſpoliato reſtituenda ſunt eo loco vnde ſunt ablata; hoc tamen, ſi placuerit ſpoliato faciendum eſt, cum id eius fauore ſit introductum. *Item* reſtituendi ſunt omnes fructus quos percepit violentus, & quos percepiſſe potuiſſet is qui deiectus eſt, ſi ei poſſidere licuiſſet. Et probata ſpoliatione, ſuper damnis ſtatur Sacramento ſpoliati; tamen cum iudicis taxatione. Poſſunt autem petere reſtitutionẽ illi qui de poſſeſſione expellũtur, quoniã illi naturali poſſeſſione priuantur. Item illi quorum fundus occupatur, vel eccleſia, Et cum venerint ad eam nõ admittuntur; quia ciuili poſſeſſione priuãtur.

Spoliator nõ poteſt ante reſtitutionẽ ſpoliatũ accuſare.

Extra 2. de reſt. ſpoli. Alexan. 3. Solicite cures perquirere quo tempore B. renunciauerit eccleſiæ, & ſi cõſtiterit eum ſpoliatum, cum eidem eccleſiæ renunciauit, contra eum, teſtes alterius partis de iuramento & renunciatione ſponte facta, antequam reſtitutus fuerit, non admittas: quia non eſt veriſimile quòd ſponte iuri ſuo renunciauerit, qui renunciat ſpoliatus: ſed teſtes eiuſdem H. quibus intendit ſe probare quod violenter prędicta eccleſia fuerit ſpoliatus, dummodo idonei ſint, recipere non poſtponas. *Celeſtinus 3.* Grauius nos querela, *Et infra.* Mandamus ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, prædictum Archi. ablata prænominati monaſterij fratribus cum integritate reſtituere, damnaque plenariè reſarcire, & de illatis iniuriis competenter ſatisfacere compellatis. Prouiſuri, vt non tantum fructus à nouo & violento poſſeſſore perceptos, ſed quos etiam, ſi eis poſſidere fuiſſet licitum, poſſeſſores veteres percepiſſent, reddi faciatis eiſdem. *Innocen. 3. in c. Olim.* Inanis eſt actio quam inopia debitoris excludit. *Item in concil. gene.* Sæpe contingit quòd ſpoliatus, per ſpoliatorem in alium re tranſlata, dum aduerſus poſſeſſorem non ſubuenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis amiſſo, propter difficultatem probationum iuris, proprietatis amittit effectum. Vnde non obſtante iuris ciuilis rigore, ſancimus, vt ſi quis de cætero ſcienter rem talem receperit, cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium (eo quòd non multum interſit quoad periculum animæ, iniuſte detinere, ac inuadere alienum) contra poſſeſſorem huiuſmodi, ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

Res ablata reſtitui debet cum fructibus quos inde ſpoliatus potuit percopiſſe.

Quid cuique faciendum ſit ante litem.

Cap. XXI.

GRATIANVS *cauſa 3. q. 1.* Quod autem reſtitutio quibuſlibet danda ſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Fabianus Papa. Epiſcopi ſi à proprijs ſedibus, aut eccleſijs, ſine auctoritate Romani pontificis expulſi fuerint, antequam ad ſynodum vocentur, proprius locus, & ſua omnia eis re integranda ſunt: nulla enim ratio ſinit, dum ad tempus, eorum bona, vel eccleſiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuſcunque detinentur, vt aliquid illis obijci debeat, nec quicquam poteſt eis quilibet maiorum vel minorum obijcere, dum ſuis eccleſijs, vel rebus, vel poteſtatibus carent. Patet ergo quod expoliati prius ſunt præſentialiter reſtituendi, quàm ad cauſam vocandi.

Epiſcopi ſpoliati ante accuſationem ſunt reſtituendi.

Obiectio.

Sed obiicitur: vbi non fuit legitima inſtitutio, ibi nec poteſt eſſe reſtitutio. Illi ergo quorum electio vitioſa eſt, vel qui à clero non ſunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per ſimoniam irrepſerunt, non ſunt habendi inter epiſcopos; & ideo ſi à ſedibus quas tenere videbantur expulſi fuerint, non poſſunt reſtitutionem petere antequam vocentur ad cauſam. Sed hoc in eo caſu tantum intelligitur, in quo Apoſtolica ſedes per violentiam occupatur; quo caſu iudex non inuenitur, cuius officio ille apoſtaticus poſſit excludi. In aliis autem locum non habet, cum violenta poſſeſſio, niſi per iudicis ſententiam, violento detentatori, alias detractatori, detrahi non poſſit. Si autem verus dominus bello non continuato, ſed reuocato, vi illum de poſſeſſione eiecerit, iudicis auctoritate prædoni poſſeſſionem reſtituet.

Solutio.

Extra 2. de reſtit. ſpoliatorum. Alex. 3. Vercellen. epiſcopo. Cum quis dicit ſe de poſſeſſione violenter eiectum, & aduerſarius dicit eum non fuiſſe canonicè inſtitutum: Reſpondemus, prius de violenta eiectione, quàm de canonica inſtitutione agi debere: quia prædo etiam eſt ſecundum rigorem iuris reſtituendus. *Idem Oxonien. Epiſcopo.* Item cum quis dicit ſo de poſſeſſione violenter eiectum, vel aduerſarium clam poſſeſſionem intraſſe; & aduerſarius crimen ei obiecit, vt eum à ſua intentione repellat; non occurrit nobis quòd illius obiectio admitti debeat, vel principalis cauſæ propter hoc executio retardari: quoniam criminaliter contra eum ante reſtitutionem agere non poteſt, cum præſumatur eius exiſtere inimicus.

Non eſt procedendum contra ſpoliatum ante reſtitutionem.

Idem Cantu. Archiepiſcopo. Conquerente nobis, R. clerico accepimus, quòd ipſum eccleſia de Vuerfort, ſine iudicio ſpoliaſti; quia vero iam non decet honeſtatem tuam, clericos tuæ iuriſdictionis, ſine manifeſta cauſa & rationabili, ſuis beneficiis ſpoliare, quibus teneris paterna prouiſione conſulere: Mandamus quatenus ſi eſt ita, prædicto clerico præfatam eccleſiam cum redditibus inde perceptis reſtituas, & in pace eam poſſidere permittas. Reſtitutione autem facta, ſiquid aduerſus eum ſuper præſcripta eccleſia proponere volueris, coram Oxon. epiſcopo delegato à nobis, per te, vel ſufficientem reſponſalem tuum, cum eodem R. ordine iudiciario poteris experiri. *Idem in capit. cum veniſſent.* Is poſſidet cuius nomine poſſidetur.

Is poſſidet cuius nomine poſſidetur.

Vtrum pendente lite diuortij, mulier viro reſtituenda ſit.

Cap. XXII.

EXTRA 2. *de reſti. ſpol. Lucius 3.* Cum C. miles, B. ſibi matrimonio copulaſſet, & maritali affectione pertractans, ex ipſa filiam ſuſcepiſſet, ſine iudicio eccleſiæ à ſe remouit eandem, & de accuſando ſuper conſanguinitate matrimonio, litteras remoto appellationis obſtaculo, impetrauit ad iudices, cum autem priuſquam à iudicibus mulier citaretur, per diœceſanum epiſcopum virum ſibi reſtitui petiuiſſet, & ob hoc ad nos proprium nuncium deſtinaſſet: Demum corã præfatis iudicibus cõſtituta, modo per ſe, modo per procuratorem, ante ipſius cauſæ ingreſſum, & poſt, virum ſibi reſtitui poſtulabat. Iudices vero reſtitutione

Vxor dimiſſa pendente lite eſt reſtituenda.

ſtitutione negata (quod fieri non debuit) in principali procedere voluerunt. Vnde ipſa noſtram audientiam appellauit, *& infra.* Mandamus quatenus ſi eſt ita, mulieri virum reſtitui faciatis, quæ poſt ap. ipſius facta ſunt, in irritum reuocantes. Poſtmodum cauſam ſuper matrimonio audiatis, & fine canonico terminetis.

Innocen. 3. Bituricen. Archiepiſcopo. Vtrum quando aliquis conſanguinitatis gradus obijcitur, in quo ſedes ap. diſpenſare non poteſt, nec etiam conſueuit; & probationes promptæ ſunt & paratę, indulgenda ſit reſtitutio, an deneganda? *& infra.* Sanè circa ſolutionem quæſtionis propoſitę diuerſæ ſunt ſententiæ. Porro cum mulier quæ conſanguinitatis habet notitiam præſertim in gradibus quos lex diuina prohibuit, non poſſit huiuſmodi viro ſine mortali peccato carnaliter commiſceri (quoniã omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, & quicquid fit contra conſcientiam ædificat ad gehennam) fruſtra in tali caſu adiudicaretur reſtitutio ſpoliato, cum illa contra Deum non debeat in hoc iudici obedire, ſed potius excõmunicationem humiliter ſuſtinere. Sicque difficultas occurreret quaſi perplexa; quia propter ſententiã oporteret eam reddere debitum, & propter conſcientiam reddere non deberet, vnde contingeret eos grauiter impediri, & vtrique laqueus pararetur; cum inter ſe carnaliter coniungi non poſſent, nec alter alteri matrimonialiter copulari.

Quid fieri debet in caſu quo mulier à viro diſcedat ſub prætextu conſanguinitatis indiſpẽſabilis, vel ob ſæuitiam viri.

Propterea melius videtur, quòd cum opponitur conſanguinitas, præſertim in gradibus diuina lege prohibitis, & probationes offeruntur in continenti paratę, in cęteris quòd ſit adiudicanda reſtitutio. Sed ad maiorem cautelam, iuramento recepto quod talis obiectio malitioſe non fiat, ſolum quoad commixtionem carnalem (maxime ſi fama conſentit) eſt reſtitutio differenda, donec auditis probationibus & diſcuſſis, cauſa ſine diffugio terminetur. Cum vtrique ſit melius taliter expediri, quàm manere aliter impeditos. Quod ſi non habeat in continenti probationes paratas, ſed dilationes expetat longiores, quia præſumitur contra eam, quæ ſine iudicio eccleſiæ ſua temeritate tantum receſſit à viro, ad reſtitutionem plenariam eccleſiaſtica debet cenſura compelli. Quã tamen ipſa, thori negando conſortium, debet humiliter tolerare, donec probationes offerat præparatas, & tunc abſolutione petita, ſecundum formam eccleſiæ abſoluatur. Sed antequam fiat illi mandatum, ſub debito iuramenti, receptis probationibus procedatur, quemadmodum eſt præmiſſum. Si vero tanta ſit viri ſæuitia, vt mulieri trepidanti non poſſit ſufficiens ſecuritas prouideri, non ſolum non debet illi reſtitui, ſed ab eo potius amoueri. Alioquin ſi fieri poteſt, ſufficienti ſecuritate prouiſa, pro facto videtur coniunx ante cauſæ cognitionem reſtituenda marito.

De Inducys petendis poſt reſtitutionem.

Cap. XXIII.

Quanta inducia ſpoliatis poſt reſtitutionem concedenda.

Gratianvs *ſupra q. 2.* De inducijs autem poſt reſtitutionem præſtandis, & quo ſpatio temporis concedendæ ſint, ſcribit Ioannes Papa dicens. Quanto tempore expoliati vel expulſi eſſe videbantur, antequam ad ſynodum conuocentur, ſub eodem temporis ſpatio eis induciæ indulgeantur. *Item Stephanus Papa quintus Gerardo Leodicenſi.* Oportet vero vt primum nos tam de inuaſis ciuitatibus, & monaſterijs, & manſis, quàm & de reliquis generaliter rebus, reinueſtire faciatis: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere. *Item Gelaſius Papa.* Eiectis epiſcopis vel expoliatis, poſt integram reſtitutionem, anniuerſariæ induciæ, vel 6. menſium indulgendæ ſunt. *Item Felix Papa in cap. Si epiſcopus.* Si epiſcopus male viuendo facultates eccleſiæ diſperſit, ab eius patrimonio, quouſque de dilapidatione rerum eccleſiaſticarum cognoſcatur, ſubmouendus eſt; exemplo tutorum & curatorum, qui dum fuerint ſuſpecti, à tutela vel cura remouentur, donec de ſuſpectione cognoſcitur. *Eadem q. 3.* Quod vero poſt vocationem venienti ad iudicium induciæ negandæ non ſunt, Felix Papa teſtatur. Quidam enim ait, ad repellenda inimicorum improborum machinamenta, & ſuas prępparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & conſilia epiſcoporum atque amicorum quærenda, annum & 6. menſes mandauerunt concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam ſex menſes non reperi; quia & laicis hæc indulta ſunt, quanto magis Domini ſacerdotibus.

Inducia ad minimũ debent eſſe ſex menſium.

De Mutuis petitionibus, vel reconuentionibus.

Cap. XXIIII.

Ex *ſumma iuris.* Sæpe vero fiunt petitiones mutuæ, quæ debent fieri cõram eodem iudice, debetque libellus porrigi ſtatim, porrecto ſuper principali, & inſimul tractari, vnicaque ſententia terminari. Si tamen ſeparentur tenet ſententia. Forma reconuentionis aſſumpta fuit; vnde dicitur quod conuentus ab alio, ſi viciſſim illum puſare vult, ſtatim poteſt, quod non licet niſi apud eundem iudicem. Et poteſt reconuentio fieri de ciuili quolibet incidenti. Ceſſat autem reconuentio in præiudicialibus actionibus, vt ſi ego velim agere reſtitutorio iudicio, & tu velis quæſtionem proprietatis inſtituere, non potęs: quia quæſtio mea præiudicialis eſt, & prius tractari debet quam tua. Item ceſſat in actione criminali cõcurrente cum ciuili; non enim poteſt reconuentio taliter fieri. Ceſſat in excommunicato, qui poteſt conueniri, ſed conuenire non poteſt, & ideo neque reconuenire. In arbitrio quoque ceſſat, vt dictum eſt ſupra. In ſumma vero nota, quod conuentus ſuper vna actione, poteſt aduerſarium pluribus actionibus reconuenire. Item conuentus ſuper 10. poteſt reconuenire ſuper 20. Et dicunt quidam, quod reconuentio fieri poteſt vſque ad ſententiam. Alij vero quod ſtatim, nec habebit locum ſi differatur vſque ad lit. conteſtationem. Sed prima opinio verior. Eodem autem modo procedendum eſt in reconuentione, ſicut in conuentione. Quod autem dixi coram eodem iudice, intellige de cauſa de qua poſſet ille iudex cognoſcere. Nam ſi coram laico conuentus velit de ſpirituali cauſa reconuenire, non poteſt laicus eam tractare. Pœna vero actoris reſpondere nolentis eſt, vt non reſpondeatur ei. Hęc autem obſeruanda ſunt, ſiue ſit iudex ordinarius, ſiue deſegatus: nam etſi delegatus ſit, poterit in eodem iudicio de vtraque quæſtione cognoſcere, ſine appellationis remedio. *Extra 2. de mutuis petitionibus Celeſtinus 3.* Conſuluiſti nos vtrum cum cauſa appellatione remota committitur, & reus coram eodem iudice actorem reconuenerit, & actor ſuper reconuentione appellationem obtentam interponat, an ſit appel. huiuſmodi deferendum. Nos vero ita ſentimus, quod cum actoris & rei eadẽ ſit conditio, & vno eodemque iure, circa appellationis remedium, debeat vterque cenſeri: Sicut deſiderat actor, vt ſibi iuxta mandatoris reſcriptum fiat iuſtitia appellationis recõuenti, ita eodem modo debet reconuenienti in ſua iuſtitia reſpondere?

In quibus cauſis ceſſet reconuentio.

Reconuentio fieri poteſt vſque ad ſententiã & petit fieri coram eodem iudice, modo ſit in cauſa de qua poteſt cognoſcere.

Appellationi reconuentis non eſt deferendum.

De Ordine cognitionum in diuerſis quæſtionibus, ſiue petitionibus.

Cap. XXV.

Qvoniam autem frequenter in iudicijs plures veniunt quæſtiones, de qua prius agendum ſit videamus. Quando quidem proponuntur plures ab vna & eadem parte, tunc eſt in eius arbitrio qui proponit, quam illarum prius proſequatur, niſi altera incidens fuerit, vel niſi vna pendeat ex altera vt ſi à

Quæ cauſſa prius tractãda quando ab eadem parte plures proponũtur, & quando à diuerſis.

poſſeſſore hæreditatis Titii petam hæreditatem, & mutuum quod dedi Titio, prius oportet me hæreditatem petere, vt ita liqueat, an mutuum petere poſſim. Poſſunt etiam plures, gratia dimmuendarum litium, inſimul tractari.

In quibus cauſis prius litem conteſtabitur reconuentor.

Quando vero proponuntur à diuerſis, ſi quidem ambæ ciuiles ſint, inſimul tractabuntur, quoniam in illis habet locum reconuentio. Ille tamen prius libellum porriget, & litem conteſtabitur, qui prius ad iudicium prouocauerit; iuxta regulam illam. *Qui prior appellat, prior agat. Fallit* hoc in actionibus, quæ ſui natura præcedunt alias; vt quæſtio poſſeſſionis præcedit quæſtionem proprietatis, vt ſi actor agat poſſeſſoriè, reus non poterit agere petitoriè. *Item* in præiudicialibus actionibus, vt ſi tu petas à me 10. & ego dicam te ſeruum meum eſſe, vel filium in poteſtate B mea exiſtentem. *Item* ſi à reo inferatur alia quæſtio in modum exceptionis, illa prius tractabitur. *Item* fallit hoc in quęſtione criminali, concurrente in ciuili ex diuerſis partibus, prius enim tractanda eſt criminalis.

Qua cauſa prius tractãda in criminalibus.

Si vero ſunt ambæ criminales, ſimiliter obtinet regula præmiſſa. *Qui prior appellat*, &c. *Fallit* tamen hoc ſi prior inſtituat quæſtionem de minori crimine, & ſecundus de maiori. *Item* ſi primus iniuriam ſuam non proſequebatur, & ſecundus proſequitur. *Item* in crimine derogatorio, vt ſi dicas quod vendiderim ſeruum tuum, & ego dicam occidiſſe te illum ante tempus illud quo me dicis eum vendidiſſe. Fallit etiam vbi ciuilis quæſtio præiudicialis criminalis concurrit cum quæſtione criminali, prius enim tractabi- C tur ciuilis, quæ eſt præiudicialis criminalis, vt ſi velis me accuſare criminis, & ego dicam te ſeruum meum; prius cognoſcetur ciuilis quæſtio: quoniam illa probata, perimetur quæſtio criminalis, cum non liceat ſeruis dominum accuſare. *Item* ſi vna fuerit incidens, altera principalis, incidens ſemper primo tractabitur.

De incidenti prius eſt agendum, vti etiam de exceptione, & ſpoliationis quæſtione.

Extra 2. de ordine cognitionum, Celeſtinus 3. Cum exceptione probata principalis quæſtio perimatur, ante eſt cognoſcendum de ipſa, quàm ad diffinitionis articulum procedatur. Greg. 9. Super ſpoliationis quæſtione ſi eum reconueniat, audiendus: cum reſtitutionis petitio, in hoc priuilegiata cognoſcatur, vt ipſam intentans, non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere; quamquam ab agendo, ſpoliatione ab eis in modum exceptionis oppoſita, repellatur. D

De Plus iuſto petentibus.

CAP. XXVI.

IVSTINIANVS *vbi ſupra lib. 4.* Si quis autem agens, in intentione ſua plus complexus fuerat quàm ad eum pertineret, cauſa cadebat, ideſt rem amittebat; nec facile in integrum reſtituebatur à prætore, niſi minor 25. annis, aut iuuentute lapſus, & vbi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vti etiam conſtantiſſimus quis labi poſſet. Plus autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & cauſa. Re, vt ſi quis pro 10. aureis qui ei debentur, 20. petat. Aut ſi is cui pars debetur, totum petat. *Tempore*, vt qui ante diem præfixam, vel ante conditionem petierit. E Sicut enim qui tardius ſoluit quàm debuit, minus ſoluere intelligitur; ita qui præmaturè petit, plus petere videtur. *Loco* vt cum quis quod certo loco ſoluendum eſt, alio loco petit: auferre enim nititur vtilitatem loci, quę vtilitas in mercibus maxime inuenitur, vt in vino, oleo, frumento, & huiuſmodi; quæ per diuerſas regiones diuerſa habent pretia. Cauſa, vt ſi quis ita ſtipulatus ſit, Hominem Stichum ſe dare, aut 10. aureos, & ille alterutrum petat, veluti hominem tantum, aut 10. aureos tantum. In hac autem petitione electio tollitur promiſſori, & eo modo petitor conditionem ſuam meliorem facit, aduerſarij deteriorem. Vel ſi quis generaliter hominem ſpondeat, aut vinum, aut purpuram; & ille cui ſpondetur ſpecialiter petat Stichum hominem, vel vinum campanum, purpuram Tyriam: quinetiam licet viliſſimum ſit quod quis petit, tamen plus petere intelligitur, quia ſæpe accidit vt promiſſori facilius ſit illud ſoluere quod maioris eſt pretij. Zenonis autem & noſtra conſtitutio iudicat, quòd ſi quid quantitate, vel alio modo plus petitum fuerit, ſi quid forte damni ex hac cauſa acciderit, ei in ſportulis contra quem petitum fuerit, condemnatione triplici punietur.

Pœna plus petentis quæ ſit.

Ex ſumma iuris. De quatuor modis quibus plus debito petitur, verſus iſte formatur. *Plus petitur cauſa, tempore, reque, loco. Pœna* vero plus petentis, hoc eſt ille qui plus petit re, ſi perſeueret in petitione, cadit à toto debito. Ei vero qui plus petit tempore, inducię temporis in pœnam duplicantur, & expenſas reſtituet. Qui autem loco vel cauſa plus petit, omne damnum reſtituet quod inde reus percepit. Denique ſi probetur per teſtes actori quod plus petierit, prædictas pœnas patietur. Si vero probetur iuramento delato, vel per confeſſionem actoris, euacuabitur tantum ſumma falſo adiecta. *Extra 2. de plus petitio. Greg. 9.* Punitur impunitas plus petentium, ſi ſuper petitione ſua duxerint in iudicio perſiſtendum, ita quod qui re petunt amplius ſine cauſa, in expenſis aduerſariis condemnantur. Qui autem plus loco, ad intereſſe tenentur, pro eo quod vtilitas adimitur debitoribus, quam haberent, ſi ſtatuto loco ſoluiſſent. Ei vero à quo amplius tempore petitur inducię duplicantur, nec litem excipiet, niſi ei ſoluantur expenſæ.

Qui plus petunt quam eis debeatur, cadunt cauſa; plus autem quatuor modis petitur.

De Minus petentibus, vel in petendo errantibus.

CAP. XXVII.

IVSTINIANVS *vbi ſupra 4. lib.* Si vero in intentione ſua minus complexus fuerit actor quam ad eum pertinet, ſine periculo agit: in reliquum enim nihilominus iudex aduerſarium in eodem iudicio cõdemnat. *Ex conſtitutione Zenonis.* Si autem aliud pro alio intendit, nihil eum periclitari placet. Sed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem ſuum corrigere permittimus, velut ſi Stichum hominem petere debeat, & hæredem petat: aut ſi quis ex teſtamento dari oportere intendat, quod ex ſtipulatu ei debetur. Eum qui creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id quod facere poteſt, creditores cum eo experiuntur: Inhumanum enim erat ſpoliatum fortunis in ſolidum damnari. glo. Bene dixit, *& idoneum emolumentum habeat*, nam ſi forte modicum ſit commodum, quod ad victum eius vix ſufficiat, non poſſunt hoc auferre creditores, quia amplius quàm ſemel ceſſio non fit. Sed hoc intellige de prioribus creditoribus, nam ſi poſtea noui ſuperueniunt, ſecunda ceſſio fit; ſiue cum ſeruis negotium geſtum eſt, ſiue cum his qui ſunt in poteſtate parentis: in his vero eadem iura ſeruantur Glo. ferè dicit, quia filius familias poteſt perſonaliter conueniri. Exercitor appellatur is ad quem quotidianus vanus quæſtus pertinet. Qui negotiationibus præponuntur inſtitores vocantur.

Qui minus petit vel errat, nihil propterea de ſuo iure perdet.

Qui ceſſit bonis creditoribus ſuis, poteſt poſtea conueniri ſi nouum emolumentum idoneum acquirat.

De Quæſtione vel cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

CAP. XXVIII.

EX *ſumma iuris.* Sciendum vero quod aliquando mouetur quæſtio proprietatis, aliquando quæſtio poſſeſſionis, & aliquando ambæ concurrunt. *Quæſtio poſſeſſionis eſt, in qua de ſola poſſeſſione controuerſia ventilatur. Quæſtio vero proprietatis, in qua de ſola proprietate quæritur*, ideſt de ſolo dominio, vel quaſi dominio. Quæſtio poſſeſſionis recuperandæ & adipiſcendæ, ab vna & eadem parte poſſunt concurrere. Ex diuerſis autem partibus concurrere non poſſunt, quia quæſtio poſſeſſionis quæſtioni proprietatis eſt præiudicialis, quando ex diuerſis partibus proponuntur.

Quid quæſtio proprietatis & poſſeſſionis, & quando poſſint concurrere.

nuntur. Item cum ego petam restitutionem, tu vero poteris inferre proprietatis quæstionem super illa re quam possides & detines, quæstio vero possessionis retinendæ potest ex diuersis partibus concurrere, & non ab vna & eadem parte, sicut notauit Lau. Satisque concedi potest vbi quæstio possessionis retinendæ mouetur, inter possidentem naturaliter ex vna, & possidentem ciuiliter ex alia; quod ille qui dicit se ciuiliter possidere, possit quæstionem proprietatis inferre, cum non detineat. Alius autem qui possidet & detinet, non posset: lex tamen vult quod nullo modo possint concurrere.

Quando licet transire à quæstione proprietatis ad possessorium.

In summa vero nota, quod si is cui competebat possessorium, instituat petitorium: poterit quæstionem proprietatis suspendere, & ad possessoriū redire, nisi iam esset concluſum in proprietatis quæstione: tunc enim non esset agendum possessorio, nisi reus subtraxisset copiam probandi dominium actori. In tali namque, vel in alio rationabili, tunc posset agi possessorio. Item quando tractantur insimul istæ quæstiones, licet præmittatur in pronunciatione quæstio possessionis, prævalet tamen quæstio proprietatis.

Extra. 2. de causa proprietatis & pos. Cælestinus 3. Interrogati fuimus, si iudices deputati, vt de possessione & proprietate agnoscant, grauibus partium sumptibus parcere cupientes, de vtraque commixtim audiant allegationes, pariter & testes admittant: Deinde prius audiant attestationes de possessione, & pronuncient secundum tenorem illarum, vtrum licite hoc agatur. Nos autem cum hoc sit in iure ciuili expressum, quod licite possit fieri, respondemus.

Quod omnibus liceat debita repetere.

CAPVT XXIX.

Obiect.

Solutio.

HElinandus *vbi supra.* Æquum est certe, vt quicquid alterius apud alterum sine causa deprehenditur, reuocetur. Quidquid autem nobis debetur, non propria auctoritate, sed publica, id est per iudicē persequi debemus. Æquitati enim congruum est, vt priuatorum lites, publica actione dirimantur, & per magistratum effectui tradantur. Verbum autem debendi ita accipere debemus, vt non solum ea quæ per actionem, vel per alia iura, quę hodie in actiones redacta sunt, debeantur; sed etiam illa quæ iudicis officio tantum nobis præstanda sunt, velut per restitutiones. Porro indebiti verbo continetur illa persecutio, per quam non pecuniarum quid exigitur, sed publica vindicta desideratur. Indebitum autem dicitur quod omnino non debetur, id est neque naturali ratione, nec etiam ciuili iure, vel prætorio siue autem iustè, siue iniustè, res mea ad te peruenerit; æquum est te teneri, non suffragante iusta causa ex qua eam tenere debeas.

Gratianus causa 14. q. 1. Quod autem clerici sua repetere non possint, facile videtur posse probari. Ait enim dominus in euangelio. *Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes* &c. quia ergo isti iter perfectionis arripiunt, non licet eis habere sua, multo ergo minus licet eis repetere; quia nō debet repeti quod possidere non licet. Item *si quis voluerit tunicam tuam tollere da illi & pallium* &c. Itē Apostolus in epistola ad Corinth. *Secularia igitur iudicia si habueritis, omnino peccatum est in vobis.* Vnde in Concil. Carthagi. 4. *Episcopus nec prouocatus, pro rebus transitorijs litiget.*

His ita respondetur. Prohibetur perfecto in iudicio stare, captando lucrum, sed non euitando damnum, vel aliter: Aliud est sua possidere, aliud communium procuratorem esse. Canonici non possident sua, quia res Deo oblatæ non sunt alicuius. Vtuntur enim rebus ecclesiæ, non vt suis, sed tanquam ad dispensandum sibi creditis. Sicut ergo isti non sua possident, ita nec repetunt, sed res ecclesiæ quarum procurationem gerunt. Similiter quod in iudicio prohibentur contendere, ita intelligendum est, videlicet, vt non sibi stent coram iudice, sed alijs. Alijs autem coram iudice astitisse, & pro eis iuditem interpellasse, nonnullos sanctorum legimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt; & ita non prohibentur stare coram iudice. *Illud* vero euangelij, Si quis abstulerit tibi tunicam &c. non præcipientis est, sed exhortantis. Vnde Aug. ait. *Quod debetur, etsi benigne remittitur, non tamen inique repetitur, peccat autem qui exigit vltra debitum. Iustinia. vbi supra 4. lib.* Tribus autem modis quis à debitore suis rebus defraudatur: si latent bona eius ne venundentur: Si cessionem bonorum fecerit: Si intra certum tempus non soluerit.

De Exceptionibus.

CAP. XXX.

EX *summa iuris.* Adueniente vero termino, & reo comparente, ac litigare volente; potest excipere contra illum qui petit, & contra libellum, & etiam contra iudicem. Et est exceptio actionis, intelligas large, vt sit etiam intentionis exclusio. *Et nota* quòd exceptiones, aliæ sunt peremptoriæ, aliæ dilatoriæ. *Item* dilatoriæ aliæ sunt declinatoriæ iudicij, aliæ dilatoriæ facti, siue communes. *Declinatoriæ* iudicij sunt, quando excipitur contra iudicem, quòd non est iudex; puta quia non valet rescriptum in quo datus est iudex, vel quia dico me non esse de iurisdictione eius. Dilatoriæ causæ sunt, cum reus dicit actorem excommunicatum, vel cum dicit nondum extare terminum solutionis, vel aliquid huiusmodi. Peremptoriæ sunt, quæ factum perimunt, & semper competunt, ante sententiam, vt factum de non petendo, & cum opponitur dolus actori, vel quod metus causa, videlicet quòd coegit me per metum sibi promittere aliquid, & nunc petit à me istud; obstat enim exceptio prædicta. Dilatoriæ siue declinatorię, ante lit. contest. possunt opponi, postea non, præter excommunicationis exceptionem; illa enim semper proponitur. Peremptoriæ vero, & ante litem cōtestatam, & post, possunt proponi, vsque ad diffinitiuam sententiam, postea non regulariter. Et nota quòd in qualibet exceptione reus efficitur actor quātum ad probationes.

Exceptio est multiplex.

Quid exceptio & quotuplex.

Iustinia. vbi supra. Exceptio est auxilium contra legem innocentum, iure quidem ciuili inualidum, naturali vero plenam virtutem habens. Exceptionum alia perpetua & peremptoria: Alia temporalis & dilatoria Primæ sunt quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur perimunt, vt exceptio doli mali, vel quòd metus causa factum est; & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Secundæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilatione pereunt; qualis est pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, vt intra quinquennium, quo tempore finito, nihil impedit actorem exequi. *Replicatio est, per quod replicatur, & resoluitur ius exceptionis.*

Quid replicatio.

Regula iuris. Marcellus definit debitorem esse eum, qui nactus est exceptionem iustam, nec à naturali æquitate abhorrentem. *Vlpianus.* Cui vero damus actionem, eidem exceptionem competere multo magis dicimus, siue vtilis, siue directa sit, cum effectu tantum. *Extra. primo de ordine cognitionum. Clemens 3.* Cum exceptione probata principalis quæstio perimatur, est ante cognoscendum de ipsa, quàm ad diffinitionis articulum procedatur. *Innocentius 3. in capit. cum dilectus.* Si in modum exceptionis aliquod crimen testi obiicitur, vt à testimonio repellatur, etsi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit; non igitur sibi pœna infligitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio non credetur: quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit, testes etiā quorum testimonium reprobatur, inter infames quasi ex falso testimonio non habentur.

Prius agendum est de exceptione quā de causa principali Testis cuius testimonium in iudicio reprobatur, non est puniēdus.

De

A

De His quæ vi vel metus causa fiunt.

Cap. XXXI.

Quid vis & metus.

EX *summa iuris.* Quoniam autem exceptiones, vt dictum est, plerumque de vi, vel metu, vel dolo fiunt: dum scilicet actori, vel dolus malus, vel metus ab eo illatus opponitur, de his quoque dicendum est. Et primo de vi, vel metu. *Vis est maioris rei impetus cui resisti non potest. Metus autem est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio.* Et quoniam in talibus incidit coactio. Notandum est de coactione: Quod si quis compellatur ad id quod peccatum mortale est, vt ad thurificandum idolis, & B hoc coactione absoluta, scilicet violenter eum trahendo, alias trudendo, & manus eius cum thuribulo super aram agitando; talis coactio excusat omnino. Si vero coactio sit conditionalis, non excusat

Metus aut vis nõ excusat à peccato mortali nisi sint absoluta coactio, bene tamẽ in alijs si sint notabiles & iniuriosa.

nisi in parte: melius est enim omnia mala tolerare, quàm peccato consentire. Porro si compellatur quis ad id quod non est mortale peccatum, sicut ad renunciandum rebus suis, & metus vel coactio talis sit quod in constantem virum cadere possit, vt est metus mortis, vel stupri, vel subuersionis status, vel cruciatus corporis, vel etiam ablationis rerum, excusat, & factum vel promissum irritum facit. Si vero sit modica vis vel metus, non excusat. *Item* nota, quod si quis in metum incidat ex culpa sua, non excusatur, si tamen vim inferendam legitimo modo sibi timeat; C sed si vim iniuriosam timeret, excusaretur, licet ex culpa sua in metum incidisset.

Extra. 1. De his quæ vi, metusve causa fiunt. Alex. 3. Cum quidam nobilis & potens M. vxorem suam suspectam haberet; Milites sui eius præcepto eam ad quandam syluam ducentes, euaginato gladio occidere voluerunt: sed tandem pietate ducti, sub tali conditione pepercerunt eidem, quod in monasterio de Collobijs habitum susciperet monachalem, *& infra* Episcopi vero missi à viro vt ei velum interponerent, quia iuuenis erat, & filium habebat paruulum, mutationem vitæ sui suspectam habentes, seorsum conuenerunt eandem, quæ rem patefaciens, quod mortis timore intrabat monasterium, proposuit vt inde quandocumque posset exiret; sed alter episco- D porum, vt viri tyrannidi satisfacere videretur, velum imponere simulauit. Tandem viro de medio sublato, mulier de monasterio exiens, alium maritum accepit, quos Colliritanus Episcopus, ad instantiam sororum, vinculo excommunicationis astrinxit. *& infra.* Ideo mandamus, quatenus mulierem & virum, recepto Sacramento, quòd nostro debeant stare mandato, excommunicationis vinculo absoluatis. Deinde tam mulierem, quam priorissam, & moniales, ante vestram præsentiam conuocantes, si legitime probatum fuerit, non timore mortis mulierem religionem intrasse; aut quod fecit, ratum postmodum habuisse, ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum resumere, cen. ec. compellatis. *Idem.* Quæ metu & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari. E

Qui iusto metu intrant religionẽ & profitentur possunt licite exire.

Clemens 3. Renunciatio facta ad laicorum terrorem, nisi forte per iuramentum, vel fide interposita sit consummata, non impedit quo minus qui renunciauit Ecclesiæ, ad cuius regimen prius erat electus, præficiatur. *Innocen. 3.* Distinguimus vtrum is qui communicat excommunicatis, inuitus sit per coactionem attractus, aut per metum inductus. In primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati quàm agere conuincatur. In secundo, licet metus culpam attenuet, non tamen prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incutrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

Absoluta coactio excusat à peccato, metus autem non item.

Iterum de eodem.

Cap. XXXII.

Quæ introducuntur per vim aut metũ sunt irrita.

EXtra. 5. *de regulis iuris. Gregorius septimus.* Quod latenter, aut per vim, vel alias illicitè introductum est, nulla debet stabilitate sustineri. *Iustinianus vbi supra.* Vis priuata est sine armis, vis publica cum armis. *Regula iuris.* Vani timoris iusta excusatio non est, nec vim facere videtur qui suo iure vtitur.

Ex dige. 4. lib. Vlpianus lib. 11. ad ed. Ait prætor, quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. Olim ita dicebatur, quod vi metusve causa; vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam voluntati. *Metus est instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio.* Sed postea detracta est vis mentio ideo, quia quodcumque vi attroci fit, id metu quoque fieri videtur.

Quomodo capiãtur vis & metus in præsenti.

Paulus lib. 1. sententiarum. Vis est maioris rei impetus, quæ repelli non potest. Vlpianus lib. 11. ad edi. Vim accipimus atrocem, & eam quæ aduersus bonos fiat mores, non eam quam magistratus recte intulit, scilicet iure licito, & iure honoris quem sustinet. *Idem* Metum enim accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris mali. *Caius lib. 4. ad edi. pronin.* Metum dicit, non vani hominis, sed qui merito & in homine constantissimo cadit. *Paulus.* Si quis dederit pecuniam, vel aliud, ne stuprum patiatur, siue vir, siue mulier; hoc edictum locum habet: cum viris bonis metus iste maior, quam mortis esse debeat. hæc autem quæ diximus ad hoc edictum pertinere, nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis, cũ pro affectu parentes magis in liberis terreantur.

Vim infert qui suã bona non per iudicem, sed propria authoritate reposcit.

Vlpianus lib. 11. ad edi. Metum autẽm præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eius. *Calistratus.* Extat enim decretum diui Marci in hæc verba: Optimum est vt si quas putas te habere petitiones, experiaris actionibus. Cum Martianus diceret, vim nullam feci: Cæsar dixit; Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur: Vis est, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam, non ab ipso sibi sponte datam, sine vllo iudice temere possidere, vel accepisse, isque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit. *Vlpianus.* Et quoniam metus habet in se ignorantiam, meritis quis non astringitur vt designet, quis ei metum vel vim adhibuit, sed ad hoc tantum actor astringitur, vt doceat metum in causa fuisse, vt alicui acceptam pecuniam vel rem traderet, vel quid aliud faceret.

Nota.

De restitutione rerum quæ per vim vel metum extorta sunt.

Cap. XXXIII.

VVLPIANVS *in l. Si cum exceptione.* Pedius li. 8. scribit Arbitrium iudicis in restituenda re tale esse, vt eum quidem qui vim admisit, iubeat restituere, etiamsi ad alium res peruenit; eum autem ad quem peruenit similiter, etiamsi alius metum fecit; Nam in alterius præmium verti alienum metum non oportet. Si quis autem non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur: Quadruplabitur autem omne, quodcunque restitui oportuit, satis clementer cum reo prætor egit, vt daret ei restituẽdi facultatem, si vult pœnam euitare, post annum vero in simplum actionem pollicetur; sed non semper, sed causa cognita. In causæ autem cognitione versatur, vt si alia actio non sit, tunc hæc detur. Et sanè cum per metum facta iniuria, anno & quidem vtili exoleuerit, causa esse debet vt post annum actio hæc dari debeat. Alia autem actio sic esse potest; si is cui vis admissa est decesserit, hæres eius habet hęreditatis petitionem, quia pro possessore, qui vim intulit possidet, nec cuiquam

Qui non restituit vi ablatum condemnabitur in quadruplum.

iniquum

iniquum videatur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari, quia non ſtatim quadrupli eſt actio, ſed ſi res non reſtituatur. Hæc autem actio cum arbitraria ſit, habet reus licentiam vſque ad ſententiam ab arbitro datã, reſtitutionem rei facere. Quod ſi non fecerit, iure meritoque quadrupli condemnationem patietur.

Qui vim intulit non eſt fur quia acquirit poſſeſſionem.

Qui vim intulit, cum poſſeſſionem à me ſit conſecutus, fur non eſt, quamuis qui vi rapuit, vir improbior eſſe videatur, vt Iuliano placet. Eum qui metum fecit, & de dolo teneri certum eſt. Si plures intulerunt metum, & vnus fuerit conuentus, ſi quidem ſponte ante ſententiam rem reſtituerit, omnes liberati ſunt. Si autem non ſponte, ſed ex ſententia quadruplum reſtituerit, verius eſt etiam ſic perimi aduerſus cæteros metus cauſa actionem. *Vlpianus.* Quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, ad hæredis compendium non debet pertinere.

Paulus. Quod metus cauſa geſtum eſt, nullo tempore prætor ratum habebit. *Paulus lib. 1. ſententiarum.* Qui in carcerem quem detruſit, vt ei aliquid extorqueret, quicquid hac cauſa factum eſt, nullius momenti eſt *Ex Codice. 8. lib.* Poſſeſſionem iam vi ablatam, in continenti, ideſt in eadem concertatione, armis etiam recuperare permiſſum eſt; eum enim qui cum armis venit, poſſumus armis repellere.

Licet poſſeſſionẽ vi ablatam armis recuperare in continẽti, non aliter.

De Dolo malo.

CAPVT XXXIV.

Quid dolus, & quæ pœna doloſi.

EX *ſumma iuris. Dolus eſt calliditas ad aliquem decipiendum adhibita.* Pœna doloſi eſt, vt de dolo condemnetur infamis. Item vt aduerſarius condemnetur in expenſis; ſed qui dolum obijcit, probare debet. *Ex digeſt. 3. lib. Vlpianus lib. 15. ad ed.* Hoc edicto prætor aduerſus varios & doloſos, qui alijs obfuerunt calliditate quadam ſubuenit, ne vel illis malitia ſua lucroſa ſit, vel iſtis ſimplicitas damnoſa. Verba edicti talia ſunt. *Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio nõ erit, & iuſta cauſa eſſe videbitur, iudiciũ dabo.* Dolum malum Seruius ſic diffinit; *Machinationem eſſe quandam, alterius decipiendi cauſa cum aliud ſimulatur, & aliud agitur.* Labeo autem ait, poſſe & ſine ſimulatione id agi, vt quis circumueniatur: poſſe etiam ſine dolo aliud agi, & aliud ſimulari, ſicuti faciũt qui per ſuam diſſimulationem, ſe & ſua, vel alios & aliena tuentur. Ipſe itaque ſic diffinit. *Dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* Hæc diffinitio eſt vera, non fuit autem contentus prætor dolum dicere, ſed adiecit malum, quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maxime ſi aduerſus hoſtem latronemve quis machinetur.

Quid dolus malus.

An ſit actio de dolo cõtra eum qui cõpeditũ ſoluit.

Vlpianus dicit: Si quis pupillus tutore colludente circumſcriptus ſit, non debere eum de dolo aduerſus tutorem habere actionem. *Idem.* Labeo quærit, Si ſeruum meum compeditum, vt fugeret, ſoluiſti; an de dolo actio danda eſt? & ait Quintus apud eum notans, ſi non miſericordia ductus feciſti, furti teneris; ſi miſericordia, in factum actionem dari debere; Non niſi ex magna & euidenti calliditate, non debet de dolo actio dari. *Vlpianus lib. 11. ad edi.* Si plures dolum fecerint, & vnus reſtituerit, omnes liberantur. *Vlpianus lib. 11.* Si deferente me iurauerit, & abſolutus ſis, poſtea periurium fuit probatum, Labeo ait de dolo actionem in eum dandam. Pomponius ait per iuſiurandum tranſactum videri, quam ſententiam Marcellus libr. 8. digeſt. probat: Stari enim religioni debet.

Qui parere neceſſe habet nõ damnum dat, ſed qui iubet.

Paullus 11. ad edi. Nam ſufficit pœna periurij. *Regula iuris.* Qui iuſſu iudicis aliquid fecit, non videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet; ſed dãnum dat qui, iubet dare. Neque interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt. Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat, nemo videtur fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt. Nemo lucrari debet ex alieno damno. *Martianus lib. 2. dige.* Si duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent.

Extra. 2. de dolo & contu. Innocen. 3. Finem litibus cupientes imponi, ne partes vltra modum grauentur, laboribus & expenſis, præſertim cum de beneficijs Eccleſiaſticis litigatur, quæ ſine diſpendio diu vacare non poſſunt, præſenti decreto ſtatuimus, vt poſtquàm intentionem ſuam altera pars fundauerit, ſi reliqua forte voluerit veram exceptionem opponere, quam noluit aut nequeat in continenti probare, quia frequentes ad impediendum vel differẽdum proceſſum huiuſmodi exceptiones per excogitatam malitiam opponuntur; adſoluendas moderatas expenſas ex tũc in iudicio faciendas, cum acceptis induciis, ſi forſitan in probatione defecerit, condemnetur: & ſi ſoluendo non fuerit, alias ſecundum arbitrium diſcreti iudicis puniatur; vt ſaltem timore perterritus, non facile quis in grauamen alterius falſas exceptiones opponat. *Extra. 3. de rerum permutatione.* Deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt. *Ex Codice lib. 1.* Quæ in fraudem legis geſta ſunt, irrita tam ipſa, quàm eorum ſubſecutiua, ſi perpetuo prohibita ſunt: Si autem temporalem cauſam ſeruat, ſubſecutiuum eius valet.

Qui falſas exceptiones opponunt debent cõdemnari in expẽſis ex tunc in iudicio faciendis.

De Ignorantia, & Errore.

CAP. XXXV.

QVONIAM autem in cauſis ſæpe prętẽditur ignorãtia, tam in re, quã in facto, de hac quoq; vidẽdũ eſt. Et notandũ quod aliud eſt ignorantia, aliud error, & aliud titubatio. Ignorantia eſſe dicitur, quando quis de iure vel facto nihil ſcit, nec aliquid inde ſuſpicatur. Proprie vero ignorare eſt; quod ſciri debet, neſcire. Sicut enim gnarus ſapiens, & ignarus inſipiens appellatur, ſic & ignorantia dicitur inſipientia, quando ſcilicet aliquis neſcit ea quæ ſcire tenetur, & inde eſt quod qui ignorat ignorabitur: ita neſcire latius eſt quàm ignorare. *Error* autem, quando aliter eſt quàm credatur. *Titubatio* vero, cum de duobus contrarijs aut diuerſis dubito, ita quod neutri credulitatem meam applico.

Diſcrimen inter ignorãtiam, errorẽ & titubationem.

Ignorantia diuiditur: Nam alia iuris eſt, alia facti: Ignorantia facti alia probabilis, alia non probabilis; Probabilis eſt, vt ſi quis errat in alieno facto, non in ſuo. (Nam in facto ſuo, vel in rebus ſuis, vel in qualitate rerum ſuarum probabilis non eſt, niſi in caſu, vt cum tractatur de indebito repetendo.) *Item* non probabilis eſt, quando quis ignorat, quod omnes de ciuitate ſciunt, vel maior pars ciuium. *Secundum* primam diuiſionem ſumitur hæc regula. *Ignorantia* iuris in vſucapione prodeſſe negatur; vt ſi putat quis ſibi licere à pupillo emere ſine tutoris auctoritate: Ignorantiam verò facti prodeſſe conſtat; vt ſi putauit venditorem dominum eſſe qui non erat: nec tamen cuiuſlibet ignorantia facti prodeſt, vt ſi puto rem non eſſe furtiuam, quæ tamen eſt. *Item alia regula.* Ignorantia non prodeſt acquirere volentibus, ſuum vero petentibus non nocet. *Item* error facti in damnis vel compendijs non obeſt; error autem iuris, nec fœminis in compendijs prodeſt, in damnis autem non nocet. *Ex Codice lib. 1.* Error in iure naturali tolerandus non eſt, in ciuili tolerabilis eſt iuris ignorantia, in amittenda re ſua nemini obeſt, in compendiis vero nemini prodeſt.

Ignorantia varie diuiditur.

Regula ſeu caſus in quibus ignorantia nocet aut non nocet.

De Differentijs ignorantiæ iuris.

CAP. XXXVI.

EX *ſumma iuris.* Porro diſtingui poteſt, vtrum naturale ius ignorauerit quis, vel quaſi naturale, an cætera iura. Si naturale, velut ſi credat impunè ſibi licere pulſare parentem, vel inopem non

exhibere,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ignorantia iuris naturalis aut quasi naturalis non excusat.

exhibere, vel furiosum non procurare, vel captiuum non redimere, cum ipse sit filius maior, non parcitur ei quominus exhæredetur. Idem est si putet sibi licere occidere, vel furtum committere, vel huiusmodi, quæ iure naturali prohibentur: Nihilominus enim ex delicto speciali tenetur. Secus autem si putat sibi licere rem suam auferre, tunc enim potius est error in iure ciuili, & ob hoc excusatur à delicto furti, non tamen à pœna constitutionis. *Item* quia quasi de iure naturali debemus reuerentiam. Ideo mater, quæ prætextu ignorantiæ iuris, non petiit filiis tutorem, non excusatur vt euitet pœnam, sic & mulier quæ nubit infra annum, non seruata suo quondam marito reuerentia. Regulariter autem ignorantia facti probabilis, & prodest in compendijs, & non nocet in damnis.

Parcitur fœminis & militibus in iure errãtibus vti etiam minoribus.

Notandum vero quod propter ignorantiam iuris ciuilis parcitur fœminis, non tamen semper, sed in casibus à lege designatis. Minoribus quoque succurritur, & in contractibus, & in delictis, quæ non proueniunt ex animo, si quid per errorem iuris vel facti feciſſe dicantur. Militibus etiam errantibus in iure parcitur. Ait enim imperator: *Milites armas cire volo, non leges.* Subueniri tamen eis tantum videtur errantibus in iure, quantum ad exceptionem, non quantum ad actionem. Item hæc intelliguntur in his quæ extra iudicia aguntur. Nam in iudicijs expositа confessio per errorem iuris nocet.

Quid circa ignorantiam attendendũ.

Diligenter ergo notandum est quis ignorantias sibi subuenire velit, & vtrum in lucro, aut in damno, & pro qua ignorantia; & vtrum ad actionem, vel ad exceptionem; & etiam quando, scilicet ante sententiam, vel postea: Nam post sententiam non licet prætendere errorem etiam facti, nisi in casu; vt si fortè error sit communis, non specialis ipsius errantis. *Item* in iudicijs, vt valeat sententia, prodest allegare iudicis errorem, scilicet si ignorabat successorem aduenisse. Partium autem error, itemque populi quandoque prodest, vt eius sententia valeat: Si videlicet eum esse liberum, ac iudicem esse posse putabant, secus vero si putarent eum alium esse quam esset. In testimoniis etiam error testatoris, ac testium. *Item* populi circa testem, quem credebant esse liberum prodest, vt teneat testimonium.

Quanã ignorantia in delictis excusat.

Item ignorantiam in delictis quandoque reperio excusare, in quibus solus punitur dolus, vt ecce, si re commodata vel deposita à te, vtar aliter quàm accipiam. Item etsi in testimonio seruo meo A. scripsi, quem putabam alienum: Non enim punior; quia culpa etiam lata, in publicis accusationibus pro dolo non punitur: Sicut & econtrario excusor, si quę ascripsi seruo, quem putabam meum, sed erat alienus. Contrarium vero reperio in actione iniuriarum: Nam si facias mihi iniuriam, cum me putas alium esse quã sim, vel si credas me filium fa. esse, non tamen scias cuius, teneris. Ac in contractibus non excusat, vt si vendideris rem vitiosam quasi sanam, vel subiectam, vel quasi subiectam minoribus.

De His quæ fiunt mente alienata.

Cap. XXXVII.

Qua à mẽte capto fiunt non sunt imputanda.

Causa. 15. q. 1. Quòd autem ea quæ alienata mente fiunt non imputanda, facile videtur posse probari. Augusti. de vera religione. *Vsque adeo peccatum voluntarium malum est, vt nisi sit voluntarium, nullo modo sit peccatum. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est cum voluntate committi.* Sed obijcitur de Lamech, qui cum cæcus esset, Cain interfecit, nec eum excusauit cæcitatis infirmitas. Sed cæcitas ignorantiæ similis est. Ex vtraque enim quædam fiunt quæ imputantur, quædam vero quæ minimè. Cæcus nanque, si debitum suæ vxori se credens reddere, alienam polluit, non est reus adulterij: si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens alium perimat (quia ab eo, penitus hoc debet esse alienum) homicidij reus habetur. Mens vero alienata furore, cum sui compos non sit, reatum nõ contrahit, quia facultatem deliberandi nõ habuit.

Item Ambrosius in Examen. Neque enim si per furorem aliquis innocentem perimat, obnoxius morti est. *Idem in libr. de Paradiso.* Nec qui homicidium aliquod inuitus fecerit, extra ministerium Dei est: Siquidem lex ait de eo: *Quia Deus dedit illum in manus eius:* manus ergo eius instrumenti modo, diuinæ vltioni ministerium præbuerunt. *Gratianus.* Cum itaque qui inuitus hominem interfecerit, minister Dei sit: cum innocentem furore perimens, morti nequaquam obnoxius est; cum subito dementes eorum quæ faciunt reatum minime gestent; patet hunc sacerdotem minime reum esse homicidii; vnde nec sacerdotio priuari debet. *Obijcitur* autem illud quod inuenitur in pœnitentiali Theodori: Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est. Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit. Item obijcitur.

Obiect.

Solutio.

Sunt quædam quę etsi non imputẽtur ad pœnam, tamen impediunt Sacramenti signaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam, cui tamen obest ad Ecclesiæ munus accipiẽdum. Sic quæ mente alienata fiunt, etsi non imputantur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt. *Vnde Hieronym.* Si quis non iratus, sed propter disciplinam, aliquem verberauerit, vel alicui palmam dederit, & casu occiderit, sicut solet fieri: quantum ad gratiam innocens est, quia voluntatem non opus requirit; quantum ad legem autem reus est, quia opera quærit. Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens; sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad susceptι muneris executionem, reus probatur. His itaque respondetur; Non omnia quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt. Non enim potest ad sacerdotium prouehi qui aliquando insaniit, verumtamen si post susceptum ordinem, vel sacerdotium furere cæperit, non ideo sacerdotio carebit; nisi forte nunquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat.

Qui aliquãdo insanijt non potest ad sacerdotium promoueri.

De Contumelia.

Cap. XXXVIII.

Quid contumacia, & quanam ei pœna debeatur.

EX *summa iuris. Contumacia est erga iudicem vel prælatum inobedientia.* Pœna contumacis est, vt si fuerit absens ante litem contest. in causa criminali, secundum canones debeat excommunicari, vel suspendi: Secundum leges autem, bona eius annotantur & post annum fisco applicantur. In pecuniaria vero, si agatur reali actione, fiet missio in possessionẽ rei petitæ: Si actione personali, tũc fiet missio in possessionem bonorum ipsius absentis, secundũ modum declarati debiti. Sed si contumax infra annum venerit, & obtulerit cautionem standi iuri, recuperabit possessionem, solutis expensis misso in pos. Post annum autem non audietur, nisi super proprietate. Si vero causa sit talis, quod missio in pos. fieri non possit, puta si sit super aliquo iure, vel super matrimonio, tunc excommunicabitur absens. Porro si contumax fuerit post lit. contest. & in causa criminali, aut liquere poterit iudici de causa, aut non: si sic, ferret sententiam diffinitiuam in contumacem, alioquin ipsum excommunicabit. In ciuili vero vel quasi recipiet probationes præsentis, & condẽnabit contumacẽ diffinitiua sentẽtia, nec poterit appellare. Si autem liquere non potest iudici de causa, forte quoniã absens præsenti subtrahit copiam probandi, trãsferet in aduersarium possessionẽ, nec recuperabit eã rediẽs

Quid statuendum de contumaci in causa criminali.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Contumax in nó veniẽdo non auditur appellãs.

infra annum. *Illud* igitur in ſumma nota, quod qui propter contumaciam condemnatur, non auditur appellans, niſi veniret adhuc iudice pro tribunali ſedente. Hoc quidem verum eſt de contumace in non veniendo, contumax autem in non exhibendo, bene auditur appellans.

Extra. 2. de dolo & contu. Vrbanus. 3. Reum qui contumaciter à præſentia veſtra receſſit, iuratoriam coegiſtis exponere cautionem, quod coram vobis iuri pareret. Cumque die præfixa veſtro ſe conſpectui præſentaſſet, prętextu aduocati quem non habebat, reſpondere ſolita malitia recuſauit, tandem actore inſtante reſpõdit, quod 40. annis decimas de quibus erat contentio percepiſſet, varijſque excuſationibus vtens, in vocem appellationis prorupit, & contumaciter iuramento contẽpto receſſit. Ideoque mandamus quatenus ad conuincendam eius malitiam ſemel eum ad præſentiam veſtram conuocetis, & ſi venerit, finem imponatis negotio competentem. Quòd ſi venire contempſerit, cauſam (vtpote lite quæ ingeritur conteſtata) diffinitiua ſententia terminetis, vel prę ſenti ſaltem adiudicetis poſſeſſionem, ſeruata dũtaxat proprietatis quæſtione abſenti.

In caſu contumaciæ, actor eſt in poſſeſſione collocandus vt cuſtos quidem per annum, poſtea vt poſſeſſor.

Inno. 3. cum mandatur alicui vt ad certum terminum ſe iudici repręſentet, duo ſub hac forma mandantur; vt ad inuicem veniat, & ad diem ſibi præfixam accedat: vnde ſi venire non poſſit ad diem aſſignatam, tenetur nihilominus ſe iudici præſentare. Si enim mandatur alicui vt ad certum diem alij rem certam exoluat, non ideo erit à mandato ſolutus ſi ſoluere nequiuerit die dato; immo ad ſolutionem (elapſo ipſo etiam die ad ſolutionem præfixo) tenetur.

De Mittendo in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

CAP. XXXIX.

Dupliciter aliquis mittitur in poſſeſſionem.

EX *ſumma iuris.* Quia vero propter contumaciam mittitur actor in poſſeſſionẽ rei ſeruandæ, videamus quid iuris acquirat ex huiuſmodi miſſione; talis enim infra annum non poſſidet, ſed tantummodo cuſtos eſt. Sed hoc dicunt quidam eſſe verum in perſonalibus actionibus. In realibus autem miſſum dicunt ſtatim quàm cito mittitur poſſidere, ſed non incommutabiliter; quoniam infra annum poterit ei cautio offerri, & poſſeſſio recuperari. Secundum decretales autem videtur, quod nec in actione reali miſſus poſſideat. *Ille* quidem ex primo decreto miſſus dicitur, qui cauſa rei ſeruandæ in poſſeſſionem mittitur. *In ſecundo* vero decreto dicitur ille mitti, qui poſt excurſum anni, poſſeſſor conſtituitur. Igitur ex ſecundo decreto miſſus poſſeſſionem conſequitur, ex primo non.

Actor elapſo anno fit verus poſſeſſor rerum pro quibus agit, reo manente contumaci.

Extra ſecundo, de dolo, & contuma. Inno. 3. *in concil. gene.* Contingit interdum cum actori ob contumaciam aduerſæ partis adiudicatur (cauſa rei ſeruandæ) poſſeſſio, propter rei potẽtiam, ſiue dolum actor infra annum rem cuſtodiendam nanciſci non poteſt, vel acquiſitam amittit, & ſic (cum ſecundum multorum aſſertionem, verus non efficeretur poſt lapſum anni poſſeſſor) reportet commodum de malitia ſua reus. Ne igitur contumax melioris quàm obediens conditionis exiſtat, de canonica æquitate ſancimus, vt in caſu præmiſſo actor verus conſtituatur (elapſo anno) poſſeſſor. *Item ibidem de eo, qui mittitur in poſſ. cauſa rei ſeruan. Greg.* 9. Si aduerſarius tuus poſt citationis edictũ, ad remota loca ſe transferens, procuratorẽ legitimũ non dimiſit, & denunciatione publica facta domi, non apparet qui defendat eundem, iure petere potes, vt in poſſeſſionem terrarum, de quibus quæſtio vertitur, cauſa cuſtodiæ inducaris.

De Litigioſa rei ſequeſtratione.

CAP. XL.

Quid ſequeſter & ſequeſtratio, & ex quibus cauſis fit.

EX *ſumma Azonis. Sequeſter dicitur ille apud quem à pluribus, res quæ eſt in lite, ſiue de qua eſt controuerſia, deponitur;* ſic dictus ab eo quod occurrenti, & quaſi ſequenti eos, tes committitur. *Sequeſtratio eſt ipſa rei ſeparatio.* Interim enim dum apud ſequeſtrum eſt, nec actor, nec reus poſſidet, niſi hoc in ſequeſtratione actum eſſet, vt cuſtodiæ tantum cauſa depoſitio fieret. Si igitur de quolibet contractu pecunia poſtulatur, ſequeſtrationis neceſſitas conquieſcit; oportet enim primo debitorem conuinci, & ſic ad ſolutionem pulſari. Ex voluntate vero partium ſequeſtratio fieri poteſt, ſicut ex præmiſſis patet. Fit etiam quandoque ex neceſſitate; ſi de mobili re controuerſia ſit, & perſona rei ſuſpecta eſt, quod depopuletur fructus, vel quod rem diſſipatura ſit. Et fit etiam quandoque propter contumaciam non cauentis de collatione facienda. Quandoque vero propter conditionem perſonæ, vt ſi ſeruus de conditione ſeruitutis proclamat in liberum, & contra eum pronunciatum eſt; fit enim tunc ſequeſtratio rerum earum de quibus dubitatur, vtrum domini ſint, an eius qui ſe dicit liberũ.

Sequeſtratio permittitur in ſeptem caſibus.

Ex ſumma in. Sequeſtratio eſt eius rei quæ in lite eſt, vel eius fructus, à poſſeſſore ſeparatio. Hæc quidẽ prohibetur; quia quilibet in poſſeſſione exiſtens, in illa tuẽdus eſt vſque ad diffinitiuam ſententiam, & etiam poſt ſententiam infra decẽnium quo appellari poteſt. Permittitur tamen in ſeptem caſibus, ſcilicet in quatuor prędictis, & præterea quando poſſeſſor contumaciter eſt abſens, & hoc de miſericordia. Item quãdo libertus dicit ſe non debere operas. Item quando timetur ne ſcandalum aut violentia inferatur, ſi reus poſſideat. In his caſibus fit inuito poſſeſſore per iudicem ſequeſtratio. Ex voluntate vero poſſidentis fieri poteſt in omni caſu, quia poteſt ſi velit renunciare iuri ſuo.

In caſu diſſipationis bonorum poteſt fieri ſequeſtratio.

Extra 2. de ſequeſtratione poſ. & fructu. Innocen. 3. R. rector Eccleſiæ de Berruerya, ſua nobis petitione mõſtrauit, quod cum inter ipſum ex parte vna, & Abbatem & conuentum de Ceſtria ex altera, ſuper eadem Eccleſia corã Abbate de Sibiton & eius collegis quæſtio verteretur; iudices ipſi prædictos abbatem & cõuentum in poſſeſſionẽ ipſius Eccleſię, cauſa cuſtodiæ induxerunt, qui fructus medio tempore perceptos, pro ſuo diſtrahunt libito voluntatis. Quo circa Man. qua. ſi eſt ita, facientes fructus ſequeſtrari prædictos, ſi quid de ipſis per eos diſtractum inueneritis, in ſtatũ priſtinum reuocetis. *Gregorius* 9. ab eo qui à ſententia prouocauit fructus poſſeſſionis ſi diſſipentur, ab eo poſſunt lite pendente ſequeſtrari.

Quòd nihil innouandum ſit lite pendente.

CAP. XLI.

Lite pendente nil innouandum.

AVCTOR. Quod autem circa rem ſuper qua lis vel quæſtio mota eſt, lite pendente nihil innouandum ſit, vel immutandum, multis auctoritatibus comprobatur. *Extra. 2. vt lite pendente nihil innouetur. Alex. 3. Eboracenſi Archiepiſcopo.* Literæ prohibitionis noſtræ, quas ad petitionem Archiepiſcopi Cant. t. f. direxerimus, nullum tibi præiudicium faciant, quo minus tibi & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, more ſolito ante nos per totam Angliã deferre crucem, quouſque diffinitiua ſententia decernatur, an Eccleſia tua de iure debeat hoc habere.

Celeſt. 3. Laudabilem, *& infra.* Quæris quãdo matrimonium accuſare contingit, an ſtatim ſit carnale commercium ſuſpendendum? *& infra.* Ad quod breuiter Reſpon. quòd coniugum alteruter accuſatus, ante probatam accuſationem, iure quod habet in altero priuari non poſſit. *Inno.* 3. *Abbati, & conuentui Sãcti Silueſtri.* Eccleſia Sanctæ Mariæ in via lata contra I. de Ateza, qui quaſdam poſſeſſiones ipſius dicebatur contra iuſtitiam detinere, mouit ſub iudice quæſtionem. *& infra.* Prohibemus ne poſſeſſiones quæ ſucceſſerunt in locum & ius illarum, quas ab I. de Ateza Eccleſia Sanctæ Mariæ petierat, in monaſterium veſtrum ab eodem I. lite pendente tranſlatas, alienare interim

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

interim præſumatis; vt ſi Eccleſia Beatæ Mariæ de vitio litigioſi contractus, vel de proprietate voluerit experiri (ne ſi obtinuerit in iudicio in vanum laboret, monaſterio veſtro minime poſſidente) ſic quòd euincere valeat, & poſſidere.

Confirmatio Papæ ſuper rem litigioſã non impedit iudicis cognitionem.

Item titulo de confirmatione. Alex. 3. Si quis rei litigioſę confirmationem impetrauit ab ap. ſe. nõ minus iudex poteſt de cauſa cognoſcere, & eam fine debito terminare. Sed ſi rem tunc pacifice poſſidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non eſt licitum iudici de quæſtione poſtea exorta cognoſcere, aut eam diffinire, abſque ap. ſe. mandato.

De Litis conteſtatione.

CAP. XLII.

Quid litis conteſtatio.

EX *ſumma iuris.* Si vero non excipiat reus, vel in probatione exceptionum deficiat, cogitur ad reſpondendum actori, ideſt ad litem conteſtandam ſuper negotio principali. *Eſt autem Litis conteſtatio, ad negotij principalis apud iudicem narrationem, ſiue petitionem oppoſitam, ſubiecta reſponſio.*

Extra. 2. de lit. conteſt. Greg. 9. Inter Epiſcopũ Nouiomen. ex parte vna, & capitulum Sancti Quintini ex altera, ſuper quibuſdam iniurijs, excommunicationis ſententijs, & quibuſdam alijs articulis, materia quæſtionis ſuborta, *& infra.* Iudices factis quibuſdam poſitionibus, & reſponſionibus ad eaſdem, auditis etiam quæ partes voluere proponere coram eis, causã eandem ad examen ap. remiſerunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in noſtra præſentia conſtitutis, quamuis poſitiones & reſponſiones hincinde ſuper pluribus articulis factę fuerint coram iudicibus memoratis, quia inde litis conteſtationem non inuenimus eſſe factam, cum non per propoſitiones & reſponſiones ad eam, ſed per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſecutam conteſtatio litis fiat, proceſſum illorum iudicum, de fratrum noſtrorum conſilio, irritum duximus nunciandum.

Conteſtatio litis fit per petitionem vnius partis in iure propoſitam, & reſpõſionem alterius.

Ibidem. Vt lite non conteſtata, non procedatur ad receptionem teſtium, vel ad diffinitiuam ſententiam. *Inno.* 3. Si reus lite non conteſtata contumaciter ſe abſentat, taliſque ſit cauſa, quod actor poſſit in poſſeſſione rerum petitarum introduci, eſt in eadẽ cauſa cuſtodiæ introducẽdus. Quòd ſi cauſa talis fuerit, quod idem in poſſeſſione nequeat intromitti, vt iuri pareat eſt per cen. ec. contumax compellendus.

De Non procedendo ante litis conteſt.

CAP. *XLIII.*

In quibus caſibus poſſint admitti teſtes ante litis cõteſtationem.

LIte non conteſtata, non eſt ad receptionem teſtiũ procedendum, niſi forte de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna. In quibus caſibus, cum ciuiliter eſt agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, ſenes & valetudinarij, & alij teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, etiam lite non conteſt. ſunt proculdubio admittendi, ſiue pars conuenta ſit contumax, ſiue ſit abſens abſque malitia, vt conueniri non poſſit. Sed ſi actor non conuenerit aduerſarium, ex quo infra annum conueniri poterit; vel ſaltem receptionem huiuſmodi teſtium non denunciauerit illi atteſtationes ſic receptæ non valeant, ne forte hoc procuret in fraudem, vt proceſſu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ locum habere non poſſint.

Porro ſpeciales cauſæ poſſunt occurrere, in quibus caſualiter eſſet aliquid obſeruandum: vt verbi gratia; Si ſuper alicuius electione, vel copula maritali quæſtio moueatur, tunc etenim ne propter longam moram, in ſpiritualibus & temporalibus patiatur Eccleſia læſionem, vel viro ſiue mulieri fornicationis occaſio præbeatur, maxime cum propinquitatis gradus opponitur lege diuina prohibitus; In huiuſmodi caſibus ſi contumax apparuerit is in quem fuerit actio dirigenda, ſiue quia peremptoria citatione venire contemnit, ſiue quia malitioſe occultat ſe, ſiue quia impedit ne poſſet ad eum citatio peruenire; teſtes lite non conteſta. ſunt merito admittendi; & nihilominus ſi de cauſa liqueat, ad diffinitiuam ſententiã procedendũ

Quãdo procedẽdum ad ſententia lite non conteſtata.

Si vero aliter abſens fuerit, & agatur de ſpirituali coniugio inter Eccleſiam & prælatum iam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc articulo volumus obſeruari, quod ſuper expectatione talium perſonarum in ſacris canonibus eſt diffinitum. *Quod* ſi forſan agatur de ſpirituali coniugio contrahendo, is qui eſt in prælatum electus, per ſpatium ſex menſiũ expectetur. niſi penſatis negotij circumſtantijs, per ſuperioris prouidentiam magis vel minus fuerit expectandus.

Quadiu expectandus alter coniugum.

Si autem de carnali coniugio ſit agendum, tamdiu alteruter coniugum expectetur, donec de ipſius obitu præſumatur veriſſime; quia cum ſine culpa ſit abſens, vt ſi captiuitate, vel ęgritudine, aut alio iuſto impedimento forſitan teneatur; aut etiam propria, ſi nõ malitioſa voluntate, in remotis partibus moram faciat, vel de facili, vel in breui citari non poſſit, ei quidem præiudicari non debet, cum habeat exceptiones legitimas ad intentionem contrariam eligendam; eo nequaquam obſtante quod de lapſu carnis poſſet opponi, quoniam in coniugio multi caſus occurrunt, in quibus coniuges ſine culpa, ſed non ſine cauſa continere cogantur.

Sunt & alij caſus ſimiliter ſpeciales, in quibus abſque litis conteſt. legitime poſſunt teſtes produci, vt quando exceſſuum inquiſitio, vel teſtium publicatio imminet facienda. *In alijs* vero caſibus prudenter eſt attendendum, vtrum contumax actione reali aut perſonali conueniatur. *Si reali,* mittendus eſt actor in rei petitæ poſſeſſionem, vt tædio affectus reus veniat reſponſurus. Qui ſi venerit infra annum iudicio ſiſti, præſtita cautione, aut exhibita ſatisfactione congrua expenſarum, poſſeſſionem recipiet. Quòd ſi cautionẽ offerre neglexerit infra annum, actor poſt annum verus conſtituetur poſſeſſor, ſuper proprietate dumtaxat aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata.

Quomodo procedẽdum in contumacẽ in actione tum reali tũ perſonali.

Quòd ſi ſuper rebus immobilibus quiſque conueniatur, qui eas nomine poſſidet alieno, debet ſtatim in iudicio dominum nominare, certo dierum ſpatio à iudice finiendo, eoque ab eius notitiam producendo, vt vel ipſe veniens, vel idoneum dirigens reſponſalem, actoris intentionem excipiat. Si vero poſt tempus indultum, quod diſpoſitum eſt noluerit adimplere, tanquam lite quæ ingeritur ex eo die quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrumpendum præſcriptionem longi temporis conteſtata, dominũ poſſeſſionis iudex edictis legitimis euocabit, & hunc ipſo in eadem voluntate manente, negotium ſummatim examinans, in poſſeſſionem ipſarum rerum auctorem mittere non tardabit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione ſeruata.

Si autem ſuper perſonali actione conuenitur, mittendus eſt actor in poſ. mobilium bonorum ſuorum, vel immobilium, ſi forte nõ habeat mobilia, pro modo debiti declarati; vel in contumacem eſt Eccleſiaſtica ſententia proferenda; ita videlicet, qu odalterutra pœna quæ magis timeri debeat, iudex à principio ſit contentus; ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis: qui veniens infra annum, vel poſt annum etiam audietur, iuxta diſtinctionem notatam ſupetius in alio caſu.

De Abſentatione partium poſt litem conteſt.

CAP. XLIIII.

Quid faciẽdum in abſentia actoris vel rei.

EX *inſtrumento iuris.* Si lite cõteſta. abfuerit actor, vt reus multiplici dilatione fatigetur, & triennij metæ iam prope finem veniant, debet actorem iudex legitime citare, trinis edictis, per interualla decẽ dierũ (Iura vero Authenticorum per interualla 30. dierum)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& ſi non eſt ſufficienter actitatum de cauſa, abſoluat reum de obſeruatione iudicij, & actorē in legitimas expenſas condemnet. Si vero ſufficienter de cauſa diſputatum eſt, ſi viderit abſentem meliorem cauſam habere, reum ei condemnet, ſed de condemnatione omnes expenſas legitime à reo factas deducat; hæc enim pœna actori, etiam meliorem cauſam habenti, imponitur. *Si autem* reus contumaciter abeſt, & nihil adhuc ſufficienter actitatum eſt de cauſa, ex quo poſſit fieri certa coniectura; auditis etiam allegationibus præſentis, & abſente legitime citato, ſi venire diſtulerit, iudex non differat actorem mittere in poſſeſſionem. Si vero cauſa ſufficienter eſt actitata, tunc iudex contracto Hermodicio, abſente legitime citato, non dubitet proferre ſententiam; & pro abſente, ſi viderit eum meliorem cauſam habere, cum eius absē- B tia, Dei præſentia replebitur; vel contra eum, ſi viderit condemnandum, omni remedio appellationis abſenti contumaciter in hoc caſu denegato.

Ex. 4. libro, ff. Quibus ex cau. maio. 25. an. in inte. reſti. Paulus lib. 22. ad edi. Non autem negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitatibus rerū impeditis. *Vlpianus.* Reipublicæ cauſa tamdiu abeſſe quis videtur, quamdiu officio aliquo præeſt, quod ſi finitum fuerit officium, iam deſinet abeſſe reipub. cauſa. Sed tēpus ad reuertendum illi computabitur ſtatim atque deſiit reipublicæ cauſa abeſſe, donec reuerti in vrbem potuerit. Quòd ſi infirmitate impeditus, continuare iter non potuerit, habebitur ratio humanitatis, ſicuti haberi ſolet & hyemis tempore, nauigationis, & cæterorum quæ caſu contingunt. *Alfenus.* Non verè dicitur reipublicæ cauſa abeſſe eum, qui ſui priuati negotij cauſa in legatione eſt. *Vlpianus. libro 12. ad edi.* In vinculis autem etiam eos accipimus, qui ita alligati ſunt, vt ſine dedecore in publico parere non poſſint. *Regula iuris.* Abſentia eius qui rerum cauſa abeſt, nec ei nec alij damnoſa eſſe debet.

Quæ abſētia excuſabilis.

De Dilationibus.

CAP. XLV.

Dilationes ſunt multiplices.

EX *ſumma iu.* Dilationes quidem in iudicijs dantur à iure vel à iudice. Et earum quæ à iudice dantur, aliæ ſunt reſtitutoriæ, aliæ citatorię, aliæ deliberatoriæ, aliæ præparatoriæ, aliæ vero executoriæ. *Reſtitutoriæ* dantur poſt reſtitutionem eius qui fuerat ſpoliatus, & ſunt ſex menſium ad minus. *Citatoriæ* dantur ad cauſam vocatis, ſuntque trium menſium in prælatis, & XXX. dierum in alijs clericis. *Deliberatoriæ* dātur volenti probare; Suntque trium menſium, ſi probationes poſtulentur ex eadem prouincia, vel ſex mēſium ſi ex alia: porro 9. menſium ex tranſmarina. Executore vero condemnato dantur, vt mandet ſententiam executioni, ſuntque quatuor menſium: Hodie tamen omnes inducię dantur arbitrio iudicantis. D

Quando & quot dilationes poſſint concedi.

Ex 2. lib. ff. de ferijs, & dilationibus. Paulus libro quinto ſententiarum. In pecuniarijs cauſis omnibus, dilatio ſingulis cauſis plus quàm ſemel tribui non poteſt. In capitalibus autem reo tres dilationes, accuſatori duæ dari poſſunt, ſed vtrumque cauſa cognita. *Ex libro quinto Digeſto. De iudicijs. Caliſtratus. l Interdum.* Humanum eſt propter fortuitos caſus dilationes accipi. *Extra. 2. de dilationibus. Alex. 3.* Abbas & E monachi de Lu. timentes ſe iudicibus aggrauari, eo quòd ad primam citationem, terminum ſibi nimis breuem & peremptorium ſtatuerunt, ad noſtram duxerunt audientiam appellandum. *& infra.* Quia vero non ſpectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, maxime cum de rebus Eccleſiaſticis agitur, niſi forte neceſſitate ingruente, taliter maturare. Man. qua. ſi eſt ita, reuocato in irritum ſi quid inueneritis poſt appellationem huiuſmodi attentatum in cauſa, iuxta priorum tenorem literarum, &c.

Terminus peremptorius in rebus grauibus non eſt maturādus.

Item titulo de præſumptionibus. Bonifacius. Nullus autem dubitat, quòd ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum vt abſoluatur qui eſt innocens, quærit. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat. *Helinandus vbi ſupra.* Iuſtè inquit, quod iuſtum eſt exequeris, ideſt ſine acceptione perſonarum vel munerum, mox vt tibi liquebit de cauſa iuſta, de vtraque parte feres ſēntiam. Nam dum cauſa anceps eſt, protēlanda eſt ſententia, quia feſtinata iudicia pariunt pœnitentiā. Si igitur in iudicando periculum vitari non poteſt, nihil eſt vtilius quàm differri, ſi autē alterutrius litigātium periclitatur vtilitas, & rei difficultas moram nō exigit, iniquiſſimum eſt iudicium protelari. Proæſtimatione quidem iudicis tempus poteſt coarctari, & etiam dilatio prorſus denegari: Et amplius quam ſemel, ex iuſtiſſima cauſa danda non eſt.

Quando iudicium eſt differendum & quando non.

De Ferijs ſiue Vacationibus.

CAP. XLVI.

Dilationēsā iure data ſūt feria, & ha triplices.

EX *ſumma iuris.* Dilationes autem quæ dantur à iure ſunt feriæ, quarum aliæ ſunt ſolemnes, aliæ repentinæ, aliæ vero tēporaneæ. *Solennes* ſunt vt dies feſti. *Repentina* vero, ſicut ob natalem Imperatoris, vel ob rem proſpere geſtam, puta victoriam, vel aliud huiuſmodi inſtitutæ. In his itaque ferijs cauſæ tractari non debent, nec ſententia ferri; & ſi lata fuerit in die feriato, non tenet, niſi de conſenſu partium lata ſit. *Temporaneæ* vero feriæ ſunt, quę dantur frugibus colligendis, & ſunt duorum menſium, ſecundum varios C ſitus terratum, in quibus ſimiliter cauſæ tractari non debent.

Quando in ferijs validū ſit iudicium.

Ex digeſt. 2. libro de ferijs & dila. Solet meſſis vindemiarumque tempore ius dici de rebus, quæ tempore, vel morte perituræ ſunt, vt ait Vlpianus libro ſecundo ad edi. Morte, veluti furti, iniuriæ, damni, iniuriarumque atrocium, & qui de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuiſſe dicuntur, & ſi quæ ſunt ſimiles. Item ſi res tempore perituræ ſunt, aut actionis dies exiturus eſt, liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. *Paulus.* Præſides prouinciarum ex conſuetudine cuiuſque loci, ſolent meſſis vindemiarumque cauſa, tempus ſtatuere. *Vlpianus ad edi.* Lege cautum eſt, ne diebus feriatis iudicatū ſit, niſi ex voluntate partium. *Pau. libro 13. ad Sab.* More Romano dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur, ita quod in his. 24. horis, ideſt duabus dimidiatis noctibus, luce media actū eſt, perinde eſt quaſi quauis hota lucis actum eſſet.

In ferijs ſolēnibus ſeu feſtis diebus, ne quidem de conſenſu partium valet proceſſus, bene tamen in temporaneis.

Extra. 2. de ferijs. Gregorius 9. Quamuis non prorogari ſed expediri deceat quæſtiones, debet tamen iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti. Natalis ſcilicet Domini, ſancti Stephani, Ioannis Euangeliſtæ, Innocentum, ſancti Silueſtri, Circunciſionis, Epiphaniæ, ſeptem diebus Dominicæ paſſionis, cum ſeptem ſequentibus. Aſcenſionis, Pente. cum duobus qui ſubſequuntur, Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtę, feſtiuitatum omnium ſanctorum, & Virginis glorioſæ. xij. Apoſtolorum, & præcipue Petri & Pauli, Beati Laurentij, Dedicationis Beati Michaelis, ſolennitatis omnium Sanctorum, ac Dominicis diebus, cæteriſque ſolēnitatibus quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus, cum clero & populo duxerint ſolenniter venerandas, quibus vtique ſolennibus ferijs, niſi neceſſitas vrgeat, vel ſuadeat pietas, vſque adeo conuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia quam contingit in huiuſmodi diebus ſolennibus promulgari: Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarū & meſſium ob neceſſitates hominum indulgentur, pro cedi valeat, ſi de partium proceſſerit voluntate.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Treuga & Pace.

Cap. XLVII.

Quid treuga & pax & quinã treuga perpetua gaudeãt, qui temporali.

EX ſumma iuris. Ad officium quoque iudicis ſpectat inter diſſidentes facere treugam, pacemque ſeruari, vel reformari. *Eſt autem treuga, ſecuritas præſtita perſonis, ac rebus, diſcordia non finita; pax vero eſt diſcordiæ finis.* Quidam habent treugam perpetuam, ſecundũ l. vt clerici, monachi, peregrini, ruſtici quoque, & animalia quibus terra colitur. Quidam vero temporalem, vt ne quis in alium faciat inſultum, ſcilicet à veſpera quartæ feriæ vſque in exordium ſecundæ ferię. Ab aduentu quoque domini vſque in octauam Epiphaniæ, & à lxx. vſque ad octauam Paſchę, de feriis quidem hæc fortè ratio reddi poteſt: Quinta feria priuilegium treugæ habet, propter Dominicam aſcenſionem: Sexta propter Domini paſſionem: Sabbatum vero propter eius diei requiẽ: Dominica propter Reſurrectionem, & Spiritus Sancti miſſionem.

Dies treugarum ſunt obſeruandi in bello voluntario.

Hæc autẽ quæ dicta ſunt, in treugis canonicis obtinent. In treugis vero conuentionalibus id obſeruandum eſt, quod in datione treugę fuerit expreſſum: nã fides ſi promittatur, etiam hoſti ſeruanda eſt. *Itẽ* habent præmiſſa locum in bello voluntario, ſcilicet vbi princeps aliquis res ſuas iniuſte occupatas rehabere non poteſt, & vult eas prælio recuperare: talis ſiquidẽ non debet mouere bellum in prędictis diebus, ſed ſi inferretur alicui violentia, poſſet eam propulſare, etiã in die Paſchæ. *Ex decretis cauſa. vigeſima tertia, quęſtione octaua. Nicolaus Papa.* Si nulla vrget neceſſitas non ſolum in Quadrageſimali tempore, ſed etiã omni tempore à prælijs eſt abſtinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec Quadrageſimali tempore, pro defenſione tam ſua, quam patriæ, ſeu legũ paternarum, eſt bellũ proculdubio præparationi parcendum; ne videlicet Deum videatur homo tentare, ſi habet quod faciat, & ſuæ ac illorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Tẽpus treugarum canonicarum ſub pena excommunicationis obſeruãdarum.

Extra. primo de treuga & pace. Alexander tertius. Treugas à quarta feria poſt occaſum ſolis, vſque ad ſecundam feriam in ortu ſolis, ab Aduentu Domini vſque ad octauas Epiphaniæ, & à Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ ab omnibus inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Si quis autem treugas frangere prę-
D ſumpſerit, poſt tertiam monitionem ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus excommunicationis ſententiam dictet in eum, & ſcriptam vicinis coepiſcopis annunciet.

De Satiſdatione.

Cap. XLVIII.

Quid ſatiſdatio.

AVCTOR. *Satiſdatio eſt ſpecies cautionis, illa videlicet quæ fit per pignora vel fideiuſſores:* Nam cautio fit etiam per ſtipulationem, vt per ſimplicem promiſſionem, vel per iuramentum; aliquando tamen accipitur cautio ſtrictè, videlicet genus pro ſpecie. *Ex ff. 2. Gaius libro. 5. ad edi. prouinci.* Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam vt ſatisfacere dicimur ei cuius deſiderium implemus, ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui pro eo quod à nobis petijt ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faceremus, datis fideiuſſoribus.

Poſſeſſores immobilium non compelluntur ſatiſdare.

Paul. Si medio tempore inſignis (ideſt magna) calamitas vel magna inopia acciderit, cauſa cognita ex integro ſatiſdandum erit. *Marcel. lib. 1. de appel.* Sciendum eſt poſſeſſores immobilium rerum ſatiſdare non compelli, poſſeſſor autem is accipiendus eſt, qui in agro vel ciuitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut ex parte; Sed & qui vectigalem, ideſt emphyteuticum agrum poſſidet, poſſeſſor intelligitur. Item qui ſolam proprietatem habet, ſed non vſumfructum; nam eum
A qui vſumfructum tantum, Vlp. ait poſſeſſorem non eſſe. Occupati circa rem ruſticam, in forum compelendi non ſunt.

De Sacramento calumniæ.

Cap. XLIX.

HElinandus vbi ſupra. Ipſo autem iure cautum eſt, vt ſacrorum Euangeliorum ſcripturę terribiles, ante ſedem iudicis deponantur, ibique ab initio litiũ vſque ad finem permaneant, nec amoueantur niſi sẽtentia recitata, quo totius conſiſtorij latitudo, Dei ipſius repleta præſentia, omnibus ad ſacroſanctas ſcripturas metũ incutiat, & reuerẽtiam ad inquiſitionẽ veritatis, omniſq. iniquitas propulſetur. Itaque facta ſatisfactione, nihil aliud reſtat, niſi vt iuſiurandũ exigatur, tam ab eo qui intendit, quàm ab eo qui fugit, vt ne quid inter ſe calumnioſe expoſtulent. Sed & ipſi patroni cauſarum, quo fidelior poſſit fieri examinatio, ab ipſa conteſtatione litis, iuramento arctantur ad virtutem & fidem. Iurant enim quod cum omni virtute ſua, omni tempore, quod iuſtum & verum exiſtimauerint, clientibus ſuis inferre procurabunt, nihil ſtudij relinquentes, prout cuique poſſibile eſt; & quod ex induſtria ſua non protrahent lites; nam eas oportet à iudicibus infra biennium vel triennium terminari. *Iuſti. vbi ſupra. lib. 4.* Pro calumnia iurare cogitur, & actor, & reus, & vtriuſque partis aduocati.

Reus, actor, &c. debent præſtare iuramentum calũniæ ante litem conteſtatam.

Extra. 2. de iura. calum. Honorius 3. Cum in nonnullis patrum canonibus reperiatur, vt clerici omnino
C iurare non audeant, dignum eſt vt totus ordo clericalis à præſtando iuramẽto calumniæ ſit immunis. Item non abbas, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis, in quacumque cauſa, ſeu controuerſia criminali, ſeu ciuili, iuſiurãdum compellatur aliqua ratione ſubire. Sed alijs idoneis defenſoribus, ſi expedire Eccleſiæ ſuę viderint, officium huiuſmodi liceat delegare: verumtamen cum hac moderatione, vt Epiſcopus inconſulto Rom. Pont. vel quiſquis clericus inconſulto prælato ſuo, minime iurare audeat.

Clerici & religioſi non debent in iudicio iurare, preſertim per ſeipſos aut inconſultis ſuis prælatis.

Idem. Romana Eccleſia in his caſibus in quibus de decimis Eccleſiaſticis, & rebus ſpiritualibus tantum agitur, iuramentum calum. nec dare, nec recipere cõſueuit; eo quod tales cauſæ, non ex legum diſtinctio-
D ne, ſed ex canonum æquitate, finem debitum ſortiũtur. Canones autem iuramentum calumniæ in huiuſmodi cauſis nulli indicunt. *Euge. Papa.* In pertractãdis cauſis ſacramentum calumniæ paſſim præcipimus exhiberi. Sed cauſæ & principalium perſonarum qualitate inſpecta, quandoque per ipſas principales perſonas, quandoque per æconomos, qui cauſam omnino non neſciant, in animas iurantis illud præſtari præcipimus.

Quid calũnia, & iuramentum calũnia.

Ex ſumma iu. Tam in iudicio voluntario, quod arbitrabile dicitur, quàm in neceſſario (de quo hic agitur) iuramentum de calumnia frequentatur; ſic dictum, quia propter vitandam calumniam datur. *Eſt autem calumnia, certa ſcientia, petitio vel repulſio iniuſta. Itaque iuramentum calumniæ eſt, quando quis iurat*
E *ſe non calumniandi animo agere, vel reſpondere.* Præſtatur autem poſt lit. conte. vt ex confeſſionibus partium veritas magis eluceſcat.

De Eodem.

Cap. L.

In omnibus cauſis exceptis ſpiritualibus de calũnia iuratur.

IN omnibus itaque cauſis, exceptis ſpiritualibus, de calumnia iuratur. Debẽt autẽ iurare perſonæ principales. Itẽ tutor, æconomus, ſindicus, & actor; quia legitimam adminiſtrationem habent. Clerici vero ſi conueniantur Eccleſię nomine, iurant per æconomũ, vel ſindicum. Nam cum magna fuerit cauſa, & perſona æconomi depauperata, tunc enim iuratur in propria clerici perſona. Quando vero ſuper rebus patrimonialibus conueniuntur clerici, vel ſuper contracti-

Quando clerici in propria perſonã iurare debeant.

bus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bus habitis nomine ſuo, iurare debent in propria perſona. In cauſa autem adulti, qui eſt ſub cura, poteſt vel ipſe, vel curator iurare. In cauſa vero ciuitatis vel municipij, conſules vel rectores.

In iuramento calumniæ quinque continentur præcipue. Iurat enim pars vtraque, quod credat ſe iuſtam cauſam habere. Item interrogata, non negabit quod credit verum eſſe. Item quòd non vtetur ſcienter falſa probatione. Item quod dilationem fruſtratoriam non petet. Item quod pro hac cauſa, nec dedit aliquid, vel promiſit; neque dabit, aut promittet, niſi tantum aduocatis, vel alijs certis perſonis, quibus de iuris indulgentia præſtari licet. Hæc autem quinque, verſibus his potes comprehendere.

In iuramento calumnia quinque præcipue continentur.

Iſtud iuretur, quod iuſ ſibi iuſta videtur.
Et ſi quæretur, verum non inficietur:
Nil promittetur, ne falſa probatio detur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Qui vero iuramentum hoc præſtare noluerit, cadet à cauſa ſi actor fuerit, ſi reus habebitur pro conuicto, nec appellare poterit. Semel quidē in principio cauſæ præſtatur, & ad omnes exceptiones quæ in iudicio proponuntur, extenditur. Ante lit. conteſt. iurandū eſt. Item hæres illius qui moritur, in iudicio pendente cauſa debet iterum iurare, quia iuramenta non transferuntur in hæredes. In cauſa vero appellationis non iurabitur iterum, quia eadem eſt cum principali.

Qui nō vult præſtare iuramentū calumniæ perdit cauſam.

Nota.

In ſumma quoque nota, quod in iuramento calumniæ pater contra filium, & patronus contra libertum excipiuntur.

De Poſitionibus, & Probationibus.
CAP. LI.

Quales debeant eſſe poſitiones.

IVramento præſtito, quandoque fiunt poſitiones ab actore, quæ eſſe debent ſimplices, & non implicitæ, & purum factum continere debent; tales ſcilicet quod actor poſſit probare, ſi reus neget, & tales quibus probatis faciant ad negotium; nam impertinentes non debet iudex recipere. Quibus factis, ſi reus neget eas, producūtur teſtes ab actore ad minus duo, quia vnus regulariter non ſufficit quantęcumque auctoritatis ſit, qui iurare debent præſente aduerſa parte, quod puram veritatem dicent, nec pro odio, vel amore, gratia, vel timore dimittent. Contra quos, & eorum dicta poteſt reus dicere. Vnde poſtquam examinati fuerint à iudice, de veritate quam ſciunt, & quomodo ſciunt; aperiri debent eorum dicta. Et ſignanter dico ſciunt, quia teſtimonium de auditu, vel de credulitate, regulariter non valet. Eis vero apertis, fit copia reo atteſtationum eorū, & datur ei terminus ad dicendum contra; quo adueniente, poteſt dicere reus quod diſcordant. Nam ſi non concordant, & ſingulares ſunt in dictis, nihil probant: idem eſt ſi contraria dicant. Poteſt etiam dicere quod ſunt excommunicati, vel aliter criminoſi, & ſic eos repellere. Et nota, quod non ſolum per teſtes, ſed etiam per inſtrumenta poteſt actor probare ſi velit.

Teſtimoniū de auditu regulariter non valet.

Quid probatio & quotuplex.

Porro contra promptas rei negationes, neceſſariæ ſunt actori probationes. *Eſt autem probatio, rei dubiæ per argumenta quæcunque oſtenſio*; ſic dicta à probè aduerbio, quia probè agit qui probat. Illi ſiquidem incumbit probatio qui dicit, non ei qui negat; negantis enim factum per rerum naturam probatio nulla eſt. *Species* probationis ſunt ſex. *Prima* per rei euidentiā, vt ſi quis in adulterio fuerit deprehenſus. *Secunda* per famam. *Tertia* per præſumptionem. *Quarta* per iuramenti dilationem. *Quinta* vero per teſtes. *Et ſexta* per inſtrumenta. Ex his duæ poſtremæ probationes dicūtur proprię; reliqua vero impropriæ & tranſumptiuæ. In notorijs probatio non eſt neceſſaria. Item vera probatio vincit præſumptionem.

Præſumptioni ſtandum eſt donec probetur cōtrarium.

Helinandus vbi ſupra. Præſumptionibus ſtandum eſt, donec probetur contrarium, *probatio rei dubia eſt argumentum, iudici faciens fidem.* Iudici probandū eſt, præſente aduerſario, vel eo habito pro præſente; publica enim perſona ideo in medio poſita eſt, vt ei fidē faciamus. Nam aduerſario nunquam fidē facere poſſumus. Actori probatio incumbit vſque adeo donec intentio teneat, vel tenere videatur. Tenet intentio ſi reus confeſſus vel conuictus ſit. Tenere videtur, ſi reus dicit ſe ſuſcepiſſe quod alter aſſerit ſe ſoluiſſe, ſi de intentione conſtet, reus vel excipere vel elidere intentionem debet, alioquin ſoluere cogitur. Reo excipiēte, probare debet exceptionem, quemadmodum actor intentionem. Reus enim in exceptione actor efficitur. *Argumenta ſunt qua cauſam indicant, atque oſtendunt*, vt teſtes & inſtrumenta. Et indicia omnia recipienda ſunt, quæ lege non ſunt reprobata, vt domeſtica teſtimonia, vel inſtrumenta. Quædam ſunt quæ per ſe fidem non faciunt, cum alijs vero proſunt; vt vnus teſtis, & domeſticum inſtrumentum.

Quæ dicuntur argumēta.

Extra. 2. de probationibus. Alex. tertius. Quoniam apud nos conſuetum eſſe didicimus, vt cū aliquis intentionem ſuam fundauerit inſtrumētis aut teſtibus, ei ſacramentum nihilominus deferatur; quòd ſi ſubire noluerit, fides probationibus non habetur: Nos (cum tunc demum ad huiuſmodi ſit ſuffragiū recurrendum, cum aliæ legitimę probationes deeſſe noſcuntur) talem conſuetudinem reprobamus. *Inno. 3.* Cum per literas iudicis ordinarij (quibus ſtandū eſt donec probetur contrarium) nobis conſtiterit, quòd N. excommunicatus erat quando officium procurationis aſſumpſit, ipſum tanquam procuratorem non duximus admittendum.

Non eſt deferendū actori iuramētum, niſi legitimæ probationes deſint.

Idem Epiſcopo & Archi. Senonē. Cauſam matrimonij quæ inter N. iuuenē, & G. puellam Senonen. quæ ſe virginem & monacham profitetur, noſcitur agitari, *& infra.* Man. qua. puellam eandem ponatis in monaſterio illo interim quod intrauit, vt ibi ſecurè valeat commorari, donec iudiciali ſententia quid agi debeat decernatur; recepturi poſtmodum, non ſolum probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quę ad inueſtigandum ſigna virginitatis ex parte puellæ fuerint introductæ, verumetiam probationes alias hoc negotiū contingentes, quas pars vtralibet duxerit producendas. Et quia, vt dicit canon, *Sape manus fallitur, & oculus obſtetricum*: Volumus & mandamus, quat. ad hoc honeſtas matronas prouidas & prudentes deputare curetis, ad inquirēdum vtrum dicta puella virginitatis priuilegio ſit munita.

Quomodo probāda virginitas puellæ.

De Probatione negatiua.
CAP. LII.

In quibuſdā caſibus imponitur negāti probatio, quamuis negantis factum per rerum naturā probatio nulla ſit.

EX ſumma iuris. Licet autem ſuperius dictum ſit, quod negantis factum per rerum naturam probatio nulla ſit; in quibuſdam tamen caſibus imponitur neganti probatio, ſcilicet ſi præſumptio ſit pro actore. Verbi gratia: Si duo ſimus filij patris vnius, & tu poſſideas omnes res hæreditarias, dicaſque me nō debere aliquam rem ex illis habere, debes probare negatiuam. *Item* ſi negatio in ſe implicitam habeat affirmationem. *Item* ſi reus ſponte ſubire velit negatiuæ probationem; tunc enim mos ei gerendus eſt. *Item* ſi ius negetur. Qui enim dicit aduerſarium ſuum à iure prohibitum, probare tenetur. *Item* vbi in defectu probationum fit delatio iuramenti; tunc enim reus ſacramento ſuo probat ſuam negationem. In exceptionibus etiam cum reus efficiatur actor, probare tenetur exceptionem.

In omni iudicio per viros idoneos acta debent conſcribi vniuerſa.

Extra. 2. de probationibus. Inno. 3. in concil. generali. Quoniam contra falſam aſſertionem iniqui iudicis, innocens litigator quandoque non poteſt veram negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio; ne tamen falſitas veritati præiudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati; ſtatuimus, vt tam in ordinario iudicio, quàm in extraordinario, iudex ſemper adhibeat, aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant; videlicet citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, & interrogationes; confeſſiones, teſtiū depoſitiones, inſtrumentoiū productiones,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones, &c. quæ occurrerunt competenti ordine conſcribenda, loca deſignando, & tempora, & perſonas, & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur; ita quod originalia penes ſcriptores remaneant, vt ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hoc poſſit veritas declarari; quatenus adhibito moderamine, ſic honeſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quòd per improuidos & iniquos, innocentium iuſtitia non lædatur.

Cui probationi ſtandum ſit, cum duæ ſibi obuiant

CAP. *LIII.*

Quid faciendũ quãdo probationes apparent iudicij æquales.

Standum eſt priori probationi cæteris paribus.

Negatiua probatio extante affirmatiua contraria, admittenda nõ eſt.

Nota

Lvcius. 3. Scire autem debes, quod iudicium finitum regendorum tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices duorum habeat, videlicet actoris & rei. Vnde hincinde teſtes produci poſſunt ad cognitionem iudicis inſtruendam, quibus examinatis, iudex quos præcellere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittat. Quòd ſi ambarum partium teſtes ſunt æquè idonei, poſſeſſoris teſtes præferantur, cum promptiora ſint iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandum; præterquam in libertatis cauſa, in qua ſi vtriuſque partis teſtes æquales fuerint, pro libertate ſententia proferatur. Nam poſſeſſori probationem aliquando dari, iuris eſt manifeſti, cum iure cautum ſit, quod qui obiecerit præſcriptionem longiſſimi temporis, quam nemo recte objcit niſi qui poſſidet, & eam probauerit, in cauſa debeat obtinere.

Clemens 3. Iurauit quidam (vt aſſeris) ſe quandam in vxorem legitimam accepturum, quam cum vellet traducere, quidam iuramentis ſecundum morẽ exhibitis, legitimè probauerũt ipſos in quinto conſanguinitatis gradu ſibi inuicem attinere. Quia vero requiſiſti à nobis quid agendum ſit, cum quidam alius probare velit contra prædictam probationem, iuramentis canonicis factam, & partibus publicatam, nullo eos ſe conſanguinitatis gradu contingere. R. quod ſtandum eſt probationi priori.

Inno. 3. Sacerdotes & clerici Daciæ Regni, legi per quam negatiua probatur, temerè innitentes, à criminibus, quæ probari teſtibus poſſunt fide dignis legitimè contra eos, reputantur inſontes, ſi ſe ſuper his purgare valeant quoquo modo, *& infra.* Volentes igitur vt hæc peſtis contraria omni iuri, penitus extirpetur à clero: Mandamus quat. in huiuſmodi probatione negatiuæ, dum tamen poſſet affirmatiua ex aduerſo probari, neminem audiatis. *Idem* Nimis indignum eſt, iuxta legitimas ſanctiones, vt quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. *Ex ſum. iu.* In ſumma vero nota, quòd ſi teſtes inducuntur ad probationem negatiuam factam, non valet probatio talis. Vnde ſi probet actor duobus teſtibus affirmatiuã, & reus alijs duobus negatiuam directe, præualent teſtes actoris; ſi autem indirectè, præualent teſtes rei.

De Teſtibus eligendis.

CAP. *LIIII.*

Quid teſtes & vnde dicti.

Teſtis nil po eſt recipere proteſti. monio vltra expenſas.

Isidorus. lib. 5. Teſtes ſunt, à quibus quæritur veritas in iudicio, quos quiſque ante iudicium placiti ſibi alligat, ne cui ſit poſtea libertum aut diſſimulare, aut ſubtrahere ſe; ſic dicti, eo quod teſtamento ſolent adhiberi, ſicut ſignatores, quia teſtamentum ſignant.

Ex ſum. de caſibus. Teſtis debet eſſe communis perſona (ſicut iudex) & pro vtraque parte dicere puram, & meram veritatem, quam ſcit de facto ſuper quo inducitur. *Item* nihil debet recipere pro teſtimonio ferendo: Nam ſententia, ſicut non debet eſſe venalis, ita nec teſtimonium. Auguſti. *Cum iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta ſunt, nec vera, ſunt vendenda, iniqua & falſa vendũtur; multo ſcelere vtique pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam, quamuis à volentibus, datur.* expẽſas tamen poteſt teſtis recipere ab illo qui eum producit. Item vbi videt proximum rem ſuam amittere, propter defectum probationis, quaſi neceſſitate cogente, debet tunc ferre teſtimonium veritati, alias peccat. Auguſt. *Quiſquis metu cuiuſque poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum.* Immo in tali caſu etiam priuilegiatę perſonæ, vt ſacerdotes, cogendi ſunt iurati teſtimonium dicere, ſi talis ſit cauſa, in qua liceat eis ferre teſtimonium, non enim liceret in cauſa ſanguinis. Prẽter iſtum tamen caſum, sũt alij ſex caſus, in quibus debet etiam ſacerdos vel clericus iurare, necnon laicus, videlicet pro recta fide, pro obedientia, pro pace, pro indemnitate Eccleſiæ, & cum abſoluitur ab excommunicatione, & cum infamatus debet ſe purgare.

In caſu neceſſitatis quilibet tenetur ferre teſtimonium; etiam clerici in ſex alijs caſibus.

Exira. de teſtibus & atteſt. Ex concil. Macienſi. Placuit ſancto conuentui vt teſtes non conducantur pretio, & vt quicunque idonei & fideles in teſtimonium aſſumantur; & vt nullus teſtimonium dicat niſi ieiunus. *Honorius.* 3. Nullius teſtimonio, quantumcunque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præiudicium debet credi. *Extra. ſecundo de confirmatione. Inno. tertius.* Iure ciuili ſtatutum eſt, vt quando periculum teſtium formidatur, ne veritas occultetur, & probãdi copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, etiam lite non conteſta. teſtes valetudinarij, & alij de quibus aliqua cauſa rationabili timetur, ad teſtimonium admittantur.

Teſtis debet eſſe iuratus, & olim ieiunus.

De Teſtium productione.

CAP. *LV.*

Quid debeat teſtis iurare.

Ex ſumma iuris. Producendi autem ſunt teſtes in iudicio regulariter poſt litis conteſtationem, producti iurare debent quod veritatem dicent, quam in illa cauſa nouerint, & quod falſum non admiſcebunt; quod teſtimonium pro vtraque parte dicent. In cauſa quoque matrimoniali iurare debent, quod non venerint ad teſtificandum odio, vel gratia, vel timore. Debent autem inquiri teſtimonia de cauſis proprijs, loco, tempore, auditu, ſcientia, credulitate, fama, certitudine. *Dixerunt* tamen quidam teſtimonia de auditu non valere: ſed contrarium verum eſt, quoniam in omnibus contractibus qui contrahuntur ex conſẽſu, teſtimonium de auditu valet: denique valet in cauſa matrimoniali. *Item* in ſolutione pecuniæ; *Item* in memoria facti operis: *Item* vbi dubitatur de baptiſmo alicuius. *Item* de voluntate obmutescentis in articulo mortis.

In quibus caſibus valeat teſtimonium de auditu.

Et nota, quod qui teſtes producit, eos debet interim ſuis ſumptibus procurare. Productione vero facta, publicantur atteſtationes, & ſuper illis publicè diſputatur. *Et nota*, quod publicatis atteſtationibus nec à reo, nec ab actore poſſũt vlterius produci teſtes. Hoc verum eſt in illo articulo, in quo publicatæ ſunt atteſtationes: in alijs vero poſſunt, & in cauſa appellationis ſimiliter. Fallit etiam hoc in cauſa matrimoniali, in qua in eodem articulo producũtur. Sunt autẽ tres productiones quæ fieri debent infra vnã dilationem. Quarta vero nõ permittitur, niſi iuret is qui vult eã facere, quod nõ didicit teſtificata per ſe, vel per aduocatum, nec dolo poſtulet quartam productionẽ.

Publicatis atteſtationibus non poſſunt amplius produci teſtes in illo articulo.

Extra. 2. de teſtibus & atteſta. Greg. 9. Vltra tertiã productionem non debẽt teſtes in cauſa produci, niſi præſtito ab eo qui poſtulat iramento, quòd neque per ſe; neque per alium teſtificata ſubtraxerit, vel fuerit percontatus, neque per dolum vel artem aliquam, quartã productionẽ expoſcat, ſed quia quos deſiderat de nouo producere, prius habere nequiuit. *Cauſa.* 3. q. 9. *Calixtus Papa.* Teſtes per quãcumque ſcripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentes de his quæ nouerunt & viderunt teſtimonium veraciter dicant:

Non admittitur teſtiũ productio niſi ſub certo iuramento.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nec de alijs cauſis vel negotiis teſtimonium proferãt, niſi de his quæ ſub eorum præſentia acta eſſe noſcuntur. *Gratianus.* De his quæ audierunt, ſi ad hoc vocati ſunt, in ciuili cauſa teſtimonium dicere poſſunt.

De his qui à teſtimonio repelluntur.

CAP. LVI.

Septẽ cõditiones in teſte requiruntur.

EX ſumma iuris. Teſtes eſſe poſſunt quicũque non prohibentur. In his enim 7. conſideranda ſunt, quæ verſibus his notantur.

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama.
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires.

Conditio requiritur, quia ſeruus à teſtimonio repellitur, ne metu dominantium ſupprimat veritatem. Et hoc niſi deficiant probationes, tunc enim poterit interrogari, vel ſi quæratur de facto ſerui, puta ſi per eũ ſit depoſitum, non tamen admittitur contra dominũ. *Sexus* quoque requiritur, quia fœminæ in criminali repelluntur, in ciuili admittuntur. *Ætas* autem, quia minor quatuordecim annis non admittitur in ciuilibus, nec minor 20. annis in criminalibus. *Diſcretio* quoque, quia furioſus & mente captus repellitur à teſtimonio, ſicuti à iudicandi officio. *Fama* vero, quoniam infamis repellitur. *Item* fortuna, quia ſicut in accuſando, ſic & in teſtificando pauper ſuſpectus habetur. *Fides* quoque, quoniam infidelis contra infidelem non admittitur. Præter hæc etiam repelluntur conſanguinei illius, pro quo debet teſtimonium ferri. Inſuper & ipſius domeſtici, & ipſius etiam aduerſæ partis inimici.

Cõſanguinei domeſtici, & aduerſæ partis inimici, teſtes eſſe non poſſunt.

Cauſa. 4. quæſt. 5. Calixtus Papa. Conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes. Sed ſi voluerint, & inuicem conſenſerint, inter ſe parentes teſtificentur, & non in alios. *Item Anacletus Papa.* Accuſatores & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum diem, aut nudiuſtertius inimici fuerint, ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus ergo & accuſatorum & teſtium affectus quærendus eſt, & nõ ſuſpectus. *Item Pontianus Sanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.* Suſpectos aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non ſunt bonæ conuerſationis, accuſatores eſſe & teſtes Apoſtoli prohibuerunt.

De Eodem.

CAP. LVII.

Quinam à teſtimonio repellendi.

CAuſa. 4. quæſtio. 2 & 3. Ex Concil. Carthag. Illos ad teſtimonium nõ admittendos eſſe cenſemus, qui nec ad accuſationem admitti iuſſi ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. *Item* infra annum 14. ætatis ſuæ conſtituti non admittantur. *Item* in criminali cauſa produci teſtis non poteſt, qui antea in eum reum teſtimonium dixerit. *Item lege Iulia. de vi.* Cauetur ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceret, qui ſe ab eo parenteve eius liberauerit, quive impubes erit, quive in iudicio publico damnatus erit, quive in vinculis, cuſtodiave publica erit, quive eorum reſtitutus in integrum non erit, quive ad beſtias vt depugnaret ſe locauerit, quive palam quæſtum facit, feceritve; quive ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepiſſe iudicatus vel cõuictus fuerit. *Item* idonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt vt teſtes fiant. In teſtem idoneus pater filio, aut filius patri non eſt. *Item* nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur. *Item* parentes & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes etiam ad teſtimonium admittendi ſunt. *Item* ſerui neque pro domino, neque aduerſus dominum, ſed pro facto ſuo interrogari poſſunt.

Domeſtici à prælatis eccleſiæ poſſunt in ciuilibus vt teſtes produci.

Cauſa. 14. quæſtione ſecunda. In criminali enim cauſa non licet teſtem de propria domo produci, in ciuili autem prælatis Eccleſiæ licet. *Vnde Paſchalis. 2.* In criminali quidem accuſatorum & teſtium illa diſtinctio obſeruanda eſt, quæ in canonibus continetur, neque ad probationem domeſtici aſſumantur. Cæterum in negotio poſſeſſionum, vel huiuſmodi, hi potiſſimum aſſumendi ſunt, qui eadem negotia tractauerunt, de quorum auditu & viſu hæſitatio eſſe non debeat. In conficiendis autem inſtrumentis ſecularium negotiorum, presbyteri nõ vocentur ad teſtimonium: Sed ſi caſu contractui eos interfuiſſe acciderit, iubente Epiſcopo teſtimonium dicant.

Extra. 2. de teſtibus & at. Alex. 3. Vtrum teſtes ſint reprobandi in cauſa criminali, vel ciuili, quibus ab aduerſa parte crimina opponũtur? Reſpondemus, quod ſi etiam ante non ſunt conuicti vel confeſſi de criminibus illis, dummodo inde conuincantur, in teſtimonium non debent admitti. *Idem.* Laicos in accuſationem vel teſtimonium contra clericum, in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocetur; niſi forte ſuã vel ſuorum iniuriam proſequantur; nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

Laici non poſſunt eſſe, teſtes contra clericos.

Idem. Teſtimonium Chriſtianorum aduerſus Iudæos, in omnibus cauſis, cum illi aduerſus Chriſtianos teſtibus ſuis vti præſumant, recipiendum eſſe cẽſemus; & anathemate feriendos eſſe decreuimus, quicumque Iudæos Chriſtianis voluerint in hac parte præferre; cum eos Chriſtianis ſubiacere oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foueri. *Gregorius 9.* Non debet quis in criminibus (niſi forſitan in exceptis) ad teſtificandum admitti, pendente accuſatione de crimine contra ipſum; cum etiam accuſati, niſi ſe probauerint innocentes, ab accuſatione, ac ſuſceptione ordinum repellantur.

Accuſati de crimine non poſſunt eſſe teſtes donec purgentur.

De Infamibus repellendis.

CAP. LVIII.

Qualia crimina reddũt hominem ineptum ad teſtificandũ.

AVCTOR. Infames non ſolum ab accuſatione, ſed etiam à teſtimonio repelluntur, ſicut ex multis auctoritatibus colligitur. *Cauſa tertia, quæſtione quinta. Euſebius Papa.* Cõſtituimus cum omnibus qui nobiſcum ſunt Epiſcopis, vt homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, periuri, & qui raptum fecerint, & qui falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſortilegos diuinoſque cõcurrunt, ſimileſque eorum, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi; quia infames ſunt iuſtè repellendi, quia funeſta eſt vox eorum.

Infamia variis modis irrogatur.

Eadem quæſtione ſeptima. Gra. Porro infamia multipliciter irrogatur, aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per ſententiam, aliquando genere pænę; ſicut illi qui damnantur in opus publicũ, & qui priſtinũ ſtatum obtinẽt, ſed dãno infamię etiã poſt impletum tempus ſubijciuntur. Helinandus vbi ſupra. *Fama, ſiue exiſtimatio, necnon opinio, eſt illæſæ dignitatis ſtatus, à natura tributus, cuius merito quis ea poteſt quæ homini permiſſa ſunt, legibus & moribus cõprobatus, nec in aliquo imminutus. Infamia eſt famæ priuatio, & commaculatio.*

Infamia notati.

Ex. ff. libro tertio de poſtula. parag. ait prator. Si quis famoſo iudicio condemnatus, per in integrum reſtitutionem fuerit abſolutus, Pomponius putat hunc infamia eximi. *Iulia. lib. ad edictum.* Prætoris verba dicũt, *infamia notãtur, qui ab exercitu ignominiæ cauſa, ab Imperatore, eove cui de ea re ſtatuendi poteſtas fuerit, dimiſſus erit; qui artis ludicræ, pronunciandive cauſa, in ſcenam prodierit; qui lenocinium fecerit; qui in iudicio publico, calumniæ prævaricationiſve cauſa, quid feciſſe iudicatus erit; qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo & fraude, ſuo nomine damnatus, pactuſve erit: Marcel. in libro publicorum.* Idem ſtus fuſtium infamiam non importat. Sed cauſa propter quam id pati meruit; ſi ea fuerit, quæ infamia in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

damnato irrogat. In cęteris vero generibus pœnarum, eadem forma ſtatuta eſt.

De Numero teſtium legitimo.

CAP. *LIX.*

In quibus caſibus requirantur plures teſtes quam duo.

EX *ſumma iuris.* Debent autem teſtes ad minus eſſe duo, *quia in ore duorum*, & cæte. In quibuſdam tamen caſibus plures requiruntur; vt quando præſul, vel cardinalis accuſatur. *Item* quãdo infamatus de crimine debet ſe purgare. *Item* in teſtamentis, vbi ſeptem teſtes requiruntur ſecundum leges, quæ tamen videntur mutatæ per decretales, *extra. de teſta.* vbi expreſſe dicitur, quod etiam in teſtamentis ſufficiunt duo teſtes, aut tres; vel dici poteſt illas decretales eſſe reſtringendas ad pias cauſas; vt ſi in teſtamento, vel codicillis, aliquid legaretur pauperibus Eccleſijs, vel alijs pijs locis, quantum ad illa valerent, & cum duobus aut tribus teſtibus. Porro effrænata multitudo teſtium eſt à iudice coarctanda.

Sufficit vnus teſtis quando nõ agitur de alicuius præiudicio, & etiam in quibuſdam alijs caſibus.

In nulla vero cauſa ſufficit vnus teſtis, quantæcumque ſit dignitatis; quoniam ad probationem vel fidem faciendam, vox vnius, vox nullius. In omnibus tamẽ illis caſibus vnius teſtimonio creditur, in quibus præiudicium alteri non infertur. Vt ſi dubitetur an aliquis baptizatus ſit, & appareat ſuper hoc vnus teſtis, ſufficit. Idem eſſet ſi de conſecratione Eccleſiæ dubitaretur. Et ſimiliter in conſimilibus. *Item* iuramento vel teſtimonio vnius creditur, in cauſa denunciationis, in cauſa ſimoniæ, in reuocatione procuratoris, in eo qui dicit ſe cognouiſſe illam quam conſanguineus eius vult ducere. *Item* in matre, quæ confitetur contra matrimonium filiæ ſuæ. *Item* in clerico verberato, & in eo qui paſſus eſt ablationem rerum ſuarum.

Contra præſulem requiruntur 72. teſtes, contra Cardinalem 60.

Cauſa 2. q. 5. Sylueſter Papa. Præſul non damnetur, niſi cum 72. teſtibus, Presbyter autem cardinalis, niſi 60. teſtibus nõ deponatur. Diaconus cardinalis vrbis Romæ niſi 60. teſtibus nõ cõdẽnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorciſta, lector, oſtiarius, niſi in ſeptem teſtibus non condemnabuntur. Teſtes autem & accuſatores ſine aliqua ſint infamia. *Idem Leo* 4. Nullam damnationem Epiſcoporum vnquam eſſe cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum epiſcoporum, qui ſit per 12. epiſcopos; aut certe probata ſentẽtia per 70. idoneos teſtes, qui tales ſint qui & accuſare poſſint, & prius ad ſacra Chriſti quatuor Euangelia ſacramenta præſtent, quod nihil falſum depromant. Sed hoc vel ſpeciali priuilegio de clericis Romanæ Eccleſiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorundam, qui cum non ſint ſpectatæ vitæ & ſcientiæ, in accuſationẽ miniſtrorum Dei repente proſiliunt. Quorum vero vita adeo laudabilis eſt, vt omnibus imitanda appareat, de quorum aſſertione nulli dubitatio naſci poterit, eorum teſtimonio duorum vel trium teſtiũ, quilibet iure conuinci, & damnari poterit.

Sufficiũt cõtra quẽquã duo vel tres teſtes valde laudabilis vitæ.

Cauſa. 4. q. 2. Vnius teſtis reſponſio omnino non audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat. Sed objicitur illud Beati Briccij, qui voce pueri 30. dies ab ortu habentis, innocens probatus eſt. Sed miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda. *Extra. de teſtibus & atte. Inno.* 4. Inhibemus ne vnius iudicis quantæcumque ſit auctoritatis verbo credatur in cauſis, ſiue ſuper teſtimonijs, ſiue quibuſdam alijs contractibus quæſtio agitetur. nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, eam obtineat firmitatem, quin ei poſſint & debeant, duorum vel trium teſtium bonorum teſtimonia præualere, ſalua tamen ap. ſe. auctoritate.

Inſpicienda eſt vtrinque qualitas non multitudo teſtium.

IDEM. Ad multitudinem tantum reſpicere non oportet, ſed ad teſtium qualitatem, & ad ipſorum depoſita, quibus potius lux veritatis aſſiſtit, ex quibus motum animi ſui conuenit iudicem informare. Si ergo teſtes ex parte monachorum producti, tantæ præeminentiæ fuerint, quod eorum auctoritas aliorum ſit merito multitudini præferenda, ab impetitione Archid. abſoluatis eoſdem. *Idem.* Monachi vero de ſuis fratribus ac conuerſis, teſtes in cauſis proprijs producere abſque iuramenti exhibitione non poſſunt, niſi forſitan à parte remittatur aduerſa.

De Variatione atteſtationum.

CAP. LX.

Diuerſitas teſtiũ quinque modis obeſt teſtimonio.

EX *ſumma iuris.* Sunt autem quinque, quorum diuerſitates obſunt teſtimonio, & notantur hoc verſu. *Res, perſona, locus, gradus, ſint conſona, tempus. Res* quidem, quia cum vnus dicit de vna re, & alius de alia, vbi res petitur; vel vnus dicit de facto vno, & alius de alio, vbi de facto quæritur; non valet eorum teſtimonium, cum ſinguli ſint in teſtimoniis ſuis ſingulares. *Perſona* vero, quia cum agitur in perſonam alicuius, vel quæritur de facto perſonæ, & vnus dicit de vna, alius de altera; non valet ſimiliter eorum teſtimonium ratione præmiſſa. *Gradus* autem, quia cum agitur de conſanguinitate, & teſtes variantur in graduum computatione, ſimiliter non valet. *Locus* etiam reddit teſtimonium diſſonum, ſicut patet per exemplum in Daniele. *Similiter & tempus*, vt ſi vnus vno tempore, & alius alio dicit ſe vidiſſe.

In facto iterabili nõ nocet diuerſitas loci aut temporis.

Hoc tamen intelligunt quidam in facto non iterabili, ſicut in homicidio. Nam in facto iterabili ſicut eſt adulterium, dicunt diuerſitatem loci vel temporis non nocere, quia qui in huiuſmodi diuerſificantur, & ſi non probant idem adulterium, probant tamen illum eſſe adulterum, contra quem ferunt teſtimonium. Porro ſi vnus dicit in die dominico, & alius hora 9. talis diuerſitas in tempore non nocet: quia dictum ſecundi continetur ſub dicto primi: Similiter & de loco. *Item* in facto durabili non nocet diuerſitas temporis, vt ſi dicat vnus ſe vidiſſe epiſcopum celebrare miſſam in diæceſi alterius epiſcopi in hora tertia, & alius dicat quod in hora 6. quia factum illud in tantum durare ſolet. Idem etiam in ſimilibus.

Teſtis ſibi vel alteri cõtradicens nõ probat.

In ſumma vero nota circa diuerſitates ſiue contrarietates teſtium, quod ſi teſtis vnus contradicat ſibi, non valet eius teſtimonium. Si autem alteri, neutrius valet, cum ſint in teſtimonijs ſuis ſingulares. Si vero pluribus, valebit plurium teſtimonium, ſiue ſint ab vna & eadem parte producti, ſiue diuerſis. Quidam autem dicunt, teſtes ab eadem parte productos, fidem ſibiinuicem derogare, ſicut in inſtrumentis contingit. ſed in inſtrumentis aliud eſt, quoniam illa poſſum inſpicere antequam ea producam; De teſtibus autẽ neſcio quid teſtificaturi ſint.

Quid in contrarijs maximè conſiderandum.

Cauſa 3. q. 9. Ambro. in lib. de Paradiſo. Pura & ſimplex teſtimonij ſeries intimanda eſt: Plerumque teſtis dum ad ſeriem geſtorum aliquid ex ſuo adiicit, totam teſtimonii fidem partis mendacio decolorat: nihil ergo quod etiam bonum videtur, addendum eſt.

Cauſa. 3. quæſtio. 2. Si teſtes omnes eiuſdem honeſtatis & æſtimationis ſint, & negotij qualitas ac iudicis motus cum his concurrerit, ſequenda ſunt omnia teſtimonia. Si vero ex his quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero, credendum eſt quod naturæ negotii conuenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ ſuſpicione caret; confirmabitque iudex motum animi ſui, ex argumentis & teſtimoniis, & quæ rei aptiora, & veritati proximiora eſſe comperit. In teſtibus, fides, dignitas, mores, grauitas examinanda eſt; & ideo teſtes qui aduerſus fidem ſuæ teſtationis vacillant, audiendi non ſunt. Item in teſtibus conſiderandum eſt, ſi ſimpliciter teſtimonium dicant, vtrum vnum eundemque meditatum ſermonem aſſerant, an ad ea quæ interrogantur ex tempore, veriſimilia reſpondeant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A

De receptione testium in causa matrimonij.

Cap. LXI.

EX *summa iuris*. In causa matrimonij duo testes sufficiunt, sicut & in cæteris causis. *Extra. 2. de testibus & atte. Gregorius* 3. Quoties aliqui propter cognationem propinquitatis separari petunt, duobus vel tribus testibus adhibitis, qui de ea consanguinitate supersint, vel totidem senioribus & melioribus eiusdem loci, idem debet legitimè comprobari. Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento, vt iurent se non priuato odio, neque amicitia, neque pro aliquo commodo quod habuerint, vel habent, vel habituri sunt, ad iurandum inductos; & sicut ipsi B dicunt, rei veritatem accepisse à maioribus suis, & credere ita esse.

Duplex testiũ iuramentũ in matrimonialibus.

Alex. tertius. Vtrum viro negante se mulierem affidasse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possint ad testimonium recipi? Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum mater filiæ incrementum & honorem videtur diligere, vbi vir superior est diuitijs, nobilitate, & potentia, vel honore, testimonium eius videtur esse suspectum, & ideo non est aliquatenus admittendum. *Idem*. Si mattimonium est firmatũ, non debet sine plurium iuramento dissolui.

Matrimoniũ firmatũ non debet sine plurium testimonio dissolui.

Cælestinus. 3. Cum quis accusatur aliquam cognouisse, an sint testes interrogandi de visu, aut sola viciniæ fama sufficiat; vel si iuratis testibus sit procedendum, qui se carnali copulæ conscios esse fatentur, sed C de visu nihil affirmant? Respon. quod si testimonium conueniens de visu reddatur, vel etiam de auditu, & præsumptionem violentam fama consentiens subministret, ac alia legitima adminicula suffragentur, standum est testimonio iuratorum. Etenim circumspectus iudex atque discretus, motum animi sui ex argumentis & testimonijs quæ rei aptiora comperiet, confirmabit.

Testimoniũ de auditu, fama ac alijs adminiculis, suffragantibus validum est.

In Concil. Gene. Licet ex quadam necessitate, præter communem formã, olim fuerit institutum, vt consanguinitatis & affinitatis gradibus cõputandis, valeret testimonium de auditu, cũ propter hominũ breuẽ vitam, testes de visu deponere nõ valerent, vsque ad gradum septimũ cõputando: quia tamen pluribus exemplis, & certis experimentis didicimus, ex hoc pericula contra legitima proueniſſe coniugia: Statuimus ne super hoc recipiantur de cætero testes de auditu, cũ iam quartũ gradum prohibitio nõ excedat. Nisi forte personæ graues extiterint, quibus fides merito sit adhibẽda, & ante litẽ motã testificata didicerũt ab antiquioribus quidẽ suis, non vtique ab vno (cum nõ sufficeret ille si viueret) sed duobus ad minus, nec infamibus & suspectis, sed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cum satis videretur absurdum illos admitti, quotũ repellerent authores. Nec tamen si vnus à pluribus, vel infames ab hominib⁹ bonę famę acceperint quod testantur, tanquã plures & idonei testes debẽt admitti; cum secundum ordinẽ solitum iudiciorum, nõ sufficiat vnius testis assertio, etiamsi præfidiali dignitate præfulgeat, & actus legitimi sint infamibus interdicti. *Testes* autẽ huiusmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferẽdum testimonium in causa ipsa, odio, amore, vel timore, vel cõmodo non procedant; personas, expressis nominibus vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent, & ab vtroque latere, singulos gradus clara computatione distinguãt, & in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse à suis maioribus quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiant, nisi iurati deponant se vidisse personas, vel saltem in vno prædictorum graduum constituras, pro consanguineis se habere. Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta domini separare.

Testimoniũ de auditu cõtra matrimonium firmatũ non est admittendũ nisi testes sint personæ graues, & à fide digni ita acceperint, & credant, &c.

De Coactione testium.

Cap. LXII.

EX *summa iuris*. Regulare quidem est secundum leges, vt testes ad testimonium ferendum, etiam inuiti compellantur; sed excipiuntur inde quidam ratione senectutis, & inualetudinis, aut militiæ; absentes quoque causa reip. & qui publicis funguntur officijs Quidam autem ratione consanguinitatis & affinitatis. Quidam etiam ratione affectionis, vt libertus contra patronum. *Secundum* canones vero monendi sunt, non cogendi; nisi per alios veritas liquere non possit: tunc enim etiam clerici ab Ecclesia compelluntur. quia tacere veritatem in præiudicium alterius, mortale peccatum est, & Ecclesia peccantes tenetur corrigere, si ei denuncientur. *Videtur* autem per leges, quod in criminalibus causis compellantur testes, quia concedunt leges de publicis iudicijs loquentes, quibusdam personis priuilegium, ne possint compelli. Vnde videtur quod alij possint compelli.

Quinam possint ad testimonium ferẽdum cõpelli secundũ leges & canones & quinon.

Porro secundum canones dicunt doctores in causis criminalibus, quando scilicet agitur criminaliter, non esse testes compellendos, quoniam accusator debet habere probationes luce clariores: quando vero de crimine ciuiliter agitur, scilicet in modum inquisitionis, compelluntur. Quando etiam in modum denunciationis, similiter compelluntur. Cum enim cõpellantur vbi in causa pecuniaria veritas per alios liquere non valet, multo magis compelluntur vbi per silentium animæ tacentis perditio fieret. Compelluntur etiam in causis matrimonialibus.

Canones non cogunt testes in criminalibus.

Extra. 2. de testi. cogen. Clemens 3. Qui de rebus Ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas nequierit elici, ad illud sunt per cen. ec. compellendi. *Iterum*. Cæterum quòd de consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubtatur à nobis. *Inno*. 3. Super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quam literis contra eum, sub nomine longe maioris & sanioris partis capituli destinatis, cogatis testes qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati. *Honorius*. 3. Testes qui nominati fuerint, præterquam super criminibus, si se gratia, vel timore subtraxerint, vel odio; per cens. ec. cogatis veritati testimonium perhibere.

Canones cogunt testes in matrimonialibus, & cum de crimine ciuiliter agitur, si veritas non possit aliter liquere.

D

De fide instrumentorum.

Cap. LXIII.

EX *summa iuris*. Dicto de illa probationum specie quæ fit per vocem viuam, scilicet per testes, restat de illa quæ fit per vocem mortuam, ideſt per instrumenta. *Est autem instrumentum scriptura facta ad alicuius rei probationem*. Instrumentorum aliud publicũ, aliud priuatum. *Publicum* est, quod habet publicam auctoritatem: Et huius species sunt tres. Est enim publicum, quod est per manum publicam, ideſt per manum tabellionis in forma publica factum, vt sunt chartæ tabellionum: Et est publicum, quod auctoritate iudicis, in actis publicis est deductum: Est etiam publicum authentico sigillo signatum. *Priuatum* instrumentum est veluti chirographum, vt est apocha de recepto, antipocha de soluto. Instrumenta quædam priuata, si habeant subscriptionem contrahentium, in E personalibus præferuntur publicis instrumentis: In realibus vero præfertur priuato publicum instrumentum; nisi subscriptionem habeat trium testium. Alias autem sine subscriptione contrahentium, vel testiũ, instrumenta priuata non faciunt fidem, nisi cõtra illũ qui ea scripsit, introducantur. Duobus modis imponitur fides instrumentis, scilicet per testes, & per comparationem literarum. *Instrumenta* vero parẽ habent vim cũ testibus; sed fallit hoc in quibusdam casibus. Vno videlicet de censibus, quorum instrumenta præferuntur testibus. *Item* vbi minor se maiorem per scripturam fatetur, interposito sacramento, non

Quod instrumentum & quotuplex

Priuata instrumenta in quibusdam casibus proferuntur publicis.

Instrumentæ parem habẽt vim cum testibus, dẽptis quibusdam casibus.

poterit

poterit per teſtes probare contra, ſed per inſtrumentum. *Item* ſi quis indebitam pecuniam promittat, & cautionem ſuper hoc exponat ſine adiectione cauſæ, poterit poſtea promiſſionem factam indebitè, ſcriptis probare. *Item* vbi ſcriptura exigitur, vt in alienatione rei Eccleſiaſticæ; & etiam in omnibus caſibus qui remori ſunt à memoria hominum. In ſumma vero nota, quod ſcripturæ diuerſæ, ab vna & eadem parte prolatæ, fidem ſibi derogant.

Ex Codice. 2 li. Equum eſt te fauente alicui, cauſam eius documento tuo finire. Econtra reus inſtrumenta ſua actori exhibere non cogitur, niſi intentione fundata: Actor enim uam inſtrumentis intentionem, nõ etiam fugientis partis probare debet.

Quanam cenſenda ſcripturaauthentica.

Extra. 2. de fide inſtru. Gregorius. Si ſcripturam authenticam non videamus, ad exemplaria nihil facere poſſumus. *Alexan. 3.* Scripta vero authentica ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi per manum publicam facta fuerint, ita quod appareant publica; aut authenticum ſigillum habuerint per quod poſſint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

Quid apocha & antipocha.

Helinandus vbi ſupra. Inſtrumenta cauſæ dicuntur omnia, quibus cauſa inſtrui poteſt, ſiue teſtimonia, ſiue teſtes; inter huiuſmodi inſtrumenta ſunt apochæ, & antipochæ. *Apocha* eſt qua creditor ſcribit ſe accepiſſe debitum, vel Dominus ſe colonum ſuſcepiſſe. *Antipocha* eſt, qua debitor ſe vſuras creditoris ſoluiſſe profitetur, vel colonus à Domino rem accepiſſe, vel penſiones ei ſe ſoluiſſe dicit.

De Præſumptionibus.

Cap. LXIV.

POſtquam de vera probatione diſſeruimus, ſupereſt vt etiam de quaſi probatione, ideſt de præſumptione pauca ſubiungamus. *Præſumptio eſt alicuius facti dubij ſemiplena inueſtigatio.* In hoc ergo differt à probatione, quia probato facit plenam fidẽ. Præſumptionum alia eſt temeraria, & hæc reprobatur: Alia vero probabilis, & hæc admittitur; inducitque purgationem, licet non ſufficiat ad condemnationem: Alia quoque violenta; & huic ſtatur, ita quod ſententia per ipſam fertur. Vbi vero ius præſumit & non ſtatuit, ex præſumptione tali recipit probationem in contrarium, etiam ſi violenta ſit. Si vero ſtatuat inde; hoc eſt faciat conſtitutionem per talem præſumptionem, non recipientur probationes in contrarium.

Quid præſumptio & quotuplex.

Oritur præſumptio variis modis.

Oriuntur præſumptiones ex cauſa, ex perſona, loco, tempore, & ætate, cæteriſqus modis, qui notãtur his verſibus.

Si vis iure queri, quæ ſit præſumptio veri;
Cur, quantum quale, locus, euentus, fuga, fletus.
Vtilitaſque frequens, bona conuicinia, tempus:
Neglectus, iuris norma, proteſtatio, forma;
Conſuetudo, modus, præſumptio, ſexus, & ætas.

Præſumitur autem tam ex præſenti, quam ex præterito; circa præſens, & præteritum, & futurum.

Præſumptio iudicis admittit probationem in contrarium vti etiam facti iuris autem minime.

Eſt autem præſumptio iudicis; hæc admittit probationem in contrarium, ſiue ſuper iure, ſiue ſuper facto ſit, quouſque probationibus renunciatum fuerit. Et eſt præſumptio iuris, quæ ſi ſuper iure ſit, idẽ eſt quod ius, ſiue conſtitutio iuris; & ideo probationem in cõtrarium non admittit. Puta dicit Papa, quod ſibi videtur, vt quod illa quæ à viro lapſo in hæreſim receſſit, ad illum conuerſum redire compellenda ſit. *Si vero* ſit ſuper facto, debet in contrarium admitti probatio, niſi admitti prohibeatur à iure, vel fauor impediat, vel odium; vel niſi probato contrario idem iuris eſſet. *Effectus* præſumptionis eſt, vt ei ſtetur donec contrariũ probatur. *In ſumma* vero nota, quod omne bonũ factum, rectum præſumitur; omne vero malum factum, praue actum præſumitur.

Extra. 2. de præſumptionibus. Bonifacius. Nullus autem dubitat, quod ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum vt abſoluatur, qui eſt innocens quærit. confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat. *Alexan. tertius.* Literis t. f. receptis, nobis innotuit, quod cum P. ab A. muliere quam vxorem accepit, petierat ſeparari, accuſatores matrimonij produxerunt teſtes, firmiter aſſerentes quod poſtquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, conſanguineum eiuſdem viri, ſolum cum ſola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem, ea vt credebant intentione, vt eam cognoſceret carnaliter, viderunt; multis ſecretis locis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis, *& infra.* conſulta t. taliter reſpon. quod ex huiuſmodi violenta & certa ſuſpicione fornicationis, poteſt ſententia diuorti; promulgari, ita quidem vt vir licentiam mortua illa ducendi aliam habeat mulierem, muliere ſine ſpe coniugij remanente.

Præſumptio violenta eſt ſufficiens probatio.

De Iureiurando.

Cap. LXV.

EX ſumma iuris. Præterea quia iuſiurandum aliquando loco probationis ſuccedit; De ipſo quoque nobis dicendum occurrit. *Iuramentum igitur eſt aſſertio vel negatio de aliquo, ſacra res atteſtatione firmata.* Huius ſpecies ſunt duæ, nam aliud eſt aſſertorium, aliud promiſſorium. *Aſſertorium* eſt quando iuratur ſuper re præterita, vel præſenti. *Promiſſorium* eſt quod ſuper futuro concipitur, vt cum iurat quis ſe daturum aliquid, vel facturum. Et hoc quando fit in iudicio, vocatur cautionale, de quo iam ſatis dictum eſt ſupra: *Aſſertorium* vero quadruplex eſt: *Primum* eſt voluntarium, vt ſi dicas extra iudicium me tibi debere decem, & deferas mihi ſacramentum, dicens te velle vlterius non petere; ſi iurauero me non debere, non habes neceſſe vel referre vel recipere. *Secundum* eſt neceſſarium, quod à iudice defertur in defectum probationis. Et dicitur neceſſarium, quia recuſari non poteſt, niſi iuſta cauſa allegetur. *Tertium* eſt iudiciale, ſcilicet vbi pars parti defert iuramentum; & habebat olim reus neceſſe cui ſic deferebatur, vel iurare, vel ſacramentum referre, vel ſoluere quod petebatur. Hodie vero poteſt reus ſacramentum recuſare, ſi & inquantum dubitat. *Quartum* eſt iuramentum in litem, quo, ſcilicet iuratur ſua intereſſe.

Quid iuramentum & quotuplex.

Iuramẽtum aſſertorium quadruplex.

Helinandus vbi ſupra. Cum alia inſtrumẽta deſunt, ad emendicata ſuffragia recurramus, & per iuſiurandum res expediatur; quod propriè probatio non eſt, ſed locum probationis obtinet. Iudex autem nequaquam iuris quęſtionem in iuſiurandum dimittere debet, ſi aliter decidere eam poteſt. Religio autem iuſiurandi id facit, vt hoc quod inter eos (qui rem in iuſiurandum dimiſerunt) actum eſt, præſtito ſacramento pro vero accipiatur, non ſolum pro eo, vel eius ſucceſſoribus, qui iurauit; ſed etiam contra eum, vel eius ſucceſſores: nam ſacramentum eis prodeſt vel obeſt, inter quos factum eſt, & eorum hæredibus.

Iuſiurãdum locũ probationis obtinet quãdo probatio deeſt.

Cauſa. 22. q. 5. Cornelius Papa. Honeſtum eſſe videtur, vt qui in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honeſtate & Dei timore; vt etiam pueri ante annos 24. non cogantur iurare. *Gratianus.* Præterea ſunt quædã tempora quibus iurare prohibemur. Vnde in concil. Tol. apud Sãctũ Medardũ habito, decreuit Sãcta ſynodus, vt a Septuag. vſque ad octauam Paſchæ, & ab Aduentu Domini vſque ad octauã Epiphaniæ, necnon etiã in ieiunijs quatuor temporum, & Letanijs maiotibus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum, niſi de concordia & pacificatione, nullus ſupra ſancta Euangelia iurare præſumat.

Olim iuſiurandum non niſi quibuſdam tẽporibus & à ieiunis præſtabatur.

Extra. 2. de iureiurando. Vrbanus tertius. Nullus Epiſcopus clericos ſuos, niſi forte quibus Eccleſiaſticarum commiſſa fuerit diſpenſatio, ſibi iurare compellat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Innocentius 3. Abbati & Capitulo Castellionis. In c. etsi Christus. Licet debeatis esse viti perfecti, vt quantum potestis iuramenti vinculum euitetis; volentes indemnitati monasterij vestri prouidere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat læsionem, præsenti vobis pagina indulgemus, quatenus vos, & monasterij vestri conuersi, possitis in causis eiusdem, deficientibus alijs testibus, pro ipso perhibere testimonium veritati.

Monachi in causa sui monasterij possunt iurare seu testari.

Gregor. 9. Hiudici. Iuramẽtum à te parti delatum, nisi iusta de causa non potuit recusari. Quamuis quod in iudicio à parte parti defertur, recusari possit licite, ac referri. Nec liceat conuentui, accusatione famosa referre huiusmodi iuramentum. Sanè si actor omnino in probatione defecerit, reus debet, etsi nihil præstiterit, obtinere. Præsumptionem vero faciẽtem pro illo, reo deferri potest (ad ostendendam suam innocentiam) iuramentum, nisi iudex respectis personarum & causæ circunstantijs, illud actori videat deferendum.

Iudex potest vtriusq; partiũ iuramẽtum deferre

De Exceptionibus contra testes.

CAP. LXVI.

Extra. 2. de excep. Cælestinus 3. Si crimina testium obijciuntur, de quibus non fuerant hactenus accusati, sed tantum per exceptionem opponũtur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequã causa per sententiam terminetur; cum testes absque vlla infamia, vel suspicione manifesta, in ferendo testimonio requirantur. Cæterum si de criminibus ad solam exceptionem obiectis, testes conuicti fuerint vel confessi, pœna ordinaria mulctari non debent; cum accusatio in ipsos, secundum iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo si à perhibendo testimonio repellantur, præsertim cũ si crimen quod eis obijcitur, causam de qua agitur contingere non videtur.

Exceptio cõtra testes est prosequenda ante litem, vt si conuincantur, repellantur.

Inno. 3. Vtrum is qui excommunicato in locutione vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum à sua possit accusatione repellere, cum ille cõmunionem huiusmodi replicet contra eum? Respon. quod ipse ab accusatione eius poterit remoueri, cum primus à communione fidelium sit exclusus, secũdus vero tantum sacramẽtorum participatione est remotus. *Idem.* Quoniam per dilatorias exceptiones malitiosè nonnunquam causarum terminus prorogatur, inquisitioni tuæ taliter respondendo decernimus, vt infra certum tempus à iudice assignandum, omnes dilatoriæ proponantur, ita quod si partes exinde aliquas vellent proponere, quas non fuerint protestati, nullatenus audiantur, nisi forte de nouo aliqua sibi competens orta fuerit, vel is qui voluerit proponere, fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse.

Dilatoriæ exceptiones sunt intra certũ tempus omnes proferendæ; at exceptio falsitatis post sẽtentiã obijci potest.

Idem in c. cum venerabilis. Delictum personæ in dãnum Ecclesiæ redundare non debet; ac non solũ ante sententiam, verum post obijci potest exceptio falsitatis: cum falsorum instrumentorum prætextu, lata sententia, vsque ad 20. annorum spatium, valeat retractari. *Honorius 3.* Si procurator V. probare poterit exceptionem quam proposuit, se scilicet in causã trahi vltra duas dietas, contra Constit. concilij generalis. Vos appellationem dicti V. legitimam decernentes, negotio supersedere curetis.

Gregor. 9. in cap. significauit. Prætextu excommunicationis oppositæ, à prosecutione appellationis non debet quis excludi: cum omnis legitima defensio, excommunicato in iudicio reseruetur. *Idem* exceptionem excommunicationis in dilatorijs proponendis, reus scienter omittens, in qualibet parte litis minime opponere prohibetur. quod est in hac exceptione specialiter obseruandum, ne quis in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur, qui si eam omiserit, vt actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus.

Exceptio excommunicationis potest in qualibet parte litis proponi.

IDEM. Aduersario tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore motæ litis rem petitam ab ipso, sine dolo desierat possidere; si eam modo possideat, tibi petenti denuo, rei iudicatæ exceptio non obsistit. *Idem.* Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Narbonensem, qui à iudicibus ex sufficienti grauamine ad apo. se. appellans, ad vos super appellatione sua literas nostras reportans, etsi ex causis alijs tẽpore impetrati rescripti, vinculo excommunicationis fuerit astrictus, de quibus ibi mentio non habetur, ad prosequendam per easdem literas ap prædictam decreuimus admittendum, quia nihil excommunicato appellare prodesset, si non posset appellationem prosequi, & super eam literas impetrare.

Excommunicatio opposita non impedit à prosecutione appellationis.

De diffinitione & proprietate exceptionis.

CAP. LXVII.

Ex summa iuris. Exceptio est actionis exclusio. Sicut enim testibus reus impugnatur, sic exceptionibus actor repellitur. Exceptio tamen aliquãdo largè & impropriè sumitur, pro omni defensione quæ reo competit, vel etiam pro replicatione quæ datur actori cõtra exceptionẽ rei. Aliquãdo vero strictè & propriè, pro illa defensione quæ competit reo cõtra actionem in eum competentẽ, vt in prædicta diffinitione. Sic enim dicit textus quod *exceptio actorẽ excludit, replicatio reum*: contra replicationem solet dari triplicatio, contra triplicationem rursus quadruplicatio, sicque deinceps multiplicatio fit, dũ aut reus aut actor obijcit. Et quod dixi exceptionem nec actori impropriè dari, verum est cum actor tantum habet probare: Secus vero cum vterque; quod est inuenire in casibus notatis supra *cap. de probationibus.*

Quid exceptio & quot modis capiatur.

Exceptio est in actorẽ, sicut replicatio in reum.

Præterea quãdo ponitur species pro genere, vt præscriptio pro exceptione, opponuntur exceptiones à reis & eorum hæredibus. Item à fideiussoribus, nisi sint personales puta vt condemnetur quis, in quantum facere potest: non autem transit ab vno fideiussore in alium. Præterea notandum quod omnis exceptio sua vtitur æquitate. Nec illud omittendum, quod replicationes imitantur naturam actionum. Sicut enim in petitione principali, ambiguitas est contra actorẽ interpretanda, sic & in replicatione: licet secus in exceptione. Et eodem tempore tollitur replicatio quo actio, licet exceptio duret sine temporis præfinitione.

Replicationes imitantur naturam actionum.

De Speciebus exceptionis.

CAP. LXVIII.

EXceptionum aliæ sunt *peremptoriæ*, quæ semper agentibus obstant, & rem de qua agitur perimunt, qualis est de consanguinitate contra eum qui petit aliquam in vxorem, vel quod spoliatus quis renunciauit, vel quod seruus est illius à quo quid petit. Aliæ vero *dilatoriæ*, quæ, scilicet quoad tempus nocent, & dilationem tribuunt. *Harum* autem alia *solutionis* est, & hæc duplex inuenitur, sc. ex pacto, puta si cõuenerit ne infra tempus competatur, vel ex lege. Alia vero *declinatoria iudicij*. Et hæc multiplex. Verbi gratia fori, vel etiam iudicis, quia infamis est, vel criminosus, aut suspectus. *Item* quod falsus est procurator, vel excommunicatus: vel etiam quod excõmunicatus est accusator, vel testis, aut tabellio, vel huiusmodi: vel quod tẽpus est feriatum, vel quod in criminalibus frustra interuenit. *Item* non numeratæ pecuniæ, extẽditur enim in 30. dies, & quandoque in biennium.

Varia sunt exceptionis species.

Itẽ exceptionum aliæ sunt dolosę, vt Macedoniani, aliæ fauorabiles, vt Valeriani, alię inductæ ad rigorem iuris obseruandum, vt Rei iudicatæ, obstãt enim obligationi naturali. Et idem dico in præscriptione, vel vsucapione qualibet. Natura nãque indultũ est, ne quis cum aliena iactura locupletur. *Alia* vero propter causam à naturali æquitate non abhorrentem, vt

numeratæ

numeratæ pecuniæ, metus, & doli, & tranſactionis, & ignorantiæ, vel ætatis, & militiæ, & huiuſmodi. *Item* exceptionum aliæ ſunt in rem, vt quæ competunt alicui, & his qui conueniuntur ex perſona ſua: Aliæ vero in perſonam, vt quæ non tranſeunt ad alium, ſicut illa quam habet quis vt damnetur inquantum facere poteſt, & pacti perſonalis.

Peremptoria exceptiones quando opponenda.

Perpetuæ ac peremptoriæ exceptiones opponũtur à reo antequam renunciatum ſit, aut concluſum; non autẽ poſt. Fallit hoc in 7. caſibus ſcilicet in filio fa. qui poſt ſententiam habet exceptionem Macedoniani, & in muliere, quæ habet exceptionem Valeriani, & ſimiliter in milite, & in donatore, qui condemnandus eſt inquantum facere poteſt, & habita ratione ſui ne egeat. ſimiliter in marito, & in fideiuſſore, qui habet priuilegium vel exceptionem de cedenda ſibi actione à creditore. Idem etiam in tutore.

De Sententia diffinitiua.

Cap. LXIX.

Quid ſentẽtia & quotuplex.

EX *ſumma iuris.* Finito curſu de proceſſu iudiciorum, tanquam ad littus quoddam veniamus ad ſententiam. *Eſt itaque Sententia diffinitio iudicialis, finẽ imponens controuerſiæ;* terminat enim cauſam. Duæ tamen ſpecies ſententiæ ſunt, interlocutoria ſcilicet & diffinitiua. *Interlocutoria* eſt, qua non ſuper principali, ſed ſuper alijs quæſtionibus pronunciatur, ſtante quæſtione principali; Puta ſuper offerendo libello, vel teſte recipiendo, ſiue repellendo; dilatione danda, vel non danda. *Diffinitiua* eſt qua principalis quæſtio diffinitur. Poteſt autem interlocutoriam reuocare iudex, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus. *Sententia* pronunciãda eſt in ſcriptis ſecundum leges, & hoc ab ipſo iudice, non ab alio, nec etiam ab aſſeſſore. Hodie tamen Epiſcoporum ſententia valet ſine ſcriptura, conſuetudine id approbante. Minores quoque cauſæ etiam à quocumque iudice ſine ſcriptis iudicari poſſunt.

Sententia pronũcianda eſt in ſcriptis & quidẽ ab ipſo iudice niſi in minoribus cauſis.

ITEM ſerenda eſt ſententia præmiſſo ordine iudiciario, ſcilicet litis conteſt. confeſſionibus, atteſtationibus, & allegationibus vtriuſque partis auditis; alioquin non valet, ordine generali prætermiſſo. Si vero prætermittatur ordo ſpecialis qui obſeruatur in aliquibus cauſis, & non in omnibus, tenebit ſententia, ſed appellandum erit. Fallit hoc in quibuſdam caſibus. Nam in inquiſitione, prætermiſſo ordine generali, ſcilicet litis conteſt. tenet ſententia lata, ſimiliter & in alijs caſibus notatis ſupra, *ca. de eo qui mittitur in poſſeſſionem.* Item & in notorio, in quo non requiritur iudiciarius ordo.

In quibus caſibus poſſit omitti iudiciarius ordo.

Sententiæ effectus eſt, vt ei ſtetur, niſi fuerit appellatum; ipſaque lata pro actore, dat ei actionem in factum ad petendum rem illam ſuper qua pro ipſo ſententiatum eſt. Si vero pro reo feratur abſolutoria ſententia, competit ei exceptio rei iudicatæ contra actorem, ſi iterum petat eum, vel alius nomine ipſius. Ille vero contra quem profertur ſententia, non poteſt ab illa excipere, ſi ab eo petatur.

Quiſnã ſententia effectus, & quãdo executioni mãdãda.

Eſt autem ſententia executioni mãdanda infra trimeſtre tempus, hoc verum eſt ſi lata ſit in perſonali bus actionibus. Si vero in reali, ſtatim reſtituenda eſt res; vel ſi non poſſit ſtatim, dandum eſt tempus reo quo poſſit reſtituere. In criminali quidem ſtatim poſt 10. dies mandanda eſt executioni. *Annullatur* autem ſententia per appellationem infra 10. dies, per ſupplicationem infra biennium. Item per in integrum reſtitutionem, vel per querelam falſi. In ſumma vero nota, quod ſententia nulla eſt, ſi condemnationem vel abſolutionem non continet, vel verba æquipollentia.

Quot modis annulletur ſententia.

Extra. 2. de ſen. & re iudi. Greg. Sententia contra leges canoneſve prolata, licet non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ipſo iure ſubſiſtere. Idem Iurgantium controuerſias celeri ſententia terminare, & æquitati conuenit, & rigori. *Gregor. 9.* Duobus iudicibus vt accepimus diuerſas ſententias proferentibus, ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo non pro actore ſententia; niſi in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento; ſi pro ipſo fuerit promulgata. Si vero ex delegata poteſtate, vtrinque pendet ſententia ex arbitrio delegantis. Quod ſi ex compromiſſo, neutra debet habere vigorem.

Quid dicendum in caſu quod duo iudices non cõcordant.

De Quadruplici ſententia.

Cap. LXX.

Sententia quadruplex.

EX *ſumma iuris.* In ſumma vero nota, quod quadruplex eſt ſententia. *Prima* diffinitionis: Et hæc ſubdiuiditur (vt dictum eſt) in interlocutoriam & diffinitiuam. Et diffinitiua quidem, ſi ex ordine iuſta fuerit, licet non ex animo, vel ex cauſa, tenet tamen ipſo iure. Econtra vero ſi iniuſta ſit ex ordine, licet ex animo & ex cauſa ſit iuſta, pro ipſo iure nulla eſt. Igitur ſententia diffinitiua iudiciarium ordinem requirit, niſi in caſibus ſupra notatis. *Secunda* eſt ſententia præceptionis; & hæc quocumque prædictorum modorum iniuſta ſit, tenet; dummodo præcipiatur tale quid, quod ad iuriſdictionem vel effectum præcipientis pertineat, nec error exprimatur in ſententia, nec certum ſit eſſe contra Deum. Nam ſemper in dubijs, etiam ſuperioribus, obediendum eſt. *Tertia* eſt ſententia ſuſpenſionis, & hæc ſine iudiciario ordine fertur de conſuetudine. *Quarta* eſt excommunicationis, & hæc etiam ex animo iniuſta, tenet; dummodo proferatur à iudice ſuo, & ante appellationem, nec exprimatur error. *Si vero* ex cauſa fuerit iniuſta, quandoque tenet, quandoque non. Aut enim iudex fert ſententiam ſimpliciter, dicens: Excommunico te, vel illum; & tunc tenet ex quacumque cauſa ita feratur. Aut cum adiectione cauſæ; & tunc aut eſt cauſa iuſta; nec eſt dubium tunc quin teneat ſentẽtia: Aut eſt iniuſta, & tunc aut eſt notorium eam eſſe iniuſtam, & tunc non tenet, ſicut nec diffinitiua: Verbi gratia ſi dico. Excommunico te quia credis in Deum: Aut non eſt notorium, & tunc tenet rationem dubij.

Diffinitiua, niſi ſeruato ordine iudiciario, nõ tenet; licet cauſa ſit iuſta ſecus vero in præceptiua, & cenſura inſtitiua ſaltem ſuſpenſionis.

Quando valeat excõmunicatio iniuſta.

De Sententia excommunicationis.

Cap. LXXI.

Quid excõmunicatio, & à quibus ſeparet, quotuplexque ſit.

EX *ſumma de pœnitentia.* Eſt autem excommunicatio, à communione Eccleſiæ ſeparatio; & propter contumaciam fit, vel aliam manifeſtam offenſam. Conſiſtit autem hæc ſeparatio in ſacramentis, & orationibus Eccleſiæ, in menſa corporali, in locutione communi, in ſalutatione. Sed excommunicationum alia minor, alia maior. *Maior eſt* quæ promulgatur in aliquos, vt cum dicitur, Excommunicamus Petrum, vel omnes vſurarios, hæc arcet à ſacramentis Eccleſiæ, & communione fidelium, quæ eſt in tribus prædictis. *Minor* eſt, quæ contrahitur ex participatione cũ illis qui ſunt in maiori, hæc ſeparat à perceptione ſacramentorum, non à communione fidelium: non enim tranſit excommunicatio in tertiam perſonam, nec etiã in quoſdam qui excipiuntur in decretis. De hac poteſt abſoluere quilibet ſacerdos: de priori tantum ille qui tulit, vel ſuperior.

Quinã poſſunt abſoluere à maiore & minore excommunicatione.

Item excommunicationum quædam eſt iuſta quędam iniuſta. Iuſta eſt, quæ fit animo corripiendi, & propter culpam debitam, & iuris ordine ſeruato. Iniuſta eſt in qua prædicta omittuntur. Habuit autem ortum excommunicatio ab Apoſtolo, qui excommunicauit Corinthum fornicarium, tradens eum Sathanæ, vt ſpiritus eius ſaluus fieret. Et etiam in veteri lege, ab illa maledictione quæ facta eſt ſuper non obſeruantibus legem. De hac autem plenius dicetur inferius.

Quid excõmunicatio iuſta & iniuſta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De timenda ſententia temporis.

CAP. LXXII.

Sententia excommunicationis iniuſta eſt timenda, id eſt non ſuperbe contemnẽda, quamuis non ſit obſeruanda.

Causa. 11. quæſt. 3. Quod ſententia Epiſcopi, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda ſit, Gregorius teſtatur dicens. *Sententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt. Eadem quæſtione tertia. Item Calixtus Papa.* Excommunicatos quoque à ſacerdotibus nullus recipiat, ante vtriuſque partis examinationem iuſtam, nec cum eis, aut oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec Aue eis dicat; quia quicumque in his, vel alijs prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicatione ſubiacebit.

Nominatim excommunicati ſunt publice in loco celebri declarandi.

Item ex Concilio Carthaginenſi. Quicumq; communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, ſi laicus eſt, excõmunicetur; ſi clericus, deponatur.

Item ex decreto Honorij Papæ. Curæ ſit omnibus Epiſcopis, excommunicatorum omnia nomina, tam vicinis Epiſcopis, quàm ſuis parochianis pariter indicare; eaque in celebri loco poſita præ foribus Eccleſiæ, cunctis conuenientibus inculcare; quatenus in vtraque diligentia, excommunicatis vbique Eccleſiaſticus aditus excludatur, & excommunicationis cauſa omnibus auferatur.

Gratianus. Hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter ſubimus, & dum reatum incurrimus, & dum ſententia notamur.

Item Vrbanus. Quibus Epiſcopi non communicant, non communicetis, & quos eiecerint non recipiatis. Valde enim timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet iniuſtè liget. *Item ex Concil. Carthaginenſi.* Clericus, qui Epiſcopi diſtrictionem circa ſe putat iniuſtam, recurrat ad ſynodum.

Item Auguſtinus de verbis Domini, ſermone 68. Omnis Chriſtianus dilectiſſimi, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſathanæ traditur.

Idem ſuper Ioannem. Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à Corpore Chriſti. Qui enim ſeparatur à Corpore Chriſti, non eſt membrum eius; ſi non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius. *Quiſquis autem*, inquit Apoſtolus, *ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.*

Item Gelaſius Papa. Quicumque intra anni ſpatium ciuiliter, ſiue publice, cauſam ſuam corã ſuis excommunicatoribus non egerint, ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe videantur. Quòd ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint; Nos illorum cauſam, iuxta Beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iudicio obſeruantes, quibus viuis non communicauimus, nec mortuis communicare debemus.

Cum mortuis in excõmunicatione ex obſtinato animo, non eſt communicandum.

Item ex Concilio Hilerdenſi. Qui iubente ſacerdote de Eccleſia, pro qualicumque culpa ab Eccleſia exire contempſerit, pro noxa contumeliæ, tardius recipiatur ad veniam!

Quòd non ſemper iniuſtæ ſententiæ parendum ſit.

CAP. LXXIII.

Quando iniuſta ſententia parendũ.

GRatianus ibidem. Præmiſſis auctoritatibus quibus iniuſtæ ſententiæ vſque ad examinationem vtriuſque partis parere iubemur, ita reſpondet: Grego. non dicit ſententiam iniuſtè latam eſſe obſeruandam, ſed timendam: ſic & Vrbanus. Timenda eſt ergo, ideſt non eſt ex ſuperbia contemnenda, reliquæ verò auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad ſynodum venire contempſerint, vel calliditatibus aduerſantium occurrere neſcientes, iniuſtam ſententiam à iudice reportauerunt; vel qui neglectu ſuæ vitæ, ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittentes, ſententiam in ſe exceperunt: hos ſiquidem ſolius excommunicationis ſententia ferire licet.

Excommunicatio maior non niſi pro mortali crimine ponenda.

Vnde in Meldenſi Concil. Nemo epiſcoporum, quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa, priuet communione Eccleſiaſtica, ſub anathemate autem, ſine conſcientia Archiepiſcopi aut Coepiſcopi nullum præſumat ponere, niſi vnde canonica docet auctoritas: quia anathema eſt æternæ mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerunt corrigi.

Item ex Conc. Aruern. Nullus ſacerdotum, quenquam recta fide hominem, pro paruis & leuibus cauſis à communione ſuſpendat, præter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri ab Eccleſia iuſſerunt committentes.

Ex Concil. Triburien. Certum eſt pro his criminibus aliquem excommunicari debere, cum ad ſynodum canonicè vocatus, venire contemnit; aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalibus contemnit obedire præceptis; aut ſi ante finitam cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo abire præſumit.

Sententia iniuſta ex cauſa non eſt parendum.

Gratianus. Quòd autem iniuſtæ ſententiæ parendum non ſit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima eſt illa. *Hiero. ſuper Matth.* Quomodo ſacerdos mundum leproſum non facit, ſi Epiſcopus vel preſbyter non alligat eos qui nocentes ſunt nec ſoluit innoxios, ſed pro officio ſuo cum peccatorum varietates audierit, neſcit qui ligandus ſit, qui ſoluendus. *Item Gelaſius Papa Orientalibus Epiſcopis de damnatione Dyoſcori.* Cui illata eſt ſententia, deponat errorem, & vacua eſt. Si iniuſta eſt, tanto curare eam non debet, quanto apud Deum & eius Eccleſiam, neminem poteſt grauare iniqua ſententia.

Item. Ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus proſpicit obligatum. *Auguſt. de verbis Domini.* Cœpiſti habere fratrem tuum tanquã Publicanum, ligas illum in terra, ſed vt iuſte alliges vide, nam iniuſta vincula diſrumpit iuſtitia.

Item Gregorius in Homel. 27. Ipſe ligandi atque ſoluendi poteſtate priuat ſe, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non ſubditorũ moribus, exercet, &c.

Item ex Concil. Carthag. 4. Irritam eſſe iniuſtam Epiſcoporum damnationem cenſemus, & idcirco à ſynodo retractandam.

Quando parendum ſit iniuſtæ ſententiæ.

CAP. LXXIIII.

Sententia iniuſta ex ſolo animo ferentis, parendum eſt. vti etiam iniuſta ex ordine.

GRatianus ibidem. Ad hoc reſpondendum eſt, quod ſententia aliquando iniuſta eſt ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine, & cauſa. Aliquando eſt iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa. Cum autem ex cauſa iniuſta fuerit, aliquando nullum omnino in eo delictum eſt, quod ſit damnatione dignum. Aliquando non eſt in eo illud ſuper quod fertur, ſed ex alio nominandus eſt. Ex animo iniuſta ſententia eſt, cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis, in adulterum, vel quemlibet criminoſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus, ſententiam profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait. *Ita enim vir iuſtitiam Dei non operatur, quia ille qui iratus in aliquem ſententiam profert, etſi ille quantum ad ſe iuſtam reportet ſententiam; iſte tamen qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, nõ imitatur.* Item Gregor. *Qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat; quia iuſtitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis malè vtuntur, qui pro temporali lucro iuſtè iudicant, talos quippe ad veritatem, non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocat; quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ confeſſione recedunt: acceptio nummorum prænaricatio veritatis eſt.*

tus est. Vnde & pro iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat: Huic itaque sententiæ quæ non amore iustitiæ, sed ex alia qualibet causa fertur in quemquam, humiliter obediendum est.

Quid sentẽtia iniusta ex ordine.

Item sententia est iniusta ex ordine, quando non seruato iudiciali ordine, quilibet pro culpa sua damnatur. Vnde Grego. scribit. Constantino Mediolanensi Episcopo. *Graue satis est & indecens, vt in re dubia, certa detur sententia.* Item Aug. in lib. de pœnitentia. *Quamuis vera sint quædam, tamen iudici non sunt credenda, nisi certis indicijs demonstrentur.* Item ex octauo synodo. *Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed is qui aurem cito criminibus præbet.* Cum itaque sententia ex ordine iniusta est, nec ab ea recedendum est; quia & antequam sententia daretur in eum pro qualitate sui reatus, ligatus apud Deum tenebatur. Contingit etiam aliquando, vt adulter sententiam pro sacrilegio reportet, cuius reatum in conscientia non habet, hæc sententia, etsi iniusta sit, quia non est in eo crimen super quo sententia prolata est, tamen ab eo reportata est; quia ex reatu adulterij, iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Grego. *Sententia pastoris &c.* Iustam sententiam vocat, quando crimen subest super quod fertur; Iniusta, quando illud non subest: quæ tamen timenda, vel seruanda est, quia ex alio aliquo iamdudum damnandus erat. Vnde cum præmisisset Gregor. vtrum iustè an iniustè obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est; subsecutus adiecit, ne is qui subest, & cum iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suę sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel indiscrete absoluere timeat, vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat etiam iniuste, nec pastoris sui iudicium temere reprehendat; ne etsi iniuste ligatus, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culda, quæ non erat, fiat.

Qui excommunicaturi pro vno crimine, cũ non illius sed alterius similis sit reus, debet parere, quia excommunicatur apud Deum.

Quòd iniqua sententia sustinentem non lædit.

CAP. LXXV.

ALIQVANDO verò nullum subest crimen, & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum, oppositam sibi sententiam in se damnationis excipit.

Iniqua sententia, seu sine causa lata solũ obest illi qui tulit.

Vnde Gregor. ait. Quatuor modis humanum iudicium peruertitur. Timore, dum metu potestatis alicuius, loqui veritatem pertimescimus: Cupiditate, dum præmio alicuius, animum corrumpimus: Odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur: Amore, dum amico vel propinquo contendimus auxilium præstare.

Gratianus. Hæc autem sententia potius iudicem lædit, quam eum in quem temerè fertur.

Vnde August. ait. Illud plane non temere dixerim, quod si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniuste, ei potius oberit qui fecit, quàm qui hanc patitur iniuriam.

Item Aug. super Psalmum 102. ait. Qui iustus est, & iniuste maledicitur, præmium illi redditur.

Semota superbia dum quis iniqua sententia damnatur, non tenetur parere, si iniquitas sit notoria.

Gratianus. Hic autem etsi (vt dictum est) non teneatur ligatus apud Deum, sententiæ tamen parere debet, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur. Idem est quando contra æquitatem sententia fertur; veluti quando subditi non possint cogi ad malum, scientes obedientiam non esse seruandam prælatis in rebus illicitis.

Vnde Eutichianus Papa ait. Si quis Episcopus aut abbas, presbytero aut monacho suo iusserit missas hæreticis cantare; non licet, non enim expedit obedire eis.

Gratianus. Hoc ipsum & de seruis apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud patres, quòd in illis tantum debent dominis & parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandata non sunt. *Item Ambros.* Iulianus Imperator quamuis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipub. obediebant: cum autem diceret; producite arma in Christianos, tantum cognoscebant Imperatorem Cœli.

Gratianus. Cum ergo subditi excommunicantur, ideo quia ad malum cogi non possunt, tunc sententiæ non est obediendum; quia iuxta illud Gelasij. *Nec apud Deum, nec apud Dei Ecclesiam, quemquam grauat iniqua sententia.*

De appellationis remedio.

CAP. LXXVI.

AVCTOR. Quoniam autem vt superius dictum est, iniusta sententia per appellationem releuatur, de hac quoque tractandum est. *Est igitur appellatio à minori iudice ad maiorem prouocatio, iniquæ sententiæ querelam continens.* Vel aliter. *Appellatio est sententiæ à minori iudice latæ, per inuocationem maioris iudicis, prætextu iniquitatis, rescissio, vel extinctio.*

Quid appellatio.

Can. 2. q. 6. Eutichianus Papa. In sæcularibus, postquam legibus vocatus quis venerit, & in foro decertare cæpit, non licet ei ante peractam causam recedere; In Ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit; vel si se viderit prægrauari.

Sixtus Papa. Quoties Episcopi se à suis Prouincialibus vel à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, atque eis libere liceat ire.

Ab ijs ad quos prouocatum fuerit non licet vlterius prouocare.

Gratianus. Ab eis quoque ad quos prouocatum fuerit (sicut in Africano concil. legitur) vlterius prouocare non licet.

Imperator Iusti. scribit. Si quis in quacumque lite iterum prouocauerit, non licet ei tertia, in eadem lite, super ijsdem capitulis, prouocatione vti.

Ex summa iuris. In summa ergo nota, quòd potest appellari quoties opus fuerit. Quidam tamen dicunt, quod bis tantum in vno & eodem articulo potest. Et exponũt illud quoties, id est bis, vel quoties necesse fuerit, scilicet in diuersis articulis. Sed primum verius est. Item ab omni sententia potest appellari, prẽterquam à sententia arbitri.

Ab omni sententia potest appellari præterquam à sententia arbitri.

Extra. 2. de appel. & re. Cœlestinus 3. Si quis iudex ita protulit sententiam: Nisi Sempronio infra 20. dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, vel interdictum esse cognoscas: Ille in quem fertur sententia, medio tempore appellans, esto ad diem statutum minime satisfecerit, videtur nobis quòd huiusmodi sententiam, ap. obstaculum debeat impedire.

Innoc. 3. Quoties ad illos iudices vos euocari contingit, ad quorum præsentiam vobis periculosum est ire, libere poteritis appellare; etiamsi in literis commissionis Apo. fuerit remedium intercluſum; nisi iudices vobis assignent locum idoneum, & securum.

Vniust prouocatio si vincat iuuat socios.

Idem. Plus est ad sedem Apost. prouocare facto, quàm verbo. *Grego. ix.* Quoties clausula per quam tollitur App. remedium, in medio ponitur literarum, si sint plura negotia se minime contingentia, præmissa tantum complectitur: nisi forte in fine literarum, prædicta clausula iteretur. Item vna sententia pluribus condemnatis, si vnus solus ad app. beneficium conuolauit, illius victoria in re communi cęteris suffragatur, si communi iure iuuetur, Idemqúe negotium, & eadem causa defensionis existat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De his quibus, & à quibus appellare possit.

CAP. LXXVII.

In criminali quilibet potest pro condemnato etiam inuito appellare.

EX *summa iuris*. Appellare possunt illi quorum interest. Item procurator negotiorum gestorum, tutor, & curator. In criminali vero causa, pro condemnato potest appellare quilibet, & illo inuito appellari debet (vt dictum est) à minore iudice ad maiorem. Si quis autem appellauerit ab æquali ad æqualem, vel etiam ad maiorem, sed extraneum, vt ab Episcopo ad Episcopum, vel ad alterius prouinciæ Archiepiscopum, appellatio tenet, errore non nocente, fietque prosecutio ad illum ad quem debuit appellari. Si verò ad minorem appellauerit, error ei nocebit, quia sententia transibit in rem iudicatam. Omnibus autem medijs intermissis appellari potest ad Papam. Delegato vero appellatur ad delegantem, nisi iurisdictio, id est vniuersitas causarum ei fuerit delegata; tunc enim appellabitur ad illum, ad quem à delegante appellaretur.

Discrimen inter iudicē ordinarium & arbitrarium.

Gratianus vbi supra. In Concil. Mileuitano legitur: *A iudicibus quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare*; quod de arbitris intelligendum est. Iudicum enim alij sunt arbitrarij, alij ordinarij. Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico, vtpote ecclesiastici, vel ab Imperatore, vtpote sæculares legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur vt eorum sententiæ stetur. Horum alij sunt ordinarij & arbitrarij, & alij arbitrarij tantum. Ordinarij & arbitrarij sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suæ iurisdictioni suppositi. Ab his, etsi vt arbitrarij sedeant, & non vt ordinarij, priuilegio tamen ordinariæ dignitatis, prægrauatus aliquis appellare valebit. Arbitrarij tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperunt: à quibus appellare non licet, quia eis imputandum est quòd sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorum à quibus appellatur, soluta fuerit per eum ad quem appellatum est, nihil eis oberit; nisi fortè vel inimicitia, vel pecunia deprauati, iniustam probantur tulisse sententiam.

Ab arbitro qui est etiam ordinarius resp. aliorū, appellari potest.

De appellatione ad Papam.

CAP. LXXVIII.

Omnes possunt appellare ad sedem apostolicam.

ZEpherinus *Papa*. Ad Romanam Ecclesiam, ab omnibus, maximè tamen oppressis, est appellandum, & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, à suis oppressionibus releuentur.

Item Iulius Papa. Placuit, vt à quibuscumque Ecclesiasticis iudicibus, ad alios iudices Ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas prouocatum fuerit, audientia non denegetur. *Idem*. Ideo huic sedi prę-fata priuilegia specialiter sunt concessa, tam de concilijs congregandis, & iudicijs ac restitutionibus Episcoporum, quàm & de summis Ecclesiarum negotijs, vt ab ea omnes oppressi, auxilium; & iniustè damnati, restitutionem resumant; & talia ab impijs non præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque sua damnatione.

Idem Iulius Papa. Qui se scit alijs præpositum esse, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa namque Ecclesia quæ prima est, ita reliquis Ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatæ solicitudines, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium ad Apostolicam sedem, Episcoporum iudicia, & cuncta maiorum negotia causarum, eidem sanctæ sedi seruata esse liquet.

Ecclesia Romana reliquas excedit in plenitudine potestatis.

Leo Papa. Nulli appellanti inducię sunt negādæ.

Extra. 2. vbi supra. Alexaud. 3. Idem denique quod quæritis, si à ciuili iudice, ante iudicium vel post, ad nostram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat? tenet quidem in his qui sunt nostræ temporali iurisdictioni subiecti, in alijs non. Et si de consuetudine Ecclesiæ teneat, secundum iuris rigorem credimus non tenere. Idem de appellationibus minimis interpositis volumus tenere te, quòd eis pro quacumque causa leui fiant, non minus est, quàm si pro maioribus fierent, deferendum.

Appellatio à iudice ciuili ad Papam non tenet.

De temporibus appellationis faciendæ, & prosequendæ.

CAP. LXXIX.

EX *summa iuris*. Appellari quidem non potest secundum leges, nisi post sententiam. Secundum canones autem potest, & ante sententiam, & post; & ante lit. contest. & post, & in qualibet parte litis, nisi appellaretur à correctione; tunc enim, maxime ante lit. contest. non licet prouocare, quoniam à correctionibus inhibitum est appellare. Appellatio infra decem dies facienda est, etiam si sententia fuerit lata sub conditione; prosequenda est autem infra annum, vel si iusta causa interueniat, datur biennium ad prosecutionem: post illud itaque tempus, si sententia lata est, tuta manet. Si non est lata, procedetur contra appellantem, appellatione remota; nisi forsitan appellans appellationē prosequi non potuisset, vel si lis in consistorium principis inferenda sit, ac per principem stet quo minus appellationem recipiat, & causam examinet. Item si medio tempore fuerit à litigatoribus arbiter electus, & ita biennium transeat, etiam si causa non fuerit ibi terminata ex cursu biennij, non nocebit appellatori.

Leges nō admittunt appellationem ante sententiam, canones vero sic, nisi quod à correctione non liceat appellare.

Gratianus vbi supra. Tempus appellationis est ante datam sententiam, vel post datam; quoties enim quis se grauari senserit, libere potest appellare. Post datam vero sententiam qui appellare voluerit, infra quinque dies appellet; & infra eosdem à quo prouocauit, dimissorias accipiat; & infra eosdem, ad quem appellauit iter arripiat. Vnde in Theodosianis legibus sic statutum legitur. Propter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocandis sententijs, liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ constitutę sunt, vt quicumque apud iudicem qui causam eius audiuit appellare, & ad aliud iudicium prouocare voluerit, & infra quinque dies appellet, & in his quinque diebus ad iudicem ad quē prouocauit, sine aliqua dissimulatione perueniat. Et ipse dies in quo accepit literas, in his quinque diebus specialiter computetur, quod si longius interfit, exceptis quinque diebus, spatium dierum quo iter agi possit computetur.

Tempus appellationis sunt quinque dies secūdum leges.

Extra. 2. de appellationib. & re. Alex. 2. Sacri canones ante & post lit. contest. & in prolatione sententiæ, & post, singulis facultatem tribuunt appellandi. Leges autem sæculares appellationem (nisi in casibus) ante sententiam non admittunt. Si autem infra certum tempus lis decidēda committitur, extunc terminus incipit, cum iudices contingit literas recepisse. Si ante sententiam vel postea fuerit appellatum, appellantibus huiusmodi annus indulgetur, aut ex necessaria & euidēti causa, biennium; nisi fortè iudex à quo appellatum fuerit, secundum locorum distantiam & personarum, ac negotij qualitatem, tempus præcisius fuerit moderatus: infra quod, si is qui appellauerit causam app. non fuerit prosecutus, tenebit sententia, Si post sentētiam appellauerit, & à causa sua cecidisse videtur, nec amplius audietur super eo negotio appellans. Si vero à

Qui non prosequitur appellationem ante annum tenetur stare sententiæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

grauamine, & ante litis ingreſſum fuerit appellatum, huiuſmodi audietur appellans: quoniam ſacri canones, etiam extra iudicium paſſim appellare permittunt; nec ſolent huiuſmodi dici appellationes, ſed prouocationes ad cauſam. Si autem ante ſententiam quis appellauerit, cogitur illius ſtare iudicio, ad quem noſcitur appellaſſe. Præterea ſi raptor ſit, vel violentus detentor alienæ rei, qui appellat; huiuſmodi appellatio facta in iudicio, apud Eccleſiaſticas perſonas ſolet audiri; niſi forte manifeſtus raptor, vel fornicator exiſtat; ſicut ille, quem abſentem & irrequiſitum Apoſtolus excommunicauit.

Qui ante ſententiam appellat tenetur ſtare illius iudicio ad quem appellat.

De forma appellationis.

CAP. LXXX.

CAVSA *2.q. 6. Martianus lib. 5. tit. de libellis dimiſſorijs.* Poſt appellationem interpoſitam, literę dandæ ſunt ab eo à quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue principem, ſiue quemlibet alium: quas literas, Dimiſſorias, ſiue Apoſtolos appellant. Sufficit autem petiſſe intra tempus dimiſſorias inſtanter & ſæpius, & ſi non accipiat, ad ipſum conteſtetur. Nam inſtantiam petendi dimiſſorias, conſtitutiones deſiderant. Æquum eſt igitur, ſi per eum ſteterit, qui debebat dare literas quo minus det ne hoc accipienti noceat.

Sufficit inſtanter petere dimiſſorias licet iudex non det.

Forma Apoſtolorum talis eſt. *Ego Hen. ſanctæ Bononien. Eccleſiæ Epiſcopus, te preſbyterum Rollandum, capellanum Eccleſiæ ſancti Appollinaris, ad Apoſtolicam ſedem quam appellaſti, ab obſeruatione mei iudicij dimitto.* Forma verò appellationis ante ſententiam hæc eſt. *Ego Adelinus ſanctæ Ro. Eccleſiæ miniſter, licet indignus; ſentiens me prægrauari à domino Gualtero ſanctæ Rauennatis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Romanam ſedem appello, & Apoſtolos peto.* Si verò poſt datam ſententiam appellare voluerit, hic erit ei modus appellandi. *Ego A. S. R. e. mi. licet indignus, contra ſententiam Domini Gualteri ſanctæ Rauennatis Eccleſiæ Archiepiſcopi, iniuſtè in me latam pridie Kalend. Martij; anno Incarnationis Domini Milleſimo Centeſimo 5. feria 4.* Ro. ſe. appello, & Apoſtolos peto. Si autem vnus, vel duo pro pluribus appellare voluerint, ſic appellabunt. *Nos G. & P. ſyndici, id eſt defenſores Canonicorum S. R. E. ſentientes nos prægrauari contra ſententiam &c. Romanam ſedem appellamus, & Apoſtolos poſtulamus.* Huiuſcemodi appellationes in ſcriptis fieri debent, ad iudicium autem alterius fidei, catholico non licet appellare.

Forma Apoſtolorum ſeu dimiſſoriarij & etiam appellationis

Appellatio debet fieri in ſcriptis & ad iudicem catholicum.

Extra. 2. de appellationibus & re. Alexan. 3. Licet prædictus preſbyter ex ſimplicitate forte verbum appellandi non expreſſit, quia tamen poſtquam ſe & ſua noſtræ protectioni ſubiecerat; non debuit ſine cauſæ cognitione, aliqua ſententia condemnari: Manda. quat. ſi ita tibi conſtiterit, ſententiam quam præfatus Epiſcopus in eundem tulit, denuncies non tenere. *Grego.* Si iuſtus metus, quo minus appellaueris te excuſat, ad ap. beneficium reputaris conuolaſſe, dummodo infra tempus quo licite prouocatur, coram iudice à quo appellaſſe volueras, vel ſi habere ipſius copiam nequiueris, in præſentia bonorũ virorum, atteſtatione ſuper hoc propoſita, cauſas appellationis duxeris exprimendas.

Quis cenſendus virtualiter appellaſſe.

De proſecutione eiuſdem.

CAP. LXXXI.

ALEXANDER 3. Illos autem qui appellant à præſentia tua, cogere debes infra tẽpus conueniens ap. interpoſitam proſequi, aut iudicio tuo ap. re. parere. *Idem.* De his qui iuramentũ præſtant, quòd Eccleſiæ ſtabunt iudicio, & poſtea appellant, id tua ſolicitudo prouideat, vt eos ſeruare quod iurant, vel infra 40. dies poſt ap. interpoſitam, iter arripere ad ipſam proſequendam compellas.

Poteſt appellans compelli intra 40 dies iter arripere ad appellationem proſequendã

Greg. ix. Interpoſita appellatione ex cauſa probabili, non ſufficit appellanti probare quòd ex cauſa huiuſmodi prouocauerit, ſi eam non doceat eſſe veram; niſi hoc ſe offerens probaturum, non fuiſſet admiſſus. Eidem quoque permittitur, ſi non recipiatur app. eius à iudice, nec ab aduerſario approbetur, ſuper proſecutione appellationis per procuratorem, ad impetrandum & contradicendum conſtitutum, literas impetrare; licet pars altera per ſe, vel per procuratorem idoneum, ſuper hoc iudicium apud ſe. ap. recipere ſit parata.

Ille denique qui vocem ap. emiſit, cuius nondum eſt alij cognitio delegata ad petitionem eiuſdem, ad eum à quo prouocauit de iure remittitur, contradictione partis alterius non obſtante. Eſt tamen in legitimis expenſis, aduerſario, quas eum propter hoc feciſſe conſtiterit, condemnandus. Sane parato aliquo probare grauamen propter quod duxerat appellandum, parte aduerſa ſe contumaciter abſentante, poteſt ſuper hoc, lit. non conteſt. procedi, licet nondum litis conteſtatio facta fuerat in ipſo ap. articulo, vel negotio principali: quia cum in hoc caſu iniquitas prioris iudicis principaliter arguatur, non eſt rigor iuris, ex quo ſequi poſſet cauſæ prolixitas, requirendus.

Cauſa 2. q. 6. c. ſi autem. Cum autem in capitali cauſa, vel ſtatus, interpellatum fuerit; non per procuratores, ſed per ſeipſos appellantes, cauſam ſuam agere oportet. *Item in c. ſi quando.* Si vero is qui appellauit, pœnitentia ductus ab appellatione deſiſtere voluerit, non prohibetur.

Qui appellauit poteſt deſiſtere ſi vetit.

Iterum de eodem.

CAP. LXXXII.

Extra. 2. vbi ſupra. Innoc. 3. in c. ſæpe contingit. Licet in Lateranenſi concil. fuerit conſtitutum, vt ſi eo qui appellatus fuerit veniente, qui appellauit venire neglexerit; competentem illi recompenſationem faciat expenſarum: quia tamen propter hoc quæſtiones nihilominus prorogantur, ſtatuimus vt ſi huiuſmodi appellatio, vel à iudice recepta, vel à parte fuerit approbata, poſt terminum ap. præfixum, edicti peremptorij vires obtineat, ita vt extunc in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptorie vocatus ad iudicium extitiſſet. Quicquid autem contra citationem peremptoriam poſſet ab abſente proponi, aduerſus ap. huiuſmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appellationis præueniens, tacita veritate literas impetrauit, & careat impetratis, & pœnam contumaciæ non euadat.

Pœna appellantis intra præfixum terminũ non comparentis.

Idem. Licet igitur appellanti legitima ſententia indulgeatur annus à lege, aut ex iuſta cauſa biennium, ad ap. interpoſitam proſequendam; quia tamen huiuſmodi terminus poteſt reſtringi, non ſolum à prouocante, verumetiam à iudice à cuius ſententia prouocatur, cum ideo ſit conſtitutum, non vt terminus ipſe præueniri non poſſit, ſed ne valeat prorogari: Credimus diſtinguendum in quo caſu literæ impetrentur, & quidẽ quoniam certus terminus ab appellante vel iudice prefigitur appellationi proſequendæ, ſi eo tacito appellatus literas impetrauit, huiuſmodi literæ tãquam tacita veritate ſurreptæ, obtinere non debent aliquam firmitatem. Si vero non ſit aliquis terminus à iudice vel appellante præfixus, pars appellata infra terminum conſtitutum à lege, dummodo nimium non præcurrat, vt appellantem in commiſſione impetranda ſupplantet, commiſſionis literas poterit impetrare, quarũ auctoritate in appellationis cauſa legitime procedatur. Ita quòd ſi appellans voluerit in cauſa ap. procedere, oportebit eũ agere ſub iudice ſic obtẽto, niſi

Terminus appellationi proſequendæ eſt à iudice præfigendus modo annũ non excedat.

nisi possit eum legitime recusare. Quod si agere noluerit appellatus, potest nihilominus prosequi causam ipsam, maximè si sentiat sibi ex dilatione imminere grauamen: Superior quoque iudex, sibi si viderit ex dilatione periculum imminere, potest & debet, neutro prosequente appell. occurrere, vt periculum euitetur.

Reo per contumaciam non comparente potest iudex negotium definire

Idem. Cum sit lis super eodem coram iudicibus primis legitime contestata, poterunt iudices delegati, eo qui conuenitur se per contumaciam absentante, cum eis de meritis causæ liquebit, sibi commissum negotium diffinire.

Idem in concil. generali. Vt debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus & expensis; statuimus, vt si quis coram idoneo iudice conuenerit aduersarium, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absque rationabili causa non prouocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstante quòd dicat quòd ad superiorem iudicem destinauerit nuncium, aut literas impetrauerit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignatæ. Cum autem ex rationabili causa putauerit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita, tali videlicet, quæ si foret probata deberet legitima reputari, superior de ap. cognoscat, & si minus rationabiliter appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet, alioquin ipse procedet saluis constitutionibus, de maioribus causis ad sedem Apostolicam deferendis.

Qui appellat sine causa rationabili, remittendus est ad primũ iudicem, & in expensis condemnandus.

De Officio appellationis & appellati.

CAP. LXXXIII.

Iudices tenentur appellationem suscipere &c.

CAVSA *2.q.6.c. si quando causa.* Iudicibus autem non solum suscipiendæ appellationis necessitas videtur imposita, verumetiam 30. dierum spatia ex die sententiæ diffinita sunt, intra quæ gesta, vna cum relatione, litigatoribus conuenit præstari. Similiter arbiter appellationem suscipere, & relationem dare compellitur, si delegatus fuerit. Litigatoribus vero copia est, etiam non conscriptis libellis, illico voce appellare, cum res iudicata poposcerit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis. Ab eo autem qui de appellatione cognoscit, non potest recursus fieri ad iudicem à quo fuerit prouocatum.

Gratianus. Hæc omnia in 6. li. Cod. inuenies, tit. de appellationibus, & consultationibus. *Item.* Quæritur autem de eo à quo appellatur, an sit euocandus in testimonium apud eum ad quem appellatur super negotio cuius cognitionem susceperit? De hoc ita statutum est in Conc. Carthag. 5. Non liceat clericũ in iudicium ad testimonium deuocari eum qui præses vel cognitor fuerit; & nulla ad testimonium dicendum persona Ecclesiastici cuiuslibet pulsetur. *Leo Papa c. qui scit.* Cæterum si quis causa frustratoriæ dilationis appellauerit à iudice ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur.

Quodnam officium appellantis & appellati.

Ex summa iuris. Officium igitur eius qui appellat est petere Apostolos, eius à quo appellatur est dare dimissorias, quas etiam non petenti dare debet. Item mittere debet ad eum ad quẽ appellatur, attestationes, allegationes, & alia, quæ coram eo sunt acta. Officium autem illius ad quem appellatur, est omnibus diligenter examinatis, appellationem iustam, vel iniustam pronunciare.

Extra. 2. vbi supra. Innocen. 3. Ad officium eius qui de ap. cogniturus est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam inuenit attentata. Si tamen notorium existeret quòd mandatum Episcopi indiscretum erat, vel frustratorium, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam liqueat euidenter subditum legitime prouocasse, potest archiepiscopus auctoritate metropolitica declarare, subditum irrationabiliter anathematis mucrone percussum. Cum autem excommunicatus qui appellauerat iuxta prædictam formam, coram archiepiscopo deponit contra episcopum quæstionem, Metropol. ad cognoscendum de causa potest interponere partes suas; cum ille appellationis prosecutionem renunciare tacito videatur, sed si vel verbo, vel facto, appellationem se velle prosequi protestatur, non est, tanquam aduersa petens, & sibi contrarius, audiendus. *Idem.* Plus est Romanum Pont. ad se aliquod euocare negotium, quam aliquem ad eum super aliquo negotio prouocare.

Nota.

De effectu appellationis.

CAP. LXXXIIII.

Effectus appellationis est vt omnia sint in statu quo fuerint tempore appellationis.

EX *summa iuris.* Effectus appellationis est, vt omnia sint in eodem statu, in quo fuerunt tempore appellationis factæ, nisi ille qui appellat aduersarij sui deferat appellationi. Idem quoque puto, si appellans contra sententiam propriam conuenit, ita procedendo ac si non appellasset.

Gratianus vbi supra. Dum ergo litigantes Romanam appellauerint sedem, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut eorum res auferre, aut aliquam vim eis inferre præsumat, antequam amborum causa Roma. Pont. auctoritate finiatur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit nihil erit, sed viribus carebit.

Excessus appellantium posſunt nihilominus puniri.

Extra. 2. Alexan. 3. Idem præterea de his qui ad apo. se. appellant, & postea grauia committentes, se dum conueniuntur appellatione tuentur, duximus respondendum; quod eos appellatio non debet in sua iniquitate tueri, quominus eorum excessus cen. Eccl. puniatur. *Idem.* Cum aliquis super aliqua causa appellat, licet pro illa appellatione non minus teneatur in alijs super quibus appellatum non est respondere: Iudex tamen à quo appellatur (quia illi suspectus omnino est) non debet eum ad respondendum super alijs compellere, nisi pro crimine adeo graui & manifesto, quo ipso actu merito sit condemnandus.

Idem Cantuar. Archiepiscopo. Qua fronte nos consulere valeas non videmus, cum videaris ordinem iuris peruertere. Iam enim non in Ecclesia, sicut est canonicum & honestum; non etiam in palatio, sed non in camera tua, sed in camera regis, contra debitum iuris, & Pontificalis officij dignitatem, Episcoporum electionem diceris confirmare. Sanè si quis pro contumacia, vel alia causa qualibet, interdicto, vel excommunicatione tenetur astrictus, & offert se ad iustitiam de his pro quibus sententiam ipsam exceperit, iudex eum ne in excommunicatione decedat, absoluere poterit; etiamsi pars aduersa ne absoluatur, app. obstaculum interponat: Ab ipso tamen ante absolutionem, sufficienti cautione suscepta, quòd vel in præsentia Roman. Pont. ad cuius audientiam appellatur, si maluerit aduersarius; vel coram iudice cui causam delegauerit, iuris pareat æquitati. De his etiam qui conqueruntur se irrationabiliter excommunicationi vel interdicto suppositos, Illud idem dicimus; etsi hi qui huiusmodi sententiam protulerint, ad Se. Apost. duxerint appellandum.

Appellatio aduersa partis non impedit quominus excommunicatus possit absolui præstita cautione.

Innoc. 3. Quia multoties quis ad tempus, per ap. legitimam, à iudicis sui, quo ad aliquem certum articulum, eximitur potestate: Consuluisti autem nos, vtrum si quis excommunicationis sententia innodatus, ante denunciationem ipsius, ab ea tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu in quo ante sententiam appellatio vires obtinuisset, curauerit prouocare, eo quod per ap. interpositam excommunicantis videtur iurisdictio dormitasse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Appellatio non impedit excommunicationis latæ denunciationem.

Ecclesiasticis beneficijs spoliare? Nos itaque respondemus, quòd cum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excõmunicatum denunciare potes, vt ab alijs euitetur, & illi prouentus Ecclesiastici merito subtrahantur, cui Ecclesiæ communio denegatur. *Gregor. ix.* Vna sententia pluribus condemnatis, si vnus solus ad appellationis beneficium conuolauit, illius victoria in re communi cæteris suffragatur, si communi iure iuuetur; idemque negotium, & eadem causa defensionis existat. *Require supra tit. de appellationis remedio.*

De appellationibus friuolis, & non necessarijs.

CAP. LXXXV.

Casus in quibus appellatio non est necessaria

CAVSA 2. q. 6. Est autem quando appellationem interponi non est necesse. Sententia namque extra solitum ordinem iudiciorum à præside prolata, auctoritatem rei iudicatæ non obtinet. Item si sententia lata fuerit circa prius iudicata, à quibus prouocatum non est, sententiæ auctoritatem non obtinebit, & ideo ab eo appellari non est necesse. Item si sententia contra ius scriptum feratur. Si verò contra litigatoris sententiam dicatur, ad prouocationis remedium oportet confugere. Item si plures iudices dati fuerint, & vnus tantum ex his pronunciasse proponitur, non videtur appellandi necessitas fuisse; cum sententia firmitatem iuris non teneat. Item quod citra ius gestum videtur, firmitatem non tenet, & sine appellatione potest rescindi. Venales quoque sententias, quæ in mercede à corruptis iudicibus proferuntur, & circa interpositæ prouocationis auxilium, infirmas esse decretum est.

Quorum appellationes non possunt recipi.

Sunt etiam quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi eius appellatio, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam, negotio prius summatim perscrutato, vocatus esset condemnatus est. Nullus enim homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum; itemque eorum qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium sceluſque confessus, audiatur appellans, & hoc in notorijs. In occultis autem, si testibus productis, instrumentis prolatis, alijsque argumentis præstitis, sententia contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est, aut minimè voce sua confessus sit, aut fortitudine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, prouocandi licentia ei non denegetur. Item: Quicumque non confidentia iustæ causæ, sed causa differendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, vel si de facto suo confessus, ne abijciatur, appellare voluerit, huiusmodi appellationes non recipiantur. Extra 2. de appellationibus, & recu.

Religiosi non obstante appellatione sunt iuxta præscriptum regula puniendi.

Alexan. 3. c. ad nostram. Quia remedium appel. non ideo est inuentum, vt alicui à religionis & ordinis obseruantia exorbitanti, debeat in sua nequitia patrocinium exhibere; Mandamus quatenus quando si quis subiectorum tuorum ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati quod in prædicta regula continetur, & institutione ordinis, corrigas & castiges.

In notorijs delictis non est appellationi deferendum, nec quando appellatio sit ab omni grauamine.

Idem vbi supra cap. consulnit. Si aliqui, quos manifestum sit & notorium, vxorem alterius detinere, aut iniecisse manus violentas in clericum, appellauerit, eorum ap. non est aliquatenus deferendum.

Idem. Si generaliter app. quis interponat ab omni grauamine quod sibi posset contingere, huiusmodi app. tenere non debet. Si verò ab aliquo iudice, super omni grauamine quod in vna causa sibi possit inferri, quamquam generalis appell. fuerit interposita, appellationi tamen eius, ab eodem iudice est deferendum.

Cælestinus tertius. An sit deferendum app. illius, quem aduersarius de expoliatione, post appellationem legitime interpositam sibi facta, paratus est in continenti conuincere? Respon. quòd cum in eo puniendus sit in quo deliquit, qui appellationi deferre neglexerit, se beneficio reddidit appellationis indignum.

Honorius tertius. Cum omisso diœcesano Episcopo, fuisset ad Archiepiscopum appellatum, ad quem gradatim fuerat appellandum; in causa ipsa de iure procedere non debebat. *Nota.*

De Casibus in quibus appellare prohibetur.

CAP. LXXXVI.

EX *summa iuris.* Inhibetur etiam appellatio in quibusdam casibus, qui notantur his versibus.

Appellare vetant scelus, excellentia, pacta:
Contemptus, minima res, interdictio facta:
Arbitrium, res quæ perit, est si longius acta.

In quibus casibus non licet appellare.

Scelus quidem, quoniam propter delicta notoria non potest quis appellare. *Excellentia* verò, quoniam à Papa non appellatur, cum superior illo non inueniatur. *Papa* quoque, quia si paciscantur partes ne appellent, appellare non poterunt. *Contemptus* autem, id est contumacia, quia contumax appellans non auditur, nisi fortè veniret adhuc iudice pro tribunali sedente, vel nisi esset contumax in non exhibendo. Minima vero res, quia non appellatur si citra 40. solidos consistat summa super qua litigatur. *Interdictio facta*, quia quando à Papa inhibetur appellatio, non appellatur nisi à manifesto grauamine; tunc enim deferendum est appellationi: Si verò appelletur ab occulto grauamine, Iudex non defert ei. Sed superior si inuenerit appellationem à grauamine interpositam, retractabit ipsam, & quæ postea facta sunt: Arbitrium autem, quoniam ab arbitro non appellatur. Opponitur tamen exceptio doli, quæ vicem obtinet appellationis. Verbi gratia; Si arbiter inimicus meus efficiatur, & denunciem illi ne pronunciet, & ipse nihilominus pronunciat, illius sententiæ non parebo: Et si pœna petatur, opponam exceptionem doli. Res autem quæ perit, quia si res ex dilatione detrimentum patiatur, non appellatur. Verbi gratia: Si appelletur, ne corpus defuncti sepulturæ tradatur. *Est si longius acta 1.* si non appelletur intra 10. dies.

Licet Episcopis à Metropolitano appellantibus libere Romam ire.

Can. 2. q. 6. Sixtus Papa. Quoties episcopi se à suis comprouincialibus vt à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, atque eis libere liceat ire. Et dum prædictam Romanam Ecclesiam appellauerint, aut ab ea se audiri popoſcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum ædes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa, Romani Pontificis auctoritate terminetur, quod si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit.

Religiosi non debent appellare.

Extra. 2. de appellationibus & re. Alexand. 3. in concil. Statuimus, vt nec prælati, nisi canonica commonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subditos, nisi fortè talis sit culpa, quæ suo genere, suspensionis, vel excommunicationis pœnam inducat: nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis prorumpant, præcipuè verò hoc in religiosis volumus obseruari, ne si religiosi pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem prælati sui & capituli disciplinam appellare præsumant; sed deuotè & humiliter suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum.

Idem. Peruenit ad nos: quòd cum M. tuæ Eccle-

siæ

ſiæ canonicus, vt in ea reſidentiam faceret monuiſſes, in appellationem prorupit. *& infra.* Cum autem fruſtratoriæ dilationis cauſa videatur dictus canonicus appellaſſe: Mandamus quatenus eum ſtudiosè moneas, vt in eadem Eccleſia reſidentiam faciat, vel infra terminum appel. ſuam proſecutus, iter ad nos arripiat veniendi. Interim verò alicui honeſtæ perſonæ vices eius in Eccleſia prætaxata committas, & ei de beneficijs illius aſſignes, vnde poſſit congruè ſuſtentari. Quod ſi præfatus M. alterum ipſorum adimplere neglexerit, tu præbenda ſua priues eundem, & eam alij idoneæ perſonæ concedas.

Abbates infames debent prælationi cedere, nec appellare licet.

Idem. Abbates qui de aliqua publica infamia reſperſi ac conuicti, & deinde in communi capit. commoniti, prælationi cedere noluerint, appellandi non habeant facultatem.

Quando appellare liceat, etiam appellatione remota.

CAP. LXXXVII.

Varij ſunt caſus in quibus licet appellare etiam appellatione remota.

EX *ſumma iuris.* Appellari verò poteſt etiam appellatione remota, quando iudex ſuſpectus, allegatur, nec recuſatio admittitur. Item quando primum peremptorium ſtatuitur. Item quando certum imprimi libello poſtulatur, nec conceditur. Item cum ante cauſæ principalis ingreſſum, reſtitutio denegatur. Item cum locus incongruus ad litigandum ſtatuitur. Item cum appellans ante citationem, iter arripuerit ad ſedem Apoſt. Item quando iudex alij vices ſuas committit, cum non poſſit committere re. ap. Item quando iudex recuſat admittere probationem ſuper falſi ſuggeſtione. Item cum appellatio inhibita eſt vſque ad diffinitiuam ſententiam tantum. Item cum iudex delegatus, inuito ordinario, vult clericum minus idoneum in Eccleſia inſtituere. Item cum iudex rationabiles exceptiones non vult admittere, & huiuſmodi.

Extra. 2. de appellationibus & re. Quoties clauſula, per quam tollitur ap. remedium, in medium ponitur literarum, ſi ſint plura negotia ſe minimè contingentia, præmiſſa tantum complectitur, niſi fortè in fine literarum prædicta clauſula iteretur.

De ſententiæ confirmatione.

CAP. LXXXVIII.

Quid confirmatio & quot modis fiat.

EX *ſumma iuris.* Quoniam autem ſententiæ frequenter à iudice qui de appellatione cognoſcit confirmari ſolent, de confirmatione quoque tractandum eſt. *Confirmatio eſt iuris prius habiti corroboratio.* Item confirmare, eſt alicuius facto vel iuri firmitatem præſtare. Fit autem pluribus modis. Aliquando quidem à iure, ſcilicet ex curſu temporis, vt ſi à ſententia non fuerit infra decem dies appellatum. Aliquando verò à iudice, ſcilicet per ſententiam, vel priuilegium. Aliquando verò iureiurando; vt ſi minor alienet rem ſuam, & iuret ſe non venire contra, non potetit reſtitutionem petere. Similiter autem confirmatur ſententia decreto. Fit autem confirmatio à ſuperiori perſona, puta Papa. Vel Epiſcopus aliquando confirmat aliquem contractum, vel beneficium aliquod, vel electionem alicuius, vel ſententiam ab inferiori latam. Confirmari quidem poſſunt ea quæ iuſte & pacifice poſſidentur, & ea quæ minus legitimè proceſſerunt. Res autem litigioſa confirmari non poteſt.

Res litigioſa non poteſt confirmari.

Effectus confirmationis eſt vt non liceat iudici inferiori contra iudicare.

Effectus confirmationis eſt, vt ex quo res tibi fuerit à ſuperiori confirmata, non licet alicui ſine mandato Papæ de ipſa contra confirmationem iudicare, niſi confirmatio per mendacium eſſet impetrata. Nam ſi dixi me canonicè poſſidere, & ſic obtinui confirmationem, poterit mihi moueri quęſtio ſuper illo beneficio. Vnde ſi dicatur mę non canonicè poſſidere, poterit de hoc iudex cognoſcere: hoc enim probato, per conſequentiam probabitur me per falſi ſuggeſtionem habuiſſe confirmationem, & ita non valebit mihi. Si verò vitioſam habui inſtitutionem, & hoc dixi Papæ, ipſeque nihilominus confirmauit, eius confirmatio quod deerat inſtitutioni ſupplebit, vnde iudex inferior de hoc cognoſcere non poterit.

A cenſura per Papam confirmata poteſt qui tulit abſoluere

Quæritur autem ſi ſententiam ab Epiſcopo confirmet Papa, poſſit idem Epiſcopus qui tulit illam, abſoluere ab ea. Videtur quidem quòd non poſſit, quoniam omnia illa noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, & ſic illa ſententia confirmata à Papa, perinde habetur ac ſi eſſet ab eo lata: vnde non videtur inferior iudex ab illa poſſe abſoluere: contrarium tamen verum eſt. Si verò quæratur cur non expirat confirmatio morte mandatoris, ſicut reſcriptum, vel mandatum: Hæc poteſt eſſe ratio, quia confirmatio ſtatim ſortitur effectum ſuum, vnde ſtatim confirmatur; mandatum verò ſemper ſpectat ad futurum. *Extra, de confirmatione vtili. lib. 2. Alexand. 3.* Si iuſtus metus quo minus appellaris te excuſat, ad appell. beneficium reputaris conuolaſſe, dummodo infra tempus quo licitè prouocatur, coram iudice à quo appellaſſe volueras, vel ſi habere ipſius copiam nequiueris, in præſentia bonorum virorum atteſtatione ſuper hoc propoſita, cauſas appellationis duxeris exprimendas. *Idem.* De confirmationibus autem Rom. Pont. te volumus tenere, quòd contra illas, niſi nouum apo. ſe. procedat mandatum, aut certum ſit quòd ſint per falſi ſuggeſtionem elicitæ, non eſt aliquatenus iudicandum.

Contra confirmationem Papæ ſint falſitate obtenta non licet iudicare.

De re iudicata.

CAP. LXXXIX.

Res iudicata pro veritate accipitur, nec quouis prætextu retractatur, demptа cauſa matrimoniali.

EX *ſumma iuris.* Res iudicata pro veritate accipitur, & tenet, etiamſi lata ſit contra ius litigatoris, dummodo non ſit lata contra ius ſcriptum (tunc enim non teneret:) neque verò prætextu inſtrumentorum vel teſtium poſtea repertorum retractatur: ſed fallit hoc in cauſa matrimoniali.

Extra. 2. de ſenten. & re iudi. Alex. 3. Cum autem aliquibus eſt adiudicata poſſeſſio, non ſufficit dare pignora, niſi corporali poſſeſſione lætentur.

Poſt 10. dies ſententia tranſit in rẽ iudicatam.

Innoc. 3. Conſtantino Epiſcopo. Cum poſt decem dierum ſpatium, ſententia in auctoritatem rei tranſeat iudicatæ, qui ad prouocationis ſubſidium infra id tempus non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit, cum per hoc videatur per interpretationem iuris latæ ſententiæ paruiſſe; præſertim vbi cauſa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipſius ſententiæ ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum; quia id arctari poteſt nonnunquam à ſedenti in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio ſponte recipit terminum breuiorem, ſibi imputare poteſt & debet, cum ex hoc videatur amplius beneficium contempſiſſe: vnde talis non audietur appellans, niſi fortè aduerſus eum modus executionis canonicus excedatur.

Modus exiquendi ſententiam.

De ſententiæ executione.

CAP. XC.

EX *ſumma iuris.* Fiat autem executio ſententiæ in rebus condemnati: Primo in mobilibus ſi inueniantur; ſi non inueniantur in immobilibus. Tertio ſi illa non ſufficiant, peruenitur ad debitores condemnati, contra quem iudex exequitur. Et nota, quòd iſta bona omnia pignori capiuntur auctoritate iudicis, & venduntur bona fide infra tempus à iudice ſtatuendum; & hoc habet locum in perſonali. Si autem agatur reali actione, ſtatim fit executio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

executio ſententiæ, ſi non appellatur: & hoc ſi res ſtatim reſtitui poteſt. Si fortè non poſſit ſtatim reſtitui, datur condemnato tempus à iudice, infra quod reſtituat rem, & interim dat condemnatus bonos fideiuſſores de præſtanda æſtimatione, ſi rem non reſtitueret, & hæc locum habent, quando condemnatus eſt iuſſus reſtituere, & vult parere ſententiæ. Si autem parere non vellet, & rem habeat penes ſe, iudex ex officio ſuo per brachium militare poteſt ab illo auferre rem, & dare victori. Si verò condemnatus rem non habeat, nec reſtituere velit, iurabit victor quantum ſua intereſt, & intantum iudex condemnabit victum: maximè niſi dolo fecit quo minus rem haberet. Si vero victus dolo non deſijt poſſidere, nec rem poteſt reſtituere, iudex in rei æſtimatione debet eum tantummodo condemnare.

Qui temere & improbe litigat tenetur reddere expenſas.

Iuſti. vbi ſupra lib. 4. Improbus etiam litigator, damnum & impenſas litis inferre aduerſario cogitur. *Ex Digeſt. 5. lib. Vlpianus de offic. Proconſul.* Eum quem temerè aduerſarium ſuum in iudicium vocaſſe conſtiterit, viatica, litiſque ſumptus aduerſario ſuo reddere oportebit.

De in integrum reſtitutione.

Cap. XCI.

Quid reſtitutio in integrum, & à quo fieri poſſit.

EX *ſumma iuris.* Quoniam autem eorum, quæ per vim aut metum, vel dolum, vel alias perperam ablata ſunt, reſtitutio per ſententiam fit? De in integrum reſtitutione quoque videndum eſt. *In integrum reſtitutio, eſt prioris ſtatus vel iuris redintegratio.* Fit autem ab ordinario, & à delegato, ſi delegatus ſit ab eo qui propriam habet iurisdictionem. Si tamen iam tuliſſet ſententiam, & poſtea peteretur ab eo reſtitutio, non poſſet eam facere, quia iam functus eſſet officio ſuo. Ordinarius autem, etiam contra ſententiam ſuam, vel prædeceſſoris ſui, poteſt reſtituere. Maior etiam aduerſus ſententiam minoris reſtituere valet, ſed non econuerſo.

Hæc reſtitutio facienda eſt minori & Eccleſia ſi ſe læſos oſtenderint.

Eſt autem facienda minori, vel Eccleſiæ, ſi tamen ſe læſos oſtenderint, minori quidem 25. annis, ſi decipiatur in contractibus, vel ſententia: poterit enim petere reſtitutionem toto tempore minoris ætatis, vſque ad annos 25. & etiam poſt annos 25. infra quadriennium. Hæc eadem reſtitutio competit Eccleſiæ quoniam Eccleſia iure minoris vtitur. Nam iure pupilli ſecundum leges vtitur reſpublica, Eccleſia vero vtitur eodem iure quo reſpu. Reſtituitur autem ſi lædatur circa iudicia, vtputa ſi neceſſarias allegationes omittat. Reſtituitur etiam circa contractus ſi lædatur, & hoc infra quadriennium tantum à tempore contractus. Eccleſia quoque contra Eccleſiam reſtitui poteſt. Eſt & alia reſtitutio, quæ competit iure maioris, ſecundum leges. Debet autem fieri reſtitutio cauſa cognita, & aduerſario præſente. Effectus reſtitutionis eſt, vt læſus quod ſuum eſt accipiat, & ad omnia reſtituatur.

In quibus caſibus ceſſet reſtitutio.

Ceſſat autem reſtitutio in re modica. Item vbi damnum prouenit ex euentu. Verbi gratia: Si minor vel Eccleſia vendidit prædium, nec fuit in venditione deceptus, ſed pretium poſtea perijt per caſum, non competit reſtitutio. Item ſi contractus ipſo iure non teneat. Item ſi minor reſtitui petat ad hęreditatem omiſſam, & ampliatam laboribus ſubſtituti. Item ſi ſoluatur ei debitum auctoritate iudicis, & poſtmodum illud amittat. Item in delictis. In ſumma vero nota, quòd licet Eccleſia iure minoris vtatur: tamen priuilegium Eccleſiæ priuilegium minoris excedit, quoniam Eccleſia non tenetur creditori, niſi creditum in vtilitatem Eccleſiæ verſum ſit. Minor autem tenetur, ſed reſtituitur.

Iterum de eodem.

Cap. XCII.

EX *Digeſt. libr. 4. Modeſtinus.* Omnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita à prætore promittuntur, ſcilicet vt iuſtitiam earum cauſarum examinet an veræ ſint, quarum nomine ſingulis ſubuenit. *Paulus lib. 7.* Nemo videtur re excluſus, quem prætor in integrum reſtituturum pollicetur.

Marcellus. Antonius Imperator Martio Auitoprætori, de ſuccurrendo ei qui abſens rem amiſerat, in hanç ſententiam reſcripſit. Etſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. Itaque ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more pronunciatum eſt, confeſtim autem pro tribunali te ſedentem adijt, extimari poteſt non ſua culpa, ſed parum exaudita voce pręconis defuiſſe: ideoque reſtitui poteſt. Deceptis enim ſine culpa ſua, maximè ſi fraus ab aduerſario ſuo interuenerit, ſuccurri oportebit: cum etiam de dolo malo actio competere ſoleat, & boni prætoris eſt potius reſtituere litem, vt & ratio & æquitas poſtulabit, quàm actionem famoſam conſtituere. Ad quam tunc demum deſcendendum eſt, cum remedio locus eſſe non poteſt.

Deceptis ſine culpa ſua poteſt fieri reſtitutio.

Extra. de in integrum reſtit. Alexan. 3. De poſſeſſionibus Eccleſię laicis ſub modico cenſu conceſſis: Noueris, quòd ſi Eccleſia læſa eſt, & manifeſtè apparet ipſius detrimentum, cum Epiſcopo conditionem eius deteriorem facere non liceat, & Eccleſiæ iure minoris ſemper debeat illæſa ſeruari, quæ in damnum eius data fuiſſe conſtiterit, ad ipſius ius & proprietatem redire conuenit. Prouidendum eſt tamen, ne ſi fortè coloni poſſeſſiones illas expenſis atque laboribus ſuis reddiderint meliores, ſumptibus quos bona fide fecerunt debeant defraudari.

Eccleſi a gaudet iure minoris, & ideo male alienata debent ei reſtitui.

Innocen. 3. Sententia Roman. ſe. non negatur in melius poſſe commutari: cum aut ſurreptum aliquid fuit, aut ipſa pro conſideratione ætatum & temporum, ſeu grauium neceſſitatum, diſpenſatiuè quicquam ordinare decreuit: & ſecundum iura ciuilia, principes etiam contra res bis iudicatas, in auditorio ſuo examinari, reſtitutionẽ in integrum permiſerunt.

Gregor. ix. Cauſa reſtitu. in integrum coram iudicibus ordinarijs adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab eis, tractari poterit & finiri: ſiue hoc ipſis delegatis ſpecialiter demandatum fuerit, ſiue commiſſo eis negotio, contingat incidere huiuſmodi quæſtionem. Delegati vero ab ordinarijs qui adminiſtrationem non habent, ſed facultatem tantummodo iudicandi, ſeu arbitri, de cauſa cognoſcere nequeunt, niſi coram eis mota fuerit incidenter. In matrimoniali quoque, liberali, vel criminali cauſa, cum maiores iudices exigantur, arbiter nequit aſſumi.

Coram quibus cauſa reſtitutionis poterit tractari.

Idem. Beneficio reſtitutionis in integrum Eccleſiæ tuæ in alio iudicio denegato, reſtitutio (præterquam ad appellationem omiſſam) videtur eidem Eccleſiæ poſſe negari, niſi nouis defenſionibus ad huiuſmodi ſit beneficium admittenda.

Quod & hi qui iniuſtam cauſam fouerunt tenentur reſtituere.

Cap. XCIII.

Iudices conſiliarij & aduocati nõ ſolum de dolo tenentur ſed etiam de ignorantia, ſi ideo cauſa alicuius perdatur.

HELINANDVS *vbi ſupra.* Iudex, Conſiliarius & Aduocatus tenentur ad reſtitutionem omnium quę iudicio, conſilio, aduocatione auulſa ſunt à proximo, ſiue dolus, ſiue non, ſed ignorantia interuenerit: eo quòd Prophetæ & videntis aſſumunt omnes officium: & ſicut videns qui per incuriam aliquid de contingentibus omiſit, punietur (tenetur

enim

enim talis omnia ſcire, quæ vt diſpenſet officio aſſumit) ſimiliter & magiſter. Quod autem obijcitur, non fraudulenti officij nulla eſt obligatio: verum quidem eſt, eatenus vt non propter hoc traheris in cauſam coram iudice: verumtamen ad Deum citra fraudulentiam officij obligaris: quamuis reuera fraus ſit, ſcienter nos tale officium aſſumere, quod cum debito fine ſcimus nos non poſſe terminare. Scientia igitur in fraudem, & ignorantia craſſa obligat, diligentia debita adhibita excuſat. Ex his patet, quòd notitia iuris non minus iudici neceſſaria eſt, quàm voluntas aut facultas. Et quidem meo tempore nihil miſerabilius vidi, quàm iudices ſcientiæ legis ignaros, & bonæ voluntatis inanes, quos conuincit amor munerum & retributionum: & qui talibus ordinariam iuriſdictionem conferunt, aut iuris ignari ſunt, aut contemptores.

Aduocatus fouens partẽ iniuſtam ſcienter, tenetur ad reſtitutionem ſi vicerit.

Si autem aduocatus, ſciens fouet partem iniuſtam, tenetur ad reſtitutionem omnium rerum earum quæ amittit ille contra quem ſtat, ſi vicerit in cauſa. Si verò iuſtam, & ſcit ſententiam ferendam, & pro cliente ſuo, ſine auxilio ſuo: tenetur ad reſtitutionem ſalarij, quod tunc demum accipere poteſt, ſi ſcit iuſtam cauſam, nec clientem ſuum ſine auxilio & labore aduocati poſſe euincere. Sed cum aduerterit cauſam quam fouet in aliquo vacillare, & iniuſtitiam continere, puta in teſtibus ſubintroductis, vel in alijs inſtrumentis minus conuenientibus, quæritur ſi aduocatus teneatur monere iudicem circa illud? Et videtur neceſſarium, quia qui ei ſeruit, neceſſe habet vt faciat ei fidem. At ſi monuerit eum, erit proditor cauſæ, & ſecreti ſibi commiſſi, quod non videtur reuelandum, ſicut nec confeſſio. Ob hoc valde periculoſum eſt aduocare pro pecunia.

Nota.

Magiſter Raidulphus de Thalamo, comperta iniuſtitia partis quam fouebat, quàm à principio cauſæ iuſtam putauerat, repentè ſtetit aduocatus pro parte aduerſa, & eſt euocatus à iudice ad iudicium dandum, quia ſolius Dei intuitu cognoſcebatur agere negotium: propter quod maximum incommodum, & odium, & inimicitias ab aduerſa parte incurrit. Periculoſum eſt igitur aduocare, præterquam in illo negotio ſolo, vbi veritas eſt periculo. Dico etiam, quòd aduocatus tenetur conſulere clienti ſuo, ne per præſcriptionem euincere cupiat: cum ſacra ſcriptura conſulat, ne quis per præſcriptionem tantum aliquid poſſideat: dicatqúe illum qui ſic poſſidet magis peccare, quanto diutius ſic poſſederit. Igitur ſi in tali cauſa euicerit aliquis, aduocatione tua te patrocinãte, teneris ad reſtitutionem totius damni partis aduerſæ, ſiue corporale damnum ſit, ſiue ſpirituale.

Quid teneatur facere aduocatus.

Quando teneatur iudex ad reſtitutionem.

Ad eandem reſtitutionem tenetur, tam iudex forenſis, quàm Eccleſiaſticus. Sic enim iudex efficitur particeps rapinæ, & tenetur tanquam raptor ad reſtitutionem, cum pari pœna puniendi ſint, male agens & conſentiens. Eſt autem conſenſus iſte remotus, cum opus quidem prauum non placet, ſed delinquentem cum poſſis non corripis verbo, iuxta illud: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum*; aut iuſta coerctione, quod ad prælatos pertinet vtriuſque fori. Sicut ergo famulus meus ad cuſtodiam equi mei deputatus, ſi eum amiſero per eius incuriam, tenetur mihi illum reſtituere; ſic & iudex ad hoc conſtitutus.

De cauſis criminalibus.

CAP. XCIIII.

EX *ſumma iuris.* Viſo qualiter procedendum ſit in cauſis pecuniarijs, reſtat agendum de criminalibus. Nam de cauſis ſpiritualibus, quæ propriè ad forum Eccleſiaſticum pertinent, in ſequentibus Deo dante tractabitur, vbi de lapſu clericorum agetur.

Tribus modis opponitur crimẽ alicuius.

Extra. 5. de accuſationibus. Innoc. 3. Tribus modis valet crimen opponi, denunciando, excipiendo, & accuſando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt inſcriptio neceſſaria. Sed cum in modum accuſationis, oportet inſcribi: quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio; Sed ad correptionem eſt denunciatio facienda. Cum autẽ excipiendo fuerit crimen obiectum, diſtinguendum eſt, quare opponatur, & quomodo. Si enim vt à teſtificatione vel ab accuſatione aliquis repellatur, non eſt inſcribi neceſſe: Sed cum opponitur vt quis à promotione officij vel beneficij excludatur, Si ante confirmationem obijcitur, non cogitur quiſquam inſcribere, quia crimen hoc modo probatum, impedit promouendum, ſed non deijcit iam promotum. Poſt confirmationem vero, cum ſcilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus (quia ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtento) ad extraordinariam pœnam, ſecundum arbitrium diſcreti iudicis, citra vinculum inſcriptionis, eſt excipiens aſtringendus, ſi defecerit in probando: pro eò quòd crimine ſic probato, perdit quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquiſitum: Sed ob hoc prius habita non amittit: licet enim agatur de crimine, non eſt tamen huiuſmodi quæſtio criminalis: vnde per procuratorem poteſt ritè tractari.

Quando in oppoſitione criminis requiratur inſcriptio.

Cau. 2. quæſtio. ſexta. Gratianus. Cum autem in capitali cauſa, vel ſtatus, interpellatum fuerit, non per procuratorem, ſed per ſeipſos, appellantes cauſam ſuam agere oportet.

Quando in cauſa non liceat per procuratorem agere aut arbitrũ eligere.

Extra. 1. de reſtit. in integ. Grego. ix. In criminali quoque cauſa, cum maiores iudices exigantur, arbiter nequit aſſumi.

De quinque modis accuſandi, vel agendi de crimine.

CAP. XCV.

EX *ſumma iuris.* Quoniam ergo criminales cauſæ, de quibus dicendum eſt, per accuſationem proponuntur, de hac ordine congruo pauca præmittantur. *Accuſatio*, large ſumpto vocabulo, *dicitur alicuius de crimine delatio*. Talis accuſatio quintuplex eſt, ſcilicet infamantis, denunciantis, famæ communis, ſolemniter accuſantis, & excipientis. *Prima* prohibetur, ſecunda præcipitur; ſed ſecundum quoſdam ad prælatos reſtringitur. *Tertia* verò nec præcipitur nec prohibetur, quia non pendet de iuris poteſtate, ſed ipſius infamati vitio, vel plerumqúe ſolius Dei poteſtate, & hæc inquiſitionem inducit: In inquiſitione namque fama eſt loco accuſatoris. *Quarta* quoque non præcipitur, tum quia odioſa eſt, tum quia periculoſa eſt. Nec etiam prohibetur, ſed tantum permittitur; quoniam intereſt reipub. ne crimina permaneant impunita. *Quinta* ſimiliter nec præcipitur nec prohibetur, ſed tantum permittitur; quoniam vnicuique ius ſuum proſequi & contemnere licet.

Quid accuſatio ſit in genere & quotuplex, quæque præcipiatur & prohibeatur.

In prima & tertia conſtat non inſcribi, cum prima ſit omnino prohibita, nec tertia fiat ab homine ſpeciali. In ſecunda quoque non eſt inſcribendum, ſed admonitio tantum præmittenda; quoniam ad correctionem eſt denunciatio facienda. In quarta vero oportet inſcribi, quoniam ad pœnam legitimam inſtituitur accuſatio. In quinta denique diſtinguendum eſt, vtrum obijciatur accuſatori, vel teſti, vt ab agendo, vel teſtificando repellatur; an vt à promotione excludatur. In primo caſu non eſt neceſſe inſcribi. In ſecundo idem, ſi agatur ante confirmationem. Si verò poſt, obligabit ſe concipiens ad pœnam extraordinariam, ſi defecerit in probatione.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quoties ad pœnam legitimam agitur requiritur inſcriptio exceptis quibuſdam caſibus.

Quod autem dixi, *vbi ad pœnam legitimam agitur, inſcribi oportere*, fallit in denunciatione, quoniam hæc ad omnes pertinet, ſiue in inquiſitione, vbi perdit quis honorem ſine accuſatoris inſcriptione. Regulariter enim inquiſitio neceſſaria eſt, vbicumque de honore adimendo tractatur. Item fallit etiam in leuibus criminibus, & in notorijs; & in omnibus quæ iudicio publicantur; talia namque non requirunt inſcriptionem. vnde ſine inſcriptione deponitur teſtis, qui contra ſe crimen confitetur illud, etiamſi crimen de quo excipitur, cauſam de qua agitur contingere videatur. Denique & iudex punit calumniatorem ſine inſcriptione accuſatoris, in continenti abſoluto reo. Idem in eo qui ſuſpectam producit chartam, cui fidem non facit. Idem etiam in teſte vacillante, vel procaciter reſpondente. Idem forte & in ſuſpectis tutoribus.

De Infamatione.

CAP. XCVI.

Pœna componentis libellum famoſum.

CIRCA infamationem autem nota, quòd ſi quis famoſum libellum compoſuit, aut certum eſt quòd inſcripſit, aut non. Si certum, aut ſponte confitetur, & tunc cum eo mitius agitur; aut conuincitur, & tunc ſecundum leges capitali pœna punitur, vel forte in exilium deportatur, ac perpetuo ibi ſtabilis efficitur, ſecundum canones autem, qui vltimum ſupplicium nulli irrogant, verberibus ſubijcitur. Si verò non eſt certum, tunc ſecundum canones admoneri debet, vt prodeat in publicum, & exequatur quod incepit. Quod ſi non fecerit, primo quidem Euchariſtiæ participatione priuabitur, & ſi contumax ex toto fuerit, tunc demum anathematis mucrone ferietur, ſecundum leges autem, ſi capi potuerit & comprehendi, ſi eo libello infametur innocens, punietur. Secus verò ſi nocens; quoniam expedit delicta nocentum eſſe nota, atque punita. Hæc quidem vera ſunt in eo qui non vult probare quod inſcripſit. Si verò vult probare commendandum eſt; & ſi defecerit, tenetur ad pœnam talionis.

Cauſa 5. q. 1. Adrianus Papa. Qui in alterius famam, publice ſcripturam aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta non probauerit, flagelletur; & qui eam inuenerit prius, rumpat, ſi non vult authoris culpam, & facti cauſam incurrere.

Item ex Concil. Albertano. Hi qui inuenti fuerint libellos famoſos in Eccleſia ponere, anathematizentur.

Qui inuentũ libellum famoſum non corrumpit, ſed manifeſtat, morte plectatur.

Cod. lib. 9. tit. de famoſis libellis. Imperator Valentianus & Valens. Si quis famoſum libellum, ſiue domi, ſiue in publico, ſiue quocumque loco ignarus reperit, aut corrumpat priuſquam alter inueniat, aut nulli fateatur inuentum. Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corrumpit, vel igne conſumpſerit; ſed vim earum doloſè manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi auctoritate huiuſmodi delicti, capitali ſententiæ ſubiugandum.

De Denunciatione.

CAP. XCVII.

CAVSA 5. q. 5. Nunc autem quæritur, an ſit aliquis maleuolus, quia crimen alterius indicat? *De hoc ſcribit Beatus Auguſt. ita dicens:* Non vos iudicetis maleuolos, quando crimen alterius indicatis; magis quippe nocentes eſtis non indicando crimen, quàm ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis.

Melius eſt cũ ſeueritate diligere quã cum lenitate decipere.

Idem ad Innocentium Donatiſtam. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere; & qui freneticum ligat, & qui lythargicum excitat, ambobus moleſtus, ambos amat. Quis non poteſt amplius amare quam Deus, & tamen nos non ſolum docere ſuauiter, verumetiam ſalubriter terrere non ceſſat: fomentis leuibus quibus Deus conſolatur, ſæpe etiam mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungit. Noueris aliquem furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & paſtorem aliquando flagello, ad gregem pecora errantia reuocare.

Gratianus. Euſebius autem contra ſtatuere videtur, dum aliorum crimina ſponte confitentes, in Epiſcoporum accuſatione recipi prohibet, ſed aliud eſt ex charitate aliorum crimina deferre, vt quos ſecreta admonitione corrigere non poſſumus, conuictos iudicis ſententia corripiat: Atque aliud inſidiando falſa obijcere, vel inſultando vera facilè exprobrare. Illud vero charitatis, hoc autem impietatis eſt officium: vnde in Prouerbijs dicitur. *Verba impiorum inſidiantur ſanguini, os iuſtorum liberauit eos.*

Quis denunciando cenſetur beneuolus, & quinã denunciare prohibentur.

Ex ſumma iuris. Circa denunciationem ergo nota, quòd qui crimen alterius indicat. Si malo animo, maleuolus eſt & peccat; qui vero bono, beneuolus. Et hoc præſumitur, ſi iuris ordinem in iudicando ſeruat; puta ſi indicat ei qui prodeſſe poteſt, & non obeſſe. Item ſi eum præmonuit. Item ſi quod occultè indicat, in iudicio probat. Denunciare prohibentur criminoſi, qui adhuc in ſcelere perſeuerant: Et infames prohibentur, & inimici, quia charitatiua debet eſſe denunciatio. Aliter etiam laicus admittitur, ſed non mulier, vel pupillus, etiam bonæ famæ, cum ſit accuſatio popularis. Idem dico de illo qui proſequitur inquiſitionem, ſcilicet vt ſi eſt criminoſus vel infamis aut inimicus, repellatur. Idem etiam in exceptione videtur, ſcilicet vt inimici repellantur. Ab accuſatione quoque prohibentur multi, ſicut infra dicetur. Sed idem fortè denunciare & inquiſitionem impetrare valet. Denunciari vero vel accuſari non poſſunt quidam, propter dignitatis eorum excellentiam; vt Papa, qui ſuper ſe iudicem non habet niſi ſolum Deum. Et hic niſi in crimine hæreſeos. Idem etiam in Imperatore quo ad accuſationem. Cæterum denunciari poteſt coram Papa, de quolibet mortali peccato.

Papa non poteſt denunciari vel accuſari niſi in crimine hæreſis.

De publica fama clamante.

CAP. XCVIII.

Publica fama ſupplet locum accuſatoris.

FAMA communis accuſat aliquem de crimine, quando infamatus eſt publicè, ita quòd inſinuatio clamoſa peruenit ad aures iudicis, vt procedat ad inquiſitionem, & indicat infamato purgationem; tunc enim non exigitur inſcriptio, vel accuſatio ſpecialis alicuius hominis, quoniam ipſa fama ſupplet locum accuſatoris. Et de hac quidem fama, vel potius infamia, iam ſuperius dictum eſt *capitulo de infamibus à teſtimonio repellendis.*

Infamia quadruplex: & qua prohibeat ab accuſatione vel teſtificatione

Quæri autem poteſt, vtrum infamis, pendente infamia, poſſit aliquem excuſare, vel contra aliquẽ teſtificari? de hoc diſtingue, quòd eſt infamia facti, puta quando de aliquo dicitur quod crimen aliquod commiſerit, & tunc infamia pendente, non poteſt accuſare, vel teſtificari. Item eſt infamia iuris, quãdo ipſo facto eſt aliquis infamis, vt qui fœnus improbum exercet, vel qui muliebria paſſus eſt; talis enim etiam poſt ſententiam infamis remanet, niſi fuerit à principe reſtitutus, & ob hoc accuſare non poteſt. Item eſt infamia iudicis, quando condemnatur aliquis de crimine quod habet actionem famoſam, ab Epiſcopo, vel ab inferiori iudice; talis etiam poſt actam pœnitentiam infamis remanet, niſi fuerit à Papa reſtitutus, qui poteſt depoſitum reſtituere. Item eſt infamia canonis, quando quis peccatum mortale committit, vel quando eſt ex-

commu-

communicatus : Nam quicumque peccat mortaliter, eo ipso infamis est infamia canonis: quæ scilicet infamia fertur ad tempus, & sub conditione, scilicet nisi se correxerit, vnde finita pœnitentia, finitur & aboletur infamia; & sic accusare vel testificari potest. Possunt autem simpliciter infames accusare, suam vel aliorum iniuriam prosequendo. Possunt etiam infames accusare de hæresi, de symonia, de crimine læsæ Maiestatis, de crimine quoque fraudatæ annonæ, de crimine suspecti tutoris, & etiam de sacrilegio secundum quosdam.

Quibusdam casibus possunt infames accusare.

De Inquisitione.

CAP. XCIX.

EXtra. 5. de accusa. & re. Innoc. 3. In concil. generali. Qualiter autem & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex auctoritate noui & veteris testamenti colligitur euidenter, ex quibus processerunt canonicæ sanctiones. Legitur enim in Euangelio, quod villicus ille qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona illius, audiuit ab illo: *Quid est hoc, quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ &c.* & in Gen. Dominus ait *descendam & videbo &c.* Ex quibus probatur, quòd non solum cum subditus, verumetiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famam, ad aures superioris aduenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis, nec semel tantum, sed sæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, vt si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpã feriat delinquentis. Non tanquam idem sit actor & iudex, sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore, officij sui debitum exequatur.

Quando est clamorosa insinuatio oporset fieri inquisitionẽ.

Licet autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentius tamen obseruandum est in prælatis, qui quasi signum positi sunt ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare quandoque, & interdum suspendere, nonnunquam vero ligare, frequentet odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideo Sancti Patres statuerunt prouidè, vt accusatio prælatorum non facilè admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium. Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuste, vt tamen cauerent ne delinquerent insolenter, contra morbum vtrinque inuenientes congruam medicinam, videlicet, vt criminalis actio quæ ad diminutionem capitis, id est ad degradationem intenditur, nisi legitima procedat inscriptio, nullatenus admittatur; sed tamen si super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari; absque dubitationis scrupulo, ad inquirendum & puniendum eius excessus, non ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu: Quatenus si fuerit grauis excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoueatur omnino: quod est secundum sentẽtiam Euangelicam, à villicatione villicum amoueri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem.

Accusatio prælatorum cur non facile admittitur; & quãdo in ipsos procedẽdum.

Debet igitur esse præsens is contra quem debet fieri inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt illa capitula de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum; & non solum dicta, sed etiam ipsa nomina testium sunt ei (vt quid & à quo sit dictum appareat) publicanda, necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionum verò exclusionem, falsum deponendi audacia præbeatur.

Qualiter procedẽdum in inquisitione.

Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentiùs debet prælatus assurgere, quanto damnabilius est eorum offensas deserere in correctas. Contra quos, vt de notorijs excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, dennnciationem, & inquisitionem ipsorum; vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendium ad graue dispendium perueniatur, sicut accusationem legitima debet procedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire. Illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem contra regulares personas non credimus vsquequaque obseruandum, quæ cum causa requirit, facilius & liberalius à suis possunt administrationibus amoueri.

Modus procedendi in visitatione.

Cum regularibus non est tanta formalitas obseruanda.

Idem Vercellen. Episcopo, & Abbati de Til. Vos quidem omni gratia & timore postpositis, Deum solum præ oculis habentes, via regia incedentes, sine personarum acceptione in negotio procedatis: formam vero iuramenti quàm à clericis Nouarien. super inquisitione facienda in hoc negotio recepistis, in similibus volumus obseruari; vt videlicet iurent clerici, quòd super his quæ sciunt, vel credunt in sua ecclesia reformanda, tam in capite quàm in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicunt inquisitoribus veritatem.

Iuramẽtum in visitatione exigendũ.

De legitima purgatione.

CAP. C.

IDEM. Propter famam quidem & deponentium credulitatem, non erit ad depositionis sententiam contra aliquem procedendum, sed infamato canonica poterit indici purgatio, secundum arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorum, eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos & graues opinio læsa non existit.

Infamato canonica potest indici purgatio.

Ex summa de casibus. Purgatio est de obiecto crimine innocentiæ ostensio. Purgationis sunt duæ species. Canonica scilicet, & Vulgaris. Canonica, quæ fit per iuramentum, vel per testes, & ista permittitur & approbatur tanquam bona vtilis & honesta in Ecclesia Dei. Vulgaris est, quæ à vulgo est inuenta; vt ferri candentis, aquæ feruentis, monomachiæ, id est duelli, & cætera huiusmodi: Sed ista hodie in totum reprobata est, & maledicta.

Quid purgatio & quotuplex.

Cau. 6. q. 5. Quod autem deficiente accusatore reus non sit cogendus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur. Accusatus itaque, non negationes, sed excusationes probare debet. Hoc autem obseruandum est, quando reum publica fama non vexat: tunc autem auctoritate ipsius Gregorij, propter scandalum remouendum, famam suam reum purgare oportet.

Qui laborat publica infamia debet se canonice purgare.

Causa 15. qu. 5. Purgationem vero neganti esse præstandam, *Stephanus Papa scribit Leoni Thianensi Archiepiscopo dicens*; vt si vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatas, canonica feriatur sententia. Quod si nec sponte confitetur, nec accusatores & testes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebescit, non in publico examine, sed coram te & aliquantis reuerendissimis presbyteris & diaconibus, tuæ Ecclesiæ secreto iuramento se purificet; & deinde boni testimonij eum annuncia, & compesce & commone Ecclesiæ suæ filios, ne sacerdotem Dei infamare vlterius præsumant.

De

De probationis vulgaris reprobatione.

CAP. CI.

CAVSA 2.q.5. Iuramento vero dato, candentis ferri, & feruentis aquæ purgatio, non est addenda. *Vnde Stephanus 5. Huberto Episcopo Maguntino.* Consuluisti de infantibus, qui in vno lecto cum parentibus dormientibus, mortui reperiuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, seu quolibet alio examine, parentes se purificare debeant eos non oppressisse? Monendi namque sunt, & protestandi parentes, ne tenellos secum in vno collocent lecto, ne negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimantur, vnde ipsi homicidij rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione, confessionem extorqueri à quolibet, sacri non cẽsent canones: & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione, publica delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt nostro regimini iudicare; occulta vero Deo delinquenda.

Vulgaris purgatio vt superstitiosa damnatur.

De duelli prohibitione.

CAP. CII.

Quid duellum & vnde dictum.

EX *summa de casibus. Duellum est singularis pugna inter aliquos, ad probationem veritatis*; ita videlicet, vt qui vicerit, probasse intelligatur. Et dicitur duellum, quasi duorum bellum. Dicitur etiam vulgò in plerisque partibus iudicium, eo quòd ibi Dei iudicium expectatur. Dicitur etiam monomachia, quasi vnica vel singularis pugna. *Monos* enim vnus, *machia* pugna. Non debet fieri etiam inter laicos: licet enim Dauid duellum cum Golia commisit, non tamen illud est pro lege sumendum; quia priuilegia paucorum communem legem non faciunt, vt ait Hieronymus. Item quia est contra illud præceptum Domini, *Non tentabis Dominum Deum tuum*; expresse enim prohibetur in lege sæculari, scilicet de gladiatoribus.

Duellum nõ est licitum.

Consuetudo tamen generalis contra ista inualuit ferè vbique terrarum: vnde solet quæri, an huiusmodi consuetudine generali excusentur à mortali peccato? Et dicunt quidam quòd sic, inducentes pro se verbum Ambr. 32.q. 4. *Obijciuntur Iacob 4. vxores, quod quando mos erat, crimen non erat.* Alij distinguunt & aiunt, eum qui duellum offert, & eum qui sponte suscipit, peccare mortaliter. Eum vero qui suscipit, iudice compellente, non peccare, cum aliter non possit euadere periculum mortis, vel rerum suarum: quod enim quis facit ob defensionem suam, vel rerum suarum, licitum iudicatur, si sit etiam sacerdos.

Consuetudo duellũ nulla ratione à peccato excusat, sed nec iudicis imperiũ, imo omnes fautores, peccant mort. &c.

Ego autem, saluo meliori iudicio, dico cum A. sine exceptione, quod nulla consuetudo, vel iuris corruptela, potest in hoc aliquem excusare, eo quod diuturnitas temporis non minuit peccata, sed auget. Peccant ergo omnes mortaliter, sed differenter: grauiter enim peccat qui suscipit, etiam propter quantumcumque metum. Attenuatur tamen peccatum multum, propter periculum personæ, vel rerum. Ille autem qui sponte suscipit, item qui offert, item iudex qui defert, vel præstat auctoritatẽ, item assessores, & qui dant ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem; item sacerdotes qui dant benedictionem, isti homines peccant longe grauius. Item si contingeret aliquem ibi mori, omnibus imputaretur homicidium, & omnes fierent irregulares. Si ergo alicui clerico offeratur duellum, nullo modo suscipiat, vel per se, vel per aliquem quem ponat loco sui, quia de iure debet deponi.

Pœna pugnantium in duello est depositio, si erãt clerici. Sed si exinde nec mors sit, nec membrorum diminutio subsecuta fuerit, poterit erga eos suus Episcopus dispensare, si aliter necessitas vel vtilitas hoc exposcat. Si tamen sacerdos, vel alius clericus, in duello sponte oblato, vel suscepto ab ipso, amisisset partem digiti, sed non tantam quin sine scandalo posset celebrare solemniter, potest (quantumcumque grauis sit excessus) Episcopus cum tali post peractam pœnitentiam dispensare. Circa laicos autem qualiter in talibus sit procedendum. Require infra.

Pœna pugnantium in duello si sint clerici est depositio &c.

De solemni accusatione.

CAP. CIII.

AVCTOR. *Accusatio propriè dicitur, alicuius ante iudicem de crimine, manifesta delatio.* Nam si non fiat ante iudicem, non est accusatio, sed infamatio. Si autem apud iudicem occultè fit, est denunciatio. Igitur *accusare est aliquem coram iudice reum criminis ad vindictam proclamare.* In omnibus autem negotijs exigitur accusator, nisi in quibusdam casibus: verbi gratia, Secundum leges, quando quis defert literas suspectas, nec potest ostendere fidem earum, potest tunc vt falsarius puniri sine accusatore. Similiter & quando quis vacillat in testimonio, si possit sciri quod falsum sit. Item quando quis intulit iniuriam ministris Ecclesiæ. Item quando tutor suspectus est de dilapidatione. Item quando maritus accusat vxorem de adulterio, & vxor replicat de lenocinio; si verum sit, iudex sine accusatore potest eum punire. Secundum canones autem in notorijs, vt in filio sacerdotis habente ecclesiam patris. Item in presbytero habente concubinam. Item in parentela manifesta. Item in adulterio, in vsurario, & symoniaco.

Quid accusatio propriè dicta.

In quibusdã casibus potest quis puniri sine accusatore.

Accusatur autem aliquis de crimine, sicut de adulterio, vel homicidio, vt capite puniatur: aliquando prælatus de symonia, vel incontinentia, vt deponatur; aliquando vero de negligentia, vel insufficientia, vt ab administratione remoueatur. Prohibentur autem accusari nisi de hæresi Papa & Imperator, vt supra dictum est. Item Legatus Imperialis vel Papalis, Præses prouinciæ, Consul Romanus. Prohibentur quoque magistratus, nisi in his quæ circa magistratum consistunt. Potest etiam accusatio contra eos deponi, sed differtur vsque in finem honoris causa. Item accusatus ab vno, prohibetur accusari ab alio, de eodem crimine. Item prohibentur accusari, qui in digestis vetantur in ius vocari, & multi alij. Item nullus laicus admittitur ad accusationem clerici nisi suam vel suorum iniuriam prosequẽdo. Nam in hoc casu, licet etiam infamibus accusare.

Quidam in dignitate cõstituti non possunt accusari: vti nec clericus à laico nisi suã vel suorum iniuriã prosequendo.

Remuneratur autem secundum iura, qui accusat tractantem de electione Papæ, ipso viuente; vel conspirantem in mortem Episcopi, vel Imperatoris; vel iudicem accipientem aliquid ob iudicandum, vel dominam cum seruo concumbentem, vel condentem falsam monetam; vel etiam symoniacum aut hæreticum: nam hæresis & symonia, crimini læsæ maiestatis comparantur.

Accusatores in quibusdã casibus remunerantur

Quòd nullus sit condemnandus, nisi in iudiciario ordine.

CAP. CIIII.

GRATIANVS *Cau. 2. q. 1.* Quod autem nullus sine ordine iudiciario damnari valeat, multis auctoritatibus probatur. *De eo ait Augustꝰ.* Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut in conuictum, aut in sponte confessum.

Item

Nullus poteſt damnari iudiciario ordine non ſeruato.

Item Conſtantinus Imperator. Iudex criminoſum diſcutiens, non ante ſententiam proferat, quam aut reum ipſe ſe confiteatur, aut per innocentes teſtes conuincatur. *Item Eleutherius Epiſcopus.* Nihil circa quemlibet accuſatum, abſque legitimo & idoneo accuſatore fiat. Nam & dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat; ſed quia non eſt accuſatus, non eſt dieiectus.

In omni iudicio quatuor perſonæ ſunt neceſſariæ.

Item de libro Conſtitutionum. Nemo Epiſcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. *Ca. 4. q. 4. Fabianus Papa.* Nullus vnquam præſumat accuſator ſimul eſſe & iudex, vel teſtis; quoniam in omni iudicio 4. perſonas ſemper neceſſe eſt eſſe: Iudices electos, Accuſatores congruos, Defenſores idoneos, atque Teſtes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, Teſtes veritate, Accuſatores intentione ad amplificandam cauſam, Defenſores extenuatione ad minuendam cauſam.

Quod autem crimina manifeſta non indigent accuſatione.

CAPVT CV.

Gratianus Cauſa 2. q. 1. His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quod nullus eſt condemnandus, niſi, iudicio ordinabiliter habito, aut conuincatur, aut reum ſe ipſe confiteatur. Verum hoc de illis intelligendum eſt, quorum crimina ſunt occulta. Cæterum quę manifeſta ſunt iudiciarium ordinem non requirunt. Vnde Ambr. *Manifeſta accuſatione non indigent.*

Nullus poteſt ſimul eſſe accuſator & iudex in eadem cauſa.

Sed ſciendum eſt, quod eorum quæ ſunt manifeſta, alia ſunt nota iudici, & incognita alijs: quædam vero ſunt nota iudici & alijs. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione feriri non poſſunt; quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittitur. In vna eademque cauſa, nullus ſimul eſſe poteſt accuſator & iudex. *Vnde Aug. in Hom. de pœnitentia.* Multi corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi neſciuntur donec veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. Nos vero quenquam à communione prohibere non poſſumus (quãuis hæc prohibitio nondum ſit mortalis, ſed medicinalis.) Niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum, aut conuictum. Quis enim ſibi vtrumque audet aſſumere, vt cuiuſquam ipſe ſit accuſator & iudex?

Qualiter debeat crimen eſſe notorium vt accuſatione non egeat.

Gratianus. Quando vero crimen notum eſt alijs & non iudici, nec tunc ſine examinatione feriendum eſt, quia in crimen ſibi occultum, iudex ſententiam ferre non debet. *Vnde Euariſtus Papa ait.* Si enim Deus cognitor omnium, Sodomorum mala (quorum clamor ad cælum vſque peruenerat) omnia ſciens, prius nec credere, nec iudicare voluit, quam ipſe ea cum fidelibus teſtibus inueſtigans, quæ odierat opere comprobaret; nos qui ſumus homines & peccatores, quibus incognita ſunt occulta iudicia Dei, hoc præcauentes, nullum ante veram iuſtamque probationem damnare debemus: manifeſtè Paulo Apoſtolo dicente. *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? ſuo enim domino, aut ſtat, aut cadit.*

Quando aut crimen notum eſt iudici & alijs, aliquando reus factum inficiatur; veluti ſi quis negaret ſe interfeciſſe eum, quem ſub oculis iudicis in conſpectu multorum interfecerat. Hic quia reum ſe negat, ſine examinatione feriri non poteſt. Aliquando ipſa operis euidentia reum teſtatur, quando opere publico crimen ſuum confitentur: tunc poſt ſecundam & tertiam correctionem, ſine examinatione damnandus eſt, ſi incorrigibilis extiterit. In hoc itaque vltimo caſu intelligenda eſt auctoritas illa Ambroſij & Nicolai. *Manifeſta accuſatione non indigent. Extra 5. vbi ſupra. Greg. ſuper Gen. de morte Abel.* Euidentia patrati ſceleris, non indiget clamore accuſatoris.

De Criminoſi ad cauſam vocatione.

CAPVT CVI.

Qui accuſatur debet canonice vocari, competenti ſpatio interpoſito, alioqui non tenetur reſpondere.

Gratianus Cauſa 5. q. 2. Vocatio autem eius qui impetitur, non ſemel, ſed bis, & tertio, per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis fieri debet. *Vnde Damaſus Papa ſcribit dicens.* Vocatio ad ſynodum iuxta patrum decreta canonica, eius qui impetitur rationabilibus ſcriptis, debet fieri per ſpatiũ congruum atq; canonicum: quia niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit ad cõuentum quacunque neceſſitate, niſi ſponte voluerit nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus.

Item Siluester Papa. Præſenti decreto cenſemus, vt in primis paternaliter vocentur, & per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia: Huic vero expectationi iterum addantur dies ſeptem interdicta licentia eccleſiam intrandi, & omnia diuina officia audiendi. Poſt hoc vero adijciantur duo dies, quibus à pace & communione ſanctæ ſint eccleſiæ ſuſpenſi. Deinde vero iterum alijs duobus diebus ſub eadem expectatione deportentur, quibus vna die ſuperaddita, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

Accuſator debet eſſe præſens.

Item Damaſus Papa. Delatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, nos accuſationes fratrum per ſcripta ſuſcipere, abſque legitimo accuſatore; quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, Apoſtolica auctoritate prohibemus. Leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigũt, & non per ſcripta abſentes. *Ibidem q. 3.* Quod autem per procuratorem ſuam cauſam agere valeat, qui impeditus cauſæ ſuæ adeſſe non valet, auctoritate Romanæ ſynodi, quæ tempore Adriani Papæ celebrata eſt, probari videtur. Cauſam autem, maxime criminalem, nulli niſi per ſe agere licet.

De his qui repelluntur ab accuſatione.

CAPVT CVII.

Quidã prohibentur accuſare, ſaluo dum ſuam aut ſuorum iniuriam proſequũtur.

Cauſa 2. q. 1. Ex lib. 48. digeſt. ti. de accuſationibus & inſcriptionibus. Prohibentur accuſare alij propter ſexum vel ætatem, vt mulier & pupillus. Alij propter ſacramentum, vt qui ſtipendium merent. Alij propter magiſtratum & poteſtatem, in qua agentes ſine fraude, in ius euocari non poſſunt. Alij propter delictum proprium, vt infames. Alij propter turpem quæſtum, vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſve ad accuſandum vel non accuſandum acceperint. Alij propter conditionem ſuam, vt libertini contra patronos ſuos. Alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem, vt ſunt qui minus quam 50. aureos habent. Hi tamen omnes, ſi ſuam iniuriã proſequantur, mortemve propinquiorum defendant, ab hac accuſatione non excludentur: Liberi libertique, non prohibentur ſuarum rerum defendendarum gratia, de facto parentum patronorumve conqueri, veluti ſi dicant ſe vi à poſſeſſione ab his expulſos, ſed non vt crimen in eos intendant, ſed tantum vt poſſeſſionem recipiant. Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem, audiri à præfecto annone deferentem, Diuus Seuerus & Antonius reſcripſerunt.

Liberi poſſũt de parentibus conqueri vt ſuis ſuũ recipiant, ſed non accuſare.

Cau. 3. q. 4. Calixtus Papa. Conſanguineorũ cõiunctiones, nec legitimæ ſunt, nec manere poſſunt, ſed ſunt repellendæ. Quiſquis ergo non legitimè coniunctus, vel abſque dotali titulo, atque benedictione ſacerdotis copulatus; ſacerdotes, vel legitimè coniunctos criminari, vel in eos teſtificari minimè poteſt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quoniam omnis inceſti macula, pollutus, infamis eſt, & accuſare ſupradictos non permittitur, ſic & omnes eis conſentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui ſeniores impetunt, fieri cenſemus: hos enim ſeculi legesinterficiunt, ſed nos tales miſericordia præeunte, ſub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. *Idem:* Conſpiratores in nullius accuſatione ſunt recipiendi, nec eorum, vel anathematizatorum vox, vllum nocere aut lædere poteſt. *Item Stephanus Papa:* Clericus vero qui epiſcopum ſuum accuſauerit, aut inſidiator ei extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & à gradu deber recedere, ac curię tradi ſeruiturus *Ibidem q.5. Gratianus.* Etſi manifeſta ſint crimina alicuius, non tamen accuſatione inimici cõdemnandus eſt *Cau.4.q.1.* Omnes autem infamię maculis aſperſi, ideſt hiſtriones, aut turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, Hæretici etiam, ſiue Pagani, ſiue Iudæi, ab accuſatione prohibentur.

Sacerdotes non poſſunt à criminoſis accuſari,

Cau.6.q.1. Gratianus. Quod autem crimine irretici alios accuſare non poſſunt, *Anacletus Papæ teſtatur.* Si ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur, nullatenus à criminoſis accuſari vel calumniari permittitur, nec ab alijs quam ab his qui ſine crimine ſunt, & iuxta electionem canonicam, ſacerdotes ordinari poſſunt; & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

Item Clemens Papa, Iacobo Hieroſolymitano epiſcopo: Beatus Petrus, homicidas, & adulteros, ac cũctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis cœquales non erant, ab epiſcoporum accuſatione & vexatione prohibebat; & non niſi à cœqualibus aliquid ſibi inferre debere docebat. Infames etiam omnes, & quos primates & leges ſeculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab epiſcoporum accuſatione & vexatione ſemper repellere debere rogabat, & cunctos eſſe ſubditos præcipiebat. Maiores vero à minoribus, nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat; quoniam non ſolum hoc diuinas, ſed etiam leges ſeculi inhibere docebat.

Omnes hæretici Iudæi & pagani ſunt infames,

Gratianus. Carnales prohibere ab accuſatione ſpiritualium, non ſpirituales ab accuſatione carnalium. *Stephanus Papa.* Infames autem eſſe eas perſonas dicimus, quę pro aliqua culpa notantur, ideſt omnes qui Chriſtianę religionis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt.

Vtrum minoribus liceat maiores accuſare.

CAPVT CVIII.

Perſona inferioris ordinis non admittuntur accuſare ſuperiores, intellige quãdo ſunt mala vita aut ex malitia mouentur.

Cauſa 2. q. 6. Marcellus Papa. Laico non licet quemlibet clericum accuſare. *Gratianus.* Perſonæ autem inferiorum ordinum, in ſuperiorum accuſatione recipiendæ non ſunt. *Vnde Syluester Papa:* Clericus aduerſus exorciſtam, exorciſta aduerſus acolythum, acolythus aduerſus ſubdiaconum, ſubdiaconus aduerſus diaconum, diaconus aduerſus presbyterum, presbyter aduerſus epiſcopum accuſationem dare, aut teſtimonium ferre non valent. *Item Zepherinus Papa:* Maiorum quiſpiam, minorum accuſationibus non impetratur.

Gratianus. Verum hoc de criminoſis & infamibus intelligendum eſt, qui vitam ſuorum prælatorum parati ſunt reprehendere, non imitari. Quod ex verbis *Anacleti* datur intelligi, qui ait. Laici in epiſcoporum accuſatione audiendi non ſunt, quia oppido eis quidam infeſti ſunt, & indignum eſt vt ab eis accuſentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari. Nam eorum accuſatio, non niſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui ſuſpicionibus & ſceleribus carent, fieri debet: quia & Dominus ſacri corporis ſui tractatores, à vilibus ac reprobis, & non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari: ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes à templo eiecit. Vnde liquet quod A ſummi ſacerdotes (id eſt epiſcopi) à Deo ſunt iudicandi, nec ab humanis, aut prauæ vitæ hominibus lacerandi, ſed potius ab hominibus fidelibus portandi.

Vita, mores & intentio eorum qui ſuperiores accuſant eſt diſcutienda priuſquam admittantur.

Item Euariſtus Papa. Si qui ſunt vituperatores, aut accuſatores epiſcoporum, aut aliorum ſacerdotum; non oportet eos à iudicibus eccleſię audiri, antequam eorum diſcutiatur exiſtimationis ſuſpicio, vel opinio; qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conſcientia, quove merito; ſi pro Deo; aut pro vana gloria, aut pro inimicitia, vel odio, vel cupiditate iſta præſumpſerint. *Item Calixtus Papa.* Quærendum eſt in iudicio, cuius ſit conuerſationis & fidei, is qui accuſat, & is qui accuſatur: quoniam hi qui non ſunt rectæ fidei & conuerſationis, & quorum vita eſt accuſabilis, B & quorum vita, fides, & libertas neſcitur non permittuntur maiores natu accuſare; neque viles perſonę in eorum recipiantur accuſationem.

Monachi poſſunt abbatem accuſare.

Extra 5. de accuſationibus & in Paſchalis Papa. Nulli epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere liceat, quos antequam ſe ab eis impetendum cognoſceret, à ſua communi familiaritate neglexerit ſeparare. *Alexander III.* Monachi, niſi alia cauſa præpediat rationalis, eo quod de obedientia & ſubiectione abbatis eſſe noſcuntur, ab eius accuſatione non ſunt vllatenus repellendi (licet alios accuſare non poſſunt) quibus ſiquidem cum proprium non habeant, de rebus monaſterij expenſæ debent neceſſariæ) donec cauſa debitum finem accipiat) miniſtrari.

De modo accuſationis, & ordine.

CAPVT CIX.

Modus accuſationis.

EX *ſumma iuris.* Qui vult aliquem accuſare, prius debet ei denunciare, & poſtea libellum ſcribere, ac iudici porrigere. Quem ita demum iudex recipit, ſi de lite proſequenda ſatisdederit. Itaque ſatisdatione præſtita, etiam in abſentia rei libellus recipitur, & eius nomen inter reos ſcribitur. Quibus peractis, reus exhiberi iubetur, & non ante. Exhibitus autem parere debet, & ſic obiectis reſpondere; vel ſi adeſſe noluerit, procedetur contra eum.

Accuſatio debet fieri in ſcripto, præſente reo cũ obligatione ad probandum ſub pœna talionis.

Cauſa 2. q. 8. Calixtus Papa. Accuſatorum perſonæ ſine ſcripto nunquam recipiantur, nec abſente eo quem accuſare voluerint. Quibuſlibet accuſare permittitur. *Codicis lib.4. tit. de probationibus.* Sciant cuncti accuſatores, eam rem ſe debere deferre in publicam vocationem, quæ munita ſit teſtibus idoneis, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indicijs ad probationem idoneis, vel indubitatis & luce clarioribus expedita. *Item Sixtus Papa.* Qui crimen obijcit, ſcribat ſe probaturum, & qui crimen non probauerit quod obiecit, pœnam quam intulerit ipſe patiatur.

Non licet abſenti per epiſtolam accuſare. Accuſatus debet eſſe præſens ideſt monitus vt ſupra.

Sed Stephanus Papa cõtra ſcribere videtur, ita dicens. Per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce, ſi legitima & condigna accuſatoris perſona fuerit, præſente eo videlicet quem accuſare deſiderat; quia nullus abſens accuſare poteſt, nec ab aliquo accuſari. Sed Calixtus Papa præcepit, vt accuſator præſente eo quem accuſat in ſcriptis accuſationem iudici offerat, & propria voce literas ſuæ accuſationis legat. Stephanus autem prohibet ne abſens aliquem per epiſtolam accuſare audeat.

Cauſa 3. q. 9. Theleſphorus Papa. Accuſatori omnino non credi decreuimus, qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit, ante vtriuſque partis iuſtam diſcuſſionem. *Item Cornelius Papa.* Omnia quæ aduerſus abſentes, in omni negotio aut loco, aguntur aut iudicantur, omnino euacuantur: Quoniam abſentem nullus addicit, nec vlla lex damnat. *Item Damaſus Papa.* Qui accuſare alium elegerit, præſens per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa: neque vllus vnquam iudicetur, antequam

legi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legitimos accusatores, vel tutores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Item Felix Papa.* Absens, per alium nec accusare, nec accusari potest. *Cau.5.q.2. Damasus Papa.* Delatum est ad Sedem Apostolica, vos accusationes fratrum per scripta susciperе, absque legitimo accusatore, quod deinceps in omni orbe terrarum fieri apostolica auctoritate prohibemus: leges enim seculi accusatores præsentes exigunt, & non per scripta absentes. *Extra 5. de accusationibus & in. Felix Papa.* Si legitimus accusator non fuerit, non fatigetur accusatus.

De Criminosi confessione.

CAP. CX.

Non licet cõfessionem rei cruciatibus extorquere.

GRATIANVS *Causa 15.q.6.* Quod vero confessio cruciatibus extorquenda non sit, *Alexander Papa* testatur, scribens omnibus Orthodoxis. Omnis enim confessio quę fit ex necessitate, fides non est. Confessio igitur in talibus non debet extorqueri, sed sponte profiteri; pessimum enim est, de suspicione, aut extorta confessione, quenquam iudicare: cum magis inspector sit Dominus cordis, quàm operis: Non autem potest humano condemnari examine, quem Dominus suo reseruauit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo iudicata essent, locum diuina iudicia non haberent.

Confessio rei nõ est aduersus quẽlibet admittenda.

Regula iuris: Qui tacet, non vtique fatetur, sed tamen verum est eum non negare. *Extra. 2. de confessis. Clemens 2.* Eos quorum suggestione scelus homicidij se presbyter perpetrasse proponit, nisi alijs modis verum esse constiterit, nulli censemus pœnæ subdendos: quia secundum vtriusque iuris statuta, *de se confessi, super aliorum conscientijs interrogari non debent, crimine læsæ maiestatis excepto. De reatu proprio confitentis periculosa confessio, non est aduersus quemlibet admittenda.* Si tamen eos infamia huiusmodi laborare cognoueris, singulis eis, adiunctis tribus socijs sui ordinis, purgationem indicas.

Inno. III. Quoniam V. canonicus Bethleemitanus fuit in iure confessus, quod pro præstando alterius electioni consensu, quingentorum Saracenorum obligationem receperit, & mediator extitit simoniacæ prauitatis, ipsum per diffinitiuam sentẽtiam duximus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponendum.

Greg IX. B. iudici Viterbien. Ex parte abbatis & conuentus sancti. M. monasterij fuit propositum quod cum inter ipsos ex parte vna, & V. nomine vxoris suæ ex altera, coram te quæstio verteretur, œconomus monasterij memorati, quædam per errorem facti fuit in iure confessus. Cum igitur in negotio necdum finito, nemini noceat error facti: Man. quat. si huiusmodi poterit errorem docere, prouideas vt nulli super hoc præiudicium generetur. De hac quoque materia require supra *ca. de rei confessione.*

Error facti neminem in iudicio nocet si possit ante sententiã constare.

De Accusationum calumnia, & temeritate.

CAPVT CXI.

In accusando contingit peccare tripliciter.

EX *summa iuris.* In accusando vero peccat quis tripliciter, scilicet calumniando, & hic ad talionem tenetur: Item præuaricando, & talis ab accusatione repellitur: Item tergiuersando, & hic infamis efficitur & 5. libris auri punitur. At in his omnibus si accusare cessauerit, abolitione interueniente non efficitur infamis, nec in aliquo punitur. De calumnia quidem, nisi sit euidens, non notatur tutor, qui ex officio res pupillorum administrare tenetur. Item neque mater, illum accusans qui filium eius interfecit. Item neque successor, qui mortem prędecessoris sui vindicare debet. Item neque pater, qui filio pręcipit vt libertum accuset, quia venenifer um poculum sibi obtulit. Item neque quem vltimus dolor amissi criminis excusat, vt si pater accuset adulterum vxoris filij sui. Item neque maritus, quando accusat vxorem de adulterio, iure mariti.

Quinũ de calumnia non notãtur.

Gratianus Cau. 2. q. 3. Notandum quoque est, quod sicut *in digest. lib. 47. legitur, 11. de abolitionibus criminum:* Accusatorum temeritas tribus modis detegitur. Aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari, est falsa crimina intendere. Prævaricari, vera crimina abscondere. Tergiuersari, in vniuersum, ab accusatione desistere. Sed non vtique qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio, arbitrio cognoscentis committitur; qui reo absoluto, de accusatoris incipit consilio quęrere, qua mente ductus ad accusationem processerit, & si quidem iustum eius errorem reperit, absoluit eum. Si vero in euidenti calumnia deprehenderit eum, legitimam ei pœnam irrogat. Penæ vero persecutio, non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur. Si autem interloquendo dixerit, Ticius temerè accusasse videtur, non calumniatorem pronunciauit. Temeritas enim facilitatis veniam continet, & inconsultus calor calumniæ vitio caret, & ob hoc nonnullam pœnam huic irrogari oportet.

Quid calũniari, prævaricari & tergiuersari.

Non statim est calũniator qui non probat sed qui mala intentione accusat.

Ex digest. lib. 47. tit. de prævaricatoribus, Vlpianus: Prævaricator est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. Quod nomen Labeo à varia certatione contractum ait. *Extra 5. de accusa. & in. ex Brochardo lib.* 44. Accusasti aliquem & per tuam accusationem occisus est, nisi pro pace hoc feceris, 40. dies in pane & aqua (quod quarentena vocatur) cum 7. sequentibus annis pœnitere debes. Cum autem per tuam delaturam debilitatus est, per tres debes quadragesimas pœnitere. *Ibidem de calumniatoribus Gregor.* Fortius punienda sunt crimina quæ insontibus, & maximè sacratis hominibus, inferuntur.

Prauaricator quis, & vnde dictus.

De his qui deficiunt in accusationis persecutione.

CAPVT CXII.

Pœna calũniatoris est talionis.

Ausa 2.q.3. Damasus Papa. Calumniator autem si in accusatione defecerit, talionem recipiat. *Item ex decreto Adriani Papæ:* Qui non probauerit quod obiecerit, pœnam scilicet quam intulerit ipse patiatur. *In lib capitulorum c.70.* legitur: Si quem pœnituerit accusasse criminaliter, & inscriptionem feciſſe, eo quod probare non potuerit, si cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant. Si vero iudex eum qui accusatus est crimino sum esse cognouerit, & inter reum & accusatorem per obreptionem conuenerit, de colludio pœnam excipiat legibus constitutam.

Qui penitet se accusasse iniuste, potest cum innocẽte conuenire.

Ibidem q.4. Deficientibus vero accusatoribus, non videtur esse cogendus reus ad purgationem. Sicut enim possessor, deficiente actore, titulum suæ possessionis probare non cogitur; ita qui impetitur, ad innocentiam suam purgandam cogendus esse non creditur. *Cau.5.q.6.* Qui quod intulerit probare non valet, puniendus est. *Vnde Adrianus Papa:* Omnis qui falsa intulerit puniatur, & pro falsitate ferat infamiam. *Item ex decreto Adriani Papę:* Delatori autem lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur. Delatores autem sunt qui inuidia produnt alios.

Extra. vbi supra. Innocentius III. Cum dilectus filius magister Scholasticus Palentinus ad Sedem Apostolicam accessisset, & de suo episcopo varios excessus nunciasset, nec intelligere potuerimus probatum esse sufficienter aliquod de prædictis. Vobis. man. quat. memoratum magistrum Scholast. donec suam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Calumniã-di animus inducit penã talionis cum quis deficit in probatione.

canonicè purgauerit innocentiam, ſcilicet quod non A calumniandi animo, ad huiuſmodi crimina proceſſerit, ab officio & beneficio ſuſpendatis, vt cæteri pœna perterriti, ad infamiam ſuorum facile non proſiliant prælatorum.

De deficientibus in primi capituli probatione.

CAPVT CXIII.

Qui ſimul de multis accuſat, ſi primum non probat poteſt admitti ad cætera probanda; niſi de calũnia ſuper primo ſit condemnatus.

EX *ſumma iuris.* Quæritur autem vtrum ſi aliquis ſimul de pluribus accuſet, & vnum non probet, ad alia ſit admittendus? Et quidem admitti poteſt ad alia; ſiue ſint maiora, ſiue minora, ſiue ſimul omnia velit probare, ſiue ſeparatim: poteſt enim quis de pluribus condemnari vel abſolui. Capitula vero quæ videntur dicere contrarium, loquuntur in eo caſu, quãdo quis de calumnia ſuper primo condemnatus eſt: tunc enim non debet admitti, quia præſumitur quod & in alijs velit calumniari.

Cau. 3. q. 10. Gratianus. Quod vero deficientes in primo capitulo, non ſint admittendi ad ſequentia, ex *Concil. Carthag. 7.* confirmatur, in quo ſic ſtatutum legitur. Placuit, vt quotienſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cętera iam non admittantur. *Item Felix Papa in 2. decre. Epiſcopis Galliæ.* Si accuſatorum perſonæ in iudicio culpabiles apparuerint, ad arguendum dæ cætero non admittantur; niſi proprias cauſas aſſerere, non tamẽ criminales vel eccleſiaſticas, voluerint.

De obiectione criminis in modum exceptionis.

CAP. CXIIII.

Accuſatus non poteſt accuſare donec probetur innocens.

IBidem *q. 11. Gratianus.* Ab accuſato vero accuſationem in accuſatorem verti, multorum auctoritate prohibetur. Ait enim *Stephanus Papa.* Neganda eſt accuſatis licentia criminandi, priuſquam ſe crimine quo premuntur exuerint; quia non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes.

Eadem vbi ſupra ca. 2. li. 9. C. ti. 1. Imperatores Valentinus, Valerius, & Gratianus. Neganda eſt accuſatis, (niſi ſuas, ſuorumve iniurias proſequantur) licentia criminandi in pari vel minori crimine, priuſquam ſe crimine quo premuntur exuerint, ita tamen vt & ipſi inſcriptionem contra eos, etiam pendente accuſatione, deponere poſſint. *Cauſa 6. q. 2.* Quod autem quæritur ſi epiſcopus in accuſatorem accuſationem vertere voluerit, an ſuę ſimplici aſſertioni fides ſit habenda? facile ſoluitur, ſi ſanctorum patrum auctoritas diligenter inſpiciatur. Vt enim ſancti patres diffiniunt. Nullius perſonæ quantumlibet exercitatæ confeſſioni, fides eſt adhibenda, niſi competentes probationes adhibeat.

Quo caſu accuſatus poterit accuſare.

Ex ſumma iuris. In ſumma vero nota, quod accuſatus antequam nomen eius recipiatur inter reos, ſi accuſatorem de maiori crimine velit accuſare, prior auditur; vel ſi ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequatur. Si vero nomen eius receptum eſt inter reos, neminem poteſt accuſare; poteſt tamen contra accuſatorem inſcriptionem deponere, & poſt ſententiam agere, niſi forte condemnetur de capitali crimine. Poteſt etiam quis, accuſatione pendente contra alium iniuriam ſuam exequi, indirecta accuſatione in modum exceptionis; & antequam accuſatus accipiatur inter reos, & poſt; vſque ad litem conteſta. & ſic accuſatorem repellere.

De vitio colluſionis.

CAPVT CXV.

Quid colluſio.

EX *ſumma iuris.* Quoniam autem in actionibus criminum ſæpe colluditur, De colluſione quoque nonnulla hoc loco conferantur. *Colluſio eſt quædam illicita pactio inter actorem & reum, per quam alter, accepta pecunia, vel aliquo pecuniæ loco interueniente, vel tergiuerſatur ideſt, in totum ab accuſatione deſiſtit, vel prænaricatur, ideſt ſe malitioſè in iudicio ſuperari permittit.* Fit autem per tranſactionem, cum ſcilicet interueniente pecunia, vel aliquo pecuniæ loco alite recedit-

In cauſa ciuili nunquã fit colluſio niſi in duobus caſibus ſ in actione famoſa, & in cauſa ſtatus.

Sed cum ſint cauſarum tria genera, ſcilicet ciuilis, criminalis, & ſpiritualis: In cauſa ciuili nunquam fit colluſio, ſiue iudicis auctoritate, ſiue ſententionaliter cedatur: Item ſiue gratis, ſiue per tranſactionem, niſi in duobus caſibus, ſcilicet in actione famoſa, in qua ſine iudicis auctoritate non licet tranſigere; Et in cauſa ſtatus, vt ſi me agente cum aliquo tanquam ſeruus meus eſſet, vel libertus, paſſus ſum eum pronunciari ingenuum, confitendo contra me in iudicio quod eſſet ingenuus: tunc enim ne per tales ita degeneres inquinetur ordo indignitate poſitorum, vel ſenatus eccleſiæ, ideſt clericorum, ſtatutum eſt vt hæc colluſio detegatur, ac detur præmium detegenti.

Quomodo fiat collriſio in criminalibus.

In cauſa vero criminali, ante inchoatam actionem, C ſi gratia recedatur, colluſum non videtur; poſt inchoatam autem recedere non licet, etiam per gratiam ſine iudicis auctoritate, & etiam ſine rei conſenſu, ſi tormentis fuerit mancipatus, vel per accuſationem infamatus: & ſi deſtiterit incidit in Turpilianum, ſi publicum crimen intendit; Si vero priuatum, extra ordinem punitur. Per tranſactionem quidem licet, vel non licet, ſecundum leges reo recedere, prout his verſibus diſtinguitur. *Sanguinis in penis niſi mæchus tranſigat omnis*, &c. ſicut dictum eſt ſupra ſcilicet in lib. præcedenti, *capitulo de tranſactione.* Actori vero nunquam licet. Secundum canones autem etiam reo non licet recedere per tranſactionem in criminali, cum nullum ſit ibi crimen ſanguinis.

Quomodo etiam cõtingat colluſio in ſpiritualibus.

Porro in cauſa ſpirituali, per gratiam ex iuſta cauſa D licet recedere. Qui vero ſine iuſta cauſa recedit, punitur. Per tranſactionem autem nunquam licet, veluti cum ſuper eccleſiaſtico beneficio, quis malitioſe ſibi controuerſiam moueri facit, vt ſic interpoſita tranſactione, vel in alium transferat ipſum beneficium, vel exinde pręſtet alij annuam penſionem: & hoc cum agitur de ſpirituali tanquam beneficio; ſecus vero ſi tanquam ſuper proprietate. Porro in cauſa mixta, cum ſcilicet vir accuſat vxorem ad diuortium, poteſt maritus deſiſtere quando vult. Fit itaque colluſio in cauſa criminali & ſpirituali, cum diſtinctione tamen in vtraque. In ciuili vero nunquam, niſi in prædictis duobus caſibus.

In cauſis mixtis vt in diuortio colluſio non fit.

De Conſcientia illicita.

CAPVT CXVI.

Quæſtio pro vtraque parte proponitur.

EX *ſumma de caſibus.* Quid de iudice, qui ſcit accuſatum ad pœnam capitis, vel quamlibet aliam coram ſe, immunem penitus à culpa quæ ſibi impoſuitur, & tamen videt teſtes paratos ad iurandum falſum; nunquid recipiet? aut ſi recepit iam, nunquid per illos condemnabit ſcienter innocentem? Item quid facient officiales & executores, qui nouerunt veritatem, & tamen vident illos iurare falſum, & compelluntur mandato iudicis ſuſpendere vel decapitare innocentem, vel alio modo punire. Videtur enim omnino, quod nec iudex, nec alij poſſunt procedere contra cõſcientiam, quæ ędificat ad gehennã.

Item

Item ſecundum quoſdam. Omnis homo tenetur ex præcepto, illum qui iniuſte ad mortem ducitur, etipere & liberare, etiam ver vim; & ſecundum omnes tenentur ſaltem iudices & prælati. Si ergo tenentur ab alijs defendere iudex vel officialis, multo fortius à ſeipſo, ſicut argumentatur canon, & leges.

Econtra videtur. Dicit enim expreſſe Ambro. quod iudex non debet iudicare ſecundum priuatam conſcientiam, quam apportauit de domo, ſed ſecundum iura, & allegata, & probata coram ipſo, dum ſedebat pro tribunali, vnde: *Deſcendam* inquit, *& videbo* &c. *An non eſt ita*, &c. dicit glo. *Tanquam iudex*, nam tanquam Deus omnia nouerat. Item licet ſacerdos ſciat parrochianum ſuum in peccato mortali occulto, tenetur tamen illi petenti in publico dare Eucha riſtiam.

Reſolutio. Ad hoc dico quod iudex ſi perpendit, quod teſtes velint deponere contra iſtum, & peierare, debet niti ex officio ſuo (etiamſi accuſatus taceat) ad repellendum illos à teſtimonio, vel quia ſunt ignoti, vel infames, vel grauis opinionis, vel opponendo eis aliquam ſimilem cauſam. Si in narratione facti inuenerit eos deuiare à vero, ſubtiliter examinet, inueſtigetque cauſam ad repellendum eos; ſicut Daniel de duobus ſenibus falſo teſtificantibus contra Suſannam. Si autem nullo modo poteſt eos repellere, & probant ſecundum formam iuris ſufficienter; Conſulo vt deleget alteri ſi fieri poteſt. Sinautem, remittat ad ſuperiorem. De officialibus vero executoribus, & cæteris ſubditis, credo (ſaluo meliori conſilio) quod in hoc caſu non debent obedire, ſi pro certo ſciunt; ſecus ſi dubitant, tunc enim excuſantur propter bonum obedientiæ.

Quid oporteat iudicem & executores iuſtitiæ facere quando ſciunt accuſatum eſſe innocentem.

De cauſis ſuſpendendæ condemnationis, & differendæ.

CAPVT CXVII.

In quibus cauſis condemnatio eſt ſuſpendēda. EX *ſumma iuris.* Iudicio vero, ſiue condemnationi ſuperſedendum eſt in quibuſdam caſibus, ſcilicet vbi timetur periculum ſcandali, vel ſchiſmatis, vel turbatio pacis, vel ſtrages multorum. Item quando talis eſt conſuetudo. Item quando eſt ardua cauſa, puta fidei, quę tractari debet à ſolo Papa. Præterea ſuperſedendum eſt in iuuene, in ſene, in muliere, in Papa, in potente, & in occulto crimine Vnde verſus:

Scandala, ſchiſma, ſtrages, iuuenes, tranſactio pacis:
Papa, ſenex, mulier, mos, cauſa, potens, vel occultum:
Caſibus his debet correctio diſſimulari.

In quibus cauſa ſentēcia differēda. Lata porro condemnationis in reum ſententia, differenda eſt in quibuſdam caſibus ipſius executio, ſcilicet quando iudex ſeuerius iudicat quam expreſſum ſit in iure. Item quando ſeruus condemnatur in cauſa criminali: Debet enim differri ſententia, donec ille domino ſuo reddidit ratiocinia. Item quando mulier prægnans condemnatur; tunc etiam oportet differri donec peperit. Item quando iudex aliquem condemnauit deportatione, differenda eſt executio donec aſſignetur inſula eidem. Vnde verſus:

Exilium, ſeruus, prægnans, læſus ſolito plus:
Non habet effectum ſententia caſibus iſtis.

De abſolutione accuſati à crimine.

CAPVT CXVIII.

Tripliciter abſoluitur accuſatus, ſcilicet per ſententiā, per diſpenſationem & per iudicem. ABſoluitur autem accuſatus de crimine tripliciter, ſcilicet per diffinitiuam ſententiam, & extunc ab eodem de eodem crimine non accuſatur, ſcilicet ne ſæpius de delictis eiuſdem hominis quæratur: A b alio quoque, non niſi doceat priorem præuaricatum eſſe, vel niſi cum dolorem ſuum proſequitur, & docet accuſationem inſtitutam à priori ſe neſciſſe. Item per diſpenſationem, quæ eſt accuſationis inſtitutæ peremptio. Et fit tribus modis ſcilicet publice, priuatim, & ex lege. Vnde triplex diſtinguitur abolitio, ſcilicet publica, priuata, & legalis. Publica fit ad tempus ob publicam gratulationem, vel ob rē proſpere geſtam, vel diem inſignem. Priuata fit cum accuſans eum abſolui petit. Legalis autem fit accuſatore moriente, vel omnino ab accuſatione deſiſtente, vel ex iuſta cauſa ſic impedito, vt accuſationem proſequi non poſſit. Et illa quidem quæ fit publicè, fieri debet altera parte præſente, & cognita cauſa; non de plano, ſed de pleno, id eſt plena inquiſitione, poſt hanc quidem, & alius, & idem accuſator admittitur, finita ſcilicet abolitionis cauſa. Poſt priuatam autem idem accuſator non admittitur, ſed alius; poſt legalem ſimiliter. Poteſt autem & iudex, maximeque Imperator & Papa plerumque accuſato & confeſſo vel conuicto, penam ex officio ſuo remittere, & ſic eum abſoluere de crimine.

Abolitio triplex, & quæ patiatur iteratam accuſationem.

Extra 5. de accuſationibus ex concil. Maguntinen. De his autem criminibus de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio vel actio replicari. *Auctor.* Hoc intellige cum prædicta diſtinctione.

De Verborum ſignificatione

CAPVT CXIX.

Ambiguitas verborum in multis cernitur. D*Amaſus.* Ad eorum autem quæ dicuntur interpretationes, neceſſarium eſt ſcire verborum ſignificationes, & ambiguitatum expoſitiones. Verborum ambiguitas, alia eſt in legibus, alia in iudicijs, alia in teſtamentis & vltimis voluntatibus, alia vero in contractibus, & alia in ſtipulationibus. De legum ambiguitate planum eſt quod eius eſt interpretari cuius & condere.

Eius eſt interpretari leges cuius eſt condere.

In iudicijs autem alia eſt ambiguitas in conteſtatione litis, alia in confeſſionibus, alia in teſtimonijs vel probationibus, alia in ſententijs. In conteſt. litis ambiguitas petitionis interpretanda eſt pro actore. Ambiguitas reſponſionis, contra reum. Nam circa litis exordium, plus creditur actori quam reo. Si autem in confeſſione eſt ambiguitas, debet vrgeri confitens, vt certum confiteatur; ſic autem accipiatur quod magis expedit aduerſario. Circa probationum proprietates, contra actorem præſumitur. Semper enim in ambiguis teſtium dictis, reus abſoluitur: nec enim teſtes poſt publicationem reuerſari poſſunt, vt dictum ſuum interpretentur. Sed hoc tamen poſſunt in continenti, ſcilicet poſt publicationem. Sic itaque quo ad initium pro actore, quo ad finem pro reo præſumitur; quo ad media vero pro vtroque. Poſt ſententiam autem, iudicis eſt interpretari. Sed diſtinguitur inter ordinarium & delegatum; delegatus enim eodem die tantum interpretatur; ordinarius autem etiam poteſt in executione, & hoc in diffinitiuis in interlocutorijs enim etiam delegatus poteſt; immo etiam reuocare poſſet, quod plus eſt.

Quomodo interpretanda ambiguitas in iudicijs.

Ambiguitas in initio litis interpretanda eſt pro actore in fine pro reo.

In teſtamentis autem vel vltimis voluntatibus, ſecundum intentionem proferentis eſt ambiguitas interpretanda. Diſtinguendum eſt tamen, vtrum vſus ſit nomine proprio vno pro alio, an nomine appellatiuo vno pro alio. In primo caſu valet quod fit: In ſecundo non. In contractibus porro diſtingue, aut certum ſit quia conſenſerint, & tunc valet quod agitur, etiamſi vno nomine appellatiuo ſint vſi pro alio; aut certum ſit quod non conſenſerint, & tunc nihil agitur: Aut dubitetur quod ſenſerint, & tunc diſtinguo; quoniam aut præſumi poteſt intentio clientis ex adiacentibus cauſis, & tunc ad intentionem verba referantur; aut non poteſt, & tunc ad communem verbi ſignificationem recurratur. Quod ſi & illa ſe habet in duas partes, ſubdiſtinguo; aut enim valet quod dictū eſt ſecundum vnā partem intellectū, aut ſecundum

Ambiguitas in vltimis voluntatibus ſecundū intentionem proferentis eſt interpretanda.

Quomodo interpretāda ambiguitas in contractibus.

vtramque. In primo caſu commodiſſimè id accipitur quod rei gerendæ aptius eſt. In ſecundo caſu contra eum interpretandum eſt, in cuius ſint poteſtate verba apertius dicere.

Quomodo interpretanda ambiguitas in ſtipulatione.

In ſtipulationibus autem ambiguitas reſponſionis pro reo interpretanda eſt, & hoc quãdo nulla ex vtraque parte fraus vertitur. Cæterum autem ſi vertitur, diſtingue, vtrum ex altera, an ex vtraque. Si ex altera, verba ſunt contra illam interpretanda, ſicut dicitur in iuramentis, quæ ſunt ſimiliter quaſi contractus, ſiue ſit ſuſcipiens, ſiue proferens verba. Si vero ex vtraque & circa diuerſa, dolus dolo compenſetur, ſcilicet vt quę tenet teneat. Nam contra doli actionem dolo excipitur, ſed non replicatur ex eodem de quo agebatur, licet de alio poſſet, etiam ſi maius eſſet. Si vero circa idem, & ſtipulatio fauorabilior eſt, ad communem verbi ſignificationem recurratur. Porro ſi fauorabilis non eſt, locum habet quod prius dictum eſt, ſcilicet vt dolus dolo compenſetur, & hoc quando de dolo excipientis non conſtat niſi per dictum agentis, alias ſalua tali diſtinctione. Hæc de verborum ſignificatione generalia perſtrinxiſſe ſufficiat, neque enim omnia ſpecialia plene referre nobis poſſibile eſt.

De Pœnis Canonicis & legalibus.

CAPVT CXX.

Quid pœna.

EX ſumma iuris. Pœna eſt iudicialis retributio pro peccato. Vel aliter. *Pœna eſt ſatisfactio delicti, quæ à lege, vel miniſtro legis imponitur. Gratianus Gau.* 23. *q.* 2. Pœna nulli eſt inferenda, niſi per iudicem, vnde licet vir poſſit vxorem dimittere fornicationis cauſa, tamen quia ſeparatio pœna eſt, non licet alicui auctoritate ſua dimittere. Quod etiam de pœna homicidij, & de qualibet alia intelligendum eſt.

Solus iudex poteſt pœnã infligere.

Ex ſumma de caſibus. Pœnarum alia eſt canonica, alia legalis. Canonica iterum ſubdiuiditur; quia alia eſt ſpiritualis, alia corporalis, alia pecuniaria. Spiritualis enim quintuplex: Nam alia increpationis, alia interdicti vel ſuſpenſionis, alia excommunicationis, alia infamię, alia depoſitionis. Corporalis pœna ſimiliter quintuplex inuenitur, vna ieiunij ſiue abſtinentiæ, alia verberationis, alia ſeruitutis, alia publicationis omnium bonorũ, alia exilij. Exilium triplex eſt, aliud in loco certo, vt cum quis intruditur in monaſteriũ, aliud à loco determinato, vt cum prohibetur alicui eſſe in aliquo certo loco, ſed ſit alibi pro velle ſuo. Aliud ab omni loco, vt cum interdicitur publicè pœnitentibus morari in vno loco vltra vnum, vel duos dies; & ſic peregrinantur per orbem ad tempus. Pecuniaria infertur aliquando pro iniuria illata perſonę, vel loco; aliquando pro illati damni ſatisfactione, vt pro furto, vel rapina, vel ſimili. Pœna autem legalis eſt multiplex. Nam alia eſt mortis corporalis, vel detruncationis membrorum: Alia depoſitio, alia proſcriptio vel relegatio, alia exilium, & aliæ multæ.

Panarum alia canonica alia ciuilis & vtraq; multiplex.

Qui cenſendi iudices maiores ad quos pœna maiores attinent.

Generaliter iudices poſſunt punire ſubditos iuxta quantitatem culparum, & nullus alius. Nam iuriſdictio ſine modica coerctione nulla eſt. Hoc tamen ſcias, quod pœnas maiores, vt decapitare, quantum ad forum ſeculare, vel deponere, quo ad forum eccleſiaſticum, non poſſunt iudices, niſi maiores, qui etiam dicuntur habere merum imperium, vt epiſcopus in eccleſiaſticis; ad ipſum enim pertinent negotia maiora.

De Speciebus pœnarum legalium.

CAPVT CXXI.

ISidorus in li. Ety. 5. Octo genera pœnarũ in legibus contineri Tullius ſcribit, ſcilicet damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruituté, & mortem. Cõpedes dictę ſunt, quia continent pedes. Pedicæ ſunt laquei, quibus pedes illaqueantur, dictę à pedibus capiendis. Catenæ autem dicuntur, eo quod capiendo ſe teneant pluribus nodis. Manicæ ſunt vincula quibus manus capiuntur, licet & maniçæ tunicarum ſint. Nerui, vincula vel catenæ, quibus pedes vel ceruices impediuntur. Boya eſt torques damnatorum, quaſi iugum in boue.

Traditur etymologia diuerſarum panarum.

Verbera dicta, quia cum agitantur actu verberant. *Hinc flagra & plagæ & flagella,* quia cum flatu & ſtrepitu in corpore ſonant: Nam plagæ quaſi flagæ. Sed plagæ & flagra primæ poſitionis ſunt, flagella autem per diminutionẽ dicta ſunt. *Anguilla* eſt qua in ſcholis pueri coercentur, quæ vulgo ſcutica dicitur. *Fuſtes* autem pali ſunt, quibus pro criminibus iuuenes feriuntur, appellati quod præfixi in foſſis ſtent. *Scorpio* eſt virga nodoſa vel aculeata, ſic dicta quia arcuato vulnere in corpore infigitur. *Vnguląe* dictæ ſunt, eo quod effodiant: hæ & fidiculæ, quia ijs rei in eculeo torquentur, vt fides inueniatur. *Eculeus* autem dictus eſt, eo quod extendat.

Tarquinius ſuperbus prior tormẽta addinuenit.

Eſt & lautumna genus ſupplicij ad verberandum aptum, inuentum à Tarquinio Superbo, qui tormenta, fuſtes, metalla, atque exilia prior adinuenit; & ipſe prior ex regibus exilium meruit. Talio eſt ſimilitudo vindictæ, vt taliter quis patiatur vt fecit. Hoc enim & natura & lege eſt inſtitutum, vt lędentem ſimilis vindicta ſequatur. Exilium dictum, quaſi extra ſolum. Nam exul dicitur, qui extra ſolum eſt. Vnde poſtliminium redeuntibus, hoc eſt de exilio reducendis, qui ſunt eiecti iniuria, ideſt extra limen patriæ. Diuiditur autem exilium in relegatis & deportatis. Relegatus eſt quem bona ſua ſequuntur, deportatus quẽ non ſequuntur.

Diſcrimen inter deportatum & relegatum.

Proſcriptio exilij procul damnatio quaſi porro ſcriptio. Item proſcriptio, quaſi palam ſcriptus. *Metallum* eſt vbi exules deputantur ad eruendam venam, marmoraque ſecanda in cruſtis. *Seruitus* à ſeruando vocata eſt, hæc eſt ſola malorum omnium poſtrema, quæ liberis omni ſupplicio grauior eſt: Nam vbi libertas perijt, vna ibi perierunt, & omnia.

Patibulum autem vulgo furca dicitur, quaſi ferens caput: Suſpenſum enim & ſtrangulatum hæc exanimat. Sed patibuli minor pœna quàm crucis. Nam patibulo appenſus ſtatim exanimatur: Cruci autem affixus diu cruciatur. Culeus eſt parricidale vaſculũ, ab occulendo, ideſt claudendo dictum; eſt autem vter ex corio factus, in quo parricidæ cum Simia & Gallo & Serpente incluſi in mare præcipitãtur. Omnium autem iſtarum mortium genus animaduerſio nominatur, & dicitur animaduertere, animum vertere ad puniendum reum.

Animaduerſio vnde dicta.

De Ignominioſa miſſione, & capitis diminutione.

CAP. CXXII.

EX Digeſt. libro tertio l. prętoris verba. De his qui infamia notantur multa ſunt genera miſſionum. Eſt honeſta, quæ è meritis ſtipendijs, vel ante ab Imperatore indulgetur. Eſt cauſaria, quæ propter valetudines laboribus militię ſoluitur. Eſt ignominioſa toties, quoties is qui mittit, addit nominatim ignominiæ cauſa mittere. Eſt & quartum genus miſſionis, ſi quis euitandorum munerum cauſa militiam ſubijſſet: Hæc autem miſſio æſtimationem non lædit. Ignominiæ autem cauſa miſſis, neque in vrbe, neque alibi vbi Imperator eſt, morari licet.

Multa ſunt miſſionum genera.

Effectus miſſionis.

Ibidem quarto libro, Paulus libro vndecimo ad edictum. Ciuitatis amiſſione fit capitis diminutio, vt in aquæ & ignis interdictione. Qui deficiunt capite minuuntur. Deficere autem dicuntur, qui ab his quorum ſub Imperio ſunt deſiſtunt, & in hoſtium numero ſe conferunt. Sed & hi quos Senatus hoſtes iudicauit, vel relegati vtique, vſque adeo vt ciuitatem amittant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Caius libro quarto ad edictum prouinciale. Eas obligationes quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palàm est diminutione capitis non perire; quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. *Quid capitis diminutio & quotuplex.* *Paulus libro secundo ad Sabinum.* Capitis diminutionis tria genera sunt: Maxima, media, minima. Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Maxima est, cum hæc tria pariter amittuntur. Media cum ciuitas amittitur, & libertas retinetur. Minima, cum sola familia mutatur; ciuitate & libertate retentis.

De iudicijs criminum publicis secundum leges.

CAPVT CXXIII.

Publica iudicia vnde dicta, & quæ. IVstinianus Instit. lib. 3. Publica iudicia dicta sunt, quia cuiuis ex populo executio eorum plerunque datur. Horum quędam capitalia sunt, quędam non capitalia. Capitalia quæ vltimo supplicio afficiunt, vel aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera si qua infamiam irrogant, cum damno pecuniario, publica etiam iudicia sunt, sed non capitalia.

Pana perduellium adulterorum &c. Publica autem iudicia hæc sunt: Lex Iulia Maiestatis læsæ in eos, qui scilicet contra Imperatorem vel Rempublicam aliquid moliti sunt, cuius pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. *Item* lex Iulia de adulteriis coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed etiam eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent: quæ lex etiam stupri flagitium punit, cum quis sine vi, vel virginem, vel viduam honestè viuentem stuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum eorum; si humiles corporis coerctionem cum relegatione. *Item* lex Cornelia de sicarijs, quæ homicidas vltore ferro persequitur, vel eos qui causa hominem occidendi cum telo ambulant. Telum autem (vt ait Caius) in interpretatione legis duodecim tabularum id appellatur, quod ab arcu mittitur, & quod manu cuiusquam mittitur. vt autem ait Paulus in libro Sententiarum, qui telum pro tuendæ salutis causa gerit, non videtur hominis occidendi causa portare. Igitur & lapis & lignum & ferrum teli nomine continetur. Dictum ob hoc, quòd in longinquum mittitur, à Græco telon: Sica est ferrum occultum. *Eadem* lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis quàm susurris magicis, homines occidunt, vel mala medicamenta publice vendunt. *Pana sicariorum veneficorum &c.* *Item* lex Pompeia de parricidiis, secundum quàm parricida, nec gladio, nec ignibus, nec alia solenni pœna subijcitur, Sed insutus culeo, cum Cane & Gallo Gallinacio & Vipera & Simia, inter illas ferales angustias comprehensus, secundum quòd regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proijcitur, vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. *Pana parricidiarum, & falsariorum.* *Item* lex Cornelia de Falsis, quæ pœnam irrogat ei qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit; qui signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciēs dolo malo. Huius legis pœna in seruos vltimum supplicium est, in liberos deportatio.

Pana vim inferentium & raptorū. *Item* lex Iulia de vi publica seu priuata, cuius legis pœna in armatam vim, id est publicam, deportatio. In priuatam, id est sine armis, tertiæ partis bonorum publicatio. *Raptus* autem violentus virginis, aut viduæ, aut sanctimonialis, tā in ipsos peccatores, quàm in illos qui opem flagitio dederunt, capite punitur. *Pana furū & plagiatorum.* *Item* lex Iulia peculatus eos punit, qui pecuniam, vel rem publicam, vel sacram, vel religiosam furati fuerint. Sed & ipsi iudices, si tempore administrationis hoc fecerint, capitali animaduersione puniuntur; vt omnes illi qui ministerium ad hoc illis adhibuerunt, vel qui pecunias ab his subtractas scienter susceperunt. *Item* lex Flauia de plagiarijs, quæ interdum capitis pœnam irrogat, interdum leuiorem. *Item* lex Iulia de ambitu, & lex Iulia repetundarum, & lex Iulia de annona, & aliæ quæ animæ quidem amissionem non irrogant, Sed alijs pœnis eos subijciunt, qui earum præcepta neglexerint.

Item de eodem.

CAPVT CXXIV.

Criminum quædam publica quædā extraordinaria. EX instrumento iuris. Turpe lucrum ab hæredibus semper extorquetur. Criminum quædam sunt publica, quædam extraordinaria. Publica quorum executio cuiuis de populo plerumque datur. Nam constante matrimonio, adulterij accusatio non omnibus permittitur: Horum quædam sunt capitalia, quædam non. Capitalia sunt, quæ caput vel ciuitatem eximunt. Receptatores latronum eo modo puniendi sunt vt latrones. Effractores quandoque capite puniuntur, quandoque leuius. Expilatores tanquam atroces fures grauius puniuntur. Qui hæreditatem nondum aditam expilauerit, extra ordinem punitur.

Varis pœnis seu iudicia publica delinquentiū reseruntur. Qui terminos mouent, pecuniali pœna l. aureorum tenentur, quam in publico dare debent, & corporaliter extra ordinem puniuntur. Sacrilegi quandoque bestijs dānantur, quandoque viui eximuntur, quandoque in furca suspenduntur. Qui mortem sibi consciscunt ante sententiam, eorum bona fisco vendicantur. Crimen hæreseos, crimini maiestatis simile est, & ijsdem modis punitur, id est omnium bonorum confiscatione, & animæ amissione: nisi quòd in hoc crimine, delicti venia pœnitentibus non denegatur. Criminis apostatatus pœna est versari inter homines, & hominum carere suffragijs: bona eorum publicantur, si viui de eodem crimine à quolibet conuincantur.

Mathematici & similes concremandi sunt, vel vltore gladio prosternendi, vel ferali peste absumendi. Lex Miscella persequitur libertinos, qui dicunt se ingenuos. Crimen falsæ monetæ flammarum deposcit adustionem. Famosi libelli scriptor vel publicator, capitalem meretur sententiam. Incendiarj igne cremantur. Grassatores capite minuuntur. Consiliorum renunciatores, aut viui eximuntur, aut furca suspenduntur. Qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, aut furca suspenduntur, aut bestijs obijciuntur, aut in insula deportantur.

Quod non solum opus, sed etiam voluntas, aut consilium, in criminibus sit puniendum.

CAPVT CXXV.

Voluntas sceleris eadem scueritate ac effectus punitur, CAusa 33. de pœniten. di. 1. Cod. li. 9. Fadem autem scueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt. *Eodem li. 1. ti. de Episcopis & clericis. Imperator Iouinianus.* Si quis non dicam rapere, sed tantum attentare matrimonij iungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali ferietur sententia. *Item ad lib. Cornel. de sicarijs.* Si quis cùm telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo factum fuerit commissum, legis Corneliæ de sicarijs pœna coerceatur. *Imperator Valerius & Gratianus.* Si quis infantis necandi piaculum ingressus fuerit, sciat se capitali supplicio esse puniendum. *Imperatores Gratianus & Valerius.* Si forte mulier mortis periculo parasse insidias, vel quolibet alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniatur, vel forte maritus eo modo insequitur vxorem, in eadem quæstione ab omni familia, non solum mariti, sed etiam vxoris, quæ tantum tunc temporis domi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

fuerit, quærendum eſt, ſine cuiuſquam defenſione. *Item in digeſt. ti. de iniurijs l. Sed & quæſtionis.* Si quis tam maſculum, quam fœminam, ſiue ingenuos, ſiue libertinos, impudicos facere attentauerit, iniuriarum tenebitur. Sed & ſi ſerui pudicitia attentata ſit, iniuria locũ habet. *Item* non ſolum is iniuriarum tenetur qui fecit iniuriam, hoc eſt qui percuſſit, verum etiam ille quoque tenetur, qui dolo fecit, vel qui curauit vt cui mala pugno percuteretur. *Item* apud Labeonem quęritur. Si quis pulſatus quidem non eſt, verum manus leuatæ ſunt aduerſus eum, & ſæpe territus, quaſi vapulaturus, non tamen percuſſus, iniuriarum actione tenetur.

Sollicitatores faminarum ſunt puniendi.

Ibidem ti. de extraordinarijs crimimibus. Solicitatores aliarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur. Qui puero ſtuprum, abducto vel corrupto comite perſuaſerit, aut mulierem, aut puellam interpellauerit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, donum præbuerit, pretiumve quo is perſuadeat dederit; perfecto flagitio punitur capite imperfecto, in perpetuum in inſulam deportatur: corrupti comites ſummo ſupplicio puniuntur.

Solutio obie.

Sed contra, eodem lib. ti. de pœnis. Cogitationis pœnam nemo patiatur. *Gratianus.* Cogitatio quidem non meretur pœnam lege ciuili, cum ſuis terminis contenta eſt. Verum quamquam lex, minus eum qui occidendi hominis cauſa, cum telo fuerit inuentus, quam eũ qui occiderit, puniat: Diſcernuntur tamen à maleficijs ea, quæ de iure effectum deſiderant: In his enim non niſi iudicium animi conſideratur. *Vnde in digeſt. tt. de repudijs.* Diuortium non eſt verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diſceſſionem fit: ita quicquid calore iracundiæ fit, vel dicitur, non aliter ratum eſt, quam ſi perſeuerantia approbauerit iudicium animi fuiſſe. Ideoque per eum calorem miſſo repudio, ſi in breui reuerſa eſt, vxor, nec diuertiſſe videtur. *Hinc etiã in canonibus.* Si quis iratus crimen alicui obiecerit, &c.

Cogitationẽ mouetur pœnam iure ciuili.

Non minus quis tenetur pro malo cõſilio quam pro facto.

Ex conſilio autem velut ex facto aliquem teneri Aug. probat. *Periculoſe decipiuntur qui eſtimant eos tantum homicidas eſſe qui manibus hominem occidunt, & non potius eos per quorum conſilium & fraudem & exhortationem homines extinguntur, &c.*

De Pœnarum legalium moderatione.

CAPVT CXXVI.

Pœna ſunt molliendæ & ideo proprium caſũ nõ excedunt.

IBidem *Gratianus.* Pœnæ *ſicut in digeſtis ti de pœnis legitur*, legum interpretatione molliendę ſunt potius quam nimis exaſperandæ: atque ideo proprium caſum non excedunt. Sed quę de raptu virginum, vel aduocatis, ſiue de crimine maieſtatis, vel de ſicarijs dicta ſunt, fauore religionis, & fidei atque principali odio ſicariorum introducta ſunt. Iniuriarum vero pro earum varietate, multipliciter quis reus fieri poteſt: Varietas itaque criminum, varietatem inducit pœnarum.

Quatuor gratia delictorum puniendaqua 7. modis cõſiderantur.

Vnde in digeſtis ti. de pœnis. Aut facta puniuntur, vt furta, cædeſque: Aut dicta: vt conuitia. Et in fide aduocationis, aut ſcripta, vt falſa charta, & famoſi libelli. Aut conſilia, vt coniurationes. Aut conſcientia latronum, quouſque alios ſuadendo monuiſſe, ſceleris eſt inſtar. Sed hæc quatuor genera conſideranda ſunt 7. modis. Cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Cauſa, vt in verberibus, quæ impunita ſunt à magiſtro illata, vel à parente; quoniam emendationis animo, non iniuriæ gratia videntur adhiberi: puniuntur, cum quis ab extraneo per iram pulſatur. Perſona dupliciter ſpectatur: Eius qui fecit, & eius qui paſſus eſt. Aliter enim puniuntur ex eiſdem facinoribus ſerui, quam liberi; & aliter qui in Dominum, parentemve auſus eſt, quam qui in extraneum; & qui in magiſtrum, quam qui in priuatum. In huius rei cõſideratione, ætatis quoq; ratio habeatur. *Locus* facit, vt idem vel furtum vel ſacrilegiũ ſit, & capite luẽdum, vel minore ſupplicio. *Tempus* diſcernit & emanſorem & effractorem, furem vel diurnum vel nocturnum. *Qualitate* factum vel atrocius vel leuius eſt; vt furta manifeſta à non manifeſtis diſcerni ſolent rixæ à graſſaturis, expillationes à furtis, petulantia à violentia. Quantitas diſcernit furem de abigeo, nam qui ſuem vnum ſurripuerit, vt fur coercebitur, qui gregem, vt abigeus. *Euentus* ſpectatur, vt à clementiſſimo quoque facta: quamquam lex minus cum qui occidendi hominis cauſa cum telo fuerit inuentus, quàm eum qui occiderit puniat. Et ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti caſus luebantur.

De Temperanda iuris canonici ſeueritate.

CAP. CXXVII.

Eccleſia interdum criminagratia tolerat diuerſo intuitu.

CAVSA 1. *quæſt.* 7. Canonicæ quoque rigor diſciplinæ quandoque relaxatur ex diſpenſatione miſericordiæ. Multorum enim crimina ſunt damnabilia, quæ tamen eccleſia tolerat, pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis, vel vtilitatis, & pro euentu rei. *Pro tempore*, ſicut Gelaſius, qui cum neceſſitatem temporis videret, Italicam ſcilicet eccleſiam, propter belli famiſque incurſionem, ferè omnium clericorum officio deſtitutam, adeo vt pleriſque populis ſubſidia regendorum deeſſent animarum, conceſſit de monachis vel laicis clericos aſſumi. Similiter ex diſpenſatione in Niceno concilio ſtatutum eſt de Nouatianis, vt ad eccleſiam redeuntes ordinentur.

1. *Intuitu temporis.*

2. *Perſonarũ.*

Pro perſona, ſicut beatus Gregor. ſcribens Ianuario epiſcopo ait. Tanta nequitia ad aures noſtras de tua ſenectute peruenit, vt eam niſi humanitus adhuc penſaremus, fixa iam maledictione feriremus: Et quidem pœnæ fuerat in te ſententia taculanda: Sed quoniam ſimplicitatem tuam cum ſenectute nouimus, interim taceamus.

3. *Pietatis.*

Pietatis intuitu, ſicut de illiteratis & corpore viciatis Gelaſius ait. Si qui, vel propria voluntate, vel temetitate, vel incuria præſidentium tales ſunt, nihil vltra promotionis accipiant, ſatiſque habeant hoc ſibi pro nimia miſeratione conceſſum.

4. *Neceſſitatis.*

Neceſſitatis intuitu, ſicut Hylarius Papa, qui cum de quodam epiſcopo, præter notitiam vel conſenſum Metropolitani ordinato loqueretur, ne in vtroque graue ſcandalum fieret, ait in epiſtola ſua: Quoniam quicquid ab alterutra parte eſt iudicatum, omni videmus peruerſitate confuſum; temporum neceſſitate perſpecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod geſtum eſt, vt deinceps nullus præter notitiam vel conſenſum Metropolitani ordinetur Antiſtes. *Item Innocentius Papa.* Quoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non poteſt, multum ſolet tranſire, priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima ſolicitudine præcauenda. *Item in epiſtola Cyrilli ad Ianuarium præsbyterum & Archimandritam.* Diſpenſationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem à debito rigore quoſdam foras exire, vt magis aliquid lucrifaciant. Sicut enim hi qui mare nauigant, tempeſtate vrgente, nauiq́ue periclitante, & anxiati quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant; ita & nos, cum non habemus ſaluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex his quædam ne cunctorum patiamur diſpendia.

5. *Vtilitatis.*

Vtilitatis intuitu, ſicut in *Meldenſi concil. prohibetur de filijs virginum per vim raptarum, & ſic ad coniugium raptorum applicatarum.* Tali coniugio generati, eccleſiaſticis ordinibus non applicentur, niſi fortè illos, aut maxima eccleſiæ vtilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel euidens meritorum prerogatiua commendet. *Pro euentu* etiam rei quædam in eccleſia tolerantur, ſicut *Leo*

Papa

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

6. Euentus.

Papa ait in decretis ſuis, de laicis ſubito contra decreta canonum ordinatis epiſcopis. Illos quorum prouectio hoc tantum reprehenſionis incurrit, quòd ex laicis ad epiſcopale officium electi ſunt, ſuum locum tenere permittimus, non præiudicantes Apoſtolicæ ſedis ſtatutis; quia remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi. *Gratianus.* Ecce quibus de cauſis quædam in eccleſijs tolerantur, quæ eiſdem ceſſantibus pia ſeueritate vindicantur. *Celaſius Papa.* Aliquando enim pro neceſſitate eccleſiæ mutilantur & laxantur præcepta canonica.

De his qui excuſant aliquos à pœna.

CAPVT CXXVIII.

Quæ fiunt mente alienata excuſantur à pœna.

Ex ſumma de cap. Sunt autem multa quæ excuſant à pœna, videlicet mentis alienatio. Talia enim quæ fiunt alienata mente, impunita ſunt. Dicitur autem homo alienatæ mentis tripliciter, ſcilicet per ſtuporem, ſeu mentis perturbationem. Hoc modo videtur Auguſt. excuſare Lot, de eo quòd filias ſuas voluit proſtituere, vt viros hoſpites liberaret. *Item* per furorem: *item* per ebrietatem, & hoc intelligas ſi ex toto ſunt alienatæ mentis, ita quòd in nullo ſunt compotes ſui, & nihil intelligunt; aliàs excuſarentur non à toto, ſed à tanto: tamen ſi fuerint liberati omnibus eſt pœnitentia imponenda, ſed leuior quàm ſi ſani tale quid commiſiſſent. Hoc autem fit ad cautelam, & ne diſciplina eccleſiæ deferatur.

Coactio abſoluta à culpa & pœna excuſat, vti etiam deceptio ſeu ignorãtia inuincibilis.

Item excuſat à culpa & à pœna coactio, à toto ſi fuerit abſoluta, à tanto ſi fuerit conditionalis. *Item* excuſat deceptio: ſi fortè aliquis deceptus per fraudem vel dolum alterius, vel per errorem facti probabilem, fecit non faciendum. Fallit hoc in his quæ ſunt contra articulos fidei præcepta, vel prohibitiones domini, ſine quorum obſeruantia non eſt ſalus: & de tali ignorantia dicitur: *Si quis ignorat ignorabitur.* Quandoque tamen excuſat in iſtis ignorantia, non à toto, ſed à tanto, ſcilicet cum non fuerit affectata, ſed inuincibilis. *Item* multitudo non excuſat aliquem in delictis, ſicut nec conſuetudo, nec aliqua diuturnitas temporis. Releuat tamen multitudo à pœna temporali in duobus caſibus, ſcilicet cum multitudo eſt in culpa; vel cum delinquens habet ſociam multitudinem.

Item excuſat ætas non doli capax.

Item quandoque excuſat ætas à toto, ſi eſt infans non doli capax: Aliæ vero ætates aliquando attenuant ipſa peccata, & pœnas debitas pro peccatis, ſecundum varietatem ipſarum ætatum, & eorum quæ geruntur. *Item* iocandi vel certandi facilitas. Præter hæc autem nota in ſumma, quæ ſunt conſideranda in aggrauatione vel attenuatione pœnæ, & etiam in aliquibus omnimoda excuſatione.

An aliquis puniendus ſit ſine culpa.

CAPVT CXXIX.

Delictum patris non imputatur filio eius nequitiam non imitanti.

Cauſa prima, quæſtio. quarta. Quæritur an paternum crimen huic deputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum? Quòd ignorantia hunc excuſat, multorum auctoritatibus probatur. *Ait enim Auguſtinus.* Nullius crimen maculat neſcientem: Item quis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem. *Item ex concilio Tolet. quarto.* Iudæi baptizati, ſi poſtea præuaricantes in Chriſtum, qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios ſuos excludi non oportebit; quia ſcriptum eſt: *Filius non portabit iniquitatem patris.*

Solutio obiect.

Econtra Dominus ad Moyſen: *Ego ſum Deus Zelotes, qui viſito peccata Patrum in Filios, vſque ad tertiam & quartam generationem*; licet non in æqualitate iudicij, ſed magnitudine clementiæ Auguſt. aſſerit hoc dictum. *Item* paruulos Sodomitarum non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cœleſti igne conſumerentur. Sed hoc igne pœna illis diminuta eſt, quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta: Pariter autem monſtratum eſt, peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari. *Illud* idem & intelligendum eſt de paruulis, qui peccato Dathan & Abiron viui deſcenderunt ad inferos.

Obiectio.

Item Cham peccante, Chanaan filius eius maledicitur. Gyezi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros. Iudæis clamantibus, *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*; reliquiæ eorum pœnæ mortis Chriſti addictæ ſunt. Achab quoque peccante, poſteri eius regni ſolium amiſerunt; & qui de eius ſemine in regno Iudæ nati ſunt, vſque ad purgatam labem ipſius familiæ, à genealogia Domini ſunt excluſi. Odium quoque Eſau tranſiuit ad Idumeos. Quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excuſat aliquem. *Sed his* exemplis non probantur teneri peccatis aliorum, niſi imitatores nequitiæ eorum.

Solutio.

Pœna æterna non punitur vnus pro alio, ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Hoc autem fallit in peccato originali, quod ideo eſt (vt ait Auguſtinus) quia vnus erat cum illo, & in illo à quo traxit, quando quod contraxit admiſſum eſt. *Pœna* autem ſpirituali, quæ eſt excommunicatio, nunquam debet puniri vnus pro alio. *Pœna* vero ſpirituali, quæ dicitur interdictum, ſæpe punitur familia, ciuitas, vel etiam tota prouincia pro peccato Domini, & hoc propter magnitudinem peccati, & quia aliter non poteſt compelli ad ſatisfactionem. Aliquando etiam remouetur filius ab ordine vel beneficio, propter ſimoniam à patre, vel etiam alio in ſua promotione, & ipſo ignorante, commiſſam.

Pœna æterna non punitur vnus pro alio (dempto caſu peccati originalis) neceſsitò pœna excommunicationis, bene tamen pœna corporalis infamia &c.

Pœna etiam infamiæ punitur filius pro patre in crimine læſæ maieſtatis. Et omnes illegitimè nati, pro peccatis parentum ſuorum repelluntur à promotione. *Pœna* quoque corporali & pecuniaria, punitur vnus pro alio: Nam pro peccato Achor plebs Iſraelitica in manus hoſtium tradita eſt. Item pro peccato Sodomitarum paruuli cœleſti igne conſumpti ſunt. Et infinita exempla poſſunt ſuper hoc inueniri. Amplius, pro peccato hominum, etiam bruta & inſenſata leguntur punita & maledicta à Domino, quod non ſit participatione peccati, ſed cauſa ſacramenti, vel deteſtatione peccati, vel flagello delinquentium.

In ſex caſibus punitur quis licite ſine culpa, ſed non ſine cauſa.

Item nota ſex caſus, in quibus aliquis punitur quotidie licitè ac iuſtè ſine culpa, ſed non ſine cauſa. Vnde verſus:

Paupertas, odium, fauor, & vitium, ſcelus, ordo;
Perſonas ſpoliant, & loca iure ſuo.

Propter paupertatem eccleſia quæ conſueuit habere epiſcopum, perdit ipſum. *Propter* odium ciuium contractum, ex eo quòd occiderunt duos epiſcopos proprios ſucceſſiuè, vel fortè ex alia ſimili cauſa ita enormi, perdit ipſa eccleſia ius ſuum. *Item* propter fauorem Conſtantinopolitanæ ciuitatis, quã Conſtantinus conſtituit quaſi nouam Romam, transferens ſe ad illam; fuit datus eccleſiæ Conſtantinopol. primus locus poſt Romanam, & amiſit eum Alexandrina. *Propter* vitium lepræ remouetur prælatus ab adminiſtratione eccleſiæ: Debent tamen iuxta facultates, ſibi neceſſaria quandiu vix erit miniſtrari. *Propter* ſcelus patris vel domini, ſpoliatur familia communione. & pro peccato Monachi vel Monachæ, pro quo retruditur in aliud cautius Monaſteriũ, perdit primum monaſterium res, quas illius perſonæ occaſione fuerit conſecutum. *Propter* ordinem ſacerdotij domino ſeruus aufertur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De ordine pœnarum, & menſura.

CAPVT CXXX.

IN ſumma vero nota: quòd ſiue iudex puniat, ſiue abſoluat, ſemper debet facere propter correctionem. *Item* ſi ſemel punitus eſt aliquis ſufficienter pro aliquo crimine, non debet pro eodem alia pœna infligi. *Item* cum clericus punitur pro contumacia, debet pœna incipere ab excommunicatione minori. Deinde creſcente contumacia debet anathematizari, deinde deponi. Vbi vero punitur pro crimine, & crimen exigit, debet primo deponi, & non vltra, ſi eſt corrigibilis. Si verò eſt incorrigibilis, poſt depoſitionem debet excommunicari minori excommunicatione, deinde creſcente contumacia anathematizari. Si hoc non prodeſt, exinde per ſæcularem compellendus eſt poteſtatem, ita quòd ei deputetur exilium, vel alia pœna legima inferatur. ſiue eſt ordinarius proceſſus, niſi crimen eſſet adeo enorme, quòd non ſufficeret vna pœna; tunc enim imponentur ſimul duæ, vel plures. Vnde multoties pro eadem culpa imponitur multiplex pœna ſimul in eodem iudicio, ſed omnes illæ accipiuntur pro vna. Sed in diuerſis iudicijs non licet bis in idipſum iudicare.

Ordinarius proceſſus cõtra clericum.

Non licet bis idem factũ punire.

Vtrum autem iudex poſſit pœnam commutare?

A Reſpon. Crimine probato, ſi certa reperitur pœna in iure, illa infligenda eſt, non mollior, nec durior, alioquin iudex infamis fit. Quod ſi plures pœnæ taxatæ ſunt, tunc arbitrio iudicis pœna relicta, debet illam imponere quæ magis timetur, *extra vt li. non conteſt. quoniam.* Si verò pœna certa ſtatuta non eſt, ſed iudici committitur, debet æquitate ſeruata, ſemper in humaniorem partem declinare, *vt de tranſac. ex parte.*

Iudex non poteſt pœnã legis mutare, niſi hoc illi committatur.

Ex ſumma fratris V. Nota, quòd tam milites, quàm perſonæ eccleſiaſticæ, emendas quas leuant ſecundum legitimas conſuetudines & iudicia regionis, retinere poſſunt, & in ſuos vſus expendere; nec peccant, quando in hac parte ſubeſt cauſa, & ſeruatur iuris ordo, nec eſt corrupta intentio, ſcilicet vt propter zelum iuſtitiæ hoc faciant, non propter cupiditatem, aliàs peccarent. *Nec* obſtat quod pœna excedit damnum in magna quantitate quandoque; quia pœnæ huiuſmodi non ſolum propter intereſſe, ſed propter coercenda crimina ſtatutæ ſunt: tamen temperandæ ſunt penſatis circunſtantijs negotiorum & perſonarum; quia culpa eſt totam perſequi culpam, *& iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non facit miſericordiam* &c. Vnde non ſunt laxandæ habenæ, maxime militibus in hac parte, in concilio animarum; quia fræno indigent quo ad hoc: ſecurius tamen eſſet huiuſmodi emendas in pios vſus erogare. Hæc de iudicijs, actionibus, & appellationibus, & pœnis, hactenus dixiſſe ſufficiant.

Emendæ poſſunt exigi & in proprios vſus expendi vbi eſt cõſuetudo. & abeſt cupiditas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS.

Tomus Secundus.

LIBER NONVS.

De Criminibus.

CAPVT I.

Crimen, facinus flagitium &c. vnde dicta.

VCTOR. Dicto de iudicijs criminum ſecundũ vtrumque forum, nunc etiam de criminibus, tã eccleſiaſticis, quam ſæcularibus ſiue legalibus eſt aliquid ſubiungendum.

Iſidorus in libro Etym. 5. *Crimen* à carẽdo nomen habet, vt furtum, fallitas, & cætera quæ non occidunt ſed infamant. Facinus dictum eſt, à faciendo malum, eo quod noceat alteri. Flagitium autem à flagitando corruptelam libidinis, quia noceat ſibi. Vis eſt virtus poteſtatis, per quam cauſa ſiue res, vel aufertur, vel extorquetur. Vis priuata eſt, ſi quis ante iudicium, armatis hominibus quemquam à ſuo deiecerit, vel expugnauerit. Vis publica eſt, ſi quis ciuem, ante populum, vel iudicem vel regem appellantem, necauerit, aut torſerit, ſiue verberauit, vel vinxerit. Dolus eſt mentis calliditas, ab eo quod deludat; aliud enim agit, aliud ſimulat. Apud comicos iniuria eſt, qua audet aliquis contra ordinem iuris.

Quid vis publica & priuata.

Quid ſedi-tio ſacrile-gium ſtuprũ parricidium &c.

Seditio dicitur diſſenſio ciuium, quod feorſum alij ad alios eunt; nam hi maxime turbationẽ rerum & tumultu gaudent. Sacrilegium propriè eſt ſacrarum rerum furtum, poſtea & in idolorum cultu hæſit hoc nomen. Adulterium eſt illuſio alieni coniugij, quod quia alterius thorum commaculauit, adulterij nomen accepit. Stuprum raptus propriè eſt illicitus coitus, à corrumpendo dictus. Vnde & qui rapta potitur, ſtupro fruitur. Parricidij quidem actio, non ſolum in eo dabatur qui parentem, ideſt qui patrẽ vel matrem interemiſſet, ſed & in eum qui fratrem deciderat. Et dictum eſt parricidium, quaſi parentis cædes. Furtum eſt rei alienæ clandeſtina contrectatio, à furuo, ideſt fuſco vocatum, quia in obſcuro fit.

Quid perſuaſio, peculatus &c.

Perſuaſio eſt rei alienæ manifeſta præſumptio, & eſt earum rerum, quæ transferuntur, & eorum quæ immobilia ſunt. Inficiatio eſt negatio debitæ rei cum à creditore depoſcitur. Idẽ & abiuratio, ideſt rei creditæ abnegatio. Peculatus iudiciũ in eos datur, qui fraudem ęrario faciunt, pecuniãque publicam interuertũt. Non autem iudicatur furtum reipublicæ, ſicut rei priuatę: nã ille iudicatur vt ſacrilegus, quia fur eſt ſacrorũ. Inceſti iudiciũ in virgines ſacratas ſiue in propinquas ſanguine cõſtitutũ eſt; qui enim talibus miſcentur, inceſti, ideſt, incaſti habẽtur. Maieſtatis reatu tenẽtur hi, qui regiã maieſtatem læſerunt. Piaculũ dictũ eſt, pro eo quod expiari poteſt. *Auctor.* Hæc ſunt crimina in lege cõſcripta, cętera dicũtur eccleſiaſtica.

Qualia crimina ad eccleſiaſticum pertineant forum.

Ex ſumma fratris, V. Rodonenſis, Nam crimina eccleſiaſtica ſunt, quorum examinatio, ſiue cognitio & ſententia, pertinet ad eccleſiaſticum iudicem, vt Simonia Hæreſis, Apoſtaſia, ſacrilegium, periurium, votorum transgreſſio & ſimilia: Sicut ſęcularia appellantur crimina, quorum cognitio pertinet ad iudicem ſecularem, vt homicidium, furtum, & ſimilia.

De Crimine Simoniæ.

CAPVT II.

Quid Simonia.

EX *ſumma iuris.* Igitur inter omnia de Simonia nobis eſt diſſerendum, quoniam inter eccleſiaſtica crimina, primum tenet locum. *Simonia igitur eſt ſtudioſa* (ideſt ad actum exteriorem progreſſiua) *cupiditas, emẽdi vel vendendi aliquod ſpirituale.* In hac quidem diffinitione apponitur ſtudioſa, ad excludendã voluntatẽ quæ ſignis exterioribus non declaratur, & ob hoc ab eccleſia non punitur, quoniam eius probatio non habetur. Sunt tamen quædam quibus non punitur quis vt Simoniacus, etiam voluntate declarata; ſicut illa quæ ſunt ſimoniaca tantum, quia prohibita.

In ſimonia de iure naturali ſufficit ſola volũtas non autem in eo quæ eſt de iure poſitiuo.

Ex ſumma de caſibus. Item videtur quod ſola intentio vel voluntas etiam nõ ſtudioſa ſeu declarata, faciat, ſimoniacum, ſicut & vſurarium: vt in Luc. *Date mutuũ nihil inde ſperantes.* Itaque diſtinguo, quod quædã ſunt prohibita, quia ſimoniaca, vt vendere vel emere ſacramenta: In iſtis ſufficit ſola voluntas. Quædam ſunt ſimoniaca, quia prohibita; ſcilicet quæ per conſtitutionem eccleſiæ, tantum ſunt ſimoniaca, vt cũ quis renunciat eccleſiæ, illa conditione vel pacto vt detur nepoti ſuo vel alij: in talibus non ſufficit ſola voluntas, niſi procedat in actum.

Ex ſumma fratris. V. Quæritur ad quid ſufficit ſola

volun-

Quæstio.

voluntas in primo caſu,& non in ſecundo? ſi eodem modo ſufficit ad faciendum reum in ſecundo, voluntas renunciandi beneficio ad opus nepotis ex pacto. Reſpondeo. Simonia quandoque largè accipitur,vt comprehendat voluntatem emendi vel vendendi aliquod ſpirituale, vel paciſcẽdi ſuper eo,licet non progrediatur ad aliquem actũ exteriorẽ,ſicut mæchia largè appellatur concupiſcentia mulieris. Iuxta illud. *Qui viderit muli. ad concupiſcen.eam,* &c. Quandoque ſtrictius, ſecundum quod diffiniuit eam Cantor Pariſien. Simonia eſt ſpiritualium acceptio, vel collectio non gratuita. Quandoque ſtrictiſſime, ſecundum quod ſimonia eſt pactio temporalium, propter ſpirtualia danda,vel accipienda vel facienda. Item duplex eſt actus,ſcilicet emendi vel vendendi ſpiritualia, vel actus renunciandi beneficio ad opus alterius;& actus paſciſcendi ſuper talibus. Dico ergo, quod in his quæ prohibita ſunt quia ſimoniaca,ſufficit voluntas ad introducendum peccatum, ſiue ſtet in finibus ſuis, ſiue progrediatur ad actum emendi vel vendendi, ſiue etiam paciſcendi. Sed non ſufficit ad irregularitatem, ſi non progrediatur ad actum paciſcendi. In illis autem quæ ſunt ſymoniaca quia prohibita, non ſufficit ad introducendum peccatum voluntas renunciandi beneficio ad opus alterius, etiam ſi progrediatur ad actum renunciandi, niſi cum hoc etiam progrediatur ad actum paciſcendi; quia non eſt peccatum alicui ſi renunciat beneficio ad opus alterius, dum tamen dignus ſit; dum tamen pactum non intercedat.

Simonia accipitur tripliciter.

Solutio,

Voluntas ſine exteriori actu vel pacto ſufficit vt ſimoniæ de iure naturali ſit peccatũ, ſed ad irrreg requiritur actus paciſcendi.

De Spirituali,& annexo ſpirituali.

Cap. III.

An in definitione ſimoniæ debeat addi vel annexũ ſpirituali.

Vctor. Non autem oportuit addere, *Vel annexum ſpirituali*;nam & omne ſpirituali annexum ſpirituale eſt, & ideo ſimoniacum eſt illud vendere vel emere. Specialiter tamen dicitur de iure patronatus,non quod ſpirituale ſit, ſed quod annexum ſpirituali:quia cadit in perſonam laici, ſicut & ius funerandi; quod non vt cætera ſpiritualia, prohibetur tamen vendi ratione prędicta.

Spirituale ſumitur ſtricte & late.

Ex ſumma fratris V. Spirituale quandoque largè, quandoque ſtrictè accipitur. Strictè,ſecundum quod ſpirituale appellatur illud ſolum quo habetur ſpiritus ſanctus;vt virtus gratum faciens;vel quo datur, vt ſacramenta Eccleſię:vel quo haberi ſignificatur,vt donum prophetiæ, & poteſtas faciendi miracula. Largè autem accipitur, ſecundum quod comprehendit prædicta non ſolum quatuor, ſed ea quæ ſequuntur ex ſacramento, vt ius percipiendi decimas & oblationes,quod ſequitur ex ſacrameeto ordinis. Et etiam illud quod antecedit ad ſpirituale; vt ius patronatus,quod antecedit ad preſentationem perſonæ ad aliquam Eccleſiam,vel præbendam: Et etiam omnis res ſacra, inſtituta ad celebrationem ſacramentorum, & omnis res officiórum diuinorum,vt calix,&c.

Dupliciter aliquid dicitur ſpirituali annexum

Similiter annexum ſpirituali quandoque ſtrictè ſumitur, vt appelletur illud ſolum quod eſt in illo qui habet ſacramentum ordinis, vt ius percipiendi decimas & oblationes. Quandoque largè,vt comprehendat illud quod & antecedit ad aliquod ius ſpirituale, vt ius patronatus,quod antecedit ad præſentationem, vt dictum eſt.

Ius patronatus non eſt quid annexum ſpirituali ſtrictè loquendo ſed tantum late.

Dic ergo, quod ius patronatus non eſt ſpirituale ſtrictè sũpto vocabulo, nec annexũ ſpirituali,ſimiliter ſtrictè ſumpto vocabulo;quia tale non cõpetit laico. Nam annexum ſpirituali,large ſumpto vocabulo, bene poteſt competere laico, vt ius patronatus: ſed ius percipiendi decimas, vel oblationes non competit ei, ſed illi ſoli qui habet ordinem Eccleſiaſticum, vel ei qui habet auctoritatem à clericis talia percipiendi, ſicut ſunt quidam regulares,& templarij,& ſimiles. Item nota, quod ſpiritualia quædam ſunt impretiabilia,& de iure,& de facto;vt fides, ſpes, charitas,& cæteræ virtutes,& ſpiritus ſanctus,& dona eius,ſcilicet donum prophetiæ,& poteſtas faciendi miracula. Quædam autem ſunt impretiabilia de iure, ſed non de facto, vt ſacramenta Eccleſiæ, quæ reuera de iure vendi non poſſunt, licet de facto quandoque vendantur.

Ex ſumma de ca. Item nomine emptionis & venditionis intelligas omnem contractum non gratuitum, præter contractum permutationis. De qua ſic teneas quod permutatio dignitatum vel aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, non poteſt fieri auctoritate partium, abſque periculo ſimoniæ, ſicut nec tranſactio. Epiſcopus tamen ſi cauſam inſpexerit neceſſariam, poteſt ex officio ſuo transfetre perſonas, & facere permutationem. Quantum ad proprietatem autem poteſt fieri permutatio Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum; dum tamen fiat auctoritate ſuperioris, & nullum temporale interueniat; niſi forte altera abundaret multum in redditibus temporalibus, alia parum: quia tunc minus abundans poſſet refundere alteri certam pecuniæ quantitatem, ita quod temporale pro temporali daretur,vt contractus nullo modo miſcerentur.

Poteſt fieri permutatio beneficiorũ authoritate ſuperioris cũ compenſatione inæqualitatis.

Item nota quod ſicut ſpiritualia non debent vendi vel emi, ita nec redimi, ſaluo ab ab illo qui ius habet percipiendi. Alias enim non poſſunt redimi, de manu laici ſcilicet,ea iniuſte detinentis. Nec vero poſſunt aliquo dato, vel retento, vel promiſſo poſſideri, nec ſuper eis tranſigi. Vnde dicunt, quod ante electionem nulla cautio ſiue pactio peti poteſt, & ſi pręſtatur,ſimonia eſt;quia videtur facere propter hoc,vt eligatur. Idem eſtſi promittat, ante electionem ſe iuraturum poſt electionem, ſed poſt electionem bene poteſt. A ſuperiore vero poteſt peti honeſta cautio,& ante & poſt electionem.

Spiritualia ne quidem redimi poſſunt aut promiſſo aliquo poſſideri.

Dicitur autem ſimonia à Simone mago, primo in nouo teſtamento huius ſceleris auctore, qui voluit emere gratiam ſpiritus ſancti à Sancto Petro, ſicut Gyezi in veteri teſtamen. voluit vendere gratiam ſanitatis Naaman Syro. Vnde proprie venditor ſpiritualium dicitur Gyezita, à Gyezi; emptor vero Simoniacus,à Simone, vſu tamen vterque Symoniacus dicitur.

Simonia à Simone mago dicitur.

De illa ſpecie Symoniæ quæ per munus à manu cõmittitur.

Cap. IIII.

Committitur ſimonia tribus modis.

COmmittitur autem ſimonia tribus modis, quia triplex eſt ſpecies muneris. Munus à manu pecunia eſt. Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebitè impenſa. Munus à lingua fauor. Porro ſunt caſus in quibus licite pro ſpiritualibus aliquid datur. Munus à manu poteſt dari in quinque caſibus. Primus ſi gratis offeratur. Si autem dubitetur vtrum gratis, vel ex pactione, vel corrupta voluntate datum ſit, tria maxime ſunt attendenda;ſcilicet *dantis & recipientis qualitas*, videlicet an à paupere diuiti, vel econuerſo; ſiue à diuite locupleti: *Muneris quantitas*, ſi magni, vel minoris pretij res data exiſtat. Et *donationis tempus*, an ſcilicet inſtante neceſſitate, ſeu alio tempore conferatur: & ſecundum hoc eſt habenda præſumptio, vel pro, vel contra. Secundus caſus eſt, pro operibus ſpiritualibus ad quæ non tenetur ex officio. Tertius eſt pro operibus ſpiritualibus debitis, puta cum conſecrat Epiſcopus Eccleſiam, vel viſitat Epiſcopatum, poteſt exigere procurationem moderatam. Quartus pro vita æterna, & peccatorum remiſſione, vt eleemoſynæ. Quintus pro redimenda vexatione quæ ſibi fit iniuſtè ſuper iure ſpirituali.

Munus à manu id eſt pecunia poteſt dari in quinque caſibus.

Ex ſumma fratris V. Notà quod hæc propoſitio pro quandoque notat appretiationem, ſeu commutationem;& ſecundũ hoc nunquam concedendũ eſt quod

tempo-

Quando tẽporale dicitur dari pro ſpirituali, ly pro nondenotat appretiationem, ſed cauſam finalem vel efficientem.

temporale detur pro ſpirituali, vel econuerſo. Quandoque notat cauſam efficientem, quandoque finalẽ. Quando ergo aliquis cum recipit ſacramentum aliquod, conferenti dat aliquod temporale, Et dicitur, *Iſte dedit denarium pro ſacramento, vel aliud.* Si hæc præpoſitio *pro*, notat appretiationem, falſa eſt; ſi autem notat cauſam finalem, vt ſit ſenſus, *Ipſe dedit denarium pro ſacramento*, id eſt, *propter venerationem ſacramenti, ſiue propter venerandum ſacramentum*, licite poteſt hoc fieri & concedi. Similiter ſi notet cauſam efficientem, vt ſit ſenſus: *Dedit pro ſacramento*, id eſt *pro deuotione quam habuit ad ſacramentum*, licite poteſt fieri. *Porro* cum dicitur quod pro operibus ſpiritualibus aliquod temporale datur, hæc prepoſitio *pro* notat cauſam efficientem largè, vt ſub efficiẽte comprehendatur cauſa adminicularis, ſcilicet cauſa ſine qua non poſſunt commodè opera ſpiritualia impendi. Vt ſi diceretur: *Iſte miniſtrat ſacerdoti librum & calicem pro celebranda miſſa, hæc dictio pro*, non nominaret appretiationem, ſed potius adminiculationem.

Cur epiſcopo conceditur aliquid pro cõſecratione eccleſiæ potius quam pro ordinatione.

Sed cur Epiſcopo datur procuratio pro conſecratione Eccleſiæ, & non pro clericis ordinandis ſimiliter datur, cum ſit vtrobique illi labor? Reſpondeo, Epiſcopus poteſt ordinare clericum, & debet in ſua Eccleſia; & facile poteſt habere expenſas in domo ſua, in qua habet victualia; ſed illa victualia nõ poteſt cõmodè ferre ſecum ad alienam Eccleſiam. vnde neceſſe eſt ei de victualibus prouideri alibi, cum aliam conſecrat, aut viſitat Eccleſiam.

Cur datio eleemoſynæ pro vita æterna nõ ſit ſimonia.

Item cum datur temporale pro vita æterna, & peccati remiſſione, quare non eſt hic ſimonia, cum nihil ſit ſpiritualius? Reſpondeo hic, quoniam eleemoſynæ dantur Deo in pauperibus, cum quo, quia dominus eſt, nulla committi poteſt ſimonia; ſicut committitur cum prælatis, qui non ſunt domini, ſed diſpenſatores ſacramentorum, & aliorum ſpiritualium. Præterea vita æterna, & remiſſio pœnæ peccati cadit ſub merito, & proponitur nobis venale à Deo ex pacto, vt ematur à nobis moneta Dei, quæ eſt affectus & opera charitatis. Sed non ſic eſt de ſpiritualibus, quæ conferuntur per miniſtros Eccleſiæ Sed nec corporalis eleemoſyna eſt pretium vitæ æternæ, inquantum eſt res corporalis, nec inquantum datum. ſed inquantum fructus, ideſt inquantum procedit ex affectu charitatis.

Item de eodem.

Cap. V.

EXTRA. 5. *de ſimonia. Alexander* 3. Archiepiſcopo Strigon. In hoc quod P. preſbyter Cardina. ap. ſe. legatus pro electione tua. & vt pallium tibi traderet, ad partes illas acceſſit, & frater tuus eius prẽſciens neceſſitatem equum vnum te ignorante trãſmiſit: quoniam per mare veniens nullas vel paucas ſecum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet; cum in accipiendis & dandis muneribus, tria ſunt maxime attendenda, perſonæ ſcilicet *dantis & accipientis qualitas, & quantitas muneris, & donationis tempus.* Qualitas perſonarum, vt à quo, & cui, videlicet an à paupere diuiti, an econuerſo; ſiue à diuite locupleti datum fuerit. Æſtimatio muneris & donationis, ſiue magni vel maioris pretij res data exiſtat; & an inſtante neceſſitate, ſiue alio tempore conferatur. Si igitur prædictorum cardi. & fratris tui perſonam & qualitatem penſamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo cardin. vnum equum tranſmitti, quem etiam ioculatori non potenti vir tantus & tam abundans forte donaret: verumetiam ſi temporis neceſſitatem perpendimus, non alia intentione hoc conſtat factum fuiſſe, quam vt cardinali ſubueniretur in articulo prænotato, *& infra.* Quod autem ſcriptum eſt: *Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*, de illis donis dictum eſt, quę accipientis animum allicere, vel irretire, alias euertere ſolent; quoniam ſi ipſa etiam electi perſona offerat ordinatori vel conſecratori ſuo electuarium, aut de optimo vino, ſiue de aliis huiuſmodi quæ modici pretij fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, non tamẽ Eccleſia Romana interpretari conſueuit accipientem in his delinquere, nec donantem.

Tria ſunt maximè attendenda vt colligamus an aliquid ſit gratis datum

De illa ſimonia quæ per obſequium corporale committitur.

Cap. VI.

EX *ſumma de ca.* In munere ab obſequio diſtingue, quia aut corporale eſt, aut ſpirituale In primo caſu obſequium eſt honeſtum, poteſt pro eo ſpirituale dari; vt ſi eat Romam pro Eccleſia, vel ſeruiat alicui Epiſcopo vel Eccleſiæ in licitis & honeſtis, dum tamen ſine pactione. Si inhoneſtum, non poteſt.

Munus ab obſequio honeſtũ & corporale poteſt citra pactum pro ſpirituali dari.

Ex ſumma fratris V. Obiicitur, quia cum huiuſmodi corporale obſequium honeſtum ſit pretiabile, & poſſit ex pacto propter illud recipi pecunia, ergo de eo idem eſt iudicandum, quod de pecunia. Sed ſi daret pecuniam pro habendo beneficio, eſſet ſimonia etiam ſine pacto. ergo & hic. Reſpondeo: Dicunt quidam quòd datur præbenda principaliter pro Deo, & ſecundo pro ſeruitio licito, vt ſit finis ſub fine. Sed contra. non poſſunt hic ordinari intentiones, quia ſi dicatur quod Epiſcopus dat præbendam propter remunerationem ſeruitij, & remunerat ſeruitium propter Deum; Prima intentio illicita eſt, & primus finis, ſc. dare ſpirituale pro temporali ſeruitio. Propter hoc dicunt alij, quod cum dicitur; *Ille dat prębendam pro ſeruitio licito*, hęc præpoſitio *pro*, non notat cauſam finalem, ſed excitatiuam. Sed eadem ratione poſſem dare pecuniam Epiſcopo, vt pecunia non eſſet pretiũ, ſed excitatio Epiſcopi ad dandam præbendam.

Obiectio.

Reſpondeo: Huiuſmodi obſequium non debet eſſe excitatiuum ad dandam præbendam, Sed ad cognoſcenda merita præſtantis obſequium, quibus cognitis danda eſt præbenda pro ipſis, non pro ipſo ſeruitio. Quia ſicut dixit Cantor Pariſienſis, *Curiæ prælatorum probatoriæ ſunt clericorum*. Pecunia autem ſi daretur Epiſcopo ab aliquo, non propter hoc aliquod eius meritum aut fideliras probaretur, ſicut probatur per obſequium honeſtum.

Solutio, & quando epiſcopus dat præbendã propter obſequiũ illud non debet eſſe excitatiuum ad dandum, ſed ad cognoſcendum merita perſonæ.

De illa ſimonia quæ per obſequium ſpirituale cõmittitur.

Cap. VII.

EX *ſumma de ca.* Si autem eſt obſequium ſpirituale, non debet quis facere pro beneficio, vel alio ſibi dando, niſi cum tale obſequium fuit impoſitum ipſi beneficio, vt quando alicui præbendæ eſt impoſitum hoc onus, vt quicumque habuerit cantet quotidie. *Ex ſumma fratris V.* Pone quod iſte ſacerdos debeat celebrare maiorem miſſam, alius minorem. Sed ex cauſa, cum dicunt ad inuicem, quod iſte celebrabit pro iſto, & ille pro illo; nunquid eſt licitum, cum tamen hic præſtetur obſequium ſpirituale pro ſpirituali? Reſpondeo Licitum eſt ex cauſa. Et cum dicitur, Iſte impendit obſequium ſpirituale, pro alio ſpirituali, *ly pro* non notat cauſam finalem, & appretiationem, ſed adminiculationem, eo quod iſte non poſſit cantare loco alterius, niſi ille cantaret loco ipſius; cũ duas miſſas cantare non debeat.

Quando liceat ſpirituale obſequium pro ſpirituali præſtare.

Item ſi ſacerdos tenetur ex officio ad hanc miſſam; vel exequias, vel ſimile, propter hoc exigere aliquid ſimoniacum eſt. Si vero non tenetur, & deſint ei ſumptus, poteſt locare operas ſuas, vel ad diem, vel ad annum, ſicut faciũt conductitij ſacerdotes Si autem habet ſumptus, & tamen non tenetur ad hoc; aut debet cantare gratis, aut ceſſare; alias videretur facere ex auaritia. Et licet forte non eſſet ſimonia, cum nemo tenetur tum ſuis ſtipendiis militare, tamẽ

Sacerdos cui deſunt ſũptus poteſt locare operas ſuas ad celebrandum, cantãdum &c. quando ad hæc ex officio non tenetur, non eſt tamẽ proprie locatio.

Ex re lęui data et accepta non exoritur ſimonia niſi intentio ſit deprauata.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

turpe lucrum eſt, vel ad minus habet ſpeciem mali. Celebrata tamen vna miſſa, qui celebrat ſecundã pro pecunia, vel hominũ adulatione, peccat mortaliter. *Quidam* dicunt, quod cum ſacerdos talis intendat locare vel vendere laborem ſuum, non ipſum officium vel ſacramentũ, licitum eſt, alias non. *Ego credo*, quod non in talibus locum habeat conductio vel locatio, cum etiam lex ſæcularis non dixerit eſſe locationem vel conductionem, quando menſor agrorum aliquid recipit à Dominis eorũ pro eis menſurandis, ſed quod datur appellauit honorarium. vnde ibi dicitur; Non crediderunt veteres inter tales perſonas locationem & conductionem eſſe, ſed magis opera beneficij loco præberi.

Sacerdos qui non indiget poteſt nihilominus aliquid capere in ſumptus miniſterij, licet nõ in munera ſacerdotis vel compenſationem laboris.

Dic ergo quod ſacerdos, ſiue indigeat, ſiue non, poteſt ei dari pecunia in ſumptus ipſius ſacerdotis, non in munera ſacerdotij, ideſt officij ſacerdotalis quod impendit. ſicut dicit Hiero. quod 10. panes, cruſtula, & vas mellis, ſi data fuerint prophetæ, magis in ſumptus prophetæ, quàm in munera prophetiæ reputãda ſunt. Cũ ergo ſacerdos recipit pecuniam pro officiando Eccleſiam ad tempus; *ly pro* notat cauſam ſine qua non, ſiue cauſam adminiculatiuam, non appretiationem ipſius ſacramenti vel officij quod impendit, vel laboris quo laborat in ipſo officio, qui adeo cõiũctus eſt officio, vt nec vendi nec locari poteſt, ſicut nec ipſum officium. Quod autem dicuntur conductitij, male ſonat iſtud verbum; potius poſſunt vocari, vel vicarij, vel ſubuicarij.

In ſpiritualibus quod ſit vtrimq; debet gratis fieri.

Et credo quod in omni caſu debet cantare gratis; quia ſiue detur ei pecunia pro ſumptibus, ſiue dentur ei ſumptus in domo illius quem iuuat in officiando Eccleſiam ad firmam, de qua reddit certam penſionẽ, & reſiduum prouentuum retinet pro ſumptibus ex pacto; gratis tamen impendere debet officiũ, & quod datur ei, gratis debet dari; ſicut dicit B. Auguſt. quod Apoſtoli gratis panem accipiebant ab illis, quibus gratuitam prædicationem impendebant. Eſt quidem vt dicit turpe lucrum, ſi ex auaritia fiat, ſi autem in ſumptus recipiat vt dictum eſt, non eſt turpe, etiamſi ſit diues. Quod autem qui ſecundam miſſam pro pecunia celebrat (vt dictum eſt) peccat mortaliter, Idem credo de prima, ſi *ly pro* notat appretiationẽ, vel primam cauſam motiuam. *Extra. de ſimo. Alex. 3.* Mandamus quatenus pro miniſterio Eccleſiaſtico exercendo nullatenus pecuniam exigatis.

De illa ſimonia quæ in benedictione nubentiũ cõmittitur.

CAP. VIII.

EXTRA. *5. de ſimo. Inno. 2. in conci. generali.* Quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictione nubentium, & ſimilibus, pecuniam exigunt, & extorquent; & ſi forte eorum cupiditati non fuerit ſatisfactum, impedimenta ficta fraudulenter opponunt. Econtra quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam Eccleſiam pia deuotione introductam, ex fermẽto hæreticæ prauitatis nituntur infringere, ſub prætextu canonicæ pietatis. quapopter ſuper his prauas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes vt liberè offerãt Eccleſiaſtica ſacramenta: ſed & per Epiſcopum loci, veritate cognita compeſcantur, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.

Non licet ſacerdoti extorquere aliquid pro benedictione nuptiarum &c. imo hoc facere eſt ſimonia.

Ex ſumma fratris V. Sacerdos qui facit ſibi caueri vel ſatisfieri de hoc quod in talibus ſolet dari, vel qui exigit talia ante impenſum officium, vel etiam poſt, ſi extorqueat per violentiam, aut exigat iure actionis, vocando eum in ius, & ille qui opponit impedimenta fictitia, aut etiam vera, dum tamen ad extorquendum hoc faciat, ſimoniacus eſt. In huiuſmodi tamen ſimoniis credo ſimplicem epiſcopum poſſe diſpenſare cum pœnitente.

A

B

C

D

E

De illa ſimonia quæ in exequiis defunctorum committitur.

CAP. IX.

EX *ſumma de ca.* Item de proceſſionibus quas faciunt conuentuales Eccleſiæ & aliæ in exequiis defunctorum, data vel promiſſa ſibi certa pecuniæ quantitate, alias non facturi. Ad hoc dico ſaluo meliori iudicio, ſi non fecerint ſuper hoc ſtatutum, idem quod ſupra. Si vero factum eſt ſtatutum, quod quicumque reliquerit conuentui 10. habeat proceſſionem, nec tenebantur alias ad hoc, non eſt ſimonia, dum tamen intenderint hoc habere ratione laboris tantum. Si autem ſtatutum factum eſt per hæc verba, vel æquipollentia, quod nulli fiat proceſſio, niſi reliquerit 10. non valet ſtatutum, quia remouet officium pietatis.

Quid dicendum de iis qui faciunt proceſſiones, promiſſa certa pecunia quãtitate & non aliter.

Ex ſumma fratris V. Nota quod ait ratione laboris, quem ſcilicet ſuſtinent eundo & redeundo ad exequias, pro quo labore, eo quod non omnino coniunctus eſt officio exequiarum, ſed ſeparatus, poteſt dari pecunia, & accipi ſine periculo ſimoniæ ſecundum quoſdam; ſicut non eſt ſimonia, ſi canonicus ſecularis vel clericus vadat ad Eccleſiam pro habendis denariis horariis, vel anniuerſariorum; quia tale ire non eſt ſpirituale, vt dicunt, dum tamen non faciat officium pro illis denariis, quia hoc eſſet ſimoniacum.

Quæſtio.

Sed quid ſi nullum ſit ſtatutum factum, licetne dare pecuniam conuentui, vel recipere, pro huiuſmodi exequiis, aut pro intereſſe extremæ vnctioni? Item quid de illis qui dant reditus, aut recipiunt, propter facienda anniuerſaria. *Item* quid de illis qui dant redditus ſacerdotibus diuitibus, vel pauperibus, pro faciendo annuali, vel tricenario vel anniuerſario, vel pro celebranda miſſa de Spirituſancto, vel alia; vel qui dant donum clericis pro dicendis pſalteriis in exequiis mortuorum, vel qui dant eleemoſynas pauperibus vt orent pro eis; cum talis oratio ſit ſpiritualis, & huiuſmodi eleemoſyna ſit res corporalis? Reſpondeo in omnibus huiuſmodi caſibus dare vel accipere temporale pro ſpirituali ſimoniacum eſt, ſiue detur pro ſacramento, ſiue pro officio, ſiue pro oratione, ſiue pro labore huiuſmodi officij vel orationis, ſecundum quod præpoſitio *pro* notat appretiationem. Sed ſi notat cauſam motiuam non primam vel principalem, ſed remotam & occaſionalem, licitum eſt. *Vnde* ſi quis dat pecuniam collegio alicui pro generanda deuotione & dilectione in ipſo collegio, vt ex illa deuotione exaudiatur in ſua petitione, qua petit quod fratres interſint exequiis mortui, vel extremę vnctioni morientis, & illi hoc faciant ex dilectione, vel deuotione in eis taliter generata, aut pro deuotione ipſius dantis, licitum eſt ſic dare & ſic accipere temporale pro ſpirituali, ſecundum quod *ly pro* notat cauſam motiuam remotam, non propinquam; propinqua autem cauſa eſt dilectio vel deuotio generata ex dato, aliàs forſitan non generanda.

Solutio.

Licet accipere temporale pro ſpirituali ſi ly pro denotet tãtum cauſam motiuam remotam & occaſionalem, & ſic vt tẽporale ſit in ſũptus miniſtrorum non in pretium officiorum.

Nec eſt ſimile ſi obiiciatur quòd eadem ratione poſſum dare pecuniam Epiſcopo vt me diligat, & ex dilectione me beneficiet, vel ordinet. *Et hoc* ideo, quia dilectio qua Epiſcopus diligit aliquem, licet ſit etiam ſpiritualis, non eſt cauſa propter quam debeant talia conferri; ſed potius attendi debet meritum & dignitas perſonæ, ſed bene eſt cauſa ſufficiens huiuſmodi dilectio: cum etiam diligitur peccator ſpiritualiter, vt debeat orari pro eo: Et etiam in hoc concordat dominus, vbi dicit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt recipiant vos* &c. ideſt vt orent pro vobis recipiendis? *Pecunia* tamen pro huiuſmodi amicitia acquirenda, quæ ſpiritualis eſt, non eſt penſanda à dante vel excipiente vt datum, ſed vt fructus: Secundum quod dicit Apoſtolus, *Non quæro datum, ſed fructum*; quaſi non attendo principaliter pecuniã

Solutio obiect.

Pecunia data pro amicitia ſpirituali non eſt penſanda vt datum, ſed vt fructus.

daram,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

datam, ſed charitatem & deuotionem vel pietatem ex qua datur, propter quam ſolam eleemoſyna fructuoſa eſt. A

Eodem modo reſpondendum eſt ad omnes quæſtiones ſuprapoſitas. *De illis* etiam qui officiãt Eccleſiam pro denariis horariis, vel anniuerſariorum die; quod ſi *ly pro* denotat appretiationẽ, vel cauſam primam motiuam, vel finalem, illicitum eſt. Si autem cauſam adminicularem, licitum eſt vt talia recipiant in ſumptu officiantium; non in pretium officiorum.

De illa ſimonia quæ per preces committitur.

CAP. X.

EX *ſumma de ca.* In munere à lingua, diſtinguitur ab H. & multis aliis: Aut eligitur vel ordinatur quis ſuis precibus, vel alienis. In primo caſu, quantũcunque ſit dignus, eſt ſimonia. In ſecundo, aut illæ preces ſunt carnales, aut ſpirituales. Si carnales, & pro indigno ſimonia eſt: tunc enim preces ſuccedunt loco pretij. Si vero carnales, & pro digno, non cõmittitur ſimonia, dummodo ordinator vel elector non habeat reſpectum ad preces, ſed ad Deũ, & merita perſonę. Alij ſunt qui diſſentiunt in primo articulo, dicentes quod licite poteſt quis petere pro ſe, exemplo Petri dicẽtis Domino: *Ecce nos relinquimus omnia* &c. Et ego diſtinguo, ſaluo meliori iudicio, quòd nõ poteſt pro ſe petere eccleſiam, vel dignitatem, vel aliud beneficium habens curam animarum annexam. Beneficium vero ſimplex, ſi indiget, & ſentit ſe dignum, poteſt petere; ſi vero non indiget, peccat ſi petat. B

Petere beneficiũ pro indigno eſt ſimonia non autem pro digno.

Ex ſumma fratris V. Quòd ait: *Non poteſt pro ſe petere*: hæc opinio videtur dura, & multoties cõtrarium fit. Vnde credo quod beneficium habens curam animarum annexam, poteſt aliquis petere pro ſe, ſi dignus ſit; exemplo Eſaię qui dicit: *Ecce ego, mitte me.* Item quod ait: *Si non indiget*, hoc iterum durum eſt; & credo quod ex quo quis promotus eſt ad ſacros ordines, cum huiuſmodi ordinatio titulum eccleſiaſticum requirat, poteſt petere beneficium eccleſiaſticum, licet abundet in temporalibus: & iura quæ magiſter inducit ad probandum contrarium loquuntur ſecundũ ſtatũ primitiuæ eccleſiæ, quando exiles redditus erãt, & diſtribuebatur de facultatibus eccleſiæ, prout cuique opus erat.

Quilibet initiatus ſacris poteſt pro ſe beneficium petere etiam curatum, ſi ſit dignus.

Ex ſumma de caſibus. Quid de illis qui dicunt in capitulis: Canonizemus nepotulos noſtros, placeat tibi de meo, & mihi placebit de tuo, ſicque paciſcuntur, vel ita; Si tu fuiſti exauditus in vna petitione, ego debeo exaudiri in alia. Item alius dicit: Nunquam me viuẽte fiet canonicus in eccleſia, niſi ille pro quo ego rogaui. Reſpondeo, in primo & vltimo caſu committitur ſimonia, quia dicit canon. Abſit omnis pactio. In ſecundo caſu, ſi preces ſint ſpirituales, non eſt ſimonia. Omnes enim qui in vna eccleſia vni domino famulantur, pari debent libertate gaudere. Si verò ſunt carnales, vel ex pacto quodam facto, vel nunc faciendo, eſt ſimonia. D

Non licet cõferre canonicatus ex pacto.

Cauſa 1.q.1. *Greg.* Oportet ergo vt nec dono nec gratia, neque alicuius ſupplicatione, aliquos ad ſacros ordines audeat quis promouere, niſi eum quem vitæ & actionis qualitas, ad hoc dignum eſſe monſtrauerit. *Gratianus.* Non itaque quorumlibet precibus ordinationes factę falſæ diiudicantur. Sed hæ demum, quæ precibus ordinandi, vel eius amici, non ſpirituali, ſed carnali affectu porrectis fiunt, cum alias futuræ non eſſent; quas non charitas intetueniens, ſed ambitio ſupplicans extorquet. *Cauſa* 8.q.2. Quòd autem patrocinia amicorum in electione conualeſcere non debeant, auctoritate beati *Gregorij Papæ* probatur, qui in 3. lib. Regiſtri ſcripſit dicens Antonio ſubdiacono: Illud quidem præ omnibus tibi curæ ſit, vt in hac electione, nec datio quibuſcunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia conualeſcant. Nam ſi quorundam patrocinio quiſque fuerit electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus, reuerentia exigente, obedire compellitur. Sicque fit vt res illius Eccleſiæ minuatur, & ordo Eccleſiaſticus non ſeruetur. E

Preces carnales quando ſunt principale motiuũ ad ſpirituale, efficiunt ſimoniam.

De illa ſimonia quæ committitur in ordinatis.

CAP. XI.

EX *ſumma de ca.* Simoniaca dicitur ordinatio, alia ex parte ordinatoris, alia ex parte ordinandi tantum, alia ex parte vtriuſque, alia ex neutrius parte, ſcilicet cum vtroque ignorante, amicus ordinandi dat vel promittit aliquid conſiliario Epiſcopi. *Quæritur* vtrum conſuetudines circa procurandos conuentus poſt receptionem, vel circa exactiones vel extorſiones quas plerique faciunt in conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum, dicentes, tantum eſt dandum ſcriptori, portario, & huiuſmodi, inducant ſimoniam? *Solu.* Si talia exacta, vel extorta perſoluuntur, ſimoniaci, & qui receperint, & qui dederint cum Giezi & Simone condemnantur, nulla conſuetudine obſtante. Si vero electus, vel ordinatus, ſeu alius pro eis, nõ exactus, ſed gratis offerat, dicunt quidam quod ſi fit ex pactione præcedente, eſt ſimonia, alias non. Alij (& melius) diſtinguunt, vtrum principaliter propter illud, an nõ; ita quod & alias eſſet daturus: in primo caſu eſt ſimonia, in ſecundo non. C

Simoniaca ordinatio cõtingit multipliciter.

Quæſtio.

Solutio.

Qui ordinatus gratis aliquid offert epiſcopo vel officiariis, ita vt alias eſſet daturus non eſt ſimoniacus.

Ex ſum. fratris V. Pone quod aliquis dignus ordinari, dat exactus vel non exactus ianitori, vt permittat eum intrare ad Epiſcopum ad petendos ordines, vel abbas ad petendum confirmationem ſuæ electionis, nunquid eſt ſimoniacus? Reſpondeo, quod ſi non dat corrupta intentione, ſcilicet vt per interceſſionem illorum quibus datur, conſequatur quod intendit, nõ eſt ſimonia. Similiter credo, quod ſi abbas, vel alius det aliquid familiæ Epiſcopi, ne videatur auarus, & vt magis placeat, & facilius habeat acceſſum ad Epiſcopum, aut vt de largitate laudetur, non eſt ſimonia.

Alius caſus reſoluitur.

De Eodem.

CAP. XII.

CAVSA 1.q.1. *Greg.* 7. Ordinationes, quę interueniente pretio, vel precibus, vel obſequio alicuius perſonæ, ea intentione impenſę; vel quæ non cõmuni conſenſu clericorum, vel populorum, ſecũdum canonicas ſanctiones fiunt, & ab his ad quos conſecratio pertinet non comprobantur, falſas eſſe iudicamus, quoniam qui taliter ordinantur, nõ per oſtium, ideſt per Chriſtum intrant, ſed vt ipſa veritas teſtatur, fures ſunt & latrones. D

Ordinationes quæ ſimoniacè fiũt ſunt falſæ.

Item Greg. Vniuerſis Epiſcopis per Elledam prouinciã conſtitutis. Cum quem pretio quis ordinat, prouehẽdo agit vt hęreticus fiat. Ideoq; hortamur, vt veſtrum nullus denuo hoc fieri patiatur. *Ibidem quæſtione* 2. *Itẽ Greg. in Regiſtro.* Sicut Epiſcopum non decet manum quam imponit vendere, ita miniſter vel notarius non debet in ordinationẽ eius, vocem ſuam vel calamum venundare. Is autem qui ordinatus fuerit, ſi non ex pacto, neque exactus ac petitus, poſt acceptas chartas & pallium, offerre aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus; quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quę nõ ex ambientis petitione proceſſit. E

Miniſter vel notarius epiſcopi non debet pro voce aut calamo munus accipere niſi mere gratis detur.

Ex ſumma de caſibus. Debet tamen quilibet in huiuſmodi, non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali, ſecundum Apoſtolum, abſtinere. Nam licet ordinatus vel ordinãdus, eligendus vel electus, non det cum intentione corrupta, tamen ratione temporis, vt ſi in ipſa coliatione, vel parum ante, vel parum poſt, vel ratione loci, vel perſonæ, vel rei quę datur, ſurgit vel pro vel contra.

Cauenda eſt ſuſpicio ſimoniæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Extra.5.de ſimo. Alexan.3. Cum ad ordinem ſacerdotij non aliter voluiſſet eum eius Arch. præſentare, niſi ſex ſolidos ſolueret eidem, & ſic ordinem ipſum per eum præſentatus accepit; ſi hoc publicum non fuerit, ſed ſecretum, ipſum ſacerdotem ſecretè conuenias, monens ſine vlla coactione, vt ordinem alicuius religionis aſſumat, & ab officio perpetuo abſtineat quod illicitè acquiſiuit alioquin non erit tutum, cum ſit ſecretus eius exceſſus, ipſum inuitũ ab eodem officio coercere, cui tamen ſecretam pœnitentiã, ſecundum quod tibi viſum fuerit, iniungere nõ poſtponas.

Quid agendũ cum occulto ſimoniaco.

Lucius 3. Cum quidam, licet per quandam ſpeciem ſimoniæ, vtpote illis ignorantibus, ſimoniacè ordinẽtur, poſſunt (quia ſimoniaci non ſunt) in ordinibus remanere. *Inno.3.* Cum D. lator præſentium, vellet in ſubdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quendam preſbyterum exorauit, vt ipſe ad Eccleſiæ ſuæ titulum præſentaret. quod cum ille facere recuſaret, ipſe illi firmiter compromiſit, quod nunquã in eccleſia ſua aliquam peteret portionem; & ſic ad præſentationem ipſius extitit ordinatus, nec ſe in hoc egiſſe illic tum aliquid intellexit. Reſpondeo, quod niſi cum eo fuerit miſericorditer diſpenſatum, nec ad ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto debet ordine miniſtrare.

Qui emẽtito titulo eſt ordinatus, ipſo facto ſuſpenſus eſt, ſicut qui promittit quod præſentantem vel ordinantem non inquietabit ſuper prouiſione ſua.

Greg.9. Si quis ordinauerit, vel ad ordinem præſentauerit aliquem, promiſſionem vel iuramẽtum ab illo recipiens, quod ſuper prouiſione non quietaret eundem, ordinator à collatione, præſentator vero ab executione ordinis per triennium, & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto, donec diſpenſationem ſuper hoc per ſedem apo obtinere meruerint, nouerint ſe ſuſpenſos.

De Ordinatis à Simoniaco.

CAP. XIII.

EX *ſumma de caſibus.* Pone quod ſcit aliquis Epiſcopum ſuum ſimoniacum, vult ordinari, petit ab eo licentiam recipiendi ordines ab alio; non vult dare, immo præcipit quod recipiat ordines ab eo; quid faciet? *Dico* quòd non debet recipere ab eo, ſi ſcit eum ſimoniacum in ordine, cum enim ille nõ habeat executionem, non poſſet iſti dare, & potius debet ſe permittere excommunicari, quam recipiat ordines ab eo. *Quid* ſi ignorabat eum eſſe ſimoniacum, cum tamen eſſet? *Dic* quod quantumcunque ſit occultum, & iſte ignoret, non recipit executionem, & indiget diſpenſatione, & hoc in deteſtationem criminis. Secus eſt de coacto, Nam ille recipit executionẽ; & eſt ratio, quia magis conſtat de voluntate coacti, quam ignorantis. Hoc tamen intelligas de cõditionaliter coacto, nam abſolute coactus non reciperet characterem. Ita ſentiunt Maior de eius effectu, Io. & alij plerique, cum quibus ego N. tamen intelligit totum de ordinatis ab hæreticis. *Quidam* tamen dicũt, quod ſi non poſſum probare per teſtes eum ſimoniacum, debeo recipere ordines ab eo, ſi mihi præcipit, licet ſciã eum ſimoniacum; ſed nõ poſſum exequi ſine diſpenſatione, dicunt quidam Papæ, alij cuiuſlibet ſuperioris: quæ in ſecreto erit petenda, ne Epiſcopus infametur. Hoc de ſimoniaco in ordine, ſecus de alio ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam. *Quid* ſi creditur propter relationem aliquorum eum ſimoniacum? *Reſpondeo*: Non debet credere: verũtamen durante credulitate nõ debet ab illo recipere ordinem, ſed debet deponere errorem. In ordine tamen ſuſcepto ab eo cum nihil de ipſo audierat, poteſt miniſtrare.

Nota.

Qui recipit ordines ab epiſcopo ſimoniaco in ordine, licet ignoranter, eſt ſuſpẽſus, niſi forte coactus receperit.

Qui ex auditu credit ſuũ epiſcopũ ſimoniacum, debet deponere fidem vt ordinetur.

Ex ſumma fratris V. Ideo vero ordinandus à ſimoniaco nõ recipit executionem, quia ordinator ſuſpenſus eſt quoad ſe, & quoad alios. Sed nunquid eſt ſuſpenſus quoad iuriſdictionem, ſicut & quoad ordinũ executionem eſt, ita quod non poſſit excõmunicare, vel ſuſpendere? Reſpondeo; Cum pœnæ non ſint extendendæ, potius dicendum eſt, quod non eſt ſuſpenſus talis quoad ea quæ ſunt iuriſdictionis, ſed quoad ea quæ ſunt ordinis per ſimoniam obtenti. *Quod* autem dicit, *Secus eſt de coacto*, ego credo, quod nec ignorans, nec coactus recipit executionem. In hoc tamen eſt differentia, quod facilius diſpenſatur cum coacto, quàm cum ignorante.

Simoni sciẽ ordinatus nõ eſt ſuſpenſus quoad ea quæ ſunt iuriſdictionis.

De illa ſimonia quæ in conſecrationibus, & in rebus ſacris committitur.

CAP. XIV.

EXTRA.5.*vbi ſup. Alex.3.in concil. Lateran.* Horribile nimis pro Epiſcopis ſiue abbatibus, ſiue quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in ſedem, ſiue introducendis preſbyteris in Eccleſiam, necnon & pro ſepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid requiratur. Ne igitur hæc de cætero fiãt, diſtrictius prohibemus. Si quis autem cõtra hoc venire præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe nouerit habiturum. *Idem.* Nihil pro conſecratione eccleſiarum pores vel debes præter procurationem exigere. *Idem.* Pro ſepultura quoq;, vel chriſmatis, vel olei perceptione, nulla pretij exactio attentetur, nec ſub obtentu cuiuſquã conſuetudinis, reatum ſuum quis tueatur; quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, ſed auget.

Nõ licet pro conſecrationibus quicquam præter procurationẽ accipere, nec etiam pro ſepultura, chriſmate &c.

Inno.3.in concil.generali. In pleriſq; locis fiunt exactiones & extorſiones turpes & prauæ, in conſecrationibus Epiſcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum. Eſt quoq; taxatum quãtum ſit illi vel iſti, quantumve alteri vel alij perſoluendum. Tantum igitur volentes abolere abuſum, conſuetudinem huiuſmodi, quæ magis dicenda eſt corruptela, penitus reprobamus, &c.

Idem Cantuarien. Archiepiſcopo. Cum quidã ſuffraganei tui pro chriſmate certã conſueuerunt recipere quantitatem, non metuentes pœnam canonicã, tempus faciendæ ſolutionis anticipant; recipientes in media quadrageſima, quod conſueuere poſt Paſcha; & vt recipiendi cauſam diſſimulent, nomen denariorum variant, quos prius Chriſmales, ſecundo Paſchales dicebant; conſuetudinẽ mediæ Quadrageſimæ nuncupantes, *& infra.* Cum vero expreſſius venditionis ſpeciem exprimat, qui prius recipit pretium, quam rem conferat pretioſam, & gratis ſit gratia conferenda: Man. quatenus eos à tam illicita exactione compeſcas.

Cauſa 1.quæſt.1.ex concil. Tiburt. Pro perceptione Chriſmatis nummos dari ſimiliter pro baptiſmo & communione, hoc ſemen ſimoniacæ hæreſis deteſtata eſt ſynodus, & anathematizauit; & vt de cętero nec pro ordinatione, nec pro chriſmate, vel balſamo, vel baptiſmo, vel ſepultura, vel communione quicquam exigant, ſtatuit: Sed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur. *Ex ſumma de caſibus.* Pro ſpiritualibus corporalibus aliquid dare, puta calice, ornamentis, & ſimilibus, dicunt quidam quod non eſt ſimonia, niſi inueniatur prohibitũ, vt in eccleſia, in cœmeterio, & chriſmate, vel oleo benedicto.

Ex ſum. fratris V. Largè dicuntur hæc ſpiritualia, pro eo quod cõſecrata & deputata ſunt ad hoc quod in eis exerceantur diuina. *Nota*, quod calix conſecratus bene poteſt vendi eccleſiæ ab eccleſia, in eadẽ forma; priuato autem non poteſt vendi, niſi cõflatus; nec panis benedictus, nec aqua benedicta, cum per eius aſperſionem dimittantur venialia, vendi debet.

Calix conſecratus bene poteſt vendi eccleſiæ ſed non priuato.

Quid ſi ſacerdos paruulum in periculo mortis conſtitutum baptizare nollet, niſi data pecunia, poterit-ne dari, & ſine periculo ſimoniæ in tali neceſſitate? *Reſpondeo?* Credo quod in hoc caſu laicus, ſiue vir, ſiue mulier, poteſt huiuſmodi paruulum baptizare. Si autem non habeatur aqua, aut huiuſmodi laicus formam verborum ignoret, potius debet dare pecuniam ſacerdoti, non intentione emendi ab eo ſacramentum, ſed potius intentione remouẽdi ipſius furiam,

Quæſtio.

Solutio.

Poteſt quis in extrema neceſſitate dare

pecuniã, ſacerdoti qui aliter nollet baptizare.

furiam, quàm huiuſmodi paruulum ſic perite dimittere. Secus autem credo dicendum de aliis ſacramentis, & benedictione nuptiali, & talibus, vbi res capit dilationem, & poteſt deponi quærimonia contra huiuſmodi ſacerdotem coram ſuperiore. *Item.* In contractu vero matrimonij non datur temporale pro ipſo ſacramento, ſed pro onere matrimonij ſuſtinendo datur dos rite.

De illa ſimonia quæ in rebus Eccleſiaſticis ſpirituali annexis committitur.

CAP. XV.

Qui vendit rem à ſpirituali inſeparabilem, cenſetur etiam ſpirituale vendere cui neceſſario annectitur.

CAVSA 1.q 3. *Paſchalis Papa.* Si quis autem obiecerit nõ conſecrationem ſe emere, ſed res quæ ex conſecratione proueniunt, penitus deſipere probatur. Nam cum corporalis Eccleſia, aut Epiſcopus, aut abbas, aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter viuit, quiſquis eorum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit.

Vrbanus Papa. Donum Dei eſt Spiritus ſanctus, & donum Dei eſt res ipſi eccleſię oblata: & ſi bene animaduertis Simon Magus, qui ad fidem fictè acceſſit, non Spiritum ſanctum, quo ipſe erat indignus (quia ſcriptum eſt, *Spiritus ſanctus diſciplinę effugiet fictum.*) ſed donum eius emere voluit, vt ex venditione ſignorum quæ per eum fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Quiſquis igitur res eccleſiaſticas (quę Dei dona à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis donari deberent) propter ſua lucra vendit vel emit, cum eodem Simone donum Dei poſſideri pecunia exiſtimat. Ideoque qui eas non ad hoc ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra, munere linguæ, vel indebiti obſequij, vel pecunię largitur vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt. Alioquin cur ſancta ſynodus Calcedonenſis 600. & 30. epiſcoporum, procuratorem, vel defenſorem eccleſiæ, vel quemquam regulę ſubiectum, adeo per pecuniam ordinari prohibet, ita vt interuẽtores quoque tanti ſceleris anathematizat, niſi quod eoſdem ſimoniacos iudicet? In nomine ſiquidẽ procuratoris, intelligit prędicta ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia, prępoſitum, œconomum, vicedominum: Defenſoris nomine aduocatum, ſiue caſtaldũ, & iudicem. In ſubiecto vero regulæ Archipreſbyterum, Archidiaconũ. Diaconum, Canonicum, Monachum, vel quemlibet eccleſiaſtico officio mancipatum.

Decima & oblationes nõ poſſunt niſi eccleſiaſticis concedi.

Itẽ Gregorius 7. Peruenit ad nos fama ſiniſtra, quod quidam Epiſcoporum, nõ ſacerdotibus propriæ diœceſis, decimas atque Chriſtianorum oblationes conferant, ſed potius laicalibus perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum, vel quod grauius eſt, conſanguineis. Vnde amodo ſi quis Epiſcopus inuentus fuerit huius diuini prędicti tranſgreſſor, inter maximos hęreticos & antichriſtos non minimus habeatur. Et ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici, ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur. *Item Paſchalis* 3. Altare & decimas per pecuniam, dare, ſpiritumſanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

De illa ſimonia quæ in electionibus committitur.

CAP. XVI.

Nullus poteſt procurare ſuã electionẽ muneribus aut timore &c.

CAVSA 1.q.1. Quia vero per electionẽ quis venit ad conſecrationem, qui in ea prædia largitur, ita ſe habet ac ſi in conſecratione munera dediſſet. *Vnde Symmachus Papa ſcribit Ceſario epiſcopo.* Si quis autem epiſcoparum deſiderat, data pecunia potentes perſonas minime ſuffragatrices ſibi adhibeat, nec ad decretum ſibi faciendum, clericos vel ciues ad ſubſcribendum, adhibito cuiuslibet generis timore cõpellat, vel pro præmiis quibuslibet exhortetur.

Item Greg. Papa Siagrio epiſcopo Auguſtenſi. Sicut is qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouendus; Sic qui vltro ambit, vel importunũ ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora, quid aliud agit, niſi vt creſcendo decreſcat, aſcendendo exterius, interius in profundo deſcẽdat. *Gratianus.* Si autem pecunia promiſſa fuerit vel ſoluta, electo vel ordinato penitus ignorante, nec non eo modo ad electos peruenerit, vel ordinationẽ; ei nullatenus obeſſe videtur, nec ad reatum criminis, cuius conſcientiam non habuit.

Extra. 5. de ſimo. Alex. 3. De hoc quod epiſcopus Oxon. Archidiac. beneficium, & cuidam clerico ante electionem prioratum dicitur promiſiſſe, vt vterque conſentiret in eundem: Tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi manifeſtum eſt eundem Archidiaconum & clericum, ob cauſam illam promiſſa recepiſſe; Aut exinde cõfeſſi fuerint in iure, vel legitime conuicti; ab altaris miniſterio ſunt perpetuo deponendi. Si vero tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici: in qua ſi defecerint, tanquam auctores tanti ſceleris ſunt puniendi.

Simoniacũ eſt pro electione aliquid permittere aut accipere.

Celeſtinus 3. Cum quatuor eſſent à capitulo conſtituti, qui debebant quendam eligere ad plebanũ, amici eius de cuius electione ſpes habebatur, vni vel omnibus eligentibus promiſerũt ſe pecuniam ſoluturos; eo tamẽ ignorante qui huiuſmodi promiſſione interueniente poſtmodum eſt electus. *& infra.* vbi conſtaret illos qui promiſſum tale fecerunt, per fraudem, in diſpendium illius qui eligendus fuerat, id malitioſe feciſſe, quamuis ipſe promiſſionis cõſcius non fuerit, eius tamen electio tanquam ſimoniaca prauitate prę-ſumpta, penitus eſt reprobanda. *& infra.* Aliquis in plebanum, ſeu quemlibet eccleſiæ prælatum electus, & vt dictum eſt, per prauitatem ſimoniacam reprobatus, ab epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquam obtinere de iure non poteſt.

Præſumitur ſimoniaquãdo amici dãt pecunias electo inſcio.

Innocentius. 3. abbati Gemblacen. Leodien. epiſcopus electionem de te factam noluit confirmare. verũ cum hoc fieri, pro extorquenda pecunia comperuiſſes, ſub interminatione anathematis vetuiſti, ne pro facto huiuſmodi aliqua pecunia offerretur. Quamuis igitur etiam paruuli, qui cupiditate parentum, eccleſias per pecuniam ſunt adepti, eas dimittere teneantur; quia tamẽ lõge diuerſum eſt non præbere aſſenſum, & expreſſum aliquos prohibere, tibi duximus reſpondendum: Quoniam ex eo quod contra voluntatem & prohibitionem tuam, à qua poſtmodum minimè receſſiſti, aliquis te penitus ignorante promiſerit pecuniam, & exoluit; præſertim cum is tibi ſit nulla conſanguinitate coniunctus, nihil tibi debet ad pęnam, vel ad culpam, ſicut credimus imputari; niſi poſtea conſenſeris pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutam. Alioquin contingeret, quod alicuius factum, inſidias inimico parantis, ei damnoſum exiſteret, cui penitus diſpliceret; & ſi aliquis de fraude ſua commodum reportaret. Illos autem qui dederunt pecuniam, vel qui receperunt, intantum conſtat eſſe culpabiles; quod ſi exceſſus eſſet eccleſiæ manifeſtus, quæ non iudicat de occultis, pœna eſſent canonica feriendi.

Aliud eſt ſi eligẽdus prohibuerit, & dantes non fuerint conſanguinei ipſius.

Cauſa 8. q. 3. Quod autem ſimoniacus habendus non ſit, qui poſt electionem pro indẽnitate eccleſiæ iuramentum præſtat, facile probatur. Aliud eſt enim ante electionem iuramentum facere, vel ſe facturum paciſci, ad hoc vt eligatur. Aliud eſt nulla præcedenti conuentione, poſt electionem huiuſcemodi iuramentum conferre. Illud ab officio tanquam munus impenſum reijcit, hoc autem conſecrando nullum impedimentum generat.

Simoniacum eſt ante electionem paciſci de indẽnitate rerum eccleſiæ, non autem poſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De illa ſimonia quæ in redimendis vexationibus committitur.

Cap. XVII.

EX *ſumma de ca.* Si aliquis laico, nullum ius habẽti in electione, ſed malitioſe impediendi cauſa, det aliquid vt ceſſet à tali impedimento, videtur quod non ſit ſimonia: Dedit enim vt redimeret vexationem ſuam. credo tamen ſimoniam commiſſam, quòd nondum erat ei ius acquiſitum. *Ex ſumma fratris V.* hoc verum eſt quando aliquis eligendus dat huiuſmodi perſonæ aliquid, ne impediat electionem de ipſo faciendam. Si autem manifeſtum eſſet quòd ille impediens nullum ius haberet in electione, & poſt electionem factam ſe opponeret ne confirmaretur, inſtaretque electus, allegans id ſolum quod eius aſſenſu fuit electus, poſſet tunc redimere vexationem ſuam, ſicut magiſter hic innuit. Sed & ſi ante electionem, aliquis (de quo conſtaret nullum habere in electione ius) impediret electionem faciendam ſimpliciter, id eſt ne fieret aliqua electio, poſſet capitulum redimere vexationem ſuam. Si autem impediret, nõne omnino fieret electio, ſed ne de iſto fieret electio, vel de illo, forte capitulum tunc nihil poſſet dare impedienti, ſicut nec ille cuius electio impediretur.

Poteſt electus poſt ius acquiſitũ dare aliquid impedienti, vt ceſſet, nõ autem ante.

Præſumitur ſimonia quãdo amicus redimit vexationẽ circa electionem.

Extra. 5. de ſimo. Lucius 3. Cum fuiſſes ad eccleſiæ tuæ regimen de voluntate maioris partis fratrum electus, paucis tibi contradicentibus. Quidam amicus tuus, de conſcientia tua & voluntate turbata, ei qui magiſter diſcordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exoluit, & ſic contradictio conquieuit. Reſpondemus, quòd multum tibi conſulis, ſi adminiſtrationem celeriter ac ſponte dimittas; illius verbi memor: *Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur*, &c.

Ex ſumma fratris V. Quid ſi aliquis iniuſtè interdictus, vel ſuſpenſus ab officio & beneficio, vel iniuſtè excommunicatus, dedit aliquid pro reſtitutione officij, vel beneficij, vel communionis, nunquid eſt ſimoniacus? Reſpondeo: Notauit Hu. quod non eſt ſimonia ex parte dantis, ſed ex parte recipientis tantum; quia dans nullum ius acquirit, ſed dat vt acquiſitum retineat. Cum autem aliquis iuſtè eſt interdictus, ſuſpenſus vel excommunicatus, ſi dat aliquid pro ſua reſtitutione, ſimonia eſt ex vtraque parte: Verius credo quod ſimonia committitur in vtroque caſu, & qui iniuſtè interdictus, vel ſuſpenſus, vel excõmunicatus eſt, deponat querimoniam coram ſuperiore.

Qui iniuſtè ceſurat actus dat aliquid vt liberetur, incurrit probabiliter ſimoniæ labẽ; vti etiam ille qui dat aliquid pro prabẽda qua iniuſtè priuatur.

Quid ſi eccleſia mea, vel præbenda, me remoto, alij fuerit aſſignata, nunquid eſt ſimonia, ſi pretio eam redimo & recupero? Reſpon. Credo quod ſic, ſiue iuſtè amotus fuero, & alius inſtitutus, ſiue iniuſte, ſicut dictum eſt in caſu ſuperiori.

De illa ſimonia quæ in beneficijs committitur.

Cap. XVIII.

CAVSA *prima quæſtio. ſecunda, ca. ſicut epiſcopum Gratianus.* Auctoritate Bonifacij patenter oſtẽditur, quia ſicut nullus pretio eſt inuitandus ad conuerſionem, ita nulli pecuniæ interuentu, eccleſiæ largiri oportet ingreſſum. *Item Hieron. ad Damaſum Papam.* Qui bonis parentum, & operibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profecto committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt.

Clerici qui proprijs facultatibus abundant, nõ debent ex oblationibus, pauperũ ſumere, ſed potius ex ſuis ijſdem erogare.

Item Proſper. de contemplatiua vita cap. 10. Paſtor eccleſiæ, his quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare, quandoquidem nihil aliud ſit habentibus dare quàm perdere. De clericis quidem dicit Spiritusſanctus, *Peccata populi mei comedunt.* Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta quibus indigere videntur accipiunt; ita poſſeſſores, non alimenta quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt. *Idem.* Non eſt meum dicere quale peccatum, cibos pauperum præſumendo ſuſcipiant, qui eccleſiam quam iuuare de propriis facultatibus debuerunt, ſuis expenſis inſuper grauant. perfectior eſt ille qui ſe mundi rebus expoliat, aut qui cum nihil habuerit, nec habere deſiderat, quàm ille qui ex multis quæ poſſidet, eccleſiæ aliquid præſtiterit, ac ſe de eo quod præſtiterit forſitan iactat.

Quæſt. 3. Multorum auctoritatibus luce clarius conſtat, quod ab ingreſſuris monaſterium non licet pecuniam exigere, ne & ille qui exigit, & ille qui ſoluit, ſimoniæ crimen incurrat. *Ibidem quæſt. 3. Alexand. Papa.* Sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem vendere conantur, ſic per nummularios, eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur, qui domum Dei, teſte Euangelio, ſpeluncam latronum efficiunt. Itaque firmauimus, vt nullus cuiuſcunque gradus clericus, pro eccleſiæ beneficio audeat aliquid conferre, aut in eccleſiarum fabrica, vel in donariis eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit diſtribuendum.

Pro ingreſſu monaſterij non oportet quicquam dare.

Ibidem quæſtio. quinta. Vrbanus. Quicunque ſanè cupiditate parentum, cum adhuc paruuli eſſent, eccleſias vel eccleſiarum partes per pecunias adepti ſunt, poſtquam eas omnino dimiſerint, ſi canonicè in eis viuere voluerint, pro magna miſericordia ibidem eos eſſe concedimus; neque hoc pacto à ſacris ordinibus remouemus, ſi alias digni inueniantur. *Gratianus.* Vnde patet, quod & ſi illis ignorantibus ſimoniæ peccatum ſit admiſſum, fructum tamen paternæ emptionis reportare nõ poſſunt. Quòd vero à crimine excuſentur hinc patet, quia pro hoc facto à ſacris ordinibus non remouentur. *Extra de ſimon. Alexand.*, G. Cant. Archid. te induxit, vt ei homagium faceres, & fidelitatem præſtares, ita quod ipſe beneficium tibi eccleſiaſticum annis ſingulis exhiberet. Vnde quoniam huiuſmodi obligatio illicita eſt abſolui à nobis inſtantius poſtulaſti, adiiciens quòd ab eo deinceps nihil de beneficio acciperes conſtituto. Quo circa nos tuam petitionem honeſtam & fauorabilem attendentes, te à præfati Archidiaconi homagio & fidelitate abſoluimus, ita quod ab Epiſcopo vel ſacerdote diſcreto, pænitentiam inde condignam recipias. *Idem.* Man. etiam quod pro vicariis aſſignandis nullatenus pecuniam exigatis.

Pueri quicupiditate parentum præbẽdas per pecunias ſunt adepti, tenẽtur illas omnino dimittere, licet ibidem viuere poſſint.

Nõ licet homagium pro beneficio præſtare.

De illa ſimonia, quæ in præbendis recipiendis committitur.

Cap. XIX.

CAVSA 1. *quæſtione tertia.* Si quis dator vel acceptor, Dei eccleſias, vel beneficia eccleſiaſtica (quæ quidam præbendas vocant) ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando emerit, ſiue accipiendo vendiderit, à ſimonis non excluditur perditione. *Extra. quinto de ſimon. Innocent. 3. in cap. tua nos.* Si quis clericus cum conditione vel pacto largiatur aut offerat bona ſua, vt iſta poſtmodum pro præbenda retineat. & in canonicum admittatur, huiuſmodi oblatio vel receptio fieri non poterit ſine vitio ſimoniæ, cum in talibus omnis pactio vel conuentio ceſſare debeat. Si verò purè ac ſine pacto & conuentione efferat, roganshumiliter vt in canonicum admittatur, & bona ſua ſibi retinere liceat pro præbenda, & clerici eiuſdem eccleſiæ purè conſentiant, huiuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniæ. Si tamen is qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona quę offert, ſpiritualia valeat adipiſci, & clerici qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum (niſi commoda temporalia perciperent) admiſſuri; ſine dubio tam ille quàm illi, apud diſtrictum iudicem qui ſcrutator eſt cordium, culpabiles iudicantur.

Simoniaeſt offerre bona ſua eccleſia cũ pacto vt eadem poſtea retineat pro præbenda, vel cũ intentione ſpirituale obtinendi pro eis, ſecus ſi fiat pura intentione.

Gregorius 9. Iaco. Cum in eccleſia Apoſtolenſi ſit

receptus

receptus in canonicum & in fratrem canonici eiuſ- A
dem partem prouentuum ad præbendam ſibi aſſigna-
re recuſant, quandam conſuetudinem prætendentes,
ſcilicet quod prandium habere debeant à canonico
recepto de nouo. Quo circa canonicos, vt tali con-
ſuetudine non obſtante, ſibi ſicut vni ex aliis in pro-
uentibus & præbenda prouideant, compellas.

Ex ſumma fratris V. Sed quæritur quare minores ordines accepit tantum, non poteſt ad ſtatum & habitum ſecularem reuerti, cum ſuſceptione huius nullum emittatur votum. Reſpondeo conſtitutionem eccleſiæ quæ ſtatuit, quod ex quo quis clericatum recepit, ad laicalem ſtatum non reuertatur, ne per hoc clericatus vilis & contemptibilis habeatur, ſicut ſtatuit vt qui ſemel baptiſmum accepit, licet coactus, B
reſilire non poſsit, ne fides vilis & contemptibilis habeatur.

Ratio cur initiati minoribus non poſsint ad ſtatum ſecularem redire.

Nota quod receptus in canonicum ſecularem vel regularem, ſi propter deuotionem quam habet ad eccleſiam in qua receptus eſt, & ad fratres recipientes, dat eis prandium vel cappam ſericam; Aut ſi quis epiſcopo, qui dedit ei præbendam, rogatus vel non rogatus, dat palefridum vel aliud propter deuotionem vel dilectionem exortam ex gratia ſibi facta: aut ſi quis propter nepotem aut filium receptum in monachum, ex deuotione dat aliquid monaſterio vel fratribus, non credo eſſe ſymoniam: ſiue det longe poſt gratiam ſibi factam, ſiue cito poſt, dum tamen hoc faciat non corrupta intentione, ideſt non principaliter propter beneficium datum, ſed propter deuotionem, vel dilectionem ex beneficio collato generatam, quæ eſt propinqua cauſa mouens. *Et hoc* intelligo in foro pœnitentiali, vbi iudicatur ſecundum intentiones. In foro autem cauſarum, vbi ſecundum probata iudicatur, in prædictis caſibus ſi aliquis rogatus aut exactus daret aliquid in receptione, vel poſt receptionem modico tempore, præſumeretur ſymonia ex vtraque parte. *Quod* ſi exigatur aliquid tanquam debitum in talibus, ille tamen qui dat, non dat tanquam debitum, ſed ex deuotione, nõ eſt ſimonia quo ad Deũ, ſi intentio dantis non eſt corrupta, maximè ſi dicat cum proteſtatione, ſcilicet quod non reddit vt debitum, ſed donat vt gratuitum.

Receptus in canonicum vel monachũ poteſt conuẽtui dare prãdiũ vel quid ſimile ex deuotione aut dilectione, nõ aliter: forum tamen externum hoc iudicaret ſimoniacum.

De illa ſymonia quæ in præbendis de nouo conſtitutis committitur. D

CAP. XX.

QVid de præbendis de nouo conſtitutis in eccleſijs ſecularibus, vbi clerici aſſignant perpetuo certos redditus pro præbendis, hoc modo, quod liceat eis quamdiu vixerint illos habere pro præbendis, & ſic admittantur ad canonicatum? Quidã etiam retinent poteſtatem conferendi illam præbendam alij perſonæ, ſi cõtingat eos cedere vel decedere, nunquid eſt ſymonia? Reſpondeo: Qui præbendam inſtituit in aliqua eccleſia de conſenſu epiſcopi, in ipſa conſtitutione de conſenſu eius & fratrum, ſi ibi ſunt aliqui, poteſt retinere ius patronatus, vel in perpetuum, vel ad tempus. De aſſignatione autem reddituum pro præbenda, & obtinenda canonica, dic ſecundum ſententiam Innocentij ſupra poſitam. E

Qui inſtituit præbendam, poteſt de conſenſu epiſcopi retinere ius patronatus, immo etiam admitti pro canonico ſi intentio ſit pura, vel etiã in monaſterio pro religioſo.

Quid de conſtitutione quam in fundatione eccleſiarum vel præbendarum faciunt epiſcopi, quod quiſquis dederit eccleſiæ tantum vel tantum in redditibus, recipiatur in canonicum, & quod dederit habeat pro præbenda, nunquid licita eſt hęc cõſtitutio, quod duret ad tempus, non in perpetuum, nec fiat in fraudem ſymoniæ; & ea ſit intentio conſtituentis, quod non pro rebus dandis, ſed principaliter propter diuinum cultum augmentandum, & propter deuotionem dantis recipiatur ad ſpiritualia? *Tolerari* poteſt, dum tamen dignus ſit ille qui recipitur, alias non. *Idem* credo poſſe dici in monaſterijs de nouo fundatis vel fundandis indigentibus, de conſtitutione ſi fieret, quod quicunque tantum daret vel tantum, reciperetur, ad illam religionem, dum tamen fieret auctoritate epiſcopi, & cæteris circunſtantiis quæ dictæ ſunt, etiam vſque ad certum numerum perſonarum ibidem recipiendarum.

Extra. de ſimo. Innocentius tertius. Si quis clericus cum conditione vel pacto largiatur bona ſua, vt iſta poſtmodum pro præbenda retineat, & in canonicum admittatur, huiuſmodi oblatio vel receptio fieri non poterit, ſine vitio ſymoniæ, cum in talibus omnis pactio vel conuentio ceſſare debeat. Si vero purè ac ſine pacto & conuentione offerat, rogans humiliter vt in canonicum admittatur, & bona ſua ſibi retinere liceat pro præbenda, & clerici eiuſdem eccleſiæ purè conſentiant, huiuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniæ. Si tamen is, qui talem donationem facit ea intentione ducatur, vt per temporalia bona quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci, & clerici qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum (nisi commoda temporalia perciperent) admiſſuri, ſine dubio tam ille quàm illi, apud diſtrictum iudicem, qui ſcrutator eſt cordium, culpabiles iudicantur.

Idem habetur ca præced.

De Symonia quæ committitur ab epiſcopis, in beneficiorum prouentibus retinendis.

CAP. XXI.

EX *ſumma de Caſibus.* Quid de epiſcopis vel alijs prælatis, qui fructus eccleſiarum vel beneficiorum vacantium percipiunt per aliquot annos, & poſtea conferunt, retentis ſibi fructibus & redditibus ſic C
perceptis, vel retenta ſibi parte prouentuum. *Reſpondeo*, quod ſi prælatus ex donatione conſequitur vt ipſe percipiat, non eſt dubium intercedere ſymoniacam prauitatem. *Ex ſumma fratris* V. Hoc enim licite poteſt fieri in caſu, & nihilominus conferri beneficium ſpirituale alicui perſonæ, ſed non percipiet fructus ſic retentos, vſque dum elapſum fuerit tempus de quo ſtatutũ eſt vt retineantur. Et conferetur iſtud beneficium ſub hac forma. Damus tibi hanc præbendam, vel hanc eccleſiam, ſaluis fructibus quos retinuimus ad talem vſum. *Et nota*, quod beneficia non debent vacare vltra ſex menſes. Alioquin ſi pertinebat donatio ad epiſcopum, deuoluitur ad capitulum, quod ſi fuerit negligens per alios ſex menſes, deuoluitur ad Metropolitanum, & poſtea ad Papam. Nec poteſt aliquis iſtorum purgare negligentiam ſuam, ſed lapſo tempore amittit donationem, ita quod ſi poſt dederit, non valet.

Poteſt epiſcopus conferre beneficium retentis fructibus ad aliquod tẽpus ſi iuſta ſit occaſio ſi tamen permittat beneficium vacare vltra ſex mẽſes deuoluitur ad capitulum. &c.

Extra. tertio. Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. Innocentius tertius. In Lateranenſi concilio prohibitum eſt, ne quis eccleſiaſticum beneficium conferendo, partem prouentuum ſuis vſibus retinere præſumat. Et alibi cautum reperitur in canone, quod debent eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferri. Vnde credimus diſtinguendum: quia qui dat ſpirituale beneficium, & prouentus ipſius ante donationem non percepit, ſed alius; & ex donatione conſequitur vt ipſe prouentus percipiat, non eſt dubium intercedere ſymoniacam prauitatem. Si vero ante percepit, credimus diſtinguendum; vtrum ante donationem conſtituat, vt ipſi prouentus retineantur ad tempus pro cauſa iuſta ſcilicet, & neceſſaria; An conueniat cum eo qui accepit beneficium, ſeu cum mediatore quocunque, vt beneficio illo conceſſo, ſibi retineat prouentus. Primum enim membrum credimus eſſe licitum, ſecundum autem dicimus non licere, ne viam aperiamus his qui prauitatem ſuam fatagunt palliare.

Explicatur exactius caſus præcedẽs.

De illa ſimonia quę in receptione confraternitatis committitur.

CAP. XXII.

EX *ſumma de ca.* Quid de confraternitatibus, quæ ita conſtitutæ ſunt, quod nullus recipiatur, niſi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

promittat, vel etiam iuret ſe daturum annuatim 10.? Dic quod ſi fuerit propter cauſam honeſtam, vtputa pro alendis pauperibus, pro redimendis captiuis, vel ſimilibus, non eſt ſimonia, nec ſunt reprobandæ. Immo Gangr. concil. dicit anathematizandum qui eas deſpicit. Iuramentum tamen non approbo propter periculum periurij. Plus autem, ſi ita dictum eſt, quod ſemel vel bis in anno conueniant omnes confratres ad tractandum de ſalute animarum, ad audiendum verbum Dei, ad celebrandum miſſas & orationes pro viuis & defunctis, & ad excitandũ deuotionem, & ideo ponunt ſingulis annis certam quantitatem ex qua reficiantur, & prouideant pauperibus, bonum eſt, dummodo intentiones ſint mundæ, & principaliter in Deo fixæ. Abſit enim, vt ea quæ propter bonum & licitum facimus, nobis debeant (ſi quid mali etiam inde præter intentionem noſtram accidat) imputari.

Poteſt cõfraternitas inſtitui vt omnis qui intrat ſoluat tantum pro priis vſibus, ſed nõ ita vt alias nemo admittatur.

Ex ſum. fratris V. Credo ſine præiudicio, quod prędicta non eſt licita, quia excludit pietatem, ne quis recipiatur niſi ſic, ſed ſi fiat ſtatutum per verba affirmatiua, quod quicumque receptus fuerit det tantum vel tantum, ſuſtineri poteſt. *Sed* quare non poteſt ſimiliter conſtitui, quod quicumque receptus fuerit in canonicum, det procurationem, vel cappam ſericam, vel aliquid ſimile? Reſpondeo hoc eſſe illicitum, ne talia excogitentur in fraudem ſimoniæ, Præterea huiuſmodi fraternitates ad hoc conſueuerunt inſtitui, vt à fratribus dentur pecuniæ in vſus pauperum, & tunc prope ingreſſum fraternitatis poteſt ingrediendi exprimi onus certæ ſummæ ſoluendæ ſingulis annis. Sed beneficia eccleſiaſtica nõ ſunt inſtituta propter faciendas cappas ſericas, vel procurationes ſoluendas.

Soʼutio obiect.

De illa ſimonia quæ in ingreſſu religionis committitur.

Cap. XXIII.

Aduenientibus ad religionem ſponte oblata ſũt ſuſcipienda, nihil tamen exigendum.

Cauſa 1. quæſtio. 2. Liquido apparet quod ingreſſuri monaſterium ſua debeant offerre rectoribus, nec aliter ſunt recipiendi niſi ſua obtulerint, nec permittitur rectoribus ab ingreſſuris aliquid exigere, ſed ſponte oblata ſuſcipere. *Ibidem. q. 3.* Sed obijcitur, quod qui ingreſſuri monaſterium pecunias tribuunt, non propoſitum religionis, ſed ſtipendiorum eccleſiæ participationem emunt. Temporalia ergo non ſpiritualia ementes, nequaquam ſimoniaci habendi ſunt. His itaque reſpondetur: Non ſolum qui ſpiritualia, ſed etiam qui temporalia eis annexa pretio accipiunt vel tribuunt, ſimoniaci iudicantur.

Extra. 5. de ſi. Alex. 3. Prohibemus, igitur, ne ab his qui ad religionem tranſire volunt, aliqua pecunia requiratur; nec prioratus, nec capellaniæ, cuilibet monachorum au clericorum annua diſtractione vendantur. *Idem.* Veniens ad nos S. presbyter, propoſuit quod abbas & fratres ſancti R. noluerunt eum in monachum recipere, quouſque triginta ſolidos dare conuenerit; conuentione facta, eum ſequenti die monaſticum habitum induerunt, & iidem monachi viginti ſolidos, Abbas vero decem, famuli duodecim pro paſtu (aſſerentes hoc eſſe de conſuetudine monaſterij) poſtularunt. Quoniam ergo factum huiuſmodi pernicioſum videtur: Mandamus quatenus ſi ita eſſe inueneris, abbatem & monachos ad reſtituendum pecuniam præfato S. tam indignè ſuſceptam compellas: abbatemque & maiores perſonas monaſterij, pro tantæ prauitatis exceſſu, ab officij executione ſuſpendas, præcipiens dicto S. vt in alio monaſterio in habitu monaſtico ſtudeat deſeruire.

Simoniacũ eſt pro recreatione conuẽtus aliquid ab intrantibus religionẽ exigere.

Clemens 3. Nos conſulere voluiſti de regularibus canonicis ſeu monachis, qui per ſimoniam, ingreſſum, ipſis ſcientibus, habuerunt. Reſpondemus, vt locum quem taliter adepti ſunt, omnino dimittant, & ſolitudines, ſiue alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quibus tam execrabilem exceſſum ſine intermiſſione deplorent. Si autem ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, eos ad renunciandum loco eidem cogas,

Monachi ſimoniacè licet inſci i admiſſi tenentur renunciare.

A & poſtmodum in idipſum reducere, ſi ibi abſque ſcãdalo potuerint remanere; vel in alio monaſterio, quod ſit de ordine ipſo, ad ſeruiendum Deo poteris collocare.

Innocentius tertius in concil. gene. Quoniam ſimoniaca labes hucuſque moniales infecit, vt vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores; paupertatis prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare. Ne id de cætero fiat penitus prohibemus; ſtatuentes vt quæcumq; de cætero talem cõmiſerint prauitatem, tam recipientes, quàm recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur, in locum arctioris regulæ, ad agendum perpetuam pœnitentiam retrudenda. De his quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptæ, taliter duximus prouiB dendum, vt remotæ de monaſterijs quæ perperam ſunt ingreſſæ, in alijs locis eiuſdem ordinis collocentur. quæ ſi forte propter nimiam multitudinem alibi commodè collocari nequeunt, ne damnabiliter in ſeculo euagentur, recipiantur in eiſdem monaſterijs diſpenſatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis. Hoc etiam contra monachos vel alios regulares decernimus obſeruandum. Verum ne per ſimplicitatem & ignorantiam ſe valeant excuſare, præcipimus vt diœceſani Epiſcopi ſingulis annis hæc faciant per ſuas diœceſes publicari.

Sẽtentia de monialibus ſimoniacè receptis & recipientibus.

Monachi nõ tenentur reſignare ob ſimoniã mẽtalem.

Gregorius 9. Mandato noſtro ſuſcepto, vt cum monachis qui per ſimoniam dato aliquo, locum in monaſterijs ſunt adepti, ſecundum conſtitutionem C generalis concilij diſpenſares: Con. t. reſpondentes, dicimus mandatum Apoſtolicum etiam ad abbates extendi, & ad reſignationem ſpiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedente, vtrique taliter acquiſierunt (in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiam ſatisfacere creatori) eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri.

De Conditionibus ſimoniacis.

Cap. XXIV.

Qui intuitu admiſſionis ad religionẽ offert aliquid & poſtea ſine pacto admittitur, nõ poteſt ibi manere, nec ſua repetere ſi dedit.

EX *ſumma fratris V.* Pone quod aliquis timens pati repulſam, dixit abbati, ſi velletis recipere me, darem vobis terram meam. Abbas habito conſilio cum fratribus, recipit eum ignarum iuris, & eorum quæ dixit abbas in capitulo. Ille poſtea antequam induatur D dat res totas, vel partem monaſterio; nunquid eſt ſimonia, aut poteſt talis hic remanere? Reſpondeo: Credo quod ſiue intuitu illius promiſſionis fuerit receptus, ſiue non, ſimonia eſt, ſaltem ex parte offerentis; cum interpoſuerit conditionem dandi temporalia pro ſua receptione, ſicut innuit canon *extra, de ſimonia. nobis.* Nec poteſt iſte remanere in huiuſmodi monaſterio, nec data repetere, cum ſit in turpi cauſa: tenetur tamen ad aliud monaſteriũ tranſire, ſi ex illa ſui receptione obligatus fuit ad religionem, puta ſi dedit ſe, & receptus eſt in monachum & in fratrem: quia hęc eſt quædam profeſſio.

Similiter quãdo recipiens petit aliquid & alter tacet nec conſentit, nõ poteſt recipi.

Ar. extra de regu. & tranſ. ad reli. porrectum. Quid ſi ex preſſa fuit conditio de temporalibus habendis ex parte recipientium, & recipiendus omnino tacuit, E proponens quod nihil daret, ſed tantum propter Deũ ingrederetur, nunquid poteſt ibi remanere? Reſpondeo: Credo quod non, ſicut nec in præcedenti caſu, quia taciturnitas eius cum non contradixerit illicitæ pactioni, pro conſenſu habenda eſt, etiam in foro penitentiali, ſi propter hoc tacuit quia timebat repulſam ſi contradiceret. Quid ſi interponatur, quod ex parte recipientis, vel ex parte abbatis, ſi antequam recipiatur, aut concedatur ei ingreſſus, pœniteat vtique de conditione appoſita, & eam reuocat, & ille petit recipi propter Deum tantum, & illi conſentiunt, nunquid licet? *Reſpondeo,* Credo quod ſic, dum tamen intentio non ſit corrupta. Si autem iam receptus fuiſſet, aut promiſſa receptio in illo monaſterio, ante reuocationem huius conditionis, eo ipſo indignum ſe feciſſet illo monaſterio ille, qui huiuſmodi promiſſionem

taliter

taliter habuiſſet.

Quid de regũlaribus qui concedunt alicui, quod completo biennio vel triennio recipient eum, ſi tamẽ interim didicerit artem ſutoriam, vel piſtoriam, vel aliam mechanicam, quando eſt laicus: vel quando eſt clericus, ſi interim ſtuduerit in ſcholis theologiæ, vel alterius facultatis? *Quid* ſi etiam recipiant talẽ in præſenti ſub prædicta conditione, non tamen volunt eum recipere ad habitum, niſi elapſo termino, & impleta conditione? *Item* quid de ſeruiente regularibus, qui nõ vult eis ſeruire, niſi promittãt ei quod recipient eum, ſaltem póſt biennium vel triennium, vel alium certum terminum, & illi promittunt ei; nunquid eſt ſimonia in talibus? Credo quod in vltimo ſimoniaca eſt talis promiſſio: In reliquis caſibus ſuprapoſitis non credo ſimoniam committi, nec illicita eſt huiuſmodi pactio vel conditio, quia perinde eſt ac ſi dicatur, recipiemus te, vel recipiemus te induendum tali tempore vel tali, ſi tamen, vel dum tamen interim reddas te idoneũ ad hoc vt recipiaris, & vtilem monaſterio, addiſcẽdo tale artificium vel tale, aut ſcientiam talem vel talem.

Simoniacũ eſt inſeruire monaſterio cum pacto vt poſt aliquot annos admittatur.

Quid de illo cui facta eſt promiſſio de ſe recipiendo ad certum terminum, ſub prædicta conditione: Nunquid adueniente termino, & impleta conditione tenetur intrare, cum illi parati ſunt eum recipere? *Reſpondeo*: Credo quod ſi nullum fecit votum, nec obligauit ſe ad intrandum, ſed tantum promiſſionem ſibi factã acceptauit, volens ſibi prouidere in futurum, non tenetur intrare ſecundum iudicium pœnitentiale. In foro autem cauſarum de hoc iudicabitur ſecũdum præſumptiones, & allegata & probata.

Qui acceptauit promiſſionem de ſua admiſſione poſt implatã aliquam honeſtam conditionem, nõ tenetur intrare.

De ſana forma recipiendi in monaſterium.

CAP. XXV.

EX *ſumma de ca.* Si monaſterium eſſet adeo tenue vel paupertate depreſſum, quod vel redditus, vel vix, vel non ſufficerent perſonis præſentibus, non ſolum intentionẽ poſſunt habere, ſed etiam credo quod poſſunt dicere, non ſufficimus nobis, libenter ſuſcipimus te ad ſpiritualia, ad temporalia non poſſumus, niſi haberemus plures poſſeſſiones. *Ex ſum. fratris V.* Credo etiam quod licet exprimere nomina, & quantitatem oblatorum: credo etiam quod ſi huiuſmodi recipiẽdus dicat, vel aliquis pro eo, Dabo ſingulis annis pro expenſis meis c. ſolidos, vel 6. libras quamdiu vixero, non eſt illicitum, quando non ſufficit monaſterium. Sed nunquid licet dare in tali caſu poſſeſſionem vel redditum in perpetuum, qui tamen nõ ſufficiat ad victum vniuſ perſonæ per annum? *Credo* quod licet in hoc caſu vt recipientes huiuſmodi poſſeſſionem vel redditum, propter commodum perpetuitatis, obligẽt ſe ad prouidendum ei in expenſis. Paciſci ergo in talibus, cum monaſterium indiget, non eſt ſimonia, dum non fiat pro ſpiritualibus conferendis vel recipiendis, ſed expenſis faciendis vel compenſandis.

Quãdo monaſterii indiget licitũ eſt paciſci pro temporalibus vnde ſuſtentetur recipiẽdus.

De bis qui prioratus emunt aut redimunt.

CAP. XXV.

EX*tra. 5. de ſimonia Alexan.* 3. Prohibemus quoq; ne prioratus aut capellaniæ, cuilibet monachorum aut clericorum annua diſtractione vẽdantur. *Ex ſumma fratris V.* Quid de monachis, qui dant aliquid abbatibus ſuis, pro conferendis prioratibus, nunquid eſt ſimonia? *Reſpõdeo*: Si ibi eſt aliquid ſpirituale, vt decimę, oblationes, vel debitum celebrandi diuina, vel aliquid tale, ſimonia eſt; Siue det de rebus monaſterii, vel prioratus, ſiue aliunde, ſecundũ quod hæc præpoſitio pronotat appretiationem, vel proximam ſiue principalem cauſam, vt ſępe dictum eſt. Quid ſi det talis prior epiſcopo pecuniam, ne ſuſtineat quod amoueatur à prioratu: Vel canonicus regularis, ne amoueatur à cura parochialis eccleſiæ, & ne reuocetur ad monaſterium, nunquid eſt ſimonia? *Credo* quod ſic, maxime ſi neceſſitas vel vtilitas exigit, quod tales amoueantur, aut ſi conſuetudo eſt quod epiſcopus ad ſolã requiſitionẽ abbatis, tales curatos debeat amouere à parochialibus eccleſijs. Si autem ſine muneribus & obſequijs aut precibus carnalibus, facerent impediri per èpiſcopos ne amouerentur, cum nec vtilitas, nec neceſſitas amotionem exigerent, nec eſſet corrupta intentio non credo quod peccarent.

Simoniacũ eſt inſeruire monaſterio cum pacto vt poſt aliquot annos admittatur.

Simonia eſt in monacho dare aliquid abbati ſuo pro conferẽdo ſibi prioratu, vel etiam epiſcopo ne ab acquiſito amoueatur abbate reuocante.

De Illa ſimonia quæ fit in commiſſione iuriſdictionis.

CAP. XXVII.

EX *ſumma* de ca. Sciẽdum quoque, quod nec Epiſcopus, nec Archidiac. nec alius prælatus, poteſt ſub pretio vel annuo cẽſu concedere alicui vices ſuas, ideſt prælationem, vel iuriſdictionem, vel aliquod ius ſpirituale. Sed videtur contra *extra. de reli. domi.* conſtitutum. vbi iuriſdictio ſub annuo cẽſu remittitur, et go & confertur, quia paria ſunt remittere & conferre, *extra. de ſimo. quærelam. & de tranſac. ſuper eo.* Ad hoc dic, quod retinuit cenſum temporalem pro temporalibus quæ remiſit, vel retinẽtur non pro redemptione iuriſdictionis, ſed in ſignum ſubiectionis antiquæ. Si tamẽ epiſcopus committeret alicui purè ac ſimpliciter vices ſuas, ſi tali vicario conſtitueret poſtea ſalarium, non eſſet peccatum, immo tenetur ad hoc 21. *queſtio. 3. charitatem.*

Simoniacũ eſt concedere alicui ius aliquod ſpirituale ſub pretio vel annuo cenſu.

Item redditus temporales poſſunt vendi ad tempus. *Sed* nunquid perpetuo? Dicũt quidam quod non, quia per conſequens videretur emptum ius ſpirituale propter connexionem. 1. *quæſtio. 3. ſi quis obiecerit.* Vel diſtingue melius cum Lau. Vtrum ab eo emat qui confert beneficium, an à beneficiato: In primo caſu eſt ſimonia: In ſecundo ſi emit à beneficiato perpetuo, ideſt dum ipſe venditor teneat beneficium, non eſt ſimonia, nec eſt prohibitum, non tamen honeſtum; & hoc ita intellige quod nihil ſpirituale interueniat. *Item* debent eccleſiæ ſoluere aliquem cenſum in ſignum ſubiectionis epiſcopis. *Si autem* loco tibi eccleſiam cũ ſis presbyter, & tu per conſequens locas operas tuas vt ibi officies, non habiturus alias ibi aliquam iuriſdictionem, nec committis ſimoniam, nec alias peccas.

Redditus tẽporales beneficij poſſunt vendi.

Extra. quinto. ne prelati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant. Alexan. tertius in concil. Lateranen. Quoniam in quibuſdam partibus ſub pretio ſtatuuntur qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Epiſcopalem iuriſdictionem exercent; ſtatuimus vt qui hoc de cætero præſumpſerit, officio ſuo priuetur, & epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat. *Idem.* Quoniam enormis conſuetudo in quibuſdam locis inoleuit, vt ſub annuo pretio ſacerdotes ad eccleſiarum regimen ſtatuantur; ne id fiat modis omnibus prohibemus; quia dum ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

Hoc inferius explicatur.

Ex ſumma fratris V. Nota, quod nunc Epiſcopus redditus ſuos poteſt ad firmam dare ſub annuo cenſu, dum tamen non ſit ibi annexa iuriſdictio ſpiritualis; ſed non poteſt recipere aliquid ab aliquo, vt conſtituat eum præpoſitum, vel æconomum, vel vicedominum. Præpoſituram tamen, vel balliuam temporalem cum iuriſdictione temporali, conſueuerunt epiſcopi dare ad firmam, ſicut & principes ſeculares. Quod autem ait. *Si loco tibi eccleſiam*, non credo quod in talibus habeat locum locatio, vel conductio: Sed talis presbyter gratis impendit officium, & ille gratis dat ei expenſas, ſicut dictum eſt ſupra.

Officia aut redditus quibus annexa eſt iuriſdictio ſpiritualis nõ poſſũt vendi.

Synodus Calcedonen. iudicat ſimoniacos etiam procuratores rerum, & defenſores, & regulæ ſubiectos, ſi per pecuniam ordinantur. Sed cum laicus poſſit eſſe iudex, & habere aliqua alia officia ſupra nominata, quæ non habeant aliquid ſpiritualitatis, quare in eis committitur ſimonia? *Ad hoc* dicit H. & G. quod in omni adminiſtratione rei eccleſiæ committitur ſimonia ſi ematur; & hoc eſt ſimoniacum,

Obiect.

quia

Solutio.

quia prohibitum. *Alii* vero inhærentes conſuetudini generali dicunt (quod eſt probabilius) quod tunc eſt ſimonia in empta adminiſtratione vel dignitate, ſi talis eſt quæ habeat aliquod ſpirituale ſibi annexum, alias non. Sæpe enim conſuetudo facit licitum, quod alias eſſet illicitum, & econuerſo.

Di illa ſimonia quæ in emptione iuris ſpiritualis committitur.

CAP. XXVIII.

Conſuetudo non reddit licitum quod ab intrinſeco eſt ſimonia.

EX *ſumma.* Ratione conſuetudinis poſſuntne aliqua exigi pro inthronizandis epiſcopis, vel abbatibus, vel quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis inueſtiendis? Item pro danda abſolutione? Item pro iure decimarum? Item pro iuſtitia eccleſiaſtica ſeruanda? In omnibus his recipere pecuniam vel æquipollens ſimonia eſt, non obſtante conſuetudine. *Extra. quinto. de ſi. Innocentius tertius.* Prauam illam conſuetudinem de tua prouincia ſtudeas abolere, qua pro eccleſiarum inueſtitura Archid. marcham argenti, minores vero decani vaccam albam ſibi dari poſtulant, & certam ſolui pecuniæ quantitatem.

Simoniacũ eſt capere aliquid ad celandum ab epiſcopo deinquentis peccatũ &c.

Alexander tertius. Nemo presbyterorũ xenium vel emolumentum quodlibet temporale (immo ſpirituale detrimentum) à quocumque peccante publicè accipiat, vt epiſcopo, vel miniſtris peccatum eius celet: nec pro reſpectu cuiuſcumque perſonæ conſanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc epiſcopo innoteſcere detrectet; nec quemquam peccantem, vel minus dignè pœnitentem, gratia, vel fauore, ad reconciliationem adducat, & teſtimonium reconciliationis ferat eidem; vel quocumque liuore dignè pœnitẽtem à reconciliatione remoueat, quia ſimoniacum eſt vtrumque.

Vide ſupra.

Clemens tertius. Nos conſulere voluiſti de regularibus canonicis, ſeu monachis, qui per ſimoniam ingreſſum ipſis ſcientibus habuerunt. Reſpondemus, vt locum quem taliter adepti ſunt omnino dimittant, & ſolitudines, ſiue alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quibus tam execrabilem exceſſum ſine intermiſſione deplorent. Si autem ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, eos ad renunciandum loco eidem cogas, & poſtmodum in idipſum redire; ſi ibi abſque ſcandalo poterunt remanere; vel alio monaſterio quid ſit de ordine ipſo, ad ſeruiendum Deo poteris collocare.

Cauſa 1. *quæſtio.* 3. *Paſchalis.* 3. Altare decimaſque per pecuniam dare, ſymoniacam hæreſim eſſe, nullus fidelium ignorat. *Item ibidem. Grego. in Homel.* In templo quoque vendentes ſunt, qui hoc quod de iure quibuſdam competit, ad præmium largiuntur. Iuſtitiam enim vendere, eſt hanc pro præmij acceptione ſeruare. *Ex ſumma fratris V.* Igitur eccleſiaſticam iuſtitiam vendere ſimoniacum eſt, ſi quando datur aliquid epiſcopo, vel alij pro reddendo iure ſuper ſpiritualibus, ex quo perſona eſt eccleſiaſtica, quæ debet huiuſmodi ius reddere ratione eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Si autem laicus eſt iudex, & recipiat pecuniã pro ferenda ſententia, vel facienda iuſtitia ſuper temporalibus, licet ſit graue peccatum, non tamen eſt ſimonia.

Simoniacum eſt capere aliquid pro iure in ſpiritualibus reddendo.

De illa ſimonia quæ in emptione iuris quaſi ſpiritualis committitur.

CAP. XXIX.

EX *ſumma fratris V.* Quid de illo qui dat ſacerdoti vel alij pecuniam, vt recipiatur ad ſeruiendum pauperibus in hoſpitali, vel vt recipiatur in leproſariam, vel in eleemoſynariam, vel aliam domum Dei? Item quid de illis qui emunt victum vnius monachi ad totam vitam ſuam, nunquid eſt ſimonia? *Reſpondeo*: Vbicunque aliquis ius aliquod ſpirituale conſequitur, quando recipitur ad hoſpitale, vel leproſariã, vel aliquid tale, ſimonia eſt, ſi propter hoc aliquid dat, vel promittit. Si autem non conſequitur aliquid ſpirituale, ſed recipitur ad hoc tantum vt ſeruiat ibi, vel ad tempus, vel ad vitam ſuam, vel in coquina, vel in alio officio, non eſt ſimonia aliquid dare pro huiuſmodi, licet alias turpe ſit dare vel accipere pro talibus. Victum autem monachi emere ſimoniacum non eſt, ex quo talis emptor non conſequitur aliquid ſpirituale. non eſt tameu ſecurum emere, niſi probabiliter dubitetur cuius melior ſit conditio, ementis aut vendentis.

Resoluuntur quidam caſus leuiores.

Quid de matricularijs aut ſonitorijs, 1. officio pulſandarum campanarum, nunquid officia huiuſmodi poſſunt vendi? *Reſpondeo*, largè ſumpto vocabulo ſimoniæ, Symonia eſt talia vendere; ſicut & talia officia ſpiritualia ſunt, largè ſumpto vocabulo. Si tamen alicui datum fuerit huiuſmodi officium gratis, ſi conſuetudo eſt loci quod poſſit alium ponere loco ſui, vel locare, vel vendere, vel ad firmam dare prouentus illius officij, vel etiam in dotem dare pro filia ad vitam ipſius dantis, non eſt ſimonia.

Officium cãpaniſtæ vel baiuli aquæ benedictæ nõ poteſt vendi, poteſt tamen dari ad firmam &c.

Quid de ſacerdote qui vendit officium portandi aquam benedictam per parochiam? Reſpondeo: Si huiuſmodi ſacerdos de conſuetudine, per ſe vel per aliquem de familia ſua, debet huiuſmodi officium expedire, & prouentus eius in ſuos vſus conuertere, ſimonia eſt illud officium vendere, vel aliquid pro eo dando accipere, largè tamen ſumpto vocabulo ſimoniæ, etiam ad minus turpe lucrum eſt. Si autem de conſuetudine eſt, quod ſacerdos huiuſmodi poſſit retinere officium, & per ſe vel per alium illud expedire, & prouentus recipere; non eſt ſimonia ſi officium illud comittit ad firmam, ſicut eccleſiæ quandoque dantur ad firmam.

De Illa ſimonia quæ committitur in doctrina

CAP. XXX.

EX *ſumma de caſibus.* Quia ſtatutum fuit quondam ab Eugenio Papa; poſtea ab Alexand. in concil. Lateranenſi, deinde ab Innocentio in concilio generali, quod ſingulæ eccleſiæ cathedrales tenerent ſingulos magiſtros liberalium artium, ad minus grammaticæ, qui earundem eccleſiarum clericos, & alios ſcolares pauperes gratis inſtituerent; propter quod aliquod competens beneficium magiſtro cuilibet in eccleſia præberetur. Quæritur vtrum committat ſimoniam magiſter, ſi exigat aliqua à pauperibus, vel à clericis eccleſiæ, à qua recipit beneficium? Reſpondeo ſic, cum enim hoc ſit ſpirituale, & ex officio ſuo teneatur facere, certum eſt exigere aliquid propter hoc ſimoniam eſſe. Nam in templo vendentes ſunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad premium largiuntur. *Dico* ſimoniam etiam committere magiſtrum, qui feſtum de iure vel conſuetudine colendum, non vult concedere ſcholaribus colendum, niſi pecunia ſibi data; vel econuerſo, diem non colendum concedit colendum pro pecunia.

Qui habent beneficiũ in eccleſia cathedrali vt doceat, non poteſt quicquã exigere à ſcholaribus quos inſtruere tenetur, bene tamen ab aliis.

Sed nunquid ab alijs ſcholaribus qui non ſunt pauperes, nec de eccleſia, poteſt exigere ſalarium? vel nunquid magiſter in ſcholis Pariſijs, vel Bonon. poteſt facere licitè collectam? videtur quod non, quia ſcientia donum Dei eſt, vnde vendi non poteſt. Item profeſſores iuris, etſi honeſtè ſponte oblata recipiant, tamen inhoneſtè petunt. Sed contra, qui pro tempore præſtat obſequium, debet conſequi beneficium. Item poteſt magiſter vendere doctrinam, ſicut & iuriſperitus conſilium. Item gratis poteſt docere, & nihilominus pro expenſis ſuis collectam facere; ſicut teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationem, & epiſcopus gratis conſecrat eccleſiam, & recipit ſimiliter procurationem. Sol. Dico cum La. & Io. quòd ſi ſua non ſufficiunt ei competenter, honeſtè poteſt & licitè exigere, moderatè tamen. Aliter nihil debet exigere, ſed ſponte oblata poterit recipere.

Obiect.

Solutio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ex ſumma fratris V. Licite exigere, quod ita intelligo quod poteſt inopiam ſuam exponere ſcholaribus, & inſinuare quod libenter acciperet ſi gratis darent, ſed non licet exigere ſecundum quod exigere eſt ab inuito extorquere, vt *ff. de legatis & fideicommi. parag. ſi rem.* Non credo quod de iure poſſit eos de ſcholis expellere, vel ſpolia eorum accipere; ſi non velint ſponte promittere; ſed poſtquam promiſerint, promiſſa poteſt exigere. Quæ autem dicuntur ſupra; intelliguntur ab illis qui habent ab eccleſia ſtipendium, licet alias ſint diuites. credo quod non tenentur laborare circa diuites auditores, niſi velint ei ſumptus moderatè dare; quod tamen debent recipere, non pro ſcientia, ſed pro labore.

Simonia eſt vendere ſcientiam quia eſt profectio animæ impretiabili: vnde Iuriſperitus non recte dicitur vẽdere cõſilium ſed laborem.

Nota quod ait, quod ſimoniam magiſter committit, qui diem non colendum, pro pecunia colere concedit, ſcilicet feſtum alicuius minoris ſancti, quod non eſt ſtatutum ab eccleſia. Si autem pro data pecunia concederet magiſter ſcolaribus aliquo die profeſto ceſſare à lectionibus propter recreationem, ſicut conſueuit fieri ab authoriſtis, turpe lucrum eſſet, tamen non eſſet ſimonia. Dicit quod *ſcientia donum Dei eſt*, quia datur à Deo ad illuminandum intellectum; ex quo ſequitur affectus accenſio, & eſt perfectio animæ plus valens quam totus mundus, ſicut & ipſa anima. vnde eſt impretiabilis, & ipſam vendere ſimonia eſt, ſecundum Altiſſidorum. Porro iuriſperitus vendit conſilium, non ipſam cognitionem veritatis, aut ſcientiam, ſed pennam, & laborem ſuum.

De Mediatoribus ſimoniæ.

CAP. XXXI.

Pœna mediatoris in ſimonia.

Causa 1. q. 1. Ex concil. Calcedon. Si quis vero mediator, tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, ſi quidem clericus fuerit, à proprio gradu decidat: Si vero laicus, anathematizetur. *Extra. quinto. de ſimonia. Innocentius tertius.* Si Aliquis, te penitus ignorante, promiſit pecuniam & exoluit, præſertim cum is nulla ſit tibi conſanguinitate coniunctus, nihil tibi debet ad pœnam vel culpam (ſicut credimus) imputari. Illos autem qui dederunt pecuniam, intantum conſtat eſſe culpabiles; quod ſi exceſſus eorum eſſet eccleſiæ manifeſtus, (quæ non iudicat de occultis) pœna eſſent canonica feriendi. *Cauſa prima. quæſtione tertia.* Emptor atque venditor nota infamiæ percellantur.

Procurãs filium nobilis recipi in monaſterio ſub ſpe quod dabit pater aliquid monaſterio ſimoniam incurrit.

Ex ſumma fratris V. Quid ſi aliquis amicus medius procuret quod filius alicuius magni recipiatur in aliquo monaſterio, & poſtea ille amicus ſolicitat illum magnum quod det aliquid monaſterio, nunquid licet? *Reſpondeo*, ſi dictus amicus non aliter procuraſſet illum recipi niſi quia ſperabat eum aliquid daturum monaſterio; vel etiam ſi non ſperauit, ſed tamen nunc petit aliquid pro receptione illius, ſimonia eſt. Si vero alias ſolicitat eum quod ſit deuotus, ſicut & eſſe debet, illi monaſterio; & Dei dilectione orta ex acceptione filij, conferat aliquid monaſterio, non eſt ſimonia.

De Labe criminis huius, & deteſtatione.

CAP. XXXII.

Simonia gratuitas oſtenditur ex variis authoritatibus.

Cauſa 1. q. 1. Quod autem ſpiritualia emere peccatum ſit, probatur multorum auctoritatibus. *Ait enim Leo Papa:* Gratia ſi non gratis datur vel accipitur non eſt gratia. Simoniaci autẽ non gratis accipiũt, igitur gratiam, quæ maxime in eccleſiaſticis ordinibus operatur, non accipiunt, ergo non habent. *Item Grego. in regiſtro.* Quiſquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. Quiſquis ergo contra ſimoniacam & Neophitorum hæreſim pro officij loco vehementer non exarſerit, cum eo non dubitet ſe habiturum portionem, qui prius commiſit hoc piaculare flagitium.

Item ex epiſtola Tharaſij Conſtantinopolitani epiſcopi miſſa Papæ Adriano: Tolerabilior eſt enim Macedonij, & eorum qui circa ipſum ſunt Spirituſſancti impugnatorum impia hæreſis. illi enim creaturam Spiritumſanctum, & ſeruum Dei patris & filij delirando fatentur: Iſti vero eundem Spiritumſanctum venalem officiunt ſeruum, & ſic detrahunt Spirituiſancto, æqualiter peccantes his qui blaſphemarunt, dicentes Chriſtum in Beelzebub eijcere dæmonia. Atque vt verius dicamus, Iudę proditori comparantur, qui Iudæis occiſoribus Chriſtum vendidit.

Item Auguſtinus ait. Sicut Eunuchus fuit qui Ioſeph comparauit, ita qui gratiam mercatur viuum ſemen non habet, ſectis genitalibus. Sic quoque ignis ſacrificij, qui per ſeptuaginta annos Babylonicæ captiuitatis ſub aqua vixerat, extinctus eſt Antiocho Iaſone vendente ſacerdotium, quod ſignificauit ignem Spirituſſancti non lucere in ſimoniacis ſacramentis.

Omnia crimina ad cõparationem ſimoniacæ hæreſis pro nihilo reputantur.

Idem. quæſtione ſecunda. Paſchalis Papa. Patet ſimoniacos veluti primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris poteſtatibus reprimendos: omnia enim crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputabuntur.

Extra. 5. de ſimonia. Lucius Papa. Sicut ſimoniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos vincit, ita ſine dilatione mox vt eius ſigna per aliquam perſonam claruerint, de eccleſia Dei debet eliminari & repelli. *Idem:* tanta eſt labes huiuſmodi criminis, quod etiam ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem. *Item* omnis peccator poteſt Miſſam cantare præter ſimoniacum, quem quilibet vt ab ordine male ſuſcepto remoueatur accuſare poteſt, vel etiam meretrix.

Criminoſi teſtes poſſunt admitti contra ſimoniacum quando non agitur criminaliter ſed ciuiliter.

Inno. 3. Pompoſianus abbas de ſimonia, periurio, dilapidatione, ac in ſufficientia infamatus, contra teſtes multas exceptiones propoſuit, vt eos teſtimonio remoueret. Nos vero illas duntaxat exceptiones probandas admiſimus, quibus forte probatis, teſtes non zelo iuſtitiæ, ſed malignitatis fomite proceſſiſſe conſtaret, vt conſpirationes & inimicitias capitales. Cęteras autem exceptiones, vt furti, adulterij, propter immanitatem hæreſis ſimoniacæ, ad cuius comparationem cætera crimina quaſi pro nihilo reputantur, duximus repellendas; præſertim cum teſtes de crimine fuerint emendati: tales igitur contra talem, taliter duximus admittendos; non ſecundum rigorem iuris, ſed ſecundum temperantiam æquitatis; cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter vt ab adminiſtratione amoueretur: & vtique tales prelati ex leuioribus cauſis poſſunt ab adminiſtrationibus amoueri, ſicut quorundam religioſorũ approbata conſuetudo depoſcit.

De Accuſatione ſimoniaci.

CAP. XXXIII.

Omnes bonæ famæ poſſunt clericum de ſimenia accuſare.

EX ſumma iuris. Ad accuſandum in crimine ſimonię quilibet admittitur, ſicut in crimine læſæ maieſtatis. Si tamen clericus eſt qui accuſatur, cum diſtinctione laicus contra eum admittitur. Nam contra eum qui antea bonæ opinionis extitit, non admittuntur criminoſi, ſed bonæ famæ admittuntur omnes, tam laici quam mulieres, aliter crimen exceptum non eſſet.

Quinãpoſſũt eſſe teſtes aduerſus ſimoniacum regularem vel ſecularem.

Qui vero ad teſtificandum in hoc crimine, vel in alijs exceptis admittantur, diſtinguendum eſt. Si enim agatur criminaliter, contra neminem admittitur teſtis criminoſus, etiam emendatus de crimine. Si vero agatur in modum denunciationis, vel inquiſitionis, refert vtrum contra regularem, an contra ſecularem. Si contra regularem, admittuntur contra eum teſtes criminoſi, ſi iam de crimine ſint emendati, & ſine alijs adminiculis. Si autem in crimine ad

huc

huc perſeuerant, ſubdiſtinguendum eſt, vtrum crimina ſint eadem, vel minora, vel maiora, vel paria. In primo caſu nunquam admittuntur contra eum, etiam cum alijs adminiculis. In cæteris vero tribus, ſi depoſuiſſe credantur ex malignitatis fomite, puta quia conſpiratores ſuut, vel inimici capitales, non admittuntur, etiam cum alijs adminiculis. Si autem ex zelo iuſtitiæ, admittuntur; ſed non ſine cæteris adminiculis. Si vero contra ſecularem agatur, ſubdiſtingue, vtrum ille ſit inferioris gradus; & tunc idem omnino quod in regulari; excellentioris dignitatis; & tunc ſi ante fuit bonæ opinionis, admittuntur contra eum honeſti duntaxat, ſicut in criminali. Si vero fuit grauiter infamatus, refert vtrum de facili puniri valeat, an ſine ſcandalo nequeat. In primo caſu locum habent quæ de regularibus & minoribus clericis dicta ſunt. In ſecundo, quę in criminali.

De Pœna Simoniaci.

Cap. XXXIV.

EX *ſumma de ea.* Circa pœnam ſimoniaci diſtingue, quoniam aut eſt ſimonia in ordine, aut in beneficio. Si in ordine non recipit executionem, ſed eſt ipſo iure ſuſpenſus quo ad ſe & quo ad alios, ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum; ſicut & notorius fornicator, & hoc quia characterem habet furtiuum. Item punitur depoſitione & infamia, ſi de crimine iudici ſuo aliquo modo, etiam per inquiſitionem vel denunciationē conſtiterit. Item non poteſt repetere pecuniam quam dedit; non quia alius bene acceperat, ſed quia iſte turpiter dedit. Si vero eſt ſimoniacus quia contulit ordinem ſimoniacè, vel quia dedit vel recepit beneficium ſimoniacè, vel fuit mediator ſimoniæ; ſi eſt occultum, eſt ſuſpenſus ipſo iure quo ad ſe tantum, ſicut & quilibet criminoſus, non tamen quo ad alios. Si vero eſt manifeſtum, eſt ipſo iure ſuſpenſus.

Varia ſunt pœna ſimoniaci.

Quid ſit eſſe ſuſpenſum quoad ſe & quoad alios, & quid eſſe ſuſpenſum quoad ſe tãtũ, & quoad alios tãtum.

Ex ſumma fratris V. Aliquem ſuſpenſum eſſe quoad ſe & quoad alios, eſt eſſe ſuſpenſum per ſententiam canonis vel hominis, propter quam ſuſpenſionem tenetur ſic ſuſpenſus abſtinere ab officio, & illi qui hoc ſciunt tenentur illum vitare, quantum ad executionem illius officii. Si tamen aliquis occulte ſit ſuſpenſus hoc modo per ſententiam canonis, qui hoc ſcit, credo quod ſi non poſſit eum vitare ſine ſcandalo, non tenetur eum vitare. Quo ad ſe autem dicitur quis ſuſpenſus, quando tenetur ab officio abſtinere non per ſententiam canonis vel hominis, ſed per ſimplicem prohibitionem iuris abſque ſententia. Sicut quilibet ſacerdos exiſtens in peccato mortali tenentur abſtinere à celebratione, ſi tamen celebraret non tenetur eum vitare in officio ſubditus eius, vel quicunque alius, etiam ſi ſciret eius peccatum. Large autem dicitur eſſe ſuſpenſus quo ad alios & non quo ad ſe, clericus peregrinus, quia ſacerdos peregrinus ſi velit ex deuotione celebrare priuatim, permittendus eſt: ſed non debet celebrare plebi, ex quo non eſt certum de eius ordinatione, nec habetur aliqua notitia de perſona eius. *Ex his* poteſt colligi talis diſtinctio. Quod quidam ſuſpenſi ſunt quo ad ſe & quoad alios, vt ſimoniacus notorius, & fornicator notorius, & ſimoniacus in ordine, licet occultus. Quidam ſunt ſuſpenſi quoad ſe & non quo ad alios, vel ſacerdotes occulte peccantes. Alii quo ad alios & non quo ad ſe, vt clerici peregrini ignoti.

Probabile eſt quod cũ probatur ſimonia in modũ denunciationis tantũ, nõ debeat ſequi depoſitio vel infamia.

Item cum in denunciatione non agatur niſi ad pœnitentiam, non credo quod probata ſimonia in modum denunciationis debeat ſequi depoſitio vel infamia, ſicut ſequitur cum probatur per accuſationem, vel per inquiſitionem. *Ex ſumma. de ea.* Item ſecundum quoſdam punitur pœna depoſitionis & infamiæ ſimoniacus etiam in beneficio, ſicut ſupra dictum eſt de ſimoniaco in ordine. Io. tamen intelligit illud de depoſitione, non ab ordine, ſed à beneficio, crimine probato in modum denunciationis, vel inquiſitionis: quia ſi in modum accuſationis, deponeretur ab ordine & beneficio, ſicut pro alijs criminibus regulariter.

Cauſa 1. q. 1. ex concil. Calcedonen. Si quis per pecuniam ordinationem fecerit, & ſub pretio ſpirituſſancti gratiam redegerit, ac promouerit etiam diſpenſatorem vel defenſorem, aut quemlibet qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſui turpiſſimi lucri commodo, is qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit; & qui ordinatus eſt nihil ex ordinatione hac vel promotione quæ eſt per negotiationem facta proficiat, ſed ſi alienus à dignitate vel ſolicitudine quam pecunijs acquiſiuit. Si quis vero mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, ſi quidem clericus fuerit, à proprio gradu decidat: Si vero laicus, anathematizetur. *Ibidem Nicolaus Papa iunior.* Erga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſeruanda habendam eſſe decreuimus, ſed iuxta canonum ſanctionem eos omnino damnamus, ac deponendos apoſtolica auctoritate ſancimus.

Ordinatus ſimoniacè eſt ipſo facto ſuſpenſus.

De Renunciatione beneficii ſimoniace accepti.

Cap. XXXV.

EX *ſumma de ea.* Qui recepit beneficium ſimoniacè, tenetur renunciare beneficio, & reſtituere omnes fructus perceptos, & qui percipi potuiſſent. Generaliter enim poſſidens ſine titulo, tenetur ad omnia damna, & lucra percepta & percipienda. Idem eſt ſi habeat talem titulum, qui pro non titulo eſt habendus, vtputa quem turpiter & contra legum interdicta mercatus eſt. *Ex ſumma fratris V.* Titulus appellatur hic iuſtum initium, vel cauſa poſſidendi, vel emptio, donatio, venditio, & ſimilia. Contra legum interdicta dicit, vt ſi quis dolo vel metu inducat aliquem ad vendendum, vel dandum ſibi aliquid, huiuſmodi enim donatio vel venditio habetur pro non titulo. Aut ſi quis vendat ſeruum ſine gleba, aut glebam ſine ſeruo, quod inhibet lex.

Recipiens beneficium ſimoniacè, tenetur renunciare & omnes fructus reſtituere.

Ex ſum. de ea. Et intelligo fructus qui ſuperſunt deductis expenſis quę fiunt quærendorum, congregandorum & obſeruandorum fructuum gratia, qui & deducuntur, tam à bonæ fidei, quam à malæfidei poſſeſſore. Item intelligo hoc de fructibus quos non expendit in ſeruitium vel in vtilitatem eccleſiæ, ſed in alios vſus Nam qui deprædandi cauſa acceſſit ad negotia mea gerenda, habet contra me actionem, non in id quod ſibi abeſt, quia improbè ad negotia mea acceſſit, ſed in quo ego locupletior factus ſum. Item intelligo de illo, quo ſciente & conſciente facta fuit ſimonia, vel ſtatim vt ſciuit non renunciauit: aliter ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor, teneretur non de conſumptis, ſed de extantibus tãtum. Item hæc de pœna clericorum, laici autem debent excommunicari.

Limitatio præcedentiũ.

In ſumma vero nota, quod in beneficijs receptis, & in ordinibus, ſimonia mentalis per condignam pœnitentiam alias expiatur. vnde qui per hypocriſim, ſimulationem, ſiue ambitionem, dum prætenderent ſpeciem ſanctitatis, promoti ſunt, nulla tamen interpoſita conditione vel pacto, ad ordines beneficia vel honores, non tenentur ſi veram egerint pœnitentiam, reſignare. Item duo caſus ſunt, in quibus muneribus datis ordinati vel promoti, de iure communi non ſunt ſimoniaci, nec tenentur rennnciare. Vnus, ſi inimicus meus daret fraudulẽter pecuniam pro electione mea, vt poſtea caſſaretur electio, & ego remanerẽ infamis. Alius ſi me inuito, & expreſſe cõtradicente aliquis latenter dedit vel promiſit pecuniam epiſcopo nolenti confirmare electionem, vel collateralibus ſuis. hoc intelligas verum eſſe, niſi poſtea forte conſenſerim, pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutam.

Propter ſimoniam mentalem nemo tenetur renũciare.

Promotus ſimoniacè ex parte inimici, vel ipſo expreſſe contradicente, non tenetur renunciare.

De

De pecunia ſimoniacè accepta.

CAP. XXXVI.

Res ſimoniacè acceptas debet reſtitui eccleſia in cuius iniuriã data fuit, nõ autem ei qui dedit, niſi tranſeat ad religionem, quo caſu tranſit cum ipſo.

PEcunia vel poſſeſſio ſimoniacè accepta, debet reſtitui illi eccleſiæ in cuius iniuriam data fuit; à quocunque etiam accepta fuit. De hoc autem arguitur cõtra, *extra c. veniens.* vbi reſtituitur ei qui dedit. Dicunt quidam id diſpenſatiuè factum fuiſſe. Alij diſtinguunt (quibus aſſentio) quod ſi remanet in ſeculo ille qui dederat pecuniam, non eſt ei reſtitutio facienda, ſed eccleſiæ vt ſupra. Si vero tranſeat ad religionem, vel de illo monaſterio ad aliud, debet reſtitui pecunia ſimpliciter, & poſſeſſiones (ſaltem quoad vſumfructum) illi monaſterio quod ingreditur, vt ſicut habet onus habeat & emolumentum.

Ex ſumma fratris V. Rodon. Pone quod datur abbati & toti collegio pecunia pro aliquo monachando vel canonizando; cui reſtituetur pecunia ſic ſuſcepta? *Reſpondeo*: Vbi abbas & totum collegium eſt in culpa, nõ deber pecunia remanere penes iſtud monaſteriũ (quia illa pecunia ſe fecit indignum) ſed danda eſt pauperibus per diſpenſationem ſuperioris. Si verò ſolus Abbas, vel aliquis de collegio, non debet tunc delictum perſonæ redundare in damnum eccleſiæ: vnde pecunia illa ſiue poſſeſſio remanere debet penes illud monaſterium, præſertim cum in eius iniuriam data ſit; ita tamen quod illi qui fuerunt in culpa, quantum poſſet fieri alieni eſſent à commodo illius pecuniæ. *Vbi* autem aliquis ſecularis dat pecuniam epiſcopo pro habendo beneficio, illa debet refundi in vtilitatem præbendæ vel eccleſię quam ſic emit; ipſo amoto ab illo beneficio, niſi fortè dediſſet illam pecuniam alicui collegio ſeculari pro habenda ibi prębenda: In quo caſu debent fieri de illa pecunia quod ſupradictum eſt de pecunia data Abbati, & monachis. *Vbi* verò dedit pro habendo ordine, ſi non habebat beneficium eccleſiaſticum pecunia debet cedere illi cathedrali eccleſiæ in cuius ignominiam data eſt. Si autem habebat beneficium, ad cuius titulum ordinari gratis debuit; aut ſi dedit pecuniam pro beneficio obtinendo ab epiſcopo, vel alio prælato eccleſiaſtico, cum vtrique eccleſię ſit facta iniuria, ſcilicet eccleſiæ illius prælati, & eccleſiæ vel præbendæ comparatę, pecunia debet cedere, partim in vſus iſtius eccleſiæ, partim in vſus illius.

Pecunia data Abbati & collegio pro ingreſſu; vel etiã collegio ſeculari, danda eſt pauperibus.

Quæ data eſt in iniuriã duarum eccleſiarũ diuidenda eſt.

De perfidia Iudaica.

CAP. XXXVII.

Iudæi vnde dicti.

EX *ſumma de caſibus.* Egimus de his qui Spiritumſanctum per ſimoniam blaſphemant: Nunc de his agamus, qui malè colendo, Deum inhonorant, vt ſunt Iudęi, & Sarraceni, & hæretici. Iudæi dicuntur, qui legem Moſaicam ad literam tenent, ſe circuncidendo, & alia legalia faciendo; dicti Iudæi à nomine dignioris tribus, ſcilicet à tribu Iudæ patriarchæ, quæ inter tribus alias bellicoſior, primum aciem in bellis, & regis priuilegium obtinebat, ſcilicet vt de ea ſola tribu crearetur Rex, ſicut ex tribu Leui Sacerdotes. Prius autem dicebãtur Hebræi ab Heber, cuius familia cultum tenuit vnius Dei, cæteris idolatria fœdatis. Statuit eccleſia illos Iudæos publicis cædibus deputandos, qui de infidelibus baptizatos ſubuertere attentauerunt. Et ſimiles pœnas, interdum & pecuniarias, prout qualitas delicti expoſcit. Sæpe ſtatuit eccleſia contra tales: illa tamen moderatione adhibita in flagellis, quod ſtatutum eiùs in vindictam ſanguinis tranſire minimè videatur: talis enim pœna indiſtinctè relinquenda eſt brachio ſeculari.

Pœna eis ab eccleſia inflicta pro ſubuerſione baptizatorum.

Extra. 5. de Iudęis & Sarrac. Innocentius 3. Etſi Iudęos quos propria culpa ſubmiſit ſeruituti, pietas Chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationẽ illorum: ingrati tamen eſſe non debent nobis, vt reddant Chriſtianis pro gratia cõtumeliam, & de familiaritate contemptũ. Accepimus quod Iudæi faciunt Chriſtianos puerorum ſuorum nutrices, & quod non tantum dicere, ſed etiam nefandum eſt cogitare, cum in die Reſurrectionis Dominicæ illas recipere corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti contigerit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam. Alia inſuper quæ fidei noſtrę confuſionem inducunt. *Et infra.* Prohibemus igitur diſtrictè, ne de cætero nutrices vel ſeruientes habeant Chriſtianos, ne filij liberæ, filiis famulentur ancillæ; ſed tanquam ſerui à Domino reprobati in cuius mortem nequiter coniurarunt, ſe ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos illorum, quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit. *Et infra.* Si verò nutrices & ſeruientes non dimiſerint Chriſtianos, ſub excommunicationis pœna inhibeatis diſtrictè omnibus Chriſtianis, ne cum eis cõmercium aliquod audeant exercere.

Iudæi prohibentur habere nutrices aut ſeruientes Chriſtianos.

Idem in concilio generali. In nonnullis prouincijs, à Chriſtianis, Iudæos ſeu Sarracenos habitus diſtinguit diuerſitas. Sed in quibuſdam inoleuit confuſio, vt nulla differentia diſcernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem, Chriſtiani, Iudæorum ſeu Sarracenorum, & Iudæi ſeu Sarraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur. Ne igitur damnatæ commixtionis exceſſus, per velamen erroris huiuſmodi vlterius excuſationis habere poſſit diffugium, ſtatuimus vt tales vtriuſque ſexus, in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore & qualitate, habitus publicè ab alijs populis diſtinguantur. *In diebus* autem lamentationis dominicæ paſſionis, publicè minimè prodeant; eo quod nonnulli ex ipſis, talibus diebus ſicut accepimus, etiam ornatius non erubeſcunt incedere; ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ paſſionis memoriam exhibentes, lamentationis ſigna prætendunt, illudere non formidant. Et quoniam illius diſſimulare non debemus opprobrium qui probra noſtra deleuit, præcipimus pręſumptores huiuſmodi per principes ſeculares animaduerſionis condignæ adiectione compeſci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blaſphemare pręſumant.

Iudæi & Sarraceni in Chriſtianorũ prouincijs debent geſtare habitum peculiarem, & triduo paſſionis domi ſe continere.

Qualiter inter Chriſtianos Iudæi tolerandi ſunt.

CAP. XXXVIII.

Iudæi nõ ſunt permittendi nouas ſynagogas erigere aut antiquas ampliare.

A *Lexan. 3.* Generaliter interdicas, vt Iudæi oſtia vel feneſtras in die Paraſceues apertas non habeant, ſed clauſa teneant tota die. Iudæos de nouo conſtruere ſynagogas, vbi non habuerunt, pati non debes. Verum ſi antiquæ corruerunt, vel ruinam minantur, vt eas reædificent poteſt ęquanimiter tolerari; non autem vt eas exaltent, aut ampliores aut pretioſiores fiant, quàm antea fuiſſe noſcuntur: quia vtique pro magno debent habere, quod in veteribus ſynagogis, & in ſuis obſeruantiis tolerantur

Iudæi nõ ſunt cogendi ad Baptiſmum, nec in ſuis ritibus aut ritibus moleſtãdi.

Clemens 3. Nullus Iudęos inuitos ad Baptiſmũ venire cõpellat, quippe Chriſti fidem habere non creditur, qui ad Baptiſmum nõ ſponteneus cogitur peruenire. Nullus etiam Chriſtianus, eorũ quemlibet ſine iudicio terrenæ poteſtatis, vel occidere vel vulnerare, vel ſuas pecunias eis auferre præſumat; aut bonas quas hactenus habuerunt conſuetudines immutare: præſertim in feſtiuitatum ſuarum celebratione, quiſquam fuſtibus aut lapidibus eos nullatenus perturbet, nec aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat, niſi quæ ipſi tempore prętcrito facere conſueuerunt. Nemo cœmeterium eorum mutilare aut inuadere audeat, ſiue obtentu pecuniæ corpora humana effodere Porro ſi quis huiuſmodi decreti tenore cognito (quod abſit) contrariè pręſumpſerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ſententia plectatur. *Innocent. 3.* Iudæum, qui manus iniecit in clericum, ſi tuæ iuriſdictionis eſt, pœna pecuniaria punias, vel alias ſecundum quod conuenit temporali, faciens læſo ſatisfactionem congruam exhiberi. *Idem in concilio generali.* Cum ſit nimis abſurdum vt blaſphemus Chriſti in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat, quod ſuper

Iudai nõ possunt publicis officijs inter Christianos deputari.

hoc Toletanum Concilium ſtatuit innouamus, prohibentes ne Iudæi publicis officijs præferantur; quoniam ſub hoc prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti.

Ex ſumma de caſibus. Item Chriſtiani non in ſuis infirmitatibus debent vocare Iudęos, nec ab eis accipere medicinas, nec ſe in eiſdem balneis cum eis balneare. *Item* cogendi ſunt ſoluere decimas prædiales. Item Iudæi baptiſmum poſtulantes, debent 40. diebus in pœnitentia & abſtinentia probari. *Item* cogendi ſunt Chriſtianos teſtes recipere circa ſe.

Nota.

De Sarracenis.

CAP. XXXIX.

Sarraceni vnde dicti.

SArraceni dicuntur, qui nec nouum nec vetus recipiunt teſtamentum; qui non ſe ab Agar ancilla Abrahæ, de qua eorum fuit origo, Agarenos vocari volunt, ſed potius à Sara eius vxore & libera, ſe Sarracenos appellauerunt. Sunt tamen inter Sarracenos quidam qui receperunt 5. libros Moyſi, ſed Prophetas reſpuerunt, hi dicuntur Samaritani. Cum Sarracenis nobis comedere non licet, niſi in caſu, vt infra dicetur: his & arma cæteraque ſubſidia quibus impugnare nos valeãt mittere prohibemur. *Extra. 5. de Iudæis, & Sar. Clem. 3.* Tuis, frater epiſcope, petitionibus annuentes, tibi tuiſque ſocijs, cum ad prædicandam Chriſti fidem Paganis exhibeatis, apoſtolica auctoritate concedimus, vt vobis his cibis cum modeſtia & gratiarum actione, obſeruata temporum qualitate iuxta canonicas ſanctiones, vti liceat, qui vobis ab ipſis infidelibus apponuntur. Inſuper indulgemus, vt quicunque religioſi, ſiue clerici idonei ad annunciandam gentibus veritatem euangelicam, requiſita & habita prælatorum ſuorum licentia, tibi voluerint adhærere, id abſque contradictione qualibet, liberam exequendi habeant, auctoritate Apoſtolica, facultatem.

Licet prædicantibus inter Sarracenos vti cibis qui illis apponuntur, ſeruata temporum qualitate.

Idem. Illos qui iurauerunt ſe amplius in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, niſi pax eſſet inter Chriſtianos & ipſos, & poſt treugam venerunt illuc; conditio illa de pace & treuga habenda, ab excommunicationis vinculo non abſoluit. *Idem.* Omnes excommunicationi ſupponimus, qui amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint; vel per ſe vel per alios, nauibus, ſeu quocunque alio ingenio, eis aliqua rerum ſubſidia, vel conſilia, quamdiu inter nos & illos guerra durauerit, duxerint impendenda.

Excõmunicantur omnes qui cum Sarracenis habent mercimoniũ, quique eis conſilium vel auxilium præſtant in diſpendium terræ ſanctæ; fiuntque ſeruui capientiũ, &c.

Innoc. 3. in concigener. Anathematizamus falſos & impios Chriſtianos, qui cõtra Chriſtũ & populum Chriſtianum, Sarracenis arma ferrea, & ligamina deferunt galearum; eos etiam qui galeas eis vendunt, & naues; quique in Piraticis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel machinis, vel quibuſlibet aliis, aliquod eis impendunt conſilium vel auxilium, in diſpendium terræ ſanctæ: Ipſoſque priuatione rerum ſuarum mulctari, & capientium ſeruos fore cenſemus: Prȩcipientes, vt per omnes vrbes maritimas, diebus Dominicis & feſtiuis huiuſmodi ſententia publicè innouetur; & talibus gremium non aperiatur eccleſię, niſi totum quod ex commercio tam damnato perceperint, tantundem de ſuo in ſubſidium terrę ſanctæ tranſmiſerint; vt æquo iudicio, in quo deliquerunt puniantur. Quod ſi fortè in ſoluendo non ſuffecerint, ſic alias reatus talium caſtigetur, quod in pœna ipſorum, alijs interdicatur audacia ſimilia perpetrandi.

De cohabitatione vel communione fidelium cum infidelibus.

CAP. XL.

Excommunicãtur mãcipia Chriſtiana ſi tiũ Iudais aut

IDem *Alexander 3. in concil. Lateranenſi.* Iudæi, ſiue Sarraceni, neque ſub obtentu alendorum puerorum ſuorum, neque pro ſeruitio, vel alia qualibet cauſa Chriſtiana mancipia in domibus permittantur habere.

A Excommunicentur autem qui cum eis præſumpſerint habitare. Sed ſi qui præterea Deo inſpirante ad fidem ſe conuerterint Chriſtianam, à poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur.

Sarracenis præſũpſerint habitare.

Innocentius 3. in concilio generali. In nonnullis prouincijs, à Chriſtianis, Iudæos ſeu Sarracenos habitus diſtinguit diuerſitas. Sed in quibuſdam inoleuit confuſio, vt nulla differentia diſcernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem, Chriſtiani, Iudæorum ſeu Sarracenorum, & Iudæi & Sarraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur. Ne igitur damnatæ commixtionis exceſſus, per velamen erroris huiuſmodi vlterius excuſationis habere poſſit diffugium, ſtatuimus vt tales vtriuſque ſexus, in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore & qualitate, habitus publicè ab alijs populis diſtinguantur.

Idem habetur ſupra capite 37.

Ex ſumma de caſibus. Non debent Chriſtiani comedere cum Iudæis, neque habitare, neque recipere eos B ad conuiuia ſua, quia per abuſionem ſcripturarum, & contemptum ciborum noſtrorum, magis fidem noſtrã impugnant. Similiter nec cum Sarraceno, quia Sarraceni hodie iudaizant. Vnde eadem cauſa prohibitionis, & idem periculum vtrobique. Excipitur tamen caſus, in quo licitè poſſumus vti cibis qui nobis à Paganis apponuntur; hoc tamen cum modeſtia & gratiarum actione, ſeruata temporum qualitate; videlicet ſi contigerit nos, vel aliquos ex noſtris in terram eorum intrare ad prædicandum eiſdem fidem Chriſti: & in hoc niſi eſſet eis dictum quod illud eſſet idolis immolatum; tunc enim (ſicut ait Aug.) ſatius eſt mori fame, quàm C veſci idolothyto: Quod intelligũt quidam, ſi veſceretur ad venerationem idoli: Aliter in ſumma neceſſitate famis, poſſet quis etiam idolothyto veſci. *Item* nullus Iudęo, vel pagano poteſt aliquid relinquere in teſtamento: & ſi fecerit, etiam poſt mortem iudicabitur anathema.

Nõ licet habitare aut comedere cũ Iudais aut Sarracenis iudaizãtibus niſi in caſu poſito c. prec.

Poteſt quis in ſumma neceſsitate idolothyto ſcienter veſciſi non faciat in veneratiõẽ idoli.

Ex ſumma fratris V. Iura quæ ad hoc introducuntur, loquuntur de ſolis clericis; ſed magiſter videtur extendere ad omnes. Credo tamen, quod ſiue ſit clericus, ſiue laicus; ſi daret, vel legaret aliud talibus, & maxime conſanguineis, non ad ditandum, ſed ad ſuccurrendum extremę vel multum arctæ neceſſitati, non eſſet puniendus.

Nõ licet ſub pœna excommunicationis legare aliquid infidelicitra arctam neceſſitatem.

Ex ſumma de caſibus. Item quod licet Chriſtianus non debeat ſeruire vel cohabitare Iudæo in eadem domo, D tamen non prohibetur excolere prædia Iudæorum. *Item* pone quod Iudæi occupant aliquam parochiam, emendo prædia & domos, quæ à parochianis ſolebant inhabitari; nunquid poterit eccleſia petere à Iudæis quicquid ſoluere conſueuerant Chriſtiani? *Reſpondeo*, ſecundum omnes poteſt petere decimas prędiales omnes: Et quicquid occaſione prædiorum ſolebant percipere, etiam oblationes & decimas perſonales, *extra. de deci. de terris, & extra. de vſuris. quanto.* Quod tamen plerique doctores nolunt concedere quantum ad oblationes & decimas perſonales, propter honeſtatem eccleſię conſeruandam.

Infidelis tenetur ſoluere decimas prædiales & forte etiam perſonales, etſi omnia eius bona ſint in ſpecie illicitè acquiſita.

Ex ſumma fratris V. Poteſt tamen diſtingui, vtrum huiuſmodi Iudæi aliquid habeant de laboribus & induſtrijs ſuis; & tunc huiuſmodi perſonalia poſſunt ab eis recipi: aut nihil habeant niſi de vſura; & tunc non E fit honeſtum talia ab eis recipi; licet etiam in hoc caſu non peccarent qui hoc acciperent, vſque ad quantitatem damni quod patitur eccleſia; per hoc quia occupant loca quæ ſolent à fidelibus inhabitari. Sicut non peccaret aliquis damnificatus à fure vel raptore per incendium, vel ſimili modo; ſi recuperaret ab eo damnum ſuum; licet fur aut raptor nihil haberet, quod non eſſet ex furto vel rapina acquiſitum; dum tamen non reciperet pro damno illo, res furtiuas vel raptas in ſpecie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Attractione eorum ad fidem.

CAP. XLI.

Infidelis coactus ad fidē si postea recedat, compellendus est redire, licet prima coactio fuit illicita.

EX *summa de casibus.* Debent autem, sicut ait Greg. tam Iudæi, quam Sarraceni, auctoritatibus, rationibus, & blandimentis potius quam asperitatibus, ad fidem Christianam de nouo suscipiendam prouocari, non autem compelli; quia coacta seruitia non placent. Si tamen coacti conditionaliter, puta per minas, vel rerum suarum ablationem, vel verbera, vel aliam similem coactionem, susceperunt aliqui sacramentum baptismi, & postea recesserunt à nostra fide; compellendi sunt redire, ne nomen domini blasphemetur, & fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. *Item* potest quis tales attrahere ad fidem promissionibus, & muneribus, & etiam per grauiorem exactionem & pensionem faciendam in principio locationis.

Iudæi cū sint serui sua non propriè possident, sed vt peculium, & ideo possunt eis priuari ad libitum dominorum.

Ex summa fratris V. Possessiones Iudæi (cum sint serui) non possident vti proprias, sed vt peculium; & ideo possunt eis priuari per dominos suos ad libitum, nisi cum conuertuntur ad fidem; quia tunc non debent, & hoc in fauorem fidei: nisi eas habeant per vsuram, in quo casu debent eas restituere, aut pretium earum (si de vsura fuerint comparatæ) illis à quibus eas habuerunt, si sciantur; vel eorum hæredibus: Alioquin poterunt sic conuersis tanquam pauperibus per episcopum assignari.

Nota.

PORRO nec ad fidem, nec ad religionem credo aliquem trahendum esse per munera danda propter fidem recipiendam, vel ingressum religionis ex pacto. Sed si quis infidelis vellet baptizari, nisi timeret paupertatem inter Christianos; vel si quis desideraret intrare religionem, si esset solutus à debitis, aut si studuisset per aliquot annos, vt capacior esset ad intelligenda quæ legerentur in religione; & ab aliquo sciente eius propositum, reciperet pecuniam, vel redditus, vt liberaretur à debitis, aut vt reciperet expensas in scholis, licitum esset, dum tamen non pro pretio rei spiritualis, sed vt adminiculum tollendi impedimenti, daretur illud vel reciperetur.

De Paruulis eorundem.

CAP. XLII.

Si Iudæi verè sunt serui possunt domini paruulos eorum ipsis inuitis baptizare.

SEd nunquid possunt auferri eis filij eorum ad baptizandum? Respondeo: Adulti non debent, nisi consenserint sponte baptizari; nec etiam paruuli per illos qui non sunt domini eorum. sed si veri nominis serui sunt Iudæi, sicut & sunt, iuxta illud: *Maledictus seruus Chanaan, seruus sit fratrum suorum:* credo quod principes quorum sunt serui Iudæi, sicut possunt eis auferre filios paruos, tanquam mancipia sua, & alijs dare vel vendere in seruitutem, etiam inuitis parentibus, ita possent eos offerre ad baptismum, & in hoc mererentur: dum tamen hoc non facerent propter compellendos hoc modo parentes ad fidem, sed propter saluandos pueros per fidei sacramentum: ad cuius susceptionem sufficit, quòd non inueniat obicem contrarię voluntatis.

Ratio cur nō liceat citra mortis articulum filios infidelium clanculò baptizare.

Sed nunquid huiusmodi nutrices cum balneant paruulos Iudęorum possunt illos clanculo baptizare? Respondeo: Credo sine præiudicio, quod si in articulo mortis paruulorum hoc fieret, non peccarent qui hoc facerent, aliàs non licet, & hoc ne aperiatur via ad iniuriam sacramenti per reiterationem, si forte contingat huiusmodi baptizatos conuerti ad fidem in adulta ætate. *Item* ne huiusmodi filij spirituales per baptismum regenerati, relinquantur expositi faucibus luporum temporalium, id est, Iudæorum deuorandi. Patrini enim talium debent laborare, quod in fide & moribus instruantur. *Item* ne fiat contra iura, quæ dicunt quod baptizati non debent infidelibus conuersari aut conuesci, nisi foret in casibus exceptis.

De Seruis eorum.

CAP. XLIII.

Seruus Iudæi cupiens esse Christianus potest à quoquam emi pro 12. solidis eritque liber si se redimat eodem pretio vel seruiat 5. annis.

EXtra. 5. *de Iudæis & Sarracenis. Ex concil. Maguntino.* Nullum Christianum mancipium Iudæo seruiat, sed datis 12. sol. pro quolibet bono mancipio, ipsum quicunque Christianorum, seu ad genuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi: quia nefas est quem Christus redemit, blesphemum Christi seruitutis vinculis detinere. *Greg.* 9. Nulli Iudæo baptizatum, vel baptizari volentem, emere liceat, vel in suo seruitio retinere. quod si quem nondum ad fidem conuersum causa mercimonij emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo 12. sol. ab illorum seruitio protinus subtrahatur. Si autem infra tres menses ipsum venalem non exposuit, vel ad sibi seruiendum emit eundem, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato pretio producatur ad præmium libertatis.

Explicatur exactius præcedens decretum.

Ex summa de casibus. Nota ergo quod seruus Iudæi aut est vernaculus, i. de propria ancilla natus: Aut emptitius. Sed vernaculus, si sit vel fieri velit Christianus, eripitur statim in libertatem nullo pretio dato. Si vero emptitius, aut erat iam Christianus quando fuit emptus, aut Paganus. Si christianus, indistinctè liber efficitur nullo pretio dato, quia Christiani commercium est Iudæo penitus interdictum. Similiter etiam serui hæreticorum impunè possunt, & dominos relinquere, & ad ecclesiam confugere. Si autem sit emptus dum erat Paganus, aut causa seruitij, aut mercimonij: primo casu si vult Christianus fieri, liber efficitur sine pretio. In secundo vero casu, si infra tres menses non exposuerit eum venalem, postea si fieri vult Christianus liberatur sine pretio; quia præsumitur quod ad seruiendum eum emerit. Si autem exposuerit eum venalem infra tres menses, & iste vult fieri Christianus infra illud spatium, vel etiam post, dum tamen non steterit per dominum quominus vendiderit eum infra illud tempus, liberatur reddito pretio 12. sol. ab aliquo Christiano. Et intellige nisi dominus eum nolentem, cum diceret se velle fieri Christianum, circumcideret, vel alterius sectæ signaculum imprimeret: tunc enim propter iniuriam proprij corporis sine pretio liberatur. *Idem* per omnia dicimus de seruis Sarracenorum.

Quæstio.

Sed nunquid erit iste seruus redimētis? non. sed restituet ei pretiū, & erit liber: vel si non habet pretiū quærat ostiatim, vel seruiat ei aliquanto tēpore ad arbitriū boni viri, vel 5. annis adinstar eius qui redēptus est ab hostibus: & hoc nisi causa pietatis à Christiano ematur; tunc enim non teneretur aliquid reddere, nec seruire: quia quod pietate datur, prohibet ius ne repetatur. quod semper præsumitur, nisi quis contrarium fuerit protestatus.

Quid hæreticus.

De Crimine Hęreseos.

CAP. XLIIII.

EX *summa de casibus.* Dicto de Iudæis & Paganis, qui per infidelitatem Deum inhonorant: Nunc agēdum est de Hæreticis, qui à fide deuiantes in Deum multipliciter peccant. Videamus ergo quot modis dicatur Hæreticus; qua pœna feriatur; qualiter ab hęresi rediens recipiatur. Quatuor modis dicitur hæreticus; dicitur enim hæreticus errans à fide, vnde sic diffinitur ab August. *Hęreticus est, qui falsam de fide opinionem, vel gignit, vel sequitur.* Gignit vt hæresiarcha, puta Arius, Sabellius. Sequitur vt qui hæresiarcham imitatur, velut Ariani, & Sabelliani. 24. *q.* 4. *Hæreticus. Item* vt ait Hiero. Hæreticus potest appellari, licet ab ecclesia non recesserit, qui aliter intelligit scripturam quam sensus spiritussancti flagitat, à quo scripta est.

Causa 24. *q.* 3. Qui vero hæretici proprie dicantur Augustinus ostendit dicens. *Hæreticus est, qui alicuius tempo-*

Hæresis oritur ex motiuo commodi temporalis, & ex contumacia.

temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque gratia, falsas ac nouas opiniones gignit, vel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus credit, imaginatione quadam veritatis illusus est. *Item Augustinus contra Manichæos.* Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumque quid sapiunt, si correcti vt sanum rectumque aliquid sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emẽdare nolunt, sed defensare persistunt; hæretici sunt.

Item Vrbanus Papa. Qui aliorum defendit errorem, multo amplius est damnabilior illis qui errant, quia non solum ille errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat. Vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed & hæresiarcha dicendus est. *Hieron. super epistolam, ad Galat.* Quicunque igitur aliter scripturam intelligit, quam spiritussancti sensus flagitat, à quo scripta est; licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

Auctor. Item dicitur hæreticus à sacramentis ecclesiæ vel communione. fidelium diuisus, vt est excommunicatus. *Item* peruersor sacramentorum, vt simoniacus, qui vendit vel emit ecclesiastica sacramenta. Hic vero procedemus secundum primã significationẽ.

Extra 5. de hæreti. Stephanus Papa. Dubius in fide, infidelis est, nec eis credendum est, qui fidem veritatis ignorant. *Ex summa fratris. V.* Dubius in fide dicitur, qui æqualiter se habet ad vtranque partem contradictionis; secus de illo qui per spiritum blasphemiæ tentatur de fide, cum dolore cordis & anxietate, cui si bene pugnauerit, cedit ad profectum huiusmodi tẽtatio, cum nulla sit ibi libido, i. improba voluntas delectandi in creatura, sine qua nullum est peccatum actuale.

Quis dicendus dubius in fide, & eatenus hæreticus.

Extra. vbi supra. Inno. 3. Vniuersos qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel baptismate, seu peccatorum confessione, aut de matrimonio, vel de reliquis ecclesiasticis sacramẽtis aliter sentire & docere non metuunt, quã sacrosancta Rom. ecclesia prædicat & obseruat; & generaliter quotiescũque eadem Romana ecclesia, vel singuli episcopi per diœce. suas cum consilio clericorum, vel clerici ipsi sede vacante, cum consilio si oportuerit vicinorum episcoporum, hæreticos iudicauerunt, vinculo anathematis perpetui innodamus.

Omnes hæretici sunt excõmunicati.

Inno. 3. in concil. gene. Excommunicamus itaque hæreticos vniuersos. Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas; quia de vanitate conueniunt in idipsum. *Grego. 9.* Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi in hæresi, redire voluerint ad agendam pœnitentiam condignam, in perpetuo carcere detrudantur.

Quicunque labitur in hæresim perditus ad fidelitatẽ subditorum, ipso facto absoluuntur subditi à debito fidelitatis.

Idem. Absolutos se nouerint à debito fidelitatis hominij, & totius obsequij, quicunque lapsis in hæresim, manifesto aliquo pacto, quacunque firmitate vallato, tenebantur astricti. *Extra. ibid. de schismat. ex conc. Latera.* Ordinationes ab hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus; adijcientes, vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per eos acceperunt, careant impetratis. Alienationes quoque quæ per eos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesias sine omni onere reuertantur.

De Conuenticulis & prædicationibus hæreticorum.

CAP. XLV.

Nõ licet laicis prædicationis officiũ arrogare.

INnoc. 3. Quidam laici merito arguendi sunt, qui occulta conuenticula celebrant, officiumque prædicationis sibi vsurpant, & sacerdotum simplicitatem eludunt, & eorum consortia aspernantur qui talibus non inhærent; Deus enim lux vera intantum odit opera tenebrarum, vt Apostolos missurus, eis præcepit aperte dicens: *Quod dico vobis in tenebris dicite in luce, & quod in aure auditis, prædicate super tecta, & infra.* Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia vero non eundem actum habent, ita sunt ordines in ecclesia, licet non omnes idem habeant officium. Cum igitur doctorum ordo sit quasi præcipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum, *quomodo prædicabunt nisi mittantur?* & veritas præcepit Apostolis; *rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.* Quod si forte quis argute respondeat, quòd tales inuisibiliter mittuntur à Deo, & si non visibiliter mittantur ab homine, cum inuisibilis missio multo sit dignior quam visibilis, & diuina longe melior quàm humana; potest rationabiliter respõderi, quod cum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nudè tantum asserere, quod sit ipse missus à Deo, cum hoc quilibet hæreticus asseueret. Sed oportet vt astruat illam inuisibilem missionem per opera miraculi, vt Moyses: vel scripturæ testimonium speciale, vt Iohannes: *Ego* inquit *vox clamantis in deserto, dirigite viam domino, sicut ait Esa.*

Nullus censendus à Deo mitti, nisi id miraculis vel scriptura comprobet. Nulli sub pœna excõmunicationis possunt publicè vel priuatim sine licentia, officium prædicationis vsurpare.

Item in concil. ge. Sanè omnes qui prohibiti vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel à catholico episcopo loci susceptam, publicè vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur; & nisi quantocius resipuerint, alia competenti pœna plectentur. *Gregorius. 9.* Interdicas laicis vniuersis cuiuscunque ordinis censentur, officium prędicandi.

De Pœna hæreticorum.

CAP. XLVI.

Pœna hæreticorum qua ip lex.

EX *sum. de ca.* Punitur hæreticus excõmunicatione, depositione, rerum ablatione, & militari persecutione. *Excõmunicatione*, quia hodie omnis hæreticus, siue occultus, siue manifestus, est ipso iure excõmunicatus maiori excõmunicatione. *Depositione*, quia indistinctè, siue sit clericus, siue laicus, Papa, vel imperator, vel quilibet inferior, debet deponi ab omni dignitate. *Rerũ ablatione*, quit bona eorum omnia debent confiscari ecclesiæ cui deseruiebant, si erant clerici: Idem si erant laici, ecclesię temporali iurisdictione subiecti: Aliorum vero laicorum bona principibus. *Militari persecutione*, quia si aliter non potest fieri, manu armata & militari, sunt ab eis bona omnia quæ iniuste occupata detinent, auferenda, nam omnia sunt iustorum.

Deprehensus in hæresi est tradendus brachio seculari nisi continuo resipiscat & abiurare consentiat.

Extra. 5. de hæreticis Lucius 3. Quicunque manifeste fuerit in hæresi deprehensus; etiamsi clericus, vel cuiuslibet religionis obumbratione fucatus, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus; nisi continuò post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publice consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere.

Ex summa fratris. V. Dicunt forte aliqui, quia deprehenditur error aliquando per facti euidentiã, aliquãdo per probationem testium, vel instrumentorum. Et quod hæc exceptio, *nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatẽ* &c. intelligitur de deprehensione erroris secundum duos primos modos. Aliqui etiam dixerunt, quod & secundum tertium modum. Sed quia consuetudo se habet aliter, quæ est optima legum interpres, credo sine præiudicio, quod loquitur hæc de deprehensione erroris in facto tantum, scilicet cum inuenitur prædicans errorem, aut docens, aut faciens reuerentiã secũdum ritum taliũ; qualiter dicitur furtum deprehensum, cũ deprehenditur fur in furando, vel cum re furtiua Porro licet taliter deprehenso reuerti ad catholicæ fidei vnitatem, dum tamen hoc faciat continuò, i. antequam diuertat ad actum contrarium. Vel sicut alij volunt (& obseruatur ab aliquibus de consuetudine) continuò, i. in prima sessione iudicij, seu prima die qua examinatur huiusmodi causa: ita tamen quòd hoc faciat spontè, idest non propter metum

Explicatur prædictũ decretum.

proba-

probationum & contractuum;& canonicè,ideſt quod paratus ſit hæreſim abiurare, & mandatum eccleſię.

De eodem.

CAP. XLVII.

Hæreticus relapſus ſine vlla audientia tradendus eſt brachio ſeculari.

Extra. vbi ſupra. Lucius 3. Illos quoque qui poſt abiurationem erroris,vel poſtquam ſe proprij antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe,ſeculari iudicio,ſine vlla penitus audientia,decreuimus relinquendos. *Ex ſumma fratris V.* Hoc intelligo quando poſt huiuſmodi abiurationem vel purgationem deprehenditur in hæreſi, ſiue per facti euidẽtiam,ſiue perconfeſſionem propriã, vel per teſtes; in quo caſu nõ parcitur ei,nec quoad vitam,nec quoad bona. Si autem abſque huiuſmodi deprehenſione occultè recidat, & occultè pœnitens reuertatur ad eccleſiã,parcetur ei quoad vtrumque.Immortalis quoad fidem,id eſt,fidei inſtructionem, ſi indigeat; & quoad ſacramentum id eſt, quoad abſolutionem de peccatis occultam, ex quo non eſt deprehenſus non eſt vitandus. *Item* hæreticum iuxta Apoſtolum poſt primam aut ſecundam correctionem deuita, quoad locutionem & cætera, in quibus excommunicatus eſt vitandus. Et loquitur Apoſtolus ſecundum ſtatum primitiuæ eccleſię, quando non erant hæretici ipſo facto excommunicati, ſed excommunicandi.Si enim eſſent excommunicati ſicut nunc, vitandi eſſent in talibus,etiam ante primam & ſecundam correctionem. Magiſter tamen intelligit quod vitandi ſunt quoad ſecreta fidei, quæ ante primam & ſecundam correctionem poſſint eis propalari ad conuerſionem eorum, ſed poſt non debent, cum iam deſperatur de conuerſione eorum.

Degradandi ſunt ab ordinibus clerici hæretici.& ita ſeculari poteſtati relinquẽdi,immo ſuſpecti niſi ſe debitè purgauerint ſunt excommunicandi.

Extra. vbi ſupra. Innocentius 3. *in concilio generali.* Damnati verò hæretici ſecularibus poteſtatibus rolinquantur, animadueſſione debita puniendi, clericis prius à ſuis ordinibus degradatis; ita quod bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint,confiſcentur; ſi vero clerici, applicentur eccleſijs à quibus ſtipendia receperunt. Qui verò inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis,qualitatemque perſonę, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur,& vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur; ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, extunc velut hæretici condemnentur.

De direptione bonorum eorum.

CAP. XLVIII.

Iuſtè & licitè auferũtur bona hæreticorũ,quique illa poſſidet non eſt ideo cenſendus aliena poſſidere.

Cauſa 23. *quæſt.* 7. Quæritur an hæretici, ſuis & eccleſiæ rebus ſint expoliandi, & an qui poſſident ablata hæreticis, dicantur poſſidere aliena? De his ita ſcribit *Auguſtinus ad Vincentium.* Quicunque vos ex occaſione huius legis imperialis, non dilectione corrigendi,ſed odio inimicandi perſequitur, diſplicet nobis: & quamuis res quæque terrena, non recte à quoque poſſideri poſſit, niſi vel iure diuino,quo cuncta iuſtorum ſunt, vel iure humano, quod in poteſtate eſt regum terrę; ideoque falſo res appellatis veſtras, quas nec iuſte poſſidetis, & ſecundum leges terrenorum principum, amittere iuſſi eſtis: fruſtraque dicitis: Nos in eis congregandis laboramus, cum ſcriptum legatis: *Labores impiorum iuſti edunt.* Sed tamen quiſquis ex occaſione legis huiuſmodi (quam reges terrę Chriſto ſeruientes, ad emendandam impietatem veſtram promulgauerunt) res proprias veſtras cupide appetit,diſcet nobis.

Idem contra Petilianum. Quid ergo indignum, ſi ea quæ tenebant hæretici, ſecundum parem voluntatem domini, catholici tenent? Ad omnes iniquos & impios illa vox domini valet: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam.* An fruſtra ſcriptum eſt? Labores impiorum pij edent.

Idem. Quod autem nobis obiiciunt,quòd res eorum concupiſcamus: vtinam catholici fiant, & non ſolum quæ dicuntur ſua, ſed etiam noſtra in pace & charitate nobiſcum poſſideant. Si autem conſideremus quod ſcriptum eſt in libro ſapientiæ. *Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum.* Item quod legitur in Prouerbijs: *Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorum*;tunc videbimus non eſſe quærendum qui habeant res hæreticorum,ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum. His ergo auctoritatibus liquidò monſtratur,quod ea quæ ab hæreticis malè poſſidentur,à Catholicis iuſtè auferuntur, nec ideo aliena poſſidere dicuntur.

De eodem.

CAP. XLIX.

Bona hæreticorum ſunt publicanda, nec amplius ijs concedẽda licet reſipiſcant,niſi ex miſericordia

Extra.5.de hæreticis. Inno. 3. Bona hæreticorum ſtatuimus publicari per principes ſeculares:quos ad exequendum;ſi forte negligentes fuerint,ec.cen.appel.re. compelli volumus. & man. vt nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium miſereri aliquis voluerit. Cum enim ſecundum legitimas ſanctiones,reis læſæ maieſtatis punitis capite,bona confiſcentur eorum, filiis ſuis vita ſolummodo ex miſericordia conſeruata;quantomagis qui oberrantes in fide Deum offendunt, à capite noſtro quod eſt Chriſtus, eccleſiaſtica debent diſtrictione præſcindi, & bonis temporalibus ſpoliari, cum longe ſit grauius æternam quam temporalem lædere maieſtatem. nec huiuſmodi ſeuetitatis cenſuram, orthodoxorum exhæredatio filiorum, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextu, debet vllatenus impedire; cum in multis caſibus, etiam ſecundum diuinum iudicium, filij pro patribus temporaliter puniantur; & ſecundum canonicas ſanctiones quandoque feratur vltio,non ſolum in auctores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum.

Priuati non debent propria auctoritate hæreticos ſpoliare.

Ex ſumma de caſi. Sed nunquid viri catholici auctoritate propria poſſunt eos expoliare? Videtur quod ſic: Eccleſia enim videtur eis dare generalem auctoritatem vt exterminent eos. Concedit etiam talibus idem priuilegium,quod accedentibus in terrę ſanctę ſubſidium eſt conceſſum. *Veruntamen* ſatis videtur tutum, quod ſemper fiat ex ſpeciali edicto,vel principis,vel eccleſię; ne aliter ex cupiditate vel vltione potius, quam ex iuſtitia vel obedientia pugnare videantur. 23.*q.*1. *quid culpatur.& q.*2.*c.* 1.*&* 2.*& q.*3.*ſex differentiæ.*

Item quid ſi poſtea conuertantur ad fidem, nunquid reſtituentur ſibi res ablatæ? Reſpondeo Non tenetur aliquis, niſi ſibi gratis voluerit miſereri.

In tribus criminibus filij excluduntur ab hæreditate paterna.

Denique Inno. Papa conſtituit etiam filios orthodoxos, à paternis bonis pœnitus excludendos.Vnde nota, quòd in tribus criminibus filij excluduntur ab hæreditate paterna, *ſcilicet* in crimine hæreſis, *extra eo.vergentis. in fine.* quod videtur intelligendum, cum pater publicè prædicat contra fidem catholicam,vel publicè profitetur, vel defendit errorem, vel coram prælato ſuo conuictus eſt,vel confeſſus,aut ſententialiter condemnatus de hæreſi. *Item* in crimine læſę maieſtatis, & ſecundum quoſdam ſimoniæ quia ei parificatur. *Item* interfector clerici, qui priuatur omni beneficio eccleſiaſtico; aliter autem bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes.

Ex ſumma fratris V. Sed nunquid filius interfectoris priuabitur feudo eccleſiaſtico, ſi illud erat de materna hæreditate, datum patri in dotem? Reſpondeo. Poteſt dici in odium pœnarum quòd non, niſi pater ex pacto lucrifecerit dotem, aut alio iniuſto modo.

De diuerſis generibus hæreticorum.

CAP. L.

Simoniani — AVg. *in libro de diuerſis hæreſibus.* Poſt aſcenſionem Domini exorti ſũt hæretici, primò *Simoniani* à Simone mago, qui à Philippo diacono baptizatus, voluit ab Apoſtolis emere gratiam, vt per impoſitionem manus eius daretur ſpiritusſanctus. *Baſilidiani* — *Baſilidiani* à Baſilide, 365. cœlos eſſe dicebant, quo numero dierum annus concluditur. *Nicolaitæ* — *Nicolaitæ* à Nicolao, vno de ſeptem diaconis quos ordinauerunt Apoſtoli: hic cum zelo pulcherrimæ coniugis culparetur, velut purgandi ſe cauſa permiſiſſe fertur, vt ea qui vellet vteretur; quod eius factũ in ſectam turpiſſimam verſum eſt, qua placet indifferens vſus fœminarum.

Nazarei. — *Nazarei* filium Dei confitentur eſſe Chriſtum, ſed carnaliter opera legis obſeruant. *Valentiniani* — *Valentiniani* à Valentino, qui multa de rerum natura fabuloſa contexit, 30. ſecula aſſerens extitiſſe. *Appellitæ* — *Appellitæ* ab Appelle, qui duos quidem Deos introduxit, ſcilicet vnum bonum & alterum malum. Vnum tamen eſſe principium, ſcilicet Deum bonum, & ab illo alterum factum; qui cum malignus fuiſſet inuentus, in ſua malignitate mundum fecit; de corpore quoque Chriſti dicitur falſa ſenſiſſe.

Cataphriges ſeu Montaniſtæ. — *Cataphriges*, quorum auctor fuit Montanus, aduentum ſpiritusſancti promiſſum, in ſe potius quam in Apoſtolis aſſerunt fuiſſe redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent. De infantis anniculi ſanguine, quem de toto eius corpore minutis quibuſdam punctionibus & vulneribus extorquent, quaſi Euchariſtiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes eum farinę, panemque inde facientes. Qui puer ſi mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre; ſi autem vixerit, pro ſummo ſacerdote. Hic Montanus habuit prophetiſſas, Priſcam & Maximillam.

Adamiani. — *Adamiani* dicuntur ab Adam, cuius in paradiſo nuditatem imitantur quæ fuit ante peccatum: vnde & nuptias auerſantur, quia credunt quod nuptię non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaque mares & fœminæ conueniunt, nudi lectiones audiũt & orant, & nudi ſacramenta celebrant, & ex hoc paradiſum ſuam eccleſiam arbitrantur. *Angelici.* — *Angelici* dicti ſunt, quaſi quidam in angelorum cultum inclinati. *Apoſtolici.* — *Apoſtolici*, qui nomine iſto ſe arrogantiſſimè vocauerunt, eo quod in communionem ſuam non reciperẽt vtentes cõiugibus, & res proprias poſſidentes. Tales quidẽ habet Catholica eccleſia, & monachos & clericos plurimos. Sed iſti ideo hęretici ſunt, quia ſe ab eccleſia ſeparantes, nullam ſpem illos habere putant qui vtuntur his rebus quibus ipſi carent.

Sabelliani. — *Sabelliani* patrem paſſum fuiſſe dicunt; vnde & Patriſpaſſiani dicti ſunt. *Origeniani.* — *Origeniani* ab Origene Adamantio, cuius dogmata quidem eccleſia nun recipit. *Manichæi.* — *Manichæi* à quodam Perſa, qui vocabatur Manes. Sed cum eius inſana doctrina cœpiſſet in Græcia prædicari, diſcipuli ſui eum Manichæum appellari maluerunt, deuitantes nomen inſaniæ. Iſte duo principia inter ſe diuerſa, & aduerſa, & coæterna fuiſſe poſuit: duaſque naturas & ſubſtantias, boni ſcilicet & mali, eorumque inter ſe commixtionem & pugnam.

De eodem.

CAP. LI.

Ariani. — ARiani ab Ario. Hi Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum nolunt eſſe vnius & eiuſdem eſſentiæ, ſed Filium eſſe creaturam, quem etiam ſolam carnem ſine anima ſuſcepiſſe arbitrantur. Spiritum verò ſanctum creaturam creaturæ, id eſt ab ipſo Filio creatum eſſe volunt. *Appollinariſtæ.* — *Appollinariſtæ* ab Appollinari. Hi, ſicut & Ariani, dixerunt Deum Chriſtum carnem ſine anima ſuſcepiſſe. Illam quoque carnem & verbum vnius & eiuſdem ſubſtantiæ contentioſiſſimè aſſeuerantes, verbum carnem factum, id eſt, verbi aliquid in carnem conuerſum, nec carnem de Mariæ carne fuiſſe ſuſceptam.

Aquarij. — *Aquarij* qui aquam offerunt in poculo ſacramenti, non illud quod omnis eccleſia. *Diſcalciati.* — *Eſt* & alia hæreſis nudis pedibus ſemper ambulantiũ, eo quod dixit Dominus ad Moyſem, *Solue calciamẽta tua de pedibus tuis*: Et quod Eſaias nudis pedibus dicitur ambulaſſe. Ideo ergo hæreſis eſt; quia nõ propter corporis afflictionem ſic ambulat, ſed quia diuina teſtimonia ſic intelligit. *Donatiani.* — *Donatiani* vel Donatiſtæ audent rebaptizare etiam Catholicos cũ eccleſię Catholicæ placuerit, nec in ipſis hæreticis baptiſma commune reſcindere. *Priſcillianiſtæ.* — *Priſcillianiſtę* à Priſcilliano, diuerſorum hæreticorum permixta dogmata ſectantur, & ex alijs hæreſibus tanquam in ſęntinam quandam, horribili confuſione ſordes in eos confluxerunt, qui etiam propter occultandas ſuas turpitudines, habent in ſuis dogmatibus & hęc verba, *Iura, peiera, ſecretum prodere noli.*

Luciferiani. — *Luciferiani* à Lucifero Calaritano epiſcopo, qui cum in omnibus teneant catholicam veritatem, in hunc errorem prolabuntur vt dicant animam ex transfuſione generari, & eſſe de carnis ſubſtantia. *Heluidiani.* — *Heluidiani*, qui ita virginitati Mariæ contradicunt, vt eam poſt Chriſtum filios de viro ſuo peperiſſe contendant. *Tertullianiſtæ.* — *Tertullianiſtæ* à Tertulliano, cuius opuſcula multa leguntur eloquentiſſimè ſcripta; ſed hęreticus factus eſt, quia tranſiens ad Cataphriges quos ante deſtruxerat, cœpit etiam ſecundas nuptias deteſtari. *Pelagiani.* — *Pelagiani* à Pelagio Monacho. Hi gratiæ Dei inimici ſunt, quia ſine hac poſſe hominem omnia mandata diuina implere credunt.

De eodem.

CAP. LII.

Neſtoriani. — ISidorus *Etym. lib. 8. Neſtoriani* à Neſtorio Conſtantinopolitano Epiſcopo nuncupati ſunt, qui beatam Virginem non Dei ſed hominis tãtum aſſeruit genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis. *Eutichiani.* — *Euthiciani* ab Euthice Conſtantinopolitano Abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere de duabus naturis, ſed ſolam in eo diuinam aſſeruit eſſe naturam. *Acephalitæ.* — *Acephalitæ* dicti ſunt, id eſt ſine capite, nullus enim eorum reperitur auctor à quo exorti ſint. Hi trium Calcedonenſium capitulorum impugnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & vnam in eius perſona naturam prædicant. *Theodoſiani & Gaionitæ.* — *Theodoſiani, & Gaionitæ*, errores Eutichetis & Dioſcori ſequentes, Calcedonenſe concilium reſpuunt, ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerunt, quam Theodoſiani corruptam, Gaionitæ incorruptam contendũt. *Agnoitæ & Tritheitę.* — *Agnoitæ, & Tritheitę* à Theodoſianis exorti ſunt, ex quibus Gnoitæ ab ignorantia dicti, dicunt quod Chriſti diuinitas ignoret futura. Tritoitæ verò vocati, eo quod ſicut tres perſonas in Trinitate, in quoque tres aſtruũt Deos eſſe.

Aliæ hæreſes ſine auctore & nomine recenſentur. — *Sunt* & aliæ hæreſes ſine auctore & ſine nominibus. Ex quibus aliæ triformem putant eſſe Deum: Aliæ Chriſti diuinitatem paſſibilem dicunt: aliæ Chriſti de patre natiuitati initium temporis dant. Aliæ liberationem hominum apud inferos factam, Chriſti deſcenſione non credunt. Aliæ animam imaginem Dei negantes: aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcunque animalia exiſtimant. Aliæ de mundi ſtatu diſſentiunt. Aliæ innumerabiles mundos opinantur. Aliæ aquam Deo coæternam faciunt. Aliæ nudis pedibus ambulant. Aliæ cum hominibus non manducant. Hæ ſunt hæreſes aduerſus catholicam fidem exortę, & ab Apoſtolis & ſanctis Patribus vel concilijs condemnatæ; quæ dum in ſe multis erroribus diuiſę, inuicem diſſentiunt ſibi, communi tamen nomine aduerſus eccleſiam Dei conſpirant. Sed & quicunque ſcripturam ſanctam aliter intelligit, quam ſenſus ſpiritusſancti flagitat, à quo conſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit, tamen hęreticus appellari poteſt.

De Hæreticis extirpandis.

CAP. LIII.

Pœna comitum, rectorũ, &c. qui negligũt eccleſiam contra hæreticos iuuare.

EXtra 5. *de hæreticis. Lucius* 3. Statuimus inſuper vt comites, barones, rectores, & conſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & efficaciter cum ab eis fuerint requiſiti, eccleſiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & poſſe ſuum. Si vero id obſeruare noluerint, honore quem obtinent ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipſorum interdicto eccleſiæ ſupponẽdis. Ciuitas autem quę his inſtitutis duxerit reſiſtendum, vel contra commonitionem epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & epiſcopi ſe nouerit dignitate priuandam. Si qui verò fuerint, qui à lege diœceſanæ iuriſdictionis exempti, ſoli ſubiaceant ſedi apoſtolicæ, nihilominus in his quæ ſunt contra hęreticos inſtituta, epiſcoporum ſubeant iudicium; & eis in hac parte, tanquam à ſede apoſtolica delegatis, non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegiis, obſequantur.

Pœna dominorum temporalium qui negligũt terram ſuã ab hæreticis purgare.

Innoc. 3. in concil. gene. Si vero dominus terræ requiſitus & monitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum & cæteros epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur, & ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo pontifici, vt ex tunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure domini principalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum: eadem nihilominus lege ſeruata circa eos qui non habent dominos principales. *Catholici* vero qui Crucis aſſumpto charactere, ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illo priuilegio ſint muniti, quæ accedentibus in terrę ſanctæ conceduntur ſubſidium.

Qui hæreticos oppugnãt gaudent iiſdem indulgentijs, & priuilegijs ac illi qui cõcurrunt ad recuperandam terram ſanctam.

Adiicimus inſuper vt quilibet Archiepiſcopus vel Epiſcopus, per ſe vel Archidiaconum ſuum, vel alias honeſtas & idoneas perſonas, bis aut ſaltem ſemel in anno propriam parrochiam (in qua fama fuerit hæreticos habitare) circumeat, & ibi tres vel plures boni teſtimonij viros, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat. Quod ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui vero ex eis iuramenti religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare forte noluerint, ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hęreticæ prauitatis fermento, negligens fuerit vel remiſſus, cum id certis indiciis apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alius ſubſtituatur idoneus, qui vèlit & poſſit hæreticam confundere prauitatem.

Quanta debeat eſſe cura Epiſcoporum ad hæreticos exterminandos.

Vaſalli hæretici ſunt eo ipſo abſoluti ab executione fidelitatis, licet non ab ipſa fidelitate.

Ex ſumma fratris V. Nota quòd ait *denunciet abſolutos*: &c. nunquid ante huiuſmodi denunciationem, ſtatim cum fuerit excommunicatus, erant abſoluti? *Reſpondeo* ſecundum H. abſoluti erant ab exhibitione eorum quę exigit huiuſmodi fidelitas, ſed non ab ipſa fidelitate.

De Fautoribus eorum puniendis.

CAP LIIII.

Fautores hæreticorũ ſunt excommunicati, & poſt annum ſi nõ reſipiſcant ſunt infames, inteſtabiles, hæreditatis incapaces, &c.

EXtra. *vbi ſupra. Leo Papa.* Qui alios cum poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat. *Ex concil. Lateran.* Hæreticorum defenſores, & receptores eorum, anathemati decreuimus ſubiacere; & ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel terra ſua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerit, neque oblatio pro eo fiat, aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam. *Inno.* 3. Vobis aduocatis & ſcriniarijs firmiter inhibemus, ne hæreticis & fautoribus, vel defenſoribus eorundem, in aliquo præſtetis auxiliũ, conſilium, vel fauorem; quod ſi contra præſumpſeritis, ab officio veſtro ſuſpenſos, vos decreuimus infamiæ ſubiacere.

Idem in concil. ge. Credentes præterea, receptores, defenſores, & fautores hæreticorum, excommunicationi ſubiacere decreuimus; ſtatuentes vt poſtquam aliquis talium fuerit excommunicatione notatus; ſi ſatisfacere cõtempſerit infra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, ſeu ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hęreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocunque negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quod ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſę aliqui ad eius audientiam proferantur. Si fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur. Si tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius ſint momenti, ſed cum auctore damnato damnentur. Et in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio depona tur, vt in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, poſtquam ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, excommunicationis ſententia vſque ad ſatisfactionem condignam percellantur.

De His quis eos extirpare negligunt.

CAP. LV.

Poteſtas ſecularis pro negligentia circa hæreſim extirpãdã vel alias ſimiles cauſas poteſt ab eccleſia deponi.

EX ſumma de caſibus. Ex præmiſſis inter alia collige notabiliter, quod iudex vel poteſtas ſecularis non ſolum propter hæreſim ſuam, ſed etiam propter negligentiam circa hæreſim extirpandam, poteſt non ſolum excommunicari ab eccleſia, ſed etiam deponi. Et extende hanc pœnam, & eccleſiæ poteſtatem, quandocunque princeps aliquis ſecularis fuerit inutilis, diſſolutus, & negligens circa regimen & iuſtitiam obſeruandam. Vnde Zacharias Papa depoſuit Ludouicum Regem Francorum prædeceſſorem Pipini patris Caroli: Et Innocentius Ottonem Imperatorem. Et eſt ratio, quia omnis Chriſtianus ratione peccati efficitur de foro eccleſiæ. Vnde Dominus ad Prophetam. *Ecce conſtitui te ſuper gentes, & reges.* Poteſt etiam eccleſia propter ipſorum iudicum negligentiam, de illorum ſubditis iudicare.

Nota.

In ſumma nota, quod dubius in fide infidelis eſt; nec eis omnino eſt credendum qui fidem veritatis ignorant. Si tamen aliquis errat in fide, ſeductus forte à parentibus, vel etiam ab aliis, quærit autem cauta ſolicitudine veritatem, paratus corrigi cum inuenerit, nequaquam (ſicut Auguſtinus ait) eſt inter hæreticos deputandus. *Item* in articulis fidei parum diſtat in vitio, vel decipere, vel decipi poſſe. *Item* minus eſt peccatum in contractibus fallere, quam in articulis fidei falli. *Item* hæreticum hominem, ſicut præcepit Apoſtolus, poſt primã & ſecundam correptionem deuita, ſcilicet quo ad ſecreta fidei, quæ non ſunt ei propalanda, quia non debemus Margaritas proiicere ante Porcos: & tamen in prima & ſecunda vice, & poſtea quoties fuerit

Ponuntur quadam nobilia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

oportunum, poſſum & debeo ipſum monere vt ceſſet à peccato, ne hæretica prauitas, vel alia vitia ſub ſpecie virtutum occultè ſubmittantur. Interdicendum eſt laicis vniuerſis, cuiuſcunque ordinis cenſeantur, officium prædicandi.

De Schiſmaticis.

CAP. LVI.

Quid ſchiſma & vnde dictum; & in quo ab hæreſi diſtinguatur.

DIcto de hæreticis, quoniam Schiſma inducit hæreſim, conſequenter de Schiſmaticis agamus. *Schiſma eſt illicita diſceßio eorum inter quos vnitas eſſe debet.* Vel *Schiſma eſt illicitus ab vnitate ſeu vniuerſitate diſceßus.* Dicitur autem ſchiſma à ſciſſura, quia per ſchiſma fit in vnitate ſciſſura. Differt autem ab hæreſi, quia hæreſis in principio ſui habet peruerſum dogma, quod non habet ſchiſma, ſed in fine. Vnde poſſet dici quod eſſet talis differentia, qualis inter diſpoſitionem & habitum, Primo enim dicitur ſchiſma, ſed cum poſt tempus protinacitter adhæſerit ſuæ ſectę, aſſerens non eſſe obediendum Romanæ eccleſiæ, eſt hæreſis; quia peccat in illo articulo fidei, *Vnam ſanctam catholicam eccleſiam.* Vel dic quod talis eſt differentia, qualis inter genus & ſpeciem; quia omnis hęreticus eſt ſchiſmaticus, ſed non econuerſo,

Vix poteſt dari ſchiſma ſine hæreſi.

Cauſa 24. *q.* 3. Differentiam autem inter ſchiſma & hæreſim Hieronymus in epiſtola ad Gal. deſignat dicens, quod hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma poſt epiſcopalem diſceſſionem, ab eccleſia pariter ſeparat. Cæterum nullum eſt ſchiſma, niſi ſibi aliquam hæreſim confingat, vnde recte ab eccleſia receſſiſſe videatur. *Vrbanus Papa*: Veteres ſcrutans hiſtorias, inuenire non poſſum ſcidiſſe eccleſiam, & domini populos ſeduxiſſe, prętер eos qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant, & prophetæ, ideſt ſpeculatores. Iſti ergo vertuntur in laqueum tortuoſum, in omnibus locis ponentes ſcandalum.

Sciſma oritur vt plurimum ab eccleſiaſticis.

Extra. 5. *de ſciſmaticis, ex concil. Latera.* Illos vero qui iuramentum de tenendo ſchiſmate pręſtiterint, à ſacris ordinibus & dignitatibus decreuimus manere ſuſpenſos. Innoc. 3. Priorem quem à ſchiſmatico aſſeris ordinatum, ab officio poteris inconſtanter repellere, niſi legitime probauerit ſecum fuiſſe miſericorditer diſpenſatum.

Ordinatus à ſciſmatico eſt ſuſpenſus.

De Pœna Schiſmatici.

CAP. LVII.

Pœna diuinitus inflicta ſchiſmaticis, ex qua grauitas huius peccati colligitur.

EX *ſumma de ca.* Puniuntur Schiſmatici multipliciter, tam à domino, quam à iudice homine. Volens enim dominus nobis oſtendere quàm horrendum ſit hoc, & deteſtabile crimen, ſchiſma Chore Dathan & Abiron puniuit hiatu terræ; ſepultis auctoribus viuis, & cæteris cœleſti igne conſumptis. Item 10. tribus (quia poſt mortem Salomonis, relicto Roboam filio ſuo, facientes ſchiſma adhæſerunt Hieroboam) demoliuit, & dedit in diſperſionem. Item Abdon propheta miſſus à domino ad Hieroboam, ad exprobrandum ſibi peccatũ ſchiſmatis, prohibitus eſt apud illos ſchiſmaticos panem comedere & aquam bibere, quod quia non ſeruauit, morſu Leonis in itinere necatus eſt. Vnde propter magnitudinem pœnæ videtur Hiero. aperte ſentire, quòd hoc peccatum ſit grauius hæreſi, & omni peccato. Ait enim: Idolum fabricatum atque adoratum eſt, & propheticus liber ira regis ſuccenſus, & ſchiſma tentatum: idolatria gladio punita eſt, exuſtio libri, bellica clade & peregrina captiuitate, ſchiſma hiatu terræ, ſepultis auctoribus in inferno. Quis iam dubitauerit hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt grauius vindicatum. 24. *q.* 1. *Non afferamus.*

Solut. obiect.

Sed contra. Hæreſis eſt maius crimen, quia obtinet primum locum in pœnis *Solutio*. Dic quòd omne ſchiſma habet hæreſim annnexam, maxime ex quo perſeuerat, vt ſupra, Vel dic, quod licet hareſis ſi maius crimẽ in ſui natura quam ſchiſma, tamẽ quia ex maiori contumacia illi de quibus agit Hier. videntur feciſſe ſchiſma, quam alij idolatriam, grauius dicuntur peccaſſe; & ſecundum hoc illud *ſceleratius* erit aduerbium. Nam quanto maior eſt contemptus, tanto magis ſceleratè peccatur.

Pœna ſchiſmatis eſt excommunicatio, depoſitio, &c.

A iudice autem homine hodie puniuntur ſpiritualiter, videlicet per excommunicationem, vel depoſitionem. Item pecuniariter: Item manu militari ſiue armata, ſi neceſſe eſt. Alienationes autem rerum eccleſiaſticarum, ab intruſis, vel ſchiſmaticis factæ non valent; vnde debent ad eccleſiam ſine onere reuocari, *vt extra. eo. c. in* 12. *q.* 2. *Alienationes*. Et ipſi tenentur reſtituere loca, ſi qua inuaſerunt, & fructus omnes perceptos, & qui percipi potuiſſent, ſecundum diſt. poſitam de ſymoniaco. Item tenentur renunciare beneficio. præterea cum omne ſchiſma intendat ſibi conſtituere eccleſiam, & vniuerſalem eccleſiam impugnare, vix vel nunquam poteſt eſſe ſine hęreſi.

Schiſmatici tenentur renunciare beneficio, & fructus reſtituere.

De Crimine Apoſtaſiæ.

CAP. LVIII.

EGimus de hæreticis & ſchiſmaticis, ſed quoniam vtrique cadunt in Apoſtaſiam, meritò conſequenter de ipſa tanquam communi aliquo videamus. Apoſtaſia eſt temerarius, à ſtatu fidei, obedientiæ, vel religionis receſſus; & dicitur Apoſtaſia, quaſi poſt ſtatio, id eſt, retrograda ſtatio. Eſt autem triplex apoſtaſia, ſcilicet perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis. *Perfidiæ* qua quis recedit à fide; vt Iulianus apoſtata. *Inobedientiæ*, qua quis tranſgreditur ſponta-nea voluntate præceptum; vt Adam & Eua; Et qui ſacris canonibus obedire contemnunt. *Irregularitatis*, qua quis à ſtatu ſumptę religionis recedit, vt cum apoſtatat Monachus clericus vel cõuerſus, vel aliquis religioſus. Hoc vero fit multis modis, dimittendo tonſuram vel coronam, accipiendo vxorem, abijciendo religionis veſtem ſiue clericalem, redeundo ad ſeculum.

Apoſtaſia triplex.

Cauſa 2. *q.* 7. Alieni erroris ſocium, vel à ſui voluntariè propoſiti tramite recedentem, aut ſacris patrum regulis aut conſtitutionibus non obedientem, ſuſcipere non poſſumus nec debemus; nec impetere rectè credentes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus; quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam fidem, vel Chriſtianam legem præuaricantur, aut apoſtolicam vel regularem libenter poſtponunt auctoritatem &c.

Haretici non poſſunt accuſare homines bona fama.

De Apoſtaſia perfidiæ.

CAP. LIX.

CIrca Apoſtatas perfidiæ, ſic poteſt quæri. Ecce multi Chriſtiani reſident in quibuſdam ciuitatibus Sarracenorum, aliquis illorum profitetur Mahometum nuncium eſſe Dei, ſicut & Sarraceni: Alii in publico gerunt ſe pro Sarracenis, & in occulto pro Chriſtianis; nunc quæritur vtrum iſti & ſimiles ſint apoſtatæ? dico ſecundum Rai. quod ſi Chriſtiani ſponte & ex fide, quia ita credunt, hoc faciunt, ſunt apoſtatæ & hæretici iudicandi, & per conſequens excommunicati. Licet enim iſti nihil expreſſe dicant contra aliquem articulum ſpecialem, tacite tamen & per conſequentiam dicunt, cum dicant & ſentiant verbo vel ſigno illos perfidos nuncios eſſe Dei, quos conſtat Hæreticos & apoſtatas extitiſſe, & in ſimili caſu fuit damnatus de hæreſi Anaſtaſius ſecundus, *vt diſt.* 19. *Anaſtaſius*. Si vero profitentur hoc verbo tantum, vel faciunt propter metum, ſed in corde in nullo deuiant à fide, nec dico eos apoſtatas, nec hæreticos, nec excommunicatos; peccant tamen mortaliter, quantuſcunque fuerit metus.

Ad apoſtaſiã à fide vel hæreſim requiritur aſſenſus mentis erroneus.

Auguſtinus, Ad mendacium in doctrina religionis Chriſtianæ dicendum, nulla conditione quis debet adduci. Et ſecũdum hoc ſoluas quod quæritur de his qui circuncidunt filios ſuos propter metum, vel etiam ſeipſos circuncidi permit-

Hoc de Anaſtaſio habetur communiter pro figmento.

Qui profitetur falſam ſectam exterius tantum, non eſt hæreticus, licet peccet mortaliter.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

permittunt; quia licet peccent mortaliter, non tamen A
ſunt propter hoc apoſtatæ vel hæretici, niſi alias habeant intentionem corruptam.

Licet geſtare habitum infidelium, & ſic ſimulare ſe infidelem ex rationabili cauſa; ſecus in ſignis per ſe inſtitutis ad diſtinctionem ſectarũ

Ex ſumma fratris V. Item quæritur, an Chriſtiano liceat aſſumere habitum Sarracenorum aut infidelium, & ſimulare ſe taliter Sarracenum. *Reſpondeo*: Credo quod rationabili cauſa poteſt hoc fieri; ſicut Beatus Sebaſtianus ſub clamide militari, Chriſti militem gerebat abſconditum; ſicut Iehu ſimulabat ſe velle colere Baal. Si autem aliquod ſignum, vel aliquis character eſſet inſtitutus principaliter ad diſtinguendum & dignoſcendum profeſſores alicuius idoli vel idolatriæ aut cuiuſlibet infidelitatis, non liceret fideli ferre huiuſmodi habitum, aut characterem; cum eo ipſo profiteretur ſe infidelitatis huiuſmodi profeſſorem; & ſic mentiretur per tale ſignum, mendacio quod conſiſtit B
circa fidei profeſſionem. Sicut enim verbis poteſt quis mentiri, ita & ſignis quæ inſtituta ſunt loco verborum. Vnde & Monachi in ſignis digitorum quibus vtuntur pro verbis, mentiri poſſunt.

De Apoſtaſia inobedientię.

CAP. LX.

Pœna eorum qui ſuis epiſcopis obedire detrectant.

Ex ſumma de caſibus. Circa apoſtaſiam inobedientiæ, quæritur vtrum quilibet clericus vel laicus teneatur indiſtinctè obedire præcepto ſui epiſcopi; *de hoc infra de ſum. præcep. Cauſa* 11. *q.* 3. *Clem. Papa.* Si vobis epiſcopis nõ obedierint omnes presbyteri & reliqui clerici omneſq; principes tã maioris ordinis, quã inferioris, atque reliqui populi; non ſolũ infames, ſed etiã extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, & de liminibus ſanctę Dei eccleſię alieni erunt. *Item Petrus in ordinatione Clementis.* Quicunque doctorem veritatis contriſtat, in Chriſtum peccat, & patrem omnium exacerbat, propter quod & vita carebit æterna. C

Item Eleutherius Papa. In veteri lege quicũque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus à populo Dei lapidabatur, aut gladio ſubiecta ceruice, contemptum expiabat cruore. Nunc autem inobediens animaduerſione ſpirituali truncatur. *Item Gregor. in moral.* Sciendum autem nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum quod agitur intermitti. *Extra. de maiori. & obe. Greg.* 9. Si quis contra decretum epiſcopi venerit, eijciatur ab eccleſia. In libro quoq; Regum legitur, quod qui non obedierit principi, morte moriatur: & in Agathenſi concilio præcipitur, quod anathematizetur. D

De Apoſtaſia irregularitatis Monachorum

CAP. LXI.

Pœna monachorum apoſtatantium.

Cauſa 20. *q.* 2. *Leo Papa.* Propoſitum Monachi proprio arbitrio & voluntate ſuſceptum, deſeri non poteſt ſine peccato. Quod enim quis vouet Deo, debet & reddere: vnde qui relicta profeſſione regularitatis, ad militiam vel ad nuptias deuolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt, quoniam etſi militia innocens eſt, & coniugium honeſtum eſſe poteſt, electionem tamen meliorum deſeruiſſe tranſgreſſio eſt. *Ex concil.* Procliuiot eſt curſus ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quiſquis virorum aut mulierum religioſum habitum ſpontaneè ſemel induerit, in vtroque ſexu præuaricator inuitus reuerti cogatur. *Extra. 5. de apoſtatis. Honorius 3.* Quid de Apoſtatis ſit agendum qui in cuſtodia detinentur, qui minis vel blanditijs nullatenus poſſunt induci vt abiectum habitum reſumant? *Reſpondemus*, quod tales ſi volueris potes ſub graui cuſtodia carcerare, ita quod ſolummodo vita ſibi miſera reſeruetur, donec à ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcant. *Idem*: Monachus aliquem ſacrum ordinem in Apoſtaſia ſuſcipiens, abſque diſpenſatione Rom. Pontificis miniſtrare non poteſt in ordine ſic ſuſcepto. E

De Apoſtaſia irregularitatis Clericorum.

CAP LXII.

Nota.

Clericus ex rationabili cauſa poteſt clericatum dimittere, & ſtatum laicalem aſſumere: ſine cauſa tamen qui faceret, peccaret mortaliter propter mandatũ eccleſiæ in cõtrarium, & cogendus eſt redire, intereaque perdit priuilegium clericale.

Ex ſumma de caſibus. Quid ſi acceperit primam tonſuram tantum, nunquid poteſt eam deſere? Credo quod non, quia clericus eſt, & quilibet clericus compellitur per anathema viuere clericaliter. *Ex ſumma fratris V.* Nota quod rigor illius conſtitutionis, *ſi clericus comam relaxauerit anathema ſit*, reuocatus eſt, partim per contrariam conſuetudinem, quam Papa ſcit & non reuocat; partim per quædam iura quę poſtmodum emanauerunt in contrarium, quantum ad quoſdam caſus. Credo itaque quod ex cauſa rationabili poteſt clericus dimittere tonſuram; vt ſi non poſſit viuere de officio clericali, quia pauper eſt, & parum literatus, & magnam habet familiam, quam ſuſtentare non poteſt, niſi immiſceat ſe negotiationi; aut ſi deuoluatur ad eum hæreditas cum iuriſdictione temporali, quam non poteſt adminiſtrare commodè, niſi transferat ſe ad militiam, aut ſtatum & habitum laicalem. Et idem in ſimilibus caſibus. Cum autem ex ſola libidine viuendi laicaliter, & non rationabili cauſa clericatum dimittit, mortaliter peccat; & ſi de hoc conſtaret, ad ſatisfactionem compelli deberet.

Sed quæritur, quare qui minores ordines accepit tantum, non poteſt ad ſtatum & habitum ſecularem reuerti, cum in ſuſceptione huiuſmodi nullum emittatur votum? *Reſpondeo*, propter conſtitutionem eccleſię, quæ ſtatuit quod ex quo quis clericatum recepit, ad laicalẽ ſtatũ non reuertatur, ne per hoc clericatus vilis & contemptibilis habeatur, ſicut ſtat, vt qui ſemel baptiſmum accepit, licet coactus, reſilire non poſſit, ne fides vilis & contemptibilis habeatur.

Extra. 5. de apoſtatis Alexan. 3. Clerici, qui relicto ordine & habitu ſuo, in apoſtaſia tanquam laici conuerſantur, ſi in criminibus deprehenſi fuerint & teneantur, per cenſuram eccleſiaſticam non petimus vel præcipimus liberari. *Innoc. c.* 3. Clerici, qui ſunt in Apoſtaliæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum clericalem; non ſunt in ſeculari habitu tolerandi, ſed per eccleſiaſticam diſtrictionem coercendi.

Adhuc de eodem.

CAP. LXIII.

Qui de clericatu exiuit aſſumendo ſtatum contrarium, puta militiam, officium occidendi, &c. ipſo facto denudatur omni priuilegio clericali; ſecus ſi nõ aſſumpſit ſtatũ contrarium: is enim tenetur adhuc viuere clericaliter (niſi in tribus caſibus) vti etiam ſi qui reddidit ſe bigamum, ſi ita habeat conſuetudo loci.

Ex ſumma de caſibus. Quid ſi clericus in prima tonſura, vel etiam acolythus accepit vxorem? Videtur adhuc quod teneatur deferre coronam, cãtare in eccleſia, clericaliter viuere, & ita plane ſentit H. Alij vt B. & La. & eorum ſequaces diſtingunt, vtrum trãſiuit prorſus ad actum contarium, puta duxit vxorem corruptam vel ſecũdam; vel fortè ſe fecit militem, vel exercuit ſęua, vel ſimile, & tunc mox denudatur omni priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis. Aut non exiuit ad actum prorcontrariũ, puta, quia ſimpliciter ambulat in habitu laicali, vel etiam duxit vxorem, ſed virginem; tunc debet viuere clericaliter, ſicut dicit H. & tenetur portare coronam. *Hoc* verum eſt, niſi in tribus caſibus. *Vnus* eſt, ſi ipſe nullo modo vult retinere priuilegium clericale. *Alius*, ſi non poteſt ferre abſque ſcandalo vxoris, quod intellige ſi non habet beneficium eccleſiaſticum; quia tunc omni modo deberet portare. *Tertius* eſt, cum iuſta cauſa timoris exigit tonſuram vel habitũ transformari.

Ex ſumma fratris V. De illo qui duxit vxorem corruptam, vel ſecundam notauit H. quod tenetur portare habitum clericalem, & viuere clericaliter, & quod percutiens eum incidit in canonem. Ego autẽ credo, quod in hoc caſu ſtandum eſt conſuetudini regionis. Pariſijs enim huiuſmodi cõiugati clerici de foro ſunt eccleſiaſtico, & quoad multa vtũtur priuilegio clericali, ſed nõ quoad ordines poſtmodũ ſuſcipiendos, velecclęſiaſtica beneficia obtinẽda. Qui verò fecit ſe militem, talis nõ tenetur portare tonſurã, aut habitum clericalem. Si tamen dimiſſa militia iterũ rediret ad clericatũ, ganderet

priuilegio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

priuilegio clericali, si auctoritate episcopi hoc faceret, aut ad religionem transiret, aliàs non sicut credo. Ille quoque priuilegium clericale dicitur amisisse, qui exercuit sæua, supple ex officio, puta recepit officium occidendi vel mutilandi damnatos à iudice, vel torquendi reos, vel officium aduocationis in causis criminalibus. *Ex officio* dico, quia si quis ex ira, vel impetu, & non ex officio, aliquem occiderit vel mutilauerit, non propter hoc priuilegium clericale amittit, etiamsi in apostasia hoc fecerit. Aut si etiam ex officio talia fecerit; non dimissa tonsura, vel habitu clericali; nisi tunc demum cum ter monitus ab episcopo, se corrigere nollet & à talibus desistere.

Tribus modis potest cõstare clericũ nolle retinere priuilegium clericale.

Clericus manens de clericatu nõ potest priuilegio renunciare, bene tamen a postatando ab illo

Iterum de eodem.

CAP. LXIV.

PORro si dubitetur de voluntate illius qui non vult retinere priuilegium clericale. Tribus modis de hoc constare poterit. *Vno modo* si qui sic agit, publicè contrahit; si conuenit & conuenitur sicut laicus; si vadat in exercitum, & talliatur, & sustinet alia onera laicalia. *Alio modo* si admonitus tertiò quod se corrigat, non vult se corrigere, & ab apostasia recedere. *Tertio modo*, si conuentus coram ecclesiastico iudice personaliter, excipit de foro seculari: Aut alias confitetur in iure coram prælato, quod non vult viuere clericaliter, aut retinere priuilegium clericale. Nec est contra illud *extra. de foro compe. Ji diligenti.* vbi dicitur quod clericus priuilegio clericali renunciare non potest, quia illud intelligitur de illis qui remanent in clericatu, secus de illis qui apostatant, qui de facto renunciare possunt, sicut patet in quibusdam casibus supradictis.

Clericus vxoratus non ferens tonsurã & habitum obscandalũ vxoris fruitur adhuc priuilegio canonis, etiam licet fuerit ter monitus ab episcopo.

Item dicit quod non tenetur portare coronam, si non potest sine scandalo vxoris, id est, quin scandalizetur vxor, abominãs eum propter signa clericatus. *Sed* nunquid in hoc casu gaudebit priuilegio clericali? *Respondeo*: Licet Ioannes notauerit, quod clericus coniugatus si velit gaudere priuilegio clericali, tenetur ferre tonsuram & habitum clericalem, credo tamen quod si solummodo propter scandalum vxoris dimittit tonsuram, dum tamen alias viuat clericaliter, non amittat priuilegium clericale quantum ad beneficium illius canonis *Si quis suadente.* etiam si fuerit ter monitus ab episcopo de ferenda tonsura; & hoc quia iste non est in culpa. *Item* nunquid clericus vxoratus aut negociator, compellendus est dimittere tonsuram & habitum clericalem? credo quod sic, cum huiusmodi tonsura & habitus in vituperium redundent ordinis clericalis, cũ portantur ab his qui secularibus negotijs se immisceãt.

Nota.

Quæ autem dicta sunt intellige tantum de minoribus ordinibus, quia si quis in sacris ordinibus maioribus factus est miles, aut aliqua fecisset de prædictis, compellendus esset viuere clericaliter; & qui eum percuteret incideret in canonem, nisi tertio admonitus à prælato, se corrigere nollet.

De eodem.

CAP. LXV.

Clerici negligentes quæ sui officij sunt peccant mortaliter, vt colligitur ex pœnis in iure impositis.

EX summa de casibus. Item nunquid clerici seculares, qui non portant coronam, vel tonsuram, vel habitum congruentem, vel qui non intersunt diuinis officijs, nec residen, nec deseruiunt ecclesiæ, sunt in statu saluandorum? Ad hoc, licet multi scandalizentur, volentes sibi applaudere in peccatis, & dicentes omnia iura quæ propter hoc emanauerunt, de consilio intelligenda dico quod non: cum enim pro tali apostasia pœna grauior & multiplex imponatur, patet quòd non est consilium, sed præceptum: quia si esset consilium, nullus astringeretur, nec non seruantes in aliquo punirentur; hi autem qui non frequentant ecclesiam suam, & se correxerint, debent suspendi ab officio & beneficio.

Ex summa fratris V. Quod assiduè clericus beneficiatus residere debeat in ecclesia vel præbenda, & in horis canonicis & officijs in ecclesia interesse, ad arbitrium boni viri limitandum est, vel secundum rationabilem & approbatam consuetudinem ecclesiæ prębendalis: non.n. credo quod singulis horis interesse teneatur, aut singulis diebus & noctibus residere: ad horas tamẽ canonicas dicendas, vel audiendas, saltem extra ecclesiã & priuatim, credo quod teneatur quilibet clericus in sacro constitutus; & siue sit beneficiatus, siue nõ, tenetur ad horas canonicas; quia ordini sacro officiũ est annexũ: vnde & subdiacono dicitur in ordinatione sua: *Vide si hactenus fuisti tardus ad ecclesiam, modo sis velox. Si hactenus fuisti somnolentus, modo sis vigilans.* Nec credo quod Archiepiscopus aut episcopus super his posset dispensare, aut in aliud commutare, aut Abbas cum suo monacho, propter scholas, aut viationem: Articulus tamẽ necessitatis ineuitabilis potest excusare tales.

Initiati sacris tenentur ad officium sub mortali, nec episcopi aut abbates possunt cum suis hac in re dispensare.

Et licet quis sit suspensus, aut excommunicatus, aut etiam degradatus, si ratione ordinis sacri ante tenebatur ad horas, tenetur & post. Degradatus enim tenetur ad ea quæ sunt oneris, non honoris. Eodem modo si ratione beneficij tantum tenebatur ante, & post similiter tenetur, quamdiu retinet beneficium. Suspensus tamẽ aut excommunicatus vel degradatus non debet officiare ecclesiam in suo ordine. Et cum solus dicit horas ille qui suspensus est vel degradatus, aut cum alijs, non officiando ecclesiam; non debet dicere *Dominus vobiscum*, vel similia verba quę ad dignitatem ordinis pertinent. Excommunicatus autem non debet cum aliis dicere horas, quia non est ei communicandum. Si autem cum aliquis suspenditur aut excommunicatur aut degradatur prohiberet prelatus ne diceret horas priuatim, error esset expressus in mandato, nec tenetur obedire, nisi fieret ex causa, in odium & terrorem criminis perpetrati: sicut prohibetur aliquando ne reliquiæ ciborum excommunicati misceantur cum alijs reliquijs, sed proiiciantur canibus.

Excommunicati & suspensi ad horas tenẽtur

De eodem.

CAP. LXVI.

Beneficiati non facientes officium debito modo tenentur ad restitutionem.

EX summa de casibus. Sed nunquid tenentur ad restitutionem illorum fructuum quos voluptuosè cõsumunt, non facientes seruitium; vel facientes, sed non debito modo, cum sint in peccato mortali? Videtur quod sic, quia ista oblata fuerunt ecclesijs ob causam, videlicet vt oraretur pro offerentibus, & inde pauperes alerentur. Qui ergo recipit, & hoc nõ facit, infidelis est, & necator pauperũ. Item committit furtum, quia subtrahit amico fideli qui obtulit, non enim obtulit isti, sed illi qui deberet facere seruitium. Committit etiam sacrilegium, quia fraudat totam ecclesiam, cui deberet prodesse oratio *Item Gregor.* In grauibus peccatis quis positus, dũ suis premitur, aliena non diluit. *Idem.* Cum is cui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui sibi conscius est, his auditis det ipse solutionem.

Non est aptus pro alijs orare, qui propriȳs peccatis oneratur.

Ex summa fratris V. Videtur innuere quod non est alia solutio, nisi quod restituat fructus sic perceptos. Ego credo quod non tenetur ad restituendum fructus propter hoc solum quod recepit illos aut expendit, dum erat in mortali: dum tamen illos in debitos vel licitos vsus expenderit. Sed si illos consumpsit pro explenda voluptate, vel luxu, vel alio simili modo; aut si defraudauit ecclesiam suam seruitio debito, ita quod nec per vicarium seruiuit, fructus sic perceptos tenetur restituere, dando eos pauperibus, vel conuertendo in vtilitatem ecclesiæ, nisi fuerit talis constitutio ecclesiæ in qua obtinebat beneficium, quod fructus quos amittit qui non residet, cedant in vtilitatem residentium; in quo casu debet fieri restitutio communitati residentium. Credo etiam quod hæc restitutio facienda est de bonis patrimonialibus, aut aliunde quàm de ecclesia acquisitis, si habeantur; non autem de prouentibus beneficij ecclesiastici, cum quidquid supersit ei de huiusmodi fructibus, deductis expensis suis legitimis circa se & familiam suam, & in aliis licitis

Quo casu teneatur beneficiarius restituere fructus, & ex quibus bonis debeat fieri restitutio.

casibus

casibus, impios vsus erogari debent; quamuis ex nulla alia culpa sua teneatur ad restitutionem.

De Pœna Apostatę.

CAP. LXVII.

Pœna apostasiæ à fide.

PÆna apostatarum procedit iuxta varietatem apostasiarum. Nam pro apostasia perfidię punitur apostata excommunicatione. Est enim hæreticus & infidelis: ergo & per consequens excommunicatus ipso iure. *Item* res eorum publicantur, & amittunt rationem testamenti, nec in statum pristinum reuertuntur, etiam peracta pœnitentia. *Item* sunt infames, & repelluntur à dignitatibus, & aliis multis. *Pro* apostasia inobedientiæ repellitur interim quis à testimonio, & infamis efficitur, & excõmunicatur; & si perstiterit in inobedientia, crescente contumacia debet crescere pœna. *Pro apostasia* irregularitatis, interim ab accusatione & testimonio remouetur tanquam infamis. *Item* interim ad dignitatem vel ordinem promoueri non potest, & si receperit sacrum ordinem, licet sit postea recõciliatus abbati, & receperit pœnitentiam, non potest absque dispensatione Ro. Pont. ministrare in ordine sic suscepto. *Item* si admonitus non se correxerit, est deponendus. *Item* interim caret priuilegio clericali, adeo quòd eum verberans non incidit in canonem latæ sententiæ.

Pœna apostasiæ inobedientiæ.

Pœna apostasiæ irregularitatis est vt interim careant priuilegio clericali, &c.

Hæc tamen intelligas cum distinctione, quam require infra de sententia excommunicationis. *Si autem* obiiciatur illud 11. q. 3. *Iulian.* vbi milites catholici obediebant Iuliano apostatę Imperatori in omnibus quę non erant contra Deum. *Dic* quòd Iulianus adhuc tolerabatur ab ecclesia propter scandalum quod timebatur. Vel melius, illud loquitur secundum antiqua iura, quando distinguebatur inter hæresim veterem & nouam, damnatam, manifestam, & occultam: hodie sublatæ sunt omnes distinctiones, quia omnis hæreticus est ipso iure damnatus & excommunicatus. *Extra. 5. de apostatis. Alex. 3.* Clerici qui relicto ordine & habitu suo, in apostasia tanquam laici conuersantur, si in criminibus deprehensi fuerint, & teneantur, per cen. ec. non petimus vel præcipimus liberari. *Inno. 3.* Clerici qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum clericalem, non sunt in seculari habitu tolerandi, sed per ecclesiasticam districtionem coercendi.

Solut obiect.

Hac habẽtur sup. c. 62.

De Transgressione voti.

CAP. LXVIII.

EX *summa de ca.* Sequitur de transgressione voti. *Votum est alicuius boni, cum deliberatione, facta promissio.* Si enim fiat de re mala, vel etiam de bona sine deliberatione, non obligat. *Isido.* In malis promissis rescinde fidem &c. *Ex summa fratris V.* Sed nunquid quæ mulieres faciunt in partu, vel in infirmitatibus aut angustiis suis aut suorum, & etiam ea quę viri faciunt, moti ex aliqua angustia vel turbatione, tenenda sunt? *Respondeo:* Si habuerunt intentionem obligandi se Deo, cogitantes & de causa quę mouebat eos ad vouendum, scilicet in infirmitate vel alio periculo; & de fine, scilicet de euasione periculi propter quod euitandum vouebant, tenenda sunt; licet in tribulatione & perturbatione sunt emissa: Iuxta illud, *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.* Nec fiunt huiusmodi vota sine deliberatione, ex quo vouentes sunt in sana mente. Eadem credo de iuramentis quæ non vergunt in deteriorem exitum.

Votain infirmitate emissa obligant.

EX summa de casibus. Votorum alia necessitatis dicuntur, ea, scilicet ad quæ implenda omnis homo necessario tenetur, siue vouet ea, siue non; vt abrenunciare diabolo & omnibus pompis eius, tenere fidem catholicam, seruare decalogum; & breuiter omnia illa sine quibus non est salus, & ad hoc se obligat quilibet in baptismo. Vnde quotiescunque postea peccat mortaliter, est transgressor huius voti. Sed non tenetur tenetur agere pœnitentiam tanquam pro diuersis mortalibus, sed tanquam pro vno ex circunstantia transgressionis aggrauato.

Votum aliud necessitatis, aliud voluntatis.

Ex summa fratris V. Transgressionis voti sc. secundum magistrũ: Ego autem credo, quòd propter circunstantiam suscepti sacramenti non voti, in eodẽ genere peccati plus peccat fidelis quàm infidelis, & qui post pœnitentiam recidiuat, quàm qui non pœnituit, cæteris patibus. Nam verius credo, quòd nec in pœnitentia, nec in baptismo emittitur votũ; quia in illis magis est abrenunciatio vitæ præteritæ malæ, & professio fidei, quàm aliqua obligatio respectu futuri: vnde in pœnitentia voti non est exigendum sacramentum, nisi in casibus expressis; nec votum de non recidiuando, vel promissio; sed sufficit habere propositum de cauendo à peccato in posterum. Quidam tamen distinxerunt inter votum primæ necessitatis, quod emittitur in baptismo secundum eos, & votum secundę necessitatis, quod emittitur in pœnitentia; & secundum istorum opinionem loquitur hic magister.

In Baptismo vel Pœnitentia non emittitur votum proprie dictũ.

Ex summa de ca. Votum voluntatis dicitur illud bonum, ad quod non tenetur aliquis; quia sine illo potest esse salus, & tamen sponte obligat se ad illud, & ad id postea tenetur; vt votum continentiæ, abstinentiæ, peregrinationis, horum aliud purum & absolutum, vt cum sine omni conditione siue determinatione quis emittit votum continentiæ abstinentiæ vel peregrinationis, vel simile. Aliud determinatum vel conditionale, vt cum dicit vouens sic: Voueo peregrinationem, si dominus dederit mihi sanitatem vsque ad mensem, vel vsque ad annum, & similia.

Votum voluntatis aliud puri & absolutum, aliud determinatum vel conditionale, illud statim est exequendũ, hoc impleta conditione.

Ex summa fratris V. In quo casu non tenetur quis exequi votum, nisi extante conditione, vel die. Cum aut aliquis vouet sine conditione vel temporis præfixione, tenetur illud exe qui statim cum potest, nisi iam in vouendo aliud in mente habuerit; tamen datur ei tempus ad arbitrium boni viri ad disponendum de rebus suis.

De Fractione Voti simplicis & solemnis.

CAP. LXIX.

ITem Votorum, aliud priuatum siue simplex, aliud publicum siue solenne. Quantum ad Deum votum simplex non minus obligat quàm solemne: Et vtriusque transgressor peccat mortaliter: Grauius tamen qui frangit solemne, & grauior pœnitentia sibi est imponenda: sic ergo dicitur, non minus obligat, i. non in minori tempore. Item quia vtriusque fractio est mortalis, sed alterius maior. & est ratio, quia in fractione solemnis, & Deum offendit, & constitutionem ecclesiæ, & scandalum suscitat; in alia non sic.

Votorum aliud simplex, aliud solẽne, huius autem fractio grauior est propter tria.

Ex summa fratris V. Nota, quod *votum simplex est, cui nulla adhibetur solemnitas. Solemne vero dicitur, cui certa notificatio vel expressio, de iure aut de consuetudine introducta, adhibetur.* In voto peregrinationis adhibetur solemnitas per susceptionem Peræ & Baculi benedicti à sacerdote, vel per susceptionem Crucis in voto terræ sanctæ. Votum autem continentiæ secundum quosdam solennizatur per susceptionem sacri ordinis, vel habitus regularis, vel per publicam scripturam, vel per attestationem factam coram episcopo, vel etiam redditionem in manu publicæ personæ, sic innuit. H. Io. vero notauit, quòd votũ continentiæ non solẽnizatur nisi tribus modis. *Vno modo* per sacri ordinis susceptionẽ; *alio modo* cum aliquis vel aliqua receperit vestem sacrã à quocunque, & post susceptionem incipit cohabitare cũ aliis monachis vel monialibus in ecclesia, ita quòd aliquandiu ibi stet inter illos vel illas, scil. per triduum. *Tertio* cum dicit aliquis vel aliqua coram episcopo vel abbatissa, aut coram duobus vel tribus testibus: *Ego me deuoueo huic religioni.* quia hoc non est aliud secundum ipsum quam dicere, *voueo continentiam.* Et circa hoc notat duo: Primum est, quòd votum solemne, & impedit, & dirimit matrimonium sequens. Secundum est

Quid votum simplex & solemne. Per quid solemnizetur votum peregrinationis terra sanctæ & continentiæ.

Votum solẽne impedit & dirimit matrimonium, simplex impedit tantũ modo.

simplex

ſimplex impedit,ſed non dirimit. Secundùm vero Tancredum non ſolemnizatur votum monachatus,niſi per confeſſionem veram vel præſumptam,ſiue tacitam vel expreſſam.

Probabilis opinio de ſolemnizatione voti.

CAP. LXX.

Probabile eſt poſſe aliquẽ in ſeculo manens facere votum ſolẽne caſtitatis.

ET ego credo, quòd abſque ordinis ſuſceptione,& regulari profeſſione, poteſt in ſeculo remanendo aliquis vel aliqua,facere votum caſtitatis ſolẽne, quod impediet & dirimet matrimonium poſtea contrahendum. Et hoc ſi aliquis vel aliqua, non ſolum promittat de futuro, ſed conſentiat de præſenti in continentiam perpetuam obſeruandam, & tradat ſe per huiuſmodi votum hoc modo in obſeruantiam in manu publicæ perſonæ, transferens in eum loco Chriſti quo ad hoc poteſtatem & ius corporis ſui & animi , eadem perſona publica approbante & recipiente huiuſmodi traditionem; & non ſolum ſic contrahitur matrimonium ſpirituale cum Deo,ſed etiam fit traductio & conſummatio matrimonij huius, quantum poteſt fieri in hoc ſeculo. Vnde ſicut poſt matrimonium carnale de præſenti contractum,non poteſt alter altero viuente ad ſecunda vota tranſire; & ſi fuerit conſummatũ carnaliter, non poteſt etiam per ingreſſum,religionis,aut qualitercunque propter fauorem religionis diſſolui : ſic poſt matrimonium ſpirituale taliter contractum traductũ & conſummatum,tranſire non poteſt ad matrimonium carnalẽ, quod ſi fiet de facto, nihil agetur.

Votum ſolẽne ideo dirimit matrimoniũ quia inuoluit traditionem, perſona publica loco Chriſti acceptante.

Ratio autem quare huiuſmodi. votum ſolemne impedit & dirmit matrimonium poſtea contraliendum hæc eſt; quia in ſimplici voto cotinentiæ ſola eſt promiſſio de futuro;& vbi ãdhibetur prędicta ſolemnitas, fit traductio & tranſitus in ius & poteſtatem Chriſti per approbationem & receptionem factam per huiuſmodi publicam perſonam. Et ſicut in venditione facta duobus,in iure eſt potior traditio prior,ita quòd ſecunda traditio non transferet dominium, ſed tantum prima:ſic poſt matrimonium ſpirituale ſic contractum, non poteſt contrahens transferre poteſtatem ſui in matrimonium carnale.

Quatuor requiritur ad ſolemnizationem voti.

Sed ad hanc ſolemnizationem neceſſaria ſunt quatuor, ſine quibus non erit huiuſmodi votum ſolemne, quamuis fiat coram toto mundo; ſcilicet *Conſenſus* de præſenti in perpetuam continentiam , vt dictum eſt; Et *notificatio* eiuſdem conſenſus facta publicæ perſonę; ſicut in matrimonio carnali neceſſaria eſt notificatio conſenſus: Item *traditio* facta in manu publicæ perſonæ: Item *approbatio* & receptio facta per illam publicam perſonam:quia quantuncunque voueat aliquis,vel tradat,vel det ſe Deo quantum in ſe eſt in huiuſmodi matrimonium ſpirituale,tamen niſi adſit vicarius domini, qui loco eius acceptet, & recipiat huiuſmodi votum & traditionem, non erit niſi votum ſimplex, quod bene emittitur à ſeculari, & in ſeculo remanenti . *Publica* autem perſona quo ad hoc intelligenda eſt epiſcopus, ad quem regulariter pertinent hęc maiora,& illi etiam qui ſuper talibus habent mandatum epiſcopi generale vel ſpeciale,& illi qui de conſuetudine talia vota conſueuerunt recipere , & illi etiam qui gerunt negotium epiſcopi in hac parte abſque mandato,dum tamen epiſcopus , quod geſtum eſt , poſtmodum habeat ratum. Omnes cæteræ perſonæ quo ad hoc , credo quod ſint habendæ pro priuatis.

Perſona publica quo ad voti acceptationem eſt epiſcopus, & qui de mandato eius,vel conſuetudine ſolent vota ſuſpicere.

Quæ vota poſſunt redimi & commutari.

CAP. LXXI.

Vota peregrinationis poſſunt in aliud commutari.

EXtra. 3. *de voto & voti redemp. Alexand.* 3. De peregrinationis votis, an eleemoſynis redimi poſſint, vel pro neceſſitate in aliud commutari? Reſpondemus, quod ad eius qui præſidet pendet arbitrium, vt conſideret diligentius qualitatem perſonæ , & cauſam commutationis,ſcilicet an ex infirmitate , ſiue affluentia diuitiarum, an alia cauſa probabili, peregrinatio an recompẽſatio melior ſit,& magis Deo accepta; & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare.

Ex ſumma de caſibus. Quædam vota nullo modo poſſunt redimi vel commutari , vt omnia vota neceſſitatis ; & de voluntarijs votum continentiæ. Votum neceſſitatis ideo dico , quia non eſt commutatio vel diſpenſatio contra Deum. Poteſt tamen Papa verba Euangelij interpretari,vt illa: *In ore duorum vel trium ſtet omne verbum* , interpretatur ſic , id eſt, non paucorum. Sunt enim plures caſus in quibus plures teſtes requiruntur. *Item* poteſt diſpenſare contra Apoſtolum , & omnem hominem quantumcũque ſanctum, & eorum dicta mutare , niſi in his quæ illi de fidei articulis dixerunt. *Item* votum continentiæ ideo non poteſt cõmutari, quia vix vel nunquã poſſet melius inueniri in quod fieret commutatio:tamen ſi non eſt ſolemnizatum ſed ſimplex, licet talis qui ſic vouit ſimpliciter , peccet mortaliter matrimonium contrahendo; ſi tamen contraxerit,& per verba de præſenti tenet matrimonium, & ipſe debet agere pœnitentiam de fractione voti. Sicut econuerſo ſoluitur matrimonium per religionis ingreſſum,ante carnalem copulam.

Cur votum continentiæ non poteſt cõmutari.

Alia verò voluntatis vota poſſunt redimi,vel commutari in opus aliud pietatis. Sed ad hoc duo exigũtur, vt talium votorum commutationis cauſa , & ſuperioris auctoritas. *Cauſa*, vt ſi vouens ſit ſenex , debilis , vel infirmus; vel ſi ex ipſius abſentia , guerra vel turbatio timeretur in terra , vel ſi redemptio vel commutatio melior videatur,& magis accepta Deo, quam peregrinatio vel abſtinẽtia. Item vtrum habeant cauſam temporalem,vel perpetuam, vt in primo caſu indulgeatur dilatio, in ſecundo redemptio. *Superioris auctoritas* exigitur , quia nemini licet auctoritate propria redimere vel commutare. Eſt tamen differentia inter votum terræ ſanctæ & alia vota; quia de voto terræ ſanctę redimendo commutando & differendo,nullus poteſt ſe intromittere niſi Papa, vel alius de ſuo ſpeciali mandato. In alijs autem votis redimendis commutandis vel differendis (licet quidam aliter dixerint, & alij dubitauerint) dico quod ſuus diœceſanus epiſcopus, conſideratis cauſis,poteſt auctoritatem præſtare.

Ad commutandum votum duo requiruntur,ſc. cauſa & auctoritas.

Votum terræ ſanctæ Papa reſeruatur.

De Arbitrio ſuperioris in votis commutandis.

CAP. LXXII.

Omne votũ commutatur in votum religionis.

NOta circa arbitrium ſuperioris, quod omne tale votum poteſt commutari in votum religionis, quia illud eſt indubitanter melius. *Vnde Alexander* 3. Rei fracti voti nullatenus habeantur, qui temporale obſequium,in perpetuam noſcuntur religionis obſeruantiam commutare. *Innoc.* Nec mutat aliquis propoſitum, cum pro ſalute animæ ſuæ vtilius aliquid meditatur.

Ex ſumma fratris V. Credo tamen quod ſi raptor,fuerit,vel vſurarius, qui multa de alieno habuerat , aut multos damnificauerat;& quia neſciebat quibus faciẽda erat reſtitutio,vouit quod illa expenderet in ſuccurſum terræ ſanctæ, non poteſt ſine ſpeciali licentia Papę in alios vſus illa conuertere,licet per ingreſſum religionis,ipſo iure abſolutus ſit à labore peregrinationis. Si autẽ non vouit vt dictum eſt;poteſt ingrediens monaſterium aliter de illis diſponere, & in alios pios vſus erogare,cum conſilio epiſcopi vel pœnitentiarij ſui.

Peringreſſũ religionis liberatur quis à voto terræ ſanctæ, niſi ſit notabilis perſona ex qua expeditio multum pendet.

Item hoc de mediocribus perſonis ſine dubio verum eſt, quod per ingreſſum religionis liberantur à voto Crucis. *Sed* nunquid idem de Rege & Imperatore, Duce vel Comite aliquo præpotente , ex quo pendet totus exercitus Cruce ſignatorum , & de eius abſentia deſolabitur? Quid ſi vouit quod toto tempore vitæ ſuę vel vſque ad triennium , vel ſeptennium militabit in terra ſancta , & tenebit ſecum mille , vel duo millia militum? *Reſpondeo.* Niſi probabiliter dubitetur, vtrũ circa arduas huiuſmodi perſonas pręponderare debeat communis vtilitas vel priuata,credo Papam potius eſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

consulendum in hoc casu, quàm aliquid temere diffiniendum.

Qui vouet se daturum aliquid pro terra sancta, & postea intrat religionẽ non est liber à voto.

Quid si aliquis Cruce signatus, vel aliàs, vouit quod expenderet, vel mitteret in subsidium terræ sanctæ c. marcas; postea ingreditur religionem, nunquid est liberatus omnino? *Respondeo.* Sic quo ad laborẽ peregrinationis, non quo ad pecuniam prædictam; quia nec episcopus, nec abbas, nec alius absque speciali licentia Papæ potest mutare vota terræ sanctæ: nec ipso iure mutantur per ingressum religionis, nisi quo ad laborem peregrinationis.

Ex summa de ca. Item in redemptione seu commutatione, debet superior habere cõsiderationem ad facultates vouentis, & expensas quas posset facere, vel facturus esset, si votum impleret: vt si sit votum Hierosolimitanum vel simile, puta contra hæreticos, vel aliud tale, vt omnia sine diminutione transmittat per aliquẽ, vel per aliquos viros religiosos in vsus & subsidium terræ sanctæ, seu catholicorum pro fide pugnantium. In voto abstinentiæ habenda est ratio asperitatis ieiuniorum, panis & aquæ, & omnium aliorum quæ in voto fuerunt comprehensa, considerata etiã affluentia vouentis: Nam in eadem specie voti, aliquis pauper posset redimere cum c. solidis, vel etiam vno denario, vel nullo, si nihil haberet vel habere posset, vbi rex vel comes nõ posset cum mille marcis argenti. *Ex summa fratris V* Generalis autem doctrina circa huiusmodi redemptionem votorum, dari non potest de facili, cum ex varijs circumstantijs personarum huiusmodi redemptio variè sit taxanda.

Multæ circũstantiæ sunt considerãdæ in redemptione votorũ.

De redemptione voti terræ sanctæ.

CAP. *LXXIII.*

Extra. 3. de voto & votire. Alex. 3. Cum Trecẽsis ecclesia contra libertatem ecclesiasticam grauaretur, nec per alium quam per Campaniæ comitem, in vltramarinis partibus constitutum, eidem ecclesiæ crederes de facili posse subueniri, ad ipsum proposuisti accedere, & in signum peregrinationis terræ orientalis, Dominicam Crucem assumpsisti *& infra.* Quãuis autem audita morte ipsius, intentionem tuam cõspiceres iam frustratam, noluisti tamen sine consilio se. ap. ad propria remeare. Et quidem tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum vtilitatem. *Sanè* non videbatur contra votum licitum vt venires, cum vox clamet prophetica. *Vouete & reddite domino Deo vestro:* Sed nec decens, cum sit scriptum: *Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei.* &c. Nec expedire videbatur, cum ex absolutione tua scandalum posset laicorum mẽtibus generari. Quod enim agitur à prælatis, de facili trahitur à subditis in exemplum. Ipsum etiam votum quod ex sui forma sanctum & honestum erat, ex personas vouentis minime licitum videbatur. Cum enim iuxta canonica instituta, clericus absque licentia sui episcopi peregrinari non debeat: & episcopus non minus, immo potius se ap. sit astrictus, videri poterat merito, quod absque generali vel speciali licentia, votum peregrinationis, qua te tamdiu absentares, emittere non deberes. *& infra.* Tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, vt expensas quas fueras in eundo, morando, redeundo facturus, alicui religioso committas in necessarios vsus terræ sanctæ, sine diminutione qualibet transferendas: *& infra.* Laborem etiam laboribus solicitius recompenses, instando vigilijs deuotius, vacando orationibus, & in ieiunijs fortius te exercens. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quod cum pro libertate Trecen. ecclesiæ per dictum comitem assequendum præcipue votum peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, quia cessauere causæ, facilius cessare potuit & effectus.

Facta prælatorũ trahuntur à subditis in exemplum.

Votum terræ sanctæ commutari potest quoad peregrinationem & laborem, datis expensis itineris in vsum eiusdẽ.

De Eodem.

CAP. *LXXIIII.*

DE his qui pro succursu terræ sanctæ signo crucis sumpto, propter infirmitatem, vel paupertatem vel aliam iustam causam, votum non posset vtiliter adimplere. *Respondeo*, quod debiles & inopes magis illuc in defectum quàm profectum accedunt, cum isti pugnare non possunt, & illi mendicare cogantur. Nisi forte sint nobiles & magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant, vel artifices & agricolę, qui de laboribus suis sibi possunt acquirere necessaria, & terræ sanctæ subsidia ministrare. Quamuis non multi talium, propter breuitatem possessionum, & paucitatem inhabitantium, ibi sunt oportuni. Vnde credimus distinguendum inter illos qui temporalem, & eos qui perpetuam impedimenti causam creduntur habere: Quod primis indulgenda est dilatio, secundis autem est redemptio iniungenda; ac rerum facultate pensata, quas possunt, aut quas facturi essent expensas (Personarum præterea compensato labore) in subsidium terræ sanctæ transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. Rursus inter alios, qui pro defensione terrę sanctæ votum peregrinationis emittũt, & eos quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis iniungitur, credimus distinguendum. Quia circa primos, plus terræ sanctæ succursus, & circa secundos plus labor itineris, secundum intentionem vouentis & pœnitentis debet attendi. Vnde si quis hoc modo vouentium est inutilis ad pugnandum, quamuis habilis ad eundum, melius est redimere votum, quàm expensas consumere. Quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter iniunctę peregrinationis implere. sanè valet intelligi; non autem de illo, qui quamuis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundum.

Modus redimendi votũ terræ sanctæ in habẽtibus perpetuũ aut temporale impedimentum.

Et infra. De mulieribus autem hoc credimus obseruandum, vt quæ remanere noluerint, viros suos sequantur. Cæteræ vero nisi forte sint diuites, quæ secũ in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant quod vouerunt. *Item* plerique debiles, etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilij valent prodesse pugnantibus, & personæ defectum per alios releuare. In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium, viti præter assensum vxorum huiusmodi peregrinationis propositum vouere valent liberè, & quod vouerunt liberè adimplere. *De clericis* vero duximus respondẽdum, quòd cum clericatus officium eos reddet inutiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio prędicationis iustructi, aut magnatum sint obsequio deputati, vel vsque adeo diuites fuerint & potentes, vt in expensis suis aliquos secum ducere valeãt bellatores, magis ab eis expedit redemptionem accipere, quàm ad votum eos cogere prosequendum.

Mulieres & clerici debẽt votum terræ sanctæ redimere.

Viri renitentibus vxoribus possunt exequi votũ terræ sanctæ

De Votorum irritatione.

CAP. *LXXV.*

Votum duobus modis irritatur, scilicet defectu conditionis, & potestatis superioris.

Ex summa de ca. Potest autem votum voluntarium irritari duobus modis, scilicet *defectu cõditionis*, scilicet generalis, puta si vixero, si potero, si Deus voluerit, quæ semper subintelliguntur, etiamsi non apponantur: Siue specialis, puta si filius meus fuerit liberatus de infirmitate, visitabo sanctum Iacobum, vel simile: hic similiter si defecerit cõditio, non obligetur ex voto, alias sic. Et hoc intelligas vbi tota obligatio ponebatur in enentu conditionis. Aliter si alia fuit conscientia, vel etiam si fecit votum ob causam, & publicè, & nõ expressit causam: sic vouẽs, & propter conscientiam, & propter scandalum tollendum, votum tenetur implere. *Potestate* vero superioris mul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tipliciter: Sunt enim quędam perſonæ, quæ non habent liberam facultatem vouendi; vt ecce monachus non poteſt facere votum abſtinentiæ, vel peregrinationis; vel ſi aliquod aliud fecerit, non debet exequi ſine licentia abbatis. Excipitur votum ſtrictioris religionis: Nam quod dicunt aperte Greg. & Vrbanus Papa: *Prohibetur canonicis regularibus ad monaſticam religionem tranſire abſque permiſſione patris ac congregationis*; intelligitur de his qui leuitatis cauſa tranſire volunt.

Monachus non debet vllum votum exequi ſine licentia abbatis præter votũ arctioris religionis.

Ex ſumma fratris. V. Nota etiam quod ſi quis vouit quòd iret ad ſanctum Iacobum, quia credebat ibi inuenire fratrem ſuum, & nihilominus propter redimenda peccata ſua: In hoc caſu quamuis ſciat fratrem ſuum deceſſiſſe antequam iter arripiat, nihilominus tamen ire propter aliam cauſam tenebitur. Idem intelligas quotieſcunque vouet aliquis ex duabus cauſis vel pluribus, & nihilominus intendit ſe obligare qualibet illarum cauſarum extante.

De Votis Monachorum.

CAP. LXXVI.

Ex ſumma de caſibus. Circa votum peregriuationis vel abſtinentiæ quæritur, vtrum abbas, vel prior, vel alius prælatus poſſit abſoluere religioſos ſibi ſubditos ab huiuſmodi votis, quibus ſe aſtrinxerant ante ingreſſum religionis. Ad hoc dicit H. quod ipſa religio ſtatim in ipſo ingreſſu ſoluit huiuſmodi vota, quia ſoluunt vinculum iuramenti & obedientiæ. Immo expreſſa eſt decretalis: quia non frangitur votum cum in melius commutatur. Nec eſt neceſſaria certa ſatisfactio peccati, vbi totum vitę tempus ſeruitio impenditur conditoris. Alij verò dicunt quod tenentur adimplere quod promiſerunt, niſi prælatus ſuus diſpenſet cum eis. *Mihi videtur*, quòd ſi aliquis volens huiuſmodi vota in melius commutare, epiſcopo ſuo præſtante auctoritatem, intrauit religionem, abſolutus eſt, vt ſupra. *e. parag. circa redẽptionem.* Si vero non intendebat commutare, vel etiam intendebat, ſed non interuenit auctoritas epiſcopi: licet poſſit dici, quòd vis religionis ſoluat huiuſmodi vota, vt ait. H. Conſulo tamen quòd diſpenſet prælatus, ſicut dicunt alij, quia tutius eſt. *Item* nota quòd non poteſt iniungere pater filio neceſſitatem peregrinandi, pecuniariam vero ſatisfactionem bene poteſt iniungere.

Ingreſſus religionis ſoluit eo ipſo vota antea facta, quãuis ad ſecuritatem expediat petere diſpenſationem prælati.

Licet monachis ad ſtrictiorem religionem trãſire.

Obiectio.

Solutio.

Cauſa. 20. q. 3. Quod vero ab vno monaſterio in aliud diſtrictius tranſire monachis ſit liberum, ex concilio Triburienſi habetur, in quo ſic ſtatutum eſt: *Virgines ſacrę, ſi pro lucro animæ ſuæ propter diſtrictiorem vitam ad aliud monaſterium pergere diſpoſuerint, ibidemque commanere decreuerint, Synodus concedit. Si vero fuga diſciplinæ alium locum quæſierint, redire cogãtur.* Quod autem de virginibus ſacris hoc capitulum ſtatuit, de monachis etiam conſequenter intelligitur; de quolibet etiam clerico. Sed obijcitur illud Baſilij. *Monachum non licet votum vouere ſine conſenſu abbatis ſui: Si autem vouerit, frangendum erit.* Item illud Agathenſis concilij. *Monachum niſi abbatis ſui permiſſu aut voluntate, ad alterum monaſterium commigrantem, nullus abbas ſuſcipere aut retinere præſumat. Sed vbicunque fuerit, ab abbate ſuo ſub auctoritate canonum reuocetur.* Item *clericis ſine commendatitijs literis, vel epiſtolis epiſcopi ſui, licentia non pateat euagandi. In Monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur. Seruandum quoque eſt de Monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat à congregatione diſcedere, niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem, a ſuperior abbatis licentia regula remittatur.* Verum hoc intelligendum eſt de Monachis religioſe viuentibus, quibus vota ſpecialis abſtinentię, vel alicuius diſtrictionis, quæ generalem conſuetudinem ſuorum fratrum excedat, ſine abbatis conſenſu vouere non licet, ne ſuper eo fratres ſcandalizentur. Cauſa etiam illorum ſtatutum eſt hoc qui regulariter diſciplinam ſubterfugientes, peregrinationis vota ſibi aſſumunt; quod nec Monacho, nec alicui clerico licet, ne hac occaſione ad ſecularem conuerſationem redeat.

De His qui voto religionis non tenentur.

CAP. LXXVII.

Extra. 3. de regularibus, & tran. ad re. Inno. 3. Cum alienatus non ſentiat, ac per hoc non valeat conſentire, eum denuncietis ab obſeruatione monaſtici ordinis abſolutum, niſi poſtquam mentis ſuæ factus eſt compos, ſpontanea voluntate profeſſionem fecerit monachalem. *Ibidem de voto, & vo. re. Alexan. 3.* Cum ex quadam minutione, nimio fuiſſes mortis pauore perterritus, hæc verba protuliſti: Non hic diu morabor; proponens in animo quòd religionis habitũ eſſes aliquando ſuſcepturus. *& infra.* Tibi igitur reſpondemus; quod ſi plus in voto non eſt proceſſum, tranſgreſſor iudicari non poteris, ſi non impleas quod dixiſti.

Non frangit votum qui illud in votũ religionis cõmutat.

Idem. Reus fracti voti non habetur, qui temporale obſequium, in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam commutare. *Item de impuberibus, aut cæteris qui voto religionis aſtricti non ſunt, multa ſuperius dicta ſunt.*

Ex ſumma de ca. Greg. 9. conſtituit, quòd nouitij in probatione poſiti, poſſint ad priorem ſtatum liberè infra annum redire, niſi in tribus caſibus. *Primus* ſi acceperunt habitum qui dari profitentibus conſueuit. *Secundus* ſi fecerunt profeſſionem. *Tertius* ſi euidenter apparet quòd tales abſolutè voluerint vitam mutare, vel in religione perpetuo deſeruire. *Sed qualiter* ſcietur quod fuerint in probatione? *Reſpondeo*, vel quia proteſtati ſunt ſe velle eſſe in probatione, vel quia acceperunt habitum nouitiorum, vel quia talis eſt ordo qui non conſueuit recipere aliquem ad profeſſionem, niſi probatione præmiſſa. Quod autem ſequitur *infra annum*, intellige vbi annus ſtatutus eſt ad probationem: Idem enim crederem de alio tempore, ſi eſſet ad hoc ſtatutum. *Quid* ſi non apparet euidenter quod voluit vitam mutare, & in religione perpetuo deſeruire, in iudicio tamen pœnitentiæ confitetur, quod ſui voluntatis compos fuit, & præmiſſa deliberatione intrauit? Dico quod non licet ei redire ad ſeculum, & ſi dubitaret, idem conſulerem, quia in dubijs via tutior eſt eligenda.

Hæc intelliguntur ſecũdum ius antiquum, iam vero profeſſio ante annum probationis facta eſt irrita, vt patet ex Concil. Trid.

Ex ſumma fratris V. Item ſine præiudicio credo, quod ſolum propoſitum non obligat, nec eſt mortale venire contra, niſi addatur promiſſio, vel votum expreſſum, vel tacitum ſiue præſumptum, vt cum quis recipit habitum profeſſorum, licet nihil dicatur verbo; vel cum recipit habitum nouitij, exprimendo propoſitum ſuum de perpetua obſeruantia religionis. Receptio enim habitus nouitij, cum euidenti expreſſione huius propoſiti, voti præſumptionem inducit; ad quod neutrum per ſe ſufficeret. Sic credo quod propoſitum eundi vltra mare, vel ad ſanctum Iacobũ ſine voto non obligat, niſi Crucem accipiat, quo ad primum caſum; aut à ſacerdote ſuo peram & baculum benedictum, ſicut fieri conſueuit quo ad ſecundum.

Propoſitum religionis nõ obligat ſub mortali ſine promiſſione ſeu voto expreſſo vel tacito.

De His qui ad votum ſeruandum iure compelluntur.

CAP. LXXVIII.

Extra 3. de regularibus. Ex concil. Tolet. Et clerici qui ſe fingunt habitu & nomine monachos & non ſunt, cogantur vt veri monachi ſint, vel veri clerici. *Alex. 3.* De clericis qui religionis habitum ſuſceperunt, & ante profeſſionem ad priorem ſunt ſtatum conuerſi. Reſpondemus, quòd ſi religionis auſte-

ritatem

Positi in probatione, poterãt, etiã iure antiquo secundum regulã sancti Benedicti ad pristinum statum redire.

titatem ad quam migrasse noscuntur, seruare noluerint, ad mitiorem sunt religionem transire cogendi: verum si ante susceptum huiusmodi habitum, positi in probatione recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem statum redire; quæ videtur præcipere, vt in eadem veste in qua venerunt, reuertantur.

Clemens. 3. Monachũ, aut paterna deuotio, aut propria professio faciat. *Idem.* Cum monachum faciat, non habitus, sed professio regularis, ex quo à conuertendo votum emittitur, & recipitur ab abbate; vt talis fiat monachus, & reddat domino quæ promisit, erit vtique compellendus. *Item Inno. 3.* Licet tempus probationis antiquis patribus sit indultum, non solũ in fauorem conuersi, sed etiam monasterij, vt & ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri. Si tamen ante probationis tempus regulariter prẽfinitum, is qui conuerti desiderat, habitum suscepit, & professionem emisit, abbate per se vel alium professionem recipiente monasticam, & monachalem habitum concedente, vterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum. Ideoque obligatur per professionem emissam pariter & acceptam; quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent firmitatem: Prohibendum est etiam abbatibus, ne passim ante tempus probationis, quemlibet indiscrete ad professionem recipiant, cum in subsidium fragilitatis humanæ, spatium probationis sit regulariter institutum.

Hac ante Cõcil. Trid. locum habebant.

Nota.

Ibidem. de vo. & vo. re. Alex. 3. Nobis intimasti te suscipiendi regularem habitum votum solemniter emisisse; cumque termino transacto non curasses quod voueras adimplere, vocatus fuisti ad regimen ecclesiæ Geben. Consulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesiæ memoratæ, ac reddas altissimo vota tua. Quod si capitulum eiusdem Geben. Ecclesię te postmodum duxerit canonicè eligendum, electionem recipere de te factam poteris.

Qui dolo inductus religione intrat nõ potest exire.

Ex sum. de ca. Quid si non metu, sed dolo inductus intrauit quis religionem; nunquid poterit allegare deceptionem, & exire? *Dico* quod non; non enim poterit dicere se deceptum, cuius conditio meliot facta est; nec alterius dolo, sed suæ potius fatuitati ascribat.

De Eodem.

CAP. LXXIX.

Quæstio sub vtraque parte proposita.

Ex summa de ca. Pone quod aliquis seculatis videt monasteriu dissolutum, monachos splendidè comedere, bene etiã indutos, & similia; cogitat se nũc ordinem bene posse sustinere, ingreditur; postea fit inquisitio in monasterio, compelluntur ad regulam obseruandam. Iste dicit, non noui hanc asperitatem quam modo vultis imponere, nolo eam tenere: quęritur vtrum possit cogi? videtur quod non; quia sicut non potest quis cogi ad totum votum, ita nec ad voti augmentum. Item quia idem iuris est in parte & in toto, sed ab initio non poterat cogi ad totum, ergo nec ad partem. *Contra*, qui facit professionem secundum regulam beati Benedicti, obligat se ad eam totaliter obseruandam: Nam qui nihil excipit, omnia cõprehendit. Item aut intendebat viuere regulariter, aut irregulariter. In primo casu patet quòd tenetur: in secundo idem: quia etiamsi expressisset, turpis adiectio pro non adiecta haberetur, & teneretur regulariter viuere. Item adiectio apposita contra naturam contractus, non mutat contractum. Idem in adiectione posita contra legem.

Solutio.

Solutio. Indistinctè dico quòd non potest redire ad seculum, ex quo fecit ibi professionem. Sed vtrum ibi cogatur manere distinguo: Aut erat peritus iuris aut ignarus. In primo casu non potest recedere, quia intelligitur se obligasse, non ad id quod fiebat, sed ad id quod fieri debebat. In secundo casu subdistinguo; aut fuit ei explanata asperitas regulæ, & tunc idem quod in iurisperito; aut non, & tunc si credebat eos regulariter viuere, & ad illam asperitatem se voluit obligare, non ad maiorem, & hoc expressit, non cogetur ibi manere, sed transibit ad alium ordinem quẽ valebit sustinere. Si vero non expressit, credo quòd debeat manere, nec potest allegare dolũ, nec deceptionem, quia fit melior sua conditio; & potest magis imputare fatuitati suæ, quod non examinauit vt debuit. Vel dic indistinctè quòd debet remanere, quia dolus aliorum, vel simplicitas vouentis non excusat in talibus.

Ad quid teneatur ille qui in monasterio dissoluto profitetur, si postea reformetur.

Ex sum fratris. V. Quid de illo qui vouit intrare ordinem Cistercienſem, nunquid potest intrare laxiorem ordinem? *Respondeo*: intrare tenetur ordinem Cistercienſem ad probandum religionem; & hoc quia poterit placere, & sic ibi remanere tenebitur; licet postquam intrauerit in probationem, & habitum nouitij susceperit, possit recedere; nisi vouerit non solum quod intraret, sed quod ibi monachus fieret, aut vsq; ad mortem ibi perseueraret: in quo quamuis non arctetur per regulam ad remanendum, tamen trangressor est voti si ad religionem transierit laxiorem.

Qui vouet strictam religionem tenetur intrare ad probandũ priusquam adeat laxiorem.

Qualiter monacho liceat ad arctiorem regulam transire.

CAP. LXXX.

Quo sensu concedatur priuilegium de nõ transeundo ad strictiorem ordinem.

Extra. 3. de regularibus, & transl ad reli. Inno. tertius. Licet quibusdã monachis & canonicis, nec non hospitalarijs & templarijs, à sede apo. sit indultum, ne postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit, ipsis inuitis, arctioris etiam religionis obtentu transire: vt vnusquisque secundum Apostolum in ea deuotione permaneat, in qua dignoscatur esse vocatus; quia tamen vbi spiritus Dei est, ibi libertas: & qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto: Ea ratione videtur hoc illis fuisse cõcessum, ne quis ex temeritate vel leuitate, in iacturam vel iniuriam sui ordinis, sub prætextu maioris religionis, ad alium ordinem transuolaret (sicut frequenter à multis constat esse præsumptum) non quidem vt ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate postulandam duxerit, & puritate: vt non fictè, sed verè ad frugem melioris vitæ valeat transmigrare.

Potest quis petita licentia à suo abbate, licet non obtenta ad arctiorem religionem trãsire; tenetur tamen abbas licentiam cõcedere omnibus pur & humiliter petentibus.

Talis ergo postquam à prælato suo transeundi licentiam postulauerit, ex lege priuata (quæ publicæ legi præiudicat,) absolutus, libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante indiscreti contradictione prælati: quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Cum etiam Ro. Pont. qui supremam obtinet in ecclesia potestatem, Archiepiscopis & episcopis, cedendi licentiam, ex iusta causa petentibus, sine difficultate concedat: Quocirca nouerint vniuersi, quibus huiusmodi priuilegium est concessum, se ad concedendam transeundi licentiam taliter postulantibus de iure teneri: quia sicut subditus à prælato, cum humilitate & puritate, transeundi debet licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur, sic prælatus subdito sine difficultate & prauitate qualiber, transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire diuinitus inspiratum.

Si vero probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad arctiorem, an laxiorem ordinem, ex charitate, an ex temeritate transire, superioris est iudicium requirendum, ne forte Angelus sathanæ in lucis Angelum se transformet: illa semper regula inuiolabiliter obseruata, vt nullus absque licentia Ro. Pont. præsumat occasione qualibet deserere præsulatum, quoniam communis vtilitas speciali præfertur. Et in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, solicitudo contẽplationi, & labor quieti. Vnde quando potest episcopus præesse pariter & prodesse, non debet concedi

Episcopus gregi vtilis non debet intrare religionem, nam pro bono cõmuni doctrina est præferenda silentio, solicitudo contẽplationi &c.

postulare licentiam, aut etiam obtinere. Cum ergo monachus vester, ad fratres Cisterc. ordinis transmigrauerit, non vt ordini vestro aliquatenus derogaret, sed vt apud eos vitam duceret arctiorem: Man. qua. super eo quod de corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis; quia charitas est fons proprius, cui non communicat alienus.

De Transeuntium & fugitiuorum reuocatione.

CAP. *LXXXI.*

Qui transit non petita licentia debet remanere præsertim si fecit ibi professionem.

EX *summa fratris V.* Nunquid si transeat aliquis non petita licentia ad arctiorem religionem, eo solo potest reuocari à prælato? *Respondeo* quòd non, maxime si professionem fecit vbi se transtulit: multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. *Item* pone quod impetrauit aliquis regularis licentiam ab abbate suo transeundi ad arctiorem religionem, postea pœnitet ille, nunquid abbas prædictus tenetur eũ recipere reuertentem? *Respondeo:* Si ille vel non potest inuenire arctiorẽ religionẽ vbi recipiatur, aut non potest sustinere asperitatem illius postquam probauit, tenetur eum recipere, si reuertitur ante factam ibidem professionem, aut nondum transacto tempore probationis: nec potest repelli prętextu prioris licentiæ vel renunciationis, si renunciauit primo monasterio: cum facta sit ex causa, scilicet vt transiret ad arctiorem religionem, & causa secuta non sit; alias non tenetur recipere.

Qui non potest sustinere asperitatem regulæ arctioris, debet recipi vbi ante fuit, si non fecerat professionem in arctiori.

Ad religionẽ æqualem nõ potest quis transire sine consẽsu Abbatis & cõuentus.

Quid si petijt licentiam transeundi, & abbas dixit quod deliberaret; & antequam respondeat, ille pœnitet, dicens quòd non vult transire: Abbas tamen postea licentiat eum, nunquid tenetur exire? *Respondeo* quod non, ex quo non concurrerunt eodem tempore, voluntas petentis, & licentiantis. Credo autem quòd vbi quis licentiam petit transeundi ad arctiorẽ religionem, sufficit licentia solius abbatis: vbi autem ad parem, notauit H. quod non sufficit licentia prælati, sine licentia conuentus, cum in alienatione prædij quod minus valet quam homo, requiratur consensus capituli. Ad laxiorem autem religionem non potest transire etiam de consensu abbatis & conuentus, quia contra ius est. *Cum autem* Abbas & conuentus licentiat aliquem simpliciter, & ille renunciat simpliciter suo monasterio, ex odio forte vel rancore, vel alia de causa; non valet quod agitur, quia hoc non est nisi dare licentiam euagationis & dissolutionis.

Non potest abbas monachum licentiare vt sit vagus in mundo.

Extra. 3. de regularibus, & tran. ad rel. Greg. 9. Statuimus vt præsidentes capitulis celebrandis, secundũ statutum ge. concil. Abbates siue priores; fugitiuos & eiectos de ordine suo requirant solicitè annuatim, qui si recipi possunt secundum ordinem generalem, abbates & priores eorum, ad receptionem eorum, cẽ. ec. compellantur, salua ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra prouideant, vt apud eadem monastetia sint in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri potetit. Alioquin in domibus alijs eiusdem ordinis, ad agendam inibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur. Si vero fugitiuos dictos inobedientes inuenerint, eos excommunicent; & tamdiu faciat à prælatis excommunicatos publice denunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

Recolligendi sunt eiecti & fugitiui & si fuerint inobedientes excommunicandi.

De Votis episcoporum & seruorum.

CAP. *LXXXII.*

Episcopus nõ potest facere votum peregrinationis vel religionis sine licẽ.

EX *summa de ca.* Quod autem superius dictum est de monacho, intelligas & de clerico seculari, non in voto abstinentię, sed religionis & peregrinationis. Sed hoc fallit in episcopo, qui nec votum peregrinationis vel religionis potest facere, nisi obtenta licentia Papæ. Item nec seruus sine domini voluntate. Tamẽ si seruus intrauerit religionem, & est persona nota, vel etiam est incognita, quia nescitur vtrum sit liber vel seruus, non debet recipi ad monachatum per triẽnium, ita quòd si sit seruus, vel ratiocinijs obligatus, vel colonus, idest originarius, vel ascriptitius, & quæratur à domino suo, reddatur ei, cum omnibus his quæ attulerit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem infra triennium non fuit requisitus, postea quæri non potest. *Quando* incipiet computari illud triennium? dicit H. quòd à tempore ingressus, & curret continuè in fauorem religionis. Ia. Io. & alij plurimi dicunt, quod à tempore scientiæ domini.

Papæ tia, nec seruus sine licẽtia domini ante triẽnium.

Quid dicẽdum de seruo ad professionem recepto ante triennium.

Quid si recipiunt eum ad professionem ante hoc tempus? credo, saluo meliori iudicio, quod ille debet remanere in ordine, & monasterium satisfacere domino, quia fuit in culpa recipiendo eum, vel dic, quod si iste erat incognitus, & asserebat se liberum cũ interrogabatur de hoc, vel forte probabat hoc per falsos testes & corruptos; si dominus noluerit eum ex gratia dimittere, spoliabitur tanquam indignus vel vilis habitu quem furtiuè accepit, & restituetur domino.

Probabile est seruum posse esse vere monachum sine licentia domini.

Ex summa fratris V. Sed nunquid talis est vere monachus, cum inuito domino seruus non possit cõstituere hominem super caput suum? *Respondeo*, quidam dicunt non potest fieri monachus. Sed H. videtur contrarium: quia seruus vouere continentiam, & proprijs abrenunciare, & viuere secundum regulam monachorum quantum licet, saluo iure dominorum quod habẽt in corpore serui, & animam Deo obligare inuito domino potest; licet non possit alijs subijcere corpus; sed subiectio corporis non exigitur ad monachatũ, quia in propria domo potest quis & esse & effici monachus. *Quod* autem dicit magister, quod prędictus seruus debet in ordine remanere in fauorẽ religionis, satis probabiliter potest dici quando seruus huiusmodi bona fide intrauerat monasterium, credẽs se esse liberum; alias videtur domino restituendus, si velit dominus.

Seruus ignoranter à prælato professus & ideo dimissus, tenetur redire manumissus.

Quid si postea fuerit manumissus, nunquid tenebitur reuerti ad monasterium vbi professionem fecit? *Respondeo*; dicunt quidam quod non. *Sed* H. innùit quòd licet dicatur quod non fuerit monachus, quia tamen erat quantum in eo fuit, tenetur redire ad monasterium. *Sed quod* contra videtur, *extra. de eonuer. coniu. Quidam intrauit.* placet, & difficile est respondere, dato quod seruus manens seruus, monachus fieri non possit. Sed dato quod possit, sicut videtur sentire H. facilis est responsio; quia aliud est de viro inuita vxore intrante monasterium, (qui monachus esse non potest) quia vouere continentiam sine consensu vxoris non potest; quę continentia annexa est regulæ monachali: vnde reuocatus ab vxore de monasterio, ipsa mortua non tenetur reuerti ad monasterium, quia nunquam monachus fuit: sed seruus adepta libertate tenetur reuerti, quia monachus fuit.

De Votis impuberum.

CAP. *LXXXIII.*

Adultus ex graui metu intrans religionem non tenetur manere.

EX *summa de ca.* Item nec impuberes absque patris aut tutoris auctoritate vouere possunt religionẽ, vel peregrinationem. Itaque nota, quod ingrediens monasterium, aut est adultus, aut impubes. *In primo* casu si intrat sponte, & facit professionem expressam vel tacitam, non poterit exire. Et dicitur *sponte*, quia si inuitus intraret non tenetur, etiamsi propter aliquã culpam, si sibi imponeretur ad pœnitentiam agendã. Et intelligas inuitum qui intrauit propter metum qui potest cadere in virum constantem, videlicet mortis, vel verberum, vel seruitutis, vel stupri serui vel filiorum. *Si vero* impubes intrat, aut ab alio ponitur in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad quid teneatur impubes intrãs religionẽ propria vel aliena authoritate.

monaſterio, puta patre, vel tutore, aut propria auctoritate. In primo caſu ſi ipſe non conſentit, poteſt egredi quando voluerit, vſque ad ætatem legitimam: Si autem conſentit, licet conſenſus ille qui fit ante annos pubertatis? non teneat, tamen exire non poteſt priuſquam perueniat ad ætatem legitimam, ad inſtar carnalis matrimonij: Sed quàm cito peruenerit ad perfectam ætatem, poteſt egredi. Si vero impubes propria auctoritate intrauerit, poteſt extrahi à patre vel tutore infra annum vel diem, Hoc tamen addit Innocen. quòd ſicut in matrimonio carnali malitia ſupplet ętatem, ita & in ſpirituali. Item ſi quis impubes, doli tamen capax, ſponte intrauit, conſulerem ei ad cautelam quod non exiret, vel ſi exiuerit quod rediret, niſi duxiſſet vxorem; non tamen dico teneri, niſi ſecundum diſtinctionem ſupradictam.

Pueri monaſterio traditi, adueniente pubertate, poſſunt exire.

Can. 20. q. 1. Quod intra annos pueritiæ monaſterio traditi, cum adulti fuerint liberum habeant arbitrium manendi vel diſcedendi, probatur auctoritate *ix ſynodi*, in qua ſic ſtatuum eſt. *Firma autem tunc erit profeſſio virginitatis, ex quo adulta iam ætas eſſe cœperit, & quæ ſolet apta nuptijs deputari ac perfecta.* Sed hoc de illa profeſſione quæ proprio arbitrio fit. Secus de illa quæ à parentibus Deo offertur. *vnde Grego. ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.* Addidiſti is adhuc, quod ſi pater vel mater, filium vel filiam intra ſepta monaſterij, in infantiæ annis, ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrum liceat eis poſtquam ad pubertatis peruenerint annos egredi, & matrimonio copulari? Hoc omnino deuitamus, quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filijs, voluptatis fræna relaxentur: *Item ex concil. Tol.* Monachum, aut paterna deuotio, aut propria confeſſio facit; quicquid horum fuerit, alligatum tenebit.

Hæc ſunt intelligenda ſecundum dicta in principio cap. & ſecũdum ea quæ hab. ntur in fine ſequen tis.

Adhuc de eodem.

CAP. *LXXXIIII.*

Gratianus. Ex his auctoritatibus colligitur, quod paterna proffeſſio pueros tenet obligatos. Sed obijcitur illud Leonis Papæ. *Puellæ, quæ non parentum coactæ imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum atque habitum ſuſceperit, ſi poſtea nuptias elegerint, præuaricantur.* Ex quo datur intelligi, quod ſi coactæ virginitatis habitum ſumpſerint, ſine præuaricatione ipſum deſerere poſſunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (vt in ſubſequentibus monſtrabitur) poſt 12. annum liberum eſt arbitrium, nec in electione propoſiti cogitur ſequi parentum imperium. Sic & illud intelligendum eſt, quod eſt ſtatutum in ſynodo habita ab Eugenio Papa. *Sicut qui monaſteria elegerint, à monaſterijs egredi non permittuntur; ita qui inuiti iuſtæ offenſionis cauſa ſunt intromiſſi, non niſi volentes teneantur: quia quod non petunt non obſeruant. Idẽ q. 2. Ex concil. Tribur.* Puella ſi ante 12. annos ætatis, ſponte ſua ſacrum velamen ſibi aſſumpſerit, poſſunt ſtatim parentes eius vel tutores id factum irritum facere ſi volunt; at ſi annum & diem diſſimulando cõſenſerint, vlterius nec ipſi nec ipſa mutare poterunt. Si vero in fortiori ætate adoleſcentula ſeruire Deo elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

Parentes non poſſunt filiũ puberẽ à religione prohibere aut reuocare, bene tamẽ impuberẽ intra annũ & diẽ

Quid profeſſio expreſſa, Quid tacita.

Ex ſum. fratris V. Et nota quod duplex eſt profeſſio, ſcilicet expreſſa & tacita. *Expreſſa* eſt, quæ fit per verba ſecundum formam ordinis. *Tacita* autem fit per receptionem habitus regularis, quo vtuntur profeſſi: quod ſi & cætera omnia facit, inde eſt ac ſi feciſſet expreſſam profeſſionem. *Item* nota, quod impubes ſi non eſt doli capax, ſecundum H. monachus fieri non poteſt, nec ſe Deo obligare *Gratianus.* Paruuli vero dum offeruntur, non niſi tub multorum teſtimonio ſuſcipiendi ſunt.

Extra 3. de reg. & tranſ. ad rel. Ex concil. Magunt. Nullus tondeatur niſi legitima ætate & ſpontanea voluntate. *Ex eodem.* Si quis ante legitimos annos tonſuratus, ſine conſenſu parentum ſuorum, ſi parentes ſui infra annum non reclamauerint, in clericatu permaneat.

Tonſuratus ante legitimam ætatẽ ſi parentes nõ reclamauerint intra annum debet permanere.

Ex regiſtro Greg. Quia in inſulis dura eſt congregatio monachorum, pueros in eorum monaſterijs ante 18. annum ſuſcipi prohibemus. *Celeſtinus 3.* Cum D. miles ſe cum ſuo filio, diſcretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam monaſterium cum bonis ſuis etiam contuliſſet, dictum filium ſuum fecit habitum ſuſcipere monachalem. *Et infra* Diſ. tuæ taliter reſpondemus, quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, ſi ad hoc induci nequiuerit, non eſt vllatenus compellendus.

Iterum De eodem.

CAP. *LXXXV.*

Pater non poteſt reuocare votum religionis impuberis niſi intra annum, nec alia vota niſi ſtatim ac ſciuerit ſcilicet eodẽ die,

Ex ſumma de ca. Si tamen impubes & doli capax emiſit votum aliud quam continentię, videtur quod ſit obligatus, niſi pater ſtatim cum audierit reuocet. *Ex ſumma fratris V.* Idem etiam credo de voto continentię citra ingreſſum religionis; quia non poterit reuocari niſi ſtatim reuocetur. Quid ſi vouerit ſe ſeruaturum continentiam, vel ingreſſum religionis tunc demum cum venerit ad ætatem, vel cum mortuus fuerit pater, nunquid poteſt pater illud reuocare contradicendo ſtatim? *Reſpondeo*, non poteſt ſecundum opinionem H. ſed ſecundum communem quæ humanior eſt, poteſt ſtatim, nec enim datur ei annus & dies ſicut in tranſitu ad rel. & hoc quia per ingreſſum rel. eximitur à poteſtate patris vel tutoris, ſed propter alia vota non eximitur, & ideo non poteſt reuocare, niſi ſtatim reuocet, ex quo ſcit votum eſſe emiſſum. Et expone ſtatim *in ipſa die*, vt Numeri. 30. vbi dicit: *Et in alterum diem diſtulerit ſententiam*. Idem enim credo de filio & filia, licet lex loquatur de ſola filia.

Quid ſi pater contradixerit, & reuocauerit huiuſmodi votum, ſiue continentiæ, ſiue aliud, & poſt huiuſmodi reuocationem conſentit huiuſmodi voto, nunquid filius cum venerit ad ætatem tenebitur obſeruare votum? Communis eſt opinio quod non, quia ſemel fuit abſolutus ſcilicet per reuocationem factam à patre, & obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. Vnde non tenetur ſeruare votum huiuſmodi, vel iuramentum, ſi forte iurauit aliquid quod tutor aut pater reuocauit, niſi iterum voueat aut iuret. *Idem* dicunt de vxore, quæ ad mandatum viri frangit votum, quod eo mortuo nõ tenetur illud implete. *Idẽ* dicunt de ſeruo qui intrauit monaſterium, & reuocatur à domino, & poſtea efficitur liber, quod nõ tenetur redire ad monaſteriũ. *Idem* de viro, qui inuita vel neſciente vxore intrauit monaſterium, & propter hoc reuocatus fuit ab vxore, quod mortua vxore non tenetur reintrare monaſterium, licet teneatur continere. *Sed in* omnibus caſibus iſtis dicit H. contrarium: & dicit quod in nullo caſuum prædictorum abſoluitur impubes aut ſeruus aut vir ab huiuſmodi votis, ſed impeditur adimplere quod promiſit. Vnde remoto obſtaculo quod impediebat, debet fieri quod impediebatur, ideſt votum ſeruari. Et nota quod cum pater vel tutor reuocat votum filij, vel impuberis; aut maritus votum vxoris, non peccat, quia vtitur iure ſuo ſibi à Deo & à canone conceſſo: nec filius nec filia nec vxor peccant non implendo votum, poſt huiuſmodi reuocationem.

Probabile eſt quod filius non tenetur implere votũ mortuo patre, quod pater dum viueret reuocauit, quia eo ipſo extinguitur obligatio.

De Votis coniugum.

CAP. LXXXVI.

Non peccat vxor non ſeruãdo votum quod de cõſenſu mariti emiſit, ſi maritus poſtea prohibeat; peccat tamen maritus.

EX *ſumma de ca.* Vxores, ſi emiſerint votum abſtinentiæ, vel peregrinationis, vel continentiæ, vel aliquod aliud, non debent auctoritate ſua contrauenire. *Sed* viri ea poſſunt irritare; etiam ſi ante matrimonium contractum emiſerant votum, quod contracto matrimonio nondum compleuerant, verũ eſt etiam hoc, ſi vxor de conſenſu viri emiſerat tale votum, & poſtea vir prohibet; quia debet ei obedire vxor, & in nullo peccat vxor obediendo, licet peccet vir id quod conſenſerat prohibendo.

Qualia vota aut iuramẽta vxoris poſſit vir reuocare ſiue irritare & qualia non.

Ex ſumma fratris. V. Nunquid poſſunt irritare ſimiliter iuramenta eorum, facta ante matrimonium contractum, vel poſt? Reſpondeo, Credo quòd non niſi ſint talia quòd prętita fuerint ſuper abſtinentia, ſecundum quòd innuit gl. Aug. *Notauit* etiam H. *33. q 3. voluit*, quòd ſi ante matrimonium contractum obligauit ſe mulier alicui hominum, non poſſet poſt matrimonium contractum vir eius liberare eam ab illa obligatione. Similiter credo, quòd ſi poſt contractum matrimonium iuraret aliquid alicui quod ipſa poſſet facere, non contradicente marito, non poſſet ille tale iuramentum irritare; alias credo quòd poſſet.

Quid ſi voueat mulier vel iuret quod non ibit ad conuiuium, vel ad aliquid aliud extra domum propriam cum viro ſuo. *Reſpondeo*, credo quod huiuſmodi iuramentum vel votum (ſi tamen votum eſt) poteſt vir reuocare. H. tamen notauit, quod maritus illa ſola vota vxoris abſtinentiæ reuocare poteſt, quę ipſa implere non poteſt ſine ſcandalo viri, vt de ieiunijs, de ſurgendo ad matutinas, de iacendo de nocte in camiſia. Alia quæ poteſt implere ſine ſcandalo viri, reuocare non poteſt; nec vxor tenetur ei obedire in reuocatione, vt ſi vouerit quod daret aliquid de proprio, vbi conſuetudo eſt quod mulieres habent parafernalia ſeparata à rebus dotalibus; vel ſi vouit quod cantaret vnum pſalterium, vel diceret. *'Pater noſter* ſingulis noctibus, vel quod de cætero non exiget debitum, vel quod non conſentiet adulterio.

De Eodem.

CAP. LXXXVII.

Maritus non poteſt religionem intrare niſi etiã vxor intret aut cum ſit ſenex voueat coràm epiſcopo continẽtiam perpetuam; alias poterit abilla reuocari.

EX *ſumma de ca.* Quod autem dixi de voto continentiæ, ſcilicet quod viri vxorum vota poſſunt irritare, intelligas cum diſtinctione. Quia aut inter virum & vxorem eſt ſecuta carnalis copula, aut non. In primo caſu, ſi vult vxor religionem intrare, poteſt, ſi maritus ſimiliter intret, & econuerſo. Vel ſi eſt vetus vxor, & non eſt ſuſpecta de incontinentia, licentiet virum, & promittat in manu vel præſentia epiſcopi continentiam: Et ſic poterit vir intrare, alias non. Idem videtur dicendum in caſu conuerſo, videlicet quod vxor poſſit intrare religionem, viro ſene, & non ſuſpecto de incontinentia: quia in huiuſmodi non ad imparia iudicantur.

Ex ſumma fratris. U. vbi dicit *continentiam* ſupple perpetuã, Non enim ſufficit, quod promittat continentiam ad tempus vitæ mariti ſui tantum. Si autem poſt huiuſmodi votum factum ad tempus, maritus receptus fuerit de facto (quia de iure non debet) mortuo marito poterit matrimonium contrahere, ſi remanſit vſque ad mortem viri, quod ideo dico, quia ſicut notauit H. viuente marito debet cõpelli intrare monaſterium, vel ſaltem vouere perpetuam continẽtiam. Quod ſatis credo ſi ipſa ignara fuit iuris; aliàs nõ credo quod compellẽda ſit, ſed potius reuocare maritum debebit, ſi induci non poſſit illa ad intrandum monaſterium quando eſt ſuſpecta, vel ad vouendam perpetuam continentiam. *Itẽ* nota quod dicit *in manu vel præſentia epiſcopi* alia enim maiora negotia non debent expediri per minorem quam epiſcopum, vel per aliquem de mandato eius. Si tamen per aliam perſonam fieret inferiorem, ſi alias titè factum, non deberet propter hoc epiſcopus factum reuocare; & peccaret ſi de facto reuocaret.

Extra. 3. de conuerſione coniugum. Alex. 3. Laicus, ignorante epiſcopo, de licentia vxoris monaſterium ingreſſus, profeſſionem fecit. Dicimus quod niſi vxor ad religionem tranſierit, aut perpetuè caſtitatem ſeruare promiſerit, vir poteſt & debet de monaſterio reuocari. *Inno. 3.* Non eſt alter coniugum recipiendus ad obſeruantiam regularem, niſi reliquus perpetuã continentiam repromittat: ſed & vitam debet mutare, niſi forte eius ſit ætatis, vt ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſeculo remanere. *Ex ſumme de ca.* Si vero vxor non vult ingredi religionem, ſed in ſeculo promittit continentiam, obligatur quantum in ea eſt: marito tamen petenti debitũ tenetur reddere, niſi ambo emiſerint pari conſenſu tale votum; tunc enim etſi maritus peteret, ac votum frangeret, ipſa tamen debet inſtantiſſimè perſeuerare in voto quod fecit.

Licet vxor voueat continentiam marito religionẽ intrãte tamẽ illo debitum petente, reddere tenetur.

Adhuc de eodem.

CAP. LXXXVIII.

Poſt matrimonium ratum non cõſummatum, poteſt alter coniugũ religionẽ intrare altero inuito, & in ſeculo remanente; an autẽ hoc poſſit matrimonio per violentiam conſummato, dubiũ eſt.

SI autem non interuenit carnalis copula, poteſt ingredi religionem inuito etiam viro, & contradicente. *Extra tertio de conuer. coniuga. Alexander quartus.* Poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiam repugnante, eligere monaſterium, ſicut ſancti quidam de nuptijs vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non interuenerit, & alteri remanenti, ſi commonitus continentiam ſeruare noluerit, licitum eſt ad ſecunda vota tranſire; quia cum non fuiſſent vna caro inſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deum tranſire, & alter in ſeculo remanere.

Ex ſumma fratris. V. Nunquid ſimiliter poterit tranſire ad eremum, vel ad recluſorium? *Reſpondeo*: H. notauit quod poteſt marito inuito, dum tamen emittat votum continentiæ, quia in eremo vel recluſorio, vt dicit, eſt arctior religio quam in eccleſia regulari. Sed non credo quod poſſit, niſi obliget ſe ad obſeruantiam regularem, & ſolenniter renunciet ſeculo, & omni proprietati, ita quod teneatur ad illa tria vſitata quæ ſunt in qualibet religione, ſcilicet ad continentiam, & ad abrenunciationem propriorum, & ad obedientiam. *Quid* ſi datum eſt ei tẽpus ad intrandum, & maritus interim per violentiam cognoſcit eam; nũquid eo nõ obſtãte poterit illa ingredi religionẽ infra tẽpus ſibi aſſignatum? aut impedietur intrare propter matrimonium iam per carnalem copulã conſũmatum? *Reſpondeo* quod quæſtio difficilis eſt, & diuerſi diuerſa ſuper hoc ſenſerunt.

Poſtquam vxor fuerit profeſſa, vir qui remanſit in ſeculo poterit aliã ducere.

Ex ſumma de ca. Sed quid ſi ſe dicit velle intrare cũ vir exigit ab ea debitum, & tamen procraſtinando differt? *Dico* quod epiſcopus debet arbitrari tempus infra quod ipſa ingrediatur; quo elapſo ſi non fuerit ingreſſa, cogatur per excommunicationem ſatisfacere viro, tamen ſi termino elapſo illa ingrederetur, nihilominus teneret ingreſſus, dummodo ante carnalem copulam, poſtquam autem ipſa fuerit ingreſſa, & fecerit profeſſionem tacitam vel expreſſam, ſolutum erit matrimonium, & vir qui remanſit in ſeculo, etiam illa viuente poterit aliam ducere.

Ex ſum. fratris V. Hoc ſiue de conſenſu intrauerit vxor religionem, ſiue eo contradicente. H. tamen cõtrariũ notauit ſuper illud c. deſponſata, ſcilicet quod eo ipſo videtur maritus vouiſſe continentiam, quod conſenſit vxorem intrare monaſterium, quod ego non credo. *Ex ſumma de ca.* Item quid ſi ipſa non vult ingredi religionem, ſed quaſi ſeruatura propoſitum caſtitatis in ſeculo, velit in domo propria permanere, ſuſcepto aliquo religionis velo? *Ad hoc* dicas:

Nota.

quod

quod non ſufficit, & nihilominus conſummandũ eſt matrimonium iam contractum, niſi ſe voto aſtrinxerint ad obſeruantiam regularem. In quo caſu compelli poteſt, vt relicto ſeculo, religionis propoſitum exequatur.

Extra vbi ſupra. Inno. 3. Cum quædam mulier velum viduitatis coram duobus abbatibus aſſumpſiſſet benedictione ſolenni, quidam nobis proponebat ſe prius ipſam mediantibus nuncijs per verba de præſenti, arra etiam interpoſita, deſponſaſſe, at illa ſe in illum conſenſiſſe confeſſa, dixit quod audierat illũ lepra eſſe percuſſum, & ob hoc eius fuerat abominata complexum. *Et infra* licet videatur in veli ſuſceptione religionis habitum aſſumpſiſſe, ſi tamẽ velit in domo propria permanere, quaſi propoſitum caſtitatis in ſeculo ſeruatura, nihilominus conſummandũ eſt matrimoniũ iam cõtractũ, niſi ſe voto aſtrinxerit ad obſeruantiam regularem. In quo caſu compelli poteſt, vt relicto ſeculo, religionis propoſitum exequatur. *Ex ſumma fratris V.* Compelli poteſt & debet.

Poſt ratum matrimoniũ cõpelli poteſt coniux vel matrimoniũ conſummare, vel religionis votum exequi.

Item de eodem.

Cap. LXXXIX.

QVid ſi antequam compellatur vel exequatur huiuſmodi propoſitum ſiue votum, voluntaria cognoſcatur à marito, nunquid conſummatur matrimonium? Credo quod ſic, niſi ita aſtrinxerit ſe ad obſeruantiam regularem, quod fecerit profeſſionem tacitam vel expreſſam ſecundum formam alicuius religionis; nec enim votum caſtitatis, quocumque modo ſolennizatum, dirimit matrimonium ante contractũ, niſi ſit ſolennizatum per ſacri ordinis ſuſceptionem, vel profeſſionem regularem.

Vxor ante copulam interponens votum religionis, ſi poſtea voluntarie à viro cognoſcatur, conſummat matrimonium.

SED nunquid poteſt aliquis vel aliqua fieri monachus vel monacha in domo propria. *Reſpondeo*, poteſt quidem, ſicut notauit H. dum tamen faciet votũ de non habendo proprium, & de ſeruanda continentia, & ſupponat ſe regulæ monachali, & viuat ſecundum eam, nec exigetur quod ſe ſupponat alicui abbati vel priori, quia primus monachus ſine omni abbate vel priore monachus fuit, licet non fuerit monachus ſecundum regulam & formam Beati Benedicti, qui voluit & inſtituit, quod fratres ſui obedirent abbati.

Poteſt quis eſſe monachus in domo propria ſine vllo abbate vel priore.

Sed cuius sũt res quas habet huiuſmodi monachus qui eſt ſine abbate vel priore in domo propria, vel in recluſorio, vel in eremo, cum habere propria non debeat? *Reſpondeo:* Dicit H. ſua ſunt quo ad vſum, quo ad proprietatem autem eorum ſunt qui debẽt ei ſuccedere ab inteſtato; ſi tamen transferat ſe ad aliquam eccleſiam, fingentur nunquam fuiſſe illorum, & erunt illius eccleſiæ ad quam ſe tranſtulit. Si autem nec ſe transfert, nec habeat tales ſucceſſores, ſuccedet in illis rebus eccleſia, cum huiuſmodi monachus perſona ſit eccleſiaſtica.

Quale debeat eſſe votum continentiæ quod dirimit matrimonium.

Cum autẽ aliquis vel aliqua emittit votum continentiæ in manu publicæ perſonæ, credo ſine præiudicio quod tale votum impedit & dirimit matrimoniũ poſtmodum contrahendum, licet ſic vouens non recipiat habitum religionis, nec renunciet proprijs, vel promittat obedientiam alicui abbati vel priori. Quidam tamen dicunt contrarium, dicentes quod votum continentiæ non dirimit matrimonium contrahendum, niſi ſit ſolennizatum per ſacri ordinis ſuſceptionem, aut per profeſſionem regularem.

Votum abſtinẽtiæ quod non cedit in præiudicium vxoris poteſt vir illa inuita facere non autẽ peregrinationis, niſi ſit terra ſanctæ.

Ex ſumma de caſibus. Et nota, quod quicquid dictum eſt de vxore, quantum ad votum continentiæ, intelligendum eſt & de viro; quia in talibus ſecũdum omnes ad paria iudicantur vir & vxor. In voto autem abſtinentiæ, dicunt quidam indiſtinctè, quia vir eſt maior, quod poſſit talia vota facere inuita vxore. H. vero intelligit idem, vbi per tale votum non fieret vxori præiudicium in debito ſibi reddendo, quod ſatis videtur mihi probabile. In voto peregrinationis dic, quod neuter coniugum poteſt altero inuito facere. Fallit tamen in voto Hieroſolimitano, quod in maximum fauorem terræ ſanctæ, ac fidei Chriſtianæ, poteſt vir ſine vxoris licentia facere ac liberè adimplere, vxor tamen vt aſſentiat eſt attentius commonẽda, vel ſi non vult remanere, ſequatur virum ſuum.

De Eodem.

Cap. XC.

Quando alter cõiugum intrat religionem abſque conſenſu alterius, alius poteſt illum reuocare, niſi in duobus caſibus.

EX *ſumma de caſibus*. Item alter coniugum intrauit religionem ſine licentia alterius, alius reperit an poſſit petere aut reddere debitum? *Reſpondeo* eum, quæritur vtrum teneatur redire ad coniugem & quod ſic, niſi in duobus caſibus. *Vnus* eſt, ſi illa fuit publicè fornicata, & ipſe ingrediens vixit caſtè, *de alio infra vide.*

Ex ſumma fratris V. Bene dicit *ſine licentia*, quod fieri non debet, quia tria ſunt neceſſaria ad hoc, auctoritas epiſcopi, expreſſa licentia coniugis ſui, & votum perpetuæ continentiæ, cum tranſitu ad religionem, ſi ſit ſuſpecta perſona, alias poterit remanere in ſeculo. Item bene dicit, *ſi vixit caſtè*, alias non poſſet eam reuocare, ſcilicet ſi fornicatus ipſe fuiſſet ante ingreſſum religionis, vel poſt.

Si manens in ſeculo ſit fornicatus, & alter nõ, nec ante nec poſt ingreſſum religionis.

Extra. tertio vbi ſupra. Innocentius tertius. Conſtitutus in præſentia noſtra H. ſua nobis confeſſione monſtrauit quod in acolytatus ordine conſtitutus, quandam puellam, R. nomine, in facie eccleſiæ duxit; quã cum carnaliter cognouiſſet, orta diſcordia inter eum & amicos puellæ, ipſa fuit alij nomine V. copulata, & tu eum, vſque ad gradum ſacerdotij ordinaſti. Cum autem eum ſua conſcientia remorderet, habitum ordin. Ciſtercienſis aſſumpſit, *& infra.* Mandamus quatenus mulierem vt a dicto V. recedat, cui per adulterium adiuncta eſt; nec prædictum monachum impediat, quo minus regulariter votum valeat adimplere, per cenſur. eccleſiaſt. cogere non omittas.

Quãdo ambo fornicati ſunt licet occultè, poteſt qui religionẽ intrat reuocari; ſecus quando ambo intrãt religionem ſine mutuali cẽtia.

Ex ſumma fratris V. Quid ſi vterque fornicatus eſt, nunquid poteſt alter altero inuito intrare monaſterium? *Reſpondeo*, Non poteſt, ſicut norauit H. *vigeſimaſeptima, quaſtione ſecunda. Agathoſa.* Et poteſt reuocari qui ſic intrauit, quod credo verum, ſiue occulta, ſiue publica fuerit vtriuſque fornicatio, vel ſi etiam ingrediens occultè fornicatus fuerit, & alius publicè.

Qui intrat religionẽ credens cõiugem eſſe mortuũ poteſt euocari.

Quid ſi vterque non petita licentia ab altero intret monaſterium, nunquid potuerint ſe mutuo repetere? *Reſpondeo*, Non poterunt, quia neuter poteſt dicere ſe ab altero ſpoliatum, & vterque intrando renunciauit iuri quod habebat in reliquo, & iuri exigendi debitum; vnde votum vtriuſque tenuit quoad exigẽdum & quoad reddendum debitum. *Quid* ſi vterque credens alterũ eſſe mortuũ intret monaſterium, nunquid comparante veritate poteſt alter exire, & alterũ petere? *Reſpondeo.* Notauit H. quod ſic, quia neuter intrãdo voluit fieri monachus, niſi alter mortuus eſſet, vnde neuter fuit monachus, cum vterque viueret. Sicut illa quæ nupſit alij, cum virum ſuum mortuum eſſe crederet comparente veritate licitè recedit à ſecundo, & redit ad primum.

Si ſit lata inter eos ſentẽtia diuortij quoad thorum.

Ex ſum. de ca. Alius eſt ſi fuerat lata inter eos ſententia diuortij ad ſeparationem thori. *Ex ſum. fratris V.* In hoc caſu poteſt ille qui relictus eſt intrare monaſterium inuito relinquente, ſicut notauit H. ſuper prædictum c. quia per ſententiam eccleſiæ amiſit vterque poteſtatem in corpore alterius, & vterque ex toto renunciauit iuri ſuo, quod credo verum eſſe, ſi relinquens non vult reliquum ſibi reconciliari.

Ex ſum. de ca. Ad aliud dico, quod eſt obligatus quo ad ſe tantum, & ideo non poterit exigere

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Reuocatus e religione ab vxore post professionem, tenetur reddere debitū, sed non potest exigere; mortua vero vxore tenetur ad monasterium redire, nec potest aliam ducere vxorē, quāuis votum nō erat solēne vt hic dicitur.

debitum, quia hoc potuit vouere, quia erat in sua potestate; Sed alienum, idest non reddere debitum cōiugi petenti, non potuit vouere, & ideo tenebitur reddere.

Extra. 3. de conuer. coniu. Alex. 3. Quidam intrauit monasterium inuita vxore, qua ipsum repetente coactus est ad ipsam redire, ea mortua quæris &c. *Respōdemus*, quod votum non tenuit. Vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire. Vlterius vero vxorem accipere non poterit, promisit enim se non exigere debitum, quod in eius erat potestate, & ideo quo ad hoc votum tenuit, non reddere autem non erat in eius potestate, sed mulieris.

Iterum de eodem.

Cap. XCI.

Ex summa de ca. Pone quod moritur vxor, quæ extraxerat eum de monasterio, nunquid tenetur redire ad monasterium? vel nunquid poterit ducere aliam vxorem? vel nunquid saltem tenebit matrimonium, si duxerit? Item nunquid ab illa secunda potetit exigere debitum? *Ad primum* dico, quod cessante impedimento monendus est diligenter redire ad monasterium, & peccat si non facit, inuitus tamen non est cogendus ab ecclesia, quia professio quam fecit nō solennizauit votum, cum non obligaretur simpliciter ad continentiam, propter impedimentum vxoris.

Euocatus è monasterio ab vxore, potest ab Episcopo post mortē vxoris cōpelli redire, sed non à cōuentu vbi erat, eo quod votum eius non erat solenne.

Ex sum. fratris V. Si peccat, quare ergo non compellitur redire, cum quilibet possit compelli ad pœnitentiam, & desistere à peccato? *Respondeo* secundum H. compelli potest, & peccat mortaliter si non redit. Quod ergo sequitur, quod non est cogendus inuitus, intelligendum est ad petitionem eorum ad quos intrauit, quibus se subijcere non potuit. Episcopus tamen de suo officio potest eum compellere reuerti ad monasterium. Vel dic quod peccat venialiter, quia recedit à proposito meliori; quod tamen non videtur verum, cum quantum in ipso fuerit obligauerit se ad perpetuè viuendum in religione, quando fecit professionem. Cum ergo mortua vxore sublatum sit impedimentum quod impediebat voti executionem, fieri debet quod impediebatur, & huic rationi innititur, H. *extra vbi supra.*

Vrbanus 3. Licet D. vxore sua remanente in seculo, de iure ad religionem transire nequiuerit, ea tamen sublata de medio, votum sine salutis suæ periculo non potuit violare. *Celestinus 3.* Vtrum mulier quæ prædēs maritum mortuum, habitum religionis assumpsit, & conuerso, de monasterio educta fuit, post obitum viti sit ad obseruantiam regularem compellenda? Respondemus, quod votum eius vsquequaque non tenuit; eatenus tamen fuerat obligatorium, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium, se non exacturam carnis debitum, quod erat in potestate ipsius. Redire vero ad seculum non erat in potestate ipsius, sed in potestate mariti; & ideo quantum ad eum tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desijt, cum ad eum statum à quo poterat efficax habere principium peruenisse noscatur. Consultius quoque dicimus, vt ad monasterium, redeat, vbi professionem fecit: Si vero ad hoc non poterit induci, ipsam inuitam credimus non cogendam.

Hoc intelligitur vt iam dictum est.

Qui profitetur religionē inuita vxore, non potest illa mortua aliam ducere sine peccato mort factum tamen tenet & secundū aliquos potest a 2. vxore debitum petere.

Ex summa de ca. Ad secundum dico quod non potest cōtrahere, impediēte voto saltē simplici: Si tamen cōtraxerit per verba de præsēti, peccat, & debet agere pœnitentiā de simplicis voti fractione, & tenebit matrimoniū; & ita respōsum est ad tertium. *Ad quartum* & vltimū dixit H. quod sicut non poterat exigere debitū à prima, necà secūda. Io. vero & plerique alij doctores dixerunt, quod licite poterit exigere: quia licet peccauerat cōtrahēdo, tamē tantū bonū est matrimoniū, quod tollit totaliter obligationē illam. Opinio tamen H. videtur tutior, & congruentior ad salutem.

Adhuc de eodem.

Cap. XCII.

QVid si vxor sine cuius licentia vir intrauerat religionem, vult intrare religionem, & maritus contradicit? Ad hoc distinguo cum Inno. quia aut est iam eiectus de monasterio. & reconciliatur vxori, aut non: In primo casu non potest intrare vxor religionē. In secundo potest illo inuito intrare. *Causa 33. quæstione quinta.* Qui vxorem suam velari permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.

Ex hoc casu & similibus dixit H. quod alter cōiugum si viderat comparem suum, vel sciuerit intrare religionem & tacuit, eo ipso præsumitur vouere continentiam, & huiusmodi taciturnitas reputatur pro cōsensu, secundum plurimos. Sed magister videtur innuere supra, quod necessaria est licentia expressa, & non sufficit taciturnitas; quod credo verum esse. Sed & si interuenerit cōsensus, vel licentia extorta per violentiam, vel per dolum, non præiudicat. Si autem nō fuerit dolus ibi, vel violentia, præiudicat, nisi licentiās vel consentiens ius ignorauerit, scilicet quod teneretur ad perpetuam continentiam. si autem sciuit ius, & non erat persona suspecta de incontinentia, non poterit reuocare licentiatū, sed tenebitur continere, quia præsumitur continentiam vouisse. Si autē erat persona suspecta de incontinentia, & hoc sciebat, non poterit similiter reuocare, sed tenebitur intrare religionē, si eam commodè poterit inuenire. Si autem non potest, aut non credebat se esse suspectam de incontinentia, cum tamen esset, poterit reuocare licētiatam, quia non recipitur apud Deum illius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio.

Qui licētiat coniugem vt intret religionem sciēs se teneri exinde ad perpetuam cōtinentia, nō potest eā reuocare nisi in casu incontinentia &c.

Quid si licentians emiserit votum continentiæ remanens in seculo, & non esset suspectus, & mortuo coniuge suo, de facto contrahat matrimonium, nunquid tenebit? Respondeo, tenebit, nisi emiserit votū continentiæ solenne: quod poterit solennizari, quamuis non renunciet proprijs, nec promittat obedientiā alicui abbati, vel priori; Nec etiam recipiat habitum alicuius religionis, nec sacrum ordinem, dum tamen emittat illud in manu episcopi, vel abbatis de mandato episcopi generali vel speciali, ipso episcopo vel eius mādatario approbāte illud votū, tunc enim spirituale matrimonium cōtrahitur inter vouētem & Deum, & perficitur per approbationem ipsius episcopi, qui est vicarius vel procurator Dei. Immo etiam consummatur quantum in hac vita potest cōsummari, vnde post huiusmodi votum siue matrimonium spirituale, locū non potest habere carnale matrimonium, sicut post matrimonium carnale consummatum, non potest transiri ad aliud carnale, alterutro contrahentium viuente; nec etiam ad spirituale, nisi de consensu vtriusque.

Votū solenne dirimēs matrimoniū potest fieri sine professione regulari per ordinū susceptionem.

De Eodem.

Cap. XCIII.

Extra. vbi supra. Grego. 9. Mulier quæ in fide remansit, potest nolente viro qui ab infidelitate reuertitur, postquam ab eo fuerat iudicio ecclesiæ separata, ad religionem liberè conuolare. *Idem.* Mulieres vero quæ relicto maritali thoro, lapsu carnis ceciderunt: Si mariti earum, commoniti à te diligenter, eas conuersas noluerint recipere propter Deum, in clausstris cum religiosis mulieribus studeatis collocare, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

Ex summa fratris V. nota quod dicitur de marito *si noluerit recipere*, supple voluntariè, & sibi reconciliare, ad quod ipse compelli non potest, quantumcūque illa pœnituerit, nisi & ipse adulteratus fuerit. Et est argu. quod potest eam reconciliare sibi inuitam si velit, & quod antequam recusset sibi reconciliare illam, monachari non potest, siue lata sit sententia diuortij, siue non: cum hoc decret. *Gaudemus*, in-

Nō potest adultera post diuortiū monachari, nisi vir recusset illi reconciliari.

distinctè

distinctè loquatur, H. tamen dixit, quod lata sententia diuortij, relictus monachari potest, inuito & contradicente relinquente.

De Mendacio & eius speciebus.

CAP. XCIV.

Quid mendacium, & quomodo se habeat ad falsũ dicere.

EX *summa de casibus. Mendacium est* (vt ait Augustinus) *falsa significatio vocis, cum intentione fallendi.* Nam is qui mentitur contra id quod animo sẽtit, loquitur voluntate fallendi, & ita prima pars diffinitionis comprehendit falsum dicere, secunda mentiri. Patet ex his quod hæc duo, mentiri & falsum dicere, se habeant excedenter & excesse; quia non omnis qui mentitur dicit falsum, nec omnis qui dicit falsum mentitur: at qui mentitur fallit semper voluntate, & ideo semper peccat, quia ream linguam non facit nisi rea mens. Qui vero dicit falsum non semper peccat: aliquando enim dicit quis falsum, & credit se dicere verum; & tunc, si adhibuit diligentiam debitã non peccat; sin autem, peccat saltem venialiter.

Octo genera mendaciorũ.

Augustinus ponit octo genera mendaciorum. *Primum* quod fit in doctrina religionis. *Secundum* vt aliquem lædat iniustè, quod tale est vt nulli prosit, & obsit alicui. *Tertium* quod prodest alicui, ita vt obsit alteri, quamuis non ad munditiam corporalem; vt mendacium testis in causa pecuniaria. *Quartum* quod fit sola mentiendi fallendique libidine, quasi sine causa & vtilitate. *Quintum* quod fit placendi cupiditate. *Sextum* quod nulli obest, & prodest alicui, ad euitandum periculum pecuniæ. *Septimum* quod nulli obest, & prodest alicui, ad euitandum periculum personæ. *Octauum* est, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immunditia corporali aliquem tueatur; vt si volenti corrumpere virginem, mentiatur quis eam esse coniugatam. In his autem tanto minus quisque peccat, quanto magis à primo recedit.

Explicatur tracedens diuisio.

Ex summa fratris V. Sed contra videtur, quod minus peccatum est septimum mendacium, quam octauum. *Respondeo.* Non attenditur recessus iste quantum ad ordinem hic positum, sed quantum ad qualitatem & detestationem primi mendacij, quod est in religionem fidei. Nec dicitur; quod quanto quodlibet istorum mendaciorum recedit à primo, tãto magis est peccatum, sed quanto mentiens plus recedit. *Vel dic* quod tria vltima non differunt nisi secundum qualitatem facti, & reputantur pro vnico mendacio. Porro in secundo genere intellige, quod nulli prosit ad suæ iustitiæ conseruationem; quod dico, quia falsus testis in causa criminali, siue contra reum, siue pro reo dicat testimonium, prodest reo ad euadẽdum pœnam debitam, vel accusatori ad euadendum pœnam calumniæ.

Aliter diuiditur mẽdacium in perniciosum, officiosum, & iocosum.

Ex summa de ca. Fit autem materialiter ex verbis eiusdem Aug. alia distinctio breuior, & tamen plenior. Quia mendaciorum, aliud est pernicioſum siue malignitatis, aliud officiosum siue pietatis, aliud iocositatis. Primum membrum huius vltimæ distinctionis comprehendit quinque genera primæ præcedentis, secundum tria vltima.

De mendacijs mortalibus & venialibus.

CAP. XCV.

Mendacium pernicioſum est mortale, cætera venialia, tam in homine perfecto quam imperfecto.

OMne mendacium pernicioſum est mortale. Mẽdacium vero officiosum, idest quod nulli obest, & prodest alicui, veniale est secundum omnes in homine imperfecto. & idem de iocoso. Sed in hoc est opinio, quia quidam dicunt officiosum maius peccatũ quam iocosum, quia fallit proximum, licet nõ noceat, quod non facit iocosum. Alij vero dicunt contrarium, scilicet quod officiosum sit minus peccatum quam iocosum, quia prodest proximo, quod non facit iocosum. In homine autem perfecto idest claustrali, qui ex toto renunciauit mundo pro Christo, dicunt quidam idem, scilicet quod vtrumque tam officiosum quam iocosum sit in eo veniale, sed tamẽ grauius quã in imperfecto. Alij dicunt quod mendacium officiosum semper est mortale in homine perfecto; iocosum vero veniale, quia non fit ex animo; sed istud fit, & per istud intendit decipere, per illud non. Prima opinio humanior est, & mihi plus placet. Quod tamen dictum est de iocoso mendacio intelligendum videtur quia non fallit, nouit enim ille cui dicitur, iocandi causa fuisse dictum. Sic videtur dicere. Aug. Hoc etiã intelligas nisi dicatur ex quadam complacentia siue delectatione quam inde habeat; nam tunc dici potest mortale. Idem si scienter ducit in consuetudinem.

Quo sensu complacetia in officiosis & iocosis mendacijs fit mortalis.

Ex sum. fratris V. Quod ait *dum placet*, Intelligo quando illa placentia vel delectatio præponitur dilectioni Dei & mandatorum eius. Nec enim delectari in creatura sub Deo, mortale est, etiam homini perfecto. *Item* secundum quosdam, consuetudo nunquam facit peccatum in aliquo actu, nisi comitetur libido delectandi mortalis. *Causa. 22. q. 2. Aug. in Enchi.* Nemo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum esse; quia quantum in ipso est non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacij, sed aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credit, ac pro veris habet; potiusque è cõtrario quantum in ipso est ille mentitur, qui dicit verum, quod putat esse falsum.

Mendacium iocosum non fallit & ideo est omnium leuissimum.

Item Aug. in 4. psal. Duo vero sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa, sed tamennõ sunt sine culpa; cum aut iocamur, aut proximo consulendo mentimur. Illud autem primum in iocando ideo non est pernicioſum, quia non fallit; nouit enim ille cui dicitur, iocandi causa fuisse dictum. Secũdum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam beneuolentiã. Illud autẽ quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum: verbi gratia, tãquam si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille qui commendauit popoſcerit: Si forte gladium suum repetat furens, manifestum est non esse reddendum, ne vel se, vel alios occidat, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum repoſcenti, non cogitabat furentem posse repetere.

Mendacium iocosũ dicitur ab Aug. non esse mẽdacium.

Item August. in lib. quæstionum Gen. ca. 45. Quod ait fratribus Ioseph: *Nesciebatis quia non est in augurio homo, qualis ego*: quia non serio, sed ioco dictum (vt exitus docuit) non est habendum mendacium: mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non ioco. *Gratianus.* Sed in veteri testamẽto multa permittebantur, quorũ exẽplis hodie vti non licet. *Ex sum. de ca.* Item ad id quod supra dictum est, mendacium adulationis est mortale, contradicit Aug. numerans illud inter venialia. *Sed dic* quod tribus modis adulatur quis, attribuendo alicui bonum quod non habet; approbando malum quod habet; & superextollendo bonum quod habet. In primo casu & secundo, credo esse mortale, sed in secundo grauius; in tertio veniale, quidam tamen dicunt in primo casu esse veniale.

Quo sensu mendacium adulationis est mortale.

Vtrum mentiendum sit, pro saluanda vita alicuius.

CAP. XCVI.

Quæstio.

SOlet dubitari quid agendum sit ei à quo quæritur aliquis occidendus, quem ipse scit in domo sua latitare. Si manifestat eum timet crimen proditionis & homicidij, timet etiam peccatum illorum qui occidẽt eum, ne sic grauius morientur in anima; quod etiam timet in latitante, si forte est in mortali, & moriatur impœnitens. Si vero non manifestat, formidat ipsum mendacium, super quo videtur nullum posse adhiberi remedium.

SOLVTIO.

Solutio.

SOLVTIO. Plane videtur ſentire Auguſt. quod nullo modo debeat quis mentiri, & maxime perfectus, pro vita alterius redimenda: ait enim; *Ad ſempiternã ſalutem nullus eſt ducendus, opitulante mendacio.*

IDEM. Nec quis arbitretur perfectum & ſpiritualẽ hominem, pro iſta temporali vita, morte cuius, ſua vel alterius non occiditur anima, debere mentiri; taceat potius, vt ſic neque prodat neque mentiatur, neque occidat animam ſuam pro corpore alterius. *Item Auguſtinus.* Periculoſiſſime admittitur hæc compenſatio, vt nos faciamus malum aliquod, ne alius grauius malum committat.

Reſolutio authoris.

Ego credo (ſaluo meliori iudicio) quod talis debet eſſe proceſſus: Primo debet tacere, vt ait Auguſtinus: Sed ſi videtur ei quod taciturnitas ſit periculoſa, quia ex ea credit interrogans eum concedere illum eſſe in domo, transferat ſe ſi poteſt ad aliam materiam, quaſi interrogando eum de aliquo facto, vel reſpõdeat verbum aliquod æquiuocum, vt puta non eſt hic, ideſt non comedit hic, vel aliud ſimile. Nam Iacob dixit patri ſuo Iſaac, ſe eſſe Eſau primogenitum, non natiuitate, quia tunc mentiretur, ſed iure primogenituræ quam emerat. Item Abraham rogauit vxorem ſuam Saram, vt diceret ſe non vxorem ſed ſororem, quia filia fratris erat. Item Tobias: Ego ſum inquit Azarias, &c. Vel dic ſimpliciter quod debet negare, & aſſerere eum non eſſe ibi; ſi tamen conſcientia ſua dictat ſibi quod ita debeat dicere; tunc enim nullo modo peccabit, quia non mentietur, ideſt non ibit contra mẽtem. *Ex ſumma fratris V.* Duplex eſt conſcientia, ſcilicet conſcientia veri, contra quam dicit; & conſcientia dicendi, contra quam non facit ſic dicendo, ex quo dictat ei quod debeat ſic dicere.

Pro vita proximi ſaluãda licet aquiuocè loqui, quin etiam materialiter falſum, ſi conſcientia dictet ſic eſſe dicendũ, quia hoc non eſt mentiri.

De Crimine periurij.

CAP. XCVII.

Qui dperiurii, & quot modis committatur.

EX *ſumma de caſibus.* In mendacio fundatur periurium; propriè namque *periurium eſt mendaciũ iuramento firmatum.* Committit autem quis periuriũ tribus modis ſecundum Auguſtinum. Vel cum iurando loquitur falſum ſine intentione fallendi; vel cum iurando loquitur falſum cum intentione fallendi vel demum cum iurando loquitur verum putans eſſe falſum & cum intentione fallendi. Qualiter autem hoc fiat oſtendit Auguſtinus ponens hos tres modos periurij. *Primus* modus cum quis fallitur, puta quia credit verum eſſe quod falſum eſt, & temerè ac indiſcretè iurat. *Secundus* cum ſcit vel putat falſum eſſe, & tamen pro vero iurat. *Tertius* cum putat aliquid falſum eſſe, & tamen verum eſt, & ipſe iurat tãquam verum. *Primum* periurium eſt peccatum, ſed veniale, ſi adhibuit diligentiam quam debuit: Si vero ignorantia iuris vel facti craſſa fuerit & ſupina, mortale. *Duo* vltima ſunt mortalia, ſed primum grauius; & hoc circa aſſertorium.

Iurans indiſcrete falſum quod credit verum, peccat ſaltẽ venialiter iuxta qualitatẽ ignorantiæ leuis vel craſſæ. Sicut ſunt tres modi in iuramento aſſertorio periurij, ita etiã in promiſſorio.

Circa promiſſorium ſimiliter ſunt tres modi periurij; *Primus* cum iurat ſe facturũ vel dicturum aliquid illicitum vel inhoneſtum. *Secundus* cum iurat ſe facturum vel dicturum aliquid licitum, & hoc cum ſolennitate, ſed abſque neceſſitate, & indiſcretè. *Tertius* in iuramentis quotidianis, quæ fiunt ſine ſolennitate, in curſu verborum, ex quadam leuitate & conſuetudine mala, de re tamen licita; vel etiam cum fiunt huiuſmodi iuramenta iocoſa. In his tribus ſtatim cum iurat peierat. *Primum* iuramentum eſt mortale, & nullo modo obſeruandum. *Secundum* ſimiliter mortale, ſed minus, & omnino ſeruandum: ex quo ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. *Tertium* veniale.

Quid iuramentum & cur inſtitutũ.

Iuramentum eſt affirmatio vel negatio de aliquo, ſacra rei atteſtatione firmata. Cauſa inſtitutionis eſt duplex Vna propter infirmitatem hominum de facili dubitantium. Alia propter vitandam idolatriam. *Ex his patet, quod iuramentum licitum eſt, & bonum, & etiam meritorium, cum per ipſum proximo ſubuenitur, ad quod tenemur ex præcepto: nec ideo diſſuadetur quia ipſum ſit malum, ſed quia ex frequenti & incauta iuratione ſæpe ſolet çontingere periurium: ſicut vinum non eſt malum, & tamen prohibet Apoſtolus vinum bibere ad ſuperfluitatem, quia inde ſolent procedere ebrietates, & luxuriæ.*

Iuramentum ſecundum ſe eſt licitũ & meritorium.

Ex ſumma iuris. Dicitur autem iuramentum illicitum, quandoque ratione perſonæ quæ iurat, vt ſi paruulus iuret: Quandoque ratione eius cui iuratur, vt ſi clericus laico iuret: Quãdoque ratione eius quod iuratur, vt ſi iuretur id quod eſt mortale peccatum: Quandoque ratione eius per quod iuratur, vt ſi per idola, vel per creaturas: Quandoque ratione eius ad quod ſiue propter quod iuratur, vt ſi quis iuret ob hoc vt eligatur: Quandoque ratione eius cui iuratur, ſicut iuramentum Herodis propter ſaltationem: Quandoque ratione modi iurãdi, vt ſi iuretur indiſcretè: Quãdoque vero ratione temporis, vt ſi iuretur in diebus dominicis. Vnde verſus.

Varijs modis iuramentum ſit illicitum.

Si iuſiurandum licitum vis diſcere, cerne
Quis, cui, quid, per quid, ad quid, cur, quomodo quãdo.

Clericus tamẽ iurare debet in quibuſdam caſibus, ſcilicet pro pace, pro tollenda infamia, pro fide, pro reuerentia, pro damno vitando, pro defectu veri. Vnde verſus.

Pax & fama, fides, reuerentia, captio damni:
Defectus veri, ſibi quarunt magna caueri.

De Speciebus periurij.

CAP. XCVIII.

PEriurium tripliciter dicitur, ſcilicet iuratio falſa ſcienter facta, iuramentum indiſcretum, & tranſgreſſio liciti iuramenti. *Ex ſumma de caſibus.* Pæna periurij eſt, quod debet pœnitentiam agere ſeptẽ annis, ſicut pro alijs peccatis mortalibus. Periurus in iuramento aſſertorio, non eſt infamis.

Ex ſumma fratris V. Quid de vxore ſuſpecta de adulterio quod ipſa reuera commiſit, nunquid poſtquã confeſſa fuit de peccato, & pœnituerit, poteſt iurare quod non ſit in culpa de illo adulterio, propter ſcandalum mariti & aliorum amicorum, qui alias placari non poſſunt niſi hoc iuret, & ad hoc compellunt eã? *Reſpondeo,* Potius debet omnia mala tolerare quam huiuſmodi temerarium ſubire iuramentum, cum certa eſſe non poſſit quod huiuſmodi culpa ſit ei dimiſſa adhuc, *vt extra. de purga. cano.* accepimus. Niſi ſic cõpulſa iuraret ſub verbis duplicibus, qui vno ſenſu cõtinerent veritatem, & ſi in illo ſenſu intelligeret non peccaret, per hanc cautelam illius malitiam excludendo.

Mulier adultera à marito ſuſpecta poteſt iurare verbis ambiguis quod ſit caſta propter bonũ pacis.

Quid ſi aliquis ex impetu iuret aliquid, ſuper quo ſi plenè deliberaſſet non iuraret, nunquid ſeruare tenetur? Credo quod ſic, ſi licitum eſt quod iurauit, ſufficit enim ad hoc quod ſit obligatus, quod intendit Deum, inducere teſtem illius rei. Sed videtur magiſter innuere, quod qui iurat ſe facturũ aliquid, ſi non intendat ſe obligare, vel facere quod iurat, non eſt obligatus ex illo iuramento, licet mortaliter peccauerit in iurando. Ego credo ſine præiudicio, quod ex quo quis inducit Deum teſtem alicuius rei licitæ faciendę, quicquid intendat, quicquid proponat, tenetur.

Qui iurat ex impetu ſe facturum rem licitam, tenetur, eſto nõ habuit deliberatam intentionem ſe obligandi; ſufficit enim intentio iurandi.

De Criminis aggrauatione ratione ſolennitatis adhibitæ.

CAP. XCIX.

EX *ſumma de caſibus.* Circa ſolennitates nota, quod qui iurat per Deum, multum obligatur: qui vero per Deum & Euangelia, magis obligatur; qui iſtis adiungit ſanctorum reliquias, magis adhuc obligatur; & ita creſcentibus ſolennitatibus, creſcit

obliga-

Iuramẽtum ſolenniter factum magis obligat quo ad eccleſiam.

obligatio. *Sed quid* ſi vnus iurat per Deum, alius per Euangelium? *Solet* dici cõmuniter à doctoribus, quod ſi vtrumque iuramẽtum ſolenniter factum eſt, æqualiter obligat. Si autem alterum ſolenniter, alterũ non; magis eſt obligatus quo ad Eccleſiam ſolenniter iurans; ſed quantum ad Deum æqualiter. Aliter vero, quanto ſanctius per quod iuratur, tanto magis eſt (vt air Aug) pænale periurium.

Gratianus. Cauſa. 22. q. 1. quæritur quis magis teneatur reus, an ille qui per Deum, an ille qui ſupra ſacra Euangelia iurat? Huic quæſtioni *Ioannes Chryſoſtomus reſpondet dicens*; Si aliqua cauſa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum, qui autem per Euangelium, maius aliquid feciſſe videtur; quibus dicendum eſt: Stulti, ſcripturæ ſanctæ propter Deum factæ ſunt, non Deus propter ſcripturas. *Item Hiero.* Admonendi ſunt omnes vt diligenter caueant periurium, nõ ſolum in altari, ſeu ſanctorum reliquijs ſed etiam in communi loquela. *Item Pius Papa.* Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo cõtra Deũ blaſphemia vſus fuerit, ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur; ſi laicus, anathematizetur.

Maius eſt iurare per Deũ quam per Euangelia.

De Iuramento per creaturas non conceſſas.

CAP. C.

Satius eſt iurare per Deũ quam per creaturas ob periculum idolatriæ, vel parui penſionis iuramẽti.

Hiero. ſuper Matth. lib. 1. Conſidera, quod Saluator non per Deum iurare prohibuerit, ſed per cœlum & terram, & per Hieroſolymam, & per caput tuum; & hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum, vt quando victimas immolabant Deo, ne eas immolarent idolis; Sic iurare permitterentur in Deum; non non quod rectè hoc facerent, ſed quod melius eſſe id Deo exhibere, quam dæmonijs.

Item ex concil. Carthag. Clericum per creaturas iurantem acerrimè obiurgandum, ſi perſtiterit in vitio excommunicandum. Inter epulas vero cantantem, ſupradictæ ſententiæ ſeueritate coercendum decernimus. Et ſi quis per creaturas iurauerit, acerrimè caſtigetur, & iuxta hoc quod ſynodus diiudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, non eſt dubium quin diuina condemnatione coerceatur. Et ſi epiſcopus iſta emendare neglexerit, acerrime corripiatur.

Non videtur blaſphemia iurare per membra illa Chriſti quæ inter homines non reputantur inhoneſta.

Ex ſumma fratris V. Excepta conſuetudine, non credo quod ſi quis aliquando iurat per caput aut oculos domini, aut alia membra eius quę in cæteris hominibus non cenſentur turpia vel inhoneſta, vel per quæ conſueuerunt homines iurare; nõ credo inquam quod peccet mortaliter. Ribaldos autem, & illos qui paſſim & aſſidue iurant per membra domini, non audeo à peccato mortali excuſare.

Auguſt. ad Publicolam. Sed ſi obijciatur quod Ioſeph ſanctus, vir per creaturas iurauit, dum dixit fratribus ſuis: *Per ſalutem Pharaonis non exibitis hinc*: Sciendum eſt quod ſancti, non tam per creaturas, quã per auctorem creaturarum iurabant; nec in creaturis aliud quam creatorem ipſarum venerabantur; ſicut Ioſeph per Pharaonem iurando, hoc in eo veneratus eſt, quod Dei iudicio poſitus erat rex in infimis. Vnde ait Apoſtolus: *Omnis poteſtas à Domino Deo eſt.* Deus per creaturas iurare prohibuit, ne vel more gẽtilium aliquod numen deitatis creaturis ineſſe crederetur; vel ne creaturas contemptibiles iudicando, per eas promiſſa pro nihilo duceremus.

Licitum eſt iurare per illas creaturas tantum, in quibus ad Deũ habetur reſpectus ſolummodo.

Ex ſumma de caſibus. Colligitur ex præmiſſis, quod prohibitum eſt iurare per creaturas, excipiuntur tamẽ quædam, per quas licite iuratur, videlicet per Euangelium, Altare, Reliquias ſanctorum, Crucem conſecratam; In manu etiam epiſcopi; & hoc ideo, quia in iſtis creaturis ad Deum tantum habetur reſpectus. Videtur etiam, quod per ſalutem principis poſſit iurari, 1. *q.* 7. *quotics.* 1. quia iurare intelligitur per eum, cuius iudicio ſalus principis conſiſtit. Hoc tamen non eſt in vſu, nec multum approbo.

Vtrum iuramentum per idola, vel per creaturas obliget.

CAP. CI.

Grauius peccat qui per verum Deũ iurat fallaciter quam qui per falſos deos veraciter vel mendaciter, cõſiderando rationem iuramenti præcisè, non idolatriam.

Cauſa. 22. quæſtione prima. Sed quæritur vtrum vtendum ſit fide eius qui per dæmonia iurat? De his ita ſcribit *Auguſtinus ad Publicolam.* Si quiſpiam per Deos falſos iurauerit, per quos non debuit; & contra pollicitam fecit fidem, quod non debuit, bis vtique peccauit. Ac per hoc qui vtitur fide illius quem conſtat iuraſſe per falſos Deos, & vtitur nõ ad malum, ſed ad bonum & licitum, nõ peccato illius ſe ſociat, quo per demonia iurauit, ſed bono pacto eius quo fidem ſeruauit. Verumtamen minus malum eſt per Deos falſos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis ſanctum eſt, tanto magis pœnale periurium. Sed ſi periurium tanto magis pœnale eſt, quanto ſanctius illud per quod iuratur apparet, quod & ſi per creaturas mendaciter iurãs dupliciter peccet, grauiori tamẽ pœnæ ſe ſubijcit, qui per creatorem iurat mendaciter.

Ex ſumma fratris V. Videtur quod ſemper ſit maius peccatum iurare per falſos Deos veraciter, quã per verum Deum fallaciter; quia in primo eſt peccatum idolatriæ, quo nullum maius. *Reſpondeo*, in huiuſmodi comparatione habetur reſpectus ad tranſgreſſionem iuramenti, non ad formam iurandi. *Auguſt. vbi ſupra.* Sicut etiam de iuramento quod fit per creaturas intelligendum eſt quod ipſum quidem per creaturas iurare malum eſt, quia à Deo prohibitum eſt, ſed ſeruare quod iuratur bonũ eſt, vt euitetur peccatum mendacij & doloſitatis.

Licet in neceſſitate recipere iuramẽtum eius qui iurabit per falſos deos aut per creaturas prohibitas.

Ex ſumma de caſibus. In ſumma vero nota, quod cũ vnus iurat ſe ſeruaturum fidem per falſos Deos, vel per creaturas non conceſſas, & alter iurat idem, ſed per verum Deum: ſi vterque tranſgrederetur, magis peccat ſecundus, quam primus. *Item* cum aliquis iurat per falſos Deos, vel per creaturas non conceſſas, vel alio modo, quod videatur eſſe contra religionem fidei Chriſtianæ ſe ſoluturum aliquid, vel facturum: ſi Chriſtianus non poteſt aliter habere fidem in dictis illius, & expedit ei habere cautionem ab eo, licet ille peccet iurando, non peccat iſte recipiendo. Nam & ſi iuraret talis blaſphemus per Deum verum, facilius obiuraret tali iuramento, & tamen magis peccaret.

Vtrum recipiens vel exigens iuramentum peccet.

CAP. CII.

Iurare aut recipere iuramẽtũ à malo eſt, ſcilicet ab incredulitate, quæ tamen non eſt peccatũ ſed peccati pœna.

Cauſa. 21. q. 1. Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Galateas, Non eſt contra præceptum domini iuratio, quæ à malo non iurantis eſt, ſed increduli, à quo iurare cogitur. *Gratianus.* Sed cum dicatur procedere à malo non credentis, videtur quod & ſi iurare peccatum non ſit, recipere tamen iuramentum malum ſit: ſed nomine mali non malitia intelligitur, ſed pœna peccati. Ex pœnali enim infirmitate incredulitas illa proceſſit, qua ad iurandum compellimur. Ipſum autem iurare ſicut peccatum non eſt, ita iuramẽtum ab aliquo recipere malum non eſt. *Vnde Aug. ſcribit ad Publicolam.* Quamuis dictum ſit ne iuremus, nunquam memini me legiſſe, ne ab aliquo iuramentum recipiamus.

Alia quæſtio eſt, vtrum non peccet, qui per falſos Deos ſibi iurari facit ab illo qui eos colit? Cui quæſtioni poſſunt illa teſtimonia ſuffragari de Laban & Abimelech, ſi tamen Abimelech per Deos ſuos iurauit, ſicut Laban per Deos Sochor. Sicut etiam cum in li. Machabeorum Romani legantur pacem firmaſſe

cum

cum Iudæis, intelligendi ſunt iuraſſe per falſos Deos, ſicut & Iudæi iurauerunt per verum Deum. *Ibidem q.* 5. Porro an epiſcopus eſſet reus periurij, qui ad peierandum Archid. cogebat, facile poteſt diſcerni: Si enim conſentiens pari pœna cum faciente puniendus eſt, multo magis ille qui cogit, reus admiſſi criminis probatur.

Qui coacti falſum iurãt ſunt periuri ſicut & illi qui cogunt.

Vnde Pius Papa ait. Qui compulſus à domino, ſciẽs peierat, vtrique ſunt periuri, & dominus & miles: Dominus quia præcepit, miles quia plus dominũ quam animam dilexit. Si liber eſt 40. dies in pane & aqua pæniteat, & 7. ſequentes annos: Si ſeruus eiuſdem, 3. quadrageſimas pœniteat, & legitimas ferias. *Item ex pœnitentiali Theodori.* Si quis coactus, pro vita redimenda, vel pro qualibet neceſſitate vel cauſa peierat, quia plus corpus quam animam dilexit, tres quadrageſimas pœniteat. Alij iudicant tres annos, vnum ex his in pane & aqua.

Qui prouocat ad iurãdum quem ſcit peiraturum, plus peccat quam homicida, ratione dãni dati, non autem ſimpliciter.

Item Aug. in ſermone de decollatione ſancti Ioannis. Ille qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eũ falſum iuraturum eſſe, vincit homicidam; quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, immo duas animas, & eius quem iurare prouocauerit, & ſuam.

Idem in ſermone de periurijs. Si autem ſcit eum feciſſe, & cogit eum iurare, homicida eſt. Ille enim ſe ſuo periurio interimit, ſed iſte manum interficientis & impreſſit & preſſit, *quaſi diceret multipliciter cogendo.*

Item *ex concil. Matuſcon.* Si quis conuictus fuerit alios ad falſa teſtimonia vel periuria attraxiſſe, vel quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſe quidem vſque ad exitum vitæ non communicet. Hi vero qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouendi, & ſecundum legem infamia notabuntur. *Item* qui audit aliquem falſum iurare & tacet, delinquit, vt ait Auguſt. in quæſtionibus Leuit. multomagis ergo reus eſt, qui ad peierandum aliquem compellit. *Ex ſumma de ca.* Quod autem dictum eſt, quod iſte vincit homicidam, intelligo in dãno dato, quia maius damnum eſt in amiſſione vnius animæ, quam infinitorum corporum: Aliter grauius peccat homicida.

De Illo qui audit alium peierare & tacet.

Cap. CIII.

QVid ſi aliquis audit alium iurare falſum, & ipſe ſcit & tacet, nunquid peccat? videtur quod ſic, in Leuitico. *Anima quæ audierit vocem iurãtis falſum, teſtiſque fuerit, quod aut ipſe vidit,* &c. Item caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Econtra vero, qui crimen occultum manifeſtat, non eſt erroris correptor, ſed proditor, dicit Auguſt. Item ſi prodit eum, forte punietur ille in corpore, vel occidetur à iudice, vel etiam à parentibus illius contra quem ipſe volebat peierare, vel ipſemet proditor poteſt de facili incurrere mortis periculum: Et ideo dicit Auguſtinus, quod ſufficit iſti, vt ſe ab hoc ſoluat peccati vinculo, ſi indicet talibus, qui magis poſſunt prodeſſe quam obeſſe periuro, ſiue eum corrigendo, ſiue pro eo Deum placando.

Qui audit alium peierare nõ tenetur illũ prodere, ſed tãtum indicare ijs qui poſſunt magis prodeſſe quã obeſſe.

Quid de iudice qui ſcit accuſatum ad pœnam capitis vel quamlibet aliam coram ſe, immunem penitus à culpa quæ ſibi imponitur? & cum videt teſtes paratos ad iurandum falſum, nunquid recipiet? aut ſi recepit iam, nunquid per illos non condẽnabit ſcienter innocentem? Reſpondeo potius tenetur ex præcepto, illum qui iniuſtè ad mortem ducitur, eripere & liberare, etiam per vim, ſi alio modo non poteſt. *ad idem xxiij. quæſt. 3. non in inferenda.*

Nota casũ.

Ex *ſumma fratris V.* Ibi dicitur quod qui non repellet iniuriam à ſocio ſi poteſt, tam eſt in vitio quam ille qui facit. Vnde credo, quod qui percuteret clericum cum moderamine inculpatæ tutelæ, defendendo ſocium, & repellendo vim, non libidine vindictę, non incideret in can. Quod autẽ dicit magiſter, quod ſi iudex cauſam delegare non poteſt, ad ſuperiorem remittat. Hoc nõ videtur tutum, niſi ſcribat ſuperiori veritatem quam ſuper hoc nouit; quia eo ipſo exponeret innocentem morti, nec credo hoc eſſe faciendum, & potius deberet omnia mala tolerare, quam innocentem ſcienter ad mortem vel ad mutilationem condemnare, vel etiam exponere cõdemnandũ. *Item* credo, quod iudex inferior qui ſcit veritatem, nõ debet condemnare innocentem, etiam ſi præcipiatur ei à ſuperiori iudice. Nec eſt contra illud, *extra de offi. de l. paſtoralis*, vbi dicitur quod ordinarius debet exequi ſententiam latam à delegato ad mandatum eius, quãuis idem ordinarius ſciat illam cauſam eſſe iniuſtam, niſi non poſſit obtinere ab eodem delegato, vt ab hoc onere abſoluatur; quia loquitur ibi de ciuilibus cauſis & eccleſiaſticis, vbi nullus condemnatur ad mortem: Et ideo ibi non eſt tantum periculum, ſicut in caſu propoſito.

Iudex nõ debet vllo modo condẽnare illum quem ſcit innocentem, nec etiã ad ſuperiorẽ remittere, niſi ſimul intimando veritatem quã nouit circa innocentiam eius.

Solutio obiectũ.

Vtrum iuramentum vi, vel metu exactum obliget.

Cap. CIV.

EX *ſumma de ca.* Pone quod aliquis, dum teneretur captus ab hoſtibus vel à prædonibus, coactus per metum grauiſſimum, qui poſſet cadere in cõſtantem virum, promiſit & iurauit ſe ſoluturum mille, vel traditurum caſtrum, vel ſimile; quæritur vtrum tale iuramentum obliget eum? videtur quod non, quia vt ait Auguſtinus: *Iuramentum non poteſt eſſe vinculum iniquitatis. Item Iuſtinia. quod vi metuſve cauſa geſtum eſt ratum non habeo.* Item valde eſſet inconueniens quod malefactor ex improbitate ſua commodum reportaret. *Econtra* probatur quod obliget: Dicit enim Auguſtinus quod coacta volũtas eſt obligatoria. *Item*, quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, cum ſit licitum quod iuratum eſt ſeruandum. nec prodeſt ei quod fuit compulſus, vt ait Pius Papa, & Theodorus in pœnitentiali.

Quæſtio.

Dico, quod quantuſcumque fuerit metus, ſemper obligatur, & ſi alicubi inueniatur reſponſum quod nõ teneatur, intelligitur dictum in odium violentorum, vel cum quis iurauerat ſe daturum res eccleſiaſticas, poteſt ipſe petentem repellere per exceptionem *quod vi metuſve cauſa*, ſed peccabit vtendo ea; & hoc niſi cum iurabat ſe ſoluturum intendebat contrarium, ſcilicet ſe non ſoluturum; tunc enim peccauit mortaliter ita iurando, ſed bene poteſt vti exceptione ſine peccato, timeo tamen ſcandalum & malum exemplum apud alios, qui neſciunt occultam intentionem ſuam.

Solutio.

Iuramentum quocũque metu extortũ obligat in materia licita.

Procedat ergo ſic, & non peccabit. Petat ab epiſcopo vt cogat illum abſoluere iſtum à iuramento. Si non poterat ad hoc induci, ſoluat & poſtea repetat; quia licet iurauerit ſoluere, non tamen iurauit non repetere. Si autem iurauit quod ſolueret & non repeteret, tunc denunciet eccleſiæ ſecundum formam euangelicam, vt ſic eccleſia compellat eum ad pœnitentiam, in qua veniet abſolutio iuramenti, vel reſtitutio male accepti. *Si vero* iurauerit quod etiam non denunciaret, iuramentum eſt illicitum quo ad hoc, & ideo non ſeruandum, & iſtam diſtinctionem teneas per omnia, circa non ſoluendas vſuras, vel ſolutas repetẽdas. *Excipit* Ioannes quatuor caſus, in quibus iuramentũ per vim vel metum extortum non obligat, ſcilicet in voto, in traditione rei eccleſiaſticæ, in dotis promiſſione, in matrimonio, & ſi aliqua inueniantur contraria ad iſtud vltimum, loquuntur quando fuerit leuis coactio, vel cum poſtea ſubſecutus fuerat conſenſus.

Quomodo procedendum in caſu poſito vt iurans nõ patiatur detrimẽtum.

Qui iurat ex metu ſe tantum daturũ, & nunquam repetere aut denunciare, illicitũ præſtat iuramẽtum, & non ſeruandum.

Quatuor caſus in quibus iuramentum metu extortũ non obligat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vtrum iuramentum quod in deteriorem exitum vergit, obliget.

Cap. CV.

Qui iurat rem indifferentem non debet implere si ex circumstantia fiat illicita.

Quando etiam iuratur allquod indifferens, quod ex circunstantia possit esse veniale vel morttale, non debet seruari, nec est obligatorium iuramentum, existente illo casu vel circumstantia. Vnde si quis iurauerit quod nunquam erit negotiator, aut miles, aut quod non tenebit feudum ab illo domino, aut quod non seruiet isti vel illi, vel locabit operas, aut accipiet donum aut mutuum, non tenetur illud seruare, si aliter non possit viuere nisi contra istud faciat, quia iam res venit ad illum casum, de quo si cogitasset ab initio & iurasset, illicitũ esset iuramentũ.

B Quid si quis propter hoc quod iurauit, superfluè comedit, & iocosè locutus est. *Respondeo:* Notauit H. quod talis mortaliter peccat, non quia comedit superfluè, vel loquitur iocos, quod in se veniale est, sed quia transgreditur illud præceptum, *in malis promissis rescinde fidem* &c. Sed credo quod non peccat nisi venialiter, quia prædicta auctoritas, si intelligatur ita generaliter, quod extendatur ad mala venialia, quantum ad illa non est præceptum, sed consilium: Iuxta Bedam vero seruandum est iuramentum quod non vergit in peiorem exitum, ne videatur esse obseruandum, si quis iurauerit se facere aliquod veniale.

Qui iurat se facturum aliquod veniale, non peccat mort. nisi implẽdo.

Quid si aliquis iuret quod nunquam erit episcopus, nisi necessitas vrgeat, vel nunquam erit clericus, aut monachus, aut regularis. *Respondeo:* Notauit H. C quod talia iuramenta sunt seruanda, & generaliter omnia quibus iuratur aliquid quod nec est mortale nec veniale; & videtur idem sentire Gratianus. Ad hoc facit 85. *di. Archidiaconum Florentinum*, vbi habetur quod qui iurauit quod nunquam foret episcopus, repellitur ab episcopatu. Sed potest dici quod hoc non est, quia iuramentum sit obligatorium, sed quia mortaliter peccauit temerè iurando. Cum autem duę sint partes iniustitiæ, scilicet facere malum, & declinare à bono; sicut iuramentum non obligat ad faciendum, ita non videtur quod obliget ad declinandum à bono, cum nulla sit vtilitas in obseruatione talis iuramenti. Quod dico propter obedientiam, ptopter quã etsi non sit faciendũ malũ, tamen est dimittendũ bonum, cuius dimissio compensatur cũ bono humilitatis quæ seruatur in obedięntia. Præterea cũ dominus consulat opera perfectionis, contrarius quodammodo esset sibi, si vellet quod occasione talis iuramenti abstineretur à talibus.

Qui iurat se nunquam futurum monachum vel episcopũ &c. non tenetur iuramentum seruare.

Quot Modis iuramentum in deteriorem vergit exitum.

Cap. CVI.

Iuramentũ non est seruandum quando vergit in peiorẽ exitũ, quod contingit sex modis.

Credo ergo sine præiudicio, quod iuramentum vergit in peiorem exitum sex modis. Primo cum iuratur aliquid quod est mortale in se. Secundo cum iuratur quod est veniale in se. Tertio cum iuratur indifferens aliquid, quod ex circumstantia efficitur veniale vel mortale, vt dictum est supra. Quarto cum iuramentum excludit opus ex charitate faciendum; vt quando iurat aliquis quod nihil dabit isti ex charitate, vel quod non colet Deum. Quinto cum excludit E opus de genere bonorum, vt cum quis iurat quod nũquam erit episcopus, monachus vel canonicus, vel quod non celebrabit vsque ad mensem, vel quod nõ ieiunabit pro Deo, vel pro peccatis suis in pane & aqua nisi præcipiatur ei, vel quod non dicet psalterium, vel 7. psalmos, vel quod non iuuabit istum in licitis & honestis vsque ad certum tempus. Sexto cum excludit opus indifferẽs, pia intentione pro Deo aut proximo faciendum, vt si quis iurat quod non loquetur Martino, vel non intrabit domum eius, vel non coquet ad furnum eius, vel molet ad molendinum eius, vel quod talia non faciet ei; vel quod non vendet ei rem pro minori pretio quam talli, vel non comedet ad eãdem mensam cum eo: aut si iuret aliquid huiusmodi indifferẽs, Credo quod propter huiusmodi iuramentum, non debet declinare à talibus, si ea velit facere pia intentione, & propter Deum, & salutem animę suæ, & propter tollendum scandalum proximi, contra quem sic iurauit.

Iuramentũ de indifferenti vergit interdum in priorem exitum vt partim exemplus hic posiiis.

In primis autem tribus modis credo, quod possit quilibet sic iurans auctoritate propria venire contra, sed imponenda est ei pœnitentia de temerario iuramento. In reliquis tribus, quamuis huiusmodi iuramenta non sint obligatoria, nec imponenda sit pœnitentia pro transgressione eorum tanquam pro mortali, non expedit tamen auctoritate propria contraenire, nisi propter vrgentem necessitatem, tum propter reuerentiam sacramenti, tum propter scandalum simplicium, qui reputant sic incurri periurium, & inde incurrunt, in facilitatem labendi in periurium, & in detractionem, vnde petenda est absolutio à superiori, qui huiusmodi iuramenta debet facile relaxare, vel potius ostendere sic iurantes non fuisse obligatos, & imponere pœnitentiam de temerario iuramento. Nec te moueat, quod dicit Gratianus *vigesimasecunda quæst. quarta can. vltimo*; quia non recipitur ab omnibus quod ibi dicit, sed recitat opinionem suam. Sed nec dicit quod huiusmodi iuramenta sunt obligatoria, sed quod non prohibentur seruari.

In tribus vltim. is modis non expedit venire contra propria authoritate propter scandalũ simplicium.

De Illo qui iurat se reuelaturum delicta proximorum.

Capvt CVII.

Solutio obie.

Qvid de domino, qui facit præpositum suum iurare, vel homines suos, vel familiam, quod dicent ei, si quem scierint, vel audierint furripuisse aliquid de foresta sua, vel de stagnis aut vinarijs suis aut de cæteris rebus suis? Item quid de marito Zelotipo vel auaro, qui extorquet iuramentum à familia sua, quod reuelabunt quicquid sciuerint de adulterio vxoris, & de verisimilibus coniecturis, & de dãnificantibus eũ in rebus suis: Respõdeo secundũ quosdã qui sic iurauit, & nõ potest probare per aliquos quod sciuerit de talibus, nõ tenetur dicere domino vel marito, quia sic proditor esset criminũ, non corrector; & debet potius mala omnia tolerare, quã tale iuramentum ita generaliter præstare, aut præstitum obseruare. Si autem potest probare per alios, tenetur dicere secundum quod iurauit. Sic notauit A. 30. *quæstione 6.*

Qui iurat se reuelaturum quicquid scit de tali crimine so, peccat iurãdo & obseruãdo, nisi possit probare. Vnde huiusmodi iuramenta in synodis episcoporum & visitationibus religiosorum intelliguntur de ijs quæ possũt probari.

Quid si vnus de testibus synodalibus (de quibus ibi agitur) scit solus aliquos esse consanguineos, vel aliquem esse symoniacum, vel vsurarium, vel adulterum? Non tenetur denunciare episcopo hoc, licet iurauerit ei quod reuelaret quicquid sciret de criminibus synodalibus; quia in tali iuramento intelligitur, si probare potest: Alias debet tacere, ne sit proditor criminis; *secunda quæstione prima, si peccauerit.* Dicit etiam quod talis tenetur non reuelare episcopo vel alij, nisi hoc faciat secreto, vt episcopus vel alius secreto debeat corrigere huiusmodi criminosos.

De Eodem.

Cap. CVIII.

Explicatur latius praedicta doctrina.

Ex *summa fratris V.* Ego credo sine præiudicio, distinguendum esse: quod si ille cui iuratum est, probabiliter creditur esse truculentus aut ferus, & super hoc merito suspectus habetur, siue possit per alios probare siue non, id quod de talibus vidit, ille qui iurauit non tenetur seruare, quia illicitum fuit quod iuratum est, cum per consequens iurauerit, quod cooperaretur ei ad peccandum. Si autem cui iuratum est creditur mansuetus & iustus, & non nisi rationabiliter processurus, distingue; quia si res huiusmodi de quibus iuratum est, deputatę sunt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

custodiæ illius à quo recipitur vel exigitur huiusmodi sacramentum, sine peccato potest præstari & obseruari debet: puta si quis viderit furem asportantem res taliter eius custodiæ commendatas, licet solus hoc videat, potest clamare, & talem furem manifestare, & prosequi rem furtiuam, ne si in hoc negligens fuerit, teneatur damnum restituere; nec reputabitur talis criminis proditor, sicut non reputatur qui iniuriam suam aut damnum prosequitur coram iudice, licet non possit probare quod intendit. Si autem non tenetur ad custodiam illarum rerum, locum habet prædicta distinctio, vt scilicet si possit probare per alios quod ipse scit de talibus, tunc reuelet domino. Si non potest probare, non debet reuelare, nisi talibus personis quæ possunt prodesse, & non obesse. Et si quando iurauit intendit se obligare ad reuelandum occulta quæ probare non posset, non fuit licitum iuramentum, nec obligatorium, sed peccauit taliter iurando.

Qui non potest probare potest denũciare secreto superiori tã quam patri.

Nota.

Quid si peccatum reiterabile sit, vt fornicatio, vel adulterium, si iam commisit istud quis bis vel ter, & paratus sit reiterare istud; nunquid qui hoc sciuerit tenetur denuntiare huiusmodi personis? *Respondeo:* Credo quod nõ tenetur de necessitate, sed ante illis denunciandũ est fraternè, quã videat aliquem paratũ, cum primo scilicet incipit incidere in illud peccatum si per priuatam correptionem non sit spes emendæ.

De Iuramento plurium, vel vniuersorum.

CAPVT CIX.

QVID de duobus habentibns communem mensuram, quam consueuerunt portare ad vendentes bladum, & inde recipere mercedem, qui iurauerunt quod de cetero non portarent eam, & ex hoc multum damnificati sunt, quia venditores bladi ex hac occasione prouiderunt sibi de alia mensura, nunquid possunt venire contra tale iuramentum? Credo quod non possunt auctoritate propria, nisi ad tantam deuenirent inopiam, quod nullatenus haberent alias vnde viuerent, etiam de eleemosynis. Episcopus tamen absque tanta necessitate posset huiusmodi iuramentum in melius commutare, cùm nulli sit vtile, & aliquibus damnosum.

Iuramentũ nulli vtile & quibusdã damnosum debet facile ab episcopo commutari aut relaxari.

Ex summa de casibus. Item pone quod vniuersitas alicuius ciuitatis vel collegij, obligauit se iuramento ad aliquid, & mortui sunt iurantes; Quæritur vtrum successores sint periuri, si transgrediantur? videtur quod sic, quia omnes obligationes antecessorũ transeunt ad successores. *Solutio:* Dico quod non sunt periuri: obligatio enim iuramenti personalis est, & non transit ad successores quantum ad periculum periurij tenentur tamen adimplere.

Successores tenentur adimplere iuramẽta prædecessorum licet illa non transeant ad ipsos. Nota.

Item aliquis iurauit se seruaturum statuta in ecclesia sua edita; postea fit ibi nouum statutum, iste promittit per idem iuramentum se seruaturum illud. Dico non tenetur ad illius obseruantiam ex debito præstiti iuramenti de statutis præteritis, sed de ratione promissionis postea factę si se per eam in vi iuramenti intendebat obligare: alioquin si etiam pro tempore præstandi iuramenti intendebat de statutis tam præteritis quam futuris, tenetur ad istud, etsi nullam postea fecerit promissionem.

Vtrum plures simul iurati possint inuicem iuramentum remittere.

CAP. CX.

EX *summa fratris V.* Nunquid possunt huiusmodi iuramenta sibi remittere? siue cum iurat vniuersitas, siue cum iurant aliqui se aliquid facturos, vel non facturos, Respondeo: si in fauorem piæ causæ, vel ad cultum Dei, aut religionem, vel pietatem pertinet iuramentum, non possunt remittere: vt si duo iurent quod ibunt vltra mare militari Deo, aut quod intrabunt religionem, aut quod dicent duo vel tria psalteria proinuicem. Aut si pistores, vel aliqui mechanici iurent, quod de lucro suo certam portionem dabunt fabricæ alicuius ecclesiæ vel in alios pios vsus. Vel cũ alicui iurant quod ibunt vltra mare simul, non quin possint remittere sibi quod simul non vadant, sed non possunt remittere sibi quin vadãt: nam quasi duo iurata sunt, scilicet quod vadant, & quod simul.

In pijs causis non possunt homines adinuices iuramenta remittere.

Quando autem iuramentum respicit temporale commodum, distinguè; quia si absque iuramento tenebantur facere quod iurant, non possunt sibi remittere, quia propter salutem animarum videtur sic iuratum; vt si carnifices iurant quod non vendent carnes infectas vel corruptas pro sanis: aut mercatores quod non sophisticabunt merces suas, aut quod non vendent carius propter terminum.

Si autem non tenentur seruare quod iuratur, nisi quia iuratur: distingue, quia si obseruantia iuramenti spectat tantum ad commodum vel incommodum iurantium, & iurent de dando, faciendo vel non faciendo aliquo alteri ab altero, possunt sibi remittere. Vt si iuret quis quod faciet sibi domum, vel librum, vel alias operas, & alius iuret ei quod reddet sibi mercedem; vel quando duo socij iurant de communicandis adinuicem omnibus lucris.

In quibus casibus possunt adinuicem iurantes iuramentum remittere.

Si autem non iurant super aliquo dando, faciendo vel non faciendo adinuicem, vt dictum est: sed alias iurant se aliquid facturos, vel non facturos, non possunt sibi remittere, vt in casu suprapositio, de habentibus communem mensuram, vel cum iurant duo socij bonorũ, quod nõ negotiabuntur tali vel tali negotiatione, aut quod nõ ibũt ad istas nũdinas, vel ad illas.

Si autem iuramentum respicit ad commodum vel incommodum alienum, distingue; quia si respicit & spectat ad commodum alienum obseruatio iuramenti, non possunt sibi remittere; vt si iurent mechanici alicuius artis, quod in mercibus 10. soli non accipient de lucro vltra sex denarios, vel aurifabri; quod non vendent opera sua, nisi de materia sic vel sic purgata; vel fullones pannorum, quod non trahent venales telas vltra certum modum, vel quod non texent pannos de filis formatis ad rotam.

Si autem obseruatio iuramenti damnosa sit alijs, non est obligatorium, vt si iurant sutores quod nihil faciant de opere suæ artis, vel certis temporibus anni, vt propter raritatem carius vendant opera sua; vel si iurent carnifices propter eandem causam, quod non laniabunt per diem vel per septimanam, vltra taxatum ab eis numerum animalium: vel fossores vinearum, vel cæteri laborantes, quod non locabunt operas suas pro minori pretio, quàm tali: vel quando iurant ciues alicuius ciuitatis, habentes vineas, quod non permittent vinum aliunde asportatum vendi in suo territorio, quamdiu vinum illius territorij inueniatur venale, pro tanto vel tanto pretio.

Licet autem huiusmodi iuramenta non sunt obligatoria, quia illicitum est quod iuratur: cum peccatum sit, circumscripto iuramento, talia facere vel seruare corrupta intentione, tamen propter reuerentiam sacramenti, & scandalum aliorum, non expedit quod remittant sibi huiusmodi iuramenta auctoritate propria, vel veniant contra ea, sed reuocanda sunt auctoritate episcopi, vel potius denuncianda non tenuisse, & pœnitentia imponenda est de temerario iuramẽto.

In iuramentis non obligantibus si immineat scandalum petenda est declaratio episcopi quod tale iuramẽtum non obligabat.

Vtrum vno vel pluribus contrauenientibus, liceat alijs contrauenire.

CAP. CXI.

QVID in casu prædicto, de duobus habentibus communem mensuram, nunquid vno peierante potest alius venire contra iuramentum? *Item* nunquid multitudine aliqua iurante se facturam aliquid, vel non facturam, duobus vel tribus

Proponũtur 4 quæstiones.

conue-

conuenientibus, poſſunt reliqui contrauenire. *Item* quid ſi quilibet de illa multitudine, iurauit aliquid ſe facturũ, vel non facturũ ſub hac cõditione, *ſi alij ſeruarẽt*, nũquid poteſt nõ ſeruare iuramentũ, duobus vel tribus non obſeruantibus? *Item* quid ſi neſcitur quomodo intellecta fuerit illa cõditio, *ſi alij ſeruarẽt*, vtrum ſcilicet de omnibus aliis, an de aliquibus, Vel ſi dubitatur, vtrum iuratum ſit ſub conditione, vel ſimpliciter.

Reſponſio ad primum dic, quod ſi alter prædictorum iurauit, vel intendit ſub conditione iurare, ſcilicet quod non portaret huiuſmodi menſuram ſi reliquus non portaret, tunc reliquo non ſeruante iuramentum, nec ille ſeruare tenetur. Si autem abſolutè iurauit in omnem euentum, tũc ſeruare tenetur quicquid reliquus faciat. Si autem neſcit quomodo iurauit, vel quid intendit, dic quod ſi emolumentum mẽſuræ ſit commune duobus, à quocumque portetur ex illis, vno peierante, reliquus nihilominus tenetur ſeruare iuramentum, cum nullum ex hoc fiat ei præiudicium. Si autem ſolius portantis menſuram eſt emolumentum, benignè interpretandum eſt, quod fidem non ſeruanti, fidem ſe ſeruaturum non promiſit, cum damno ſuo & lucro alterius, Vnde non tenetur ſeruare iuramentum, ſi reliquus non ſeruet.

Quo caſu vno non ſeruante iuramentum alter non tenetur ſeruare.

Ad ſecundum dic ſimiliter, quod ſi ſimpliciter & abſolute, & in omnem euentum iuratum eſt, quilibet tenetur ſeruare quod iurauit, quicquid alii faciant. Si vero ſub conditione, vel ob cauſam iurare inrenderũt nullus tenetur ſeruare, niſi exiſtente conditione vel cauſa propter quam iuratum eſt. Salua tamen diſtinctione quæ habetur ſupra de voto, vtrum ſcilicet obligatio tota fuerit poſita in euentum conditionis, vel cauſæ, cum cæteris quæ ibi dicuntur; quæ tamen intelligo ſeruanda in foro cauſarum, non in foro pœnitentiali, vbi iudicatur de intentione.

In iuramento habenda eſt ratio intentionis iurantis præcipuè: quæ ſi lateat ex circumſtantijs eſt colligenda.

Ad tertium dic, ſcilicet quomodo intelligenda ſit illa conditio, ſi alii ſeruent, vtrum ſcilicet ſi omnes ſeruent, vel ſi aliqui ſeruent, recurrendum eſt ad intentionem iurantium in foro pœnitentiali, & ſecundum hoc iudicandum. Ad quartum & vltimum dic, quod ſi iuramentum ſpectat tantum ad commodum vel incommodum iurantium, & medietas multitudinis, vel maior pars non obſeruat iuramentum, reliqui non tenentur ſeruare, quia iam non extat conditio ſub qua iuratum eſt, quia quod facit maior pars vniuerſita is, vniuerſitas dicitur facere.

Quomodo ſit interpretandum hoc iuramẽtum cõditionale, ſeruabo ſi aliqui ſeruent, quando non conſtat de intentione iurantis circa ſenſum conditionis

Si autem medietas vel maior pars multitudinis, adhuc ſeruat iuramentum, & in lucrum non ſeruantium, cum non ſit veriſimile quod aliquis iurantium voluerit facere conditionem ſuam deteriorem, & aliorum meliorem, benignè interpretandum eſt, ſicut dictum eſt ſupra in caſu de menſuris. Si autem nullum incommodum patiuntur ex hoc ſeruantes iuramentum, non eſt tutum eis venire contra iuramentum ſed denunciare poterunt prælato, vt vel compellat iurantes ſibi inuicem remittere iuramentum, vel illos qui non ſeruant ſeruare quod iurauerunt.

Si autem quod iuratum eſt, ſpectat ad cultum Dei, vel religionem, vel pietatem: Aut ſi tale quid iuratum eſt, quod tenentur facere ſine iuramento, ſi dubitetur vtrum ſimpliciter & abſolute, aut ſub conditione iuratum ſit, aut ſi neſcitur de quot aliis intellexerunt illam conditionem ſi alii ſeruarent, tenendum eſt certum, & dimittendum incertum; & interpretandum eſt iurantes obligatos eſſe per huiuſmodi iuramentum, niſi maior pars iurantium transgreſſa fuerit iuramentum. In quo caſu, quaſi iam non exiſtente conditione ſua qua iuratum eſt, reliqui non ſunt obligati ex illo iuramento.

Quis poſsit iuramentum in melius commutare.

CAPVT XCII.

Non ſolum Papa ſed etiã epiſcopus poteſt iuramẽtum cõmutare, atque etiam relaxare quamuis ſit licitũ ex parte, at in iuramento ex omni parte licito ſolus Papa diſpenſat.

Ex ſumma de caſibus. Papa poteſt abſoluere licito iuramento, vt ſupra de voto: *Ex ſumma fratris V.* credo quod non ſolum Papa, ſed epiſcopus in iuramentis ſicut & in votis poteſt diſpenſare, quinetiam quod licita iuramenta poteſt mutare, in melius, cum non magis obliget iuramentum quam votum, maxime cum iuratur quod nulli eſt vtile, & alicui eſt dãnoſum; vt ſi quis iuret quod non loquetur cum Martino, vel comedet cum eo, vel intrabit domum eius, vel recipiet aliquid ab eo, vel non ſeruiet ei. Niſi taliter iurauerit aliquis, vt vitet occaſionem peccandi quam ſolet incurrere ex familiaritate alicuius perſonæ.

Nec obſtat quod dicitur infra de differentiis officiorum, vbi dicitur quod ſolus Papa poteſt concedere quod aliquis veniat contra iuramentum licitum, vel de quo dubitatur vtrum ſit licitum vel illicitum. *Nec illud obſtat extra de reſcriptis, conſtitutus*, vbi agitur de certo numero præbendarum iurato à capitulo. *Et extra de elect. venerabilem*, vbi dicitur quod etſi illicitum fuit iuramentum, debuit Papa conſuli ſuper eo, quia ad Papam pertinet decernere an illud iuramentum fuerit licitum vel illicitum.

Solutio obie.

Sed iſta non obſunt, quia illa decretalis Conſtitutus, loquitur de iuramento vniuerſitatis illicito, quod de conſenſu epiſcopi præſtari debuit, & ideo epiſcopus diſpenſare non potuit. Et forte in iuramento vniuerſitatis propter ſcandalum non poteſt diſpenſare Epiſcopus, vel ipſum mutare in aliud, licet hoc poſſit in iuramento priuatæ perſonæ. Item illa decret. Venerabilem, loquitur de Regno Alemanniæ, quod qui habet, eo ipſo debet eſſe Imperator, quod ſine approbatione Papæ fieri non debet: & forte circa magnas perſonas, & ardua negotia, propter ſcandalum ſolus Papa interponere poteſt partes ſuas in talibus iuramentis.

Epiſcopus poteſt cõmutare iuramenta ex toto licita propter maius bonũ ſuæ diœceſis, ſed non poteſt in ijs diſpenſare, data cauſa ſicut Papa.

Et quod dicit magiſter in prædicto titulo, diſtinguendum eſt ad caſus de quibus exemplificat, & ad ſimiles. Vel loquitur ad auctoritate præſtanda, veniendi contra licitum iuramentum vel dubium præciſe ſine aliqua commutatione, quod ſolus Papa poteſt facere, cuius auctoritas videtur, excepta in quibuſdam iuramentis. Ad minus ergo Epiſcopus, etſi non poſſit ſimpliciter abſoluere à iuramento, poteſt tamen in melius commutare. Nec eſt hoc venire contra iuramentum, vel infringere, *extra de iuramen. peruenit.*

In Quibus caſibus excuſetur quis à periurio.

CAP. CXIII.

GRATIANAS 22. *quæſtione ſecunda.* Saul cum eſſet in caſtris pugnaturus contra Philiſthæos, iurauit ſe interfecturum quicumque ante ſolis occaſum comederet. Itaque falſum iurauit, nec tamen iuramenti reus arguitur, quia quantum in ipſo fuit, quod iurauit impleuit, dum ſententiam mortis in filium dedit, quam non carnali affectu, ſed populi petitione reuocauit.

Excuſatur quis à periurio quando facit quod in ſe eſt, nec ſciebat tempore iuramenti ſe futurum impotentem.

Ex ſumma de ca. Quæritur vtrum neceſſitas in iuramẽto promiſſorio excuſet à periurio: Verbi gratia Iurauit debitor ſe ſoluturum in certo termino, impeditus non poteſt ſoluere. Ad hoc dicas, quod ſi tunc quando iurabat credebat ſe non poſſe reddere, vel credebat quod poſſet, ſed fatuè, quia non habebat cauſam credendi tunc, in vtroque caſu peierabat, quia in primo caſu deerat veritas in conſcientia, in ſecundo iudiciũ. Si vero credebat ab initio ſe poſſe reddere, & probabiliter, non peierabat quãtum ad hoc, ſi poſtea fecit poſſe ſuũ: in vtroq; ergo caſu ſi nõ potuit perſoluere in termino, non eſt propter hoc periurus.

Ex hac cauſa multo magis excuſatur, ſi miſit tempore debito, ſed caſu fuit amiſſa pecunia in via. Si tamen elapſo termino poſſet, & non perſolueret, eſſet periurus: lapſus enim termini non ſuſtulit obligationem iuramenti.

Qui iurãdo intendit ſe obligare Deo non poteſt abſolui ab homine niſi per cõmutationem in melius, nec etiam quando abſolutio vergit in præiudicium tertij.

Pone quod aliquis iuramento tenetur aliquid facere, petit dilationem vel abſolutionem, & obtinet ab eo cui tenebatur, an ſic ſit abſolutus? Si iuramentum factum eſt in fauorem Dei, vt per illud intenderet homo ſe obligare Deo, non poteſt abſolui ab homine niſi per commutationem in melius, *vt ſupra de votis. Ex ſumma fratris. V.* Quid ſi non intendat ſe obligare Deo, ſed tantum homini? Reſpondeo. Nihilominus non poteſt abſolui ab homine, ex quo iurat ſe facturum aliquid in fauorem Dei: vnde credo implendum hoc maxime, ſicut ſi iuraſſem tibi, quod darem Titio decem in fauorem ipſius Titij, non poſſes mihi remittere huiuſmodi iuramentum.

Ex ſumma de ca. Si vero in fauorem hominis, ſi ille ſponte abſoluerit, poſtea non tenetur. Et idem de dilatione. *Item* nunquid debitor tenetur propter vim iuramenti quo ſe aſtrinxit ſoluere debitum excommunicato, & ita communicare ei? De hoc require infra de ſen. ex.

Caſus in quibus iuramentũ ceſſat obligare ex conditionibus tacite intellectis, vel inopinate emergẽtibus.

In ſumma quoque nota, quod non intelligitur peierare, qui ex licita cauſa deſerit iuramentum. Verbi gratia: Promiſimus ex iuramento, firmauimus nobis inuicem fidem & pacem fregiſti mihi, non teneor poſtea ſeruare tibi. Nec obſtat, quod & hoſti ſeruanda eſt fides promiſſa. Illud enim intelligitur, cum & ipſe ſeruat fidem. *Item* depoſuiſti penes me gladium, iuraui quod reſtituerem quando repeteres, factus poſtea furioſus repetis, non teneor, immo nec debeo tibi reddere, niſi tibi reſtituta ſanitate, ne forte occidas te, vel alium. *Item* iuraui tibi generaliter quod ſtarem omnibus mandatis tuis propter iniuriam quam tibi fecero, tu præcipis mihi aliquod inhoneſtum, vel importabile, vel adeo durum vel aſperum, quod ſi mihi faiſſet ſpecificatum, nullo modo illud iuraſſem: Talia enim tacite ſubintelliguntur in generalibus iuramentis: debent tamen ad cautelam, & ne detur eis occaſio peierandi, petere auctoritatem ab eccleſia. *Item* ſi iurans vel recipiens dolum adhibet, ſemper debet referri iuramentum ad intentionem illius qui non adhibuit dolum vel artem.

Licet in iuramento dolo malo extorto vti verbis duplicibus.

Ex ſumma fratris. V. Hoc intelligendum de dolo malo: quia ſi quis extorqueat à me iuramentum per violentiam quod ego præſtare non teneor, & ille peccat extorquendo; ſi ad elidendam eius malitiam vtor verbis duplicibus, intelligens in alio ſenſu quam ille intelligat, non credo me peccare. *Item* ſi iuraui aliquid, & emergat caſus inopinatus, de quo ſi cogitaſſem & aduertiſſem, nullo modo iuraſſem, non teneor illo iuramento. *Item* arbitror quod ſi aliquid quod circumſcripto iuramento eſt peccatum, vt dare gladium in manu furioſi iuretur, non eſt obligatorium iuramentum.

De Falſo teſtimonio, & pœna periurij.

CAP. CXIIII.

Falſus teſtis tribus eſt obnoxius.

EXTRA *quinto de crimine falſi. Auguſtinus.* Falſidicus teſtis tribus eſt obnoxius. Primum Deo, cuius præſentiam contemnit: Deinde iudici, quem mentiendo fallit. Poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. Vterque vero reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.

Extra ſecundo. de teſtibus. Alexander tertius. Quidam accepta pecunia de parentela inter virum & vxorem exhibent iuramenta, per quæ inter ipſos diuortij ſententia promulgatur; poſtea vero priuatim nullam inter eos conſanguinitatis lineam aſſerentes, ſe corruptos dicunt teſtimonium præbuiſſe falſitati. Super quo taliter reſpondemus, quod ſi vir & vxor, aut alter eorum, ad ſecunda vota tranſiuit, teſtibus de periurio & adulterio, vno pluribusve, quibus cauſam dederunt, pœnitentia indicatur. Si vero ad ſecunda vota idem vir & vxor nõ migrauerint, diligenter inquirendi ſunt coram quibus corruptio interceſſit. Et ſi tales exhibeantur per quos poſſit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum teſtimonio eſt ſententia reuocanda. Non enim teſtimonium prædictorum, cum periuri ſint, eſt aliquatenus admittendum.

Sententia lata ad dictum teſtiũ corruptorum eſt reuocãda.

Ex ſumma de ca. Pœna periurij eſt, quod debet agere pœnitentiam ſeptem annis, ſicut pro alijs peccatis mortalibus. Periurus in iuramento aſſertorio non eſt infamis ipſo iure, niſi per ſententiam, qui autem tranſgreditur ſcienter, cum tamen poſſit ſeruare iuramentum cautionale & licitum, & cum ſolennitate factum eſt ipſo iure infamis. *Cauſa ſexta. quæſtione prima. Fabianus Papa.* Quicunque ſciens peieraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat; & nunquam ſit ſine pœnitentia, & nunquam in teſtimonium recipiatur, communionem tamen poſt hoc percipiat.

Pœna periurij.

De crimine ſortilegij.

CAP. CXV.

Qui ſortilegi.

EX *ſumma de ca.* Diximus de periurio quo quis peccat in Deum, conſequenter de ſortilegis & diuinis (qui quod Dei eſt proprium, videlicet futura prædicere, ſibi falſo & illicitè aſcribentes, innumeras animas trahunt ad inferos) eſt agendum. *Cauſa, vigeſima ſexta. quæſtione prima. Iſidorus etymo. octauo. Sortileges ſunt qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam, quas ſanctorum ſeu apoſtolorum vocant ſortes, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione, futura promittunt.*

Obiect.

Gratianus. Quod autem ſortes exquirere peccatum non ſit, exemplis & auctoritate probatur. Cum enim Achor de anathemate furtim ſubtripuiſſet, præcepit Dominus Ioſue vt ſortibus eum exquireret. De Zacharia quoque legitur, quod ſorte exijt vt incenſum poneret. Mathias ſimiliter ſorte in Apoſtolatum & Iudæ ſucceſſorem eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, patet malum non eſſe. Vnde Auguſtinus in libro Pſalmorum. *Sors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubietate, diuinam indicans voluntatem.*

Soluti.

His itaque reſpondetur. Antequam euangelium clareſceret multa permittebantur, quæ tempore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt eliminata. Copulam quæ ſacerdotalis, vel conſanguineorum, nec Legali, nec Euangelica, vel Apoſtolica auctoritate prohibetur; Eccleſiaſtica tamen lege penitus interdicitur ſic & ſortibus nihil mali ineſſe monſtrat, prohibentur tamen fideles, ne ſub hac ſpecie diuinationis, ad antiquos idolatriæ cultus redirent. *quæſtio. 2.* Quod autem ſortibus credi non oporteat, Hieronymus atteſtatur ſuper Ionam. Item Beda ſuper actus Apoſtolorum.

Exquirere aliquid per ſortes nõ eſt prohibitum niſi lege eccleſiaſtica ob periculum idolatriæ.

Ex ſumma de cap. Ioſue præcepto domini ſortibus exquiſiuit peccatum Achor. Item Saul ſorte deprehendit. Ionathan. Sorte quoque Ionas à nautis deprehenſus eſt, & Mathias electus. Sed vt ait Hierony. priuilegia ſingulorum communem legem facere non poſſunt. Itaque ſors non eſt aliquid mali in ſui natura tamen prohibetur, quia propter aſſiduitatem, labitur talis in idolatriam. Vnde ſi eſſet cauſa honeſta, & ſubeſſet neceſſitas, vt ſi eſſet contentio de electione aliquorum, & eſſet paritas vtrobique in omnibus, credo quod exemplo Mathiæ poſſent fieri ſortes. Et hoc ait Beda dicens. *Si qui neceſſitate aliqua compulſi, Deum putant ſortibus Apoſtolorum exemplo, eſſe conſulendum; videant hoc ipſos Apoſtolos, non niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis, egiſſe.* Item cum quædam ciuitas eſſet

Licet in neceſſitate ſortes mittere ad Dei voluntatẽ cognoſcendam.

obſeſſa,

obiecta, & dubitaret clerus, qui deberent fugere, qui manere: consultus Augustinus, respondit sorte illud esse dirimendum.

Ex summa fratris V. non credo quod hodie locum habeat sors in electionibus, quia si etiam paritas esset in omnibus, in electione non valet hodie, nisi esset facta maiori & saniori parte capituli. *Extra. 5. de sortilegijs Innocen. III.* Sortis vsum in electione, perpetua prohibitione damnamus.

Innocentius 3 prohibet vsum sortis in electionibus.

De Diuinatione.

CAP. CXVI.

SORS est ars diuinandi. Diuinatio autem priùs in malo accipitur, prophetia vero in bono *vnde Hieron.* super illum locum Micheæ. *Prophetæ eius in pecunia diuinabant,* &c. ita ait: Nunquam diuinatio in bona parte accipitur. Videbantur quidem sibi prophetæ, sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est diuinatio: idest diuinatio eorum quæ credebatur esse prophetia, declarata est non esse prophetia. *Causa 26.q.2. De diuinis vero scribit Augustinus lib.1.de doctri.Christiana.ita dicens.* Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus, vel ad colendam sicut Deum creaturam, vel ad consultationes & pacta quædam significationum, cum dæmonibus placita atq; fœderata, qualia sunt molimina magicarum artium. Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue quibusdam notis, quas characteres vocant. Hinc etiam illa sunt, limen calcare cum ante domum suam transit, redire ad lectum si quis dum se calciat sternutauerit, redire ad domum si procedens offenderit, vel si vestis à soricibus rodatur. Neque ab hoc genere superstitionis pernitiosæ segregandi sunt, qui olim Genethliaci propter naturalium considerationes dierum, nunc autem Mathematici vocantur. Omnes igitur artes huiusmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitiones, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum quasi pacta, infidelis & dolosæ animæ constituta, sunt penitus repudiandæ & fugiendæ Christiano.

Diuinatio semper accipitur in malam partem.

Aug. reijcit varias obseruationes.

Ibidem q.7. Martinus Papa: Non licet iniquas cogitationes agere Kalendarum & ocijs vacare, neque lauto aut viriditate arborum cingere domos. Omnis enim hæc obseruatio Paganorum est. *Item Zacharias* Papa: Si quis Kalen. Ianuarii ritu Paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut mensas cum lampadibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos & plateas, cantationes & choros ducere præsumpserit, anathema sit. *Item Aug.* Non obseruetis dies qui dicuntur Ægyptiaci, aut Kalen. Ianuarij, in quibus cantilenę quædam, & commessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio. *Extra. 5. de sortilegijs.* In talibus, vel codicibus, & alijs, sorte futura non sunt requirenda; nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat: qui vero contra fecerit pœniteat 40. dies.

Antiquiritus de nouo anno celebrando prohibentur.

Qualiter dæmones futura secundum diuinos prædicant.

CAP. CXVII.

CAVSA 26.q.3. A quibus autem diuinationis genus sumpserit exordium, vel quot sint genera eius, Aug. exponit in lib. de natura dæmonum. Sed & de natura dæmonum. Sed & de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire valeant, vel quot modis, ita scribit *Aug. in eodem libro.* Sciendum est hanc esse naturam dæmonum, vt aerei corporis sensu, terrenorum corporum sensum facile præcedant celeritate, & propter aërei corporis superiorem nobilitatem, non solum cursus quorumlibet hominũ vel ferarum, verumetiam volatus auium incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus (quantum ad aereum corpus attinet) prædi ti, hoc est acumine sensus, & celeritate motus, multo ante cogitata prænunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam demonibus, per tam longum tempus quo eorum vita protenditur, rerum longè maior experientia, quam potest hominibus propter breuitatem vitæ prouenire, per has efficacias, quas aërei corporis natura sortita est, non solum multa futura prædicunt hominibus dæmones, verumetiam multa faciunt, quæ quoniam homines dicere non possunt, aut facere, eos dignos quidam quibus seruiant, & quibus honores diuinos deferant arbitrantur; instigante maximè vitio curiositatis, propter amorem fælicitatis falsæ atque terrenæ, & excellentiæ temporalis.

Dæmones habent posse futura diuinare partim ex motus celeritate, partim ex diuturna experientia, partim Deo permittente sicetueniread fidei prolationem.

Nunc igitur quoniam de diuinatione dæmonum quæstio est, primo sciendum est, ea plerumque prænunciare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim potestatem morbos immittere, & ipsum aerem vitiando, morbidum reddere, & peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum, malefacta suadere. Suadent enim miris & inuisibilibus modis, per illam subtilitatem, corpora hominum non sentientium penetrando, & se cogitationibus eorum per quædam visa immiscendo, siue vigilantium, seu dormientium. Aliquando autem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt. Aliquando etiam hominum dispositiones, non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt; atque hinc etiam multa futura prænunciant, alijs videlicet mira, qui ista disposita non nouerunt. Fallunt etiam studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, vt interpretibus suis, signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando ipsi decepti fuerint, vel mentiti.

Quæ hic dicit Aug. de Aëreis corporibus Angelorum intelligenda sũt figuratiuè, vel secundũ mentẽ quorundam anti quorum patrum, alioqui pro certo tam habetur angelos esse incorporeos.

Ibidem q.5. Aug. in li. de ci. Dei. Si autem quilibet opponit & dicit. Quomodo eueniunt illa quæ illi diuini prædicunt futura, an quo modo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ virtutis ac potestatis non habent? hoc à nobis recipiat responsum, quod ideo non debet quisque eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, vel lædere sanos, quia hoc permissu Dei fit, vt hi qui hoc audiunt vel vident probentur, & appareat quali fide sint vel deuotione erga Deum; sicut in Deut. legitur. *Si surrexerit in medio tui propheta,* & cætera.

Qualiter mulierculas deludant, vt noctu se ambulare credant.

CAP. CXVIII.

EX *Concil. Anquirensi.* Illud etiam non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retro post sathanam conuersæ; dæmonum illusionibus & fantasmatibus seductæ, credunt se & profitentur cum Diana (nocturnis horis) Dea Paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum, equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia, intempestæ noctis silentio pertransire, eius iussionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam & innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore Paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur.

Sagæ decipiũtur in sõnis dum putant se per aerem volitare &c.

Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi cõmissas, populo Dei omni instantia prædicare debent, vt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nouerint hæc omnino falſa eſſe,& non à diuino,ſed à maligno ſpiritu, talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari, arbitrentur. Siquidem ipſe Sathanas, qui transfigurat ſe in angelum lucis, cum mentem cuiuſque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illico transformat ſe in diuerſarum perſonarum ſpecies atque ſimilitudines, & mentem quam captiuam tenet in ſomnis deludens, modo læta, modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendens, per quædam deuia deducit, & cum ſolus ſpiritus hoc patitur infidelis, hoc non in animo, ſed in corpore euenire opinatur. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius immutari aut transformari in aliã ſpeciem, vel in aliam ſimilitudinem,niſi ab ipſo creatore, infidelis eſt, & Pagano deterior.

Infidelis eſt qui credit aliquam creaturam poteſtate vnam ſpeciem in aliam transformare.

De Maleficijs artis Magicæ.

CAPVT CXIX.

Qui dicũtur Magi & quis primus magiæ inuentor.

ISIDORVS *etym. lib.*8. Magi ſunt, qui vulgo malefici ob facinorum multitudinem nuncupantur; hi & elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantum carminis interimunt. Dæmonibus enim accitis audent ventilare, vt quiſquis ſuos perimat malis artibus inimicos, hi etiam ſanguine vtuntur & victimis, & ſæpe contingunt corpora mortuorum. Magorum primus Zoroaſtes Rex Bactrianorum fuit, quem Ninus Rex Aſſyriorum prælio interfecit,de quo Ariſtoteles ſcribit, quòd vicies centum millia verſuum ab ipſo condita, indicijs voluminum eius declarentur. *Hanc* artem multa poſt ſecula Democritus ampliauit,quando & Hipprocrates medicinæ diſciplina efflòruit. Itaque hæc vanitas Magicarum artium, ex traditione malorum angelorum, in toto terrarum orbe plurimis ſeculis valuit, per quandam ſcientiam futurorum & infernorum, & inuocationes eorum, inuenta ſunt aruſpicia, augurationes, & ipſa quæ dicuntur Oracula, & Necromantia.

Rich. in lib. excerptionum. Ars itaque Magica ſub philoſophia continetur, ſed foris falſa profeſſione de vero mentiens, & veraciter lædens, homines, à diuina relatione ſedulcit, cultum dæmonum ſuadet, & ad omne nefas ſequaces ſuos impellit. Hæc quinque maleficiorum genera continet ſcilicet, Manticen, Mathematicam, Maleficia, Sortilegia, Præſtigia. Mantice interpretatur diuinatio: Hæc quinque ſpecies habet,necromantiam, geomantiam,hydromantiam,aeromantiam, pyromantiam. Prima fit in mortuis; ſecunda in terra, tertia in aqua, quarta in aere, quinta in igne.*Mathematica* interpretatur vanitas. Hęc habet tres ſpecies, aruſpicium, augurium, horoſcopia. *Aruſpicium* dicitur ab inſpectione ararum:hæc fit quando in fibris animalium, quæ in aris ponuntur,fata quæruntur. *Augurium* ab auibus, hæc aliquando pertinet ad aures, & dicitur augurium; aliquando ad oculos, & dicitur auſpicium. *Horoſcopia* in conſtellationibus conſtat, *Maleficia* fiunt per incantationes. *Sortilegia* per ſortes. *Præſtigia* per fantaſticas illuſiones.

Quinq; maleficiorũ genera,vti etiã diuinationis, & tres mathematica.

De diuerſis generibus Magorum.

CAP. CXX.

Necromãtici

NECROMANTICI ſunt, quorum præcantationibus videntur reſuſcitati mortui diuinare, & ad interrogata reſpondere (*Nycron* enim Græcè, mortuus *mancia* diuinatio nuncupatur) ad quos ſuſcitandos cadaueri ſanguis adijcitur. Nam amare dæmones ſanguinem dicuntur. Ideoque quoties Necromantia fit, cruor aquę miſcetur, vt colore ſanguinis facilius prouocentur.

Explicantur ſingula magorum genera.

Hydromãtici

Hydromantici ab aqua dicuntur: Eſt enim hydromantia in aquæ inſpectione vmbras dæmonum euocare, ibique ab eis aliqua audire,vbi adhibito ſanguine, etiam inferos perhibentur ſciſcitari. Varro dicit diuinationis quatuor eſſe genera; Terrã, aerem, aquam, & ignem, hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dictam conſtat. *Diuini*, quia diuinitate ſe plenos aſſimulant, & aſtutia quadam fraudulenta, hominibus coniectant futura. *Incantatores* ſunt; qui artem verbis peragunt. *Arioli*, quia circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt; hiſque celebritatibus dæmonum reſponſa accipiunt.

Diuini. *Incãtatores.* *Arioli.*

Aruſpices, quaſi horarum inſpectores, dies enim & horas in agendis negotiis operibuſque cuſtodiunt, & quid per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inſpiciunt, & ex eis futura prædicunt. *Augures* ſunt,qui volatus auium & voces intendunt. Dicuntur autem auguria, quaſi auium garria: Vel quaſi auigeria, quòd aues gerant. Idem & auſpicia, quaſi auium aſpicia, quæ iter facientes obſeruant. Horum duo ſunt genera: Vnum ad oculos pertinens, ſcilicet volatus: Alterum ad aures, ſcilicet vox auium.

Aruſpices. *Augures.*

Phitoniſſa à Phitio Appolline dicta, quod & is auctor fuerit diuinandi. *Aſtrologi*, in aſtris auguriantes. *Genethliaci*, pro natalium conſideratione dierum. Geneſim enim hominum per duodecim cæli ſigna deſcribunt, ſiderumque curſu,naſcentium mores, actus, & euentus prædicare conantur,ideſt quis quali ſigno fuit natus, aut quem effectum habeat vitæ qui naſcitur, hi vulgo Mathematici vocantur. *Horoſcopi* ſunt qui horas natiuitatis hominum ſpeculantur, diſſimili & diuerſo fatu. *Sortilegi* ſunt qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam ſuperſtitiones,quas ſanctorum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt.

Pythones. *Aſtrologi.* *Genethliaci.* *Horoſcopi.* *Sortilegi.*

Saliſatores dicuntur, quia dum eis membrorum quæcunque partes ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignare prædicunt. Ad hæc omnia pertinent & ligaturę execrabilium remediorum,quæ ars medicorum condemnat,vel in præcantationibus, vel in characteribus, vel in quibuſcunque rebus ſuſpendẽdis, atq; ligandis: In quibus omnibus ars dæmonum eſt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & angelorum malorum exorta; vnde vitanda ſunt à Chriſtiano. Dicitur autem præſtigium,quaſi perſtringens aciem oculorum.

Saliſatores.

De Carminatoribus & carminatricibus.

CAP. CXXI.

Non videtur mortale carminare infirmos vel animalia &c. ſi nihil ſuperſtitioſum dicatur aut fiat, quamuis ſimilia merito prohibeantur propter abuſum præſertim in ſimplicibus.

EX *ſummafratribus V.* Quid de carminatticibus, & carminatoribus qui carminant infirmos,vel pueros,vel animalia;nunquid peccãt mortaliter? Reſpõdeo:Si nihil ſuperſtitioſum dicunt,aut docent, aut faciunt, ſed tantũ vtuntur licitis precibus & adiurationibus,ſicuti per paſſionem & Crucem & ſimilia,non credo quod peccẽt mortaliter niſi talia fecerint poſt prohibitionem ab eccleſia factã ſibi. Sed credo quòd prohibendi ſunt viri & mulieres à talibus, quia permulta inutilia & ſuperſtitioſa ſolent admiſcere. Niſi forte ſit Sacerdos religioſus & diſcretus, aut etiam laicus, ſiue vir ſiue mulier excellentis vitæ & probatæ diſcretionis, qui fuſa oratione licita, non ſuper pomum aut pirum aut cingulum,ſed ſuper infirmantes manus imponant. Iuxta illud Matthæi. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Nec ſunt huiuſmodi perſonæ prohibendæ à talibus, niſi forte timeatur quod ad exemplum illorũ, indiſcreti & ſuperſtitioſi, carminatoris ſibi vſurpant abuſum. Item non condemnantur hic ruſtici qui ſeruant tempora ad ſeminandum, vel arbores incidendas & ſimilia, quæ certam & naturalem habent rationem. Idem de phyſicis circa medicinas dandas, & minutiones faciendas, & ſimilia. *Item* ſi aliquis vel aliqua colligit herbam medicina-

dicinalem cum ſymbolo diuino, vel oratione dominica, vel ſcribit in charta ſymbolum, vel orationem dominicam, vt ponat ſuper aliquem infirmum, vt ſic in iſtis tantum Deus creator omnium & dominus honoretur, non reprobatur, dummodo nulla alia ſuperſtitioſa obſeruantia miſceatur.

Ex ſumma fratris. V. Ex hoc poteſt haberi, quod non ſunt reprobanda breuia quæ fiunt in aſcenſione, cum non contineantur niſi verba euangelij. Sed ſuperſtitioſum eſt, ſi credatur quod minus habeant efficaciæ ſi ſcribantur poſt lectum Euãgelium, aut poſt Miſſam, aut alia die, quàm ſi ſcribantur cum legantur ſiue proferantur in eccleſia verba euangelii quæ ibi continentur. Illa autem breuia in quibus ſcribuntur quidam characteres, & quædam nomina inuſitata, quaſi nomina Dei ineffabilia, in quibus dicitur: Quicunque portauerit ſuper ſe iſtud breue, non periclitabitur ſic vel ſic, aut iſtud aut illud ſibi eueniet, proculdubio reprobanda ſunt, nec portanda; & peccant qui ſcribunt ea aut portant, aut donant, aut vendunt, aut portanda docent; niſi adeo fuerint ſimplices, quod ignorantia eos debeat excuſare, quæ non excuſat, ſi ſuper hoc fuerint admoniti vel inſtructi.

Reprobantur quædã breuia ſuperſtitioſa.

De Sortilegis, ac Diuinis, ac Magis euitandis.

Cap. CXXII.

Causa 26. q. 5. *Ex concil. Martini Papæ.* Si quis autem Paganorum conſuetudinem ſequens, diuinos & ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniãt, vel luſtrationes Paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant. Mulieribus quoque Chriſtianis non liceat in ſuis lanificijs vanitatem obſeruare, ſed Deum inuocent adiutorem, qui eis texendi ſapientiam donauerit.

Item ex concil. Tol. 4. c. 30. Si quis de ordinibus clericorum aruſpices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures vel ſortilegos, qui profitentur artẽ Magicam, aut aliquos eorum ſimilia exercentes, conſuluiſſe fuerit deprehenſus, ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus, monaſterij curam excipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat.

Nõ licet magos conſulere ſub pœna ſuſpenſionis in clericis, & aliarum pœnarum in laicis.

Item ex concil. Anquirenſi. c. 1. Epiſcopi, eorumque miniſtri, omnibus viribus elaborare ſtudeant, vt pernitioſam, & à Zabulo inuentam, ſortilegam & magicam artem ex parochiis ſuis penitus eradicent. Et ſi aliquem virum aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorem inueniunt, turpiter dehoneſtatum, de parochiis ſuis eijciant. Ait enim Apoſtolus: *Hæreticum hominem, poſt primam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt, &c.* Subuerſi enim ſunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo, diaboli ſuffragia quærunt.

Aug. reprobat diuinationes, &c.

Ibidem q. 7. Auguſti. Qui quaſcunque diuinationes, & fata, aut auguria obſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus, ſiue qui attendit ſomnialia ſcripta, & falſo in Danielis nomine intitulata, & ſortes quæ dicuntur ſanctorum Apoſtolorum, & augu-ria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate ſcripta, ſuper homines aut animalia ponunt præter ſymbolum, & orationem dominicam; aut falſitatibus magicis, in grandinariis & tempeſtatibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut in ſuis domibus introducunt, & interrogant; ſciant ſe fidem Chriſtianam & baptiſmum præuaricaſſe, & Paganum & Apoſtatam, ideſt retro abeuntẽ, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurriſſe, niſi eccleſiaſtica pœnitẽtia emendatus, Deo reconcilietur. *Item Hier.* Dæmonium ſuſtinentibus licet petras vel herbas habere ſine incantatione.

De eiſdem puniendis.

Cap. CXXIII.

Causa 26. q. 5. Quod autem ſortilegi & diuini, ſi ceſſare noluerint, excommunicandi ſunt, ratione & auctoritate probatur. Eſt enim quoddam genus culturæ idolorum, ex dęmonum conſultationibus futura prædicere. Futura enim, præſcire ſolius Dei eſt, qui in ſua contẽplatione etiam angelos præſcire facit. Cultores vero idolorum à fidelium communione ſeparandi ſunt. Vnde in epiſtola ad Corinthios Apoſtolus ait. *Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, cum eiuſmodi nec cibum ſumere* &c.

Ex ſumma de caſibus. In ſumma vero nota, quòd pœna talium eſt multiplex. Sunt enim infames, nec debent recipi ad euchariſtiam, ſi notorium eſt peccatum, ſicut nec hiſtriones. *Item* nec debent admitti ad accuſationem. *Item* debent excommunicari. *Item* ſi poſt admonitionem vel excommunicationem noluerint ſe corrigere, ſi ſerui ſunt, debent verberibus caſtigari, ſi liberi includi in carcerem, vel vtique ſunt de parochia, turpiter dehoneſtati, ideſt tonſurati vel decaluati, eiiciendi: & hoc poteſt epiſcopus ſua auctoritate facere, dum tamen caueat à membri detruncatione, morte, & ſanguinis effuſione; vel ſi neceſſe ſit inuocet brachium ſeculare: ſecundum vero leges capite puniuntur.

Varia ſunt magorum pœna.

De inſpectione aſtrolabij.

Cap. CXXIV.

Ex ſumma de caſibus. Quid de ſacerdotibus & religioſis, quibus vaſa & ornamenta eccleſiæ, vel ſimilia, furtim ſubtracta ſunt, vel etiam de laicis, quibus res propriæ furto ſublatæ ſunt; nunquid poterunt inueſtigare per inſpectionem aſtrolabii, vel ſimilia? Ad hoc dicas ſecundum omnes, quòd ſi fit ibi inuocatio dæmonum, vel aliud ſuperſtitioſum, grauiſſime peccat quicunque facit, vt patet ex decret. infra allata, vbi quidam, licet inuenili ſimplicitate, & bono zelo feciſſet, fuit tamen ſuſpenſus ab officio & beneficio. Si autem talis inſpectio fieret ſimpliciter poſt aſtronomiam, non inuocatis dæmonibus, neque alio ſuperſtitioſo adiuncto, forte poſſet admitti. Tamen in eodem decreto dicitur, quia licet quadruuiales artes in ſe contineant veritatem, tamen quia non ſunt ſcientiæ pietatis, non eſt in eis ſtudendum.

Vſus aſtrolabij non inuocatis dæmonibus poteſt tolerari.

Extra. 5. de ſortil. Alexan. III. Preſbyter cum quodam infami ad priuatum locum acceſſit, non ea intentione vt vocaret dæmonium, ſed vt inſpectione aſtrolabii furtum cuiuſdam eccleſiæ poſſet recuperare, verũ licet hoc ex bono zelo & ſimplicitate ſe feciſſe proponat, id tamen grauiſſimum fuit peccatum. *& infra.* Mandamus quatenus per annum & amplius ſi tibi viſum fuerit, eum ab altaris miniſtratione præcipias abſtinere.

Ex ſumma fratris. V. Nunquid ſi quis ſacrificet Deo nummorum, ſcilicet mammonæ, vt fiat diues, vel ſimilia faciat, nunquid incurrit irregularitatem? aut qui de Sacramentis eccleſiæ, Euchariſtia ſcilicet, vel Chriſmate, vel Oleo benedicto, aut Aqua fontium, facit ſortilegium, vel baptizat imagines? Reſpondeo: Cum talia videantur eſſe enormia propter idolatriam, aut propter enormen ſuperſtitionem, licet ſint occulta, generant irregularitatem ſecundum quoſdam, ſecundum alios non. Vnde in hoc dubio conſulendum eſt talibus, quòd petant diſpenſationem non tamen præcisè dicendum eſt eis, quod alias non ſit eis ſalus, & abſoluendi ſunt de peccato ſi pœniteant. Si autem huiuſmodi peccata notoria, ſint ſecundum omnes indigent diſpenſatione, ſed hoc plenius infra, *de lapſis & diſpenſationibus.*

Crimen magiæ ſi ſit notoriũ inducit irregularitatem.

Quo ſenſu prohibeatur ſtudiũ aſtrologiæ & mathematicæ.

Quòd autem dicit canon in quadruuialibus ſcientijs non eſſe ſtudendum, intelligas longo tempore: poteſt tamen in his ſtuderi non ad voluptatem, ſed vt ea quæ ibi ſunt vtilia ſacræ ſcripturæ, ad vſum conuertantur; & vt errores ibi contenti confutentur, & ne riſui pateat ſi contra mathematicos velit diſputare, vel philoſophos huiuſmodi doctrinarum non ignaros. Idcirco enim aſtronomia & aſtrologia in diſſuetudinem abierunt, quia dum propria curioſitate nimis erant intenti, minus vacabant his quæ ſaluti animarum erant accommodata.

De quorundam ſacerdotum ſuperſtitionibus.

CAP. CXXV.

A

B

Cauſa 26.q.5.c.epiſcopi. Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem ſuorum inimicorum, altare ſacris veſtibus exuunt, & lugubri veſte accingunt, luminariorum obſequia ſubtrahunt Dei eccleſijs, vel miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrant hominibus, quorum omnium maleficia nequiſſima Toletan. Concil. condemnat. *Idem.* Plerique ſacerdotum ſauciati inimicitiæ dolo, Miſſam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro viuis ſtudent celebrare hominibus, vt is pro quo ipſum offerunt ſacrificium, mortis incurrat periculum. Proinde noſtræ elegit vnanimitatis conſenſus, vt ſi quis deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipſe ſacerdos, quam ille qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilij perpetui ergaſtulo religentur.

Celebrare miſſam de requie pro viuis ſuperſtitioſum eſt & depoſitione puniẽdum.

C

Ex ſumma de ca. Hic autem diſtinguo; quod ſi aliquod prædictorum fiat propter odium priuatum, grauiſſime peccat qui facit, & niſi per plurimam pœnitentiam ſe purgauerit, debet deponi. Si autem propter cauſam communem, puta quia metuit contaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubuerſionem fidei, vel hoſtilitatem ſuffert, vel obſidionem, vel diuinorum iudiciorum ſententiam meruit, & ideo tale quid fecerit, non dicitur peccare, quia in tali facto plus humilitas qua Deus placatur, quam interim liuoris doloſitas declaratur. Hoc etiam tenet conſuetudo eccleſiæ, vnde ſolet cantare, *Deus venerunt gentes*, & in ſignum triſtitiæ in die Veneris ſancta, altaria ſpoliare. Hæc tamen diſtinctio fallit in illis, qui pro viuis ſciẽter celebrant officium mortuorum: nam tales ſi fuerint detecti, indiſtinctè, debent deponi, & pœna ſupradicta feriri.

Exponuntur ſuperius dicta.

D

De crimine ſacrilegij.

CAP. CXXVI.

Quid ſacrilegium & quot modis cõmittatur.

Ex ſumma de ca. Sacrilegium eſt ſacræ rei violatio, & eiuſdem vſurpatio. Dicitur autem ſacrilegium, quaſi ſacrilædium, ideſt ſacrum lædens. Committitur autem ſacrilegium *ratione perſonæ*, cum quis verberat clericum, vel perſonam religioſam. *Ratione loci*, cum eccleſiæ, vel cœmeterij immunitas violatur. *Ratione rei*, cũ vel conſecrata, vel ſacro vſui deputata vſurpatur. *Largè* tamen dicitur committere ſacrilegium tranſgreſſor iuris publici, quod conſiſtit in ſacris ſacerdotum magiſtratibus. *Item* qui articulos fidei, ideſt præcepta vel prohibitiones Dei, etiam negligendo vel neſciendo violat & offendit. *Item* qui diſputat de iudicio principis, vel iudicat, & hoc niſi euidenter conſtaret illud eſſe contra Deum. *Item* qui publica officia committit Iudæis. *Item* quicunque rem datam eccleſiæ retinuerit, vel acceperit, contra eius voluntatem.

Ad qua ſacrilegium late ſe extendat.

Grauius eſt ſacrilegium quam fornicatio.

Cauſa 17.q.4. Pius Papa: Sicut maius peccatum eſt, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, ſic grauius eſt ſacrilegium agere, quam fornicari. Ibidem Ioh VIII. omnibus epiſcopis. Sacrilegium committitur, ſi quis infregerit eccleſiam vel 30. eccleſiaſticos paſſus qui in circuitu eccleſiæ ſunt, vel domos quæ infra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde rapiendo, vel auferendo: ſeu qui iniuriam facit, vel ablationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, vel monachis, ſiue Deo deuotis, omnibuſque eccleſiaſticis perſonis. Capellæ quæ ſunt intra ambitum murorum caſtellorum, non ponuntur in hac 30. paſſuum obſeruatione. Similiter ſacrilegium committitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, ſiue ſacrum de non ſacro.

Nota.

Plures ſunt modi quibus ſacrilegium committi poteſt.

Gratianus: Dicitur autem ſacrilegium committere, qui violentas & impias manus in clericum iniecit. Committunt etiam ſacrilegium, qui contra diuinæ legis ſanctitatem, aut neſciendo committunt, aut negligendo violant & offendunt: aut de principali iudicio diſputant: dubitantes an is dignus ſit quem princeps elegerit; vel qui intra prouinciam, in qua prouinciales & ciues habentur, officium generandæ ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis deſiderant, vt *lib.9.eod. ti. de crimine ſacrilegij*. Similiter de iudicio ſummi Pontificis alicui diſputare non licet.

De violatione immunitatis ſacri loci.

CAPVT CXXVII.

E

Ex ſumma de ca. Eccleſia, ideſt ipſe locus conſecratus, habet immunitatem, vt nullus inde per vim abſtrahatur, niſi in caſibus, videlicet ſi ſit publicus latro vel nocturnus populator agrorum. *Item* ſi in ipſa eccleſia commiſit homicidium, vel aliud maleficium;

C

tunc enim non debet defendi ab eccleſia, cum eam violauerit. *Aug. ad Bonifacium*: Hominem de eccleſia rapuiſti: Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus, poſſet proculdubo interceſſoris cauſa veniam promereri; ergo ſi amicus attenditur, cur Deus offenditur?

Ad quæ eccleſiæ immunitas ſe extendat.

Item ex lib. cap. Reum ad eccleſiam fugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde damnare ad pœnam, vel ad mortem, vt honor eccleſiæ conſeruetur; ſed rectores eccleſiæ pacem & vitam & membra obtinere ſtudeant, tamen legitime componat quod inique fecerit. *Item Gelaſius Epiphanio epiſcopo.* Ad epiſcopos cæteros direximus iuſſionem, vt eos qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earum iudicent eſſe indignos. *Item Pius Papa*: Sicut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius prędia, & donaria ſpoliat & inuadit, ſit ſacrilegus; ſic ille qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegus iudicatur.

Qui violat eccleſiam eſt interdicto ſubijciẽdus.

Item ex concil. Hilerdenſi. Nullus clericorum, ſeruum aut diſcipulum ſuum fugientem ad eccleſiam extrahere audeat, aut flagellare præſumat. Quod ſi fecerit, donec dignè pœniteat, à loco cui honorem non dedit, ſegregetur. *Item ex concilio Triburienſi*: Si quis contumax vel ſuperbus, fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſecutus fuerit de atrio eccleſiæ vel de porticibus eccleſiæ quolibet modo adhærentibus, per vim extraxerit, pro immunitate nongentos ſolidos, & ipſe publica pœnitentia mulctetur iuxta iudicium.

Pœna pecuniaria violantis eccleſiam.

E

Gratianus. Verum ne reuerentia religionis dominos ſuos iure fraudaret, ſi famuli ad eccleſiæ ſepta confugientes, inde nequaquam abſtraherentur, ſacris canonibus eſt inſtitutum, vt præſtito ſacramento impunitatis, eis etiam reddantur inuitis. Occaſione namque religionis ſeruus dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere non debet.

Famulus fugiens ad eccleſiam eſt domino reddendus præſtito iuramento de impunitate.

Ex ſumma fratris V. Publicus autem latro ille eſt, qui agros militum vel priuatorum de nocte populatur, & itinera frequentata, ſcilicet ſtratas publicas, quę quaſi loca ſacra, habentur, inſidijs aggreſſionis obſidet, & talem poteſt quilibet auctoritate ſua de eccleſia extrahere, & punire, ſicut notauit H. Homicida quoq; extrahitur ab eccleſia, in qua, vel in cuius cœmeterio commiſit homicidium, vel aliquod male-

Publicus latro nõgaudet immunitate eccleſia, nec ille qui aliquo maleficio eccleſiam violauit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

maleficium. Sed nunquid defenditur ab alia ecclesia, in qua hoc non commisit, si confugerit ad illam? A Respondeo quod non, quia cum sit vna ecclesia vniuersalis toto orbe terrarum, licet sint multæ particulares, qui iniuriam facit vni, iniuriam facit omnibus licet forte de consuetudine in aliquibus ecclesijs aliter obseruetur: quia forte videtur eis, quod sicut minor vtitur, priuilegio suo contra alium minorem, ita vna ecclesia contra aliam. Quid de Iudęo, vel Pagano, vel excommunicato, si confugerit ad ecclesiam, nunquid defenditur ab ecclesia à mutilatione vel morte? Respondeo: Satis credo quod sic, de iure tamen credo consuetudinem regionis approbatam, quoad hoc esse tenendam.

De Effractoribus ecclesiarum.

Cap. CXXVIII.

Quis censendus effractor ecclesiæ.

DE Effractoribus vero dico, quod siue aliquis veniat cum proposito frangendi ecclesiam, siue non, non incidit in canonem, nisi eam corporaliter violet, & vim inferat, licet inde aliquid asportet. Vnde si prædones veniant animo frangendi ecclesiam, & tamen non frangant, quia inueniunt eam apertam, & nullum resistentem, quia propter timorem eorum inde effugerint custodes, non incidunt in canonem, licet intrent & aliquid asportent, parati vim inferre si aliqui resisterent. Et credo quod effractor ecclesiæ iudicandus est, qui dolo malo, aut per iniuriam violenter parietem foderit, aut suffoderit; aut vitream, aut seraturam, aut ostia, aut cardines, aut vectes, dum tenent ostia firmata, aut ipsum tectum ecclesiæ.

C Porro de fure, qui pacto foramine in pariete, aut fracta vitrea, aut seratura, aut vectibus ostij intrat, & aliquid inde asportat, licet possit dici quod non incidit in hanc pœnam, *cum decre. extra. de sen. excom.* non videatur loqui de illis qui publice frangunt ecclesias; quia tamen lex distinguens inter fractores diurnos & nocturnos, atrociores dicat esse nocturnos; potest dici probabiliter in fauorem ecclesiæ, quod talis incidit in canonem, sicut publicus effractor, & quod à solo Papa est absoluendus, postquam fuerit per ecclesiam denunciatus.

De Pœna sacrilegij.

Cap. CXXIX.

D

Quanam sit pœna pro sacrilegio constituta in vtroque iure.

Pœna spiritualis pro sacrilegio est excõmunicatio: pecuniaria vero 30. libræ argenti.

EX *summa de ea.* Pœna sacrilegij secundum leges, est decapitatio, si personæ ecclesiasticæ atrox iniuria fiat; alias iudicis arbitrio reseruatur, pro qualitate personæ, rei, temporis, vel loci diuersitate, moderanda. Sacrilegij secundum canones duplex est pœna Vna spiritualis, alia pecuniaria. Spiritualis, præter pœnitentiam est excommunicatio; cum distinctione tamen, quia pro sacrilegio in persona commissa, est maior excommunicatio ipso iure: Pro sacrilegio vero in rebus commisso, est minor excommunicatio; exceptis quibusdam casibus, in quibus est maior, vt cum quis incendit ecclesiam, vel fregit. *Pecuniaria* vero, qualis & quanta sit, & cui persoluenda, tam pro sacril. commisso in personis, quam in rebus, legitur in decretis, E *Causa* 17. *q.* 4. Sacrilegium duplicem continet pœnam, pecuniariam videlicet, & excommunicationis. Pecuniaria eis persoluenda est, ad quos quærimonia sacrilegij pertinet. *Vnde Iohannes Papa. VIII. scribit omnibus episcopis.* Quisquis inuentus fuerit reus sacrilegij, episcopis, abbatibus, siue personis ad quos quærimonia sacrilegij iuste pertinuerit 30. libras examinati argenti & purissimi componat. *Idem* si quis domum violauerit, & aliqua sine licentia illius cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit, vel ecclesiasticis personis iniuriam fecerit, donec in conuentu admonitus legitimè satisfaciat, sciat se communione priuatum esse. *Idem.* Hi qui monasteria, & loca Deo dedicata, & ecclesias infringunt, & deposita, vel alia quælibet exinde abstraxerint, damnum nonies componant, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegi, sententiæ canonicæ subijciantur, vel subiungentur.

Item ex 5. *libro capitularium.* Qui occiderit monachum, aut clericum, relinquat arma, & Deo in monasterio seruiat cunctis diebus vitæ suæ, nunquam reuersurus ad seculum, & per septem annos publicam pœnitentiam agat. *Item Innocentius Papa. II.* Si quis, suadente diabolo, huiusmodi sacrilegij crimen incurrerit, quod in clericum, vel in monachum, manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat; & nullus episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgẽte periculo, donec apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum susciat. *Gratianus.* Qui autem de ecclesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa ecclesia, loco, vel cultui, sacerdotibus, & ministris aliquid iniuriæ importauerit, ad instar publici criminis, & læsæ maiestatis accusabitur, & conuictus siue confessus, capitali sententia à rectoribus prouinciæ ferietur, sicut primo libro codicis legitur.

Statuitur pœna capitis in iure ciuili pro sacrilegio.

De Retentione decimarum.

Cap. CXXX.

Quid dat decimas quatuor remunerationes à Deo consequitur.

EX *summa de ea.* Retentores quoque decimarum, & relictorum pro sepultura, sacrilegi iure dicuntur. *Decima est omnium bonorum iuste acquisitorum talis pars Deo debita.* Qui bene & fideliter dant decimam, qua drupliciter remunerantur à Deo. Prima remuneratio est abundantia fructuum. Secunda sanitas corporis. Tertia indulgentia peccatorum. Quarta cæleste regnum. De duabus primis. Aug. Si decimam dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. *Item* de duobus vltimis idem Aug. Qui præmium comparare aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouem partibus eleemosynam dare studeat pauperibus. Qui vero non dat, punitur in oppositis. Vnde dominus per Malachiam: *Quia mihi non reddidistis decimas & primitias, idcirco in fame & penuria maledicti estis.*

Tollit fiscus quod nõ accipit Christus.

Item Aug. Cum decimas dando, & terrena & cælestia possis promereri, pro auaritia duplicem benedictionem fraudas, ideſt subtrahis tibi. Hæc est domini iustissima consuetudo, si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris: dabis impio militi quod nõ vis dare sacerdoti. Deus enim noster qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatur recipere, non sibi sed nobis sine dubio profuturam. Vnde decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Sed hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. *Item Hiero.* Amico rapere quippiam furtum est, ecclesiã defraudare sacrilegium est, quod apertissimi sceleris est; exinde enim aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Itaque qui non dat decimam, nisi sit exemptus, debet anathematizari, præmissa canonica admonitione, vsque ad satisfactionem & emendationem congruam. *Ex summa fratris V.* Exemptus dicitur priuilegiatus, aut infeudatus legitimè, aut alias tutus legitima exceptione, siue propter compositionem factam cum ecclesia, siue propter tacitam vel expressam ecclesiæ remissionem, vt notatum est supra.

Qui non dat decimas, nisi sit exemptus debet excõmunicari.

Extra 3. *de deci. pri. & ob. Alexan. III.* Cum decimæ non ab homine, sed ab ipso domino sint institutæ, quasi debitum exigi possunt. *Innocentius III.* Omnes qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas ecclesijs & clericis tuæ diæce. exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas ap. re. compellas. *Item in concil. gene.* Illæ decimæ sunt necessario soluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata.

De

De veri nominis decima.

Cap. CXXXI.

Quid decima.

EX *summa de casibus: Decima est omnium bonorum iustè acquisitorum talis pars, Deo debita. Extra 3. de deci. Ale. III.* De frugibus 9. partibus sibi retentis, decimam ecclesiæ cuius parochiani sunt, sine diminutione soluere tenentur.

Ex summa fratris V. Quid de illis qui non soluunt decimam de vineis, & quibusdam alijs prædijs, sed vicesimam vel aliam quotam minorem decimæ? Quid etiam de illis, qui de oliuis, vel nucibus, vel quibusdam alijs terræ fructibus, nihil soluunt pro decima, nunquid excusantur per consuetudinem, cum contraria videatur esse legi diuinæ?

Qui minus soluunt quã decimã vel nihil ex quibusdam fructibus propter compositionem cum ecclesia cui debentur, excusantur uti & ob cõsuetudinem immemorialẽ.

Respondeo? Credo quod sola consuetudo non excusat in prædictis casibus; sitamen compositio auctoritate episcopi & ecclesiæ (cuius interest decimas huiusmodi solui) facta est cum illis qui debent decimas, de minori parte soluenda quam decima: Vel si ita obtentum est à tempore cuius non extat memoria excusãtur, qui minus soluunt quã decimã nec possunt auctoritate propria illi qui fecerunt compositionem, aut sine contradictione sustinuerunt huiusmodi consuetudinem, vel successores eorum, aliquid plus solito exigere, vel de rebus de quibus non consueuerunt decimæ solui, de nouo aliquid exigere, nec domini prædiorum vltra solitum tenentur aliquid soluere, nisi ad inopiam ecclesia redigatur, vel nisi auctoritate domini Papæ hoc fiat, ex certa scientia reuocantis compositionem prædictam, vel consuetudinem. Verum est tamen, quod sola consuetudo non liberat debitorem decimarum in prædicto casu, vel in prædictis casibus: Sed compositio vel remissio, siue quitatio facta ab ecclesia expresè, vel tacitè, siue præsumptiuè, ex hoc quod per tantum tempus pacificè sustinuit; quod aut nihil pro decima solueretur, aut minus quã decima.

Vtrum Papa possit in huiusmodi dispensare.

Cap. CXXXII.

SED quomodo potest ecclesia absoluere aliquem tacitè vel expresè à legitima præstatione decimarum, cum debeantur iure diuino? Item quomodo potest Papa priuilegium alicui dare, de non dandis decimis? Ad primum dic, quod reuera ecclesia non potest aliquem absoluere, vel remittere ius soluendi decimas, ad quod semper tenentur domini prædiorum. Sed bene potest absoluere vel remittere ipsam præstationem, vel actum præstandi; sicut concedo quod ex quo matrimonium est consummatum inter fideles, neuter potest absoluere reliquum à vinculo matrimoniali, vel à iure mutuæ seruitutis, licet posset absoluere illum ab actu, vel executione illius iuris; cum de communi consensu transeunt ad religionem. Potest etiam dici quod in prædictis casibus fingitur à iure, quod domini prædiorum breui manu. soluerint ecclesiæ decimas, & rursus ecclesia redonauerit eis; vel in totum, quando scilicet ecclesia nihil consueuit recipere minus quam decimam; vel in partem, quando consueuit recipere minus quam decimam.

Papa non potest absoluere aliquẽ à debito soluendi decimas sed tantum ab actu præstandi vel per modum redonationis.

Quo sensu dicitur Papa dare priuilegium de non soluẽdis decimis.

Ad aliud potest dici, quod Papa non dat priuilegium alicui de decimis non soluendis, nec dare potest, sed solummodo ius administrandi pauperibus, & retinendi sibi necessaria ex eis. Quod potest facere Papa non solum de decimis, quas de iure communi debent monachi, sed de illis quas alij debent ecclesijs parochialibus. Vel dic, quod Papa super his quæ non pertinent ad articulos fidei, vel ad decalogum, potest dispensare, & priuilegia alicui concedere, non tamen canonem generalem contrarium statuere. Vnde notauit Alanus, quod Papa posset alicui laico concedere, quod non solum non daret decimas, sed & quod reciperet ab alio, non tamen omnibus laicis hoc posset concedere vt dicunt, nisi ex causa ad tempus, sicut dicitur fuisse concessum Gallicis.

Soluendæ sunt decimæ de iure diuino si ecclesia non remittat.

Quod tamen ibi dicitur, quod necessario soluendæ sunt decimæ, quæ debentur lege diuina, intelligo quando nulla facta est compositio inter ecclesiam & dominos prædiorum, vel quando ecclesia non remisit eas tacitè, vel expresè, vt dictum est supra: vel quando ecclesia indiget, vel quando exiguntur auctoritate Papæ scienter reuocantis compositionem, vel consuetudinem contrariam.

De quibus rebus dandæ sunt decimæ.

Cap. CXXXIII.

De quibus rebus debentur decimæ.

EX *summa de ca.* Debent dari decimæ de omnibus fructibus terrarum, pomis arborũ, herbis hortorum, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis, piscationibus, venationibus, affictibus, pensionibus; molendinis etiam de vento, balneis, fullonicis, argentarijs, metallarijs, lapidicinijs. Item de negotijs, & artificijs, & cęteris bonis, etiam de tempore. *Extra 3. de decimis. Alexander. 3.* Parrochianos vestros monere curetis, vt de prouentibus molendinorum, piscariorum, fœno, & lana, decimas ecclesiis quibus debentur, cum integritate persoluant. *Idem* Parochianos tuos de apibus & de omni fructu decimas persoluere ecclesiastica districtione cõpellas. *Cœlestinus 3.* Fidelis homo de omnibus quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur.

Ex summa fratris V. Nunquid de rebus donatis, legatis, vel inuentis, vel iure successionis acquisitis, debent dari decimæ. Alanus notauit quod non, & quod ex his tantum quæ naturaliter, vel ex operibus suis quis acquisierit, tenetur soluere decimas, de aliis autem non reperitur: Probabilius tamen videtur notasse H. scilicet quod legatarius & donatarius tenentur dare decimas de re donata vel legata, licet decimata fuerit à legatore vel donatore. Filius tamen, quia omnia bona patris pertinent ad ipsum, & eius sunt quodammodo quoad proprietatem, si succedat patri, non tenetur ea decimare, si decimata sunt à patre, sed hæres extraneus tenetur ad hoc, sicut legatarius & donatarius, qui omne lucrum vel emolumentum quod ad ipsos peruenit, tenentur decimare. Dicit etiam ibidem, quod fur raptor & vsurarius, si non velint male ablata in totum restituere, tenentur res huiusmodi decimare, quod tamen intelligit vt credo, si res illæ non fuerant à domino decimatæ.

Donatarius & hæres extraneus tenentur dare decimas ex rebus prius decimatis à donatore.

Ex summa de casibus. Ex prædictis patet, quod quædã sunt decimæ personales, & quædam prædiales: Sed quæritur vtrum omnes decimæ sint in præcepto, an prædiales tantum? quia vix dantur alicubi decimæ personales. Præterea in lege domini non videntur præceptę nisi prædiales. Dicit autem Innoc. quòd illæ quippe necessario soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. Ius vero positiuũ siue humanũ tollit consuetudo. Si ergo personales decimæ, non Dei, sed hominum præcepto debentur, videtur, quod consuetudo contraria, à culpa liberet non soluentes. Consilium tamen sanum esset vt soluerent, vel saltum auctoritate episcopi & ecclesiarum quibus essent persoluendæ, erogarent.

Decimæ personales non videntur esse de iure diuino, & ideo vbi est consuetudo illas non soluendi, nemo tenetur illas soluere.

Vtrum de malè acquisitis debeant dari.

Caput CXXXIV.

QVÆRITVR vtrum de iniustè & turpiter acquisitis teneatur quis dare decimas? vt de meretricio fœnore, rapina, & similibus; videtur quod non

quia

quia ſcriptum eſt: *Non accipies mercedem proſtibuli. Honora Deum de tuis iuſtis laboribus.* Econtra videtur, quia licet meretrix turpiter meretricetur, non tamen turpiter accipit. Item delictum non debet immunitatem tribuere, vt ait Auguſt.

Solutio decimarum aliæ perſonales, aliæ prædiales. In perſonalibus diſtinguitur, quia aut eſt tranſlatũ dominium pecuniæ decimandæ in accipientem, & nõ competit repetitio, vt in meretrice, & hiſtrione, vel non, vt in fure, raptore, ſymoniaco, vſurario. In primo caſu ille tenetur dare, ſed eccleſia non debet recipere, quandiu ille eſt in ſcelere, ne videatur approbare delictum eius. Sicut & quãdoque reſpuit eccleſia oblationes aliquorum, ob deteſtationem criminis in quo iacent, vtputa notoriè diffidentium, raptorum, vſurariornm, meretricis; vel propter aliud crimen notorium & horrendum. Sed poſtquam pœnitentiam acceperint, poteſt eccleſia decimas etiam præteritas recipere. In ſecundo caſu ſcilicet cum non transfertur dominium; vel transfertur, ſed competit repetitio, eccleſia non debet recipere. Ad prædiales autem ſoluendas tenetur quilibet indiſtinctæ, etiam inuaſor & Iudæus: & eccleſia poteſt licitè recipere, quia illæ non intuitu perſonæ, ſed prædiorum dantur.

Ex ſumma fratris V. Nota quod ſecundum H. in ſymonia & vſura non transfertur dominium, ſecundum aliquos transfertur: ſed ſecundum omnes competit repetitio, quia debitor poteſt repetere ab vſurario. Eccleſia vero, in cuius iniuriam commiſſa eſt ſymonia, poteſt repetere à ſymoniaco.

Decima ſunt ſoluenda de turpiter acquiſitis quãdo parti quæ dedit non competit repetitio, eccleſia tamen non debet capere ne videatur approbare delictum, intellige ſi non ſint prædiales ſed perſonales.

Nota.

Qualiter & quando debeant dari.

CAPVT CXXXV.

Decima prædiales dandæ ſunt haud deductis expẽſis indiſtinctè, ſi ſunt prædiales.

Ex ſumma de caſibus. Dandæ ſunt decimæ non deductis expẽſis indiſtinctè, ſi ſunt prædiales. Si vero ſint perſonales, ideſt de negotio vel artificio, vel de alijs quæ non computantur fructibus terræ, diſtinguitur vtrum ſurgant de rebus decimatis, an non. In primo caſu deducuntur expenſæ, in ſecundo non. *Item* debent dari prædiales ſtatim cum fructus percipiuntur, & antequam ſeparetur inde cenſus, vel tributum, vel ſimile. Si tamen facta fuerit primo talis ſeparatio, ſicut ruſticus tenetur decimare quod ſibi remanet, ita dominus de hoc quod de aceruo indecimato accepit. Perſonales autem poſſunt dari in fine anni, vt ſic maior vtilitas proueniat eccleſiæ quam ſi per minutias ſoluerentur. Agnos, aut pullos, vitulos, & huiuſmodi, nec tenetur dare optimos, nec deteriores, ſed mediocres; vel ſicut tranſierint ſub virga paſtoris, quod enim decimum venerit, ſanctificetur domino. Indignum enim eſt dare Deo, quod dedignatur homo. Diuiſionem canonicam habes 12. *quæſt. 2. quatuor.* Verum quia illud in paucis eccleſijs obſeruatur, credo in talibus conſuetudini ſtandum eſſe.

Decima non debent eſſe ex deterioribus.

Extra. tertio de deci. Man. quat. eos cogatis, vt decimam ſtatim frugibus collectis perſoluant, & de ſubtractis & retentis dignam ſatisfactionem exhibere procurent. *Innocen.* 3. Circa res factas vel acquiſitas de pecunia decimata, cum ipſæ venduntur, credimus deducendas expenſas, & de reſiduo quaſi de lucro decimas perſoluendas; vt ſi vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces. Expenſas tamen quæ fiunt pro fructibus percipiendis, ex illis de quibus fructus proueniunt non credimus deducendas, etiamſi fuerint decimatæ; quoniam ſalua decima fructus efficiuntur eorum qui faciunt ipſas expenſas. Fructus autem ipſos alienari poſſe non credimus, niſi cum onere decimarum. Nec pro reſtaurando detrimento quarumlibet rerum ex quibus decimæ perſoluuntur, credimus deducendas expenſas de prouentibus decimandis, quia penes dominum res permanent reſtaurandæ, vt ſi pars aliqua moriatur armenti, aut deterioretur, vel vnica portio mercis de-

Ex quibus rebus expẽſa deducenda ante decimationem.

pereat, vel totus clibanus deſtruatur.

In concil. gene. Cum autem in ſignum vniuerſalis dominij, quaſi quodam titulo ſpeciali ſibi dominus decimas reſeruauit, exactionem tributorum & cenſuum præcedat ſolutio decimarum; vel ſaltem hi ad quos cenſus vel tributa indecimata peruenerint (cum res cum onere ſuo tranſit ad eos) per cen. ec. decimare cogantur eccleſiaſticis, quibus de iure debentur.

De mora decimandi.

CAP. CXXXVI.

In caſu quod quis vendat frumentũ ante decimationem, tam emptor quam venditor tenetur eccleſia de decimis.

Ex ſumma de caſibus. Quid ſi quis vendidit aceruum frumenti ante ſolutionem decimarum, quis tenetur ad ſolutionem? Dico quod vterque tenetur; tenetur venditor propter dolum quem commiſit, & quia habet pretium, quod ſuccedit loco rei: & etiam emptor, quia res tranſiuit ad eum cum onere decimarum, & ita poteſt eccleſia petere à quo maluerit. Credo tamen quod ſi recipiat à venditore, liberatus eſt emptor, vel econuerſo: Abſit enim quod eccleſia ſuum recipiat cum augmento. *Item* ſi emptor fuit bonæ fidei, & ſoluit decimam, tenetur ei venditor: ſi fuit malæ fidei nõ tenetur, niſi expreſſè dictum fuerit, & cautum. Sed tamen vterque debet agere pœnitentiam de dolo, & quaſi furto, quia contrectauerunt decimam inuito domino. In foro tamen pœnitentiali tutum eſt, quod ſi emptor perſoluit decimam, ſibi reſtituatur; niſi forte ex caſu, ſcilicet ſi emptor non inuenitur deceptus in re, quia bene valet adhuc pretium.

Ex ſumma fratris V. Videtur tamen quibuſdam, & probabiliter, quod in hoc caſu non teneatur venditor in foro pœnitentiali ad reſtituendum emptori quod ſoluit eccleſiæ, cum ſit licitum contrahentibus ſeſe inuicem decipere, dum tamen abſit fraus & dolus, & non vltra dimidium iuſti pretij fiat deceptio.

Ex ſumma de ca. Item quid ſi quis furtiuè, vel etiam violenter armata manu rapuit totum aceruum vel partem de area ruſtici, ante ſolutionem decimarum; Nunquit tenetur ruſticus eccleſiæ? Sol. Dominium decimę reſidet penes eccleſiam, & ante ſeparationem ſtatim collectis fructibus debet dari; ergo ſi non ſoluantur ſtatim cum competenter ſolui poſſunt, in mora eſt ruſticus; ergo periculum ſpectat ad ipſum, quare tenetur eccleſiæ. Si vero non erat adhuc in mora, & violenter ſibi ablatum eſt ab extraneo, cui non potuit prohibere, non tenetur, ſed aget eccleſia contra raptorem. Et hoc teneas pro regula, quod ſemper poſterior mora nocet ei per quem fit.

Quãdo frumentum ante decimationem clã aut vi auſertur ſi villicus non fuit in mora ſoluẽdi, eccleſia debet quærere à raptore.

Secundum hoc dico, quod ſi ruſticus erat in mora tempore violentiæ, tenetur ad totalem decimam totius acerui: Dabit enim eccleſia ruſtico ſuas actiones contra violentum. Si vero eccleſia in recipiendo erat in mora, de reſiduo tantum recipiet decimam, niſi in caſu, ſcilicet ſi propter moram eccleſiæ, ſine qua non audebat tangere fructus, ruſticus non repoſuerat fructus, quos alias repoſuiſſet in locum ſecurum; tunc quicquid aſportatur cedit in periculum eccleſiæ ad minus vſque ad complementum decimæ. Eccleſia enim non debet petere lucra cum damnis aliorum.

Ex ſumma fratris V, Credo tamen, quod ſi de conſuetudine aut conſtitutione aliqua non licebat ruſtico tollere & reponere fructus ſuos, niſi de licentia eccleſiæ, ſi eccleſia fuit in mora dandi licentiam, eccleſia tenebitur ad reſtitutionem damni ruſtico.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quæ perſonæ tenentur decimam dare.

Cap. CXXXVII.

Monachi nigri tenentur de iure decimas dare, exceptis quibuſdam rebus item canonici ſeculares & regulares.

EX *ſumma de ca.* Dantur autem decimę à laicis; Monachi vero nigri, canonici ſeculares & regulares tenentur dare decimas de omnibus poſſeſſionibus ſuis exceptis noualibus, cæteriſque nutrimentis animalium ſuorum, niſi ſint vlterius ſpecialiter priuilegiati à Papa, vel niſi poſſint ſe præſcriptione tueri.

Ex ſumma fratris V. Non eſt verum de ſecularibus canonicis, quia tenentur ad decimas de noualibus ſoluendas parochijs in quibus ſunt terræ eorum.

Ex ſumma de caſibus. Item quod dictum eſt de clericis ſecularibus, reſtringunt quidam ad manerium eccleſiæ: Nam de prædijs patrimonialibus, tenentur dare illi eccleſiæ in cuius parrochia ſita ſunt. Alij dicunt, quod ſi non recipiunt eccleſiaſtica ſacramenta ab illa eccleſia, non tenentur dare, aliter ſic. Vel dic quod ſi deſeruiunt illi eccleſiæ, non tenentur, alias ſic. Item leproſi non tenentur dare decimas, niſi de hortis & animalibus.

Leproſi viuentes in communi non tenentur decimas dare, nec clerici decimas perſonales.

Ex ſumma fratris V. Solos illos leproſos intelligo non teneri ad ſoluendas decimas de hortis & animalibus, qui viuunt in communi. Si enim aliquis viuat ſolitarius in domo ſua, maxime ſi ſit diues, non credo quod gaudeat iſto priuilegio. *Extra 3. de decimis, & pri. Paſchalis 2.* Nouum genus exactionis eſt, vt clerici à clericis decimas exigant: illi profecto clerici, qui à clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

De his qui priuilegiati ſunt in hac parte,

Cap. CXXXVIII.

Quidam monachi eximuntur à decimis poſſeſſionũ antiquarum quas proprijs manibus excolunt.

EX *ſumma de caſibus.* Monachi albi, templarij & hoſpitalarij Hieroſolimitani, non tenentur dare decimas de poſſeſſionibus ſuis, quas proprijs manibus vel ſumptibus excolunt: Secus eſt ſi tradant ruſticis excolendas ad firmam. Item quod dictum eſt, intellige de poſſeſſionibus quas habebant ante generale concilium. De illis enim quæ poſtea gratis ſunt collatæ ſibi, vel quas ipſi emerunt pro monaſterijs de nouo fundatis (quia aliter non licet eis emere tales poſſeſſiones de quibus decimæ debebantur eccleſijs, etiamſi illas proprijs manibus vel ſumptibus excolant) tenentur perſoluere decimas eccleſijs, quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur.

Extra. tertio, de decimis, & pri. Alexan. 3. Prædeceſſores noſtri fere omnibus religioſis decimas laborum ſuorum conceſſerant, ſed prædeceſſor noſter Adrianus ſolis fratribus Ciſtercien. ordinis, & templarijs, & hoſpitalarijs decimas laborum ſuorum, quos proprijs manibus vel ſumptibus excolunt, indulſit: cæteris vero, vt de noualibus ſuis quæ proprijs ſumptibus vel manibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas non perſoluant: hac occaſione decimas de alijs rebus eccleſiæ ſuæ non poſſunt ſubtrahere. *Innocen. 3. in concilio generali.* Nuper abbates Ciſtercien. ordinis in generali concilio congregati, ad commonitionem noſtram prouidè ſtatuerunt ne de cætero fratres illius ordinis emerent poſſeſſiones, de quibus decimæ debebantur eccleſijs niſi forte pro monaſterijs nouiter fundatis committantur alijs excolendæ, à quibus eccleſiæ decimæ perſoluantur: nec occaſione priuilegiorum ſuorum eccleſiæ vlterius prægrauentur. Decreuimus etiam, vt de altenis terris acquiſitis, & ammodo acquirendis, etiam ſi eas proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, decimas perſoluant eccleſijs quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur; niſi cum ipſis eccleſijs aliter duxerint componendum, & hoc ad ipſos, & alios regulares qui gaudent ſimilibus priuilegijs extendi volumus, & mandamus vt eccleſiarum prælati promptiores & efficaciores exiſtant, ad exhibendum eis de ſuis malefactoribus iuſtitię complementum, eorumque priuilegia diligentius & perfectius ſtudeant obſeruare.

Religioſi priuilegiati de nouis poſſeſſionibus debent ſoluere decimas cõſuetas.

In quibus caſibus contingat priuilegium huiuſmodi ceſſare.

Cap. CXXXIX.

Priuilegia non eximũt à decimis in quibuſdã caſibus.

EX *ſumma de caſibus.* Item hæc omnia priuilegia de decimis non dandis, non defendunt quin in caſibus quibuſdam, videlicet cum pactione vel tranſactione, teneantur ad eaſdem ſoluendas: Vel cum parochialis eccleſia in cuius parochia prędia ſita ſunt, enormiter lędatur, vel cum eas abſoluendo renunciant tacitè priuilegio.

Ex ſumma fratris V. Quęritur quanto tempore, vel quoties quis faciens contra priuilegium, amittat illud in poſterum? *Reſpondeo:* Quidam dicunt, quod ſi ſemel fecerit contra, ſciens ſe tutum, renunciare præſumitur. *Vincen.* diſtinxit, quod ſi priuilegium datur ad faciendum, perditur non vtendo per decem annos. Si datur ad non faciendum, & Papa retinet ſibi aliquid iuris in eo, non poteſt renunciari tali priuilegio expreſsè, ſed tacitè poteſt. Sed ſi nihil ſibi reſeruauit, renunciari poteſt huiuſmodi priuilegio. *Iohan.* vero diſtinxit, quod ſi directè faciat contra priuilegium impetratum, etiam ſemel, perdit ipſum. Si vero non ſeruat priuilegium, vel non tuetur ſe illo, tunc non perditur niſi ſuo tempore *extra de priuilegijs, accedentibus.* Et hæc diuerſitas contingit, quia plus peccat qui directè venit contra priuilegium, quam qui non vtitur illo. Alij dicunt, quod ſi priuilegium eſt odioſum, perditur per vnum contrarium actum; ſi fauorabile non perditur niſi legitimo tempore præſcribatur. Alij diſtinguunt, quod ſi datum eſt in fauorem perſonæ, vel perſonarum, perditur ſemel veniendo contra eum. Si autem in fauorem eccleſiæ, non perditur niſi contra illud fuerit prędſcriptum legitimo tempore, ſcilicet ſpatio quadraginta annorum ad minus.

Varia ſententia de amiſſione priuilegij per actum contrarium.

An à Iudęis debeat eccleſia decimas accipere.

Caput CXXXX.

Iudæi tenẽtur ad decimas prædiales.

EXtra de deci. *Alexan.* 3. De terris quas Iudæi colunt prudentiæ tuæ reſpondemus, vt eos ad decimas perſoluendas, vel poſſeſſiones penitus renunciandas, cum omni diſtrictione compellas, ne fortè occaſione illa eccleſię valeant ſuo iure fraudari. *Extra quinto. de vſuris. Innocen. tertius in concilio gene.* Iudæos compellendos decreuimus ad ſatisfaciendum eccleſijs pro decimis & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus alijs percipere conſueuerant, antequam ad Iudęos quocunque titulo deueniſſent, vt ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes.

Iudæi non tenentur ad decimas perſonales quia non recipiunt ſpiritualia ab eccleſia.

Ex ſumma fratris V. Si ergo Iudæi, ne eccleſiæ damnificentur, tenentur ad oblationes huiuſmodi, quare non tenentur ad decimas perſonales, cum ſimiliter debeantur? Reſpondeo: Credo quod quando Iudæi nihil habent niſi de vſura, eccleſia non debet ab eis accipere oblationes, ne videatur communicare peccatis eorum. Vbi autem aliquid habent iuſto titulo, poteſt eccleſia ab eis exigere oblationes debitas, quia illæ ſunt quaſi prædiales; decimas autem perſonales exigere non debet ab eis, cum non recipiant Iudæi ab ea, eccleſiaſtica ſacramenta, nec audiant diuina. Nec facile eſt æſtimare quantum interſit eccleſiæ parochiali Iudæos habitare in illa parochia, quantum ad decimas perſonales, quæ proueniunt ex induſtria hominis.

Nec eſt contra, *extra. e. ad audientiam*, vbi innuitur quod Iudæi compellendi ſunt ad decimas, & omnes prouentus alios quos de parochianis fidelibus

(ſi ibi

(si ibi habitarent) cõsequeretur ecclesia singulis annis; quia sicut ibi notauit Laur. hoc intelligendum est de prouentibus prædialibus, non personalibus, ad quos Iudæi non tenentur, vt dicit. Quod tamen intelligit, vt credo, quando Iudæi non occupant in parochia loca vbi Christiani solebant habitare, & à quibus Ecclesia consueuit oblationes & huiusmodi decimas recipere, alioquin Ecclesiæ potuerunt ab his huiusmodi prouentus exigere. De hoc tamen dic vt supra de Iudæis. V

Nota.

Quibus personis vel ecclesijs soluendæ sint decimæ.

CAP. CXLI.

EX *summa de casibus.* Sunt autem dandæ ecclesijs & clericis, in quorum parochia prædia sita sunt, etiamsi clerici sint malæ vitæ, & malè dispensantes ipsas decimas. B

Clerici qui decimas male consumũt committunt sacrilegium.

Sed quid de clericis qui habentes sufficiens patrimonium, recipiunt decimas de talibus? Dicit Hieron. *Qui bonis parentum, & opibus sustentari possunt; si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt. Dicas*, quod si isti deseruiunt ecclesię sicut debent, & has decimas non recipiunt, vt eas in malos vsus consumant, sed vt inde pauperibus prouideant, non peccant; alias committunt sacrilegium. *Item* si illo recipiente, aliqui fame moriantur, ipse est reus homicidij.

Ex summa fratris V. Quid si per medietatem pascantur in vna parochia, & per aliam medietatem in alia. Alanus notauit, quod in hoc casu æquum est decimas diuidere eadem ratione, si continuè iaceant in vna parochia, & pascantur continuè in alia: consuetudo tamen tenenda est in talibus. C

Consuetudo tenenda de loco cui dandæ sint decimæ.

Extra. tertio, de deci. & pri. Lucius III. Æquum est vt illi ecclesiæ decimæ personales reddantur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas vero messium, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quàm in ea in qua habitant (quoniam à diuersis diuersa consuetudo tenetur.) Tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam, ibidem noueris obseruatum. *Innocent. III.* Perceptio decimarum, cum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineat, decimæ noualium quæ fiunt in parochijs earundem, ad ipsas proculdubio pertinere noscuntur, nisi ab his qui aliàs percipiunt decimas, causa rationabilis ostendatur, per quam appareat noualium ad eos pertinere decimas. D

Ex summa de casibus. Pone quod aliquis habens domicilium in vna parochia, colat prædia in alia; alius pascit pecora in vna parochia, sed habet caulem siue ouile in alia; cui ecclesiæ soluentur decimæ?

Decima personales sunt soluenda illi ecclesiæ vbi quis frequentius audit diuina & sacramẽta recipit, prædiales vero illi vbi sunt prædia.

Solutio: Ad primum dico, quod decimas personales debet persoluere illi Ecclesiæ vbi per totum annum, vel frequentius audit diuina, & recipit ecclesiastica sacramenta. Prædiales vero debent persolui illi ecclesiæ, in cuius parochia prædia sita sunt. Si tamen super hoc esset certa consuetudo, standum esset ei.

Nota.

Item si dubitetur de consuetudine, vtrum decimæ prædiales dandæ sint capellis vbi audiuntur diuina, vel ecclesiæ baptismali? Dico, quod Ecclesiæ baptismali debent dari prædiales, personales vero capellæ. Ad aliud dico, quod de lacte, fæno & lana, detur decima illi ecclesiæ in cuius parochia pascua sita sunt, quia cum inde suscipiant totum nutrimentum, tales decimæ prædiales censentur. E

Qualiter monachis licet decimas accipere.

CAP. CXLII.

Monachi retinent sibi decimas suorum prædiorum quæ ad proprium stipendium coluntur.

CAusa 16. *quæst.* 1. *Gratianus.* De monachis autem quæritur, vtrum decimas dare, vel accipere eis liceat. In quibus hæc discretio seruanda est, vt de agris & vineis quæ ad proprium stipendium coluntur, decimas sibi retineant. *Sed* dicitur, prædia monachorum, siue pretio sint empta, siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum venirent, baptismalibus ecclesijs, siue quibuslibet alijs, primitias & decimas persoluebant: Illę autem ecclesiæ suo iure priuari non possunt. *Vnde in Mogunti. Concil. statutum inuenitur.* Si quis clericus, vel laicus, vel vtriusque sexus persona, proprietates, siue loca, vel res alicui dare delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiæ legitimè assignatum, abstrahere nullam habeat potestatem. *Item ex Concil. Tabilonensi.* Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec vlla possessione priuentur, ita vt nouis oratorijs tribuantur.

Solutio.

Sed auctoritas illa Mogunti. Concil. de venditore vel donatore loquitur, diffiniens quod ille qui vendit aut donat, non potest prouentum decimationum illi Ecclesiæ subtrahere, cui prius legitimè fuerat assignatus. Monachi autem decimas & primitias, non auctoritate vendentis aut donantis, sed auctoritate eius concil. & Paschalis Papæ detinent.

Quod autem decimæ, Episcoporum consensu, licitè monachis tribuantur, *Beatus Hieronymus.* Damaso Papæ scribit dicens: Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, necnon susceptioni peregrinorum & hospitum inuigilare debent, maximè curandum est illis, vt de decimis & oblationibus, cœnobijs & xenodochijs, qualem valuerint & potuerint sustentationem impendant.

Liberum est enim monachis & spiritualibus viris, Deum colentibus & timentibus, decimas & oblationes, cunctaque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorum & vsum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem quam religionem attendere.

Decima & etiam ecclesia à laicis male possessa vel obtenta licitè de consensu episcopi ad monachos deuoluuntur.

Ibidem quæstione septima. Sicut auctoritate Hieronym. decimas male possessas, vel detentas, cum consensu Episcoporum licet monachis recipere de manu laicorum, & eas perpetua stabilitate tenere, sic & ecclesias à laicis male possessas, vel detentas, cum consensu Episcoporum licet monachis ad ordinandum recipere, & eis in perpetuum prouidere.

Extra. tertio, de decimis & pri. Innocent. III. Quædam monasteria & conuentuales Ecclesiæ, in multis parochijs maiores decimas percipiunt, & minutas; de quibusdam fructibus annuatim perceptis, non fuerunt decimæ persolutæ. *& infra.* Respondemus, quod si fructus prædicti de illa terra proueniunt, de qua monasteria vel conuentuales Ecclesiæ aliquos percipiebant, ratione decimarum prouentus, eis proculdubio decimæ fructuum debentur eorum; cum ipsis terra illa ab antiquo fuerat decimalis, & non debet vna eademque ecclesia diuerso iure censeri; alioquin parochialibus ecclesijs persoluantur, ad quas de iure commnni spectat perceptio decimarum.

Quod ecclesiæ baptismalis ius, non potest ad aliam nisi per Episcopum transire.

CAP. CXLIII.

Explicatur quoddã decretum de iure ecclesiarum non mi nuendo.

Causa 16. q. 1. Quod autem dicitur, vt antiquiores ecclesiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuentur, non ita intelligendum est, vt nullo modo credatur licere episcopo aliquam partem decimationum, vel possessionum vnius ecclesiæ, alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos Episcopatus in vnum potest redigere, ita vnus, proprio consentiente episcopo, in duos potest diuidi; vel etiam metropolitano inuito, quælibet ecclesia ab eius iurisdictione apostolica eximi auctoritate. *Vnde Gregor. minor scribit Bonifacio.* Præcipimus, vt iuxta canonum statuta, vbi multitudo excreuerit fidelium, ex vigore apostolicæ Sedis debeas ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, vt non vilescat dignitas episcopatus.

Gratianus. Sicut ergo duo episcopatus suprascripto modo in vnum possunt redigi, & vnus in duobus valet diuidi, sic & episcopus de baptismalibus & parochianis ecclesijs facere potest, cum consensu suorum clericorum. Quod cum factum fuerit, illa pars populi quæ supponitur nouis ecclesijs, à iure prioris ecclesiæ absoluatur. Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente, quod alijs ecclesijs fuerit assignatum, in nullo priorum reddituum imminutionem patiantur. In sacris enim canonibus præfixum est, vt decimę iuxta dispositionem episcopi distribuantur.

Quod ius decimarum non cadit in laicum.

CAP. CXLIV.

Ius spirituale decimarũ seu proprietas non cadit in laicũ.

Argumenta vtrinque.

Solutio.

Ibidem Hieronym. ad Damasum Papam. Quod autem beatitudo tua quæsiuit, vtrum vsus decimarum & oblationum secularibus prouenire possit; nouit sanctitas tua omnino non licere, protestantibus huiusmodi omnibus diuinis auctoritatibus paternorum canonum.

Ex summa de casibus. Quid ergo de militibus, & alijs laicis, qui recipiunt decimas ferè vbique terrarum? possunt ne eas recipere in aliquo casu sine mortali? *videtur quod* non: Dominus enim præcepit eas dare Leuitis. Item Gregor. *Laici si ab episcopis, vel regibus, vel quibuslibet personis decimas acceperint, nisi Ecclesijs reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis pœnam incurrere. Econtra* videtur quod possint eas tenere in feudum ab ecclesia. Item expressè videtur hoc dicere Innocent. III. *extra de his quæ fiunt à præla. sine consensu ca. cum apostolica* De his (inquit) decimis intelligimus, quæ perpetuo sunt laicis in feudum concessæ.

Ex summa fratris V. Nec distinguit à quibus concessæ, vtrum ab Ecclesia, vel laicis. Vnde credo, quod siue ab ecclesia, siue à laicis perpetuo sint in feudum concessæ, sufficit solius episcopi consensus absque auctoritate diœcesani, ad hoc quod conferantur alicui Ecclesiæ, vel religioso loco. quod tamen verum est, si à tempore ex quo non extat memoria, taliter sint concessæ, & ante Concilium Lateranens. sub Alexandro celebratum.

Idem frater Raymund. Item hoc habet consuetudo generalis, quæ est optima legum interpres, & etiam aliter totus ferè mundus esset in damnatione?

Solutio. Ad hoc, saluo meliori iudicio, dico cum Io. &c. quod decimæ duplici iure debentur ecclesijs, scilicet intuitu diuini obsequij in eis præstiti: hoc iure, cum sit merè spirituale, non possunt à laico detineri, quia tale ius non cadit in laicum. Item debentur in signum vniuersalis dominij: & hoc iure, cum sit ciuile, cadere possunt in laicum, non tamen vniuersaliter, id est non quoad proprietatem, sed quoad fructuum perceptionem. *Frater V.* Non suo nomine principaliter, sed nomine ecclesię habendam, penes quam remanet ius & proprietas percipiendi decimas.

Ante Concil. Latera. sub Alex. licitũ erat concedere laicis in feudum ius percipiendi decimas pro fideli seruitio: iam autem non licet nec vnquam licuit concedere ius spirituale, aut proprietatem illarum vt constat ex allatis in principio ca.

Frater Raymund. Hodie tamen à tempore Concilij Lateran. celebrati sub Alexand. nullo modo valet collatio decimarum facta eis, cum talis alienatio vel infeudatio ibi fuit prælatis penitus interdicta. Vnde si ius non spirituale, nec proprietas, sed percipiendi fructus temporales, fuit concessum ante dictum concilium militi in feudum, & ipse bene iuuat & defendit Ecclesiam, sicut fidelis vasallus, potest excusari. Alias si vnum istorum defuerit, in periculum animę suæ tenet. *Vel dic*, quod nullo tempore potuerunt dari in feudum, quoad ius temporale seu ciuile, ita quod transirent ad hæredes, sicut & feudum. Inutiliter enim esset tunc ius spirituale apud ecclesiam, quia sicut sine anima non potest viuere corpus, ita sine temporalibus spiritualia non possunt consistere.

Frater V Prima opinio benignior est, & ideo magis amplectenda. Sed de iure ciuili (vt dictum est) in laicum cadere possunt, & iure hæreditario ad successores transferri, aut ex donatione vel alio titulo transire ad extraneos, ad similitudinem aliorum feudorum. *Quod* autem dicit magister *inutiliter*, allegando dicit, quia ex quo ecclesia recipit seruitium debitum à vasallo, non inutiliter remanet penes eam ius spirituale. *Quod* autem obijcit illud *extra. eo. ad hoc*, decretalis illa fortè loquitur de decimis datis in feudum post dictum Cõcil. vel de illis quæ non erant datæ in feudum, sed gratis & simpliciter, sine omni seruitio, iure hæreditario possidendæ.

Deprohibitione infeudationis decimarum.

CAP. CXLV.

Quarum decimarũ prohibeatur infeudatio in Conc. Later.

IN Lateranensi vero Concilio prohibita est infeudatio decimarum, in quarum possessione est ecclesia ab antiquo, & de quibus non fuerat laicus infeudatus. Quod dico, quia si feudatarius laicus decesserit, poterit forte Episcopus hæredem eius, vel extraneum, si hæredem non habeat, de illis infeudare. Aut si huiusmodi feudum à feudatario sit alienatum, ita quod per Episcopum facilè recuperari non possit, potest forte Episcopus illud in feudum alicui laico concedere, qui illud recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat.

Ar. extra de feu. ex parte. Et idem potest concedi probabiliter de decimis illis, quę à tempore ex quo non extat memoria, tenentur à laicis, nec eas recognoscunt se tenere ab Ecclesia: potest sc. dici, quod Episcopus possit de eis laicos infeudare, cum per hoc ipsum procuretur vtilitas Ecclesiæ; quia possessio directi dominij restituitur ecclesiæ per infeudationem huiusmodi. *Quid* si nescitur de decima huiusmodi quam tenet miles, vtrum sit de antiquis datis ante Concil. vel de datis de nouo in feudum post Concilium? *Dic* quod si à tempore à quo non extat memoria, miles huiusmodi, & antecessores eius, quietè & pacificè tenuerunt eam, & recognoscentes se eam tenere ab ecclesia mediatè vel immediatè, & reddentes ibi debitum obsequium ipsi ecclesię, vel alij nomine eius; præsumendum est benigna interpretatione, quod sit de antiquis, aliàs non est præsumendum quod iustè teneat.

Quando laicus tenet decimas in feudum à tempore memoriali præsumendum est illas esse de antiquis quas excipit Concil. Lateran.

De Priuilegio militum.

CAP. CXLVI.

Duæ quæstiones.

FRater Raymundus. Quid de militibus Cataloniæ, qui nituntur se tueri priuilegio apostolicæ sedis, indulto (vt dicunt) quondam comiti Barcenonen. in fauorem Christianitatis & fidei catholicæ, vt scilicet decimas omnium locorum, quæ paganis expulsis reduceret ad cultum Dei, posset li-

cite

cite retinere, & inter milites & principes terræ ſuę, qui ipſum iuuarent ad hoc, diuidere; nunquid poſſunt tales decimas licite retinere? Item nũquid liberãtur & excuſantur ruſtici à peccato, ſoluendo militibus.

Solutio prima. Laici fraudantes decimis ex indulto Apoſto. licite illas retinent exceptis quinque caſibus.

Ad primum dico, ſaluo meliori iudicio, quod ſi priuilegium fuit conceſſum in perpetuum ſibi & ſuis ſucceſſoribus, ita quod fuit reale, & propter tam fauorabilem cauſam, & à ſede apoſtolica, poſſunt licite tenere, vel ad tempus, vel in perpetuum, iuxta formam in eccleſia expreſſam. Fallit tamen in quatuor caſibus. *Primus* ſi poſtea ſunt abuſi priuilegio, impugnando ſcilicet eccleſiam, quam defendere tenebantur, vel non iuuando pro poſſe ad ampliandum contra paganos cultum fidei Chriſtianæ, propter quod priuilegium eſt conceſſum. *Secundus*, ſi fecerunt poſtea ſcienter contra priuilegium. *Tertius* ſi propter illud priuilegium grauatur enormiter eccleſia, in cuius parochia prędia ſita ſunt. *Quartus* ſi renunciauerunt illi priuilegio. Adde quintum caſum, ſi commiſerunt aliquod enorme ſcelus contra eccleſiam à qua tenebant feudum, videlicet occidendo vel mutilando, auſu temerario, per ſe, vel per alios, rectorem vel alium clericum eccleſiæ.

Solutio ſicũda.

Ad ſecundum dico, quod ſi ruſtici ſciunt, vel credunt milites licite, & auctoritate eccleſiæ recipere, excuſantur; præſertim cum eccleſia non petat ab eis, nec contradicit militibus quos ſcit & videt recipere decimas: Alias ſi ſcirent eos illicite recipere, non liberarentur. Si tamen propter metum perſoluerent, excuſantur à peccato, non à toto ſed à tanto.

Ruſtici ſoluẽtes laicis prædiãtas decimas non ſunt culpãdi.

Frater Guilelmus. Credo ſine præiudicio, quod vbi eccleſia non petit ab huiuſmodi ruſticis decimas, ſed permittit tolli à militibus, liberantur omnino ruſtici, nec peccant taliter ſoluendo, niſi placeat eis eccleſiam taliter defraudari à iure ſuo.

De decimis noualium.

CAP. CXLVII.

Frater Raymundus. Iterum præfati milites, poſito quod decimas licitè poſſint retinere, nunquid ex illa generalis priuilegij perceptione, potuerunt petere decimas noualium quæ poſtea facta ſunt, vel fiunt, vel illarum rerum de quibus antiquitus non conſueuerunt dari decimæ? vt de oliuis, & ſimilibus? dico quod non poſſint licitè petere decimas noualium, immo debent ſolui eccleſiæ, quia talia priuilegia arctanda ſunt, non amplianda. Secus dico in priuilegio perſonis religioſis conceſſo, *extra eo. ex parte tua.*

Frater Guilelmus. Ibi dicitur cuidam abbati, quod cum conceſſum ſit ei maius, ſcilicet vt decimas de laboribus terrę parochiarum ſuarum integrè percipiat, etiam de noualibus eas exigere poteſt: quia vbi maius conceditur, minus conceſſum etiam eſſe videtur. Iſtud tamen intelligunt quidam de eccleſijs pleno iure ſubiectis monaſteriis, vel de illis quæ ſunt eis conceſſæ in vſus proprios: quia tunc ratione eccleſiarum percipiunt decimas: alias vbi nihil habent iuris in eccleſijs, ſed in decimis aliquam portionem, dicunt priuilegium huiuſmodi nõn eſſe extẽdendum, ſed potius reſtringendum.

Idem eſt iudicium de iis rebus quas poſt cõceſſionem ceperunt decimari.

Frater Raymundus. Decimas autem illarum rerum quæ non conſueuerant decimari, videtur quod poſſunt petere ipſi milites, eo quod eis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, & vna eademque res non debeat duplici iure cenſeri. *Sed illud* verum eſt in monaſterio, vel in eccleſia. Secus forte poſſet dici in laico, ad ſimilitudinem eius quod dictum eſt de noualibus. Vnde in dig. dicitur, quod fundo vendito, exceptis lapidicinis, non videntur per illam exceptionem exceptæ, niſi lapidicinæ quæ tunc apparebant, licet plures aliæ eſſe poſſent in fundo quæ non apparebant.

Frater Guilhelmus. Eodem modo illæ ſolæ decimæ videntur eſſe conceſſæ laicis, & de rebus illis ſolis, de quibus ſoluebantur tempore conceſſionis.

Frater Raymundus. Item quia in ambiguo ſemper tutior via eſt eligenda, conſulendum eſt, vt ſoluantur eccleſiæ parochiali.

Frater Guilh. Eodem modo credo quod miles, vel aliquis laicus, qui hactenus non conſueuit decimas perſoluere de terris ſuis, ſi rediens ad cor velit eas perſoluere, ſoluere debet eas parochiali eccleſiæ, non illis qui ex ſola præſcriptione decimas hactenus perceperunt.

Si monaſterium præſcripſit decimas alicuius eccleſiæ, noualia & illa quæ non conſueuerãt decimari ſunt ſoluenda eccleſiæ. Nota.

Frater Raymun. Item poſito circa idem, quod monaſtarium, vel eccleſia præſcripſerit decimas alicuius parochiæ, ibi dico quod decimæ noualium, & illarum rerum quæ non conſueuerunt decimari, debent non obſtante tali præſcriptione ſolui Eccleſiæ parochiali, ad quam de iure communi ſpectat perceptio decimarum.

Et per hoc nota, pleroſque epiſcopos malefacere, qui omnes decimas noualium ſuæ diœc. & alias quaſcunque poſſunt à militib. recuperare, ſibi vſurpãt; quod non licet de iure, niſi cum illa noualia, vel alia, non ſunt infra terminos alicuius parochiæ, vel niſi aliam cauſam rationabilem oſtendat.

Qualiter decimæ poſſunt de manu laicorum redimi.

CAP. CXLVIII.

Ex ſumma de ca. Quid ſi miles detinet iniuſte decimas, nec poteſt eccleſia recuperare ab eo, nunquid poterit eas redimere ſine periculo ſymoniæ? vtique, dum tamen fiat auctoritate epiſcopi, ad cuius diſpoſitionem ſpectant decimæ; & quia auctoritas iudicis multum excuſat in talibus.

Eccleſia poteſt redimere decimas quibus iniuſtè priuatur abſque vlla ſimonia, vel ex parte eius vel laici remittentis. ſic etiam quatus alia eccleſia ex authoritate epiſcopi.

Frater Guilhelmus. Ego credo, quod ſi parochialis eccleſia vellet redimere huiuſmodi decimas ab iniuſto detentore, non eſt neceſſaria auctoritas epiſcopi, quia cuilibet licet ius ſuum redimere, nec eſt aliqua ſymonia ex parte redimentis; quia non dat temporale pro ſpirituali, ſed tantum temporale pro temporali, ſcilicet pro fructibus decimæ detentę iniuſtè à milite, iuſque ſpirituale percipiendi decimas remanet ſemper penes eccleſiam, à quocunque fructus iniuſtè vſurpentur. Sed nec huiuſmodi miles, licet alias peccet, committit ſimoniam accipiendo pecuniam inde, quia nihil ſpirituale vendit. poteſt tamen eſſe ſimoniacus intentione ſola, & voluntate, non re ipſa; ſi intendat vendere aliquod ſpirituale. Si autem alia Eccleſia quam parochialis velit huiuſmodi decimas redimere, neceſſaria eſt auctoritas epiſcopi. & credo quod ſufficiat auctoritas eius ſine conſenſu capituli, quando redimuntur decimæ laicis perpetuo in feudum conceſſæ, ſicut ſufficit in gratuita conceſſione. vbi tamen fieret huiuſmodi redemptio ab alia eccleſia quàm à parochiali, tutius eſſet quod omnia ponerentur in manu epiſcopi, & poſtea epiſcopus aliquid dari faceret laico ab illa eccleſia.

Qualiter poſſint in pignus recipi.

CAP. CXLIX.

Ex ſumma de ca. Idem credo quod poteſt eas eccleſia recipere in pignore, ſicut & quamlibet aliam poſſeſſionem, quam miles ſimiliter detinet violenter & iniuſtè; nec tenetur in talibus fructus computari in ſortem, dum tamen non pertineant huiuſmodi decimæ ad alienas eccleſias, quas non debent recipere à laicis.

Sola illa eccleſia ad quã decimæ ſpectant poſſunt illas in pignus accipere à laicis illas iniuſtè detinẽtibus.

Extra. 3. de decimis, & pri. Grego. 9. Interdicimus vniuerſis eccleſiaſticis perſonis, vt decimas detentas à laicis, ad alienas eccleſias pertinentes, in pignus recipere ab eiſdem laicis non præſumant.

Frater Guilhelmus. Alienam eſſe à quocunque creditore credo eccleſiam, niſi ille creditor ſit ſacerdos parochialis, vel talis perſona ad quam pertinent huiuſmodi decimæ de ſpeciali priuilegio, vel catho-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lica donatione: vnde credo quod nec epiſcopus, nec cathedralis eccleſia, hodie poteſt recipere decimas parochialium eccleſiarum; licet etiam in eis habeant ius patronatus: nec aliqua alia eccleſia quàm parochialis, vel quàm illa ad quam pertinent huiuſmodi decimæ de ſpeciali priuilegio: nec poteſt epiſcopus hodie in hac parte præſtare auctoritatem. ſed antequam edita eſſet illa decre. *extra. co. interdicimus*, permittebatur epiſcopis præſtare ſuper hoc auctoritatem, quantum ad decimas perpetuo in feudum laicis conceſſas, vel detentas ab eis, à tempore ex quo non extat memoria; non quantum ad illas quæ poſt Concilium Lateranenſ. ſub Alexand. vſurpatæ ſunt ab eis de nouo; in quarum alienatione non ſufficit auctoritas epiſcopi.

Conſtitutiones nouæ non extenduntur ad præterita ſed ad futura.

Quid autem de illis, qui ante huiuſmodi prohibitionem receperunt huiuſmodi decimas in pignus auctoritate epiſcopi, nunquid eas poſſunt retinere modo, facta prohibitione, ita quod non computentur fructus in ſortem? Reſpondeo ſine præiudicio, Credo quod ſic: cum conſtitutiones nouæ non extendantur ad præterita, ſed ad futura, licet alibi ſemper contrarium notauerim.

Qua de cauſa prohibitæ ſunt impignorari.

CAP. CL.

Ratio cur prohibita ſit impignoratio decimarũ potius quam alienatio perpetua.

SED quare facta eſt huiuſmodi inhibitio? & quare non poteſt epiſcopus præſtare auctoritatem ſuper huiuſmodi impignorationem? cum poſſit auctoritatem præſtare ſuper perpetua alienatione, quod maius eſt, vt in præ. decre. *cum apoſtolica*. Reſpondent quidam, quod ideo facta eſt hæc prohibitio, vt facilius ſic reuerterentur decimæ ad parochiales eccleſias.

Ego credo, quod ideo facta eſt, quia ſemper malum fuit, vel ad minus ſpecies mali, propter vſuram, vel ſpem vſuræ, cum creditor intenderet aliquid non ſuũ recipere vltra ſortem, alias mutuum non daturus. Sed in perpetua alienatione non eſt malum, vel ſpecies mali, & propter hoc epiſcopus poteſt auctoritatem præſtare ſuper huiuſmodi perpetua alienatione, ſed non impignoratione.

Quid reſtituendum ab illo qui recepit decimas in pignus & cui.

Si autem ſine auctoritate epiſcopi ante prohibitionem prædictam, aliqua perſona eccleſiaſtica recepit huiuſmodi decimas in pignus, tenetur fructus omnes quos inde recepit reſtituere, non laico, qui nullum ius ibi habuerit, ſed eccleſiæ parochiali, vel cum ea bona fide componere. Fidem bonam dico, cum ille qui facit reſtitutionem, exponit ſe ad plenariam reſtitutionem faciendam, niſi quatenus fuerit ei remiſſum liberaliter, & ſpontaneè. Si autem talis miles, ſiue laicus ille, iuſtè tenebat decimas illas in feudum, credo quod creditor, qui ſine auctoritate epiſcopi illas recipit in pignus, tenetur fructus computare in ſortem, & quod vltra ſortem receperit reſtituere prædicto laico.

Quod fructus in ſortem non oporteat ab eccleſia. computari.

CAP. CLI.

Eccleſia cuius decima ſunt propria non debet cõputare fructus in ſortẽ ſi illas in pignus recipiat, ſecus ſi laicus authoritate epiſcopi reſigna. uit proprietatem & retinuit vſum fructum.

QVid ſi miles de aſſenſu epiſcopi dedit proprietatem decimæ alienæ eccleſiæ, retento ſibi vſufructu, nunquid illa eccleſia poterit recipere illum vſumfructum in pignus, non computatis fructibus in ſortem? Reſpondeo, ex quo huiuſmodi donatio facta eſt inter viuos, ita quod proprietas iam eſt eccleſiæ acquiſita, cum vſusfructus debeat ſequi proprietatem regulariter, ſi miles ille propria auctoritate retinuit vſumfructum, poteſt eccleſia illa illum recipere in pignus, fructibus non computatis in ſortem, quia nihil recipit, niſi quod ſuum eſt eccleſia. Si autem epiſcopi auctoritate, & eccleſiæ illius, conceſſus eſt ei vſufructus: vt eo ipſo illum iuſtè poſſideat, tenetur eccleſia fructus computare in ſortem, ſi illum recepit in pignus.

Frater Raymundus. Quod autem dixi de decimis, ſcilicet quod poſſint in pignus recipi, non computatis fructibus in ſortem; idem intelligo de omnibus poſſeſſionibus emptis de illis fructibus iniuſtè perceptis. In hoc tamen eſt differentia, quia non concederem iſta de decimis, niſi cum aliter non poſſent recuperari. Sed in alijs poſſeſſionibus non requiro aliud, niſi quod miles iniuſtè detineat.

Frater Guilhelmus. videlicet quantum ad hoc quod eccleſia, ad quam pertinent, poſſit eas redimere ab iniuſto detentore, vel in pignus accipere. Quod ait *idem intelligo*, ſcilicet quod huiuſmodi poſſeſſiones poſſint recipi in pignus, non computatis fructibus in ſortem, non videtur tutum hoc dicere, quia huiuſmodi poſſeſſiones ſic emptæ videntur eſſe emptoris: quia ſicut res empta de furto non eſt furtiua, nec res empta de vſura eſt vſuraria, ſic nec poſſeſſio empta de fructibus iniuſtè perceptis, poſſideri videtur iniuſtè. Sed ideo dicit hoc magiſter, quia priuilegium eſt eccleſiæ, ſicut contingit in milite, & minore.

Priuilegium eſt eccleſiæ poſſe re emptam fructibus decimarum iniuſte detentarum in pignus accipere, non computatis fructibus illius in ſortẽ; & idem eſt de feudo, ſi quãdiu habet illud eccleſia, non recipiat ſeruitium à feudatario. Solutio obie.

Frater Raymundus. De feudo dico, quod ſi eccleſia recipit in pignore feudum, quem miles tenet per eam, ſi durante pignore recipit ab eo ſeruitium feudi, tenetur fructus computare in ſortem, alias non. Hoc autem volunt quidam extendere ad colonias ruſticorum, quod non approbo: immo dico, quod ſi Eccleſia recipit coloniam coloni ſui in pignore, debet fructus in ſortem computare, deducto iure ſuo, & laboribus, & expenſis: quia ſuper hoc nullum priuilegium inuenio eccleſiæ conceſſum.

Frater Guilhelmus. Et credo quod hoc eſt ſpeciale priuilegium eccleſiæ, vnde non eſt extendendum ad reges & principes ſeculares, quantum ad feuda quæ tenentur ab eis. Sed quomodo poteſt habere priuilegium iſtud eccleſia, cum videatur eſſe contra ius diuinum, quod prohibet in mutuo aliquid recipere vltra ſortem? Reſpondeo. Eccleſia intelligitur ſiue fingitur ſub tali onere vel conditione conceſſiſſe feuda ſua, quod potuit facere: quia licet cuilibet ab initio imponere rei ſuæ onus quod voluerit.

De Laico qui decimas iniuſte detinet, & illo qui ſatisfactionem offert.

CAP. CLII.

Nemo poteſt à laico decimas recipere ſine conſenſu epiſcopi.

Cauſa. 16. q. Laici autem nec epiſcoporũ auctoritate, decimas vel eccleſias poſſidere poſſunt. *vnde Greg. 7. ait*: Decimas quas in vſus pauperum conceſſas eſſe, canonica auctoritas demonſtrat, à laicis poſſideri apoſtolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab epiſcopis, vel quibuſlibet perſonis eas acceperint, niſi eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis crimen incurrere.

Item ex concil. Rhotomagen. Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, domini ſunt, & illi ſanctificantur. *In Conci. Toleta.* Si vero fundatores eccleſiarum ad inopiam vergere cæperint, ab eiſdem eccleſijs temporalis vitæ ſuffragia participant. *Gratianus.* Hoc diſtinguendum eſt, quid iuris fundatores eccleſiarũ in eis habeant, vel quid non. habent ius prouidendi, & conſulendi, & ſacerdotalem inueſtiendi; ſed non habent ius vendendi, vel donandi, vel vtendi tanquam proprijs. vt ergo ex his auctoritatibus colligitur, de manu laicorum eccleſiæ non ſunt recipiendæ, niſi conſenſu epiſcoporum.

Quid iuris in eccleſia habeãt fundatores.

Extra. 3. de decimis & pri. ex Concilium Lateranenſ. Prohibemus ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes, in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & eccleſiæ non reddiderit, Chriſtiana ſepultura priuetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ex ſumma de caſibus. Quid ſi aliquis longo tempore recepit, vel retinuit decimas, nunc venit ad ſatisfactionem, aſſerens ſe ignorantia & ſimplicitate peccaſſe, vel etiam ſcienter, & poſtulat ſibi remitti, intuitu Dei & eleemoſynæ, quod accepit vel retinuit in præterito, cum aliter oporteret eum cum ſua familia mendicare. Dico quod poteſt eccleſia petere omnes decimas præteriti temporis, ſed ſi videat iſtum contritum, & preces ſuas niti veritate, debet ei tanquam pauperi dimittere vnde viuat; cum hoc idem eſſet ei datura poſtea: hoc tamen debet facere epiſcopus, & poteſt etiam ſine conſenſu capituli, cum ſic decimæ ad Eccleſiam reuertantur.

Eccleſia poteſt reſtitutionem decimarum remittere pauperi vel diuiti ſaltem quoad partē, modo pro futuro decima reſignentur eccleſiæ.

Frater Guilh. Credo quod etſi diues ſit, poteſt ei gratis dimittere, vel in totum, vel in partem, quod male acceptum eſt, ex quo in poſterum vult ceſſare à tali receptione, & eccleſiam reſtituere iuri ſuo.

V

De Primitijs.

CAP. CLIII.

Quid primitia.

EX ſumma de caſibus. Primitia eſt prima pars frugum domino offerenda: Iuxta illud Exod. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini Dei tui*. Item in canone dicitur: *Præcipientes ſtatuimus, vt decimæ & primitiæ, ſeu oblationes viuorum & mortuorum, eccleſijs Dei fideliter reddantur à laicis, vt in diſpoſitione epiſcoporum ſint; quas qui retinuerint, à ſanctę eccleſię communione ſeparentur*. Eſt autem danda ſacerdoti parochiali. olim qui plurimum, 40. partem dabant, qui minimum, ſexageſimam; & hoc in aridis & liquidis. In fœtibus autem primogenitum dabitur. H. tamen dicit, de ducentis vnum. La. & I. dicunt quod centeſimum. *Ego credo* ſtandum eſſe conſuetudini, vt quælibet Eccleſia ſeruet conſuetudinem ſuam ſi habet. Si non habet recurrat ad conſuetudinem vicinarum eccleſiarum. ſi inueniat ibi diuerſas conſuetudines, illam ſequatur quæ magis tendit ad mediocritatem, vel quę à pluribus conſeruatur. Si enim eccleſia eſſet tenuis, nec haberet ſacerdos vnde poſſet ſuſtentari, ſatis tunc diceret conſuetudinem eligendam quæ amplius ſoluit, vel ſaltem medium inter illas.

Quinon ſoluerit decimas & primitias eſt excōmunicandus.

Quota primitiarum ex conſuetudine eſt deſumenda, modo ſit inter partem quadrageſimam & ſexageſimā.

B

C

Extra. 3. de decimis, primitijs, & oblationibus. Hieronym. ſuper Ezech. Traditionem accepimus Hebræorum, quod qui plurimum, 40. partem dabant ſacerdotibus, qui minimum, 60. Inter 40. & 60. licebat quodcunque voluiſſent offerre. quod igitur in Pentatheuco dubium derelictum eſt, hic ſpecialiter diffinitum eſt, propter ſacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitijs offerendis.

Primitia hodie paucis in locis exiguntur aut dantur: vnde excuſantur à peccato non dantes, ſi cōſuetudo illa ſit immemorialis.

D

Frater Guilhelmus. Circa primitias ſoluendas, vel non ſoluendas, ſecundum quod primitiæ dicuntur quædam aliquotæ inter 40. & 60. credo ſtandum eſſe conſuetudini: & credo quod nuſquam, aut in paucis locis hodie exiguntur huiuſmodi primitiæ, aut reddūtur. vnde dicunt quidam, quod præceptum de primitijs ceremoniale fuit, quod etiam quidam dicunt de decimis, vel ad minus quod fuit partim morale, partim ceremoniale: Morale quantum ad hoc, quod domini prędiorum neceſſaria miniſtrarent Leuitis, & ſeruientibus in templo. Ceremoniale quantum ad illam aliquotam quæ decima appellatur. & ſicut dicunt quidam quod præceptum de Sabbato morale eſt, quoad hoc quod ſemel in ſeptimana ceſſetur ab operibus laborioſis, vt vacetur Deo: Ceremoniale quantum ad hoc, quod præceptum eſt hoc fieri 7. die. Vnde dicunt, quod vbi Eccleſia abundaret alijs redditibus & poſſeſſionibus, nullus hodie teneretur dare decimam, vel aliquot de fructibus ſuis, nec præceptum de decimis ſoluendis fuiſſet per canones innouatum. Sed huic opinioni contradicit illa decre. in aliquibus, quæ dicit quod quædam decimæ debentur lege diuina, quædam ex loci conſuetudine approbata.

E

Præceptū de primitijs in veteri lege non fuit morale, nec etiā de decimis quoad omnia.

Credo etiam, quod vbi conſuetudo eſt, quod nihil ſoluatur vel exigatur de huiuſmodi primitijs, excuſantur à peccato non ſoluentes, ſi tamen huiuſmodi conſuetudo ſine contradictione obtenta eſt à tempore ex quo non extat memoria.

De Oblationibus.

CAP. CLIV.

Tres ſunt ſpecies oblationum.

EX ſumma de caſibus. Species oblationum ſunt tres, quantum ad præſentem materiam. Vna eſt alicuius rei donatio, gratis facta inter viuos, Deo vel eccleſiæ. Alia eſt alicuius rei donatio, Deo vel eccleſiæ facta cauſa mortis, quæ hodie ad exemplum, & inſtar legatorum redacta eſt, vt idem iuris ſit in vtroque.

Diſcrimẽ inter legatum & donationem cauſa mortis.

Tertia eſt quotidiana & vſualis, quam faciunt fideles ad altare, vel ad manum ſacerdotis. Sunt autem dandę ſacerdoti parochiali tantum; quia pro peccatis offeruntur, & illi tenentur ex officio orare pro populo; vel ſi alię eccleſiæ offerantur, prælato eiuſdem eccleſiæ dandæ ſunt.

Frater Guilhelmus. Donatio cauſa mortis eſt, cum quis magis vult ſe habere, quàm eum cui donat, vel eundem magis quàm hęredem ſuum. Differentia eſt inter legatum & donationem cauſa mortis in quibuſdam; quia legatum ab hærede ſemper traditur: Donatum vero cauſa mortis, quandoque ab hærede, quandoque à teſtatore traditur.

Item in donatione cauſa mortis obligatur donans, & non in legato. *Item* ſi quis accuſat teſtamentum, amittit legatum, non donationem cauſa mortis: Alias ſi ex alia cauſa reſcinditur teſtamentum, & donatio cauſa mortis. Hæc & quædam alia circa diſtantiam vel continentiam legati, & donationis cauſa mortis notari ſolent *C. de donat. cau. mort.*

Ex ſumma de caſibus. Oblationes in prima & ſecunda ſpecie neceſſario ſunt ſoluendæ, adeo quod qui non ſoluerint, & maxime oblationes defunctorum, ſacrilegi iudicantur.

Cauſa 13. quæſt. 2. Ex Concil. Carthaginenſi. Qui oblationes defunctorum, aut negant eccleſijs, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

Dua prima ſpecies oblationum ſunt neceſſario ſoluenda ſub pœna excōmunicationis: tertia vero non niſi conſuetudo id exigat vel parochi neceſſitas.

In tertia vero ſpecie, ſcilicet oblationes quotidianæ, dicit H. quod neceſſario ſunt ſoluendę, & qui non ſoluerit debet excommunicari. *De conſecrat. diſt. 1.* Omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliquid Deo offerre, & reducere ad memoriam quod Deus per Moyſen dixit: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.*

Alij, cum quibus ſentio, intelligunt illud *cap. omnis*, de oblatione interiori, vel bonorum operum, vel de conſilio. Alia duo c. intelligantur de alijs oblationibus de quibus ſupra dictum eſt. In hoc tamen concordant, quod ſi eſſet pauper ſacerdos, nec haberet vnde ſuſtentaretur, poſſet eis ſubtrahere diuina officia: quia nemo cogitur (vt ait Apoſtolus) ſuis ſtipendijs militare.

Nota.

Item credo, quod ſi de conſuetudine parochiani in certis & pręcipuis aliquibus feſtis offerre ſolent, poſſunt cogi ad tenendam piam conſuetudinem, non à presbytero per officij ſubtractionem, ſed ab Epiſcopo, cuius officium eſt in talibus implorandum, *extra de ſi. confli. ad apoſtolicam. In ſumma* nota, quod quædam perſonæ ſceleratæ & criminoſæ ſunt, à quibus ſacerdotes non debent recipere oblationes, in criminis deteſtationem; & ſunt ſex, quas require ſupra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Feriarum tranſgreſſione.

Cap. CLV.

Feriarum tria genera.

Ex ſumma de caſibus. Dicuntur feriæ quaſi foëriæ, eo quod præſtant vacationem ab his quę agi conſueuerunt in foro: Vel dicuntur quaſi feſtiuæ. Feriarum aliæ ſunt temporaneæ, vt quæ dantur pro fructibus colligendis, & ſunt duorum menſium. Aliæ repentinæ; vt quæ dantur à principe ob rem proſperè geſtam, vel quia deuicit Sarracenos, vel hæreticos, vel natus eſt ei filius. Aliæ ſolennes, feſtiuæ videlicet Natalis Domini, ſancti Stephani, & cæterorum ſanctorum. Item dedicatio cuiuſque oratorij. Et illæ feſtiuitates quas ſinguli epiſcopi in ſuis epiſcopatibus cum populo collaudauerunt, quæ vicinis ibi tantum commorantibus indicendæ ſunt, non generaliter omnibus. Hoc tamen vltimum intellige de ſanctis canonizatis auctoritate Romanæ eccleſiæ, quia epiſcopus non poteſt per ſe aliquem ſanctum canonizare: *extra de reliquijs & veneratione ſanctorum, cum ex eo.*

Ex ſumma fratris Guilielmi. Ibi dicitur, quod non licet publice venerari aliquem pro ſancto, ſine auctoritate Papæ, quamuis per eum plurima fiant miracula. Rogationum quoque tres dies non obſeruantur à labore manuali de conſuetudine. Ex hoc autem quod ſcriptum eſt, *Sex diebus operaberis.* Ar. habet quod operari eſt in præcepto quantum ad dies profeſtos, quod bene credo. Sed diſtinguendum eſt inter opera, quia ad alia opera tenentur clerici, ad alia milites, ad alia ruſtici.

Quilibet tenetur operari in diebus profeſtis ſecundum ſuũ ſtatum & qualitatem.

Ex ſumma de caſi. In diebus feſtiuis debent homines vacare hymnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus. Item prędicationi, & virtutibus, & regulari diſciplinæ, magis quam in alijs. vt autem iſtis poſſint melius vacare, debent abſtinere ab omni opere ſeruili, non ſolum à peccato (quod propriè ſeruile dicitur, eo quod faciat hominem diaboli ſeruum) ſed etiã à mechanicis, & ab agricultura, & alijs ſecularibus, videlicet vt mercatura non fiat, nec placitum, nec aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec ſuper ſacramenta iurentur, niſi pro pace fienda.

Extra. 2. de feriis. Alex. 3. Licet ſcriptum ſit, *De veſpera in veſperam celebrabitis Sabbata veſtra*, feſtorum tamen principium & finis, iuxta eorum qualitatem, & diuerſarum regionum conſuetudinem, debet attendi; & ſicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardius terminare.

De Illis qui operantur in feſtis pro neceſsitate.

Cap. CLVI.

In neceſsitate licet operari diebus feſtis, non quidem ex propria authoritate, niſi neceſſitas ſit notoria, ſed ex diſpenſatione epiſcopi, vel ſacerdotis diſcreti.

Ex ſumma de ca. Quid ſi vrgeat neceſſitas, vel arare, vel fructus colligere in diebus dominicis, vel alijs feſtis, propter periculum hoſtium, qui in alijs diebus caperent, vel occiderent eos? Satis videtur quod tunc poſſit eccleſia indulgere illis, qui iuſtum habent bellum, & qui tanta neceſſitate arctantur, diebus dominicis operari, & alijs feſtis; prætequam in maioribus anni ſolemnitatibus: Et etiam tunc, ſi apparet magna neceſſitas ad victum ſuum & ſuſtentationem neceſſariam acquirendam: ita tamen vt de illis ſtudeant pro poſſe largiores eleemoſynas erogare. Et quia neceſſitas non habet legem, propter talem neceſſitatem famis, excuſatur etiam aliquis à furto, quandoque à toto, quandoque à tanto, prout maior vel minor eſt fames.

Ex ſumma fratris V. Itaq; licet in feſtis operari, & admuniendum & defendendum, foſſata facere, & muros reparare, ſi hoc exigat vitandi periculi neceſsitas: ita tamen vt diſpenſet eccleſia, epiſcopus ſcilicet loci ſi commode poſsit adiri, alias credo quod ſufficit diſpenſatio ſimplicis ſacerdotis, diſcreti tamen. Tanta etiam poſſet eſſe neceſsitas, & tam notoria, quod auctoritate propria poſſent talia facere. At vero pro quãta neceſsitate liceat operari in feſtis, potius ad boni viri arbitrium limitandum eſt, quam ad aliquam doctrinam generalem.

Credo autem quod ſi iacentibus ſegetibus in agris, aut fœnis in pratis, ſi immineat tempeſtas aut pluuia quæ corrumpat, aut deterioret multum alia ſic à ſolo ſeparata, non ſunt prohibendi Domini rerum illarum ea remouere, & idemnitati ſuæ præcauere.

Marcellarij etiam & pincernæ, qui diebus feſtis prępparant ea quæ debent vendere in craſtinum in mercato, vel in ſtationibus ſuis; & cæteri qui præparant victualia in diebus feſtis, ſi die præcedenti non potuerũt commodè præparare, aut parata ſeruare ſine periculo, non credo quod peccent mortaliter. *Illi* etiam qui à dominis ſuis compelluntur operari in feſtis, ſi iuſto metu inducti hoc faciunt, videntur per neceſſitatem poſſe excuſari.

Exẽpla quadam eorum qui excuſantur & qui non excuſantur.

Qui vero cum debeant vecturam bladorum dominis ſuis, afferunt ea diebus feriandis, vt reliquis diebus profeſtis poſſint liberius conſuetis & proprijs vacare laboribus, non ſunt excuſabiles in hoc, niſi forte arcta neceſsitas ad hoc eos compellat.

Scholaribus etiam non credo quod liceat grande aliquid tranſcribere de quaterno in quaternum in diebus huiuſmodi: lectiones tamen ſuas, quas ſine ſcriptura non poſſent memoriæ commendare, vel ſermones quos ſtilo aut plumbo notauerunt, ſcribere credo poſſunt, & lectiones librorum quos audiunt, corrigere. Locare etiam, aut conducere operas ſuas, vel alienas, propter corrigẽndos libros, diebus huiuſmodi non debent.

Non licet ſcribere aut corrigere libros diebus feſtis pro pecunia.

Regulares autem, & ſacerdotes, qui abſque vrgente neceſſitate diebus dominicis quadrigant, vel huiuſmodi faciunt, cum exemplo ſuo cæteros corrumpunt, non audeo excuſare à mortali. Qui autem in vigilijs feſtiuitatum feriendarum mittũt quadrigas aut equos ad afferenda neceſſaria in die ſancto; ſi ea quæ afferunt neceſſaria ſunt ad ipſum diem, ita quod ſine illis non poſſent commode tranſigere diem illum, nec ante potuerunt ſuper his afferendis ſibi prouidere, excuſari poſſunt per neceſſitatem, alias non; maxime ſi hoc faciant die feſto, vt vehicula ſua & iumenta, liberè habeant ad quotidiana opera exercenda.

Per huiuſmodi etiam neceſſitatem excuſari credo poſſe vectores mercium ad nundinas, vel loca remota; & vinorum quæ tranſportantur ad remota loca, cum ſine graui incommodo, non poſſint diebus feſtis vacare ab eundo, & quadrigando.

Barbitonſores &c. excuſantur operando diebus feſtis pro neceſſitate aliorum niſi principaliter intẽdãt quæſtum.

De barbitonſoribus autem, & minutoribus, & vectoribus peregrinorum in vehiculis ſuis, aut iumentis; & de ferratoribus equorum, credo quod poſſunt excuſari, ſi in feſtis feriandis hoc faciant, principaliter propter neceſſitatem eorum quibus huiuſmodi operas impendunt. Si autem principaliter propter quæſtum aut cupiditatem improbam lucrandi talia faciant, non video quomodo debeant excuſari. Illi etiam qui faciunt radi barbas ſuas, aut equos ferrari in feſtis huiuſmodi, cum non potuerunt ante commode ſupèr his ſibi prouidere, credo quod ſint excuſabiles.

Nota.

Viatores etiam & curſores, ſiue hoc faciant pro pecunia, ſiue non, non audeo condemnare ſi hoc faciant in feſtis; maxime cum etiam ſecundum legem conceſſum fuerit ire in ſabbato; hoc tamen non vltra mille paſſus.

De His qui operantur propter Deum.

Cap. CLVII.

Qvid de illis qui in diebus feſtis tantum pro Deo arant agros pauperum, vel aliàs laborant ad opus eorum, vel quadrigando, vel alio modo, nunquid peccant?

peccant? Reſpondeo: Non credo quod vel dominicis diebus, vel præcipuis & maioribus ſolemnitatibus, ſcilicet feſtis Chriſti, & Beatæ Virginis, aut die Paſſionis Apoſtolorum Petri & Pauli, talia liceat fieri. De cæteris autem feſtiuitatibus, & diebus feriatorum Paſchæ & Penthe. quoad hoc credo quod liceat ſequi conſuetudinem regionis, quam ſcit epiſcopus loci, & non reprobat. Si autem dubitetur vtrum epiſcopus talia ſciat, & ſuſtineat, recurrere debet ſacerdos loci ad epiſcopum, vt ſuper hoc certificetur ab eo. Ad hoc autem quod talia licite ſuſtineantur, aut fiant, oportet quod pro huiuſmodi labore, non reuocentur laborantes ab audiendis diuinis, quæ tenentur audire, & quod principaliter talia fiant propter Deum, non propter affectum carnalem, aut ſpem remunerationis terrenæ, ſiue in paſtum hominum laborantium, aut animalium; & quod neceſsitas paupertatis illius cui hæc fiunt, hoc videatur exigere.

In minorib. feſtiuitatib. licitum forſan eſt arare agros pauperũ ex charitate, modo audiãtur diuina more cõſueto, & ita habet conſuetudo loci.

Aliquid etiã fieri poteſt præcipuis feſtiuitatibus pro ædificanda eccleſia, &c.

In præcipuis etiam feſtiuitatibus, quod ſi non ſit prohibitum, vel conſuetudini loci contrarium, liceat aliquid operari ad ædificationem eccleſiarum, & ſacrorum locorum, & ædificiorum, ad opus miniſtrorum eccleſiæ pauperum, præſertim eorum qui redditus non habent; vt ſi oporteat trahi carrum ad ferendos lapides, vel in quadrigis afferri ligna, quę alias commode ferri non poſſunt, & ſimilia. Vt ſi oporteat mundari aliquem locum, ita tamen quod labor huiuſmodi non perueniat vſque ad multam fatigationem, & tædium ex diuturnitate laborandi: quia cum huiuſmodi feſta repręſentant quietem æternæ patriæ, & delectationem, non credo quod debeat in eis laborari per totum, vel vſque ad nimiam fatigationem, vt dictum eſt. Vel propter hunc laborem dimittant audire miſſam, quia non debent dimittere id ad quod tenentur, propter id ad quod non tenentur.

De Quibuſdam alijs caſibus ad idem.

CAP. CLVIII.

Frequentare nundinas in præcipuis feſtis propter turpe lucrum videtur peccatum mort. vel poſtquã epiſcopus expreſſe prohibuit, mercata tamen de victualib. his diebus nõ ſunt illicita.

NVnquid peccant mortaliter qui vadunt ad mercata quæ fiunt die dominica, vel alijs feſtis, maxime præcipuis. *Reſpondeo*: Si aliquis hoc faciat pro ſua neceſſitate aliquando, non conſuetudinarie, non credo quod peccet mortaliter. Si autem hoc ducat in conſuetudinem, aut hoc faciat ex improba cupiditate lucrandi, ſicut faciunt mercatores, qui propter frequentanda mercata & nundinas, vix aut nunquam intrant eccleſias ſuas, credo quod peccent mortaliter. In locis autem illis vbi ſpecialiter inhibita ſunt ab epiſcopo huiuſmodi mercata, vel nundinæ, peccat qui contra hãc inhibitionem facit: & ſi epiſcopus excommunicauit omnes qui veniunt ad huiuſmodi prohibita mercata, etiamſi aliqui de aliena diœceſi ſcienter veniunt, incident in illam excommunicationem: cum ratione delicti efficiantur de iuriſdictione illius epiſcopi.

Mercata tamen quæ fiunt de victualibus, & neceſſarijs ad diem quantumcunque ſolemnem, de pane, vino, & carnibus, gallinis, anſeribus, & huiuſmodi, non credo eſſe illicita, aut facile prohibenda, dum tamen propter hoc non ſe ſubtrahant à diuino officio.

Molere dieb. feſtis non eſt ex ſe illicitũ, niſi in molendinis tractis à iumentis.

Quid de molendinis ad ventum, vel ad aquam? *Reſpondeo*: Cum abſque magna opera hominis, officium huiuſmodi molendinorum expleri poſsit, credo ſeruandam eſſe conſuetudinem regionis, non prohibitam à prelatis circa feriationem à talibus in feſtis feriandis. De molendinis autem quæ trahuntur per iumenta, credo quod debent quieſcere diebus feriandis, cum ſecundum legem non ſolum homines, ſed etiam iumenta iuſſa ſint vacare ſabbato.

Illi autem qui volunt ſe excuſare de hoc, quod laborant in diebus feriandis, poſt celebrationem diuinorum, per hoc quod audierunt diuina, quærunt excuſationes in peccatis, cum & ante, & poſt, debeant vacare à talibus. *non tamen* propter quodlibet modicum opus peccant mortaliter; vt ſi quis forte tranſeat per vineam ſuam, aut agrum, & purget in vinea aliquid modicum quod remanſit purgandum per incuriam, aut repararet ſepem, quę in quadam ſui parte rupta & inclinata eſt. Quantum tamen laboris aut operis poſsit quis ſine peccato facere die feriando, non eſt determinatum, ſed ad arbitrium boni viri recurrendum.

Parũm opus feſtum diem non violat.

De Fractione ieiuniorum.

CAP. CLIX.

Ieiunia eccleſiæ ſunt obſeruanda ab omnibus qui excedũt 20. aut 21. annum, aut circiter, ſecũdum quod nacti fuerint robur naturale ad illud perferẽdum. Excuſantur à ieiunio pauperes qui debent operari incompatibiliter cum ieiunio, ſimiliter etiam ſerui, & qui nõ poſſunt habere cibos cõpetentes ad ieiunandum niſi mendicent cum nõ cõſueuerint.

EX *ſumma de ea.* Indictum ieiunium, quando fuerit denunciatum, ab omnibus obſeruetur. *Ex ſumma fratris. V.* Intellige ab omnibus qui habent adultam ætatem. credo quod à 20. annis & ſupra, quia & ea ætate in veteri teſtam. homines reputabantur idonei ad bellandum, nec ante hanc ætatem credo eſſe aliquem compellendum ad huiuſmodi ieiunia, nec ſtatim poſt; quia quidam ſunt in 21. anno, vel 22. debiliores quam alij 18. Vnde in talibus ad arbitrium boni viri recurrendum eſt.

Quid de laborantibus in vineis, fullonijs, aut mineris metallorum, & cęteris talibus, vbi opus eſt magno labore, nunquid tenentur ad huiuſmodi ieiunia? Reſpondeo: Si adeo pauperes ſunt, quod per ſeipſos oportet colere vineas proprias, & adeo debiles ſunt, quod non poſsint laborare niſi frangant ieiunium; aut ſi oportet eos locare operas ſuas, vt prouideant ſibi & familiæ ſuæ, qui forte non inuenirent qui conducerent operas ſuas, niſi frangerent ieiunium, nec aliunde ſibi prouidere poſſunt; aut ſi ſerui ſunt, aut ruſtici, qui debent operas dominis ſuis, non credo quod peccent mortaliter ſoluendo ieiunium huiuſmodi.

Si autem ſunt diuites, qui poſſunt per alios conductos operari, non excuſantur: ſed ſi volunt laborare perſonaliter, ita partiantur laborem, partim ante prãdium, partim poſt prandium laborando, ita quod nõ oporteat eos ſoluere ieiunium. Credo, enim in alijs neceſsitatem excuſare; quia dicit *Gratianus de conſe. di. 5. quadrageſima.* Quod ieiunium. 40. non eſt ſoluendum, niſi neceſsitas infirmitatis cogat. *Et de conſe. diſt. 3. dicitur*, ieiunia legitima non eſſe ſoluenda; niſi grandis neceſsitas cogat. Credo etiam quod non tenetur mendicare, propter huiuſmodi ieiunium ſeruandum, cum non conſueuerit alias mendicare.

Qui ſponte aſſumit peregrinationẽ die ieiunij ita vt non poſſit ieiunare peccat itinerando, ſed non frangẽdo ieiunium.

De peregrinis autem & viatoribus, dic quod ſi tenentur peregrinari, quia compelluntur exulare, vel ire in exercitum, vel ad præceptum eccleſiæ ire vltra mare, tempore paſſagij imminente, excuſantur à ieiunio, ſi non poſſunt commode ieiunare. *Si autem* non tenentur ad huiuſmodi viationem, ſed ſponte huiuſmodi viationem accipiunt, peccant iter aggrediendo temporibus ieiuniorum huiuſmodi, vel etiam ante, ſi non credunt quod poſſunt perficere peregrinationem ante tempora ieiuniorum, & ſic credunt quod propter laborem oporteat eos ſoluere ieiunium: & ſuper hoc monendi ſunt an. xl. à ſacerdotibus, & qui ſic ſoluunt ieiunia huiuſmodi propter ſpontaneam viationem, tenentur alio tempore recompenſare, vel aliàs ſatisfacere ad conſilium eccleſiæ (quia *non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum*) & agere pœnitentiam de ſolutione ieiunij.

Si autem aliquis aggrediatur viationem contra formam prædictam, licet peccet aggrediendo, ſi tamen dum eſt in via, & ex cauſa neceſſaria ſoluat ieiunium, non peccat, licet ex culpa ſua venerit in hanc neceſſitatem. ſicut ſecundum quoſdam pollutio nocturna non eſt peccatum, vel quod fit tempore furoris, licet ex culpa præcedenti pollutio peruenerit, aut furor.

De curſoribus diuitum, quorum vſus eſt neceſſarius, credo quod ſi non poſſunt ieiunare, excuſantur ſi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nota.

ſoluant ieiunium: cum vero morantur cum dominis ſuis in aliquo loco, aut cum modicum vadunt, ieiunare debent, niſi forte immineat eis grandis viatio, quam vt poſſint perficere, ſoluunt ieiunium paucis diebus ante.

Adhuc de eodem.

CAP. CLX.

Seruientes nobilium & legentes in refectorio, poſſunt aliquid ſumere immediate ante prandium ne deficiant, ſicut qui interrumpunt prandium ex cauſa poſtea perficere.

DE ſeruientibus nobilium, qui non poſſunt ſeruire ad menſas eorum diutius pertrahendas; Si ex cauſa neceſſaria præueniant aliquantulum horam comedendi ex toto, vel prælibant modicum, ne deficiant in ſeruiendo; & hoc faciunt iam poſitis mẽſis, vel parũ ante; ita quod continuatione temporis tota debeat reputari vna menſa, non credo quod peccent: ſicut non peccant ſeruientes mediocrium perſonarum, qui ſurgunt de menſa dominorum vt vadant ad vinum, vel portent xenia, & reuertentes iterum comedunt. *Idem credo* dicendum de regularibus qui debent legere ad menſam in refectorio, quod dictum eſt de ſeruientibus nobilium, dum tamen hoc faciunt licentiati.

Iuuenes in ieiunijs debẽt ſtare iudicio prælatorum, ſicut infirmi & debiles arbitrio medici vel boni viri.

De nouitijs & iuuenibus, credo quod ſuper ſoluendo tenentur magis diſcretioni prælatorum ſuorum, aut diſpenſationi, quam proprio iudicio acquieſcere. *De mulieribus* prægnantibus & nutricibus, dic quod ſi timeatur probabiliter de periculo earum, ſi ieiunauerint, vel de fœtu in vtero, vel de puero ad vbera; non ſolum poſſunt, ſed etiam tenentur ſoluere ieiunium Pro quanta autem infirmitate, aut debilitate, ſolui poſſit ieiunium ab infirmis, & debilibus, arbitrio boni viri potius limitandum eſt, quam per aliquam doctrinam generalem diffiniendum.

Quo caſu ſuſpe-tenda eſt diſpenſatio ad ſoluendum ieiunium, & à quo.

Si quæratur vtrum petenda ſit diſpenſatio ſuper ſolutione ieiunij, dic: Si conſtat omnibus vicinis de cauſa propter quam ſoluendum eſt ieiunium, non eſt neceſſarium quod petatur licentia, aut diſpenſatio. Si autem dubium ſit, & illis à quibus ſoluendum eſt ieiunium, & alijs, vtrum ſubſit cauſa neceſſaria, petenda eſt diſpenſatio ab epiſcopo loci, ſi commode poſſit haberi copia eius, aut non timeatur de periculo ſi expectetur epiſcopus, alias ſufficit licentia vel diſpenſatio proprij ſacerdotis; auctoritate enim ſua non debet quis ſoluere huiuſmodi ieiunium. Si autem infirmo conſtat de ſufficientia cauſæ, ſed alijs non conſtat, ſed timet probabiliter quod alij ſcandalizentur ſi ſoluat ieiunium, petere debet licentiam, aliàs non tenetur.

Quod autem dicitur in canone de ieiunando in 4. feria & ſabbato, vel locale eſt, vel loquitur de conſilio & honeſtate, vel derogatum eſt ei per contrariam conſuetudinem. *De ieiunio* vj. feriæ, credo quod ſeruanda eſt conſuetudo illorum inter quos viuitur, cum videamus Ciſtercienſes, & pleroſque regulares non ſemper obſeruare illud ieiunium.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER DECIMVS.

De Crimine Homicidij.

Cap. I.

Quid homicidium & quotuplex.

EX *summa de caſi.* Dicto de criminibus quæ cõmittuntur principaliter in Deum, reſtat de his quæ ſpecialiter in proximum. Et primo de homicidio, quod inter cætera magis abhorret eccleſia. *Homicidium eſt hominis occiſio, ab homine facta.* Si enim à boue, vel cane, & huiuſmodi, non dicitur propriè homicidium. Eſt autem homicidium dictum, quaſi hominis cædiũ. Species homicidij ſunt plures, nam aliud ſpirituale, aliud corporale. *Spirituale* fit quinque modis, odiendo, detrahendo, male conſulendo, nocẽdo, victũ contrahendo: quodlibet iſtorũ eſt mortale. *Corporale* eſt quo homo occiditur corporaliter. Et hoc committitur dupliciter, ſcilicet lingua, vel facto. *Lingua* tribus modis, ſcilicet præcepto, conſilio, defenſione: quodlibet iſtorum ſimiliter eſt mortale. *Facto* quatuor modis, ſcilicet iuſtitia, neceſſitate, caſu, & voluntate, de quibus ſcilicet ſigillatim dicetur infra.

Qui interrogatus dicit ſuam ſentẽtiam quod non ſit peccatum talem vel talem interficere, non fit irregularis ſi alter inde interficiat, etiam ſi in ſua ſententia, errauit: aliud eſt ſi quis conſulat vt vertatur infirmus vt citius moriatur, ſequente effectu.

Ex ſumma fratris. V. Cum dicitur quod aliquis ſit homicida conſilio, intelligo de conſilio exhortationis, vel approbationis; non de conſilio ſimplicis opinionis, ſiue opinationis. Si enim alicui quærenti in genere, an liceret alicui Chriſtiano, clerico vel laico, Paganum occidere, non animo perſuadendi, ſed exponendi quid in hoc caſu ſentiret, hoc eſſe licitum reſponderet, non credo quod fieret irregularis, licet ille cui taliter reſpondiſſet Paganum poſtea interficeret, ex confidentia illius reſponſionis; licet etiam ille erraſſet in reſpondendo.

Pone quod aliqui cuſtodientes laborantem in extremis, de conſilio alicuius tranſuertant ipſum ſuper aliud latus, vt citius morereturꝰ nunquid ſunt irregulares? Reſpondeo: Si ex tali tranſlatione vel verſione citius moritur, quia forte præcluditur via anhelitus, A vel rumpitur apoſtema ex violentia motus, & ſic ſuffocatur cor ex ſanie ſuperinfluente, vel ex conſimilibus cauſis; irregularis eſt qui conſulit, & qui facit. Si autẽ non citius moritur, ex hac cauſa non incurritur irregularitas, ſed ſufficit pœnitere de peccato, & mala intentione. Nec eſt præſumendum, quod ſi huiuſmodi trãsuerſiones fiant ſecundum ſortilegium vetularum (ſicut quandoque faciunt ſecurim apponi ad caput morientis, vel alij aliud friuolum fieri, vt citius moriatur) virtutem huiuſmodi habeant hæc ſortilegia, agi tamen debet pœnitentia de peccato.

De pœnitentia diſt. 1. Ex epiſtola Clementis. Homicidiorũ tria genera dicebat eſſe beatus Petrus, & pœnam eorũ parilem, ſicut homicidas interfectores fratrum, ita detractores eorum, eoſque odientes homicidas eſſe manifeſtabat. *Item Auguſt.* Noli putare non eſſe homicidam, quando fratri tuo mala perſuades. Vt ſcias quia occidis, audi Pſalmiſtam dicentem: *Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum machera acuta, &c.* Homicidium lege vetitum putabatur non aliud eſſe niſi corporis peremptio. Aperuit ergo dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidij genere deputatum.

Vtrum occidere liceat alicui.

Cap. II.

Gratianus. Can. 23. q. 5. Quod autem nulli liceat aliquem occidere, illo præcepto probatur, quo dominus in lege homicidium prohibuit dicens: *Non occides.* Item in euangelio. *Omnis qui gladium acceperit, gladio peribit. Item Aug. Donato. c. vnum ſolum.* Ex occaſione terribilium iudicum & legum, ne eterni iudicij pœnas luant, corrigi eos cupimus, non necari; nec diſciplinam circa eos negligi volumus, nec ſupplicijs quibus digni ſunt coerceri. Sic ergo peccata eorum compeſce, vt ſint quos pœniteat peccaſſe. *Item Greg. Pap.* Reos ſanguinis defendat eccleſia, ne in effuſione ſanguinis particeps fiat. Hinc apparet, quod mali flagellis ſunt coercendi, non membrorum truncatione, vel corporali morte plectendi.

Sed obijcitur illud quod dixit dominus ad Moyſen. *Maleficos non patieris viuere.* Item. *Qui coierit cum iumento moriatur.* Item, adulterij & blaſphemiæ crimine notatus

tatus, immiſericorditer lapidari iubetur. Nonnulli etiam in veteri teſtament. inueniuntur malos trucidaſſe, nec tranſgreſſores legis, ſed defenſores appellantur.

Præceptū nō occides intelligitur de priuata authoritate.

Prohibetur ergo illo præcepto quiſque ſua auctoritate in necem alicuius armari, nón legis imperio reos morti tradere. Qui enim publica poteſtate functus, ipſius legis imperio malos perimit, nec illius præcepti tranſgreſſor, nec cœleſti patria alienus habetur. *Vnde Auguſt. ad Publicolam.* De occidendis hominibus, ne ab eis quiſque occidatur, non mihi placet conſilium; niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, aut pro ciuitate vbi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ.

De diuerſis cauſis occidendi.

CAP. III.

Homicidiū à iudice factum ex amore iuſtitiæ, iuris ordine ſeruato, non eſt peccatum.

EX *ſumma de ca.* Homicidium facto committitur (vt dictum eſt) quatuor modis, id eſt iuſtitia, voluntate, neceſſitate, caſu. *Iuſtitia* quidem, vt cum iudex vel miniſter, reum iuſtè condemnatum occidit. hoc homicidium, ſi fit ex liuore vel delectatione fundendi humanum ſanguinem, licet ille iuſtè occidatur, iſte tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam. Si vero fit ex amore iuſtitię, nec peccat iudex ipſum condemnando ad mortem, & præcipiendo miniſtro vt occidat eum, nec miniſter ſi iuſſus à iudice occidit condemnatum; peccaret tamen vterque mortaliter, ſi faceret iuris ordine non ſeruato.

Ca. 23. q. 5. Auguſt. cum homo ab homine occiditur, multum diſtat vtrum fiat nocendi cupiditate, an iniuſte aliquid auferendi, ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone: aut vlciſcendi, vel obediendi ordine; ſicut à iudice, ſicut à carnifice: Vel euadendi, vel ſubueniendi neceſſitate; ſicut quando interimitur latro à viatore, hoſtis à milite. Et aliquando qui cauſa mortis fuit, potius in culpa eſt, quam ille qui occidit: velut ſi quiſpiam decipiat fideiuſſorem ſuum, atque ille pro iſto ſupplicium legitimum luat. Nec tamen omnis qui cauſa alienæ mortis eſt, reus eſt: velut ſi ſtuprum quiſquis petat, ſeſeque ſi non impetrauerit interimat.

Non omnis qui alienæ mortis cauſa eſt, reus eſt. ſic enim eſſet ſceleri ſæpius conſentiendū, vindicta peccati tollenda, &c. ne reus ſe perimat.

Quid ſi filius, patris timens pia verba, præcipitio pereat? quid ſi alius homine liberato, vel ne alius liberetur, ſibiipſi mortem inferat? non propter iſtas alienarum mortium cauſas, aut ſceleri conſentiendum eſt; aut vindicta peccati, quæ non fit nocendi, ſed corrigendi ſtudio, aut etiam paterna verba tollenda, vel opera miſericordiæ cohibenda ſunt. hæc cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa ne accidant, rectè factorum reprimamus voluntatem.

De homicidio iuſtitiæ.

CAP. IV.

Quod liceat occidere ex amore iuſtitiæ multis authoritatibus probatur.

AVguſt. *vbi ſupra.* Miles cum obediens poteſtati, ſub qua legitime conſtitutus eſt, hominem occiderit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij: immo niſi fecerit, reus eſt imperij deſerti ac contempti. Quod ſi ſua ſponte, atque auctoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque vnde punitur ſi fecerit iniuſſus, inde punietur ſi non fecerit iuſſus.

Idem in queſtionibus Exodi. & habetur eadem vbi ſupra. Cum miniſter iudicis occidit eum quem iudex iuſſit occidi, profecto ſi id ſponte facit, homicida eſt, etiamſi eum occidat, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi.

Item ca. ſequen. Lex æterna, ideo medio quodam loco poſuit aliqua, vt in eis vſurpandis merito reprehendatur audacia, in exequendis iure laudetur obedientia. Abraham ſi ſpontaneus in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetur; at iubenti Deo obſecundans, famatus eſt.

Idem in quæſtionibus ſuper Math. Officia vindictæ poſſunt implere boni bono animo, quomodo iudex, quomodo lex. *Idem ad Macedonium.* Non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis, ius cognitoris, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam patris, habent iſta omnia modos ſuos, cauſas, rationes, vtilitates: hæc cum timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos viuunt.

Cum iuſtitia timetur mali coercentur & boni quieti inter malos viuunt.

Item Hieron. ſuper Hieremiam. Homicidas, & ſacrilegos, & fœnerarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium. *Item Auguſt. ad Lotharium.* Qui vitijs nutriendis parcit & fauet, ne contriſtet peccantium voluntatem, non tam eſt miſericors, quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet ne vulneratum doleat, vel extinctum.

Officium innocentis eſt non ſolum malum non agere ſed etiā illud cohibere.

Idem in lib. de ciu. Dei. Non eſt innocentiæ parcendo ſinere vt in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocentis officium, non ſolum nemini malum inferre, verumetiam cohibere peccata, vel punire peccatum, vt aut ipſe qui prius odio habebatur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo.

Item Vrbanus c. excommunicatorum. Non enim eos homicidas arbitramur, quos aduerſus excommunicatos, catholicæ zelo matris eccleſiæ ardentes, aliquos eorum trucidaſſe contigit. Ne tamen eiuſdem eccleſiæ matris diſciplina deſeratur, tenore quem diximus pœnitentiā in eis indicito congruentē, qua diuinæ ſimplicitatis oculos aduerſus ſe complacare valeant, ſi forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerunt. *Patet* ergo quod malos non ſolum flagellari, ſed etiam interfici licet.

Quod non ſolum per iudices, ſed etiam per populos plerunque ſit homicidium iuſtitiæ.

CAP. V.

Qui ſcientes excitantur à Deo ad interficiendū aliquos, non peccant. qui vero ex occulto Dei inſtinctu ipſis ignoto id faciunt peccāt, quia non habent iuſtam cauſam cur id faciant.

GRatianus *vbi ſupra. in cap. remittuntur.* Sed quæritur, ſi contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam poteſtatem, an ſint rei effuſi ſanguinis hi per quos puniuntur? *De his itaque ſcribit Ambroſ.* Remittuntur peccata per Dei verbum, cuius Leuites interpres, & quidem executor eſt. Puniuntur peccata per homines ſicut per iudices, qui poteſtate ad tempus vtuntur. Puniuntur quoque peccata etiam per populos (ſicut legimus) quia ſæpe ab alienigenis Dei iuſſu excitatis, propter diuinæ maieſtatis offenſam, ſubactus eſt populus Iudæorum.

Gratianus. Hinc notandum eſt, quod aliquando punit Deus peccata per neſcientes; ſicut per Sennacherib, per Nabuchodonoſor, & per Antiochum, & per principes Romanorum, & per nonnullos reges gentilium, populum Iſraeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Per ſcientes peccata puniuntur, ſicut per filios Iſrael voluit peccata punire Amorrhęorum, & Chananæorum, & aliarum gentium, quarum terram Iſraeliticis poſſidendam dedit; quibus etiam præcepit, vt nemini eorum parcerent, ſed omnes morti traderent.

Cum igitur ſic diuino iuſſu ad puniendum peccata, populi excitantur, ſicut populus ille Iudaicus excitatus ad occupandam terram promiſſionis, & ad delendas gentes peccatrices, ſine culpa noxius ſanguis effunditur, & quæ ab eis male poſſidentur, in ius & dominium ritè tranſeunt bonorum.

Cum vero occulto inſtinctu aliqui mouentur ad perſe-

perſequendum malos, ſicut Sennacherib, & cæteri qui populum delinquentem perſecuti ſunt; licet occulto inſtinctu operante, illorum meritis excitentur ad perſequendum: tamen quia praua intentione, non peccata delinquentium punire, ſed illorum bona rapere, vel ſuæ ditioni ſubiicere quærunt, non ſunt immunes à crimine. V

Apparet ergo quod aliquando per populos diuino nutu excitatos, mali pro peccatis non ſolum flagellantur, ſed ritè etiam perduntur. Nec eſt contrarium illud Auguſt. ad Marcellinum, qui pro circumcellionibus ſupplicans, rogabat vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim ſupplicando ſpatium vitæ eis ſeruare popoſcit, non tamen legum ſeueritatem (qua tales morte plectuntur) non obſeruandam docuit.

Quilibet ſecundum leges poteſt occidere depopulatorem nocturnum, & vias publicas obſidentem.

Ex libello de actionibus. Præterea ſecundum l. communiter omnibus indultum eſt impune illum occidere, qui nocturnus ad agros intrauit, vel qui itinera frequentata inſidijs aggreſſionis obſederit; quippe nemo debet parcere militi, cui obuiare oporteat vt latroni. B

De homicidio neceſſitatis.

CAP. VI.

Qui occidit alium in ineuitabili neceſſitate ob ſui vel rerũ ſuarum defenſionem, non peccat; ſecus ſi non ſit talis neceſſitas; vel qui interficit ſit clericus, et ob res temporales id faciat directe vt recuperet.

EX *ſumma de ca.* Neceſſitate perpetratur homicidium, in ſui vel rerum ſuarum defenſione. Sed hic diſtingue. Quia aut illa neceſſitas fuit euitabilis; poterat enim euadere abſque occiſione, & tunc eſt reus homicidij: Aut fuit ineuitabilis, quia occidit hominem ſine odij meditatione, immo cum dolore animi, ſe & ſua liberando, cum aliter non poterat euadere: Hic dicitur non peccare, nec aſtringi debet ad pœnitentiam, niſi ad cautelam, & propter ambiguum duplicitatis. Interiorem tamen pœnitentiam debet ſemper habere, & quaſi ſuis peccatis aſcribere, quod in tantam potuit venire neceſſitatem. Bonarum enim mentium eſt, ibi culpas ſuas cognoſcere, vbi culpa non eſt. C

Ex ſumma fratris V. Quod dicit ſe & ſua liberando, hoc licet indubiè laico, qui poteſt patriam & res ſuas armis tueri, & præuenire in feriendo. Sed nunquid licet clerico propter res ſuas temporales aliquem occidere? *Reſpondeo*, non, ſicut notauit Lau. *extra. de homi. ſuſcepimus.* vbi dixit, quod licet clericus latronem poſſit capere, vt res ſuas recuperet, non tamen ligare aut tenere, cum res ſuas alias habere poſſit: vbi irregularis iudicatur quidam, qui captos à ſe & ſocio ſuo latrones ligauit, quos ſocius eius ligatos poſtmodum interfecit, timens ne ab eis interficeretur. D

Licet etiam clericis & Religioſis vim vi repellere in cõtinenti cum moderamine, vt ſua defendant; ſed vt recuperent iam captã debent interficere.

Sed nunquid fratribus prædicatoribus, aut minoribus, vel alijs regularibus licet ſua defendere, cum aliquis vult eos ſpoliare? *Reſpondeo:* Cuilibet vim vi repellere licet in continenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, animo defendendi, non vlciſcendi, niſi huiuſmodi viri renunciauerint per votum, obligando ſe ad oppoſitum, vel alio modo ad hoc teneantur.

Dixerunt tamen quidam, quod non repercutere eſt præceptum perfectis, imperfectis conſilium. Sed qui debeant dici perfecti quantum ad hoc, non eſt determinatum. H. tamen notauit *di. 1. ius naturale*, quod E mortaliter peccat qui aliquo modo repercutit, niſi hoc faciat auctoritate iudicis. Et quod dicitur, quod vim vi licet repellere, id eſt remouere, non repercutiendo, ſed opponendo aliquod obſtaculum brachij, vel manus, vel alterius rei: Sed hæc opinio nimis dura eſt, & ideo non tenenda.

Adhuc de eodem.

CAP. VII.

IVſtinianus *inſtitutionum. lib. 4.* Qui latronem occidit, non tenetur, ſi aliter periculum effugere non poteſt. *Extra. 5. de homicidio. Ex pœnitentiali Romano.* Interfeciſti furem vel latronem, vbi deprehendi poterat ſine occiſione, quia ad imaginem Dei creatus eſt, 40. dies non intres Eccleſiam, & lanea veſte indutus, ab eſcis & potibus qui interdicti ſunt, atque thoro, gladio, equitatu, per illos ſupradictos dies abſtineas. In tertia autem & quinta feria & ſabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & paruis piſciculis, cum mediocri ceruiſia vtere temperata. Si autem ſine odij meditatione, te tuaque liberando, huiuſmodi diaboli membra interfeciſti (ſecundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) ſi aliqua die ieiunare volueris, bonum tibi eſt, & eleemoſynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur, tamen quamdiu viuet pœnitentiam agat.

Culpatur occidens furem ſine neceſſitate, & presbyter cum neceſſitate.

Auguſt. ſuper Exod. Si perfodiens domum inuentus fuerit fur, & percuſſus fuerit mortuus, non eſt illi homicidium imputandum. Si autem oriatur ſol ſuper eum, reus erit *Intelligitur* ergo non pertinere ad homicidiũ, ſi fur nocturnus occidatur. Si autem diurnus, ad homicidiũ pertinet: quia poterat diſcernere, quod ad furandum, non ad occidendũ veniſſet, & ideo non debet occidi.

Nocturnus fur poteſt occidi nõ diurnus niſi in neceſſitate.

Inno. 3. c. ſignificaſti. Si vero (quemadmodum perhibetur) ſacerdos iſte prius ab illo percuſſus ſacrilego, mox eum in capite cum ligone repercuſſit: quamuis vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittant: quia tamen id fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ debet, non ad conſummandam vindictam, ſed ad iniuriam propellandam, non videtur à pœna homicidij penitus excuſari; tum ratione inſtrumenti cum quo percuſſit, quod cum graue ſit, non ſolet leuem plagam inferre; tum ratione partis in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis læthaliter ſolet lædi.

Culpatur ſacerdos repercutiens ſine moderamine.

Honorius 3. ca. petitio tua. Cum inimici dominicæ crucis ad blaſphemiam nominis Chriſtiani, caſtrum quoddam in quo morabaris grauiter inuaſiſſent, exeũtibus inde habitatoribus, tam clericis quam laicis contra eos, & inuicem confligentibus, hinc inde occiſi plurimi extiterunt. Vnde ſi de interfectione alicuius in illo conflictu tua conſcientia te remordet, à miniſterio altaris te abſtineas reuerenter, cum ſit conſultius in huiuſmodi dubio abſtinere, quam temere celebrare.

Qualiter & quibus liceat vim vi repellere.

CAP. VIII.

EX *ſumma de ca.* Sciendum vero quod de iure naturali cuique licitum eſt vim vi repellere in continenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ. Dicunt quidam, quod nulli licet vim vi repellere repercutiendo, ſed tantum impediendo. Alij dicunt quod laicis licet repercutere, clericis non. Tertij dicunt, quod non ſolum laicis, ſed etiam clericis licet reper cutere. Diſtinguitur tamen, quia aut vis infertur perſonæ, aut rebus.

Si perſonæ, tunc eſt vis repellenda priuſquam ſit illata (licet quidam dixerint quod nullus debet repellere vim niſi illatam) immo dicit lex quod licitum eſt occidere inſidiantem, & eum qui vult occidere, quod intelligo ſi aliter non poteſt quis manus inſidiantis euadere. Si autem quis poſt vim illatam perſonæ repercutiat, ſi facit hoc in continenti, id eſt cum videt illum paratum denuo percutere, non tenetur aliquo modo. Alias ſi nolebat denuo percutere, & aliter repercuſſerit, tenetur, quia hæc non eſt repulſio iniu-

Quando vis infertur perſonæ licet illã repellere antequam ſit illata, ſi quis non poſſit aliter euadere, quinetiã poſt ſi inferens perſeueret.

riæ

riæ, ſed vindicta, quæ prohibita eſt omnibus, & maximè clericis. Requiritur ergo quod defendendo ſe repercutiat, non vlciſcendo.

Quid ſit ſe defendere cũ moderamine.

Item requiritur, vt & cum moderamine ſe defendat. Moderamen intelligo, vt ſi vis inferatur cum armis, cum armis repellatur, alias ſine armis. Circa hoc tamen conſidera qualitatem perſonæ, vt interdum paruus vel debilis poſſit ſe defendere armis contra magnum vel fortem, pugno eleuato venientem. Si quis tamen moderamen excedit, & non ex propoſito, non tenetur niſi ad cautelam; ſi ex propoſito, tenetur. In hoc tamen vltimo verbo, quantum ad ſententiam excommunicationis concordo cum eis, vt ſi aliquis defendendo ſe contra clericum exceſſit modũ, incidit in excommunicationem, ſi illud fecit ex propoſito, alias non; ſed quantum ad aliam ſatisfactionem ſi exceſſit, vel etiam quantum ad pœnitentiam & irregularitatem, ſi forte propter illam repercuſſionem mors ſecuta eſt, tutius credo quod teneatur, habita tamen conſideratione ad propoſitum, & non propoſitum.

Qui excedit moderamen citra intentionem, tenetur nihilominus ad ſatisfactionem licet non ad tantam.

Si autem vis inferatur rebus, & illatam & inferendã licitum eſt repellere, ſed potius illatam, dum tamen in continenti, & quam cito ſcit vim illatam, priuſquam diuertat ad contrarium actum. Et ſi fortè dum ille vult expellere ſic hoſtem de poſſeſſione ſua, quam iniuſtè & male occupauerat, aliqui vulnerentur vel occidantur, credo quod teneatur ſecundum modum poſitum ſupra in defenſione perſonæ: & hoc intellige de imperfectis, perfectis tamen non licet repercutere, quod oſtẽdit Dominus dicẽs: *Si quis te percuſſit, &c.* Item Apoſtolus ad Rom. *Non vos defendentes chariſſimi*. Poſſunt tamen increpare iniuriantem, exemplo Domini dum percuteretur in facie. *Si male locutus ſum, &c.* Item Apoſtolus. *Percutiat te Deus paries dealbate.* Item petere poſſunt iudicium exemplo Apoſtoli. Item ſumere poſſunt perſecutionem. Vnde: *Si perſecuti vos fuerint, &c.*

Quo ſenſu dicitur non licere perfectis repercutere.

Frater V. Cum multiplex ſit perfectio, id eſt perfectio ſufficientiæ, ordinis, prelationis, religionis, & alię, credo quod hoc debet intelligi de ſolis illis, qui per votum, vel præceptum, vel conſtitutionem, obligati ſunt ad non repercutiendum, quales fuerunt Apoſtoli & diſcipuli in primitiua Eccleſia, qui ad non repercutiendum ex inſtitutione Domini tenebantur; cum per ſanguinem martyrum, propaganda & fęcundanda erat Eccleſia.

Nota.

Ex Co. lib. 8. Poſſeſſionem iam vi ablatam, in continenti & in eadem concertatione, armis recuperare permiſſum eſt, cum eum qui cum armis venit, poſſimus armis repellere.

De inhibitione vindictæ.

CAP. IX.

Quod mali ſint tolerandi multis authoritatibus conuincitur.

GRatianus *Can. 23. quæſt. 4. in principio.* Quod autem vindicta inferenda non ſit, multis modis probatur. Mali enim tolerandi ſunt, non abijciendi; increpatione feriendi, non corporaliter expellendi. *Vnde Auguſt. ait de verbis Domini.* Tolerandi ſunt quidem mali pro pace, ne corporaliter ab eis recedatur. Sed ſpiritualiter exire, eſt facere quod pertinet ad correctionem, quantum licet pro gradu cuiuſque pace ſalua. Diſplicere eſt non tangere. Non enim prophetæ qui hoc dicebant, populum ſuum dimiſerunt, ſed inter eos habitabant quos increpabant, vnum templum cum eis intrabant, eadem ſacramenta celebrabant. Hoc ergo eſt exire, ore non parcere. Hoc eſt immundum non tangere voluntati malæ non conſentire. *Idem.* Tu bonus tolera malum, nam & Chriſtus Iudam, cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prædicandum miſit, eique cum alijs Euchariſtiam dedit.

Quis dicendus pacificus

Idem in lib. 2. contra Parmenianum. Quiſquis, vel quod poteſt arguendo corrigit, vel quod corrigere non poteſt, ſaluo pacis vinculo excludit: Vel quod ſaluo pacis vinculo excludere non poteſt, æquitate improbat, firmitate ſupportat; hic eſt pacificus: *Idem in ſermone de verbis Euangelij.* Aut malis ſemper corde diſiungimini, ad tempus cautè corpore copulamini. Duobus modis te non maculat malus; ſi non conſentias, ſi redarguas: neque ergo conſentientes ſitis malis, vt approbetis; neque negligentes, vt non arguatis; neque ſuperbientes, vt inſultantes arguatis.

Sex differentiæ reddentium.

Ibidem q. 4. Aug. in expoſitione Pſalmi. 108 *aut.* Sex differentiæ ſunt: Reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; hæc bonorum ſunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis; hæc duo malorum ſunt, ſed poſterius deterius: Reddere bona pro bonis, & mala pro malis; hæc duo mediocrium ſunt; prius propinquum bonis, quod Chriſtus non arguit, ſed plus oportere dicit, quia etiam Ethnici hoc faciunt: Poſterius propinquum malis, conuenit tamen & bonis. vnde & lex modum vltionis ſtatuit, oculum pro oculo, quæ ſi dici poteſt, iniuſtorum eſt iuſtitia; non quia iniqua eſt vltio quam lex ſtatuit, ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcendi, magiſque ad iudicem pertinet hoc inter homines decernere, quàm ad bonum hominem ſibi expetere: hic enim malum pro malo redderet; Iudex vero non, ſi delectatione iuſtitiæ iuſtum pro iniuſto reddat, quod eſt bonum pro malo, quod & Deus iudex facit.

Tria ſunt perſonarum genera, ſ. paſtor, mercenarius & latro.

Gratianus ibidem q. 4. Eſt & alia diſtinctio tolerandorum & cauendorum, quam ex verbis *Augu.* licet colligere dicentis. Tres perſonas dixit Dominus (& debemus illas inueſtigare) in Euangelio, paſtoris, mercenarij & furis. Paſtorem dixit ponere animam ſuam pro ouibus ſuis, & intrare per ianuam. Furem dixit & latronem aſcendere per aliam partem. Mercenarium dixit fugere ſi videat lupum vel furem. Si inuenerimus tres iſtas perſonas, inuenit ſanctitas veſtra quos diligatis, quos toleretis, quos caueatis. Diligendus eſt paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro.

Malorũ vindicta Deo reſeruanda eſt.

Item Gregor. Hæc autem vita, quæ inter cælum & terram, vel infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarumque partium ciues communiter recipit. Quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intoleratiam teſtis eſt, quia bonus non eſt. Abel enim eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet. *Ex his* omnibus colligitur quod malorum vindicta reſeruanda eſt Deo, nec corporaliter ſunt puniendi, ſed crebra admonitione, & charitatis beneficio, ad correctionem inuitandi.

Quando Crimina punire oporteat, & quando tolerare.

CAP. V.

Crimina eorum qui non ſunt noſtri iuris vel qui non poſſunt probari, non ſunt puniendi.

GRatianus *ſupra eadem quæſt. 4. cum in lege.* His ita reſpondetur. Sunt quædam quæ ſalubri tantum admonitione ſunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda, ſed eorum vindicta diuino examini tantum eſt reſeruanda; Quando in delinquentes ſcilicet diſciplinam exercere non poſſumus, vel quia non ſunt noſtri iuris, vel quia illorum crimina, etſi nobis nota ſint, tamen manifeſtis indicijs probari non poſſunt. De his qui non ſunt noſtri iuris ait Apoſtolus in prima epiſtola ad Corinth. *Quid enim mihi attinet de his qui foris ſunt iudicare, de his dominus iudicabit.* Quod exponens Auguſtinus ait. *Infideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi colloquium eorum vitamus, & conuictum: Vnde & dominus cum Publicanis & peccatoribus manducauit & bibit. In his vero qui intus ſunt, id eſt infidelibus, putredo reſecanda eſt.* Hinc etiam cum Propheta diceret: *Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus:* Exponendo addit Augu. *Ab his qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplina exerceri.*

Item quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalua pace eccleſię, mala puniri poſsũt, tolerãda ſunt potius,

quam

Peccata multitudinis quæ ſine violata pace eccleſiæ puniri nequeunt ſunt tolerãda, vti etiam quæ in nos fiunt.

quam violata pace eccleſiæ, mala punienda. Secus vero quando ſalua pace eccleſiæ fieri poſſunt, in quo tamen diſcretio eſt adhibenda. Aliquando enim delinquentium multitudo, diu per patientiam ad pœnitentiam eſt expectanda. Aliquando eſt in paucis puniendа, vt eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Item peccata quæ in Deum vel proximum committuntur, à nobis punienda ſunt. Ea vero quibus in nos delinquitur, patienter toleranda, vel potius diſſimulanda ſunt. Quod autem peccatum populi in paucis puniendum ſit, Moyſes exemplo docuit, qui peccatum idolatriæ in paucos cultores vituli vindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in præſenti ſalubriter, & in poſterum diſciplinam ſanciens.

Quod vero peccata quæ publicis indiciis non deferuntur, punienda non ſunt, illo exemplo probatur, quo Chriſtus qui Iudam ſolus furem nouerat, nõ abieciſſe, ſed patienter toleraſſe aſſeritur. Similiter non eſt ferenda ſententia, quando multitudo eſt in cauſa. vel quãdo ille qui peccat, ſociam habet multitudinẽ. *Vnde Aug. in li. 2. contra epiſtolam Parmeniani.* Nõ poteſt eſſe ſalubris à multis correctio, niſi cum ille corripitur, qui non habet ſociam multitudinem. cum idem vero morbus plurimos occupauerit, nihil aliud boni reſtat quam dolor & gemitus, vt per illud ſignũ quod Ezechieli ſancto reuelatur, illi ſic euadere ab eorum vaſtatione mereãtur. Reuera cum contagio peccandi multitudinem inuaſerit, diuinæ diſciplinę ſeuera miſericordia neceſſaria eſt.

Impœnitẽtibus & in malo obſtinatis non eſt miſericordia impendenda.

Gratianus. Porro ſicut pœnitentibus miſericordes eſſe iubemur, ſic impœnitentibus (vt dictum eſt) & obſtinatis in malo, miſericordiam impendere prohibemur. *Vnde Ambro. in li. de of.* Eſt iniuſta miſericordia, de qua in lege ſcriptum eſt de quodam. Non miſereberis illius. Et in libris Regum legitur, Quia Saul contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem, quem prohibuerat diuina ſententia ſeruari. Ita ſi quis latronem filijs deprecãtibus motus, & lachrymis coniugis inflexus, abſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpiret affectus nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Nonne cum vni indulget indigno, ad prolapſionis contagium prouocat vniuerſos? facilitas. enim veniæ tribuit incentiuum delinquendi. Item ad illud euangelij quod obijcitur: Qui gladio vſus fuit, gladio cadet, Aug. in li. contra Manicheos reſpondet, ita dicens: Ille gladium accipit, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur.

Solutio obiect.

Quo animo liceat malos proſequi vel puniri

CAP. XI.

Auguſti. in li. pſalmorum. Duo iſta nomina cum dicimus, *Homo, Peccator*, non vtique fruſtra dicuntur: quia peccator eſt corripe, & quia homo miſerere. Nec omnino liberabis hominem, niſi cum perſecutus fueris peccatorem. Item nulli homini claudendenda eſt miſericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda; perſequamur in eis propriam iniquitatem, miſeramur communem naturam.

Eccleſia quoſdam peccatores licite perſequitur & punit.

Gratianus in c. ille gladium. Porro illud Hiero. quo eccleſiã negatur aliquem perſequi, non ita generaliter intelligendum eſt, vt etiam nullum perſequatur. Nõ enim omnis perſecutio culpabilis eſt, ſed rationabiliter hæreticos perſequimur, ſicut & Chriſtus corporaliter eſt perſecutus eos, quos de templo expulit. *Vnde Aug. ait. Vincentio Donatiſtę.* Non omnis qui parcit amicus eſt, nec omnis qui verberat inimicus. Putas neminem debere cogi ad iuſtitiam, cum legas patrem familias dixiſſe ſeruis, Quoſcunq; inueneritis cogite intrare. Cum legas etiam ipſum primo Saulum, poſtea Paulum, ad veritatem cognoſcendam & tenendam, magna violentia Chriſti cogentis eſſe compulſum. Item ſi ſemper eſſet culpabile perſecutionem facere, non ſcriptum eſſet in ſanctis libris, *Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar.* Aliquãdo ergo & qui eam patitur iniuſtus eſt, & qui eam facit iuſtus eſt, ſed plane ſępe, & mali perſecuti ſunt bonos, & boni malos; illi nocendo per iniuſtitiam, iſti conſulendo per diſciplinam: Illi immaniter, iſti temperanter; illi ſeruientes cupiditati, iſti charitati. Nam qui trucidat, non conſiderat quemadmodum ſecet, ſicut qui curat; ille enim perſequitur ſanitatem, iſte putredinem. Traditi ſunt Apoſtoli ab hominibus humanæ poteſtati; tradiderunt Apoſtoli homines poteſtati ſathanæ. Idem Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & patet indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & permittant perire, iſta potius falſa manſuetudo eſt crudelitas.

Paulus ad fidem fuit à Chriſto violenter compulſus.

De Homicidio caſuali.

CAP. XII.

Ex ſumma de ca. Homicidium caſu perpetratur, vt cum aliquis proiicit lapidem ad auem, vel aliàs, & alius tranſiliens ex inſperato, percutitur & moritur; vel incidit arborem, & caſu arboris aliquis opprimitur, & ſimilia. Sed hic diſtingue, quod aut dabat operam illicitæ rei, aut licitæ; vtputa proijciebat lapidem verſus loca vbi conſueuerunt homines tranſitum facere, vel dum furabatur bouem vel equum, aliquis à boue vel equo percuſſus eſt, & ſimilia; hoc imputatur ei. 15. *q.* 1. *parag. vt itaque. Frater Guilhelmus Rodon.* Ibi dicitur, quod cæcus ſi credens reddere ſe debitum vxori ſuæ, alienam polluit, non eſt reus adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione, iaculum mittens alium perimat (quia hoc ab eo debet eſſe penitus alienum) homicidij reus habetur.

Homicidiũ caſuale imputatur ei qui dat operã rei illicitæ, ſed non qui rei licitæ, modo adhibuit diligẽtiã debitam.

Frater Raymundus. Si vero licitæ rei dabat operam, vt quia magiſter cauſa diſciplinæ verberabat diſcipulum, vel deponebat aliquis fœnum de curru, vel arborem propriam ſibi neceſſariam incidebat, & ſimilia: Hic ſi adhibuit diligentiam quam potuit, videli cet reſpiciendo & proclamando, non nimis tarde vel demiſſe, ſed tempore congruo, & altè, ita quod ſi aliquis erat ibi, vel veniebat, poterat fugere & cauere ſibi; vel magiſter non excedendo modum in verberando diſcipulum, non imputatur ei. Aliàs ſi dabat operam rei licitæ, & nõ adhibuit diligentiam debitam: (vt dictum eſt imputatur ei.

Iuſti. iuſti. li. 4. Reus homicidij non tenetur qui caſu occidit, ſi modo culpa eius nulla inuenitur. *Qui* ramos de arbore, vel lapides de muro deijcit, & tranſeuntem aliquem occidit, ſi non præclamauit, vt caſus euitari poſſet, reus eſt; ſi præclamauit, & ille cauere noluerit, tunc extra culpam eſt. Si medicus vulneratum male ſecuit, vel perperam medicamentum infirmo dedit, & ob id ille mortuus eſt, reus eſt. Similiter ſi poſtquam illum ſecuit, curationem dereliquit, & ob id ille mortuus eſt, reus eſt. Si quis impetu mularum, quas mulio propter imperitiam retinere neſciuit, vel propter infirmitatem non potuit, cum alius firmior eas retinere potuiſſet, mortuus fuerit, reus eſt qui mulam ducit. Similiter ille, qui dum equo vehitur, impetum eius retinere vel neſcit, vel nequit, reus eſt homicidij.

Exempla in quibus quis iudicatur homicidij reus quantum ad irregularitatem.

Extra. 5. de homicidio. Alexand. 3. Presbyterum, qui quendam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, cum per paucos dies expiraſſet, tam ab omni altaris officio debes perpetuo remouere, quam à ſacerdotali miniſterio deponere, ſi ex ea percuſſione interijt, vel aliam infirmitatem incurrit, de qua noſcatur expiraſſe.

Alia exempla.

Idem. c. continebatur. Cum clerici à vineis eccleſiæ, opere conſummato rediret, leuiandi laboris gratia, quendam ludum initiati viatorum, baculos ſuos ſtudebant iacere in directum, & alter alterius ferire baculum;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

culũ; cuius ludi ſolet eſſe cõditio, vt qui alterius baculum percuteret, quaſi victor pro equo alio vteretur: ſed præfati clerici equitandi licentia non vtentes, ſola erant iactatione contenti. Quidam autem laicus dum baculum diaconi percuſſiſſet, incautus eum equitaturus inſilijt, & ſic à falce ipſius diaconi qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo expirauit. Ideoq; man. quate. eundem diaconum ſine licentia Ro. Pon. ad ſuperiorem gradum aſcendere, vel in diaconatus officio nullo vnquam tempore miniſtrare permittas, ſed eum diſpenſatiuè in ſubd. officio miniſtrare patiaris.

Caſus quo quis excuſatur.

Idem. P. clericus nobis propoſuit; quod cum caſu cum quodam clerico luderet, proiecit eum ad terram, & eius cultellus quem ad latus ſuum habebat, in alterum incidit, & fortuito incubuit vulneratus. *Ideoque mandamus*, quatenus ſi res ita ſe habeat, & alia cauſa iuſta non impediat, prædictum P. liberè permittas ad ſacros ordines promoueri.

Aliud exemplum.

Clemens 3. c. ad audientiam. Cum quidam presbyter, volens corrigere quendam de familia ſua, cingulo verberare tentaſſet, cultellus de vagina qui cingulo adherebat, elapſus, eum dorſo aliquantulum vulnerauit. Poſtmodum vero cum ille conualuiſſet à vulnere, graviori (vt dicitur) infirmitate percuſſus, viam vni uerſæ carnis eſt ingreſſus. Quia vero vtrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium habetur, cum in dubijs ſemitam eligere debeamus tutiorem; Presbyter in ſacris ordinibus non miniſtret; iniũcta tamen pœnitentia congruenti, poteris concedere vt minoribus ordinibus ſit contentus.

Adhuc de eodem.

Cap. XIII.

Exempla in quibus non imputatur homicidium caſuale ad irregularitatem.

Innocentius. 3. Dilectus filius A. capellanus propoſuit, quod cum quadam corporis moleſtia grauaretur, vt comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum quem nutriebat aſcendit, qui cum bene non pareret habenis, ſed præter ſeſſoris arbitrium ſaltibus laſciuiret, ipſe, vt eius refrænaret impetum, freno vim intulit, equumque calcaribus ſtimulauit, cumque fracto freno equus proprio arbitrio relictus curreret, mulier infantem baiulans obuiauit, in quam equus irruens procul abiecto ſeſſore, puerum prædictum oppreſſit. Man. quatenus, cum nec actu homicidium perpetrauit, nec dederit operam rei illicitæ, non impedias quo minus diuina poſſit celebrare officia.

Idem. Cum H. presbyter fænum vellet de curru deponere, perticam ſuperius alligatam proiecit in terram, & cum fæno inſiſteret deponendo quendam puerum reperit ſemiuiuum, in quo prætet modicum liuoris in fronte, nihil inueniri potuit laſionis. Nos autem ab eodem quæſiuimus ſacedote, ſi priuſquam iaceret perticam circumſpexit ſolicite, vtrum aliquis eſſet circa currum: qui quod diligenter aſpexit aſſeruit, ſed quod audiſſet vel vidiſſet aliquem denegauit. Man. qua. ſi res ita ſe habet, niſi contra eundem graue ſcandalum ſit exortum, vel tanta laboret infamia, quod deficiente accuſatore oporteat ei canonicam purgationem indici, ipſum libere permittas officium exequi ſacerdotis.

Idem. Monachus ad deponẽdam de campalini campanam ſubſeruiens, quia lignum corruit ipſo mouente, & quendam oppreſſit puerum: Man. qua. ſi rem agebat vtilem & neceſſariam, & in loco per quem aliquem tranſire non crederet, vel ibidem conſiſtere, vel illic de conſuetudine venire, quando lignum mouiſſe dignoſcitur, ſatis poteſt, præſertim in monaſterio, ad altiores ordines promoueri. Quidam ſcholaris de ſtrato conſurgens furem reperit, qui ipſum penè ad mortem vulnerauit. Mane itaque facto, ſcholares latronem quæſierunt, inuentumque poteſtati Vincentiæ tradiderunt. Poteſtas ad eundem ſcholarem nuncios deſtinauit, vt exponeret ſi quæ ſciret de fure prædicto, vel interſignia traderet. Qui cultrum quem ipſe latroni abſtulerat, & ſotulares ab eodem in ipſius domo dimiſſos (quos abſtraxerat ne pedum ſtrepitus audirentur) nuncijs tradidit. Poteſtas igitur receptis talibus inſignijs, latronem apparitoribus tradidit puniendum; qui ſibi amputauerunt virilia, & oculos eruerunt. latro ira & dolore commotus, nec potum ſumpſit, nec cibum; & ſic de medio eſt ſublatus. Reſpondemus quod ſi præfatus ſcholaris dignis meritis adiuuatur, propter præſcriptum euentum à ſuſceptione ſacrorum ordinum nullatenus eſt arcendus. *Nota.*

Idem. Quidam presbyter, mulierem prægnantem, & quæ aſſereebat ſe concepiſſe ex eo, per zonam arripuit, quaſi ludens: ipſa vero per hoc ſic ſe aſſeruit læſam, quod occaſione huiuſmodi abortiuit. Reſpondemus, quod ſi nondum erat viuificatus conceptus, miniſtrare poterit; alioquin debet ab altatis officio abſtinere. *Honorius 3.* Iohannes ſacerdos humili nobis inſinuatione monſtrauit, quod cum pulſaret campanas, cadens tintinabulum percuſſit quendam puerum, & occidit. Nos igitur attendentes quod dicto ſacerdoti, qui dabat operam rei licitæ, nihil potuit imputari, ſi caſus omnes fortuitos non præuidit. Diſcretioni v. man. q. ſi conſtiterit ita eſſe, dictum ſacerdotem ſacerdotale officium exequi permittatis *Aug.* Abſit vt ea quæ propter bonum & licitum facimus, ſi quid per hoc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.

Ex ſumma fratris V. Quid ſi aliquis impellit me in alium, vel alium in me, & ille moritur, nunquid teneor? Item aliquis vult me percutere, & dum declino ictum, percutit alium, & moritur. Item aliquis ferit vngulam equi, ille qui eſt in quo cadit & moritur, nunquid in his caſibus incurrit irregularitatem ille, prꝛeter cuius voluntatem homicidium accidit? Reſponde. Notauit H. ſæpe quod non, niſi fuerit in fraude quantum ad prædictos caſus; vel in culpa, quantum ad vltimum. *Nota.*

De Medicis indiſcretis

Cap. XIV.

Medici & chirurgi qui debile ſuum officium exequuntur poſſunt ad ordines promoueri, modo relinquant ſuũ officium exceptis quibuſdam caſibus.

Ex ſumma de ca. Quid de Phiſicis Chirurgicis. Dic quod ſi periti erant in arte phyſica. vel chirurgia, & nihil omiſerunt ſecundum artem de contingentibus, & habent ſuper hoc probabiliter ſerenam conſcientiam, potuerint promoueri, alias non. Hic etiam nota, quod operari de phyſica non licet clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vel etiam in minoribus, dum tamen ſint ſufficienter beneficiati, niſi gratis ac miſerabilibus perſonis, vel ſuis conſanguineis; nec etiam tunc ſi poſſet ibi eſſe periculum, quod longe ſtrictius eſt in clauſtralibus obſeruandum. Officium autem chirurgiæ, quæ aduſtionem vel abſciſſionem inducat, eſt ſine omni exceptione talibus interdictum.

Nota caſum

Extra. 5. de homicidio. Inno. 3. Quæſiuiſti quid ſit de monacho ſentiendum, qui credens ſe quãdam mulierem à gutturis timore curare, vt chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit, & mulieri præcepit ne ſe vento exponeret vllo modo, ne forte ſubintrans gutturis apertionem, ſibi inferret cauſam mortis. Sed mulier eius mandato contempto, dum meſſes colligeret, vento expoſuit ſe incautè, & perijt. Reſpondemus, quod licet deliquerit, alienum officium vſurpando, quod ſibi minime congruebat; ſi tamen cauſa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnemque ſtuduit quam debuit diligentiam adhibere, non eſt ex eo, quod per culpam mulieris contra conſilium eius accidit, adeo reprobandus, quod non poſt ſatisfactionem condignam, cum eo miſericorditer agi poſſit, vt diuina valeat celebrare; alioquin interdicta eſt ei ſacerdotalis or-

lis ordinis executio ex rigore.

Ex ſum. fratr. V. Quid de illo, qui aliquē phlebotomat aut ſecat, & inde moritur. Reſpondeo, ſi peritus eſt, & adhibet omnem diligentiam quā debet, non tenetur in aliquo: quia potius caſu & culpa phlebotomati vel medicinati ſiue ſecti euenisſe mors præſumitur, *ar. 23. q. 3. de occidendis.*

De Cuſtodibus infirmorum negligentibus, vel indiſcretis,

CAP. XV.

QVid de illis, qui poſt mortem illorum quos cuſtodierunt infirmantes ſcrupuloſam habent conſcientiam de morte illorum, pro eo quod ad petitionem eorum vocauerunt minutorem, qui minuit eis; vel dederunt eis vinum, vel carnes; aut nimis coarctauerunt eos ad prouocandum ſudorem, vel ſeruandum; vel cum debuerunt ſeruare eos, dimiſerunt, & ſic biberunt vinum, vel diſcooperientes ſe & exeũtes de lecto; vel cum eſſent Phrenetici pręcipitauerunt ſe in aquam, & ſic mortui ſunt.

Cuſtodes infirmorũ non debent eſſe ſcrupuloſi, eſto ex leui illorũ culpa moriatur ægrotus, ſi tamen ſit lata culpa illis imputatur, etiã cum tantum probabiliter dubitatur quod inde mors ſit ſequuta.

Reſpondeo. In talibus vbi bona fide fiunt, quæ circa ægrotos fiunt, non debet aliquis de facili ſcrupuloſam gerere conſcientiam, licet in aliquo erratum fuerit, ſi non ſit ibi lata & euidens culpa, aut negligentia diſſoluta, quæ prope dolum eſt, & huiuſmodi ſcrupuloſitatem, ad conſilium boni viri, ſi eam habeat, de facili debet deponere, vt ſi in principio ęgritudinis, quando adhuc neſciebatur cuiuſmodi morbus eſſet, vocauit minutorem, quod & medici quandoque facere ſolent, vel nimis coarctauit ad prouocandum vel ſeruandum ſudorem. Aut ſi tunc dedit ei bibere aquam, aut etiam vinum lymphatum, cum eſſet cronica ægritudo. Aut ſi congrauatus vigilijs obdormiuit, non propter ebrietatem, aut crapulam, exilitque patiens, & præcipitans ſe mortuus eſt.

Si autem lata fuerit culpa, aut negligentia diſſoluta, & certum eſt quod inde mors prouenerit, quia patiens forte ſe præcipitauit, credo quod irregularitas contrahitur; vti ſi cuſtos infirmi furioſi vel phrenetici dimiſit eum, vt iret ludere in plateam, vel alias daret operam rei illicitæ; Aut ex nimia ebrietate aut crapula vigilare non potuit, maxime cum ſolus eſſet deputatus ad cuſtodiam. Si autem non eſt certum quod inde mors prouenit; aut inde prohabiliter dubitatur ſecundum iudicium medicorum, aut non: In primo caſu abſtinendum eſt ab officio, & à promotione: in ſecundo, depoſita erronea conſcientia, ſi poteſt, poterit miniſtrare & promoueri, alias non.

De Homicidio voluntario.

CAP. XVI.

EX *ſumma de ca.* Patet ſine diſtinctione quod homicidium voluntarium ſemper mortale eſt peccatum, & enorme. Sed quid ſi plures inter ſe rixati ſunt, vel in conflictu fuerunt, & aliquis eſt ibi interfectus, nec apparet à quo, vel cuius vulnere, nunquid omnes iudicabuntur homicidæ, vel irregulares, vel nullus? Reſpondeo. Quantum ad peccatum dicuntur homicidæ omnes qui percuſſerunt, & etiam qui ex voluntate occidendi venerunt, licet non percuſſerunt. Item & illi qui non occiderunt, nec voluntatem occidendi habuerunt, ſed venerunt vt pręſtarent auxilium occiſoribus, ſi forte violentia aliquorum repellerentur. Diſcretus tamen ſacerdos minorem pœnitentiam debet imponere ſecundis quam primis, & tertijs quam primis vel ſecundis. Illi etiam non ſunt immunes à culpa, nec debent eſſe immunes à pœna, qui cum poſſent, hominem non liberauerunt à morte: & hoc intelligas in bello iniuſto; Nam tales in bello iuſto non reprobo, niſi ſit ibi corrupta intentio, vel talis perſona cum armis, cui non liceat arma deferre, vt clericus vel religioſus. Quantum ad irregularitatem autem, omnes dico indiſtincte repellendos, qui fuerunt ex parte iniuriantium, & etiam eos qui fuerunt ex parte illorum quibus fiebat iniuria, ſi clerici erant, & ibi mouerunt arma.

Quando rixãtibus pluribus vnus interficitur, omnes qui ex volũtate occidendi vel auxiliandi venerũt, ſunt homicidæ, quin etiam omnes ex vtraque parte ſunt irregulares ſi fuerũt in culpa, ſecus ſi pars occiſi nõ fuit in culpa, ſed tãtum ſe defendebat ex neceſſitate.

Frater Guilhelmus. Hoc intelligo quando erant in culpa, & hoc ſatis notat per hoc quod dicitur *mouerunt arma*, quaſi voluntariè, & ſine neceſſitate. Si enim defenderent ſe vel ſocios neceſſario, licet aliquis eſſet à defendentibus interfectus ex alia parte, reliqui interfuiſſent, nec interfectores adiuuiſſent, non eſſent irregulares, licet voluntatem occidendi habuiſſent; quia lex promotionis factum requirit.

Extra. 5. de homicidio. Inno. 3. Cum quidam maleficus ingreſſus eccleſiam, euchariſtam cum altaris ornamentis & eccleſiaſticis libris extra eccleſiam aſportaſſet, B. presbyter eccleſiæ canonicus regularis, eum foſſorio arrepto percuſſit, ſed ſi ad mortem ictus fuerit huiuſmodi, tu & ipſe penitus ignoratis, quem parochiani eccleſiæ videntes ornamenta eccleſiæ aſportantem, arreptis gladijs & fuſtibus, in eodem loco protinus occiderunt. *& infra.* Nos in præmiſſo caſu credimus diſtinguendum, vtrum conſtare poſſit quod præfatus ſacerdos non inflixerit percuſſionem læthalem, de qua (ſi non fuiſſent aliorum vulnera ſubſecuta) percuſſus minime interijſſet, & ſi percuſſor nõ habebat voluntatẽ occidendi, nec ipſius ſtudio, vel conſilio, vel mandato, proceſſerunt alij contra illum. Et quidẽ ſi hoc ita ſe habet, quod forſitan ex eo poſſet oſtendi, ſi incerta apparuiſſet percuſſio ab eodem inflictatam modica & tam leuis, in ea parte corporis qua quis de leui percuti non ſolet ad mortem, vt peritorum iudicio medicorum, talis pecuſſio non aſſereretur læthalis, cum de cæteris credendum ſit ipſi, qui non accuſatur nec denunciatur ab aliquo, ſed perſeipſum conſilium appetit ſalutare; poſt pœnitentiam ad cautelam iniunctam, in ſacerdotali poterit miniſtrare officio, maxime religionis accedente fauore, cum ſit canonicus regularis, & ſiue omni ſcandalo poſſit ſacerdotale officium celebrare. Quod ſi diſcerni non poſſit ex cuius ictu percuſſus interierit, in hoc dubio ſacerdos, etſi forte homicida non ſit, debet à ſacerdotali officio abſtinere.

Nota quod in dubio facti cenſetur quis irregularis vti etiã cũ interfecit ſe defendendo ſine moderamine.

Si vero (quemadmodum prohibetur) ſacerdos iſte prius ab illo percuſſus ſacrilego, mox eum ligone in capite repercuſſit, quamuis vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittant, quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam, non videtur idem ſacerdos à pœna homicidij penitus excuſari, tam ratione inſtrumenti cum quo ipſe percuſſit, quod cum graue ſit, non ſolet leuem plagam inferre, tum ratione partis in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis læthaliter ſolet lędi. *Require ſupra de homicidio neceſſitatis.*

Qui ſine publica authoritate occidit eſt homicida & tenetur ad omnia dãna ſubſequentia.

Inſtinianus vbi ſupra. Iniuria occidit, qui nullo iure occidit. Quicquid autem in peremptо corpore damni nobis illatum eſt, tenetur reſtituere qui occidit. *Cauſa 24. q. 8. Aug. in li. de ci. Dei.* Qui ſine aliqua publica adminiſtratione, maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, & periurum, vel quemlibet criminoſum interfecerit, aut trucidauerit, vel membris debilitauerit, homicida iudicabitur; & tanto acrius quanto non ſibi à Deo conceſſam poteſtatem abuſiue vſurpare non timuit.

De Parricidio.

CAP. XVII.

EX *ſumma Damaſi.* Inter omnia homicidia, quod grauius inuenitur eſt paricidium. Lege autem Pompeia de paricidio tenetur quis, ſi aliquem aſcendentium aut deſcendentium in linea ſuæ generationis occidit: nam & deſcendentes in infinitum liberi vocantur, & aſcendentes in infinitum parentes appellantur. Sed & collaterales quidam ea lege tenentur, vt frater patruelis, vel conſobrinus, vel proxi-

Quis dicendus paricida.

miores eis: & etiam affines quidam, vt vxor, vir, nurus, gener, vitricus & priuignus, ſocer & patruus. Item qui illos voluntariè peremit. Item qui venenum emit vt patri daret, etiam ſi dare non potuit. Eadem quoque lege tenetur, qui ſciens, ad tale ſcelus filio vel patri pecuniam miniſtrauit.

Pœna paricidarũ ſecundum ius ciuile & canonicum.

Pœna talium eſt ſecundum leges, vt virgis ſanguineis verberati demum in culeo, ideſt ſacco, cum cane, gallo gallinacio, & vipera, & ſymia inſuantur, & in proximum mare, vel flumen proijciantur. Aut ſi hæc proxima non ſint, beſtiis proijciantur, vt omnium elementorum vſu carere viui incipiant, eiſque ſuperſtitibus, cœlum & terra mortuis auferantur. Secundum canones (quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat) impœnitentes quidem excommunicentur, pœnitentes autem in monaſterium ad agendam pœnitentiam includantur: vel ſi hoc commodè fieri nequit, in ſuis domibus pœnitentiam agant, aut peregrè ſub habitu pœnitentis, ſanctorum loca viſitent. Fit autem erga eos diſpenſatio talis, vt ſi iuuenes ſint & incontinentes, vxores accipere permittantur.

De His qui ſibi manus inijciunt.

CAP. XVIII.

Cauſa 23. *q.* 5. Seipſum autem perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur. *Vnde Auguſt. in lib.* 1. *de ciui. Dei.* Nuſquam diuinitus præceptum permiſſumve reperiri poteſt, vt vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, vel mali ipſius cauendi curandive cauſa, nobiſmetipſis necem inferamus: nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt vbi lex ait: Non occides. Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus eſt pietatis nomine, quod voluit filium nequaquam ſceleratè, ſed obedienter occidere. Et merito quæritur, vtrum pro iuſſu Dei ſit habendum, quod Iepte filiam quæ patri poſt votum occurrit, occidit. Nec Sanſon aliter excuſatur, quod ſeipſum cum hoſtibus latenter ruina domus oppreſſit, niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex iuſta generaliter, vel ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter iubet occidi, quiſquis hominem, vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur.

Nemini licet ſeipſum interficere ſine ſpirituali Dei reuelatione.

Item hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam ſibi mortem inferre debere, velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum proprium. Neminem propter peccata ſua præterita, propter quæ in hac vita opus eſt vt poſſit pœnitendo ſanari. Neminem velut deſiderio melioris vitæ, quæ poſt mortem ſperatur, quia reus ſuæ mortis, meliorem poſt mortem vitam non ſuſcipit.

In perſecutionibus non licet propria perire manu, niſi caſtitas periclitetur.

Item Hiero. in Iona, propheta. Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab alijs libenter excipere. Vnde & in perſecutionibus non licet propria perire manu (abſque eo vbi caſtitas periclitatur) ſed percutiendi colla ſubmittere.

Item ex concil. Bracharenſi. Placuit, vbi hi qui ſibi ipſis voluntariè, aut per venenum, aut per ferrum, aut per præcipitium, aut per ſuſpendium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorſus pro eis in oblatione commemoratio fiat; neque cum Pſalmis ad ſepulturam deducantur eorum cadauera: multi enim hoc ſibi per ignorantiam vſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus moriuntur. impœnitentes ſubaudiatur.

De his qui filios ſuos occidunt, vel exponunt.

CAP. XIX.

EX *ſumma de ca.* Si pater vel mater occidat ſcienter filium, debet induci vt intret aliquod monaſterium eiuſdem epiſcopatus, vbi peccata ſua percepta deploret pœnitentia. Si tamen non poterit ad hoc propter carnis fragilitatem induci, concedenda eſt ei licentia contrahendi matrimonium, ne pluribus abutatur, impoſita graui ſibi pœnitentia in ſeculo remanenti. Similiter non debet induci vt intret monaſterium in alijs duobus caſibus, ſcilicet ſi habeat coniugem viuam, vel filios paruos, à quibus non poteſt, nec debet recedere, niſi forte coniunx vellet ſimiliter ingredi monaſterium, & aliquis timẽs Deum ſine ſuſpicione filios educaret.

Si parẽs filiũ interficiat, debet induci vt intret monaſteriũ, exceptis duobus vel tribus caſibus.

Extra. v. de his qui filios oc. Alex. 3. Mulier lachrymabili voce nobis confeſſione monſtrauit, quod cum de quodam filium genuiſſet, & ille ſæpe ſibi turgido vultu improbraſſet quod filius eius nõ eſſet; ipſa iracũdiæ calore ducta, puerum interfecit, *& infra.* Man. qua. eam labores inducere, vt ad aliquod monaſterium tranſeat, in quo peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit, tutius videtur vt in Domino nubat vni ſoli, quam inhoneſtè multos admittat.

Lucius 3. Mulier filiam paruam furore accenſa iugulauerat, propter quod dominus terræ maritum eius ipſam compulit abiurare, quia verò illam alios habere filios intimaſti, Man. qua. ita ſuper hoc prouideas, quod ſui ſceleris pœnam luat, & ſaluti (aliàs ſuſtentationi) eius & filiorum, per tuam prouidentiam conſulatur. Et non obſtante iuramento quod à viro dictus dominus dicitur extorſiſſe, eam ſicut expedire videris eidem viro reſtituas, ita quod filios ſuos libere poſſit & pacificè gubernare.

Pœna imponenda parẽtibus qui filios ſuos opprimunt.

Idem. De infantibus autem qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & non apparet vtrum à patre vel à matre oppreſsi ſint, non debent inde ſecuri eſſe parentes, nec eſſe ſine pœna: ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, vbi non voluntas, ſed euentus mortis fuit cauſa. Si autem eos non latet ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe. Quidam autem pœnitentiam trium annorum iudicant eſſe debere, quorum vnum peragant in pane & aqua.

Qui exponit filium vel languidũ nõ ſolum perdit ius in illos, ſed etiam vt homicida vel paricida eſt cenſendus.

De infantibus & languidis expoſitis. *Gregr.* 9. Si à patre, ſiue ab alio ſciente ipſo, aut ratũ habente, relegato pietatis officio, infans expoſitus extiterit, hoc ipſo à poteſtate patria liberatus eſt: nam & in hoc caſu in ingenuitatem libertus, & ſeruus in libertatem eripitur. Quod etiam de prædictis cuiuſcunque ætatis languidis, ſi expoſiti fuerint, vel ſi alicui eorum alimenta impiè negari contigerit, eſt dicendum. Sanè qui hos ſuſcipiunt, non poſſunt propter hoc in eorum perſonis ius aliquod vendicare. *Ex ſumma de ca.* Quicunque etiam talia præſumit, in foro pœnitentiali eſt tanquam paricida, ſeu homicida, pro eo quod hominem, præſertim cui tanta tenetur neceſſitudine, periculo mortis exponit: inſpectis tamen circunſtantijs, & vtrum ob hoc mors fuerit ſubſecuta, illis erit pœnitentia moderanda: tales autem ſi homicidium eſt ſubſecutum, ſunt irregulares cenſendi.

De His qui aborſum procurant.

CAP. XX.

Cauſa 32. *q.* 2. De his qui aborſum procurant, quæritur an iudicentur homicidæ, vel non. *Aug. in lib. quæſtionum Exodi.* Si illud informe puerperium iam quidem fuerat, ſed adhuc quodammodo informiter animatum, Ideo lex noluit ad homicidum pertinere, quia nondum poteſt dici anima viua in eo corpore, quod ſenſu caret. *Idem.* Itaque ſi iam formato

Si cauſetur aborſus priuſquam lineamẽta humani corporis

corpo-

sint formata non erit homicidium.

corpori datur, non tamen in conceptu corporis nascitur cum semine anima deriuata. Nam si cum semine, & anima existit ex anima, multæ animæ quotidie pereunt, cum semen quodam fluxu non proficit natiuitati. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum est datum, vt ex illo intelligatur, quia iam formatum corpus accepit animam. Nam poterat Deus animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus: sed ratione infirmabitur, quia primũ oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci. Anima certè, quia spiritus est, in sicco habitare non potest: ideo in sanguine fertur habitare. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, non erit anima.

Qui per potionẽ impedit generationẽ, vt homicida habetur quoad pœnitẽtiam, sed nõ quoad irregularitatem.

Hieron. ad Algasiam. Semina paulatim formantur in vtero, & tandiu non reputatur homicidium, donec elementa confecta, suas imagines membraque suscipiant. *Extra. 5. de homicidio. Ex concil. Guarmacienſi.* Si quis autem causa implendæ libidinis, vel odij meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum id dederit, vt non possit generari vel nasci soboles, vt homicida habeatur.

Ex summa de ea. In summa vero nota, quod cum aliquis percutit mulierem prægnantem, vel dat ei venenum, vel ipsamet accipit vt faciat abortiuum, si puerperium iam erat formatum, siue animatum homicida est recte, si abortum fecit mulier ex illa percussione siue potione; quia hominem interfecit: Si vero nondum erat animatum, non dicitur homicida quantum ad irregularitatem, sed vt homicida habebatur quantum ad pœnitentiam. Et idem de illo qui dat vel accipit venenum, velsimile, ne fiat generatio vel conceptio

De Crimine Vxoricidij

Cap. XXI.

Pœna eorum qui coniuges suas occidit.

Causa 33. q. 2. Nicolaus Papa. Interfectores suarum sine iudicio coniugum, cum non addis adulterarum, vel aliud huiusmodi, quid aliud habendi sunt, quam homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiam sunt redigendi, quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus beati Papæ Leonis 25. regula decretalium seruanda est, immo indulgentia obseruanda. *Gratianus.* In hoc ca. videtur Nicolaus non permittere maritis causa adulterij, vel alterius huiusmodi criminis, vxores suas interficere; sed ecclesiastica disciplina, spirituali gladio, nõ materiali, criminosos feriri iubet: Illo videlicet gladio, quo Petrus iubetur mactare & manducare; de quo etiã Christus ait in Euãgelio: *Non veni pacem mittere in terram sed gladium.*

Qui occidit vxorem vel prælatũ aut dominũ suũ debet publicã agere pœnitentiam.

Item Pius Papa. Quicunque propriam vxorem, sine lege, vel sine causa & certa probatione interfecerit aliamque duxerit vxorem, armis depositis publicam agat pœnitentiam. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui suum seniorem interfecerit, idest episcopum vel alium prælatum, vel dominum suum.

Pœnitentia cuidã à Stephano Papa iniuncta pro vxoricidio.

Item Stephanus Papa. Occidisti vxorem tuam partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam, sine causa mortis, filiorum tuorum improbe prædo, qui non pepercisti matri, filios tuos orphanos fecisti, miserere animæ tuę, vt non sis tuus tibimetipsi homicida. relinque quapropter te rogamus hoc malum seculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus, ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis, multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo quę tibi fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis. Hoc leuius & melius tibi esse certissime scias. Sin autem publicam pœnitentiã in domo tua permanens, vel in hoc mundo vis agere (quod tibi peius, durius, & grauius esse non dubites) ita vt agere debeas exhortamur, vt omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & siceram non bibas, carnem nunquam comedas vllo tempore, præterquam in Pascha, & in die Natiuitatis Domini: in pane & aqua & sale pœnitentiam age, in vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis omni tempore perseueres. Armis nunquam cingere, nec in loco quolibet litigare præsumas, vxorem nunquam ducere, concubinam nunquam habere, nec adulterium committere audeas, in balneo nunquam lauaberis, in conuiuium lætantium nunquam te misceas, in ecclesia segregatus ab alijs Christianis post ostium & postem humiliter te repone, ingredientium & egredientium suppliciter orationibus commenda te. Communione corporis & sanguinis domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes. In vltimo tamen exitu vitæ tuæ, si merueris pro viatico, si sit qui tribuat, tantummodo venialiter vt accipias tibi concedimus. Sunt & alia multa, quę tibi durius, & satis acrius erant, iuxta magnum pondus peccati, infelix, adiicienda. Sed si hæc omnia perfecto corde domino auxiliante feceris & custodieris, confidimus de immensa Dei clementia remissionem tuorum te habiturum peccatorum, vt per ipsius gratiam, qui eam sanguine suo acquisiuit, solutus sis in cœlo. Si autem aliter feceris, sanguis tuus super caput tuum.

De Crimine matricidij.

Cap. XXII.

Pœnitentia cuidam iniũcta pro matricidio.

Eadem q. 2. Nicolaus Papa. Datorem præsentium matricidam esse cognouimus, cui præcepimus vt sub pœnitentia permaneat: ita vt per vnum annum integrum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores ecclesiæ basilicæ stans, orans & deprecans Deum perseueret, qualiter à tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo, introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis, sacræ communionis gratia illi concedatur. Oblationes vero non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula compleantur. In his autem omnibus annis, atque temporibus, carnem non manducet, & nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus, atque dominicis, & à Pascha ad Pentecosten; & quocunque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur. Arma non sumat, nisi contra paganos. Ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vsque ad vesperam; à propria ac legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat: tamen si illius conuersionem & lachrymarum fontem, in omnibus videritis floridis actibnibus & bonis operibus pullulare, humanius circa eum solicitudo peruigil appareat.

Quãuis dubiũ sit vtrũ maius peccatum vxoricidiũ an matricidiũ; tamẽ illud grauius punitur, quia homo in d magis prouocat.

Ex summa de ea. Ecce quod matricidæ grauius imponitur pœnitentia decem annorum, vxoricidæ adhuc grauior. Propter quod dicit H. quod maius peccatum est vxoricidium quam matricidium, secundum regulam illam: *Quis dubitat sceleratius esse commissum, quod est grauius iudicatum.* Alij vero communiter dicunt contrarium: tamen vxoricidæ maior est pœnitentia quam matricidæ, quia promptiores sunt homines ad occidendas vxores, quam matres.

De Pœna criminalis homicidij

Cap. XXIII.

Pœna homicidij lingua commissi est irregularitas vti etiã facto cõmissi, nisi in casu necessitatis inenitabilis (quo

EX *summa de ea.* Pœna homicidii spiritualis tollitur per pœnitentiam, vnde circa pœnam corporalem insistamus. Pœna homicidii commissi lingua, idest præcepto, iniusto consilio, vel defensione; vtputa hic dissuadendo, retrahit à bono proposito hominem volentem alium liberare à morte, & sic quodammodo indirecte defendit homicidium. Pœna

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

saltem quis toleratur in ſuſceptis) & in homicidio caſuali vt ſupra.

in quam eſt irregularitas, quæ etiam poſt peractam pœnitentiam impedit promouendum; & deiicit iam promotum.

Pœna vero homicidii commiſsi facto, variatur; nam pro homicidio neceſſitatis euitabilis (in qua intelligo non ſolum illum qui tempore occiſionis poterit euitare, ſed etiam illum qui ſe culpa ſua in neceſſitatem talem ingeſſit, puta vidit exercitum venientem ad obſidendum caſtrum, & nullo modo pertinebat ad ipſum, & poſtea ſecuta eſt neceſſitas, vel ſimile) Similiter contrahitur irregularitas quæ impedit promouendum, & deijcit promotũ. Si autem fuit neceſſitas prorſus ineuitabilis, nec culpa ſua præceſſit, toleratur in ſuſceptis, ſed non promouetur ad maiores ordines.

Pro homicidio caſuali, ſi occiſor dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, ſed non adhibuit debitam diligentiam tenetur. Si vero dedit operam rei licitæ & adhibuit debitam diligentiam, licet omnes caſus fortuitos (qui prẽuideri non poſſunt) forſitan non præuiderit, in nullo tenetur: Et poteſt de iure, nõ ſolũ in ſuſceptis remanere, ſed etiam ad ſuperiores ordines promoueri. Pœna homicidij voluntarij eſt in clerico depoſitio. Has pœnas omnes intelligas præter pœnitẽti ã: Item præter pœnas legales, quas non proſequor.

Pœna homicidii voluntarii in clerico eſt depoſitio, ſecundũ leges vero regulariter eſt pœna capitis

Ex ſumma iuris. Pro homicidio neceſſitatis euitabilis, vel ad quam occiſor ſua culpa peruenit, ſecundum leges non agitur criminaliter, ſaltem dum dolus abſit, ſed ciuiliter. Aquilia ſcilicet lege ad pœnam pecuniariam. Similiter & pro homicidio caſuali, ſcilicet vbi caſum culpa leuis præceſſit. Si quis tamen per laſciuiam occiderit aliquem, in quinquennium relegatur. Pœna vero homicidij voluntarij ſecundum legem eſt, vt ſublimiores, omnibus bonis ſuis ademptis, deponantur; minores vero capite puniantur.

De Pœna homicidij.

CAP. XXIV.

Pro homicidio iuſtitiæ poſt baptiſmũ commiſſo cõtrahitur irregularitas.

EX *ſumma de caſibus.* Pro homicidio iuſtitiæ, iuſta & recta intentione facto, nec inuenio, nec dico pœnam aliquam imponendam, excepta ſola irregularitate quam contrahunt, quæ impedit promouendum, & deijcit promotum. & hoc ſecũdum Ar. Etiãſi ante baptiſmum commiſit tale homicidium: quia ſecundum eum in baptiſmo deletur omnis irregularitas quam quis proprio peccato contraxerat, ſed illa quam ſine peccato, non. Baptiſmus enim non tollit niſi peccata, & ſequelas peccatorum. Alii doctores omnes dicunt, quod ſiue cum peccato, ſiue abſque peccato, ſi iudex vel officialis occidiſſet mille homines ante baptiſmum, non impediretur poſt baptiſmum: & hanc vltimam opinionem approbo, & ita tenet eccleſia. *Frater V.* Et bene: Quia regularitas homicidij, non eſt ex defectu ſacramenti, ſicut irregularitas bigamiæ quę quia ex defectu ſacramenti, non tollitur in baptiſmo; ſed irregularitas homicidij bene tollitur. Quidam etiam dixerunt, & videtur H. concordare, quod homicidæ non propter irregularitatem repelluntur ab ordinibus, ſed propter horrorem facti, Et propter pręſumptionem duplicitatis, quæ in huiuſmodi actibus ſolet interuenire, etiam cum iudex, vel officialis, vel miles interficit aliquem ſecundum legem; quia præſumitur iſta facere potius pro ſalario, quam propter iuſtitiam.

Omnes miniſtri iuſtitiæ in cauſa ſãguinis, necnõ aduocati, teſtes, notarii &c. ſunt irregulares.

Frater Raimundus. Nota ergo, quod quicunque poſt baptiſmum in cauſa ſanguinis fuerit iudex, aduocatus, ſiue pro accuſatore, ſiue pro reo (licet Hugo contrarium dixerit in aduocato rei) item aſſeſſor, officialis, teſtis, notarius, ſententiam ſcribens, vel proferens (& idem credo in alijs actis, vtputa ſi ſcribat atteſtationes, vel legat in examinatione cauſæ) item qui ſcripſerit vel tractauerit literas pro vindicta ſanguinis deſtinandas: omnes tales efficiuntur irregulares, vt habetur extr. 3. ne clerici vel mo. ſe ne. ſecu. immiſ. in conſt. ſententiam ſanguinis.

Clericus qui ex curioſitate intereſt ſuſpenſioni latronis vel duello peccat ſed non fit irregularis.

Frater V. ibi dicit, quod clericus non debet intereſſe vbi exercetur vindicta ſanguinis. Sed nunquid irregularis efficitur, ſi interfuerit? Reſpondeo; ſi ex ſola curioſitate interfuerit ſuſpenſioni latronis, vel vbi quis interficitur in duello, licet multum grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis, ſi nec conſilium, nec auxilium, nec auctoritatem præſtiterit.

De Cauenda Irregularitate.

CAP. XXV.

Poteſt clericus inſtituere querimoniã ciuilem cõtra furem vt ſua recuperet ſine irregularitate, immo & furem tenere donec veniat iudex ſi aliter non poſſit ſua recuperare.

EX *ſumma de caſibus.* Poteſt clericus ciuilem quærimoniam proponere contra furem vel raptorem, non ad hoc vt ille corporaliter puniatur ſed vt ipſe, recuperet quod amiſit. *Frater V.* Bene dicit ciuilem, non criminalem, ad ſanguinem, vel mutilationem, vel mortem. Sed nunquid poteſt eum capere, & iudici tradere? Reſpondeo. Si alias poteſt res ſuas recuperare, non debet eum capere, vel ligare, aut iudici tradere. Si autem teneat furem ne fugiat cum rebus ſuis, quas aliter recuperare non poteſt, donec exhibeat eum iudici, vel inuocet auxilium eius ad res illas recuperandas; Credo quod non efficitur irregularis, ſi talis fur poſtea corporaliter puniatur à iudice, dum tamen non ſit corrupta intentio ipſius clerici.

Prælati eccleſiæ poſſũt reges hortari & cogere vt velint eccleſiã defendere contra hæreticos & paganos, ſed non vt illos velint interficere aut vulnerare.

Ex ſumma de ca. Debet tamen rogare iudicem, ne talem pœnam infligat ei. Idem dico in epiſcopo, vel iudice eccleſiaſtico, qui ob defenſionem rerum eccleſiaſticarum vel fidei, inuocat & hortatur contra violentos brachium ſeculare: & etiam poteſt eos ſequi, hortando eos, non vt occidant vel vulnerent ipſos violentos hæreticos, vel paganos; ſed vt eccleſiam, fidẽ, & patriam liberent ac defendant, & terram ab infidelibus occupatam reducãt ad cultum fidei Chriſtianæ: & ſuper hoc facit eccleſia quotidie remiſſiones magnas. Et licet ibi hincinde aliqui occidantur, non eſt hoc prælato ſiue eccleſiæ imputandum; immo peccaret niſi opponeret ſe contra tales. Poſſet enim dici ſibi; Mercenarius & qui non eſt paſtor &c. & eſſet merito deponendus.

De illis autem qui mouent arma contra tales propter obedientiam, iuſtitiam, & zelum fidei, certum eſt quod merentur, immo peccarent aliter. Et poſſent cogi principes per cen. eccle. ad purgandas ſuas prouincias ab hæretica prauitate, necnon & ad matrem ſuam eccleſiam defendendam, cum propter hoc ipſum contulerit eis dominus principatus & regna. Qui autem mouent arma, etiam contra tales, nocendi cupiditate, vlciſcẽdi crudelitate, impacato atque impacabili animo, bellandi feritate, dominandi libidine, vel alia cauſa conſimili, peccant.

Iterum de eodem.

CAP. XXVI.

Quid oporteat epiſcopũ dicere qui eſt etiam dominus cẽporalis, quãdo interrogatur de cauſa ſanguinis à iudice qui vice ſua fũgitur.

EX *ſumma de ca.* Item nota, quod ſi epiſcopus in villa vel caſtro iuriſdictionem habeat temporalem, debet ibi conſtituere iudicem perſonam ſecularem, qui cauſas audiat & terminet ſeculares, & præcipue cauſas ſanguinis: cui poteſt & debet præcipere, quod firmiter teneat iuſtitiam, & reddat vnicuique ius ſuum. Si tamen iudex taliter inſtitutus interroget eum quid agendum ſit de aliquo, qui per facti euidentiam, vel iuris ordinem, deprehenſus eſt in aliquo crimine; pro quo de iure eſſet pœna ſanguinis infligenda; poteſt reſpondere: hoc non pertinet ad me, conſule iuriſperitos; & caueat ne propter ſuam reſponſionem directam vel indirectam, alius intelligat quod debeat eum tali pœna punire. Non debet etiam præſentialiter intereſſe cauſæ ſanguinis, neque executioni ſententiæ ſanguinis. Nam & cito poſſet incidere in cauſam depoſitionis, vt notatur *extra. de exceſ. prela. ex literis*

Ex ſumma fratris V. Nam agitur ibi de quodã epiſcopo

Episcopus insinuans iudici se inclinare vt talis fur suspendatur, fuit depositus.

scopo qui interfuit suspensioni cuiusdam furis, & iudici quærenti ab eo consilium, respondit: Malum erit si hic euadat. Et mandatur ibidem, quòd cedat episcopatui, aut amoueatur, immo & indignus altaris ministerio reputatur. *Quid* de illo, qui cum latro quidam duceretur ad iudicem per locum furũ, dixit ducentibus: Claudite ei os ne clamet; Nunquid irregularis est si mors sequatur? *Credo* quòd sic: quia iuuit ducentes in dando consilio, de ducendo cautè. *Quid* de illo qui cum iudex vel officialis sequeretur furem vel homicidam fugientem, iudici vel officiali quærẽti vtrum vidisset talem vel talem personam transisse per illum locum, vel alium; respondit quòd sic, & quantũ in eo fuit instruxit quærentem; nunquid est irregularis, si secutum est homicidium? *Respondeo*: Si sciuit vel scire debuit, quòd talis persona quæreretur ad pœnã sanguinis, irregularis est. Si autem non sciuit, nec suspicatus est quòd ad hoc quæreretur, sed propter aliud; credo quod non est irregularis, ex quo non est eius corrupta intentio.

Qui dat cõsiliũ vt fur cautè ducatur ne euadat si mors sequitur est irregularis, itẽ qui scienter reuelat vbi rcus possit apprehendi.

Ex summa de ca. Si vero vbi non appareret casus de facto, & interrogaret iudex episcopum, vel alium clericum, quæ pœna esset infligenda pro furto; homicidio, & similibus, posset dicere talis vel talis, secundum leges. *Ex summa fratris V.* Quid si errauerit clericus, respondens fornicatores esse puniendos ad sanguinem, vel aliquid tale. & iudex secutus hanc respõsionem, tales puniat ad sanguinem, vel mortem; nunquid est irregularis qui sic respondit: *Respondeo*: Si reputatur iurisconsultus, & consueuit consuli super his. & respondere consultoribus, Distingue; *quòd* si errauit in apicibus iuris, & vbi sunt varię opiniones peritorum, & ille respondit secundum suam opinionẽ, in qua errant & aliqui alij, non credo quòd contrahitur irregularitas, dum tamen consulenti responderit, varias super hoc esse opiniones. *Si autem* errauit, laborans crassa ignorantia & supina, vbi nullus iurisperitus probabiliter dubitaret, si sequatur mors ex eius responsione, contrahit irregularitatem, cum fuerit in culpa. *Si autem* non reputatur iurisconsultus, sed simpliciter dixit quid sentiebat de talibus, cum non præsumeret, nec deberet, quòd iudex sequeretur responsionem eius; non credo quòd contrahat irregularitatem, si non respondet in casu de facto. *Si* autẽ respondet de casu de facto scienter, vtpote si quærat ab eo iudex, quid debeat facere de isto deprehẽso in tali vel tali crimine, si ex eius responsione sequatur mors, contrahitur irregularitas, cum fuerit in culpa sic respondendo.

Clericus interrogatus speculatiue qua pœna tali delicto debeatur potest respodere sine irregularitate, secus si reputetur iurisconsultus & turpiter errauerit, morte inde secuta.

De Consentientibus homicidio.

CAP. XXVII.

Iudex tenetur liberare aliũ à morte iniusta etiã cum periculo vitæ si sit spes quod possit hoc facere, alii autẽ cum tali periculo non tenentur

EX *summa de casib.* Item non videtur liber à culpa homicidij, qui potuit, sed noluit liberare alium à morte: & hoc intelligas si constabat ei illum iniuste occidi, sicut Iudęis de Christo, & Anglicis de Beato Thoma Cantuariensi. Quidam tamen intelligunt hoc de iudice, qui habet iudiciariam potestatem, quòd ille solus teneatur tales defendere ex præcepto. Consulo tamen ei omnino agere pœnitentiam, etiãsi non sit iudex, propter iura supradicta, & propter ambiguum duplicitatis ad cautelam.

Frater V. Tenetur autem iudex defendere, etiam cum armis si oporteat, & se pro eis morti opponere, ex quo habet publicam potestatem, dum tamen speret quod per se, vel per alios quos habet secum vocare, eos possit liberare. De *personis* priuatis credo etiam dicendum, quòd si credunt aut dubitant quòd solo verbo possint hominem liberare à morte iniusta, tenentur verbo impedire. Credo etiam quod & facto, si hoc possint sine periculo personarum suarum. Alioquin non credo quòd teneantur se exponere periculo corporali in tali casu. H. autem plane diceret, quod qui non habet auctoritatem iudiciariam, vel mandatum iudicis, peccat si alium defendat à morte, dum tamen eum defendat percutiendo, cum dicat quod nulli licet seipsum defendere repercutiendo, vt dictum est.

Qui non liberat alium à morte cum potest & debet non fit propterea irregularis.

Sed nunquid iudex si nõ liberat hominem à more cum potest, aut priuatus non pascit fame morientes, cum possit, irregularis est, si sequatur mors? Respondeo. Licet grauissime peccent tales, non tamen irregulares sunt, quia lex promotionis factũ requirit.

Extra. 5. de homicidio. c. Alexand 3. In excessibus singulorum, non solum qualitas & quantitas delicti, sed & ętas, & scientia, & sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda; & non solum secundum prædicta, sed etiam secũdum tempus & locum, quo delictum committitur, pœnitentia debet indici: cum idem excessus magis sit in vno quam in alio puniendus. Cumque scriptum sit; *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit*: Constat ab homicidij reatu immunes non esse qui occisoribus contra alios opem præstare venerunt; nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare.

De His quę fiunt in guerris & torneamentis.

CAP. XXVIII.

EX *summa de casibus.* Quia sagittarij & balistarij homicidia sæpe committunt, de his quoque subiiciendum est. Possunt enim Christiani exercere officium hoc contra Paganos, & nostræ fidei persecutores; contra Christianos autem & Catholicos nequaquam.

Sagittarii & balistarii olim prohibebãtur in bello aduersus Christianos. Nota.

Extra. 5. de sagittarijs. Innocen. 3. Artem illam mortiferam & odibilem balistariorum & sagittariorum aduersus Christianos & Catholicos exerceri de cætero sub anathemate prohibemus. *Ex summa de casibus.* Item dicunt quidam, quòd in bello iusto possunt officium hoc exercere etiam contra Christianos: quia in tali bello dicit Augustinus: *Cum quis istud bellum susceperit, vtrum aperte pugnet, an ex insidijs, nihil ad iustitiam interest?* *Porro* qui interfuerunt bello licito, nec ibi occiderunt aliquem, nec mutilauerunt, poterunt promoueri, si aliter sunt idonei. Si vero in bello illicito, & homines sunt ibi occisi, etiam si non per istos, eis imputatur propter culpam præcedentem, & ita non poterunt promoueri.

Torneamenta dicuntur quædam nundinæ vel feriæ, non inter hostes, sed ad instar pugnarum hostilium factæ; vbi si aliquis exercens tale torneamentum aliquem òcciderit, etiam casu, reus est homicidij, & irregularis erit: quia ludus talis noxius & illicitus est, & ideo quicquid ex eo sequitur, ei imputandum est.

Torneamẽta sunt prohibita & ideo non sã possũt sine mortali exerceri, imo in iis qui aliquẽtiã casu interficit est irreg. & homicida.

Extra. 5. de torneamentis. Ex concil. Lateranen. Detestabiles illas nundinas & ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto cõuenire solent, & ad ostensionem virium suarum & audacię, temerè congredi, vnde mortes hominum, & animarum pericula sepe proueniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis poenitenti ei pœnitentia non negetur, tamen ecclesiastica careat sepultura.

Frater V, Dic si venerint causa torneandi, quia si causa quærendi debita venit ibi, non punitur hac pœna; vel si venit propter consimilem causam, aut etiam si venerit ad spectandum. *Torneamenta* dicuntur nundinę, quia ad ea conuenitur à diuersis partibus causa lucri, sicut ad nundinas. Dicuntur etiam feriæ à feriando, quia tunc milites vacant ab aliis operibus rei familiaris.

Ex prædictis patet, quod mortaliter peccant torneatores, cum faciant contra prohibitionem. Si autẽ non esset prohibitum, non esset peccatum torneare, dum tamen hoc fieret causa discendi vsum armorum ad impugnandum infideles, & ob defensionem patrię vel reipublicæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Licite retinetur quod in torneamẽtis ſine fraude acquiritur

Quid de his quę milites vel alij lucrantur in torneamentis, nunquid poſſunt retineri? Reſpondeo; Si contra legem torneamentorum lucratur quis ibi aliquid, tenetur illud reſtituere illi à quo habuit, ſi ſcit à quo, aut dare pauperibus pro eo, ſi habet vnde poſſit. Si autem ſecundum legem torneamentorum, non tenetur reddere illi à quo habuit, tamen eſt in foro pœnitentiali inducendus, quod illud eroget in pios vſus. Si autem nolit hanc pœnitentiam ſuſcipere non credo quod ſit compellendus ad eam ſuſcipiendam, ſed alia debet ei pœnitentia iniungi, & abſolutio impendi; nec ex hoc ſolo quod taliter acquiſitum non vult erogare, eſt in peccatō mortali.

De Pugna duelli.

CAP. XXIX.

Quid duellum.

EX *ſumma de caſibus.* Duellum dicitur quaſi duorum bellum. *Eſt enim ſingularis pugna inter aliquos, ad probationem veritatis*, ita videlicet vt qui vicerit, probaſſe intelligatur; de qua ſcilicet probatione iam dictum eſt ſupra. Et dicunt quidam, eum qui offert, & eum qui ſponte ſuſcipit, peccare mortaliter; eum vero qui ſuſcipit iudice compellente, non peccare, cum aliter non poſſit euadere periculum mortis vel rerum ſuarum, ſed licitum iudicatur ſi ſit etiam ſacerdos.

Licitum eſt ſuſcipere duellum oblatū à iudice in criminali cauſa, necnon in ciuili ſi nō ſit aliud remedium vt ſe aut ſua defendat.

Fratre V. Hæc opinio videtur eſſe rationabilis, & maxime vbi innocens accuſatur de crimine ad mortē, qui ſi duellum recuſauerit oblatum, ſtatim ſuſpenderetur. Durum enim videtur dicere, quod talis teneatur potius ſuſtinere ſe ſuſpendi, quam ſe defendere in duello. Et forte diſtinguendum eſt inter ſuſcipientem duellum oblatum in criminali, & ſuſcipientem in cauſa ciuili de rebus temporalibus, vt dicatur, quod in primo caſu licitum ſit ſuſcipere duellum, non offerre. In ſecundo caſu nec offerre nec ſuſcipere licet, cum in temporalibus debeat quis potius quodlibet damnum pati, quam ſic duellum ſuſcipere. *Sed* cum res ſuas liceat laico armis defendere & eas defendendo raptorem occidere, ſi aliter defendere non poſſit: quare non poteſt eas defendere in duello, non quod ipſe offerat, ſed dum ei à iudice offertur, vel potius infertur? *Propter* hoc credo, quod hęc opinio potius ſit tenenda, cum ratione non careat, & ſit benignior, ne videamur damnare omnes illos qui ſe defendunt in duellis, vel res ſuas. *Verum* tamen de ſacerdore non credo quod liceat ei duellum ſuſcipere vel offerre, nec in cauſa criminali, nec in cauſa ciuili, nec conſulere quod offeratur vel ſuſcipiatur.

Nō licet ſacerdoti acceptare duellū vel cōſulere.

Ex ſumma iuris. Nota tamen quod & ſecundum ipſam legem Lombardorum, duelli probatio iudici fidem facere non debet, quia qui vincitur non ſponte confitetur, ergo condemnari non debet. Vnde in ipſa lege dixiſſe legitur Imperator. Multos vidimus iuſtam cauſam fouentes, vno ſub clipeo ſuam iuſtitiā amiſiſſe, ergo conſuetudo iudicem excuſare non valet, cum ſciat non eſſe probatum, & tamen nihilominus condemnet.

Euētus duelli non probat & ideo iudex nō debet ſecundū illū iudicare.

De Clericis duellum ſuſcipientibus.

CAP. XXX.

Clericus duellū acceptans eſt deponēdus & ſi interficiat per ſe vel per alium eſt irreg.

EXTRA. 5. *de clericis pugnantibus in duello. Alexander* 3. Si clericus ſponte duellum obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſiue victor ſiue victus fuerit, de rigore iuris eſt merito deponendus. Sed quantumcunque eius in hoc grauis ſit & enormis exceſſus, euadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus duxerit epiſcopus miſericorditer diſpenſandum; dummodo ex ipſo duello, homicidium vel membrorum diminutio non fuerit ſubſecuta.

Celeſtinus 3. Henricus preſbyter, cum quendam laicum ſuper furto, ſeculari placito conueniſſet, quia teſtes ſui defecerunt, pugilem ſecundum prauam terræ conſuetudinem introduxit, qui reum vſque adeo vulnerauit, quòd coactus eſt expirare. *Reſpondemus*, quod huiuſmodi pugiles homicidæ veri exiſtunt: ſacerdos quoque, licet non ipſe, ſed alius pro eo in duello pugnauerit, non debet in ſacris ordinibus miniſtrare. Homicidium enim, tam facto, quam præcepto ſiue conſilio, vel defenſione, non eſt dubium perpetrari; poterit tamen cum eo circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſari.

Frater V. Rodon. Quid de epiſcopis capellanis & abbatibus, qui in curia regis ſubire duellum coguntur, aut res eccleſiaſticas amittere? Quid de clerico ſeculari, qui conuenitur, vel conuenit alium de feudo in foro ſeculari? Quid de epiſcopis & abbatibus habentibus regalia, & iuriſdictionem temporalem, ſicut principes ſeculares, in quorum curiis iudicantur huiuſmodi duella? *Reſpondeo*; In omnibus his caſibus, ſi epiſcopi vel abbates offerunt, vel ſuſcipiunt duella, vel per ſe, vel per alios de ſpeciali mādato eorum, aut iudicant in curiis inter ſubditos ſuos, aut præſtant auctoritatem ſpecialem iudicantibus, peccant mortaliter, & efficiuntur irregulares, ſi ſequatur mors. Si autem talia fiant per œconomos ſeculares, & baliuos & præpoſitos huiuſmodi epiſcoporum, capellanorum, & abbatum, & clericorum ſecularium adminiſtratores, ſine ſpeciali mandato eorum; licet huiuſmodi epiſcopi, capellani, & abbates peccent grauiter & mortaliter, ſicut credo, talia ſuſtinendo fieri in curiis ſuis, ſiue baliuorum ſuorum, & diſſimulando cum ſciant: non tamen incurrunt irregularitatem ex hoc, quia non præſtant ſuper hoc ſpecialem auctoritatem, licet præcipiant baliuis ſuis quod faciant iuſtitiam in tali vel tali cauſa: quia in tali generali mandato, non intelligitur aliquid mandare de duellis iudicandis, offerendis, vel ſubeundis.

Epiſcopi & abbates ſiūt irregulares tradādo ſpecialē auctoritatem iudicibus ſuis vt inſtituātur duella, ſeu ſi fiant ſine illorum ſpeciali mādato, quāuis peccent mort. diſſimulādo.

Et in huiuſmodi caſibus, ſi Rex vel alius Princeps velit perſonam eccleſiaſticam compellere ad duellum, aut propter recuſatum duellum auferre ei bona eccleſiæ ſuæ, vel ſua, debent inuicem viriliter ſe epiſcopi irritare. Credo etiam quod omnia mala potius debeat tolerare, quam tali modo conſentire. *Credo* etiam, quod iam publicis prædicationibus poteſt hoc inſinuari ſecularibus, ruſticis, & plebibus, dum tamen maturè & modeſtè, & quaſi per modum compaſſionis dicatur eis, quod qui hoc faciunt, non ſunt in ſtatu ſaluandorum. Et hoc præſertim in his locis, vbi ſuper hoc creduntur iuris ignorantia laborare, quæ ignorantia, in epiſcopis, & abbatibus, & cæteris eccleſiaſticis perſonis, non eſt tolerabilis; quicquid ſit de ſecularibus. Et quæ dicta ſunt intelligas de iudicio ferri, & aquæ frigidæ, & aliis publicis iudiciis.

Que dicta ſunt de duello ſunt etiā intelligenda de ferro candenti &c.

De Crimine raptus.

CAP. XXXI.

EX *ſumma de ea*, Vidimus de homicidio, quo peccatur directè in perſonam proximi, conſequenter dicendum eſt de quibuſdam aliis quibus delinquitur in proximum. Et primo de raptoribus. Raptor dicitur duobus modis. Eſt enim raptor hominum, & pręcipue fœminarum: Et raptor rerum, ſiue bonorum. Et propriè rapina rerum, ſed raptus mulierum. Committitur etiam crimen raptus dupliciter; videlicet cum ipſa puella violenter rapitur, vt in perpetuum teneatur. Item cum non ipſa violenter rapitur, ſed vſus eius ea prohibente violenter vſurpatur. Item tunc demum committitur raptus, cum ipſe raptor non deſponſauerit primo ipſam puellam. Item raptus largè non ſolum committitur in virginem, ſed etiam in viduam, & ſanctimonialem. Iſido. tamen videtur accipere raptum pro quolibet illicito coitu.

Raptus committitur dupliciter ſc. dū puella violēter abducitur vel ſaltē minuitis pauēti-bus, vt corrupta prouoxe habeatur; & cum ſine vi abducitur ſid vi deflo-ratur.

Extra. 5. de raptorib. Lucius 3. Cū raptus ibi dicatur cōmitti, vbi nihil āte de nuptiis agitur, Iſte raptor dici

non

non debet, cum habuit mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſauerit quam cognouerit, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuiſſe. *Cauſa 36. quæſt. 1.* Filiam cuiuſdam, patre ignorãte, quidam muneribus illexit ad conuiuium: finito conuiuio, iuuenis virginem oppreſſit, quo comperto, à parentibus iuueni traditur puella, ac more nubentium à iuuene dotatur, & publicè in vxorem ducitur. Quæritur an ille raptum commiſerit? Quod quidem auctoritate probatur multorum. Ait enim Iſido. in 2. lib. Ety. *Raptus eſt illicitus coitus à corrumpendo dictus, vnde qui rapto potitur, ſtupro fruitur.* Item Gelaſius Papa: *Lex illa prateritorum principum ibi raptum dixit commiſſum eſſe, vbi puella, de cuius ante nuptijs nihil actum fuerit, videatur abducta.*

Quæſtio.

Gratianus. Cum ergo hęc illicito coitu ſit corrupta, & ita ſit abducta, id eſt à domo patris ducta, quod de eius nuptiis nihil ante actum fuerit, raptam appellandam negari non poteſt. Sed non omnis illicitus coitus, non cuiuſlibet illicita defloratio, raptus appellatur. Aliud enim eſt fornicatio, aliud ſtuprum, aliud adulterium, aliud inceſtus, aliud raptus. *Raptus* admittitur, cum puella de domo patris violenter ducitur, vt corrupta in vxorem habeatur, ſiue puellæ ſolummodo, ſiue parentibus tantum, ſiue vtriſque vis illata conſtiterit. *Hic morte* mulctatur, Sed ſi ad eccleſiam cum rapta confugerit, priuilegio eccleſiæ mortis impunitatem promeretur. Vnde in Aurelian. concil. legitur: *Aut ad ſeruiendum ſubiectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem. Si vero eam quæ rapitur patrem habere conſtiterit, & puella raptori conſenſerit; poteſtati patris excuſata reddatur, & raptor patri ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur obnoxius.*

Hic autem neque parentibus, neque puellæ vim intuliſſe videtur, cum neque illis prohibentibus, neque illa renitẽte violenter ſit abducta. Aliud eſt enim promiſſionibus aliquam ſeducere, aliud ſibi vim inferre: vnde quia neutri vis illata probatur, raptor hic iure dici non debet. Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando enim res ipſa rapitur, vt in perpetuum teneatur. Aliquando vero non res ipſa affectatur, ſed vſus eius domino prohibente violenter vſurpatur. Hic ergo raptum admiſit, quia florem virginitatis puellæ violenter eripuit.

Solutio.

De pœna raptoris.

CAP. XXXII.

IBIDEM *quæſt. 2. ex concil Calcedonen.* Hos qui rapiunt puellas, ſiue mulieres, ſub nomine ſimul habitandi, cooperantes autem, & conuiuentes raptoribus, decreuit ſancta ſynodus, vt ſi quidem clerici ſint, decidant à proprio gradu; ſi vero laici anathematizentur. *Item Imperator Inſtinianus.* Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo, matrimonij iungendi cauſa, ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.

Pœna raptus ſecũdum canones eſt excõmunicatio & ſeruitus; ſecundũ leges decapitatio (etiamſi ſolũ id facere quis attentet) & vt bona eius rapta applicentur. ſi ingenuam rapuit.

Gratianus. Nunc quæritur an purgato vitio rapinæ, raptor in vxorem poſſit raptam accipere: quorum coniunctio auctoritate ſanctorum canonum penitus prohibetur? Sed raptor & rapta, nomina ſunt vitiorum, non perſonarum: Vitia autem cum per pœnitentiam purgata fuerint, nomina eorum abolentur. Prohibetur ergo rapta copulari raptori, antequam vitium rapinæ aboleatur; donec ille raptor, & illa rapta iure appellatur. Cæterum cum illa patriæ poteſtati reſtituta fuerit, & raptor ſuæ rapinæ pœnitentiam, egerit, cum voluntas parentum vtriuſque in vnum conuenerit, non prohibentur adinuicem copulari.

Vnde Hieronym. Tria legitima coniugia in ſcripturis leguntur. Primum eſt virgo caſta in virginitate viro data legitimè, & reliqua quę ſequuntur in prædictis. Secundo vero in ciuitate deprehenſa à viro, & illi per vim copulata; ſi pater eius poſtea conſenſerit. Tertium ſi pater eius ipſam alij dederit. *Ambroſ. in apologia Dauid.* Cum voluntate parentum in coniugium haberi raptam permittimus. Denique & puellæ pater illius, quæ vim concubitus nulli deſponſata pertulit, 50. drachmas aureas accipiet: ipſa autem in coniugio permanebit. *Gratianus.* Legitime igitur poſt pœnitentiam peractam raptor ſibi poterit copulare quam rapuit, niſi pater puellæ viam raptori detrahere voluerit. *Extra. 5. de raptoribus, Innocent. 3.* Rapta puella legitime poterit contrahere cum raptore, ſi prior defenſio tranſeat poſtmodum in conſenſum, dummodo etiam ad contrahendum legitimæ ſint perſonæ.

Raptor poſt peractã pœnitẽtiã poteſt matrimoniũ cũ rapta contrahere, patre puella cõſentiente, cui prius debet reſtitui, alias non.

Ex ſumma de ca. In ſumma itaque nota, quòd pœna raptoris mulierem ſecundum leges eſt vt capite puniatur, & eius ſubſtantia raptæ applicetur, ſi ingenuam rapuit: ſi vero ancillam vel liberam, ſubſtantiam non amittit, ſed tantum decapitatur. Secundum canones vero raptor efficitur ſeruus raptæ, niſi velit ſe redimere. Item debet excommunicari cum fautoribus ſuis: ſi tamen rapta velit cum raptore contrahere, poteſt.

Frater V. Quid de illo qui defloratam virginem ſolutam, nunquid eam ducere vel maritare debet? ſecundum quòd videtur dicere decretalis *extra. de adulterio. ca. 1. Reſpondeo.* Si defloratam ipſam voluntariam, nõ tenetur: Si autem inuitam, aut per dolum inductam ad conſenſum, in foro pœnitentiali iniungendum eſt ei quod ei ſatisfaciat, vel cum ea componat: Ad pœnam autem prędictæ decretalis non tenetur, niſi in foro cauſarum. Et gloſſatores exponunt eam de raptore qui ſeducit, ideſt ſeorſum ducit à domo patris, & extrahit virginem per violentiam.

Qui vi deflorat virginem tenetur ei ſatisfacere, ſed non illã ducere, niſi forte in foro externo.

Ex ſumma de caſibus. Et nota quod ſi princeps committat iudici eccleſiaſtico poteſtatem puniendi tales, ipſe circa mortem, vel membri truncationem, vel ſanguinis effuſionem, poterit raptorem iubere incarcerari, vel flagellari, vel pœna pecuniaria mulctati. Quos tamen inuenerit adeo enormiter exceſſiſſe, quòd mortem, vel membri detruncationem debeant ſuſtinere, debet reſeruare puniendos Regiæ poteſtati.

Quod rea non ſit puella violenter oppreſſa.

CAP. XXXIII.

CAVSA 32. q 5. Quod autem pudicitia violenter eripi non poſſit, multorum auctoritatibus probatur. Eſt enim virtus animi, qui violentiam non ſentit. Corpori namque vis infertur, non animæ. Vnde quamuis corpus violenter corrumpatur, Si pudicitia mentis ſeruetur, illæſa tamen caſtitas duplicatur. Sicut beatam Luciam fertur dixiſſe Paſchaſio: *Si inuitam me feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.* De conſenſibus enim, & voluntatibus iudicabit Deus. *Hinc Ambro. ſcribit in libr. 5. de virginibus.* Virgo proſtitui poteſt, adulterari non poteſt. *Idem.* Reuera non poteſt caro ante corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta.

Pudicitia nõ tollitur per oppreſſionem violentã.

Auguſtinus de ciuitatib. Dei libr. 1. Quis ſana (ſcilicet mente) pudicitiam ſe putauerit perdere, ſi forte in apprehenſa, vel vi oppreſſa carne ſua exerceatur vel expleatur libido non ſua. *Idem.* Propoſito animi permanente, per quod etiam corpus ſanctificari meruit, ipſi corpori non aufert ſanctitatem violentia libidinis alienę, quam ſeruat perſeuerantia ſuæ continentiæ. *Item Iſidorus in ſynonimis libr. 2.* Non poteſt corpus corrumpi, niſi prius corruptus ſit animus. Munda namque à contagione anima, caro non peccat.

Item Auguſtin. Honorato epiſcopo Nec quis in carne violatur, quando voluntas patientis tui piter carne non vtitur, ſed ſine confeſſione toleratur, quod alius operatur. *Item Ioann. Chryſoſt ſuper Matth.* Sicut enim peccatum opus ſine voluntate non facit, ita &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit.

Violenter oppressa nõ debẽt se virginibus exaquare ob carnis corruptionem.

Gratianus. Quamuis autem violenter oppressæ pudicitiam non amiserint, incontaminatis tamen se non audeant exæquare virginibus. *Vnde Leo Papa.* Illę autem famulæ Dei, quæ oppressione Barbarica integritatem pudoris perdiderunt, laudabiliores erũt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui: minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerunt animo non amittere, se doleant vel corpore perdidisse.

De Crimine incestus.

CAP. XXXIV.

Quid incestus.

CAVSA 36. *quæstione* 1. *Incestus est consanguinearum, vel affinium abusus.* Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis, vel affinibus suis abutuntur. *Causa* 35. *quæstion.* 3. *ex concil. Hilerdensi.* De his qui incesti pollutione se maculant, placuit, quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsque ad Missam cathecumenocum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere, vlli Christianorum (sicut Apostolus iussit) licebit.

Causa 12. *quæstione* 7. Quædam cum fratre viri sui dormiuit: decretum est vt adulteri nunquam coniugio copulentur, illi vero cui vxor stuprata est, licita coniugia non negentur: scilicet post mortem vxoris. *Sic & illud Moguntin. concil. intelligitur.* Si quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, aut si quæ cum duobus fratribus, seu cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut nouercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam polluerit, eos disiungi, & vlterius nunquam coniugio copulari præcipimus. Item qui dormierit cum duabus sororibus, & vna ex illis antea fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri vnquam in coniugio copulentur.

Incestuosi nũquam possũt matrimoniũ contrahere cum vllo, nisi ex ignorãtia id fecerint.

Item ex decreto Zachariæ Papæ: Concubuisti cum sorore vxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas. Et si illa quę vxor tua fuerit, conscia sceleris non fuerit, si continere non vult, nubat in domino * cui velit; tu autem & adultera sine spe coniugij permanebitis, & quamdiu vixeritis, præcepto sacerdotis pœnitentiam agite. *Ex concil. Triburien.* Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit; & sororem ab eodem antea vsurpatam nescierit, vel se sororem eius quam antea stuprauerat, non intellexit, si dignè pœnituerint, & continere non valuerint, post annos septem coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerint, vsque ad mortem coniugio abstineant.

** Intellige post mortem mariti.*

Item 35. *quæstione secunda.* Si quis cum matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat vxorem: Illæ vero si voluerint accipient maritos. Si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis perpetuo maneant. *Idem in eodem?* Quidam fornicatus est cum quadam muliere, & postea filius nesciens patris factum, stuprauit eandem. Quod cum pater nesciret, de se filioque confessus, statuitur melius esse, vt taliter lapsis condigna pœnitentia iuncta, legitima permittantur coniugia, quam si forte deterius delinquant: Fornicaria autem sine spe coniugii maneat.

De incestuosis coniugiis separandis.

CAP. XXXV.

CAVSA 35. *quæstione* 6. Nunc quæritur quibus accusantibus, vel testificantibus, consanguineorum coniunctio dirimenda sit. *De his ita scribit Fabianus Papa:* Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet, id est pater & mater, soror & frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, episcopus canonicè perquirat, & si inuenta fuerit propinquitas, separentur. *Item Vrbanus Papa:* Quod si propinqui vel extranei, verbis tantum propinquitatem testãtur, & iuramento probare noluerint, vel nequiuerint; cõiugium nullatenus dissoluatur, sed competens eis pœnitentia, puta propter infamiam, vel peccati maculam, si forte in hoc contraxerint aliquam, iniungatur.

Quibus accusantibus et testificatibus incestuosa nuptia sunt dirimenda.

Item ex concil. Vrbani Papæ habito in Apulia. Si duo viri vel tres, consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel si ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur in notoriis. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per baptismum, per fidem Christi, per Christi iudicium, in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, vtrum se, sicut fama est, recognoscant esse consanguineos; si negauerint, sibiipsis relinquendis sunt. Ita tamen vt si aliud in conscientia habeant, se à liminibus ecclesiæ, à corpore & sanguine domini, à fidelium communione nouerint segregatos, atque infames effectos, donec ab incesti facinore desinant. Si seipsi iudicio episcoporum separauerint, qui iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibentur.

Episcopus cũ coniuges notantur de incestu qui non potest probari, debet suscipere illorũ iuramentum & illistare.

Gratianus. Ecce quibus accusantibus, vel testificantibus, consanguineorum coniunctiones sint dirimendæ. Cuiusmodi vero inramentum ab accusatore sit exigendum, ex Romano ordine habetur. Est autem huiusmodi: *de parentela illa, quam dicunt esse inter N. & istam eius coniugem N. quicquid inde scis, aut audisti à tuis vicinis, aut à tuis propinquis antiquioribus, tu per nullum ingenium, nec propter timorem, aut amorem, aut propter præmium, aut propter consanguinitatem, celabis episcopo tuo, aut eius misso, cui hęc requirere inserit, quandocunque te ex hoc interrogauerit, sic Deus te adiuuet, & istorum sanctorum reliquiæ.* Iuramentum testium huiusmodi est: *illud iuramẽtum quod iste iurauit, de illa parentela quæ inter N. & eius coniugem N. computatur, tu illud obseruabis inquantum sapis, sic Deus te adiuuet.*

Forma iuramenti in inquisitione incestus.

De iuramento separationis.

CAP. XXXVI.

PORRO de iuramento separationis, *Innocentius Papa secundus scribit Othoni Lucensi Episcopo dicens.* De parentela illa, vnde nos consulere voluisti, pro qua etiam ad nostram audientiam est appellatum, aliorum fratrum scripta suscepimus, quæ vtique causam ipsam diuerso modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quam in nominibus personarum discordasse; postmodum vero in altero eorum computatores eiusdem parentelæ dicuntur conuenisse. Cæterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra aliquos astruere velint; qui etiam iusiurandum præstare debent, quod neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicant contra eos de quibus agitur, sed potius quia credant ita verum esse; & ita se à suis antecessoribus audiuisse; in quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inueniri.

Ante separationẽ nuptiarũ, omnes circũstantia sũt grauiter põderanda.

Gratianus. Qui vero separantur abinuicem, huiusmodi iuramentum præstabitur. *Ab isto die in antea, tu per nullum ingenium te huic sociabis tua consanguinea, nec in coniugio, nec in adulterio, nec cum illa ad vnam mensam manducabis & bibes, aut sub vno tecto manebis, nisi in ecclesia, aut in alio loco publico,*

Iuramẽtum ab incestuosis separãdis præstandum.

vbi

vbi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe; vt ibi coram teſtibus idoneis pro certa neceſſitate pariter colloquamini, nec aliam coniugem accipies, niſi forte poſt actam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab epiſcopo tuo, aut eius miſſo, ſic Deus te adiuuet. A

Non licet vxorem conſanguineam dimittere ſine probatione eccleſiæ.

Occaſione vero conſanguinitatis, vxorem ſuam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, niſi cauſa primum probata fuerit. Quod autem vnius teſtimonio coniugia apud quoſdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. *Ibidem quæſtione tertia: Fabianus Papa.* Qui propinquam ſanguinis vxorem ducunt, & ſeparantur, non licebit eis quandiu vtique viuunt, alias vxores ſibi in coniugio ſociare. *Gratianus.* Niſi ignorantia excuſentur, vt in concil. apud Vermeiam.

Nemo poteſt inceſtuoſam ducere.

Item Gregorius Papa ad Felicem. Nec eam quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli Chriſtianorum licet vel licebit: quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus. inceſtuoſos vero in nullo coniugij nomine computandos; à ſanctis patribus ſtatutum eſſe legimus. *vbi Gratianus.* naturæ videlicet ordine, ſi vero extraordinariè non ſic. Ait enim *Vrbanus Papa ſecundus. Euo Gratiano Politano.* Extraordinaria pollutio non niſi in naturalibus admiſſa, vel ſæpius reiterata citra maritalem affectum, ſi præbitis ſacramentis ita eſſe conſtiterit quemadmodum nobis tuis deſignatum eſt literis, non videtur matrimonium impedire, quamuis ipſa ſit criminoſa & damnabilis. B

Extraordinaria pollutio inceſtuoſa in naturalibus, non impedit matrimonium cum aliis.

C

De crimine adulterij.

CAP. XXXVII.

Quid adulterium & vnde dictum.

CAVSA 36. *quæſtione prima. Adulterium eſt alieni thori violatio*, vnde adulterium dicitur, quaſi ad alterius thorum acceſſio. *Cauſa 32. quæſtione ſeptima. Auguſt.* Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu. *Item ex epiſtola Clementis.* Quid in omnibus peccatis grauius eſt adulterio? ſecundum namque in pœnis obtinet locum; quoniam primum quidem illi locum habent, qui oberrant à Deo, etiamſi ſobrie vixerint. *Ibidem quæſtione quinta. Ambroſius in hexameron.* Comparem ſuum equus diligit, & ſi mutetur alius, iugum trahere neſcit; tu coniugalem tuum repudias, & ſæpe mutandum putas.

Grauitas adulterij oſtenditur.

D

Item quæſtione quarta, capitulo nemo blandiatur. Non hoc ſolum eſt adulterium, cum aliena coniuge peccare, ſed omne quod non habet poteſtatem coniugij, ideſt quod extra coniugem ſuam committitur. Grauius tamen eſt crimen, vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxoris pudor ſoluitur, ac lex diuina gratiaque violatur. Vnde reſpondit Dominus Abimelech. *Peperci tibi ne peccares in me* &c. vbi cognoſcimus Deum velut preſulem ac cuſtodem eſſe coniugum qui non patitur alienum thorum pollui.

Adulterium ex voluntate filios generandi non ſit licitum, filii tamen ſic geniti non ſunt culpabiles.

E

Auguſtinus ad Claudium contra Iulianum. Sic non ſunt facienda adulteria, etiam voluntate filios generandi, quemadmodum nec furta facienda, etiam voluntate paſcendi pauperes ſanctos. *Item Auguſtinus de bono coniugij.* Sicut ſanctius (alias ſatius) eſt mori fame, quam idoneis veſci, ita ſatius eſt defungi ſine liberis, quam ex illicito concubitu ſtirpem quærere. Vndecunque autem homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum recte colant, honeſti & ſalui erunt: ſemen enim hominis ex qualicunque homine, Dei creatura eſt, & male vtentibus male erit.

Panitentia laici adulteranti eſt 7.

Ex ſumma de caſibus. Laico adulteranti ſeptem annorum pœnitentia, preſbytero vero multo grauior. *Extra. quinto de adulterijs: Alexander tertius.* Significaſti nobis quendam preſbyterum cum alterius coniuge intra eccleſiam dormiuiſſe, cumque negante ad ultero, mulier in cõfeſſione publice perſiſtat; Manqua. condignam pœnitentiam imponas adulteræ. & eccleſiam per aquæ benedictæ reſperſionem reconciliare procures: prædicto autem ſacerdoti cum vicinis preſbyteris, quos ſe nolle perierare noueris, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas. Quod ſi purgare ſe poterit, in officio ſuo miniſtrare permittas. Alioquin ipſum ab officio ſuo ſuſpendere non poſtponas.

annorũ, preſbyteri vero ſuſpenſio.

Qualiter antiqui patres excuſantur à culpa adulterij.

CAP. XXXVIII.

CAVSA 32. *quæſtione quarta. Gratianus.* Nequaquã vero Abraham aut Iacob deliquerunt, quia præter vxores filios ex ancilla quęſierunt, nec tamen illorum exemplo, præter coniugale debitum, fecnnditatem in aliqua licet alicui quærere, cum illorum cõiugia, noſtrorum æquantur, vel præferantur virginitati; & immoderatus vſus coniugij noſtri temporis, turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis.

Cõiugia patriarcharum excedebant noſtrorũ virginitatem.

Excuſatur Abrahã ab adulterio dupliciter.

Vnde Ambroſius ſcribit in libro Patriarch. Conſidera, quod Abraham ante legem Moyſi, & ante Euãgelium fuit; nondum ergo interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis eſt, quæ crimẽ inhibuit; nec ante legem vlla rei eſt damnatio, ſed ex lege. Non ergo in lege commiſit Abraham, ſed legem prœuenit. Deus autem in Paradiſo coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat. Habes primam Abrahæ defenſionem. *Secunda* illa eſt, quòd nõ ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, non petulantis formę caprus decore, ancillæ contubernio coniugalem poſthabuit thorum, ſed ſtudio quærendæ poſteritatis, & propagandæ ſobolis. Adhuc poſt diluuiũ raritas erat humani generis; erat etiam religionis, ne quis non reddidiſſe videretur debitum naturæ. Denique & Loth ſancti, filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum, & ideo publici muneris gratia, priuatam culpã prætexit.

Item Hieronym. Quis ignoret ſub alta diſpenſatione Dei, omnes retro ſanctos fuiſſe eiuſdem meriti, cuius non ſunt modo Chriſtiani? Quomodo autem Abraham placuit Deo in coniugio, ſicut nunc virgines placeant Deo in caſtitate. Seruiuit ille legi & tẽpore ſuo, ſeruiamus & nos legi & temporibus noſtris, in quo fines ſeculorum deuenerunt. *Item Auguſtinus.* Obiiciuntur Iacob quatuor vxores, quod quoniam mos erat, crimen non erat: ſic Patriarchæ coniugibus excipientibus ſemen ſuum miſcebantur, non concupiſcentia perficiendæ voluptatis, ſed prouidentia propagandæ ſucceſſionis.

Aliud exigit lex & tẽpus noſtrũ, aliud lex & tempus Iudæorũ.

Qualiter à culpa adulterij plerũq; excuſat ignorãtia facti.

CAP. XXXIX.

CAVSA 34. Quidam in captiuitatem ductus eſt, & poſtea vxor eius audiens illum mortuum, nupſit alij: demum ille rediens repetit vxorem ſuam: Quæritur an illa ſit rea adulterii, & an ſit cogenda recedere à ſecundo, & redire ad primum? Vtraque quæſtio terminatur auctoritate *Leonis Papæ, qui ſcribens Niceæ Aquileg. Epiſcopo ait*: Si viri poſt longam captiuitatem reuerſi, ita in dilectione ſuarum cõiugum perſeuerant, vt eas cupiant redire in ſuum conſortium, omittendum eſt, & inculpabile iudicandum eſt quod neceſſitas intulit, & reſtituendum quod fides poſcit: Omniumque ſtudio procurandum eſt, vt recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt: nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris perualor habeatur, qui perſonã eius mariti, qui iã non eſſe æſtimabatur, aſſumpſit. Sin autẽ aliquę mulieres, ita poſteriorũ virorum amore ſunt captę, vt maluerint his cohærere, quam ad legitimum redire conſortium,

Mulier putãs probabiliter ſuũ maritum mortuũ poteſt alterinubere, ſed ſi primus redeat & velit illã rehabere, tenetur redire; nec poteſt amplius ſecundo cemiſceri poſtquã nouerit primũ ſuperſtitem eſſe.

ſortium, merito ſunt notandæ; ita vt eccleſiaſtica cõmunione priuentur, quòd de re contaminabili, contaminationem criminis elegerunt: oſtendentes ſibimet per ſuam incontinentiam placuiſſe, quod iuſta remiſſio poterat expiare.

Auguſtinus in libro de fide, & operibus. Si virgo neſciens, viro nupſerit alieno, hoc ſi ſemper neſciat, nũquam ex hoc erit adultera. Si autem ſciat, iam ex hoc adultera eſſe incipit, ex quo cum alieno ſciens cubauerit. Sicut in iure prædiorum tamdiu quiſquis bonæ fidei poſſeſſor recte dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum. Cum vero ſciuerit nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tũc malę fidei poſſeſſor perhibetur, & tunc iuſtè iniuſtus vocabitur.

Qui ignorãter inceſtum committunt nõ ſunt matrimonio priuandi.

Gratianus. Sic & ignorantia excuſat eum, qui neſciens dormiuit cum ſorore vxoris ſuæ. *Vnde in concil. Triburien. legitur*: In lẽctum mariti abſente vxore ſoror iuit vxoris; quam ille vxorem ſuam putans eſſe, dormiuit cum ea. Super hoc viſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probauerit, quòd inſcius fecerit hoc ſcelus; pœnitentiam quidem, quæ ſibi indicta fuerit, agat, legitimum ſuum coniugium habere permittatur. Illa vero vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.

Gratianus. De ſimpliciter vero fornicantibus, vel cum duabus ſororibus, vel cum matre & filia, vel cum patre & filio, idem accipiendum eſt, vt ignorantibus coniugia non negentur, ſcientibus perpetuo prohibeantur.

Quod vxor in adulterio permanens non ſit retinenda.

Cap. XL.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matth. Sicut crudelis & iniquus eſt qui caſtam dimittit vxorem, ſic fatuus eſt & iniuſtus, qui retinet meretricem. Patronus enim eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris. *Idem Ioannes Chryſoſtomus.* Si quis vxorem ſuam inuenerit adulteram, & poſtea deinceps placuerit eam habere in matrimonio, duobus annis pœniteat, Ideo quia cum adultera commixtus ſit; quæ adhuc crimine ſuo non eſt purgata: aut abſtineat ſe à matrimonio eius, donec expleatur ſatisfactio terminis pœnitentię ſuæ. Tunc quidem poſt ſatisfactionem pœnitentiæ ſuæ, non meretur vocari adultera. Similiter ſi vxor virum ſuum inuenerit adulterum, non ad imparia iudicantur.

Vir nõ poteſt vxorem quã nouit adulteram & in adulterio per ſeuerantẽ retinere, bene tamen ſi paniteat, & idẽ eſt dicendum de vxore reſpectu viri adulteri.

Item ex pœnitentiali Theodori: Si quis vxorem ſuam ſcit adulteram, & non vult dimittere eam, ſed habere in matrimonio, tres annos pœniteat; & quamdiu illa pœnitet, abſtineat ab illa. *Gratianus.* Subaudiatur niſi ab adulterio mulier recedere voluerit, quo caſu vir vxorem recipere poteſt, nullum periculum ei illaturus.

Auguſtinus ad Pollentium libro ſecundo. Quod tibi durum videtur, vt poſt adulterium reconcilietur coniunx, ſi fides aſſit, non erit durum. Cur enim adhuc reputamus adulteros, quos credimus, vel baptiſmate ablutos, vel pœnitentia eſſe ſanatos? Hæc crimina in veteri lege de nullis ſacrificiis mundabantur, quæ in lege noui teſtamenti ſine mundatione legali mundantur. Et ideo tunc omnino prohibitum eſt, ab alio contaminatam accipere vxorem. Nunc autem poſtquam Chriſtus ait adulteræ, *Nec ego condemnabo te*; *vade & deinceps noli peccare*; quis non intelligat maritũ debere ignoſcere, quod videt ignouiſſe Deum amborum; nec iam ſe debere adulteram dicere, cuius pœnitentis crimen deletum eſt à Deo. *Gratianus.* Quod ſi in adulterio perſeuerare elegerit, turpitudinis & lenocinij reus maritus habebitur, niſi eam ream adulterij facere voluerit.

De Accuſatione adultera.

Cap. XLI.

Bx *ſumma de caſibus.* Accuſatio de adulterio, quãdo agitur ad ſeparationem thori, & relaxationem mutuæ ſeruitutis, magis proprie dicitur accuſatio, quam illa de qua dictum eſt ſupra. Quoniam iſta ſit propter adulterij crimen, & fit inſcriptione. Item licet tam ſecundum canones, quam ſecundum leges, quilibet bonæ famæ admittatur ad accuſationem adulterij, cum ad pœnam agitur legalem, vel canonicam infligendam, ad illam tamen accuſationem matrimonij, quæ ſit propter adulterium commiſſum, cum agitur ad thori ſeparationem, nullus admittitur niſi maritus, vel vxor. Itaque maritus volens accuſare vxorem de adulterio coram iudice ſeculari ad pœnam legalem, debet inſcribere, id eſt libellum accuſationis facere, & ad pœnam talionis ſe obligare; ſed ſi coram eccleſiaſtico iudice vult eam accuſare ad thori ſeparationem, tenetur ei dare libellum accuſationis, ſed non debet ſe obligare ad pœnam talionis: quoniam ſiue probaret quod obiiceret, ſiue non haberet quod vellet, ideſt priuaretur vxoris amplexu.

Duplicitер poteſt quis recuſare de adulterio ſc. in ordine ad pœnam legalem & in ordine ad ſeparationem thorit 1. modo quilibet poteſt accuſare, 2. ſolus coniux.

Et nota quod in hac accuſatione, ſicut in reliquis caſibus matrimonialibus, poteſt maritus agere, & illa reſpondere per procuratorem, quamuis ſecurius in præſentia principalium perſonarum ageretur. Quod autem maritus poteſt accuſare, & dimittere vxorem propter fornicationem & econuerſo, iſta cauſa extenditur ad fornicationis ſuſpicionem. Quod intelligo, vbi adeo eſt violenta ſuſpicio, vt merito illa probata, videatur etiam probata fornicatio. Verbi gratia, ſi probatum eſt quòd fuit ſolus cum ſola, nudus cum nuda, loco & hora ſecretis. Nam vbicunque fornicatio, vel fornicationis huiuſmodi ſuſpicio fuerit, libere vxor dimittitur. Idem credo quod extenditur ad crimen Sodomiticum, vt propter illud poſſit vxor dimittere virum, & econuerſo. Idem intelligendum eſt de ſpirituali fornicatione. Verbi gratia ſi maritus vel vxor incidat in hæreſim, Iudaiſmum, vel gentilium errorem. Eſt tamen differentia in hoc, quia propter fornicationem carnalem ſemel commiſſam poteſt vir dimittere vxorem, vel vxor virum; propter fornicationem autem ſpiritualem non poteſt, ſi velit ſe corrigere. *Extra quinto de adulteriis.* Ex concil. Pariſien. Maritis etiam ex ſuſpicione vxores accuſare permiſſum eſt, & ipſi plus cæteris de adulterio & accuſare poſſunt, & defendere.

Non ſolum propter fornicationem, ſed etiã propter violentã fornicationis ſuſpicionẽ probatam poteſt quis vxorem dimittere.

Item propter crimen ſodomiticum & fornicationẽ ſpiritualẽ ſeu infidelitatẽ licet vxorem dimittere.

De Replicationibus vel exceptionibus mulieris, & effectu accuſationis.

Cap. XLII.

Svnt tamen ſeptem caſus in quibus vxor adultera non poteſt accuſari à viro. *Primus* ſi ipſe conuincitur fornicari. *Secundus* ſi ipſe proſtituit. *Tertius* eſt cum ipſa credebat virum defunctum; & nupſit alij, quia maritus rediens tenetur eam recipere, non obſtante tali adulterio, niſi ſteterit ſcienter cum ſecundo marito, poſtquam primus venit. *Quartus* ſi cognita fuerit latenter ab aliquo, quem credebat eſſe proprium virum. *Quintus* ſi fuerit vi oppreſſa: hoc autem intelligo de vi abſoluta; nam ſi metu, vel præcepto parentum inſtantia, conſanguineorum, vel alia conſimili cauſa fornicaretur cum aliquo, etiam contrahendo cum illo de facto, non excuſaretur. *Sextus* eſt quando reconciliauit eam ſibi poſt adulterium commiſſum, vel eam publice adulterantem retinet in conſortio maritali. *Septimus* eſt, licet raro occurrat, quòd ſi aliquis fidelis coniugem infidelem dimittat, dato ſibi

Septem caſus in quibus vxor adultera nõ poteſt à viro dimitti.

libello

libello repudij, & illa nubat alij ſecundum ritum ſuum, ſi ipſa conuertatur ad fidem, ipſe tenetur eam recipere, non obſtante quod ſit ab alio cognita cui ſe coniunxerit, niſi aliter fuerit fornicata.

Vir occulte adulteratus non poteſt vxorem publice fornicatã dimittere, niſi illa adhuc perſeueret & ipſe non: ſi autẽ ipſe nũquam fuit reus poterit vxorẽ qua iam pœnituit dimittere.

Sed pone, quod vir adulteratus eſt occultè, vxor manifeſtè, numquid poteſt vir eam accuſare, & per ſententiam dimittere ſine peccato? Credo quod non, quia non deficit vxori ius excipiendi, ſed probatio. Si tamen vir egiſſet pœnitentiam, & vxor monita nollet agere pœnitentiam, ſi perſeueraret in adulterio, credo quod ſine peccato poſſit eam accuſare, & dimittere per ſententiam.

Sed nunquid vxor adultera poſt pœnitentiam poteſt repellere virum ab accuſatione, vel èconuerſo vir vxorem? videtur quod ſic, quia ſicut ait Gregorius. *Non deſpici debet in eo quod fuit, quia iam incipit eſſe quod non fuit.* Credo tamen contrarium, quia pœnitentia non tollit ius accuſandi, vel excipiendi, vel replicandi in foro iudiciali, vel contentioſo. Effectus igitur huiuſmodi accuſationis eſt, quod ſi maritus probat quod intendit, vel mulier hoc confiteatur, niſi mulier replicet contra eum aliquem de prædictis ſeptem caſibus, abſoluitur ab eius cohabitatione, & à ſeruitute qua ſibi tenebatur, & habitum religionis ea inuita ſumere poteſt, & in ſæculo ſine ea viuere poteſt: ſed tamen continere tenetur quamdiu illa viuit.

De viro adultero repellendo.

CAP. XLIII.

GRATIANVS, *Cauſa trigeſimaſecunda quæſtione ſexta.* Quæritur ſi adulter poſſit dimittere vxorẽ cauſa fornicationis? non enim videtur quod eodem crimine infectus, alium de eodem punire poſſit. Vnde cum Iudęi adulteram accuſarent, ęquitatis ſententiam à domino acceperunt: *Quicumque veſtrum ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat. Hinc etiam Auguſtinus ſcribit libro primo de ſer. Domini in monte*: Nihil iniquius eſt, quam cauſa fornicationis dimittere vxorem, ſi ipſe conuincitur fornicari. Quapropter quiſquis fornicationis cauſa vult dimittere vxorem, prior debet eſſe à fornicatione purgatus. Quod ſimiliter de fœmina dixerim.

Probatur authoritatibus quod ſupra dictum eſt.

Idem de verbo Dom. Quis viuens eſt, qui non caſtam velit ducere vxorem, intactam quæris, intactus eſto; puram quæris, purus eſto. *Idem de decem chordis*: Non mœchaberis, ideſt non ibis ad aliquam præter vxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab vxore tua, & non vis hoc reddere vxori. Et cum debeas in virtute præcedere vxorem tuam, quoniam caſtitas virtus eſt; Tu ſub vno impetu libidinis cadis; & vis vxorem tuam victricem eſſe, & tu victus iaces: Et cum tu caput vxoris ſis, præcedit te ad Deum, cuius caput es. Vis tuam domum capite deorſum pendere. Caput enim mulieris vir eſt; vbi autem melius viuit mulier quàm vir, capite deorſum pendet domus. Si caput eſt vir, melius debet viuere quàm mulier, & præcedere debet in omnibus bonis factis vxorem.

Idem de adulterinis coniugijs? Indignantur mariti, ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas; cum tanto grauius puniri oportuit eos, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

Adulterium in vtroque ſexu pari cõdemnatur. ratione.

Ibidem q. 5. Inno. Papa: Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari condemnat ratione. Sed viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerant; & ideo mulieribus, prodito eorum crimine, venia denegatur: virorum autem latente commiſſo, non facile quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinet, qui vtique ſubmouebitur, ſi eius flagitium detegatur. Cum enim par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit.

Extra. 5. de adul. Innoc. 3. Cum autem paria crimina compenſatione mutua deleantur, vir fornicarius, fornicationis obtentu, ſuæ vxoris nequit conſortium declinare.

De adultera dimiſſa.

CAP. XLIIII.

CAVSA *32. q. 1. Hiero.* Sola fornicatio eſt, quæ vxoris vincit affectum. Imò cum illa vnam carnem in aliam diuiſerit, & ſe fornicatione à marito ſeparauerit, non debet teneri, ne virum quoque ſub maledicto faciat, dicente ſcriptura: *Qui tenet adulteram, ſtultus & impius eſt.* Et quia non poterat accidere vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptialem, veteri copulæ crimen impingeret, ſic priorem dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente, ſecundam non habeat. *Idem q. 7. Gratianus*: Manet enim inter eos quoddam vinculum coniugale, quod nec ipſa ſeparatione ſoluitur.

Qui adulteram dimittit debet illa viuente à coniugio abſtinere, quia ſeparatio nõ tollit vinculum coniugale.

Vnde Aug. in lib. de bono coniugali: Tantum valet vinculum ſociale, vt cùm cauſa procreandi ligetur non diſſoluatur. Poſſet enim homo ſterilem dimittere vxorem, & ducere aliam, de qua filios haberet, & tamen non licet.

Idem. Manet inter viuentes quoddam vinculum coniugale, quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſſit auferre: ſicut apoſtata anima, velut de coniugio Chriſti recedens, etiam fide perdita, ſacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti, ſi amiſiſſet abſcedens. Habet autem hoc qui receſſit ad cumulum ſupplicij, non ad meritum præmij.

Extra vbi ſupra. Si vir, ſciens vxorem ſuam deliquiſſe, quæ non egerit pœnitentiam, ſed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & eius peccati particeps. Quòd ſi mulier dimiſſa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reuerti, debet, ſed non ſæpe, recipere peccatricem.

Vir debet adulteram pœnitentem recipere ſed nõ ſæpe; item ſi vir poſtea fuerit fornicatus, poteſt cogi reduci ad vxorẽ; quod ſi manſerit innocens poteſt illam etiam inuitam repetere poſt ſententiã.

Ex ſumma de ca. Pone, quod lata eſt ſententia diuortij, ad ſeparationem thori, propter adulterium vxoris; poſtea vir adulteratur. Quæritur vtrũ mulier poſſit ipſum repetere, non obſtante ſententia? Solutio: Dicunt quidam quod non, & credo verum eſſe de iuris rigore; iudex tamen ex officio ſuo debet illum cogere redire ad vxorem. Item pone quod vir vult eam reconciliare ſibi poſt ſententiam, illa non vult, nunquid eſt cogenda, & peccat ſi non redeat? Videtur mihi quod ſi vir innocens eſt, quia non peccauit adulterando, poteſt petere illam etiam inuitam ſibi reconciliari, non obſtante ſententia: quia quod fauore meo introductum eſt, in damnum meum retorqueri non debet.

De adulterino coniugio.

CAP. XLV.

CAuſa *32. q. 2. Aug. in lib. de bono coniugali:* Solet quæri cum maſculus & fœmina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, ſibimet, non filiorum procreandorum, ſed propter incontinentiam, ſolius concubitus cauſa copulantur, ea fide media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero hoc faciant; vtrum nuptiæ ſint vocandæ? Et poteſt quidem fortaſſe non abſurde hoc appellari cõnubium, ſi vſque ad mortem alicuius eorum inter eos placuerit, & prolis generationem (quamuis non ea cauſa coniuncti ſunt) tamen non vitaueruns, vt vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam aliquo opere malo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

An ſint nuptiæ vocandæ quæ fiunt ſolius voluptatis gratia

agant ne naſcantur. Cæterum, ſi vel vtrumque, vel vnum horum deſit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare poſſumus.

Idem de nuptijs, & concupiſcentijs. Aliquando eouſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam ſterilitatis venena procuret; & ſi nihil valuerit, conceptus fætus intra viſcera aliquo modo extinguant, aut fundant, volendo ſuam prolem prius interire, quàm viuere: Aut ſi in vtero viuebat, occidi antequam naſci, prorſus ſi ambo tales ſint, coniuges non ſunt, & ſi ab initio tales fuerunt, non ſibi per connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerunt. Si autem ambo non ſunt tales, audeo dicere, aut illa quodammodo eſt mariti meretrix, aut ille adulter vxoris.

Coniuges qui prolis generationẽ impediunt non ſunt verè cõiuges ſed fornicarij.

Hieron. Origo quidem amoris honeſta erat, ſed magnitudo deformis; nihil intereſt ex quàm honeſta cauſa quis inſaniat. *Vnde & Sextus Pythagoricus*, adulter eſt in ſua vxore ardentior amator. In aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt, & in ſua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu. Non regnet in eo voluptatis affectus, vel impetus, nec præceps feratur ad coitum: nihil enim fædius quàm vxorem amare quaſi adulteram, &c. *Item require plenius ſup. in libr. de Oeconomica.*

Amor coniugis qualis eſſe debeat.

De Stupro.

CAP. XLVI.

Quid ſtupri

Gratianus cau. 36. q. 1. Stuprum autem propriè, virginum eſt illicita defloratio; quando videlicet non præcedente coniugali actione, vtriuſque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriam ad animam ſtatim poſt cognitionem non reuocante.

Extra. 5. de adulterijs & ſtupro. In Exodo legitur: *Si ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit in vxorem. Si vero pater virginis dare noluerit, reddat pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere conſueuerunt.*

Qui virginẽ ſeduxit debet illam ducere, vel in monaſteriũ ad agendum pœnitentiam detrudi.

Item Greg. Felix virginem quam ſtupro decepit, habeat vxorem, aut ſi renuendum vel renunciandam putauerit, corporaliter caſtigetur; & excõmunicatus, in monaſterium in quo agat pœnitentiam retrudatur, de quo nulla ſit ei ſine præceptione noſtra egrediendi licentia.

Deus non poteſt virginẽ poſt ruinam ſuſcitare.

Cau. 32. q. 5. Hiero. ad Euſtochium. Caue ne quando dicat de te Deus: *Virgo Iſraël cecidit, & non eſt qui ſuſcitet eum.* Audenter dicam, cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare non poteſt virginem poſt ruinam, valet quidem liberare de pœna, ſed non valet coronare corruptam, perit autem & mente virginitas; *nam qui viderit* inquit *mulierem ad concupiſcendem eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, &c.* Iſtæ ſunt virgines malæ, virgines carne non ſpiritu, virgines ſtultæ, quæ oleum non habentes, excludũtur à ſponſo. Rectius fuerat hominem ſubiiſſe coniugium, & ambulaſſe per plana, quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere.

De Fornicatione.

CAP. XLVII.

Quid propriè fornicatio.

Gratianus cauſa 31. q. 1. Fornicatio licet videatur eſſe genus cuiuſlibet illiciti coitus qui fit extra vxorem legitimam, tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum.

Simplex fornicatio eſt peccatũ, ſicut & voluptas meretricia etiam in vxore.

Idem in cauſa 32. q. 4. Simplex etiam fornicatio in ſacra ſcriptura prohibetur.

Vnde Auguſt. in quæſtionibus Deuteronomij. Meretrices eſſe, & ad meretrices accedere, prohibet Dominus, quarum publice venalis eſt turpitudo.

Item Hiero. Voluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore etiam ſunt damnatæ.

Ibidem qu. 7. Iſidorus. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quiſque diuerſa turpitudinis voluptate proſtituatur. Ex delectatione enim fornicandi, varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, vt homo à Deo ſeparetur. Inter cætera ſeptem vitia, vitium fornicationis maximi ſceleris eſt; quia per carnis immunditiam, templum Dei violatur. Sunt autem quædam (ſcilicet mulieres) quæ ſicut animalia, abſque vlla diſcretione indeſinenter libidini ſeruiunt, quas ego nec mutis pecudibus comparauerim: pecora enim cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam ſui.

Inter vitia capitalia maximi ſceleris eſt fornicatio.

De non ducenda meretrice.

CAP. XLVIII.

Meretrix impœnitens non debet duci in vxorem.

AVCTOR. Nota quod publicæ meretricis, quamdiu talis manet, oblationes non debent recipi, nec ipſa in coniugium duci.

Cauſa 32. q. 1. Quod autem meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus probatur, & rationibus. Illa enim quæ adulterij rea conuincitur, niſi poſt peractam pœnitentiam, in coniugij conſortio retineri non poteſt; vt ſcilicet ſuperius iam probatum eſt. Non ergo multo minus in coniugium duci licebit, cuius pudicitiæ nulla ſpes habetur: debet enim inter coniuges fides ſeruari & ſacramentum, quæ cum defuerint, non coniuges ſed adulteri appellantur. Cum ergo in meretrice (vt dicimus) nulla ſit ſpes fidei, nec certitudo pudicitiæ, patet quod non eſt in coniugium ducenda.

Obiectio.

Sed obijcitur Raab Hierichontina, quæ quamuis meretrix eſſet, tamen principi de tribu Iuda in coniugio eſt copulata; de qua etiam Chriſtus poſtea naſci dignatus eſt. Oſeæ quoque duodecim prophetarum primus, ex præcepto Domini, choro hordei meretricem emit, quam ſibi in coniugium copulauit. Sed aliud eſt meretricem ducere, vel adulteram retinere, quam tua conſuetudine, caſtitate & pudicitia exornes; atque aliud aliquam earum habere, quam nullo pacto à luxu carnis ſuæ reuocare valeas: hoc enim penitus prohibetur, illud laudabiliter factum legitur.

Licet meretricẽ ducere ſub certa ſpe illam à meretricio reuocandi.

Vnde Hiero. ſuper Oſeæ lib. 1. Non eſt culpandus Oſeæ Propheta ſi meretricem duxit, quam ad pudicitiam conuertit, ſed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecit.

De crimine Sodomitico.

CAP. XLIX.

Gravitas ſodomitici criminis oſtenditur.

Ibidem quæſt. 7. Auguſt. de adulterinis coniugijs. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu. Peius eſt enim cum matre, quàm cum aliena vxore cõcumbere, ſed omnium horum eſt peſſimum, quod contra naturam fit, vt ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo voluerit vti. Vſus enim naturalis, ſi vltra modum prolabitur, in vxore quidem eſt veniale, in meretrice damnabile. Iſte qui contra naturam eſt, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in vxore. Tantum enim valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum conceſſis, etiam cum modus exceditur, longe tolerabilius ſit, quàm in eis quæ conceſſa non ſunt, vel vnus, vel rarus exceſſus.

Idem in lib. Confeſſ. 3. Flagitia quæ ſunt contra naturam, vbique ac ſemper repudianda ac puniẽda ſunt: qualia Sodomitarum fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, quæ non ſic fecit homines, vt ſe

illo

illo vterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ipſe actor eſt, libidinis peruerſitate polluitur.

Ambroſ. in lib. de patriar. Offerebat ſanctus Lot filiarum pudorem; nam etſi illa quoque flagitioſa impuritas erat, tamen minus erat ſecundum naturam coire, quàm contra naturam delinquere.

Hiero. contra Iouinianum. Vſus naturalis, & licitus eſt, ſicut in coniugio; & illicitus, ſicut in adulterio. Contra naturam ſemper illicitus: & proculdubio flagitioſior atque turpior, quem ſanctus Apoſtolus in maſculis & fœminis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quàm in vſu naturali, ſi vel adulterando, vel fornicando peccarent.

Peccatũ contra naturam eſt maius peccatum quã agnoſcere matrem.

Ex ſumma de caſibus. Ex prædicta ſententia Auguſt. qua dicitur *adulterij malum, &c.* Patet, quod peccatum contra naturam longè maius crimen eſt, quàm agnoſcere matrem. Item quàm ſit deteſtabile, patet per pœnam Sodomitis inflictam. Item hoc peccatum ſpecialiter clamat vindictam ante dominum. Item tales ſunt aduerſarij totius cœleſtis curiæ, deſtructores humani generis. Quocumque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter hominem, ſcilicet marem & fœminam, ordinatè & in vaſe debito, vitium contra naturam & Sodomiticum iudicatur. Item quia non ſolum actus, ſed etiam ipſa prolatio os loquentis, aures audientium, & ipſa quodammodo polluit elementa.

De crimine rapinæ.

CAP. L.

Quid rapina.

AVCTOR. Dicto de criminibus quæ in corpus proximi committuntur, reſtat de illis quibus eidem in rebus ſuis nocetur. Et primo de Rapina dicendum. *Eſt autem rapina ſiue rapacitas, improba & violenta extorſio rei alienæ*: & huiuſmodi delicto datur actio contra raptorem, quæ vocatur *Actio de vi bonorum raptorum*. Hæc intra annum à tempore factæ rapinæ datur contra raptorem in quadruplum, ſiue comprehendatur in ipſo delicto, ſiue non; ſed in quadruplo iſto res continetur, ſicut & in furto manifeſto, vt pœna ſit triplex tantum.

Qualis ſit actio aduerſus furem & raptorem.

Iuſtin. vbi ſupra 4. lib. Is apud quem furtum inuenitur, concepti furti actione tenetur. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua ab alio oblata eſt, eaque apud te concepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuit, vt apud te potius, quam apud alium qui dedit conciperetur, tibi apud quem concepta eſt, aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati.

Pœna raptoris eſt vt ſoluat quadruplum ſi conueniatur intra annum ciuiliter, ſi vero criminaliter exul ſit.

Ex ſumma de caſibus. Committitur autem crimen rapinæ propriè, cum per violentiam, vi & apertè res alienas quis rapit vndecumque, excepto loco ſacro, vel re Eccleſiaſtica, quia tunc committitur ſacrilegium. Pœna raptoris rerum eſt ſecundum legem, quod inf. annum punitur in quadruplum, poſt annum in ſimplum. In quadruplo autem ipſa res continetur, & hoc ſi agitur ciuiliter contra eum. Si vero criminaliter, propter vim priuatam, id eſt ſine armis illatam, deportatur in inſulam. Pœna canonica eſt multiplex. Primo, vt excommunicetur, non ſolum à ſuo Epiſcopo, ſed etiam ab illo in cuius epiſcopatu rapinam fecit.

Extra. 5. de rapto. Ex Concil. Melden. De illis autem qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas & deprædationes faciunt, placuit vt ab illius loci prælato excommunicentur, nec ante ex parochia illa exeant, quam dignè quæ perpetrarunt emendent. Quorum excommunicatio proprio Epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat, antequam illuc redeant vbi rapinam fecerunt, & omnia plenè emendent. *Eugenius 3.* Quicumque ex his qui violenter ſurrexerunt in rapinam, ſiue violator Eccleſiarum fuerit deprehenſus, niſi prius ablata reſtituat ſi poterit, vel emendandi pœnam, & firmam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. Si vero vſque ad obitum in contumacia ſua durauerit, & in extremis poſitus remedium pœnitentiæ humiliter poſtulauerit, ſi emendationem, vel emendandi ſecuritatem præſtiterit, ei pœnitentia, & ſepultura Eccleſiaſtica concedatur. Qui autem in ſanitate, obſtinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte ſecuritatem emendandi præſtare nequiuerit, ſolemnitas pœnitentiæ parum prodeſſe videtur, ſicut credimus. Sed depoſcenti viaticum contrito corde non negetur, ita tamen vt nullus clericorum ſepulturæ illius interſit, nec eius eleemoſynam præſumat accipere. Quòd ſi preſbyterorum quiſquam vel clericorum, contra hoc in vita vel in morte pœnitentias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum eleemoſynas recipere attentauerint, ſeu huiuſmodi rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis ſui damnum irrecuperabile patiantur, & Eccleſiaſtico beneficio careant.

Pœna raptoris ſeciũdum canones eſt excõmunicatio, & vt ad pœnitentiam aut ſepulturã non admittatur niſi reſtituat vel. det cautionẽ.

De prædonibus & incendiarijs.

CAP. LI.

Prædo duobus modis dicitur.

EX *ſumma de caſibus.* Prædo dicitur duobus modis. Nam prædo eſt, qui alios iniuſtè prædatur, vt ſunt qui viatoribus auferunt ſua. Et eſt prædo miles, qui quærit vltra ſtipendium ſibi aſſignatum.

Cauſa 23. q. 1. Auguſt. de verbis Domini. Militare non eſt delictum, ſed propter prędam militare, &c. *Require ſup. in lib. de politica, tractatu de militia.*

Pœna prædonis eadem eſt quæ raptoris, nam prædo eſt ſpecies raptoris.

Ex ſumma de caſi. Pœna prædonis eadem eſt quæ & raptoris; cum vterque raptor dici poſſit, vt prædo contineatur ſub raptore, tanquam ſpecies ſub genere. Et ita quos par facinus coinquinat, & æqua pœna debet, ſimiliſque comitari.

Quis dicendus incendiarius.

Incendiarius dicitur, qui incendit, auctoritate propria, ciuitatem, vel villam, vel manſum, vel ſegetem, vel rem ſimilem malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro vindicta. Si autem faceret iuſſu eius qui habet poteſtatem indicendi bellum, non iudicarem eum incendiarium, ſalua diſtinctione quam dicam infra.

Frater V. Hæc eſt illa ſecundum quam diſtinguitur, vtrum ſit bellum iuſtum, vel iniuſtum; & vtrũ contra innocentes, vel reos. Et ſecundum quam diſtinguitur inter habentem malam fidem, & bonam. Et expone quod dicit, *qui incendit*, ſupple aut incendi facit, aut incendiarijs conſilium & auxilium ſcienter impendit auctoritate propria, cum non habeat ius mouendi bellum, vel indicendi. Manſum, ideſt manerium alienum, nam ſi aliquis propriam ſuam domum, aut ſegetem incenderet, licet peccaret re ſua abutendo, non teneretur pœna incendiarij, niſi dolo malo hoc faceret, ſcilicet vt per incendium rei ſuæ, aliena bona incenderentur.

De pœna incendiarij, & primo Eccleſiarum.

CAP. LII.

Pœna incendiarij ſecundum leges eſt cremari aut capite plecti, ſecundum canones, excõmunicatio ipſo iure & quidem Papalis poſt denunciationẽ perſonæ ſaltẽ.

EX *ſumma de ca.* Pœna incendiarij ſecundum leges eſt, vt qui dolo ignem appoſuit, igne cremetur & ipſe, aut capite puniatur. Secundum canones autem multiplex eſt pœna. Nam omnis incendiarius Eccleſiarum, vel locorum religioſorum, vel cœmeterij, vel ſpatij priuilegiati in circuitu Eccleſiæ, eſt excommunicatus ipſo iure, maiori excommunicatione (Licet quidam dicant, quòd minori tantum) qui etiam poſtquam fuerit denunciatus, non poterit abſolui niſi à Papa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Frater V. Denunciatus nominatim ſecundum quoſdam,id eſt expreſſo nomine;ſecus vt dicunt in generali. Aut quando neſcitur quis commiſerit incendium,aut etiam quando ſcitur,ſed non infertur excommunicatio niſi in generali, ſub hac forma: *Excommunicamus omnes illos qui hoc incendium fecerunt.* In quo caſu dicunt eum taliter denunciatum in generali, poſſe abſolui ab Epiſcopo loci. Sed vt videtur à ſolo Papa eſt abſoluendus, præſertim cũ dicat H.& iuriſperiti, quòd quando fertur ſententia ſub hac forma: *Nos excommunicamus omnes illos, qui hoc vel illud fecerunt*; omnes intelliguntur nominatim excommunicati; quia etſi non ſit ibi expreſſio nominum, exprimũtur tamen per facti circunſtantiam. Credo etiam, quòd Papæ reſeruanda eſt hæc abſolutio, à quocumque iudice Eccleſiaſtico, ſiue Epiſcopo, ſiue Archidiacono fiat hæc denunciatio, aut etiam à ſimplici ſacerdote, ſi habeat de conſuetudine poteſtatem excommunicandi & denunciandi in tali caſu. Magiſter enim non diſtinguit hic, à quo fiat iſta denunciatio, nec *decre. extra, de ſenten. excom. tua.*

Eadem eſt ratio de effractoribus & incendiarijs.

Quod autem dictum eſt de incendiarijs, intelligas etiam de effractoribus Eccleſiarum, qui ſimiliter ipſo iure ſunt excommunicati, & à Papa abſoluendi. Similiter cum quis violentiam multum enormem committit in Eccleſia, diruendo altare, vel frangendo Crucem, vel enormiter tractando Corpus Chriſti, vel ſimilia, ipſo iure eſt excommunicatus,licet non frangat Eccleſiam: tamen abſolui poteſt ab Epiſcopo.

Qui exercet enormẽ violentiam in Eccleſia, eſt excõmunicatus ſed nõ reſeruatur cẽſura, niſi frangat Eccleſiam.

Extra. 5.de raptoribus & incendiarijs. Alexand. 3. Claremonten. Epiſcopo. In literis tuis continebatur, quod H. multis criminibus fuiſſet irretitus,qui Eccleſiarum exitium vel incendium, diabolo inſtigante commiſerat; tandem in ægritudine conſtitutus, accepta pœnitentia de commiſſis, per manum capellani tui fuit à ſententia excommunicationis abſolutus, ſed moriens Eccleſiaſticam ſepulturam habere nequiuit: Man. vt eius oſſa facias in cæmeterio ſepeliri, & hæredes eius moneas & compellas, vt quibus ille per incendium vel alio modo, damna contra iuſtitiam irrogauerat, iuxta facultates ſuas condignè ſatisfaciant, vt ſic à peccato valeat liberari.

Nota ſi cohæreat cum dictis ſupra cap. 50.

Cauſa 11.q.3. Ex Concil. Aurifico: Canonica inſtituta, & ſanctorum patrum exempla ſequentes, Eccleſiarum Dei violatores, auctoritate Dei,& iudicio ſancti ſpiritus, à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſque reſipiſcant, & Eccleſiæ Dei ſatisfaciant.

De pœna incendiarij cæterorum locorum.

CAP. LIII.

Incendiarij locorum non ſacrorũ ſunt excommunicandi, ſed illos etiam denunciatos abſoluit Epiſcopus.

EX ſumma de caſibus. Incendiarij vero aliorum locorum, non ſunt ipſo iure excommunicati, ſed excommunicandi. *Frater V.* Et iſti poſtquam ſunt denunciati, nihilominus poterunt abſolui à ſuis Epiſcopis. Quidam tamen dixerunt, quod & iſti à ſolo Papa abſoluendi ſint,ſicut incendiarij ſacrorum locorum, per illam decre. *extra. de ſentent. excom. tua.* quæ non diſtinguit inter incendiarios ſacrorum locorum,& priuatorum.Sed magiſtri intelligunt illam de incendiarijs ſacrorum locorum tantum ſecundum quod dicitur *11.q.3.canonica.* Illud autem *17.q.3.omnes*,vbi quod dicitur de excommunicatis qui ſacrilegia committunt in Eccleſia, reſtringunt ad ſolos incendiarios ſacrorum locorum, & fractores Eccleſiarum, aut multum committentes enormia, vt dictum eſt, nec excuſat metus & coactio quæcumque conditionalis, quin incidat in canonem qui incendit ſacrum locum, & quando ſit excommunicatus qui incendit priuatũ etiam vicum. Quo ad peccatum autem mortale, metus huiuſmodi excuſat, non à toto, ſed à tãto.

Omnes incendiarij in quibuſdam locis habentur ipſo facto excommunicati ex tacita prælatorum ſententia in eos lata dum id tolerant.

Ex ſumma de caſibus. Tamen omnes habẽtur excommunicati in quibuſdam partibus,vt in Teutonia ratione conſuetudinis, quam Papa ſcit & tolerat. Vtrum autem ſola conſuetudo, abſque ſententia vel conſtitutione, poſſit facere quòd quis reuera ſit excommunicatus, diſputationi relinquo.

Frater V. Reuera ſine ſententia vel conſtitutione tacita vel expreſſa non poteſt; ſed intelligẽdum, ex quo Papa & prælati Eccleſiæ tales reputant excommunicatos, eſſe conſtitutionem ſuper hoc editam; & ita lata eſt conſtitutio vel ſententia, vera vel præſumpta.

Ex ſumma de caſibus. Item debet incendiarius pœnitere per tres annos. Item non ſolum incendiarij, ideſt qui ignem appoſuerũt,ſed etiam qui mandauerunt, vel dederunt conſilium, auxilium, vel conſenſum, debent excommunicari vſque ad ſatisfactionem.

Fautores incendiariorũ eadem pœna plectuntur, nec poſſunt abſolui niſi damno prius reſarcito & iuramento præſtito &c.

Cauſa 33. q. 8. Inno. Papa. Si quis malo ſtudio, ſiue pro odio,ſiue pro vindicta, ignem appoſuerit, vel apponi fecerit,vel appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur: & ſi mortuus fuerit incendiarius,Chriſtianorum careat ſepultura; nec abſoluatur, niſi prius damno qui intulit,ſecundum facultatem ſuam reſarcito,& iuret ſe vlterius ignem non appoſiturum, pœnitentia autem ei detur, vt in Hieroſolymis, aut in Hiſpania, in ſeruitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiſcopus vel Epiſcopus hoc relaxauerit, damnum reſtituat, & per annum ab officio Epiſcopali abſtineat.

De rapina commiſſa in rebus Eccleſiæ.

CAP. LIIII.

Qui Eccleſiaſtica prædia inuadit excommunicatur niſi reſtituat.

Cauſa 12.q.2. Stephanus Papa: Qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ aufert, fraudat, & rapit, vt homicida in conſpectu iudicis deputabitur.

Item Greg. vij. Quicumque militum, vel cuiuſcumque ordinis vel profeſſionis perſona, Eccleſiaſtica prædia à quocumque Rege, vel ſæculari principe,vel ab Epiſcopis inuitis,ſeu abbatibus,aut aliquibus Eccleſiarum rectoribus inuaſerit, vel eorũ conſenſu retinuerit, niſi eadem prædia Eccleſijs reſtituerit, excommunicationi ſubiaceat.

Panitentia eorum qui res ſacras diripiunt.

Gratianus: Quæ vero pœnitentia huiuſcemodi inuaſoribus atque prædonibus, qui vaſa ſacra, & reliqua diuino cultui dedicata, pollutis manibus arripiunt, & quaſi profana contrectant, ſit indicenda: *Nicolaus Papa diffinit, ſcribens Furrario Archiepiſcopo Burdegalenſi:* Iubemus cum ad pœnitentiam reuerti accelerauerint, vno anno extra Eccleſiam Dei conſiſtere; cuius ſacratiſſima vaſa, extra ritum fidei diripiendo, auferre non dubitauerunt. Secundo vero anno ante fores Eccleſiæ, ſine communione maneant. Tertio vero anno Eccleſiam Dei intrent, & inter audientes aſtent ſine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes, vinum, præter Natalis & Reſurrectionis dominicæ diem. Quarto præterea anno, ſi his prioribus eorum fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor, communioni fidelium reſtituantur, totaque mentis intentione ſpondentes, talia ſe vlterius numquam facturos, corpus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereantur, & vſque ad ſeptimum annum, tribus in hebdomada diebus, ſine eſu carnium, & vini potatione, pœnitentes maneant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A

De clericis malè conſumentibus vel reſeruantibus bona Eccleſiæ.

CAP. LV.

EX *ſumma de caſibus.* Quid de prælatis Eccleſiarum, & alijs clericis, qui bona Eccleſiaſtica pauperibus dedita, conſumunt in vſus illicitos, videlicet in meretricibus, hiſtrionibus? Et de his etiam faciunt aliqui teſtamentum: Numquid tales iudicandi ſunt raptores? Videtur quod ſic, quia contrectant rem alienam inuito domino. Ait enim Hieronymus: *Quicquid habent clerici pauperum eſt.* Item Auguſtinus: *Si priuatim præter quæ nobis ſufficiant poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum,* B *vt quorum quodammodo procurationem gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vẽdicemus.* Vnde dico, quod qui res Eccleſiæ, talibus, vel ſimilibus turpibus perſonis conferunt, vel etiam conſanguineis, non propter naturam ſuſtentandam, ſed vt faciant eos diuites de patrimonio Crucifixi: Item diuitibus & potentibus, non propter aliquam cauſam licitam vel honeſtam, ſed propter fauorem & pompam ſæculi: Tales inquam prælatos & clericos, qui talibus conferunt bona Eccleſiaſtica pauperibus debita, dico eſſe raptores, & per conſequens teneri ad reſtitutionem omnium.

Qui malè conſumunt bona Eccleſiaſtica ſunt verè raptores & tenentur ad reſtitutionem & quidem ex bonis patrimonialibus ſeu non acquiſitis de Eccleſia.

Frater V. Pauperibus debita ſunt, in quantum ſuperſunt domeſticis vſibus clericorum. Sed numquid tenentur hanc reſtitutionem facere de bonis patrimonialibus, ſi ea habent, aut ſufficit quod illam faciant de fructibus Eccleſiæ quos iam habent, vel habituri ſunt? Reſpondeo: Cum quicquid ſupereſt eorum vſibus de prouentibus Eccleſiarum debeatur pauperibus, non ſufficit facere reſtitutionem de talibus fructibus Eccleſiæ, cum habeant bona patrimonialia, vel aliunde quam de Eccleſia acquiſita, niſi quatenus ſubtraxerunt ſibi de bonis neceſſarijs, vel quatenus expenderunt circa vtilitatem Eccleſiæ de bonis patrimonialibus, aut aliunde quàm per Eccleſiam acquiſitis. Et nota quod ait de conſanguineis, *vt faciant eos diuites*, notabiliter ſcilicet, vltra ſtatum conditionis generis eorum, vel parentelæ, vt cum Epiſcopi vel alij de humili genere nati, conſanguineas ſuas maritant baronibus, & ſimilia.

Non licet ditare parentes de bonis Eccleſiaſticis vt excedant ſuam conditionem.

D

Cauſa 12.q.2.ex Concil. Toletan. Et ſi illi qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, æterni iudicis voce damnabuntur in futuro, quantomagis hi qui auferunt pauperibus quod non dederunt. *Ambr. in lib. de offi.* Aurum etiam habeat, non vt ſeruet, ſed vt eroget. *Hieronymus.* Amico rapere quippiam furtum eſt, Eccleſiam defraudare, ſacrilegium eſt. Accepiſſe pauperibus erogandum, & eſurientibus plurimis velle reſeruare, vel cautum, vel timidum eſt: aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. Item nedum clericus male conſumens, ſed quod minus malum eſt, ſeruans vltra ſumptus ſuos, cum ſciat & videat pauperes indigere, violentiam & rapinam dicitur committere.

Rapina eſt in clerico ſeruare bona eccleſiæ quãdo videt pauperes indigere.

E

Ambroſius ſuper illum locum: Hominis cuiuſdam di. &c. Proprium nemo dicat quod eſt commune; pluſquam ſufficit ſumptui ſi quis retinet, violenter obtentum eſt. Item non magis eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſſis & abundans ſis, indigentibus denegare. Item peccant mortaliter, non ſolum quia pauperibus ſubtrahunt, ſed etiam quia talibus turpibus perſonis conferunt & indignis.

Donare res ſuas hiſtrionibus immane vitium eſt.

C

Aug. Donare ſuas res hiſtrionibus vitium eſt immane. Item mortaliter retinent vel conſumunt; quia tot homicidiorum rei ſunt, quot pauperes in locis vbi habitant, fame mortui ſunt.

De perſonis turpibus quæ inde paſcuntur.

CAP. LVI.

SED quid de focarijs, & huiuſmodi turpibus perſonis, & alijs ſupradictis, quæ ſic paſcuntur vel ditantur de rebus Eccleſiæ, numquid & ipſæ tenentur ad reſtitutionem? Vtique, ſed differenter: Nam turpes perſonæ indiſtinctè tenentur reddere ſi poſſunt, niſi fortè fuerit eis datum cauſa eleemoſynæ, cum eſſent in neceſſitate.

Turpes perſonæ quæ recipiunt bona Eccleſiæ tenentur reſtituere ſi poſſunt.

Frater Guilhelmus. Hæc de illis quæ habuerunt de bonis Eccleſiæ. Quid ſi aliunde datum eſt eis, quid etiam de omnibus illis qui turpiter acquirunt aliquid, numquid poſſunt ſibi in aliquo caſu illud retinere? Reſpondeo: Vbi tranſlatũ eſt dominium in accipientem, non competit repetitio illi cuius fuit res illa. Diſtingui tamen poteſt, quia in his quę ſunt prohibita quia mala, quædam ſunt quæ non puniuntur à iure ciuili in forma iudicij; niſi pœna infamiæ, vt hiſtrionatus, & exercitium illorum qui pugnant in arena, vel in duello, vel opera meretrici ſolita: & in talibus turpiter acquiſita retineri poſſunt ad vſum acquirentis. Quædam ſunt quæ puniuntur à iure per corporalem pœnam, vel per extorſionem turpium lucrorum: & taliter acquiſita retineri non debent, nec ad vſum acquiruntur, niſi ei concedantur à pœnitentiario ſuo, tanquam alij pauperi; Sed debent in vſus pios erogari; niſi forte reſtituta fuerint iam illis à quibus ſunt habita, vel niſi ille qui habet, reſtituere velit eis à quibus habuit, ad quod tamen non tenetur. Et huiuſmodi reſtitutio in foro pœnitentiali inducenda eſt pro parte ſatisfactionis; & ideo ibi latè patet officium pœnitentiarij; & ibi forte poteſt diſpenſare, ſicut in mutando tempore pœnitentiæ, & menſura ieiuniorum. In illis autem quæ ſunt mala quia prohibita ſunt, ſicut torneamenta, negotiatio clericis, lucrum aduocationis vel medicinæ in caſibus non conceſſis, emere bladum vel vinum vt poſtea carius vendatur, facere ſerta de floribus ad vendendum, quorum vſus eſt frequentius ad laſciuiam, facere decios, & ſimilia (Si tamen talia ſunt prohibita) ex his cauſis acquiſita retineri poſſunt.

Qui dat aliquid propter rem turpem non poteſt repetere, imo qui turpiter accipit poteſt retinere niſi in caſibus à iure expreſſis vt in ſymonia.

Licet autem hæc diſtinctio videatur probabilis, quia tamen pœnæ reſtringendæ ſunt, & qui nimis emungit elicit ſanguinem, verius credo, quod licet in prædictis caſibus bonum ſit & ſalubre, quod pœnitens inducatur in foro pœnitentiali ad erogandum in pios vſus taliter acquiſita, non eſt tamen compellendus niſi velit; nec iudicandus eſt non eſſe in ſtatu ſaluandorum, ſi non velit huiuſmodi pœnitentiam recipere, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt in ſymonia, de qua expreſſum eſt, quod pecunia ſymoniaca reſtituenda eſt Eccleſiæ, in cuius ignominiam eſt accepta: licet & hoc poſſet intelligi, quando recepta eſt de bonis eiuſdem Eccleſiæ, vel quando de hoc agitur in foro cauſarum. Similiter cum quis aliquid recipit vt faciat damnum, vel iniuriam, vel calumniam alij; quia tunc non ille qui dedit repetit, ſed ille contra quem datum eſt, quod tamen intelligitur, quando agitur in forma iudicij; quam ſeueritatem non oportet obſeruari in foro pœnitentiali.

Nota aliter iudicandum de his rebus in foro animæ, & aliter in foro cauſarum.

De diuitibus qui eiſdem abutuntur.

CAP. LVII.

EX *ſumma de caſibus.* Diuites vero & potentes, credo quod teneantur ſimiliter ad reſtitutionem, ſi illud recipiebant per fraudes, vel minas, vel importunitatem indebitam, vel aliter ſinę iuſta cauſa. Clericus tamen vel prælatus excuſaretur in tali caſu, ſi dedit vt redimeret vexationem ſuam, à qua non poterat aliter liberari. Secus autem dico,

Quo caſu diuites & potẽtes tenentur ad reſtitutionẽ recipiendo bona Eccleſiæ, & cui reſtituendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſi erant bene meriti, honeſti, & ſpirituales viri, præſertim quia iam impenderant Eccleſiæ ſuum ſeruitium, vel defendendo eam contra prædones & tyrannos, vel præſtando ſibi patrocinium in cauſa, vel dando ſibi de rebus proprijs, vel ſimilibus modis: talibus enim tenetur eccleſia rependere vicem.

Sed cui fiet hæc reſtitutio? credo, quod auctoritate iudicis pænitentialis debeat fieri illi eidem qui dedit, niſi cum turpiter dedit; tunc enim non ſibi, ſed ſucceſſori ſuo poterit fieri, vel in vtilitatem Eccleſiæ conuertetur, vel etiam eiuſdem loci pauperibus (ſi hoc expedire videbitur) erogetur.

Frater Guilhelmus. Si ita videbitur pœnitentiario, & hoc vltimum melius eſt, cum indigent pauperes, & ſatis abundat Eccleſia: Alioquin melius eſt quòd in vtilitatem Eccleſiæ pauperis conuertatur.

De meretrice quæ à clerico pretium accepit.

CAP. LVIII.

Meretrix recipiens de bonis Eccleſiaſticis pro opere carnali tenetur reſtituere vel ei qui dedit ſi habeat adminiſtrationem, vel Eccleſiæ de cuius bonis datum eſt, quod eſt ſecurius.

QVID de muliere quæ recepit pecuniam pro opere carnali? Reſpondeo: Si recepit ab aliquo de rebus proprijs, non Eccleſiaſticis, non tenetur reſtituere, etiam ſi ſit monialis cui datum eſt, ſed acquiritur monaſterio quod accepit: honeſtius tamen eſt quod monaſterium non retineat, ſed eroget in pios vſus. Si autem à clerico ſæculari de rebus Eccleſiæ, facienda eſt reſtitutio ſecundũ quod dicit hic magiſter, niſi Epiſcopus velit diſpenſare cum illa quæ recepit, quod retineat iſtud, ſi ſæcularis eſt mulier; aut cum monaſterio, ſi regularis eſt. Si autem accepit à perſona regulari de rebus monaſterij (quod præſumendum eſt, niſi conſtet de contrario) Diſtingue: Aut recepit ab habente adminiſtrationem, aut à ſimplici clauſtrali: in primo caſu facienda eſt reſtitutio monaſterio, vel prioratui, vel adminiſtratori, de cuius bonis datum eſt; & poteſt fieri reſtitutio eidem perſonæ quæ dedit, ſi adhuc remanet in adminiſtratione illa; maximè ſi dicitur correctus; aliàs ſecurius eſt quòd ei non reddatur, ſed fiat quod dictum eſt. Si tamen tali non correcto facta ſit reſtitutio, liberata eſt quæ accepit, ſi autem amotus ſit ab adminiſtratione illa; aut ſi clauſtralis eſt ſimplex qui dedit, facienda eſt reſtitutio monaſterio, prioratui, vel adminiſtratori; nec liberabitur ſi ſoluerit illi qui dedit, niſi tunc demum cum conuerſum fuerit in vtilitatem monaſterij, prioratus, vel adminiſtrationis, nec poterit retineri à monaſterio regularis mulieris huiuſmodi, quod accepit à regulari alterius loci, niſi de conſenſu abbatis & conuentus, ſi magnum fuit donũ, aut abbatis ſolius, ſi paruum vel mediocre.

Meretrix debet reſtituere quæ accepit à filioſa. patri, & vir regularis quæ accepit à coniugata, marito.

Quod autem dixi de rebus taliter datis à perſonis regularibus, idem intelligas de rebus datis à perſonis ſæcularibus etiam laicis, qui ſui iuris non ſunt, ſicut eſt ſeruus & filiusfamilias, quando dant aliquid de rebus taliter etiam peculiaribus, niſi illarum rerum ita liberam habeant adminiſtrationẽ, quod quaſi paterfamilias poſſint diſponere de eiſdem. Item quod dictum eſt de moniali reſpectu regularis viri, teneas & econuerſo, quando vir regularis recepit aliquid à muliere regulari. Vir autem regularis, quod recepit pro opere carnis à coniugata, reſtituere debet marito, ſi illa dedit de rebus dotalibus, aut communibus: ſi autem dedit de parafernalibus, vbi de conſuetudine habent mulieres parafernalia: aut ſi mulier ſoluta ſui iuris, dedit amaſio aliquid de rebus proprijs, licet honeſtum ſit quòd iſtud expendat in pias cauſas, non tamen credo quod teneatur niſi velit; poterit enim ei reſtituere quæ dedit, quod melius videtur, ſi pœniteat vel egeat.

Vtrum perſona regularis per ſe reſtituere poſſit quod malè accepit.

CAP. LIX.

Quo caſu religioſus poſſit pecuniam ex fornicatione & furto acquiſitã reſtituere authoritate propria.

NVNQVID regularis perſona poteſt reſtituere auctoritate propria quod accepit pro carnali opere, vel quod habuit de furto vel rapina? Reſpondeo: Si cuiquam competit datæ rei repetitio, diſtingue; quod ſi extat adhuc res data penes illum cui data eſt, ſi non audet, aut timet, aut non poteſt impetrare quod fiat reſtitutio per prælatum collegij, reſtituat auctoritate propria, ſecundum formam ſupradictam; etiam contradicente prælato, quia plus eſt obediendum Deo quam homini: Sed ſi non extat, quia iam conſumpta eſt, inanis eſt actio. Si autem non eſt conſumpta penitus, ſed conuerſa eſt in vtilitatem monaſterij, vel habet aliquid quod comparauit ex re ſibi data, ſi non poteſt, vel non audet, aut timet impetrare quod fiat reſtitutio per prælatum, gerat bona fide negotium monaſterij, reſtituendo cui debetur, vt dictum eſt. Vel ſi fuit datum de bonis Eccleſiæ ſæcularis, impetret diſpenſationem Epiſcopi quod poſſit retineri à monaſterio, vel erogari in pios vſus (non tamen contradicente prælato hoc faciat, propter bonum obedientiæ) niſi ſit illa res comparata de pecunia Eccleſiæ, aut perſonæ priuilegiatæ in hoc, quòd rem emptam de ſua pecunia poſſit vendicare, ſicut eſt miles & pupillus; in quo caſu etiam contradicente prælato poteſt eam reſtituere ſi eam habeat, ſicut dictum eſt de re adhuc extante penes eam perſonam quæ accepit.

De adultera quæ ſpurium vel extraneum hæredem conſtituit.

CAP. LX.

Modus procedendi cum ſpurio qui habetur pro hærede.

EX *ſumma de caſibus*. Mulier quæ de adulterio ſuſcepit filium, vel ſuppoſuit alienum partum, debet laborare quibuſcumque modis poteſt, vt legitimi hæredes non fraudentur hæreditate paterna; cautè tamen: reuelare enim ſimpliciter marito, vel etiam ipſi ſpurio vel ſuppoſito non expedit, tũ quia multa pericula poſſent inde oriri, tum quia forte non crederent ſibi. Ex altera parte videtur quod non poſſet agere pœnitentiam, vel eſſe in ſtatu ſaluandorum, durante tali deceptione, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Verum quia propter hoc non eſt ei pœnitentia deneganda (vt ait Inn.) ita procedat: reuelet in confeſſione, & pœnitentia facta, ſuo ſacerdoti parochiali, vel de licentia eius alij magis perito, & poſtea ipſe reuelet Epiſcopo ſuo ſimiliter in confeſſione, & tunc quod tutius eſt ambo ſimul inquirant diligenter & tacitè, ſi ille ſpurius vel ſuppoſitus ſit homo ſpiritualis & timens Deum: quo inuento, vocẽt eum ſecretò, & coram muliere, & ſi videtur expedire recepto prius ſacramento ab ipſa quo non calumnioſe procedat, & etiam ab illo quod factũ ſecretum teneat: poterunt enim tunc reuelare ſibi, & inde conſulere vt ingrediatur religionẽ, vel transferat ſe ad longinquam regionem, vt ſic nihil percipiat de bonis illius quem credebat eſſe patrem ſuum: ea autem quæ conſumpſit de bonis prædictis, dum habuit bonam fidem, credens ſe eſſe filium legitimum, reſtituat vel componat, vel petat remiſſionem à viro mulieris ſi viuit, ſin autem ab hæredibus legitimis. Non tamen per ſe hoc faciat, ne factum reueletur, ſed per ſacerdotem, vel aliam perſonam, quæ hoc procuret, tacitis ſemper perſonis, & facto. Si tamen non poteſt planè induci ad hoc, non credo eum præcisè cogendum: arguitur lege quæ dicit, bonæ fidei poſſeſſorem non teneri de cõſumptis. Si vero illi ſpurio vel ſuppoſito non

poteſt

Si ſpurius nō vult matri credere non eſt cogendus, ſed ipſa debet pro poſſe ſatisfacere, ſicut etiam eum factum non poteſt tutò ſpurio reuelari.

poteſt reuelari ſine periculo, vel etiam facto ſibi reuelato ſecundum formam prædictam, non vult acquieſcere conſilio, tunc iniungatur mulieri, quod de ſponſalitio ſuo, & alijs rebus quas habet, vel in futurum habere poterit, ſatisfaciat iuxta poſſe, dolens ſemper de peccato, & quia non poteſt plenè ſatisfacere, proponat tamen firmiter in animo quod ſatisfaciet quam citò poterit, hoc tamen fiet per iudicem pœnitentialem, vel perſonam religioſam, ſecretè & cautè; & poteſt vti his verbis: *Quædam perſona tenetur vobis, hoc accipite, & ita erit in bono ſtatu.*

Frater Guilh. Numquid tenetur petere veniam, vel dilationem ab illis quos ſic damnificauit, quando non poteſt reſtituere? Reſpõdeo: Quando quis damnificatus eſt ab aliquo, quocumque modo indebito, & hoc ſcit qui damnificatus eſt, credo quod tenetur veniam petere, per ſeipſum ſi poteſt, aut ſi audet: aut per aliam perſonam, ſi non poteſt, aut non audet per ſe: quæ tamen perſona ſubijcere non debet nomen, & circumſtantias perſonæ, pro qua interdicit, ſi ex expreſſione timeatur periculum vel ſcandalum: qui enim offendit aliquẽ, cum eo ipſo offenſus habeat aliquid aduerſus eum, debet ire & reconciliari fratri ſuo, ſecundum quod habetur in Euangelio: debet inquam ire per ſe, vel per alium, vt dictum eſt. Si autem qui damnificatus eſt neſcit hoc, nec ſciuit, credo quod tutius ſit petere veniam vt dictum eſt, quando ſatisfacere non poteſt; non tamen tenetur, quia non eſt in mora in hoc caſu quoad iudicium diuinum. Si autem ſatisfacere poteſt, ſemper eſt in mora donec ſatisfecerit, aut dilationem impetrauerit. Hoc etiam credo obſeruandum, vbi aliquis debitor eſt alicui ex contractu, vel quaſi contractu; Et ſimiliter diſtinguendum eſt. Hoc etiam obſeruandum in contractibus eorum qui recolunt ſe debitores alicui, ex eo quod fecerunt ex ſæculo.

Quando qui damnificatus eſt neſcit, non eſt opus vt qui damnificauit petat ab eo veniam, quãdo non poteſt reſtituere; ſecus ſi ſciat.

Adhuc de eodem.

CAP. LXI.

QVID de filijs illius, qui viuente vxore ſua duxit aliam, tam ipſo quàm ſuperducta ſciente impedimentum; de filijs inquam ſuſceptis de ſecundo matrimonio illo, numquid poſſunt ſuccedere in hæreditatem patriꝭ, aut tenentur totum reſtituere filijs primi matrimonij, aut alijs veris hæredibus, aut ſufficiat quod tantum reddant eis, quod teneant ſe pro pacatis, cum parum ſufficiat eis, cum iam pauperes ſint, & credunt ſe totum amiſiſſe? Reſpondeo: Si præſcripſerunt cum bona fide, non tenentur reſtituere aliquid, maximè ſi adhuc poſt completam præſcriptionem retinent bonam fidem. Si autem non eſt completa legitima præſcriptio, tenentur totam hæreditatem cum fructibus mala fide conſumptis reſtituere, quantumcumque oporteat eos indigere, vel etiam mendicare, niſi quantum fuerit eis datum, vel remiſſum à veris hæredibus; & hoc dum parati ſunt huiuſmodi poſſeſſores, ſine dolo & fraude, totum eis reſtituere, ſi velint recipere.

Filij ex ſecũdo matrimonio inualido geniti, ſi non præſcripſerũt bona paterna, tenentur reſtituere veris hæredibus

Quid ſi mulier habet filios de adulterio occulto, poteſt ne eos facere hæredes, ſaltem in parte hæreditatis ſuæ, cum legitimos filios non habeat, vel ſi habeat, numquid de conſenſu eorum poſſunt quaſi legitimi admitti ad portionem hæreditatis? Item quantum poteſt ipſa, vel quicumque alienare de hæreditate ſua? Reſpondeo ad primum: Credo quod ſecundum iura ſcripta, poteſt quilibet extraneum, dum tamen non ſit turpis vel indigna perſona, ſiue vnum de filijs quem maluerit, hæredem conſtituere in totum vel in partem, reſeruata tamen legitima portione liberis ſuis: ſed ſecundum conſuetudinem Gallicani Regni, non poteſt teſtator dare vltra quintam partem hæreditatis: In quibuſdam locis tamen alijs vltra etiam. Aliud etiam obſeruatur de conſuetudine alicubi in donationibus inter viuos, & aliud in donationibus cauſa mortis. In quæſtione ergo propoſita tenenda eſt conſuetudo regionis. Mater etiam de conſenſu legitimorum filiorum, vel hæredum aliorum, facere poteſt illegitimos filios ſuos cohæredes legitimorum, niſi repugnet loci conſuetudo.

Poteſt mulier habens filios de adulterio occulto, admittere illos ad partem hæreditatis ſi conſuetudo loci permittat, & legitimi conſentiant.

De his qui naufragorum bona diripiunt.

CAP. LXII.

EXtra *de rapto. &c. Ex Concil. Lateran.* Qui Chriſtianos naufragium patientes, quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur, damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere. Naufragis nihil eſt auferendum; imò quicquid de ipſo naufragio inuentum eſt, ſiue illud ſit captum de ipſo naufragio, ſiue de mari, ſiue de littore, reſtituendum eſt; nec excuſatur aliquis aliqua conſuetudine, vel ſtatuto, vel præcepto; hoc enim eſt contra præceptum Domini: *Omnia enim quæcumque vultis, vt fa. &c.* Item, *quod tibi oderis fieri, &c.* Item Epiſcopus, vel quilibet prælatus, vel clericus, qui tanti criminis eſſet particeps, vel conſentiens, eſſet deponendus; laicus vero, niſi admonitus ſatisfecerit, debet anathematizari. Item ſecundum leges tenentur infra annum in quadruplum, poſt annum vero in ſimplum; ſed hoc intelligas, ſi ſint talia nauigia quæ pyraticã tyrannidem exerceant, vel ſint inimica nomini Chriſtiano.

Qui diripiũt bona naufragorũ ſunt excommunicati niſi reſtituant, clerici vero ſũt deponendi.

Frater Guilh. Quid de illis principibus qui conueniunt cum nautis, quod reddant eis certam ſummam, ſinguli pro ſingulis nauibus currentibus per terminos eorum, pro quitando ab huiuſmodi abuſu, numquid poſſunt illam ſummam ſine peccato recipere? Reſpondeo: Credo quod qui gratis debent huiuſmodi quitare, non poſſunt pro quitatione huiuſmodi aliquid accipere, ſed tenentur ſic acceptum reddere, cum nautæ penſionem huiuſmodi non conſtituerent ſimpliciter & abſolutè ſpontanei, ſed ne deteriora ſuſtinerent.

Principes nihil debent accipere vt nautæ poſſint ſine ſpoliationis periculo, per fines eorũ trãſire.

De his qui pedagia vel telonia indebitè exigunt.

CAP. LXIII.

EX *ſumma de caſibus.* Circa pedagia & telonia diſtingue; quia aut ſunt antiqua, aut noua. In primo caſu ſi fuit impoſitum ab his qui potuerunt imponere, videlicet principibus, vel regibus, & præſertim auctoritate Eccleſiæ, & pro iuſta cauſa, vt pro defenſione ſtratæ publicæ contra prædones in terra, & contra pyratas in aqua, vel pro defenſione fidei & patriæ contra Paganos, vel hæreticos, vel pro alia ſimili cauſa, & recipiens facit illud propter quod fuit impoſitum, liberè & ſine ſcrupulo conſcientiæ poteſt recipere. Si autem neſcit à quibus fuerit inſtitutum, credit tamen quod ab illis qui potuerunt, & ex prædictis cauſis, credo idem. Idem credo, ſi iſte talis non laborat modo, nec facit expenſas, quia non eſt neceſſe, cum terra ſit bene purgata, & in pace, paratus eſt tamen, & labores, & expenſas impendere, ſi eſſet neceſſe: ita etiam quod proponat imminente neceſſitate, non ſolum quod tunc acciperet in illas expenſas ponere, ſed etiam vltra ſi eſſet neceſſe.

Quo caſu poſſint pedagia licite exigi.

In ſecundo vero caſu, ſcilicet ſi ſit nouum pedagium, vel teloneum, nullo modo poteſt abſque periculo animæ, vel rapinæ; niſi certum ſit illud à principe vel Rege ſtatutum, & propter imminentem neceſſitatem aliquam de ſupra dictis; & exinde procedat per omnia, vt dictum eſt antiquo. Si contra formam iſtam aliquid eſt acceptum, credo eſſe reſtituendum, & illi à quo iniuriosè acceptum

Pedagia & telonia ſine authoritate principis & iuſta cauſa impoſita, qui exigit tenetur ad reſtitutionem & excommunicabitur donec ſatisfecerit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

acceptum est si sciri potest; sin autem, cum consilio Ecclesiæ in pijs causis est expendendum.

Causa 24. q. 3. Calixtus Papa. Si quis mercatores nouis teloneorum ac pedagiorum exactionibus molestare tentauerit, Christiana communione careat donec satisfecerit.

Extra. 1. de treuga & pace. Alexand. 3. Innouamus vt presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes, vel redeuntes, in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur.

De his Pedagijs & telonijs quæ à Christianis iniustè subtrahuntur.

CAP. LXIIII.

Qui subtrahunt iusta pedagia & telonia tenẽtur ad restitutionẽ, sed ad emẽdam talibus impositam per legem, non tenentur, donec condemnentur in foro causarũ: quod in omnibus similibus pœnis à lege statutis dicendũ est.

EX *summa de casibus.* Mercatores vero & transeuntes, credo indistinctè, quod debent persoluere antiquum & nouum, dummodo recipiens faciat illud propter quod fuit institutum; quod si non faceret, isti à quibus exigitur, vel debent adire super hoc iudicem, quod tutius est; vel dicant quod cessante in illo causa, cessat in eis obligatio, vel non seruanti fidem eis, nec ipsi seruare tenentur. Si autem recipiens ille faceret quod suum est, & isti aliquid subtraherent, rapina vel furtum esset; vnde præcisè tenerentur ad restitutionem, & agere insuper pœnitentiam de furto & mendacio, siue alijs peccatis ibi commissis. Si verò illi iniustè reciperent, & isti furtiuè subtraherent, peccarent ad minus venialiter in mendacio, quia erit mendacium pietatis, ad restitutionem autem ipsum non credo teneri.

Frater Guilhelmus. Vocat mendacium pietatis, quo sibi consulit, vel illi, ne ille male recipiendo peccet. Sed illi qui tenentur ei ad restitutionem pedagij, numquid etiam tenentur ad emendam? & iniungendum est eis in foro pœnitentiæ vt eam soluant? Respondeo. Credo quod nec in hoc casu, nec in similibus tenetur quis ad soluendam emendam, nisi fuerit iudicatum contra ipsum in foro causarum: quia talia non debentur, nisi tunc demũ cum quis condemnatus est per sententiam in forma, seu in foro iudicij, vnde si quis furtim asportauerit pedagium, vel inciderit alienam siluam, vel commiserit furtum, aut sacrilegium, aut similia, super quibus statuta est pœna corporalis vel pecuniaria, per legem vel canonem, non est iniungendum pœnitenti in foro pœnitentiali quòd soluat huiusmodi pœnas, nisi tunc demum cum fuerit condemnatus ad illas: sed sufficit, quòd soluat interesse, vel satisfaciat ad arbitrium boni viri, si iniuriam intulit.

Non est omnino certum quod pecunia per simoniã acquisita sit restituenda ante sententiam (nisi fuerit pecunia de bonis Ecclesiæ) & multo minus pecunia quouis alio modo turpiter accepta quãdo repetitio non datur ei qui turpiter dedit.

Hoc etiam dici potest forte de pecunia habita per symoniam: de qua solet dici, quod restituenda est illi Ecclesiæ, in cuius ignominiam data est, vel recepta: per illud c. *extra, de symonia: De hoc autem.* Illud autem capitulum intelligi potest, quando de bonis Ecclesiæ erat data pecunia, vel quando agebatur in forma, vel foro iudicij contra recipientem, & idem potest intelligi in omnibus similibus casibus, in quibus iura dicunt extorquendam esse pecuniam turpiter acceptam, cuius tamen repetitio non datur ei qui turpiter dedit. Quod dico propter magistrum, qui dedit pecuniam pro habendis scholis, cui competit datæ pecuniæ repetitio, vt dictum est supra de magistris, & idem in similibus casibus, si qui sunt tales. Contra id tamen quod dictum est de pecunia symoniacè acquisita, est *Ar. extra de symo. mandato.* argumento sumpto à contrario sensu, quia videtur innui, quod pecuniam per pactum symoniacum acquisitam resignare tenetur qui eam accepit, licet secus sit si absque pacto fuerit recepta. Et ideo tutius est dicere, quòd pecunia ex pacto symoniaco acquisita retineri non potest, etiam secundum iudicium fori pœnitentialis.

De his qui eadem paganis surripiunt.

CAP. LXV.

Christiani tenentur soluere paganis debita pedagia sub pœna restitutionis, nisi tempore belli aut diu ferunt merces prohibitas, quo casu debet illis iniungi vt illud dent in subsidium fidei.

EX *summa de casibus.* Quid de Christianis, qui accedentes ad ciuitates Paganorum, subtrahunt Paganis huiusmodi pedagium, vel teloneum. Ad hoc dico si vadunt illuc tempore treugæ, & non portant merces prohibitas, & ipsi Sarraceni tenent eis fidem, defendendo eos in suo territorio vel maritima, à latronibus vel piratis, debent Christiani fideliter ipsis persoluere secundum statutum vel pactum, aliàs tenentur eis ad restitutionem si possunt; vel si non possunt, erogare in vsus pauperum ad mandatum Ecclesiæ: Nam fides etiam hosti seruanda est, si autem iuerunt in tempore guerræ, vel etiam in tempore treugæ, sed cum mercibus prohibitis, non credo quod tenentur illis ad restitutionem: sed quia peccauerunt, credo (vt puniantur in quo deliquerunt) quod sit eis iniungendum in pœnitentia, vt illud dent in redemptionem captiuorum vel in subsidium eorum qui pugnant pro fide Christiana, vel vt ipsimet expendant in eodem subsidio, si ad hoc sunt idonei corporaliter laborando.

Nota.

Frater Guil. Sed cum sint pagani malæ fidei possessores terræ quam tenent, quomodo statuta eorum ligant Christianos? Respondeo, credo quod statuta eorum qui per vim occupauerunt, & tenent terram quæ aliquando fuit Christianorum, non obligant fideles, nisi consenserint, aut sponte se subiecerint statutis huiusmodi, secus dicerem de illis Sarracenis qui non sunt violenti possessores terrarum quas tenẽt, hi etiam de quibus primo dictum est, cum sint in possessione statuendi & damnandi, non sunt defraudandi, nec spoliandi illa quasi possessione, auctoritate alicuius priuatæ personæ, vnde ab huiusmodi pedagijs defraudari non debent per aliquem Christianum transeuntem per terras eorum.

De his qui quæstus & tallias indebitas exigunt.

CAP. LXVI.

Dominus potest antiquas tallias & quæstus à subditis exigere; & si illi clam subtraherent est furtum ultra pactum, tamen nil debet exigere, quamuis possit sponte oblatum acceptare.

EX *summa de ca.* De quæstis, tallijs, & similibus dico, quod regulariter non debet dominus à subditis petere, nisi ea quæ inter ipsum, vel ipsos antecessores eorum, plane bona fide, sine dolo ac coactione conuenit; sicut solet fieri cum mansi vel villæ conceduntur de nouo colonis, vel alijs personis. Solent etiam inde fieri instrumenta, quę continent censum annuum, & alias seruitutes, & pactiones hincinde. Omnia ergo iuxta hunc modum posita ab initio, dum tamen non fuerint turpia, vel contra Deum, peti possunt, & soluenda sunt. Nam quilibet in traditione rei suæ, potest ponere legem quam vult. Item quia scienti & volenti non infertur dolus. Item Pacta custodiantur, ait Conc. Afri. Ergo quicquid subditus de his absque Domini voluntate subtraheret, sicut fur teneretur restituere, vbi tamen indeterminate positũ est in instrumento aliquod tale verbum, collecta, tallia, quæsta, & simile, intelligo quod debet eam moderate accipere, inspecto onere & facultatibus subditorum.

Frater Guilhelmus. Ita credo, quod etiam cum in instrumento continetur, quod talis dominus potest facere talliam, ad visum, vel ad placitum; aut talis est consuetudo, etiam sine scripto; Illud visum, vel placitum moderandum est ad arbitrium boni viri, inspectis facultatibus subditorum.

Ex summa de casibus. Si autem Dominus vltra conuenta & statuta inter ipsum & subditos, aliqua

sponte

ſponte oblata, nulla fraude adhibita, vel minis, vel coactione indirecta, recipiat, non tenetur ad reſtitutionem; ſed exacta à ſe vel ſuis directè vel indirectè, tenetur reſtituere.

Frater Guilhelm. Indirecte, vt quando denegat eis iuſtitiam, vel non defendit eos vt debet, vt ſic aliquid extorqueat, vel inſinuari eis facit quod vult aliquid habere ab eis.

Quid faciẽdum à dominis, quando non poſſunt iniuſtas exactiones reſtituere.

Ex ſumma de caſibus. Verum tamen ſi ex aliquibus circumſtantijs apparet impoſſibilis, vel multum difficilis reſtitutio, ſatis videtur quod poſſet huiuſmodi principibus & militibus conſuli, quod in compenſationem, vel remitterent eis communiter, cum eorumdem conſenſu & libera voluntate, aliquam ſeruitutem, ſeu annuam præſtationem, in perpetuum vel ad tempus, ita quod leuiſſimè teneretur eis ſatisfactum; vel etiam facerent in remiſſionem peccatorum illorum quibus tenentur, aliquod hoſpitale, vel opus ſimile pietatis, cum conſenſu tamen eorumdem, ſi poteſt requiri.

De cauſis iuſtis & iniuſtis tallias exigendi.

CAP. LXVII.

Referuntur quadã cauſa iuſta exigendi tallias à ſubditis.

HÆc autem intelligas, vbi iuſta cauſa ipſum dominum ad talem exactionem faciendam inducat. Sunt enim quædam cauſæ iuſtæ, vna pro defenſione patriæ, & maxime ſuæ ciuitatis, caſtri, vel villæ: Ad hoc enim tenentur omnes, non ſolum res ſuas partiri, ſed etiam corporaliter laborare, munire ſe in caſtro, vel ciuitate; & vigilare, vt ſic ſe ipſos & res ſuas ſaluent. Item ſi dominus vult ire in exercitum indictum ab Eccleſia vel principe contra hæreticos vel Paganos, nec de ſuo abſque graui damno poſſet facere expenſas ſibi neceſſarias, poteſt à ſubditis auxilium petere moderatum. Item ſi in guerra vel bello iuſto ex parte ſua, ſit captus ab hoſtibus, nec poteſt ſoluere redemptionem petitam ab eo, abſque graui damno. Item ſi vellet ire ad principem pro obtinendo priuilegio protectionis pro ſe, & pro eis; nec poſſet de ſuo, expenſas ad hoc vtiles & neceſſarias, abſque graui damno facere; & ſi qua alia cauſa ſimilis emergeret, dum tamen ſemper moderate, & non ad grauamen eorum, & cum charitate, non ex violentia exigeret.

Frater Guilhelm. bene dicit *alia ſimilis*. Sunt enim quædam cauſæ vſitatæ & approbatæ alicui, præter illas quæ hic ponuntur, ſcilicet quando dominus maritat filiam ſuam, aut filium facit militem, aut releuat feudum ſuum, aut auget, nouum feudum comparando: & cum talia videantur reſpicere commodum ſubditorum, pro eo quod cum dominus maritat filiam, acquirit ſibi amicos, & augendo feudum fit ditior, iam plus poteſt parcere ſubditis quàm ante; & cum facit filium militem, potentior eſt ad defendendum terram: non credo quod damnandi ſint qui talia recipiunt, vbi conſtitutum eſt vel conſuetum; Dum tamen non recipiant vltra quàm conſtitutum eſt, vel conſuetum. Si tamen aliquid conſuetum eſt, & ſi ad arbitrium exigi conſueuit, cum moderamine exigatur.

Si Dominus gerat bellum iniuſtum & capiatur non poteſt ſuam redemptionẽ exigere à ſubditis.

Ex ſumma de caſibus. Si autem dominus vult ludere ad aleas, vel vltra vires ad vanitatem expendere in veſtibus, hoſpitibus, & ſimilibus, non debet propter tales cauſas exigere; quod ſi fecerit tenetur ad reſtitutionem. Item: Si captus in bello iniuſto, exegit ab eis redemptionem totam vel partem, quam ſoluit hoſtibus.

De his qui nihil aliud à ſubditis niſi tallias accipiunt.

CAP. LXVIII.

EX *ſumma de caſibus*. Sed quid de quibuſdam, qui nihil penitus recipiunt à ſubditis, niſi tallias vel quæſtus. Ad hoc diſtinguo, quod aut ab antiquo, ſibi & anteceſſoribus eſt ſoluta tallia, aut de nouo eſt impoſita, ſiue petita. In primo caſu, ſi ſcitur vel creditur probabiliter, quod ex iuſta cauſa & licite impoſita fuerit & ſoluta, poteſt exigere, ita tamen quod & ipſe compleat, ſi quid ex illa cauſa vel inſtitutione complere debeat.

Omnes antiqua tallia præſumenda ſunt iuſta, niſi ſit vehemens præſumptio in contrarium.

Frater Guilhelmus. Sed quomodo hoc ſcietur? Reſpondeo: Poteſt ſciri, ſi ſuper hoc confectum eſt inſtrumentum, ſi etiam ita ſeruatum eſt à tempore ex quo non extat memoria. Secundum quoſdam præſumendum eſt, quod ex cauſa iuſta fuit impoſita. *ar. 12. di. illa.* Quod ſatis credo, niſi violenta ſit præſumptio in contrarium, præſertim cũ dicatur quod in longiſſimis præſcriptionibus, non oportet probari titulum, ſed ex lapſu temporis præſumitur titulus interueniſſe qui allegatur.

Ex ſumma de caſibus. In ſecundo vero caſu, vel etiam in primo, cum nec ſcitur nec creditur iuſta cauſa, non debet exigere: & quod cum mala fide recepit, debet reſtituere ſi poteſt, poſito tamen quod vere dominus eſt, & quod nihil penitus percipit, quod vix eſt credibile, quin ad minus recipiat ibi iuſtitias, & ſequantur eum in exercitu in bello iuſto: Si tamen ita verum ſit quòd nihil percipit, credo (ſaluo meliori iudicio) quòd debent inter ſe aliquid ſtatuere, quod dent ſibi in ſignum ſubiectionis, ne aliter inutiliter videatur eſſe penes eum dominium rei ſuæ. Et ſi dubitetur quid vel quantum debeat eſſe illud, credo quòd debeant obſeruare quod in vicinis villis vel caſtris vel prouincijs obſeruatur: ita tamen quòd villa iſta non grauetur, vel ſi diuerſæ ſunt conſuetudines, ea quæ minus ſoluit eligatur. Et hoc totum intelligo, niſi ipſe, vel aliquis de anteceſſoribus ſuis, vendidit vel donauit eis illud, quod ibi in ſubiectionis ſignum conſueuit percipere; tunc enim non poteſt aliquid petere. In omni tamen caſu credo quod debeant habere in memoria, tanquam inſeparabiliter annexa dominio, illa ſex enumerata in epiſtola Philiberti epiſcopi, videlicet *incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſsibile*; vt in illis ſint ei fideles.

Si ſint aliqui vaſalli qui nil ſoluũt domino ſuo in ſignum ſubiectionis debent ſecũdum morem patriæ aliquid ſtatuere.

Sex præſtãda domino à ſubdito.

Frater Guilhelmus. Incolume, ne ſint in damnum domino ſuo de corpore ſuo. *Tutum*, ne ſint in damnum domino ſuo de ſecreto ſuo, vel de munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt. *Honeſtum*, ne de ſua iuſtitia, vel alijs cauſis quæ ad honeſtatem eius pertinere videntur.

Vtile, ne ſint ei in damnum de ſuis poſſeſſionibus. *Facile*, ne id bonum quod ſuis dominis leuiter facere poterit, faciat ei difficile. *Poſsibile*, ne id bonum quod domino ſuo erat poſſibile, reddat impoſſibile. Et quia non ſufficit abſtinere à malo niſi fiat bonum, reſtat vt in eiſdem ſex ſupra dictis, conſilium & auxilium fideliter domino ſuo præſtent.

De eodem.

CAP. LXIX.

QVID de illis qui tali vtuntur conſuetudine in hominibus ſuis, quod de mobilibus eorum capiunt quantum, & quando volunt; & cum ſuſpicantur eos velle tranſire ad alium dominum, omnino ſpoliant eos, nunquid excuſari poſſunt per conſuetudinem? & an tenentur ad reſtitutionem? & an ſunt abſoluendi ſi nolunt reſtituere.

Reſpondeo: Si certum eſt quod ab initio fuerit impoſitum

Si certum sit quod ab initio fuerit institutio vt Dominus capiat quantũ & quando voluerit à subdito nõ est peccatũ hoc cum moderamine facere, secus si sit dubium.

situm tale onus terræ sine malitia & fraude, quod dominus possit ab habitatoribus quando, & quantum velit capere, & possit retinere omnia mobilia si recesserint, cum quilibet possit imponere suæ rei onus quod voluerit, videtur tolerari posse, quod intantum vtatur huiusmodi constitutione, quod non grauet eos vltra modum, aut manentes aut recedentes, & quod Domini non tenentur ad restitutionem taliter acceptorum. Si autem non est certum, aut si creditur quod non fuerit ab initio legitimè institutum, credo quod huiusmodi spoliationes ipso iure factæ malæ sint, quod peccant qui hoc faciunt, & tenentur ad restitutionem. In hoc tamen casu & similibus, qui tolerantur ab Ecclesia, pro eo quod ibi potest esse aliqua dubitatio de iure aut de facto, non credo simpliciter denegandam esse absolutionem; sed facienda est cum quadam tamen dubitatione & protestatione sic: *Absoluo te de hoc inquantum possum; Sed timeo vel credo quod non sufficiet tibi ad salutem, nisi te aliter habueris in hoc casu.*

Nota modũ absoluendi in dubio.

Item de illis qui emunt præposituras sæculares vbi non sunt redditus, sed solæ exactiones, & munera, & seruitia, quæ recipiunt huiusmodi præpositi, numquid tenentur talia restituere? aut si compelluntur à dominis exercere huiusmodi officia, nũquid tenentur potius omnia sua dimittere quàm in hoc obedire: & quid de dominis qui vendunt huiusmodi præposituras? Respondeo: Si non possunt huiusmodi officia exercere sine peccato mortali, potius debent omnia mala tolerare, quam sic peccare: & peccant mortaliter quoties munera accipiunt, propter faciendam gratiam alicui in præiudicium alterius. Aut si minis & terroribus aliquid extorqueant, aut quosdam grauent, vt alij timentes eis seruiant ne talia patiantur, tunc tenentur ad restitutionem omnium talium si possint, nec aliter absoluendi: & peccant domini qui tales præposituras vendunt, aut ad emendum aliquos compellunt, cum gratis eas committere debeant, ex quo non sunt ibi redditus aut prouentus iusti, & tenentur ad interesse illis qui per huiusmodi præpositos taliter sunt spoliati. Hoc autem intelligo de illis præpositis qui reddunt iura: De Bedellis aut minoribus, quorum est officium tantum citare, vel exequi iudicata vel mandata maiorum, tenendum est quod dicitur infra de officialibus.

Domini non possunt vendere præposituras seculares non habentes redditus sed exactiones iniustas & munera, vt officium iudicis &c.

De his qui guerras adinuicem exercent.

CAP. LXX.

5. requiruntur ad bellũ iustum.

Quæ capiuntur in bello iusto sunt capientis.

EX *summa de casibus.* Circa principes autem vel milites habentes guerras adinuicem, distingue; quia aut ille de quo quæritur habet iustã guerram vel bellum, aut non. In primo casu, scilicet cum habet iustum bellum, & non exercet illud nisi contra nocentes, & non habet intentionem corruptam, quicquid capit ab hostibus suum est, nec tenetur restituere. Vt autem dictum est supra, quinque exiguntur ad hoc vt bellum sit iustum, scilicet *persona, res, causa, animus, & auctoritas principis.*

Frater Guilhelm. Dicit enim Imperator: Nulli prorsus nobis inscijs atque inconsultis, quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur: Quid si barones subditi Comitis vel Ducis, habent guerram contra eum, aut comes contra Regem suum, vel econuerso, cuius principis est auctoritas requirenda? Respondeo: Princeps qui nullum habet superiorem, siue sit Rex, siue Imperator auctoritate propria (si iusta causa subsit) potest mouere bellum, tam contra subditos, quam contra extraneos. Potest etiam subditis suis dare auctoritatem mouendi bellum, tam circa principem extraneum, quam circa subditos eius, si causa subsit, & viderit expedire. Sed non contra proprios subditos, quamdiu potest iniuriantem iustificare, vel quamdiu vult stare iuri coram eo, vel coram iudice suo, si est iudex medius inter huiusmodi principem & iniuriantem. Si autem non potest eum iustificare, si ille non vult stare iuri, potest non solum princeps huiusmodi, sed etiam ille princeps qui habet super se superiorem, auctoritate sua mouere bellum contra huiusmodi iniuriantem, si subest ei mediatè vel immediatè; & dare licentiam iniuriam passo, mouendi circa eum arma. Si autem iniurians non subest mediatè vel immediatè principi habenti super se superiorem, princeps ille non potest dare auctoritatem subdito suo mouendi contra eum arma, sed auctoritas superioris principis est requirenda, maximè si ille iniurians pertinet mediatè vel immediatè ad iurisdictionem illius superioris principis.

Princeps habens supra se superiorẽ potest propria authoritate contra iniuriantem bellum mouere si iniurians illi subsit mediate vel immediate, alias non.

Cum ergo vasallus comitis habet guerram contra comitem, Regis est auctoritas requirenda. Si autem comes contra Regem, & Rex nolit ei ius exhibere, per pares curiæ humiliter requisitus, credo quod si ius suum armis defendat, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non peccat: Impugnare tamen Regem auctoritate propria non poterit. Papa tamen facta denunciatione de excessu Regis, si Rex nollet à peccato desistere, posset Regem excommunicare: & crescente contumacia, dare auctoritatem mouendi arma contra eum. Cum autem Rex habet causam guerræ contra Imperatorem, vel econuerso, non credo quod vterque vel alteruter teneatur ius suum prosequi in forma iudicij, cum neuter illorum habeat super se superiorem. Peccaret tamen mouendo bellum passus iniuriam, si iniuriator offerret ei debitam satisfactionem, ad arbitrium bonorum virorum, de plano, & sine strepitu iudiciorum.

Subditus nõ potest Regem impugnare propria authoritate (esto possit suum ius defendere cõtra illum cũ moderamine) bene tamen authoritate Papæ.

De his quæ rapiuntur in bello iniusto.

CAP. LXXI.

Quamuis ex quinque requisitis ad bellum iustũ desint omnia præter rem, non tenetur qui bellum mouit restituere quæ cepit nisi excedant damnũ sibi datum.

EX *summa de casibus.* Si autem vnum prædictorum quinque defuerit, bellum dicetur iniustũ. *Frater Guil.* Sed nunquid tenebitur restituere, quicquid adeptus est de huiusmodi bello, ille qui mouit illud? Respondeo: Quamuis bellum sit iniustum ex causa, & ex animo, & ex persona, & ex auctoritate, si tamen res subsit; quia pro rebus impetendis factum est, non tenetur qui mouit bellum restituere quod ibi cepit, nisi ceperit, vel damnificauerit aduersarium suum, vltra quod habuit ille de suo iniustè, aut damnificauerat eum. Et hoc dico secundum iudicium fori pœnitentialis, vbi habet locum compensatio, etiam non liquidi ad liquidum, quæ non habet locum in foro contentioso: vnde si quis in foro pœnitentiali confitetur se per furtum habuisse decem de rebus illius qui manifestè abstulerat ei decem, facere consueuit & bene iudex pœnitentialis compensationem, nec iniunget ei restitutionem illorum x. nisi aduersarius eius postmodum restitueret ei decem ablata. Iniunget tamen ei pœnitentiam de furto commisso.

Clericus rapiendo aliquid in bello iusto non facit suum; si tamen dominus sciat & consentiat, potest retinere, quia cẽsetur illi dare: peccauit tamen rapiendo.

Quid si clericus in guerra iusta, vadens cum domino suo, consequitur aliquid de illa guerra, numquid tenetur restituere? Respondeo: Si datum est ei ab his quibus licuit, potest illud retinere. Si autẽ ipse rapuit, cum rapiendo peccauerit, inducendus est in foro pœnitentiali si potest, quod restituat illud illi cui abstulit, si scit quis ille sit, sin autem quod det pauperibus. Huiusmodi enim clericus rem illam capiendo non facit suam, quia sicut dominus eius non potuit dare ei auctoritatem bellandi, ita nec auctoritatem rapiendi. Credo tamen quod rem taliter raptam de consensu domini sui potest retinere, dum tamen consenserit dominus durante adhuc guerra, quia perinde est in hoc casu ac si dominus rem illam dedisset.

Quòd pro rerum tuitione vel repetitione liceat pugnare.

CAP. LXXII.

Sine authoritate principis vel Ecclesiæ licet bellum mouere ad sui, suorũ & patriæ defensionem, quia hoc est de iure naturæ dummodo fiat in continenti secundum negotij qualitatem.

EX *summa de ca.* Videtur tamen casus in quo sine auctoritate principis vel Ecclesiæ posset moueri bellum, videlicet pro rebus repetendis ad defensionem patriæ. Nam de iure naturali, cuique licitum est vim vi repellere in continenti, & cum moderamine inculpatę tutelæ. *Frater Guil.* Nomen rerum credo hic large accipi, vt nõ solum comprehendat res corporales, sed etiam iniurias. Sicut enim pro rebus mobilibus vel immobilibus ablatis potest moueri bellum, ita & pro iniurijs illatis, ad consequendum de eis satisfactionem, non libidine vindictæ, sed zelo iustitiæ, vel quantum ad interesse. Quòd autem ait *cum moderamine incul.tu.* hoc moderamen locum habet, quando aliquis causa tuendi, id est defendendi se, resistit aduersario, cum tanto moderamine, quod tutela illa vel defensio est inculpata, id est sine culpa: quia non excedit modum in defendendo, plus lædendo aduersarium (ex proposito maxime) quàm exigat illata violentia.

Ex summa de casibus. Ita vim rebus illatam & inferendam, licitum est repellere, sed potius illatam, dum tamen in continenti, id est quàm cito scit vim illatam, priusquam diuertat ad contrarium actum, & si forte dum ille vult expellere sic hostem de possessione sua, quam iniuste & male occupauerat, aliqui vulnerentur vel occidantur, credo quod teneatur secundum modum positum supra in defensione personæ.

Explicatur præcedens doctrina.

Frater Guilhelm. Nota quod ait *in continenti.* Ista continuatio non est æstimanda omnino, sicut in stipulationibus, vbi non sufficit eadem die respondere ad stipulationem, vt dicitur *in l. continuus,* quam magister allegat, sed secundum qualitatem negotij pensanda est, provt exigit ad præparationem, maiorem vel minorem temporis tractum. Vnde si aliquis nobilis collecto exercitu intrat terram alterius nobilis, & occupat ibi castrum, vel rapit prædam, & ducit ad terram propriam. Si alius nobilis hoc audito, cum non possit statim congregare exercitum, & recuperare prædam, vel liberare castrum, missis literis vel nuncijs congreget exercitum, licet non possit congregare vsque post vnam septimanam, aut duas, aut etiam plus, reputabitur tamen in continenti se defendere, & castrum liberare, & prædam recuperare; Etiamsi iam aduersarius eius receperat illam in munitionibus suis.

Potest quis, dum bona sua rapta prosequitur, capere tantumdem de bonis aduersarij aut fautorum eius.

Credo etiam quod dum taliter prosequitur prædam, cum non possit ad eam recuperandam pertingere, quia forte est in locis inexpugnabilibus recepta, si cæperit aliqua de bonis aduersarij sui, aut eorum qui eum iuuant, aut ipsum prosequentem rem suam impediunt, poterit de illis retinere, & indemnitati suæ consulere quantum sua interest, sicut qui prosequitur furem asportantem res suas, licet ei sibi consulere, vsque ad quantitatem damni sibi illati à fure, de rebus ipsius furis quas secum ducit aut portat, si quas potest apprehendere dum persequitur fugientem. *Nota* quod ait, *ad contrarium actum*: Non est contrarius actus, cum quis comedit aut bibit aut dormit interim, aut se præparat ad expellendum aduersarium suum de possessione male occupata, aut ad recuperandam prædam ab eo abactam, cum hæc præparatio temporis moram exigat, vt dictum est: Si vero dissimulabat iniuriam, ac deponit animum rem suam prosequendi, alijs occupationibus operam dando, actus est contrarius.

Vtrum damna iusto bello illata oporteat restituere.

CAP. LXXIII.

Non licet in bello excedere damnum datum, aut iniuriam illatam nisi iniurians ob aliud vitiũ mereatur spoliari.

EX *summa de ca.* Igitur miles, habens iustum bellum contra alium militem, licite suum, & quicquid capit ab hoste, vel coadiutoribus eius, siue subditis suis, siue alijs, vsurpare & retinere potest, quousque iuxta conscientiam suam sit sibi satisfactum de omni damno dato, & labore, & operis, tam sui quàm suorum hominum: vel donec ipse hostis offerat ius, vel velit satisfacere? *Frater Guilhelmus.* Benedicit *quousque* & non vltra: nisi sit talis hostis, qui aut propter infidelitatem, aut hæreticam prauitatem, aut propter aliud vitium excesserit, quòd bona eius & suorum publicari, & terra priuari, & capientium seruitio mancipari, ex edicto publico meruere; in quo casu omnino potest expoliari, & de terra examinari.

Damna in bello iusto illata secundũ ordinarium belläda modum, nõ sunt computanda in compensationem: secus si grassandi animo facta sint & malitiosè: qui vero iniustè bellum mouet, tenetur de omnibus dãnis vtrinque.

Quid si ille qui iustum habet bellum, fecerit incendia, vel effracturas, vel arborum aut vinearum extirpationes, in terra proprij aduersarij sui, vel hominum eius, numquid pro his tenebitur in aliquo? Respondeo: De illis damnis non tenebitur, quæ bona fide intulit, aut à quibus commode abstinere non potuit, secundum industriam & consuetudinem bona fide pugnantium. Si autem grassandi animo, & malitiose ea intulit, cum alias posset sibi commode consulere, tenebitur: & compensabuntur illa damna cum damnis sibi datis, & hominibus suis, vsque ad concurrentes quantitates; & de eo quod superexcreuerit, tenebitur satisfacere illis quos damnificauit: Qui autem iniuste mouet bellum, tenetur de omnibus damnis quæ ipse vel sui intulerunt aduersario, & hominibus suis. Tenetur etiam & hominibus proprijs, de damnis ab aduersario illatis, dum iuste bellat ille aduersarius; nisi ipsi mala fide iuuerint eum, in quo casu non habent contra ipsum actionem, cum nullus ex culpa sua consequi debeat actionem. Nobilis autem ille qui iuste pugnat, non tenetur hominibus suis de damnis quæ passi sunt ab aduersarijs, cum passi, & se & sua pro domino suo teneantur exponere. Non tenentur inquam, nisi fuerit in culpa, negligenter defendendo eos.

Adhuc de eodem.

CAP. LXXIIII.

In bello iusto non oportet capere bona Ecclesiæ, nisi prælati Ecclesiæ consentiant nec hostes ad Ecclesiam confugientes, nisi se ibi munierint.

QVID de illis quæ rapiuntur in Ecclesijs, aut de bonis clericorum, aut Ecclesiarum, quæ sunt in terra illius contra quem iuste geritur bellum, numquid qui rapiunt ea tenentur ad restitutionẽ? Credo quod sic, nisi auctoritate prælati ecclesiastici hoc fiat. Quid de illis qui confugiunt ad Ecclesias imminentibus hostibus, & ibi capiuntur ab eis, numquid capientes debent eos dimittere liberos? Credo quod sic, nisi incastellauerint Ecclesiam, aut inde impugnauerint hostes. In hoc enim casu, cum & ipsi violant immunitatem Ecclesiæ impugnando, non debent gaudere immunitate Ecclesiæ. Idem credo, si reponant ibi victualia sua, de quibus sustentantur in oppugnatione hostium; scilicet quod si rapiantur ab aduersarijs iuste bellantibus, non tenentur ad restitutionem, & forte etiam non peccant rapiendo. Quid de illis qui incendunt Ecclesias in bello iusto, numquid tenentur de damno dato? Respondeo: Si non sunt incastellatæ, & hoc fiet ex proposito, tenentur: Si autem sunt incastellatæ, nec tamen ex proposito incendantur, sed casu, dum illi iuste bellantes præstant operam rei licitæ, dum incendunt machinas hostium, aut castrum, aut villam, quam alias non possunt expugnare commode, credo quod non tenentur.

Non licet ex proposito Ecclesiam comburere.

Vtrum Domini ſuper damnis hominibus ſuis illatis poſſint componere.

CAP. LXXV.

Qui mouet bellum non poteſt componere quin ſatisfaciat ſuis ſubditis de damnis illatis per incendia &c.

QVID ſi componant nobiles ſuper guerra ſua, numquid poſſunt componere vel tranſigere ſuper damnis datis hominibus ſuis, nulla facta reſtitutione hominibus eorum damnificatis? Reſpõdeo: Si compoſitio fiat de conſenſu damnificatorum, ſtandum eſt illi; alias non credo quod ille qui fuit in culpa iniuſtè mouendo bellum, per ſuam compoſitionem poſſit præiudicare hominibus ſuis, quin ipſe de proprio teneatur eis ſatisfacere de damnis ſuis, niſi in culpa pariter fuerint cum eo, vt dictum eſt: in quo caſu credo quod etſi non iure fori contentioſi teneatur eis in aliquo, pro eo quòd participauerunt ei in crimine ſcienter, in foro tamen pœnitentiali tenetur, ſi ad perſuaſionem ſuam hoc fecerint, aliàs non facturi.

Quo caſu poterit princeps componere ſine ſatisfactione ſubditorum.

Qui autem habuit iuſtum bellum, componere non debet cum aduerſario in præiudicium hominum ſuorum. Sed vel ipſe debet eis reddere damna illata illis, vel procurare quod ab aduerſario reddantur: Hoc tamen intelligo de damnis illis quæ paſſi ſunt in incendijs & rapinis rerum ſuarum. De expenſis autem quas fecerunt veniendo ad exercitum, vel morando ibi, ſatis conſueuerunt principes componere vel diſſimulare auctoritate propria, quod & de præfatis damnis cõcedi poteſt, ſi ex cauſa probabili viderint principes ea potius eſſe remittenda, quam carere commodo pacis, & incurrere bellorum pericula: & cum in hoc caſu principes gerant vtiliter negotium ſubditorum, taliter componendo, tenentur ſubditi ratum habere. Sed etſi ab initio contradicant, ne fiat compoſitio niſi refuſis ſibi damnis, ſi ex iuſta cauſa viderint expedire, poſſunt à bellando deſiſtere, quamuis forte non poſſint illata damna quitare. Sicut enim auctoritas mouendi bellum penes ſolos principes eſt, ita & auctoritas deſiſtendi, & arma deponendi.

De ſocijs raptorum.

CAP. LXXVI.

Quinã ſocij raptorum teneantur in ſolidum.

EX *ſumma de ca.* Qui ſequuntur raptores ad prædam capiendam; qui inducunt ipſos tyrannos ad rapiendam, conſilio, adulatione, vel detractione, vel ſimili, ſi ſciunt vel credunt illos ſui cauſa feciſſe rapinam, quam aliter non eſſent facturi, tenetur quilibet talis in ſolidum. Aliter vero tenentur de his quæ inde habuerunt, vel expenderunt, & etiam de omni damno quod ipſi, vel aliqui de familia ſua fecerint, directe vel occaſionaliter, & quod de his dixi qui tenentur in ſolidum, intelligas multo fortius de his qui defendunt ipſos in errore ſuo, & recipiunt eos in caſtris ſuis; & de illis quorum nomine fit rapina, ſi ipſi primo mandauerunt, vel poſtea ratum habuerunt.

Si vnus ſociorum ſatisfecit in ſolidum, reliqui tenentur illi refundere, imo pars læſa debet illi actionem ſuã cedere contra cæteros.

Frater Guilhel. Intelligas ſcilicet quod tenentur in ſolidum, quando propter huiuſmodi defenſionem, vel receptionem, impediuntur damnificati recuperare damna.

Ex ſumma de ca. Sed quid ſi principalis vel etiam vnus eorum qui tenentur inſolidum ſatisfecerit de toto damno dato, numquid alij liberantur? vtique quoad ipſum damnum vel intereſſe, quia bona fides non patitur vt bis idem exigatur.

Frater Guilhel. Non autem liberantur quoad pœnam. Intereſſe autem comprehendit & expenſas & incommoda, quæ incurrit quis occaſione damni ſibi illati.

Ex ſumma de ca. Item, Numquid ille cui ſatisfactum eſt, tenetur cedere ſatisfacienti actionem ſibi competentem contra alios? Credo quod poteſt & debet quantum ad iudicium animæ, non vt ab vno petat in ſolidum (excepto principali) ſed pro partibus petat à ſingulis: ſed non tenetur quoad iudicium contentioſum, quia qua fronte poteſt petere ceſſionem, qui ex contumacia punitur. Sed licet quantum ad Deum, de magna æquitate dicam eos taliter liberari, dummodo de peccato rectè conterantur, & pœniteant, Poteſt tamen ab eis exigi pœna quadrupla, vnde Zacheus: *Si quem defraudaui reddo quadruplum*; pœna enim vnius non liberat alium. Vnde conſulerem quod ad cautelam quilibet, etiam poſt ſatisfactionem damni, peteret humiliter remiſſionem de pœna, maxime cum illa detur pro iniuria.

Poſt ſolutionem damni oportet petere remiſſionem pœnæ ſi læſus nolit remittere.

Frater Guilhelmus. Bonum eſt, ſed non tenetur, quia pœnæ huiuſmodi non debentur niſi demum cum ſunt adiudicatæ, quamuis ſi læſus pœnam ſoluere nolit, credo quod reus tenetur per ſe vel per alium, expreſſo vel ſuppreſſo nomine perſonæ veniam petere ſecundum quòd qualitas negotij expoſcit.

Ex ſumma de caſibus. Item quid ſi plures fuerint raptores quaſi pares, quorum nullus induxit alium. Credo quòd ſi vadunt inſimul, quaſi ſint vnus exercitus, quilibet teneatur in ſolidum; quia in tali caſu quilibet vincit alios, & facit eos quos iuuat fortiores. Iſti enim poſſunt dici ſquamæ ſeſe præmentes, & omnes ſunt cooperatores: quare quilibet tenetur pro eo quod fecit: vel forte in vtroque caſu poſſet tolerari quòd quilibet ſatisfaceret de his quæ habuit, ſi induceret alios pro poſſe ad ſatisfaciendum. Sed primum dictum eſt tutius.

Quãdo multis raptores ſunt pares quilibet tenetur pro parte quam intulit & nõ inſolidum, niſi vnus ſine alio non fuiſſet auſa vel potens damnum inferre.

Frater Guilhelmus. Quod igitur dicit, *teneatur in ſolidum.* Intelligo quando vnus ſine alijs non auderet, vel non poſſet damnum inferre, alias quilibet tenetur tantum pro parte damni quam intulit. Vbi autem dicit, *in vtroque caſu*, vel magis eſt hic benignitas, vel intelligendum eſt quo ad primum caſum, quando vnus, ſine alterius adiutorio vel ſocietate dediſſet damnum: alioquin ex eadem æquitate eſſet dicendum in eo caſu, cum exercitus aliquis qui ſubeſt vni domino facit rapinam; ſcilicet quod quilibet de illo exercitu, excepto principali domino, teneretur tantum pro illa portione damni quam intuliſſet; certum eſt enim quod dominus qui auctor eſt principalis, in ſolidum tenetur.

Ex ſumma de caſibus. Illi autem qui nec adiuuant, nec in aliquo conſentiunt, ſed datur eis aliquid, & accipiunt, hoc præciſe tenentur ad reſtitutionem.

De his qui viuunt ex rapto.

CAP. LXXVII.

Omnes qui accipiunt aliquam partem rei furtiuæ quantumuis ignorãter tenẽtur reſtituere, niſi id cedat in fauorem ſpoliatorum.

QVI vero inde comedunt vel bibunt, vel in vſus neceſſarios expendunt, vt vxor, vel cæteri familiares, tenentur de omnibus quæ ſic expendunt. Niſi in caſu, ſcilicet cum agant cauſam ſpoliatorum, monendo & inducendo pro poſſe ipſum raptorem ad reſtitutionem faciendam, tunc enim non tenentur. Nam qui alterius negotium gerit vtiliter, etiam ignorantis & abſentis, licite recipit expenſas, & hoc ſiue ſecuta fuerit vtilitas ſiue non. Vnde ſatis videtur per hoc, quod fratres prædicatores, qui eunt ad raptores, vt eos inducant ad pœnitentiam, & reſtitutionem faciendam, excuſentur ſi comedant apud illos, maxime ſi commode non poſſunt apud alios inuenire: & hoc intelligas cum moderamine, videlicet ſi habeatur ſpes probabiliter de correctione illorum. Item ſi propter eorum expenſas ipſi raptori non ſubtrahatur facultas reſtituendi, vel in toto, vel in magna parte.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Extra. 5. de senten. excom. Gregorius. 9. Prædicatores, qui penes excommunicatos, vel alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus quasi gerunt causam illorum ad quas res ipsæ spectare noscuntur, eleemosynas licite possunt ab illis accipere, præsertim si alias non valeant in illo loco sustentationē habere. *Frater Guilhelmus* Intellige ergo quòd non tenentur de his quæ fame comederunt, pro tempore quo circa talium correctionem laborauerunt. Non enim credo quod vxor & familia possit viuere de raptis per totum annum, pro vna admonitione vel duabus.

Quando familia raptoris non habētis alia bona, videt nullam esse spem de eius correctione, non potest amplius cū ipso manducare sed debet alibi sibi victum quarere: secus si sint adhuc alia bona, & raptor sit soluendo.

Ex summa de ca. Quid ergo faciet vxor vel familia, si nec habetur spes de correctione illius, vel videt verum vergere ad inopiam, vt quasi sit non soluendo. Ad hoc dico, quod si ibi sunt aliqua de iusto, de illis separatim potest expendere. Si vero totum de rapina, nullo modo comedat, sed aliunde victum quærat, vel ab amicis & consanguineis suis, vel laborando manibus suis, vel alio quocumque modo honesto. *Frater Guilhel.* Non reputo quantum ad hoc inhonestum modum, quærere eleemosynas ostiatim. Et intellige quod dicit, *vt non comedat* de ipsa re rapta in specie, vt de oue rapta, vel boue, vel fœtu eius, etiam nato vel concepto apud raptorem, nisi sit casus vltimæ necessitatis, cum proposito tamen restituendi; vel faciet secundum quod dicetur infra in illo ver. *quid igitur faciet.*

Ex summa de casibus. Idem dico si ibi sunt aliqua de iusto, sed ita mixta, quod non possunt discerni; vel licet possint discerni, maritus iniquitate plenus nō permittit eam comedere nisi de raptis. *Frater. Guilh.* In primo casu, scilicet quādo mixta sunt, credo quod potest licite comedere & bibere, & necessaria recipere, si maritus soluendo sit, dum tamen in mente habeat viuere de licite acquisitis. Si autem non est soluendo (quia quicquid habet non sufficeret ad satisfactionem) idem dicendum quod in præcedenti casu, quando nihil est ibi nisi rapina, potest autem recupētare dotem, etiam constante matrimonio, quando vir vergit ad inopiam, quia salua debet esse mulieri semper dos sua, quicquid maritus deliquerit.

Vxor raptoris potest sibi tribus modis prouidere.

Ex sum. de ca. Quid ergo faciet si nihil inuenit, nūquid morietur fame? non, sed subest ei triplex auxilium. *Vnum* si potest habere de dote, vel sponsalitio. *Secundum* vt denunciet talibus, qui possunt prodesse & non obesse, & si necesse probari potest Episcopo, vt ipse compellat eum eam pascere de iusto, vel tradat ei sponsalitium, vel partem, vel committat alicui personę honestæ, quæ de honesto lucro prouideat ei. *Tertium*, quia si aliud non posset, etiam de rapina & de alijs vndecumque posset viuere, quia necessitas nō habet legem. Verumtamen doleat in animo, & proponat firmiter, quam cito poterit, quicquid inde expendit, restituere. In omni tamen casu tenetur vxor debitum viro reddere, & è conuerso, nisi subsit aliud impedimentum.

De His qui emunt à raptoribus.

CAP. *LXXVIII.*

Qui emit rē raptam mala fide, tenetur ad restitutionem eius, cū omni vtilitate inde percepta, & quidē secundū optimam æstimationē, quā vnquā habuit à tēpore quo fuit sublata.

CIrca illos autem qui emerunt, distingue: Quoniam aut sciebant rapinam esse, aut credebant probabiliter; aut credebant de iusto esse, vel de hoc nihil cogitabant. In primis duobus casibus subdistingue, quia aut emit quis mala fide, id est cupiditate acquirendi sibi; aut bona fide, id est volūtate restituendi, quasi gerens vtiliter negotium illius, cui fuerat ablata res quam ipse vendebat. *In primo* casu tenetur indistinctè ad restitutionem, nec liberatur vendendo, vel aliàs alienando rem alteri, vel etiamsi res pereat morte, vel alio casu, vel si sibi auferatur; quia fur semper est in mora restituendi. Vnde nec pretium quod dedit poterit repetere ab illo cuius res est, nec expensas suas, si quas ibi fecit; & omnem vtilitatem quam ex illa re habuit, tenetur restituere. Si restituat etiam rem deteriorem quàm ad ipsum peruenit, non liberatur, & si aliquo tēpore medio fuit melior res, quàm fuerat tempore emptionis, siue cum postea vendidit alteri, eius quod plurimum fuit, erit æstimatio faciēda. Et quod dixi de primo emptore, intelligo de secundo & millesimo, si per tot manus transierit res taliter cum mala fide. *Frater Guilhelmus.* Scilicet quod semper tenetur ad rei restitutionem, quocumq; modo perierit, & ad maiorem æstimationem totius temporis medij.

Si raptor plene restituat, cateri emptores liberantur.

Ex summa de ca. Quid si principalis raptor restituit plenè rei æstimationem cum toto interesse; nunquid cæteri qui emunt, vel dono acceperunt liberantur. *Satis* credo quod sic, quantum ad restitutionem faciendam domino rei; tamen credo dicendum de sano & puro consilio, quod quicquid inde ex lucro habuerunt, siue totum, si fuerit sibi res gratis data; siue quod supersit deducto pretio dato pro ea re, si fuit res empta; debet cum consilio ecclesiæ erogare in vsus pauperum, & agat pœnitentiam quilibet talis de furto. *Frater Guilhelmus.* Quod ait *erogare*, consilium est, non necessitas; quia si plene satisfactum est domino de re sua, licitè potest res illa remanere pœnes possidentem, nec intelligatur iam ex praua causa, sed ex voluntate domini possidere.

Adhuc de eodem.

CAP. *LXXIX.*

Qui bona fide vt restituat domino emit rē raptam, potest repetere à domino id quod dedit cū expensis cōseruationis, quod si dominus non comparet, erogetur quod superest pauperibus pro anima ipsius.

EX *summa de casibus.* Item satisfaciens, nunquid poterit sibi consulere de pretio soluto aduersus venditorem? Non, nisi quando emit expresse fecerit sibi caueri: Obstat enim ei turpitudo sua. *Si vero* emit aliquis bona fide cum intentione restituendi (sicut dictum est) potest à spoliato repetere illud quod dedit pro ipsa re, & etiam quicquid expendit postea ad conseruationem illius: Nisi forte cum re illa aliqua lucrabatur, vnde posset facere dictas expensas. Et breuiter quicquid sibi adest ex re, vt pensio, merces, fructus, vel simile, tenetur restituere. Quicquid vero sibi abest, vt pretium moderatæ expensæ, potest repetere: vel cum eo quod ex ipsa re sibi aduenit, vsque ad concurrentem compensare quantitatem: quia gessit vtiliter negotium illius absentis spoliati. Sed quid si ille fecit inquiri diligenter, & non potuit inuenire cuius esset res? Hic consulo quod quicquid illa valet vltra id quod isti debetur, cū auctoritate ecclesię erogetur in pias causas, pro anima illius cuius res fuit, & consulo quod hoc fiat publicè, vt euitetur omnis suspicio. Et sic credo quod erit liberatus, quia etiam in hoc gessit vtiliter negotium illius.

Qui ex crassa ignorātia emit rē raptam tenetur ad restitutionem.

In his autem, videlicet si sciebant, vel credebant de iusto esse quod emebant, vel forte habebant animum indifferentem, & nihil super hoc cogitantem, excusantur, sed diuersimodè. Nam qui sciebant, vel probabiliter credebant esse de iusto, simpliciter non tenentur in aliquo: quamdiu scilicet manet bona fides. Qui vero temerè credebant, vel ignorabant ignorantia quæ dicitur crassa, & supina, vel propter tenuam simplicitatem nihil super hoc cogitabant, tenentur ad restitutionem. *Frater Guilhelmus.* Ignorantia crassa & supina dicitur ad differentiam probabilis, quæ excusat: & dicitur per metaphoram hominis crassi & supini, qui non videt etiam ea quę ad pedes sunt, vel prope.

De His qui emunt rem bello acquisitam.

CAP. *LXXX.*

EX *summa de ca.* Ad hoc autē vt scias plenius hanc diuersitatem, distingue cum Augustino in radice, idest in ipso raptore à quo isti emerunt: quia aut ille erat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

erat dominus, aut ſubditus. In primo caſu tene quod dixi ſupra de principibus & militibus ad inuicē guerras habentibus. *In ſecundo* vero caſu diſtingue: quia cū ſubditus mouet bellum pro domino ſibi mandante, aut ſcit bellum iuſtum, aut ſcit iniuſtum, aut dubitat. *In primo* caſu non tenetur ad reſtitutionem eorū quæ accepit ab hoſtibus, niſi iuxta edictum domini; nec peccat niſi habeat corruptam intentionem. *In ſecundo* tenetur, quia plus debuit timere Deum quàm hominem. *In tertio* non tenetur; excuſatur enim propter bonum obedientiæ, licet fortè peccet dominus contra Deum male præcipiendo.

Subditus ſi nō ſciat bellū eſſe iniuſtū, non tenetur ad reſtitutionem eorum quæ in bello capit; non ſubditus vero ſi dubitat de iuſtitia belli tenetur.

Frater Guil. Nunquid ſimiliter excuſantur amici & cognati mouentis bellum, qui non ſunt eius ſubditi, & milites & ſeruientes ſtipendiorum extranei, ſi credant iuſtum eſſe bellum? Credo quod non: quia non excuſat eos bonum obedientiæ, ſicut ſubditos, nec debent ſe committere diſcrimini in dubio, vt iuuent aliquem in præiudicium alterius, quia ſicut dicit Ambro. *Si nō poteſt alicui ſubueniri quin grauetur alter, melius eſt neutrum iuuari, quam alterum grauari.* Nec eſt ſimile de aduocato, quem excuſat bona fides, quādiu credit iuſtam eſſe cauſam quam fouet, licet in veritate ſit iniuſta; quia ibi eſt iudex ſuperior, qui causā examinat, & iudicat de allegatis. In bello vero, ſiue in guerra, viribus corporalibus negotium nititur, non per rationem diiudicatur.

Qui bona fide emit rem bello captam, non tenetur durāte bona fide reſtituere, bene tamē poſtquā ſciuerit bellum fuiſſe iniuſtū, & quibus cū fructibus tēpore bona fidei non conſumptis.

Ex ſumma de caſibus. Sic ergo procede circa emptorem, quia ſi ſcit venditorem iuſtè, & iuſto bello habuiſſe, licite poteſt emere, nec tenetur ad reſtitutionē. Qui vero neſciebat eſſe de iuſto bello, ſed credebat probabiliter; nam omnes vicini ſui, vel maior pars, vel ad minus ſapientes ita credebant, prout ſibi emptori videbatur, ipſe non tenetur, durante ſibi hac bona fide: Sed ſi poſtea ſciat rem eſſe de rapina, debet reſtituere. *Frater Guilhelmus.* Debet reſtituere, & rem, & fructus extantes; de conſumptis enim durante bona fide non tenetur.

De Hæredibus raptorum.

CAP. *LXXXI.*

Hæres ſecūdum canones tenetur ad omnia debita defuncti, ſecundū leges non.

EX ſumma de caſibus. De hæredibus autem raptorum, licet ſecundum leges aliter diſtinguatur, dico iure canonico eos teneri ad omnia debita defunctorum, in quorum locum ſuccedunt. *Frater Guilhelmus.* Secundum leges autem diſtinguitur, quod hæredes non tenentur de maleficio teſtatoris, niſi inquantum ad eos peruenerit, aut niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto.

Ex ſumma de caſibus. Vr autem circa hæredes materia latior habeatur, Nota quod quilibet hęres, ſiue filius, ſiue extraneus, non diſtincto vtrum raptoris, vel alterius, tenetur iure canonico ad debita defuncti perſoluenda, ſiue fuerint ex contractu, vel quaſi; ſiue ex maleficio, vel quaſi; ſiue peruenerit res illa pro qua debitum fuit contractum ad eum, ſiue non: ſiue lis fuerit conteſtata cum defuncto, ſiue non. Quid ſi nō ſufficit hæreditas ad debita perſoluenda? Videtur quod ſi non fecit inuentarium, nihilominus teneatur ad omnia. Si vero fecit, tunc non teneatur niſi inquātum hæreditas ſufficit.

Hæres ſi fecerit inuentarium, non tenetur ad debita vltra valorem hæreditatis ſe. tus ſi non fecerit, ſaltem in foro externo.

Frater Guilhelmus. Inuentariū ſcriptura eſt, quàm debet hæres ſecundum legem inchoare infra triginta dies à morte teſtatoris, vel poſtquam ſcit ſe eſſe hęredem inſtitutum, & deſcribere ibi omnes res defuncti ſub teſtibus, & debet illam perficere infra quinquaginta dies, vel infra annum, ſi remotæ ſunt res, & tunc non tenebitur creditoribus vltra id quod inuentum fuerit in hæreditate; alias ſi non fecerit inuentarium, tenebitur in ſolidum.

Hæres nō tenetur ſoluere legata niſi quia debita tenetur perſoluere abſque detractione legitimæ, ſi neceſſe eſt, quantum poteſt ſufficere hæreditas. De legatis autem poteſt detrahere ſuam legitimam, ſi tot ſunt, quod illis ſolutis non remaneret ſibi legitima: Nam in legitima pater non potuit grauare filium.

detracta ſua legitima: aliud eſt de debitis.

Frater Guilhelmus Rod. duplex eſt legitima, ſcilicet *vna* quæ debetur liberis, quæ appellatur debitum bonorum ſubſidium, quæ eſt medietas, vel triens. *Alia* quæ debetur per legem Falcidiam, etiam extraneo hæredi inſtituto; & eſt quarta pars, quam deducit, & ſibi retinet inſtitutus, de legatis & quibuſdam alijs rebus, quando ſupra dodrantem eſt aliquid relictum in legatis; & debetur ei iure inſtitutionis. In lege Trebellianica etiam debetur ei, qui hæres inſtitutus rogatur reſtituere alij hæreditatem. Quod ergo hic dicit de detractione legitimæ, intelligendum eſt de qualibet iſtarum legitimarum: licet dixerint quidam (quod tamen non credo eſſe verum) quod filius debet sēper habere ſaluam ſuam legitimam, & ſine aliorum onere: & quod deducit eam etiam de debitis.

Legitima filiorum ſecūdum leges eſt tertia pars vel medietas, tamē hoc iam aliter paſſim obſeruatur.

Raimundus. de legitima filiorum nota verſus.

Quatuor aut infra dant natis iura trientem.
Semiſſem vero dant natis quinque vel vltra.
Arbitrium ſequitur ſubſtantia cætera partis.

Guilhelmus Rod. Licet autem ſecundum leges talis debet eſſe legitima filiorum, ſicut dictum eſt, ſcilicet tertia pars, vel medietas, tamen ſecundum conſuetudinem Gallicani Regni, quæ ibidem præiudicat iuri ſcripto, alio modo limitatur hæc legitima: & alicubi in eodem Regno obtinet, quod pater vel mater nō poteſt dare extraneis vltra quintam partem hæreditatis ſuæ, quæ conſiſtit in mobilibus, nec in teſtamēto, nec cauſa mortis, nec inter viuos. Alibi non poteſt vltra tertiam, ſed tertiam poteſt dare, & legare inter viuos, & cauſa mortis. De mobilibus etiam diuerſæ ſunt conſuetudines, quibus ſtandum eſt quilibet in loco ſuo.

Item nota, quod ſecundum leges, non debetur legitima iure naturæ conſanguineis de linea tranſuerſali: immo poteſt totam hæreditatem ſuam, ſi liberos non habeat, aut patrem vel matrem, extraneo dare, & extraneum hæredem inſtituere, nec habebit frater eius quærelam de inoffi. teſtamēto, niſi quādo ſcripti ſunt hæredes infames, aut turpes perſonæ, vel male meritæ. Sed ſecundum conſuetudinem Galliæ, idem quoad hoc obſeruatur de collateralibus conſanguineis, qui ab inteſtato debent ſuccedere, quod obſeruatur de filijs.

Adhuc de eodem.

CAP. *LXXXII.*

Hæres excuſatur ſoluendo debitoribus vel legatarijs prout venerint, illi tamen habēt actionem cōtra hos quia illis potius eſt ſoluendū.

RAimundus. Ex præmiſſis poteſt colligere, quod ſi creditores vel legatarij ſimul veniant ad hæredē, primo eſt creditoribus ſatisfaciendum: ſed ſi veniant ſeparatim, liberatur hæres ſoluendo per ordinem cuilibet venienti, dum tamen nil faciat in dolo vel fraude. Verumtamen ſi legatarij præueniunt creditores, & accipiunt, vel poſteriores creditores, priores & potiores præueniunt: creditores poſtmodum venientes non debent inquietare hæredem, niſi remanſerit ei de hæreditate, vnde poſſet eis adhuc ſatisfacere: Sed habēt tanquam potiores ius ſuum ſaluum contra legatarios, qui primo acceperant. Similiter & anteriores creditores, contra poſteriores qui primo acceperant. *Guilhelmus Rod.* Creditores ſunt, quibus teſtator aliquid dare tenebatur ex quocunque contractu, & ſecundum canones, quibus tenebatur ex maleficio. legatarij vero ſunt, quibus ex mera voluntate aliquid relinquitur in teſtamento.

Raimundus. Hic etiam nota, quod hæres poteſt deducere ante omnia omnes expenſas quas fecit in neceſſarias cauſas hæreditatis, ſiue in funere, ſiue in teſtamento,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtamento, vel inuentarij confectione, vel ſimili, & breuiter, ſicut debitis totam hæreditatem exhaurientibus, à lucro debet eſſe immunis, ita & à grauamine. *Item nota*, quod licet obligatio teſtatoris tranſeat ad hæredem, non tamen periculum periurij, vel etiam quodlibet aliud, quod ex ſua vi vel forma non poſſet excedere ſingularem perſonam.

Quando tũt plures hæredes quilibet tenetur in ſolidum creditoribus niſi in quinque caſibus.

Item, quod ſi plures ſunt hæredes, nunquid quilibet tenetur in ſolidum creditoribus pro hæreditaria portione. *Reſpondeo:* Regulariter tenetur quilibet hæres pro parte hæreditaria: Sed excipiũtur quinque caſus. *Primus* eſt, ſi aliquid indiuiduum eſt in obligatione: tũc enim quilibet tenetur in ſolidum. *Secundus*, ſi res quę debet reſtitui, ab vno in ſolidum poſſideatur. *Tertius*, in alimentis legatis, quæ pro voluntate defuncti, vel iudicis, vel ab vno in ſolidum, vel à pluribus pro partibus deſignatis petuntur. *Quartus*, ſi teſtator ab vno hæredum legauerit creditori, hæreditaria compenſandi animo, tũc enim hæres ille vſque ad quantitatem legationus debiti illius ſuſtinebit. *Quintus*, in expenſa funeris vxoris. quæ non tantũ aſtringit hæredes pro hæreditarijs portionibus, ſed etiã virũ pro portione quæ peruenit ad ipſum de dote vxoris ſuę, vt puta ad eum venerunt centum, & in hæreditate ſunt 200, ipſe vir tenetur pro tertia parte, & hæredes pro duabus partibus. *Item* quid ſi hæres eſt pupillus, nunquid poteſt deferri ſolutio debitorum prętextu pupillaris ætatis? dico quod non: vnde cum te tutorem proponis, quemadmodum à pupillo creditoribus ſatisfiat, eniti debes.

Nota.

De His qui res alienas præſcribunt, vel vſucapiunt.

CAP. *LXXXIII.*

Quid præſcriptio & vſucapio, & in quo differunt.

RAimundus. *Præſcriptio vel vſucapio, eſt acquiſitio dominij vtilis, vel directi, per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti.* Differunt tamen, quia præſcriptio proprie in immobilibus, vſucapio in mobilibus locum habet. Res etiam incorporales, vt ſeruitutes, actiones, & ſimilia acquiruntur pręſcriptione, Itẽ vſucapio completur termino, pręſcriptio non, vt infra. Poſſunt autem præſcribi generaliter omnes res, omne ius, & omnis actio: Sed excipiuntur quædam, vt eccleſiæ. In criminibus nullo tempore præſcribitur, ſed potius ex diuturnitate temporis augentur. *Item* non præſcribitur contra obedientiam viſitationum & procurationum, quæ debetur ratione viſitationis. *Itẽ* eccleſiæ, & cætera ſacta vel religioſa, necnon & decimæ, primitię, & oblationes, nullo iure poſſunt à laicis poſſideri, vel præſcribi. *Item* non poteſt præſcribi limes, vel quod adhæret limiti epiſcopatuum, vel parochiarum, ne termini eorum confundantur: limes tamen prædiorum poteſt præſcribi. *Item* nec liber homo poſſeſſus pro ſeruo poteſt præſcribi. *Item* publicæ functiones, id eſt poſſeſſiones agrorum non præſcribuntur à colono.

Quanã ſint quæ præſcribi non poſſunt.

Præſcriptio alia lõgi tẽporis, alia longiſſimi.

Species præſcriptionis, omiſſis alijs, ſunt duæ. *Alia* eſt enim lõgi temporis, vt decem annorum inter præſentes, vel 20. inter abſentes. *Alia* longiſſimi, vt triginta, vel quadraginta annorum, & hoc contra laicos vel priuatas perſonas. Contra eccleſias vero omnes, eſt neceſſaria præſcriptio 40 annorum, ſiue priuata perſona præſcribat contra eccleſiam, ſiue vna eccleſia contra aliam. Excipitur eccleſia Romana, contra quã non præſcribitur, niſi ſpatio centum annorum.

Ad præſcriptionẽ quatuor requiruntur.

Exiguntur ad præſcriptionem complendã quatuor, ſcilicet continuatio poſſeſſionis, bona fides, iuſtus titulus, & quod res nõ ſit vitioſa. *Continuatio* poſſeſſionis, vt toto tempore præſcriptionis ſine interruptione ſit poſſeſſa. *Bona fides*, continua ſimiliter per totum tempus præſcriptionis, ſcilicet vt recipiens credat tradentem eſſe dominum, vel habere ius alienandi: nec videtur ſuſcipere bona fides emptoris, & continua, niſi & venditor ſit bonæ fidei: & verus dominus ſciat ſibi rem competere, aut alienatam eſſe, aut vt ſponſalitium largitam. Item iuris iguorantia non facit aliquem bonæ fidei. Si autem iſte poſſidens ignorat titulum, vel dubitat vtrum ipſe vel anteceſſores ſui habuerunt, poteſt formari ſibi in conſcientia talẽ, quòd credat domino placere, ex quo videt, & non contradicit cum poſſet, Item poteſt ex alio; ſi ab anteceſſoribus ſuis incepit pręſcriptio; præſumere debet & credere, quod illi habuerunt titulum, maxime ſi fuerint viri honeſti, ſufficit enim habere titulum verum vel pręſumptum. *Res dicitur* vitioſa, ſi eſt furtiua, vel vi poſſeſſa: quam non ſolum fur vel raptor, ſed nec vllus alius, quamuis ab eis emerit, vel bona fide acceperit, præſcribere vel vſucapere poteſt.

Requiritur bona fides non ſolum emptoris ſed etiam venditoris.

De Interruptione & curſu præſcriptionum.

CAP. *LXXXIIII.*

Interrũpitur præſcriptio duobus modis ſcilicet ciuiliter & naturaliter, & hoc diuerſimode.

INterrumpitur autem præſcriptio duobus modis, ſcilicet ciuiliter, & naturaliter. *Ciuiliter*, tribus modis in iudicio, ſcilicet per libellum principi oblatum: & hoc tantum valet in annualibus actionibus, quæ per hoc perpetuantur. *Item* per quærelam iudici factã, & ſecutam rei conuentionem; hoc valet in omnibus actionibus. *Item* per litem conteſt. & hoc in omnibus valet. Idem per omnia in quaſi lit. conteſtatione, vt per denunciationem factam colono in iudicium vocato, *extra vt lite conteſt. quoniam ad fi. Extra iudicium* vero interrumpitur ciuiliter quinque modis, ſcilicet per ſolutionem vſurarum. *Item* per ſecundam cautionem factam à debitore. *Item* per proteſtationem cum non poteſt procedere, aliqua cauſa impeditus. *Item* per denunciationem factam colono. *Item* per ſynodalem proclamationem. *Naturaliter* ſcilicet intetrumpitur præſcriptio per occupationem aquæ, & per violentiam deiectionum, vel etiam ſi res ſit furto ſublata. *Item* ſi habuit animum deſerendi poſſeſſionem, vel aliquo alio modo amiſit.

Quædã ſunt tempora quibus præſcriptio non interrumpitur nec cõtinuatur ſed dormit.

Item nota. quod quædam tempora ſunt in quibus nec currit pręſcriptio, nec interrumpitur, ſed quieſcit, ſiue dormit: & hoc in ſeptem caſibus. *Primus* tempore prælati malæ alienantis. *Secundus* tempore vacationis eccleſiæ. *Tertius* quamdiu prælatus eſt hæreticus. *Quartus* tempore ſchiſmatis. *Quintus* tempore excommunicationis; quod intelligo ſi non ſit negligens in abſolutione petenda. *Sextus* tempore ætatis pupillaris. *Septimus* generalis, in tempore quo quis iuſta cauſa impeditus, non poteſt agere.

Non currit præſcriptio in actione niſi quando quis agere poteſt.

Illud etiam nota. quòd præſcriptio non incipit currere in actione reali vel perſonali, niſi ex quo quis agere poteſt, iure non impediente, vnde filiofamil. nõ currit pręſcriptio in rebus aduentitijs, niſi ex quo liberatus fuerit à paterna poteſtate; nec mulieri currit in dote, niſi ſoluto matrimonio, vel marito vergente ad inopiam: nec creditori, niſi ei exiſtente debiti condictione, vel adueniente die.

De Mala vel bona fide præſcribentium.

CAP. *LXXXV.*

Abrogata ſũt leges quæ admittunt præſcriptionẽ lõgiſſimi tẽporis cũ mala fide.

DIctum eſt quod in præſcriptione neceſſaria eſt continuatio poſſeſſ. bona fide. Nunquid ergo abrogatæ ſunt omnes leges quæ admittunt præſcriptionem tringinta annorum cum mala fide? vtique, nam expreſſe dicit hoc conſtitutio Inno. Nec miretis, quia eccleſia, iura & alia ſecularia poteſt trahere indirecte ad forum ſuũ, ſcilicet ratione peccati, cuius iudiciũ & correctio ſecũdum animã ad ipſam pertinet.

Quæſtio in vtramque partem propoſita.

Itẽ pone quod eſt completa præſcriptio, cum bona fide continua, ex iuſto titulo & alijs circumſtantijs ſupraſcriptis: poſtea incipit habere poſſeſſor conſcientiam rei alienæ, nunquid tenetur reſtituere rem, videtur quod ſic, quia dicitur in lege, *Non concupiſces rem proximi.* Item Auguſtin. *Bona fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum. Cum vero ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc mala fidei perhibetur; tunc iuſtè iniuſtus vocabitur.* Item Alexander. *Nulla antiqua dierum poſſeſſio,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

diuino iure iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſo rem, niſi reſtituerit poſtquam nouerit ſe alienum poſſidere. Contra. Poſſidet iſte auctoritate iuris, ergo non alienum, ſed ſuum. Auguſtinus, *Hoc certe alienum non eſt, quod iure poſſidetur.* Item Papa & Imperator, quibus à Deo cõmiſſum eſt regimen & diſpoſitio mundi, ſtatuerunt hoc ex cauſa vtili & honeſta. *Cauſa* enim fuit triplex, *vna* ſcilicet, bona fides poſſidentis. *Secunda*, odium negligentis petere ſuam rem. *Tertia*, ne dominia rerũ eſſent incerta & confuſa, & inde poſſent ſequi multa mala.

Cauſa inſtitutionis præſcriptionis triplex.

Solutio.

Ad hoc theologi fere omnes dicunt, quod tenetur reſtituere. Omnes fere doctores iuris dicunt quod nõ, & iura quę videntur contradicere, intelligunt ante completam præſcriptionem. Alanus diſtinxit, vtrum poſſeſſor habuit rem ex cauſa lucratiua, vt tunc teneatur; an ex cauſa non lucratiua, vt tunc non teneatur. Mihi videtur aliter diſtinguendum, quia aut iſte poſt completam præſcriptionem habet conſcientiam remordentem, aut non. In primo caſu dicam ei præciſe quod reſtituat rem: quia qui facit contra conſcientiam etiam erroneam, ædificat ad gehennam. In ſecundo caſu, ſi dicat quod credit ſe iuſtè poſſidere iuris auctoritate, nec habet conſcientiam ſuper hoc remordentem, vel etiam ſi habuit aliquo tempore poſt completam præſcriptionem, conſilio peritorum depoſuit omnem ſcrupulositatem conſcientiæ, tunc cõſulerem ei vt reſtitueret, ſaltem propter ambiguum duplicitatis, & quia vix poterunt concurrere omnia quæ exiguntur ad præſcriptionem. Non audeo etiam præcisè diffinire eum teneri, vel eſſe propter hoc in ſtatu damnandorum; præſertim cum ſic videatur ſeruari per vniuerſum orbem, quocunque ſe diffundit eccleſia.

Qui poſt cõpletã præſcriptionẽ reperit rem alienam eſſe, poteſt nihilominus illam retinere niſi habeat conſciẽtiam remordentem, quia lex in illum dominiũ rei tranſtulit.

Guilhelmus. Hoc verius credo; iure enim humano diſtinctæ ſunt poſſeſſiones rerum, & res appropriatæ; vnde cum ius poſſit facere, vt quod meum fuit tuum ſit, per præſcriptionem debitam dominium rei tranſfertur de perſona ad perſonam, vnde qui bona fide præſcripſit aliquid, ſi completa iam præſcriptione incipiat habere conſcientiam quod illud fuit alienum aliquando, non debet iam habere conſcientiam quod illud modo ſit alienum: erronea enim eſſet conſcientia; quam tamen ſi deponere non poteſt, non ſupereſt aliud conſilium niſi quòd eam reſtituat.

Item, quod conſilium dabitur ei, qui ante completam præſcriptionem, percipit illum à quo emit, nõ fuiſſe dominum, nec habuiſſe ius vendendi; nũquid amittet, & rem, & pretium? *Ad hoc* dicas; vel denũciet domino vt petat ab eo rem in iudicio, vel ſupponat aliquam perſonam quæ petat nomine domini, & ita per ſententiam euincatur ab eo res. Prius tamen quam ſit cauſæ concluſum, denunciet hoc venditori, ſcilicet quod res euincitur ab eo: & poſtea, ſiue fuerit abſens contumaciter tempore ſententiæ promulgatæ, ſiue per iniuriam ſententia lata fuerit, poterit repetere pretium à venditore, alias non poſſet.

Nota huius caſus reſolutionem.

De Iniquis iudicibus.

CAP. LXXXVI.

Iudex iniquũ ferens ſentẽtiam tenetur ad omne intereſſe parti læſæ, præter alias pœnas legis, eſto nõ dolo malo, ſed ex imprudentia hoc fecit.

IVdices ſi aliquando ferunt iniquam ſentẽtiam dolo malo, ſiue timore, ſiue cupiditate, ſiue odio, ſiue amore hoc fiat, tenentur præciſe ad omne intereſſe illi qui ex tali ſententia læſus eſt: niſi forte poſſent inducere illum pro quo tulerunt ſententiam, ad plenariam reſtitutionem faciendam ei. *Item* ſecundum leges, multas alias pœnas debet ſuſtinere, debet etiam ei præter reſtitutionem, imponi pœnitentia tanquam pro grauiſſimo crimine. *Cum autem* per imprudentiam, tenetur ſecundum leges læſo, inquantum bonũ & æquum videbitur religioni iudicum: in iudicio tamen animę credo idem quod in primo caſu, ſcilicet quod teneatur ad reſtitutionem. In culpa enim fuit, cum ſciuit vel ſcire debuit ſe inſufficientem, & tamen iudicare talem cauſam præſumpſit, & idem ſi erat ſufficiens quo ad ſcientiam, ſi voluiſſet libros reuoluere & ſtudere: Sed quia fuit negligens, & noluit ſtudere; quem debuit condemnare abſoluit, vel econuerſo. Mitius tamen eſt agendum cum illo, quàm cum illo qui dolo fecit.

Iudex recipiens pecuniã vt iudicet, tenetur reſtituere ei in cuius iniuriã recepit, niſi forte dãs pura intentione dedit vt ſuã ius conſeruaret, quo caſu eſſet illi reſtituendum.

Quid ſi accepit iudex pecuniam, vt ſententiã ferret? Diſtingue, aut recepit pecuniam vt iudicaret, & iniquè; aut vt bene iudicaret, aut ſimpliciter vt iudicaret, in primo caſu ſi tulit ſententiam iniquè, tenetur vt dictum eſt ſupra in illo qui dolo malo. Si pecuniam malè accepit, ſiue tulerit ſententiam iniquam, ſiue iuſtam, ſiue nullam, tenetur indiſtinctè reſtituere, non ei qui dedit, cum turpiter dederit, ſed ei in cuius iniuriam recepit. In alijs duobus caſibus ſimiliter tenetur reſtituere; quia cum ex officio ſuo teneretur iudicare, & bene iudicare, & gratis, turpiter accepit, & crimen concuſſionis commiſit: & idem dico ſi accepit pecuniam vt non iudicaret cum deberet iudicare, vel vt non male iudicaret.

Quid ſit crimen concuſſionis.

Guilhelmus. Crimen concuſſionis eſt, cum quis in officio conſtitutus, extorquet aliquid per metũ à ſubditis, aut cum non vult facere ad quod tenetur, niſi data ſibi pecunia. Aut cum aliquis officialis aut miles vltra ſibi conſtituta ſtipendia aliquid extorquet. Vnde Ioh. Baptiſta dixit militibus. *Eſtote contenti ſtipendijs veſtris, neminem concutiatis* &c. Item cum ab accuſatione, vel ab actione aliquis deſiſtit, propter pecuniam.

Raimundus. Sed ille qui ſic accepit, cui reſtituet? dico quod illi qui dedit, ſi bona intentione dedit, ſcilicet vt ius & quietem ſibi conſeruaret. Si vero dedit vt animum iudicis ſibi ſub ſpecie recti inclinaret, & ita indirectè ac tacitè intendebat ipſum corrumpere; non illi ſed pauperibus. vel illi in cuius iniuriam data fuerit, iuxta arbitrium eccleſiæ, reſtituenda eſt. *Item* quid ſi nullo modo voluit ferre ſententiam iudex, & propter hoc pauper aliquis vel alius amittit ius ſuum, dico quod tenetur iudex, & facit litẽ ſuam, id eſt debet reſtituere litis æſtimationẽ ei, qui propter eius negligentiam læſus eſt. *Nota* quod ordinarij iudices nõ debent petere expenſas, cum propter iuſtitiam tenẽdã, ſuas habent dignitates, & redditus aſſignatos, ad iſtos enim extenditur verbum Ioh. Baptiſtæ: *Contenti eſtote ſtipendijs veſtris*: vt ibi gloſſantur Amb. Auguſt. *Ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur.* Moderata tamen xenia ſponte oblata poteſt recipere, non tamẽ à litigantibus, propter ſuſpectionem vitandã, niſi cõſideratis circumſtantijs, quas dixi *ſupra de ſymo. parag. porro*. Iudex veræ delegatus poteſt petere expenſas moderatas, & nihil vltra: nemo enim cogitur ſuis ſtipendijs militare. Satis etiam mihi videtur, quod ſi non eſt ipſe ſufficiens, poteſt aliqua petere nomine aſſeſſorum, dum tamen nullam partem inde recipiat, nec faciat aliquid in fraudem.

Iudex qui nõ vult ferre ſententiam cũ debet tenetur ad intereſſe.

Iudex ordinarius non poteſt petere expenſas à litigantibus, bene tamen delegatus.

De Officialibus, & his qui condunt leges iniquas.

CAP. LXXXVII.

Iudex qui male iudicat propter imprudentiam aſſeſſoris eſt excuſatus, aſſeſſor vero parti læſæ tenetur.

OFficiales autem diſtinctè, ſi dolo induxerunt iudicem ad male iudicandum, tenentur ſecundum diſtinctionem quam require ſupra, *de his qui ſequuntur raptores.* Si vero iudex per imprudentiam aſſeſſoris male iudicauerit, erit excuſatus iudex, ſi ſimplex erat, & habuit bonam conſcientiam, nec fuit in culpa eligendo talem aſſeſſorem, quia bonus & ſufficiens communiter credebatur. In maiori enim culpa fuit hic aſſeſſor, qui præcipue eligitur propter ſcientiam, ſed non ſic in iudice: multi enim illiterati & ſimplices habent iuriſdictionem, & iuſtè; & ideo præciſe tenebitur aſſeſſor ei qui læſus eſt.

Si autem officiales quicunque ſint, habent certos redditus ſibi aſſignatos; non licet eis aliquid à litigantibus, vel etiam alijs ſubditis extorquere, vt ſupra dictum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Officiales habentes certos redditus sibi assignatos, non debét quicquã accipere; alij tamẽ possũt, dummodo immoderate non extorqueant; quo casu licet peccent, non tenentur ad restitutionẽ, nisi excedãt in quantitate.

ctum est de iudice ordinario. Sed si non habent certũ stipendium sibi assignatum, dicit Aug quod inferiores officiales, vt sagi siue missi, & similes, si extorquẽt, non tamen per vim vel immoderatam improbitatẽ, non reprehenduntur. Si vero per immoderatam improbitatem, modicum tamen, ideſt obolum, vel denarium, secundum morem terræ, reprehendũtur quidem, sed non tenentur ad restitutionem, & poterũt inde facere eleemosynam. Verba autem Augustini sunt hæc. *Sunt quædam personæ inferioris loci, quæ ab vtraque parte non insolenter accipiunt, sicut officiales, ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solẽt; magisque reprehendimus qui talia inusitata repetierunt, quàm qui ea de more sumpserunt, istis facilius quæhoc modo acquisierunt, tanquam sua pauperibus largiuntur, quàm eis à quibus recepta sunt tanquam aliena restituantur.*

Peccãt mortaliter qui condunt iniquas leges, vt quod vsura non repetãtur coram iudice ecclesiastico, immo ipso iure excommunicãtur si moniti non reuocent, & tenetur ad dana emergentia.

Qui condunt leges iniquas, vel statuta contra legẽ Dei, & contra libertatem ecclesiasticam, vt solent facere plerique principes & comites circa vsuras soluẽdas, vel non repetendas coram iudice ecclesiastico, & multa alia çquipollentia, ipso iure non valent leges, quia nulla lex potest valere contra Deum. Facientes igitur & consentientes mortaliter peccant, & hæredes eorum, nisi destruant, nulla consuetudine obstãte: immo videtur, quod nisi admoniti tales leges vel statuta dimiserint, ipso iure sunt excommunicati. Itẽ si aliqui damnificati sunt occasione talis legis vel statuti, tenentur conditores & eorum hæredes ad restitutionem, sicut dictum est de pedagijs & quæstis supra: Et sicut iudex de iniqua sententia. *Tenentur* etiã in solidum qui induxerunt principem ad condẽdum tales leges. *Item* omnes obseruantes peccauerunt mortaliter, & tenentur ad restitutionem eorum quæ talium legum occasione lucrati sunt.

De Aduocatis.

CAP. LXXXVIII.

Quatuor in aduocato cõsideranda. Persona.

CIrca aduocatos in iudicio animæ quatuor sunt principaliter consideranda, scilicet persona, causa, modus aduocandi, & salarium. *Persona*, vt non sit hæreticus, vel excommunicatus vel paganus. *Item* quod non sit monachus, vel regularis; tales enim peccant aduocando, nisi pro monasterio de mandato prælati sui hoc faciant, *de postulando, ex parte. Item* quod non sit clericus in sacris ordinibus constitutus, vel etiam in minoribus, dum tamen sit beneficiatus, vt alias dictum est plenius. *Item* quod non sit iudex, vel assessor in causa illa in qua vult esse aduocatus; quia duo officia in eadem causa prohibitus est exercere. Sunt etiam aliæ personæ prohibitæ, quas habes supra; sed illæ prænominatæ specialius pertinent ad iudicium animæ.

Causa. Modus.

Causa, ne scilicet assumat causam iniustam, vel desperatam. *Modus*, vt non producat falsa instrumenta, nec testes falsos vel corruptos vt mentiantur, nec falsas leges, vel alias iuris vel facti probationes falsas inducat, nec dilationes non necessarias in grauamẽ partium quçrat. *Item* quod fideliter, in quantum iustitia permittit, causam sui clientuli foueat, nihil de contingentibus omittendo. *Item* non procaciter, vel dicendo conuitia, vel vociferando aduocet: quia per hoc impeditur processus iustitiæ, dicente propheta: *Erit cultus iustitiæ silentium*. Et Salomon contra tales: *Eyce derisorem*, &c.

Salarium.

Iustum salarium ex quatuor deprehenditur.

Salarium, scilicet vt moderatum petat, siue ab initio cum facit pactum; siue ex postfacto, si ab initio non fuit determinatum quantum esset. Attenditur autem hoc moderamen salarij circa quatuor. Primum quantitas causæ. Secundum labor aduocationis. Tertium facundia, scientia, & honestas aduocãtis. Quartum consuetudo regionis. Iuxta istorum quatuor considerationem, vel maius vel minus, potest & debet taxari. *Caueat* etiam ante omnia aduocatus, ne petat emolumentum siue salarium, cum graui dãno litigatoris. *Item* ex quo causa est incepta, nullum faciat pactum cum litigatore, quem in propriam recepit fidem.

Hoc etiam intrepidè teneas, quod adhibitis circũstantijs supradictis, licite potest, & sine peccato, aduocatus petere salarium. Vnde Aug. *Non licet iudici vendere iustum iudicium, etsi liceat aduocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium: Dignus est enim operarius mercede sua.* Quod autem dicit, licet vendere rectum consilium, intellige quando laborat ibi, voluendo libros, & studendo, & recipiendo acta vel decreta, & disputãdo forte cum alijs peritis. Alias vbi sine labore posset respondere, credo quod nihil deberet recipere, immo quod gratis accepit à Deo, gratis debet dare.

Non licet quicquam capere pro consilio quãdo sine labore quis potuit respondere, item nec à paupere.

Item pro miserabilibus personis, quæ propter defectum aduocati, quem non possunt conducere, amittunt causas, & grauantur iniuste: intelligo quod teneantur aduocare, & de sua scientia eleemosynam dare, ad instar medici, qui tenetur gratis de medicina sua, curam & consilium impendere pauperi langui- Symmachus papa. *Non est grandis differentia vtrũ lethum inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit.*

Quo casu teneatur aduocatus ad restitutionẽ.

Tenetur autem aduocatus ad restitutionem omniũ, quæ aliqui contra quos præstabat patrocinium, propter ipsius pertinaciam iniustè amiserunt, tenetur etiam si extorsit salarium vnde non debuit extorquere, vel si vltra quàm debuit habere. Alias si absque fraude & dolo ipsius, aliqua essent sibi sponte oblata à suo clientulo, si accipiat, non dico eum teneri ad restitutionem: & idem dico de iurisconsulto.

De Accusatoribus, & testibus iniquis.

CAP. LXXXIX.

Non licet accusare sine probationibus, sed tãtũ secreto denũciare præmissa charitatiua admonitione.

ACcusatores & denunciatores debent procedere ex charitate, scilicet vt accusati corrigantur, & cæteri terreantur, quia siue plectendo siue ignoscẽdo, hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. Item vtrique caueant sibi ne publicent crimen nisi probationes paratas habeant, alias enim non essent correctores, sed proditores. Possunt tamen dicere si est occultum talibus personis in secretò, quæ possũt prodesse & non obesse; & etiamsi possint probare, debent admonitionem charitatiuam præmittere. *Item* si aliquis accusator accepit pecuniam ad accusandũ, crimen concussionis commisit, & tenetur ad restitutionem faciendam ei qui dedit, si non turpiter dedetit, alias ei in cuius iniuriam data fuit.

Varij modi detractionis.

Detractores & infamatores dicuntur, qui vitam, & bonos mores proximorum & prælatorum nituntur corrumpere vel minuere; quod faciunt interdum fingendo & publicando crimen aliquid contra aliũ, vel etiam occultum crimen alterius prodendo & manifestando, siue etiam hoc quandoque verbis, siue planis, siue artificiosis, siue cantilenis; quandoque nutibus & signis, quandoque etiam scriptis (quæ appellantur libelli famosi) vt cum aliquis scribit chartam in iniuriam & infamiam alterius, & proijcit eam occultè in ecclesia, vel platea, vel domo, vt ea inuenta & lecta alius infametur.

Detractores sunt peiores raptoribus & tenentur ad restitutionem & ad postulandum veniam pro iniuria.

Isti omnes peccant mortaliter, & deteriores sunt raptoribus: quia illi capiunt temporalem substantiam quæ extra nos est: isti famam, & quantum in eis est animam quæ intra nos est. Itaque contra confectores talium libellorum, & contra illos qui inueniunt, & non statim comburunt, sed dolosè manifestant, pœnæ grauissimæ sunt institutæ, tam secundum leges, quam secundum canones. Tenentur nihilominus ad restitutionem famæ, si forte alius est propter hoc infamatus: quod fiet hoc modo: Vbi publicè dixit verbum vel cantilenam, per se vel per alium, vel eriam vbi

proiecit libellum famoſum, nec non & in alijs locis vbi intelligit illum contra quem hæc acta ſunt infamatum occaſione ſui dicti vel facti vel ſigni: publicè ſimiliter recognoſcat errorem ſuum & culpam, & pro poſſe remoueat, vel ſaltem alleuiet ſibi infamiã. Tenetur etiam componere ſecum de iniuria, & humiliter nihilominus veniam poſtulare.

Teſtis nihil debet accipere præter expenſas.

Teſtis debet eſſe communis perſona, ſicut & iudex, & pro vtraque parte dicere puram & meram veritatẽ, quam ſcit de facto ſuper quo inducitur. Item nihil debet recipete pro teſtimonio ferendo: Nam ſicut ſententia non debet eſſe venalis, ita nec teſtimoniũ. Nam vt habetur. 14.*q.5. c. non ſane.* Aug. ad Macedonium. *Cum iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta, nec vera ſunt vendenda, iniqua & falſa venduntur; multo ſceleratius vtique pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiã quãuis à volentibus datur*, expenſas tamen poteſt recipere ab illo qui eum producit.

Quilibet in neceſſitate tenetur ferre teſtimoniũ, & etiam in quinque alijs caſibus.

Item vbi videt proximum rem ſuã amittere propter defectum probationis, quaſi neceſſitate cogente, debet tunc ferre teſtimonium veritati, alias peccat. *Aug. ad Caſulatum: vt habetur.* 11.*q.*3. *Quiſquis metu cuiuſcumque poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat: quia magis timet hominem quàm Deum.* Immo in tali caſu etiam priuilegiatæ perſonæ, vt ſacerdotes, cogendi ſunt iurati teſtimonium dicere. ſi in qua liceat ei ferre teſtimonium: non enim liceret in cauſa ſanguinis. *Præter* iſtum caſum, ſunt alij caſus in quibus debet etiam ſacerdos vel clericus iurare, necnon laicus. Videlicet pro recta obedientia, pro pace, pro indemnitate eccleſiæ, & cum abſoluitur ab excommunicatione, & cum infamatus debet ſe purgari. *Tenetur* etiam teſtis ad reſtitutionem omnium quæ per ſuum falſum teſtimonium proximus eius amiſit. Item ſi pecuniam pro teſtimonio ferendo turpiter accepit, credo eum teneri ad reſtitutionem. Si quæras cui? diſtingue, vt diſtinxi in iudice ſupra.

Nota.

De Forma reſtitutionis.

CAP. XC.

Forma obſeruanda in reſtitutione facienda defuncto.

FOrma reſtituendi erit hæc. Semper facienda eſt reſtitutio ſpoliatis, vel eorum hæredibus, ſi poſſunt inueniri. Fallit tamen hoc, cum is qui dedit pecuniam commiſit turpitudinem in dando, tunc enim fiet reſtitutio, vt dixi ſupra in pluribus locis. *Fr. V.* Quòd ait *hæredibus*, hoc intelligendum eſt quando ſpoliatus fecit teſtamentum, & certam ſummam retinuit, quia voluit eſſe contentus. *Si autem* mandauit in teſtamento diſtribui per executores quicquid ad ipſum ſpectabat de mobilibus & debitis, tunc facienda eſt executoribus eius reſtitutio pro rata, & liberis eius pro rata, & vxori pro rata, ſi vxorem habebat; & ſi liberi vel vxor, debebant habere in rebus illis aliquam portionem, aut de iure, aut de diſpoſitione teſtatoris. *Si autem* contempſit facere teſtamentum, faciẽda eſt reſtitutio in ſolidum hæredi, vel illi qui debet alias ei ſuccedere ab inteſtato, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine. *Si autem* non potuit facere propter præoccupationem, tunc ad conſilium eccleſiæ fiat reſtitutio pauperibus pro anima eius, ſi eſt conſuetudo loci quod pro taliter decedente, eccleſia teſtamentum faciat: alioquin totum reſtituatur hæredi. Et hæc forma ſeruanda eſt quotieſcumque facienda eſt reſtitutio defuncto.

Quãdo ſpoliatus nõ inuenitur, quæ illi debentur diſtribuenda ſunt de conſilio epiſcopi in pias cauſas.

Raymun. Sin autem non inueniuntur ſpoliati, vel etiam ignorantur, tunc cum conſilio & auctoritate eccleſiæ, ſiue pœnitentialis, diſtribuatur in pias cauſas, & maxime in alimoniam pauperum, vel redemptionem captiuorum; & hoc in villa, vel ſi villa neſcitur, ſaltem in illa diœceſi vbi rapina facta eſt, cum conſilio epiſcopi illius Diœceſis, vel capellani villæ, ſi diſcretus eſt. *Fr. V.* Quod ait pœnitentialis, intellige ſi diſpenſatio talium commiſſa ſit ei; alioquin referendum eſt ad epiſcopum, qui eſt procurator pauperum.

De His qui non habent poteſtatem vel facultatem reſtituendi.

CAP. XCI.

Ad quid teneatur raptor qui non poteſt cõmode reſtituere.

RAymundus. Si vero non eſt ſoluendo, diſtingue: Aut ſimpliciter non poteſt ſoluere, aut poteſt, ſed non abſque magno periculo ſuo, & ſuæ familiæ. *In primo* caſu doleat, & proponat reſtituere quam cito. *In ſecundo* petat dilationem à ſpoliatis, vel aſſignet ei certam partem de redditibus ſuis amicabiliter, de qua ſibi ſatisfaciet ſucceſſiuè, & de hoc faciat eis bonam cautionem. Si vero omnes denegent ſibi dilationem, & poſtulent quod ipſe cedat bonis, tunc credo quod tenetur abſque dilatione ſatisfacere, vel cedere, quia fur & raptor ſemper ſunt in mora, & ideo ſemper augent peccatum.

V. Ergo debet facere poſſe ſuum, ſcilicet vſque ad venditionem hæreditatis, & omnium bonorum; etſi oporteat ipſum & familiam ſuam mendicare. *Quid de* illis, qui ſi vellent dimittere ſuperfluas expenſas, poſſent rapta reſtituere. *Quid* etiam de illis qui reſignant omnia bona ſua in manum pœnitentiarij, promittentes quod damnificatis tantum facient, quod tenebũt ſe pro peccatis, quia putant quod pro modico quitabunt eos. quia credunt ſe totum amiſiſſe? *Quid* etiam de illis, qui non reſignarent in manu pœnitentiarij, niſi crederent quod pœnitentiarius reſtitueret eis pro toto, vel pro parte, quando neſciunt cui facienda eſt reſtitutio? Nunquid tales ſunt in ſtatu ſaluandorum?

Raptores qui non faciunt totum quod poſſunt vt ſpoliatis ſatisfaciãt nõ ſunt in ſtatu ſalutis.

Credo quod non. Oportet enim quod bona fide & ſine fraude raptor faciat quicquid poteſt, vt damnificatis ſatisfaciat, ſi nouit eos; aut pauperibus eroget, ſi non nouit; alias non eſt abſoluendus à pœnitentiario, ſi conſtat ei de eius impœnitentia, vel praua intentione Non eſt tamen neceſſe quod fiat huiuſmodi reſignatio in manu pœnitentiarij: dum tamẽ alias ſit paratus ad arbitrium eius, vel alterius boni viri ſatisfacere. *Item* ſi perſona denique ſpoliati ſciri non poteſt, cum conſilio eccleſiæ quod ablatum fuit, erogandum eſt. Et in hoc caſu poteſt epiſcopus, qui eſt diſpenſator pauperum, dilationem ei dare, & partem remittere, aut etiam totum ſi videri expedire.

Modus reſtituendi in foro pœnitentiario.

Raimun. Debitor quidem debet ſimpliciter abſq; pacto & conditione, totum quod habet reſignare in manum epiſcopi, vel pœnitentiarij diſcreti; & tunc ipſe ſi viderit eum pauperem & egentem, debet ſibi partem, vel etiam totum, ſi tantam viderit neceſſitatem dare ne alias ipſe cum vxore ſua & filijs, fame pereat; & ſi quid reſiduum fuerit, pauperibus alijs diſtribuat, & ipſe faciat quicquid boni poterit orando, & alijs modis, pro his quorum fuerunt res, & ſi poterit aliquæ lucrari iuxta poſſibilitatem ſuam, eroget in vſus pauperum pro animabus illorum.

De His qui pluribus perſonis, vel ex pluribus cauſis tenentur reſtituere.

CAP. XCII.

Quando plures sũt creditores quorum alij volunt dare dilationem alij nõ, ſtandum eſt ijs quibus plus debetur.

SI autem diſcrepant inter ſe ſpoliati quibus tenetur, quia alij volunt dare dilationem, alij non, ſed petunt ceſſionem. Tunc maiori parti ſtandum eſt. Et intellige maiorem partem, vbi eſt maius & fortius debitum. *V.* Vnde ſi vni creditori plus debeatur quam reliquis omnibus, qui forte ſunt decem vel plures, ſtabitur voluntati illius ſolius de dilatione quinquennali danda, & de ceſſione petenda.

Raymun. Si vero par ſit debitum, hinc inde ſtandum eſt maiori numero creditorum. *Si* omnia ſunt paria, eligenda eſt clementior ſententia, id eſt quæ dat dilationem Hanc diſtinctionem facit lex in pluribus

credi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

creditoribus. Hoc autem intelligo, niſi petentes ceſſionem, vel ſibi ſtatim ſatisfieri, non poſſent induci ad dandam dilationem; tunc enim ſatisfaciendum eis eſt pro parte ſubſtantiæ quæ eos contingit, præſertim ſi egeant, ita quod non poſſunt concedere abſque periculo ſuo, & familiæ, ne interueniente paulum mora, inueniri non valeant qui redimantur. Semper enim debet vitari mora, vbi timetur periculum.

V. Quid poteſt quis, ſi vult partem ſoluere, cum totum non poſſit, & pluribus teneatur; nunquid poteſt gratificare vni ſoluendo ei ſolidum, aut tenetur ſingulis ſoluere pro rata? Et ſi teneatur ex contractu, & ex maleficio; nunquid prius ſoluendum eſt in hanc cauſam, quam in illam? *Item* nunquid anterioribus creditoribus prius ſoluendum quam poſterioribus; & habentibus pignora & hypothecas, priuſquam habẽtibus tantum perſonales actiones? Item inter hypothecarios creditores, quis cui præferendus eſt?

Quæ debita prius ſoluẽda vbi quis non eſt omnibus ſoluendo.

Reſpondeo: Si creditor vigilauerit, exigendo debitũ in iudicium, vel extra iudicium, poteſt ei debitor ſoluere ſolidum, antequam bona debitoris auctoritate iudicis incipiant poſſideri: quia iura paria facta ſunt omnium creditorum. Qui non habent pignora vel hypothecas, vel non ſunt priuilegiatæ perſonæ. *Item* ſi vtroque creditore inſtãte, debitor vni voluerit gratificare, debet illis omnibus communicari, vel eadem portio ſingulis quæri. *Item* ſi vnus creditorum denũciauerit alij, ne accipiat à debitore, in fraudem verſari videtur ille ſi accipiat, vbi autem nõ vigilauerit creditor exigendo debitum, non videtur quod debitor debeat ei gratificare. Iure tamen polit, etſi non iure fori, excuſaretur (vt credo) ſi pietate motus gratificaret plurimum indigenti creditori. Nec credo quod aliquod priuilegium habeant iſti quibus tenetur ex maleficio, vel quaſi; quam illi quibus tenetur ex contractu, vel quaſi; cæteris paribus.

Inter creditores potiores ſunt illi qui acceperunt pignus quam qui habẽt actiones perſonales tãtũ, inter has autem priuilegiatæ ſunt præferendæ.

Inter creditores autem potiores ſunt illi qui acceperunt pignora, his qui habent perſonales actiones tantum. Potiores inquam, vt ſoluatur eis quantũ valet pignus. *Inter* hypothecarios autem creditores, qui prior eſt tempore, potior eſt & iure; niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus, qui ſolent notari in C. *Inter* eos autem qui habent perſonales actiones tantum, æſtimantur priuilegia, non ex tempore, ſed ex cauſa. *Ex cauſa* videlicet, quia fiſcus, vel mulier in dote, præferendi ſunt cæteris priuilegium non habentibus. *Item* ex cauſa, quia actio tutelæ, & actio depoſiti, & ſimiles, priuilegiatæ ſunt, vt prius quod debetur ex eis, quam quod debetur ex alijs actionibus nõ priuilegiatis perſoluatur. Vbi autem ſunt paria priuilegia, aut perſonarum, aut actionum, æqualiter concurrunt in ſatisfactione facienda, niſi de aliquo illorum probetur quod ſit alteri præferendum ſecundum legem.

Nota.

Raymundus. Item, ſemper iniurians, vel ſpoliator, vel complices eorum, debent humiliter poſtulare veniam ab his, quos offenderunt, ne illi remaneant in rãcore. *Item* quæ dicta ſunt de raptoribus cum circumſtantijs ſuis, intelligas de incendiarijs, prędonibus, & pyratis.

De Crimine furti.

CAP. XCIII.

Quid furtũ.

Explicatur definitio furti.

FVrtum eſt contrectatio rei alienæ mobilis, corporalis, fraudulosa, inuito domino, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionisve. Contrectatio apponitur in diffinitione, quia ſine ea non eſt propriè furtum, licet interueniat voluntas, verbum, vel ſcriptura. Alias ſi cõcupiſcat rem alienam illicitè, ac ſine contrectatione, eſt trãſgreſſor alterius præcepti, *Non concupiſces* &c. *Rei alienæ* ideo apponitur, quia non committitur furtum in re pleniſſimè propria. Pleniſſimè dico, quia ſi alius haberet in re illa ius, puta creditor, cui res, eſt pignori obligata, vel commodatarius, vel ſocius, dominus furtiuè ſurripiens, furtum cõmitteret. *Mobilis, corporalis*, quia in rebus immobilibus, vel incorporalibus, nõ committitur furtum, quia talia non poſſunt contrectari, propter ſuam immenſitatem vel incorporalitatem. *Fraudulosa*, quia ſi aliquis credebat rem eſſe ſuam, vel etiam ſciebat tẽ eſſe ſuam, & credebat ſibi licere rem ſuam ſuſcipere, non committit furtum. Idem ſi credat ſe facere domino volente, quia non facit dolum. *Inuito domino*, quia ſi credit dominum permiſſurum, & ſubeſt iuſta cauſa credendi, non tenetur. Si vero non ſubeſt, tenetur. Item ſi putat ſe facere inuito domino, & tamen dominus vult, furtum facit quantum ad intentionem, & mortaliter peccat, ſed non tenetur ad reſtitutionem. *Lucri faciendi gratia*, quia ſi quis alienam ancillã meretricem rapuerit, vel celauerit, non cauſa lucri faciẽdi, ſed libidinis exercendæ, non committit furtũ, licet alias grauiter peccet. *Vel ipſius rei, vel vſus eius, poſſ. ve.* quia non ſolum committit furtum, qui rei dominium vult lucrifacere ſic furtiuè, ſed etiam qui vſum, vel poſſeſſionem rei.

Qui vtitur aliena re vltra quam illi conceſſũ eſt, furtum cõmittit, vt dũ accomodat alteri rem ſibi accomodatam &c.

Ex præmiſſis liquet, quod qui accepit equum, vel aliam rem conductam, vel commodatam, vſque ad certum locum, & ipſe vltra locum illum procedat cũ illa re, committit furtum; niſi in cauſa, ſcilicet quando credit dominum velle. *Sed quid* ſi aliquis rem ſibi ad vtendum conceſſam, alij commodauerit; nunquid committit furtum? vtique, quia non erat ei conceſſa ad vſum iſtum. Item quia videtur facere gratia ſui lucri, ſpecies enim lucri eſt ex alieno largiri, & ex alieno beneficio debitorem ſibi acquirere. Similiter etiam creditor committit furtum, ſi pignore ſibi obligato vtatur. Et breuiter vbicumque inuenias contrectationem alienæ rei factam contra voluntatem domini, intellige furtum commiſſum.

Vnde dicatur furtum.

Iuſtinianus inſtitut. 4. lib. Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Et dicitur furtum à furuo, id eſt nigro, quia clam & in obſcuro fit, & plerumque nocte: vel à fraude, vel à ferendo, id eſt auferendo.

V. Ideo dicit *Vel vſus eius poſſeſſionisve*, quia furtum committit qui rem alienam poſſidens, male vtitur ea inuito domino: velut ſi creditor vtatur pignore nolẽte debitore. Qui etiam rebus commodatis aliter vtũtur quam vtendas acceperunt, furtum committunt: ſi tamen ſe intelligunt inuito domino hoc facere, eumque ſi intellexiſſet non permiſſurum; at ſi permiſſurũ credant, extra crimen ſunt. Furtum cõmittunt pueri ſtatim vt intelligunt ſe delinquere, quia furtum ex affectu furandi conſiſtit. Raptor autem fur improbus.

Furtũ ex affectu furantis maximè conſideratur.

Gratianus cauſa. 14. quæſtione. 6. Furtum autem, nõ tantum in quantitate rei, quantum in affectu furantis cõſideratur. Vnde Hieronymus in epiſtola ad Titum: Quomodo in fornicatione nõ idcirco diuerſa fit fornicatio, ſi mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta: ſed qualiſcumque fuerit illa, vna eſt fornicatio: Ita in furto quamtumcumque quis abſtulerit, furti crimen incurrit.

De Speciebus furti.

CAP. XCIV.

furtũ aliud manifeſtum aliud nõ manifeſtum. Ite aliud generale aliud ſpeciale.

RAymundus. Furtorum aliud eſt manifeſtum, cum quo fur deprehenditur priuſquam veniat ad locum deſtinatum: Aliud non manifeſtum, ideſt cum quo fur non deprehenditur. *Item* furtorum, quædam remanent in nomine generali, quædam cadunt in nomine ſpeciali, veluti ſacrilegium, quod dicitur furtum de re publica: Abigeatus, quod dicitur furtum gregis. Sic & plagium, quod dicitur furtum hominis, cum quis liberum hominem ſcienter vendit vel emit, donat vel accipit, vel permutat. Idem ſi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ancillam vel ſeruum alienum ſolicitauerit, & exportauerit. A

Pœna furti alia ciuilis alia criminalis, illa in manifeſto eſt quadruplū, alias duplū.

Pœna furti variatur ſecundum quod variè agitur de ipſo. Nam quandoque agitur criminaliter, id eſt ad pœnam corporis infligendam. Quandoque ciuiliter, id eſt ad pœnam pecuniariam. In primo caſu non eſt fur ſuſpendendus, aut demembrandus, aut exoculãdus, ſed alias arbitrio iudicis puniendus, videlicet vt fuſtigetur, vel exulet, vel alio modo, prout iudici videatur, & hoc in ſimplici fure. Si enim plus ſit quam fur, id eſt quia armis aggreditur in domibus, vel ſepibus, vel in itinere, vel in mari, vt pyratæ, tunc actius proceditur cõtra eum. Cum ergo agitur ciuiliter, pœna furti manifeſti eſt in quadruplum, non manifeſti in duplum. Et hæc pœna competit, & peti poteſt etiam poſt annum. Item ſi egit aliquis criminaliter, poterit agere ciuiliter, & econuerſo. B

Nota poſſe aliquẽ diacono confiteri.

Extra. quinto de furtis. Ex concilio Treuirien. Fures & latrones, ſi in furando & deprædando occiduntur, viſum eſt pro eis non eſſe orandum, ſed ſi comprehenſi & vulnerati, presbytero vel diacono confeſſi fuerint, communionem eis non denegamus.

Ex pœnitentiali Theodori: Si quis per neceſſitatem famis vel nuditatis fuerit furatus cibaria, veſtem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres; ſi reddiderit, non cogatur ieiunare.

Alexander tertius. Cenomanen. epi. Ex literis tuis innotuit quod B. quendam calicem in eccleſia minus cautè dimiſſum rapiens, lõgo tempore detinere præſumpſit, *& infra.* Mandamus quatenus ſi ſponte confeſſus fuerit, & exinde eccleſiæ ſatisfecerit, nec eſt ſuper hoc infamia reſperſus, poſt peractam pœnitentiã, aut congruam partem pœnitentiæ, ob hoc ad ſacros ordines non dubites promouere. C

De Participante cum fure.

Cap. XCV.

Qui furtum celãt ſunt obnoxij & furti rei.

Ibidem Hieronymus ſuper Paralypomenon. Qui cum fure partitur, occidit animam ſuam. Non ergo fur ſolum, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore, non indicat. *Iuſtinianus vbi ſupra:* Omnes qui ſcientes, rem furtiuam ſuſceperint & celauerint, furti non manifeſti obnoxij ſunt; quod ſi neſciant, non tenentur in pœnam, ſed ad reſtitutionem. Olim is qui in alienam domum introibat ad rem requirendam furtiuam, nudus ingrediebatur, diſcum fictilem in capite portans, vtriſque manibus detentum. Is apud quem furtum inuenitur, concepti furti actione tenetur. Oblatum furtum dicitur, cũ res furtiua ab alio tibi oblata eſt, eaque apud te concepta ſit; vtique ſi ea mẽte tibi data fuerit, vt apud te potius, quã apud eum qui dedit cõciperetur; nam tibi apud quem concepta eſt, aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio quæ appellatur oblati. D

Is apud quẽ furtũ reperitur concepti furti actione tenetur, qui vero illi obtulit actione oblati.

V. Nota quod multis modis cooperatur quis, vel participat cum fure. Vnde verſus.

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus: (vel receptans, quod idem eſt).

Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans:

Nouẽ modis fit quis furti particeps, quorũ quidã inducũt obligationem ad reſtituendũ, quidam, non.

Quod dicitur in verſic. *Conſenſus*, intelligitur de conſenſu cooperationis: *Palpo* eſt adulator: *Participans* eſt qui partem furti recipit: *Mutus*, qui doloſe tacet, cum videt furem paratum furari, & ſolo verbo poſſet impedire ſine periculo ſuo: *Non obſtans*, qui non reſiſtit facto, cum ſine periculo poſſet. *Non manifeſtans* eſt, qui ſcit vbi eſt res furtiua & non indicat, maximè cum ab eo qui amiſit quæritur.

Verũ mutus, nõ obſtans, & non manifeſtans, nõ tenentur ad reſtitutionẽ rei furtiuæ, niſi cum res quę fuit ſurrepta, eſſet eorum cuſtodiæ cõmendata. *Participans* autem id ſolum tenetur reſtituere quod habuit. *Tenẽtur* vero in ſolidum iubens, & conſulens, & etiam palpo, ſi propter iuſſionem, conſilium, vel adularionem furtum fecit fur, alias non facturus, ſicut diſtinctũ eſt ſupra de raptoribus. *Conſentiens* autem coadiuuando, tenetur in ſolidum, licet nihil de furto penes eum remanſerit. In quo tamen caſu quadam æquitate tolerari poſſet, quod non teneretur ad reſtitutionem, cũ ſocius eius etiam ſine eius adiutorio furtũ eſſet facturus. *Receptans* autem, ſi defendat furem, aut dolo malo celat rem furtiuam, tenetur in ſolidum; aut ſi per receptionem ſuam impeditur rei furtiuæ reſtitutio; alias non tenetur, niſi quantum de illa re habuit, & ſibi retinuit.

De Reſtitutione rei furtiuæ.

Cap. XCVI.

Nõ remittetur peccatum niſi reſtituatur ablatum, ſi modo reſtitui poteſt.

Gratianus vbi ſupra. Quod autem pœnitentia agi non poſſit, niſi res aliena reddatur, in epiſtola ad Macedonium Auguſtinus oſtendit dicens. *Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & nõ redditur; pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* ſi vt dixi, reſtitui poteſt. Si vero rem alienam quis conſecrauerit; non eandem, ſed æſtimationem eius reſtituere debet.

Raymundus, qualiter autem ſit procedendũ in foro pœnitentiali circa reſtitutionem faciẽdam ab ipſo fure, vel cooperantibus & conſentientibus, & qui teneantur in ſolidũ, & qui in partẽ dixi ſupra de rapinis cui etiam ſit reſtitutio facienda, dico quod ei cui ſurrepta eſt, dummodo ſua interſit ex cauſa honeſta rem non eſſe ſurreptam, vtputa quia habebat in re ius pignoris, vel vſum, vel ſimile. Si enim & ipſe eſſet fur, nõ ſibi, ſed domino eſſet reſtituenda; vel illi cui prius fur ſurripuerat, ſi ſua intererat (vt dictum eſt) ex cauſa honeſta rem non ſurripi; cautè tamen, ita quod non ſciatur, fiat per manum ſcilicet pœnitentiarij, vel aliam religioſam perſonam, ſuppreſſo nomine furis, de his omnibus, & de modo reſtituendi, reſcripſi ſupra de rapinis.

Res furtiua eſt reſtituenda ei cui ſurrepta eſt, ſi ſua intererat, nec etiã ipſe fur erat.

Quid ſi res furtiua pereat quaſi fortuito, nunquid tenebitur ad reſtitutionẽ poſtea fur? vtique, quia fuit in mora reſtituẽdi. *Item* non liberatur fur reddendo rẽ deteriorẽ. *Item* tenetur reſtituere rem cũ omnibus fructibus; & ſi meliorauit eã, paſcẽdo forte equũ, vel porcũ furtiuum, vel ſimile, non poteſt petere vel retinere expẽſas. *Item* cũ redditur æſtimatio rei, nõ eſt tãtũ cõſiderandũ tempus in quo res fuit ſurrepta, nec tempus in quo perijt, ſed etiã totum tẽpus medium, & fiet æſtimatio ſecundum illud tempus in quo plurimi valoris fuit res. Et hæc eadem intelligo in re rapta.

Reddẽda eſt res furtiua in valore etiamſi fortuito pereat, & quidem ſecundũ præcipuũ valorẽ medij temporis.

Probantur hæc *extra de reſtitutione ſpoliatorũ. Grauis.* vbi dicitur, quod debet reddi res cũ fructibus perceptis, & quos percepiſſent ſpoliati, ſi ipſi poſſediſſent. *Item* dicit lex, quod tenetur talis ad omnia damna, & lucra percepta, & percipiẽda. *Eſt tamen* caſus in quo nõ tenetur fur de caſu fortuito, ſcilicet ſi obtulit rẽ domino, loco & tempore congruo, & dominus noluit accipere, iam eum purgauit moram: *Item* cum furtum eſt commiſſum in vſu rei tantum, & nõ in ipſa re, tenetur etiam poſt reſtitutionem rei ad æſtimationem illius vſus, aliter enim non eſſet purgatum furtum.

Nota.

De illo qui emit rem furtiuam.

Cap. XCVII.

Qui emit rẽ furtiuã bona fide nõ tenetur reſtituere fructus conſumptos, nec pretium rei ſi illã bona fide alienauit tenetur tamen

QVid ſi aliquis emit rẽ furtiuã ignoranter, & bona fide, & in foro publico, & publicè, Nunquid poteſt ſaltẽ pretiũ quod numerauit petere à domino, cũ deprehendit rem eſſe furtiuam? vel nũquid poterit retinere rem donec pretium ſit ei ſolutum? Reſpondeo. Non; nec poteſt ſe defendere occaſione ſtatuti ſuper hoc editi in pleriſque locis, cum ſtatutũ tale ſit cõtra Deũ. Circa iſtum tamen bonæ fidei poſſeſſorem dico, quod poterit repetere pretiũ à venditore, & etiã retinere expenſas quas exiſtens bonæ fidei fecit circa illã

rem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

restituere si illam habeat, cum fructibus non consumptis, & inquantũ locupletior factus est, no obstante qua cunque lege ciuili in contrarium.

rem conseruandam, vel meliorandam, & non tenetur de fructibus perceptis durante bona fide. V. Intelige de perceptis & consumptis: Si enim extarent adhuc, teneretur ad restitutionem eorum, ex quo inciperet habere malam fidem.

Raymundus. Item si durante bona fide ipsius perijt res, non tenetur. Idem credo si alienauit, & hoc in vtroque casu propter bonam fidem. In primo etiã, quia non erat in mora: In secundo quia non desijt dolo possidere: & quia pretium ex re furtiua redactum, nõ est furtiuum. In summa ergo nota, quod malæ fidei possessor, re perdita, vel in alium translata, tenetur ad verum pretium cum circunstantijs supradictis. Bonæ fidei vero possessor tenetur restituere rem si haber, sin autem, de lucro tenetur tantum, in quãtum locupletior factus est. V. Bene dicit *inquantum*, & non plus, quia non tenetur de consumptis.

De illo qui furatur rem raptam, vel furtiuam.

CAP. XCVIII.

Non licet furari ab vsurario vt quis faciat eleemosynam.

Raymundus. Quid si autem quis furatur vel rapit rem ab vsurario, vel auaro, vt inde faciat eleemosynam? dico furtum siue rapinam committi. Non enim facienda sunt mala, vt veniant quæcumque bona. Videtur tamen quod iste non facit furtum, quia non facit animo lucrandi. Sed non est ita, quia species lucri est ex alieno largiri. Talis etiam aufert sibi copiã restituendi, & ideo peccatum auget.

Causa decimaquarta, quæstione quinta. Augustinus in homelia quadam. Forte aliquis cogitat & dicit. Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum si illis suum abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero. Sed huiusmodi peccatum ei diaboli callidítare suggeritur, nam si totum tribuat quod abstulerat, addit potius peccatum quam minuat. *Item Ambrosius in libro de offi.* Denique si non potest alteri subueniri nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari, quam alterum grauari.

Causa. trigesimasecunda, quæstione quarta. Augustinus ad Claudium contra Iulianum. Sic non sunt facienda adulteria, etiam voluntate filios generandi; quemadmodum nec furta facienda, etiam voluntate pascendi pauperes sanctos.

Qui furatur decimas ab iniuste possidente, vel vsuras ab vsurario &c. satisfacit restituendo vel ijs vel vero domino.

V. Quid de illo qui furatur decimas, quas miles vel laicus percipiebat iniustè, vsurpando decimas alicuius ecclesiæ; cui faciet restitutionem, laico, vel ecclesiæ? *Respondeo*: Vtrilibet soluat liberatur, melius tamen est, si non timeatur scandalum vel periculum soluentis, quod restituat ecclesiæ, gerendo negotium militis; quod ipse cum scit vtiliter gestum, ratum habere tenetur. Denunciare debet tamen militi per se, si audet; vel per alium tacito nomine, si non audet, & in tanto liberatus est. Idem dico de pecunia Iudæi, vel vsurarij, maximè quando nihil habet nisi de vsura. Liberabitur enim huiusmodi fur, restituendo eam illis, à quibus ille Iudæus vel vsurarius accepit vsuras.

Nota.

Distinguendum tamẽ est circa huiusmodi pecuniã furtiuam, aut rem aliam furto surreptam; quia si adhuc extat apud furem in ipsa specie, potius faciẽda est restitutio Iudæo, vel vsurario; ne fur alij soluendo huiusmodi rem, adhuc perseueraret in culpa furti, rẽ contrectando alienam, secundũ illos qui dicunt quod in vsura transfertur dominum. Si autem fur consumpta pecunia, vel re huiusmodi furtiuã, velit postea satisfacere, soluendo rẽ aliam; tunc locum habet quod dictum est, quod possit se liberare soluẽdo illis à quibus Iudæus habuit vsuras; secundum etiã illam opinionem quæ tenet, quod in vsura nõ transfertur dominium, in qua opinione fuit Hugo. *Credo* quod si res illa in specie quã habuit vsurarius de vsura, ei furto surripiatur, liberabitur fur, si restituat illis à quibus vsurarius accepit. In omnibus tamẽ casibus supradictis credo, quod etiam liberabitur fur soluendo per se, vel interpositam personam, Iudæo vel vsurario cui surripuit.

De Illo qui rem alienam inuenit, vel qui necessitate compulsus furatur.

CAP. XCIX.

Res inuenta est domino restituenda, vel si non cõpareat post denũciationẽ publicã, erogãda pauperibus, aut ab inuentore retinenda, si pauper sit.

Raymundus. Quid de pecunia, vel aliena re inuẽta in via, vel platea, vel alio loco publico, nunquid in his est restitutio necessaria? aut nunquid in his committitur furtum. *Solut.* Vtique rem inuentam debet reddere, si potest inuenire illum qui amisit, & faciat hoc publicè dici per præconem, vel per ecclesias, in loco vbi rem inuenit: Si vero non inuenerit, cũ consilio & auctoritate sui pœnitẽtialis retineat, si pauper & egens est, & oret pro illo cuius fuit; alias eroget pauperibus. *Causa. 14. quæstione 5. August.* Si quid inueneristi, & non reddidisti, rapuisti: quantum potuisti feciste, quia plus non inueneristi. Qui alienum negat, si posset, tolleret. *Item Hieron.* Multi sine peccato putãt esse, si alienum quod inuenerint teneant, & dicunt: Mihi Deus dedit, cui habeo reddere, vel respondere. Discant hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inuenta non reddat.

Raym. Quid si aliquis cibum, vel potum, vel vestimentum, pro necessitate famis, vel sitis, vel frigoris surripiat, nunquid committit furtum? Ad hoc dicas, quod si tanta sit necessitas, quod nisi furetur credit se non posse euadere mortem, non committit furtum, nec peccatum. Nam propter necessitatem famis comedit Dauid panes propositionis; quia in necessitate omnia debent esse communia. *Item* quia ipse dominus rei, ex præcepto tenetur pascere esurientem. Vnde talis fur licitè potuit & debuit credere dominum permissurum, & ita non commisit furtum. *Item* quia necessitas non habet legem. Si autem non patitur ita magnam necessitatem, peccat; attenuatur tamen peccatum propter necessitatem. Et in tali casu intelligitur decretalis supradicta. *Si quis per necessitatem*, &c. Diceret tamen semper, quia tutius esset quod restitueret, si posset. Itẽ aliquantulam pœnitentiam imponerem sibi ad cautelam.

Qui furatur aliquid ad subueniendu extrema necessitati, non peccat nec tenetur ad restitutionẽ; secus si necessitas nõ sit ita magna.

De Christianis qui furantur à Sarracenis.

CAP. C.

Qui furãtur Christianos à Sarracenis ad nihil tenentur, nisi fuerit tẽpore treugæ in qua cautum est vt non liceat aliquid vtrinque surripere; tunc enim ad interesse tenentur.

Raymundus. Quid si aliquis furatur captiuos Christianos à Paganis detentos, vt restituat libertati? Item quid de ipsis Christianis captiuis, qui furantur aliqua ipsis Sarracenis à quibus tenentur captiui, vel etiam alijs Sarracenis? *Ad primum*, credo quod nunquam tenentur ad restitutionem hominis. Nam vt dicit Grego. *Contra hostes fidei non solum aperte, sed à dorso est etiam laborandum.* Item quid intẽdit iste, nisi Christianum liberare à periculo mortis, vel idolatriæ, ac Sarraceno peccandi occasiõnẽ subtrahere? ergo non habet vnde cõqueratur, quia vtriusque causam fecit meliorem.

Videtur tamen obuiare August. dicens: *Fides etiam hosti seruanda est.* Sed dic illud intelligendum quando fides est promissa isti, quod est tempore treugę, in quo casu si Sarracenus quasi iustè tenebat eum pro damno sibi illato, quia scilicet rumpebat ei fidem promissam, & in hoc fuit captus, & tempore treugæ, iste alius qui furatus est illum, tenetur ipsi Sarraceno restituere, non hominẽ, propter periculũ animæ, sed damnũ datũ sibi ab illo, vel pro interesse æstimato, & probabiliter moderata redemptione. *Et hoc* intelligo, si non compulit illum captiuum ad circunciſionem, vel idolatriam, vel ad aliquod mortale peccatum, tunc enim crederẽ ipsũ furantem penitus liberatum. *Item* credo ipsum furantem nullo modo peccasse quantum ad hominẽ, si rectam habuit intentionẽ, immo potius meruisse, dummodo alias satisfaciat, vt dictum est. *Ad aliud quod quæsitum est, respondebitur in fine capituli.*

V. Quid

V. Quid ſi in bello captiuant pagani Chriſtianos, nunquid tempore treugæ poſtea licebit Chriſtianis eos furari? *Reſpondeo*, Si treuga inita eſt ita generaliter, quod non liceat alterutris, nec per violentiã, nec alio modo ſibiinuicem auferre aut ſurripere aliquid, tunc peccatum eſt tempore treugæ furari Chriſtianos. Si autem conuenit de ſola violentia non inferenda. credo quod licite poſſunt furari; non tantum huiuſ modi Chriſtianos, ſed etiam munitiones & caſtra, quæ occupauerunt de terra Chriſtianorum: poſſunt enim latenter intrare, & ſine violentia occupare, nec tenebuntur ſuper his ad aliquam reſtitutionem.

In treuga cũ conuenit de ſola violẽtia nõ inferẽda, licet furari à Sarracenis, non ſolũ homines, ſed quæcunque occupauerũt à Chriſtianis, illaque armis defendere.

Sed quid ſi ad huiuſmodi munitionem vel caſtrum occupandum reuertantur Sarraceni, & per violentiã repellantur, nonne videbuntur tunc deiecti, cum venientes non admittantur, & ita fracta videbitur treuga? *Reſpondeo* non: quia cum treuga inita fuit, & cõuenit de ſola violentia non inferenda, nec furta fuerunt excluſa, nec fraudes, intelligendum fuit de violentia non inferenda ab initio, in ingreſſu ſcilicet poſſeſſionis, non de illa quæ adhibetur in defenſione taliter rei obtentæ, niſi & de hoc expreſſe conuenerint.

Nõ eſt peccatum furari paruulos Sarracenorũ vt baptizentur.

Item nunquid tempore treugæ, & maxime tempore belli, licet Chriſtianis furari paruulos Sarracenorũ, vt eos faciant baptizari. *Reſpondeo*; Credo quod ſi ſola pia intentione faciant non peccant. *nec* obſtat ſi dicatur quod patribus eorum fit iniuria, propter paternam poteſtatem quam habere videntur in liberis, cuius vſu priuãtur per huiuſmodi furtum. Quia ſicut dixit magiſter ſupra, ſic ſubtrahitur pagano peccandi occaſio, qui imbuebat, vel imbuere proponebat huiuſmodi paruulũ in ſua infidelitate, non habet vnde conqueratur, cum conditio eius facta ſit melior: quia & infideles, maximè barbari, non habent huiuſmodi ius patriæ poteſtatis in liberos, quod habent Romani ſecundum leges. *Quid* ſi Paganus habeat Chriſtianũ ſeruum, vel ancillam in domo ſua, nunquid licebit ſeruo huiuſmodi vel ancillæ, baptizare clanculo paruulum Pagani, & ſic dimittere? Dic vt dictum eſt ſupra in titulo de Iudæis.

Qui iniuſtè à Sarracenis tenẽtur captiui, poſſunt ab illis furari; immo cũ ſint hoſtes licet illis quouis modo inſidiari.

Raymundus. Ad aliud quæſitum de his qui furantur aliqua Sarracenis, Diſtinguo, aut ſuberat neceſſitas, aut non, in primo caſu diſtinctè non tenetur, quia tenebatur eum paſcere Sarracenus. In ſecundo tenetur, ſi iuſtè & ex culpa ſua detinebatur, alias non.

V. Fit enim compenſatio rei ſic ſurreptæ, cum iniuria iniuſtè detenti. Præterea cum huiuſmodi Sarracenus ſit hoſtis, non refert an apertè, an per inſidias noceatur eidem. *Ar. l. quæ dicit*, non ſolum barbaris aurũ minimè tribuatur, ſed etiam ſi apud eos inuentum fuerit, ſubtili auferatur ingenio.

De Furto mulieris coniugatæ.

CAP. CI.

Raymundus. Quid de vxore, quæ furatur viro ſuo pecuniam, vel alia, vt inde faciat eleemoſynam? *Require infra de negotiatione.* Item nota, quod ita committitur furtum in re parua, ſicut in magna. *Hieronymus.* Furtum non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur.

V. Quid de illa quæ fecit furtum ante matrimoniũ, vel etiam poſt, per ſe, vel cum viro? & quid ſi vir ſolus furatus eſt aliquid, & vxor participauit conſentiẽdo, vel comedendo, voluntaria vel inuita? nũquid licebit vxori de rebus communibus ſibi & viro ſatisfacere eo inuito damnificatis? *Reſpondeo.* Vbi de cõſuetudine regionis vir & vxor communicant ſibi credita ex contractu, vel ex maleficio; ſi res furtiua quã mulier ſurripuit ante matrimonium, vel poſt matrimonium; ſola, vel cum viro; vel quam vir ſolus ſurripuit ante matrimonium, vel poſt; extat adhuc in eorum

Quod vxor furata eſt, ſi adhuc extet, debet reſtituere inuito marito, imo ſi conſumptũ ſit, modo lateter fiat, ſicut in furto mariti, illa participante.

poteſtate, credo quod vxor poteſt illam reſtituere vero domino, etiam contradicente marito. Si autem cõſumpta eſt, vel ſi vir ſolus furatus eſt, & mulier, participauit conſentiendo, vel comedendo, ſpontanea, vel inuita; poteſt vxor, ſi vir non contradicat, negotium mariti gerendo, & ſeipſam liberando, æſtimationem rei conſumptæ reſtituere vero domino latenter de communibus bonis, ſi aliter non poteſt: necerit furtum, quia non eſt fraudulenta contrectatio, nec animo lucrifaciendi. Prohibente autem viro, non credo quod debeat facere huiuſmodi reſtitutionem, cum ipſa non habeat rerũ adminiſtrationem, ſed maritus. Si tamen in hoc caſu faceret reſtitutionem de rebus communibus bona fide latẽter, nõ credo quod eſſet ei pœnitentia iniungenda quaſi pro mortali, aut quod peccaret mortaliter.

De Crimine vſuræ.

CAP. CII.

Quid vſura & vnde dicta.

Ex ſumma de caſibus. Vſura quoque, cum parum vel nihil diſtat à rapina, de ea conſequenter agẽdum eſt. Videamus igitur quid ſit vſura, vel vnde dicatur, quæ ſpecies, in quibus caſibus vſuræ permittãtur, vel prohibeantur; Quomodo vſurarius & hæres eius, ad reddendas vſuras cõpellantur; vltimo de quibuſdam dubitabilibus. *Vſura eſt ex mutuo lucrum, pacto debitum, vel exactum.* Non enim puto vſuram cõmitti, ſi gratis oblatum gratis accipiatur; nulla enim oblatio, ſuſcipienti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit. Dicitur autem vſura quaſi vſu æra, quaſi vſu æris ideſt pecuniæ procedens. Non enim dicitur committi vſura, niſi in his rebus tãtum circa quas conſiſtit mutuum: ſcilicet quæ conſiſtunt in numero, pondere vel menſura: numero vt moneta, pondere vt ære, menſura veluti frumento.

Exigere aliquid vltra ſortem eſt vſura.

Cauſa decimaquarta, quæſtione tertia. Quod autem præter ſummam, emolumenta ſectari, ſit vſuras exigere, auctoritate *Auguſtini* probatur, qui in pſalm. trigeſimo ſexto ſcribit dicens: Si fœneraueris homini, ideſt ſi mutuo dederis pecuniam tuam, à quo pluſquã dediſti, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, expectes accipere, fœneratores, & in hoc improbandus, non laudandus.

Item Hieronymus ſuper Ezech. libro ſexto. Putant quidam vſuras tantum eſſe in pecunia, quod præuidens diuina ſcriptura, omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipiatis quam dediſtis.

Item ex concil Agath. Vſura eſt vbi amplius requiritur, quam quod datur. *Gratianus*: Ecce euidenter oſtenditur, quod quicquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.

Vſura eſt illicita.

Ibidem quæſt. 4. Quod vero nec clericis nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſij Papæ, & aliorum: *Ait enim Gelaſius Papa ſcribens clericis per Lucaniam.* Clerici ab indignis quæſtibus noluerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio vel cupiditate ceſſandum. In quocũque vero gradu ſint, ſi ceſſare noluerint, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur. *Ambroſius in libro de bono mortis*: Si quis vſuram accipit, rapinam facit, vita non viuet.

Item Aug. ad Macedonium: Quid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges & iudices reddi iubent? an crudelior eſt qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quam qui trucidat fœnore pauperem? Hæc vtique atque huiuſmodi malè poſſidentur, & vellem vt reſtituerentur: ſed non eſt quo iudice repetantur. Iam vero prudenter intueamur quod ſcriptum eſt: *Fideli homini totus mundus diuitiæ ſunt, infideli autem nec obolus.* Nonne omnes qui ſibi videntur gaudere conquiſitis, eiſque vti neſciunt, alienum poſ-

ſidere

ſidere conuincimus? hocenim certe alienum non eſt quod iure poſſidetur; hoc autem iure quod iuſtè, & hoc iuſtè quod bene. Omne igitur quod male poſſidetur alienum eſt; malè autem poſſidet qui malè vtitur.

Vſurarij manifeſti priuãtur cõmunione altaris, & Chriſtiana ſepultura.

Extra quinto, de vſuris. Alexand. 3. in concil. Lateran. Vſurarij manifeſti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam, ſed nec oblationes eorum quiſquã accipiat. Qui autẽ acceperit, aut Chriſtianæ tradiderit ſepulturę; & quę accepit reddere cõpellatur, & donec ad arbitrium ſui epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus.

Innocentius 3. Antiſiod. epiſcopo: Licet contra eos non appareat accuſator, ſi tamen alijs argumentis illos conſtiterit eſſe vſurarios manifeſtos, in eos pœnam in Lateran. concil. contra vſurarios editam, libere poteris exercere.

Obiect.

Ex ſumma de ca. Contra prædicta obijcitur. Nonne ſi creditor mutuat alicui gratis pecuniam, debitor tenetur ei ad antidota? quare ergo hanc naturalem obligationem non poteſt creditor ducere in pactum expreſſum, vel ſaltem ſperare effectum ipſius obligationis naturalis, cum etiam talia pacta interueniant in ſpiritualibus, ad quæ alias quis tenetur? V. Vt quãdo datur præbenda ea conditione, vt canonicus ſingulis diebus celebret de beata Virgine, & hoc quando tale onus eſt annexum illi præbendæ.

Solutio.

Raymundus. Ad hoc dico, cum A. & T. quod creditor nullo modo debet pactum apponere, vel principaliter ſpem vel intentionem in tali retributione habere, ſed propter Deum, & ex charitate principaliter debet mutuare proximo indigenti. V. Quod fit quãdo, & ſi nulla haberetur ſpes de retributione temporali, nihilominus mutuaret. Et bene dicit *retributione*; vnde credo quod ſcholares qui dant mutuam pecuniam campſorijs, vel alijs ſcholaribus, eo pacto vel intentione principali, vt illi remutuent illis quando indigebunt, vſuram committunt. *Raymundus*: Cum autem propter Deum ſic mutuauerit, tunc ſi forte ſecundario ſperet, quod ille debitor ſibi remutuet, vel aliquod ſimile ſi opus fuerit, forte non eſt reprobandum.

Non licet deducere retributionem vel remutuationem in pactum pro mutuo; nec principaliter hoc ſperare ſed tantum ſecundario.

De Caſibus in quibus vſura committitur.

CAP. CIII.

Duo caſus in quibus licet accipere aliquid vltra ſortem.

EX ſumma de ca. Licet autem vſura omnibus ſit prohibita, ſunt tamen caſus in quibus eſt permiſſa. *Primo* vbi poſſeſſio eccleſiæ eſt aſſignata clerico in beneficium, & laicus tenet eam iniuſtè & violẽter, poteſt clericus fructus illius beneficij percipere vltra ſortem, *extra eod. cap.* 1. Sed hoc non fit lucri cauſa, ſed vt res eo modo de manu laici redimatur. *Secundo* vbi vſuræ petuntur cum intereſſe. Verbi gratia; Si fideiuſſor ſoluit vſuras creditori, poteſt eas repetere à debitore pro quo fideiuſſerat: quia non ſunt vſuræ quantum ad ipſum fideiuſſorem, ſed potius intereſſe, ideſt non eſt lucrum, ſed vitatio damni.

Tertius caſus.

Nota hoc aliud exemplum, extra de vſuris; Innocentius 3. Sanè generum, ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi ſunt à ſocero pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem, non credimus compellendum; cum frequenter dotis fructus non ſufficiunt ad matrimonij onera ſupportanda. *Raymundus*. Hoc autem intelligas cũ maritus ſuſtinet onera matrimonij; alias non.

Quartus caſus.

V. Quid in hoc caſu? Si gener poſſeſſionem ſibi taliter obligatam, cum iure quod ibi habet, concedat alij, recepta ab eo ſumma quæ promiſſa fuerat ei pro dote, nunquid poterit illi lucrifacere fructus perceptos, vſque dum ſoluta fuerit ei pecunia prædicta, ſicut poterat gener? *Reſpondeo*: Si gener animo donandi transfert ius totum quod habebat in pignore, non propter tractum pecuniæ quem accepit ab eo, ſed quia conſanguineus eſt eius, vel alia ratione coniunctus amicus; & ille non propter fructus lucri faciendos numerat ei pecuniam, ſed propter dilectionem, aut gratiam, credo quod abſque periculo vſuræ poteſt fructus lucrifacere; nec eſt ille contractus veri nominis mutuum, niſi ductum ſit in pactum, quod gener teneatur numeranti reddere pecuniam, ſi ille voluerit repetere, in quo caſu vſura eſſet ſi vellet lucrifacere fructus,

Adhuc de eodem.

CAP. CIV.

Licet vſuras exigere ob damnum emergens ratione moræ in ſoluendo.

RAymundus. Permittitur etiã vſuras exigere quandoque ratione moræ; vt ſi debebas mihi centum ad certum terminum, ſed noluiſti perſoluere in termino, & ideo oportuit me recipere pecuniam ſub vſuris propter negotia mea tractanda; tu teneris mihi reſtituere illas vſuras, ſi ſolui; vel ſi non ſolui, liberare me ab ipſa obligatione. *Item* ratione dubij, ſicut ſcriptum eſt *extra. de vſuris. Gregor. 9.* Qui dat decem ſol. vt alio tempore totidem ſibi grani, vini & olei menſuræ reddantur, quæ licet tunc plus valent, vtrum tamen plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc vſurarius reputari.

Mutuare menſurã pro menſura ſoluenda quãdo probabiliter creditur plus valitura, eſt vſura: ſecus ſi probabiliter dubitetur; vel ſi mutuator eſſet ſeruaturus in illud tempus, & relinquat mutuatario liberum ſe redimere medio tempore.

V. Recte dicit *ſi veriſimiliter dubitatur*: Si enim daret centum ſolidos in autumno, quando patui pretij eſt bladum, vinum & oleum, vt ad Paſcha totidem ſibi grani, vini vel olei menſuræ redderentur, quando huiuſmodi merces ſecundum communem curſũ conſueuerũt eſſe chariores, vſura eſſet: quia non veriſimiliter dubitatur, immo probabiliter creditur, quia plus valebunt illæ menſurę tempore ſolutionis, quam valuerint tempore contractus.

Nunquid poteſt committi vſura, vbi creditur pecunia, ſcilicet vna marcha argenti, pro alia marcha argenti, ad certum terminum perſoluenda? Aut cum datur præciſe ſpecies pro ſpecie, vt granum pro grano, ad eandem menſuram? *Reſpondeo* ſi veriſimile eſt quod pecunia numerata aurum vel argentum ex tempore non fiant pretioſiora, ſcilicet tempore ſolutionis, quam fuerant tempore contractus, aut veriſimiliter dubitatur, vtrum pretioſiora ſint futura necne, non eſt vſura. Si autem veriſimile ſit quod pretioſiora ſint futura tempore ſolutionis, vt ſiquis det 20. libras ſterlingorum in hyeme, pro alijs totidem in æſtate ſoluẽdis, quando ſolet huiuſmodi moneta requiri à viatoribus; aut 20. marchas auri vel argenti, pro alijs totidem ſoluẽdis ad paſſagiũ Cruce ſignatorũ; Diſtingue; quia ſi creditor non erat ſeruaturus illam pecuniã vſque ad illud tempus, ſed interim cõſũpturus, vſura eſt: Si erat ſeruaturus, vt ſic ſeruãdo vſque ad prædictum tempus lucraretur, diſtingue; quia ſi aufert debitori libertatẽ liberandi ſe interim, & debitũ ſoluendi, vſura eſt; quia præſumitur quod ideo crediderit pecuniam, quod debitorem oneraret periculo, & ſe exoneraret. Si non aufert, ſed concedit ei quod reddat pecuniam quandocunque voluerit infra terminum, meretur ſi ex miſericordia hoc faciat, vt releuet debitoris inopiam. Si autem corrupta intentione hoc facit, vt ſe exoneret à periculo ſeruandi, peccat; non tamen credo eum compellendum ad reſtitutionem lucri, licet hoc eſſet ei conſulendum in pœnitentia, vel quod daret pauperibus. *Eodem* modo diſtinguendum & iudicandum eſt, quando datur ſpecies pro ſpecie ad terminum, vt vinum pro vino &c.

EXTRA. VBI SVPRA, *Gregorius nonus*. Ratione præfati dubij etiam excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius quam tunc valeant, in certo termino recipiat

pro

pro eiſdem; ſi tamen ea, tempore contractus non fuerat venditurus.

Nota quod qui vendit incertũ terminum, dubitans an tunc plus valebis, poteſt plus accipere quam iam valeat, ſi eſſet ſeruaturus, ſed non notabiliter.

V. Conditionem credo eſſe attendendam, non ſolum in hoc vltimo caſu, ſed etiam vbi datur ſpecies pro ſpecie, aut pecunia pro pecunia, ſicut notauimus in ſuperiori diſtinctione. *Raym.* Tamen ſatis conſulte agerent homines, ſi à tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum Deó nequeant occultari. Si tamen vẽderet ad terminum, longe maiori pretio quam modo valeat, vſura eſſet.

Quintus caſus.

V. Quia tunc non veriſimiliter dubitatur, vtrum plus vel minus valituræ ſint, ſed præſumeretur quod longe minori.

His caſibus, & alium adde, quod epiſcopus gabellam de feudo eccleſiæ ſuæ poteſt retinere, fructibus non computatis in ſortem, dum tamẽ interim feudatarius immunis ſit à ſeruitio, quo pro feudo eccleſiæ tenebatur; & credo quod ſpirituale priuilegium eſt eccleſiæ, nec eſt ad feuda laicalia extendendum.

Vtrum Gratis oblatum inducat vſuram.

Cap. CV.

Raymundus. Item gratis oblatum & acceptum nõ inducit vſuram, dum tamen non ſit intentio corrupta.

Creditor cuius intentio non eſt corrupta poteſt gratis datum accepta re pro mutuo.

V. Ex parte ſcilicet creditoris, ſi forte nõ credidiſſet pecuniam niſi propter ſpem lucri, in quo caſu tenetur totum reſtituere quacunque intentione dederit debitor ei, ſiue ex dilectione exorta forte propter mutuum ſibi datum, aut propter aliud, ſiue propter mutuum recipiendum, aut retinendum, vſque ad prolixiorem terminum. Vbi tamen ex ſola dilectione dat creditori, non poteſt repetere, nec per retentionem conſulere ſibi, ſi forte habet alias de bonis creditoris aliquid.

Quamdiu creditor probabiliter credit debitorẽ non pro mutuo ſed gratis & ex dilectione aliquid ei dediſſe, non tenetur ad reſtitutionẽ.

Quid ſi non ſit corrupta intentio creditoris, debitor tamen propter creditum acceptumve vlterius retinendum, dat ei aliquid; nunquid creditor tenetur reſtituere? Credo quod non tenetur de bona fide cõſumptis, nec etiam de extantibus, quamdiu probabiliter credit quod ex ſola dilectione gratis ei dedit. Si autem vel probabiliter credit, vel dubitat quod propter mutuum receptum, vel vlterius retinendum ei dedit, reſtituere tenetur. Quando autem debitor non gratis, vel creditor non gratis dat mutuum; debitor ſi habeat alias aliquid de bonis, & ſibi conſulat per retentionem de vſura quam dedit, non credo ipſum compellendum in foro pœnitentiali ad reſtitutionem.

Vtrum ſpes faciat vſurarium.

Cap. CVI.

Raymundus. Sed nunquid voluntas, vel intentio, vel ſpes inducunt vſuram, vbi nullum pactũ fuit appoſitum in contractu mutui. Ad hoc quidam volentes fauere vſuris dicunt quod nunquam committitur vſura, niſi ex pacto ſoluantur. Alij dicunt, quibus aſſentio, quod ſola ſpes ſiue intentio facit hominem vſurarium, vnde qui ſub tali ſpe mutuat pecuniam, quicquid poſtea etiam gratis, ideſt ſine ſua exactione oblatum, vltra ſortem recepit, vſura eſt, ſiue ſit pecunia, ſiue frumentum, ſiue vinum. Et breuiter quicquid excogitari poſſit lucrum, ſiue illud conſiſtat in dando, ſiue in faciendo.

Sola ſpes ſeu intentio ſine pacto facit hominem vſurarium, ſi vltra ſortem recipiat.

Mutuare pecunias alicui vt molet in ſuo molendino eſt vſura, quamuis non ſit obligatio reſtituẽdi niſi quantum

V. Credo quod domini molendinorum, qui credunt pecuniam piſtoribus vt molant in molendinis eorum, vſurarij ſunt. Accipiunt enim vltra ſortem in faciendo, quia auferunt libertatem debitoribus molendi vbi voluerint. Si tamen debitores propter hoc non ſunt damnificati, non tenentur creditores ad reſtitutionem aliquam eis faciendam, niſi quatenus æſtimari debet libertas molendi vbi volebant, penſatis etiam circunſtantijs de maiori & minori remotione molendinorum, & facilitate molendi, & qualitate.

mutuatarius fuerit inde dãnificatus ob ſubtractã libertatẽ molendi vbi volebat.

Raymundus. Fundatur autem hæc opinio in lege, vbi dicitur: *Qui ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit, vita vinet* &c. Item in Euangelio Lucæ: *Mutuum date*, &c. Gloſſa prima, *non in homine ſpem mercedis figentes, qui ſi non reddant quod commodaſtis; reddet Deus, quo iubente feciſtis.* Tenentur item & illi, qui veniente termino ſolutionis, nolunt dare verbum dilationis debitori, qui eſt iuramento aſtrictus ſoluere, niſi data eis pecunia, vel aliquo æquipollenti, licet expreſsè non exigant.

Non requiritur conuẽtio ad vſurã, ſed recipere aliquid vltra ſortem ex praua intentione ſufficit; & hæc vocatur vſura mentalis, atque de iure diuino & naturali obligat ad reſtitutionem, ſimonia vero non item, ſed de iure humano; & ideo Papa poteſt diſpenſare vt reſtitutio non fiat & de facto pro mentali nõ eſt iniuncta reſtitutio.

Extra. vbi ſupra. Vrbanus tertius. Qui non alias mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, vt licet omni conuentione ceſſante, plus tamen ſorte recipiat, & qui merces ſuas longe maiori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam prolixi temporis dilatio prorogetur, quam ſi ei incontinenti pretium perſoluatur; huiuſmodi homines iudicandi ſunt malè agere, & ad ea quæ taliter accepta ſunt reſtituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

V. Quæritur in mentali ſymonia num eſt neceſſaria reſtitutio? Item ſi eſt neceſſaria in mentali vſura? *Reſpondeo*: In ſymonia eſt turpitudo vtriuſque partis, dantis & accipientis; ſed in vſura non eſt turpitudo dantis, & ideo ex iure diuino & naturali æquitate, facienda eſt ei reſtitutio; Nec poſſet etiam in hoc caſu Papa diſpenſare, ſed ex ſolo iure humano pecunia ſymoniacè accepta reſtituenda eſt, non illi qui dedit turpiter, ſed eccleſiæ. Vnde nec Heliſæus præcepit Gyezi reſtituere alicui pecuniam quam accepit à Naaman. Et Papa quod vult poteſt ſtatuere in hoc caſu; poſſet enim diſpenſare quod non ſolum in mentali ſymonia, ſed etiam in illa quæ pacto eſſet expreſſa, retineri poſſet.

De Fraude vſurarum.

Cap. CVII.

Raymundus. Quid ſi pœna eſt appoſita in contractu mutui, nunquid ſaltem pœna illa poterit peti abſque periculo vſuræ? Ad hoc dico, quod ſi pœna eſt iudicialis, & à iudice impoſita, & ſtatuta propter puniendam contumaciam debitoris; qui cum poſſit, contemnit in termino ſtatuto ſoluere pecuniam creditori, non eſt vſura. Si vero pœna ſit conuentionalis, id eſt de communi conſenſu partium in ipſo contractu appoſita, vt ſaltem metu pœnæ debitum certa die ſoluatur, vſura non committitur, dum tamen ſemper ſit intentio recta. Vtrum autem liceat tales pœnas exigere, quantum ad intereſſe tantum, an & vltra, *require infra de pœnis.* Si autem ille qui talem pœnam appoſuit, conſueuit eſſe vſurarius, præſumitur quod in fraudem vſurarum adiecerit pœnam. Eſt etiã præſumptio quod ſit vſura, ſi per ſingulos menſes vel annos dicatur committi. *Idem* in ſimilibus quæ ab vſurarijs ſolent ſpecialiter exerceri; talia enim inducunt ſemper præſumptionem prima facie quod ſit vſura. In iudicio tamen animę ſtarem confeſſioni ſuæ; ſed propter præſumptiones contrarias diligentius examinarem conſcientiam ſuam.

Pœna impoſita debitori caſu quo terminũ ſolutionis nõ ſeruet, non arguunt vſuram ſi intentio ſit recta.

Item, quid ſi vendidi prædium tali conditione adiecta, quod quãdocunque ſoluatur pretium à me, vel hærede meo, rehabeam prædiũ ego vel hæres meus; vel quandocunque à ſeptennio vſque ad nouennium, vel ſimile, nunquid eſt vſurarius contractus? Ad hoc dico, quod ibi non eſt mutuum, & emptor facit fructus ſuos ſine periculo vſuræ, licet venditor iuxta vẽditionis formam poſtea recuperet prædium. Et hoc intelligas, niſi in fraudem vſurarum ſit facta talis venditio; quod præſumitur ex his coniecturis, ſcilicet ex eo quod modicum eſt pretium reſpectu valoris rei.

Licet emere prædium cũ pacto retrouendendi eodem pretio perceptis interim fructibus, niſi fiat in fraudem vſurarum.

Item

Item ex eo quod aliquid persoluitur vltra summam receptam, puta fuit vendita pro centum, & est in pacto, quod cum rescindetur venditio reddantur 120. Item ex eo quod emptor consueuit exercere vsuras.

Emere agrũ seminatum, vel fructus alicuius prædij ad multos annos non est vsura ex forma. sed præsumitur fraus quando fructus sunt verosimiliter longe plus valituri.

V. Quid de illis qui agro seminato, emunt fructus inde percipiendos illo anno? *Respondeo*: Non est vsura ex forma contractus, potest tamen fieri in fraudẽ vsurarum, vt si tantus est ager & talis, quod verisimile sit quod fructus inde colligendi valeant in autumno plusquam emptor dedit; maximè si talis est persona quæ contractus huiusmodi consueuit exercere, restitutio in foro pœnitentiali est ei indicenda. Si autem probabiliter dubitatur, vtrum fructus illi plus vel minus debeant valere quam quod emptor dedit, non est vsura. *Eodem* modo credo iudicandum de creditore; qui possessionem alienam recipit pro certa pecuniæ quantitate, ita quod vsque ad certos annos faciat fructus suos. Licet enim iste contractus non sit vsurarius ex forma, potest tamen fieri in fraudem vsurarum. Et reijciẽdum est in foro causarum ad præsumptiones suprapositas. In foro autem pœnitentiali stabitur eius confessioni: & multum præsumendum est contra talem creditorem, & indicenda est ei restitutio in pœnitentia, si fructus illius terræ verisimiliter credebantur plus longe valere, quam ille dederit, si iustus emptor inueniretur.

De His qui suscipiunt in se mutui periculum.

CAP. CVIII.

Quæstio.

Raymundus. Item aliquis mutuat pecuniam mercatori, recepturus aliquid vltra sortem, pro eo quod suscipit in se periculum, ideſt si pecuniam vel merces inde emptas portauerit saluas, alias non teneatur sibi etiam de sorte. Item aliquis mutuat Batt. M. solu. vt Cepte reddantur ei centum aurei, & scit vel credit dictos aureos ibi plus valere, recipit autem in se periculum, vt & primus; nunquid in his & similibus committitur vsura? *Dicunt* quidam quod non: cum enim mutuum dicatur, quia de meo fit tuum, ita vt & omne periculum rei mutuatæ ad te transferatur, non videtur incongruum si in casu proposito, in compensationem periculi in me suscepti, aliquid recipiam. *Ar. distin* 88. *eiciens.* vbi dicitur, quod ideo pro vsu rei locatæ aliquid potest accipi, quia rei locatæ periculum pertinet ad locantem; secus est in re mutuata.

Mutuans qui recipit vltra sortem ob periculum eius in se suscepti videtur committere vsuram.

Solutio.

Alij vero notauerunt contrarium, & verius; scilicet quod sit vsura. *Ar. eiusdem. cap. eiiciens.* Vbi Grego. assignando differentiam inter mutuũ & locatum, ponit tria: *Primum*, quia in mutuo transfertur periculũ in accipientem, secus in locato. *Secundum*, quia pecunia nõ deterioratur per vsũ, secus in domo, vel equo, vel alia re locata. *Tertium*, quia vsus pecuniæ nullum fructum vel vtilitatem parit vtenti; secus in vsu agri, vel domus, vel equi, vel alterius rei locatæ, *licet ergo* in casu, proposito cessaret prima ratio differentiæ, non tamen cessant duæ vltimæ. Et ideo tutior est hæc vltima opinio; maxime quia tales semper faciunt tale mutuum propter spem lucri pecuniarij, quod non licet, præterea videtur fieri in fraudem vsurarum. Et expressa est hodie decre. *extra vbi supra. Gregorius* 9. Nauiganti vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quod suscipit in se periculum recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus.

Discrimẽ inter mutuum & locatum triplex.

Decretum de casu prædicto

Propter lucrũ cessans licet exigere vltra sortem.

Raymundus. Posset tamen hic excogitari casus in quo non esset vsura vltra sortem accipere, puta dum ego emerem, vel essem paratus emere certas merces de pecunia, & tu propter nimiam instantiam fecisti me cessare à tali emptione, ideo vt tibi mutuarem. Et ego dico, volo quod ibi reddas mihi tantum, quantum essem ibi habiturus de istis mercibus, si eas illuc deferrem; recipio tamen in me periculum, vt supra dictum est: & hoc ideo, quia iste recipiet tanquam interesse quodlibet.

De Contractibus illicitis annuorum reddituum.

CAP. CIX.

Qui à communitatibus vel monasterijs emũt annuos reddetus ad vitam nõ cõmittunt vsuram, quãuis forte contractus sit illicitus; vel saltẽ tutius est emere ad vitam venditoris quàm emptoris, ne detur occasio venditori optandi mortẽ emptoris.

Raymundus. Quid de illis, qui à communitatibus ciuitatum, vel à monasteriis, emunt certos annuos redditus, vel certos modios annuos ad vitam suam? *Respon.* non est vsura ex forma contractus: cum tamen huiusmodi redditus annuus personalis sit: siue bursalis, non prædialis, credo (licet quidam legistæ dicant contrarium) quod illicitus est contractus, tum quia venditor facile posset desiderare mortem emptoris, vt sic liberatus esset; tum quia nullum est emptoris periculum de sterilitate terræ, aut tempestatibus, quæ solent fructus terræ iam paratos ad messem aliquando destruere: quia periculum emptoris prædiorum aliquando tantum est, quod etiam expensas laborum aliquibus annis amittit.

Quid de illis qui emunt, vel dono (forte occasione alicuius seruitij precedentis) accipiunt molarium, siue vsufructum alicuius castri, vel villę, quem contractum indifferenter exercent, præcipuè cũ ecclesijs & monasterijs. *Ad hoc* credo, quod si aliquis aduocatus gratis seruiuit monasterio, vel ecclesiæ, de aduocatione & consiliosuo; vel etiam diues, gratis & pura intentione de pecunia, licite possunt recipere huiusmodi vsufructum, vel aliud donum gratis datum. *Idem* dico, si nullo adhuc impenso seruitio, receperunt donum à monasterio, dum tamen sit semper recta intentio, & studeant fideliter respondere in seruitio competenti, ne aliàs bona pauperum consumere videantur.

Licitum est emere vsumfructum alicuius prædij citra fraudẽ vsurarũ, ad vitam, etiam ab aliquo monasterio, pretio iusto.

Idem dico de illis qui emunt, nisi sit facta talis venditio in fraudem vsurarum; quod præsumitur ex circunstantiis positis, & etiam ex ætate & sanitate, ex quibus potest haberi præsumptio vtrum multum vel parum debeat viuere; & tamen de his circunstantiis in iudicio animæ serua quod dixi supra, scilicet vt stetur confessioni eius in pœnitentia, & diligenter examinetur: Cautè tamen & discretè ne decipiaris, & pro posse.

Si tamen in tali venditione monasterium esset enormiter vel manifeste deceptum, licet fuerit pura venditio, & recta intentio, nec fuit dolus adhibitus, & ideo excusetur ab vsura, tamen debet remouere deceptionem, vel supplendo iustum pretium, vel restituendo rem, pretio quod numerauit sibi reddito. Fiet autem æstimatio deceptionis, non secundum tempus præsens, in quo forte res multum meliorata est, præsertim si per industriam emptoris: Sed secundum tempus in quo venditio facta fuit. *Item* non tenetur fructus quos percepit medio tempore computare in pretio, excusatur enim propter bonam fidem, & iustum titulum, & laborem, & similia.

V. Item nota, quod vbi emuntur aliqui prouentus vel redditus ad vitam venditoris, seruatis circunstantijs de quibus loquitur hic magister, tolerabilis est huiusmodi emptio: quia non est periculum quod alter desideret mortem alterius; sed vbi emitur ad vitam ementis, non est tutum, ne venditor desideret mortem emptoris: Ideo enim inhibita est promissio præbendæ, vel beneficij non vacantis, & pactum de futura successione in hęreditate testatoris, pactum dico factum dum adhuc viuit, non tamen dico præcise mortale esse peccatum emere vel vendere ad vitam ementis, quia non inuenio hoc inhibitum, vbi seruantur debitæ circunstantiæ.

Qui emunt ab aliquo quod credunt illum nõ habere & postea eidẽ locant, præsumuntur vsurarij.

Quid de illis qui emunt boues vel oues à pauperibus, quos forte non habent? Respondeo: vbi emit quis à paupere, vel etiam à diuite huiusmodi animalia, quæ scit vel credit ipsum non habere; & quasi iam tradidisset ei, locat ei pro certa annua pensione, vsura est, vel ad minus præsumẽdum est in fraudem vsurarum fieri: Idẽ credo de illis qui scienter emunt fructus terrarum ab

illis qui eos non habent. Si autem ſine fraude & bona fide fiat huiuſmodi emptio, non credo emptorem peccare, quandiu durat bona fides.

Quid de illis qui emunt equos certos, reddendos à venditore in certis nundinis; emunt inquam minori pretio quam valeant tempore contractus? *Reſp.* Vſura eſt, niſi veriſimiliter dubitetur equos illos tẽpore ſolutionis plus vel minus valituros, ſicut dictum eſt ſupra in quibuſdam caſibus: vel vbi ſciatur, aut probabiliter credatur quod tantundem valituri ſint, vel minus.

Nota nõ ideo licere minoris emere, quia merces non ſtatim traduntur.

Quid de illis, qui agrum ſtatim ſeminatum, vel veriùs fructus agri illius anni emunt certo pretio? *Reſp.* Non eſt vſura ex forma contractus, ſed in fraudem vſurarum præſumendum eſt fieri, niſi probabiliter dubitetur fructus percipiendos plus vel minus valituros in meſſem, quam emptor emerit; vel ſciatur aut credatur non plus eſſe valituros.

De Traditionibus Boum ad mediationem.

CAP. CX.

QVid de illis qui tradunt Boues ad mediationem, ſiue in cenſum vulgariter pro certis ſextarijs bladi, pacto quod ſi moriantur vel deteriorentur, conductor ſubeat medietatem periculi: Si autem melioren-tur, habeat medietatem commodi? *Reſpondeo*: Reuera licet locare Boues, ſicut Equos, vel ad diem, vel ad annum, dum tamen conductor non grauetur immoderatè in mercede. Pactum autem de communicando damno & commodo rei locatæ iniquum eſt ex parte locatoris; niſi probabiliter dubitetur, vtrũ conductoris vel locatoris melior aut deterior ſit cõditio; vel vbi credatur quod conductoris non ſit deterior. In propoſito tamen ſupra pacto, videtur conductoris deterior conditio, quia vix aut nunquam poteſt habere commodum tantum de melioratione Bouis, quantum poteſt habere damnum de morte. *Si tamen* locator timens ne conductor grauaret Bouem, huiuſmodi pactum apponat, firmiter proponens, quod ſi Bos ſine culpa conductoris periret, de illo periculo nihil exigeret ab eodem, non credo quod peccaret, niſi propter ſcandalum eorum qui ignorarent eius intentionem. Illud tamen verum eſt, quod conductor rei poteſt in ſe ſuſcipere periculum rei conductæ, & caſus fortuitos, quantum eſt de natura contractus. Sed in propoſito caſu non tantum eſt locatio & conductio, ſed ſocietas in periculo, in melioratione & deterioratione Bouis.

Locatio boũ ad mediationem periculi, & meliorationis eſt illicita, quia cõductoris deterior eſt conditio.

De Traditione animalium ad crementum.

CAP. CXI.

QVid de ouibus vel animalibus quæ traduntur ad crementum? *Reſpondeo*: In huiuſmodi traditione poteſt interuenire contractus ſocietatis tantum, vel locationis & conductionis tantum: poſſunt & concurrere contractus mutui, & ſocietatis. *Contractus* ſocietatis tantum, vt quando quis habens viginti capita ouium, iniuit ſocietatem cum alio habente totidem, & communicant ad inuicem ipſas oues, & periculum, emolumentum, & expenſas circa cuſtodiam & paſtum earum. In quo caſu ſi veniat pactum inter eos, quod de fœtibus reparentur capita demortua, aut de velleribus & pellibus emantur alia ad augendum gregem: Aut ſi ineant aliud pactum licitum & honeſtum, non peccant, dum ſeruetur æqualitas inter eos, ita quod ex huiuſmodi pacto non videatur eſſe deterior vel melior, vnius quam alterius conditio. *Item* locatio poteſt eſſe & conductio tantum, ſi quis habens decem capita, tradat ea alicui cuſtodienda & paſcenda ſub certa mercede pecuniæ, vel participatione prouentum gregis. In quo caſu ſi dominus retinet ſibi periculum eorum capitum, nec aliàs in pactis & conuentionibus grauet conductorem, licitus eſt contractus.

Contractus ſocietatis ex æquo eſt licitus, item locatio operis alicuius ad cuſtodiẽdum gregem pro certa parte prouentuum.

Item poſſunt concurrere contractus mutui & ſocietatis; vt cum quis habens decem capita, tradit ea æſtimata alicui, puta pro decem ſolidis, ita quod teneatur reddere medietatem ſortis ſcilicet decem ſolidos, quicquid cõtingat poſtmodum de ouibus, & tunc perinde eſt ac ſi creditor dediſſet ei mutuo decem ſolidos, ex quibus, comparati decem capitibus, contraxiſſet ſocietatem cum creditore habente decem alia capita, ita quod ſint communia, & ipſi ſocij ſint in periculo & prouentibus. In quo caſu ſi contemplatione mutui grauet creditor debitorem in contractu ſocietatis, vſura eſt. Et in hoc caſu procedendum eſt, ſicut dictum eſt in primo caſu, contracta ſocietate.

In contractu mutui & ſocietatis interuenit vſura quando ratione mutui grauatur creditor.

Illud autẽ valde iniquum eſt, cum quis certa capita ouium tradit æſtimata certo pretio, & ſub eo pacto contrahit ſocietatẽ, quod totã de prouẽtibus recipiat ſortem, antequam alius aliquid inde percipiat, vel paciſcatur quod de fœtibus reparentur capita caſu demortua, antequam alius aliquid percipiat de prouentibus, hoc enim quaſi tradere oues immortales. *Et generaliter* vnum eſt, quod vbi probabiliter dubitatur vtrum iſtius vel illius deterior ſit conditio, in forma conuentionis ſiue pacti adhibiti in contracta ſocietate, non eſt peccatum. Vbi autem ad arbitrium boni viri grauatur alterius conditio, peccatũ eſt ex parte grauantis, ſi ſcienter hoc faciat, & tenetur ad reſtitutionem. Non poteſt tamen dari generalis doctrina ſuper huiuſmodi traditionibus ouium, propter varietatem traditionum & dolos qui ſuper talibus excogitantur à quibuſdam,

In ſocietate par eſſe debet vtriuſque cõditio.

De turpi lucro.

CAP. CXII.

Raymundus. De quibuſdam autem qui tempore meſſis vel vindemię emunt annonam vel vinum vilius, vt poſtea vendant carius. Dico quod peccãt, & turpe lucrum eſt. *V.* Intelligendum eſt hoc ſi fiat ex cupiditate, tunc enim eſt peccatum mortale, ſiue clerici ſiue laici ſint qui hoc faciunt. Quando autem laicus non ex cupiditate, ſed vt prouideat ſibi & ſuis, emat aliquid, vt poſt carius vendat, ſiue annonam, ſiue aliud, non audeo dicere eſſe mortale. Clericus etiam ſi rem alienam emat, vt eam per ſuam induſtriam melioratam, vel mutata forma, vendat carius quam emerit, nõ credo quod peccet; vt ſi pullum emat, equi, & nutriat; vel tabulam emat, & inde facit imaginem. Annonam itaque vel vinum emere prædicto modo ex cupiditate, omnibus illicitum eſt.

Emere annonam tempore meſſis vt quis poſtea vẽdat carius; eſt mortale, ſi fiat ex cupiditate; ſecus ſi fiat vt quis ſibi & ſuis prouideat, vel negotiationis gratia vt moderato lucro ſibi prouideat cum aliam artem non nouerit.

Raymundus. Secus ſi aliquis propter neceſſitatem emat, & poſtea non indiget ſicut credebat; hic poteſt licite vendere, prout venditur communiter in foro, licet vendatur carius quam emerit. In hoc tamen grauius peccant clerici, quàm laici, neutros tamen dico teneri hic ad reſtitutionem faciendam certę perſonæ, ſed debent erogare tale lucrum in vſus pauperum. Poteſt enim emere ſi timetur cariſtia in terra, & videt victualia extrahi de terra, dummodo non vt carius vendat, ſed ne gens fame pereat, exemplo Ioſeph.

Qui in prædictis peccãt non tenẽtur ad reſtitutionẽ certæ perſonæ. ſed debet tale turpe lucrum erogare pauperibus.

V. Idem credo de illo qui emit annonam, vel vinum, cauſa negotiandi, dum tamen non ex cupiditate hoc faciat, ſed vt lucro moderato ſibi prouideat; maximè cum aliud genus negotiationis non nouit, nec alias habet vnde ſuſtentetur.

Raymundus, Illos econtra credo tanquam nefandas belluas deteſtandos, qui ea intentione emunt aureos, vel alias monetas, vel res venales, & præcipue victualia, vt de talibus cariſtiam inducant. *Item* qui annonam veterem mutuaut vt recuperent nouam, vſuram committunt; quia meliorem rem recuperare volunt.

V. Iſtos non audeo condemnare, ſi ad hoc mutent vt proximo ſubueniant, dummodo non auferant ei libertatem liberandi ſe interim ſoluendo veterem; vel ſi probabiliter dubitetur vtrum plus vel minus valitura ſit tempore ſolutionis, aliàs verum eſt quod dicit magiſter.

De legibus vſuras permittentibus, vtrum teneant.

CAP. CXIII.

Leges quæ permittunt vſuras exigi non tenent.

Raymundus. Quid de legibus quæ permittunt vſuras exigi, nunquid tenent? Breuiter dico quod non, quia prohibitæ ſunt iure naturali; & contra tale ius, nulla lex, nulla diſpenſatio poteſt admitti. *Item* quia par in parem non habet imperium, multominus minor in maiorem, ergo imperator terræ non potuit condere legem contra Imperatorem cæli. *Præterea* dicit Imperator quod ſacræ leges non dedignantur imitari ſacros canones, ſpecialiter in matrimonijs & vſuris; ſed ſecundum canones non poſſunt exigi, ergo nec ſecundum leges. *Item* dicit Imperator ſe ample ſti quatuor concilia vniuerſalia à Deo, vt per ea ſuis legibus derogetur, ſed in Niceno concilio, quod eſt vnum ex illis quatuor, vſuræ reprobantur. Illæ tamen leges quæ permittunt vſuras exigi ratione intereſſe, vel ratione moræ, bonę ſunt & approbandę, ſi ſane intelligantur, vt dixi ſupra.

Quales vſuræ legibus permittãtur.

Ex Codice, libro 4. Si vſuræ illicitę ſolutæ ſint, in ſortem computentur; ſi autem ſors iam ſoluta erat, vſuræ etiam indebitæ repetentur. Ex pacto ſolutæ licet peti non poterant, tamen repeti non poſſunt, niſi vltra modum licitum datæ ſint. Vſurarum modus ex perſonarum delectu ſpectandus eſt: Illuſtres enim trientes vſuras ſtipulari poſſunt, negotiatores biſſes cæteri ſemiſſes. Vltra duplum intra anni tempus vſuræ, nulla occaſione exigi poſſunt, etiam ſi pignora pro illicitis vſuris obſtricta ſint. Item vſurarum vſuræ nulla arte exigi poſſunt.

De compellendis vſurarijs ad reſtitutionem.

CAP. CXIV.

Publicè vſurarij ſunt excommunicati quoad tria, non tamen ſimpliciter: poſſunt tamè à iudice excõmunicari ſi non velint reſtituere, & ſimiliter hæres eius.

COmpelluntur vſurarij reſtituere vſuras à iure, & à iudice. *A iure*, quia ſi ſint publici vſurarij, ipſo iure ſunt excommunicati quantum ad tria, ſcilicet quod non debent recipi ad communionem altaris, nec eorum oblationes, nec ipſi ad Chriſtianam ſepulturam ſi in hoc peccato deceſſerint. *A iudice*, quia poteſt quemlibet vſurarium cogere ad reſtituendas vſuras, ſi neceſſe fuerit etiam per maiorem excommunicationem, omni appellatione remota. *Item* quia ſi vſurarius repetat ab illo vſuras, repellitur per exceptionem, donec ipſe reſtituerit vſuras quas ab alijs malè acceperit, vel ſaltem fecerit poſſe ſuum. Eiſdem modis compelluntur hæredes vſurariorum, ſiue ſint filij, ſiue extranei.

In foro autem pœnitentiali indubitanter tenentur, tam vſurarij quàm hæredes, ad ſolidam reſtitutionem omnium vſurarum, quas illicite acceperunt; vel ſaltem poſſe ſuum faciant, & doleant de peccato, & quia non poſſunt plenè reſtituere; & proponant in animo reſtituere, ſi peruenerint ad pinguiorem fortunam, & ſemper pro poſſe nitantur. Ad hoc poſſunt etiam tales contriti, & ſatisfacere non valentes, poſtulare dilationem, vel cauſa eleemoſynæ ſibi remiſſionem fieri ab eo cui tenentur reſtituere, & ſic erunt in ſtatu ſaluandorum, aliter non. Qualiter autem & in quantum teneantur hæredes, & etiam de forma reſtituendi ſimiliter, ſiue ſit ſoluendo ſiue non vſurarius vel hęres eius, require per ſimile *ſupra de rapina.*

Vſurarij in foro conſcientiæ tenentur ad omnimodam reſtitutionem pro poſſe; & ſi nõ poſſint, petere dilationem vel remiſſionem: alias ſi clerici ſint ſunt ſuſpendendi & deponendi.

Si clericus eſt vſurarius, vel hæres vſurarij, & non vult ſatisfacere, ab officio ſuſpendetur, & ſi emendari noluerit, deponetur. *Porro* in foro pœnitentiali procedetur, vt ſupra dictũ eſt, ita tamen quod non de rebus eccleſiæ, quæ ſunt pauperibus deputatę, ſed de ſuis hoc faciat fideliter iuxta poſſe, niſi quatenus de pecunia illa, vel alia qualibet ſua expenderit in vtilitatem eccleſiæ.

Clerici vſurarij ſi alia bona non habent, debent reſtituere de bonis eccleſiæ

V. Videtur Magiſter innuere, quod clericus qui debet aliquid ex maleficio, non poteſt illud ſoluere de bonis eccleſiæ ſuę, quod ego non credo: niſi talis ſit qui bona habeat patrimonialia, aut aliunde quàm de eccleſia acquiſita: Alias credo quod de bonis eccleſiæ ſuæ, id eſt de fructibus quos legitimè percipit de eccleſia ſua, ſe liberare poteſt.

Extra. 5. de vſuris. Alexander 3. Cogendi ſunt vſurarij manifeſti, vel his à quibus extorſerunt, vel eorum hæredibus, vſuras reſtituere, vel his non ſuperſtitibus pauperibus erogare: ſi tamen habent vnde poſſint, alioquin eos nota paupertas excuſat. Filij ad reſtituendas vſuras ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes ſi viuerent cogerentur. Idipſum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

De rebus emptis ex pecunia vſuraria.

CAP. CXV.

Qui dono accepit ab vſurario rem vſuris emptã tenentur illã reſtituere ſi vſurarius nõ ſit alunde ſoluẽdo, ſecus ſi illam accepit ex cauſa non lucratiua & bona fide.

POſſeſſiones verò quæ de vſuris ſunt comparatæ, debent vendi, & eorum prætia his à quibus vſuræ ſunt extortæ reſtitui. *Raymundus.* Pone quod vſurarius emit equum vel prędium de pecunia vſuraria, & donat rem illam alteri; poſtea efficitur non ſoluendo. Quæritur vtrum ille qui ſoluit vſuras, poſſit cum effectu petere rem emptam de vſuris ab ipſo poſſeſſore? & vtrum ille in foro pœnitentiali teneatur reſtituere? Videtur quod non, quia pretium ex re furtiua redactum, non eſt furtiuũ; à ſimili res empta de pecunia vſuraria, non eſt vitio vſuræ ſubiecta. Item quia ſecundum regulam, vitia perſonalia non tranſeunt ad ſucceſſores. *Ego* tamen credo contra, cum Ala. quod iſte poteſt petere, & ille tenetur reſtituere. Expreſsè enim dicit *Decret. hæc. extra. e. cum tu.* Succedit enim hic res loco pretij, ſicut econuerſo alibi.

V. Quod ait, *Tenetur reſtituere*, hoc credo verum eſſe, quando habuit ex lucratiua cauſa rem emptam de pecunia vſuraria: Secus ſi emiſſet, vel ex alia cauſa non lucratiua adeptus eſſet rem bona fide ab vſurario, non credens fortè eum eſſe vſurarium; aut credens rem eſſe emptam non de pecunia vſuraria, aut ipſum vſurarium habere alias vnde poſſet reddere vſuras.

Creditor poteſt quod ſibi debetur ab vſurario vel raptore accipere (eſto non poſſit vſuras vel raptum ſoluere) modo non accipiat rem raptam aut vſurariã in ſpecie, nec crediderit eis in cauſa turpi pecuniã

Sed nunquid vir qui duxit vxorem raptoris, vel vſurarij filiam, poteſt accipere dotem de rebus illis, cum quidquid habet non ſufficiat ad reddendum quod rapuit, vel habuit de vſura? *Reſpondeo:* Licet dos non proueniat ex cauſa lucratiua, ſed recipiatur propter onera matrimonij portanda; ſi tamen maritus ſciens veritatem, aut craſſa ductus ignorantia contraxit cum huiuſmodi filia, non debet recipere dotem de rebus huiuſmodi, de ęquitate canonica; licet de ſubtilitate iuris ciuilis aliter forte poſſet dici. Si autem probabili ignorantia ductus eſt, quia credebat non eſſe vſurarium, vel alias eſſe ſoluendo, poteſt dotem in ſolidum recipere, licet poſtmodum ſciat veritatem.

In creditore autem qui recipit quod ſibi debetur à raptore, vel ab vſurario, non eſt difficultas. Non enim eſt ſimile de marito quantum ad dotem, vt dictum eſt; quia ſocer dando dotem genero efficitur pauperior, niſi quatenus releuatur ab onere alendæ filiæ: Sed debitor non fit pauperior recipiendo mutuum à creditore, vel emptor aut venditor, recipiendo rem vel pretium rei venditæ. *Creditor* autem qui mala fide credidit pecuniam, puta ludenti in alea, vel daturo meretrici, aut hiſtrioni, vel alias dilapidanti bona ſua, non debet huiuſmodi debitum recipere ex rebus prędictis. Similiter nec ille qui ex cauſa lucratiua agit. Cæteri autem omnes quibus debetur ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi, poſſunt recipere quod ſibi debetur ex rebus huiuſmodi, dum tamen rem furtiuam vel raptam aut vſurariam in ipſa ſpecie non recipiant; maximè ſecundum illos qui dicunt quod in vſura non transfertur dominium: Secundum etiam

illos qui dicunt contrarium, credo quod ipsa res vsuraria in specie non debet recipi in solidum; quia debitor qui eam dedit pro vsura, potest eam abducere à creditore si extat: nec posset creditor pro ea aliam ei soluere ipso inuito.

De vsuris contractis circa pignora.

CAP. CXVI.

Quo casu possit creditor vendere pignus defectu solutionis.

CIrca pignora sæpe oritur quæstio talis: Creditor accipit pecuniam, vult omnes fructus perceptos bona fide, deductis expensis, computare in sortem: Sed si quid residuum fuerit de sorte, postulat debitorem compelli ad solutionem. Quæritur vtrum ad hoc cogendus sit debitor, vel non; vel qualiter sit consulendum creditori? *Ad hoc* credo plura auxilia sibi esse parata. Potest enim per actionem personalem petere coram iudice. Item potest alij pignus sibi obligatum impignorare. Item potest vendere pignus, etiam inuito & contradicente debitore, nisi debitum offeratur.

Circa venditionem tamen est adhibenda distinctio, quia aut certa pacta fuerunt inter creditorem & debitorem firmata super venditione pignoris in certo tempore vel loco, vel certæ personæ speciali modo facienda; aut nullo modo facienda; aut nihil super hoc conuenit inter eos. *In primo* casu debet creditor prius notificare debitori, & postea poterit vendere secundum formam conuentam, & non aliter. *In secundo*, videlicet cum pactum fuit appositum ne venderet, etiam tunc non potest vendere, sed debet prius ter denunciare debitori vt soluat; si cessauerit, poterit postea vendere; aliter si ante trinam denunciationem venderet furti teneretur. *In tertio* vero, scilicet cum nihil conuenit, sufficit vna denunciatio, & postea elapso biennio poterit fieri venditio.

Debitor potest cogi per iudicē eccle siasticum vel secularem ad redimendum pignus.

Potest etiam cogi per ecclesiam supradictis modis, si est de foro suo, vel quicunque sit, in modum denunciationis, ratione peccati vel in modum reconuentionis.

V. Quando scilicet creditor trahit debitorem in iudicio super aliqua re coram ecclesiastico iudice; quia tunc debitor conuentus potest creditorem reconuenire coram eo iudice. Bene dicit *ratione peccati*, propter quod ecclesia potest de omnibus causis cognoscere per modum denunciationis, & compellere ad agendam pœnitentiam.

Iudex potest occasionaliter agere de re quæ ad suum forum non spectat.

Raymundus. Et si fortè post inceptam causam vellet debitor desistere, videtur quod ad petitionem creditoris posset eum cogere iudex ecclesiasticus vt responderet ei coram eo, vel satisfaceret. Sæpe enim iudex potest & debet iudicare indirectè, & occasione alterius quæstionis motæ coram eo, de re de qua aliàs non posset.

Adhuc de eodem.

CAP. CXVII.

Creditor potest exigere expensas factas circa rē pignoratā sed & residuum si minus valeat quā debitum; nec tenetur de casu fortuito.

ITem nota, quod creditor potest exigere vel compensare, non solum expensas quas fecit colligendo fructus, sed etiam quas fecit bona fide circa rem pignoratam. *Item* si casu fortuito, vel sine culpa sua res perijt, vel deteriorata est, non tenetur creditor, sed si dolo vel culpa sua tenetur. *Item* si vendito pignore bona fide, creditor minus accepit quàm erat in sorte, potest agere ad residuum. Si vero plus, tenetur restituere debitori.

ITEM nota, quod sicut potest agere debitor contra creditorem, vel econuerso; ita & hæres debitoris contra creditorem, vel contra hæredem eius, & econuerso. Et si forte creditor vel hæres eius rem sibi obligatam alteri impignorauit, vel alio quoque modo in alium transtulit, possessor tenetur computare in sortem non solum fructus quos ipse percepit, sed etiam omnes quos & anteriores perceperant à tempore primi contractus.

Item extra. vbi supra, de vsuris. Alexander tertius in concilio Turo. Nullus constitutus in clero, aliquod genus vsuræ exercere præsumat. Et si quis alicuius possessionem data pecunia sub hac specie in pignus acceperit, si sortem suam, deductis expensis, de fructibus iam percepit, absolutè possessionem restituat debitori. Si vero aliquid minus habet, eo recepto possessio ad dominum reuertatur. Quod si post huiusmodi constitutum in clero quisquam vsurarum lucris insistat, ecclesiastici officij periculum patiatur, nisi fortè ecclesię beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur. *Item* eos qui de possessionibus vel arboribus quas tenere in pignore noscuntur, sortem deductis expensis receperunt, ad eadem pignora restituenda, sine vsurarum exactione, ecclesiastica districtione compellas. *Si* terram titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius sortem recepistis, prædictam terram clerico memorato reddatis; nisi terra ipsa de feudo sit monasterij vestri.

Fructus pignoris sunt in sortem computandi, nisi quādo pignus est de feudo eius cui oppignoratur.

De communitatibus in vsura.

CAP. CXVIII.

Principes qui compellūt ad reddendum vsuras tenētur ad restitutionem, etiamsi nihil inde ad eos peruenerit. Itē quando recipiunt aliquid à Iudais, sciētes illos nihil nisi ex vsuris habere.

Raymundus. Quid de communitatibus quarundam ciuitatum quæ dant pecuniam ad vsuram, maximè in Lombardia, nunquid omnes ciues sunt vsurarij propter hoc, & per consequens in statu damnandorum? *Respondeo* sic, omnes quorum auctoritate fit vel consensu.

V. Quid de regibus & principibus qui compellunt ad reddendum vsuras? *Respondeo* quod tenentur ad restitutionem, etiam si nihil ad eos inde peruenerit. *Quid* de regibus & principibus, qui à Iudæis multa recipiunt, cum tamen sciant eos nihil habere nisi de vsura, & quod bona quæ possident non sufficerent ad restitutionem? *Respondeo*: tenentur ad restitutionem taliter perceptorum, si ex causa lucratiua ea perceperunt. Si autem non ex lucratiua, possunt accipere quod sibi debetur sicut & alij creditores.

Nota quod famuli vsuriorū possunt suam mercedem ab illis accipere, modo nō seruiant nisi in licitis & honestis.

DE seruientibus autem vsuriariorum, credo quod possunt accipere mercedem suam de rebus huiusmodi, si seruiant eis in licitis & honestis, aut necessarijs: quia vtilitas quam consequuntur huiusmodi vsurarij ex operibus huiusmodi seruientium, compensatur cum mercede quam dant seruientibus illis, nec possunt dici pauperiores propter mercedem datam, cum loco mercedis habeāt commodum operarum Si autem in inhonestis aut illicitis, non credo quod debeant recipere mercedem de rebus huiusmodi. Idem etiam iudicandum est de cultoribus prædiorum vsuriariorum, & de aliis mercenarijs eorundem.

Adhuc de eodem.

CAP. CXIX.

Non quauis pars communitatis quæ præstat ad vsurā tenetur ad restitutionem in solidū, sed illa quæ compellit cæteris cōsentientibus pro parte tantum quæ ad ipsos peruenerit obligatis.

RAymundus. Quod autem dictum est de communitatibus pecuniam ad vsuram præstātibus, quod omnes sunt vsurarij, quorum auctoritate vel consensu fit, dico & idem, si collegium aliquod accipit pignus in casu non concesso,

V. Sed nunquid singuli de collegio tenentur in solidum restituere, quod collegium habuit ex vsura? *Respondeo*: Licet vsurarij sint (vt dicit magister) illi quorum auctoritate & consensu talia fiunt, non credo tamen quod tenentur ad restitutionem, nisi quantum ad eos peruenerit de vsura, vel quantum releuati sunt ab expensis quas fecissent de suo, in sustinendis oneribus communitatis, nisi fortè præstiterint auctoritatem compellendo, aut præcipiendo communitati taliter fœnerari, quæ aliàs non esset factura hoc. In hoc casu credo eos teneri in solidum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quid de illo qui conſulit alicui vt fœneretur? *Item* quid de illo qui dat amico ſuo, vel conſanguineo pecuniam, vel commodat gratis vt ex ea fœneretur? *Item* quid de eo qui contrahit ſocietatem cum alio ad fœnus exercendum? *Item* quid de eo qui dat vſurario mutuam pecuniam ad participationem lucri vſurarum? Nunquid in his omnibus caſibus tenentur in ſolidum qui hoc faciunt? an tantum de eo quod ad eos peruenit de vſura? *Reſpondeo* ſecundum quoſdam: Tales qui inducunt alios ad fœnerandum, alias non fœneraturos, tenentur in ſolidum. Si autem aliàs erant fœneraturi, non tenentur niſi quantum ad eos peruenerit. *Ego* credo ſine præiudicio, quod in neutro caſu tenentur, niſi inquantum ad eos peruenerint, hi qui taliter inducunt alios ad fœnerandum: & melior eſt conditio talium in hoc caſu, quàm in rapina vel furto, vbi qui præſtant auctoritatem, tenentur ad reſtitutionem, etiam cum nihil ad eos peruenerit de maleficio. Et hoc ideo, quia rapina vel furtum contra voluntatem domini fit, qui patitur damnum: ſed vſura de voluntate domini peruenit ad creditorem, nec inuenio iura dare actionem debitori contra huiuſmodi inductores, ad repetendum vſuras ab eis, quas ipſi debitores ſoluerunt vſurarijs, vel taliter inductis per alios, cum ad inducentes nihil peruenerit de vſura; ſicut dant iura actionem contra illos, quorum opere vel conſilio vel miniſterio furta fiunt & rapinæ, licet nihil ad eos peruenerit.

Qui inducit alios ad fœnerandū non tenentur ad reſtitutionē, niſi pro parte quæ ad eos peruenerit; nulla enim iura dāt debitori actionem contra iſtos, ideo fortè quia volūtariè dat; cuius contrarium cernitur in rapina & furto.

Vtrum à Chriſtianis liceat Iudæis vſuras exigere.

CAP. CXX.

Raymundus. Item nunquid Iudæus poteſt exigere vſuram à Chriſtianis? aut nunquid Chriſtiani à Iudæis, vel Paganis, vel cæteris hoſtibus fidei Chriſtianę? Ad primum reſpondeo quod peccat Iudæus mortaliter, & ad relaxandas vſuras Chriſtianis poteſt compelli ab eccleſia indirectè, ſcilicet per ſubtractionem communionis Chriſtianorum; vel ſaltem compellendi ſunt à principibus Chriſtianis, & ab eccleſia prædicto modo, vt non exigant immoderatas vſuras.

Iudæus exigendo vſuras à Chriſtianis peccat mortaliter, & poteſt ab eccleſia indirectè compelli illas relaxare, Obiect.

At verò expreſsè videtur ſentire Ambroſius, quod licitè à talibus hoſtibus poſſunt exigere vſuras Chriſtiani. *Gratianus cauſa* 14. *quæſt.* 4. Nam à quo vſuræ exigendæ ſint, Ambroſius teſtatur dicens: Ab illo exige vſuram, cui merito nocere deſideras; cui iure inferuntur arma: Huic legitimè auferuntur vſuræ, quem bello vincere non potes. Ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere; ſine ferro dimicat, qui vſuras flagitat: ergo vbi ius belli, ibi ius vſuræ.

Raymundus. Super hac auctoritate ſunt opiniones variæ. *Dicunt* enim quidam, quod loquitur ſecundum antiqua tempora, quando permiſſum erat Iudæis in lege accipere vſuras ab alienigenis; iuxta illud: *Non fœnerabis fratri tuo, ſed alieno.* Alij intelligunt & exponunt de Iudæo, *ab illo* ſcilicet Iudęo, *vſuram*, id eſt magnam penſionem, &c. *Alij* intelligunt de Paganis & hoſtibus reipublicæ, ſicut litera planè ſonat: talibus enim & apertè, & per inſidias & omnibus modis poſſunt tanquam indignis auferri quæ malè detinent. Secus de Iudæis, quia illi ſerui noſtri ſunt, & parati ſeruire nobis. *Alij* dicunt (quorum opinio communior eſt) quod à nullo homine Chriſtiano, Iudæo, Pagano vel alio licet exigere vſuras. Et exponunt literam negatiuè ſic: *Ab illo exige vſuram, cui tu quicunque ſis merito nocere deſideras*; ſed nulli merito debes deſiderare nocere, ergo à nullo debes vſuras exigere.

Solut. varia.

Iudæi ſunt à principibus compellendi remittere vſuras Chriſtianis.

Extrauaganti quinto de vſuris, Innocentius tertius. Iudæos ad remittendas vſuras Chriſtianis, per principes & poteſtates compelli præcipimus ſeculares. *Idem in generali concilio.* Quanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarum, tanto grauius ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit. Itaque ſtatuimus vt ſi de cætero Iudei à Chriſtianis, graues immoderatasue vſuras extorſerint Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed potius à tanto grauamine Iudæos cohibere.

Vtrum vſuram ab vſurario acceptam teneatur quis ei reſtituere.

CAP. CXXI.

Raymundus. Sed pone quod Chriſtianus accepit vſuras à Iudæo, cui reſtituet? videtur quod iudæo, per ea quæ dicta ſunt ſupra: Ita tamen, ſi ipſe reſtituat omnes vſuras quas accepit: quod niſi velit facere, ſanius Chriſtiano conſulo, quod cum auctoritate eccleſiæ reſtituat nomine Iudæi illis Chriſtianis, à quibus ipſe Iudæus exegerat vſuras, & notificet hoc Iudæo, vt ſciat ſe liberatum ab illis Chriſtianis per iſtius ſolutionem. nec poterit ab eo repeti, cum vtiliter geſſerit negotium ipſius Iudęi; & ideo velit nolit tenetur habere ratum.

Qui accepit vſurā à Iudæa, vel vſurario, tenetur vel eide reſtituere, vel ijs quibus ipſe debet vſuras.

Sed nunquid idem Chriſtiano? *Satis* credo quod ſic. Veruntamen in vtroque ſenſu liberatur iſte Chriſtianus reſtituendo vſuras illi à quo accepit; ſiue iſte ſit Iudæus, ſiue Chriſtianus. Salubrius tamen eſt primò dictum; ſcilicet vt ſoluat illis quibus iſte tenetur; vel deponat pecuniam in æde ſacra, vel alio tuto loco, ſimiliter cum auctoritate eccleſiæ; vt cum iſte ſatisfecerit, recipiat eam. *V.* Hoc inquam eſt ſalubrius, quando factum eſt occultum, & non timent ſcandalum nec periculum taliter ſoluentes. Alias ſufficit quod fiat reſtitutio illi à quo ſunt receptæ vſuræ.

Raymundus. Sed quid ſi ſcitur perſona cui eſt reſtitutio facienda, ſed tamen eſt abſens in remotis partibus, vel neſcitur in quo loco ſit? *Ad* hoc dico, quod cum neſcitur vbi ſit, detur pauperibus cum auctoritate eccleſiæ; ſi autem ſcitur, mittat ei, ſi aliquo modo poteſt fideliter & ſecurè; ſi non poteſt det pauperibus, vt ſupra cum auctoritate eccleſiæ.

Quando pars cui reſtituēdū eſt longè abeſt, ita vt res agi poſſit tranſferri, dandā res eſt pauperibus auctoritate eccleſiæ, vti quando neſcitur.

Guilhelmus. Quod ait *mittat ei*, hoc ſemper eſt cum commodè fieri poteſt: penſandæ ſunt tamen circunſtantiæ, ſcilicet quantitas rei debitæ, & remotio loci, & expenſæ loci quæ fierent mittendo, & paupertas vel diuitię illius cui facienda eſt reſtitutio; quia tam modica poſſet eſſe rei ſumma, & tantæ expenſæ quæ fierent in mittendo; & tam diues ille cui facienda eſt reſtitutio, quod nullo modo deberet velle pro re tam modica proximum tantum grauari; & tunc non oportet quod mittatur; & in talibus ad arbitrium boni viri recurrendum eſt.

Vtrum vſurarius teneatur omnia de vſura acquiſita reſtituere.

CAP. CXXII.

ITem quęro vtrum vſurarius teneatur reſtituere non ſolum pecuniam vſurariam, ſed etiam quidquid cum ipſa lucratus eſt, & fructus perceptos ex re empta de pecunia funebri. Ad hoc dicunt quidam quod ſic, quia quæ ex radice corrupta procedunt corrupta ſunt. *Difficile enim eſt* (vt ait Leo) *vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.* Ambroſius. *Si quis vſuram accepit, rapinam facit.* Et Hieron. *Vſuras quærere, vel fraudare, aut rapere, nihil intereſt.* Sed in rapina & furto videtur ad iſta teneri, ergo & in vſura. Verum quoniam qui nimis emungit, ſanguinem elicit; Dicamus cum alijs, quod teneatur vſurarius reſtituere quidquid vltra ſortem accepit à debitore, occaſione ſortis, pacto præcedente, vel intentione corrupta.

Vſurarius propter vſuras tenetur reſtituere fructus earundē & damna

Guillielmus. Quidquid inquam, ſic recepit à debitore, aut etiam de re debitoris habita per vſuram. Vnde ſi habuit de vſura terram, vel pecus; quidquid de naturalibus fructibus ipſius terræ vel pecoris habuit, & penſionem aut mercedem terræ vel pecoris,

emergentia, non tamen qua ex pecunia vſuraria lucratus eſt per negotiationem, vel emendo prædium, &c.

ſi ea locauit reſtituere tenetur. *Credo* etiam quod reſtituere teneatur ei damna, quæ propter ſolutionem vſuræ paſſus eſt: vt ſi domum ſuam vel prædium oportuit propter hoc diſtrahere viliori pretio quàm valeant, & aliam domum conducere ad vſum ſuum, aut ſi oportuit eum accipere ad vſuram ab alio vſurario, propter vſuras prędictas ſoluendas. *Si autem* ex pecunia vſuraria negotiatus eſt, & lucratus; aut emit inde predium, & fructus percepit; nec lucrum, nec fructus huiuſmodi tenetur reſtituere. Idem etiam credo de lucro habito de re furtiua vel rapta per negotiationem, aut per comparationem redditus vel prædij factam de re huiuſmodi furtiua aut rapta.

Fur & raptor in foro iudicij non poſſunt in reſtitutione deducere expẽſas & operas ſuas, haud ſecus quam vſurarius, quidquid ſit in foro iudicij.

Raymundus. Expenſas tamẽ poteſt deducere, & fortè operas ſuas moderatas: vt in his etiam agatur cum eo mitius quàm cum fure vel raptore. *Guilhelmus.* Quia fur & raptor non deducunt expenſas, nec operas ſuas; quod tamen intelligo, ſi agatur in forma iudicij; in foro autem pœnitentiali non credo hunc rigorem eſſe ſeruandum: iniquum enim eſſet aliquem locupletari cum damno alterius, poſtquam ei plenè ſatisfactum eſſet de damno.

Ray. Conſulo autem vt ſatisfacto de vſuris, petatur venia ad cautelam de debitore, quia fortè pręter prædicta eſſet ei aliquid vltra reſtituendum. *In ſumma* nota quod vxor vſurarij & familię debent procedere ſicut vxor & familia raptoris: *Require ſupra capitulo de rapina. Guilhelmus.* Intellige de familia non mercenaria; de mercenarijs enim locantibus operas ſuas, tene quod dictum eſt ſupra, ſcilicet quod poſſunt accipere quod ſibi debetur, de rebus vſurarij.

Vtrum ſub alieno nomine liceat vſuras accipere.

CAP. CXXIII.

Famuli vſuriariorum nõ tenentur ad reſtitutionẽ, quia licet ipſi non iuuarent alij vellent; vel ſaltem ipſe dominus per ſe faceret; aliud eſt de tutoribus & curatoribus, quia ſine iſtis pupilli non facerent.

Raymundus. Item nota, quod ſicut prohibetur aliquis accipere vſuras nomine ſuo, ita & alieno. *Guilhelmus.* Quid de ſeruientibus vſuriarorum, qui numerant pecuniam pro dominis ſuis ad vſuram, & vſuras accipiunt ad opus eorum, & de mandato eorum, nunquid tenentur ad reſtitutionem, cum nihil ad eos inde peruenerit? *Reſpondeo*: Non credo quod teneantur, pręſertim ſi ijdem vſurarij per ſeipſos, vel per alios miniſtros huiuſmodi vſuras exercerent, quamuis non per iſtos.

Raymundus. Denique ſi quis vſuras accepit alieno nomine, ſiue ſit tutor, ſiue curator, vel quicunque alius tenetur ad reſtitutionem, ſi ille cuius nomine accepit, vel non eſt ſoluendo, vel non vult reſtituere: Nam & facientes & conſentientes par pœna conſtringit.

Guilhelmus. De tutore & curatore, pro eo quod pręſtant auctoritatem talibus contractibus; & illi quorum tutelam gerunt vel curant, per ſe non eſſent talia facturi, poteſt concedi quod dicit magiſter. De alijs autem qui nudum præbent miniſterium, dic ſicut dictum eſt de ſeruientibus vſuriariorum.

De repetendis vſuris.

CAP. CXXIV.

Si quis iurauit vſurario quod nõ vult

Raymundus. Patet ex præmiſſis quod debitor non tenetur ſoluere vſuras, & ſi ſoluit poteſt repetere. Sed quid ſi iurauit ſe ſoluturum, nunquid tenetur ſoluere? Dic quod poteſt ſi vult debitor denunciare eccleſiæ, vt compellat ipſum vſurarium per cenſuram eccleſiaſticam ad relaxandum ipſum iuramentum. Si per hanc viam non vult procedere, debet perſoluere, vt ſatisfaciat Deo & iuramento, & poſtea poterit repetere. *Quid* ſi iurauit quod ſolueret vſuras, & non peteret? Dico quod nõ repeteret directè propter vim iuramenti, ſed indirectè bene repetet, ſcilicet denunciando eccleſiæ crimen illius, vt compellatur ad pœnitentiam, quam non poteſt agere niſi reſtituat: *Si vero* iurauerit etiam quod non denunciaret, non tenet in hac parte iuramentum, cum ſit illicitum, vt puta contra ſalutem proximi: vnde non obſtante iuramento poteſt procedere in modum denunciationis, & ita occurritur fraudibus vſuriariorum.

repetere vſuras nec denunciare, non valebit iuramẽtũ quoad poſteriorem partem, quia eſt contra ſalutẽ proximi

Extra. 2. de iureiuran. Gregorius tertius. Mandamus quatenus creditores ad iuramenta, ſuper vſuris ſibi ſoluendis præſtita, relaxanda, eccleſiaſtica diſtrictione cogatis. *Alexander tertius. Vigilian. epiſcopo.* Debitores, ad ſoluendas vſuras in quibus ſe obligauerant, cogi non debent; ſi vero de ipſorum ſolutione iurauerint, cogendi ſunt domino reddere iuramentum; & cum vſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas, ſunt eccleſiaſtica ſeueritate, ſi neceſſe fuerit, compellendi.

Qui iurant ſe velle ſoluere vſuras & non repetere, debent ſtare iuramento; ſed poſſunt denunciare eccleſiæ, quæ coget vſurarium reſtituere.

Innocen. tertius. Cum I. & G. Petro vſuras non modicas perſoluiſſent, iuramento firmauerunt, quod nec per ſe, nec alium, prædictas vſuras repeterent, nec apud eccleſiaſticum iudicem, ſeu etiam ſecularem, ſuper his deponerent quæſtionem. cumque creditor condiderat teſtamentum, ſuis præcepit hæredibus, vt omnibus qui probarent ſe dediſſe vſuras, eidem ipſas reſtituere procurarent. Vnde prædicti I. & G. vſuras repetere non attentarunt propter huiuſmodi iuramentum; & hæredes prædicti Petri eis negligunt ſatisfacere de vſuris: Man. qua. ſub pœna excommunicationis publice in eccleſia proponi facias, vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerint veritatem, procedant ad teſtimonium proferendum. & ſi per dicta teſtium, vel alia documenta tibi conſtiterit de præmiſſis, hæredes illius vt vſuras quas à prędictis pater eorum accepit, reſtituant vniuerſas, eccle. cen. compellas.

Extra. de vſuris. Innocen. tertius. Iudæos ad remittendas Chriſtianis vſuras, per principes & poteſtates compelli præcipimus ſeculares. *Item in gene. conc.* Quanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarum, tanto grauius ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit. Itaque ſtatuimus, vt ſi de cætero Iudæi à Chriſtianis, graues immoderataſue vſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non Chriſtianis infeſti, ſed potius à tanto grauamine ſtudeant Iudęos cohibere.

De negotijs ſæcularibus licitis & illicitis.

CAP. CXXV.

Negotia ſecularia quædam ſunt inhoneſta ex ſui natura, quædam ex circunſtãtijs.

Raymundus. Dicto de vſuris, ſubijciamus tractatum de ſecularibus negotijs, quorum quædam inhoneſta ſunt ſui natura, ſicut omnia quæ ſine peccato exerceri non poſſunt, vt contractus vſurarum, ſimoniæ, & ſimiles. Iſta omnibus ſunt prohibita indiſtinctè, tam clericis quàm laicis, cuiuſcunque ſexus ſint, vel conditionis, vel ætatis, dummodo ſint doli capaces. *Alia* non ſunt inhoneſta ſui natura, ſed ex cauſa, vel ex tẽpore, vel ex perſona, vel ex loco; vt emptio, venditio, locatio, conductio, & ſimiles contractus; ſimiliter & quaſi contractus, vt tutela, cura, negotiorum geſt. iudicium, & ſimilia. Et breuiter in hoc concluditur omniũ exercitia artium mechanicarum, vt artis textoriæ, ſutoriæ, & ſimilium quæ neceſſariæ ſunt vſui humano. *Ex cauſa* ſunt hæc inhoneſta, quando fiunt cũ intentione corrupta, videlicet propter cupiditatem, vel alium malum finem; & ſecundum hoc prohibita ſunt omnibus indifferenter, primo in decalogo. *Non concupiſces rem proximi tui.*

Inhoneſta ex cauſa.

Guillielmus. Hic appellatur cupiditas, improba voluntas habendi diuitias temporales, non ad vſum neceſſarium, aut vtilitatem, ſed ad curioſitatem, vt ſcilicet animus delectetur in talibus, ſicut delectatur pica vel

Quid cupiditas.

cornicula

cornicula in nummis, quos repertos abſcondit.

Raymundus. Porro ex cauſa ſunt hæc honeſta, quando fiunt cum recta intentione, videlicet vt poſſit de ſuo labore quis ſibi & ſuæ familiæ in neceſſarijs prouidere. Item vt poſſit hoſpitalitatem tenere, ac cætera miſericordiæ opera exercere. *Ex tempore* ſunt hæc inhoneſta, ſi fiant feſtiuo & feriato. Similiter & iudicia ſi exerceantur in tenebris, quia qui male agit odit lucem. *Ex loco* dicuntur inhoneſta; quando in lupanari, vel alio loco vili vel inhoneſto talia tractantur, & maxime ſi iudicia in talibus locis tractentur. Item quando locus eſt ſolitarius, vel aliter ſuſpectus. In talibus enim latibulis ſolent committi adulteria, & doceri hæreticę prauitates, & ſimilia. Dicuntur etiam inhoneſta ex loco propter ipſius excellentiam, puta quando in eccleſia talia fiunt, quę teſte veritate *non debet eſſe domus negotiationis, ſed orationis.*

Inhoneſta ex tempore.

Inhoneſta ex loco.

De illis quæ prohibita ſunt Clericis vel Religioſis.

CAP. CXXVI.

EX *perſona* verò ſunt hæc inhoneſta, quando clerici ſunt vel religioſæ perſonæ qui huiuſmodi exercent, talibus enim regulariter ſunt prohibita hæc negotia. Apoſtolus. *Nemo militans Deo*, &c. Item Pſalmus. *Quoniam non cognoui negotiationes.*

Extra. tertio, *Ne clerici vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant. Ex concilio Magunt.* Multa ſunt negotia ſecularia, de quibus pauca perſtringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia: quidquid plus iuſto appetit homo, turpe lucrum eſt. Munera iniuſta accipere, vel etiam dare pro quolibet ſeculari quæſtu. Pretio aliquem conducere: contentiones, lites vel rixas amare. In placitis ſecularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum vel viduarum. Conductores vel procuratores eſſe rerum ſecularium. Turpis verbi vel facti eſſe ioculatorem, vel iocum ſecularem diligere. Aleas amare. Ornamentum inconueniens propoſito ſuo quærere. Viuere in delitijs. Gulam & ebrietatem ſequi. Pondera iniuſta vel menſuras habere. Negotium iniuſtum exercere. Nec tamen iuſtum negotium interdicendum eſt, propter neceſſitates diuerſas; quia legimus ſanctos Apoſtolos negotiatos fuiſſe; & in regula B. Benedicti prȩcipitur prouideri, per quorum manus negotia monaſterij procurentur. Canes vel aues ſequiad venandum, & omnibus quibuſlibet cauſis ſuperfluis intereſſe. Ecce talia & his ſimilia miniſtris altaris domini, nec non & monachis omnino interdicimus; de quibus ait Apoſtolus: *Nemo militans Deo implicat ſe ſecularibus negotijs* &c.

Negotia ſecularia quæ clericis & monachis interdicuntur

Alexand. tertius. Prohibemus ne cauſa lucri, monachi vel clerici negotientur; & ne monachi à clericis vel à laicis ſuo nomine firmas habeant, neque laici eccleſias ad firmas teneant.

Clericis & monachis interdicitur negotiatio cauſa lucri.

De Caſibus in quibus eis permiſſa ſunt.

CAP. CXXVII.

Raymundus. Caſus tamen ſunt quatuor in quibus clerici poſſunt huiuſmodi negotia tractare. *Primus*, quia ſi habent adminiſtrationes, poſſunt ventilare cauſas & iudicare inter ſubditos, præſertim inter clericos & ruſticos ſuos. Quidã tamen non admittunt hoc, quod poſſit inter laicos cognoſcere iudex eccleſiaſticus. *Secundus* caſus eſt, cum iudex ſecularis negligit facere iuſtitiam de ſubditis ſuis, tunc enim poteſt iudex eccleſiaſticus compellere illum per ſententiam excommunicationis ad tenendam iuſtitiam, vel ſupplere defectum eius: hoc tamen non intelligas de cauſis ſanguinis, quia illæ penitus ſunt clericis interdictæ. *Tertius* caſus eſt, quia clerici monachi & aliæ eccleſiaſticę perſonę tenentur ſuſcipere tutelam miſerabilium perſonarum: & hoc eſt priuilegium clericorum, quod poſſunt alicui ſuccedere abinteſtato, cuius tutelam vel curam ſuſcipere non tenentur: In laicis autem ſecus eſt. *Guilelmus.* Quia laici tenentur eorum tutelam ſuſcipere, quibus debent ab inteſtato ſuccedere.

Quatuor caſus in quibus clerici poſſũt tractare ſecularia negotia.

1
2
3

Raymundus. Epiſcopi vel monachi videtur quod non poſſunt etiam ſi velint ſuſcipere legitimam tutelam. *Authen. de ſanctiſ. epiſcopis, §. ideo amabiles.* Vel dic quod illi authentico derogatur per canonem illum, *peruenit. diſtinct. 86.* Vbi dicitur quod monachi poſſint de licentia Abbatis huiuſmodi tutelas ſuſcipere, alias non: tutelam tamen teſtamentariam vel datiuam, nullo modo poſſunt recipere; & ita poſſunt intelligi iura contraria. Quod autem dixi de monachis, intelligo & de canonicis regularibus, & aliis perſonis religioſis.

Religioſi deſcẽtia ſint Abbates poſſunt ſuſcipere tutelam legitimam, ſed nõ teſtamentariam, nec datiuam.

Guilliel. Nota quod tutela durat vſque ad decimum quartum annum pupilli, & inde incipit cura durans vſque ad vigeſimum quintum. Nota quod triplex eſt tutela. Teſtamentaria, quando pater in teſtamento dat tutorem filio ſuo. Item legitima, quæ defertur à lege, ſecundum quam, cum nullus datus eſt tutor in teſtamento ſuo, qui primo loco debet ei ſuccedere ab inteſtato, tenetur ſuſcipere tutelam huius. Item datiua, quæ datur à iudice, quando nullo tutore dato in teſtamento, & nullis exiſtentibus conſanguineis vel idoneis, de officio ſuo dat tutorem.

RAYMVNDVS. *Quartus* caſus eſt, ſi clericus indigeat, tunc enim poteſt recipere poſſeſſiones excolendas ad firmam, ſiue conducere, vel etiam artificio ſuo honeſto acquirere ſibi victum, dum tamen occaſione huiuſmodi poſſeſſionis, vel artificij, non deſit diuinis obſequijs. *Item* quod dictum eſt ſupra, quod non licet clerico emere vilius, vt vendat carius; ita intelligas, ſi eius intentio eſt vt vendat carius in eadem forma, ſed vt vendat carius mutata forma bene poteſt. Puta emit tabulas vt faceret ſcrinium, vel chartas vt ſcriberet libros, vel linum vt faceret retia, & ſimilia. Poteſt etiam pullum emere, & illum educatum & opera ſua melioratum, carius vendere, quia talis quæſtus ex artificio intelligitur prouenire.

4

Clericus in neceſſitate poteſt ſibi ex honeſto artificio victum comparare.

Guilh. Nunquid poſſunt oues tradere ad crementum? Reſpondeo ſi habeant eas de decimis ſuis, vel de ſucceſſione parentum, vel aliunde ſibi datas, poſſunt; dũ tamen in illo contractu, ſiue ſit ſocietatis, ſiue locationis & conductionis caueant à conditionibus & pactis illicitis. Si etiam habeant multa paſcua, & emant pecora vt paſcantur ibi, ſi hoc faciant ad neceſſariam ſuſtentationem ſuam & ſuorum, & alimentum pauperum, non credo quod peccent. Si autem huiuſmodi pecora emant ad hoc vt tradant ad crementum, vel vt aliquid agant in fraudem negotiationis, illicitum eſt.

Clerici poſſunt oues ſibi datas dare ad crementũ, vel emere pecora, vt cõedant ſua paſcua, modo nil fiat in fraudem negotiationis.

Da publicis officijs quę eis interdicta ſunt.

CAP. CXXVIII.

RAYMVNDVS. Hæc etiam diligenter nota, quod officium tabellionatus eſt clericis in ſacris ordinibus conſtitutis penitus interdictum interdictum; & ad illud dimittendum ſi habeant, ſunt per ſubtractionem beneficij, appellatione poſtpoſita, compellendi. Idem dico, ſi ſint in minoribus ordinibus, & habent beneficia ſufficientia.

Clerici in maioribus nõ poſſunt exercere officium tabellionatus nec in minoribus ſi habeant ſufficientia beneficia.

Guilhelmus. Tabellio eſt publica perſona, habens officium ſcribendi inſtrumenta confecta ſuper contractibus aut aliis rebus, ad faciendam fidem ſuper eiſdem.

Extra. 3. ne clerici vel monachi ſe neg. ſæcul. im. Greg. Papa. Sacerdotibus & clericis tuis denuncies publicè; ne miniſtri laicorũ fiant, nec in rebus eorũ procuratores exiſtant: quod ſi poſtmodum facere præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraudẽ, indignum eſt eis ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in eccleſia generari ſcanda-

Clerici non poſſunt eſſe miniſtri aut procuratores laicorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ri ſcandalum. *Alexan. tertius in concil. Lateranen.* Sed nec procurationes villarum, vt iuriſdictiones ſeculares, ſub aliquibus principibus & ſecularibus viris, vt iuſtitiarius eorum fiat, clericorum quiſquam exercere præſumat.

Clerici non debent interesse vbi exercetur vindicta ſanguinis nec ſuper hoc epiſtolam aliquam conficere, &c.

Idem Cantuarien. epiſcopo. ex Tol. concilio. Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, iudicium ſanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per ſe truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. quod ſi quis tale fecerit, honore priuetur, & loco, *Innocentius tertius: In concil. generali.* Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet, aut proferat; ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut vbi exerceatur, interſit: nec quiſquam clericus literas dictet aut ſcribat, pro vindicta ſanguinis deſtinandas, nec vllam chyrurgiæ artem exerceat, quæ aduſtionem & inciſionem inducat.

Pœna clericorum delinquentium in ſupradictis, ſi moniti ab epiſcopo non ceſſauerint, eſt depoſitio & priuatio priuilegij clericalis.

Raymundus. Pœna illorum qui contra formam prædictam ſecularibus negotijs ſe immiſcent, eſt depoſitio, ſi fuerint clerici & incorrigibiles. Item ſi fuerint præmoniti ab epiſcopo & non ceſſauerint, priuantur priuilegio clericali. Et ſic poteſt intelligi illud *extra. ne cle. vel mona. capitulo ſecundo.* Ita tamen quod religioſi in talibus diſtrictius quam clerici puniãtur. In foro autem pœnitentiali debet eis iniungi, vt quicquid contra formam prędictam lucrati ſunt, ſtudeãt diſpendere in vſus pauperum. *Guilelm.* De conſilio credo hoc verum eſſe, non de neceſſitate, ſi huiuſmodi perſonę indigeant, aut grauentur huiuſmodi erogatione.

De Negotijs vel officijs laicorum qui mendacijs abundant.

CAP. CXXIX.

Raymundus. Quid faciet iudex pœnitentialis de mercatoribus, pelliparijs, & ſimilibus; qui de longa, non dico conſuetudine, ſed corruptela, nec emere ſciunt, nec vendere, abſque mendacijs & iuramentis incautis, nec non & interdum periurijs: & breuiter mentiuntur ſimplicibus rem vilem vel corruptam pretioſam eſſe; & in hunc modum exercent pro magna parte, quicquid doli & fraudis excogitari poteſt.

Mercatores qui ſcienter peierant aut mentiuntur cauſa decipiendi proximum, peccãt mortaliter, & tenẽtur ad reſtitutionẽ, ſecus ſi mentiantur vt ſe ſeruent indẽnes ſine nocumento proximi.

Ad hoc dico, quod quoties quis ſcienter & cauſa decipiendi proximum, peierat vel mentitur, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem (inquantum decepit proximum) illi eidem decepto faciendam, ſi ſcit vel poteſt, vel hæredi eius; vel ſi neſcit perſonam, vel non poteſt, procedat vt dixi ſupra de vſuris.

Si autem ignoranter dicit falſum, credens ſe dicere verum; vel etiam ſcienter, ſed intendit & ſcit per mendacium illud ſibi prodeſſe, vt ſic ſe ſeruet indemnẽ; & proximo non obeſſe, quia non decipit eum in re, vnã pro alia vendendo, nec in valore rei, quia non vendit ei vltra debitum valorem, tale mendacium poteſt dici veniale. *Si vero* iurat vel peierat, dicas eum peccare mortaliter vel venialiter, ſecundum diſt. poſitam *ſupra de iuramento & periurio. Item* debent tales etiam præter reſtitutionem induci ad largas eleemoſynas faciendas pro animabus illorum, de quorum iure, licet ignoranter, aliqua habuerunt. Quædam enim ſunt, quę vix poſſunt fieri ſine aliquo peccato, vt cura rei familiaris, militia, mercatio, procuratio, adminiſtratio.

Difficile eſt in negotiatione nõ peccare.

De pœnitentia. diſtinctione 5. Leo Papa. Pœnitenti vtilius eſt diſpendia pati, quam periculis negotiationis aſtringi: quia difficile eſt inter mentis vendentiſque commercium, non interuenire peccatum. *Item.* Contrarium eſt omnino eccleſiaſticis regulis, poſt pœnitentiæ actionem, redire ad militiam ſecularem, cum Apoſtolus dicat. *Nemo militans Deo, implicat ſe ſecularibus negotiis:* vnde non eſt liber à laqueis diaboli, qui ſe militiæ mundanæ voluerit implicare.

Item Gregorius in Homilia vigeſimaquarta. Negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc vel poſt conuerſionem culpa repetere non fuit. Sunt enim pleraque negotia, quæ ſine peccatis exhibere, aut vix aut nullatenus poſſunt. Quę ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt vt poſt conuerſionem animus non recurrat. *Raym.* Itaque debet pœnitentialis dirigere cautè ac diligenter intentiones talium, vt recto fine laborent, & exerceant officia ſua.

Mercatores poſſunt accipere moderatum lucrum ad arbitrium boni viri.

Guilielmus. Licet autem negotiatio ſine peccato vix poſſit eſſe, tamen mercatores cum laborant pro omnibus, & quaſi commune gerant negotium, portando & reportando merces ad nundinas, ne teneantur ſuis ſtipendijs militare, poſſunt de eiſdem mercibus moderatum lucrum accipere, quod ad arbitrium boni viri limitandum eſt; quia non eſt determinatum quantum in ſingulis ſolidis aut libris aut marchis, accipere liceat de lucro.

De His qui merces periculoſas vel noxias vendunt.

CAP. CXXX.

Raymundus. Sed quid de illis qui faciunt vel vendunt gladios, quadrillos, ſagittas, baliſtas, & ſimilia, quibus homines occiduntur? *Item* quid de illis qui faciunt vel vendunt venenum vel toxicum? *Item* quid de illis qui faciunt ſotulares pictos, aurifriſia, & ſimilia, quæ non deferuntur ad neceſſitatem, vel ad vſum; ſed ad vanam gloriam, vel abuſum?

Qui faciunt aut vendunt res noxias praua intentione peccant mortaliter, vti & illi qui vendunt res quarum vſus vnicus eſt mortaliter malus; ſecus in alijs, niſi quis ſciat emptorẽ habere prauam intentionem.

Reſpondeo: In his & ſimilibus ſemper eſt intentio requirenda, quia corrupta intentio, puta ſi propter hoc facerent vel venderent, vt homines haberent talia ad abuſum, vel ſi ſcienter donent vel vendunt alicui, quem ſciant vel credant talibus abuſurum, talis iniqua intentio eſt mortale peccatum, & grauiſſimum; & omnia peccata quæ poſtea occaſione rerum illarum ab alijs perpetrantur, ſibi imputantur; & rei ſunt apud Deum omnium animarum quæ proprerea pereunt.

Si vero dicat ſe habuiſſe bonam intentionem, quia credebat alium emere propter aliquem licitum vſum, vel habens indifferentem, nihil ſuper hoc cogitabat; vel ignorabat quod eſſet illicitum talia facere vel vendere: *In omnibus* iſtis diſtinguo; *quia aut* illæ res tales ſunt, quę ad humanum vſum poſſunt eſſe vtiles, ſicut arma in bello iuſto, cultellus ad incidendum panẽm, vel aurifriſium ad ornamenta eccleſiaſtica; vel etiam quædam venena, quæ à medicis apponuntur in quibuſdam confectionibus ad ſanandum ęgrotos. *Aut tales* quæ ad nullum vſum vtiles ſint, niſi ad peccandum, ſicut quædam venena mortifera; aut ad nullum bonum vſum vtilia, vt ſuturæ ſuperfluæ ac ſumptuoſæ camiſiarum, quas præcipue faciunt Hiſpani, dantes pro ſutura vnius camiſiæ plus in triplum vel quadruplum quam valeat tota camiſia, & ſimilia.

In primo caſu non dico ipſum peccare, dum tamen non habeat intentionem corruptam, vt dictum eſt, niſi forte ex qualitate perſonæ vel temporis cognoſceret, vel probabiliter dictaret ſibi conſcientia, quòd non quæreret rem niſi ad malum perpetrandum: tunc enim non debet ſibi vendere contra talem conſcientiam.

In ſecundo vero caſu peccat faciendo, tenendo, vendendo, vel alias alienando tales res. Arguitur de libello famoſo, quem non debet aliquis oſtendere, ſed deſtruere; alias peccat grauiter. Et de talibus poteſt intelligi illud generale, *Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.*

Non videtur illicitum facere taxillos, &c. ob honeſtam recreationem.

Guilh. Quid de factoribus taxillorum, ſchacorum, ſchacariorum, & alearum; & de facientibus ſerta de floribus, & maximè in diebus feſtis: Nunquid omnes tales ſunt in ſtatu ſaluandorum, cum talia non videãtur vtilia ad aliquem bonum vſum, ſed tantum incẽtiua ad peccandum? Reſpondeo: cum H. notauerit 25. *di. epi-*

ſcopus

ſcopus; Quod ludere ad taxillos & ſchacos eſt mortale peccatum, (licet laicis hoc durum videatur) ſi indiſtinctè intelligatur, non videtur eſſe ſecurum de talibus artificiis viuere, quorum vſus vt frequentius eſt ad malum, licet aliquando ludatur ad aleam ad recreationem, & ad remedium triſtitiæ, vel noxiarum cogitationum. In talibus ergo ad intentionem recurrendum eſt, vt ex hac radice iudicetur de fructu, id eſt de artificio & vſu. Illos autem qui faciunt ſerta de floribus diebus dominicis & diebus feſtiuis, non credo eſſe excuſabiles, quia prꝛter periculum, quod de facili poteſt contingere ex abuſu huiuſmodi ſertorum, quæ ſunt incitamenta luxuriæ, & laſciuiꝛ ſigna, licet ad confortationem naturæ talia quandoque valeant; violatur etiam obſeruantia diei ſacræ.

Facere ſerta diebus feſtis eſt contra obſeruantiam diei feſti.

Vtrum de illicitè acquiſitis poſsit fieri eleemoſyna.

CAP CXXXI.

Raymundus. Quæritur vtrum de illicitè acquiſitis poſſit aliquo modo fieri eleemoſyna. Ad hoc dicunt quidam generaliter quod non, nec de vſura, nec de rapina, vel furto, nec de ſimonia, nec de hiſtrionatu, nec de meritricio, nec de alea, nec de alio ſimili. Fundant iſti opinionem ſuam ſuper illa auctoritate. *Honora Dominum de tuis laboribus.* Item in Deuteronomio. *Non accipies mercedem proſtibuli.* Item Grego. *Non eſt putanda eleemoſyna, etiam ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus acquiritur.* *Alii*, quibus aſſentio, ponunt diſtinctionem trimembrem, videlicet quòd in illicitè acquiſitis aliquando non tranſfertur dominium in accipientem, vt ſin rapina & furto. Aliquando transfertur, ſed illi qui dedit competit repetitio, vt in vſura, &c.

In illicitè acquiſitis, vbi vel non tranſfertur dominium vt in furto, vel tranſfertur cum obligatione reſtituendi vt in vſura & ſimonia non poteſt fieri eleemoſyna: ſecus ſi trãſferatur ſine obligatione reſtituẽdi, vt in meretricio

Guilh. H. tamen notauit quod in his non transfertur dominium: Et nota quod ait magiſter. *Quid* ſi non illi à quo datum eſt competit repetitio eius quod turpiter dedit, ſed fiſco; nunquid poteſt fieri de his eleemoſyna ab illo qui recepit, aut reſtituere debet fiſco? *Reſpondeo:* In talibus in quibus non transfertur dominium in accipientem, ſi agatur in forma iudicii, facienda eſt fiſco reſtitutio, vel alij, ſi alii competit; vt quando aliquis dat pecuniam alii, propter mouendam calumniam tertio, competit reſtitutio illi tertio in cuius præiudicium data eſt.

Nota.

In foro autem pœnitentiali credo quod talia turpiter habita poſſunt dari pauperibus: talia enim quæ extorquentur à turpiter accipientibus per fiſcum, vel per alias priuatas perſonas, in pœnam taliter accipientium, non debentur illis, nec illi quæ acceperunt tenentur ſoluere, niſi cum agitur circa eos in forma iudicij. vnde qui furtum fecit, aut aliquid rapuit, non compellitur in foro pœnitentiali ſoluere duplum vel quadruplum quod ſtatutum eſt pro pœna, ſed tantum ſimplum. *Si autem* caſus eſſet in quo non transfertur dominium in accipientem, ſed ipſo iure acquiritur dominium fiſco, vel alii, illis facienda eſſet reſtitutio, etiam in foro pœnitentiali: & idem quando expreſſum eſt in foro Pœnitentiali, quod facienda eſt reſtitutio alicui certę perſonæ, vel eccleſię; ſicut cautum eſt de pecunia ſimoniace acquiſita, quod ſit reſtituenda eccleſiæ.

Hoc intelligendum eſt ſecundum prædicta.

Rai. In primo mẽbro, cum ſcilicet non transfertur dominium, & in ſecundo, ſcilicet cum transfertur dominium, ſed competit repetitio, non poteſt fieri eleemoſyna, ſed debet reſtitui iuxta formam poſitam ſupra in titulis ſpecialibus. In tertio caſu, ſcilicet cum transfertur dominium, & non competit repetitio, licite poteſt & debet fieri eleemoſyna.

Gratianus. Cauſa. 14. q. 5. Quod vero eleemoſynæ non ſint faciendæ ex fœnore, vel vſuris, vel ex quolibet malo acquiſito, *Auguſtinus* teſtatur in libro de verbis domini, tractatu 25. *Nolite velle eleemoſynas facere de fœnore & vſuris. Item Ambro.* in libro de officiis. *Denique ſi non poteſt alteri ſubueniri, niſi alter lędatur, commodius eſt neutrum iuuari, quam grauari alterum.*

Auguſtinus ſcribit econtra. *Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum; qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo.* Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit quod illicitè abſtulit. Nomine etiam mali, cura & ſolicitudo mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit, qui pauperibus diſpenſat, quod labore & ſolicitudine acquiſiuit: iuxta illud Euangelii: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi cauſa poſſidetur, veluti cum Mathematicus ex arte quam docet, vel ex futuris quæ prænunciat, nonnulla lucratur. Quæ vero ſic de malo acquiruntur, in bonum poſſunt conuerti. De peccato etiam uonnunquam aliqua acquiruntur, quæ pauperibus iuſtè erogantur.

Solut. obiect.

Extra. 5. de vſuris. Alexan. 3. Cum ſacra ſcriptura prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur.

Vtrum monachis liceat eleemoſynam dare.

CAP. CXXXII.

Raymundus. Quęritur vtrum monachus, vel alia religioſa perſona poſſit facere eleemoſynam? Videtur quod non, quia nihil habet, nec etiam voluntatem. Nec Papa poſſet facere quod monachus haberet propriũ. Diſtingue tamẽ, quia aut habet adminiſtrationem, aut non. In primo caſu poteſt & debet facere; immo quicquid ſupereſt in neceſſitatibus, in cauſis piis eſt erogandum, Domino & magiſtro dicente omnibus: *Quod ſupereſt date eleemoſynam* &c. *Guilh.* Hoc intellige niſi ſit talis adminiſtratio de qua ſtatutum ſit, quicquid ſupereſt neceſſitatibus, refundatur in vſus communes, vel in aliquem vſum ſpecialem.

Monachus habens adminiſtrationem poteſt facere eleemoſynam, aliàs non citra extremã neceſſitatẽ, ſine licentia Abbatis. ſaltem implicita.

Ray. In 2. caſu credo quòd non poteſt, niſi de mãdato prælati. Monachus enim non poteſt tractare etiam vtilitates monaſterii ſui, niſi de præcepto abbatis. *Sed* quid ſi videat aliquem indigere ad mortem? In hoc caſu ſi non habet prælatum præſentem à quo petat licẽtiam, credo quòd debeat dare. Nam in tali caſu omnia ſunt communia. *Quid* ſi petit licentiam ab abbate, & abbas expreſſe prohibeat: videtur quòd non poſſit dare, quia etiam à bono debet ceſſare, propter bonum obedientiæ? Credo tamen contrarium, quia tali prꝛcepto, quod directè eſt contra præceptum domini non eſt obediendum; quamuis ſi eſſet indifferens, deberet abſtinere propter bonum obedientiæ. Vnde Greg. *Sciendum eſt quod propter obedientiam malum nunquam debet fieri, aliquando autem debet propter obedientiam, bonum quod agitur intermitti.*

Nota quod monachus extra monaſteriũ degens cenſetur habere licentiã adminiſtrãdi ſua.

Quid ſi monachus de præcepto abbatis vadit Romam, vel eſt in ſcholis, nunquid ibi poteſt facere eleemoſynam? Credo quod ſic, nam eo ipſo quòd prælatus dedit ei licentiam ſtandi in ſcholis, vel eundi Romam, intelligitur ei conceſſiſſe licentiam faciendi ea quæ honeſti ſcholares & Romipetę, ſiue itinerantes ſolent facere, preſertim etiam, quia debet ſe conformare illis inter quos viuit

Vtrum vxor poßit dare eleemoſynam ſine licentia.

CAP. CXXXIII.

QVid de vxore, nunquid poteſt facere eleemoſynam ſine mandato vel licentia viri? Videtur quod non, quia expreſſe dicit canon, quod cum ſcandalo viri non debet facere. *Guilh.* Ibi dicit Auguſtinus cuidam coniugatæ. Nil de tua veſte, nil de tuo auro, vel argẽto, vel quacunque pecunia, vel rebus vllis terrenis tuis, ſine arbitrio viri tui facere debuiſti.

Item Auguſtinus. Viris fœminas ſubditas, & penè famulas lex eſſe voluit vxores. *Hiero.* Quæcunque vxor

non

non ſubiicitur viro, id eſt capiti ſuo, eiuſdem criminis rea eſt cuius & vir, ſi non ſuo capiti ſubiiciatur, id eſt Chriſto.

Vxor de paraphernalibus ſi habeat poteſt facere eleemoſynã inuito marito, alias non.

Raymun. Ad hoc dico, quod ſi vxor habet res paraphernales, id eſt proprias præter dotem, ſic dictas à *para*, quod eſt iuxta, & *ferna*, quod eſt dos, quaſi iuxta dotem, poteſt de illis etiam inuito viro facere eleemoſynam. *Guilh.* Hoc intelligas tenendum eſſe in illis regionibus, in quibus huiuſmodi paraphernalia de conſuetudine locum habent. In quibuſdam autem locum non habent, ſed eo ipſo quod vir duxit vxorem, omnia quæ habet vxor, accipit in dotem. Et licet fortè omnia mobilia quæ habent, inſpecta veritate ſint communia, quicquid ſit de fictione iuris; vir tamen habet omnium adminiſtrationem ſolus, niſi quantum de conſuetudine, aut expreſſa, aut tacita voluntate viri, conceditur vxori. Vnde illa, ſi tempore contracti matrmonii, vel poſtmodum, clam & mala fide, aliquid retinet de bonis quæ ante habuerat, vel poſtmodum lucrata eſt cum viro, peccat, niſi de expreſſa voluntate viri hoc faciat, qui quantum ad hoc poteſt ſibi præiudicare, & iuri conſuetudinario renunciare.

Si non omnino conſtet de cõtraria voluntate mariti, poteſt vxor dare panem, vinum, ebꝛe pauperibus, ſecundũ facultates viri, præſumendo hoc viro non diſplicere, licet aliquando o reprohibuerit

Raym. De rebus autem viri, vt de pane, vino, & aliis quæ bono & approbato more, ſolent ad diſpenſationẽ vxorum pertinere, poteſt & debet facere eleemoſynas, moderatè tamen, ſecundum facultates viri, & maiorem & minorem multitudinem & neceſſitatem pauperum. Guilh. Intellige de rebus viri, quas habet vir ſeparatas à paraphernalibus, vbi locum habent, aut de rebus communibus viro & vxori, vbi non habent locum paraphernalia.

Raymun. Item debet ſemper formare ſibi conſcientiam, quòd non diſplicat marito in corde; licet forte aliquando prohibuerit ore. Solent enim mariti facere talem prohibitionem vxoribus abſolutè; vt ſic temperent eas, non à toto, ſed ab exceſſu quem ſuſpicantur. Poteſt etiam ſibi formare conſcientiam ex qualitate & miſeria pauperis, cogitans quòd ſi maritus illum videret, omnino placeret quòd ibi fieret eleemoſyna. Si autem omnino & preciſe dictat iſti vxori conſcientia, quòd viro diſpliceat, & ſcandalizetur inde, deponat conſcientiam illam ſi poteſt: ſin autem non det, & doleat quod non poteſt dare, *Guilh.* Non det, inquam cum ſcandalo mariti, aut contra expreſſam eius prohibitionem.

Non peccat vxor dando latenter moderatas eleemoſynas, licet credat hoc viro diſplicere ſi ſciret; ſecus ſi expreſsè & abſolutè prohibuerit, vel ſiper hoc ſcandalizetur. Vxor poteſt virum compellere per iudicem vt nutriat filios quos habuit per priorem maritum, ſi habeant actionem contra matrem pro alimentis ſed non poteſt eo inuito illos nutrire.

Raymundus. Hoc autem vltimum dico, niſi videret pauperem indigere ad mortem, tunc enim deberet dare intrepidè, aliàs peccaret. Et quod dixit de rebus viri, intelligas etiam de rebus dotalibus, nam illarum dominium penes virum eſt.

Guilh. Nunquid vxor poteſt latenter eleemoſynas dare, licet credat quòd diſpliceret viro ſi ſciret? Reſp. non peccat, quamuis credat quòd viro diſpliceret ſi ſciret, ſi moderatas det eleemoſynas pro ſe & pro viro ſuo, vtiliter gerendo commune negocium. Et ſufficit in hoc caſu quòd non veniat contra prohibitionem mariti, & quod non ſcandalizet eum ex huiuſmodi erogationibus.

Quid de vxore quæ habet legitimos filios de alio viro, nunquid poteſt eis prouidere de rebus communibus ſibi & marito ſecundo, cum & ipſe de eiſdem bonis communibus prouideat filiis quos habebat ex alia vxore? *Reſpon.* Si illi filii habent actionem contra matrem pro alimentis ſibi præſtãdis, vel quia tenetur eos alere, eo quòd impuberes ſunt, vel quia ipſa & maritus ſuus habent bona eorum, vel ex alia iuſta cauſa, tenetur maritus eos alere: quia mater cum ſuis oneribus tranſit ad maritum, ſecundum conſuetudinem Gallicanam, ſed quia maritus habet adminiſtrationẽ bonorum, & non vxor, non debet illa contra prohibitionem mariti eos alere, niſi in extrema aut maxima neceſſitate; poteſt tamẽ procurare quòd compellatur maritus per iudicem alere eos. *Si autem* filii nullam habent actionem contra matrem, non tenetur maritus, nec illa debet contra prohibitionem eius eis aliquid dare: formare tamen poteſt ſibi largam conſcientiam.

Quid de muliere, quæ habens virum prodigum, celat aliquid de rebus communibus, contra prohibitionem mariti; nunquid peccat? Reſpondeo: Si bona fide hoc faciat, vt de rebus illis ſibi & viro, loco & tempore prouideat, qui eas male conſumeret ſi eas haberet, non credo quòd peccet: nec tenetur obedire viro præcipienti quod omnia ei tradat, cum eum tradendo ad peccatum adiuuaret, dando quaſi gladium in manum furioſi.

Nota.

Vtrum filiusfamilias poßit ſine licentia patris eleemoſinam facere.

CAP. CXXXIIII.

Raymundus. Quid de filiofamilias, nunquid & ipſe poteſt facere eleemoſynam? Videtur quòd ſic, quia etiam viuo patre videtur quodammodo dominus rerum paternarum. *Inſtit. de hære. quali. & di. §. ſed ſui.* Sed illud intelligitur de iuriſdictione, quia ſcilicet ſperatur futurus dominus, & quia alitur ex illis bonis. *Dicimus* ergo quòd poteſt de peculio caſtrenſi, vel quaſi; nam quantum ad illud paterfamilias cenſetur. Porrò de peculio profectitio & aduentitio poteſt ſi credat hoc patrem permiſſurum, & alias non, vt dixi ſcilicet de vxore; & hoc ideo quia profectitium eſt tale, vt quicquid ex eo acquiritur patris eſt: Aduentitium vero patris eſt quoad vſumfructum. ſi tamẽ eſſet in ſcholis de licentia patris, vel in peregrinatione, vel in itinere, tunc poſſet etiam de peculio & aduentitio & profectitio.

Filiusfamilias poteſt dare eleemoſynam de caſtrenſibus vel quaſi caſtrenſibus, non autem de aliis, niſi patre permittente, vt præſumitur cũ verſatur in ſcholis vel in itinere.

Guilh. Licet autem magiſter dicat hoc de filio, ſicut de vxore, credo tamẽ quòd vxor pinguius ius habet in rebus communibus ſibi & viro in partibus Gallicanis, quam filiusfamilias in huiuſmodi peculio. Et ideo teneas quod notatum eſt ſupra de vxore ſcilicet, quòd ſufficit, quòd maritus non prohibeat, & quod eum non ſcandalizet, dummodo ipſa diſcrete & moderate eroget.

De Ludo aleæ.

CAP. CXXXV.

Azo. Ludus aleæ dicitur omnis, qui fortunæ viribus nititur. & eſt omnis prohibitus, ne fiat in pecunia; niſi forte certanda haſta, vel pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quod fit virtutis, id eſt fortitudinis corporis cauſa. Permittitur quoque familiam aliquid inter ſe ponere, quod ponatur in conuiuio cauſa comeſtionis faciendę; approbatur & ſponſio quæ vulgo dicitur gaudia, in caſibus præmiſſis, facta virtutis cauſa: aliàs autem ſi ludatur in ludo prohibito, non tenet ſponſio.

Ludus aleæ dicitur omnis ille qui fortunæ viribus nititur.

Aleator autem eſt, qui ludum aleæ conſueuit apud ſe cauſa emolumenti ſui exercere, ſicut & in cauponibus dicitur; ſecus enim puto ſi incidenter apud aliquem ludat. Aleator odioſus eſt iuri, adeo vt neque iniuriarum, neque lege Aquilia poſſit agere, ſi ludi occaſione vbicunque & quandocunque iniuria fiat ei, vel damnum. Sed & ſi fiat ei furtum domi eo tempore quo alea ludebatur apud eum, actio furti non datur ei. Idem quoque multo magis, ſi mutuo pecuniam ludentibus dederit; ſecus puto ſi alius non aleator ludentibus crediderit. Si vero non fiat ei furtum, eo loco vel tempore quo luditur apud eum, actio competit ei de iure communi.

Aleator communis nõ poteſt agere de iniuria occaſione ludi nec de furto domi ſua tempore luſus facto, nec de pecunia quam credidit ludentibus.

Porrò colluſores, ſi rapinas fecerint inter ſe, non prohibentur agere, ſuſceptorem enim duntaxat prohibuit prætor vindicari, non autem colluſores; quamuis hi videantur indigni. Nam & luſor qui compulit colluſorem ludere, mulctatur, aut in lautumias ducitur.

Raymun. de ludo aleæ teneas, quod illi qui ludunt ad aleã vel taxillos, vel qui ludo interſunt, vel ſunt participes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Aleatores & participantes peccant ad minimum venialiter, ex circunſtãtijs verò & conſuetudine mortaliter, vt probatur in fine capit.

ticeps, vel inſpectores ludi, peccant, & maximè ſi ſunt clerici. *Guill.* Peccant ad minus venialiter: Secundum H. verò mortaliter, quod ſecurius eſt dicere. Secundum quoſdam autem tunc demum eſt mortale & graue, cum ducitur in conſuetudinem, alias non.

Raimun. Porrò quàm magnum peccatum ſit; patet inter alia ex nouem quæ in talibus ludis attenduntur. *Primum* deſiderium lucrandi, ecce cupiditas quæ radix eſt omnium malorum. *Secundum* voluntas eſt ſpoliandi proximum, ecce rapina. *Tertium* eſt vſura maxima, non ſolum in anno, vel menſe, ſed eadem die. *Quartum* eſt multiplicata mendacia, & verba otioſa, & vacua. *Quintum* eſt blaſphemia, ecce hæreſis. *Sextum* eſt corruptio multiplex proximorum, qui ad ludum inſpiciendum de conſuetudine praua conueniunt. *Septimum* eſt ſcandalum bonorum. *Octauum* eſt contemptus prohibitionis ſanctæ matris eccleſiæ. *Nonum* eſt amiſſio temporis & bonorum quæ in illo tempore tenerentur facere.

Pœna aleatorum de conſuetudine, qui moniti non ceſſant

Item de pœna contra tales legitur in canonibus Apoſtolorũ. Si ſit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ aut ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certè damnetur. Subdiaconus autem, lector, aut cantor ſimilia faciens; aut deſinat aut communione priuetur. Similiter etiam laicus. Item nota quatuor verba poſita in prędicto canone, ſcilicet deſeruiens, deſinat, damnetur, communione priuetur. Ex primo collige quod ſi non duxit in conſuetudinem, non ſuſtinebit pœnam prædictam. Ex ſecundo verò, ſc. deſinat, colligitur quod etiam ſi duxit in cõſuetudinem debet admoneri, & ſi admonitus vult ceſſare, euitabit pœnam prædictam; debet tamen in vtroque caſu agere pœnitentiam de peccato. Ex duobus vltimis colligitur, quod tale peccatum ſit mortale & graue cum tales pœnæ non ſunt imponendę pro leui crimine.

Nota.

Vtrum quod aleæ ludo perditur repeti poſſit.

CAP. CXXXVI.

Qui voluntarius ludit non poteſt repetere quod perdit ſecus ſi inuitus & attractus: horum primus ſi vincat, tenetur ad reſtitutionem; ſecundus erogare pauperibus. Solut. obiect.

SEd nunquid poteſt repeti quod in alea perditur? Dicunt quidam quod non, ſed pauperibus eſt erogãda talis pecunia. Cum enim turpitudo vertitur ex parte vtriuſque, melior eſt conditio poſſidentis. Alij dicunt, & ferè omnes doctores, quod poteſt repeti. Sed mihi videtur diſtinguendum; vtrum aliquis volũtarius, & ex cupiditate luſit: & tunc ſi amiſit, non poteſt repetere; ſi lucratus eſt tenetur ad reſtitutionem, ſaltem in iudicio animæ: An inuitus & aſtrictus, & per vim, vel nimiam alterius importunitatem; & tunc ſi amiſit poteſt repetere, ſi lucratus eſt non tenetur reſtituere, ſed poteſt & debet pauperibus erogare. Idem credo in illo qui infirmus vel debilis cauſa recreationis modicum luſit, dummodo alium ad ludum compulerit, & ſecundum hoc poſſunt concordari opiniones & iura.

Nec obſtat ſi dicat luſor, licet ego ex cupiditate luſerim, non tamen feci iniuriam proximo, quia idem ipſe fecit, & voluntarius acceſſit? *Reſpondeo.* Inuitus tamen & dolens amiſit. Item cum iſte ludus ſit turpis & reprobatus, vtputa quia eſt contra Deum & omnia iura, per talem ludum nullus poteſt aliquid acquirere, nec titulum nec bonam finem habere. Iniuſtus enim titulus eſt pro non titulo habendus, & malæ fidei poſſeſſor dicitur qui contra legum interdicta mercatur.

Quædã perſona non poſſunt in luſu perdere, vt furioſi, pupilli, monachi, &c. & ideo totum eſt reſtituendum tutoribus & ſuperioribus illorum.

Item ſunt quędam perſonæ quibus indiſtinctè tenetur quis reſtituere quicquid ab eis lucratus eſt in alea, vt furioſi, prodigi, minores 25. annis, & maximè pupilli: Item mente capti, ſurdi, muti, cœci, & qui morbo perpetuo laborant; quia tales rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, propter quod dandi ſunt eis tutores, vel curatores. Idem videtur dicendũ de ſeruis, de monachis, & de filijsfamilias, qui non habent peculium caſtrenſe, vel quaſi: Et de vxore quæ non habet res paraphernales: & etiam de adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, quæ pauperum ſunt, & ſimilibus. Nam cũ talis pecuniæ adminiſtratio ratione perſonarũ & facti ſit culpabilis & vitioſa, reſtituenda eſt: Non dico illi qui amiſit eam in ludo, ſed tutori, curatori, domino, monaſterio, patri, marito, & eccleſiæ.

Azo. Certè ſit filius meus aut ſeruus, cum filio tuo vel ſeruo luſerit & amiſerit, dabitur mihi repetitio contra contra te, inquantum locupletatum eſt peculium filij tui vel ſerui; adeo vt ſi manumiſeris ſeruum, aut emancipaueris filium, ac peculium retinueris, eodem modo tenearis. Si verò paterfamilias in ludo amiſerit, placet non dari repetitionem eius quod amiſſum eſt in ludo, quoniã etſi ludere prohibitum ſit, non tamen eſt perpetuò prohibitum. Et iterum alia ratione; quoniam agenti turpitudo ſua videtur obſtare. Sed hoc fortè locum habet in condictione ob turpem cauſam. Item certa conſtitutio vſque ad annos quinquaginta videtur dare repetitionem. Nec obſtat quod legitur *in ff. quarum re. ac. non da. l. ſi filio*, §. 1. Nam ſi in alea rem vendam vt ludam, & res euincatur, non teneor de euictione, quoniam emptor periculo ſuo videtur eam emiſſe.

Paterfamilias non poteſt repetere quod in ludo amiſit.

De iniuria & damno dato.

CAP. CXXXVII.

AVCtor. Quia de criminibus, quibus ſæpe iniuria irrogatur, vel damnum datur, diximus; nunc etiam de iniuria & damno dato videamus. *Extra. 5. de iniurijs & damno dato.* In Exodo. *Si rixati fuerint homines, & percuſſit alter proximum*, &c. *ſi quis aperuerit ciſternam*, &c. *ſi bos alicuius cornupeta*, &c. *ſi leſerit quiſpiam agrum*, &c. *ſi egreſſus ignis comprehenderit*, &c. *Ex pœnitentiario Romano.* Si quis domum vel aream cuiuſque incenderit voluntariè, ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tres annos pœniteat.

Greg. Si culpa tua datum eſt damnum, vel iniuria irrogata, ſeu alijs irrogantibus opem fortè tuliſti, aut hæc imperitia tua, ſiue negligentia euenerint, iure ſuper his ſatisfacere te oportet: nec ignorantia te excuſet, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam.

Is cuius culpa iniuria alicui irrogata eſt, ſatisfacere tenetur.

Ex ſumma iuris. Damnum eſt diminutio vel iactura, in rem vel perſonam data. Et dicitur à demendo. Is autem dicitur damnum dare qui lædit, id eſt, qui per ſeipſum nocet. Ille quoque damnum dat, qui dare vult. Item qui occaſionem damni dat, immo qui occaſionem cauſæ dat, damnum dediſſe videtur. Diſtinguendum eſt tamen, vtrum fuerit occaſio propinqua, vel remota, *Auctor. de iniuria quoque require ſupra.*

Nota.

De crimine falſitatis.

CAP. CXXXVIII.

Crimen falſi duobus modis committitur ſ dictis, & factis.

EX *ſumma iuris.* Dicto de criminibus quibus aliquis alicui clam vel apertè ſurripit ſua, dicendum eſt de crimine falſi, quo quis falſarius occultè quoque quodammodo, & quaſi callidè diripit aliena. Falſitas eſt immutatio veritatis. *Committitur* autem crimen falſi duobus modis, ſcilicet dictis aut factis. Dictis quidem, vt per mendacia, ſicut facit libertus ingenuum ſe mentiendo, falſum teſtimonium dicendo, iudex quoque falſam ſententiam ferendo. *Factis* verò, velut in ſcribendo, ſicut Epiſcopus volens facere aliquid ſine conſenſu capituli, facit inſcribi nomina fratrum abſentium in inſtrumento.

Item in litteris aliquid abradendo, vel addendo, vel ſubtrahendo, vel mutando, ſiue in Bulla, ſiue in filo. *Item* falſum ſigillum faciendo. *Item* inſtrumento falſo ſcienter vtendo. *Item* falſam monetam, vel nummos veros tondendo vel circinando, vel auro ſiue argento metallum aliud fraudulenter immiſcendo. *Item* falſam menſuram, aut falſas claues faciendo, falſum quoque partum ſupponendo. Quæ omnia in Digeſtis

Vt falsarius habetur qui literas apostolicas ab alio quàm à Papa vel eius notario suscipit.

stis, eodem titulo poteris inuenire. *Potest* etiam accusari de falso, qui veritatem supprimit. *Vt falsarius* quoque tenetur, qui de manu alterius quàm domini Papæ, vel eius notarij, literas eius suscipit. *Item* scriptura debet esse falsa, quando est contra ius.

Extra. 5. de crimine falsi. Innocentius 3. Inhibemus ne quis apud sedem apostolicam literas nostras, nisi à nobis vel de manibus eorum accipiat, qui de mandato nostro sunt ad illud officium deputati. Si verò persona tantæ auctoritatis extiterit vt ipsam deceat per nuncium literas nostras recipere, nuncium ad cancellariam nostram, vel ad nosipsos mittat idoneum. *Ex summa* verò nota, quod in prosecutione litis quadruplex falsitas reperitur, scilicet accusatoris, testis, iudicis, & rescripti.

Falsitas rescripti potest esse ex parte impetrantis & impetrati

Falsitas rescripti aliquando est in impetrante, aliquando in impetrato. In impetrante triplex. Prima scilicet quando falsum exprimit, aut veritatem supprimit, seruata tamen distinctione superius in loco suo posita. Secunda quando per alium impetratum est, & eo scienter vtitur, si tamen innocentiam suam probet, & illum à quo accepit exhibeat, se liberat. Tertia verò quando literas suspectas probare non potest esse veras. In impetrato vero multiplex, scilicet quando peccatum est in constructione. Item quando falsa Grammatica apponitur, & cætera quæ in constitutionibus Innocentij inferius exprimuntur.

De diuersis speciebus falsationis.

CAP. CXXXIX.

Septem species falsitatis circa literas apostolicas.

Extra. vbi supra. Innocent. Vt autem falsitates circa nostras literas deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus literis duximus exprimendas. *Prima* species falsitatis hæc est, vt falsa bulla falsis literis apponatur: *Secunda* vt filum de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum falsis literis inseratur. *Tertia*, vt filum ab ea parte in qua charta plicatur incisum, cum vera bulla immittatur falsis literis sub eadem plicatura, cum filo similis cannabis restauratum. *Quarta* cum à superiori parte bullæ altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum literis falsis inserta, reducitur infra plumbum. *Quinta* cum literis bullatis & redditis, aliquid in eis per rasuram tenuem immutatur. *Sexta*, cum scriptura literarum, quibus fuerat apposita vera bulla, cum aqua & vino vniuersaliter abolita seu deleta, eadem charta cum calce & alijs iuxta consuetum dealbata, de nouo rescribitur. *Septima* cum chartæ cui fuerat vera apposita bulla, totaliter abolitæ & abrasæ, alia subtilissima charta eiusdem quantitatis scripta, cum tenacissimo glutino coniungitur.

Alia duæ species.

Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram, scienter literas, non de nostra, vel nostri bullatoris manu recipiunt. Illos quoque qui accedentes ad bullam, falsas literas cautè proijciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartę falsitas cognoscatur. In cæteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel adiunctione filorum: vel in collatione bullæ, vel in notione, vel in obtusione, præsertim cum bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

Papa in suis literis vocat omnes episcopos & Patriarchas fratres: alios verò omnes, filios: nec vnquam vni scribens vtitur nominatiuo plurali

Idem, literas, quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligentius intuentes, in eis tam in continentia quàm in dictamine deprehendimus falsitatem, ac in hoc fuimus admirati, quòd tu tales literas à nobis credideras emanasse, cum scire debeas apostolicæ sedis consuetudinem in suis literis tenere talem, vt Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, fratres; cæteros autem Reges & Principes, vel alios cuiuscunque ordinis, filios in nostris literis appellamus. Et cum vni tantum personę, nostræ diriguntur literæ, nunquam ei A loquamur in plurali, vt vos siue vestri in ipsis literis apponamus.

De iudicio & pœna falsarij.

CAP. CLX.

Conuincitur multipliciter falsarius.

EX *summa iuris*, Conuincitur autem falsarius multipliciter. Primò quidem per testes si assistant, hoc planum est. Item per comparationem bullæ ad bullam, vel chartę ad chartam, vel scripturæ ad scripturam & per stilum, siue modum scribendi dissimilem, & per alios modos superius numeratos. Item præsumitur quis tacuisse veritatem, hoc ipso quod in literis expressa non inuenitur; præsumitur, inquam, quòd fuit tacita, non quidem per dolum, quia dolus non præsumitur, sed per simplicitatem. Vnde in tali casu commissio, licet non quoad formam, saltem quoad communem iustitiam valet, sed priuilegium omnino nullum B est.

Pœna falsariorũ est deportatio & bonorum publicatio: secũdum canones vero triplex, iuxta personarũ diuersitatem, quarum literas falsificant.

Pœna falsariorum secundum leges in libera persona est deportatio, omniumque bonorum eius publicatio: Seruus autem afficitur vltimo supplicio. Si vero falsis legibus aut decretis vtatur quis, huic fieri solet aquæ & ignis interdictio. *Secundum* canones verò refert vtrum feciſſet quis literas regis siue principis; an Episcopi, an Papę. *Nam* in primo casu, clericus primo deponitur, deinde cum ferro candente in fronte signatur. *In secundo* casu, deponitur, & ad agendam pœnitentiam in monasterium retruditur. *In tertio* vero 15. diebus transactis, postquam cognouit se falsas habere literas, interim eas non correxerit, ipso iure maiori excommunicatione ligatur, & si falsitatis ignorantiam C prætendat, non auditur. Quod fortè secundum distin. in Digestis positam intelligitur, vt scil. qui falso vtitur instrumento, si purget se quod ignorauerit, & deceptorem exhibeat, liberatur: sin autem, prædicto modo puniatur. Mirabilis namque iuris rigor esset, si ignorantia facti probabilis in hoc non excusaret. *Notandum* vero, quod de crimine falsi, & ciuiliter potest & criminaliter agi: huiusmodi autem criminis accusationi, sicut & aliorum, solet obijci præscriptio viginti annorũ. *Extra. vbi supra. Vrbanus* 3. Cum quosdam clericos qui falsauerant sigillum Regis Francorum carcerali custodiæ mancipaueris, eis à tuis ordinibus degradatis, in signum maleficij characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscantur, & prouinciam illam eos abiurare compellens, abire permittas.

Qui falso vtitur instrumento, si probet quod ignorauerit, & deceptorẽ exhibeat, liberatur à pœna.

Innocentius 3. Si quis falsas literas se habere cognoscat, infra viginti dies illas resignet, si pœnam excommunicationis voluerit euadere; quam, nisi forsan in mortis articulo, sine speciali mandato nostro, à quoquam nolumus relaxari.

Qui sciens se habere falsas literas apostolicas, non resignauerit intra 15. dies ipso iure incurrit Papalem excõmunicationem.

Adhuc de eodem.

CAP. CXLI.

Omnes falsarij cũ fautoribus eorũ sunt excommunicati, & si clerici fuerint sunt degradandi, & brachio seculari tradẽdi, vt secundum leges puniantur; si vero falsis literis vtãtur, sunt absolutè suspensi.

IDem. Qui ergo literis vti voluerint, eas primò diligenter examinent, quoniã si falsis literis se vsos dixerint ignoranter, eorum sera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius annotatas. Nos enim omnes falsarios literarum, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus, & defensoribus suis, anathematis vinculo decreuimus innodatos; statuentes vt clerici, qui falsarij fuerint deprehensi, omnibus officijs & beneficijs ecclesiasticis perpetuò sint priuati, ita quod qui per se falsitatis vitium exercent, postquam per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum constitutiones legitimas puniendi, per quam & laici, si fuerint de falsitate conuicti, puniantur. E

Qui vero sub nomine nostro literis falsis vtuntur, si clerici fuerint, officijs & beneficijs spoliantur: si laici, tãdiu maneãt excõmunicationi subiecti, donec satisfaciant cõpetenter; ita tamen quod in istis & illis, malitia D

grauius

grauius quam negligẽtia puniatur, quod & de his qui falsas literas impetrant statuimus obseruandum.

Idem, si literæ ap. in quibus falsitas fuerit deprehẽsa, de simplici iustitia formam habeant, cum præsumi non debeat quòd pro talibus literis quæ possunt facile obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis: nec literis vsus est, postquam eas falsas cognouit; tu ei officium & beneficium restituens, ipsum super hoc vlterius non molestes. *Idem*. Literas, quæ redargutæ fuerant falsitatis diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum vel suspicionis, inuenimus, nisi paucarum rasura, quæ nequaquam sapientis animum dubitationem vertere debuerunt.

De *Crimine & pœna collusionis.*

Cap. CXLII.

Quid collusio, & quod à iudicibus non sit permittenda.

AVCTOR. *Collusio*, sicut iam supra plenius ostensum est, *est illicita quędam pactio inter actorem & reũ, per quã alter accepto pretio terginersatur, aut prauaricatur.* Qualiter autẽ fiat, *require superius in libello de actionibus. Extra. 5. de collusione. Greg.* Cum accusatorem & accusatum inter se fecisse gratiam iudicaueritis, hoc necesse est subtilius perscrutari, ne fortè non ex charitate, sed ex præmio eorum sit concordia cõparata. *Idem*. Crimina semel audita Greg. indiscussa nullo modo præteribat: etiamsi accusatus cum accusatore in gratiam redisset.

Pœna colludentis.

Ex iure iuris. Pœna colludentis est, vt deinceps accusare nõ permittatur. Sicut enim in Digestis legitur: *Accusator de prauaricatione conuictus, postea ex lege non accuset* præterea non incidit in Turpilianum. secundum canones et iam excommunicandus videtur, nisi cum eo misericorditer ageretur. *Pœna* colludentis in actione famosa est, vt vterque infametur. *Pœna* colludentis in causa status est, quod dominus seruo priuatur, & patronus liberto, daturque collusionem detegenti. Et hęc detectio facienda est tantum infra quinquennium; ita si domino vel patrono colludente, velit extraneus collusionem detegere; Nam si per collusionẽ extranei, seruus meus vel libertus pronuncietur ingenuus, in perpetuum admittatur ad retractandam illam sententiam. Qui vero super ecclesia vel super ecclesiastico colludit beneficio, ea vel eo spoliandus est perpetuò.

Qui in ecclesiastico colludit beneficio, eo spoliãdus est perpetuo.

Extra. vbi supra. Alexan. 3. Audiuimus vsque adeo clericorum malitiam excreuisse, vt interdum inter se collusione facta super beneficiis quæ possident se sustineant ab aliis molestari, & postea vt quæstioni cedatur, & beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis soluunt aliis de ipsis beneficiis annuam pensionem, vt post mortem ipsorum; in beneficiis illis super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vnde tibi man. quate. si quos clericos tuæ iurisdictionis, per collusionem huiusmodi fraudem legitimè tibi constiterit commisisse, eos beneficiis super quibus collusum fuerit, nõ differas perpetuò spoliare.

De Scandalo.

Cap. CXLIII.

Quid scandalum & vnde dictũ.

RAYMVNDVS. *Scandalum est dictum, vel factum, vel signum, cuius occasione trahitur quis in consensum mortalis peccati.* Dicitur autem scandalum à *scandalon* Græcè, quod est *offensio* Latinè. Patet iam ex his quid sit scandalizare proximum, quia nihil aliud est nisi offendere proximum, prouocando eum in cõsensum mortalis peccati, occasione dicti vel facti, vel cuiuscunque exterioris signi. *Vtrum* autem omne scandalũ sit mortale peccatum videndum est. Et quidem plures auctoritates videntur expresse dicere quòd sic. In euangelio: *Væ illi per quem scandalum venit, expedit ei* &c. Hic assignatur pœna mortalis peccati, ergo est mortale. *Item* Apostolus. *Si esca scanda.* &c. *Item* Aug. *Satius est mori fame, quã idolothyto cum scandalo vesci.*

Contra videtur, quòd ipse peccans dicitur scandalum: Vnde dominus ait Petro. *Scandalum mihi es.* Similiter sacerdos dicitur esse scandalum totius parochię, cum tenet publice concubinam. *Ad hoc* dicas; quòd non omne peccatum mortale est scandalum, quia nullum peccatum in se purè consideratum est scandalum; sed per accidens, id est ex eo quòd peccatum manifestum est: Et ideo datur aliis occasio peccandi; secus si occultum. *Guilh.* Videtur magister sequi opinionem illorũ qui dicunt, quod scandalum non est peccatum, sed circunstantia peccati, non enim quia fornicatur quis scandalizat, sed quia manifestè fornicatur. Sed non oportet hoc dici, quia sicut duo actus quandoque sunt vnum peccatum formaliter, vt mala voluntas, & actus sequens; ita econuerso vnicus actus formaliter, duo peccata; vt defloratio virginis de qua moritur: quia ille actus, & est stuprum, & est homicidium: ita & fornicatio manifesta, quę non est nisi vnicus actus, est peccatum libidinis, & est scandalum.

Scandalum est speciale peccatum & non tantum peccati circũstantia.

De Casibus in quibus vitandum est Scandalum.

Cap. CXLIV.

RAYMVNDVS. Item nõ omne scandalum est peccatum mortale, vel etiam peccatum. vnde vt plenius liqueat, in quibus casibus scandalum est peccatũ, in quibus non; nota distinctionem, quia aut ipsum factum, dictum, vel signum, cuius occasione ali trahuntur ad peccatum, est malum in se, aut bonum, aut indifferens. *In primo* casu fugiendum est omnino scãdalum. *In secundo* si tale bonum est, quo omisso non esset salus omittenti, non debet dimittere illud propter scandalum, alias videtur quòd sit omittendum.

Scandalum ex malo vel indifferenter est peccatum, sed non illud quod est ex bono sub præcepto.

Vnde Inno. 3. Extra. de no. o. nũ. cum ex iniuncto. Licet opera illa quæ sine mortali peccato omitti nõ possunt, non sint pro vitando scandalo dimittenda; nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt; pariter & omitti. De his tamen quæ sine mortali peccato committi possunt, pariter & dimitti, est pro scandalo tollendo cessandũ, & eis pro vitãdo scãdalo insistendũ.

Videtur hic quod quis debeat potius peccare venialiter quã scandalizare proximum, quod non est admittendũ.

Guilh. Vt est loqui aliquando, vel non loqui, comedere carnes, vel abstinere ab eis. Credo tamen, quòd non debet esse quis facilis ad credendum quòd alij scandalizentur de bono opere quod facit, nec facile propter huiusmodi metum scandali debet cessare à bono cum debeat potius præsumere de aliis quòd sint boni, quàm quòd sint mali. Durante tamen conscientia huiusmodi scilic. quòd alij scandalizentur ex illo bono, debet istud dimittere, ex quo sine eo potest esse salus, ne faciens contra conscientiam ædificet ad gehennam.

RAYMVND. Prædicta notantur his versibus.

Scandala pro vita, doctrina, iustitiaque
Tu non effugies; sunt in reliquis effugienda.

Pro vita, quia pro nullo scandalo debet quis mortaliter peccare. *Doctrina*, quia doctor vel prędicator non debet falsum docere, nec prædicare, pro aliquo scandalo. Tacere autem potest & debet, si omnes obstinati sunt, ita quòd deteriores efficiantur ex doctrina. *Iustitia* vero, quia nec iudex falsam sententiã, nec testis falsum testimonium debet ferre pro aliquo scãdalo. Et in istis casibus habet locum *decret. extra. de regu. iu. Qui scandalizauerit vnum* &c. *Vtilius, scandalum nasci permittatur, quàm veritas deseratur*; veritas scilicet vitæ, doctrinæ, iustitiæ *In tertio* casu scil. cum est indifferens, videtur secundum prædicta, omnino cessandum esse, propter scandalum:

De scandalo pro re non data, vel repetita.

Cap. CXLV.

Si scio aliquem scandalizatũ si res meas

GVILHEL. Quid si dictat mihi conscientia, quod iste scãdalizabitur, nisi dedero ei librum meum, aut si repetiero ab eo sub iudice res mihi ablatas ab

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ab eo repetiero (quamuis nõ debeo mihi hoc facile perſuadere) teneor ceſſare ſi non multũ indigeo; ſecus ſi ille no pæniteat de ablatione.

eo, nunquid propter vitandum ſcandalum eius, teneor ei dare rem meã, aut ceſſare à repetitione, poſito etiam quod mihi reuelatum ſit ipſum ſcandalizandũ ex hoc? *Reſpondeo*: Si ſtatus meus vel familiæ meę non eſt in tuto, ſi careo re mea, puta quia pauper ſum & indigebo cum familia mea, & ero in periculo incidendi in impatientiam, aut murmurationem contra Deum; non teneor rem meam dare, aut à petitione ceſſare; cum debeam me plus diligere & meos, quàm extraneum: propter hoc enim excuſatur qui indigens eſt, & ab alio accipit ad vſuram, & ille qui ab infideli recipit iuramentum per idola, vt ſit ſecurus ab eo. *Si autem* in in tuto ſit ſtatus meus & familiæ meæ, licet huiuſmodi re caruero, ita quod ex hoc nullũ mihi vel familiæ meæ imminet periculum: Credò quod teneor dare rem petitam, propter euitandum eius ſcandalum; ſi tamen credam eum ea re eſſe bene vſurum, alias non; quia in hoc caſu dare ei rem illam, eſſet dare gladium in manu furioſi.

Circa illum autem qui abſtulit res meas, ſi non eſt ſoluendo, & pœnitet de peccato, paratus ſatisfacere ſi haberet; credo quod propter vitandum eius ſcandalum, debeo ceſſare à repetitione, cum ſine periculo poſſim re illa carere. *Si autem* eſt ſoluendo, & non pœnitet, non credo quod teneor ceſſare à repetitione propter eius ſcandalum: & in hoc caſu nonnulli ſcandalizati ſunt in Chriſto, ipſe tamen non ſcandalizauit eos. Sicut quædam ſunt quæ nulla ratione poſſunt conuelli, ita multa ſunt quæ pro neceſſitate tẽporum, aut conſideratione ætatum, oportet tẽperari.

De His qui ex ſola ſuſpicione ſcandalizantur.

CAP. CXLVI.

Raymundus. Pone quod aliquis religioſus, vel alias iuſtus, habeat puram & iuſtam conſcientiã apud Deum, multi tamen ſuſpicantur malum de ipſo, & ſic ſcandalizantur; quid fiet, videtur quod ſufficit ei conſcientia? Apoſtolus: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientię noſtræ.* Iob. *Ecce in cœlo teſtis meus.* Augu. *Senti de Auguſtino quicquid libet, ſolame tamen in oculis Dei conſcientia non accuſet. Ad hoc* tamen dicas, quod quantum eſt in ſe, debet niti ſatisfacere, oſtendendo eis intentionem ſuam, & cauſam, remouendo etiam ſpeciem mali.

Ca. 11. q. 3. Augu. Non ſunt audiendi, ſiue viri ſancti, ſiue feminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicunt coram Deo ſuffi cere ſibi conſcientiam, æſtimationem hominum non ſolum impudenter, verumetiam crudeliter contemnentes, cum occidant animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam Dei, (quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis quæ caſta eſt deſpicitur vita ſanctorum) vel etiam cum accuſatione imitantium, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi quidem benefacit: quiſquis autem etiam famam & in alios miſericors eſt. nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra.

Quiſquis tenetur curare ſuam famã ne proximus ſcãdalizetur, vnde nõ ſufficit bona cõſcientia, niſi forte quis nõ poſſit oſtendendo ſuam rectam intẽtionem, proximis ſatisfacere.

Ray. Et vt ſuper hoc daret exemplum dominus, voluit ſoluere tributum, dicens Petro: *Nec forte ſcandalizemur eos &c.* Item Apoſtolus. *Si fieri poteſt, quod ex nobis eſt &c.* Si autem accipere nolunt ſatisfactionem, ſed parati ſunt reprehendere & non mutari; tunc debet dolere quia illi peccant, & ſufficiet ei conſcientia bona, vnde de Phariſeis reſpondit dominus. *Sinite eos, cæci ſunt &c.*

De Scandalo multitudinis actiuo.

CAP. CXLVII.

QVid fiet ſi multitudo eſt in ſcelere, vel etiam pauci, potẽtes tamen, quos magis ſequitur multitudo; nunquid excommunicabit eos epiſcopus, ſi nolunt ſe corrigere? Ad hoc dicas, quod ſi illi recognoſcunt ſe peccare in hoc de quo reprehenduntur, tamen nolunt ceſſare; & ſi infligatur eis pœna excommunicationis, vel ſimilis, timetur ſchiſma, vel aliud magnum malum, poteſt & debet diſſimulari; fiant tamen comminationes de ſcripturis, & interim cautè attrahantur,

Quãdo multitudo vel potentes ſunt in ſcelere nõ debent excommunicari ſi timeatur ſchiſma vel magnũ malum: ſecus ſi peccatũ quod faciunt defendant quaſi non eſſet peccatum.

Diſt. 44. Aug. ad Aurelium. Comeſſationes & ebrietates ita conceſſę & licitæ putantur, vt in honorem beatiſſimorum martyrum non ſolum per dies ſolennes quod quis non lugendum, videat, qui hæc non carneis oculis inſpicit? ſed etiam quotidie celebrentur. *& poſt pauca.* Non ergo aſperè quantũm æſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tollantur; magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando: ſic enim agendum eſt cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda in paucorum peccata, & ſi quidem minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur: illaque prius mouebunt ſpirituales, aut etiam ſpiritualibus proximi, quorum auctoritare, leuiſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur.

Suauiter cũ multitudine peccãtiũ agẽdũ eſt, ſeuere cum paucis.

Ca. 23. q. 4. Augu. contra epiſtolam Parmeniani. Cum quiſque fratrum intus in eccleſiæ ſocietate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt anathemate dignus habeatur; fiat hoc vbi periculum ſchiſmatis nullum eſt. *& infra.* quando cuiuſcunque crimen notum eſt, & omnibus execrabile apparet; vt vel nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere; non dormiat ſeueritas diſciplinæ. *Guilh.* Alibi vero dicitur: Vbi multorum ſtrages iacet, detrahendum eſt aliquid ſeueritati.

Ray. Si vero peccatum quod faciunt, auctoritate defendunt, quaſi non ſit peccatum, tunc non debet contra tales dormire ſeueritas diſciplinæ: Nam tales etiam hæretici poſſunt dici. *de pœnitentia. di. 6.* Spes impunitatis reſcindeuda eſt, cum tot ſunt qui peccant, vt ex auctoritate ſe defendant, & vſum peccandi ſibi faciant. *Raymum.* Nota quod peccans dicitur, quandoque ſcandalum improprie, & per figuram quæ dicitur emphaſis; ſicut illud, Darius eſt ipſum ſcelus: & in hac ſignificatione ait dominus Petro. *Scandalum mihi es.*

De Notorio.

CAP. CXLVIII.

NOtorium aliud eſt iuris, aliud facti. *Notorium* iuris eſt, de quo quis eſt canonicè condemnatus, vel in iure confeſſus, vel per legitimas probationes conuictus. *Notorium* facti eſt cuius teſtis eſt populus, & diſſimulationi ſiue inficiationi non eſt locus: & intelligitur populus iſte teſtis, ſiue ſit crimẽ notum omnibus qui ſunt in illo loco, ſiue maiori parti.

Notoriũ duplex ſc. facti & iuris.

Guilh. In illo loco, ideſt in villa, vel parochia, licet non habeat niſi decem parochianos; quia decem homines populum faciunt. De ſcandalo autem populi vel eccleſiæ, de quo fit mẽtio in conſtitutione Gualæ, credo quod ſi parochia habeat mille parochianos, ſi tamen tantum decem ex illis ſcandalizentur de focaria ſacerdotis, quia ſunt graues & honeſtæ perſonæ, poteſt fieri interpretatio quod populus ſcandalizetur; maxime cum 10. homines populum faciant vt dictum eſt, ſicut duo faciunt congregationem, & tres faciunt collegium, (retinetur tamen in vno ius collegij & plures quam 10. vel 15. faciunt turbam. 4. vel 5. porci, vel decem oues faciunt gregem.

Per populum intelligitur maior pars populi, populũ autem faciũt decẽ homines in aliquo loco habitantes; ſunt duo faciunt congregationem, & tres collegiũ, plures vero quam decem turbam.

Ray. In notorio iuris exigitur quandoque probatio contra negantem. *Guilh.* dicitur enim extra. de quodam, qui per duos teſtes probauit ſe ab impetitione aduerſarij, in illo vel in alio iudicio abſolutum: & dicitur

Nota.

In notorio facti ordo iuris non est obseruandus, nec licet notorio delinquenti appellare.

citur quòd hoc sufficit, licet testes nihil deponant de rationibus quę mouerunt iudicem ad sententiãdum. *Ray.* In notorio vero facti non requiritur ordo iuris, qui est alias regulariter obseruandus. *extra. de iureiur. ad nostram.*

Guilh. Ibi dicitur, quòd qui iurauit, quòd ordinem iudiciarium seruaret in omni causa, non propter hoc in notoriis obseruare tenetur ordinem iudiciariũ qui in aliis causis obseruatur. Natura enim suum habent ordinem, & occulta suum. *Ray.* Notoria enim suum habent ordinem, & occulta suum. *Ray.* Euidẽtia enim patrati sceleris clamore non indiget accusatoris. Et si forte iudex velit taliter delinquentem secundũ quòd ius postulat corrigere vel punire, & iste appellat, non est appellationi huiusmodi deferendum, *extra. de appella. praterea. Guil.* Ibi dicitur quòd qui post appellationem grauia committunt, prætextu appellationis se tuentes, dum super illis conueniuntur, non debet eis proficere huiusmodi appellatio, quo minus eorum excessus canonicè puniantur. *Ray.* Itẽ notorium facti subdiuiditur, quia aliud est notorium facti manentis actu, vt cum quis publicè tenet adulteram, vel concubinam. Aliud notorium facti transeuntis actu, vt si aliquis in publico interfecerit hominem, vel fecerit sortilegium vel simile. Aliud est notorium facti præsumpti, vt si aliquis publicè habitus est pro filio, consanguineo, vel affini alicuius.

Notorii facti triplex sc. manentis, transeuntis, & præsumpti.

De Perplexitate in generali.

CAP. CXLIX.

Perplexitas alia iuris alia facti.

CIRCA perplexitatem nota, quód alia est iuris, alia facti. *Perplexitas* iuris est, cum aliquis circa illud quod sibi occurrit faciendum, inuenit diuersas auctoritates sibi adinuicem repugnãtes: hæc per contrariorum concordiam est soluenda. Nam in iure nulla est contrarietas rea lis, sed superficialis tantum. *Perplexitas* facti est, cum diabolus suggestione sua mala (vt ait Greg.) plerosque ita peccare facit, quatenus si fortasse peccatum fugere appetant, hoc tamen nõ sine aliquo peccati laqueo euadant. Contra istam autem dat cõsilium dicens. *Cum mens inter maxima & minora peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum vndique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus ingeritur.*

In iure nulla est realis cõtrarietas, sed superficialis tantum.

Perplexus debet quod sibi videtur minus malum eligere.

Dicas ergo quòd veritate inspecta nihil est perplexitas, nec potest aliquis esse perplexus inter duo mala, .i. necessitate astrictus ad aliquod malum perpetrandum. Aug. *Vasis ira nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneũ inueniretur homo habere peccatum.* Idẽ. *vsque adeo peccatum voluntarium est, vt si non esset voluntariũ non esset peccatum.* ergo positus inter duo mala, cũ oportet me alterum facere, debeo eligere quod per se consideratum esset minus peccatum.

Pone quòd sacerdos tenet concubinam in domo sua, parochiani vident ipsum indutum ad celebrandũ, quid facient? si audiunt eius missam faciunt contra conscientiam, quæ dictat eis contrarium, præsertim propter prohibitionem Nicolai & Alexandri 32. *dist. Nullus audiat missam presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere.* Si non audiant, similiter manet scrupulũ in conscientia, quia non potest aliquis quantumcunque pollutus sit, sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum cogitationum existunt. Idcirco præcipitur, quòd percipiatur communio à sacerdote quantumcunque polluto, vsquequo episcoporum iudicio reprobetur; & ita videntur perplexi. Hunc articulum latius prosequar, quia circa eum occurrunt plura dubia.

Quæstio perplexa.

De Perplexitate sacerdotis in missa mortale recolentis.

CAP. CL.

PONE sacerdotem indutum ad missam, & peruenit iam ad canonem ad illa verba. *Hoc est corpus meum*, tunc occurrit cõscientię suæ aliquod mortale, quid faciet? si procedit, peccat mortaliter conficiẽdo & sumendo, quia iudicium sibi manducat & bibit. Si non conficiat & fingat se conficere, grauius peccare videtur, quia Deo non veretur illudere, & pro populo quem decipit se astringit, *extra. de cele. mis. de homine, in fine.* Si autem ex toto dimittat, magnum scãdalum generat, & ita videtur perplexus. *Solutio.* Credo præcipuam & tutiorem viam vt pæniteat & conteratur; doleat etiam quòd ita tardè pœnitet, & proponat cõfiteri quam cito poterit habere opportunitatem, & sic conficiat & sumat. Si hoc non potest, vel non vult facere, dicunt quidem quòd simplicem hostiã debet sumere. Sed hoc videtur reprobari in prędicta decret. Vnde si non consecrauit, tutius est ex toto dimittere, quam si non consecratam sumat, propter generalem ecclesiæ traditionẽ, & argum. illius decre. de homine. *Guilh.* Ibi agitur de quodam sacerdote, qui sciens se esse in mortali, supprimebat in canone verba, per quę fit confectio, & tandem sumebat panem & vinum: & dicitur hic, quod huiusmodi falsa remedia sunt abiicienda, quæ sunt veris periculis grauiora. *& infra.* Granius proculdubio videtur offendere, qui sic fraudulenter præsumpserit ministrare.

Qui ante cõsecrationem recordatur mortalis, debet cõteri & proponere quã cito poterit cõfiteri, & sic missam absoluere non oriatur scandalum.

De illo qui panem aut aquam aut vinum nõ ministrauit.

CAP. CLI.

QVID de sacerdote, qui celebraturus, per negligentiam panem non ministrat, aut vinum in calice, aut aquam; nec aduertit donec veniat ad verba cõsecrationis, vel etiam vsque ad sumptionem nõ aduertit de defectu vini vel aquæ. Respondeo: Defectũ panis vel vini vel aquæ, vel cuiusl bet istorum, si eum deprehẽderit antequam veniat ad verba quæ sunt de substantia consecrationis, suppleat apponendo, quod prætermissum est. *Item* si prætermissum est vinum tãtũ, apponatur cum hostia noua, & fiat reiteratio verborum à *Te igitur*, super hostiam de nouo appositam, & super vinum, hostia alia si iam consecrata est in partẽ sepositа, ita quod super eam nihil quod dictum est repetatur. *Si autem* panis prætermissus est tantum, & hoc deprehenditur cum ventum est ad verba, quibus conficitur sacramentum corporis, apponatur quãtum potest fieri sine scandalo, & repetantur omnia à *Te igitur* super totum, cum vinum nondum sit consecratum. Si autem aqua sit prætermissa. & hoc deprehenditur ante verba consecrationis, apponatur aqua & totum reiteretur à *Te igitur* super totum, quia nõdum aliquid est ibi consecratum. Si autem hoc deprehenditur postquam est facta consecratio corporis & sanguinis, Aut nõ apponatur aqua, aut si apponitur, nulla fiet iteratio verborum, cum iam facta sit consecratio tam corporis quam sanguinis. Si autem tantum facta sit consecratio corporis, apponatur aqua, & nihil reiteretur Si autem cum ventum est ad sumptionẽ, tunc deprehenditur vinum esse prætermissum, nõ videtur aliud remedium, nisi vt procedatur ad finem, & agitur pœnitentia de tanta negligentia, nisi forte sine magno scandalo assistentium posset ministrari vinum, & nouus panis, super quæ totum reiteretur, non super hostiam consecratam.

Quando deprehenditur defectus panis aut vini ante cõsecrationem supplẽdus est incipiẽdo à canone: si autẽ post, sumatur totũ de nouo si sine magno scandalo fieri potest: sed forte satis est supplere quod deest sine incœptione.

De Sacerdote tenente concubinam.

CAP. CLII.

RAYMVNDVS. Porro de sacerdote concubinã habente nota, quod si est notorium iuris, debent subditi vitare ipsum in sacramentis, quia ex tunc est ipso iure suspensus. Idem credo, licet quidam aliter dixerint, si est notorium facti, puta quia mulierem suspectam publicè tenet in domo, & etiam forte argumenta gradientia super terram; debet etiam talis admoneri ab episcopo vt se corrigat: Et si noluerit se corrigere, debet suspendi à beneficio ecclesiastico vs-

Solutio. Parochiani debent parochum in sacramẽtis vitare quando est cõcubinarius iure dãnatus, & forte etiã quãdo hoc est notorium facti,

immo talis si monitus ab episcopo non se corrigat, debet suspendi.

que ad satisfactionem congruam, & si adhuc perseuerauerit, in perpetuum remoueri.

Guilh. Bene dicit ab episcopo, quoniam admonitio inferioris prælati nõ sufficeret quo ad hoc quod posset inferre pœnam hic notatam, nisi esset qui haberet iurisdictionem temporalem plenariè in talibus concubinarijs secundum ius commune. Sed in Regno Franciæ tenet constitutio Gualæ, qui fuit legatus in Francia; quæ talis est: *Excommunicamus omnes sacerdotes, & clericos quoscunque, qui post legitimam admonitionem, focarias, vel alias mulieres, de quibus mala suspicio possit oriri, in domibus proprijs, vel alibi, vnde populus, vel ecclesia scandalizetur, duxerint retinendas; nisi sint clerici, qui minoribus ordinibus constituti, legitime contraxisse probentur; qui tamen cum vxoribus ecclesiastica beneficia retinere non debent.*

Admonitio concubinarij notorij debet esse specialis ad personam & trina.

De ista admonitione duplex est opinio quidam dicunt quod non sufficit, nisi fiat specialiter ad personam super hoc diffamatam. *Alij* dicunt quod sufficit generalis admonitio facta in synodo, non per modũ simplicis admonitionis & prædicationis, quam faciũt prædicantes, sed per modum prælationis & iurisdictionis, vt sit via ad incurrendam pœnam illius constitutionis. Et licet hæc admonitio fiat ad multitudinem, & sit synodalis, ideſt facta in synodo, nihilominus est personalis, cum fiat ad præsentes. *Et secundum* hanc opinionem huiusmodi generalis admonitio ad illos solos extenditur qui presentes sunt, ad alios non, siue teneantur interesse synodo, siue non; licet ab his qui interfuerunt audiant postmodum huiusmodi admonitionem factam esse. Et quando episcopis intendit facere trinam admonitionem, non sufficit vnam audisse, vel duas, nisi & tertia audiatur presentialiter à præsente monitore. *Item* non extenditur hæc admonitio, nisi ad illos solos qui tempore monitionis illius, huiusmodi focarias cum scandalo detinent. *Item* oportet, quod sit trina, vel vna pro omnibus facta ex causa, alias non esset legitima: & quamuis non exprimatur causa propter quam fit vna pro omnibus, si tamen subest illa causa, nihilominus incurretur sententia illius canonis. *Prima* opinio est benignior & communior.

Grauius peccant clerici qui passim cũ scandalo fornicãtur, quã illi qui tenẽt focarias, sed non ita puniuntur.

Clericus autem qui cum scandalo passim & publice cum plurimis fornicatur, licet grauius peccet quam ille qui publicè vnam tenet focariam, tamen non incurrit sententiam prædictam vt credo, quia constitutio illa non videtur loqui, nisi de tenentibus cum scãdalo focarias, vel alias mulieres, cum pœnæ potius sine restringendæ quam extendæ. *De illis* autem qui tenent mulieres in suspectis locis, & cum scandalo, si tamen non peccant cum eis, nec peccare proponunt, potest dici benigna interpretatione quod non incidũt in illam sententiam, & quod illa constitutio intelligitur de illis qui eam retinent in concubinatu. *Aliis* tamen videtur quod exquo post legitimam admonitionem cum scandalo tenent mulieres huiusmodi, siue peccent cum illis carnaliter siue non, incidunt in illam sententiam post admonitionem legitimam.

Dicitur mulierem retinere qui vtitur illa licet alibi maneat in propria domo

Et quod dixit duxerint retinendas, intelligo retinendas, ideſt habendas quo ad vsum carnis: licet enim non teneant eas in expensis suis aut tanquam suas proprias concubinas; exquo vtuntur eis ad peccatum carnis, cum scandalo quidem & post admonitionem legitimam, incurrunt sententiam. Vnde si clericus adulteretur cum vxore alicuius manente in domo mariti, & cohabitante cum marito, & hoc cum scandalo, & post admonitionem, incurrit sententiã prædictam, licet non exhibeat eam ille clericus, aut aliter eam teneat. Ab illa autem sententia cum conditor canonis non retinuerit sibi absolutionem, possunt episcopi soluere subditos suos. Inferiores autem prælati non consueuerunt de hoc absoluere.

De Illo qui post absolutionem ab illa sententia recidit in idem peccatum.

Cap. CLIII.

QVid si aliquis de hoc absolutus, reuertatur ad vomitum cum eadem concubina. Respondeo: Si adhuc durat scandalum, recidit in excommunicationem, quamuis non fiat noua admonitio: si autem nondurat, sed creditur publicè quod sit correctus, nõ incidit in illam sententiam, donec iterum ortum sit super hoc scandalum, quo exorto non credo quod sit necessario admonitio noua. *Credo* autem quod peccãt episcopi & inferiores prælati, ad quos pertinet huiusmodi admonitionem facere (inferiores enim possunt eam facere, etiamsi sint simplices sacerdotes, curati tamen; cum constitutio illa non specificet quod ab episcopo solum sit facienda) si per negligentiam aut alia corrupta intentione dimittant eam facere. Si autem ex causa iusta dimittant, quia forte vident ibi multorum stragem iacere, vel aliud simile, non peccant.

In Regno Galliæ excõmunicantur clerici concubinarij scandalosi post trinã admonitionẽ episcopi vel curati, qui si reincidant in idem peccatũ cum scandalo, incidunt etiã in sententiam sine noua admonitione.

De huiusmodi autem focarijs clericis, credo quod non oportet eos vitari tanquam excomunicatos ex illo canone, nisi constet eos tenere focarias cum scandalo, & super hoc eos esse legitime admonitos. Et si de vtroque istorum confiterentur in secreto, vitandi sunt in secreto. *Licet* autem episcopi possint de huiusmodi sententijs absoluere, non tamen possunt dispensare super irregularitate contracta, si in huiusmodi excommunicatione celebrauerint, aut ministrauerint, aut ordines receperint. *Licet* autem idem Guala multa alia constituerit, vel innouauerit, ad honestatem clericalem spectantia, tam circa habitum, quam circa negotiationem, & vsuras, & alias quædam, dicens se talia prohibere sub eadem districtione, sub qua prohibuit vsum focariarum; non tamen clerici qui faciunt contra illas prohibitiones, etiam post admonitionem legitimam, ipso facto excommunicationem incurrunt, quia quantum ad illas prohibitiones non facit promulgationem latæ sentẽtiæ, sed potius comminationem ferendæ, & ita habet consuetudo, quæ est optima legum interpres:

De delictis puerorum.

Cap. CLIV.

EXtra 5. *de delictis puerorum. Grego.* Pueris grandiusculis peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis quatuordecim, cum pubescere cœperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furta, mendacia, & periuria non esse peccata: at his plena est ætas puerilis, quamuis in eis non ita vt in maioribus punienda iudicentur. *Alexander tertius.* In pueris relinqui solet iuultum, quod in alijs prouectioris ætatis, humanæ leges dicunt seuerius corrigendum.

Non est certa ætas quapueri incipiunt posse peccare.

Ex summa iuris. Delicta punienda etiam in minoribus sunt, licet non adeo grauiter vt in maioribus. In his autem distinguendum est, quia doli capax aliquatenus punitur: Infans autem nequaquam, propter ætatis illius ignorãtiam. Quando quidem incipiat esse doli capax, diuersi diuersa dixerunt. Ego autem credo, quod tunc est doli capax, quando calliditate plenus est; quod in septennio non præsumitur, nisi liqueat per euidentes præsumptiones. Pœna vero moderanda est in talibus arbitrio iudicantis. *Auctor.* Hęc de criminibus & pœnis ad vtrumque pertinentibus forum, seculare videlicet & ecclesiasticum, propter ciuitatum simul, ecclesiarumque regimina, politicæ artis occasione breuiter ad presens dicta sufficiant.

Puer incipit esse doli capax quando calliditate plenus est & tunc illi peccatum imputatur.

SPE-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER VNDECIMVS.

De Arte Mechanica, & ſpeciebus eius.

CAP. I.



VGVSTINVS *de ciuitate Dei. 22. libr.* Præter artes bene viuendi, & ad immortalem perueniendi felicitatem, quæ virtutes vocantur, & ſola Dei gratia quę in Chriſto eſt, filijs promiſſionis regnique donantur; Nonne humano ingenio, tot tantæque artes inuentæ ſunt & exercitatæ, partim neceſſariæ, partim voluntariæ, vt tam excellens vis mentis atque rationis, in his etiam rebus, quas ſuperfluas, immo & periculoſas perniciosaſque appetit, quantum bonum habeat in natura, vnde iſta potuit vel inuenire, vel diſcere, vel exercere, teſtetur. Veſtimentorum & ædificiorum ad opera quam mirabilia, quam ſtupenda, induſtria humana peruenerit, quo in agricultura, quo in nauigatione profecerit, quæ in fabricatione quorumque vaſorum, vel etiam ſtatuarum, vel picturarum varietate excogitauerit, & impleuerit: quæ in theatris mirabilia ſpectantibus, audientibus incredibilia, facienda & exhibenda molita ſit: In capiendis, occidendis, domandis, irrationabilibus animantibus, quæ & quanta reperit: aduerſus ipſos homines, tot genera venenorum, tot armorum, tot machinamentorum; & pro ſalute mortali tuenda atque reparanda, quot medicamenta atq; adiumenta comprehenderit: pro voluptate faucium quot condimẽta, & gulæ irritamenta repererit: Ad iudicandas & ſuadendas cogitationes, quam multitudinem varietatemque ſignorum, vbi præcipuum locum verba & literæ tenent: ad mulcendas aures, quot organa muſica; quot cantilenę modos excogitauerit, quàm multa rerum mundanarum cognitione ſe impleuerit, quis poſſit eloqui; maximè ſi velimus non aceruatim cuncta congerere, ſed in ſingulis immorari.

Extollitur induſtria humana in artibus excogitandis.

Hugo. in li. 1. didaſcalicon. Actionum quæ huius vitæ neceſſitati deſeruiunt, trimodum genus eſt. Primum, quod naturæ nutrimentum adminiſtrat. Secundum, quod contra moleſta quæ extrinſecus accidere poſſunt, munit. Tertium, quod contra iam illata remedium præſtat. horum ſcientia, quia opera humana proſequitur, congrue mechanica, ideſt adulterina vocatur. Sunt enim tria opera, ſcilicet opus Dei, quod non erat, creare: vnde, In principio creauit Deus cęlum & terram &c. Opus naturę, quod latuit ad actum producere, vnde produxit terra herbã virentem. Opus artificis, diſgregata coniungere, & econuerſo, vnde conſuerunt folia fici &c. In his tribus, opus humanum, quod natura non eſt, ſed naturam imitatur, conuenienter mechanicum, ideſt, adulterinum nominatur. Nam verbi gratia qui ſtatuam fundit, hominem intuitus eſt; qui veſtes primus adinuenit, conſiderauit quod quæque naſcentia propria quædam habeant munimenta, quibus naturam ſuam ab incommodis defendunt: Cortex ambit arborem, penna tegit volucrem, ſquama piſcem, lana operit ouem, pilus iumenta veſtit, concha teſtudinem excipit, ebur Elephantem iacula non timere facit: nec tamen ſine cauſa factum eſt, vt animantium ſingula, naturæ ſuæ arma ſecum nata habeant, ſolus homo inermis naſcatur & nudus. Oportuit enim vt illis quæ ſibi prouidere neſciunt naturam conſulere: homini autem ex hoc etiam maior experiendi occaſio præſtaretur, cum illa quæ cæteris naturaliter data ſunt, propria ratione ſibi inueniret. Multo enim magis nunc inueniendo ratio hominis enitet, quam habendo claruiſſet, nec ſine cauſa prouerbium ſonat, quod ingenioſa fames omnes excuderit artes.

Opus triplex ſc. Dei, naturæ, & artis.

Ars dicitur mechanica ſeu adulterina quia non operatur tam perfectè ac natura, ſed illam imitatur deficienter.

Richard. vbi ſupra. Sciendum quoque eſt, quod mechanica ſecundum rationem ſui, ſub philoſophia continetur ſecundum adminiſtrationem. verbi gratia, Ratio agriculturæ pertinet ad philoſophum, adminiſtratio ad ruſticum. Mechanica 7. habet ſpecies, ſc. lanificium, armaturam, nauigationem, agriculturã, venationem, medicinam, theatricam. Ad hanc omnium rerum fabrica concurrere videtur: ad hanc enim pertinent vniuerſa quæ humanis neceſſitatibus inueniuntur grata, commoda, neceſſaria; & quæcunque ſub prędictis eius ſpeciebus cõprehendi cõprobantur.

Ars mechanica ſecundũ ſuã rationẽ, ad philoſophiã pertinet, ſecundũ adminiſtrationem ad artificem, eius 7. ſunt ſpecies.

Triplex actionum genus circa neceſſaria huius vitæ.

De Lanificio, & eius materia, & inſtrumntis.

CAP. II.

LAnificium eſt prima ſpecies mechanicæ, ad quã pertinet omnis opera nendi, retorquendi, con-

Quæ opera ad lanificiũ pertineant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſuendi; quicquid ſit inſtrumento, colo, fuſo, acu, pectine, calamiſtro, girgillo, alabro, ſubula, In materia lini, lanæ, cannabi, & ſuberis, omnis vſus floccorum, filtrorum, ſagorum, ſagīnarum, mattularum; & ſportarum.

Lana. *Iſidorus libr. 19. Lana* à laniando, id eſt vellendo dicta: hinc & vellus dictum, quòd prius lanæ vellerentur, non tonderentur. *Linum.* *Linum* ex terra oritur, deflexumque eſt nomen eius à Græco, nam linum Græci *linarium* dicunt, ſiue quod ſit molle & leue. *Stuppa.* *Stuppa* vero cannabi eſt ſiue lini; hæc ſecundum antiquam orthographiam ſtippa dicta, quòd ex ea rimæ nauium ſtipentur; vnde & ſtipatores dicuntur, qui in vallibus eam componunt. *Tomentum.* *Tomentum* appellatum, quòd aut in filo, aut in tela tumeat, nec ſubtilitatem habeat. *Cannabum.* *Cannabum* à ſimilitudine cannæ vocatum; ſiue à Græca etymologia, nam illi cannabum *canabin* vocant. *Byſſum.* *Byſſum* genus eſt quoddam lini nimium candidi & molliſſimi, quod Græci *Papatem* vocant. *Fibrinum.* *Fibrinum* lana eſt animalium, quæ fibros vocant, *Sericum.* *Sericum* dictum, quia id Seres primum miſerunt; vermiculi enim ibi naſci perhibentur, à quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipſi Græcè bombices vocātur. *Placium.* *Placium* eſt ſtuppa, & quaſi craſſitudo ſerici, & eſt Græcum nomen.

Tela. *Tela* pro longitudine ſtaminis dicta: tela autem eſt, quæ infra ſupraque religata, duobus lignis inuertitur vt texatur; ſed quo inferius texta inuoluuntur, eo ſuperius texenda duplicatur; & vnde ſe ad augmentum implicat, inde fit minus quod reſtat. *Inſubuli.* *Inſubuli*, quia infra & ſupra ſunt, vel quia inſubulantur. *Radij.* *Radij* dicti quia radendo fiunt. *Pectines.* *Pectines*, quòd pexa fila reddant, & imprimant. *Colum.* *Colum*, quod fit in longitudine & rotunditate quaſi columna. *Fuſus.* *Fuſus*, quod per ipſum fundatur quod netum eſt. *Alabrum.* *Alabrum*, quòd in eo librentur fila, id eſt voluantur. *Calatum.* *Calatum*, leue geſtamen ex ligno vel canna, aut ex iunco factum, in quo vel penſa ponuntur, vel leguntur flores; *cala* enim Græcè, lignum eſt. *Penſum.* *Penſum* mulierum à pendendo dictum, vnde penſa & impenſa nostrum. *Fila.* *Fila* dicta, vel quia ex pilis animalium ſunt, vel quia lanificium filis tenuibus conſtat in modum pilorum, id eſt quaſi filorum. *Glomellum.* *Glomellum* corruptè à globo dictum per diminutionem, quaſi globellum. *Panulia.* *Panulia* vel *panuclæ*, quòd ex eis panni texuntur: ipſæ enim diſcurrunt per telam, *Stamen.* *Stamen* dictum, quia rectū ſtat. *Trama.* *Trama*, quòd via recta tranſmittatur per telam. *Licia.* Eſt enim filum intra ſtamen currens. *Licia* ſunt quibus ſtamina ligantur, quaſi ligia.

De Veſtibus communibus.

CAP. III.

THOMAS *de Naucell. ſuper cantica.* Veſtis quoque laudabilis, ſcilicet in materiæ pretio, in texturæ artificio, in magnitudine vtilitatis, in pulchritudine coloris, in ſuauitate odoris. *Materia veſtiū triplex.* Materia veſtium pretioſa triplex eſt; fit enim quandoque de cortice herbarum, vt de lino & cannabo, quam multis tunſionibus & attritionibus oportet fieri. *Varia ſunt veſtium genera.* Quandoque de pilis animalium, vt de lana. Quandoque de viſceribus vermium, vt veſtis ſerica.

Iſidorus vbi ſupra. Veſtis antiquiſſima hominū fuit *perizomatum*, ſcilicet ſuccinctorium quo tantum genitalia conteguntur. hoc primū primi mortales ex foliis arborum ſibi fecerunt, cuius vſum quædam barbaræ gentes dum ſint nudæ vſque hodie tenent. hæc & campeſtria nuncupantur, pro eo quòd eiſdem, iuuenes qui nudi exercentur in campo, pudenda operiunt. *Tunica.* *Tunica* veſtis antiquiſſima, ſic appellata quia in in motu incedētis ſonum facit, tonus enim ſonus eſt. Primum autem fuere tunicæ pelliciæ, quibus poſt offenſam & eiectionem de paradiſo, Adam & Eua inducit ſunt.

Talaris Tunica. *Talaris tunica* dicta, eo quod ad talos vſq, deſcendat, & ad pedes defluat; ſicut pectoralis, quia apud antiquos, breuis erat, vt tantum pectus operiret, licet nunc profuſior ſit. *Manicleta tunica*, id eſt manicata tunica, eo quòd habeat manicas, quā *ciroditam* Græci vocant. *Manicleata tunica.* *Dalmatica.* *Dalmatica* veſtis primum in Dalmatia prouincia Græciæ texta eſt, tunica ſacerdotalis candida, cum clauis ex purpura. *Ruſſata.* *Ruſſata*, quam Græci Phæniceam vocant, nos coccineam, reperta à Lacedemoniis ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinem, quoties quis in acie vulneraretur, ne contemplanti aduerſario animus augeſceret. Hac ſub conſulibus Romani vſi ſunt milites, vnde etiam ruſſati vocabantur: ſolebant etiam pridie quàm dimicandum eſſet, ante principia proponi, quaſi admonitio, & indicium futuræ pugnæ.

Laculata. quæ lacus quadratos, quoſdam habet, cū pictura intextos, aut additos acu. *Laculata.* *Hyacinthina.* *Hyacinthina* veſtis aereo colore reſplendens. *Bombicina.* *Bōbicina.* *Bombicina* eſt à bombice vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat, quorum textura bombicinum dicitur, conficiturque in inſula Choo Apocalania. *Serica.* *Serica* à ſerico dicta, vel quòd eam Seres primi miſerunt. *Holoſerica.* *Holoſerica* tota ſerica, oló enim totum. *Tramoſerica.* *Tramoſerica* ſtamine lineo, trama ex ſerico. *Byſſina.* *Byſſina* cādida, confecta ex quodam genere lini groſſioris. *Fibrina.* *Fibrina* veſtis, tramam de fibri id eſt caſtoris lana habens. *Caprina.* *Caprina* de caprarum pilis contexta. *Lineſtema.* *Lineſtema* veſtis eſt ex lana linoque contexta, & dicta linoſtema, quia in ſtamine linum, in trama lanā habet. *Polimitus.* *Polimitus* enim textus multorum colorum eſt. *Acupicta.* *Acupicta* veſtis, acu textilis, vel acu ornata, eadem & Frigia. *Trilicis.* *Trilicis* à tribus liciis, quia eſt & ſimplex & bipex. *Colobium.* *Colobium* dictum, quia longum eſt. & ſine manicis. Antiqui enim magis hoc vtebantur: *Leuitenarium.* *Leuitenarium* eſt colobium laneum ſine manicis, quo Ægyptij monachi vtuntur.

Lumbare. *Lumbare* vocatur quod lumbis religetur, & quòd lumbis hęreat. Hoc in Ægypto & Syria non tantum fœminæ, ſed & viri vtuntur. *Limus.* *Limus* eſt veſtis, quæ ab vmbilico vſque ad pedes producitur: hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam, vnde & nomen accepit: Nam limum obliquum dicimus. *Armelauſa.* *Armelauſa* vulgo vocata, quòd ante & retro diuiſa atque aperta eſt, in armos tantum clauſa, quaſi armi clauſa, c. litera ablata. *Camiſias.* *Camiſia.* vocamus, quòd in his dormimus in camis, id eſt in ſtratis noſtris, ſiue quod primum fiebant à cannabis. *Tubracos.* *Tubraci.* vocatos, quòd tibias brachaſque tegant, & quod à bracis ad tibias vſque perueniant.

De veſtibus legalibus.

CAP. IV.

OCTO ſunt in lege genera ſacerdotalium veſtimentorum. *Poderis.* *Poderis* eſt tunica ſacerdotalis linea, corpori aſtricta, & vſque ad pedes deſcendens, vnde & nuncupata; *Podas* enim Græci pedes vocant: hanc vulgo camiſiam vocant. *Abaneth.* *Abaneth* cingulum ſacerdotale rotundum, polimitica arte, ex cocco, purpura hyacinthoque contextum, ita vt flores atque gemmæ in eo eſſe viderentur diſtinctæ. *Pileum.* *Pileum* eſt ex biſſo rotundum, quaſi ſphera media, caput tegens ſacerdotale, & in occipitio vitta conſtrictum, hoc Græci & noſtri Tyaram vel Galeram vocant. *Machil.* *Machil* quod eſt tunica talaris, tota hyacinthina, habens ad pedes ſeptuaginta duo tintinnabula, totidemque intermixta ac dependentia mala punica. *Ephod.* *Ephod*, quod interpretatur. Latine ſuperindumentum; Erat enim pallium ſuperhumerale, & quatuor coloribus & auro contextum, habens in vtroque humero lapides duos ſmaragdinos auro incluſos, in quibus ſculpta erant nomina Patriarcharum. *Logicon.* *Logicon ſeu Rationale.* *Logicon* quod Latine dicitur rationale, pannus duplex auro & quatuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant 12. pretioſiſſimi lapides. Hic pannus ſuperhumerali contra pectus pontificis annectabatur. *Petalum.* *Petalum* aurea lamina in fronte pontificis, quę nomē

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Dei illud ineffabile Tetragrammaton quatuor Hebraicis literis habebat ſcriptum. *Batin*, ſiue fœminalia, ideſt bracę lineę vſque ad genua pertingentes, quibus verecunda ſacerdotis velabantur. *Batin,*

De Proprijs veſtibus quarundam gentium.

CAP. V.

QVibuſdam autem nationibus ſua cuique propria veſtis eſt, vt Parthis, Sarabara: Gallis, Linnæ: Germanis, Renones: Hiſpanis, Satriges: Sardis, Maſtrugæ. Sarabara ſunt fluxa ac ſinuoſa veſtimenta, de quibus legitur Dan. *Et Sarabara eorum non ſunt immutata.* Apud quoſdam autem Sarabaræ quædam capitum tegmina nuncupantur, qualia vidimus in capite Magorum picta. *Linnæ* ſaga quadra & mollia ſunt. *Renones* ſunt velamina humerorum & pectoris vſque ad vmbilicum, atque in tortis villis adeo hiſpida, vt imbres reſpuant, quos vulgo reptos vocant, quia longitudo villorum quaſi reptat. Maſtruga veſtis Germanica ex pelliculis ferarum: Maſtruga autem quaſi mõſtruoſa, eo quod qui ea induuntur, quaſi in ferarum habitum transformantur. *Sarabora.* *Linnæ.* *Renones.* *Maſtruga.*

Dignoſcuntur & gentes ita habitu, ſicut & lingua diſcordes, Perſæ brachia & cruta lineamentis, caput tyara tegunt. eminent apicibus faſtigiatis Allani. horrét & malè tecti latratoribus linguis Scoti. Sagati ſunt Alemanni: lintheati Indi: gẽmati Perſæ: ſericati Seres, pharetrati Armeni. *Nonnullę* autem gentes non ſolum in veſtibus, ſed in corpore, aliqua ſibi propria quaſi inſignia vendicant: vt videmus Cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum, ſtigmata Britonum. Circuncidunt quoque Iudæi preputia. Pertundunt Arabes aures. Flauent intextis capitibus Gethæ. Nitent Albani albentibus crinibus. Mauros habet tetra nox corporum. Gallos candida cutis. ſine equis inertes extant Alani. Nec abeſt gens Pictorum, nomen habens à corpore, quod minutis opifex acus punctis, & expreſſos natiui graminis ſuccos includit, vt has ad ſui ſpeciem cicatrices ferat, pictis artubus maculoſa nobilitas. *Habet* & ſexus inſtitutam ſpeciciem habitus; vt in viris tonſi capilli, in mulieribus redundãtia crinium, quod maxime virginibus inſigne eſt, quarum & ornatus ipſe propriè ſic eſt, vt cumulatus in verticem ipſam capitis ſui arcem, ambitu crinium contegat. *Gentes dignoſcuntur habitu ſicut & lingua, item quibuſdam corporis inſignijs.*

De Pallijs virorum

CAP. VI.

PAllium eſt quo miniſtrantium ſcapulæ contegũtur, vt dum miniſtrant, expediti diſcurrant. Dictum autem pallium à pellibus, quia prius ſemper indumento pelliceo veteres vtebantur, quaſi pellea ſiue à palla per deriuationem. *Chlamis* eſt qui ex vna parte induitur, neque conſuitur, ſed fibula infrænatur. *Toga* dicta, quod velamento ſui, corpus tegat, atque operiat. Eſt autem pallium purum, forma rotunda effuſiore, & quaſi inundante ſinu, & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur. Toga autem Romani in pace vtebantur, belli autem tempore paludamentis: Menſura togæ iuſta, ſi ſex vlnas habeat *Toga prętexta* eſt, cui prætexitur latior purpura. Hanc initio Romæ propinquos & amicos regum ſolos habere ſolitos, purpuratoſque ob hoc vocari; obſeruatum ne quis prætexta vteretur, niſi qui honores ſumpſiſſet à populo. *Paludamentum* erat inſigne pallium Imperatorum, cocco purpuraque & auro diſtinctum. De quo Saluſt. *Togam* inquit *Paludamento mutauit.* Erat autem pallium bellicum, dictum vt quibuſdam videtur, quod eo indutus palam faceret Imperator futurum bellum. *Circumtextum* eſt, quod Græce ciclas dicitur. De quo Virgilius. *Et circumtextum croceo velamen acantho.* Circumtextum autem dictum, quia eſt rotundum pallium. *Diplois* Gręcum nomen, ab eo quod ſit duplex amictus. Eſt autem veſtis militaris, cuius vſus Gallicis primum expeditionibus cœpit præda hoſtili, vnde fuit vox illa ſenatui: *Togis depoſitis Quirites ad Saga conuerſi fuerant.* *Sagum* autem Gallicum nomen eſt, dictum autem Sagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratum vel quadruplex eſſet. *Paludamentum.* *Circumtextum.* *Pallium.* *Chlamis.* *Toga.* *Toga prætexta.* *Diplois.* *Sagum.*

Penula eſt pallium cum fimbrijs longis. *Laterna* pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites vtebantur. Vnde & in diſtinguenda caſtrenſi vrbanaque turba, hos togatos, illos lacernatos vocabant. Inde autem lacernæ, quaſi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis vt ſunt penularum. *Prætexta* puerile eſt pallium, quo vſque ad decimum ſextum annum pueri nobiles ſub diſciplinæ cultu vtebantur, vnde & prætextati pueri appellati ſunt. Dicta autem prætexta, quia prętexebatur ei latior purpura. *Caſula* eſt veſtis cucullata, dicta per diminutionem à caſa, quod totum hominem tegat, quaſi minor caſa; inde & cuculla, quaſi minor cella. *Birrus* à Græco vocabulum trahit, illi enim birrum librum vocant. *Melotes*, quæ etiam pera vocatur, pellis eſt caprina, à collo pendens præcincta vſque ad lumbos. Eſt enim habitus proprie neceſſarius ad operis exercitium: fiebat autem prius, vt quidam æſtimant. de pelliculis Melonum, vnde & melotæ vocatæ ſunt. *Fimbriæ* vocatæ ora veſtimentorum, hoc eſt fines. *Penula.* *Laterna.* *Prætexta.* *Caſulæ.* *Birrus.* *Melotes.* *Fimbriæ.*

De Pallijs fœminarum.

CAP. VII.

REgillum, eſt prelatum reginarum amiculum, vnde & appellatum. *Peplum* matronale pallium ex pur pura lignatum, cuius fimbriæ aurei ſtaminis ſummitate reſplendent. *Palla* eſt quadrum pallium muliebris veſtis deductum vſque ad veſtigia, affixis in ordinem gemmis. *Stola* matronale operimentum, quod cooperto capite & ſcapula, à dextro latere in læuum humerum mittitur: Stola autem Græce vocatur, quod ſuperemittatur. Idem & *ricinium* latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars à retro eiicitur, quod vulgo Mauortem dicunt, vocatumque Mauortem quaſi Martem. Signum autem Maritalis dignitatis & poteſtatis in eo eſt. Caput enim mulieris vir eſt: Inde & ſuper caput mulieris eſt. *Amiculum* eſt meretricum pallium lineum. hoc apud veteres matronę in adulterio deprehenſæ induebantur, vt in tali amiculo potius quàm in ſtola polluerent pudicitiam. Erat enim apud veteres hoc ſignum meretriciæ veſtis; nunc in Hiſpania honeſtatis *Theriſtrum* palliolum eſt, quo vſque hodie Arabiæ & Meſopotamiæ mulieres velantur, quo in æſtu tutiſſimo tegantur vmbraculo, de quo in Eſaia legitur. *Anoboladium* amictorium lineum fœminarum quo humeri operiuntur, quod Græci & Latini ſindonem vocant. *Regillum.* *Peplum.* *Palla.* *Stola alias.* *Ricinium.* *Amiculum.* *Theriſtrum.* *Anoboladiũ.*

De Ornamentis lectorum.

CAP. VIII.

STragulum veſtimentum eſt diſcolor, quod manu artificis diuerſa varietate diſtinguitur, dictum autem quod in ſtratu & in amictu aptum ſit. *Fulcra* ſunt ornamenta lectorum, dicta quod his fulcimur, ideſt ſuſtinemur, vel quod thoros fulciant, ſiue caput, quæ reclinatoria vulgus appellat. *Ceruicalia* autem, eo quod ponantur ſub ceruice, vel cubito. *Puluillus* dictus à puluinari, qui eſt diuitum lectus. *Culcitræ* vocatę, quod calcentur, ideſt farciantur pluma ſiue tomento, quo molliores callidioreſque ſint. *Tapeta* dicta, quod pedibus primum ſterneretur, quaſi tapedia. Tapeta autem aut ſipla ſunt, aut amphitapa. Sipla tapeta, ex vna parte villoſa, quaſi ſimpla. Amphitapa, ex vtraque parte *Stragulum.* *Fulcra.* *Ceruicalia.* *Puluillus.* *Culcitra.* *Tapeta.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Mantilia. parte villoſa tapeta. *Mantilia* nunc pro operiendis mẽſis ſunt, quæ (vt nomen ipſum indicat) olim tergendis manibus præbebantur, ſiue mantilia à mãdendo. *Mappæ* conuiuij & epularum appoſitarum ſunt, quaſi manupæ, atque ob id nominatæ, cuius diminutiuum mapella eſt. *Facitergium*, vel manutergium, à tergendo faciem, vel manum vocantur. *Vela, dicta* quod obiectu ſuo interiora domorum velent. Dictę ſunt autem cortinæ à corijs, eo quod prius ex pellibus fuiſſent factæ. Cilicia Arabes nuncupant velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus ſibi tentoria faciunt.

Mappæ.

Facitergium & manutergium.

Vela.

Cortina.

Cilicia.

De Tincturis veſtium.

Cap. IX.

Coccum. TInctura vocata eſt, quia tingitur, & in aliam fucatam ſpeciem nitoris gratia coloratur. *Coccum* Græci, nos rubrum ſeu vermiculum dicimus. eſt enim vermiculus ex ſilueſtribus frondibus. *Conchilium* dictum, eo quod ex conchulis marinis color eius colligitur. idem & Oſtrum vocatur. Conchilia autem sũt maris, quæ circumciſa ferro, lachrymas purpurei coloris emittunt. His collectis color purpureus temperatur: Et oſtrum exinde appellatum dicunt, quod ex teſtæ humore elicitur. *Purpura* à puritate lucis vocata. *Ferrugo* color eſt purpurę ſubnigræ, qui fit in Hiſpania. *Glaucus* color ferrugineus ſubniger. *Elbidum* ab elbo colore vocatum. Elbum enim medius color inter album & nigrum, & elbum ab albo eſt deriuatum. *Luteus* color rubicundus, quod eſt croceus. *Menum* dictum, quod ſit colore nigro. Græci enim melan nigrum dicunt. *Maſticinum*, croceum: *Blatteum*, purpureum, *Blauum*. Meſticium, oſticium, quia ex vſto eſt; fit enim ex dependenti fuligine tectorum, egeſta aſſiduis ignibus, vnde & color eiuſdem tincturæ flammeus eſt. hactenus de veſte dehinc ad cæterum cultum veniamus.

Coccum.

Conchilium ſiue oſtrum ex lachrymis piſcium fit.

Purpura.

Ferrugo.

Glaucus.

Elbidum.

Luteus.

Menum.

Maſticinum Blatteum. Meſticium.

De Coronis & infulis, ac cæteris membrorum ornamentis.

Cap. X.

ORnamenta dicuntur eo quod eorum cultu, ora vultuſq; decorẽtur. Prima inter ornamenta eſt corona, inſigne victoriæ, ſiue regij honoris ſignum, quę idcirco in caput regium ponitur, ad ſignificandos circumfuſos in orbe populos, quibus accinctus quaſi caput ſuum coronatur. *Infula* eſt faſciola ſacerdotalis capitis, alba in modum diadematis, à qua vittæ ab vtraque parte dependent, quę infulam vinciunt: vnde & vittę dictæ ſunt, quod vinciant. *Apex* eſt pileum ſutile, quo ſacerdotes gentiles vtebantur, appellatus ab accipiendo, id eſt ligando: Nam virgula quæ in pileo erat connectebatur filo, quod fiebat ex lana hoſtiæ cæſæ. Pileum autem dictum à pelle hoſtiæ vnde fiebat. *Cidaris*, & ipſum ſacerdotum erat, quod à pleriſque mitra vocatur. *Diadema* eſt ornamentum capitis matronarum, ex auro & gemmis contextum: quod in ſe circumactis extremitatibus retro aſtringitur, & exinde dictum Græcè, quod præligetur. Mitra eſt pileum Phrygium caput protegens, quale eſt ornamentum capitis deuotarum: Sed pileum virorum eſt, mitra autem fœminarum. *Redimicula* autem ſunt quibus mitra alligatur.

Vittæ ſunt, quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, & vittæ dictæ, quod vinciant. Item eſt qua corona vincitur: *Tenia* vero extrema pars vittæ quæ dependent coronæ. *Reticulum* eſt quod colligit comas, dictum ab eo, quod retinet crines, ne effundatur. *Diſcriminalia* capitis mulierem ſunt vocata, eo quod caput auro diſcernant, nam diſcriminare diuidere dicitur. *Acus* ſunt quibus in fœminis ornandorum crinium cõpago retinetur ne laxius fluant, & ſparſi diſſipentur capilli. *Inaures* ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretioſa grana lapidum dependent. Harum vſus in Græcia puellæ vtraque aure, pueri tantum dextra gerebant.

Corona quid ſignificet.

Infula.

Apex, pileũ.

Cidaris, mitra.

Diadema.

Mitra.

Redimicula.

Vitta.

Reticulum.

Diſcriminalia.

Acus.

Inaures.

Torques ſunt circuli aurei, à collo ad pectus vſque pendentes. Torques autem & bullæ à viris geruntur, à fœminis vero monilia & catellæ. Dictæ autem torques, quod ſint tortæ; & bullę, quod ſimiles ſunt rotunditate bullis, quæ in aqua vento inflantur. *Monile* ornamentum ex gemmis eſt, quod ſolet ex fœminarum pendere collo, dictum à munere. hoc & ſerpentum etiam dicitur, quia conſtat ex amphorulis quibuſdam aureis, gemmiſque varijs, in modum facturæ ſerpentis. *Murena* vulgo vocatur, quod ſcilicet auri metallo in virgulis lentenceſcente, quędam ordinis flexuoſi catena contexitur, in ſimilitudinem murenæ ſerpentis, quæ ad collum ornandum aptatur. Hæc interdum auri & argenti texitur virgulis.

Torques.

Monile.

Murena.

Catellæ ſunt catenulæ colli inuicem ſe comprehendentes in modum catenę, vnde & appellatæ. *Dextras* communes eſſe virorum ac fœminarum, quia vtriuſque dextræ ſunt. *Armillæ* autem proprie virorum sũt, collatæ victoriæ cauſa militibus ob armorum virtutem; vnde & quondam vulgo virilę dicebantur. Ab intellectu circuli Armilla non diſcrepat, quia ipſa quoque hoc vbi ponitur ambiendo conſtringit; Sed quando armilla latius extenditur, circulus rotundus fit. *Fibulæ* ſunt quibus pectus fœminarum ornatur, vel pallium tenetur à viris in humeris, ceu ſingulum in lumbis. *Lunulæ* ſunt ornamenta mulierum in ſimilitudine bullulæ aureæ dependentes. *Specula* ſunt quibus fœminæ vultus ſuos intuentur. *Periſcelides* ſunt apud fœminas ornamenta crurum, quibus greſſus earum ornantur. *Olfactoriola* vaſcula ſunt muliebria, quibus odoramenta geſtantur.

Catella.

Dextra.

Armillæ.

Fibula.

Lunula.

Specula.

Periſcelides.

Olfactoriolæ.

De Annullis & cingulis

Cap. XI.

ANnuli autem ſunt per diminutionem dicti à circulis & anis, qui ſunt circum brachia, & circum crura; vnde & ſigna eorum per diminutionem ſigilla. Nam ſigna maiora ſunt, ſigilla vero quaſi minora ſigna. Annulos homines primum geſtare cœperunt quarto à pollice digito, eo quod vena quædam vſque ad cor pertingat. quam notandam ornandamque aliquo inſigni veteres putauerunt. Apud Romanos annuli de publico dabantur. Nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris ſolidi.

Annuli vnde dicti, & cur in 4. digito ferri ſolent.

Cinctus eſt lata zona, & minus lata ſemicinctium, & vtriſque minima cingula. Nam à cincto per diminutionem cingulum nominatur. *Baltheum* cingulum militare eſt, dictum quod ex eo ſigna dependent, ad demonſtrandam legionis militaris ſummam, ideſt ſex millium ſexcentorum, ex quo numero & ipſi conſiſtunt: vnde & baltheus dicitur non tantum quod cingitur, ſed etiam à quo arma dependent. *Zona* Græcum eſt, quam illi zonarium, nos cingulum nuncupamus. *Strophium* eſt cingulum aureum cum gemmis: De quo dicit Cinna. *Strophio lactantes cincta papillas.* *Fibula* Græcum eſt, quam illi *fiblin* dicunt, quod liget. *Redimiculum* eſt, quod ſuccinctorium ſiue bracile nuncupamus, quod deſcendens per ceruicem, & à lateribus colli diuiſum, vtrarumque alarum ſinus ambit, atque hincinde ſuccingit; vt aſtringens latitudinem veſtis ad corpus contrahat, atque coniungendo componat. Hoc vulgo brachile, quaſi brachiale dicunt; quamuis nunc non brachiorum, ſed remum ſit cingulum. *Faſcia* eſt qua tegitur pectus, & papillæ comprimuntur, atque criſpanti cingulo anguſtius pectus arctatur. Et dicta faſcia, quod in modum faſciculi corpus alliget. Hinc & faſciolæ quibus vulnera colligantur. *Vitta* dicta, quod ea pectus ligatur, inſtar vitis ligantis. *Faſciola* eſt quæ ambit extremitatem veſtium, aut ex filis, aut ex auro contexta, aſſutaque extrinſecus: in extrema parte veſtimenti, vel chlamidis.

Cingulum vnde dictũ.

Baltheum.

Zona.

Strophium.

Fibula.

Redimiculũ.

Faſcia.

Vitta.

Faſciola.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Calciamentis.

CAP. XII.

Calciamẽta vnde dicta.

CALCIAMENTA dicta, quòd in calo id est in ligno fiant, vel quòd calcentur. *Crepidas* Græci ante repertis vsi sunt. Est autem genus singularis formæ, & idem vtrique aptum pedi, vel dextro, vel siniſtro. Crepidas autem dictas, quòd cum sono ſtringantur, siue à pedum crepitu in ambulando. *Calceis* reges vtebantur, & Cæsares forma eorum. *Ocrea* tibialia, calciamenta sunt dicta, quòd crura tegant. *Coturni* sunt quibus calciabantur tragædi qui in theatro ducendi erãt, & alta intonanti voce carmina cantaturi. Est enim calciamẽtum in modum crepidarum quo heroes vtebantur, sed tale est, vt & in dextro & in læuo cõueniat pede. *Braxea* calciamenta comædorum erant, sicut tragædorum coturni, quos quidam etiam calones appellant, eo quòd ex salice fierent. Nam Græci vt diximus, lignum cala vocabant. *Talares calcei* socci sunt, qui & inde nominati videntur, quòd ea figura sint vt contingant talum; sicut *sotulares*, quòd sub talis sunt, quasi subtalares. *Obſtrigilli* sũt, qui ad plãtas cõsuti sũt, & ex superiori parte corrigia trahitur, vt constringantur; vnde & nominantur. *Solea* sunt quibus tantum pedum plantæ teguntur, dictę à solo pedum. Item soleæ materiales ex materiali corio intexta. *Socci* cuius diminutiuum socelli, appellati inde quòd soccum habeant, in quo pars plantę iniicitur. *Caligula*, caligæ, vel à callo pedum dictę, vel quia liganturnam socci non ligantur, sed tantum intromittuntur. *cernui socci* sunt sine solo. *Lingulati* quos nos foliatos vocamus. *Clauati* dicti, quasi calibati, eo quòd minutis clauis .i. acutis soleæ caligis vinciantur. *Perones & culponea* rustica calciamenta sunt. *Braxea* calciamenta sunt mulierum. *Corrigea* à coriis vocantur, vel à colligatione, quasi colligę.

Calciamẽta vnde dicta. Crepida. Calcei. Ocrea. Coturni. Braxea. Thalares calcei. Sotulares. Obſtrigilli. Solea. Socci. Caligula. Cernui socci. Lingulati. Clauati. Perones. Braxea. Corrigea.

De armatura & eius 1. ſpecie qua dicitur architectoria.

CAP. XIII.

Armatura duas habet ſpecies ſc. architectoria & fabrilis quæ etiã bifariã diuiduntur.

RICHARDVS *vbi ſupra*. Armatura, quæ est secunda species mechanicæ, duas habet species, architectoriã, & fabrilem. *Architectoria* diuiditur in cœmentariam, quæ ad latomos & cœmentarios pertinet; & carpentariã, quę ad carpentarios & tignarios. *Fabrilis* diuiditur in maleatoriam, & excluſoriam. Ad armaturam igitur pertinet quicquid fit inſtrumento, dolabro, aſcia, ſecuri, in trulla, perpẽdiculo, martello, ſcalpello, artauo, incude, in materia, ligno, & lapide, ſabulo, gipſo, ære.

Quid architectoria, & quanam artes liberales illi ſubſidiũ præſtent.

Vitruuius in libro de architectoria, primo, Architectoria est ſcientia, pluribus diſciplinis, & variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia quæ à cæteris artibus perficiuntur opera. Architectũ ſiquidem opotet ingenioſum eſſe & docilem, cui Geometria plura præſidia præſtat, vt facilius in areis ædificiorum, deſcriptiones, normarumque & librationum ac linearum directiones, expediat. Arithmetica quoque, qua ſumptus ædificiorum computet. Muſica vero, quæ ferramentorum percutientium ſonitus, ad ipſius aures artificis, certos & æquales faciat. Aſtrologiam quoque noſſe oportet, propter quatuor mundi climata, & cęli rationem & aſtrorum curſus: quorum notitiam ſi non habuerit, horologiorum rationem omnino ſcire non poterit. Philoſophia tãdem neceſſaria eſt, propter naturam aeris & locorum qui ſalubres ſunt aut peſtilentes, aquarumque vſus, ſine quibus ſcilicet rationibus, nulla ſalubris habitatio fieri poteſt.

Architectoria includit fabricam & ratiocinationem.

Itaque perfectus artifex non erit, niſi quia pueritia his diſciplinarum gradibus ſcandendo ad ſummam vſque peruenerit. Nec tamen Architectus poteſt eſſe Grammaticus, vt fuit Ariſtarchus; nec muſicus vt Ariſtoxenus: nec pictor, vt Apelles: nec medicus, vt Hypocrates; nec in cæteris doctrinis ſingulariter excellẽs & præclarus, ſed in his non imperitus. Architectoria naſcitur ex fabrica & ratiocinatione. *Fabrica eſt continuata & vſu trita meditatio, quę manibus perficitur. Ratiocinatio autem eſt, qua res fabricatas ſolertia ac rationis proportione demonſtrat & explicat.*

De Partibus Architecturæ.

CAP. XIV.

Architectura ſex partibus conſtat.

CONSTAT autem Architectura ex ordinatione, & diſpoſitione, & Eurithimia, & Symmetria, & decore, & diſtributione. *Ordinatio* eſt modica membrorum operis commoditas ſeparatim, vniuerſæque proportionis ad ſymmetriam comparatio Hæc cõponitur quantitate. Quantitas autem eſt modulorum ex ipſius operis ſumptione, ſinguliſque membrorum partibus, vniuerſi operis conueniens effectus. 1. Ordinatio.

Diſpoſitio eſt rerum apta collocatio, eleganſq; cõpoſitio effectus operis cum qualitate. Huius ſpecies, quæ Græcè dicuntur ideæ, ſunt Iconographia, Ortographia, Cenographia. *Iconographia* eſt circini regulæque modicæ continens vſus, è qua capiuntur formarũ in ſoleis arearum deſcriptiones. *Orthographia* eſt erecta frontis imago, modicèque picta rationibus operis futuri figura. *Cenographia* eſt frontis & laterum aſcendẽtium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum reſponſus. Hæ naſcuntur ex cogitatione & inuentione. *Cogitatio* eſt cura ſtudij plena, & induſtria vigilantiaque effectus propoſiti cum voluptate. *Inuentio* eſt quæſtionum obſcurarum explicatio, ratioq; nouæ rei vigore mobili reperta. Hæ ſunt terminationes diſpoſitionum. 2. Diſpoſitio.

Eurithimia eſt venuſta ſpecies, commoduſq, in cõmunibus membrorum aſpectus. hęc efficitur cum mẽbra conuenientia ſunt, altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem, & ad ſummam omnia ſuæ ſymmetriæ reſpondent. *Symmetria* eſt ipſius operis membris conueniens conſenſus, ex partibuſque ſeparatis ad vniuerſæ figuræ ſpeciem latę partis reſponſus, vt in hominis corpore è cubito, pede, palmo, digito, cæteriſque particulis. 3. Eurithimia. 4. Symmetria.

Decor autem eſt emendatus operis aſpectus, probatis rebus compoſitus, cum auctoritate. Is perficitur ſtatione, vel conſuetudine, vel materia. *Statione*, vt cũ Ioue & cœlo, ſoli ac lunæ ædificia ſub diuo conſtituebantur, eo quod horum deorum ſpecies & effectus, in aperto ac lucenti mundo præſentes videri putabãtur. *Cõſuetudine*, vt cum ædificiis interioribus magnificus, veſtibula quoque conuenientia & elegantia fiunt, vt nõ ſint domus elegantes, aditus autem humiles. *Natura*, vt ſi primum ſaluberrimę regiones, aquarumque fontes in his locis eligantur, in quibus ædificia conſtruantur. 5. Decor.

Diſtributio eſt copiarum locique commoda diſpẽſatio, per eaque in operibus ſumptus ratione temperatio. Hoc ita obſeruabitur, ſi primum architectus ea non quærat, quæ non poſſunt inueniri vel comparari, niſi labore vel ſumptu magno. Non enim omnium vbique copia eſt, ſed aliud alio naſcitur loco. Itaq; vbi non eſt arena foſſicia, vtendum eſt fluuiacia, vel marina. Inopia quoque Abietis ſuppleatur vtendo Cupreſſo, Vlmo, Pinu, re quaque ſimiliter explicanda. Aliter quoque vrbanæ domus ædificandæ ſunt, aliter quibus ex poſſeſſionibus ruſticis fructus influunt, & omnino faciendæ ſunt aptæ perſonis omnibus ædificiorum diſtributiones. 6. Diſtributio.

De Prima eius ſpecie qua eſt adificatio.

CAP. XV.

Architecturæ tres ſunt ſpecies.

ARCHITECTVRÆ partes ſunt tres, ſcilicet ædificatio, gnomonica: machinatio. *Ædificatio* bipartita, vna mœnium, & communium operum in publicis locis collocatio: altera priuatorum ædificiorum explicatio. *Publicorum* autem diſtributiones ſunt tres.

E'qui-

E quibus *vna est defensionis*, scilicet murorum turriumque & portarum, ad ostium impetus perpetuo repellendos excogitata ratio. *Altera religionis*, scilicet templorum, sacratumque ædium collocatio. *Tertia oportunitatis*, scilicet communium locorum ad vsum publicum dispositio, vt portus, porticus, fora, balnea. & similia. *Hac autem* ita fieri debent, vt habeatur ratio firmitatis, vtilitatis & venustatis. *Firmitatis* erit habita ratio cum fuerit fundamentorum ad solidum depressio, æquaq; materiæ sine auaritia diligens electio. *Vtilitatis* autem cum fuerit emendata, & sine impeditione pro vsu locorum dispositio, & ad regiones sui cuiusque generis apta & commoda distributio. *Venustatis* vero, cum fuerit grata & elegans operis species, membrorumque commensus iustas habuerit symmetriárum ratiocinationes.

In publicis ædificijs habēda est ratio firmitatis vtilitatis & venustatis.

De Architecloribus, & instrumentis eorum.

CAP. XVI.

ISIDORVS, *lib.*19. Fabricis parietum atque tectorum Græci inuētorem Dedalum asserunt. Iste enim primus didicisse fabricam à Minerua dicitur. Fabros autem siue artifices Græci *tectonos* vocant, id est instructores. Architecti verò cœmentarij sunt, qui disponūt in fundamentis. Tria quidem sunt, quæ in vnoquoq; homine artifice expectantur, natura, doctrina, vsus. Natura ingenio, doctrina scientia, vsus fructu diiudicandus est. In structura autem parietum, ad normam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. *Norma* dicta est Græco vocabulo, extra quam nihil rectū fieri potest. Componitur autem ex tribus regulis, ita vt duæ sint binorum pedū: tertia habeat duos pedes, vncias decem, quas æquali crassitudine politas, extremis eacu minibus sibi iungit, vt schemam trigoni faciant; id erit norma. *Regula* dicta, quòd sit recta, quasi rectula, & impedimentum non habeat, *Perpendiculū* est, quod semper appenditur. *Denique* in fabrica, nisi omnia ad perpendiculum & certam regulam fiant, necesse est cuncta mendosa instruantur, vt aliqua prāua sint, aliqua cubantia, prona nonnulla, alia supina, & propter hoc vniuersa sint contracta. *Linea* à genere suo appellata est, quia ex lino fit. hac muratores vtuntur, siue lignarij, ne torrum aliquid construant. Trullę nomen factum, eo quòd trudit, id est includit calce vel luto lapides. Scalæ à scandendo, ideſt ascendendo vocatæ; hærent enim parietibus.

Tria in artifice expectātur s. natura, doctrina, vsus.

Norma.

Regula.

Perpendiculum.

Linea.

Trulla.

Scala.

De Dispositione & constructione ædificiorum.

CAP. XVII.

ÆDIFICIORVM partes sunt tres: Dispositio, constructio, venustas. *Dispositio* est areæ vel solij & fundamentorum descriptio. *Constructio* est laterum & latitudinis ædificatio. Constructio autem vel instructio votata, eo quòd instringat, & cohęrere faciat, vt lāpides luto, & ligna & lapides inuicem sibi. Vnde & strues. Aliud enim ædificatio, aliud instauratio. Nam ędificatio noua constructio est; instauratio vero, quod reparatur ad instar prioris: nam instar veteres pro similitudine ponebant, inde & instaurare dicebant. Constat autem constructio fundamento, lapidibus, calce, arena, & lignis. Fundamentum dicitur, eo quòd fundus sit ædificij.

Ædificiorū tres sunt partes.

Lapides in structuris apti sunt albus, tyburtinus, columbinus, fluuiatilis, fungia, rubrus, & reliqui. *Albus* lapis alius mollis alius durus. Mollis dentata serra secatur, tractabilis in opere est, ita vt in eo quasi in ligno literæ scribantur. *Tyburtinus*, qui dum ad fabricā fortis, vapore tamen diffilit. *Tofus* ædificiis inutilis, fundamentis aptus, mortalitate, & mollitie. *Arenacius* lapis concretus maris arenis, hic & bibulus. *Gaditanus* ab insula Oceani, vbi plurimus exciditur. *Pipernus* subalbidus, cum punctis nigris, durus atque forrissimus. *Cocleatius* cocleis lapillisque & arena concretus, asperrimus, interdum fistulosus. *Columbinus* à colore auium nuncupatus, natura vicinus gipso, & mollitie simillimus. *Molaris*, in parietibus vtilis, quia est pinguior natura eius, duraque & aspera; ex quo etiam & molæ fiunt, vnde & nomen traxit. Huius quatuor sunt genera, scilicet albus, niger, permixtus, ac fistulosus. *Sfungia*, lapis creatus ex aqua, leuis & fistulosus, & cameris aptus. *Silex* est durus lapis, ex cuius genere nigri silices optimi quibusdam in locis & rubentes. *Albi* silices contra vetustatem incorrupti permaneat, quibus nec ignis quidem nocet. Nā ex his etiam formæ fiunt, in quibus æra funduntur. *Viridis silex* vehementer & ipse igni resistens, sed nusquam copiosus; & vbi inuenitur, lapis, non saxum est, pallidus in cœmento, raro vtilis. *Fluuiatilis silex* semper veluti madens est. Hunc æstate exhiberi oportet, nec ante biennium inseri in structuris domorum.

Lapides ad structuram apti.

Lapis albus.

Tybartinus.

Tophus.

Arenacius.

Gaditanus.

Piperinus.

Cocleatius.

Columbinus

Molaris.

Sfungia.

Silex.

Tegulæ vocatæ, quòd tegant ædes. *Laterculi* verò vocati, quòd lati formentur, circumactis vndique tabulis quatuor. *Lutum* autem vocatum quidam per antiphrasim putant, quòd non sit mundum, nam omne lorum mundum est. *Calx* viua dicta, quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem, aquis incenditur quibus solet ignis extingui, oleo extinguitur quo solet ignis accendi. vsus eius in structuris fabricæ necessarius est; nam lapis lapidi non potest adhærere fortius; nisi calce coniunctus. *Gipsum* cognatum calci est, & est Græcum nomen; plura sunt eius genera, omnium autem optimum lapis specularis, est enim insigniis ędificiorum & coronis gratissimum. *Arena* ab ariditate dicta, huius probatio fit si manu impressa stridet, aut si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquit. *Auctor.* De calce, & arena, & topho; necnon & de lapidicinis; & lateribus coctis, plenius dictum est supra in 5. lib.

Tegulæ.

Laterculi.

Lutum.

Calx.

Gipsum.

Arena.

De partibus ædificiorum.

CAP. XVIII.

ISIDORVS *quintodecimo libro, Fundamentum* dictum est, quòd fundus sit domus. *Paries* nuncupatus, eo quòd semper duo sunt pares, vel à latere, vel à fronte. *Parietinas* dicimus quasi parietum ruinas, sunt enim parietes stantes sine tecto, & sine habitantibus. *Angulus*, quòd duos parietes in vnum coniungat. *Culmina* dicta sunt, quia apud antiquos tecta culmo tegebantur, vt nunc rustica, hinc tecti summitas culmen dicitur. *Cameræ* sunt volumina introrsum respicientia, appellatæ à curuo. *Laquearia* sunt, quæ cameram subtergunt & exornant, quæ & lacunaria dicuntur. *Absida* Græcè, Latinè interpretatur lucida, eo quod lumine accepto, per arcum resplendent. *Testudo* est camera, templi obliqua, nam in modum testudinis veteres templorum tecta faciebant, quæ ideo sic fiebant, vt cœli imaginem redderent, quod constat esse conuexum. *Arcus* dicti, quod sunt arcta conclusione curuati, ipsi & fornices. *Ostracus* est pauimentum testaceum; eo quòd fractis testis calce admixta feriatur; testæ enim Græcè *ostra* dicuntur. *Compluuium* dictum, quia aquæ partes quæ circa sunt eò conueniant. *Tessella* sunt è quibus domicilia sternuntur, à tesseris nominata, id est quadratis lapillis, per diminutionem.

Fundamentum.

Paries.

Parietinæ.

Angulus.

Culmina.

Camerę.

Laquearia.

Absida.

Testudo.

Arcus.

Ostracus.

Compluuiū.

Isido. 19. li. Columna pro longitudine & rotunditate vocatę, sunt in quibus totius fabricæ pondus erigitur: Antiqua ratio erat columnarū altitudinis tertia pars latitudinis. *Bases* sunt fulturæ columnarum, quę à fūdamento consurgunt, & suprapositę fabricę sustinent pondus, Bases autem nomen est Petræ fortissimæ Syro sermone. *Capitella* dicta, quod sint in columnarum capita; quasi super collum caput. *Epistillia* sunt, quæ super capitella columnarum ponuntur, & est Græcū. *Pauimenta* eo, quod pauiantur, id est cædantur, vnde & pauor, quia cędit cor: *Canalis* ab eo quod cana sit in modum cannæ.

Columna.

Bases.

Capitella.

Epistillia.

Pauimenta.

Idem

Aditus. Veſtibulum. *Idem in li. 25. Aditus* ab eundo dictus eſt, per quem ingredimur & admittimur. *Veſtibulum* eſt vel aditus domus priuatę, vel ſpatium adiacẽs ædibus publicis; & veſtibulum dictum eſt, eo quod eo veſtiũtur fores, aut quòd aditum tecto veſtiat, aut à ſtando.

Porticus. *Porticus* ad tranſeundum magis fit quàm ibi ſtandum; quaſi porta, eo quòd ſit aperta.

Ianua. *Ianua* primus ingreſſus domus, à Iano cui gentiles omnem introitum exitumq; ſacrauerunt. Oſtium eſt per hoc quòd ab aliquo arcemur ingreſſu, ab obſtando dictum; ſiue oſtium, quia oſtẽdit aliquid intus.

Fores & Valuæ. *Fores* dicuntur quæ foras; *Valuæ* quæ intus reuoluuntur, & duplices complicabileſque ſunt.

Feneſtra. Sed generaliter vſus vocabula iſta corrumpit. *Feneſtræ* ſunt, quibus pars exterior anguſta, & interior diffuſa eſt; quales in horreis videmus, dictæ eo quod lucem fænerẽtur: lux enim Græcè *fos* dicitur, vel quia B

Cardo. per eos intus poſitus homo, foras videt. *Cardo* eſt locus in quo oſtium vertitur, & ſemper mouetur, dictus quòd quaſi cor hominem totum, ita ille cuneus ianuam regat ac moueat; vnde & prouerbiale eſt, *in cardine rem eſſe.*

Limina. *Limina* oſtiorũ dicta, eo quòd tranſuerſa ſint, vt limes, & per ea ſicut in agro, aut introeatur, aut foras eatur.

Poſtes. *poſtes*, eo quòd poſt oſtium ſtent.

De venuſtate ædificiorum.

Cap. XIX.

IDEM *in li.* 19. Venuſtas eſt quicquid illud ornamẽti & decoris cauſa ædificiis additur, vt tectorum auro diſtincta laquearia, pretioſi marmoris cruſtæ, & colorum picturæ.

Laquearia. *Laquearia* ſunt quæ cameram ſubtegũt C & ornãt, quæ & lacunaria dicuntur, quod lacus quoſdam habeant quadratos vel rotundos, ligno vel gipſo vel coloribus pictos, cum ſignis intermicantibus.

Cruſtæ. *Cruſtæ* tabulæ ſunt marmoris vnde & marmorati perietes, cruſtati dicuntur.

Lithoſtrota. *Lithoſtrota* ſunt elaborata arte picturæ paruulis cruſtis ac teſſellis tinctis in varios colores.

Pictura. *teſſelli* autem à theſſeris nominati, id eſt quadratis lapillis per diminutionem. *Pictura* autem eſt imago exprimens ſpeciem alicuius rei, quaſi fictura, hinc & fucata, id eſt fuco quodam colore illita. Sunt quædam picturæ, quæ dum fidem augere cõtendunt, ad mendacium prouehunt, ſicut qui chimeram tricipitem pingunt, vel Scyllam hominem ſurſum, canmis autem capi ibus cinctam deorſum. Pictores prius vmbras quaſdam & lineas futuræ imaginis ducunt, deinde coloribus implent.

Colores vnde dicti. Colores autem dictos, quod calore ignis vel ſole perficiuntur; ſiue quod in initio colabantur, vt ſummæ ſubtilitatis exiſterent. Colores aut naſcuntur aut fiunt. Naſcũtur vt ſinopis, rubrica, parethonium, melinum, fretia, auripigmentum. Cęteri finguntur, aut arte, aut per mixtionem.

Colores alii naſcũtur alij arte fiunt.

Minium. *Minium*, hoc quidam dicunt cinnabarim.

Cinnabaris fit ex draconum ſanguine. *Cinnabaris* à dracone & barro, id eſt elephanto cognominatum. Aiunt enim draconum eſſe ſanguinem, dum implicant elephantos. Ruunt enim belluæ, & dracones obruuntur, quorum fuſus cruor terram inficit, fitque pigmentum quicquid ſolo tinxerit. Eſt enim puluis coloris rubri.

Praſina. *Praſina*, id eſt creta viridis in Libia Cerenenſi.

Vermiculum E *Vermiculum* rubrum ſiue coccineum. Eſt enim vermiculum ex ſilueſtribus frondibus, in quo lana tingitur, quæ vermiculum appellatur.

Venetum ceruleum. *Venetum* ceruleum temperare primum Alexandria reperit; & in Italia ex arenæ puluere & nitri flore idem faciunt.

Purpuriſſum *Purpuriſſum* ex cęteta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius, lanis præcipuum eſt.

Indicus color *Indicus* color in Indicis inuenitur calamis, ſpuma adhærente limo. Eſt autem coloris canei, mixturam purpuræ ceruleique mirabilem reddens.

Omnes colores calcis admixtione corrumpuntur. Omnes autem colores calcis admixtione corrumpuntur. Auctor. De ſinopide, & minio, & rubrica, & ceruſa, cęteriſque coloribus natiuis qui ex terra colliguntur, *plenius dictum eſt ſuperius, v. lib.*

De Habitaculis.

Cap. XX.

ISIDOR. 15. *lib.* Omne ædificium antiqui ædem appellauerunt. Alij ædem ab edendo quidem aſſumpſiſſe nomẽ exiſtimant. *Ædes.*

Aula. *Aula* domus eſt regia, ſiue ſpatioſum habitaculum, porticibuſque quatuor concluſum.

Atrium. *Atrium* magna ædes, ſiue amplior & ſpatioſa domus eſt, eo quod addantur ei tres porticus extrinſecus: Alij atrium, quaſi ab igne & ligno atrum dixerunt: Atrum enim fit ex fumo.

Palatium. *Palatiũ* a Palante principe Archadum dictum, in cuius honore Archades Palanteum oppidum conſtituxerunt, & regiam in ipſius nomine cõditam palatium vocauerunt.

Thalamus vnde dictus. *Thalamũ* vocatum, quia cum raptæ fuiſſent à Romanis Sabinę, ex quibus cum vna ante alias ſpecie nobilis, cum magna omnium admiratione raperetur, Thalamoni duci eam, oraculo reſponſum eſt, dari: & quoniã hæ nuptiæ feliciter ceſſerant, inſtitutũ eſt vt in omnibus nuptiis Thalami nomen iteretur. Ægyptij etiam loca in quibus nubentes ſuccedunt Thalamum nominant.

Canaculum. *Canaculum* dictum eſt à cõmunione veſcendi, vnde & cœnobium congregatio. Antiqui enim publicè & in communi veſcebantur, nec vllius conuiuium ſingulare erat, ne in occulto deliciæ luxuriam gignerent.

Triclinium. *Triclinium* eſt cænaculum à tribus lectulis diſcumbẽtium dictum. Apud enim veteres, in loco vbi conuiuij apparatus exponebatur, tres lectuli ſtrati erant, in quibus diſcumbentes epulabantur; *Clinon* enim Græce, C lectus vel accubitus dicitur.

Cella. *Cella* dicta eſt, eo quod occultat & celat.

Diuerſorium. *Diuerſorium* dictum, eo quòd exdiuerſis viis ibi conueniatur.

Hoſpitium. *Hoſpitium* vbi quis ad tempus hoſpitali iure inhabitat, & iterum inde tranſiens migrat.

Mœniana. *Mœniana* dicta, quòd ibi maneamus.

Tabulata. *Tabulata* olim ligneæ domus fiebant.

Apogeum. *Apogeum* eſt conſtructum ſub terris ędificium, quod nos antrum, vel ſpeluncam dicimus.

Solarium. *Solariũ* dictum eſt, quod ſoli & auris pateat.

Xenodochiũ. *Xenodochiũ* peregrinorum ſuſceptio nuncupatur. Vbi autem de plateis ægrotantes colliguntur. *Noſocomion* Græcè dicitur.

Caſa. *Caſa* eſt agreſte habitaculum, palis atque virgultis, arundinibuſque contextum, quibus poſſunt homines D tueri à vi frigoris, vel caloris iniuria.

Tugurium. *Tugurium* caſula eſt, quam faciunt ſibi cuſtodes vinearum ad tegumen ſui, quaſi tegumũ, ſiue propter calorem ſolis & radios declinandos, ſiue vt inde vel homines, vel beſtiolas quæ inſidiari ſolent natis frugibus, abigant.

Magalia. *Magalia* ædificia nundinarum agreſtium, oblonga, in curuis lateribus tecta, quaſi nauium carinæ ſint, ſiue rotunda in modum furnorum; & magalia quaſi magatia dicta, quia *magar* Punici nouam villã dicunt.

Propina. Propina Græcè, apud nos corruptè popina dicitur. Eſt autem locus iuxta balnea publica, vbi poſt lauacrum à fame & ſiti reficiũtur, vnde propinare dicitur; *Pina* enim Græcè famem ſignificat, eo quòd hic locus famem tollat.

Taberna. *Tabernæ* olim vocabantur ædiculæ plebeiorum paruę & ſimplices, in vicis, axibus & tabulis clauſę, quæ nũc etſi non ſpeciem, nomen tamen priſtinum retinent.

Macellum. *Macellum* dictum, quod ibi mactentur pecora, quæ E mercantibus venũdantur.

Telonium. *Telonium* dicitur, vbi merces nauium, & nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor ſedet, pretium rebus impoſiturus. Carcer à coercendo dicitur.

De Munitionibus.

Cap. XXI.

MOENIA quaſi munimenta vrbis, id eſt tutamenta. *Mœnia.*

Murus. *Muri* à munitione dicti, quòd muniant: Murus autem turribus propugnaculiſque ornatur.

Turres. *Turres* vocatæ, quia teretes ſint & longæ. Teres autem eſt aliquid rotundum cum proceritate, vt columna.

Propugnacula. *Propugnacula* pinnę murorum ſunt dicta, quia ex eis propugnatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Obſeruanda in erectione ciuitatis.

Vitruuius vbi ſupra. In ipſis autem mænibus hæc erunt principia, primum electio loci ſaluberrimi, ſcilicet vt ſit excelſus, & non nebuloſus, nec pruinoſus, regioneſque cœli ſpectans non æſtuoſas, neque frigidas, ſed temperatas. vitetur quoque paluſtris vicinitas, & huiuſmodi, ne ſpiritus noxius inhabitatorum corpora ſpargat, & peſtilentem locum efficiat. Licet etiam ſcire cibo & aqua, proprietates locorum naturaliter peſtilentes aut ſalubres eſſe. Cum igitur in mænibus collocãdis regiones electæ fuerint fructibus ad alendam ciuitatem copioſæ, & viatum munitiones, aut fluminum oportunitates, ſeu per portus marinos ſubuectiones habuerit expeditas; tũc turrium & murorum fundamenta facienda ſunt in profundo & ſolido, ampliori craſſitudine quam parietes ſuper terram futuri ſunt. In exteriori vero parte turres iaciendę ſint, vt inde cum hoſtes ad murum propinquare nitentur, dextra læuaque lateribus apertis, telis vulnerentur. Curandumque maximè videtur, vt non ſit facilis aditus ad oppugnãdum murum, ſed ad loca præcipitia circundanda, portarumque itinera non ſint directa, ſed ſcęua.

Ciuitas non eſt conſtituẽda in quadro necturris.

Collocanda ſunt oppida, non quadrata, nec procurrentibus angulis, ſed circumitionibus, vt hoſtis ex pluribus locis cõſpiciatur. In quibus enim anguli procurrunt, difficiliter defenditur, eo quod angulus magis tuetur hoſtem, quàm ciuem. Craſſitudo muri talis ſit, vt armati homines ſupra obuiam venientes, ſine impeditione ſeinuicem præterire poſſint. Interualla turrium ita ſunt facienda, ne longius ſit alia ab alia. Sed dextra læuaque ſagittis, reliquiſque telorum miſſionibus, hoſtes reiciantur. Turres quoque rotundæ, vel poligonæ faciendæ ſunt. Quadratas enim machinæ celerius diſſipant, eo quòd angulos arietes tundendo frangunt, in rotundationibus autẽ vti cuneus, ad centrum adigendo lædere non poſſunt. Item munitiores & tutiores ſunt aggeribus coniunctę; quia nec arietes, nec ſuffoſſiones, nec machinæ cæteræ poſſunt eis nocere. Sed nõ in omnibus locis eſt aggeris ratio facienda, niſi quibus extra murum ex alto loco, plano pede acceſſus fuerit ad mænia expugnanda.

Platea non ſunt ventis exponenda.

Mænibus autem circundatis ſequuntur intra murum arcarum diuiſiones, platearumq; & angiportuũ ad cæli regionem directiones, vt venti ſcilicet ſapienter excludantur. Nam in inſula Lesbo oppidum Mytilenæ magnificenter ædificatum eſt, & eleganter, ſed poſitum non prudenter, cum enim in hac vrbe fiat auſter, homines ægrotant: cum chorus, tuſſiunt: cum ſeptentrio, ſanitati reſtituuntur. Sed in angiportis & plateis non poſſunt conſiſtere, propter vehementiam frigoris.

De Sacris ædificijs.

CAP. XXII.

Propitiatoriũ

ISIDORVS *vbi ſupra.* Propitiatorium eſt dictum, quaſi propitiationis ornatorium. Propitiatio placatio eſt.

Oracula.

Oracula dicta ſunt, eo quòd inde reſponſa reddãtur, & oracula ab ore.

Monaſteriũ.

Monaſterium vnius monachi habitatio eſt.

Cœnobium.

Cœnobium vero habitatio plurimorum.

Templa.

Templa dicta quaſi tecta ampla.

Fana.

Fana dicta à faunis, quibus templa error gentilium conſtituebat; vnde conſulentes, dæmonum reſponſa audirent.

Delubra.

Delubra veteres dicebant templa fontes habentia, ex quibus ante ingreſſum diluebãtur; & appellabantur delubra è diluendo.

Baſilica.

Baſilicæ prius vocabantur regum habitacula, vnde & nomen habent. Nam *baſileos* Rex, & baſilicæ regiæ habitationes: nunc autem ideo diuina templa baſilicæ nominantur, quia ibi regi omnium Deo cultus & ſacrificia offerũtur.

Martyrium.

Martyriũ eo quòd in memoriam martyris ſit conſtructum, vel quòd ibi ſepulchra ſanctorum ſint martyrum.

Ara.

Aram quidem vocatam dixerunt, quòd ibi incenſæ victimæ ardeãt.

Altare.

Altare autem ab altitudine conſtat eſſe nominatum, quaſi alta ara.

Pulpitum.

Pulpitum, quòd in eo lector vel pſalmiſta poſitus, in publico conſpici à populo poſſit, quo liberius audiatur.

Tribunal.

Tribunal inde dictum eo quòd inde à ſacerdote tribuantur præcepta viuendi. Eſt enim locus in ſublimi cõſtitutus, vnde vniuerſa exaudiri poſſint.

Analogium.

Analogium dicitur, eo quòd ſermo inde prædicetur, nam *logos* ſermo dicitur.

De Repoſitoriis & operatoriis.

CAP. XXIII.

Sacrarium.

SACRARIVM proprie eſt locus templi in quo ſacra reponunrur; ſicut donarium eſt in quo collocãtur oblata; ſicut lectiſternia dicuntur vbi homines ſedere conſueuerunt.

Aerarium.

Ærarium vocatum, quia prius æs ſignatum recondebatur ibi, hoc enim olim in vſu erat; auro argentoque nondum ſignato; ex quorum metallis quãuis poſtea facta fuiſſet pecunia, nomen tamen ærarij permanſit, ab eo metallo vnde pecunia initium ſumpſit.

Armarium.

Armarium locus eſt vbi quarumque artium inſtrumenta ponuntur.

Armentariũ.

Armentarium vero, vbi tantũ tela armorum: dicta autem vtraque ab armis, id eſt brachiis quibus exercentur.

Bibliotheca.

Bibliotheca eſt locus vbi reponuntur libri. *Biblio* enim Græcè liber, *teca* repoſitorium dicitur.

Promptuarium.

Promptuarium dictum eo quòd inde neceſſaria victui promuntur, id eſt proferuntur.

Cellarium.

Cellarium, quòd in ea colligantur miniſteria menſarum, vel quæ neceſſaria victui ſuperſunt.

Apotheca.

Apotheca autem vel horrea; à Græco, verbum è verbo, repoſitoria vel reconditoria dici poſſunt, eo quòd in his homines elaboratas fruges reponunt.

Ergaſteriũ.

Ergaſterium locus eſt vbi aliquod opus fit, Græcè enim *erga* opera. *ſterio* ſtatio.

Ergaſtula.

Ergaſtula quoq, vbi deputantur noxij ad aliquod opus faciendum, vt ſolent gladiatores & exules, qui marmora ſecant, & tamen vinculorum cuſtodiis alligati ſunt.

Priſtinum.

Priſtinum quaſi piliſtrinum, quia pilo ante ea tundebant granum; vnde & apud veteres, non molitores, ſed piſtores dicti, quaſi fiſſores à findendis granis frumenti. Molarum enim vſus nondum erat, ſed granum pilo tundebant.

Clibanus.

Clibanus à cliuo dictus, ab eo quòd in erectione ſit collectus. Cliuum enim aſcenſum dicimus, ſiue flexuoſum.

Furnus.

Furnus per deriuationem à farre dictus, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur.

Torcular.

Torcular dictũ, eo quòd ibi vuæ calcentur.

De Clauſuris, & tentorijs, & ſepulchris.

CAP. XXIV.

Vallum.

VALLVM eſt quod mole terræ erigitur, vt cuſtodia prętendatur; dictum à vallis, nam valli fuſtes ſunt quibus vallum munitur; & valli dicti, quòd figãtur & euellantur. Interualla ſunt ſpatia inter capita vallorum, id eſt ſtipitum, quibus valum fit.

Maceria.

Maceria ſunt parietes longi, quibus vineæ aliquæ clauduntur.

Caula.

Longum enim Græci *macron* dicunt. *Caulas* dicimus ouium munimenta, vel ouilium ſepimenta.

Tabernacula.

Tabernacula tentoria ſunt militum, quibus in itinere, ſolis ardores, tempeſtateſque imbrium, frigoriſq; iniurias vitant. Dicta autem tabernacula, quòd cottiuæ diſtentæ funibus tabulis interſtantibus appenderentur, quæ tentoria ſuſtinerent.

Tentorium.

Tentorium vocatum eo quod tendatur funibus atque pilis; vnde & hodie prætendere dicuntur.

Papiliones.

Papiliones vocantur à ſimilitudine paruuli animalis volantis, quod maximè abundat florentibus maluis.

Monumentũ.

Monumentum ideo vocatum, eo quòd mentem moneat ad defuncti memoriam.

Tumulus.

Tumulus, nunc mõs breuis, nunc tumens tellus, nunc ſepulchrum ſignat.

Sarcophagus.

Sarcophagus Græcum eſt, eo quòd ibi corpora abſumantur; *Sarci* enim Græcè caro, *phagos* comedere dicitur.

Mauſolea.

Mauſolea ſunt ſepulchra ſeu monumenta Regum, à Mauſolo Rege Ægyptiorum dicta.

Pyra.

Pyra eſt genus ſepulchrorum quadratum & faſtigiatũ, vltra omnẽ excelſitatẽ quę fieri manu poſſit. Tali autem ædificio ſurgunt, vt à lato incipiant, & in anguſto finiantur, vt ignis; *Pyr* enim ignis dicitur.

De

De Ciuitatibus.

Cap. XXV.

Cain primã condidit ciuitatem in India.

PRimus ante diluuium Cain ciuitatem Enoch ex nomine filij ſui, in India condidit, quam vrbem ſola multitudine ſuæ poſteritatis impleuit. *Ciuitas eſt concors hominum multitudo, ſocietatis vinculo adunata;* dicta à ciuibus ideſt ab ipſis incolis vrbis, pro eo quod plurimorum conſciſcat & contineat vitas. Nam vrbs ipſa mœnia ſunt; ciuitas autem non ſaxa, ſed habitatores vocantur. Tres autem ſunt ſocietates, familiarum, vrbium, gentium. *Vrbs* vocatur ab orbe, quod antiquę ciuitates in orbe fiebãt, vel ab vrbo parte aratri quo muri deſignabantur. *Oppidum* quidam ab oppoſitione murorum dixerunt. Alij ab opibus recondendis, eo quod ſit munitum. Alij, quod ſibi in eo conuentus habitantium opem dat mutuam contra hoſtem. Nam primum homines tanquã nudi & inermes, nec contra belluas præſidia habebant, nec receptacula frigoris & caloris, nec ipſi inter ſe homines ab hominibus ſatis erant tuti; tandem naturali ſolertia, ſpeluncis, ſylueſtribuſque tegumentis, tuguria ſibi & caſas, virgultis arundinibuſque contexerunt, quo eſſet vita tutior, ne his qui nocere poſſent, aditus eſſet.

Ciuitas ab indigenis cõditur.

Ciuitates autem, aut coloniæ, aut municipia, aut vici, aut caſtella, aut pagi appellantur. *Ciuitas* proprie dicitur, quam non aduenæ, ſed eodem nati in ſolo condiderunt. Ideoque vrbes à proprijs ciuibus conditæ, ciuitates non coloniæ nuncupantur. *Colonia* vero eſt, quæ defectu indigenarum, nouis cultoribus adimpletur; vnde & colonia à cultu agri eſt dicta. *Municipium* eſt, quod manente ſtatu ciuitatis, ius aliquod minoris aut maioris officij, à principe impetrat. Dictum autem municipium à munijs, ideſt officijs, quod tantum munia, ideſt tributa debita, vel munera reddat.

Vrbs.

Oppidum.

Colonia.

Municipium

Vici, & caſtella, & pagi hi ſunt, qui nulla dignitate ciuitatis honorantur; Sed vulgari hominum conuentu incoluntur, & propter paruitatem ſui, maioribus ciuitatibus attribuuntur. *Vicus* autem dictus, eo quod ſit vice ciuitatis, vel quod vias habeat tantum ſine muris. *Caſtrum* antiqui dicebant oppidum loco altiſſimo ſitum, quaſi caſam altam, cuius pluralis numerus caſtra, diminutiuum caſtellum eſt, ſiue quod caſtrabatur licentia inibi habitantium, ne paſſim vaga hoſti pateret. *Pagi* ſunt apta ædificijs loca, inter agros habitantibus. *Competa* ſunt, vbi vſus eſt conuẽtus fieri ruſticorum; & dicta quod loca multa agro eodem competunt, & quod conueniuntur à ruſticis. *Suburbana* ſunt circumiecta ciuitatis ædificia, quaſi ſub vrbe. *Vicus* ipſæ habitationes vrbis ſunt. *Plateæ* perpetuæ ac latiores ciuitatnm vię ſunt; *platos* enim Græci latum dicunt. *Cloacæ* dictæ, eo quod his percolantur aquę: has primum Romæ feciſſe Tarquinium Priſcum fertur, vt quoties pluuiarum innundatio exiſteret, per eas aquæ extra ciuitatem emitterentur, me maximis perpetuiſque tempeſtatibus, planiciem vel fundamenta vrbium, ſtrages aquarum ſubuerteret.

Vicus.

Caſtrum.

Pagi

Competa.

Suburbana.

Vicus.

Platea.

Cloaca.

De Fabricis lignarijs.

Cap. XXVI.

Lignarius, qui & carpentarius, ſarcitector & tignarius vocatur.

IDem lib. 19. *Lignarius* ligni opifex generaliter appellatur. *Carpentarius* ſpeciale nomen eſt, carpẽtum enim ſolum facit, ſicut nauicularius qui tantum nauium eſt fabricator & artifex. *Sarcitector* dictus eſt, quod ex multis hinc, & inde coniunctis tabulis, vnũ tecti ſarciat corpus. Idem & tignarius, quia tectoria tignis inducit. *Trabes* vocatæ ſunt, quod in tranſuerſo poſitæ, vtroſque parietes contineant, tigna enim iuncta trabem faciunt. Trabes autem ſunt cum ſunt ſolatæ, *Cuplæ* vocatæ, quod copulent in ſe luctantes.

Trabes.

Cupla.

Luctantes. *Aſſeres.* *Scindula.* *Cõmiſſura.* *Epigri.* *Claui.* *Tabulæ.* *Serra.*

Luctantes, quod erecti inuicem ſe teneant, more luctantium. *Aſſeres* ab aſſe dicti, quia ſoli ponuntur, neque coniuncti. *Scindulæ*, eo quod ſcindantur, ideſt diuidantur. *Commiſſura* dicitur tabularum coniunctio. *Epigri* claui ſunt quibus lignum ligno adhæret. *Claui* autem dicti quaſi calybi, quia ex calybe, ideſt ferro fiunt. *Tabulæ* à veteribus tagulæ vocabantur à tegendo; vnde & tegulæ. *Serra* autem nomen de ſono factum eſt, à ſtridore.

Circinus.

Circinus dictus, quod vergendo efficiat circulum: huius motu duplicata linea fit, quæ ſimplex per latitudinem extenſa fuerat. Punctus autem in medio circini, centrum à Græcis dicitur, in cuius medio cuncta conuerguntur. *Securis* quaſi ſemicuris, ex vna enim parte acuta eſt, ex altera foſſoria. Hæc apud veteres penna vocabatur: Vtramque autem habens aciem, b pẽnis: Nam bipennis dicitur, quod ex vtraque parte habeat acutam aciem, quaſi duas pennas: pennum enim antiqui acutum dicebant, hæc & *dolabra*, quod habeat duo labia; Nam ſecuris ſimplex eſt. *Aſcia* ab aſtulis dicta quas ex ligno eximit, cuius diminutiuum eſt aſciola. Eſt autem manubrio breui, ex aduerſa parte referens, vel ſimplicem malleum, aut cauatum, vel bicorne raſtrum. *Scalprum* dictum, quod ſcalpturis & foraminibus ſit aptus, quaſi ſcalforus; cuius diminutiuum ſcapellus. *Terebra* vocata à verme ligni qui nuncupatur terebra, quem Græci Teredonam vocant: hinc dicta terebra, eo quod vt vermis terendo forat, quaſi terefora, vel quaſi transforans.

Securis.

Dolabra. *Aſcia.*

Terebra.

De Fabricis ferrarijs.

Cap. XXVII.

Gentiles per Vulcanum ignem intelligunt.

FAber à faciendo ferrum impoſitum nomen habet, hinc deriuatum eſt nomen ad alias artium materias, fabros vel fabricas dicere. ſed cum adiectione, vt faber lignarius, & reliqua, propter operis ſcilicet firmitatem. In fabrorum autem fornace gentiles Vulcanum auctorem dicunt, figuraliter per Vulcanum ignem ſignificantes, ſine quo nullum metalli genus fundi, extendique poteſt. Ignis autem dictus, quod nihil gigni ex eo poteſt. *Fabrica* in duabus rebus conſtat, ventis, & flammis. *Flamma* vero proprie fornacis eſt, dicta quod flatu follium excitetur. Fornax vero ab igne vocata, *fos* enim ignis eſt *Caminus* eſt fornax, & eſt Græcum deriuatum à caumate. *Faucilla* eſt deſerta igne ſcintilla. *Pruna* eſt quamdiu ardet, cum autem extincta fuerit, carbo nominatur. Pruna autem à perurendo dicta eſt. *Carbo* vero quod flamma caret, qui dum interiſſe creditur, maioris fit virtutis: Nam iterum incenſus fortiori luce caleſcit. Cuius tãta eſt etiam ſine igne firmitas, vt nullo humore corrumpatur, nulla vetuſtate vincatur.

Ignis dicitur quia ex eo nil gigni poteſt.

Flamma. *Fornax.* *Caminus.*

Pruna.

Carbo.

Incus.

Incus eſt in quo ferrum tunditur, à cudendo dicta. Cudere enim cædere & ferire eſt; veteres autem non incudem vocabant, ſed intudem, eo quod in eo metallum tunditur, ideſt tendatur: vnde & tudis malleus, à tundendo, ideſt tendendo dictus; *Malleus* vocatur, quia dũ quid calet & molle eſt, cędit & producit *Marcus* malleus maior dictus, quod maior ſit ad cędendum, & fortior. *Martellus*, mediocris malleus. *Martulus* malleus puſillus. *Forcipes* quaſi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant, teneantque *Lima* dicta, eo quod lene faciat, nam limum lene eſt. *Cilium* eſt vnde operantur argentarij, à quo & cælata vaſa diuntur.

Malleus.

Forcipes.

Lima.

Cilium.

De Vaſis eſcarijs.

Cap. XXVIII.

Vaſa.

IDem libro vigeſimo. *Vaſa* dicta ſũt à veſcendo, quod in eo eſcæ apponantur, cuius diminutiuum vaſcula quaſi veſcula. *Fictilia* dicta, quod fiant & fingantur ex terra. *Argilla* autem ex cocta teſta vocabulum ſuſcepit, quia dum mollis eſſet, efficitur teſta. Samia vaſa

Fictilia.

Argilla.

Samia vaſa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quidam putant à Samo oppido Græciæ habere nomẽ, alij dicunt certam eſſe Italiæ, quæ non longe à Roma naſcitur, quæ Samia appellatur. *Calata vaſa* argentea vel aurea ſunt ſignis eminentioribus intus extra ve expreſſa, à cœlo vel celte vocata, quòd eſt genus ferramẽti, quod vulgo cilionẽ vocãt. *Anaglypha vaſa*, quæ ſuperius ſunt ſculpta: Græci *ana* ſurſum, *Glephe* ſculpturam dicunt, ideſt ſurſum ſculpta. *Diſcus* antea ſcus, à ſpecie ſcuti, vnde & ſcutella. Poſtea diſcus vocatus, quod det eſcas, ideſt apponat. *Parapſis* eſt quadrangulum & quadrilatrium vas, ideſt paribus abſidis. *Patena*, quod diſpanſis & patentibus ſit oris. *Lances* vaſa ſunt emiſſoria quibus ſacrificatur. *Scutella* à ſcuto per diminutionem, eſt enim eiuſdem ſimilis. *Guata* quaſi cauata, g. pro c. litera poſita. *Apophereta*, à Græcis, à ferendo poma, vel aliquid nominata. *Salinum* vas aprum ſalibus. Idem & ſulſica. *Acetabulum* quaſi acetaferum, quod acetũ ferat. *Cochlear* ab vſu prius cochlearum dictũ : hinc eſt & illud veterũ diſtichon.

Sum cochleis habilis, nec minus vtilis ouis.
Nunquid ſcis potius cur cochleare vocor?

Triſſiles Græcè, Latine tripedes. In vaſculis tria quæruntur, quæ placeant, manus artificis, pondus argenti, ſplendor metalli.

Calata vaſa
Anaglyfa.
Diſcus.
Parapſis.
Patena.
Lances.
Scutella.
Guata.
Apophereta.
Salinum.
Acetabulum
Cochlear.
Triſſilis.

De Vaſis liquoris.

CAP. XXIX.

Hyalę dictæ ſunt, eo quod ex vitro fiant. Vitrum enim Græce *Hyalin* dicitur. *Patera* phialæ ſunt dictę, vel quod in ipſis potare ſolemus, vel quod patentes ſunt, diſpanſiſque labris. *Cratera* calix eſt duas habens anſas, & eſt nomen Græcum ; fiebant enim primum à connexionibus virgultorum, vnde & dictæ *apo tu cratin*, ideſt quod ſe inuicem teneant . *Cyathi* quoque & ſcyphi, ſiue cimbia, & ipſa poculorũ ſunt genera, ex quibus cimbia pocula dicta ſunt, ex ſimilitudine cimbæ nauis. *Bachia* primum à baccho, quod eſt vinum nominata, poſtea in vſus aquarios tranſijt. Calices & calathi & calæ poculorum genera, antea ex ligno facta, vnde & vocata; Græci enim omne lignũ *cala* dicebant. *Ampulla* quaſi ampla bulla, ſimilis eſt enim rotunditate bullis, quæ ex ſpumis aquarum fiunt, atque ita inflantur vento.

Phiala.
Patera.
Cratera.
Cyathi &c.
Bachia.
Calices &c.
Ampulla.

OEnoforum dicitur vas ferens vinum, *cinos* enim vinum eſt. *Flaſca*, ex Greco vocabulo dictæ; hæ provehendis & recondendis Phialis prius factæ ſunt, vnde & nuncupatæ, poſtea in vſum vini tranſierũt. *Lagena* & ſitula Græca nomina ſunt. *Cãtarus* vas quoddam, & hoc Græcum eſt. *Hydria* genus eſt vaſis aquatilis, per deriuationem vocata; *hydor* enim aquã Græci vocant. *Situla*, quod ſitientibus apta ſit ad bibendum, quod vas Græci cadum vocant. *Catinum* vas fictile, quod melius neutrum dicitur quam maſculmũ, ſicut & ſalinum dicitur vas aptum ſalibus. *Orca* eſt amphoræ ſpecies, cuius minore vocabulo vrceus, diminutiuum vrceolus eſt. *Dolium* Græcum eſt. *Cupos* & cupas, à capiendo aquas, vel vinum vocatas; vnde & caupones. *Utres* ab vtero. *Mulgarium*, in quo mulgentur pecora . *Labrum* vocatum eſt eo quod in eo ſolebant lauari infantes ; cuius diminutiuum labellũ: Idem & alpheum, eo quod in eo lauationem fieri ſolitum ſit. *Pelues* vocatæ ſunt eo quod pedes ibi lauẽtur. *Siphon* vas appellatũ, quod aquas ſufflãdo fundat.

Oenoforum.
Flaſca.
Lagena
Cantarus.
Hydria.
Situla.
Catinum.
Orca.
Dolium.
Cupes.
Vtres.
Mulgarium.
Labrum.
Peluis.
Siphon.

Emicadium vas olearium. Alabaſtrum eſt vas vnguentarium è lapide ſui generis cognominatum, quẽ alabaſtritem vocant, qui incorrupta vnguenta cõſeruat. *Pixides* vaſcula vnguentaria ex buxo facta, nam quod nos buxum, Græci pictum vocant . *Lenticula* vaſculum olearium ex ære aut argento factum, à liniendo dictum: Hi enim Reges & ſacerdotes vngebantur.

Emicadium.
Alabaſtriũ.
Pixides.
Lenticula.

De Vaſis coquinarum, & luminariorum.

CAP. XXX.

OMnia vaſa coquendi cauſa parata, cocula dicuntur. *Olla* dicta pro eo quod ebulliat in eo aqua, igne ſubiecto, vt altius vapor emittatur, vnde & bulla dicitur , quæ in aqua venti intus ſpiritu ſuſtentatur. *Patella* quaſi patula olla. eſt enim oris patentioribus. *Cacabus & cucuma*, à ſono ſeruoris cognominantur. *Lebetes* æneæ ſunt Græcè vocatæ, ſunt enim ollæ minores in vſum coquendi paratæ . *Sartago* à ſtrepitu ſoni vocata, quando ardet in ea oleum. *Tripedes* vocatæ, eo quod tribus pedibus conſtent : Has Græci *tripodas* vocant. *Mola* à ſui rotunditate vocata, vt mala pomorum: ſic & Græci *Cribrum*, quod ibi currat frumentum, quaſi currifrum . *Rotabulum* dictum à proruendo ſtercora, ſiue ignẽ, panis coquendi gratia.

Cocula.
Olla.
Patella.
Cacabus.
Lebes.
Sartago.
Tripedes.
Mola.
Cribrum.
Rotabulum.

A colendo ignem & ligna, antiqui appellauerunt focum: *Fos* enim Græcè, Latinè ignis. *Lucerna* à licinio dicta eſt. Licinius autem quaſi lucinius: eſt enim cicendela lucernæ. *Cereus* à cera nomẽ habet, ex qua formatur. *Lacunaria* pendentia ſunt lumina, quaſi lucunaria, ideſt in aere lucentia . *Funalia* dicuntur quæ intra ceram ſunt, dicta à funibus quos ante vſum papyri, cera circundatos habuere maiores : Funalia autem Græci *ſcolaces* dicunt, quod ſint ſcoliæ (alias ſcolicię) hoc eſt mortis. *Lampas* flamma eſt in vertice lucens, dicta quod lambentis modum oſtendere videatur. *Fax* dicta, quod focos faciat, cuius diminutiuum facula. *Laterna* inde vocata, quod lucem habeat interius clauſam, fit enim ex vitro, recluſo intus lumine, vt venti flatus adire non poſſit; & ad præbendũ lumen facile vbique circumferatur. *Lucubrum* vocatum, quòd luceat in vmbra. Eſt enim modicus ignis qui ſolet ex tenui ſtuppa ceraq; formari. *Pyra* eſt quæ in modum aræ ex lignis conſtrui ſolet vt ardeat; *Pyr* enim ignis dicitur, ſed pira eſt ipſa lignorum congeries, cum nondum ardet, Rogus eſt cum ardere cœperit; Buſtum vero iam exuſtum vocatur.

Focus vnde dictus.
Lucerna.
Cereus.
Lacunaria.
Funalia.
Lampas.
Fax.
Laterna.
Lucubrum.
Pyra.

De Vaſis repoſitorijs.

CAP. XXXI.

GAzophylacium arca eſt vbi colliguntur in templo ea quæ ad indigentiam pauperum mittũtur: *Gaza* enim lingua, Perſarum theſaurum, *Philacion* Græcè cuſtodia interpretatur. *Arca* dicta, quod arceat viſum, atque prohibeat: Hinc & archinum, hinc & arcanum, ideſt ſecretum vnde cæteri arcentur. *Cybutum* Græcè, arcam dicimus. *Loculus*, ad aliquid ponendum in terra factus locus, ſeu ad veſtes vel pecuniam cuſtodiendam: vnde & per diminutionem dicitur. *Mozica* quaſi modica, vnde & modicum z. pro d, ſicut ſolent Itali dicere *ozie* pro hodie. *Scrinia* Græcum eſt. *Saccus* à ſago dictus, quod eo conſuto efficiatur quaſi ſagus. *Marſupium* ſacculus nummorum, quem Græci marſipa appellant. *Sitarcia* nautarũ sũt, ab eo quod ſutæ ſunt appellatæ. *Inuolucrum* dictum, quod aliquid in ſe teneat inuolutum. *Fiſcus* ſacculus eſt publicus, vnde & fiſcellæ, & fiſcinæ dicũtur: Hũc habent exactores, & in eo mittunt debitum publicum quod redditur regibus. Fiſcus autem primæ poſitionis eſt, deriuatiuum fiſcina, diminutiuum fiſcella. *Caniſtrum* fiſcis cannis contexitur, vnde & nuncupatur: Alij Græcum aſſerunt . *Ciſtella* à coſtis ex canna vel lignis quibus contexitur nominata. *Cophinus* eſt vas ex virgultis aptum mundare ſtercora, & terram portare: de quo dicit propheta pro Iſrael: *Manus eius in cophino ſeruierunt*. Dictus autem cophinus quaſi couus, ideſt quaſi cauus. *Sporta* à ſparta dicta, non ab aſportando, ſicut quidam volunt : Prius enim à ſparto fieri ſolebant.

Gazophilacium.
Arca.
Cibutum,
Loculus.
Mozica.
Scrinia.
Saccus.
Marſupium.
Sitarcia.
Inuolucrum.
Fiſcus.
Caniſtrum.
Ciſtella.
Cophinus.
Sporta.

De

De Lectis, & ſellis, & vehiculis, ac cæteris quæ in vſu habentur.

Cap. XXXII.

Lectica à lectis herbis vocatæ. *Stratus* à ſternendo dictus, quaſi ſtoriatus: In his ſolis antiqui accubabant, nondum laneis ſtramentis repertis. *Grabatũ* Græcum eſt: Dicitur autem inclinantis, vel reclinati capitis ſuſceptio; *Garra* enim Græcè apud poeticos caput dicitur. *Baionula* lectus qui in itinere baiulatur. *Cama* breuis lectus circa terram. *Puluinar* lectus diuitum eſt. *Spinga* in quibus ſunt ſpingatæ effigies, quos nos gryphos dicimus. *Sponda* antem eſt exterior pars lecti, pluteus interior. *Geniales* lecti, propriè ſunt qui ſternuntur puellis nubentibus: Dicti autem à generandis liberis. *Cunabula* ſunt lectuli in quibus infãtes iacere conſueuerunt, dicta quod partui adhibeantur, quaſi cynabula, nam *cyna* eſt Græcè eniti. *Feretrum* dicitur, eo quod in eo mortui deferebantur; & eſt Græcum *à po tu phereſin*, ideſt à ferendo. *Scamna* ſunt quæ lectis altioribus apponuntur, dicta autem à ſcandendo, ideſt aſcendendo, hinc & ſcabella, quæ lectis paruis vel ſellis ob aſcenſum apponuntur: *Scabellum* autem & ſuppedaneum dicitur. *Scanſilia* gradus ſunt, vbi honorati in ſedibus hærent. *Solium* eſt in quo reges ſedent propter tutelam corporis ſui, ſecundum quoſdam à ſoliditate dictum, quaſi ſolidum. *Sella* quaſi ſedda dicta eſt, & ſubſellia quaſi ſubſedia. *Thronum* Græci dicunt, quod nos ſolium. *Cathedræ* doctorum ſunt. *ſellæ curules* erant, in quibus magiſtratus ſedentes iura reddebant. *Tripodes* ſcamnelli ſunt habentes tres pedes.

Carrum à cardine rotarum dictum; vnde & currus dicti, quod rotas habere videntur. *Rota* autem dicta quod ruat, & rotundum à rota vocatur. *Reda* genus vehiculi quatuor rotarum: has antiqui retas dicebãt, propter quod haberent rotas. *Carpentum pompaticum*, vehiculi genus, quaſi carrum pompaticum. *Plauſtrũ* vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur; & dictum plauſtrum quia voluitur, quaſi pilaſtrũ, *Carracutium* vehiculum altiſſimarum rotarum quaſi carrum acutum. *Capſus* carruca vndique contecta, quaſi capſa. *Pilentum* vel petoritum, contecta quatuor rotarum vehicula, quibus matronæ olim vtebantur. *Baſterna* vehiculum itineris, quaſi vię ſterna, mollibus ſtramentis compoſita, à duobus animalibus deportatur. *Calamiſtrum* acus eſt, quæ calefacta & adhibita calefacit, & intorquet capillos: vnde & calamiſtrati appellantur qui comam torquent. *Horologium* dictum, quia ibi horas legamus, ideſt colligamus. Auctor. Hæc & alia plura iuxta diuiſionem magiſtri Richardi ſuperius poſitam, ad armaturam pertinent. Armatura tamen proprie videtur dici armorum peritia.

Lectica. *Stratus.* *Grabatum.* *Baionula.* *Cama.* *Puluinar.* *Spinga.* *Sponda.* *Geniales lecti.* *Cunabula.* *Feretrum.* *Scamna* *Scabellum.* *Scanſilia.* *Solium.* *Sella.* *Thronum.* *Cathedra.* *Sellæ curules.* *Tripodes.* *Carrum.* *Rota.* *Reda.* *Carpentum pompaticũ.* *Plauſtrum.* *Carracutiũ* *Capſus.* *Pilentum.* *Baſterna.* *Calamiſtrũ.* *Horologium.*

De Armis.

Cap. XXXIII.

Arma in genere sũt omnium rerum inſtrumenta, proprie tamẽ dicuntur quæ armos tegunt.

Iſidorus. 18. Arma generaliter omnium rerum inſtrumenta ſunt, vnde loca vbi reponuntur armaria dicta ſunt. Item arma & tela omnium generum; ſed arma ſunt quibus ipſi tuemur, Tela ſunt quæ emittimus. Nam arma duplicia ſunt, ideſt vel quibus percutimus, vel quibus tegimur. Arma autem proprie dicta ſunt, eo quod armos tegunt. *Gladius* generaliter dicitur enſis in prælio, ſed enſis ferrum tantum, gladius vero totus; proprie autem appellatur gladius, quòd gulam diuidat, ideſt ceruicem ſecet. Ad hoc enim primum eſt factus. Nam cætera membra ſecuribus magis cæduntur, collum gladio tantum. *Acies* autem gladij ab acumine dicta: *capulus* vocatus, vel quia eſt caput gladij, vel quia ibi capitur vt teneatur; nam alibi acies ferri non ſinit. *Mucro* non tantum gladij eſt, ſed & cuiuſlibet teli acumen, dictus à longitudine, nam *macron* Græci longum vocant, hinc & machera: *Machera* autem eſt gladius longus ex parte vna acutus. *Framea* vero gladius, ex vtraque parte acutus, quam vulgo ſpatam vocant. Ipſa eſt & *romphæa*: Framea autem dicta, quia ferrea eſt: *Spata* à paſſione dicitur Græco verbo, quoniam *patin* Græcè dicitur pati. Alij ſpatam latine autumant dictam, eo quod ſpatioſa ſit, ideſt lata & ampla. *Pugio* à pungendo & transfigendo vocatus eſt. Eſt enim gladius paruus bis acutus lateri adhærens. Idem & *clunabulum* dictum, quod religetur ad clunem. *Sica* à ſecando dicta, eſt enim gladius breuis, quo maxime vtuntur qui apud Italos latrocinia exercent, à quo ſicarij dicti. *Secures* ſigna ſunt, quæ ante conſules ferebantur, quas Hiſpani ab vſu Francorum per deriuationem *Franciſcas* vocant, & eas loco ſigni portant, ne vſum perderent belli, aut vacantes ocio, aſpectum amitterent gladiorum.

Machera. *Framea.* *Spata.* *Pugio.* *Sica.* *Secures.*

De Haſtis & clypeis.

Cap. XXXIIII.

Haſta enim eſt contus cum ferro, cuius diminutiuum facit haſtile. Nomen autem haſta ab aſtu ſumpſit, vnde & aſtutia. *Contus* ferrum non habet, ſed tantum cuſpide acutus eſt. Contus autem quaſi conitus, eſt enim conitus acuta rotunditas. *Venabula* dicta quaſi venatui habilia, à venor venaris dicta. *Excipia* quia venientem excipiunt, quaſi excipibilia: excipiunt enim Apros, expectantque Leones; & intrãt Vrſos, ſit tantum firma manus. *Lancea* eſt haſta amẽtum habens in medium: Dicta autem lancea, quod æqua lance, ideſt æquali pondere vibratur. *Amentum* vinculum eſt iaculorum haſtilium, quod medijs haſtis aptatur. *Claua* eſt qualis fuit Herculis, dicta quod ſit clauis ferreis inuicem religata, & eſt cubito ſemis facta in longitudine, hæc & cateia. *Falarica* eſt telum ingens torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo, in modum ſpheræ in ipſa ſummitate, dicitur etiam & ignem habere affixum: hoc autem telo pugnatur de turribus, quas dici phalas manifeſtum eſt. *Pila* ſunt arma iaculorum atque telorum, à torquendo vel emittendo vocata.

Haſta. *Contus.* *Venabula ſeu excipia.* *Lancea.* *Amentum.* *Clauæ ſeu cateia.* *Falarica.* *Pila.*

Telum vocatum ſecundum Græcã etymologiam, *a, po tu teloteu*, quicquid longe iacti poteſt, quamquã abuſiuè dicatur & gladius. Propriè autem telum à longitudine dictum, vnde & muſtelam dicimus, quod longior ſit quam mus. *Cuſpis* haſtile amentatũ, à ceſpite dictus, quod eſt virgultum.

Clypeus eſt ſcutum maius, dictus ab eo quod clepet, ideſt celet corpus, periculiſque ſubducat, *apo tu cleptin*: Oppoſitus enim ſua defenſione, ab haſtis & iaculis corpus munit. Clypeus autem peditum eſt, ſcutum equitum. *Scutum* appellatum, eo quod à ſe excutiat telorum ictus; vt enim telis reſiſtatur, clypeus ante fertur. *Vmbo* ſcuti media pars eſt, quaſi vmbilicus. *Ancile* vocatur ſcutum breue, dictum ab inciſione, quod ſit ab omni parte velut anciſum ac rotundum. *Pelta* ſcutum breuiſſimum in modum lunæ mediæ. *Scetra* ſcutum loreum ſine ligno, quo vtuntur Afri & Mauri. *Lorica* vocata, eo quod loris careat: Solis enim circulis ferreis contexta eſt. *Squama* eſt lorica ferrea, laminis ferreis aut æreis concatenata, in modum ſquamæ piſcis, & ex ipſo ſplendore ſquamarum & ſimilitudine nuncupata. De cilicijs autẽ & poliuntur loricæ & teguntur. *Caſſis* de lamina; *Balea* de corio: Nam Galeros corium dicitur. *Apex* eſt quod in ſumma galea eminet, quo figitur criſta, quam Græci conum vocant.

Telum. *Cuſpis.* *Clypeus.* *Scutum.* *Vmbo.* *Ancile.* *Pelta.* *Scetra.* *Lorica.* *Squama.* *Caſſis & Balea.* *Apex.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Sagittis, & fundis, ac machinis.

Cap. XXXV

Sagitta. *Sagitta* à ſagaci iactu, ideſt veloci ictu vocata; pennis enim fertur quaſi auis, vt celeriter mors percurrat ad hominem.

Spicula. Spicula ſunt ſagittæ vel lanceæ breues, ad ſpicarum ſpecie nuncupatæ.

Scorpio. Scorpio ſagitta venenata eſt, arcu vel tormentis excuſſa, qui dũ ad hominem venerit, vitus quo figitur infundit; vnde & ſcorpio nomen accepit.

Pharetra. Pharetra ſagittarum theca, à ferendo iacula dicta, ſicut & feretrum vbi funus defertur, qui idcirco etymologiam communem, habent quia pharetra mortem, feretrum mortuum portat.

Dolones. *Dolones* ſunt vaginæ ligneæ, inter quas latet pugio ſub baculi ſpecie: Dolones autem à dolo dicti ſunt.

Arcus. *Arcus* vocatus eo quod arceat aduerſarium.

Funda. *Funda* dicta, eo quod ex ea fundantur lapides, id eſt emittantur.

Baliſta. *Baliſta* genus tormenti ab emittendo iacula dicta; *Ballin* enim Græcè, emittere dicitur; torquetur enim verbere neruorum, & magna vi iacit, aut haſtas, aut ſaxa. Inde & fundibalus, quaſi fundẽs & emittens. Contra baliſtam teſtudo valet: ſeries enim fit armorum, vmbonibus inter ſe collectis & colligatis.

Aries. *Arieti* nomen ſpecies dedit, eo quod cum impetu impingit murum, in modum arietum pugnantium; validæ enim ac nodoſæ arboris caput ferro veſtitur, eaque ſuſpenſa funibus, multorum manu ad murum impellitur. Deinde retrorſum ducta, maiori impetu deſtinatur, ſicque crebris ictibus concuſſum, muri latus cedit, cauatumque irrumpit, ac feneſtram facit. Contra impulſum arietis remedium eſt ſaccus paleis plenus, & in eum locum demiſſus quo aries percutit: Laxo enim ſaccorum ſinu, ictus arietis illiſus mollitur; Duriora enim mollioribus facilius cedunt.

Plutei. *Plutei* ſunt crates corio crudo intextę, quæ in opere faciendo hoſti obijciuntur.

De Bellis.

Cap. XXXVI.

Primus bellator Ninus rex Aſſyriorum. PRimus bella intulit Ninus Aſſyriorum Rex: Ipſe enim finibus ſuis nequaquam contentus, humanæ ſocietatis fœdus irrumpens, exercitus ducere, aliena vaſtare, liberos populos aut trucidare, aut ſubijcere cæpit, vniuerſamque Aſiam vſque ad Libię fines noua ſeruitute perdomuit. Hinc etiam ſtuduit orbis in mutuo ſanguine alterna cæde graſſari.

Quatuor bellorum genera. *Quatuor* autem ſunt bellorum genera, ideſt iuſtum, iniuſtum, ciuile, & pluſtquam ciuile. *Iuſtum* bellum eſt quod ex edicto geritur de rebus repetitis, aut propulſandorũ hoſtium cauſa. *Iniuſtum* bellum eſt quod de furore, non de legitima ratione initur. *Ciuile* bellum eſt inter ciues orta ſeditio & concitatio tumultus, ſicut inter Sillam & Marium. *Pluſquam* ciuile bellum eſt, vbi nõ ſolum ciues certant, ſed & cognati; quale actum eſt inter Cæſarem & Pompeium, quando gener & ſocer inuicem dimicauerunt.

Bella itaque dicuntur interna, externa, ſeruilia, ſocialia; pyratica.

Seditio. *Seditio* eſt diſſenſio ciuiũ, dicta quod ſeorſum alij ad alios eant.

Diſcrimẽ inter bellum pugnam & prælium. *Bellum* igitur eſt totũ: pugna, vnius diei: prælium, pars pugnæ eſt. Bellum antea duellum vocatum, eo quod duæ ſunt partes dimicãtium, vel quod alterum faciat victorem, alium victũ. Poſtea detracta litera d. & mutata u in b. dictum eſt bellum. Alij per antiphraſim putant dictum, eo quod ſit horridum.

Prælia. *Prælia* dicuntur à præmendo hoſtis hoſtem, vnde & præla ligna quibus vua premitur.

Pugna. *Pugna* vocata, eo quod vſus fuiſſet initio pugnis contendere: vel quia primo bellum pugnis incipiebant.

Quatuor in bello aguntur. Quatuor autem in bello aguntur, pugna, fuga, victoria, pax.

Pax. Pacis vocabulum videtur à pacto ſumptum. Poſterius autem pax accipitur, fœdus primum initur. Fœdus eſt pax quæ fit inter dimicantes, vel à fecialibus, ideſt ſacerdotibus dictum, per ipſos enim fiebant fœdera, ſicut per ſeculares bella. Alij fœdera dicta eſſe putant à porca fœdè & crudeliter occiſa, cuius mors optabatur ei qui à pace reſiliſſet. Virg. *Et cæſa iungebant fœdera porca*. Fęderis partes induciæ, quaſi indies ocia. *Tullio de officijs libro primo.* Bellum quidem ita ſuſcipiatur, vt nil aliud niſi pax quæſita videatur. *Fœdus.*

De ſignis bellorum.

Cap. XXXVII.

Tria principalia bellorũ ſigna. ISidorus *vbi ſupra*. Signa bellorum dicuntur, quod ijs exercitus & pugnandi, & victoriæ receptui accipit ſimbolum. Nam aut per vocem tubæ, aut per ſymbolum admonetur exercitus legionum.

Aquila. Principalia ſigna ſunt Aquilæ, Dracones, & Pilæ. *Aquilę* ideo quod eadem auis Ioui in armis auſpicio fuerit. Nam dum idem Iouis aduerſus Tytanas proficiſceretur, Aquilam ei in Auſpicio apparuiſſe ferunt, quam ille pro indicio victoriæ acceptam tutelæ ſuæ auſpicatus, eam legioni ſignum dedit: Quo factum eſt, vt deinceps militum ſignis committeretur.

Draco. *Draconum* ſigna ab Apolline morte Phitonis ſerpentis inchoata ſunt: dehinc & à Græcis & Romanis in bello geſtari cœperunt.

Pila. *Pilam* in ſigno conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in toto orbe ſubiectas, vt in illa figuram orbis oſtenderet.

Vexillum. *Vexillum* & ipſum ſignum bellicum, tractum nomen habens à veli diminutione, quaſi velillum, ſub Romulo autem faſciculos fœni pro vexillis milites habuerunt: hinc & manipuli appellantur. Manipulos autem dicimus faſces fœni, quod manũ impleant.

Buccina. Cætera ſigna diuerſis prælata imaginibus ſecundum militarem conſuetudinem exiſtunt, per quas exercitus permixtionem præliorum agnoſcit. *Buccina* eſt qua ſignum datur in hoſtem: dicta autem à voce quaſi vocina. Nam Pagani agreſteſque, ad omnem vſum buccina ad compita vocabantur: proprie ergo hoc agreſtibus ſignum fuit.

Tuba. *Tubam* Tyrrheni primi inuenerũt, hinc poſtea bellicis certaminibus adhibita eſt, vt vbi exauditi præco per tumultum non poterat, ſonitus tubæ clangentis attingeret. Audiebatur autem non ſolum in prælijs, ſed in omnibus feſtis diebus, propter laudis vel gaudij claritatem. Tuba autem dicta quaſi tofa, ideſt caua: item tuba quaſi tibia. Inter tubam autem & buccinam veteres diſcernebant: nam buccina inſonans ſolicitudinem ad bella denunciabat: Tuba autem prælium indicabat, cuius ſonus varius eſt: nam interdum canitur vt bella committantur, interdum vt inſequantur eos qui fugiunt, interdum receptui canere dicuntur: Nam receptus dicitur, quo ſe exercitus recipit.

Claſſica. *Claſſica* ſunt cornua, quę conuocandi cauſa erant facta, & à calando claſſica dicebantur. Apud Amazonas autem non tuba, ſicut à regibus: ſed à regina ſiſtro vocabatur fœminarum exercitus.

De ſcientia militari.

Cap. XXXVIII.

Scientia rei militaris in bello plurimum iuuat, audaciamq; nutrit. VEgetius *Renatus in lib. 1. de re militari.* Aduerſus omnia profuit tyronem ſolertem eligere (vis vt ita dixerim) armorum decorem quotidiano exercitio roborare, quęcunque ęuenire in acie atque prælijs poſſunt, omnia in campeſtri meditatione pernoſcere: ſæuire in deſides vindicando. Scientia enim rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam: Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenim in certamine bellorum, exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt, quàm rudis & indocta multitudo expoſita ſemper ad cædem. Neque enim parua & leuis videtur armorum ſcientia, ſiue equitem, ſiue peditẽ, ſagittarum bellis imbuere, ſiue ſcutatum armaturæ numeros, omneſque geſtus docere, ne locum deſerat,

ne ordi-

ne ordines turbet, vt miſſile ad deſtinatum locũ magnis virtutibus iaceat, vt foſſam ducere, ſudes ſcienter figere nouerit, tractare ſcutum, & obliquis ictibus venientia tela deflectere, plagam prudenter vitare, audacter inferre, huic taliter inſtituto tyroni, pugnare aduerſum quoſlibet hoſtes in acie, formido non eſt, ſed voluptas.

Cuius regionis & artis tyrones eligendi ſunt.

CAP. XXXXI.

Ratio cur in regionibus calidis homines ſunt ſapientiores ſed minus bellicoſi.

VErum ordo depoſcit, vt ex quibus prouincijs vel nationibus tyrones legendi ſint, prima parte tractetur. Omnes nationes quæ vicinę ſunt ſoli, nimio calore ſiccatas, amplius quidem ſapere, ſed minus habere ſanguinis dicunt. Ac propterea conſtantiam ac fiduciam comminus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui exiguum ſanguinem ſe habere nouerunt. Econtra ſeptentrionales populi remoti à ſolis ardoribus, inconſultiores quidem, ſed tamen largo ſanguine redundantes, ſunt ad bella prompti ſſimi.

Tyrones igitur de temperatioribus legendi ſunt plagis, quibus & copia ſanguinis ſuppetat ad vulnerum mortiſque contemptum, & non poſſit deeſſe prudentia; quæ & modeſtiam ſeruat in caſtris, & non parum prodeſt in dimicatione. Sed nec credo potuiſſe dubitari, aptiorem armis ruſticam plebem, quę quia ſub diuo, & cum labore nutritur, ſolis patiens eſt, imbre negligens, balnearum neſcia, deliciarum ignara, ſimplicis animi, paruo contenta cibo, durata ad omnem laborum tolerantiam.

Ruſtici ſunt bello aptiores.

Vrbani quomodo bello aptandi.

Interdum tamen neceſſitas exigit etiam vrbanos ad arma compellere, qui vbi nomen dedere militiæ, primum laborare, decurrere, portare pondus, & ſolẽ pulueremque ferre condiſcant, parco victu vtantur, & ruſtico; interdum ſub diuo, interdum ſub papilionibus commorentur, tamen demum ad vſum eruditur armorum, & ſi longior expeditio emergit, in angarijs plurimum detinendi ſunt, proculque habendi à ciuitatis illecebris, vt eo modo, & corporibus eorũ robur accedat, & animus. *Itaque* piſcatores, & aucupes, dulciarios, linteones, omneſque huiuſmodi, longè arbitror pellendos à caſtris. Fabros ferrarios, carpentarios, macellarios, & Ceruorum Aprorumq; venatores, conuenit ſociari militiæ. Honeſtas idoneum militem reddit, verecundia dum prohibet fugere, facit eſſe victorem.

Quinã militiæ aſcribendi & qui non.

Cuius Aetatis vel figuræ probandi ſunt.

CAP. XL.

INcipiente pubertate ad delectum cogendum tyronem nullus ignorat. Non enim tantum celerius, ſed etiam perfectius imbuuntur, quæ diſcuntur à pueris: deinde militaris alacritas, ſaltus & curſus ante tẽtandus eſt, quam corpus ætate pigreſcat. Velocitas enim eſt, quæ percepto exercitio, ſtrenuum efficit bellatorem. Item neceſſitas exigit, non tam ſtaturæ rationem habere, quam virium, & ipſo Homero teſte, qui Tydeum minorem quidem corpore, ſed fortiorem armis fuiſſe ſignificat. Præterea qui delectum acturus eſt, vehementer intendat, vt ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat. Bellatorum namque, non tantum in hominibus, ſed etiam in equis & canibus virtus, multis declaratur indicijs. Sit ergo adoleſcens martio operi deputandus, vigilãtibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis, longioribus brachijs, ventre modicus, exilior cruribus, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorum duricia collectis, cum hæc in tyrone ſigna deprehenderis, proceritatem non magnopere deſideres: Vtilius eſt enim fortes eſſe milites quàm grandes.

Proprietates hominis ad militiã apti.

De Probatione & eruditione tyronum.

CAP. XLI.

SEd non ſtatim punctis ſignorum ſcribendus eſt tyro delectus, verum ante exercitio prætendendus, vt vtrum verè tanto operi aptus ſit, poſſit agnoſci. Et velocitas in illo requirenda videtur, & robur; & vtrum armorum diſciplinam ediſcere valeat, vtrum habeat confidentiam militarem. In omni enim conflictu, non tam prodeſt multitudo, quàm virtus. Signatis itaque tyronibus, per quotidiana exercitia, armorum eſt demonſtranda doctrina. Nihil fœmius, neque felicius, neque laudabilius eſt reipublice, in qua abundant milites eruditi. Non enim veſtium nitor, vel auri, argenti, gemmarumque copia, hoſtes ad reuerentiam noſtram, aut ad gratiam inclinant, ſed ſolo terrore ſubiguntur armorum. Deinde in alijs rebus (ſicut ait Cato) ſi quid erratum eſt, poteſt corrigi: prœliorum delicta emendationem non recipiunt, cum pœna ſtatim ſequatur errorem. Militarem edocendi gradum ſunt; nihil enim magis in itinere; vel in cæde cuſtodiendum eſt, quàm vt omnes milites incedendi ordinem ſeruent, quod aliter non fieri, niſi vt exercitio ambulare celeriter & æqualiter diſcãt. Periculum enim ab hoſtibus ſemper grauiſſimum ſuſtinet, diuiſus & inordinatus exercitus. Militari ergo gradu, viginti millia paſſuum, horis quinque duntaxat æſtiuis, conficienda ſunt; quicquid addideris iam curſus eſt, cuius ſpatium non poteſt definiri, ſed & curſu prœcipuè aſſuefaciendi ſunt minores, vt maiore impetu in hoſtem percurſent, vt loca oportuna celeriter cum vſus aduenerit occupent, vt ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant, vt fugientium terga facilius comprehendant.

Tyrones militia ſunt in inceſſu inſtruendi.

De Exercitatione eorum.

CAP. XLII.

AD ſaltum etiã quo vel foſſatũ ſalitur, vel impediens aliqua altitudo ſuperatur, exercendus eſt miles, vt cum huiuſmodi difficultates euenerint, poſſint ſine labore tranſire. Natandi vſum æſtiuis menſibus omnis æqualiter debet tyro cõdiſcere. Non enim ſemper pontibus flumina tranſuehũtur, ſed & cedẽs, & inſequens natare cogitur frequenter exercitus; non ſolum autem pedites, ſed & equites, ipſoſque equos vel lixas, quos gallarios vocant, ad natandum aſſuefieri percommodum eſt. *Olim* de vimine in modum cratium texebant ſcuta; itidemque clauas ligneas cõtra palum, tanquam contra aduerſarium, tyro cum crate illa & claua, velut cum gladio ſe exercebat & ſcuto, & nunc quaſi caput aut faciem peteret, nunc à lateribus minaretur, interdum contenderet crura ſuccingere, recederet, aſſultaret, inſiliret, quaſi præſentem aduerſarium, ſic palum omni impetu, omni bellandi arte attentaret. Gæſa enim quouis impetu veniat, non frequenter interficit, cum & armis vitalia defendantur, & oſſibus. At contra, puncta neceſſe eſt vt vitalia penetret, quicquid immergitur. Deinde dũ cæſa infertur, brachiũ dextrum latuſque nudatur. Pũcta autem recto corpore infertur, & aduerſarium fauciat antequam videat. Haſtilia quoque tyro aduerſum illum palum tanquam aduerſus hominem iactare compellitur. Eo enim exercitio, & lacertis robur accreſcit, & iaculandi peritia atque vſus.

Tyrones debent addiſcere natare, & hoſtẽ omni modo aſſultare telis & gladio.

Gæſa vel caſa eſt teli genus: ſic etiã puncta.

Adhuc de eodem.

CAP. XLIII.

ITem pars iunior, arcubus ligneis ſagittiſque luſorijs exercenda eſt ſeuire ad palos, & doctores ad hanc rem artifices eligendi, & maior adhibẽda ſolertia, vt arcum ſcienter teneant, vt fortiter impellant,

Tyrones sũt exercendi in tractu arcus, in iactu lapidis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vt ſiniſtra fixa ſit, vt dextra cum ratione ducatur, vt ad illud quod feriendum eſt, oculus pariter animuſque conſentiant, vt ſiue in equo, ſiue in terra, rectum ſagittare doceant. *Ad lapides* vero, vel manibus vel fundis iaciendos, exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum vſum primi Balearum inſularum habitatores, & inueniſſe, & ita peritè exercuiſſe dicuntur, vt matres paruos filios nullum cibum contingere ſinerent, niſi quem ex funda deſtinato lapide percuſſiſſent. Sępe enim aduerſum bellatores caſſidibus, cataphractis, loriciſque munitos, teretes lapides de fũda vel fundibulo deſtinati, ſagittis ſunt omnibus grauiores; cum membris integris, læthale tamen vulnus importent, & ſine via ſanguinis hoſtis lapidis ictu intereat. Fundam portare nullus eſt labor, & interdum euenit, vt in lapidoſis locis conflictus habeatur, aut mons ſit aliquis defendendus, aut collis: Aut oppugnatione caſtellorum, ſiue ciuitatum, lapidibus Barbari fundis pellendi ſint. *Pondus* quoque baiulare, & iter facere gradu militari, frequentiſſimè cogendi ſũt iuniores; ſæpe in arduis expeditionibus neceſſitas imminet annonam pariter, & arma portandi. Nec hoc credatur eſſe difficile, ſi vſus acceſſerit: nihil enim eſt, quod non aſſidua meditatio facillimum reddat. Semper ergo cogendi & exercendi ſunt iuniores; vtilius enim conſtat eſſe erudire armis ſuos, quam alienos mercede conducere.

Oportet vt tyrones aſſueſcant baiulare põdus.

De Munitione & eodinatione caſtrorum.

CAP. XLIIII.

Locus caſtrorum qualis & quantus.

CAſtrorum quoque munitionem debet tyro cõdiſcere, quippe ſi recta conſtituta ſunt caſtra, ita vt intra bellum ſecuri milites dies noctesque peragãt, etiamſi hoſtis obſideat, quaſi munitam ciuitatem videantur ſecum vbique portare: Caſtra, præſertim vicino hoſte, tuto ſemper facienda ſunt in loco, vbi lignorum, & pabuli, & aquæ ſuppetat copia; & ſi diutius commorandum ſit, loci ſalubritas eligatur. Cauendum etiam ne mons ſit vicinus, aut collis altior, qui ab aduerſarijs captus poſſit officere. Conſiderandum etiam ne torrentibus inundari conſueuerit campus, & hoc caſu vim patiatur exercitus. Pro numero autem militum vel impedimentorum munienda ſunt caſtra, ne maior multitudo conſtipetur in paruis, neve paucitas in latioribus vltra quàm oportet cogatur extendi. Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum ſemirotunda, prout loci qualitas aut neceſſitas poſtulauerit, caſtra facienda ſunt.

Porta prætoria & decumana qualiter ſituãda.

Porta autem quę appellatur prætoria, aut orientem ſpectare debet, aut illum locum qui ad hoſtes reſpicit: Aut ſi iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam eſt profecturus exercitus. Intra quam primæ centuriæ, hoc eſt cohortes, papiliones tendunt, & dracones, & ſigna conſtituunt. Decumana autem porta, quæ appellatur poſt prætorium, eſt per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam. Milites in acie diſpoſitos ordines ſeruent, nec vbi contra expedit, aut conglobent agmen, aut laxent: Nam & conſtipati perdunt ſpatia pugnandi, & ſibiinuicem impedimento ſunt, & rariores atque interlucentes, aditum perrumpendi hoſtibus præſtant.

Tyrones quomodo ad campum producendi.

Producendi ergo tyrones ſunt ſemper ad campũ, & ſecundum matriculæ ordinem in aciem dirigendi, ita vt primo ſimplex extenſa ſit acies, ne quos ſinus, ne quas habeat curuaturas, vt æquali legitimoq; ſpatio miles diſtet à milite; tunc præcipiendum, vt ſubito diſplicent aciem, ita vt in ipſo impetu ad quem reſpondere ſolent, ordo ſeruetur. Tertio præcipiendum, vt quadratam aciem repente conſtituant. Quo facto in trigonum, quem cuneum vocant, acies ipſa diſponenda eſt. Iubetur etiam vt inſtruant orbes, quo genere cum vis hoſtium interruperit aciem, reſiſti ab exercitatis militibus conſueuit, ne omnis multitudo fundatur in fugam, & graue diſcrimen immineat.

De Partibus rei militaris.

CAP. XLV.

Exercitus tres ſunt partes ſcilicet equites pedites & claſſes.

IDem *in lib. 2.* Res igitur militaris armis conſtat & viribus. Hæc in tres diuiditur partes, equites, pedites, claſſes. Equitum alas dicunt, ab eo quod ad ſimilitudinem alarum, ab vtraque parte protegãt acies. Eſt & aliud genus equitum, qui legionarij vocantur. Claſſium item duo genera ſunt, vnum liburnarum, aliud luſitiarum. Equitibus campi, claſſibus maria vel flumina, peditibus colles, vrbes, plana, & abrupta ſeruantur. Ex quo intelligitur magis reipublicæ neceſſarios pedites, qui poſſunt vrbibus prodeſſe, & maiore numerus equitum ſumptu expreſſo, minore nutritur peditum exercitus. Verum ipſi pedites in duas diuiſi ſunt partes, hoc eſt auxiliares, (qui & ſocijs, & fœderatis gentibus mittebantur) Et legiones. Legio ab eligendo appellata eſt, quod vocabulum eorum deſiderat fidem atque diligentiam, qui milites probãt. In auxiliarijs minor, in legionibus longè amplior conſueuit militum numerus aſcribi.

Pedites magis ſunt reip. neceſſarij quã equites.

Pedites quidam dicũtur auxiliarij, alij legiones.

Græci Dardanij phalanges habuerunt, & in vna armatorum octo millia cenſebantur. Galli atque Celtiberi cateruis vtebantur in prælio, in quibus ſingulis erant ſena millia armatorum. Romani legiones habebant, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius militare conſueuerunt. Quid autem inter legiones & auxiliares intereſſe videatur, expediam. Auxiliares cum ducuntur ad prelium ex diuerſis numeris venientes, nec diſciplinæ inter ſe, nec notitiæ, nec affectioni conſentiunt. Item alia inſtituta, alius inter eos vſus eſt armorum. Neceſſe eſt autem eos tardius ad victoriam peruenire, qui diſcrepant antequam dimicent. Denique cum in expeditionibus plurimum profit omnes milites vnius præcepti ſignificatione connecti, non poſſunt æqualiter iuſſa complere, qui ante pariter non fuerunt.

Diſcrimen inter auxiliares & legiones.

De Legionibus.

CAP. XLVI.

Cur iam nõ ſit amplius vſus legionum.

LEgionum nomen in exercitu permaneret hodie, ſed per negligentiam ſuperiorum temporum robur infractum eſt, cum virtutis præmia occuparet ambitio, & per gratiam promouerẽtur milites, qui promoueri conſueuerunt per laborem. Præterea neceſſe eſt morbo aliquantos debilitari, atque dimitti, aliquantos militiam deſerere, vel diuerſis caſibus interire, & niſi annis ſingulis, immo ſingulis menſibus in recedentium locum iuniorum turba ſuccedat, quamuis copioſus, tamen exhauritur exercitus. Eſt & alia cauſa cur attenuatæ ſunt legiones. Magnus in illis labor eſt, & militandi grauiora arma, pauca munera, ſæuior diſciplina. Quod vitantes plerique in auxilijs feſtinant militiæ ſacramenta percipere, vbi & minor ſudor, & maturiora ſunt pręmia. In omnibus authoribus inuenitur ſingulos conſules aduerſum hoſtes copioſiſſimos, non amplius quàm binas duxiſſe legiones, additis auxilijs ſociorum: Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, vt cuiuis bello duæ legiones, crederentur poſſe ſuffici, quapropter ordinationẽ legionis antiquæ, ſecũdũ normã militaris iuris exponã.

De modo conſtituendi legionem.

CAP. XLVII.

Iuramẽtum militum.

DIligenter igitur lectis iunioribus, animis corporibuſque præſtantibus, additis etiam exercitijs quotidianis, punctis milite ſcripto, matriculis inſerti, iurare ſolent per Deum, & Chriſtum, & Spiritum ſanctum, & per maieſtatẽ Imperatoris, quæ

ſecundum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

In vna legione sint decem cohortes, quarũ 1. est præcipua numero & dignitate, cõtinet autem legio 6000 pedites, equites 730 præter operarios.

secundum Deum generi humano diligenda est & colenda; Deo enim vel priuatus vel militaris seruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore. Iurant autem milites omnia se strenuè facturos, quæ præceperit Imperator; nunquam desertutos militiam, vel mortem recusaturos pro Romana Republica. *Sciendum* est autem, in vna legione decem cohortes esse debere; sed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate præcedit. Nam genere atque institutione literarum, viros electissimos quærit. Hæc enim suscipit Aquilam, quod præcipuum signum in Romano semper est exercitu, & totius legionis insigne. Hæc imagines Imperatorum, hæc & diuina & præsentia signa veneratur, habet pedites mille, centum quinque equites, loricatos centum 32. & appellabatur cohors milliaria. Item decem cohortibus legio plena fundatur, quæ habet pedites sex millia centum, equites septingentos triginta. habet præterea legio fabros tignarios, structores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquosque artifices, ad hyberna ædificia fabricanda, ad machinas, turres ligneas, cæteraque, quibus vel expugnẽtur aduersariorũ ciuitates, vel defendãtur propriæ, præparãda. Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris; vsque adeo vt etiam cunicularios haberent, qui ad morẽ fossorum, ducto sub terris cuniculo, murisque infra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostium capiendas.

Ex his igitur apparet legionem bene institutam, quasi munitissimam esse ciuitatem, quæ omnia prælio necessaria secum vbique portaret, nec metueret repentinum hostium superuentum. Nam & lignum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant. Habet præterea legio tubicines, cornicines, buccinatores. Quoties ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt, quoties mouenda sunt signa, vel iã mota figenda sũt, cornicines canũt. Quoties autẽ pugnatur, & tubicines canũt, & cornicines pariter. Classicũ itẽ appellatur, quod buccinatores per cornu inducunt. Hoc insigne videtur Imperij, quia classicum canitur Imperatore præsente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur; quia hoc ex Imperatorijs legibus fieri necesse est: Hæc autem fiunt, vt in ipsa pugna facilius obtemperent milites, siue eos pugnare, siue stare; siue sequi, vel redire præceperint duces.

Quando canunt tubicines, quando cornicines, & quoties canitur classicũ.

De Centurijs ac turmis.

CAP. XLVIII.

Centuriæ cur institutæ.

PORro antiqui, quia sciebant in acie, commisso bello, celeriter ordines, acieſque turbari, atque confundi, ne hoc possit accidere, cohortes in centurias diuiserunt, & singulis centurijs singula vexilla constituerunt, ita vt ex qua cohorte, & vt quota esset centuria, in illo vexillo literis esset ascriptum, quod intuentes vel legentes milites, in quantouis tumultu, à contubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones insuper transuersis cassidum cristis literas habebant, vt facilius noscerentur, quos suas singulos iusserunt centurias gubernare. Rursus ipsę centuriæ in contubernia diuisæ sunt, vt decem militibus sub vno papilione degentibus, vnus qui esset decanus, caput contubernij nominaretur. Cõtubernium autem manipulos vocabant, ab eo quod cõiunctis manibus pariter dimicabant. Quemadmodum autem inter pedites, centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur, & habet vna turma equites 32. Huic qui præest decurio nominatur.

Quod centuria inter pedites, hoc turma inter equites, quorũ præfectus decurio dicitur habet autem turma 32. equites.

Præterea sit centurio eligendus magnis cruribus, procera statura, qui omnem artem didicerit armaturæ, vigilans, sobrius, agilis, magis ad facienda quæ ei imperantur, quam ad loquendum paratus. Contubernales suos ad disciplinam retineat, ad armorum exercitium cogat. Similiter eligendus est decurio qui turmæ equitum præponatur, in primis stabili corpore, vt loricatus & armis circundatus omnibus, cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortissimè, conto scienter vti, sagittas doctissimè mittere, turmales suos erudire ad omnia quæ equestris pugna deposcit, eosdem cogere loricas suas, vel cataphractas, contos, & cassides, frequenter tergere & curare. Plurimum enim tortoris hostibus armorũ splendor importat. Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione situ ac rubigine arma fœdantur? & non solum equites, sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari.

Quales esse oporteat centuriones & decuriones.

De Instructione acierum ad pugnam.

CAP. XLIX.

IGitur qui desiderat pacem præparet bellum: Qui victoriam cupit, dimicet arte non casu. Nemo prouocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse si pugnet.

Idem in lib. 2. Nunc qualiter instruenda sit acies, si pugna immineat, declaratur vnius legionis exemplo. Equites locantur in cornibus, acies peditum à prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro; huic cohors secunda coniungitur, tertia in media acie collocatur; huic annectitur quarta, quinta vero sinistrum suscipit cornu. Sed ante signa, & circa, necnon etiam in prima acie dimicantes, principes vocabantur, hoc est ordinarij. cæterique principales. hæc erat grauis armatura, quia habebãt cassides, cataphractas, ocreas, scuta, spatas, plumbata, missilia. Itaque prima acies principum, secunda hastatorum armis talibus, docetur instructa. post hos erant ferẽtarij, & leuis armaturæ, scutati, sagittarii, funditores. Secunda acies similiter armabatur, in qua consistentes milites hastati vocabantur. Sed in secũda acie dextro cornu cohors sexta ponebatur, cui iungebatur septima. Octaua mediã aciem tenebat nona comitante: Decima in secunda acie sinistrum semper obtinet cornu. Post omnes autem acies, triarii cum scutis, cataphractatis, & galeis; Ocreati cum gladiis, semipathiis; plumbatis binis, missilibus, locabantur; qui genu posito subsidebant; vt si prima acies vinceretur ab his quasi de integro, reparata pugna, possit reparari victoria. Omnes ante signum, vel signiferi quamuis pedites, loricas minores accipiebant, & galeas ad terrorem hostium vrsinis pellibus tectas.

Modus instruendi aciem.

De modo congregandi.

CAP. L.

COmmisso bello, prima ac secunda acies stabat immota. Triarij quoque residebant. Ferentarii autem armaturæ excultatioris, sagittarii, funditores, hoc est leues armaturæ, aduersarios prouocabant ante aciem præcedentes, si hostes fugare poterant sequebantur. Si eorum virtute aut multitudine premebantur, reuertebantur ad suos, & post eos stabant. Excipiebat autem prælium grauis armatura, & tanquam murus (vt ita dicam) ferreus stabat, & non solum missilibus, sed etiam gladiis comminus dimicabat. & si hostes fugasset, non sequebatur grauis armatura (ne aciem suam ordinationemque turbaret) sed leuis armatura, cum funditoribus, sagittariis, & equitibus, fugientes sequebatur inimicos; hac dispositione atque cautela, sine periculo legio vincebat, aut superata seruabatur incolumis: quia legionis ius est, facile nec fugere, nec sequi.

Modus inchoandi prælii & prosequendi.

Hoc quoque institutum, vt ex donatiuo quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Spolia apud signa olim sequestrabantur.

apud signa,& ibidem ipsis militibus seruaretur,ne per luxum aut inanium rerum comparationem , ab ipsis militibus contubernalibus posset absumi, plerique enim homines, & præcipuè pauperes , omnia sua erogant. miles deinde qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat , magis diligit signa, pro illis in acie fortius dimicat, in quibus suam videt positam esse substantiam. Hæc ratio apud signiferos in cophino seruabatur, & ideo signiferi non solum fideles,sed etiam iam literati homines eligebantur, qui & seruarent deposita, & scirent singulis reddere rationem.

De Exercitio militum.

Cap. LI.

Bis in die tyrones sunt in militia exercendi.

LEgionis ordinatione digesta,ad exercitium reuertemur, vnde exercitus nomen accepit. Iuniores quidem & noui milites , mane ac post meridiem , ad omne genus armorum exercebantur, veteres autem eruditi semel in die . Neque enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicam tradit,sed continua exercitationis meditatio . Nam & velocitas vsu ipso acquiritur corporis, & scientia feriendi hostem, seque protegendi. Illud vero magis est, vt seruare ordines discant , & vexillis suis in tantis commixtionibus in ipsa prolusione comitentur. Ad palum quoque vel fudibus exerceri, percommodum est. Insurgere trepidantes in clypeum , rursusque se subdere, nunc gestiendo prouolare cum saltu , nunc cedentes in terga resilire.Missilibus etiam palos ipsos procul ferire meditentur, vt & ars diligenter, & dextræ virtus possit accrescere. Sagittarij vero vel funditores , scopas hoc est fruticum vel straminum falces , pro signo ponebant, vt sagittis, vel certè lapidibus ex fundibulo destinatis, signum potius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie faciebant , quod ludentes in campo fecerant semper . Cæteri autem etiam hybernis diebus (si niues tantum, pluuiæque cessarent) exerceri cogebantur in campo, ne intermissa consuetudo, & animos militum debilitaret, & corpora . Syluã cædere, portare onera, transilire fossas, natare in mari, siue in fluminibus, gradu pleno ambulare, vel currere, etiam armatos cum sarcinis suis frequentissimè conuenit, vt quotidiani laboris vsus in pace , difficilis non videatur in bello . Nam quemadmodum bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus . Postremo sciendum est, in pugna vsum amplius prodesse quam vires . Artifices etiam ab exercitijs non recedant. Pro laude vulgi miles sacramento lectus, cessare non debet, cui pugnandum est pro salute propria , & libertate communi , præsertim cum antiqua sit prudensque sententia, omnes artes in meditatione consistere.

Vsus in bello plus valet quam vires.

De Sanitate exercitus gubernanda.

Cap. LII.

Sanitas exercitus ex quinque conseruatur.

IDem in li. 3. Exercitus dicitur tam legionum,quam etiam auxiliorum, nec non etiam equitum , ad gerendum bellum multitudo collecta. Sanitas custodiatur exercitus locis, aquis, tempore, medicina,exercitio. Locis, ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes, ne aridis & sine opacitate arborum campis aut collibus , ne sine tentorijs æstate milites commorentur; ne egressi tardius, calore solis & fatigatione itineris contrahant morbum , sed potius in æstate , luce cæpto itinere , ad destinata perueniant: Ne sæua hyeme iter per niues ac pruinas noctibus faciant, aut lignorum patiantur inopiam , vbi minor illis vestiũ suppetit copia. Nec sanitati enim, nec expeditioni idoneus miles est , qui algere compellitur Ne pernicioſis vel paludosis aqu vtatur exercitus , nam pestilentiam bibentibus generat . Iam vero ex casu ægri contubernales, oportunis cibis reficiantur, ac medicorum arte curentur. Male enim cum his agitur , quibus necessitas & belli incumbit & morbi; sed rei militaris periti,plus quotidiana armorum exercitia , ad sanitatem militum putauerunt prodesse,quã medicos. Ex quo intelligitur, quam studiosius armorum arte docendus sit semper exercitus, cum ei laboris consuetudo , & in castris sanitatem, & in conflictu possit præstare victoriam.Si autem autumnali æstiuoque tempore , diutius in ijsdem locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum , & odoris ipsius fæditate,vitiatis haustibus, & aere corrupto, pernicioſissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum.

Exercitium plus valet ad sanitatẽ quã medicina.

De Alimonia prouidenda, atque seruanda.

Cap. LIII.

Fames est sæuior ferro.

SEpius penuria quam pugna consumit exercitum, & ferro sæuior fames est . Deinde reliquis casibus potest in tempore subueniri; pabulatio & annona in necessitate remedium non habent, nisi ante condantur. In omni expeditione vnum existet maximum telum, vt cibi sufficiat victus, hostes frangat inopia.Ante igitur quam inchoetur bellum, de copiosis expensis fiat procuratio, quas à prouincialibus consuetudo deposcit, & in oportunis ac minutissimis locis , amplior semper modus quam sufficit aggregetur . Frequenter autem necessitas geminatur, & obsidio sæpe fit longior quam putatur, cum aduersarij etiam ipsi esurientes circumsedere non desinant, quos fame sperant esse vincendos. Præterea quicquid in pecore,vel quacunque fruge, vinoque,hostis inferens bellum ad victum suum poterit occupare, non solum admonitis per edicta possessoribus, sed etiam coactis per electos perscrutatores ad castella idonea & armaturæ præsidijs firmata, vel ad tutissimas conferendum est ciuitates; vrgendique prouinciales, vt ante irruptionem, se & sua in vrbibus condant.

Maximũ telum in bello est sufficientia victus.

Reparatio etiam murorum tormentorumque omnium, ante curanda est; nam si semel hostis præuenerit, metu vniuersa turbantur , & quæ ex alijs vrbibus petenda sunt intercluſis itineribus denegantur. Sed fidelis sors eorum custodi, & erogatio rata consueuit sufficere pro copia ; maximè si ab initio procuretur. Cæterum sera parsimonia est tunc seruare cum deficit. Hyeme lignorum , & pabuli æstate vitanda est difficultas; frumenti vel vini , verum & aceti, nec non etiam salis , omni tempore necessitas declinanda. Item vrbes atque castella , ab his militibus qui minus prompti inueniuntur in acie , armis defendantur , præcipueque nitentur , ne aduersariorum dolo atque periurijs, decipiatur prouincialium incauta simplicitas. Frequentius enim commerciorum pacisque simulatio crudelis, quam arma nocuerunt.

Sera parsimonia tunc seruare cum deficit.

De Seditione militum præcauenda.

Cap. LIV.

Quomodo præcauenda militum seditio.

INterdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus, & cum pugnare nolit, irasci se simulat, cum non ducatur ad bellum . Quod hi præcipuè faciunt, qui in sedibus.ociosè delicateque vixerunt, asperitate insoliti laboris offensi. Cui vulneri multiplex medicina consueuit opponi, dum adhuc separati sunt, & in sedibus suis tribunorum,vel vicariorum, nec non & principum, in omnem disciplinam arctissima seueritate teneantur, nihilque aliud nisi deuotionem,moderationeque custodiant.Cãpi cursionem,&

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inſpectionem armorum aſſiduè faciant, nomen & A
ſigna obſeruare non deſinant. Ad ſagittas iaciendas, ad miſſilia dirigenda, ad iactandos lapides, vel funda, vel manu, ad armaturæ geſtum, ad vectes pro ſimilitudine gladiorum punctim cæſimque feriendo, multo die vſque ad ſudorem frequentiſſime detinendi, curſu iam & ſaltu ad tranſmittendas foſſas nihilominus imbuendi. Si mare ſeu fluuius vicinus eſt ſedibus, æſtiuo tempore ad natandum cogendi ſunt, vt ita exercitati & eruditi æmulatione virtutis, prælium magis neceſſe habeant optare, quam ocium. Nemo cogitat de tumultu, qui fiduciam de arte vel viribus habuit.

Bona diſciplina & exercitiũ animos militum à ſeditione auertit.

Dux autem eſſe debet attentus, vt in omnibus legionibus ſi qui turbulenti vel ſeditioſi ſunt milites, non pro inuidia ſuggerentium, ſed procerum veritate cognoſcat; eoſque prudentiori conſilio ſegregatos, à caſtris ad agendum aliquid quod ipſis videatur optabile, aut ad caſtella vrbeſque deputentur muniendas, atque ſeruandas; tanta ſubtilitate, vt cum abijciuntur, videantur electi, nunquam enim ad contumaciam pari conſenſu multitudo prorumpit, ſed incitatur à paucis. Quod ſi fieri medicinam neceſſitas extrema perſuaſerit, rectius more maiorum in inductores criminũ vindicare debet, vt ad omnes metus pœnę per paucos perueniat. Laudabiliores tamẽ duces ſunt, quorum exercitum ad modeſtiam labor & vſus inſtituit, quam illi quorum milites ad obedientiam ſuppliciorum formido compellit. B C

Cautus princeps debet capita ſeditionis à caſtris ſegregare ſub aliquo honoris titulo vt nõ percipiant, & mox reliqui cõquieſcent; vel ſi hoc fieri non poteſt, in auctores tamen animaduertat vt cæteri terreantur.

De Militaribus ſignis.

CAP. LV.

NIhil magis ad victoriam proficit, quam monitis obtemperare ſignorum; nam cum voce ſola inter præliorum tumultus regi multitudo nõ poſſit. Et cũ pro neceſſitate rerum, plura ex tempore iubenda atque facienda ſint, antiquus omnium gentium vſus inuenit, quomodo (quod ſolus dux vtile iudicaſſet) per ſigna totus agnoſceret & ſequeretur exercitus. Quorum tria ſunt genera; & eorum vocalia & ſemiuocalia percipiuntur auribus, muta vero referuntur ad oculos.

Signa militaria triplicia, ſcilicet vocalia ſemiuocalia & muta.

Vocalia vocantur, quæ voce humana pronunciantur, ſicut in vigilijs, vel in prælio pro ſigno dicitur, vt puta *victoriæ palma*; *virtus: Deus vobiſcum*; *triumphus Imperatoris*, & alia quæcunque voluerit dare is, qui in exercitu habet maximam poteſtatem. *Semiuocalia* ſunt quæ per tubam, aut cornu, aut buccinam dantur: Tuba quæ directa eſt appellatur: Buccina quæ in ſemet æreo circulo flectitur: Cornu, quod temperat ante ſpiritum, quam canentis flatus emittat auditum. Nam indubitatis per hoc ſonis, agnoſcit exercitus, vtrum ſtare vel progredi, an certè regredi oporteat; vtrum longe proſequi fugientes, an receptui canere. D

Diſcrimẽ inter tubam buccinam & cornu.

Multa ſigna ſunt Aquilæ, Dracones, Vexilla, flammulæ, tumbæ, pinnæ; quocunque enim hæc fieri iuſſerit ductor, neceſſe eſt vt ad ſignum ſui comitantes milites pergant. Sunt & alia muta ſigna, quæ dux belli in equis, aut indumentis, & in ipſis armis, vt dignoſcatur hoſtis præcipit cuſtodiri. Item mutum & commune ſignum eſt, quoties proficiſcente turba, excitatus puluis ad ſimilitudinem nubium ſurgit, hoſtiumque prodit aduentum, ſimiliter ſi diuiſę copiæ, per noctem, flammis; per diem, fumo ſignant ſocijs, quod aliter non poteſt nunciari. Aliquanti in caſtellorũ aut vrbium turribus appendunt trabes, quibus aliquando depoſitis, indicantur quæ geruntur.

De Inſidijs in itinere vigilanter cauendis.

CAP. LVI.

QVi rem militarem ſtudioſius didicerunt, aſſerunt plura in itineribus, quam in ipſa acie, pericula ſolere cõtingere: nam in conflictu armati ſunt omnes, & hoſtem comminus vident, & ad pugnandum animo veniunt præparati. In itinere minus armatus, minuſque attentus eſt miles, & ſuperueniente impetu vel fraude, repente turbatur. Ideo omni cura prouidere dux debet, ne proficiſcens patiatur incurſum, vel facile ac ſine damno repellat illatum. Primum itineraria omnium regionũ in quibus bellum geritur, pleniſſime debet habere perſcripta, ita vt locorum interualla, viarum qualitates perdiſcat per compendia, diuerticula, montes, flumina, ad fidem deſcripta conſideret.

Dux belli in itinere debet eſſe prouidus

Præterea ſub periculo oportet viarum duces idoneos ſcienteſque capere, eoſque cuſtodiæ mancipare, addita pœnæ oſtentatione vel præmij, vt intelligant ne fugiendi quidem ſibi copiam ſupereſſe, & fidei præmium ac perfidiæ parata ſupplicia; ſed & cautelæ caput eſt, vt ea loca per quæ vel quibus itineribus ſit profecturus exercitus, ignorentur; tutiſſima namque expeditio creditur, facienda ab hoſtibus neſciri. Ob hoc veteres Minotauri ſignum in legionibus habuerunt, vt quemadmodum ille in intimo & ſecretiſſimo labyrintho abditus fuiſſe perhibetur, ita ducis conſilium ſemper eſſet occultum. Verum quia exploratores altrinſecus miſſi, profectionem ſuſpicionibus vel oculis deprehendunt, & interdum profugæ, prodito reſque non deſunt, dux fideliſſimos argutiſſimoſque cum equis probatiſſimis mittat, qui loca per quæ iter faciendum eſt, in progreſſu, & à tergo, dextra læuaque perluſtrent, ne aliquas aduerſarii moliantur inſidias. Tutius enim operantur exploratores noctibus, quam diebus. Ne vero repentinus tumultus amplius noceat, ante commonendi ſunt milites, vt parati ſint animo, vt arma in manibus habeant, quia neceſſitate ſubita conſternantur, prouiſa non ſolent eſſe formidini.

Conſiliũ belli debet ſemper eſſe occultum.

Illud vitandum, ne per negligentiam, aliis feſtinãtibus, aliis tardius incedentibus, interrumpantur acies, aut certe tenuentur; continuo enim hoſtes interpolatam peruadunt. Præponendi ergo ſunt exercitatiſſimi campi ductores, qui alacriores retardent, & pigrius incedentes accelerare compellant. Præterea noſce debemus hoſtium conſuetudinem, & vtrum peditibus an equitibus; Vtrum contatis, an ſagittarijs amplius valeant; Vtrum numero hominum, an armorum munitione præcellant, & ordinare quod nobis vtile, illis docetur aduerſum. Tractare quoque per diem an per noctem iter expediat inchoari: quanta locorum interualla ſint, ad quæ cupimus properare; ne æſtate aquæ penuria deſit euntibus, ne hyeme difficiles aut inuiæ occurrant paludes, maioreſque torrentes, & impedito itinere circumueniatur exercitus, priuſquam ad deſtinata perueniat.

Acies debet cõiuncta iter facere.

De Maioribus fluminibus arte tranſeundis.

CAP. LVII.

IN tranſitu fluuiorum grauis moleſtia, negligentibus frequenter emergit. Nam ſi aqua violentior, aut alueus latior fuerit, interdum ignauiores ſolet mergere bellatores. Ergo explorato vado, duæ acies equitum electis animalibus ordinantur, interuallis competentibus ſeparatæ, vt per medium pedites, & impedimenta tranſeant, nam acies ſuperior aquarum impetum frangit, inferior eos qui rapti ſubuerſique fuerint, colligit atque tranſponit. At cum

altior

Varij modi pertrãſeundi flumen.

altior fluctus, nec peditem nec equitem patitur, ſi per plana decurrat, ductis multifariam ſpargitur foſſis diuiſus ſicquè facilè tranſitur. Nauigabiles vero amnes, haſtilibus fixis, ac ſuperpoſitis tabulatis peruij fiunt; vel certe tumultuario opere colligatis nauibus aut cupis, additiſque tranſitum præbent trabibus. Expediti vero equites, falces de cannis aridis, vel vlua, facere conſueuerunt, ſuper quos loricas & arma euidenter imponunt; ipſi equis natando tranſeunt, colligatoſque ſecum falces pertrahunt.

Modus faciendi pontẽ repente.

Sed commodius repertum eſt, vt monoxillos, hoc eſt paulo latiores ſcaphulas, ex ſingulis trabibus excauatas, pro genere ligni & ſubtilitate leuiſſima, carpentis ſecum portet exercitus, tabulatis pariter & clauis ferreis præparatis, ita vt abſque mora conſtructus pons, & funibus (qui propterea habendi ſunt) cinctus, lapidei arcus ſoliditatem præſtet. Hoc in tẽpore feſtinanter aduerſarij ad tranſitus fluminum ſuperuentus facere conſueuerunt, ob quam neceſſitatem in vtraque ripa collocantur armata præſidia, ne alueo interueniente diuiſi opprimantur ab hoſtibus. Cautius tamen eſt ſudes, ex vtraque parte præfigere, ac ſine detrimento, vim ſi qua illata fuerit, ſuſtinere. Quod ſi pons non tãtum ad tranſitum, ſed etiam iam ad recurſum & commeatum neceſſarius fuerit, tunc in vtroque capite percuſſis latioribus foſſis, aggereque conſtructo, defenſores milites accipere oportet, à quibus tamdiu retineatur, quamdiu locorum neceſſitas poſtulat.

De Caſtris oportuno loco metandis & ordinandis.

CAP. *LVIII.*

Modus caſtrametandi.

COnſequens videtur itineris obſeruatione deſcripta, ad caſtrorum, in quibus manendum eſt, venire rationem. Non enim belli tempore, ad ſtatiuam, vel manſionem, ciuitas murata ſemper occurrit. In metandis caſtris non ſufficit locum bonum eligere, ne vtilior prætermiſſus à nobis, & ab aduerſarijs occupatus, apportet incommodum. Cauendum quoque, ne per æſtatem, aut morboſa in proximo, aut ſalubris aqua ſit longius, hyeme ne pabulatio deſit, aut lignũ; ne ſubitis tempeſtatibus, campus in quo manendum eſt, ſoleat inundari, neue ſit abruptus ac deuius, circumſedentibuſque aduerſarijs, difficilis præſtetur egreſſus, ne ex ſuperioribus locis miſſa ab hoſtibus in eum tela perueniant. Quibus cautè ſtudioſeque prouiſis, pro neceſſitate loci, vel quadrata, vel rotunda, vel trigona, vel oblonga caſtra conſtitues, nec vtilitati præiudicet forma; tamen pulchriora creduntur, quibus vltra latitudinis ſpatia, tertia pars longitudinis adijciatur. Ita autem ab agrimenſoribus menſuram colligi oportet, vt ad quantitatem concludatur exercitus. Nã propugnatores anguſta conſtipant, & vltra quam cõuenit latiora diffundunt. Statiua autẽ caſtra, æſtate vel hyeme, hoſte vicino, maiore cura ac labore firmantur.

Primo igitur locis ſuis ſigna intra caſtra ponuntur, quia nihil eſt venerabilius eorum maieſtate militibus. Deinde prætorium præparatur; hinc tribunis tabernacula collocantur, tunc pro gradu legionibus & auxilijs, equitibus & peditibus loca, in quibus papiliones tendant deputantur. In caſtris quoque de ſingulis centurijs quaterni equites, & quaterni pedites, excubitũ, noctibus faciũt, quia impoſſibila videbatur in ſpeculis vigilãtes ſingulos permanere; ideo in quatuor partes ad clepſydrã ſunt diuiſæ vigiliæ, vt non amplius quã tribus horis noctis neceſſe ſit quemquã vigilare. Cũ mutantur enim, & finitis horis, à cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni & probatiſſimos eligunt, qui circumeant vigilias, & renuncient ſi qua emerſerit culpa. Equites extra vallum nocturnas excubias facere debent, per diem autem caſtris poſitis, alii mane, alii poſt meridiem, propter fatigationẽ hominum equorumque angurias faciunt. Inter præcipua cõuenit ducem prouidere, vt animalium paſcua, ſubuectio frumenti, cæterarumque ſpecierum, aquatio, lignatio, pabulatio, ſecura ab hoſtium reddatur incurſu. Ideoque per loca idonea, quo noſtrorum ambulat cõmeatus, præſidia diſponantur. Difficile enim hoſtis ad ea loca audet accedere, in quibus à fronte & tergo nouit aduerſarios commorari.

Excubiæ quomodo faciendæ.

Qualiter intelligi poſſit, vtrum inſidijs, an publico Marte conſligendum ſit.

CAP. LIX.

Dux belli debet ſæpe conſiliũ cum ſapientibus & expertis inire

PRæcipuè ars & vtilitas ducis eſt, vt adhibitis ex vniuerſo exercitu ſcientibus bella, & ſapientibus viris, de ſuis & hoſtium copiis ſæpius tractet, omniſ quæ plurimum nocet) adulatione ſubmota. Vtrum maiorem numerum pugnatorum ipſe an hoſtes habeant, vtrum ipſius an aduerſariorum homines magis armati ſint, & muniti; & qui magis exercitati, quive ſint in neceſſitatibus fortiores. Quærendum etiam, vtra pars equites an pedites habeat meliores, & quis vtiliores equos adduxerat. Poſtremo accommoda, nã ſi equitatu gaudemus, campos debemus optare, ſi pedite, loca eligere anguſta foſſis, paludibus, vel arboribus impedita, & aliquoties montuoſa, vbi magis victus abũdat, aut deſit. Nam fames (vt dicitur) intrinſecus pugnat, & vincit ſæpius quam ferrum extrinſecus.

Maximè autem tractandum, vtrum expediat neceſſitatem protrahi, an celerius dimicari. Interdum enim ſperat aduerſarius expeditionem cito poſſe finiri, & ſi dilata fuerit in longum, aut penuria maceratur, aut deſiderio ſuorum reuocatur ad propria, aut nihil magnum faciens, per deſperationem abire compellitur. Tamen fracti dolore ac tædio plurimi deſerunt, aliquãti produnt, aliquanti ſe tradunt; quia aduerſis rebus rarior fides eſt, vt nudari incipiat, qui copioſus venerat. Dux itaque vigilans, adhibito cõſilio, de ſuis & aduerſarii copiis iudicet, & ſi multis rebus ſuperior iuuenitur, oportunum ſibi non differat inire conflictum. Si vero aduerſarium intelligit potiorem, certamen publicum vitet; nam pauciores numero, & inferiores viribus, inſidias facientes, ſub bonis ducibus reportauerunt ſæpe victoriam; facilius autem eſt ad virtutem nouos imbuere, quam reuocare perterritos.

Qui viribus eſt impar debet certamen declinare & inſidias parare.

De Imperatione pugnæ.

CAP. LX.

Obſeruanda in productione exercitus.

PRæmiſſis leuioribus artibus belli, ad publici conflictus intentum, ratio diſciplinę militaris inuitat. Hoc ergo tempore tanto magis duces debent eſſe ſolliciti, quanto maior ſperatur diligentibus gloria, & maius periculum comitatur ignauos, in quo momento peritia, vſus pugnandi, doctrina, conſiliumque dominetur. Veteribus ſeculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamen educere, vt audaciores ſumpta eſca redderet, & longiore conflictu non fatigarentur inedia. Præterea obſeruandum eſt præſentibus hoſtibus, ſiue ex caſtris, ſiue ex ciuitate producas ad prælium, ne dum per anguſta portarum particulatim procedit exercitus, à collectis & paratis debilitetur inimicis. Ideoque prouidendum eſt, vt omnes milites egrediantur portas, & aciem conſtruant, antequã hoſtis adueniat. Obſeruetur autem, ne longo ſpatio fatigatum militem, neve laſſos poſt curſum equos, ad publicum prælių cogas. Impar enim conditio eſt, laſſum cum requieto, currentem cum eo qui ſteterit ſubire conflictum.

Ante pugnã explorãda eſt fiducia, vel formido militum.

Ipſa die qua certaturi ſunt milites, quid ſentiãt diligẽter explora. Nã fiducia vel formido, ex vultu, verbis, inceſſu, motibuſque cernitur. Ne confidas ſatis, ſi tyro prælium cupit: Inexpertis enim dulcis eſt pugna, & noueris te oportere differre, ſi exercitati bellatores

metuunt

metuunt dimicare. Monitis tamen, & adhortatione ducis, exercitui virtus accreſcit, & animus; præcipuè ſi inimicorum ignauia, vel error oſtenditur, vel ſi ante à nobis ſuperati commemorantur. Dicenda etiam quibus militum mentes in odium aduerſariorum cõcitantur, formidoloſiores ſunt, quorum mentes hoſtium confundit aſpectus. Sed hoc remedio formido leuiatur, ſi antequam dimices, frequenter exercitum tuum locis vicinioribus ordines. Vnde & videre hoſtẽ, & agnoſcere conſueſcant aduerſariorum arma, & equos recognoſcant. Nam quæ ex vſu ſunt, non timẽtur. Elabora ergo vt auxilium capias ex loco, qui tãto vtilior iudicatur, quanto ſuperior fuerit occupatus. In ſubiectos enim vehementius tela deſcendunt, & maiore impetu obnitentes pars altior pellit: qui aduerſo nititur cliuo, duplex ſubit cum loco & hoſte certamen.

De Ordinanda acie.

CAP. LXI.

Tria in diſponenda acie ſunt proſpicienda ſcilicet ſol, puluis, ventus.

ORdinaturus aciem, tria debet ante proſpicere: Solem, puluerem, ventum. Sol ante faciem eripit viſum; Ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtium adiuuat tela. Puluis à fronte congeſtus, oculos implet & claudit. Ita ergo conſtituantur ordines, vt hæc poſt occipitium noſtrum ſint, & ſi poteſt fieri, aduerſariorum impleant faciem. Acies dicitur exercitus inſtructus, frons aduerſus hoſtem ſpectat; hæc in pugna publica ſi ſapienter diſponitur, plurimum iuuat.

Ordo diſponendi aciem quoad ſex ordines.

Structi ordinis lex eſt, vt primo exercitati veteres milites collocentur, quos prius haſtatos vocabant. ſinguli autem armati in directum ternos pedes inter ſe occupare conſueuerunt, hoc eſt in mille paſſibus mille ſexcenti ſexaginta ſex pedites ordinantur in longum, vt nec acies interluceat, & ſpatium ſit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem, à tergo in latum, ſex pedes diſtare voluerunt, vt haberent pugnãtes ſpatium accedendi, atque recedendi: vehemẽtius enim cum ſaltu curſuque tela mittuntur. In his duobus ordinibus, & ætate maturi, & vſu confidentes, & muniti etiam grauioribus armis collocantur. Hi enim ad vicem muri, nec cedere, nec ſequi aliquando cogendi ſunt, ne ordines turbent, ſed venientes aduerſarios excipere, & ſtando pugnandoque repellere, vel fugere cogant.

Tertius ordo diſponitur de armaturis velociſſimis, de ſagittarijs iuuenibus, & bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabãt. *Quartus* itidem de ſcutatis expeditiſſimiſque ſagittarijs, & cæteris. Itaque ſtantibus primis ordinibus, mos fuit tertium & quartum ordinem, ad prouocandum cum miſſilibus & ſagittis, primo loco ſemper exire. Qui ſi hoſtes in fugã vertere poterunt, ipſi cum equitibus tunc eos perſequuntur. Sin vero ab hoſtibus pulſi fuerint, redeunt ad primam & ſecundam aciem, & inter ipſos recipiũt ſe ad loca ſua. Prima autem & ſecunda acies, cum ad prælium (vt dicitur) ventum fuerit, totum ſuſtinet bellum.

Fundibulatores & funditores quomodo differant.

In quinta acie ponebantur interdum carobiliſtæ & manubaliſtarij, fundibulatores & funditores. Fundibulatores ſunt, qui fundibulis lapides iaciũt. Fuſtis eſt longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & vtraque manu impulſus prope ad inſtar Onagri dirigit ſaxa. Funditores ſunt, qui fundis lino vel zonis factis pugnant, has enim dicunt eſſe meliores, cum toto circa caput brachio dirigunt ſaxa.

Triarij qui dicti.

Sextus ordo poſt omnes, à firmiſſimis, & ſcutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur, quos antiqui triarios appellabant. hi vt requieti & integri acrius inuaderent hoſtes, poſt vltimas acies ſedere conſueuerant. Si quid etenim primisordinibus accidiſſet, de eorum viribus reparationis ſpes tota pendebat; magis autem expedit vt conferti pugnent, quam longius ſeparati. Nam ſi nimium fuerit acies tenuata, cito ab aduerſarijs acta impreſſione rumpitur, & nullum poſtea poteſt eſſe remedium.

De Equitibus ordinandis, & ſubſidijs poſt aciem collocandis.

CAP. LXII.

Quomodo diſponendi equites.

COnſtructa acie peditum, equites ponuntur in cornibus, ita vt loricati omnes & contati, iuncti ſint peditibus. Sagittarij autem, vel qui loricas nõ habent, longius euagentur à fortioribus. Namque equitibus peditum protegenda ſunt latera, & à velocioribus atque expeditis, hoſtium cornua ſuperfundenda atque turbanda ſunt. Quod ſi equites impares fuerint, more veterum, velociſſimi cum ſcutis leuibus pedites, ad hoc ipſum exercitati, iiſdem miſcendi ſunt, quos explicatos velites nominabant; quo facto, quamuis fortiſſimi equites hoſtium venerint, tamen aduerſum mixtum agmen pares eſſe non poſſunt. Vnum hoc remedium omnes duces veteres inuenerunt, vt aſſueſcere facerent iuuenes currentes egregiè, & inter binos equites ſingulos ex his pedites collocarent, cum leuioribus ſcutis, gladiis, atque miſſilibus.

Oportet ſẽper habere ſubſidiarios milites poſt aciẽ vt poſſint cõuolare & ſupplere loca mortuorum.

Sed optima ratio eſt, & ad victoriam plurimum confert, vt lectiſſimos de peditibus & equitibus, cum vicariis, comitibus, tribuniſque vacantibus, habeat dux poſt aciem præparatos, alios circa cornua, alios circa medium, vt ſicubi hoſtis vehementer inſiſtat, ne rumpatur acies, prouolent ſubito & ſuppleant loca; additaque virtute, inimicorum audaciam frangant. Item ſuperfluos habere debebunt poſt aciem, de quibus cuneum, aut fornicem facias, aut ſerram, nam ſi de loco ſuo ordinatum militem transferre cęperis, acies vniuerſa turbabitur. Denique ſi globus hoſtium ſeparatur, aut alam tuam, aut partem aliquam vrgere cæperit, niſi ſuperfluos habeas quos contra globum poſſis opponere, ſiue pedites ſiue equites de acie tuleris, dum alia vis defendere, alia periculoſius denudabis. Quod ſi bellatorum tibi copia non abundat, melius eſt aciem habere breuiorem, dummodo in ſubſidiis colloces plurimos; nam circa medias partes campi, ex peditibus bene armatis debes habere lectiſſimos, de quibus cuneum facias, & ſtatim aciem hoſtium rumpas. Contra cornua autem de contatis loricatiſque equitibus ad hoc reſeruatis, & leui armatura peditum, alas hoſtium circumuenire te conuenit.

De Stationibus trium ducum in exercitu.

CAP. LXIII.

Primus dux à parte dextra ſtare, cõſueuit, ſecũdus in media acie, tertius à parte ſiniſtra.

DVx qui præcipuam ſuſtinet poteſtatem inter equites & pedites, in parte dextra ſtare conſueuit, ex quo rectus eſt liberque procurſus, vt & conſilio regere, & auctoritate tam equites quam pedites ad pugnam poſſit hortari. Hic de equitibus ſupernumerarijs, mixtis peditibus expeditis, aduerſariorum ſiniſtrum cornu, quod contra ipſum ſtat, circumire debet, & à tergo ſemper vrgere. *Secundus* dux in media acie ponitur peditum, qui eam ſuſtentet & firmet. hic fortiſſimos pedites, & bene armatos, de illis ſuperfluis ſecum habere debet, ex quibus aut ipſe cuneum faciat, & hoſtium aciem rumpat; aut ſi aduerſarii cuneum fecerint, ipſe forficem faciat, vt cuneo illi poſſit occurrere. *In ſiniſtra* parte exercitus, tertius eſſe dux debet, ſatis bellicoſus & prouidus, quia ſiniſtra pars difficilior eſt, & velut manca in acie conſiſtit. Ideo circa ſe bonos equites

ſupernu-

ſupernumerarios, & velociſſimos pedites habere debet, de quibus ſiniſtrum cornu ſemper extendat, ne circumueniatur ab hoſtibus. *Clamor* autem quẽ barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies vtraque ſe iunxerit. Imperitorum enim vel ignauorum eſt vociferari de longe, cum hoſtes magis terreantur, ſi cum telorum iactu clamoris horror acceſſerit. Semper autem ſtudere debes, vt prior inſtruas aciem, nam ſic & tuis auges confidentiam, & aduerſarijs fiduciam minuis, quia fortiores vidẽtur qui prouocare non dubitant; pars enim victoriæ eſt inimicum turbare antequam dimices.

Clamor non eſt attollendus priuſquã acies ſe iungant.

De Remedijs contra virtutem.

CAP. LXIV.

EXceptis ſuperuentibus, vel incurſionibus repentinis, eſt occaſio quam nunquam dux exercitatus omittit. Nam in itineribus iam fatigatis, in fluminum tranſgreſſione diuiſis, in paludibus occupatis, in iugis montium laborantibus, in campis expãſis atque ſecuris, in manſione dormientibus, oportunum prælium ſemper infertur, cum alijs negotijs occupati, hoſtes prius interimantur, quam præparare ſe poſſint. Quod ſi cauti ſunt aduerſarij, & inſidiarum nulla ſit copia, tunc aduerſum præſentes, ſcientes, videntes, æqua conditione pugnatur; tamen ars belli non minus in hoc aperto conflictu, quam in occultis fraudibus adiuuat eruditos.

Aggrediẽdi ſunt hoſtes ex improuiſo ſi fieri poteſt.

Aduerſum cuneum hoſtium certis reſiſtitur modis. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ iuncta cum acie, primo anguſtior, deinde latior procedit, & aduerſariorum ordines rumpit: quia tamen à pluribus in vnum locum tela mittuntur, contra hoc ordinatio ponitur, quam forficem vocant. Nam ex lectiſſimis militibus in vnum conſertis ordo componitur, qui & illum cuneum excipit, atque ex vtraque parte cõcludit, quo facto de facili hoſtis aciem non poteſt rumpere. *Item* ſerra dicitur, quæ à ſtrenuis directa, ante frontem opponitur hoſtibus, vt turbata acies reparetur. *Globus* autem dicitur, qui à ſua acie ſeparatus, vago ſuperuentu tamen incurſat inimicos.

Quid cuneus *Quid forfex.* *Quid ſerra.* *Quid globus.*

Obſeruandum quoque, ne ſub tempore quo committitur pugna, velis ordines commutare, aut de locis ſuis aliquos numeros ad alia trãsferre, ſtatim enim naſcitur tumultus atque confuſio; & quos imparatos conturbatoſque inuenerit, facilius hoſtis incurrit. In cuneo exercitatiſſimos ordina bellatores (victoria enim per paucos fieri conſueuit) tantum eſt vt electo duce ſapientiſſimo, in his locis in quibus ratio & vtilitas poſtulat, ordinentur.

Tempore pugnæ nõ ſunt acies mutandæ.

Plerique rei militaris ignari pleniorem victoriam credunt, ſi aduerſarios, aut locorum anguſtijs, aut armatorum multitudine circumdederint, vt aditum nõ inueniant abſcedendi, ſed clauſis ex deſperatione accreſcet audacia, & libenter cupit commori, qui ſine dubio ſcit ſe eſſe moriturum. Ideoque Scipionis laudanda ſententia non eſt, qui dixit, viam hoſtibus qua fugerent muniendam. Cæterumque clauſi, licet exigui numero, & infirmi viribus, hoc ipſo tamen ſunt hoſtibus pares, quia deſperantes ſciunt aliud ſibi licere non poſſe, ſed vna ſalus eſt victis, nullam ſperare ſalutem.

Via hoſtibus ad fugam nõ eſt præcludẽda, vtpote deſperãtibus creſcit audacia.

De Camelis bellicis, equis cataphractatis, & quadrigis falcatis.

CAP. LXV.

CAmelos aliquantæ nationes apud veteres in aciem produxerunt, genus hoc animalium arenis tolerabile, ſiti aptum, confuſas etiam in puluere vento vias, abſque errore dirigere memoratur: cæterum præter nouitatem, ſi hoc vti videatis, ineſficax bello eſt. Cataphractati equi propter munimina quæ gerunt, vulneribus tuti; ſed propter impedimentum & pondus armorum, capi eos facilè eſt. Melius eſt ramẽ vt ante legiones poſiti, aut cum legionarijs mixti ſint, quando cominus, hoc eſt manu ad manum pugnatur, & acies hoſtium ſæpe rumpunt.

Cameli in bello nõ multũ iuuãt, & equi cataphractati facile capiũtur.

Quadrigas falcatas in bello Rex Antiochus, & Mitridates habuerunt, qui vt primo magnum intulere terrorem, ita poſtmodum fuere deriſui. Nam difficile currus falcatus planum ſemper inuenit campum, & leui impedimento retinetur, vnoque afflicto, aut vulnerato equo, fruſtratur. Sed maximè hac Romanorum militum arte perierunt; vbi ad pugnam ventum eſt, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt, in quos currentes quadrigæ cum incidiſſent, deletæ ſunt. Tribulus autem eſt ex quatuor palis confixum propugnaculum, ſed quoquo modo abiectum tribus radijs ſtat, & erecto quarto infeſtum eſt.

Tribulus eſt propugnaculum contra currus falcatos.

De Elephantibus, & qualiter eis reſiſti poſſit.

CAP. LXVI.

ELephanti in prælijs magnitudine corporum, barritus horrore, formæ ipſius nouitate, homines quoſque conturbant; aduerſus quos diuerſa reſiſtendi excogitauerunt genera armatorum. Curio in Lucania gladio manum quam promuſcidem vocant vni abſcidit, & bini cataphractati equi iungebantur ad currum, quibus inſidentes longiſſimos contos in elephantes dirigebant. Nam muniti ferro, nec à ſagittarijs quos vehebant belluæ lædebantur, & earum impetum equorum celeritate vitabant. Alii contra elephantes cataphractatos milites immiſerunt, ita vt in brachijs eorum, & in caſſidibus, vel humeris, aculei ingentes ponerentur è ferro, ne elephas bellatorẽ contra ſe venientem poſſet apprehendere; præcipuè tamen velites, antiqui aduerſum elephantes ordinauerunt. *Velites* autem erant iuuenes leui armatura, corpore alacri; qui ex equis optimè miſſilia dirigebant; hi equis prætercurrentibus, ad latiores lanceas, vel maiora ſpicula, belluas tales occidebant. Sed creſcente audacia, poſtea collecti plures milites, pariter pila, hoc eſt miſſilia in elephantes congerebant, eoſque vulneribus elidebant. *Illud* additum eſt, vt fundibulis & fundis, rotũdis lapidibus deſtinatis, hos per quos regebantur elephanti, cum ipſis turribus affligerent, atque mactarent, quo nihil tutius inuenitur. Præterea venientibus belluis, quaſi irrupiſſent aciem, ſpatium milites dabant, quæ cum in agmen medium perueniſſent, circumfuſis vndique armatorum globis, cum magiſtris abſque vulneribus capiebantur illæſa. *Baliſtas* quoque aliquantum maiores (hæ enim longius & vehementius ſpicula dirigunt) ſuperpoſitas curriculis cum bonis equis, vtile eſt ordinari; & cum ſub iactum teli acceſſerint beſtiæ, ſagittis baliſtarum transfiguntur; latius tamen contra eas & firmius præfigitur ferrum, vt magnis corporibus maiora ſint vulnera.

Remedia cõtra elephantes. *Quid velites* *Optimũ remedium.*

De Quibuſdam regulis bellorum generalibus.

CAP. LXVII.

OMnes artes, omniaque opera, quotidiano vſu, & iugi exercitatione proficiunt. Quod ſi in paruis verum eſt, quanto magis decet in maximis cuſtodiri. Quis autẽ dubitet artem bellicam rebus omnibus eſſe potiorem, per quam libertas retinetur, & dignitas propagatur, prouinciæ conſeruantur. Nunquam miles in acie producendus eſt, cuius antea experimenta nõ ceperis? potes inopia, aut ſuperuẽtibus,

aut ter-

Nulla consilia meliora quam quæ ignorauerit aduersarius.

aut terrore melius hostem domare, quam prælio? nulla consilia meliora sunt, quàm illa quæ ignorauerit aduersarius antequam facias. Melius est post aciem plura seruare loca, quam latius militem spargere. Amplius iuuat virtus, quam multitudo. Amplius prodest locus sæpe, quam virtus. publicum ne produxeris militem, nisi cum videris eum sperare victoriam. subita conterent hostes, vsitata vilescunt. Qui per dispersos suos inconsultè sequitur, quam ipse acceperat, hosti vult dare victoriam. Cum explorator hostium latenter oberrat in castris, & omnes ad tentoria sua per diem redire iubentur, statim deprehenditur explorator. Consilium tuum cum cognoueris aduersarijs proditum, dispositionem mutare te conuenit. Quid fieri debeat tractato cum multis; quid vero facturus sis, cũ paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. Milites timor & pœna in sedibus corriget, in expeditione spes ad præmia faciet meliores Magna dispositio est, hostem fame magis vrgere, quam ferro. Equitatus, vsu exercitij, armorum genere, equorum nobilitate profecit.

A multis cape consilium, sed paucissimis vel nullis reuela propositum.

De Munitionibus extruendis.

CAP. LXVIII.

Vrbes muniuntur natura & arte.

IDEM *in lib.* 4. Vrbes atque castella, aut natura muniuntur, aut manu, aut vtroque, quod firmius ducitur. *Natura*, vt loco edito vel abrupto, aut circumfuso mari, siue paludibus, vel fluminibus. *manu*, fossis, ac muro. In illo naturali beneficio tutissimo, eligentis consilium; in plano quæritur fundantis industria. Ambitum muri directum veteres ducere noluerunt, ne ad ictus arietum esset dispositus, sed sinuosis anfractibus, iactis fundamentis clausere vrbes; crebrioresque turres in ipsis angulis reddiderunt, vt si quis ad murum tali ordine constructum, vel scalas, vel machinas voluerit admouere, non solum à fronte, sed à lateribus, & propè à tergo, veluti in sinu circunclusus opprimitur. Murus autem vt nunquam possit elidi, hac ratione perficitur: interuallo vicino interposito, duo intrinsecus parietes fabricantur; deinde terra quæ de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur, vectibusq; densatur; ita vt à muro, primus paries pro parte inferior, secundus longe minor ducatur, vt de plano ciuitatis ad similitudinem graduum, quasi cliuo molli, vsque ad propugnacula possit ascendi: quia nec murus potest arietibus rumpi, quem terra confirmat: & quouis casu destructis lapidibus, ea quæ inter parietes densata fuerit, ad muri vicem, ingruentibus moles obsistit.

Muri sinuosis anfractibus sunt construendi & terra fulciẽdi.

De portis, & fossis, & propugnaculis muniendis.

CAP. LXIX.

Porta cõtra incendium muniẽda.

CAuetur præterea, ne portæ subiectis ignibus exurantur, propter quod sunt corijs ac ferro tegendæ. Sed amplius prodest, quod inuenit antiquitas, vt ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur chataracta, quæ annulis ferreis ac funibus pendet, vt si hostes intrauerint, dimissa eadem extinguantur inclusi, tamen supra portam murus est ordinandus, vt accipiat foramina, per quæ de superiori parte effusa aqua, subiectum restinguat incendium.

Profundæ fossæ sunt vtiles contra cuniculos.

Fossæ autem ante vrbes latissimæ faciendæ sunt, vt nec facile possint coæquari replerique ab obsidentib. & cum aquis cæperint redundare, ab aduersario cuniculum continuari minimè patiantur. Nam duplici modo opus subterraneum peragi, earum altitudine, & inundatione prohibetur. *Formidatur* autem, ne multitudo sagittariorũ, de propugnaculis exterritis defensoribus, appositisque scalis, occupet murum, aduersum quod, cataphractas vel scuta in ciuitatibus debent habere quamplurimi. Deinde per propugnacula,

Modus muniendi propugnacula.

duplicia saga, cilicia que tenduntur, quæ impetum excipiant sagittarũm. Neque enim facile transeũt spicula quod cedit ac fluctuat. Inuentum quoque remedium est, vt de ligno crates facerent, quas metallas vocauerunt, lapidibusque complerent, ea arte inter bina propugnacula constitutas, vt si super scalas ascendisset hostis, & partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum vrgeret. saxa.

De Alimentis, & cæteris obsidioni præparandis.

CAP. LXX.

Dua sunt species obsidendi.

MVlta defensionum oppugnantiumque sunt genera, quæ locis competentibus inseremus. Nũc sciendum est obsidendi duas esse species. Vnam cum aduersarius, opportunis locis præsidijs ordinatis, vel aqua prohibet inclusos, vel deditionem sperat à fame, quando omnes prohibuerit commeatus. Hoc enim consilio ipse ocioſus ac tutus fatigat inimicũ, ad quos casus possessores, quamuis leuis suspicio sit pulsationis, alimoniam victus intra muros debent studiosissimè collocare, vt ipsis exuberet substantia, aduersarios inopia cogat abscedere. Parum autem proficit plurimum collegisse, nisi ab exordio, dimensione salubri, per idoneos erogatio tempereretur. In bellis quoque ætas ac sexus propter necessitatem victus, portis frequenter exclusa est, ne penuria opprimeret armatos, à quibus menia seruabantur. Bitumen, sulphur, picem liquidam, oleumque conuenit præparare ad arma facienda: ferrum, eiusque temperaturæ & carbones seruantur. Ligna quoque hastilibus sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluuijs (quia pro soliditate grauiora sunt & aptiora) mittentibus diligentissime colliguntur; & quibus muri replentur, & turres; minima ad fundas, siue fundibulos, vel manibus iaciẽda; maiora per onagros diriguntur, vt dimissa per præceps, non solum hostes obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confringant. Rotæ quoque de lignis ingentissimæ fabricantur, & vt sint volubiles leuigantur, quæ pronum labentes subito impetu bellatores sternunt, solentque equos deterrere. Trabes quoque & tabulata, vel diuersæ magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nam oppugnantium machinis, per alias machinas consueuit obsisti; præcipuè cũ subitis operibus addenda sit muris vel propugnaculis altitudo, ne aduersariorum mobiles turres supereminеant, & capiant ciuitatem.

In ciuitate oportet habere copiam victus & materiæ ad arma faciẽda.

De Neruis, & Aquis, & Sale.

CAP. LXXI.

Nerui balistarum possunt fieri ex crinibus.

NEruorum quoque copiam summo studio expedit colligi; quia onagri, vel balistæ, cæteraque tormẽta, nisi funibus neruilibus intenta, nihil prosunt: equorum tamen setæ de caudis ac iubis, ad balistas vtiles asseruntur. In obsidione capitolij, corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis, cum neruorum copia defecisset, matronæ abscissos crines, viris suis obtulere pugnantibus, reparatisque machinis, aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicitiæ fœminæ, deformato ad tempus capite, liberæ viuere cum maritis, quàm hostibus in tergo seruire. Cornua quoque vel cruda coria, proficit colligi ad cataphractas tegendas, aliaque machinamenta siue munimina. Magna vrbis vtilitas est, cum pereuntes fontes murus includit. Quod si natura non præstat, cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei: Cisternæ sunt diligentissimè substruendæ. Si maritima sit ciuitas, & sal defuerit, liquor ex mari sumptus, per alueos aliaque patula defunditur, qui à colore solis duratur in salem. Quod si hostis ab vnda prohibeat (nam hoc sæpe accidit) arenas, quas excitato vento mare superfuderit, aliquãdo colligant, & dulci aqua perfundant, quę sole siccata, nihilominus mutantur in salem.

Cornu & crudum corium ad scuta tegenda valet.

Modus faciendi salem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Machinis quibus impugnantur muri, & primo de Arsete.

Cap. LXXII.

Ante ciuitatis inuasionē nituat terrere eiues armorum apparatu &c.

VIolenta impugnatio, quando caſtellis vel ciuitatibus properatur, mutuo vtrorumque periculo, ſed maiore oppugnantium ſanguine exercentur luctuoſa certamina. Illi enim qui muros inuadere cupiunt, terrifico apparatu, expoſitis copijs, in ſpem deditionis, formidinem geminant tubarum ſtrepitu hominumque permixto. Tunc quia timor magis frangit inſuetos, primo impetu ſtupentibus oppidanis, ſi diſcriminum experimenta non norunt, admotis ſcalis inuaditur ciuitas. Quod ſi à fidentibus ſiue militaribus viris repellatur prima congreſſio, ſtatim clauſis creſcit audacia, & iam non terrore, ſed viribus & arte confligitur. Admouentur enim teſtudines, arietes, falces, vineæ, plutei, muſculi, turres: Ex trabibus namque ac tabulatis teſtudo contexitur, quæ ne exuratur incendio, corijs vel cilicijs, centonibus quoque veſtitur. Hæc intrinſecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro, & falx vocatur, ab eo quod incuruata eſt, vt de muro extrahat lapides; aut certè caput ipſius veſtitur ferro, & appellatur aries. Vel quod habeat duriſſimam frontem quæ ſubruat muros, vel quod more arietum retrocedat, & cum impetu vehementius feriat. Teſtudo autem à ſimilitudine veræ teſtudinis dicitur, quia ſicut illa modo reducit, modo profert caput: ita machinamentum interdum trabem retrahit, interdum effert, vt fortius cędat.

Quid teſtudo & quando falx vel aries dicatur.

De vineis, & pluteis, aggere, & muſculis.

Cap. LXXIII.

Modus faciendi vineā ſeu cautibulam.

VIneas dixerunt veteres, quas nunc cautibulas, alias chartos vocant. E lignis leuioribus machina colligatur, lata pedibus 8. alta pedibus 7. longa pedibus 16. huius tectum munitione duplici, tabulatis cratibuſque contexitur, latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinſecus autem, ne de immiſſo cremetur incendio, crudis ac recentibus corijs, vel centonibus operiatur. Iſtæ cum plures res factæ fuerint, iunguntur in ordine, ſub quibus obſidentes tuti, ad ſubruenda murorū penetrant fundamenta.

Quid plutei.

Plutei dicuntur, qui ad ſimilitudinem abſidis contexuntur è vimine, & cilicijs vel corijs proteguntur, ternis rotilis, quarum vna in medio, duæ in capitibus apponuntur: in quamcunque partem volueris admouentur, more carpenti; quos obſidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, ſagittis ſiue fundis vel miſſilibus, defenſores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant, vt ſcalis aſcendendi facilius præſtetur occaſio. *Agger* autem ex terra ligniſque extollitur contra murum, de quo tela iactantur.

Agger.

Muſculus.

Muſculos dicunt minores machinas cuniculo ſimiles; in quibus protecti bellatores, ſudatum auferunt ciuitatis foſſatum, & iam apportatis lapidibus, lignis ac terra, non ſolum foſſatum complent, ſed etiam ſolidant, vt turres ambulatoriæ ſine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem à marinis belluis muſculi. Nam quemadmodum illi cum minores ſint, tamen balenis auxilium adminiculumque exhibent; ita iſtæ machinæ breuiores deputatæ turribus, magis aduentui illarum parant viam, itineraque præmuniunt.

De Turribus ambulatorijs.

Cap. LXXIV.

TVrres autem dicuntur machinamenta ad ædificiorum ſpeciem, ex trabibus tabulatiſque compacta, & ne tantum opus hoſtili concremetur incendio, diligentiſſime ex crudis corijs vel centonibus communitur, quibus pro modo altitudinis additur latitudo: nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos vel quinquagenos latæ ſunt. Proceritas autem ipſarum tanta ſit, vt non ſolum muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperet. His plures rotæ mechanica arte ſubiunguntur, quarum lapſu, volubilis magnitudo tam ampla moueatur. Præſens autem periculum ciuitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris iſta propius admota: plures enim accipit ſcalas, & diuerſo genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu deſtruit muros. Circa mediam vero partem accipit pontem factum de duabus trabibus, ſeptumque de vimine, quem ſubito prolatum, inter turrem murumque conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores, in ciuitatem tranſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autem turris illius partibus, contati & ſagittarij collocantur, qui defenſores vrbis ex alto, contis miſſilibus ſaxiſque proſternant. Quo facto ciuitas capitur ſine mora, cum hi qui de murorum altitudine ſperabant, repentè ſupra ſe aſpiciant altiorem murum.

Turris ambulatoria manibus admota eſt præſens ciuitatis periculum.

Qualiter earum diſcrimini reſiſti poſsit.

Cap. LXXV.

HVic tam manifeſto diſcrimini, multis occurritur modis. *Primum* ſi confidentia vel virtus eſt militaris, eruptione facta, globus egreditur armatorum, & vi hoſtibus pulſis, machinamentum illud ingens, direptis coriis ignis exurat. Quod ſi oppidani exire non audeant, tunc maioris baliſtæ malleolos, vel phalaricas cum incendio deſtinant; vt perruptis corijs, vel centonibus, intrinſecus flamma condatur. Malleoli velut ſagittæ ſunt, & vbi adhæſerint, quia ardentes veniunt, vniuerſa conflagrant.

Varijs modis reſiſtitur turri ambulatoria.

Falcaria autem ad modum haſtę, valido præfigitur ferro, inter cubum etiam & haſtile ſulphur, reſina bitumine ſtuppiſque inuoluitur, infuſo oleo, quod incendiarium vocant; quæ baliſtæ impetu deſtinata perrupto munimine, ardens figitur in ligno, turritamque machinam frequenter incendit.

Depoſiti quoque homines funibus, cum hoſtes dormiunt, in lanternis portant lucernas, & incenſis machinis, rurſum leuantur in murum. Præterea partem muri ad quam machina conatur accedere, cæmēto atque lapidibus, vel luto ſiue lateribus, poſtremo tabulatis, extruendo faciunt altiorem; ne defenſores mœnium turrita hæc machina poſſit opprimere.

Inuentio periculoſa.

At illi obſidentes eiuſmodi dolum adhibere conſueuerunt: Primo talem extruunt turrem, quæ propugnaculis ciuitatis videatur inferior. Deinde aliam de tabulis intrinſecus turriculam faciunt, & cum muris fuerit machina ſociata, ſubito funibus trocleiſque, de medio turricula illa producitur, de qua egredientes armati, quia altior inuenitur, ſtatim capiunt ciuitatem.

Iterum obſeſſi longiſſimas ferrataſque trabes opponunt machinæ venienti, eamque à muri vicinitate propellunt. Sed & cum Hodrorum ciuitas oppugnaretur ab hoſtibus, & turris ambulatoria murorum altitudinem, ac turrium omnium ſuperaret; per noctē ſub fundamento muri cuniculum fodit, & illum locum ad quem die poſtero turris fuerat promouenda, nullo hoſtium ſentiente, egeſta terra cauauit intrinſe-

cus

cus: & cum rotis ſuis moles hæc fuiſſet impulſa, atque ad locum qui ſubter cauatus fuerat peruenisſet, tanto pondere ſolo cedente ſubſedit, vt nec iungi muro, nec moueri vlterius potuit.

De Scalis, ac cæteris machinis quibus ab initio capitur.

Cap. LXXVI.

Quomode capienda ciuitas.

ADmotis denique turribus, illico funditores lapidibus, ſagittarij iaculis, Manubaliſtarij ſagittis, iaculatores plumbatis ac miſſilibus è muris ſubmouent homines, hoc facto ſcalis appoſitis occupant ciuitatem. Sed qui ſcalis nituntur frequenter periculum ſuſtinent, & ideo ſambuca exoſtra & tollenone, obſidentes murum hoſtium penetrant.

Sambuca.

Sãbuca dicitur ad ſimilitudinẽ cytharæ, nã vt in cythara chordæ ſunt, ita in trabibus quæ iuxta muros ponuntur funes ſunt, qui pontem de ſuperiori parte coclea relaxant, vt deſcendat ad murum; ſtatimque de turri exeunt bellatores, & per eam tranſeuntes mœnia vrbis inuadunt.

Exoſtra.

Exoſtra dicitur pons quem ſuperius expoſuimus, qui deturri in murum repente protruditur.

Tollenon dicitur, quoties vna trabes in terra prælta defigitur, cui in ſummo vertice alia tranſuerſa trabes longior quidem, ſed medietate ipſius connectitur, eo libramento, vt ſi vnum caput depreſſeris, aliud erigatur. In vno ergo capite, cratibus ſiue tabulatis contexitur machina, in qua pauci collocantur armati, tunc per funes vno attracto, depreſſoque alio capite, eleuati imponuntur in murum.

De Baliſtis & onagris, cæteriſque quibus munitio defenditur.

Cap. LXXVII.

ADuerſum hæc obſeſſos defendere conſueuerunt baliſtæ, onagri, ſcorpiones, arcubaliſtæ, fundibuli, ſagittarij. *Fundibaliſta* funibus & neruis tenditur, qui quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc eſt quanto maior fuerit, tanto ſpicula longius mittit. quę ſi iuxta artem machanicam temperentur, & ab exercitatis hominibus, qui menſuram eius ante collegerunt, dirigatur, penetratque quodcunque percuſſerit.

Baliſta.

Onager.

Onager autem dirigit lapides, ſed pro neruorum craſſitudine & magnitudine, ſaxorum pondera iaculatur; nam quanto amplior fuerit, tanto magis ſaxa, fluminis more contorquet. his duobus generibus nulla tormentorum ſpecies vehementior inuenitur.

Scorpio.

Scorpiones dicebant, quas nunc manubaliſtas vocant, ideo ſic nuncupati, quod paruis ſubtilibuſque ſpiculis, inferant mortem. Fũdibulos, arcubaliſtas, & fundas deſcribere ſuperfluum puto, quę præſens vſus agnoſcit.

Remedia cõtra arietes & falces.

Aduerſum arietes, vel etiam falces ſunt plura remedia Aliquanti centones & eulcitras funibus calant, & illis opponunt locis vbi cædit aries; vt impetus machinæ, materia molliori fractus, non deſtruat murum. Alij laqueis captos arietes, per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipſis teſtudinibus euertunt. Plures in modum forficis, dentatum funibus alligant ferrum (quod lapum vocant) quo apprehenſum arietem, aut euertunt, aut ita ſuſpendunt, vt impetum non habeat feriendi. Interdum baſes columnæ marmoreæ vibrato impetu iaculantur è muris, arieteſque confringunt.

De Cuniculis per quos murus defoditur, eoque irrupto obſeſſi fugantur.

Cap. LXXVIII.

ALiud genus pugnationum eſt ſubterraneum atque ſecretum, quod cuniculum vocant, à leporibus qui cauernas ſub terris fodiunt, ibique conduntur. Adhibita ergo multitudine, ad ſpeciem metallorum, in quibus auri argentique venas foſſorum rimat induſtria, magno labore terra defoditur, cautoque ſpecu in exitum ciuitatis inferius quæritur via. Quæ fraus duplicibus operatur inſidijs; aut enim penetrant vrbem, & noctu non ſentientibus oppidanis, egrediuntur per cuniculum, reſeratiſque portis, ſuorum agmẽ introducunt, hoſtes in ipſis domibus perimunt ignorantes; aut certe cum ad murorum fundamenta peruenerint, ſuffodiunt eorum maximam partem, appoſitis ſictioribus lignis, ſarmenta quoque inſuper iungunt, aliaque fomenta flammarum; tunc igne immiſſo, muro ſubito corruente, irruptioni aditus præparatur.

Duplex modus cuniculos ducendi.

Innumerabilibus autem declaratur exemplis, ſæpe ęęſos ad interitionem hoſtes qui peruaſerant ciuitatem. quod ſine dubio euenit, ſi oppidani muros ac turres retinuerint, vel altiora occupauerint loca; tunc enim de feneſtris ac tectis, omnis ætas ac ſexus, irrumpentes obruit ſaxis, aliiſque generibus telorum. Quod ne ſuſtineant obſidentes, portas ciuitatis aperire conſueuerunt, vt reſiſtere deſinant, fugiendi poteſtate conceſſa: Neceſſitas enim quædam virtus eſt deſperatio.

Poſt ingreſſum ciuitatis contingit ſæpe obſidantes repelli, idcirco danda eſt ciuibus occaſio fugæ.

De mutuis inſidijs, & cautelis obſidentium & obſeſſorum.

Cap. LXXIX.

FRequenter dolum excogitant obſidentes, ac ſimulata deſperatione longius abeunt. Sed vbi poſt metum, murorum vigilijs derelictis, requieuerit incauta ſecuritas, tenebrarum ac noctis occaſione captata, cum ſcalis clanculo veniunt, muroſque conſcendunt. propter quod maior eſt adhibenda cuſtodia cum hoſtis abſceſſerit; & in ipſis muris à turribus tuguriola collocanda, in quibus vigiles hybernis menſibus, ab imbri vel frigore; æſtiuis, defendantur à ſole. Illud quoque vſus inuenit, vt acerrimos ac ſagaciſſimos canes in turribus nutriant, qui aduentum hoſtium odore præſentiant, latratuque teſtentur. Anſeres quoque non minore ſolertia nocturnos ſuperuentus clamoribus indicant, nam ingreſſi capitolinam arcem Galli, Romanorum nomen eruiſſent, niſi clamore anſeris excitatus Mallius reſtitiſſet.

Obſidentes ſæpe ſe ſubducũt, vt ciues incautos redeundo opprimant.

Super omnia ducitur, hoſtium conſuetudinem explorare diligenter, quibus horis aduerſarius à laboris intentione diſcedat, quibus reddatur incautior. Interdum medio die, interdum ad veſperum, ſępe nocte, aliquando eo tempore quo ſumitur cibus, vtriuſque partis milites ad requiem, aut ad curanda corpora diſperguntur. Quod in ciuitate cum cæperit fieri, obſidentes æſtu ſe à prælio ſubtrahunt, vt aduerſariorum negligentiæ licentiam tribuant, qui ipſa immunitate lætati, cum venerint repente hoſtes, admotis machinis, vel appoſitis ſcalis, occupant ciuitatem. Et ideo in muris ſaxa, cæteraque tormenta ponutur in promptu vt cognitis inſidijs, accurrentes ad manum habeant, quod ſupra caput hoſtium euoluant, atque iaculentur.

Cum negligentia interuenerit, paribus inſidijs obſeſſi ſubijciunt obſidentes; nam ſiue cibo, ſiue ſomno fuerint occupati, ſiue ocio, aut aliqua neceſſitate diſperſi; tunc oppidani repente prorumpunt, ignorantes perimunt, arietes, machinas, ipſoſque aggeres ignibus concremant, omniaque in perniciem ſuam fabricata

Obſidentes aliquando ex incuria, per ciuium irruptionem repente obruuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bricata opera subuertunt. Propter quod obsidentes vltra iactum teli fossam faciunt, eamque non solum vallo & sudibus, sed etiam turriculis instruunt, vt erumpentibus ex ciuitate possint obsistere, quod opus loriculam vocant. Sed ex alto destinata missilia, siue plumbatæ vel lanceæ, veruta vel spicula, in subiectos vehementius cadunt. Sagittæ quoque arcubus missæ, & saxa manibus, fundis, siue fundibulis directa, quanto de excelsiore loco exeunt, tanto longius penetrant. Balistæ vero & onagri, si à peritis diligentissime temperentur, vniuersa præcedunt; à quibus nec virtus vlla, nec munimina possunt defendere bellatores. Nam more fulminis, quicquid percusserint, aut dissoluere, aut irrumpere consueuerunt.

De Naualibus prælijs.

CAP. *LXXX.*

TErrestris prælij rationibus, naualis belli residua (vt opinor) supereſt portio, de cuius artibus ideo pauciora dicenda sunt, quia iam dudum pacato mari, cum barbaris nationibus agitur terrestre certamen. Nauticorum gubernatorumque solertia est, loca in quibus nauigatur, portusque cognoscere, vt infesta, prominentibus vel latentibus scopulis, vadosa ac sicca vitentur: tanto enim securitas maior est, quanto mare altius fuerit. In nautis diligentia, in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligitur; propterea quod naualis pugna tranquillo committitur mari, Liburnarumque moles, non ventorum flatibus, sed remorum pulsu aduersarias percutit nostris, earumque rursum impetus vitat. in quo opere lacerti remigum, & ars clauum regentis, magistro victoriam præstant.

In nautis diligentia, in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligitur.

De Nauibus Lyburnis.

CAP. *LXXXI.*

DIuersæ autem prouinciæ, quibusdam temporibus, mari plurimum potuerunt, & diuersa genera nauium fuerunt: sed Augusto dimicante Attico prælio, cum Lyburnarum auxilijs præcipuè, victus fuisset Antonius, experimento tanti certaminis patuit Lyburnarum naues cæteris aptiores. Lyburnia namque Dalmaciæ pars est, cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur; & appellantur Lyburnæ, quod ad magnitudinem pertinet minime. Liburnæ remorum habent singulos ordines, paulo maiores binos; idoneæ mensuræ, ternos vel quaternos, interdum quinos sortiuntur remigio gradus. Nec hoc cuique enorme videatur, dummodo Atico prælio longe maiora referantur cucurrisse nauigia, vt senorum etiam vel vltra ordinum fuerunt. Scaphæ tamen maioribus Lyburnis exploratoriæ sociantur, quæ vicinos prope remiges, vel singulis partibus habent, quas Britannici picatas vocant. per has & superuentus fieri, & commeatus aduersarum nauium aliquando intercidi assolet, & speculari studium; aduentus quoque earum, vel consilium deprehendi.

Liburna vnde dicta & quid sint.

De Fabrica nauium Lyburnarum.

CAP. LXXXII.

SEd cum in domibus substruendis, arenæ vel lapidum quantitas requiratur, tanto magis in fabricandis nauibus diligenter cuncta quærenda sunt, quanto magis periculum est nauem vitiosam esse quam domum. Ex cypresso igitur & pinu, larice & abiete præcipuè Lyburna contexitur, vtilius æreis clauis quam ferreis configendas reor (quam vis esse grauior aliquanto videatur expensa.) Nam ferreos clauos tempore & humore, celeriter rubigo consumit, ærei autem in fluctibus propriam substantiam seruant.

Obseruanda in fabrica Lyburnarii.

Obseruandum autem præcipuè est, vt à decima-quinta luna vsque ad 22. arbores præscindantur, ex quibus Lyburnę contexendæ sunt: his enim demptis octo diebus, præcisa arbor, etiam eodem anno, interna vermium labe exesa, in puluerem vertitur. Quod prętер omnium architectorum doctrinam quotidianus vsus edocuit, & contemplatione ipsius religionis agnoscimus, quam pro æternitate his tantum diebus placuit celebrari. Cæduntur autem trabes vtiliter post solstitium æstiuum, id est per menses Iulium & Augustum, & per Autumnale æquinoctium, id est vsque in Kalendas Ianuarias. his namque mensibus arescente humore, sicciora, & ideo fortiora sunt ligna. Illud etiam cauendum, ne continuò vt deiectæ fuerint trabes secentur, vel statim vt sectæ fuerint mittantur in nauem: quoniam potius & adhuc solidæ arbores, & iam diuisę per tabulas, duplices ad maiorem siccitatem merentur inducias. Nam virides si compinguntur, cum natiuum humorem exudauerint, contrahuntur, & rimas faciunt latiores.

Quando cædenda arbores.

De Notitia ventorum quæ nauigantibus est necessaria.

CAP. LXXXIII.

QVI cum exercitu classibus vehuntur, turbinum signa debent ante prænoscere, procellis namque & fluctibus Lyburnæ grauius quam vi hostium sæpe perierunt. Igitur ventorum numerum atque vocabula, ars nauigandi primum debet inspicere. Veteres autem iuxta positionem cardinum, tantum quatuor ventos principales, singulis cœli partibus flare credebant, sed per experimentum, posterior ætas duodecim comprehendit. Horum vocabula non solu Græca, sed etiam Latina protulimus, ita vt vētis principalibus declaratis, eos qui ipsis dextra læuaque coniuncti sunt, indicemus. Ab Hyberno itaque solstitio, id est ab orientali cardine sumimus exordium, ex quo ventus oritur *Apeliotes*, id est Subsolanus: huic à dextro iungitur *Cecias*, siue euroboreas; à sinistra eurus, siue vulturnus. *Meridianum* autem cardinem possidet nothus, id est auster; huic à dextra iungitur *euronothus*, hoc est albus nothus; à sinistra *Libonothus*, id est Austroaffricus. *Occidentalem* vero cardinem tenet Zephyrus, id est subuespertinus; huic à dextra iungitur Lybs siue fauonius, à sinistra *Argestes*, id est Corus. Septentrionalem vero cardinem sortitus est *Aparthias* siue septentrio, cui adhæret à dextra tracias, siue Cyrcius, à sinistra *Boreas*, id est Aquilo. Hi sæpe singuli interdum duo, magnis autem tempestatibus & tres pariter flare consueuerunt. Horum impetu maria, quę sua sponte tranquilla sunt & quieta, vndis exæstuantibus seuiunt. Horum flatu pro causa temporum vel locorum, à procellis serenitas redditur, & rursum in procellas serena mutantur: Nam secundo spiramine optatos classis inuenit portus; aduerso, stare vel regredi, aut discrimen sustinere compellitur. Et ideo difficile naufragium pertulit, qui ventorum rationem diligenter inspexit.

Notitia ventorū est nautis necessaria.

Venti duodecim.

Subsolanus.

Hi venti aliter ab alijs appellantur & diuidunturr.

De Mensibus aptis ad nauigandum.

CAP. *LXXXIV.*

NON autem toto anno, vim atque acerbitatem maris patiuntur nauigantes, sed quidam menses aptissimi, quidam dubij, reliqui classibus intractabiles sunt. nam post ortum Plyadum, vsque ad diem 18. Kalendarum Oct. secura nauigatio creditur; quia æstatis beneficio, ventorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus, vsque in 3. idus Nouembris, incerta nauigatio est, & discrimini propior, propterea quod post idus Septembris oritur vehementissimum sydus, & 8. Kalendarum Octobrium æquinoctialium euenit acerba tempestas: Circa nonas vero Octobris hædi pluuiales, & 5. idus eiusdem, taurus. A Nouembri autem mense crebris tempestatibus nauigia conturbantur

Tempus ad nauigandū aptum est ab Idibus Maij ad 18. Kalen. Octob. à 4. vero Idus Nouemb. vsque ad 6. Idus Martij, periculosissimum est.

bantur, Vergiliarum hyemali occaſu. Ex die igitur 4. Iduum Nouembrium vſque in diem 6. iduum Martiarum maria clauduntur: nam lux minima, noxque longiſſima, poli ac nubium denſitas, aeris obſcuritas, ventorum imbri vel niuibus geminata ſæuitia, non ſolum claſſes à pelago, ſed etiam commeantes à terreſtri itinere deturbant. Poſt natalem vero (vt ita dicam) nauigationis, qui ſolemni certamine, publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur; plurimorum ſyderum, ipſiuſque temporis ratione, vſque in idus Maias periculoſe maria tentantur; non quod negotiatorum ceſſet induſtria, ſed quia magis adhibenda cautela eſt, quando exercitus nauigat cum Liburnis, quam cum priuatarum mercium feſtinat audacia.

De Signis atque prognoſticis tempeſtatis.

CAP. LXXXV.

Varia ſunt ſigna tempeſtatis: 1 quãdo planet æ ſigna ſuſcipiũt vel deſerunt 2. tempus interlunij. 3. vultus ſolis & lunæ. 4. diſpoſitio aeris, &c.

PRæterea aliorum ortus occaſuſque ſyderum, tempeſtates vehementiſſimas commouent. In quibus licet certi dies authorum atteſtatione ſignentur, tamen quia aduerſis caſibus aliquando mutantur, & quod confidentium eſt, cœleſtes cauſas humana conditio ad plenum ſcire prohibetur, Ideo nauticæ obſeruationis curam trifariam diuidunt. Aut enim circa diem ſtatutum, aut ante, vel poſtea tempeſtates fieri compertum eſt: tranſituſque ſiderum, quos planetas vocant, cum præſcripto curſu dies arbitrio creatoris ſuſcipiunt & ſigna, vel deſerunt, frequenter aſſolent ſerena turbare. Interluniorum autem dies, tempeſtatibus plenos, & nauigantibus quam maxime metuendos, non ſolum peritiæ ratio, ſed etiam vulgi vſus intelligit. Multis quoque ſignis ex tranquillo, & de tempeſtatibus, procellæ produntur, quæ velut in ſpeculo lunæ orbis oſtendit. Rubicundus enim color, ventos; ceruleus indicat pluuias; ex vtroque commixtus, nimbos & furentes procellas. Lunę orbis lætus, ſerenitatem nauigijs repromittit quam geſtat in vultu, præcipuè ſi quarto ortu, neque obtuſis cornibus rutila, neque infuſo fuerit humore fuſcata. Sol quoque exoriens candens, intereſt vtrum æqualibus gaudeat radijs, an obiecta nube rutilet; vtrum ſolito ſplendore fulgidus, an ventis vrgentibus igneus, niue pallidus, vel pluuia ſit impendente maculoſus. Aer veto, & mare ipſum, nubiumque magnitudo vel ſpecies, ſolitos inſtruit nautas. Aliquanta ab auibus, aliquanta ſignificantur à piſcibus, quæ Virgilius in Georgicis diuino pene comprehendit ingenio, & Varro in libris naualibus diligenter excoluit. Hoc gubernatores ſi ſe ſcire profitentur, peritiæ magis vſus inſtruxit quam doctrina firmauit.

De Æſtuarijs agnoſcendis.

CAP. LXXXVI.

Oportet Nauigantes ſcire quando erit fluxus & refluxus in quocunque pelago.

ELementum pelagi tertia pars mundi eſt, quæ præter ventorum flatum, ſuo quoque ſpiramine motuque vegetatur. Nam certis horis, diebus pariter ac noctibus, ęſtu quodam, quod reuma vocant, vltro citroque percurrit, & more torrentium fluminum, nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinem ſuam. hæc reciprocantis meatus ambiguitas, curſum nauium ſecundum adiuuat, retardat aduerſum. Quæ magna ſunt cautione vitanda; neque enim auxilio remorum reumatis impetus vincitur, cui interdum cedit & ventus. Et quoniam in diuerſis regionibus, diuerſo lunæ creſcentis minuentiſque ſtatu, certis horis iſta variantur; Ideo prælium nauale geſturus, conſuetudinem pelagi vel loci, ante congreſſum debet agnoſcere.

De Armis & machinis nauali prælio neceſſarijs.

CAP. LXXXVII.

Plura ſunt armorum genera pro naualí prælio quam pro terreſtri, nec deſunt machinæ & tormenta.

MVlta quidem armorum genera prælium terreſtre deſiderant, ſed nauale certamen non ſolum ſumit plures armorum ſpecies, verum etiam machinas & tormenta flagitat, tanquam in muris dimicetur & turribus. Quid enim crudelius congreſſione naua-li, vbi aquis homines perimuntur, & flammis: præcipua ergo eſſe debet tegminum cura, vt cataphractati vel loricati, galeati etiam & ocreis muniti ſint milites. De onere namque armorum nemo poteſt conqueri, qui ſtans pugnat in nauibus. Scuta quoque validiora, propter ictus lapidum, & ampliora ſumuntur, propter falces & harpagones, aliaque naualia genera telorum. Sagittis, miſſilibus, fundis, fundibulis, plumbatis, onagris, ſcorpionibus, iacula inuicem diriguntur & ſaxa. Et quod eſt grauius, qui de virtute præſumunt, admotis Liburnis, iniectis pontibus, in aduerſariorum tranſeunt naues ibique gladijs manu ad manum vt dicitur, comminus dimicant. In maioribus etiam Liburnis, propugnacula turreſque conſtituunt, vt tanquam de muro, ita de excelſioribus tabulatis facilius vulnerent vel perimant inimicos. Oleo incendiario, ſtuppa, ſulphure, & bitumine obuolutæ ardentes ſagittę, per baliſtas in hoſticarum nauium alueos infiguntur, vnctaſque cera & pice & reſina tabulas, tot fomentis ignium repente ſuccendunt. Alij ferro interimuntur & ſaxo; hi ardere coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortuorum genera (qui acerrimus caſus eſt) abſumuntur à piſcibus, & inſepulta ſunt corpora.

De inſidijs in huiuſmodi prælio collocandis.

CAP. LXXXVIII.

Prælium naũale vel inſidijs vel publico marte perficitur.

AD inſtar autem terreſtris prælij ſuperuentus fiunt ignorantibus nauticis, vel circa opportunas inſularum anguſtias collocantur inſidiæ; idque agitur, vt imparati facilius deleantur. Si longo remigio fatigati ſint hoſtium nautæ, ſi vento vrgentur, ſi pro roſtris eſt reuma, ſi nihil ſuſpicantes dormiunt inimici, & ſtatio quam tenent exitum non habet, ſi ad dimicandum optata venit occaſio, fortunæ beneficijs iungendæ ſunt manus, & ex oportunitate prælium conſerendum. Quod ſi cautela eſt hoſtium euitans inſidias, publico marte confligitur. Tunc Liburnarum inſtruendæ ſunt acies, non directæ, vt in campis, ſed incuruæ ad ſimilitudinem lunæ, ita prout productis cornibus acies media ſinuetur, vt ſi aduerſarij perrumpere tentauerint, ipſa ordinatione circundati deprimantur. In cornibus autem præcipuum robur & liburnarum collocatur & militum.

Acies quomodo inſtruẽda.

De modo præliandi in aperto mari.

CAP. LXXXIX.

Tria armorum genera in mari vtiliſſima.

PRæterea vtile & libero mari tua ſemper claſſis vtatur, inimicorum vero pellatur ad littus, quia pugnandi impetum perdunt qui detruduntur in terras. In huiuſmodi certamine tria armorum genera plurimum ad victoriam prodeſſe conſtat, id eſt aſſeres, falces, bipennes. *Aſſer* dicitur eſſe trabs ſubtilis ac longa, ad ſimilitudinem antennæ, quę pendet in malo, vtroque capite ferrato. Hic autem aſſer ſiue à dextra ſiue ſiniſtra parte, aduerſariorum ſe iunxerint naues, pro vice arietis eas impellit & bellatores hoſtium, ſiue nautas, ſine dubio proſternit ac perimit, ipſamque nauem ſæpius perforat. *Falx* autem dicitur acutiſſimum ferrum curuatum, ad ſimilitudinem falcis, quod contis longioribus inditum, collocatorios funes veli quibus antenna ſuſpenditur, repente præcidit; collapſiſque velis, liburnam pigriorem & inuti-

Falx.

lem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Bipennis. lem reddit. *Bipennis* est securis habens ex vtraque parte latissimum ferrum. His in medio ardore pugnandi peritissimi mutæ, vel milites quotidianis vtuntur in excubijs.

De Triumphis.

CAP. XC.

Victoria vnde dicta. ISidor. 18. Omne regnum seculi huius bellis quæritur, victorijs propagatur. *Victoria* dicta est, quod vi, id est virtute adipiscatur: hoc est enim ius gentium, vim vi repellere; nam turpis est dolo quæsita victoria. Certa autem victoria est, vel occisio hostis, vel expoliatio, vel vtrumque. Non est autem iucunda victoria, quæ per immensa detrimenta contingit. *Trophæum* dictum est *apotis trophes*, id est conuersione hostis & fuga; nam ab eo quod quis hostem fugasset, merebatur trophæum. *Triumphus* dicitur, *apotis triambes*, id est ab exultatione. Plenæ enim victoriæ triumphus debetur, semiplenæ trophæum; quia nondum plenam victoriam est consecutus. Non enim obtinuit, sed fugauit exercitum: Hæc tamen nomina scriptores confundunt. Tranquillus autem triumphum Latinè dicit potius appellatum, quod is qui triumphans vrbem ingrederetur, tripartito iudicio honoraretur. Nam primum duci de triumpho concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio populum.

Trophæum. *Triumphus.*

Modus triumphantium. Erat autem Romanorum mos, vt triumphantes quadrigis veherentur, ex illo quod soliti sunt priores duces hoc habitu inire bella. Quicunque autem in conflictu vicissent, palma aurea coronabantur, quia palma stimulos habet: Qui vero sine conflictu fugientes prostrassent, laurea; eo quod hæc arbor sine spinis est. Namque & purpurea & palmata toga triumphantes induebantur, & Scipionem cum sceptro in manu gerebant, ad imitationem victoriæ Scipionis. Licet & Scipio baculus sit quo homines innituntur; Super Scipionem autem Aquila sedebat, ob indicium quod per victoriam, quasi ad supernam magnitudinem accederet. *Duobus* generibus deletur exercitus, aut internecione, aut dispersione. *Spolia*, hostium præda; *manubiæ*, partes. *Præda* à prædando vocata est: *Manubiæ* quod manu detrahuntur. Hæ & *exuuiæ*, ab exuendo dictæ, quia exuuntur. Hæ & partes à pari diuisione, pro personarum qualitate, vel laborum iusta diuisione.

Spolia. *Manubiæ.* *Præda.* *Exuuiæ.*

De ornamentis equorum.

CAP. XCI.

Phaleræ. *Frena.* IDem in lib. 22. *Phaleræ*, sunt ornamenta equorum, & est Græcus sermo. *Frena* dicta sunt eo quod equos fremere cogant, vel hoc quod equi frendant, id est imprimant dentibus suis, & obmordeant: hinc & faba fresa quæ molita est. *Lupati* sunt freni asperrimi. Dicti autem lupati à lupinis dentibus, qui inæquales sunt; vnde & eorum morsus vehementer obest. *Chamus* est genus asperi fræni quo caballi superbi coerceri solent, dictus à curuitate. *Camon* enim Græci curuum dicunt. *Habenæ* ab habendo dictæ, quod his equos habeamus, id est teneamus. *Capistri* à capite iumentorum dicti. *Sella* à sedendo dicta, quasi sedda. *Antella* quasi ante sellam, sicut postella quasi post sellam. Cingulum hominum generis neutri est; nam animalium genere fœminino dicimus has cingulas. *Sagma* quæ corruptè vulgo *salma* dicitur, à stratu sagorum vocatur. Vnde & caballus sagmarius, & mula sagmaria. *Capulum* funis dicitur à capiendo, quod eo indomita iumenta comprehendantur. *Calcaria* dicta sunt, quia in calce hominis ligantur, id est posteriori parte pedis, ad stimulandos equos, quibus aut pugnandum est, aut currendum, propter pigritiam animalium, aut timorem: Nam ex timore stimuli nuncupati, licet sint & libidinis stimuli. *Strigiles* nuncupati sunt

Habenæ. *Capistri.* *Sella.* *Antella.* *Sagma.* *Capulum.* *Calcaria.* *Strigiles.*

à tergendo, quod jis equi à sordibus terguntur. *Character* est ferrum caloratum, quo notæ pecudibus inuruntur. Character autem Græcè, Latinè forma dicitur. *Cauterium* dictum est quasi cauturium, eo quod vrat & prouida sit in eum, seueraque cautio; vt dum videtur cuius sit auaritia refrænetur. quod interdum pro signo, interdum pro cura adhibetur, vt vis morbi ignis ardore siccetur.

Character. *Cauterium.*

De arte Theatrica.

CAP. XCII.

Ludi varijs locis fiebant. RIchardus vbi supra. Theatrica continet ludos: Ludorum autem alij fiebant in theatris, alij in gabullis, alij in gymnasijs, alij in arenis, alij in amphitheatris, alij in conuiuijs, alij in fanis. In theatris gesta recitabantur: In gabullis choreas ducebant: In gymnasijs luctabantur: In arenis pugiles exercebantur. In amphitheatris certabant cursu pedum equorum, curruum. In conuiuijs, musicis instrumentis ludebant. In fanis, laudes deorum cantabant.

Spectacula. *Ysidorus* 18. Spectacula (vt opinor) generaliter nominantur voluptates, quæ non per semetipsas inquinant, sed per ea quæ illic geruntur. Dicta autem spectacula, eo quod hominibus publica ibi præbeatur inspectio. Hæc & ludicra nuncupata, quod in ludis gerantur, aut in scenis. *Ludus* autem aut Gymnicus est, aut Circensis, aut Gladiatorius, aut Scenicus est. Gymnicus est velocitatis aut virium gloria: cuius locus Gymnasium dicitur, vbi exercentur athletę, & cursorum velocitas comprobatur: hinc accidit, vt omnium prope artium exercitia dicantur Gymnasia. Antea enim in his locis certantes cincti erant ne nundarentur, post relaxato cingulo, repente prostratus & exanimatus est quidam cursor, quare ex consilij decreto, tunc archon Hippomenes, vt nudi deinceps omnes exercitarentur permisit. ex illo gymnasium dictum, quod iuuenes in campo nudi exercentur, vbi sola tantum verecunda aperiuntur.

Ludus quadruplex.

Gymniterii ludorii quinque sunt genera. Genera gymnicorum quinque sunt, id est saltus, cursus, iactus, virtus, atque luctatio. Vnde ferunt quendam regem tot filios adolescentes habentem, totidem generibus de regno iussisse contendere. *Saltus* dictus est, quasi exilire in altum. Est enim saltus altius exilire, vel longius. *Cursus* à velocitate crurum vocatus est; est enim cursus velocitas pedum. *Iactus* dictus est à iaciendo; vnde & piscatorum rete, iaculatum dicitur. Huic arti vsus est arreptos lapides procul ferire, hastas pondere librato iacere, sagittas emittere arcu. *Virtus* est immensitas virium in labore & pondere corporis. *Luctatio* à laterum complexu, quibus comminus certantes nituntur, qui Græca appellatione Athletæ vocantur: Locus autem luctationis palestra dicitur.

Saltus. *Cursus.* *Iactus.* *Virtus.* *Luctatio.*

Palestra vnde dicta. Palestram autem vel *apo tis palesi*, id est à luctatione, vel *apo tu pallin*, id est à motu ruinæ fortis nominatam dicunt, scilicet quod in luctando, cum medios arripiant, fere quatiant; idque apud Græcos pallin vocatur. Quidam opinantur artem luctandi Vrsorum contentione monstratam. namque inter cæteras feras, eos solos & erigi congressos, & subsidere celeriter, ac reuerti; & modo manibus tentare inuicem, modo complexu abigere sese, more luctantium. quæ Latini certamina, Græci *agones* vocant, à frequentia qua celebrantur. Agonum autem genera fuere, immensa virium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia. Ad citharam quoque vel tibias, incedendi gestus. De moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque belli & naualis prælij, perpetiendorumque suppliciorum certamina.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Ludis Circenſibus.

Cap. XCIII.

Ludi Circenſes quid, & vnde dicti.

LVdi Circenſes, ſacrorum cauſa Deorum, ac gentilium celebrationibus inſtituti ſunt. Vnde & qui eos ſpectant, demonum cultibus inſeruire videntur. Itaque Caſtori deputantur hæ ſpecies, quibus equos à Mercurio diſtributos hiſtorię docent. Sed & Marti & Ioui in ludis equi ſunt conſecrati, & ipſi quadrigis præſunt. Circenſes autem ludi dicti, vel à circumeundo, vel quod vbi nunc metæ ſunt, olim gladij ponebantur, quos quadrigæ circumibant. Inde & Circenſes, ab enſibus circa quos currebant. Siquidem & in litore circa ripas fluminum currus agitantes, gladios in ordine in ripæ litore ponebant; & erat artis, equos circa pericula torquere: Inde & Circenſes dicti putantur, quaſi circumenſes.

Circus, ſoli à Paganis conſecratur.

Circus ſoli conſecratus eſt à Paganis principaliter, cuius ædes medio ſpatio, & effigies de faſtigio ædis emicat, quod non putauerunt ſub tecto conſecrandum, quem in aperto haberent. Eſt autem circus omne illud ſpatium quod circumire equi ſolent. hunc Romani dictum à circumitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Græci vero à Circe ſolis filia, quæ patri ſuo hoc genus certaminis inſtituit. Fuit enim maga & venefica, & ſacerdos dęmonum, in cuius habitu & opere, & magicæ artes, & cultus idolatriæ recognoſcuntur.

Ornamenta circi ſunt quatuor.

Ornamenta circi ſunt oua, meta, obeliſcus, carcer.

Oua.

Oua honori Pollucis & Caſtoris aſcribunt, qui illos ouo editos credendo de Cigno & Ioue non erubeſcunt. Fingunt autem Circenſia Romani ad cauſas mundi referri, vt ſub hac ſpecie ſuperſtitiones vanitatum ſuarum excuſent. *Metarum* quippe appellatione, proprie terminum ac finem mundi deſignari volunt.

Meta.

Obeliſcus.

Obeliſcum Meſſres Rex Ægypti primus feciſſe fertur, tali ex cauſa: Cum quodam tempore Nilus violenta inundatione Ægypto nocuiſſet, indignatus Rex, tanquam pœnas à flumine exigeret, ſagittam in vndas miſit: nec multo poſt correptus graui valetudine, lumen amiſit, qui poſt cæcitatem, viſu recepto, duos obeliſcos ſoli ſacrauit. Obeliſcus enim ſagitta dicitur, qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum ſol currit: medio autem ſpatio ab vtraque meta conſtitutus obeliſcus, faſtigium ſummitatemque cœli ſignat; cum ſol ab vtroque ſpatio medio, horarum diſcrimine tranſcendat. Summo obeliſco ſuperpoſitum eſt quoddam auratum, in modum flammæ formatum; quoniam ſol plurimum in ſe caloris atque ignis habet.

Carcer.

In circo vnde emittuntur equi, carceres dixerunt; ab illa re qua & ille carcer qui eſt in ciuitate, quod vt ibi homines damnati atque incluſi; ita hic equi coercentur, ne exeant antequam ſignum emittant.

De Arte Circi.

Cap. XCIV.

Auriga.

ARs Circi auriga & currus, equites vel pedites. *Auriga* proprie dictus, eo quod currum agat & regat: ſiue quod feriat iunctos equos; nam haurit, ferit dicimus, vt latus haurit apertum.

Currus.

Currus autem à curſu dictus eſt, vel quia rotas habere videtur.

Quadriga.

Quadrigæ & bigæ, & trigæ & ſeiugæ, à numero equorum & iugo ſunt dictæ.

Biga.

Quadrigam ideo ſoli iungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, vere, æſtate, autumno, & hyeme. *Bigas* lunæ, quoniam gemino curſu cum ſole contendit, ſiue quia & nocte & die videtur: Iungunt enim vnum nigrum, alterum candidum.

Trigas.

Trigas Dijs inferis, quia hi per tres ætates homines ad ſe rapiunt, id eſt per infantiam, iuuentutem, atque ſenectam.

Seiuga.

Seiuga maximus currus currit Ioui, propter quod maximum eum Deorum ſuorum eſſe credunt.

Ideo autem rotis quadrigas currere dictum, ſiue quia mundus iſte circuli ſui celeritate tranſcurrit, ſiue propter ſolem, quia volubili ambitu rotat. Septem ſpatijs quadrigæ currunt, referentes hoc ad curſum ſeptem ſtellarum, quibus mundum regi dicunt, ſiue ad curſum 7. dierum præſentium, quibus peractis vitæ terminus conſummatur.

Equites ſingulares.

Porro equites ſingulares ideo currere dicunt, quia ſingulariter vnuſquiſque curſum vitę huius peragit atque tranſit.

Deſultores.

Deſultores nominati, quod olim prout quiſque ad finem curſus venerat, deſiliebat & currebat, ſiue quod de equo in equum tranſibat.

Pedites.

Pedites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. Ob hoc à ſuperiori parte currunt ad inferiora, id eſt ab oriente ad occidentem, quia mortales moriuntur & occidunt. Nudi currunt, quia & homines in ſeculo nullæ reliquiæ ſunt. ſed hæc propterea fingunt, vt vanitates & ſacrilegia ſua excuſare conentur.

De Ludis ſcenicis, ſiue theatricis.

Cap. XCV.

Quid theatrum & vnde inuentũ.

THeatri auctores exiſtimantur Athenienſes; primi enim ipſi theatrum conſtruxerunt ſedibus ligneis, poſtea lapideum. *Theatrum* autem eſt quo ſcena includitur, ſemicirculi figuram habens, in quo ſtantes omnes inſpiciunt: cuius forma primum rotunda erat, ſicut & amphiteatri, poſtea ex medio amphitheatro theatrum factum eſt. Theatrum autem à ſpectando nominatum *apo tis theoreas*, quod in eo populus ſtans deſuper, atque ſpectans, ludos contemplaretur. Idem vero theatrum, idem & proſtibulum; eo quod poſt ludos exactos meretrices ibi proſternerentur.

Theatrum proſtibulum & lupanar idẽ ſignificant.

Idem & lupanar vocatum ab eiſdem meretricibus, quæ propter vulgati corporis leuitatem lupæ nuncupabantur: Nam lupæ meretrices ſunt vocatæ à rapacitate, quod ad ſe rapiant miſeros, & apprehendant. Lupanaria enim à Paganis conſtituta ſunt, vt pudor mulierum infelicium ibi publicaretur, & ludibrio haberentur tam hi qui facerent, quam quę paterentur.

Scena.

Scena autem erat locus infra theatrum in modum domus inſtructa cum pulpito, qui pulpitus orciſtra vocabatur, vbi cantabant comici, tragici, atque ſaltabant hiſtriones & mimi. Dicta autem ſcena Græca appellatione, eo quod in ſpeciem domus erat inſtructa: vnde & apud hæbręos tabernaculorum dedicatio, à ſimilitudine domiciliorum, ſcenophegia appellabatur.

Orciſtra.

Orciſtra autem pulpitum erat ſcenæ, vbi ſaltator agere poſſet, aut duo inter ſe diſputare. Ibi enim poetæ comędi, & tragædi ad certamen conſcendebant, hiſque canentibus alij geſtus edebant.

Officia ſcenica ſex.

Officia ſcenica, tragędi, comædi, themelici, hiſtriones, mimi, & ſaltatores.

Tragædi.

Tragædi ſunt, qui antiqua geſta, atque facinora ſceleratorum Regum, luctuoſo carmine, ſpectante populo, concinnebant.

Comedi.

Comædi ſunt, qui priuatorum hominum acta, dictis aut geſtu cantabant, & ſtupra virginum & amores meretricum in ſuis fabulis exprimebant.

Themelici.

Themelici autem erat muſici ſcenici, qui in organis, & lyris, & citharis præcinnebant. Et dicti themelici, quod olim in orciſtra ſtantes cantabant ſuper pulpitum, quod themele vocabatur.

Hiſtriones.

Hiſtriones ſunt qui in muliebri indumento, geſtus impudicarum fœminarum exprimebant, hi autem ſaltando etiam hiſtorias & res geſtas demonſtrabant. Dicti autem hiſtriones, ſiue quod ab Hiſtria id genus ſit adductum, ſiue quod perplexas hiſtorijs fabulas exprimerent, quaſi hiſtriones.

Mimi.

Mimi ſunt dicti Græca appellatione, quod rerum humanarum ſint imitatores,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nam habebant ſuum auctorem, qui antequam mimum agerent, fabulam pronunciaret. Nam fabulæ ita componebantur à poetis, vt aptiſſimæ eſſent motui corporis. *Saltatores* autem nominatos Varro dicit ab Archade Salino, quem Æneas in Italiam ſecum adduxit, quique primo docuit Romanos adoleſcentes ſaltare.

Saltatores.

Patroni artium ſcenicarum.

Eſt plane in artibus ſcenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ priuata & propria ſunt ſcenæ de geſtu & corporis fluxu. Nam molliciem Libero & Veneri immolabant, illi per ſexum, illi per fluxum diſſoluti. quæ vero ibi vocibus & modis & organis & lyris tranſigũtur, Apollines & Muſas & Mineruas & Mercurios patronos habent. Quod ſpectaculum Chriſtiane odire debes, quorum odiſti auctores.

De Ludis gladiatorijs.

Cap. XCVI.

AMphitheatrum locus eſt ſpectaculi, vbi pugnant gladiatores; & inde ludus gladiatorius dictus, quod in eo iuuenes vſum armorum diuerſo motu condiſcant, & modo inter ſe, aut gladijs aut pugnis certantes, modo contra beſtias incedentes, vbi non odio ſed præmio illecti, ſubeunt ferale certamen. Amphitheatrum autem dictum eſt, eo quod ex duobus theatris ſit factum, nam amphitheatrum rotundum eſt, theatrum vero ex medio amphitheatro eſt, ſemicirculi figuram habens.

Quid amphitheatrum & vnde dictum.

Ludus equeſtrium.

Genera gladiatorum plura ſunt; quorum primum ludus equeſtrium: Duo enim equites, præcedentibus ſignis militaribus, vnus à porta orientis, alter à porta occidentis, procedebant in albis equis cum aureis galeis minoribus & habilioribus armis, ſicque atroci perſeuerantia pro virtute ſua inibant pugnam, dimicantes quouſque alter in alterius mortem proſiliret, vt haberet qui caderet caſum, gloriam qui perimeret: qua armatura pugnabant Marti duelli cauſa. *Retiarius* ab armaturæ genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem ferebat occultè rete (quod iaculum appellatur) vt aduerſarium cuſpide inſiſtente operiret, implicitumque viribus ſuperaret.

Retiarius.

Secutor.

Secutor ab inſequendo retiarium dictus eſt, geſtabat enim cuſpidem & maſſam plumbeam, quæ aduerſarij iaculum impediret; vt antequam ille feritet rete, iſte ſuperaret. Hæc armatura ſacrata erat Vulcano, ignis enim ſemper inſequitur: Ideoque cum retiario componebatur, quia ignis & aqua ſemper inter ſe inimica ſunt. *Laqueatorum* pugna erat, fugientes in ludo homines, iniecto laqueo impeditos conſecutoſque proſtrare, amictos vmbone pelliceo. *Velitum* pugna erat, vt vltro citroque tela obiectarent. Erat autem eorum varia pugna, & ſpectantibus gratior quam reliqua. Velites autem vocati ſunt, ſiue à volitatione, ſiue à ciuitate Hethruſcorum, quæ Velites vocabatur. *Ferarum* pugna erat emiſſas beſtias iuuenes excipere, & pugnare contra eas, vltroneo funere certare, non crimine ſed furore.

Laqueator.

Velites.

Ferarum pugna.

Hæc omnia ſpectacula ſunt deteſtanda.

Hæc ſpectacula crudelitatis & inſpectio vanitatum, non ſolum hominum vitijs, ſed & demonum iuſſu inſtituta ſunt; proinde nihil eſſe debet Chriſtiano cum Circenſi inſania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenæ, cũ luxuria ludi. Deum enim negat qui talia præſumit, fidei Chriſtianæ præuaricator effectus; qui denuo appetit quod in lauacro iampridem renunciauit, id eſt diaboli pompis & operibus eius.

De Ludis aleæ, & pilæ.

Cap. XCVII.

ALea, id eſt ludus tabulæ, inuenta à Græcis in ocio Troiani belli à quodam milite Alea nomine, à quo etiam ars nomen accepit. Tabula luditur pyrgo calculis teſſeriſque. *Pyrgus* dictus, quod per eum teſſeræ pergant, ſiue quod turris ſpeciem habeat, nam Græci turrim *pyrgum* vocant. *Calculi* vocati, quod leues ſint & rotundi. Vnde & calculus lapis breuis dicitur, qui ſine moleſtia ſui breuitate calcatur. Item calculi quod per vias ordinales eant, quaſi per calles. *Teſſeræ* vocatæ, quia quadræ ſunt ex omnibus partibus: olim autem teſſeræ iacula appellabantur, à iaciendo. *Iactus* autem à numero vocabatur, vt vnio, binio, trinio, quatrio, quinio, ſenio.

Alea vnde dicta & quot modis ludatur.

Pyrgus.

Calculi.

Teſſeræ.

Quidam autem aleatores ſibi videntur phiſiologicè per allegoriam hanc artem exercere, & ſub quadam rerum ſimilitudine fingere. Nam tribus teſſeris ludere ſe perhibent, per tria ſeculi tempora, præſentia, præterita, & futura: quia non ſtant, ſed decurrunt: ſed & ipſas vias ſenarijs locis diſtinctas propter ætates hominum, trinarijs lineis propter tempora argumentantur: inde & tabulam ternis deſcriptam dicunt lineis.

Calculi partim ordine mouentur, partim vagè. Ideo alios ordinarios; alios vagos appellant: at vero qui moueri omnino non poſſunt, incitos dicunt.

Ab hac arte fraus & periurium atque mendacium nunquam abeſt; poſtremo & odia & damna rerum, vnde & aliquando propter hæc ſcelera interdicta legibus fuit.

Ab aleatoribus fraus & mendacium, odium & damnũ nũquam abeſt.

Pila proprie dicitur, quod ſit pilis plena. hæc & ſphæra, à ferendo vel feriendo dicta. Inter ſpecies pilarum ſunt trigonaria & arenaria. *Trigonaria*, qua inter tres luditur: *Arenaria*, qua in grege, dum in circulo aſtantium expectantiumque emiſſa, vltra iuſtum ſpatium pilam excipere, luſumque inire conſueuerunt. Cubitalem luſum appellant, cum duo comminus & è proximo ac pene coniunctis cubitis, pilam feriunt. Suram dicitur dare, qui pilam crure prolato, ferendam colluſoribus præbet.

Pila vnde dicta & quo tuplex.

De Nauigatione, & nauium varietate.

Cap. XCVIII.

NAuigatio eſt alia ſpecies mechanicæ, ad hanc enim pertinet omnis induſtria vendendi & emendi. Hæc inuiſa litora adit, pacem & familiaritatem cum exteris nationibus componit, & priuata bona communia facit.

Iſidor. lib. 19. Nauclerus dominus nauis eſt appellatus, ita quod nauis in ſorte eius ſit. *Cleros* enim Græcè, ſors dicitur. *Remex* vocatur quod remum gerat. Nauem quidam perhibent dictam, eo quod gnarum rectorem quærat, id eſt peritum, ſapientem, & ſtrenuum. Rates primum & antiquiſſimum nauigij genus, è rudibus tignis aſſeribuſque conſertum, ad cuius ſimilitudinem fabricatę naues, ratariæ dictæ: nunc iam rates, abuſiuè naues. *Trieris* nauis magna, quam Græci dulconem vocant. Carpaſia nauis à Carpatho inſula nominata, à Rhodo Rhodia, ſicut ab Alexandria Alexandrina. *Liburnæ* dictæ à Libijs. *Roſtratę* naues vocatę, ab eo quod in fronte roſtra ærea habeant propter ſcopulos, ne feriantur & collidantur. *Dromo* autem ab excurrendo dictus: (Curſum enim Græci *dromum* vocant) ſiue à dromedis. *Claſsis* dicta eſt à Græco vocabulo *apo tu calon*, id eſt lignis: vnde & calones nauiculæ, quæ ligna militibus portant. *Phaſelus* eſt nauigiũ, quod nos corruptè baſelum dicimus. *Anciromacus* dictus, pro eo quod celeritate ſui, anchoris & inſtru-

Nauclerus.

Remex.

Rates.

Trieris.

Carpaſia.

Liburna.

Roſtratæ.

Dromo.

Claſſis.

Phaſelus.

Anciromacus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

instrumentis reliquis nauium vehendis sit aptus. *Scapha*, quæ & *cataſcopus*, nauigium à *ſcopos*, quod latine dicitur intendere. *Barca* est, quæ cuncta nauis commercia ad littus portat. *Paro* nauigium piratarum, & ex ijs ita vocatum. *Nioparo*, quasi minus paro; est enim scapha ex vimine facta, quæ contecta crudo corio, genus nauigij præbet, qualibus vtuntur Germanorum piratę in Oceanis littoribus vel paludibus, ob agilitatem. *Celones* quas Græci *celeras* vocant, id est veloces, biremes vel triremes, & ad ministerium classis aptæ. Biremes autem naues sunt habentes remorum ordinem geminum, sic & triremes, & quadriremes. *Actuariæ* naues sunt, quæ velis simul & remis aguntur. *Hippogagus*, in quo equos transuehere solitum est. *Pontonium*, nauigium fluminale tardum & graue, quod non nisi remigio progredi potest. *Lembus*, nauicula breuis, quæ alia appellatione & cymba & caupolus, sicut & linther, id est carabus, quo in pado paludibusque vtuntur: *Carabus*, parua scapha ex vimine facta, quæ contexta ex crudo corio, genus nauigij præbet. Portemia, nauicula Syriatici generis, lata & sine carina, vocata à portando, vtuntur his in Pannonia. Trabariæ, amnicæ naues, quę ex singulis trabibus cauantur, quæ alio nomine littorariæ dicuntur. Hæ & caudicę, quia ex vno ligno cauato factæ: Et inde caudicę, quia à 4. vsque ad 10. homines capiunt.

Scapha. *Barca.* *Paro.* *Nioparo.* *Celones.* *Biremes.* *Actuariæ.* *Hippogagus.* *Pontonium.* *Lembus.* *Carabus.* *Portemiæ.* *Trabariæ.*

De Partibus Nauium, & vtensilibus earum.

CAP. XCIX.

Puppis. PVppis posterior pars est, quasi post. *Prora* anterior, quasi priora. *Cymba* locus imus nauis, quod aquis incumbat. *Carina* à currendo dicta quasi currina. *Fori nauium* latera concaua à ferendo onera dicta, siue tabulata nauium quæ sternuntur, dicta ab eo quod incessus ferant, vel foris emineant. De quibus Virg. *Taxantque foros. Columbaria* in summis lateribus nauium loca concaua per quę eminent remi, dicta credo quod sint similia latibulis columbarum in quibus nidificant. *Transtra* sunt tabulæ vbi sedent remiges, quod in transuersa sint dicta, quæ Virgil. iuga appellat. *Remi* à remouendis & decutiendis fluctibus dicti, sicut tonsores à tõdendis & decutiendis capillis. *Palmula* est extrema latitudo remi, à palma dicta qua mare impellit. *Antennæ* dictæ, quod ante amnem sint positæ: Præterfluit enim eas amnis. *Cornua* extremæ partes antennarum sunt, dicta per tropum ab animali ad inanimale.

Prora. *Cymba.* *Carina.* *Fori.* *Columbaria.* *Transtra.* *Remi.* *Palmula.* *Antennæ.*

Malus est arbor nauis qua vela sustinentur, dictus quia habet instar mali in summitate, vel quia quasi quibusdam maleolis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius eleuantur. *Modius* est cui arbor insistit, ob similitudinem mensuralis vasis dictus. *Carchesia* sunt in cacumine arboris. Trochleæ, quasi f. litera, per quas funes trahuntur: Trochleæ autẽ vocatæ, quod rotulas habeant: *Trocos* enim Græcè, rota dicitur. *Parastatæ* stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. *Clauus* est quo regitur gubernaculum. *Porticulus malleus* in manu portatur, quo modus signumque datur remigantibus. *Tonsilla* vncinus ferreus vel ligneus, ad quem in littore defixum funes nauium illigantur. *Anchora* dens ferreus, ex Græca etymologia nomen duxit, quod quasi hominis manus comprehendat, vel arenas. Nam manus Græcè *ceyr* dicitur. *Puluini* sunt machinæ quibus naues deducuntur & subducuntur in portum. *Pons* scala nauium.

Malus. *Modius.* *Trochleæ.* *Parastatæ.* *Clauus.* *Porticulus.* *Tonsilla.* *Anchora.* *Puluini.*

Vela Græci *armena* dicunt, proinde quod aere mouentur: Apud Latinos autem vela à volatu dicta. Genera velorũ Acatiõ, Epidromos: Dolõ: Artemõ, Siparũ, mendiciũ. Ex quibus *Acation* velum maximũ, & in media naue constitutum. *Epidromos* secundæ amplitudinis, sed ad puppim. *Dolon* minimum Velum, & ad proram defixum. *Artemo* dirigendæ potius nauis causa commendatum est, quam celeritatis. Siparum, genus veli vnum pedem habens, quo iuuari nauigia solent in nauigatione, quoties vis venti languescit, quod ex separatione existimant nominatum.

Velorũ Genera quinque aut sex.

Funes dicti sunt eo, quod ante in vsum luminis fuerint circundati cera: Vnde & funalia. *Restes* siue quod rates contineant, siue quod his retia tendantur. *Rudentes* sunt funes nauium, quibus in tempestatibus vtuntur, quas nautici suo more curcubas vocant; Spiræ autem à sparto vocatæ. *Propes* funis quo pes veli alligatur, quasi prope pedes. *Tormentum* funis in nauibus longus, quo prora ad puppim extenditur, quo magis constringantur: Tormenta autem à tortura dicta restes funesque. *Saphon* funis in prora positus. *Opisera* funes quo cornibus antennæ dextra sinistraque tenduntur retrouerso. *Prosinesium* funis quo nauis in litore religatur ad palum. *Mitra* funis qua nauis media vincitur. *Anquina* qua ad malum antenna constringitur. *Remulcum* funis quo deligata nauis trahitur vice remi. *Struppi* vincula loro vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligatur. *Cataporates*, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur.

Funes. *Restes.* *Rudentes.* *Spiræ.* *Propes.* *Tormentũ.* *Saphon.* *Opisera.* *Prosinesium.* *Mitra.* *Anquina.* *Remulcum.* *Struppi.* *Cataporates.*

De Mercatura.

CAP. C.

AVCTOR. Ad nauigationem vt dictum est, pertinet negotiatio, siue mercatura, id est vendendi & emendi commercium.

Tullius in lib. 1. de offi. Illiberales & sordidi sunt quæstus mercenariorum omnium, quorum opera, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces authoramentum seruitutis. Sordidi etiam sunt, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant: nihil enim proficiunt nisi admodum mentiantur. Minimè quoque artes hæ probandæ sunt, quæ ministræ sunt voluptatum, vt quas exercent lanistæ, piscatores, coqui, fartores, & etiam vnguentarij, saltatores, ludique talares. Quibus autem artibus, aut prudentia maior inest, aut non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, architectura, & doctrina rerum honestarum, hæ quidem honestæ sunt ijs quorum ordini conueniunt. Mercatura vero si tenuis est, sordida putanda est.

Quæ artes honestæ censenda.

Idem in 3. lib. Quæritur de deliberatione & consultatione venditoris erga emptorem: Vtrum omnia vitia rei expositæ dicere, an quædam ei tacere liceat? Homini acutissimo Antipatro visum est omnia patefacienda. Dyogeni Babylonio venditorem, quatenus iure ciuili constitutum sit, dicere vitia oportere; cætera sine insidijs agere: Neque enim id est celare quicquid reticeas; Sed cum quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis cos quorum interfit id scire. Hoc autem celandi genus, non aperti, non simplicis, non ingenui, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis. Quod si sunt vituperandi qui reticent, quid de his existimandum est, qui occasionis vanitatem adhibent.

Non licet celare vitia rei venalis.

De Venatione.

CAP. CI.

RICHARDVS. Venatio tres habet species, ferinam, aucupium, piscaturam. *Ferina* fit multis modis, retibus, pedicis, laqueis, præcipitijs, arcu, iaculis, cuspide, pennarum odore, canibus, accipitribus. *Aucupium* fit laqueis, pedicis, retibus arcu, visco, hamo. *Piscatura* fit sagenis, retibus, gurgustijs, hamis, iaculis. Ad venationem pertinet omnis industria coquorum, pistorum, carnificum, & cauponum.

Venationis tres species quæ multis modis fiũt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Iſidorus 29. lib. Rete vocatum, ſiue à retinendis piſcibus, ſiue à reſtibus quibus tenduntur. Minus autem rete implagium dicitur à plagis, nam proprie dicimus plagas funes illos quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partem. *Funda* genus eſt piſcatoriæ retis, dicta ab eo quod in fundum mittatur. Idem etiam à iactancto dicitur iaculum. *Tragum*, genus retis, ab eo quod trahatur nuncupatum, ipſum eſt & verticulum, vertere enim trahere eſt: idem & ſagena. *Naſſa* genus retis. *Caſsis* genus venatoriæ retis, quod capiat. Hinc eſt quod incaſſum dicimus, id eſt ſine cauſa, quaſi ſine caſſibus, ſine quibus venatio inanis eſt. *Conopium* rete quo culices excluduntur, in modum tentorij, quo magis Alexandrini vtuntur, quia ibi ex Nilo culices copioſi naſcuntur, vnde & conopea dicitur; nam conopea Ægyptus eſt. *Idem in lib. 18. Venabula* dicta ſunt, quaſi venatui habilia, vel quia venientem excipiunt, quaſi excipibilia.

Funda. *Tragum.* *Caſſis.* *Conopium.* *Venabula.*

Excipiunt enim Apros, expectantque Leones;
Intrant vrſos ſit tantum firma manus.

De Agricultura.

CAP. CII.

Agricultura quatuor ſpecies.

Richardus. Agricultura quatuor habet ſpecies. *Arruum*, id eſt agrum, qui ſationibus deputatur. *Conſitum*, qui nemoribus, vt pomeria, vineta, oliueta. *Paſcuum*, quod paſcuis, vt prata, tempæ, teſqua. *Floridum*, vt horti, roſaria. *Tullius in lib. de ſenectute.* Veniã ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quę nec vlla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere: habent enim rationem cum terra, quæ nuſquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit: agroque ornato & bene culto, nihil poteſt eſſe vberius, nec ſpecie ornatius.

Nihil homini libero dignius agricultura nil dulcius nihil vberius.

Idem in lib. 1. de offi. Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homini libero dignius.

Augu. ſuper Geneſ. lib. 8. Quid enim maius & mirabilius ſpectaculum eſt, aut vbi magis cum natura rerum humana ratio quodammodo loqui poteſt, quam cum poſitis ſeminibus, plantatis ſurculis, tranſlatis arbuſtulis, inſitis malleolis, tanquam interrogatur quæque vis radicis & germinis quid poſſit, quidve non poſſit, vnde poſſit, vnde non poſſit, quid in ea valeat numerorum inuiſibilis interiorque potentia, quid extrinſecus adhibita diligentia: & in ipſa conſideratione perſpicite, quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Ita etiam illud operis quod accedit extrinſecus, per iſtum accedit, quem nihilominus creauit, & quem regit & ordinat, inuiſibilis Deus.

Quid cultura & in quibus cõſiſtat.

Iſid. lib. 17. Cultura eſt, qua frumenta vel vina magno labore quæruntur, ab incolendo vocata. Diuitiæ enim antiquorum in his duobus erant, bene paſcere, & bene arare. Cultura agri, cinis, aratio, intermiſſio, incenſio ſtipularum, ſtercoratio, occatio, runcatio. *Cinis* eſt incendium per quod ager inutilem humorem exudat.

Aratio dicta, quia de ære prius terræculturam exercebant, antequam ferri fuiſſet vſus repertus. Duplex autem eſt aratio, vernalis, & autumnalis. *Intermiſsio* eſt qua alternis annis vacuus ager vires recipit. *Stercoratio* eſt lætaminis aſperſio; quod vulgo lætamen vocatur, eo quod ſuo nutrimento læta faciat germina, reddatque arua pinguia & fæcunda.

Occatio eſt cum ruſtici ſatione facta, bobus dimiſſis, grandes glebas cędunt, ac ligonibus frangunt. Et dicta occatio, quaſi obcæcatio, quod operit ſemina. Occare igitur eſt operire terram, ſemina, vites, vel arbores. *Runcatio* eſt à terra herbas vellere: Nam rus terra eſt. *Sulcus* à ſole vocatus, quod proſciſſus ſolem capiat. *Proſciſsio* eſt aratio prima, cum adhuc durus ager eſt. *Staio* dicta eſt, quaſi ſeminis actio. *Serere* autem vocatum, quia hoc ſereno cœlo faciendum eſt, non per imbres.

De ratione agriculturæ.

CAP. CIII.

Agricultura ratio in quatuor conſiſtit.

Palladius lib. 1. de agricultura. Eligendi & bene colendi agri ratio, quatuor rebus conſtat. Aere, aqua, terra, induſtria. Ex his tria naturalia, vnum facultatis & voluntatis eſt. *Naturæ* eſt, quod in primis expectare oportet, vt eis locis quæ colere deſtinabis, aer ſit ſalutaris & clemens. Aqua ſalubris & facilis, vel ibi naſcens, vel adducta, vel imbre collecta. Terra vera vero fecunda, & ſitu commoda. Omnium ſurculorum vel frugum genera præclara, ſed terris ſuis expertè committe. In nouo enim genere ſeminum, ante experimentum non eſt tota ſpes ponenda. Locis humidis, ſemina citius quam ſiccis degenerant. Quæritur ſubinde (ſi ſuccurrat electio) ager pinguis ac reſolutus, qui minimum laborem petit, & tamen fructum maximum reddit. ſecundi meriti eſt ſpiſſus, qui labore quidem maximo ad vota reſpondet. Illud vero deterrimum genus eſt, quod erit ſiccum ſimul & ſpiſſum, macrum vel frigidum: qui ager peſtiferi more fugiendus eſt.

Quæ terra eligenda.

Siue in ſurculo, ſiue in omni genere ſatorum, quæ florent conſtat non eſſe tangenda. In rebus agreſtibus, maxime officia iuuenum congruunt, imperia ſeniorum.

Præcepta & obſeruationes agriculturæ.

Vitem ſi maturius putes, plura ſarmenta; ſi ſerius plurimos fructus conſequeris. In vitibus putandis tria conſideranda ſunt, fructuum ſpes, ſucceſſura materies, locus qui ſeruet ac reuocet. In opere inſerendi, putandi, ac reſcindendi, duris & acutis vtendum eſt ferramentis. In vite vel arbore, quæ facienda ſunt perage ante apertionem floris & gemmæ. De locis teterrimis ſicut arbores, ita & homines congruit ad meliora transferre. Græci iubent omnia legumina ſeri in ſicca terra. Faba tantum in humida debet aſpergi. Inagro periclitantur interiora, vbi coluntur extrema.

Triticum in terra vliginoſa poſt tertiam ſationẽ conuertitur in ſiliginem.

Omne triticum ſolo vliginoſo poſt tertiam ſationem, in genus ſiliginis commutatur. Campi largius vinum, colles nobilius ferunt. Aquilo vites ſibi obiectas fæcundat, Auſter nobilitat. Fæcundior eſt culta exiguitas, quam magnitudo neglecta. Omnis inſciſſura ſarmenti auertatur à gemma, ne eam ſtilla quæ fluere conſueuit extinguat. Terra profunda (quod Græci aſſerunt) oleę grandes arbores efficit, fructus minores, & aquatos, & ſeros, magiſque amurcę proximos. Aer oleas tepidus iuuat, & ventis mediocribus ſine vi & horrore perflabilis. Ramus lætus viridis & ſterilis, in media olea abſcindendus eſt, velut totius arboris inimicus. ſterilitas & peſtilentia æquo modo fugiendæ ſunt. Semina pluſquam annicula eſſe non debent; vetuſtate corrupta non prodeunt. Frumentum collis quidem grano robuſtius, ſed menſura minus refundet. Omnia quæ ſeruntur, creſcente luna, & diebus tepidis ſerenda ſunt, nam tepor euocat, frigus includit.

De inſtrumentis ruſticis.

CAP. CIV.

Vomer. *Buris.* *Dentale.* *Cultelli.* *Falx.*

Iſido. lib. 20. Vomer dictus eſt, eo quod vi humum eruat, ſiue ab euomendo terram. *Buris* eſt curuamentum aratri, dictum quaſi *boſoyra*, quod ſit in ſimilitudinem caudæ bouis. *Dentale* eſt aratri pars prima, in qua vomer inducitur, quaſi dens. *Cultelli* à cultura dicti, eo quod ex ipſis putatione veteres in arbore vtebantur & vite, priuſquam falces eſſent repertæ. *Falx* eſt qua arbores putantur & vites. Dicta autem falx, quod hac primum milites

herbam

Falcaſtrum. herbam filicem ſolebant abſcindere. *Falcaſtrum* à ſimilitudine falcis vocatum: eſt autem ferramentũ curuum cum manubrio longo, ad denſitatem veprium ſuccidendam. Hi & runcones dicti, quibus vepres ſecantur, à runcando dicti. *Serrula.* *Serrula* eſt prætenuis lamina ferri, dentium mordacitate reſecans arbores, ſeu ramos. *Raſtra.* *Raſtra* quoque, aut à radendo terram, aut à raritate dentium dicta. *Ligones.* *Ligones* quod terram leuẽt, quaſi leuones. *Scudicia.* *Scudicia* dicta eo quod circa codicem terram aperiat: & quamuis eius vſus in reliquis operibus habeatur, nomen tamen ex codice retinet, hanc alij generaliter foſſorium vocãt, *Sarculus.* quod foueam faciat, quaſi foueſſoriam. *Sarculus* ferramentum cum manubrio culturis hortorũ neceſſarium eſt: Sunt autẽ vel ſimplices vel bicornes. *Paſtinatum.* *Paſtinatum* vocãt agricolæ ferramentũ bifurcum, quo ſemina pangũtur: Vnde etiam repaſtinatæ dicuntur vineæ veteres quæ refodiuntur. *Cilindrus.* *Cilindrus* lapis eſt teres in modum columnæ, qui à volubilitate nomen accepit. *Tribula.* *Tribula* genus vehiculi, vnde teruntur frumenta, & ob hoc ita vocatur. *Pala.* *Pala* quę ventilabrum vulgo dicitur, à vẽtilandis paleis nominata. *Furcillæ.* *Furcillæ* dictæ eo, quòd his frumenta cillentur, ideſt mouentur. Vnde & oſcilla dicta, eo quòd cilleantur, ideſt moueantur ora, nã cillere eſt mouere. *Teſſeræ.* *Teſſeræ* ſunt quibus frumentorum numerus deſignatur. *Trapetum.* *Trapetũ* eſt mola oliuaria. *Prælum.* *Prælum* trabes quo vua calcata premitur, à premendo vocatũ, quaſi preſſorium. Lacus prælũ quo premitur oleum quo liquatũ profluit, & quo ab vuis vel oliuis torquendo, vinum oleumque exigitur. *Fiſcum.* *Fiſcum* quaſi fiſculum, à colando oleo dictum, vel quaſi fiſcella olei.

Rota. Rota dicta, quod quaſi ruat, eſt enim machina, de qua è flumine aqua extrahitur. *Girgillus* dictus, quod in gyro vertatur: Eſt enim lignum in tranſuerſa pertica mobile, ex quo funis cum ſitula vel vtre in puteum *Telo.* dimittitur, hauriendæ aquę cauſa. *Telonem* hortolani vocant lignum longum quo hauriunt aquas; & dictus telo à longitudine; *Telum* enim dicitur iuxta Græcos, quicquid longum eſt: vnde & muſtela vocata, quaſi longus mus. *Amalupus.* *Amalupus*, qui & canicula, ferreus harpax, quia ſi quid in puteum decidit, rapit & extrahit; vnde & nomen accepit. Harpax autem dictus, quia arripit: *Harpatein* enim Græcè, rapere.

Auctor. Præterea de agriculturæ peritia plenius habitum eſt ſuperius libro de œconomica, vbi de rerum domeſticarum adminiſtratione diſertum eſt. *Iſidorus* 4. *etym.* Medicina eſt cuius materia verſatur in morbis & vulneribus. Ad hanc autem pertinent, non ea tantum quæ ars eorum exhibet, quæ proprie medici nominantur, ſed etiam cibus & potus regimen; defenſio denique omnis, atque munitio, qua noſtrum corpus aduerſus externos ictus caſuſque ſeruatur.

Ideo medicina non eſt ars liberalis quia omniũ liberalium notitiã exigit. Quæritur autem à quibuſdam, quare inter cæteras liberales diſciplinas medicinæ ars non contineatur? propterea, quia illæ ſingulares continent cauſas, iſta vero omnium: nam & Grammaticam medicus ſcire debet, vt intelligere vel exponere poſſit quæ legit: Similiter & Rhetoricam, vt veracibus argumentis valeat diffinire quæ tractat: necnon & dialecticam propter infirmitatum cauſas, ratione adhibita perſcrutandas, atque curandas: ſic & Arithmeticam propter numerum horarum criſis, &c.

De Alchimia.

Cap. CV.

Auctor. Medicinam quoque magiſter Richardus inter ſeptem mechanicas artes computat, ſed quoniam hæc ipſa non tantum in operatione manuum ſicut cæteræ, ſed etiam in mentis ſpeculatione conſiſtit, videlicet quantum ad cauſarum conſiderationem; vnde quaſi media eſt inter practicam & theoricam, huius tractatum ſequenti libro difficilius aliquantulum proſequendum reſeruamus, & huius loco quoddam Alchimiæ compendium interferemus; nam & ipſa competenter inter mechanicas numerari poteſt, & ad quaſdam aliarum non parum vtilis eſt, vt ad fabrilem, & ad medicinam. Ad fabrilem quidem, propter metallorum examinationem, commixtionem, diſgregationem, tranſmutationem: Ad medicinam itidem, propter ſubſtantiarum vel qualitatum ſalubrium à noxijs, quæ frequenter etiam in medicinis ſimplicibus permixtæ ſunt, ſeparationem. *Alchimia poteſt dici ars mechanica, eſtque ad alias multum vtilis. ſc. ad fabrilem & medicinam.*

Ex doctrina Alchimiæ. Alchimia proprè i eſt ars tranſmutandi corpora mineralia à propriis ſpecicbus ad alias; vt ſunt metalla, & huiuſmodi. Hæc deſcendit ab illa parte naturalis philoſophiæ quæ eſt de mineris, ſicut agricultura ab illa parte quæ eſt de vegetabilibus. Hãc etenim acceperunt artifices à naturalibus, quamuis ea quæ fiunt nõ ſint tam certa aut propria ſicut naturalia. *Quid Alchimia.*

Ex lib. Razis, de aluminibus & ſalibus. Corpora mineralia ſunt vapores, qui inſpiſſantur, & coagulantur, ſecundum menſuram ſeruitutis naturæ, in ſpatio longo. Et primum quidem quod coagulatur eſt argentum viuum & ſulphur: Hæc enim ſunt elementa mineræ; & non ſunt aqua & oleum, ſed vnum generatur ex aqua, aliud ex oleo, ſuper quibus aſſiduat decoctio æqualis cum caliditate & humiditate, donec coagulata ſunt, & ex eis corpora generantur per gradatiuam mutationem in millibus annorum. Nam ſi remanerent in mineris ſuis, præpararet ea natura donec perueniret ad ſpeciem auri & argenti; ſed per artificis ſubtilitatem fieri poteſt huiuſmodi tranſmutatio in vno die, id eſt breui ſpatio. *Quid minerale.* *Elemẽta minerę ſunt argentũ viuũ & ſulphur.*

Ex verbis Alchimiſtæ. Ergo vide, quod & in viſceribus terræ habentis virtutem mineralem, fit generatio ſpirituum & corporum. Spiritus quidem ſunt quatuor, ſcilicet ſal ammoniacum & ſulphur, argentum viuum & arſenicum. Corpora vero ſex, ſcilicet aurum, argentum, æs, &c. Ex prædictis enim elementis mineræ generantur aliquando corpora munda, vt aurum, argentum, aliquando immunda, vt æs, ferrum, &c. Nam ex argento viuo puro albo coagulato, à virtute ſulphuris albi non vrentis, generatur materia in minera, quæ per fuſionem conuertitur in argentum. Ex ſulphure autem mundo claro rubeo, non habente in ſe virtutem adurentem, & ex argento viuo bono claro, à ſulphure congelato, congelatur aurum. Porro ex bono argento viuo, & ſulphure habente virtutem adurentem, generatur æs. Ex prauo autem ſulphure, & prauo argento viuo, ferrum. Ex bono autem arg. viue, & prauo ſulphure non bene commixto, ſtannum. Et ex prauo ar. vi. ſcilicet ponderoſo & luteo, & prauo ſulphure fętido ac debili, plumbum. Hę ſunt operationes quas natura facit in mineralibus, & has Alchimiſtæ conantur imitari. Quædam etiam alia generantur in viſceribus terræ, quorum pars obtinet vicem ſpirituum, & quædam vicem corporum, ſicut alumen & atramentum. Circa hæc igitur & ſimilia ſecundum præfatum modum negotiatur alchimia, & hæc eſt in materia. *Ex qua materia fiat quoduis minerale.*

Vtrum huius artis ſcientia vel operatio vera ſit an falſa.

Cap. CVI.

Auctor. Ex verbis ſupradictis videtur innui quod alchimia quodammodo falſa ſit. ſed tam ab antiquis philoſophis, quàm ab artificibus noſtri temporis probatur eſſe vera: & vtrunque, aurum & argentum, ſecundum illam non quidem fieri, ſed à certis materiebus quibus permixta ſunt, vel incluſa, quodammodo per ignem ſegregari, vel excludi: nam quod exterius eſt cuprum, interius eſt aurum, tanquam anima ipſius.

Auicenna in lib. de anima. Quidam ex naturalibus dicunt quod non eſt alchimia. Sed Ariſtot. & Plato, ma- *Probatur dari alchimiã.*

gnique

gnique philoſophi dicunt quod eſt; & hoc ipſe viſus oſtendit. Nam vnumquodque ſex corporum quæ per malleum elongantur, efficitur currens ſicut aurum viuum. Et azenzar quod de iſtis efficitur, eſt coloris ſulphurei; & azenzar de ferro rubeum eſt, de cupro croceum. Vnde ſcire oportet, quod omne corpus quod ſoluitur, & inde efficitur azenzar, factum eſt de auro viuo, & de ſulphure. Denique vitrum efficitur fluens, eſt enim de terra, de qua poſſet fieri aurũ viuũ. Et figuli quidem qui vaſa terrea faciunt, quando mittunt in eis ignem diu, efficiuntur vitrea. Dicunt autem iſti philoſophi, quod calor ſolis coqueret in ventre terræ per centena annorum, facit ignis in hora breui. Sic igitur & nos, ſulphur & aurum viuum, quod calor ſolis coquit per centena annorum, coquimus ad ignem in paruo tempore, & inde facimus aurum.

Solutio obie. Contra illos autem qui dicunt quod non poteſt homo trahere genus de alio genere; dicimus quod ſi quis ſtercus equi emittat in loco vbi calor eum tangat, inde procedunt beſtiæ quas dicunt Abaces. Præterea ſi quis ſpinam alicuius piſcis accipiat, & mittat ſubtus algaceram, ibique per menſem remaneat, inueniet eum vermem, qui centipes dicitur, ſicque de non viuente retrahit rem viuentem. Sunt & alij qui non concedunt Alchimiæ magiſterium, dicentes quod de re cuius natura non eſt vt ignem ſuſtineat, natura trahi non poteſt quæ ſuſtineat ignem: nec fieri poteſt in re naturali, vt rem coloratam diſcolores, & in alium colorem mutes, in quo permaneat, nec ad primum reuerti poſſit: quia primus calor ſemper perſiſtere debet, & ſecundus deleri. Sed ad primum reſpondemus per rationem de vitro, quod terra quidem cito deletur ad ignem, ſed quando diu tangit eam ignis, efficitur fortis: Non enim habet ignis vim ſuper vitrum. De tinctura vero dicimus, quod cuprum quando cum tuchia iniſcetur, inde auricalcum efficitur; cum capillis autem mixtum, efficitur aurum, & nunquam colorem illum amittit quem recipit, quando cum tuchia mixtum eſt. Cæterum omnia ſupradicta mutantur in vitro, quia vitrum non eſt de colore terræ, neque de ſapore, neque de pondere. Sic & de re dulci efficitur amara, de alba nigra, & ſic de cæteris proprietatibus corporum.

Ratio cur quædam mineralia ſint alijs eiuſdẽ generis præſtantiora. Denique non putet quod ego traham metalla de ſuo genere ad aliud genus quod ibi non ſit: Ibi enim eſt per vim; quia verè ſi ibi non eſſet, in naturam illam mutari non poſſet. *Adhuc* autem eſt vna ratio prædictarum rationum fortitudo. Cur enim plus valent ſaphyri quidam, & alij lapides, quam alij; & vitrum ſimiliter, niſi quia efficiuntur in loco valde calido. Locus enim orientis, vbi pretioſi lapides inueniuntur, eſt proximus ſoli. Sic & vitrum, quanto plus tangitur à calore ſolis, tanto magis valet. Itaque & lapis mineralis qui magis ſuſtinet ignes alioſque labores, & tarde frangitur, ille plus valet; ſicut aurum pluſquam argentum: & argentum quam cuprum: & cuprum quã ſtannum: & ſtannum quam ferrum: & ferrum quam plumbum.

De artificibus eius, & materia, & inſtrumentis.

CAP. CVII.

Authores Alchimiæ. *Avicenna in lib. Alchimiæ, qui dicitur de anima.* Huius artis magiſtri fuerunt Adam, Noe, Ydud; Squilia, Cora, Moyſes, Cato, Virgilius, Ariſtoteles, Alexander, Geber, Iahie, Razi, Mautienus, Abimazer, Ioannes Euangeliſta, Garſias & Gilbertus cardinales, Gulielmus Archiepiſcopus, Hvck apoſtolicus: Ægidius magiſter hoſpitalis, qui extraxit librum de 125. lapidibus: Androicus etiam epiſcopus & apoſtolicus, Dominicus, & Iacob, & Aranicus Iudæus, qui me in arte iſta non pauca docuerunt. Petrus quoque & Durandus monachi. *Materia Alchimiæ.* *Dixit* autem Iahie hęc eſſe neceſſaria in magiſterio Alchimiæ: Sulphur, auripigmentum, argentum viuum, ſal ammoniacum, ſal gemmam, ſal communem, ſal alcali, vitrum, vitreolum, alumen, acetum, vrinam, capillos, oua, ſanguinem, ſperma, ſtercus equi, & illa ſex quæ cum malleo elongantur.

Vaſa Alchimiæ & inſtrumenta ſunt varia. *Ex doctrina Alchimię.* Ad cuius autem artis opera exercenda, ſcire oportet facere diuerſa genera vaſorũ, furnellorum, ignium, ac lutorum huiuſmodi. Nam gratia ſolutionis corporum vel ſpirituum, ſolutionis inſtrumenta multa ſunt; quorum vnum dicitur venter equi, de quo ſupradictum eſt; & fit in duobus vaſis, in quorum vno eſt aqua, in alio fimus equi, vbi eſt phiala cum medicina, ſtatque in furnello, & deſuper comburitur leuis ignis, vt aqua tantum euaporet, & non bulliat; ibique eſt canalis, per quem additur aqua quę minuitur. Solutiua quoque corporum multa ſunt, vt aqua limonum, vel pomorum cereorum diſtillata per alembich ſimile, aqua quoque ammoniaci: Sed & alumen ſparſum in aqua per bullitionem diſſolutum, & per alembich diſtillatum, ſoluit. Et dicitur quod eius virtus ſuperius rapitur.

De igne multiplici.

CAP. CVIII.

Ignis nouum modis variatur ſecundum qualitates gradus & effectus. Est autem ignis multiplex, & eius qualitas diuerſa per quoſdam gradus diſtincta. Quidam enim eſt ignis calidus in primo gradu, & humidus in ſecundo, ſcilicet ignis ventris equi, de quo in præcedenti ca. dictum eſt; cuius proprietas eſt quod non deſtruit oleũ, ſed augmentat, propter ſuam humiditatem: Nam alij deſtruunt propter ſiccitatem. Huic ergo aſſimilatur non alius in mundo, niſi naturalis ignis corporis hominis ſani.

Ignis quidem ſolis calidus eſt in eodem gradu, ſed ſiccus eſt. Hic autem eſt qui domat rem, & de animata re fit ac nutritur; ſicut puer cui datur in principio lac. Nam puer ex calido humido augmentatur; ſic & equi ignis augmentat oleum ſua humiditate, non ſuo calore.

Eſt prẽter hos duos & alius, qui eſt calidus & ſiccus in ſecundo gradu, vt ignis furni poſt panis extractionem: hic fundit leniter & non comburit, quia non eſt in eo flamma, nec fortitudo caloris; calor enim paulatim declinando recedit, ſed ſi ſtaret ſpiritum figeret in corpore, vel extra corpus. Ignis autem equi nec fundit nec comburit, ſed domat & humidum augmentat. Eſt etiam quartus gradus furni fixionis: hic fundit & figit, non autem comburit, quia flammalis eſt, nec differt à prẽcedenti, niſi quia in hoc eſt calor continuus, in illo non.

Quintus dicitur flammalis, & eſt calidus, & ſiccus in 3. gradu. hic calcinat tantum, & non fundit, ſed ad comparationem auri & argenti, & aliorum corporum in eodem gradu, vel vltra. Eſt & hic ignis in furno calcinationis.

Sextus eſt calidus & ſiccus in quarto gradu; & hic fundit & figit fortiter, mollificando corpora ſuauiter, nec diſſipat ea vel diſpergit: hic eſt ignis furni fuſionis. In eodem gradu eſt ignis follium, qui corpora diſſipat, & diſpergit, ac fundit; & hic eſt ſeptimus.

Octauus eſt qui fundit & calcinat, & eſt ignis flammalis, quia in eo ſola flamma operatur, & non diſſipat; ſicut & ignis vitrearij. Et hic differt ab igne furni fuſionis, quia in illo operatur ſubſtantia ignis, ſcilicet carbones & flamma, ſed in iſto ſolo flamma lignorũ. hic etiam eſt in eodem gradu cum præcedentibus. In eodem quoque gradu eſt 9. ſcilicet qui eſt omnibus magiſter, vt ignis officiationis, id eſt examinationis: hic fundit & comburit, diſſipat & diſpergit, malum ſoluit, & rectificat bonum; & eſt quaſi iudex diſcernens iuſtum ab iniuſto.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De corporibus mineralibus.

CAP. CIX.

Mineralia in quatuor ſpecies diuiduntur, ſc in lapides, liquefactiua, ſulphurea, & ſales.

COrpora mineralia in quatuor ſpecies diuiduntur, ſcilicet in lapides, liquefactiua, ſulphurea, & ſales, Horum quędam ſunt ratæ ſubſtantiæ, & debils compoſitionis; quædam verò ſubſtantię fortis, & quædam ductilia, quędam non. Eorum quæ ſunt debilis ſubſtantię, quædam ſunt ſales, vt quæ liquefiunt ex humido leniter, vt alumen, calcantum, ſal ammoniacum. Quædam vnctuoſa, nec facile ſolo humore liqueſcunt, vt ſulphur, auripigmentum. Sed argentum viuum eſt de parte ſecunda, quamuis ſit elementum ductilium, & aliquilibus ductilibus ſimile.

Omnia liquabilia ſũt ductilia, horum autem materia eſt ſubſtantia aquea terrea admixta.

Sunt autem omnia liquabilia ductilia vt multũ, nec mollificantur niſi cũ magna violentia. *Eſt autem* materia ductilium ſubſtantia aquea admixta cum ſubſtantia terrea, forti mixtura, ita quod non poteſt vnum ab altero ſeparari, & congelatur ſubſtantia illius cum frigore poſt actionem caloris. Erit exemplum de vino, quod nondum gelauit propter ſuam vnctuoſitatem, & ideo ductile eſt.

Lapidea verò de ſubſtantijs mineralibus materialiter ſunt aquæ; ſed non gelatur aqua ſola, ſed cum ſiccitate, quæ alterat aqueitatem ad terreitatem; nec eſt in eis humor nimis vnctuoſus, & ideo non ducuntur. Et quia coagulatio eorum eſt ex ſiccitate, non ſoluuntur vt multum, niſi per ingenia naturalia. Alumen autem & ſal ammoniacum ſunt de genere ſalis, niſi quia ignis in ſale ammoniaco maior eſt quàm terra: vnde & totum ſublimatur, & ipſum eſt aqua, cui miſcetur fumus calidus nimium ſubtilis, multæ igneitatis, & eſt coagulatus ex ſiccitate.

Aquoſitas vero ſulphureorum mixta eſt cum terra, forti cõmixtione, cũ fermentatione caloris, donec facta ſunt vnctuoſa, & poſtea coagulata ſunt ex frigore. *Atramenta* verò compoſita ſunt ex ſale & ſulphure & lapidibus, & eſt in eis vis aliquorum corporum liquabilium, quoniam eis fiunt; vt calcantum & alachar generantur ex maioribus granis atramenti, & non ſoluitur niſi ſalſedo eius cum eo quod eſt in illo ſulphureum, & poſtea coagulatur reſiduum. Illud iam accepit vim mineralem in aliquibus corporibus. Quod ergo accepit vim ferream, erit rubeum aut croceum: quod autem vim æream, erit viride. Vnde poſſibile eſt iſta duo artificialiter fieri, ſcilicet ferrum & æs.

Ferrum & æs poſſunt artificialiter fieri.

De metallis & eorum creatione.

CAP. CX.

Compoſitio ſex mineralium deſcribitur: ſpatiũ autem quo fiunt aurum, argentũ, cuprum eſt cẽtum annorũ.

Avicenna in lib. de anima. Dicunt Philoſophi quod ſex ſunt res quę cum malleo elongari poſſunt ad fornacem, ſcilicet ſol, id eſt aurum, luna, id eſt argentum, ſtannum, ęs, ferrum, plumbum. Et creantur naturaliter ſubtus terram. *Aurum* enim fit in ventre terrę, cum calore magno ſolis, de auro viuo pulchro, cum ſulphure rubicundo, claro, abſque lapidibus, cocto in centum annis & amplius. *Argentum* efficitur de auro viuo, ſcilicet claro, & de ſulphure claro, coctis per centum annos. *Cuprum* autem de auro viuo groſſo, & ſulphure rubeo groſſo, coctis per centena annorum. Sed aurum quidem nimis coctum eſt & induratum; ideo nec ignis, nec aer, nec terra, nec aqua delet illud. Argentum autem crudum eſt, & non coctũ; ideo terra cito delet illud. Cuprum verò combuſtum eſt, ideo non delet illud terra, niſi per annos multos, ſed ignis cito conſumit ipſum. *Plumbum* autem dicunt Philoſophi fieri ſubtus terram, de auro viuo groſſo, ac ſpiſſo, & de ſulphure peſſimo ac mixto, crudo, parum cocto. Et plumbum quidem intantum de peſſima natura eſt, quod cum odore ſuo frangit aurum, ſtringit aurum viuum: quia qui ſoluunt aurum, ſi dent ei odorem de plumbo vertitur in calcem. *Stannum* vero fit de auro viuo ſpiſſo, & de ſulphure rubeo ſpiſſo, nimis cocto.

De Auro.

CAP. CXI.

Aurum eſt nobiliſſimũ inter corpora quia habet complexionẽ rectam & permanentẽ.

Ex libro de aluminibus & ſalibus. Aurum eſt calidum & humidum, omnibus corporibus nobilius, rex eorum ac dominus: nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corrumpitur, nec igne minuitur, ſed reficit eum ignis & humectat. Non comburunt ipſum ſulphura quæ comburunt alia corpora; quia naturæ eius complexio recta eſt, æqualis, clara, in qua completę ſunt naturæ quatuor & æquatę, ita quod iiſ eo non eſt additio, nec diminutio. Quapropter extulerunt ipſum ſapientes, & poſuerunt ex eo comparationem elixir magni, quia ſubſtantia eſt ſtans & permanens, fixaque in perpetum. Eſt autem ex ſectione ſolis, & eſt in corporibus ſicut ſol in ſtellis, quia ſol eſt rex ſtellarum, ac lumen earum, & per eum complentur res terræ, ex plantis, fructibus, ac mineris; & per ipſum creſcit & additur eſſentia eorum. Similiter & aurum in corporibus retinet omne corpus, & cum eo retinetur, & eſt fermentum duorum elixir, rubei & albi, quia non niſi per ipſum rectificantur & complentur, ſicut nec paſta niſi per fermentum.

Aurum multiplex.

Avicenna vbi ſupra. Aurum multiplex eſt, ſcilicet naturale, magiſtrale, xirchi, ſafri, obrizum, colom, & alijs modis. Et illud quidem quod eſt elixir, valet magis quàm aurum acre, quod non poteſt operari. Aurum autem de elixir eſt tribus modis, ſcilicet de petra capillorum, & ſanguinis, & ouorũm. Non enim poteſt eſſe aurum de alio lapide. Quidam autem faciunt falſum aurum, ſicut & argentum. Stringunt enim, id eſt indurant ſtannum, ac dealbant, & dicunt eſſe argentum. Sic etiam auripigmentum ſublimant, & ſubtus ſtercus mittunt, ibique miſcent ſal ammoniacum, & incorporant cum cupro deſcenſo per botum boratum, aliàs barbatum, & cum mercurio rubeo, & dicunt quod eſt aurum. Verum cuiuſmodi ſit aurum, ſeptem modis per magiſterium tentatur, atque cognoſcitur, ſcilicet in ſolutione, in lapide, & in pondere, in guſtu, in igne, in ſublimatione, in fuſione. Porro naturalis auri natura calida eſt & ſicca, & quantum habet ferrum de natura ſiccitatis & duritiæ, tantum habet aurum naturam bonam ac mollem. Fit autem in ventre terræ de auro viuo bono nimis, & de ſulphure non multum rubeo cocto.

Septem modis probatur verũ aurum.

De argento.

CAP. CXII.

Argentũ aſſimiatur luna, ſi cut aurum ſoli.

Ex libro de aluminibus & ſalibus. Argentum eſt corpus mundum & decorum citra aurum, & eſt ex ſectione lunæ, cuius non eſt complementum in lumine ſuo, & virtute ſua, ſed ſolis; ſic eſt locus argenti apud aurum. Huius natura frigida eſt & humida, corrumpitur in terra & igne, & ſapor eius ad acetoſitatem decliuis eſt. Sulphura quidem & plumbum & ſtannum inimica ſunt ei, ab ipſis enim lędit, & ab igne minuitur. Eſt autem omnium corporum propinquius ad aurum; quoniam occultum auri manifeſtum eſt argenti, & econuerſo.

Argentum triplex.

Auice vbi ſupra. Argentum triplex eſt, ſcilicet naturale, & petrale, id eſt, quod fit de lapide per magiſteriũ alchimiæ; & illud quod per vim medicinæ, ſcil de ſolo mercurio & ęre per botum barbatum, aliàs boratũ. Sed eſt melius de noſtro lapide Eſt autẽ argenti natura frigida & humida, fitque de argẽto viuo multo, & pauco

ſulphure; & naturale quidem frigidius eſt, quàm petrale; petrale verò quàm illud quod fit cum medicinis.

Aurum & argentũ examinantur tribus modis

Ex doctrina Alchimiæ. Aurum & argentum examinatur tribus modis, quorum tamen duæ dicuntur examinationes impropriè, ſed vnus dici poteſt ſeparatio, alius tentatio. Separatio fit in paleola ſola, quando ſcilicet ibi ponitur adamas, vt ſeparet ab auro ferrum tantum; quia non habet proprietatem ſeparandi aliud metallum. Tentatio verò fit tam in paleola, quàm in alio auro & argento, quando ſcilicet ibi fricatur lapis quidam ad modum cotis factus, vt per colorem ibidem remanentem ſciatur quantum cum auro mixtum ſit de argento vel ære, aut cum argento de ære: In vera autem examinatione auri tria ſunt neceſſaria, ſcilicet puluis antiqui lateris, ſal & ignis. In examinatione argenti tria ſimiliter, ſcilicet ignis, cinis, & plumbum.

Ad verum examen tria ſunt neceſſaria.

De ære.

CAP. CXIII.

Æs multum accedit ad naturam argenti; aqua æris liquefacit omnia corpora.

EX *libro de aluminibus & ſalibus.* Æs quidem eſt de diuiſione Veneris. Natura eius eſt calida & ſicca, ſed minus ſicca quàm ferri. Eſt autem in virtute ſua argentum, & in ſua liquefactione & duritie; ſed rubeum eſt. Qui ergo eradicat eius rubedinẽ, facit ipſum redire in argentũ. Eſt enim in manifeſto ſuo æs, & in occulto argentum. Commiſcetur autem cum auro & argento & recipit tincturam, quando ſoluitur cum aqua atramenti vel aluminis. Aqua æris liquefacit omnia corpora, & omnem rem ex lapidibus. Regimen autem eius eſt ſicut regimen ferri æqualiter.

Cuprum triplex, & quod melius.

Auicenna vbi ſupra. Cuprum triplex eſt, ſcilicet herminium, naturale, & cuprum nauarre. Natura eius calida eſt, & ſicca non multum, ſed eſt in eo humiditas, ideo ſoluitur. Efficitur autem vt dixi de auro viuo groſſo, & de ſulphure rubeo cocto in ventre terræ per centum annos, ſed non adeo cocto ſicut aurum, nec eſt cõbuſtum ſicut ferrum. Ideoque leue eſt ad mutandum, & eſt propinquius argento quàm auro; quia plus habet de ſulphure, quàm de auro viuo. Eſt autem cuprum melius rubeum & album, quod quando percutitur ſonat. Herminium autem cuprum nigrum eſt, & non eſt in eo alchimicè operandum, quia multitudo ſulphuris quæ ibi eſt confundit ipſum, nec poteſt lauari, nec dealbari. Lauatur enim cuprum, vt eius immunditia auferatur. Calcinatur autem, vt eius materia attenuetur. Lauatur iterum cum fortiſſimis aquis, vt humiditatem recuperet, quam in calce perdidit. Sublimatur autem, vt magis attenuetur. Cum auro viuo miſcetur, vt materia ſua præparetur.

De Ferro.

CAP. CXIV.

Ferrum liquefit cum quatuor rebus.

EX *libro de aluminibus & ſalibus.* Ferrum eſt ex diuiſione martis: natura eius calida & ſicca, & eſt aceroſum in ſapore, vehementis virtutis, expectans ignem, & impugnans ipſum: & liquefit cum quatuor rebus, ſcilicet cum arſenico, & plumbo, & magneſia, & marcaſita. *Auicenna vbi ſupra.* Ferrum pluribus modis efficitur. *Primum* eſt ferrum deandeluum, quod eſt forte; & de illo faciunt martellos, & foſſoria, cęteraque opera, ſed non eſt bonum ad ſcindendum, nec intrat in magiſterium alchimiæ. *Aliud* eſt ferrum de alidena, quod eſt groſſum, nec bonum ad operandum. *Tertium* eſt acerium, quod poteſt acuere ferrum deãdeleuum. *Quartum* eſt ferrum de India, quod ſcindit magis quàm alia, quia calor plus eſt in eo quàm in alijs. Sed opus eſt vt prius calefiat ad ignem, vel ad ſolem: & acerium quidem eſſet eiuſdem naturæ, niſi quia in acerio eſt multum de ſulphure. Nullum autem de ferris intrat in opus alchimiæ, ſed ſeruit magiſterio; præparari tamẽ poſſet vt ingrederetur, & corpus fieret, ſed non niſi grauiter ſoluatur, & cum magno magiſterio.

Ferrum multiplex.

Ferrum non intrat in opus alchimiæ.

Eſt enim natura calida & ſicca, & ſiccitas eius maior eſt omnibus illis quæ ſe elongat: Ideoque de facili fundi non poteſt. Eſt autem factum de auro viuo groſſo, & ſulphure rubeo lapidoſo groſſo.

De Stanno.

CAP. CXV.

Stannum accedit ad argentum remotis eius defectibus, de facto verò cõuenit bene cum auro & ferro.

EX *libro de aluminibus & ſalibus.* Stannum eſt ex ſectione Iouis: natura eius eſt calida & humida, ſed minorata eſt eius caliditas, quia complexio eius corrupta eſt per dominium ſuper ipſum. In minera ipſius, & in ipſo ſunt mollities, ſtridor, & velocitas, liquefactiones, & acetoſitas. Qui ergo remouet ab eo has infirmitates quatuor, reducit ipſum in argentum. Eſt enim grauis tincturæ, & albificat ęs propriè, quia ſingulare cum eo eſt. Recipit autem tincturam rubeam, & fit ex eo aqua acuta, cum qua retinetur argentum viuum; & eſt inimicum argento & æri, conueniens cum auro & ferro.

Stannũ quadruplex.

Auicenna vbi ſupra. Stannum quadruplex eſt, & omnia intrant in alchimiæ magiſterio: horum autem melius eſt album & croccum, quod ſonat percuſſum, & hoc vocatur alchle. Secundum ergo eſt hynoc quod apparet nigrum, & non ſonat. Tertium eſt chalicon, quod graue ſoluitur. Quartum eſt cherab, & eſt ſicut alchle.

De Plumbo.

CAP. CXVI.

Plumbum maximè accedit ad naturam auri, immo nil aliud eſt quã auriũ corruptum in minera ſua.

EX *libro de aluminibus & ſalibus.* Plumbum eſt ex ſectione Saturni: in ipſo ſunt aurum & argentum per potentiam, non per viſum; & eſt grauis corporis, velocis liquefactionis, tardi motus, ſuſcipiens tincturam. Ex ipſo erit argentum, ex eo fiunt litargirum, & ceruſa, & elixir maius rubedini & albedini, & etiam aquæ, cum quibus retinetur argentum viuum. Rectificatur cum ære præparato, & vnitur cum argento, ſed ſeparatur ab eo per examinationem. Ventus eius frangit aurum & coagulat argentum viuum. Conuenerunt inde Philoſophi, quod omnium corporum plumbum auro propinquius eſt, quia eius occultum eſt calidum & humidum; Occultum verò auri, frigidum, & ſiccum. Itaque manifeſtum huius corporis plumbum eſt, quia frigidum & ſiccum; occultum verò eius aurum, quia calidum & humidum.

Plumbum quadruplex, & quod præſtantius.

Ait etiam Armenides. Non exiſtimetis plumbum eſſe ex ſtanno, vel ex alio corporum; neque enim eſt niſi aurum, ſuper quod introiuit nocumentum in minera ſua, ſicut ingreditur ſuper infantem in ventre matris, vnde & auro ſimile eſt in diſpoſitionibus ſuis. Nam ſicut aurum eſt permanens ac ponderoſum, expectans ſub terra & aqua & aere, nec permutatur; ſimiliter & plumbum. Eſt autem in ipſo nigredo & albedo & rubedo.

Auicenna vbi ſupra. Plumbum modo quadruplex eſt, ſcilicet mixtum cum ſtanno, naturale, plumbum de euchachia, plumbum greſſuri. Huius natura frigida eſt, & parum ſicca, ſed eſt ibi humiditas multa, eſt autem de auro viuo, groſſo, & ſulphure groſſo, ſpiſſo non claro; & eſt ibi plus de auro viuo, quàm de ſulphure, nec eſt multum coctum, ſed molle remanſit, & ideo ſoluitur ſtatim. Et quia multum eſt ibi argenti viui, magis eſt de natura auri, niſi quia aurum eſt de pulchro auro viuo, cum ſulphure claro; plumbum autem econtra, & aurum quidem coctum eſt, hoc autem crudum. Si quis autem ſciat præparare, leuiter ſe mutat in naturam auri. Eſt autem plumbum illud melius quod eſt bene ponderatum, & quando ſcinditur eſt album, & quando percutitur non ſonat, quando funditur tardè ſe infrigidat.

Plumbũ facile conuertitur in naturã auri.

De

De ſpiritibus mineralibus.

CAP. CXVII.

Cur materia mineralium dicantur ſpiritus.

SPiritus autem ſunt ſulphur, auripigmentum, ſal ammoniacum, mercurius. Spiritus inquam ſunt, quia per eos imprimitur corpus, vt poſſit cum anima coniungi. Corpora quidem ſunt hæc, ſed ab aliis corporibus differunt, quia ſublimantur hæc & non alia: ideo dicuntur ſpiritus, quia nulla res ſine ſpiritu ſublimari poteſt; lapis enim per ſe non aſcendit, ſic nec alia corpora. Iſta verò per ſemetipſa aſcendunt, id eſt, ſublimantur, & ſoluuntur leniter, & faciunt alia ſolui, & cremant, & infrigidant, & ſiccant, & humidant quatuor elementa.

Quæcunque ignem fugiũt dicuntur ſpiritus; intellige ſi de facili id fiat, alioqui etiam metalla omnia excepto auro ignem paulatim fugiunt.

Alchimiſta. Dicuntur autem ſpiritus, vel habere naturam ſpirituum, quæcunque ignẽ fugiunt. Hæc enim quæ dicuntur habere corpora, non id faciunt, vnde & fixa dicuntur. Itaque cuncta etiam quæ egrediuntur de planta, vel aliqua re per diſtillationem, habent naturam ſpirituum, quia fugiunt ignem, & omne tale dicitur volatile ac fugitiuum. Vnde & argentum viuum à ſapientibus alchimiæ, ſeruus fugitiuus vocatur. Infirmitatis autem ſpirituum duplex eſt remedium, ſcilicet in eorum fixione, & eorum coloratione. Quod autem non fugit ignem, dicitur fixum, ſicut corpora lapidum, & metallorum; hęc tamen ſecundum magis & minus. Nam vt verè loquamur, nullum genus metallorum eſt verè & omnino fixum; ita ſcilicet vt non paulatim fugiat ignem, præter ſolum aurum examinatum: hoc enim nec fugit ignem, nec ab ipſo minuitur, ſed potius rectificatur, & humectatur, ſicut & inferius habebitur.

De ſale, arſenico, & ſulphure.

CAP. CXVIII.

Natura proprietaſque ſalis.

EX *libro de aluminibus & ſalibus.* Sal eſt aqua quam coagulauit ſiccitas ignis. Huius natura calida & ſicca eſt. Proprietas autem eius eſt, quod liquefacit aurum & argentum cum vehementia ignis, & augmentat in eis natiuũ colorem, ſcilicet in auro rubedinem, in argento albedinem, conuertitque ea à corporeitate ad ſpiritualitatem, abluitque corpora à ſorditie, id eſt, putredine, & corrodit eorum ſorditiem, id eſt ſulphureitatem. Cum eo quoque calcinantur corpora, non cum alio. Inuenitur autem in omnibus cineribus plantarum, & calcibus lapidum, & oſſium animalium, & omnibus rebus. Ideoque ſapientes illud nominauerunt argentum communicatis. Argentum quidem propter eius albedinem, communitatis autem, quia omnes homines eo indigent, & vtuntur in omnibus rebus: Et in eo rectificatur creatura. Deus quoque excelſus non laudauit creaturam in lege, ſed laus eius eſt in ſale.

Sal inuenitur in omnibus rebus, & merito vocatur argẽtum communitatis.

Qui ergo ſcit ſalem, & eius ſolutionem, atque coagulationem, ſcit ſecretum occultum ſapientum, id eſt, alchimiſtarum. Ipſe quidem corpora dealbat, & mundificat, ac reſoluit; ſpiritus quoque coagulat & retinet, ac prohibet ab eis aduſtionem ignis. *Sunt* autem multi ſales, qui & omnes præparati, apud complementum redeũt ad ſalem ammoniacum, qui eſt ſalium melior ac nobilior, in regimen fixus, non fugiens ignem; & ipſe quidem eſt oleum quod coagulauit ſiccitas ignis, Huius natura calida eſt & ſicca, ſubtilis, penetrans, profundans; & eſt ſpiritus volans, adiuuans elixir, ſine ipſo enim non copularetur elixir, nec exolueretur, nec ingrederetur.

Sal ammoniacus optimus.

Natura & proprietas arſenici.

Arſenicum eſt calidum & humidum: & eſt diuerſi generis, ſcilicet rubeum, & citrinum, & laminoſum. Eſt autem arſenicum ſimile ſulphuri in multis operibus, & in ſublimatione, & in velocitate liquefactionis, & paruitate expectationis ſupra ignem. Citrinum verò diutius expectat quam rubeum, & eſt copioſioris tincturæ, laudabilioriſque ſucceſſionis. De proprietatibus autem eius eſt, quod albificat aliquid quando ſublimatur, & denigrat quando non ſublimatur, & adurit dum permanet viuum. Quod autem voluitur de arſenico, eſt eius dealbificatio, & deletio oleaginitatis eius, ac remotio aduſtionis & combuſtionis eius. *Sulphur* is natura & regimen ipſius eſt ſicut arſenici. Quod autem de eo conſideratur, eſt remotio aduſtionis eius, & deletio oleaginitatis, & albificatio ipſius, ſicut arſenicum æqualiter. Huius generis rubeum melius eſt.

Sulphuris natura & regimen eſt ſicut arſenici

De argento viuo.

CAP. CXIX.

Natura & ortus argenti viui.

AVicenna *vbi ſupra.* Argentum viuum ſubtus terram naſcitur, propter humiditatem magnam in illo loco exiſtentem, & hoc euenit propter ſolem & aerem, qui tangunt eum. Ideoque efficitur currens propter humiditatem & frigiditatem quæ in eo ſunt, nec efficitur niſi in loco frigido. Ideo etiam fugit de igne, quia maior pars eius eſt aqua, quæ eſt igni contraria. Quando verò calere incipit, deſiccatur, & aſcendit ſicut ignis, & ſi multum ignem ei dederint, & ſit in loco clauſo, recedit inde humiditas, & vertit ſe in colorem ignis accidentalem; & dicunt naturales quod eſt aurum viuum.

Proprietas argenti viui

Ex libro de aluminibus & ſalibus. Argentum viuum eſt frigidum & humidum elementum, ex quo creauit Deus omnes mineras; & eſt aereum fugiens ab igne. Cum ergo figitur ei quælibet fictio, efficit operationem ſublimem, & eſt ſpiritus viuus ſolum, nec eſt ei in mundo ſimile, profundans in omni corpore, erigens ipſum & conuertens de diſpoſitione ad diſpoſitionem, de colore ad colorem, quan o aggregatur cum eo, & commiſcetur ei. Ipſum eſt etiam quod mortificat & viuificat, exſiccat & humectat, calefacit & infrigidat, & facit contrariam operationem ſecundum meniuram ſui regiminis. Et ignis quidem perdit omnem rem, & finit ac diſpergit eam tempore breui vel longo, niſi argentum viuum: ſuper ipſum enim non poteſt, neque comedit ipſum, ſed fugit ab eo.

Quatuor modi regiminis argenti viui

Ingeniauerunt autem ei Philoſophi præcedentes modos ingeniorum, mortificationem, ſublimationem, ſolutionem, congelationem. Hæc enim ſunt quatuor ſpecies regiminis ipſius ingeniosè à philoſophis inuentæ, quas oportet præcedere fixionem, donec ſcilicet paulatim fiat expectans ignem; ipſum quoque cum mutatur mutat, & perit eius nigredo ac ſomnus. Albificat in viſione oculi, & rubificat in ſucceſſione, & eſt acetum attrahens, & aqua aggregans, & oleum mollificans, & pater mirabilium omnium: ſeruus quoque fugitiuus, qui & auro ſe prætulit, & ipſum vincit. Dixit ergo ei aurum: An tu præfers te mihi? & ego ſum dominus lapidum expectans ignem: Reſpondit ei: Vtique; ſed ego genui te, & ex me natus es, & vna pars ex me viuificat multas de te, & tu auarus es, non dans aliquid ex te per comparationem ad me.

Argentũ viuum quoda ſenſu auro præfertur.

Qualiter elementum ſit omnium liquabilium.

CAP. CXX.

EX *additis* 4. *libr. Meteororum Ariſtotelis.* Argentum viuum eſt liquefactiuum, & raræ ſubſtantiæ, ac debilis compoſitionis. Eſt enim vt aqua quæ miſcetur cum terra nimia ſubtilitate ſulphurea mixtione forti, vt nec quieſcat in ſuperficie plana; & hoc eſt ex ſiccitate magna quę ineſt illi, & ideo neque adhæret tangenti. Eſtque albedo eius ex claritate aquæ illius, & ex albedine terræ ſubtilis quæ eſt in illo, & ex admixtione aeris cum eo. Proprium autem eius eſt quod coagulatur ex vapore ſulphuris. Videtur autem quod argentum viuum, & quæ illi ſunt ſimilia, ſunt elementum omnium liquabilium; quoniam alia liquabilia cum liquantur, ad ipſum conuertuntur: ſed non liquantur

Argentum viuum eſt elementum omniũ liquabilium.

quantur niſi calefacta, & cum liquata fuerint apparent rubea, vt apparet in plumbo. Quod proculdubio cum liquatur eſt argentum viuum; ſed non liquatur niſi calefiat, & cum liquefactum fuerit, conuertitur ad colorem communem omnibus liquabilibus, ſcilicet igneum, & ideo miſcetur argentum viuum cum iſtis corporibus, quia de ſubſtantia eorum eſt. Sed iſta ab eo differunt in compoſitione ſua, eo modo quo differt argentum viuum à ſuis ſimilibus, & per mixtiones quę miſcentur cum illis, donec congelentur.

Quomodo ex argento viuo cum ſulphure componantur omnia mineralia.

Et quidem ſi fuerit argentum viuum purum, coagulabit illud vis ſulphuris albi non vrentis. Et illud eſt res optima, quam recipere poſſunt alchimiſtæ, vt conuertant illud in argentū. Si autem fuerit ſulphur mundum optimum, rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis, erit res optima, & alchimiſtæ conuertunt illud in aurum. Quod ſi fuerit argentum viuum bonæ ſubſtantiæ, & ſulphur non purum, cui inſit vis adurens, conuertit ipſum in æs. Si verò fuerit argentum viuum malum, non mundum, poroſum, terreum, ſulphur quoque non mundum, fiet ex eo ferrum. Porro ſtannum videtur argentum viuum habere bonum, ſulphur verò malum, & hęc non bene mixta, ſed tanquam perprauè compoſita, & ideo bene fit tale. Plumbi verò groſſi argentum viuum malum eſt, ponderoſum, ac luteum, & ſulphur eius malum, mali vaporis & fœtidi, ac debilis; vnde non bene gelatur. Artifices autem faciunt gelationem ferè ſenſibilem, qnoniam artificialia non ſunt eo modo quo naturalia, nec tam certa; quoniam ars debilior eſt quàm natura, nec eam conſequitur, ſed imitatur.

De vitro.

CAP. CXXI.

Vitrum liquefacit omnia corpora.

Ex libro de aluminibus & ſalibus. Vitrum eſt ex ſectione Mercurij, & vincens ſuper naturam eius eſt frigiditas, & ſic liquefacit ferrum, & omnia corpora; facitque ea currere infuſione: ſi autē fundis vitrum, quemcunque colorem proijcis ſuper ipſum, retinet.

Quomodo fiat vitrum.

Alchimiſta. Vitrum fit ex cineribus quarundam plantarum, qui primo quidem clauellantur, deindeque ponuntur in igne forti, donec fundantur, ſicque cinis ille tranſit in vitrum. Nam humiditas eleagina, quæ remanet in cinere poſt clauellationem, eſt induſtibilis, nec in ipſa combuſtione quando mouet eam ignis ad euaporationem, poteſt aliquatenus euaporari, propter vehementem commixtionem, nec ſeparari propter ſiccitatem & dominium fæcis ipſius. Immo cum eo currit lenitque ipſum ac liquefacit, donec efficitur vitrum. Porrò vitrum eſt inter lapides, ſicut amens inter homines; nam recipit omnes tincturas, cito in igne ſoluitur, & citò ad lapeiditatem ſuam reuertitur; mollificat & mundificat & liquefacit omnia corpora: deinde ſubtrahit ſe ab eis per fuſionem, ſicut ſal per lauationem.

Sal & vitrū multum promouent artē alchimiſticā.

Denique ſal & vitrum duę ſunt res in quibus eſt totū ſecretum artis, nec lapis poſſet fieri ſine eis, præcipuè ſine ſale.

De Atramento, & Alumine.

CAP. CXXII.

Natura & proprietas atramenti.

Atramentum eſt aqua & tinctura, quam terræ ſiccitas coagulauit, & eſt in ſui natura calida & ſicca. Huius multa ſunt genera, quorum melius eſt in Hiſpania; & ipſum quidem denigrat corpora, & augmentat rubeum rubedine, album verò denigrat. Huius regimen, vt dicit Geber, eſt cum aquila, id eſt, cum ſale ammoniaco, quoniam attramentum eſt longinquæ ſubuerſionis, ſed ipſum ſubmergit ipſum. Et in attramentis inquit, ſunt ſulphura ſubtilia, quæ ſubleuantur & colorantur, & forſitan tingunt: & ex proprietatibus quidem eius eſt, quod retinet omne fugitiuum à fuga.

Quid alumē & quanam eius proprietas.

Alumen eſt oleum quod coagulauit ſiccitas terræ, & eſt in natura ſua calidum & humidum, retinet omne volatile, mundificat & decorat corpora, & augmentat tincturam eorum. *Alchimiſta.* Alumen large ſumpto vocabulo, dicitur omne quod ligat tincturam in corpore aliquo, vt in pannis & corijs. Et ſicut ſunt diuerſæ tincturæ, ſic & alumina diuerſa: nam tinctura quęlibet alumine ſuo indiget, ſine quo imprimi non poſſet, vel cum corpore ligari. Vnde non (vt quidam putant) alumen dat lumen, ſed facit adhærere lumen, id eſt colorem, ſicut apparet in corio, quod ſi præparetur cum galla, non imprimitur ei tinctura. Itaque galla eſt alumen tincturæ nigræ, ſicut cinis clauellatus eſt alumen rubeæ tincturæ, licet aliquando non rubificet niſi album.

De Naturali generatione lapidum mineralium.

CAP. CXXIII.

Lapis naturalis naſcitur in ventre terræ per ſemetipſum, herbalis verò creſcit.

A *Vicen. vbi ſupra.* Lapis quidē naturalis, eſt res quę efficitur in ventre terræ ſine opere per ſemetipſam. Itaque naſcitur, & non creſcit neque minuitur, vt aurum viuum, auripigmentum, ſal ammoniacum, ſulphur, ſunt lapides naturales, & ſpiritus. Lapis autem herbalis naſcitur & creſcit. Porro acetum & vrina & ſperma medicinæ ſunt lapidis noſtri naturalis, cuius aqua indurat mercurium, id eſt vitrum, & tingit omnes res, ſicut ſpiritalis, id eſt ſanguis. Eſt autem inter ſpiritalem & naturalem differentia, quia naturalis ſtatim operatur, ſpiritalis vero non niſi termino ſtatuto.

Corpus mixtum non poteſt totum in vnum elementum cōuerti,

Ex additis quarti libri Meteororum. Fiunt quidem lapides ex luto viſcoſo per calorem ſolis, vel ex aqua coagulata virtute terræ ſicca, vel ex cauſa calida deſiccatiua. Similiter & quædam vegetabilia, & quędam animalia, vertuntur in lapides, virtute quadam minerali lapidificatiua: & hoc fit in loco lapidoſo, dum diſcontinuantur ſubito, virtute quadam quę exit à terra in hora terręmotus, quæ conuertit in lapides quod in illa hora conſequitur, & hęc tranſmutatio corporum, animalium, & vegetabilium ęque propinqua eſt, ſicut tranſmutatio aquarum. *Eſt* autem impoſſibile vt aliquod complexionatum conuertatur totum in vnum elementum, ſed elementa mutantur ad inuicem, dum tranſeunt in dominans: vnde quod cadit in ſalinas, fit ſal; quod in ignem, fit ignis. Sed quædam citius & quædam tardius, ſecundum potentiam actiuarum, & reſiſtentiam paſſiuarum. Eſtque locus in Arabia qui colorat omnia corpora in eo exiſtentia, colore ſuo.

Lapides ex multis rebus fiunt, & aliquando etiā in nubibus generantur vti & ferrū.

Panis quoque prope Taraceni, alias Coraceni, in lapidem conuerſus eſt; remanſerat tamen ei color ſuus. Sunt autem talia mira quia raro accidunt, ſed eorum cauſæ manifeſtę ſunt. Sæpe namque fiunt lapides ex igne dum extinguitur, & ſæpe corpora ferrea & lapidea cadere contingit in corruſcationibus, quoniam ignis ex terminatione ſua (aliàs extinctione) frigidus & ſiccus efficitur. In Parthica (aliàs Parthia) quoque cadunt corpora ærea, vt æs vſtum, & ſimilia ſagittis hamatis, nec poſſunt liquefieri, ſed per ignem euaporant in fumum attinentem viriditati, donec reſiduum fit cinis.

Exempla.

Cecidit etiam apud Giurgem (alias Nerigens) fruſtrum ferri, præ duritia fere infrangibile, cuius pars miſſa eſt regi Coraceni, qui cum præcepiſſet vt enſes inde fierent, erat infabricabile. Dicunt tamen Arabes, quòd enſes Leancenni (alias Leanteuni) qui optimi ſunt, de tali ferro ſunt. Cum autem cecidit illa maſſa, reſiliuit aliquoties à terra ſicut pila, eratque ex minimis fruſtulis compoſita cohęrentibus ad inuicem ad granorum milij quantitatem. Simile etiam apud Tepraſtem euenit. Sic itaque fiunt & lapides; & eorum generatio vel erit ſubitò propter magnum calorem accidentem, vel paulatim & per longum tempus.

Ex li. de aluminibus & ſalibus. Corpora quoque mine-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ralia generantur ex vaporibus inſpiſſatis & coagulatis, ſecundum menſuram ſeruitutis naturæ in ſpacio longo, vt ſuperius dictum eſt.

De Lapide elixir, per quem ars imitatur naturam.

CAP. CXXIV.

Alchimiſta. In corporibus itaque mineralibus (vt ſupra dictum eſt) ad inſtar operationis naturæ, conati ſunt alchimiſtæ facere breui tempore, quod natura facit in annis mille: vnde & docuerunt facere rem quandam, quæ corpora ſuper quę proijcitur tranſmutat. Hæc vocatur ab eis elixir, & dicitur lapis, quia teritur, non lapis quia funditur: & currit ab euaporatione ſicut aurum, nec eſt alia res cui proprietas illa conueniat.

Quid elixir & vnde fiat

Auicenna vbi ſupra. Elixir igitur eſt res, quæ proijcitur ſu per maius corpus, & mutat rem à natura ſua in aliam. Fit autem quando miſcetur corpus minus, & ſpiritus, & elementa, & fermentum, fitque de omnibus vna confectio. Et eſt *elixir* verbum Græcum, quod ſonat magnum theſaurum, vel meliorem de theſauris. Omne quidem quod miſcetur cum aliqua re, miſcet ſe aut per talem mixtionem quę nunquam poſſet diuidi, ſicut Tuchia cum cupro, aut per talem quæ poteſt diuidi; ſicut mercurius cum aliquibus de corporibus; aut per mixtionem de coniunctione, ita quod permanet vnumquodque ſingulariter. Et elixir quidem qui ſe cum corpore miſcet, eſt ſicut Tuchia cum cupro, ſed non augmentatur vel creſcit in ſuo pondere; ſicut creſcit cuprum de illa Tuchia. Cuius ratio eſt, quia Tuchia res terrenalis eſt: Elixir autem eſt res ſpiritalis, & reuertitur natura ſui generis ad aliud genus.

De duplici natura Elixir.

CAP. CXXV.

Elixir fit duobus modis.

Alchimiſta. Fit autem Elixir duobus modis. *Vno modo* ex ſpiritibus mineralibus, & corporibus mundis præparatis. *Alio modo* ex quibuſdam rebus prouenientibas ex animatis, ſc. ex capillo, vel ouo, vel ſanguine. *Primo modo* ſic; mortificantur quidem ſpiritus & ſublimantur, donec mũda fiant; poſt hoc vnum de corporibus à natura generatis comburitur donec poſſit teri; deinde calcinatur donec in modum calcis mundum efficiatur, tandem vero ſpiritus & corpora ſic prępparata teruntur, & imbibuntur cum aquis acutis diſtillatis, poſtea tamdiu inhumantur, donec in aquam claram conuertantur, deinde congelantur: Ad extremum vero tamdiu ponuntur in igne, donec fixa efficiantur. Illud itaque fixum, ſi ſupra corpus proiicitur, tranſmutat ipſum ſecundum proprietatem quam habet. Eodem modo fit de rebus animatis.

Tres petræ philoſophicæ.

Auicenna vbi ſupra. Abimazer Alphabri (alias Alpharabi) in libris de principio mundi, poſt naturam dicit petram quam abſconderunt philoſophi, dicentes alii quòd petra hæc eſt herbalis, alii quòd naturalis, alii quòd vitalis, ſiue animalis. Mihi autem videtur, & probaui, quòd petra herbalis ſunt capilli: Petra naturalis oua: Petra vero animalis ſanguis humidus. hæ ſunt petræ de philoſophis extractę: vnde Haramuth accepit filium ſuum in collo ſuo, & iurauit per Deum cœli & terræ, lapis eſt de me, & de ipſo: de me dicitur propter ſperma, de ipſo vero propter capillos & ſanguinem. Dicit quoque Geber, quòd petra quæ non eſt petra, inuenitur in fimis.

Lapis elixir conſtat capillis, ouis, & ſanguine, & diuiditur in 4. elementa.

Lapis itaque noſter non eſt aliud niſi capilli, oua, ſanguis; capilli quidem hominis, & non niſi pueri aut virginis: Sanguis etiam hominis, & hoc inuenis: Oua vero de gallinis, non niſi gallo exiſtente cum eis. Diuiditur autem lapis noſter in quatuor elementa, & parum de illo accipitur ac proiicitur vt faciat argentum vel aurum; quod fieri non poteſt ſine prępparatione & ſubtiliatione corporis, quia partes eius minimę non poſſent ingredi, niſi in minimis ac ſubtilitatis partibus corporibus. Ideoque materia præparatur ac ſubtiliatur, & in quatuor elementa diuiditur; pluſque de vno quàm de alio mittitur iuſtè prout debet, & in ipſa hora cum corpore ſe incorporat, quod ante propter groſſitatem multum non poterat.

De Complemento elixir albi & citrini ſiue rubei.

CAP. CXXXVI.

Elixir album indiget tribus rebus, citrinum quatuor.

Auicenna in epiſt. ad Haſen. Elixir itaque tinctura ſua tingit, & oleo ſuo ſubmergitur, & calce ſua figitur; & album quidem tribus, in quibus non eſt ignis. Citrinum vero completur quatuor totis. *Gloſſa.* verum eſt quòd ellixir album non indiget niſi tribus rebus ſcilicet oleo, tinctura, & calce: Sed rubeum quatuor ſcilicet, oleo, calce, tinctura; & iterum alia tinctura quæ dicitur ignis, & ideo ſubdit Auicenna: *In quibus non eſt ignis* vnde in elixir facto de mineralibus, eſt pro tinctura nitrum, pro oleo arſenicum, pro calce argentum calcinatum, & hoc in albo: ſed in rubeo, pro calce aurum vel æs calcinatum, pro tinctura nitrum, pro oleo ſulphur, id eſt rubedo ſulphuris quæ rubificet ſpiritus & calces, vel ſi ab igne lapidis maioris rubrificarentur, tantundem valeret. Ideo citrinum dicitur compleri quatuor totis. Idem accidit in lapide facto de re animata, quæ conſtat ex oleo, aqua, igne, & terra.

Elixir factũ de re animata, ſi rubeum ſit, cõpletur tribus rebus ſi albũ, quatuor.

Credo tamen quod aliter ſit in elixir facto de re animata: & quod dicit princeps rubeum quatuor, & album tribus conſtare, locum habeat in elixir facto de mineralibus. In elixir vero facto de re animata, credo quod rubeum tribus completur, & album quatuor, ſcilicet aqua, oleo, igne & terra. Neceſſarium quoque eſt aurum factum ſpiritus fixus, vel nitrum factum corpus fixum: quia quamuis illa res diuidatur in quatuor elementa, totum tamen eſt oleum, totum tinctura, totum ſubſtantia fixa, vnde indiget aliqua re mobilis mineræ, quæ totum hoc deferat per vniuerſum corpus ſuper quod proiicitur, vel cum quo per aliud ingenium miſcetur. Idem in albo, quod conſtat ex tribus; oportet enim addi ſubſtantiam mineræ, vel nitrum factum corpus fixum, vel argentum factum ſpiritum fixum: magnę autem eſt induſtriæ facere de corpore ſpiritum fixum, vel de ſpiritu corpus fixum.

Septem res neceſſariæ in elixir.

Item dicit Auicenna quod ſeptem res neceſſariæ ſunt in elixir, id eſt in lapide maiori, ſcilicet nitrum rubeum (ſi eſt ad rubeum) fermentum auri, calx argenti, terra, aqua, ignis, & aer. Quorum nitrum tinctura eſt, id eſt, ponitur in lapide vt tingat, calx & fermentum ponitur pro ſubſtantia fixa. Fermentum quidem quia tam elixir ſuam, quàm corpus ſupra quod proiicitur, tranſmutat in ſeipſum; ſicut modicum fermenti totam paſtę maſſam augmentat, & in ſeipſum tranſmutat, & tamen eſt ſubſtantia fixa. Calx vero, quia totam elixit cõuerti facit & conſolidari cum argento, ſupra quod proijcitur elixir, & hoc propter ſimilitudinem quam habet ipſa calx argenti cum illo argento, porro aqua & terra, & ignis & aer ponitur pro oleo, ſed hæc quatuor elementa per diſtillationem extrahuntur de ouo, vel capillo, vel ſanguine; de quolibet enim iſtorum fieri poteſt hæc medicina quæ pro oleo ponitur in lapide. vnde dicit Morienus, quod illa res, quaſi lapis eſt in homine, & homo eſt eius minera.

De Calcinatione corporum mineralium.

CAP. CXXVII.

Quid calcinatio & cur auro & argento non conueniat.

EX libro Razi, *de aluminibus & ſalibus*. Prædictorum autem corporum regimen quadruplex eſt, ſcilicet calcinatio cum ſale, ceratio, ſolutio, deinde coagulatio. *Calcinatio* eſt combuſtio cum igne vehementi & ſale, vt deleantur ab eis ſulphura corrumpentia, & remaneant munda ſicut calx. Aurum quidem & & argẽtum non eſt neceſſe calcinare, niſi propter quietem partium eorum, & præparatione, ſcilicet vt exiccata eorum humiditate, ſint humiditatis alienæ ſuſceptibiliora, & ad fundendũ velociora. Plumbum autem & æs & ferrum neceſſe eſt calcinare, propter cauſam præcedentem, ſcilicet vt deleantur eorum ſulphura corrumpentia, & deleatur eorum vnctuoſitas comburens.

Alchimiſta. Ex his patet quòd diffinitio prædicta calcinationis non cadit ſuper corpora munda, quæ ſunt aurum & argentum, cætera namque calcinantur, vt pereat ab eis ſubphureitas aduſtibilis, quæ corpora denigrat. Hæc autem vt præparentur ad ſuſcipiendum humiditatem alienam, vt ponantur in elixir, & bene commiſceantur cum aliis rebus, duo requirunt, quorum vnum erit calx, ſcilicet argentum; alterum vero fermentum, ſcilicet aurum, vt infra dicetur. Niſi autem fieret puluis, ſiccus non ſuſciperet humidum, quia ſiccum ſitit humidum, & ab eo penetratur.

Ignis ad calcinandum & non fundendũ qualis

Ignis autem vehemens hic proprie dicitur, qui ad modum vehiculi, id eſt quadrigæ, curſum ſuum æqualiter continuat, quod facere non poteſt ignis flammæ, ſed talis eſt ignis furni calefacti & clauſi, poſt carbonum extractionem: Eſt enim ibi calor continuus ſine combuſtione. Talis etiam eſt ignis furni, in quibus poſiti ſunt carbones qui fumum non faciunt. Ignis quoque carbonum accenſorum combuſtorum, vel lignorum combuſtorum accenſorum, vel cineris calidiſſimi. Talis eſt igitur ignis, qui corpora calcinat, & non fundit. Cuius proprietas eſt, quòd comburit partem minus potentem, ſcilicet ſulphureitatem, partem vero potentem dimittit, donec ipſum corpus erigit, & mundat à nigredine.

Sal defendit metallum ne fundatur aut comburatur, & poſtea facilè diſgregatur per lotionem in aqua calida.

Sal quoque quod miſcetur cum limatura corporis in igne, defendit ipſum ne fundatur vel comburatur, & ſi eſt corpus immundum, reddit illud mundum à ſulphureitate & nigredine: quia deſiccat & corrodit ac deglutit ſulphureitatem, propter eius munditiam & ſiccitatem. Si vero mundum, reddit illud mundius, & augmentat rubedinem in rubeo, albedinem in albo, quia ſẽper corrodit, & mũdat ipſum à particula illa ſulphureæ nigredinis quę remanſit quando generatum eſt à natura. Cum autem inter ea diſgregandum eſt, lauatur ipſum corpus aqua, tunc enim ſal in aqua diſſoluitur, & corpus reſidet. Nam omne ſal & omne alumen diſſoluitur, & ſeparatur à corporibus & ſpiritibus per lotionem in aqua calida, quæ tamdiu fieri debet, donec ſalſedo de aqua recedit, ſicque completur opus.

De Quadruplici corporum præparatione, & ſpirituum.

CAP. CXXVIII.

Quid calcinare.

AVicenna. Dicit autem princeps Abohali, ſcilicet Auicenna, quòd oportet corpora primo aduri, donec in puluerem poſſint redigi, deinde cum ſale prę-parato calcinari, & poſtea lauari. Et ea calcinare nihil aliud eſt quàm extrahere humiditatem corrumpentem, & intromittere humiditatem igneam rectificantem, per quam eſt vita eorum & eſſentia; poſtmodum ſtãt in igne examinationis. Calcinatur autem par modo aurum & argentum, ſcilicet cum ſale præparato poſito ad duplum ſui, & cum furnelli flamine &c.

Razi vbi ſupra. Ceratio eſt ſublimatio partium ipſius cerati, vt minoretur, & ſubtilietur ac profundetur humiditas ingreſſa in corpore, quod non fit niſi cum attritione, & imbibitione, donec ſubtilietur; ſicut cera quæ liqueſcit ſupra ignem, cum minore caliditate. Poſt cerationem autem artificioſe fit ſolutio, deinde coagulatio.

Quid ceratio

Alchimiſta: Itaque præparatio corporum mineralium quadruplex eſt, ſcilicet calcinatio, ceratio, ſolutio, congelatio. Princeps quidem dicit in epiſtola ad Arſen, quòd oportet ea primum aduri, deinde calcinari. Sed aduri dicuntur impropriè quoniam aduruntur ſine poſſibili denigratione & combuſtione. *Corpora* munda, id eſt aurum & argentum ideo calcinantur, vt perueniat humiditas ad profundũ ipſorum, & vt ſit poſſibile ea cerare, & ſoluere in aquam. Immunda vero vt pereat ab eis vnctuoſitas adurens, & nigredo, quæ in eis ex ſulphureitate conſiſtit. *Cerantur* autem dum in marmore porphiritico teruntur, donec fiant puluis ſubtilis, vt apta ſint ad ſoluendum; poſtea ſoluuntur in aquam claram, vt poſſint commiſceri cum aqua ſpirituum, & ex pluribus rebus fiat vna, quaſi res iterum nata. Et hoc eſt fortaſſe quod dicitur in fine Meteo. *Niſi forte in primam reducatur naturam. Tandem* vero congelantur, quando quod ſolutum in aquam conuertitur in lapideam ſubſtantiam, vt ex eo alchimiſta conſequi poſſit intentionem ſuam.

Praparatio corpoꝝ mineraliũ quadruplex, ſcil. calcinatio, ceratio, ſolutio, & congelatio, etiam qua de cauſa

Spiritus quoque quatuor modis præparatur, quæ ſunt mortificatio, ſublimatio, ſolutio, congelatio. Mortificantur quidem multipliciter, & ob multas cauſas. Nam argentũ viuum mortificatur, vt aptum ſit ad ſublimandũ, quia niſi curſus ipſius auferatur, non poteſt ſublimari. Sulphur etiam & auripigmentum, vt in eis pereat virtus adurens corpora; hanc enim aufert ab eis mortificatio. Sal autem ammoniacum non indiget hac prę̃paratione. Poſtea ſublimantur ſpiritus vt purificentur, & non denigrent corpora. Fit autem ſublimatio, quando ſpiritus ex ignis calefactione reſoluuntur in vaporem & fumum; deinde retinetur ille vapor in cacumine vaſis, & inſpiſſatur ibidẽ, ita quòd poteſt recolligi. Soluuntur tandem & congelantur ſpiritus, ſicut iam dictum eſt de corporibus.

Spiritus quatuor modis præparatur. & quare.

Qualiter corpora dura liquefacta recipiunt tincturam.

CAP. CXXXIX.

EX epiſtola Auicennę ad Hazen. Permixtio quidem tincturarum cum corporibus duris lapideis fieri non poteſt antequam leniantur, id eſt mitigantur & currant, nec eorum lenificatio & curſus, antequam liquefiant, cum autem liquefacta fuerint, nõ omnis tinctura rubea vel alba effectum optatum conſequetur, id eſt metalli tranſmutationem. Tinctura namque nõ proficit, ſiue quia aduritur, ſiue quia non figitur, ſed euolat & fugit; ſiue quia non ingreditur, nec permiſcetur, ſiue quia nec remanet fixæ diſpoſitionis, ſed purificatur & euolat, vel quolibet modo ſeparatur, ſiue quia non defendit argentum, ne aduratur ab his quæ non adurunt aurum & adurunt argentum, ſicut ſulphur & reliqua, quibus aurum purificatur ab argento, nec defendit æs ne aduratur ab his quę non adurunt argentum ſed æs; ſicut plumbum &c.

Qualis tinctura inquirenda.

Inquirenda eſt igitur tinctura quæ corporibus liquefactis permiſceatur, & non aduratur cum rebus acutis adurentibus, ſed obuiet & non purgetur, nec permittat adurenti partes corporum ſeparare, habeatque ſubſtantiam conſolidatiuam, & coagulatiuam, & fixam ſuper ignem. Ingenium quoque permiſcendi iſta ad inuicem, ita vt fiant vinendo ſubſtantia vna, in quam ignis non imprimat, id eſt non eam euaporare faciat; tingatque cũ eo, quod eſt in ea de tinctura; & permiſceatur cum eo, quod eſt ibi de ſubſtantia permiſcibili, conſolidetur quoque cum eo, quod eſt ibi de ſubſtan-

tia

tia conſolidatiua & figatur ſemper cum eo, quod eſt in ipſa de ſubſtantia fixa.

Alchimiſta In ſpiritu quidem multum eſt de tinctura, etiam antequam figatur, nec per eius fixionem augmentatur, quod econuerſo eſt in corpore: Nam aurum non figit niſi primo augmentetur tinctura, ſed in qua quantitate augmentatur, in ea tingit. Similiter & reliqua corpora quæ munda ſunt, quia de quolibet elixir fieri poteſt, ſed qualiter in eis augmentetur tinctura, ſecretum eſt.

Quod Olei liquabilitas ſit cauſa permixtionis.

CAP. CXXX.

Quænã ſubſtantia permixtibilis.

SVbſtantia autem permixtibilis eſt omne quod habet oleum in ſe, vt eſt aurum & argentum &c. & etiam ſpiritus ſublimatus & impinguatus. Et illæ ſolæ res permiſcentur, quæ ſunt eiuſdẽ naturæ & ponderis. Nam corpus metalli & vitri non permiſcentur, quia diuerſa ſunt: ſimiliter nec lapis & metallum, quorum vnum ſiccum eſt, aliud humidum. Fit ergo permixtio inter corpora quæ adiuuicem proportionantur in humiditate ac ponderoſitate. Hoc ſemper verum eſt, niſi quando humidum cum ſicco, & calidum cum frigido miſcetur in compoſitione elixir. Sed in compoſitione inter elixir & corpus ſupra quod proijcitur, debet eſſe ſimilitudo, quia aliter non comungerentur. Nulla quoque exilir, ſiue de corpore, ſiue de ſpiritu fiat, conſideratur cum corpore ſuper quod proijcitur, niſi ſit ei admixtum illud quod conſolidat corpora adinuicem, hoc eſt oleum inaduſtibile, ſiue ſit de planta, ſiue de animali. Fixa vero dicitur ſubſtantia, quæ ab igne in ipſum agentem non corrumpitur, nec euaporatur. hæc omnia ſi habuerit tinctura bona erit, ac perennis, & à corpore inſeparabilis.

Permixtionẽ fit regulariter. niſi inter corpora quæ proportionãtur in humiditate & põderoſitate.

Auic. vbi ſupra. Cum autem inquiremus aliquid quod ſi proiiceretur ſuper liquefactum adhæreret ei, & commiſceretur ac ſubmergeretur in eo, nec ipſum corrumperet; nõ inuenimus niſi de mineralibus ſulphur, & de commixtis arſenicũ; ipſum tamen fugiunt ſine mora, quòd breuiſſimo tempore incipiunt procedere ad conuerſionem cum eo. Inuenimus autem ingenium per quod illa reuiſcentur, ita vt eis remaneat adhęrentia, & deſtruatur aduſtio. Cauſa ſiquidem adhærentiæ liquefactio eſt, deinde ſimilitudo minereitatis & vicinitatis quam habet cum eo. Eſt itaque ſubiectum liquefactionis humiditas currens, permixta partibus ſiccis terreis, in quibus moratur cum reſoluit eas ignis, nec moueri poteſt propter vehementiam commixtionis. Cauſa autem euaporationis eſt humiditas, in eo non vehementer commixta: Ex hoc enim eleuatur & egreditur. Cauſa vero aduſtionis eſt communitas cum igne. itaque auferatur aduſtio de oleo antequam miſceatur cum corpore, & vt ſit adhærentia, vehemens commixtio fiat humidi cum ſicco, alioquin humidum euaporabit, & ſiccum remanebit non currens: ſed ſi bene inuiſceratur oleum, facit currere ſiccum, & ab eo non euaporat vt dictum eſt.

Vt fiat adhærentia in mixtione quid faciendum.

Qualis fiat per elixir metallorum tranſmutatio, ſecundum quoſdam.

CAP. CXXXI.

Auctor Elixit itaque ſupra corpus minerale liquefactum proiicitur, ſuaque tinctura tingit, & oleo ſuo ſubmergitur, & calce ſua figitur, ſicque tranſmutat ipſum, ſecundum proprietatem quam habet, ſicut iam ſuperius dictum eſt.

Quidam putant aurum alchimiſticũ non eſſe verum, ſed apparens, ratione accidentis.

Ex additis quarti libri meteororum Ariſto. Sciant autem artifices Alchimiæ, ſpecies naturæ permutari non poſſe, ſed his ſimilia poſſunt facere, vt album tingere citrino colore, vt videatur eſſe aurũ; plumbi quoque immundicias abſtergere, vt videatur eſſe argentum: Verumtamen ſemper erit plumbum; Sed obtinebunt in eo huiuſmodi qualitates, vt errent in eo homines. Cęterum quod ſpecifica differentia aliquo tollatur ingenio, non credo eſſe poſſibile; ſed ibi fit expoliatio accidentium, vt coloris, ſaporis, ponderis. Artificialia quoque non ſunt eo modo quo naturalia, nec tam certa, licet propinqua ſint, & ſimilia: quoniam ars debilior eſt natura, nec conſequitur eam, licet multum laboret. Cæterum proportio compoſitionis iſtarum ſubſtantiarum non erit omnibus eadem. Hæc igitur in aliam permutari non poterit, niſi fortè in primam reducatur materiam, & ſic in aliquod quod prius non erat permutetur: hoc autem per liquefactionem non fit.

Alij dicunt eſſe verum, ſed non talia ac naturalia; eo quod non defendit ſe ab omni eo à quo aurum naturale ſe defendit: & deinde in fuſione fruet & bullit, naturale non.

Alchimiſta. Videtur tamen per ſolutionem in aquam primò, deinde per diſtillationem, tandem per congelationem in primam redigantur materiam, fieri tamen non poteſt, vt artificioſè tranſmutata talia ſint, qualia ſunt naturalia, & ab igne examinationis defendant ſe, ſicut illa. Si enim ita eſſet, neceſſariò oportet quod elixir rubea, quæ proijcitur ſuper argentum vt de eo fiat aurum, talis eſſet, quod ipſum argentum tranſmutatum defenderet ab omni eo quod adurit argentum & non aurum, ſicut cæmenta & ſulphur, quæ in examinatione auri ponuntur. Similiter quod elixir quæ proijcitur ſuper ęs, vt albificetur & tranſmutetur in argentum, defenderet ipſum ab omni eo quod adurit æs & non argentum, ſicut eſt plumbum; quorum vtrumque eſt impoſſibile. *Scendum* itaque, quod ſi aurum in fuſione fert & bullit, de magiſterio eſt, ſi non, nequaquam. Et ſi poſt fuſionem citrinum eſt, bonum eſt; ſi nigrum, prauum. Argentum verò ſi in fuſione minuitur & facit ſcoriam, naturale eſt, ſin autem artificiale.

De operationibus Alchimiæ in cæteris corporibus

CAP. CXXXII.

Alchimia in quibuſdam corporibus habet nonnihil vanitatis & falſitatis: in aliis vero plurimum vtilitatis vt patet in diſtillationibus &c.

IGITVR quoad nobilium corporum tranſmutationem, videtur hæc ars aliquid habere vanitatis & mendacij. Sed in ea tamẽ eſt ſubtilitas ſublimis, & vtilitas non parua, quantum ad tranſmutationes & diſgregationes rerum, quæ iugiter in mundo fiunt, ad varios vſus hominum, partim à natura, partim induſtria humana, vt eſt opus minij, vermilionis, vitri, & auricalci. Vnde & dicta eſt occulta Philoſophia, quia rationum vel cauſarum inueſtigatio quibus hæc fiunt, difficilis eſt & occulta. *Tale* eſt etiam diſgregare res quatuor de qualibet planta per diſtillationem, ita vt in vnaquaque remaneat dominium vnius elementi, & hinc extrahere primò aquam, deinde oleum, tertiò ignem, qui eſt liquor rubeus; quarto loco remanet terra tanquam fex. Et per hoc poteſt ſciri quod elementum magis dominatur in illa planta, de qua hic agitur. De ſicca tamen planta non extrahitur aqua, quia ex ea iam euaporauit humiditas aquæ, quæ citius euaporat quam humiditas oleaginæ. Illa enim eſt quæ diutius remanens, defendit plantas à putrefactione *Idem* etiam fieri poteſt de quibuſdam rebus quæ procedunt ex animalibus, vt de oſſe, capillo, ouo, & huiuſmodi. Vnde docet Auicenna in cap. de complexionibus membrorum, diſtillare oſſa, & capillos, ad ſciendum in quo eorum plus ſit humiditatis.

Alchimia extrahit ſale de cineribus plantarum, de oſſibus animalium, atque etiam de calcibus lapidũ, quãuis in iſto non ſit oleum, vt in reliquis.

Sic etiam eſt extrahere ſalem de omnibus cineribus plantarum, & oſſium animalium, & de calcibus lapidum. In hoc autem differunt hi ſales inter ſe, quod in ſale calcium non eſt oleum, quia caret vtraque humiditate, nec vegetatur, nec nutritur, ſicut planta & animal. Animal enim ſecundum frigidum & humidum nutritur, & ſecundum calidum & humidum viuit. Sicque vita & nutrimentum prouenit ex humido in planta & animali, vt dicit Ioannes Damaſcenus. In ſale ve-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ro de cineribus plantarum & oſſium, eſt oleum, quod ignis non potuit diſgregare. Eſt enim inaduſtibile; ſed oleum quod extrahitur per diſtillationem eſt aduſtibile. Nam omne quod per diſtillationem egreditur fugit ignem, & habet naturam ſpirituum vt ſupra dictum eſt. In qualibet etiam re minerali, ſiue de terra, ſiue de planta, ſiue de animali, eſt oleum, ſine quo non poſſet fundi, & currere.

De opere Vermilionis, & Cinabrij, & aurichalci.

CAP. CXXXIII.

Vermilio fit de ceruſa per alchimiam.

Ignis facit in quaque re apparere quod intrinſecus latet.

Cinabrium vnde dicatur

SVnt & aliæ multę artificum operationes, propter rerum tranſmutationes, ad alchimiam pertinentes: verbi gratia, Opus vermilionis per ſolum ignem fit, de ſola ceruſa, quæ cum ſit albiſſima, ponitur in igne vehementi, & fit rubea, eo quod eius occultum eſt rubeum, licet manifeſtum ſit album. Nam in libro 70. dicitur, quod omnis res habet contrarium in occulto eius, quod apparet in manifeſto; & conuerſo. Ignis itaque quod manifeſtum eſt ponit in occulto, & quod occultum in manifeſto. *Cinabrij* verò tranſmutatio, accidit ex proprietate compoſitionis: fit enim ex argento & ſulphure albo, vel citrino, quæ rubedinem quidem, quæ in eis non eſt, in coniunctione acquirunt, ex violentia ſulphuris illata argento viuo, mediante igne & ingenio artificis. Nam ſicut ex compoſitione diuerſarum rerum prouenit in compoſito virtus quæ in ſimplicibus non eſt, vt tyriaca; ſic & color, vt in cinabrio.

Æs autem tranſmutatur in aurichalcum, quod fit mediante tuchia, quia fumus eius albificat. & habet naturam ſpiritus, ſtatim cum fumus eius proijcitur ſupers æs fuſum, vel miſcetur cum laminis æris. In ipſa æris fuſione tuchia calefit, & fugam quærit tanquam ſpiritus: vnde oportet quod eius fuga ſit per ipſum corpus fuſum, ſicque citrinat ipſum, quia fumus eius eſt temperatè albus, & album huiuſmodi mixtum cum rubeo reprimit rubedinem, fitque citrinatio, & ita fit aurichulcum. *Itaque* arſenicum & tuchia proprietatem habent imprimendi ſe in ære, ſed non eſt par vtriuſque effectus. Nam arſenici (quod citrinum) fumus eſt albiſſimus, & albificat pluſquam in eo ſit de tinctura excedens omnem albedinem in albificando. Ideoque totam æris rubedinem ad ſe trahit, & ipſum in album conuertit, vt dicit Conſtantinus in libro graduum, vbi agit de arſenico; id eſt auripigmento. Fumus autem tuchiæ non tantum habet de albedine, ſed multo minus, & ideo non aufert æris rubedinem, ſed reprimit, vt dictum eſt.

Modus quo fit aurichalcum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS
VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,
Tomus Secundus.

LIBER DVODECIMVS.

De Arte Medicinę.

CAP I.

Quid medicina, & quam ad illa ſpectare cenſentur.



SIDORVS. 4 *lib. etymologiarum.* Igitur medicina eſt, quę corporis vel tuetur, vel reſtaurat ſalutem, cuius materia verſatur in morbis & vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tãtum quę ars eorum exhibet, qui propriè medici nominãtur, ſed etiam cibus & potus, regimen & tegumen. Defenſio denique omnis B atque munitio, qua noſtrum corpus aduerſus externos ictus caſu ſque ſeruatur. Huic à modo nomen impoſitum æſtimatur, id eſt à temperamento, vt non multum ſed paulatim adhibeatur. Omnis enim immoderatio non ſalutem, ſed periculum affert; mediocritate vero natura gaudet. Huius artis inuentor apud Græcos (vt fertur) Appollo fuit, quam filius eius Eſculapius laude vel ope ampliauit.

Medicina cõtinet ſex occaſiones, & operationes quæ fiunt intus & foris.

Richardus in lib. exceptionum. Medicina continet occaſiones & operationes. *Occaſiones* ſunt ſex, ſcilicet aer circundans nos, cibus & potus, ſomnus & vigilia, motus & quies, inanitio & repletio, & accidentia animæ. *Operationes* ſunt intus & foris. Intus, vt ea quæ intro per C nares, per os, per anum mittuntur, ad excitandas ſternutationes, vomitationes, purgationes. Foris vt emplaſtra, inciſio, vſtio.

Practica medicina diuiditur in duo, ſc. in coſtodiã & curatiõe, hæ & rurſiũ diuerſimode.

Conſtant. in Panteig. 1. parte. Practica medicinæ diuiditur in duo, ſcilicet in cuſtodiam ſanitatis, & curationem ægritudinis. *Cuſtodia* ſanitatis in tria, ſcilicet in cuſtodiam ſanitatis corporum in ſanitate inſtabilium, & in cuſtodia ad ſanitatem iam tranſeuntium, & in cuſtoſtiam fragilium, vt infantium, ſenum, & ægritudinem exeuntium. *Curatio* ægritudinis dupliciter fit, aut cum potione & dieta, aut cum chirurgia. Chirurgia iterum dupliciter, ſcilicet aut in carne incidenda, findenda, ſuenda, vel cauterizanda; aut in oſſium fractura, & hoc ad locum proprium ſi exierint reducendo.

A

De Inſtitutione Medici.

CAP. II.

Qualis debeat eſſe medicus.

QVi medicinæ vult habitum obtinere, circa ſanitatem infirmi recuperandam laboret, nec propter pecuniæ ſpem hoc faciat, nec perſonas accipiat, potionem nociuã nec ipſe doceat, nec docẽtibus acquieſcat; neque qualiter abortiuus fiat; infirmitatis ſibi creditæ ſolus conſcius ſit: Aliquando. n. infirmus medico patefacit, quod etiam parentibus confiteri erubeſcit. Luxuriam autem & delectationes ſeculi fugiat, ebrietatem caueat (Hæc enim mentem diſturbant, & corporis vitia confortant) nec quoſlibet viſitare dedignetur infirmos, vt ſemper in experimentis ſit valentior: Aſſiduitatem amet ſtudii, ſitque pius & humilis, manſuetus, amabilis, diuinitus expetens adiuuari.

Innoc. 5. in concil. generali: Et habetur extra. v. de pæn. & remiſ. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino, languido quem ſanauerat: *Vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat* &c. Præcipimus medicis corporum, vt cum *Medicus debet prius inducere infirmum vt ſalutis animæ prouideat quam medicinam miniſtrare, & quidem ſub pœna interdicti;* eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporis medicinę remedium ſalubrius procedatur; cum cauſa ceſſante ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quòd quidam cum eis à medicis ſuadetur vt de animarũ ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurunt Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfacerit competenter. Cæterum cum anima ſit multum præcioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

De Dilatione mortis, & cuſtodia ſanitatis per opera medici.

CAP. III.

Hali. in practica, ſermone. 1. Animalium quidem & hominum corpora iugiter alterantur, nec in vna permanent qualitate; quia natura eorum ad corruptionem tendit. Et hæc ipſa corruptio accidit eis, aut

ex ne-

Corruptio bifariam accidit.

ex neceſſitate, aut prẽter neceſſitatem. Neceſſaria corruptio, aut ab intus accidit, aut ab extra. *Abintus* quidem, *aut cauſa* naturalis ſiccitatis, quæ communis eſt animalibus & plantis (per hanc enim & plantæ contendunt ad marcedinem & ariditatem, & animalia ad finẽ ac mortem) aut *diſſolutione* ſubſtantiæ quotidiana, ex naturalis caloris cauſa; donec ad corruptionem & finẽ vrgeat eam: *aut ſuperfluitatibus*, quæ ex cibis & potibus fiunt. *Ab extra* vero accidit, aeris cauſa nos circundantis. *Corruptio* vero non neceſſaria fit à rebus corrumpentibus, quæ obuiant extra, ſicut ea quæ calefaciunt, aut infrigidant, aut deſiccant, aut humificant: ſicut & colliſio lapidis, inciſio enſis, pungi, morderique à venenatis.

Corpus humanum neceſſario indiget opera medici, quia plurimũ ſubiectum eſt mutationi.

Cum itaque corpora mutationi ſint indiſiuncta neceſſariò indigent regimine mutationi illi congruo, quod eorum corruptionem prohibeat, eaque in qualitate ſuæ ſanitatis, vſque ad horam finis & naturalis defectionis conſeruet. Hunc enim defectum arcere eſt impoſſibile, quoniam ab ipſa corporum natura mouetur ipſius cauſa. Itaque ſi fiat ab ipſa natura corruptio, arceri non valet. At ſi medicus circa ea vtratur regimine quo oportet, cauendo, ſcilicet cauſas nocentes & corrumpẽtes non neceſſarias, fient abinde cauſæ neceſſariæ bene compoſitæ, nec accelerabit ad ea corruptio vſque ad finem naturalem. Hoc autem regimen eſt cuſtodia ſanitatis in ſanis, & eius reſtitutio in ægrotis. Vnde dicit G. quòd adeptio ſanitatis eſt propoſitum medicinæ, & finis eius eſt ei cauere.

Quid ſanitas.

Eſt autem ſanitas temperantia corporum, quæ quidem in vltimo eſt ita vt omnes actiones naturales perfectæ ſint, in id ad quod poſſibile eſt, nec dico temperantiam in vltimo, quæ omnino veraciterque ſit in extremitate cum eam non ſit inuenire Sed quę propria eſt hominis, eſt deficiens ad ea quæ in vltimo eſt, ita tamen vt hic defectus actionibus non noceat, nec officia imputet. Itaque corpora temperata, in vltimo ſunt quidem vno modo: Deficientia vero ab iſta temperantia, multa ſunt & varia ſecundum maius & minus ab illa excuntia: Quare & via quæ ad ſanitatis cuſtodiam ducit, varia exiſtit.

Sicut defectus ſanitatis eſt varius, ita via ad illam varia.

De Regimine ſanitatis.

CAP. IIII.

Cuſtodia ſanitatis in tria diuiditur.

CVſtodia ſanitatis in tria diuiditur, ſcilicet in cuſtodiam ſanitatis in ſanis, & in cuſtodiam ſanitatis corporum debilium quæ ſuſtentamento indigent, & in cuſtodiam ſanitatis eorum quæ iam ad ægritudines prona ſunt, iiſque cauendum eſt ne in eas incidant. Cuſtodia corporum ſanorũ bifariam ſubdiuiditur. Eſt .ncommunis, vel propria. *Commune* regimen id eſt quod eſt corporum ſecundum communes cauſas quibus participant ſanitas & infirmitas. *Propria* vero bipartita eſt, *vna: eſt* corporum, quæ ſunt temperatæ complexionis, & æqualis perfectæque compoſitionis: *Altera* vero corporum extra temperantiam poſitorum in complexione vel compoſitione; ſic tamen quòd nocumentum actionum eorum non ſentitur. A regimine communi incipiendum nobis eſt. Communes itaque cauſæ ſanitati & ægritudini; participatæ, ſunt res naturales corpus mutantes, quorum vſum ſanitati congruum eſſe oporteret. Hæ vero ſunt aer circundans nos, exercitium, fricatio, balneum, cibus, & potus, ſomnus & vigiliæ, mundatio corporis, accidentia animę, ſpeculatio quoque conſuetudinum in his cauſis.

Cauſæ communes ſanitatis, & ægritudinis.

Quid ſanitas, & vnde dicta.

Iſid. vbi ſupra. Sanitas eſt integritas corporis, & temperantia naturæ ex calido & humido, quod eſt ſanguis: vnde & ſanitas dicta eſt, quaſi ſanguinis ſtatus. Ex quatuor humoribus reguntur ſani, & ex ipſis læduntur infirmi; dum enim amplius extra curſum naturæ creuerint, ægritudines faciunt.

Sanitas quomodo conſeruanda.

Razi in Almanſore. 4. parte. Sanitatem conſeruare eſt in motu & quiete, in cibo & potu, nec non & in ſuperfluitatum expulſionibus, menſuram obſeruare: Domos & loca cætera in quibus manere debemus temperare, malis etiam accidentibus antequam augmentum capiant obuiare, animales quoque cogitationes refrenare, & conſuetudines ſeruare. *Auctor.* De his fere omnibus iam dictum eſt ſuperius, & etiam in ſequenti libro plenius dicetur, cum de theorica medicinæ tractabitur: Horum etenim conſideratio pertinet ad theoricam, Regimen autem ad practicam: ſed de vtriſque ſimiliter in præfato ſequenti libro tractatum aggregare volumus.

De Regimine corporis in Vere.

CAP. V.

Hali. vbi ſupra. Oportet autem ſanitatis regimen ſecundum anni tempora conſiderare. In genere igitur, temperatorum quidem corporum regimen oportet eſſe per victum temperatum, cæteraque regimina temperata. Intemperatorum autem ex contrariis, in cibis ac potibus & huiuſmodi cæteris. Corporibus frigidis oportunum eſt hoc tempus. Calidis autem vtendum eſt reſtringentibus ac refrigerantibus, & requie ac paucitate laboris. Et ſi quis phlebotomia, vel pharmacia purgari vult, ad cuſtodiam ſanitatis hoc tempore faciat, dum eſt tẽperatum, virtuſque corporis fortior ad perferendum. Oportet enim fieri purgationem humorum, qui hyemis frigore congregati ſunt & ſpiſſati, antequam ęſtatis calore liqueſcant, & ad aliquod membrorum principalium defluant, vt dicit G. indeque generatur ęgritudo.

Vernum tẽpus eſt aptum ad ſanguinẽ eliciendum & purgandũ

Idem quoque dicit, quod vere ſanguis multiplicatur, & tanquam ebullitionẽ patitur, vt non facile ſit venis illum continere, ſed ad alia membra tepellitur, fiuntque paſſiones plurimæ. Humores quoque cæteri hyeme ſpiſſati, ſimile quid patiuntur, hoc autem tempus oportunum eſt omnibus ætatibus, maximeque grandioribus, & his quorum complexio frigida eſt & ſicca. Regimen quoque corporum eſſe huiuſmodi oportet, quandocumque aer temperatus eſt.

Razi in Almanſore. 4. parte. In vere quidem oportet, vt ſanguinis minutione, ventriſque ſolutione præueniendo ſuccurratur, antequam calor irritetur. In ipſo quoque minus bibendum eſt vinum, & caro comedenda; omnia quoque dulcia minus ſumenda. Et hoc quàm maxime obſeruare debent, quibus ægritudines ex repletionibus accidere ſolent. Subtilibus autem & infrigidantibus in eo ſicut in æſtate nutriantur.

In vere à vino eſt abſtinendum, & à dulcibus.

De Regimine corporis in æſtate.

CAP. VI.

In æſtate tenues & acetoſi cibi ſunt manducãdi, & parũ, vinum autem plurimũ limphatum bibendum eſt.

IN æſtate vero motus laborque minuatur, & à ſole caueatur, & nutrienda calida groſſaque relinquantur. Res autem acetoſæ comedantur; nec venter ſemel cibo repleatur, ſed pluribus vicibus diuiſim cibus ſumatur. Aqua vero frigida bibenda eſt, & in ablutione vtenda. Vinum quoque ita limphetur, vt quaſi aqua ſentiatur. A dulcibus autem & vnctuoſis & acutis & ſalſis eſt abſtinendum. Acetoſis autem (vt dictum eſt) & inſipidis, ad conſeruandam temperiem eſt vtendum, & mane de ſyropo acetoſo, & rob de fructibus acetoſis eſt bidendum.

Dicta in æſtate ſeruanda.

Hali. vbi ſupra. In æſtate quoniam aer calidus eſt & ſiccus, oportet temperatorum corporum inclinari regimen, à temperatis, ad frigida & humida: Aeris quoque refrigerationem moliri. In locis habitare proximis aquarum ſuauium decurſui, veſtibus lineis ac leuibus indui. Et quoniam hoc tempore calor naturalis ad exteriora corporis educitur, intuſque minuitur, oportet victum eſſe mediocrem, ſubtilem, citoque digeſtibilem. Sic enim ait Pippocras: *Difficilius ferunt corpora victum in æſtate, facilius autem in hyeme.* Quapropter ęquum eſt paucum eſſe cibum, & ſubtilem, ac facile digeſtibilem, vt ſunt lapidoſi piſciculi, gallinarum pulli, caro hædulina, cum aceto, vel vuarum ſucco parata. Cucumeres

meres & cytruli, cucurbita, portulaca, vua quoque non multum dulcis, & pruna, & pomorum mala granata, & ſimilia. Caueatur autem victus calidus & pungens, & ſpernatur vinum, niſi quod eſt album & tenue; alioquin aqua multa frigida miſceatur.

Coitus in æſtate fugiendus, ſomnus autem multiplicandus.

Hoc tempus valde nociuum eſt calidis & ſiccis: itaque parum faciant, & coitum in hoc tempore, quo maior eſt diſſolutio naturalis caloris à corporibus, caueant. Somnus autem multiplicetur; & medicamina valde ſolubilia & acuta caueantur. Quod ſi oportet accipere, aqua violæ, & fructuum, & caſſiæ fiſtulæ, & mirobolis, & ſyrupo roſarum ac ſimilibus vtantur. vomitus autem vſus hoc tempore eſt oportunus. Congruum eſt autem hoc tempus phlegmaticis & ſenibus.

De Regimine corporis in Autumno.

CAP. VII.

AVtumnus porro, quia frigidus & ſiccus eſt, in eo temperatorum corporum inclinare regimen ad calidum & humidum oportet: Animæ quoque accidentia vitari, quoniam omnia mala ſunt præter gaudium & lætitiam: hoc enim tempus choleræ nigræ cauſa eſt, & aer malus, morbuſq; peſſimus ex nimietate ſiccitatis & varietatis aeris. Vnde dicit Hippocrates. *Morbi qui fiunt in autũno ſunt acutiores, & plerumque interficientes.* Nam aer in eo variationis eſt maximæ, vnoque & eodem die variatur ſæpe. Præter hoc etiam in multis, corporum humores æſtate aduruntur: Cumque venerit autumnus, eius frigore ſtringuntur, & ad interiora corporis reducuntur: quare accidunt ægritudines peſſimæ. Vnde neceſſe eſt huiuſmodi regimini inhærere, & cauere ab eo quod varium eſt, vſque ad tempus pluuiarum: tunc enim humectatur aer & defluit eius variatio. Oportet etiam hoc tempore potionum ſolubilium aliquam aſſuefacere, cauendo ſcilicet futuræ hiemis frigus à conſtrictione ſuperfluitatum, earumque ne ſoluantur prohibitione. Hoc tempus congruum eſt pueris & adoleſcentibus.

Morbi in autumno ſunt periculoſiſſimi ob ſiccitatem & varietatem aeris.

In autumno abſtinendum à fructibus, ab aqua frigida, à ſomno poſt cibũ, &c.

Razi. vbi ſupra. In autumno fructuum comeſtio, quantum poſſibile eſt, fugienda eſt; cauendumque à ſole meridie: In nocte autem & in mane, à frigore. Cauendum eſt etiam à potu aquæ frigidę, & à labore ſimiliter, & ſolicitudine. Aqua quoque frigida non lauentur, ex qua corpus horripiletur, & eadem hora febris efficiatur. Aqua vero tepida ſe lauent, & obſeruent ne poſt cibi repletionem dormiant. caueant præterea ne famem vel ſitim patiantur, aut vna hora vino vel aqua repleantur. Vinum autem ſic temperatum bibant, vt animam delectari faciat. Stomacho tamen nec tenſionem, neque grauedinem afferat. In ipſo quoque ſicut in æſtate, corpus ſecundum plura cuſtodiri iugiter ac regi debet, vſque ad pluuiarum aduentum; & poſtquam aduenerint, à multo malo nocumento reddent ſecurum. Autumni vero intentio, debet eſſe in humorum repreſſione ac temperamento magis, quam in eorum euacuatione ventris, atque minutione. Quod ſi in eo contingat ægritudo aliqua, cito ſubueniendum eſt medicina, quoniam huius temporis ægritudines peſſimę ſunt. Ad vltimum verò tota intentio ſit in corporis humectatione. magis enim neceſſarium eſt in hoc tempore, quam in æſtate; quia pro malitia ſuæ complexionis, non patitur errorem regiminis, nec largis permittit nutrientibus vti, nec dietam deſpicere.

De regimine corporis in Hyeme.

CAP. VIII.

Hyems eſt tempus ſanũ, & raro in ea cõtingit morbus niſi ex crapula.

HYems autem regiminis errorem, & nutrientium largitatem tolerat, & corporum ſanitatem conſeruat; nec ægritudo incurritur in ea, niſi magni erroris cauſa. In hac caueri debet à multa ventris ſolutione; & ſi quando febres in ea commouentur, cito cum medicina ſubueniatur, & proprie cum euacuatione, quia febres hæ plerumque accidunt ex repletione. Sed ille qui hoc tempore bonorũ nutrimentorum multitudinẽ cum vino in ſtomacho recipit; cum minutione ſibi ſubuenire debebit; qui vero nutrimentis groſſis & malis vtitur, ventris ſolutione ſibi ſuccurratur. Porro qui frigidæ complexionis eſt, calidis nutriri poteſt; vt ſunt cæpe & allia, piper, & ſimilia. Quod ſi iuuenis calidęque complexionis fuerit, conuenientius ab eis abſtinebit.

Poſſumus in hyeme groſſioribus vti cibis, quia calor naturalis magis abundat.

Razi vbi ſupra. Hyeme, quia frigida eſt & humida, temperatorum corporum oportet inclinari regimen. Item calidis & ſiccis, pluribus veſtibus eſt vtendum, & ad ignem lignorum non mali odoris calefaciendum. Cumque multiplicantur pluuię, ſit habitaculum in eminentibus locis, ad quæ perueniat ſol. Exercitio quoque & fricationibus, hoc tempore pluſquam cæteris vtendum eſt, his maxime quorum corpora ſunt humida. Dieta vero ſit groſſior temperata, quia calor naturalis hoc tempore confortatur. Nã intra corpus conuertitur, ideoque digeſtio melior efficitur. Vnde dicit Hippocras. Ventres hyeme & vere calidiores natura ſunt, & ſomni longiſſimi; & alias facilius corpora cibos ferunt hyeme, dehinc vero difficilius æſtate, poſt quod in autumno. Oportet ergo dietam eſſe plurimam & groſſiorem, vt eſt caro bouina, vel caprina, carneſque ſalſæ, pulli columbarum iam volantes, & paſſeres, & ſimilia. Caueatur autem caro generans phlegma, ſicut agni caro, lac, piſces, & ſimilia. vinum autem fortioris caloris ſit, vt frigori reſiſtat. Sed quantitate non multum; quia corpus humectat, cum tempus humidum ſit; & quia parum nutrit, cum corpus hoc tempore plurimo indigeat nutrimento. Vtendum eſt autem ſubruſi coloris mero, parumque temperato. Hoc tempus iuuenibus, & calidis ac ſiccis eſt oportunum. Senibus autem, ac frigidis & humidis nociuum.

Vinum forte in hyeme præſtat, ſed modicum

De Purgatione corporis ad cuſtodiam ſanitatis.

CAP. IX.

COlligitur autem in corpore crapula quædam & ſuperfluitas ex cibis & potibus, qua non indiget natura. Et partem quidem huius expellere prævalet, partem vero non; & ob hoc in corpore remanet, eique nocet: vnde medicinarum auxilio purgantium indiget. Cibus enim in ſtomachum veniens, cum in eo digeſtus fuerit, ipſumque inteſtina expleuerit, ſucoſitas eius ad hepar tendit, eiuſque purgamentum remanet, quo natura non indiget. Ipſum ergo per egeſtionem à corpore repellit, & educit. Succoſitatem autem quæ ibat ad hepar, cum digeſſerit, & in ſanguinem formauerit, ibi quoque ſuperfluitatem ſeparat, & in vaſa ſua mittit. Et id quidem quo penitus non indiget, vt vrinam à corpore depellit. quod ſi forte quauis cauſa non poſſit, nocet, & morbos adducit. Sicque cum ad membra ſanguinis ierit, quod quidem naturæ ſuæ conueniens eſt ac ſimile, ſuſcipit, & in ſuam naturam transformat. Quod autem non confert, ſubtiliat & ſoluit: quod ſi non valeat, in illo membro remanet, & in locis vacuis; cumque putrefactiuum fuerit febres generat. Si autem in aliquod membrorum defluat, apoſtema ſecundum naturam ſuam facit. Oportet ergo medicum, cum in corpore ſuperfluitatem aliquam eſſe cognouerit, illam inanire, & à corpore educere; quod à morbis & paſſionibus exinde fiduciam præſtet.

Neceſſitas purgationis aperitur

Conſt. in practica. Oportet ſuperfluitatem corporis expelli frequenter, cum inquiſitis naturalibus purgationibus corporis, egeſtione videlicet & vrina, ſudore, menſtruis, emunctione, ſcreatu. Humoribus ergo in corpore, vel in quibuſdam membris coadunatis, ſicut pectore, renibus, veſica, vel ſtomacho, ſubueniendum eſt cum propria purgatione. Nam egeſtione minuta, vel ad exeundum indurata, penitus inueſtigandum eſt, an ſit de cibi vel potus paucitate; tunc neceſſe eſt vt cibus augmentetur: Quod ſi ſicco accidat de cibo danda ſunt humida. Si vero propter ſtiptica ponticaq;

Quid conſiderandum in difficili egeſtione.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cibaria, danda ſunt pinguium carnium iura: Si vero de inordinatione dietæ ſit, conuertendi ſunt ad rectum ordinem & conſuetudinem. Si autem propter malam ſtomachi ſit & inteſtinorum complexionem, videndũ eſt, vt ſi ſit calida vel ſicca, dentur frigida & humida, ſicut ptiſana, mãna, pruna, mora, & ſimilia. Si propter frigidam & ſiccam, demus calida & humida: ſi propter groſſos & viſcoſos fuerit humores, ius veteris gallinę, cum ſemine croci hortenſis, polipodio, & ſimilibus, accipiant conditum.

Vrina nõ eſt diu retinẽda.

Oportet & eos qui deſiderium aſſellandi vel mingendi habuerint, nec diu ea retinere, ne incidant in ilij dolorem & inflationem, vertiginem & ſtranguriam: ne veſica etiã vulneretur, ſudor propter poros ex frigiditate clauſos prouocetur, cum frications, exercitiis, balneoque. *Remedium contra conſtrictionem ſputi & puris*

Sputo conſtricto, detur gargariſmus cum aqua calida & melle, maſtice & thure: hæc enim cerebrum de phlegmate, & inſtrumentũ auditus viſuſque mundificant, & gulam. *Si emunctio* ſit conſtricta, & in cerebro ſit humida natura, ſternutatio prouocetur. *Nota.* Nares ſuper fumum aquæ bullientis in qua cocta ſunt camomilla, & mellilotum, & ſimilia, teneatur: hęc enim cerebrum mundificant, & groſſos humores, futuroſque morbos deſtruunt, vt apoplexiam, paraliſim, & ſimilia.

De Solutione ventris.

CAP. X.

Solutio ventris prout oportet eſt ſumma medicina.

Razi. vbi ſupra. Solutione quoque ventris vti prout oportet, ſumma eſt medicina: ad conſeruationem quoque ſanitatis valde proficua. Vt igitur corpus ſemper mundum exiſtat, medicina ventris ſolutiua quiſque vtatur; quæ humorem ſibi nocere ſolitum; vel qui ex corporis ſui diſpoſitione, aut erroris ſui regiminis cauſa, plurimum in eo generari ſolet, conſueuit expellere. Sibi vero cauere à medicina, quæ humorem prædicto contrarium ſolet educere.

Quinã plus indigeant ſolutione ventris.

Ventris quidem ſolutione plus indiget, qui corpus magnum & pingue habet, & qui guloſus eſt, & qui multos cibos & fructus comedit, parumque mouetur & exercitatur. Econtra vero abſtinere ab ea debet, qui ventrem leuiter ſolubilem habet, & cuius venter ſolutionem frequenter incurrit, & cui dyſenteria cito accidit, & quàm maxime ſi fortis extiterit. Huiuſmodi quoque medicinam frequenter ſumere corpus debilitat, ethicam & ptiſim adducit; præcipueque ſi corpus accipientis ſiccum fuerit.

Quanã facienda ante purgationis ſumptionem, & poſt.

Obſeruandum eſt autem ſummopere, ne quis eam ſumat, niſi prius ventrem cum iuribus vnctuoſis molificauerit, ibique corpus aqua multa tepida infuderit, & in ipſa ſederit, ac ſyrupum acetoſum biberit. Cauendum eſt etiam ne medicinas vehementer ſolutiuas, in diebus calidiſſimis aut frigidiſſimis ſumat. A ſomno vero poſtquam ſolui cæperit, omnino eſt abſtinẽdum; nec aliquo cibo, donec medicinæ ſaporem eructando ſenſerit, eſt vtendum: ſed neque reſtringenda eſt, neque minuenda eſt ſolutio, donec eius expleatur operatio. Quod ſi purgandus vt decet ſolutus fuerit, mediocriter reficiendus.

Remedium pro eo qui ſuperflue laxatur, vel calore ex medicina contraxerit.

Quid ſi contingat eum ſolui ſuperflue, cibaria cum malorum granatorum acetoſorum, vel vuæ acerbæ ſucco facta, debet comedere, ſed multo tempore ante cibum, puluerem de ſeminibus factum in potu ſumere. *Etſi* quidẽ ex hauſtu medicinæ corpus alicuius fortiter calefactum fuerit, vel medicinam choleræ purgatiuam acceperit, neceſſe eſt vt eius potus ſit iuleb; niſi vehementer ſolutus ſit, & tunc ſuccum pomorum, vſque ad ſpiſſitudinem decoctum, vel cytoniorum, & malorum granatorum bibere debebit, & abſtinere à iuleb & ſyrupo acetoſo & hydromelle; ſi vero corpus ex medicina non caleſcat, nec aliud de corpore niſi phlegma, vel choleram nigram educat, aqua vino temperata in potu ſumenda eſt; & ſi fuerit impotabilis, cũ nelle temperanda eſt. Quod ſi contingat medicinam plus operari quàm debeat, qui illam accepit in balneo ponatur; & ſi hoc modo ſtrictus non fuerit, puluere facto de malogranatis vtatur.

De Vomitu.

CAP. XI.

VOmitus autem ſi temperatè vt debet fiat, ſtomachum purgat, & digeſtiuam adiuuat, corpuſque renouat & mundat. Caput etiam & ſenſum alleuiat, & viſum acuit. Qui tamen ſi multus fuerit, corpus deſiccabit, hepatique & pectori, nec non & oculis ac pulmoni nocebit. Venas etiam quãdoque ſcindit ac rumpit, ex quo emoptoica paſſio accidit. Itaque qui longum collum, & epiglotum foris prominentem, pectuſque ſtrictum & carne nudum habent, à vomitu omnino abſtinere debent. *Quibus permittẽdus vomitus & quoties.* In cuius autem ſtomacho multum phlegmatis adunatur, ſanitas vomitu conſeruatur: Vomitu quidem ſemel in menſe, vel bis vtendum eſt. Quod & poſt cibi ſaturitatem fieri oportet: vomere nãque ſine repletione ſtomachi durum eſt, & abſque magno labore ſtudioque fieri non poteſt. Præterea vomitus frequenter fieri non debet, quia ſtomachum corrumpit, eiuſque virtutem deſtruit. *Cum* autem vomere quis voluerit, duos panniculos in rotunditate prius circumuoluat, ac ſuper oculos ponat, nec inde donec expletus ſit vomitus auferat Completo vomitu aqua roſata facies abluenda eſt, & os hydromelle, vel ſyrupo acetoſo colluendum eſt.

Conſtantinus in practica. Plenitudinem in toto corpore habentes vomitu vtantur, nimis enim valet. Multum enim conueniens eſt Phreneticis, & opilationem viſcerum habentibus præter nimium. Purgat quoque humores in vaſis, & in interioribus corporis exiſtentes, ſciam, podagram, & ſimile generantes. Quibus mediocria corpora ſunt, aut copia diuerſorum humorum, poſt cibum vomitum accipiant, & demus varios & commixtos cibos, quorum quidam mundificent, quidam mordeant, alii ſubtilient, alii quoque vomitum prouocent; & vina bibant diuerſa, quæ ſint acuta, & vetera, & dulcia, & recentia. *Duobus diebus iunctis conuenit capere vomitũ.* Bonum eſt accipi vomitum ſemel aut bis in menſe, maxime æſtate, ſtomachum enim & totum corpus mundat: ſed melius eſt ſi in duobus iunctis diebus detur, vt in ſecundo exeat quod in primo remanſit. Vomitus enim imprimis à remotis venis ad ſtomachum, paulatim humores attrahit, vnde nequiunt funditus per vomitum egredi, niſi ante ſint ex toto illico adunati. In ſecundo autem die, quia fere omnes ſunt ibi collectiones, neceſſe eſt vt vomitu iterum excludantur. *Quibus non conueniat vomitus.* Rurſus vomitus non conuenit macilentis qui phtiſi, laborant neque qui in pectore patiuntur, faucibus aut oculis; neque dandus eſt inconſuetis, neque anguſtioſis, & qui duri ſunt ad vomendum, eis enim eſt contrarius.

De Minutione.

CAP. XII.

Razi. in vij. parte, Minutio quoque in conſeruatione ſanitatis, & cura ægritudinis maxima operationis medicinæ pars exiſtit, ſi vt oportet fiat. *Minutio eſt maxima medicinæ pars.* Et corpora quidem quę plus minutionem pati poſſunt, ſunt illa quæ venas manifeſtas & amplas habent, & quæ piloſa ſunt & bruna, ex colore rubeo & fuſco mixtis colorata. Corpora quoque iuuenum, & adoleſcentium, & ſenum non decrepitorum. Pueri quoque minuendi non ſunt, niſi neceſſitate maxima imminente; neque hi quorum ſtomachus & hepar in frigiditate diſtemperata ſunt. *Quibus conueniat minutio, & quibus non.* *Cauendum* eſt etiam quantum poſſibile eſt, ne fiat minutio in tempore calidiſſimo vel frigidiſſimo. Sanguinis autem menſura qui extrahendus eſt, oportet vt ſit ſecundum vſum, & ſecundum diſpoſitionem eius cuius cauſa minutio exercetur, & ſecundum virtutem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Obſeruandum eſt autem ne faſtiditus vel ebrius minuatur, donec iſta omnino remoueãtur, niſi forſan ex minutionis retardatione magnus timor immineat; ſicut cum attractio aeris anguſtiſſima eſt, aut cordis tremor fortis ac ſpiſſus, qui cum faciei & oculorũ rubedine accidit, vel apoplexia, in qua facies rubeſcit aut nigreſcit; vel ſquinantia, vel ſanguinis fluxus vehemẽs ac repentinus. Cum enim adſunt talia, minutio qualibet hora diei vel noctis eſt facienda. Cum autem nulla huiuſmodi neceſſitas incumbit, bonum eſt eam fieri poſt duas vel tres horas dici, cum iam digeſtiua ſuam operationem expleuerit, & ſecum ſuperfluitas expulſa fuerit.

Quo tempore fieri debeat minutio.

Veruntamen ſi cui ſyncopa in minutione conſueuit accidere, oportet vt ante Phleborotomiam modicũ panis comedant in ſucco granati muzi infuſi, aut in vuæ acerbæ ſucco, vel in eorum ſimilibus madefactum. *Id* quoque monendum eſt, nequis vllatenus minuatur poſt colicam paſſionem, aut vomitum, aut ventris fluxum, aut poſt multum coitum, vel poſt laborem, aut poſt vigilias; & poſtremo poſt omnia quæ corpus diſſoluunt, aut fortiter calefaciunt.

Remediũ pro illis qui ſyncopam in minutione patiuntur.

Idem in 4. parte. Ex frequenti quidem abſtractione ſanguinis, euenire ſæpiſſime ſolent malignitas cõplexionis & hydropiſis, ac feſtina ſenectus, appetitiuę deſtructio, pulſuſq; paruitas, ſtomachi & hepatis & cordis debilitas, ac tremor, & paraliſis, necnon etiã apoplexia; & poſtremo virtutum omnium naturalium imbecillitas. Ex negligẽtia vero minutionis, cum ea quis indiget, accidũt ſinochus & paraliſis, & peripleumonia, & variolę, & morbili, & paſſio emoproica, & mors ſubitanea; peſtilentia quoque, & apoplexia ſanguinea. Itaque minutio ſi fiat vt oportet, magna medicina eſt in ſanitate conſeruanda, valde proficiens, & ad curationem ægritudinum conueniens.

Nimia ſanguinis abſtractio nocet plurimum, debita vero maxime prodeſt.

De Regimine minuti.

CAP. XIII.

IDEM *in 7. parte.* Poſt minutionem vero cauendum eſt, ne locus ſtricte ligetur. (Hoc enim apoſtema cõſueuit afferre) nec multus pãnus ſuperponatur, nec aliquid eorum quibus redolendi cauſa quidã ſe perũgere conſueuerunt, eidem loco adiungatur. Locus quoque ſi calefactus fuerit, aqua roſata infrigidetur, vel aqua dulci frigidiſſima irroretur. Minutus vero nullo modo balneum ingrediatur, præcipue ſi locus fuerit calefactus, donec vulnus conſoliderur, & calor ipſius Phlegmonque ſedentur Vinum quoque qui taliter ſe habuerit, nullatenus bibere præſumat, nec mẽbrum in quo minutus eſt moueat, nec opus aliquod eo perficiat. Minutus præterea nec in die minutionis, nec in die ſecunda multo cibo repleatur, ſed moderans ſe cibo leui, choleram rubeam reprimente & extinguente, nutriatur; ſicut eſt ſuchabegi fortis acetoſitatis; niſi forſan aſperitatem patiatur in pectore, quæ hoc prohibeat; & tunc zimbrabegi ex agni carne factũ & oua mollia comedat. *Quod* ſi quis in die minutionis vſque ad ebrietatem bibat, brachium eius duabus ligaturis cingatur, & inſuper vigiles qui cuſtodiant ipſum adhibeantur, plerunque enim ſanguis taliũ adeo decurrit, vt quidam moriantur, & quidam morti proximi efficiantur. Cum igitur hoc acciderit, & ſanguinis vndecunque multitudo fluxerit, donec virtutis ſequatur debilitas; aqua carnis, & vinum ſubtile forte ac bene redolens infirmo ſubito tribuatur; res quoque bene redolentes ei adhibeantur.

Minutus non debet balneũ intrare nec ſe multũ mouere, bibere, aut manducare.

Remediũ pro ijs qui nimiũ ſanguinis emittunt.

De obſeruantia quoque conſuetudinis.

CAP. XIV.

IDEM *in 4. parte.* Conſuetudines oportet obſeruare, & ſecundum earum regulam incedere, niſi peſſimæ ſint, & tunc paulatim & ordinabiliter ab eis recedendum eſt. Quapropter quiſque cauere debet, ne vniuſcuiuſlibet rei ſibi conſuetudinem faciat, quam eum obſeruare oporteat, & ex cuius conſtrictione nocumentum ſuſtineat. Nam ſi quis vno cibo vel potu ſemper vtatur, vel ſemper abſtineat, aut dormire, vel mouere, vel coire, vel egerere conſueſcat, & ex horum aliquo grauiter cõſtringatur, maximum ex eius abſtinentia nocumentum patietur. Ideoque corpus ſuum ſic quiſque diſponat, vt caloris ac frigoris patiens eſſe valeat, & ad motiones ac nutrientia ſibi neceſſaria aptum reddatur. Somnique & vigiliarum horas, & manſiones, ac domos; ſine læſione mutare poſſit, fortaſſis enim hoc agere neceſſitate cogetur.

Non oportet aſſueſcere vni rei, ne ſi cogatur relinquere magnum damnũ ſuſtineat

Conſt. in practica. Oportet etiam magnum ingeniũ poni ad cuſtodiendam ſanitatem cum conſuetudine, quia conſuetudo inueterata fit quaſi naturalis. Vnde Hippocras: *Conſuetudo*, inquit, *ſecũda eſt natura*: ſed humana conſuetudo in multis rebus eſt diuerſo modo, ſicut in aeris percuſſione, exercitiis, balneis, cibis, & potibus, vigiliis, coitu, inanitione, & ceteris. Quicquid vero horum diu fuerit aſſuetactum, erit quaſi naturale; proinde difficillime mutatur.

Conſuetudo inueterata fit naturalis.

De Seruanda conſuetudine in dietis & purgationibus.

CAP. XV.

TEMPVS dietæ multiplex eſt. Sunt enim quidam ſoliti mane comedere, alij meridie, & nonnulli veſpere: Quorum quicunque ſuam mutat conſuetudinem, vt vel poſt vel prius comedat, fit ei contrariũ. Si enim prius manducauerit, cibus ſtomachum prægrauat, & totum corpus. Si vero poſtea .i. veſpere neq; ſua fuerit cõſuetudo; incidit in anguiſtiam, inflationẽ, rugitum, oxiremiam, & nonnunquam ſolutionem. Si vero tardauerint, propriumq; tempus tranſierint, patiuntur defectionem .i. punctionem in ore ſtomachi, amaritudinem in ore. Qui autem ſuũ tardauerit prandium, ne cænent niſi ſubtilem cibum, quia ſtomachi eorum ſunt defecti propter choleram, quæ ad eos defluit. Ideoque paucum & humidum cibum ſumant, ſicut laganæ, & ius gallinæ, aliaque iura, & oua mollia; modicum puri vini potent, vt ſtomachus confortetur. Qui autem in die ſemel ſoliti ſunt comedere ſi bis aliquando manducauerint, dormiant, vt calore interius coadunato, ſuperfluus digeratur cibus: multum & ſuauiter ambulent, modicum vini aliquantulum cõmixti bibãt: In alio die minus quam ſoliti ſunt manducẽt. Melior eſt etiam cæna quam prandium, quia poſt cẽnam quieſcunt & dormiunt, calorq; naturalis intrinſecus coadunatur, & cibum digerit. Cæna tamen vnũ habet vitium: cum fumo enim cibi debilibus nocet oculis, & capiti.

Seruãda eſt cõſuetudo in multitudine refectionum.

Qui ſemel in die tantum vult reficere, ſumat potius cænam quã prandium.

Cõſuetudo purgandi corpus diuerſa eſt, ſunt enim quidam ſæpe multa quantitate purgationis vtentes, cũ Phlebotomia & ſcalpellis; qui ſi tempus ſolitæ purgationis tranſierint, grauitatem corporis cito patiuntur, & febrem. Quod ſi morbum ſanguini pertinentẽ patiantur, medicus certiſſime debet ſanguinem minuere, proculdubio ſecũdum poſſe naturæ. Similiter quibus ſanguis ſolitè de naribus vel emorroidis fluxerit, neceſſitas expedit vt ſanguis minuatur. Sunt & alij in vnoquoq; anno ſanguinem minuentes, alij vero nunquam. Quod ſi propter aliquam neceſſitatem Phlebotomati fuerint, cito debilitantur. Ideoq; ſi infirmẽtur, neceſſe eſt ſanguinem minui, ſed modicũ currere ſinant, quia Phlebotomia complexionem corrumpit, Epaticum generat, hydropiſim, cardiacam, ſtomachi defectionem, paraliſim, epylentiã, & ſimilia; maxime lenioribus, & frigidam naturam habentibus. Porro nõ oportet Phlebotomiam negligi, ne negligentia fiat conſueta; quia peſſimas generat febres ſanguinolentas, ſicut ſynocham, pleuritidem, phlegmones, ſquinantiam, ſanguinis fluxum; maxime iuuenibus, & calidis, & humidis natura. Oportet ergo non negligi Phlebotomiam, vt alleuientur venæ & arteriæ, præcipue in vere, vt ſecuri ſint à venturis morbis. Similiter

Phlebotomia nõ eſt ab vllo negligenda præſertim in vere.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quibus fuerit conſuetudo ſanguinem per emoroidas fluendi, & ſtrictus eſt, malas generat infirmitates.

De proprio regimine corporum temperatorum.

CAP. XVI.

HALI. *vbi ſupra.* Hæc de communi regimine corporum ad ſanitatis cuſtodiam dicta ſunt. Regimen autem proprium corporum eſt ſecundum vniuſcuiuſque naturalem complexionem. Igitur à regimine temperatorum corporum incipiendum eſt. Horum ſanitatis cuſtodia eſt, earum rerum quæ habitudini illorum conueniunt contemperantia, ſcilicet aeris, exercitij, balnei, cibi, ſomni, mundationeſque corporis, vt ſit horum vſus, iuxta quod opus eſt, in quantitate. & qualitate, ordine & tempore. Oportet ergo vt ſit aer temperatus in calore & frigore, qualis eſt in vere ſitq; clarus ac ſubtilis hauſtu, & reſpiratione delectabilis. Et ſi quidem calidus eſt, temperetur refrigerando, & loca frigida inhabitando, ſi vero calidus econtrario.

Exercitium eſt firma columna cuſtodia ſanitatis ſi debitè fiat.

Exercitium autem firmior eſt columna cuſtodiæ ſanitatis, cùm ſit eorum quæ ſuperflua ſunt diſſolutiuum, & digeſtionem adiuuat: ſed fiat poſt ciborũ heſternorum perfectam in ſtomacho & hepate veniſque digeſtione, quando apparet in vrina coloratio parua, corpuſque minutum eſt ab egeſtione & vrina, ac mediocriter fricatum per omnia membra, iam inquam vtatur exercitio temperato, vt à membris crapula ſoluatur, & calor naturalis confortetur: & ne fatiget aliqua membra ſine aliis, tale ſit exercitium quod commoueat omnia membra; & hoc fiat donec corpus aliquantulum iutumeſcat, & non obtundatur, neq, pingueſcat; deinde vero quieſcat. Poſt hoc autem vtatur fricatione ſuaui & temperata, vt euacuentur crapulæ, quę ab exercitio ſuperſunt inter carnẽ & cutem. Deinde in aqua temperata balneetur, vt corpus à puluere vel ſudore lauetur; nec hoc diu fiat, ne forte calefiat. Egreſſus autem quieſcat antequam comedat, ne calor aſſumptus à balneo, cibum in ſtomacho plus iuſto calefaciat; & ab eo vapor malus ad caput aſcendat.

Quali cibo & potu vtẽdum habenti corpus tẽperatum.

Cibi vero ſumendi ſunt in calido & frigido, ſubtili & craſſo temperati; vt eſt panis ex farina munda, bonę fermentationis, ac perfectę decoctionis. Carnes ouiũ, & hædorum, vitulorum, gallinarum, & huiuſmodi. Quod ſi non intercidant temperati, calidi & frigidi, humidique & ſicci conferantur, vt eorum complexio temperetur. Omnis quoque cibus quo delectatur aliquis, conferentior ac nutribilior eſt ei, maximeq; temperatæ cõplexionis homini, quoniam ex maiori parte inclinatur ad ea quæ ſunt vtiliora ſibi. Vinum autem bibat coloris ſubrufi vel roſei, odoris iucundi, cum menſura & temperatione æquali. Somno autem vtatur, cum ad eum natura impellit; & finiat cum ſatiatus eo fuerit. A multo coitu ſe cuſtodiat. Omnia quoque accidentia caueat præter gaudiũ & lætitiam, quæ huic complexioni conſonant, confortantes calorem naturalem. Oportet tamen cum diuturno gaudio, quandoque miſcere diſcretionem.

Declinanda ſunt omnes paſſiones præter gaudium & latitiam.

De Regimine corporum extra temperantiam poſitorum.

CAP. XVII.

CORPORA vero extra temperantiam ſunt illa, quę à ſtatu ſanitatis in latus diuertũt. horum alia ſunt extra temperãtiam naturaliter, alia vero propter cauſas non naturales; & hęc prona iam ad infirmitates conſiſtunt. Extra temperantiam natura. quædam ſunt in complexione, quædam in figura. Quæ vero extra temperantiam in complexione ſunt, aut in eis eſt cõplexio mala ſecundum vnum modum in omnibus membris, aut varia in diuerſis. Horum autem corporũ cuſtodia ſanitatis fit tribus modis, vna eſt cuſtodia cõplexionis in ſuo ſtatu per ea quæ ſibi ſunt ſimilia, & hoc quando multum diſtat à temperantia. *Secunda* eſt

Corporũ extra temperãtiam poſitorum triplex eſt cuſtodia ſanitatis.

A traductio complexionis ad temperantiam ex rebus contrariis: has quidem duas facere poſſunt, qui ſine ſolicitudine & occupatione ſunt. *Tertia* vero eſt illorum quibus ſolicitudines inſtãt, ita vt eos ab vſu duarum prædictarum impediant.

Conſtant. in practica. Calidos itaq; taliter regamus, manſionem eis faciamus, vbi aer ſit frigidus & clarus, naturaliter vel artificialiter, maxime ſi æſtas eſt. Caueant ſolem, vigilias, & laborem & requiem aſſueſcãt: balneentur in aqua ſapida & frigida in æſtate, maxime iuuenes, ne defectionem habeant, deinde comedant piſces, carnem hędulinam, gallinaciam, cum aceto coctam, aut cum lactuca ſeu portulaca, vel cucurbita. De fructibus vuas, perſica, pruna, ceraſa, mala, pira, & ſimilia. Vinum album potent, & ſubtile. Caueant rubeum & citrinum, nullum enim vinum eis vtile eſt niſi album & ſubtile.

Regimen calidorum corporum.

B

Corpora vero frigida, & humiditate & ſiccitate æqualia, muranda ſunt ad temperamentum cum calefactionibus & exercitio: eant ſemper per calida loca, & fortia operentur exercitia: balneentur in aqua calida, in qua cocta ſint ſanſuccus, mẽllilotum, & morentur ibi Manducent pecorinam & caprinam carnem, cum cimino, carui, aneto, pipere, & alliis, & cæpis conditã. De herbis erucam, apium, mentam, radices, merum, vinum rubeum & citrinum bibant, aqua quam potẽt cum maſtice coquatur. Caueant coitum quanto magis poſſunt.

Regimẽ frigidorum.

Humida corpora cum multis & fortibus exercitiis mutentur, in locis calidis morentur, laboribus aſſuefaciãt, maxime ieiuniis, & balneis ſalſarum aquarum, vel aluminoſarum, vel ſulphurearum. Deinde cum toſtoleon vngantur, aut anatileon. In calida arena operẽtur, ſylueſtres carnes comedant, præcipue ſiccas & ſalſas: vtantur aceto abſomagaro, & ſimilibus; vinũ forte & merum bibant. Sicca vero corpora cum humidis mutent, in aquoſis habitent, & quieſcãt ab omni labore, ſemper ſe in aqua calida balneent, & vngãtur oleo violaceo, & amygdalino, multum tamen non maneant in balneo. Comedant agnos lactantes, & ſuillos; piſces omnes humidos, fructus de herbis, cucurbitas, portulacas & ſimilia. Quod ſi hæc complexio ad vltimas ſiccitates deuenerit, regamus eos ſicut ethicos, & conſumptos. Si autem complexio fuerit

Regimẽ Humidorum.

C

compoſita, ſit regimen eis compoſitum.

D

De Malis habitudinibus corporum immutandis.

CAP. XVIII.

HALI. *vbi ſupra.* Naturalis quidem complexionis habitudines, ſequuntur habitudines corporum, ſiue qualitates aut figuræ, quæ ſunt ſex, ſcil. pinguedo, macies, & temperata, ſpiſſaque, & varia, & inter has media. *Conſtant. in practica.* Harum autem ſes figurarum, quia duę primæ peſſimæ ſunt, oportet vt macilentam incraſſemus, & craſſam extenuemus. *Macri* ſunt incraſſandi cum multa requie & paruis exercitiis & frícationibus vtantur; quoad calor naturalis ſuſcitetur: deinde vngantur cum humidis oleis, lætitia vtãtur, veſtimenta eorum ſint lenia & mollia: humida ſumant cibaria, ſicut eſt caro agnina, pecorina, hædulina; gallinæ, anates, anſeres, lac riſi, piſces recentes: comedant bis aut ter in die, poſt cibum bis vel ter balneentur, & oleo violato vngantur. Et ſi ſint calidi naturaliter, accipiant, ptiſanam, & micam panis, & cucurbitam, & omnia iuſſellata, & cum amigdaleon condita.

Sex ſunt habitudines corporum.

Regimẽ macrorum.

E

Craſſi autem extenuandi ſunt nimiis exercitiis & laboribus ante cibum prouocatis, ieiuniis aſſuefaciendi, balneentur in aqua ſalſa, in nitrea, ſulphurea. Sed poſtquam balneum ingrediantur fricentur; & cum anetileon & coſtoleon vngantur, deinde lauentur, & in balneo morentur. Exeuntes balneum comedant pauca cibaria, multam qualitatem & quantitatem, & modicum nutrimenti habentia, ſicut panem furfureũ,

Regimen craſſorum.

lacha-

lachanam, ſpinachiam; criſolocannam: aſſueſcant calidis & ſiccis, ſalſis & ſtipticis, & pinguedinem habentibus: Sunt enim eis vtilia, quia de eorum quantitate corpora parum replentur. vigiliis vtantur, in aſperis locis nudiſque dormiant, aſperis vtantur veſtimentis, aſſueſcant triſtitiæ cogitationis, & ſæpe bibant pharmaciam craſſum phlegma purgantem.

De Regimine malæ complexionis, quæ varia eſt in membris, & primo cerebri.

CAP. XIX.

HALI. *vbi ſupra.* Dicto de regimine malæ complexionis naturalis in toto corpore, reſtat dicere de regimine corporum malam complexionem habẽtium in membris variam. Cuius itaque corpus vel membrum aptatum eſt alicuius morbi ſuſceptioni, neceſſe eſt quod illud regatur regimine, morbum huiuſmodi prohibente; verbi gratia: Cuius hepatis venæ naturaliter ſtrictæ ſunt, hepatis eius accidit opilatio & à pane mundo, & à carnibus etiam leuibus, multo magis ab aliis: ideoque oportet illum regi his quæ opilationem aperiunt. Sic & corpora debilia ad hecticam vel ptiſim parata, oportet humectantibus regi. Igitur à capite membriſque ſequentibus proſequamur.

Regimen capitis.

Capitis complexio, quoniam natura frigida eſt, ita vt inde cum generentur in eo crapulæ multæ, læſio eius omnia membra corporis grauet. Itaque quando cerebri complexio mala eſt, oportet eam ſedare contrariorum vſu; vt ſi calida eſt, dieta refrigeranti tam in cibis quam in medicinis regenda eſt. Quando vero malum eius frigidum eſt, econtrario. Si autem in arteriis capitis opilatio eſt, & inde fiat cæphalea; ſanguis minuendus eſt à venis duabus quæ ſunt in temporibus. Accidit autem huiuſmodi cæphalea plurimum, ex cauſa humoris calidi defluentis ad os ſtomachi, cum ſit neruus qui venit ad illum à cerebro fortis ſenſu. Igitur eo regimine vti oportet, quod contra fluxum cholerarum ad ſtomachum prodeſt, ſicut dicetur inferius cum ad regimen ſtomachi venerimus. *Nunc* autem dicemus ea quæ neceſſaria ſunt in cuſtodia ſanitatis membrorum quæ ſequuntur cerebrũ, inter quæ ſunt oculi & aures, quę cum ſint vtiles maxime, celeriſque ſenſus, propter bonitatem accelerant ad ea languores minimis ex cauſis.

De Regimine oculorum, & aurium.

CAP. XX.

Regimen cõmune oculorum & aurium.

IGITVR oculorum, & aurium commune regimen eſt, arcere fluxum materierum à cerebro ad illa, vt ſcilicet purgetur id quod ab eo fluit per nares, prouocando ſternutationes, & vtatur homo aperientibus opilationes. A gutture quoque vtendo gargariſmo, cum ſquingibin, & aqua decoctionis piretri; vel ſi corpus immundum eſt, vtatur ad emundationem totius corporis laxatiuo. Accidit autem viſui ſubtilitas ex acuto morbo qui factus eſt capiti, aut cauſa multum ſpuendi ſanguinem, aut cauſa vomitus aut clamoris magni. Collirizatio vero pinguedinis aſpidis, & comeſtio carnium eius confortat viſum, lectionem quoque librorum ſi augeas adiicitur viſui virtus.

Regimẽ ſpeciale oculorũ.

Razi. inquarta parte. Ad conſeruationem ſanitatis oculorum, cauere oportet à ſole æſtiuo, & puluere, & fumo, & à coloribus albis, vel rebus radioſis frequenter vel ſemper intuendis, & à literis vel ſcripturis ſubtilibus aſpiciendis, & ne rem vnam homo ſemper tanquam pauefactus aſpiciat: à multo præterea fletu, & frequenti coitu, & ne diu moretur in loco vbi ventus frigidus perflat. A nutrientibus quoque valde ſiccis, vt ſunt lenticulę, & res ſalſæ. Viſum etiam impediunt frequens ebrietas, & vinum, & nutrimenta craſſitiem habentia. Acuta quoque vt ſinapis, eruca, cæpæ, & allia; necnon & ea quæ capiti nocent, & dolorem adducunt, vt dactyli, porri, mandragora; caules quoque & lenticulæ, ſomnus multus, & vigilię multæ. *Porro* iuuamen viſui tribuunt collitia lachrymas expellentia, & ne mali humores ad oculos deſcendant prohibentia. Item aquam intrare claram, ac per magnum ſpatium oculos in ea clauſos tenere, hoc enim oculos in ea claros ac rigidos efficit: multoties & eos corroborari contingit, quando literas non ſubtiliores, aut picturas quis intendere cœperit. Quod autem oculi ſanitatem conſeruat & abſtergit, eſt tuchia cum ſucco maioranæ cõfecta. Eſt etiam de his quæ oculos abſtergunt, vt recentis fæniculi ſuccus in oculis ponatur, vel malorum granatorum collirium.

Quanam viſui proſint

Regimen aurium.

HALI. *vbi ſupra.* Auribus vero cauendum eſt à vocibus grauibus, vt à tonitruis, & acutis ac trementibus: & ne quid in foramen cadat auditus, reptile, ſcilicet, aut aliquid aliud: vidi enim in cuius aurem racię granũ ceciderat, & grauatus eſt auditus, nec egreſſum eſt aliquo medicamine. Illud etiam caueatur ne reptilium aliquod ingrediatur. Quod ſi ſentiatur in aure dolor & morſus, influatur ei aliquid olei roſati cum aceto, vel lacte puellæ. *Razi. vbi ſupra.* Ad conſeruationem auditus ſummopere inſiſtendum eſt vt aurium ſordes mundificentur, & ne aqua in aures intret, ne puſtula in eis acuta naſcatur. A faſtidio quoque valde cuſtoditi debent, & ne ſtomacho pleno dormiant. Porro qualibet hebdomada parum olei amygdalarum amararum auribus iniiciendum eſt. Quod autem aures ne doleant cuſtodit, eſt frigido vento tempore longo non apponi.

De Regimine dentium,

CAP. XXI.

Regimẽ dentium.

AD conſeruationem autem dentium ſummopere cauendum eſt, ne res duræ cum eis frangantur, aut res viſcoſę ſæpe & diu maſticentur, vt ſunt dactyli, mel coctum, & ſimilia. A multo quoque vomitu cauendum eſt, & à rebus dentes ſtupidos facientibus, eoſque congelantibus, ſicut eſt nix, & eius aqua: propriè que poſt cibum calidum ab eis conuenit abſtinere. Præterea ſi in dentibus aliqua pars cibi, præcipuè que de lacte remanſerit, abluantur & confricentur.

Hali. vbi ſupra. Dentibus cauendum eſt ne ſuperueniant eis ęgritudines; à putrefactione quoque cauendum eſt, minuendo dulcia apponere, vt ſunt dactyli, & natiſen, & potus aquę frigidæ ſtatim poſt illa. Caueat quoque lac, & pungentia, & aſſiduitatem vomitus; & lauationem poſt vomitum faciat cum vino & ſquingibin, ſimiliter & poſt comeſtionem lactis. Caueat etiam ſuporem gingiuarum, & vitet ea quæ plena ſunt acerbitatis. Fugiat quoque putrefactionis aduentum, curatione temperata cum his quæ eam eliminant, vt eſt hordei farina combuſti, punicis quoque combuſti, & fracturis raticon, & quę confortant gingiuas & dentes, & anhelitum condiunt. Oportet tamen non multiplicari curationis vſum: vlcerat enim gingiuas, & corrumpit eas, ac minuit; titillationem quoque dentibus inducit, eos concutit.

De Regimine pectoris, & ſtomachi, cordiſque, & hepatis, ac renum.

CAP. XXII.

Regimen pectoris & ſtomachi.

CVM autem à capite deſcenderint ad pectus materiæ multæ, oportet aſſueſcere ſemen papaueris parati cum medicaminibus, & dyacodion, quæ fiunt catarris. Cum autem ad ſtomachum à cerebro deſcendunt ſuperflua cholerica, & complexio ſtomachi calida eſt natura, Oportet hunc fluxum arcere, dandumque eſt ei parum cibi ante fluxum, nec famem ſuſtineat, quia copiam contrahit choleræ, fiique quod dabitur ei refrigerans eſca, vt carnes auium pa-

ratæ cum ſucco malorum granatorum . Oportet etiam euacuare choleram ad ſtomachum fluentem, & laxatiuo educente choleram rubeam , vt eſt abſinthij decoctio , vel mirobolanorum citrinorum, &c. Hieme tamen oportet regimini calefacientia quædam addi. Cum autem deſcenderit humor phlegmaticus, fueritque ſtomachus frigidus , oportet in huiuſmodi vti regimine calefacienti.

Regimẽ cordis.

Cui vero fuerit in conſuetudine percuſſio cordis, hunc oportet aſſueſcere phlebotomum, vſum quoque ſuccorum fructuum , vt granatorum , & pomorum, & coctanorum &c. Cuius vero cor debile eſt ac frigidum, aſſueſcat ille ſyrupo pomorum, &c. & prohibeas illum ſemel ſumere multum cibum, & aquæ frigidiſſimæ potum. Caueat etiam omnia quæ timet, & in quibus triſtatur intueri. Qui enim eſt huiuſmodi habitudinis, nonnunquam repente moritur his de cauſis. Qui vero in corde habet opilationem, & in eo ſentit extenſionem aliquoties, & grauitatem . Oportet his vti quæ aperiunt opilationem. Prodeſt etiam in hac parte diminutio prandij , & eius ſubtilitas, prohibitioque à cibis craſſis, & à potu dulcium & craſſorum.

Regimen hepatis & renum.

Cuius vero ſtomachus & hepar natura parui ſunt, non oportet ei ſemel dare cibum , ſed bis aut ter, vt deſcendant prius , nec ſit in ſtomacho multus, ſitque temperatus & citæ digeſtionis . Sed & ſi cuius renes generant lapides , & corpus eius ſit gracile , vt eſt hordeum cum cortice, piſces lapidoſi gallinę pulli, lac etiam aſinæ prodeſt ei.

De Regimine membrorum genitalium.

Cap. XXIII.

Cvivs autem teſticuli cálidæ complexionis ſunt , multum ſperma generantes , intantum vt ſæpius coitum requirunt , euacuatoque ſpermate membra quoque eneruantur , & ſtomachus imbecillis fit, animi quoque defectio accidat ; hunc oportet arceri coitu , & cauere cibos ſperma generantes , vti quoque regimine appetitum coitus minuente , exercitij quoque fortis aſſiduitate , quo moueantur plus cæteris ſuperiora membra corporis, vt eſt ludus pilæ , ſubleuatio vel iactus lapidis : vtatur etiam aquæ frigidæ balneo. Lumboſque ſuos liniat oleo roſato , & nenuphare Coctanorum . Dorſo quoque ſuo imponat opium diſtemperatum cum aqua lactucarum atque roſarum. Comedat autem ſebedenech, eique propinet quis feræ ſemen, lactucarum & portulacæ, æquis partibus datus.

Quæ minuũt carnis conſpiſcentiam.

Razi. in 5. parte. De his quoque quæ ſperma , & erectionem virgæ minuunt , ſunt acetoſa & ſtiptica in cibo ſumpta, vt acetum ; & vuæ acerbæ ſuccus, & ribes , & his ſimilia. Erectionem quoque minuunt ea quę ventoſitatis diſſolutiua ſunt, vt agnus caſtus, ruta, mentaſtrum , ciminum, & ameos. *Hali. vbi ſupra.* Mulieres quoque quarum matrices paruæ ſunt , oportet arceri à coitu , ne forte concipiant. Si enim in tali matrice generetur fœtus , non eſt ei ſufficiens in ea locus . Si autem tantum extenditur matrix, vt venę & arteriæ opprimantur, mulier moritur ; vel accidit ei dolor & difficultas tempore partus ; petitque fœtus , eo quod exire non poteſt anguſtia matricis arctatus.

De Regimine neruorum ac iuncturarum.

Cap. XXIV.

Porro cuius nerui ſunt imbecilles, regendi ſunt calidis & ſiccantibus, & à vino prohibendi, & à copia coitus, acerbiſque: magis autem à pomis, & lacte , & abundantia balneandi, & ſtatione in locis frigidis , hæc enim omnia mala ſunt, & eneruationem fouent: hanc dolor iuncturarum frequentat . Nam & hæc paſſio plus eſt ex debilitate naturali iuncturarum , & ex repletione humorum ad illas feſtinantium. Repletio quidem ſit ex vſu multorum ciborum ac potuum , & maxime à craſſis cibis, cum reliquiæ balneique demiſſione , & frequenti coitu poſt cibum . Qui igitur huiuſmodi aſſuetus eſt paſſioni , debet in cibis facilis digeſtionis continens eſſe , vtatur quoque ante prandium fricatione , & exercitio mediocri , & balneo ; cauens ab eis poſt . Tempus autem quo ſolet ei paſſio fieri , præueniat euacuatione humoris à quo fit , vt ſanguinis minutione , ſi eſt paſſio ſanguinea ; decoctione fructuum ſi cholerica ; Pillulis hermodactyli & rapſiæ, ſi flegmatica : Decoctione epytimi , ſi melancholica . Quod cum fecerit , vtatur etiam emplaſtris, & cataplaſmatibus , quæ membrum confortant ; vt prohibeatur ſuſcipere materias ad ipſum defluentes, & eas à ſe repellat. Sic etiam in omnibus membris imbecillibus oportet fieri , quæ materias influentes ſuſcipiunt . Nos quidem egreſſi ſumus in hoc capitulo à terminis moleſtiarum naturalium, ad eas quę ſunt extra naturam , vt ſermo noſter in cuſtodia ſanitatis eſſet plenius. De hoc enim paſſionis regimine dicẽdum eſt cum aliorum membrorum curatione, nunc autem ad debilium corporum regimen tranſeamus.

Remediũ pro eneruatione vel debilitate quorumlibet membrorum.

De Regimine corporum debilium, & primo mulierum prægnantium.

Cap. XXV.

Infantivm quidem & ſenum , & ab infirmitate conualeſcentium corpora , neceſſe eſt habere regimen proprium ; quia debilis eſt virtus eorum. Infantium quidem & ſenum , quia calor eorum naturalis debilis eſt . Conualeſcentium autem, quia ſanguis eorum paucus eſt . Itaque regimen infantium incipiemus à regimine mulierum prægnantium . Dicimus ergo, quod cum menſtrua mulieri prægnanti recludantur , accidit ei multorum appetitus incertus , ac ſubuerſio , ſputaque & vomitus, dolor etiam in ore ſtomachi , & paucitas appetitus. Detur ergo ei ſyrupus xyloaloe ; lãbat quoq; xyloaloe recentem, & maſticem odorer, aliaque iucunde redolentia. Pullos & hædos comedat , & malogranata, cytonia , pira, nec tamen multum comedat , ſed ter in die paulatim reficiatur , ne ſtomachus eius grauetur . Quod ſi propter aliquam paſſionem indiguerit ſanguinem minui , vel chatartico purgari , non oportet hoc in primordiis accelerari , donec quatuor menſium ſit prægnans ; & tunc faciendum eſt hoc v. menſe , vel vj. vel vij. Cauendumque eſt hoc idem iiij. vel ix. In primis namque quatuor menſibus eſt in ea fœtus debilis, & opus eſt ei cibo, minuit autem cibum minutio , vnde moritur fœtus. Octauo quoque, & ix. iam augmentatus fœtus eget maiori cibo, in quibus ſi mulier euacuetur, cibus minuitur, & fœtus moritur.

Regimẽ mulieris prægnãtis.

Razi. in quarta parte. Mulier prægnans, ab omnibus nutrientibus in quibus amaritudo & acuitas eſt, abſtinere debet ; vt ſunt capares , lupini, oliuæ immaturæ, & ſimilia. Omnia quoque vitare debet, quæ vrinam & menſtruum prouocant, vt ſunt cicer & phaſeoli, præcipueque ruta. A ſaltu etiam, & percuſſione , & caſu debet cuſtodiri , præcipueque impręgnationis initio , & in fine ab omni ſolicitudine remoueri, quæ ſæpe aborſus cauſa exiſtit. *Nutriri* vero debet cum ſubtilibus humorum bonorum generatiuis, ac nauſeæ repreſſiuis, & os ſtomachi corroborantibus , vt eſt caro gallinæ , perdicis, & hædi. De vino quoque boni odoris bibere modicum, quod temperate ſit aquatum . Ieiuna vero bibat rob fructuum acetoſorum , ac ſtipticorum , cum quibus parũ de trociſco xyloaloe accipiat ; vt abomi-

Cauenda à muliere prægnante acria & amara, item cauere debet à percuſſione & ſaltu præſertim in initio impregnationis.

natio

natio & nauſea in ea reprimantur. Exercitio quoque temperato vtatur, & ſibi caueat ne longam in ſole vel in balneo motam faciat. Cantilenas autem habeat, & ea quæ delectationem afferunt. Res etiam odoriferas circa caput & faciem, nec non & ſomnum augeat; nec impleatur cibo ſemel, ſed multis vicibus in die comedat; à malis autem nutrientibus ſibi caueat, & ne multa cibaria diuerſaque in ſtomacho miſceat. Quod ſi multum in ea deſtruatur appetitus, de rebus acutis parum eſt ei tribuendum, vt ſunt cepæ, & ſinapis, & ſimilia, quæ diſgregando commouent appetitum. Maſticem etiam & olibanum conuenit maſticare, citonia & granata, malaque maciana comedere. Si vero ipſam infirmari contigerit, oportet vt ſiue minutione, ſiue ventris ſolutione medicetur, ſed cum maximo timore, multaque diligentia fiat, ad hoc vt fœtus remaneat, partuſque facilis efficiatur.

De Regimine parientis.

CAP. XXVI.

Regimẽ mulieris in partu.

CVM autem hora partus appropinquauerit, parturiens in balneo mitti debet, & in tina quotidie ſedere, ventrem & coſtas cum oleo ſyſamino inungere, nutrientia quoque bonum habentia ſaporem, ac lenientia ſumere. Cumque partus aduenerit hora, coſtæ mulieris, & inferiores partes inungi debent, cum oleo dealcheiri, & oleo ſambacino calefactis, ipſiſque paulatim inſedere, quæ poſtquam parum ambulauerit, ſedeat, & pedes æqualiter tendat, deinde vero ſuper vtroſque ſe ſubleuet, & ſi dolor partus fortis fuerit, nares & os apprehendendo ſe premat. Obſtetrix quoque coſtas eius extendat, & humeros, iliaque inferius premat; & ſi diu taliter ſe habuerit, iſſidebeg vnctuoſum de pullis factum, in quo adeps gallinæ pinguis & anatis ponatur, in potu ſumat, vinumque boni odoris bibat. Si vero in partu ſecundina remanſerit, prouocanda eſt cum confidi ſternutatio, nares apprehendendo.

Hali. vbi ſupra. Mulier aduenientе partu, modo deambulet, modo ſedeat ſuper ſcamnum. Cumque dolor creuerit, ſpiritum ſuum arceat, & includat, & ad interiora impellat: infantem vero ſuſceptura, poſt tergum eius ſedeat, manumque ſuam ſuper vterum eius & ilia ducat. Siue autem difficillimus ſit partus, ſiue fœtus in vtero mortuus, ſiue poſt partum ſecundina remanſerit, vnicuique proprio ſubueniendum eſt medicinæ remedio.

De Regimine infantis naſcentis vel nati.

CAP. XXVII.

Regimen infantis iam nati.

AVICEN. *in i. cano.* cum naſcitur plerique ſapientes dixerunt vmbilicum in primis debere ſuper quatuor digitis incidi, & cum lana munda bene retorta ligari, taliter ne doleat. Oleum quoque cum panno ſuper eum imponi, & vmbilico medicamen ſuperponi. Feſtinandum eſt etiam ad corpus infantis ſaliendum cum ſale tenui, vt eius cutis indureſcat, quoniam illico cum naſcitur, omnia quæ tangunt ipſum ei nociua ſunt, ſiue calida, ſiue frigida, ſiue aſpera ea ſentiat, propter cutis eius ſubtiliationem atque calorem. Deinde vero aqua tepida lauetur, eiuſque nares aſſidue digitis, quorum vngues inciſi ſint, purgentur; & in eius oculos parum olei proiiciatur. Cumque opus erit vt faſcietur, nutrix eius membra ſuauiter tangere debet, & quod dilatandum eſt dilatare, quod ſubtiliandum ſubtiliare, omneque membrum ſecundum figuram conuenientiorem figurare; & hoc totum cum extremitatibus digitorum, ſubtili compreſſione. Quod quidem multis vicibus oportet facere, & oculos eius ſuauiter & aſſidue tergere, veſicam etiam eius premere, vt facilis fiat exitus vrinæ, deinde manus illius extendantur, brachiaque eius ad genua ducantur, caput inſtita ligetur, eique pileus imponatur, qui ſuper caput comprimatur, & conſtringatur. In domo temperati aeris ad dormiendum ponatur; cumque dormierit, toto corpore caput altius ſit. Obſeruandumque ne colli vel dorſi vel extremorum eius aliquid torqueatur. aqua ſuaui, & æquali balneandus eſt; & hoc poſt longum eius ſomnum, plerumque vero bis in die vniuerſaliter & ordinate, nec lauetur niſi quouſque corpus eius calefiat, ac rubere incipiat. Poſt hoc extrahatur, & aures eius ab ingreſſu aquæ cuſtodiantur. In hora quidem ablutionis cum accipitur, manu dextra ſuper brachium ſiniſtrum aſſumatur, nec ſuper ventrem, ſed ſupra pectus ſuum appodietur. In primis autem iaceat ſuper ventrem ſuum, poſtea ſuper dorſum, & preter hoc inceſſanter fricetur, atque prematur, & figuretur. Duæ quoque res ei iuuamen conferunt, ad hoc vt eius complexio fortis fiat, ſcilicet motus lentus, & vox cantilenæ, cum quibus debet dormire. Ex quantitate tamque recipiendi hæc duo, patet quantum ſit aptus exercitio, & muſicæ: quorũ vnum eſt corporis, & alterum animæ.

Motus lẽtus & vox cantilena cantilenæ ſunt in infãte complexionem fortem.

Razi. vbi ſupra. Poſt partum, ſtatim aures infantis præmendæ ſunt, quod etiam poſtea multoties eſt faciendum. Obſeruandum quoque ne lac aures eius intret, cum lactatur; & vt palatum cum melle tangatur. Nareſque cum aqua calida & vncto ſemper mundificentur, & muſcilaniges emungantur, ipſe quoque prius fricandus eſt; & poſtea inungendus. Membraque in vnamquamque partem tendenda ſunt, & faſcia cingenda. Caput eius & nares & frons rectificanda. Hoc enim regimine ſi cuſtodiantur, ægritudines multas euadent. Mammillas quoque taliter ſugat, ne venter eius tendatur, & vt non accidant ei diſſolutio & pigritia, ſomnuſque longus; nec de latere reuoluatur ad latus, & non ploret, neque vomat. Oculi eius in primis diebus natiuitatis operiendi ſunt panno, cauendumque ſummopere ne ſtet in loco luminoſo; ſed vitra pannique diuerſorum colorum appendãtur coram eo. Vtendum eſt etiam illi delectabilibus cantilenis, nõ aſperis vocibus, neque raucis. Et poſtquam loquendi tempus appropinquauerit, nutrix frequenter eius linguam fricet, ante ipſum quoque frequenter loquendum eſt, & verba facilia leuiaque docendus eſt. Cum vero natiuitas dentium appropinquauerit, gingiuæ cum butyro & adipe gallinę ſæpe fricandæ ſunt, & aqua hordei liniendæ.

De Regimine lactationis eius.

CAP. XXVIII.

Lac matris infanti maxime conuenit, poſtquam ſc. ipſa redierit ad temperatam complexionem, quia propinquius eſt eius conſuetudini

AVICEN. *vbi ſupra.* Infanti lac matris ad ſugendum omnimode præbeatur, ipſum enim ſimile eſt præteritorum nutrientium quibus in ventre alebatur, ſcilicet menſtruorum, ipſa namque ſunt quæ conuertuntur & lac efficiuntur: ipſe quoque magis illud recipit, & magis ei conuenit, intantum vt experimento certificatum ſit, valde conferre extremum mammillę matris in os infantis ponere. Cauendum eſt tamen ne ſit eius mater quæ lactet eum primo, donec ipſius, ſcilicet matris temperetur complexio. Et melius quidem eſt vt parum ei mellis tribuatur, & poſtea lactetur. Ex lacte quoque quo puer ſugere debet, in mane bis aut ter emulgendum eſt deinde mammilla ei tribuenda, præcipueque cum in lacte fuerit macula. Lac autem acutum non eſt infanti ieiuno dandum. In primis quidem non multum lactandus eſt, eique bis aut ter in die ſufficere debet. cumque poſt lactationem dormiturus eſt, eius cuna non eſt vehementer voluenda, quia lac in eius ſtomacho concutereretur; ſed ſuauiter mouenda, fletuſque paruus ante lactationem ei confert.

Hali. vbi ſupra. Infante nato, natura ſanguinem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

menſtruum quo idem fœtus in vtero matris alebatur. ſuſcitat ad mammillas, fitque lac quo nutriatur infans, vt ſit cibus eius conſonans, ac priori conueniens. hac de cauſa lac genitricis nato conuenientius eſt lactibus cæterarum mulierum, quia propinquius eſt eius conſuetudini.

De Eligenda, nutrice & eius regimine.

CAP. XXIX.

AVICENNA *vbi ſupra.* Quod ſi res aliqua matris lac infanti dare prohibeat, vt debilitas ipſius, vel corruptio lactis eius, vel quia delitioſa eſt; eligenda eſt nutrix ætatis mediocris, ſcilicet inter annos xxv. & xxx. quoniam hæc eſt ætas iuuentutis, & ſanitatis, atque complementi. In ea quoque conſideranda ſunt figura corporis, & mores, & forma mammillarum, & qualitas lactis, & quantitas temporis quod fluxit ab hora ſui partus; ſcilicet vt ſint duo menſes, videlicet ad minus menſis & dimidius, ſitque partus eius maſculus, & partus ſecundum naturale tempus, ipſa vero nec aborſum fecerit, nec facere conſueuerit. Vtatur autem exercitio temperato, cibiſque boni chimi nutriatur, & omnino caueat à coitu, quia ſanguinem menſtruum permiſceat, & lactis odorem corrumpit, eiuſque quantitatem mmuit. Fortaſſis autem & impræg nabitur, & tunc quod in ſanguine ſubtile eſt, ad nutrimentum embrionis redibit. Ipſius etiam embrionis nutrimentum parum erit, eo quod alius lacte indiget; & ſic vtrique nocumentum fiet. Quod ſi nutrici mala complexio vel ægritudo dolorosa, vel multa ſolutio ventris, aut conſtrictio acciderit; melius eſt vt alia lactet infantem, donecilla ſanetur.

Razi. vbi ſupra Nutricem oportet eſſe iuuenem, bene coloratam, pinguedine mediocrem, mammillas magnas & amplum pectus habentem; non maculoſam, nec infirmam, nec partui propinquam, nec multum ab eo remotam. Et hæc quidem nec ſalſa comedat, nec acuta, nec acetoſa, nec ſtiptica, nec vtatur porris, nec cepis, nec eruca, nec aliis; à ſolicitudine quoque caueat, & menſtruorum prouocatione. Quod ſi lac eius minuatur, pultes de farina fabarum, aut riſi, aut panis de ſimila ficci & lacte & ſaccharo factæ, ei tribuantur ad ſorbendum, quibus & parum ſeminis fæniculi ſit admixtum. Si vero lac eius valde craſſum fuerit, nutrimentum ſubtiliandum erit, ipſaque parum laborare cogenda. Porrò ſi multum ſubtile fuerit, nutrientia fortia & craſſa cum augmento ei danda ſunt, & ſomnus augmentandus. Lac itaque quod melius iudicatur eſt illud, cuius vna gutta ſuper vnguem diſtillata, nec multum ſubtilis apparet & liquida, nec multum craſſa & congelata, bonum habens odorem, paruamque dulcedinem. Salſum vero lac, vel mali odoris, nullo modo conueniens eſt nutrimento infantis.

Hali. vbi ſupra. Nutrix à xv. annis ad xl. eligatur, quæ à cibis pungitiuis, & fructibus ponticis, & amaris, & acerbis valde, & huiuſmodi qui lac corrumpũt, prohibeatur. A coitu quoque penitus arceatur. hæc eſt enim maxima cauſarum lac corrumpentium, commouet enim ſanguinem menſtruum ad egreſſum, & lac à bonitate ſua mutat; & ſi forte concipit, amplius eſt nocumentum infanti, quia ſanguis bonus conuertitur ad cibum fœtus, & remanet malus. Conſiderandum eſt itaque lac, & eligatur quod eſt melius ac tẽperatius, quia cibo infantis eſt vtilius. Sic autem probari poteſt: parum ex ipſo in vaſe vitreo mulgeatur, & nocte ſic dimittatur. Si quid ex eo liquidum eſt ac tenue, non amplius conglutinatum. lac tenue probatur eſſe: ſi vero conglutinatum amplius eſt, lac ſpiſſum & craſſum eſt: itaque ſi craſſum eſt, ſubtilietur cibus nutricis vt temperetur; & ſimiliter fiat de contrario.

Quenam in nutrice perpendenda.

Nutrix debet à coitu abſtinere.

Proprietates boni lactis ad nutriendũ infantem.

Probatio lactis.

De ablactatione infantis.

CAP. XXX.

RAZI. *vbi ſupra.* Cumque tempus aduenerit quo infans comedere incipiat, de ſimila & lacte & ſaccarho fiat ei cibus quo ſe ad aliquid traiiciendum diſponat. Caro quoque quæ eſt in pectore pulli teneris vel perdicis, eſt ei tribuenda; quæ poſtquam ei bene ſapuerit, eamque appetere cœperit, mammillarum ſuctio paulatim eſt minuenda. In nocte quoque ea fugere non permittatur. Et hoc etiam obſeruandum eſt valde, ne in tempore calido à lacte remoueatur.

Modus ablactandi infantem.

Auicen. vbi ſupra Naturale ablactandi tempus eſt duorum annorum. Quod ſi infans aliqua de lacte deſiderauerit, ordinate eſt ei tribuendum, non autem violenter prohibendum poſtquam vero duales apparere cœperint dentes, ad nutrimentum ordinatè mouendus erit quod fortius ſit, non tamen res ad maſticandum dura danda eſt ei, ſed primo quidem panis quem maſticauerit ei nutrix, deinde panis cum aquato vino, vel cum lacte. poſt hoc amouendus eſt à lacte, ad id quod eſt ex ſorbendi genere, carniumque leuium cibo nutriendus eſt. Quod ſi mammillas improbe petierit, ſemper eas volens ſugere, mirrha & mentaſtra more emplaſtri ſunt epytimandæ. *Cum* autem incœperit ambulare, ſeque diuerſis moribus mouere, non eſt permittendus, vel exponendus ambulationi, donec ei deſiderium ſecundum naturam fiat, ne cruribus eius ac dorſo nocumentum accidat. In primis autem cum ambulat, ponatur ad ſedendum in corio leni, ne terræ aſperitas ipſum ſcalpat, cultelli quoque fuſtes, & huiuſmodi quæ pungunt vel incidunt, ab eius conſpectu temoueantur. Cauendumque ne cadens ab alto lædatur. Cum autem canini dentes apparuerunt, ab omni re quæ dura eſt ad maſticandum, abſtinendus erit, ne materia vnde canini creantur, propter maſticati nem quam deſiderat, reſoluatur. Tandem vero cum loqui cœperit fricandi ſunt eius dentes, præcipueque eorum radices.

Noneſt cogẽdus infans ambulat donec ſecundum naturã deſideret.

Hali vbi ſupra. Tempus ablactationis duos annos non excedit: tunc infantem oportet aſſueſcere comeſtioni, non ſubito cibum eius augendo, ſed pedetentim dando, & lac paulatim minuendo. Temperatis temporibus ablactetur; nec ambulare non ſuo tempore permittatur, ideſt prius quam eius membra firmata ſint, & ſolidata. Alioquin femoribus eius & cruribus debilitates fient, & curuationes. nec oportet infantibus propinari vinum; auget enim humiditatem corporis eorum, cum ipſorum natura ſit humida. Implet etiam eorum capita vaporibus malis, eorumque mentes corrumpit.

Tẽpus ablactationis non debet duos annos excedere; ſi vero autem debet temperatis temporibus.

De Regimine puerorum.

CAP. XXXI.

AVICEN. *in 1. cano.* In regimine vero puerorum quod ab infantia emergit, intentio tota ſit in eius mores moderando ac meliorando: ne ſcilicet ira fortis, aut timor vehemens accidat ei, neque triſtitia, vel vigiliæ. In hoc enim duæ conſiſtunt vtilitates, vna ſcilicet in anima eius, vt morum bonorum habitus à pueritia creſcat, ac fixus in eo permaneat: Altera vero in eius corpore. quia ſicut mali mores malitiam complexionis ſequuntur, Sic etiam ex illorum conſuetudine cum acceſſerit, malitia complexionis eos ſequitur. Ira namque vehementer calefacit, & triſtitia exiccat, pigritia virtutes animales laxat, & complexiones ad phlegmatis proprietatem inclinat. Sanitas ergo corporis & animæ ſimul in temperantia morum conſiſtit. Cum autem à ſomno puer excitatur, balneandus eſt, & poſt hoc vna hora ludere dimittendus: deinde ve-

Duplex vtilitas in moderatione morum & paſſionũ puerorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ro ad comedendum ei prębeatur, & poſtea prolixius ludere permittatur; poſt hoc iterum balneandus, deinde vero cibandus. Et quanto plus fieri poteſt, aquam in cibum ſumere non permittatur, ne cibus penetret crudus antequam digeratur.

Cum autem vj. annos habuerit, magiſtro tradendus eſt, qui eum doceat: in quo etiam gradatim eſt ordinandus, nec in ſcholis quotidie morari cogendus eſt. In hac ætate iam minus erit abluendus, eiuſque labor cum commeſtione augmentandus, nec vinum ei detur, maxime cum calidæ complexionis fuerit, quoniam in potatoribus ex eo cholera regeneratur; nec ipſe puer indiget iuuamento quod ex vini potatione expectatur, hoc eſt vrinæ prouocatio, & iuncturarum humectatio. Non enim eſt eius cholera rubea multa, quæ in vrina ſit prouocanda; nec eius iuncturæ indigent humectatione. Permittendus eſt igitur aquam frigidam dulcem & liquidam ſecundum deſiderium bibere. Sic itaque regendus eſt, donec ad xxiiij. annos perueniat, cum ſolicitudine quotidiana, quæ ex minoratione humiditatis, & proceſſione exiccationis & indurationis in eo creſcit. Ordinandus eſt igitur minorando exercitium, & poſt hanc ætatem regatur regimine ſanorum.

Dua vtilitates ex potatione vini ſc vrinæ prouocatio, & iuncturarū humectatio.

Razi in iiii. parte. Pueri minutione, vel forte ventris ſolutione medicandi non ſunt, ſed ei ſubueniendum eſt cum ſcarificatione, & ventris ex aqua fructuum ſolutione. Cuſtodiendi ſunt autem, ne multum de mellis confectionibus, aut de fructibus comedant, & ægritudines multas incurrrant. A lacte quoque & caſeo, & craſſis nutrientibus remoueantur, ne lapis in eorum veſicis generetur. Quibus etiam ſemina melonũ excorticata cum ſaccharo tribuãtur, vt in eis inſtrumenta vrinæ mundificentur, ne lapidis generatio fieri incipiat. Neque vero multum nutrientibus repleri permittendi ſunt, nec cibos ſumere, donec prior cibus digeſtus ſit.

Remediũ pro calculo.

Hali. vbi ſupra. Puer ablactatus à multitudine ciborum arceatur & ab abundatia dulcium, & farina, ac cæteris, & à cibis groſſis, & aqua turbida, quę lapides generant: nec eum aſſueſcere vino conuenit, quoniam auget calorem & humiditatẽ, qualis eſt puerorum complexio. Corpora quoque cõplexionis huiuſmodi patiũtur accellerationem putrefactionis humorũ. Detur tamen eis modicum, vt prouocet vrinã, & minuat ab eo ſuperfluitatem, & humectet ſiccitatẽ quę accidit ei ex labore. Cum autem fuerit annorum xij. iam tũc oportet eum exercere in his quibus docẽdus, vel in quibus eſt ei viuendum: vt ſi opus eſt ei audacia plurima, membra eius exercitio forti exerceantur, & per ea quæ pauet ducatur, vt ſit ei conſuetum. Si oportet eum eſſe philoſophum, mores eius temperentur, & boni fiant: nec aſſueſcat iram & diſcordiam, ſed humilitatem patientiam. Si vero futurus ſit in actionibus grauibus atque laborioſis, vt in architectura vel cæmentaria, exercitari fortiter aſſueſcat, & cibis plurimi nutrimenti paſcatur, vt virtus membrorum eius augeatur.

Regimẽ pueri ablactati, & duodimatrij.

De Regimine adoleſcentium.

CAP. XXXII.

Adoleſcentes ſunt morborum nõnihil capaces ob ceſſationem augmenti.

Razi. vbi ſupra. Adoleſcentes autem & iuuenes, ab acutis infirmitatibus cuſtodiendi ſunt, eos minuendo, eorumque ventrem ſoluendo: quibus ſtatim vt in eis illarum apparuerunt ſigna, dentur fortiter reprimentia, antequam in eis illæ perficiantur. *Hali. vbi ſupra.* Iuuenum corpora, vt iam vltimum attigerunt terminum, & augmentationis ſtatum ideo ſuperfluitates in eis augẽtur, & congregantur, morbiq; feſtinant in eos propter repletionem. Hoc enim tempore cibus non occupatur in dilatando corpus, & augendo ſicut prius. verumtamen virtus eorum patientior eſt morbo, & in pluribus fortior ad expellendum cauſas eorum. His igitur oportet exercitium induci moderatum & conſuetum, nec multum calori ſolis obuient. In aqua temperati caloris ſe balneent. Aeſtate vero aqua frigida dulci & ſuaui. Caueant ergo cibos calefacientes, choleram generantes, vt alia cepas, ſinapim, & ſimilia. Vtantur autem cibis quantum poteſt cuiuſque digeſtio, & vnuſquiſque iuxta menſuram ſuæ conſuetudinis. Sumant autem cibos frigidos, vt piſces recentes, hędulinas carnes cum frigidis condimentis decoctas, & fructus aſſueſcant cum granatis perſicis, & huiuſmodi: Siquidem complexio eorum eſt hiſce rebus naturalis. vinum bibant, nec multum nouum, nec vetus mixtum aqua frigida: nec vero plurimum tolerent famẽ; confortat enim calorem & auget choleram. Aſſueſcant autem corpora phlebotomiæ, & laxatiuis; maximeque in vere. Sit eorum regimen iuxta quod expedit naturali complexioni ipſorum, & cuique quatuor anni temporum.

Qualis cibus & potus illis conueniat.

De Regimine ſenum.

CAP. XXXIII.

SEnum vero complexio frigida & humida eſt. Hanc regimine calefacienti regi oportet. Habitet igitur in loco aëre non ſicco, ſed ſimili verno; & ſi debilis eſt virtus eius, equitet & ambulationem minuat. Qui vero fortior eſt, vtatur deambulatione quæ non fatiget: balneetur aqua dulci & calida, & poſt vna hora quieſcat; deinde vero eſcas calidas & humidas, digeſtibiles, citoque à ſtomacho deſcendentes comedat, cibos autem pungitiuos, & choleram generantes caueat: eos quoque qui melancholiam generant aut phlegma. pluries in die reficiatur, & hoc paulatim; quoniam eius natura non patitur, nec ſufficit ad digeſtionem multorum ciborum ſemel ſumptorum. Prandeat hora tertia; poſt meridiem balneetur, & dentur ei quædam cibaria ventrem emollientia, poſtea reficiatur. Coitum omnino fugiat, & animæ accidentia. Quia vero colligitur in corporibus ſenum phlegma plurimum, oportet eos nonnunquam regi ſubtiliantibus, & incidẽtibus phlegma; nec in hoc eſſe aſſidue immorandum. Plurimorum quidem hominum ventres (vt ait Hippocras) in iuuentute ſunt molles, qui cum ſenuerint deſiccantur eorum ventres, & quibuſdam fit econuerſo.

Senes, pluries in die reficiẽdi.

Auicen. vbi ſupra. Summa regiminis ſenum eſt operari quod calefaciat & humectet ſimul, ex nutrimentis, & balneis, & potibus, à ſomno prolixo, & mora multa in lecto, & ex aſſidua quoque vrinæ eorum prouocatione, & expulſionum phlegmatis, & ex eorum ſtomachis per viam inteſtinorum ac veſicę. *Razi. vbi ſupra.* Senum corpora magis euacuatione cum medicinis curanda ſunt, quam cum minutione. In his autem labor & ſolicitudo minuenda ſunt, vt eorum vires diutius perdurent, nec ipſi valde ſeneſcant. Porro qui in ſenio ſunt, à labore & ſolicitudine necnon à minutione, niſi magna neceſſitas immineat, remouendi ſunt. Nutrientibus autem bonis, ac ſuauiter ſapientibus, facileque digeſtibilibus alendi ſunt; & ſæpe balneis oportet vti, multumque dormire. Rebus etiam odoriferis faciem & caput inficere. Vinum porro temperatæ naturę clarum ac ſubtile, mediocriter aqua mixtum bibant, ac temperatè ſumant. ſi enim hoc modo regantur, poſſibile eſt vt ad alharam & ptyſim tarde perueniant. Nec eorum corpora deiiciantur.

Qualis cibus & potus ſeni conueniat.

Idem in v. parte. Quibuſdam hominibus intempeſtiuè cani ſolent naſci, cæteris autem tardari complexionis ſuæ cauſa. De his quidem qui caniciem tardari faciunt, eſt vt de trifera minori frequenter in mane ſumatur. Abſtinere vero conue-

Vt canicies tardetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nit à lacte, & à cibis habentibus micas panis admixtas, & à pultibus quæ multum ſpiſſę ſunt, & à frumento cocto, & ab his quæ conficiuntur ex melle, & à potu aquæ multæ. vinumque vetus ac parum, modice bibendum eſt, vel hidromel. Maior autem pars eorum quibus nutrimentum ſit Kalaię ſint, & aſſaturæ.

De Regimine conualeſcentium ab ægritudine.

CAP. XXXIV.

Ratio cur cõualeſcentes ſint debilis & pauci ſãguinis.

Hali. vbi ſupra. Poſt diſputationem regiminis omnium ætatum debilium, ſequitur de regimine conualeſcentium, qui ſcilicet liberati ſunt à febribus & morbis acutis, & egreſſi ſunt ab eis: vnde eorum corpora debilia ſunt, & paucus eorum ſanguis. Debilia quidem, quia reſoluta propter calorem febris, & eius fortitudine conſumpta, vſuque regiminis ſubtilis. Paucus vero ſanguis eſt, ex combuſtione caloris febris, & paucitate ciborum, ac ſubtilitate eorum. A tribus ergo diebus poſt tranſitum ægritudinis, vtantur dieta qua prius in tempore infirmitatis, ad vitandum periculum recidiuationis. tunc vero paulatim & per gradus, ad id quod groſſius eſt transferantur, donec ad conſueta perueniant. Quod ſi appetitus deficit, aut appetit quidem & comedit, nec augetur corpus illius, ſignum eſt quod corpus eius mundum non ſit. Oportet ergo cibum minui, vel corpus ſubtiliari atque purgari; alioquin regreſſum faciet morbus: ſicut Hippocras ait. *Corpora* inquit *non munda, quantuncunque refeceris, augetur eorum malitia.*

Vt morbus nõ regrediatur quid faciendum.

Razi. in ix. parte. Itaque qui ex morbis acutis conſurgit, cuſtodiendus eſt ab his quibus ſani nutriuntur; & ex his quibus regebatur in ægritudine, vel parum fortioribus moderetur: deinde vero paulatim & ordinatim ad cibos ſanorum perducatur. Interim tamen à balneo & labore, vigilijs, coitu & vino obſeruetur, & ne curis animalibus ſolicitetur: ab omnibus quoque quæ corpus calefaciunt, ſeparetur. Caueat quoque ne famem aut ſitim patiatur, & ne ſimul cibo repleatur; quoniam vnum iſtorum ipſum diſtemperat & calefacit, aliud vero complexionem eius corrumpit. Si tamen eius appetitiua fortis, digeſtiua vero debilis & fatigata fuerit, non attendat in comeſtione quantum appetitiuæ, ſed quantum digeſtiuæ attinet; quod etiam donec digeſtiua melioretur, obſeruet. A comeſtione quoque groſſorum nutrientium, dureque digeſtibilium ſeparetur, vſquequo virtus ipſius compleatur: iterum autem nutriatur ex his quæ cito degeruntur. Multoties quidem, ſed parum comedat; & ex aqua frigida paulatim bibat. Quod ſi nutrimentum eius abſque vino digeri non valeat; vinum album & clarificatum ei tribuatur, & à forti ſibi caueat.

Regimen conualeſcentiũ.

Cum autem alicuius conualeſcentis appetitiua debilis inuenitur, ſciendum eſt reliquias ægritudinis in corpore remanſiſſe, quas neceſſe eſt expellere, præcipueque ſi ſapor oris ſic fortis, multaque ſitis. Itaque venter ipſius ſoluatur, aut minuatur; aut extinguentia diſpoſitioni ſuæ conuenientia ſibi tribuantur. Denique ille in quo ſigna reliquiarum ægritudinis remanſerunt; vt eſt calor ſuperfluus, qui tactu ſentitur; aut ſpiſſitudo anhelitus, aut ſitis, aut dolor capitis, aut vrinæ tinctura, aut oris ſapor extraneus, aut alienatio in ſomno, aut vigiliæ aut huiuſmodi alia; præcipue ad regimen ęgritudinis reducendus eſt, donec hęc omnia ſigna remoueantur, & corpus omnino ſanitati reſtituatur.

Signa reliquiarũ ægritudinis.

De Tutela contra morbos peſtilentiales.

CAP. XXXV.

Hali. vbi ſupra. Dicto de regimine corporum debilium, reſtat oſtendere regimen eorum quæ iam eſſe videntur in caſu cauſarum ægritudinum, quarum ſcilicet cauſarum amputatio bipartita eſt. Vna eſt cauſarum quæ accidunt corpori extra; & hæ ſunt cauſæ morborum peſtilentialium. Altera eſt earum quæ mouentur intus à corpore; & hæ ſunt à complexione mala, aut ab humorum copia, vel eorum malitia. Cautela morborum quæ fiunt ab extra, eſt eorum quæ fiunt ab aeris mutatione; & hæc aut fit ex mutatione complexionis eius in temporibus anni à naturali habitudine, aut ex alteratione atque mutatione ſubſtantiæ eiuſdem in corruptionẽ ac putredinem. Itaque peſtilentiales morbi, quos ſcilicet aer peſtifer in corpora hominum adducit, non accidunt omnibus hominibus: immo paſſiones illæ quæ fiunt à mutatione complexionis aeris, in ea corpora ſolent venire, quorum complexio aduerſatur complexioni aeris eo tempore. Quę vero à mutatione ſubſtantiæ aeris fiunt, in ea corpora ſecundum maiorem partem eueniunt, in quibus ſunt mali humores, aeris illius temporis mali ſubſtantię conſimiles, parati ſuſcipere paſſiones ac morbos quos inducit aeris malitia.

Cauſa morborum alia externa, alia interna.

Aer dupliciter mutatur in ordine ad morbũ cauſandum.

Itaque ſi euentus ægritudinum ab aëris mutatione fuerint, cautela ab eis eſt ex vſu regiminis contrarij complexioni aeris illius temporis, tam in cibis, quam in medicaminibus & alijs cauſis ſanitati & ægritudini communibus: prodeſtque humorem, aëris complexioni eo tempore conſonum, euacuare, eiuſque materiam amputare. Si autem eſt ex acris corruptione; quoniam huiuſmodi habitudo accidit aeri ſecundum maiorem partem ex exceſſu caloris & humiditatis, oportet eſſe cautelam ab huiuſmodi infirmitatum incurſu: Primo quidem phlebotomia; deinde laxatiuo, cuius eſt illam ſuperfluitatem calidam purgare. Deinceps autem vtatur regimine refrigeranti & deſiccanti, & caueat obuiare calido aeri & humido. Timent autem peſtilentiales morbos, quorum complexio calida eſt & humida, puerique & adoleſcentes, quia talis eis complexio dominatur. Quare oportet eos minutiones ſanguinis multiplicare, & eorum quæ refrigerant & deſiccant vſum augere, totáque diligentia regimen calefaciens & humectans cauere.

Quomodo obuiãdo morbo ex aeris mutatione vel corruptione imminenti.

Complexio calida & humida qualis eſt puerorum & adoleſcẽtiũ, eſt peſtis maxime capax.

Sunt etiam peſtilentiales morbi plurimi, quando autumnus eſt nimiæ ſiccitatis, poſt æſtatem magni caloris, vt cauſon & febris cholerica, quas comitatur vomitus cholerarum multus, & turbatio, ac ſitis. Quare neceſſe eſt vſum regiminis præcedere refrigerantis & humectantis. Morborum autem peſtilentialium quidam ſunt exputridis vaporibus aera inficientibus, vt ſunt vapores reſoluti ex cadaueribus, vel aquis in quibus olera ceciderunt, fructuſque putruerunt. Vnde ſi poſſibile eſt, oportet à locis recedere, in quibus talia contingunt. Si vero ſit habitatio ſub vento, per quam huiuſmodi putredines tranſeunt, aut in ſubterraneis locis, vel domibus, per quas non pertranſit aer multus, loca ipſa aceto rigentur, myrto & odoribus frigidis ſternantur, vaporibusque iucundis vaporentur, vt eſt xiloaloes, & huiuſmodi. Quidam vero peſtilentiales morbi ſunt ab vno in alium tranſeuntes, vt lepra, ſcabies, ptiſis, mania, variola, & obtalmia. Ideoque cum his qui talia patiuntur non oportet aliquem commorari, ſed ab eis longe fieri, ad loca quæ extra ventum ſunt per illos flantem.

Quidã morbi peſtilẽtiales oriuntur ex ſiccitate autũni, quidam ex putridis vaporibus, quidã denique ab aliis infectis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Cautela contra morbos ex humore prouenientes.

CAP. XXXVI.

Cauſa interne morborũ duplices, ſcil communes & propriæ.

EX cauſis autem morborum quæ mouentur ab interioribus corporis, quædam communes ſunt; & hęc ſunt complexionis malitia, repletio humorum, & malitia eorum; quædam vero proprie ſcilicet vnicuique morborum. De malo complexionis iam alias diximus, quod eius amputatio ſit per regimen, quod complexionis malitiæ contrarium ſit, eique reſiſtens. Porro chymorum repletio, quandoquidem mala non eſt, curatur per euacuationem, & corporis ab illo humore mundificationem. Quæ vero & eſt ex humoribus malis, eius curatio eſt per manitionem illius mali humoris.

Iſi. in lib. ety. Ex iiij. humoribus reguntur ſani, & ex ipſis læduntur infirmi, dum enim amplius extra curſum naturæ creuerint, ægritudines faciunt. Ex ſanguine quidem & felle, acutæ, paſſiones naſcuntur, quas græci oxia vocãt. Ex phlegmate vero & melancholia veteres cauſæ procedunt, quas Græcorum medici *croniam* vocant.

Ex epiſtola Hippocra. Nam quoties aliquid in corpore creſcit ipſis humoribus, aut minus habet; ęgritudines & cauſas veteres facit. Itaque cum incurrit quis de cauſa ſanguinis, quia ſanguis vt ſuperius dixi, feruens & humidus eſt, debet contrario medicamine occurrere, quod ſit frigidum & ſiccum & ſic de alijs.

In eſtate & hyeme non ſunt vſurpãdæ fortes medicationes niſi vrgeat neceſſitas.

Aui. vbi ſupra. Ex his præterea rebus quas obſeruare debes eſt, in fortibus temporibus quantum poteris dimittere fortes medicationes, vt ventrẽ ſoluere vehementer, aut prouocare vomitum, aut aperire, vel adurere, in eſtate, vel hyeme. Præterea ſcire debes, quod non omnis repletio, nec omnis complexionis malitia, ſuo medicatur contrario, euacuatione ſcilicet & oppoſitione. Sed multoties ſufficit bonitatis regiminis multitudo. Non omnes igitur euacuationes neceſſariæ ſũt propter ſuperfluitatem repletionis, ſed quandoque propter magnitudinẽ ęgritudinis, & propter repletionem ſecundum qualitatem, non ſecundum quantitatem. Aliquando quoque fit ſecundum modum perſeuerationis; ſicut indiget ille cui podagra euenire ſolet, & epilenſia, & huiuſmodi in hora cognita, proprieque in vere. tunc itaque neceſſarium eſt vt præſertim euacuatione vtatur ante ſuam horm, & euacuet ea quæ proprie in ipſa ægritudine ſunt euacuanda, ſiue ſit minutio, ſiue ventris ſolutio.

De Signis humorum in corporibus dominantium.

CAP. XXXVII.

Quatuor ſigna ſuperabundantis humoris ſc.

EX *compendio Salerni.* Signa vero diſtinguentia dominium humoris, iiij. eſſe cognoſcimus, ſcilicet lęſiones, dolores, tumores, & exuntia à corpore. Per læſionem quidem, triplicis virtutis dominium humoris declaratur. Per læſionem quidem animalis virtutis vt per ſaporem læſum. Sapor etenim ſalſus, phlegma ſalſum; acetoſus, acetoſum phlegma, vel melancholiam; amarus, choleram; dulcis, ſanguinem abundare demonſtrat. Per lęſionem autem virtutis naturalis; ſi enim appetat terreſtria, melancholiam deponit; ſi vero frigida & humida, phlegma deponit: Si vero calidos & humidos cibos quis appetens inueniatur, ſanguinem deponere dijudicatur. Per lęſionem vero ſpiritualis virtutis; vt per inſpirationem magnam & raram, ſanguis; per magnam & ſpiſſam, cholera; per paruam & raram, phlegma; per paruam & ſpiſſam, melãcholia coniecturabiliter cognoſcitur.

Dolor.

Per dolores humor in cauſa exiſtẽs cognoſcitur, vt per doloris locum, & eius varietatem. Per locum, qui aliquando eſt vniuerſalis, vt in arretica; aliquando particularis, vt in capite; quod quandoque totum affligit, & dicitur cephalea; quandoque medium, & dicitur emigranea; quandoque vero partem & dicitur dolor monopagicus; qui ſi ſit anterior, indicat ſanguinem, ſi poſterior, phlegma; ſi dextra, choleram; ſi ſiniſtra, melancholiam indicat. per eius varietatem, humoris certum initium demonſtratur. Dolor enim acutus, choleram; ambulans, aquoſos humores aut ventoſitatem, extenſiuus, humorum multitudinem; ſempiternus ſanguinem; grauatiuus, melancholiam demonſtrat.

Tumor.

Tumor pręterea triplici ratione cognoſcitur, vel calore, vel tactu, vel forma. Albus enim & mollis, phlegma; rubeus & mollis, ſanguinem; citrinus, choleram; niger vel glaucus, melancholiam indicat. Per tactum vero, quia durus per duros, mollis vero per molin cauſa eſſe indicatur. Per eius formam cognoſcitur, ex cholera enim puſtulæ fiunt acutæ formæ & pruriginoſæ, ex ſanguine obtuſę & rubrę: De phlegmate vero latæ & non pruriginoſę.

Exeuntia à corpore.

Per exeuntia à corpore cognoſcitur, vt per vrinam, & per ſputa, & egeſtiones. Per vrinam humoris ſpecies indicatur: Nam citrina choleram; alba phlegma; rubea, ſanguinem; glauca vel nigra, melancholiam vel glaucam vel nigram ſignificat. Per effigiem etiam corporis, humoris dominium denotatur; vt ſi carnoſus ſit aliquis, & venuſtus, & rubeus, & ſomnolentus, ſanguinem deponit. Si pinguis & piger ad actiones, ſi pallidus & mollis, ſi bonæ imaginationis & malæ memoriæ phlegma dignoſcitur. Si macilentus & leuis ad actiones, rufus, & in ſomnis frigidus, cholera dignoſcitur. Si quis macilentus & piger ad actiones, hebes ingenio, niger vel glaucus inueniatur, melancholiam deponere corpus coniecturaliter comprobatur.

Per effigiem corporis, humoris etiam dominium denotatur, & cuius.

De Præparatione corporis ad humorum purgationem.

CAP. XXXVIII.

Triplex proprietas nociua materiei, quibus oppoſuntur tres motus naturæ. ſ. digeſtio, diuiſio & remotio nociua materiei.

TRiplici namque proprietate materiei, ægritudo naturam impedit: Natura vero ſuo triplici motu contrario reluctatur. Proprietatum nociuę materiei, prima eſt ingeſtio ſecunda compactio, tertia mortificatio. Indigeſtio eſt proprietas materiei, quæ præparatur ad ægritudinem faciendam. Compactio eſt materiei in eodem loco congeſtio. Mortificatio eſt peruerſio materiei, omnino in id quod eſt contra naturam. Primus autem motus naturæ digeſtio dicitur: Secundus diuiſio: Tertius materiei remotio quę operatur ad ægritudinem faciendam. Digeſtio itaque diuiſionem pręcedit: Diuiſio vero ſecundum naturam, de iure remotionem pręcedere debet. Medicus ergo peritus, naturæ motus debet imitari. In omnibus enim natura operatur. Medicus vero miniſter eſt. In primis igitur digeſtiuis eſt vtendum, deinde diuiſiuis, poſtea expulſiuis, ideſt indigeſta degerere, compacta diuidere, mortificatiua expellere. Priusquam ergo fiat euacuatio, oportet corpora fluxa facere cum molientibus, digerere cũ alterantibus, diuidere cum diuiſiuis. Mollientia ſunt, vt ius carnium tenerrimarum, & ius piſcium magis mobilium & ſquamoſorum. Digeſtiua ſunt recte obuiantia proprietati materiæ vnde nocumentum accidit. Diuiſiua ſunt in ſubſtantia ſubtilia, vt acetum. Quoniam autem eſt membris abominabile, dulce cum aceto coniungimus, vt mel; vnde fit oximel, & ſachatũ; vnde fit ſirupus.

Medicus debet naturam imitari.

De Variis modis purgationis.

CAP. XXXIX.

Mala materia multis modis remouetur.

MVltipliciter autem materiam remouemus, aut phlebotomia, aut vſtione, aut ſternutatione, aut vrina, aut emoroidi, aut menſtruis aut ſudore, aut egeſtione. Vomitu ſuperiores educimus, phlebotomia ſanguinẽ extrahimus cum alijs humoribus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vstione vero humorem detrahimus, aut materiam in proprio loco consuimus insistentem. Sternutatione fumositates deducendo cerebrum depuramus. Per vrinam etiam hepar & vesicam & renes mundificamus. Per emorroides immundum sanguinem detrahentes, corpus, omnino securaramus. Per sudorem humores succutaneos educimus. Per egestiones graues humores prouocamus.

Prouocantia vomitus alia grauia, alia leuia.

Prouocantia vomitum, alia leuia, alia grauia; leuia delicatis, grauia fortibus attribuenda censemus. Grauia aut sunt compositæ medicinæ, aut simplices; leuia similiter. Grauia composita sunt vomitus scapellæ, vomitus G. aleni. Grauia simplicia sunt tapsia, catapucia, helleborum album, nux vomica, semen atriplicis, semen rapæ, radix esculæ, cocoguidium. Composita vero leuia sunt hydroleon, oximel, syrupus acetosus, vomitus Nicolai, decoctio bacaræ, decoctio corticis sambuci, vel vrticæ radicis. Leuia simplicia sunt succus bacaræ, iunci, radicis, & similium, quorum decoctiones assignauimus. Ex his autem tam leuiter quam grauiter prouocantibus vomitum, vnguenta aquas vina syrupos posterius instituc. Vomitus nimius constrigitur, si catapucia stiptica ori stomachi superponatur.

Phlebotomiæ duplex est modus, scilicet per antiphrasim, idest per contrariam; & per metacentesim, idest per eandem partem. Ante confirmationem enim ægritudinis in principio debet fieri per antiphrasim, ante scilicet 5. diem in pleuresi: post confirmationem per metacentesim. Vstionis duplex est modus, scilicet aut tantum adurendo locum materiam consumimus ibidem, aut alium locum vrendo, materiam nociuam euacuamus.

Phlebotomiæ & vstionis duplex est modus.

Sternutatoria alia grauia alia leuia.

Sternutatoria, alia leuia, alia grauia, Grauia fortibus, leuia delicatis offerenda censemus. *Grauia* sunt vt pillulæ albæ vel nigræ, pillulæ euforbij, pill. piperis, piretri, stafisagriæ, salis armoniaci, nitri, & salis gemmæ. *Leuia* vt puluis thephisiæ, vel rosarum, vel licinum perunctum lacte mulieris. *Prouocantibus* egestionem multiplicibus vtimur: quoniam autem materiam primo digestam oportet euacuari, signa digestionis exponimus: Si vrina spissa apparuerit, post attenuetur; Et si primo tenuis est postea inspissetur, digestionis signa cognoscentur.

Signa digestionis.

De Regimine purgationis sanguinis.

Cap. XL.

Sanguinis minutio attrahit humores ex toto corpore.

Hali. vbi supra. Euacuatio quidem repletionis quæ est in ventriculis fit per phlebotomiam, & omnino per eam augent regiminis qualitatem, sicut ait Galenus: quoniam ipsa est euacuatio totius corporis æqualiter, & ciborum imminutio. Sanguinis namque minutio attrahit humores ab omni corpore, maximeque si fuerit dominans sanguis. Si vero fit repletio secundum virtutem, oportet fieri sanguinis minutionem cum laxatiuo cuius est humores purgare. quod si oportunum regimen facere dispoſueris, conferes contrarium qualitati mali humoris, & omnino quicquid auget qualitatem regiminis, sicut ait Gal. quia curatio totius corporis æqualiter, si fuerint humores multi, fit per phlebotomiã, & ciborum dimissionem ac balnei: Si vero fuerint humores mali, laxatiuo & vomitu; & vt materia laudabilis in corpore nutriatur.

Attentius igitur intuendum est, si videris signa repletionis quæ sint in omni corpore, maximéque signa repletionis ex sanguine, tunc phlebotoma de vena quæ dicitur aqnehel, idest mediastina. Cumq; corpus euacuaueris restaura laudabilem sanguinem, cibum quoque minuas, & à quadrupedum carne dulcibusque prohibeas: vtatur autem requie, caueatque laborem: labor enim corpora calefacit, humoresque malos qui sunt in corpore liquescere facit, defluuntque frequenter ad aliquod membrorum nobilium, & alia: Vnde fit apostema, ceterique morbi pessimi. quare oportet eos qui repleti sunt, laborem cauere, maximeque in quorum corporibus mali sunt humores. Sic etiam à balneo prohibendi sunt, quia facit aliquid simile. Si vero sint aliquæ causæ quæ phlebotomiam prohibeant, vt debilitas virtutis, vel imbecillitas stomachi & hepatis, in his oportet vti diminutione sumendorum, vt sic natura sanguinem reprimat, & bonum ac digestum faciat. Diminutio namque ciborum, & subtiliatio perfectiua sunt in regimine morborum ex repletione. Vtatur autem regimine refrigeranti ac desiccanti, donec sanguis componatur & maturetur, eiusque pars desiccetur, & in naturalem habitum reuertatur.

Qui habet noxios humores in corpore cauere debet à labore, ne nascatur apostema.

De Regimine purgationis choleræ, melancholiæ, & phlegmatis.

Cap. XLI.

Quomodo purgãda cholera.

POrro si cæteri dominentur humores aut corrumpantur, acceleranda est eorum euacuatio conuenienti laxatiuo. Si igitur appareant signa superabundantis cholerę, festines eam exinanire. Et si quidem tempus æstatis est, & patiens fastidium senserit, aut punctiones, aut morsus in stomacho, Vomitus cum squingibin, & aqua calida exhibeatur, scilicet cum aqua hordei &c. Si autem æstas non est, euacuetur corpus cum laxatiua aqua fructuum, & mirabolanis citrinis solidatis, cum scamonea, secundum quod videbitur posse sufficere, secundum virtutem, ætatem, & regionem, atque consuetudinem. Cibetur autem pullis conditis cum aqua hescereni, & aqua granatorum, & similibus. Dulcia vero caueat & salsa, omnésque cibos pungitiuos, qui acuti sunt & sicci. Quiescat etiam & laborem minuat, balneum cum aqua calida deuitet, & iram atque tristitiam; inhæreatque regimini assignato, donec redeat corpus eius ad statum pristinum naturalem.

Modus purgandi melãcholiam.

Cholera nigra si dominetur, euacuatio melãcholici humoris oportet vt acceleretur; aliquando quidẽ vomitu, si fuerit æstas vel autumnus, cum his quæ purgant eam, vt est semen radicis, & nux vomica &c. Alioquin vero laxatiuo melancholiam educenti, vt est decoctio epithimi & agarici. Caueat autem tristitiam, multiplicet gaudium & lætitiam, laborem vitet & iram, vtatur balneo aquę dulcis & calidæ. Sit aër illum circumdans temperatus, aut mediocriter calidus & humidus. Quod si corpori supersit aliquid humoris melancholici, non tædeat sæpius his medicaminibus ac regimine vti; quoniam hic humor difficilem curationem suscipit.

Modus euacuãdi phlegma.

Quod si phlegmatis epparuerint signa, euacuationem eius accelera, per vomitum quidem si tempus æstiuum fuerit, vel autumni: Sin autem aliud tempus, detur medicamen laxans phlegma. Si tamen non fuerit humor decoctus ac subtiliatus, nequaquam vtatur laxatiuis quæ humores subtiliant, sicut est aqua radicum herbarum, & imminutio ciborum, ac subtiliatio eorum. Cumque sic fuerit phlegma subtiliatum, & euacuationi ac transitu per meatus aptatum, tunc inaniendus est cum pillulis soluentibus phlegma. De hinc autem assiduus sit in calidis & siccis, caueatque cibos phlegma generantes. Quietem vero multiplicet ante cibum, & balneum aquæ salsæ atque sulphureę. post decoctionem & imminutionem repletionis. bibat vinum vetus, croceum, rubeum non spissum. *Denique* illi qui phlegma sentit in suo corpore iubeas minuere cibum, ac subtiliare; hæc etenim proficiunt absque vsu laxatiui, quoniam humorem istum subtiliant & excoquunt; auxiliaturque naturæ ad illud alterandum in bonum sanguinem.

Cum

Cum enim phlegma ſit cibus mediè decoctus, cibus ſi minuatur ac ſubtilietur, ſuper eum excoquitur, & ſanguis efficitur; quod in humore melancholico, vel cholerico non eſt euenire, propter eorum ſiccitatem.

De Regimine corporum, quorum res naturales immutatæ ſunt.

CAP. XLII.

VNAQVEQVE naturalium habitudinum (vt diximus) ſi minuatur, vel augeatur, aut à conſueto mutetur, ſæpius aduentum ſignificat morbi, vel habitudinis mediæ inter ſanitatem & ægritudinem. Similiter etiam ſi fiat aliqua in corpore qualitas extra curſum naturalem, vt eſt languor, aut dolor, aut aliquid ſimile, portendit morbum, aut habitudinem quæ nec ſanitas nec morbus eſt. Incipiemus igitur nunc de regimine corporum, quorum res naturales ab habitudinibus ſuis immutatæ ſunt. In huiuſmodi ſiquidem oportet amputare cauſas eius mutationis, vt cito reducantur in ſtatum ſuum naturalem. Quod fit ſi vtaris regimine contrario cauſæ, à qua fit illa qualitas non naturalis. *Verbigratia*: Si contigerit appetitum ciborum augeri, ſignum eſt aut malæ complexionis frigidæ accidentis ori ſtomachi, propter quod oportet vti potu vini, & oppoſitione ciborum calefacientium: Aut quod ſalſum phlegma ſuſpenſum eſt in ore ſtomachi, propter quod oportet vti vomitu, cum his quæ dicta ſunt. *Si vero* minuatur ciborum appetitus, ſignum eſt caloris oris ſtomachi; propter quod oportet reſtringentibus vti, ſicut granatis acerbis, & ſyrupo heſcerni, & aquis thamarindi, & ſimilibus: Cibari quoque cibis frigidis, vt piſcibus lapidoſis, & huiuſmodi, aut etiam ſignum eſt repletionis corporis, & ob hoc euacuandum eſt humori dominanti. *Si autem* inclinetur appetitus ad acerba, ſignum eſt choleræ croceæ. quam oportet reſtringentibus, & prouocatione vomitus per ſquingibin & aquam callidam purgari. *Quod* ſi inclinetur ad calida, & pungitiua, & dulcia. ſignum eſt malæ complexionis frigidæ, propter hoc vtendum eſt calefacientibus cibis, & medicaminibus, aut humoris acerbi; vtendum eſt etiam vomitu. *Porro* ſi inclinetur ad frigid æ ſignum eſt malæ complexionis calidæ, quæ accidit ori ſtomachi; vtendum quoque eſt refrigerantibus, ac reſtringentibus. *Porro* ſi acciderit homini ſitis, ſignificat malitiam communem calidam & ſiccam quæ accidit ori ſtomachi; propter quod vtendum eſt refrigerantibus, & humectantibus piſcibus, & lacte.

Quomodo reducenda corpora ad complexionẽ & ſtatũ naturalem.

Adhuc de eodem.

CAP. XLIII.

Remedium contra ventoſitatẽ ſtomachi vel inteſtinorũ.

SE ventoſitas acciderit inteſtinis & ſtomacho, & hoc multorum ciborum, oportet vti exercitio, & dilatione prandij à tempore conſueto, eiuſque imminutione. Si vero cauſa ciborum ventoſitates generantium, oportet his vti quæ expellunt, vt eſt ſemen apij, & cimini, & ſimilia. *Sudor*, ſi multiplicetur in corpore impulſu naturæ, non oportet prohibere, niſi exceſſerit. Si vero ex copia ſuperfluitatum & crapularum corporis, oportet cum laxatiuo purgationem adhibere. Et ſi quidem ſudori fætor ineſt, putredinis ſignum eſt, & tunc oportet intueri de cuius humoris materia ſit, illumque propria medicina purgare.

Remedium contra ſudorem.

Contra fluxum oris & narium, & eorum obſtructionem.

Aqua naribus fluens ſi augeatur, patiens cum borace & xiloaloe munda vaporetur, odoretque nigellam, & ſimilia. *Si vero* minuatur, aqua calida ſuper caput effuſione vtatur, & inclinatione ſuper aqua calida in qua decocti fuerint babimag. Quod autem defluit ab interioribus oris, ſi multiplicetur, oportet prohibere gargarizatione aquæ calidæ, & aqua decoctionis mirti & gallæ & queſſara. Si vero minuatur, prouocetur curatione cum yera & ſtafiſagria, &c. *Somnus* ſi multiplicetur, & hoc ex complexione humoris cerebro dominantis, oportet vti rebus calefacientibus & deſiccantibus, caputque cum ſynapi fricari. Si vero ex ſuperfluitate viſcoſi phlegmatis cerebro dominantis, oportet purgare cerebrum cùm pillulis yeræ vel aloe, & pillulis aureis, & gargarizatione. *Cum* autem accidunt vigiliæ, ſignum eſt ſiccitatis cerebri: quare vtendum eſt potione aquæ dulcis & tepidæ, in qua decocta ſunt papauer cum corticibus, & cortices cucurbitarum, & folia lactucarum & violarũ & nenufar. comedatur etiam papauer, & lactucæ condiræ &c.

Contra exceſſiũ & defectũ ſomni

Coitum ſi petat homo plus ſolito, ſignum eſt augmenti caloris & humiditatis. quapropter oportet vti refrigeranti, ac reſtringenti regimine cum cautela, vt ſunt papauer lactucę, portulaca, quesfata viridis, & ſimilia. Significat quoque frequenter augmentum ſanguinis, ideoq; phlebotomia vtendũ eſt, & appoſitione ciborum frigidorum, & aquæ frigidæ balneatione, ſi aer patitur. Sic igitur oportet amputari cauſas immutationis corporum ab habitudine ſua naturali, ne forte creſcant, & morbos afferant.

Contra inordinatum appetitum coitũs.

De Amputatione cauſarum quę ſunt extra rem naturalem.

CAP. XLIV.

SEQVITVR de regimine corporum quę tranſierũt ad habitudinem extra temperantiam & rem naturalem, iamque ſunt in præcipiti caſu ad ægritudines. Itaque cum inde accidit homini anguſtia à ſemetipſo ſine labore aliquo, febrem præfigurat ante aliam ægritudinem. *Fætor* in vrina, vel in ſudore, ſignum eſt humoris putridi qui euacuatione indiget, vtendum eſt quoque regimine ei contrario. *Morphea* alba ſi multiplicetur, alba lepra timetur, & oportet patiẽtem euacuari medicamine phlegma purganti, ciboſque refrigerantes & humectantes prohiberi. *Raucitas*, & in facie rubor accidens homini, portendit elephantiam: ex hoc oportet accelerati Phlebotomiam duarum venarum colli, ac ſæpius educere ſanguinem paulatim, ſecundum quod virtus patitur, & ætas adiuuat, & tempus, et complexio naturalis. Poſt aliquot dies euacuetur corpus cum decoctione epithimij, & agarici, & à cibis melancholiam generantibus prohibeatur.

Signa quadã morborum cũ remediis.

Alba lepra.

Elephantia.

Puſtulæ cum multiplicantur, ſignum eſt futurarum emiſſionum: vtendum eſt itaque phlebotomia aquahalæ, & baſilicæ venarum; & decoctio mirabolan, ei propinanda eſt: A carnibus arceatur quadrupedum, & à cibis dulcibus. Frigidis autem cibetur, & de aquis ſulphureis & aluminoſis ſuper eum roretur; ipſe quoque in illis, & in aqua maris immergatur, prodeſt enim & arcet emiſſiones. *Excoriationes* autem ſi multiplicentur in corpore, puſtularum magnarum aduẽtum portendunt. Æquum eſt igitur hunc à cibis craſſis prohiberi, cibumque ſubtiliari, & à phlegmate craſſo atque viſcoſo corpus euacuari, plurimoque balneo vti.

Puſtularum & emiſſionũ

Si facies apparet tumeſcens, & inferior palpebra, hydropiſis eſt timenda. Hunc igitur oportet regi minutione cibi, ac ſubtiliatione, & à dulcibus prohibitione, & aquæ multæ vel turbatæ potatione. Vtatur exercitio dum eſt inanis ſtomachus poſt prandium requieſcat, eiuſque natura cum pillulis hieræ laxetur. Vomat cum ſquingibin aliquando, & frequenter virgas caparis aceto conditas, & oliuarum conditarum. Si enim huiuſmodi patienti regimen impreſſerit, ſecurus fiet à ſuperuentu hydropiſis. *præterea* ſi cui dolor vmbilici acciderit, ac permanſerit, aduentum hydropiſis tympanitæ portendit. Ob hoc vtendum eſt quibuſdam pulueribus, quę fiunt ex ſeminibus aniſi, apij, fæniculi, & cæteris.

Hydropiſis.

Tympanita.

De ampu-

De amputatione cauſarum quæ ſunt in capite.

CAP. XLV.

Remedium contra dolorem capitis. DOlor capitis continuus aliquando portendit cæcitatem; hunc oportet curari cum pillulis hieræ. Quæ ſi non ſedant, bibatur aloes infuſio cum cæteris medicinis, quæ ſi non proſunt, arteriæ duæ quę ſunt in temporibus incidantur, aut vena frontis patiens minuatur, caueatque cibos cæphalęam adducentes, vt eſt allium, cepa, paſtinaca, caſeus, ſimileſque cibi vaporantes. *Titillatio* accidens faciei, paralyſim portendit; vnde oportet vti medicaminibus caput purgantibus, & prohiberi à cibis phlegma generantibus: vti vero calefacientibus, ac ſubtiliantibus, non autem cibis impleatur, aquis vero ſulphureis balneetur. *Si acciderit* huiuſmodi multa oppreſſio, epilenſiam portendit. Itaque cibos craſſos, & phlegmaticos caueat, cibum minuat ac ſubtiliet; & ſi pulſus eſt magnus ac velox, phlebotomiam acceleret.

Contra paralyſim.

Contra epileſiam.

Contra maniã & phreneſim. *Si facies* intumuerit, & comitetur dolor capitis, ac rubor in venis oculorum maniam portendit, & Phreneſim. Oportet igitur accelerare phlebotomiã, & ſanguinis eductionem, iuxta virtutis, & ætatis, ac temporis ſufficientiam: ponaturque ſuper caput eius pannus infuſus ſcandalo, & aqua roſata, & poſtea detur caſia. *Quando* vero accidit huiuſmodi triſtitia, & cogitatio, & nequitia mentis ſine cauſa, deſipientiam portendit, & melancholiam. huic decoctio propinetur epithimi & agarici, in qua proiectum ſit modicum hellebori nigri: Denturque ei pillulæ ſticados; caueat à cibis melancholis, & vtatur calidis & humidis; frequentetque lætitiam & gaudium, ſonumque muſicorum cum cantu dulci.

Contra triſtitiam quæ deſipientiam portendit.

Contra Catharrum. *Catarrhus* frequenter accidens huiuſmodi qui gracilis eſt, & pectus ei ſtrictum, portendit peripleumoniam & ptiſim. Vnde oportet moliri purgationem cerebri eius à crapula. Aliquando quidem cum pill. aloes, & pill. hieræ, aliquando vero cum aloes infuſione. cumque catarrhus acciderit, vtatur ſirupo papaueris & labuco, cum his quę neceſſaria ſũt medicaminibus: Arcet enim fluxũ à cerebro. Caput eius ſeruetur à calore & frigore; à labore quoque prohibeatur, & in pluribus quieſcens impinguetur.

De Amputatione cauſarum quæ ſunt in cæteris membris.

CAP. XLVI.

Remedium pro dolore lateris. SI ſenſerit homo grauitatem in latere dextro, iuxta hipocumdriam, aut puncturas, aut extenſionem, portendit paſſionem hepati venturam. Et ſi quod inuenitur graue eſt, portendit opilationem. huic oportet dari ſquingibin hanſalicit, cum ſeminibus; & ſiropus abſinthij, & meſeren pieereum; & quandoque amigdalas amaras accipiat. Si vero quod ibi venit, vel ſentitur, eſt cum intenſione ventoſitatem ſignificat. Si autem inuenitur & punctura, portendit calidum apoſtema, quare venam oportet baſilicam minui, eique rotulam caſiæ dari, cum aqua intibe, & ſolatro: vtatur autem frigidis in cibo, prohibeatur à dulcibus. Ergo cum inclinatur in album portendit ictericam, & tunc hominem expedit regi regimine quod conuenit hepatis calori.

Contra ventoſitatẽ in latere. *Hali.* Si acciderit huiuſmodi faſtidium & ventoſitas in ſiniſtro aut dextro latere, in his quę ſub hipocundrijs ſunt, ſimul etiam ablatus ſit ciborum appetitus, hoc ilion portendit; quare minuendus eſt cibus atque ſubtiliandus. Imminuendus eſt etiam potus aque fri. & vtendum eſt exercitio, ac ſomno prolixiori. Si autem illis vtriſque grauat, & extenſio acciderit, apoſtema futurum in renibus portendit: vtendum eſt itaque phlebotomia baſilicæ in latere patienti; dandaque eſt ei aqua hordei; locus etiam emplaſtrizandus eſt aliquo confortanti, fluxumque materiæ prohibenti.

Contra lapides in renibus. *Arenæ* cum immerguntur vrinæ, ſignum eſt generationis lapidum in renibus futurorum. Vtendum eſt igitur huiuſmodi exercitio temperato ante prandium, vt ſuperfluitates euacuẽtur, & humiditas phlegmatica maturetur. Arcenda eſt autem ciborum copia, maximeque craſſorum; ne forte crapulę craſſæ in eius corpore coadunentur; vtaturque ſubtilibus, & vrinam prouocantibus. Vrinæ incenſio continuo, vulnera futura ſignificat in veſica & virga: quare oportet vti cibo refrigeranti & humectanti: Dulcia vero & pungitiua cibaria prohiberi. *Cum* autem ex ventris ſolutione dolor & incenſio in ano prouenit; Dyarriam portendit. Huic oportet dari puluerem compoſitum ex ſemine præſilij, & amilo &c. Si vero in ano aſſidua prurigo fuerit, emorroides portendit. hũc à cibis melancholiam generantibus, & frigidis, arceri conuenit.

Contra dolorem ani.

De Regimine iter agere volentium.

CAP. XLVII.

HÆc de amputatione cauſarum morborum iam aduenientium dicta ſunt, ad cuſtodiam ſanitatis. Præter hæc etiam quædam abhibenda ſunt ſanis, quæ proxima ſunt neceſſarijs; vt comptura corporis, & ipſius compoſitio, eiuſque mundatio, capillorum confortatio, productio, prohibitio, & huiuſmodi. Regimen quoque ſiue cautela peregrinantium neceſſarium eſt, ob periculum malorum accidentium: Primum quidem ante peregrinationem oportet corpus à ſuperfluitatibus, cum phlebotomia & laxatiuo euacuare, & medicamem conſuetum accipere. Labor enim & motus calefaciunt corpus, & abhinc humores mali calefiunt, ac de loco ad locum tranſeunt; Ac ſic ad aliquod membrorum nobilium defluunt, in quibus apoſtema pariunt; aut bonis humoribus admiſcentur, quos & corrumpunt; indeque febres, & alij morbi fiunt.

Regimen peregrinantiũ.

Pæterea qui peregrinatur, ſi non habet conſuetum ambulare, exerceat ſeipſum in deambulatione paulatim, augens quotidie donec aſſueſcat, eique facile fiat. Et ſi quidem eum ire peditem oporteat, lacertos crurium ligaturis componat, ſtringatque ſe medium mantilibus, quo motui ſit aptius paratus Sit ei baculus quo ſemper innitatur, iter enim adiuuat; & anguſtiam ab eo releuat. Non autem iter facienti famem pati conuenit; hoc enim virtutem debilitat ac diſſoluit, propter multitudinem eorum quæ ſoluuntur à corpore per motum: Sed nec repletionem; quia prohibet itineris celeritatem, & adducit ſpiritus arctationem, niſi ſit cutis rara, porique aperti & lati. Sin aliter, oportet hora antequam iter faciat cibo refici, quantitate quidem pauco, ſed plurimi nutrimenti. Si quidem oportet eum accelerare viã, cum ſenſerit anguſtiam, quieſcat, ſeque ipſum ſi poterit deponat, & paululum infundat, oleoque violato vngat; magis autem pedes & dorſum, vt ſiccitas quæ in illis motu facta eſt, humectetur.

Itinerãti ſtringenda ſunt crura & lumbi, & ſumendus eſt baculus.

Razi. 6. parte. Qui longum iter vult peragere, ante ipſius inceptionem minui debet, & medicinam ſolutiuam ventris ſumere; præcipueque ſi longum tempus tranſijt, ex quo neutrum horum peregit. Qui autem iter agere non mundificato corpore voluerit, vix febres euadere poterit. quod ſi eas aliquando euaſerit, quia corpus eius diſſolutum eſt, cutiſque rara; non euadet catarrhũ, vel apoſtema. Ei quoque ſtudendum eſt, vt conſuetudinem ſuam in dieta & ſomno & motu vel exercitio, tranſmutet in illam qua eum in itinere vti conueniet, ne ſcilicet mutatio ſubita eum grauet.

Qui vult lõgum iter peragere, debet prius minui, & purgari alioquin vix febres euadere poterit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Regimine iter agentium æſtiuo tempore.

CAP. XLIII.

QVi vero tempore magni caloris iter agit, nec cibo repletus nec ebrius ſit: nec etiam hora illa vinum bibat: non tamen à cibo, vel vino penitus vacuus ſit, niſi faſtidium patiatur, quod ſi paſſus fuerit: omnino ab itinere melius eſt abſtinere, & dormire atque quieſcere, donec faſtidium remoueatur. Quod ſi nullo modo cibum appetierit, caloremque ſuperfluum ac ſitim ſenſerit, triticum fractum, cum aqua multa coctum, cum ſaccharo & cum aqua frigida, bibat: poſt cuius hauſtum non ſtatim eat, ſed parũ moretur. Nam ſi motus ſtatim fuerit, cibus exiſtens in ſtomacho de vno latere tranſiens ad aliud, ſtomachũ inflat, & malè digeritur. Si autem ipſum ire neceſſitas coegerit, parumper bibat, & nunquam fortiter incedat; omnia vero membra ſua, præcipueque caput, à ſole cuſtodiat: & quam maximè ſi diutius ire voluerit: diu namque dum fortis eſt calor incedere ac ieiunare, corporibus macris nocet plus, craſſis vero minus. Quædam etiam craſſa reperiuntur corpora, quibus conferunt prædicta. Vſus etiam in huiuſmodi multũ valet: corpora namque calorem, aut laborem, vel famem vel talia ferre conſueta, in his inueniuntur fortiora, magiſque tolerantia. *Poſtquam* autem itinerans iter ſuum perfecit, aliquantulum prius quieſcat, & poſtea in aqua tepida dulci balneetur: deinde cibaria infrigidantia & humectantia comedat, & in loco ventis expoſito dormiat, ac ſolicitudinem prætermittat.

Hali. vbi ſupra. Si quem æſtatis tempore peregrinari contingerit, iter carpat nocte, dum aer eſt frigidus: die vero requieſcat, vt ſecurus ſit à ſolari læſione. Iter enim in ſole & æſtu perſæpe morbos peſſimos adducit, vt cephaleam, hecticam & huiuſmodi. Magis autem his quorum complexio eſt calida & ſicca, corpuſque gracile. Corporibus autem frigidis & humidis, obeſis & corpulentis, non adeo nocet. Porro ſi vrgeat per diem ambulare, veſtibus ſpiſſis & ſolidis operiatur, quo prohibeatur æſtus ad corpus accedere, caput etiam & faciem pileis, aliiſque ſubtilibus operiat, quo minor anhelatio fiat in aere calido, ne fiat illi meatuum excoriatio.

Non eſt iter agendũ continuo poſt cibum.

Oportet caput à ſole cuſtodire.

Itinerãti in æſtu vtiles ſunt veſtes ſpiſſæ, ad ardorem à corpore arcẽdum.

De Cautela contra ſitim in itinere.

CAP. XLIX.

EXpedit enim iter agenti, lac & caſeum veterem, & fabas, cæteroſque cibos ſitim prouocantes vitare: refrigerantibus & humectantibus vti: ciborum namque copia ſitim excitat. *Razi. vbi ſupra.* Oportet ergo quemlibet ſitim in itinere timentem, à cibi ſaturitate abſtinere, antequam tamen eat, ex oleribus frigidis & acetoſis parum comedat, à ſalſæ vero vel dulcis vel acutæ rei comeſtione abſtineat, proprieque à piſcibus, tam recentibus quam ſalſis, quoniam effectiui ſunt ſitis. Caueat autem ne cito, ſed ſuauiter incedat: quia citus inceſſus hominẽ frequenter ac vehementer anhelare facit, quod in prouocatione ſitis omnibus deterius exiſtit. A mulſa quoque abſtineat, quoniam & ipſa ſitim creat. *De his* autem quæ ſitim ſedant, ac diu remouent, ſunt lac acetoſum valde, portulaca, cucurbita, citrulli, molenes non dulces, & pyra non multum dulcia, ſed valde humoroſa, & parum ſtiptica: poma quoque & mala granata, & quæ de fructibus acetoſis ſunt eis ſimilia. Hæc ſi quis antequã eat comederit, non ſitim patietur.

Cum autem in itinere ſitim vehementem aliquis patitur, non ſtatim aqua, cum eam inuenerit, ſatietur: ſed os ex ea diu colluat, & parũ inde traijciat, in qua etiã extremitates ſuas mittat, faciẽq; ſuã ex ea lauet, & in eam ſi voluerit intret: & quantomagis imminutam eſſe ſitim perſenſerit, potum augmentet, donec ſatietur ſi voluerit. *De his* etiam quæ in ipſo itinere vel ambulatione tenta in ore, temperiem ſitis adducunt, ſunt pyra ſicca & acetoſa, granatę quoque acetoſæ; grana autem ex maſa parumper ſumere, & in ore quouſque diſſoluantur, tenere. Hinc etiã (licet parum) confert in ore tenere cryſtalli fruſtum, aut argentum merum terſum; labia præterea ſtringere confert, & aerem nullo modo per os attrahere; aliquam quoque de rebus frigidis odoriferis ſemper odorare. Præterea ex ſemine cucurbitæ, cum alijs quibus trociſci parui fiunt, qui etiam in ore tenti, & ſitim ſedant, & ardorem extinguunt: vnde etiam febrib. acutis ignitis in vltimitate conferunt. *Auic. vbi ſupra.* A quarũ quoque diuerſitas iter agentem ad ægritudines magis quam nutrientium diuerſitas adducit, cuius emendatio eſt vt vehementer coletur, & fiat vt reſudante corpore, multum per ſudorem egrediatur.

Conducẽtia ad ſitim extinguendam.

Diuerſitas à qua nocet.

De Regimine iter agentium in frigore.

CAP. L.

Hali. vbi ſupra. Hyeme vero locique frigidis oportet iter facere de die, nocte vero quieſcere; veſtibus piloſis operire corpus, & duplicia induere, caput & faciem mollibus pileis operire, pedes quoq; laneis tegere, Caueat autem quantum poteſt eorum frigus, maxime equo vectus, peditibus namque pedes calefacit copia motus, vnde & ambulatio patiẽti vtilior eſt æquitatione. Equitibus namque fiunt quidam languores minime peditibus accedentes, quia meatus eorum corpora calefacit.

In locis quoque niuoſis oportet addere cautelam membrorum extremorum & faciei à frigore: magis autem ſi cum hoc etiam vrgeat flatus ventorum. Hoc enim difficilius eſt, & maius prouocans nocumentum. Itaque præuenire conuenit, & allia cepaſque competenti modo comedere: cibos etiam in quibus calida condimenta ſunt, vt piper, & zinziber. Corpus etiam & pedes vnguntur oliuarum oleo, vel laurino, vel cæteris huiuſmodi caljdis oleis, quibus opilati pori, prohibeant aditum frigoris ad membra. Sitque & ingreſſus caloris ad intetiora, & ſuperficies oleo calefacta.

Ambulatio eſt vtilior quam æquitatio.

Caueat inſuper iter agens, ne debilitetur eius viſus propter intuitum in niue frequentem: hoc enim viſũ ſpargit, eumque minuit: ſuperponatur igitur oculis niger pannus, ſit niger pileus, & violacię veſtes aut virides: quia viſum colligunt & ediuuant huiuſmodi veſtes, prohibentque ſpargi. Eſt autem niger color meliotis actionis ad huiuſmodi, nec conuenit homini iter agenti in huiuſmodi locis frigidis, vt doloris quiete fiat ſecurus: hoc enim ſignificat corruptionem ſenſus, nec oportet negligere curam eius. *Itaque* ſi intumuerint digiti, oportet illos oleis calidis linire, & in aqua calida poni, in qua calefacientia decocta ſint, & diſſoluentia, ſicut anetum, & furfur, & ſimilia. Si vero lucidi ſunt aut nigri, oportet illos profundius incidere, & in aqua calida permittere, donec ſponte fluxus ſanguinis amputetur.

Intuitus niuis debilitat viſum.

Remedia pro digitis ex frigore tumentibus.

Razi. vbi ſupra. Qui tempore vehementis frigoris incedere debet, cibis eum ac vino repleri prius oportet: poſt quorum acceptionẽ, oportet ab itinere pauliſper abſtineat, donec cibus calefiat, ſedeturque motio quæ in corpore facta fuerat. Cibaria vero quibus vtitur, actualiter & potentialiter calida ſint. Qui ſi frigidum aerem in itinere attraxerit, non ſtatim poſt itineris profectionem & quietem, ad ignem ſe calefacere, nec balneum intrare, vel dormire debet, ſed per vnam horam, locum calidum in quo ſit ignis, à longe circumeat. Deinde paulatim igni appropinquare incipiat: poſt hoc autem ſi magnum in itinere tetigit eum frigus, balneum ingrediatur, in quo diu morando fricetur. Quod ſi balneum inuenire non valeat, in domo igne calefacta tamdiu fricetur, donec corpus eius rubere incipiat.

Qui frigore opprimitur nõ debet ſtatim ad ignẽ accedere, ſed prius per horam à lõge ſtet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Regimine peregrinantium in mari, & in exercitu.

CAP. LI.

Remedium contra vomitum in mari.

HAli. *vbi ſupra* In mari vero peregrinanti ſi ſubuerſio & vomitus acciderit, vtatur ſyrupo heſceten, vel granatorum, cum menta, vel pomorum muzorum, cum tamarindis: fugat & odoret granata poma, muza, coctana, minuatq; cibum. Si autem incipit ei vomitus dominari, mundetur ſtomachus eius choleris, & vtatur deinceps ſupradictis; ſitque cibus eius acerba, vel qui fit de acerbis. Abſtineat autem ab intuitu maris, prodeſt enim.

Razi. vbi ſupra. Qui per mare vult incedere, rob fructuum, & medicinas quibus vti conſueuit, ſecum deferat. Prius tamen quàm ingrediatur mare, per aliquot dies, comeſtionem qua conſueuit vti, debet minuere; talique cibo vti, qui ſit de his qui rigidum ſtomachum faciunt. Ea quoque die qua mare primum ingreditur, aquam non intueatur: Sed ea odorare & comedere paulatim incipiat, quæ vomitum reprimunt. *Quibus* ita geſtis, ſi ſtomachi ſubuerſio acciderit, & vomuerit; aliquoties vomere petmittendus, quoniam hoc ei non nocebit. Quod ſi pluſquam neceſſe eſt hoc ei accidat, rob fructuum, quaſi ſorbendo atque lambendo ſumat; & ſumach, & granatorum grana, & huiuſmodi accipiet.

Vomere aliquoties in mari non nocet.

Regimen exercitus in æſtate & hyeme.

Exercitus æſtiuo tempore in altis locis, & collibus debet manere, & oſtia tentorij ad ventum ſeptentrionalem vertere. Inter tentoria vero magnum intermittendum eſt ſpatium, & à meſſibus, quanto plus poſſibile fuerit, eſt elongandum. In hyeme vero ſit ipſorũ regimen contrarium huic, vt ſcilicet in locis profundis maneant, & tentoria coniungant, eorumque ad orientem in meridiem hoſtium vertant. Si vero meridianus aer humidus fuerit, dieta minuatur, & vinũ omnino dimittatur; ſed exercitium ad incrementum proueniat. Si autem aer ſiccus fuerit, huic contrariũ fiat. Quod ſi multi homines ilic ægrotent, ab exercitu ſeparati longe maneant.

De Cautela contra pediculos ac pulices & muſcas.

CAP. LII.

Remedium contra pediculos.

HAli. *vbi ſupra.* Accidit autem peregrinanti copia pediculorum in corpore, propter ſudorem, & pulueren, ac balnei paucitatem. Quod cum euenerit, corpus eius caraplaſmetur cum argento viuo occiſo cum oleo, adiuncta Ariſtolochia longa & defela. Mane quoque balneum ingrediatur, & corpus eius fricatione valida mundetur, caputque cum tarafablito & boraco lauetur.

Razi. vbi ſupra. Pediculorum grauationem prohibent vſus balnei & lauacri, pannorum frequens mutatio, proprieque vt pannus qui carni adhæret lineus ſit; tarde namque pediculis repletur. Huiuſmodi pediculos autem interficit argentum viuum extinctum, ſi oleo miſceatur, & ex eo fila lanea inungantur, quæ ſuper ſe aliquis impendat, aut ex eis ſe cingat. *Pulices*, cum herba quę dicitur canchar in lecto poſita fuerit, quaſi ebrij & paralytici fiunt; nec ſalire, nec ſe mouere poſſunt. Si vero aqua in qua tribuli cocti fuerint domus roretur, pulices omnino deſtruentur. Aqua ſimiliter in qua ruta decoquitur, aut oleander, eos interficit. *Culices* ex fumo paleæ, & ex fumo vaccini ſtercoris, & quam maxime ex fumo calami & nigellæ fugantur. Muſcæ vero aqua in qua niger helleborus coquitur; & arſenici, citri, vel olibani fumo necantur.

Contra pulices, culices & muſcas.

De Remedijs contra beſtias nociuas, & ſerpentes.

CAP. LIII.

Medus expellendi leones, lupos, mures, &c

DE his autem quæ belluas fugant; dicunt quod Leo præ albo Gallo, & præ Mure fugit. Præ lino quoque quod dicitur Serhin timet. *Leopardus* præ herba que dicitur leopardi herba, terretur; & herba quæ leopardũ ſtrangulans dicitur, interficitur. *Lupus* vbi eſt ſquilla non approximat. *Cartiſyluestres* & dalac, ex fumoſitate amygdalarum fugiunt: Helleborus etiam & ſquilla; Canes ac Leones, plurimaſque belluas interficiunt mures è domo cum calcanto fumigata fugiunt: Ex ſquama vero ferri, vel gallia metallina, vel ex helleboro, moriuntur: Si ex aliquo, ſcilicet iſtorum, cum farina conſperſo comederint. *Formicæ* itidem ex alchitran, & ex ſulphure, & ex aſſa fętida fugantur. Et ſi ex iſtis mittatur aliquid in earum foraminibus, morientur; & ſi ex eo citra foramẽ epithima fiat, non exibunt.

Modus expellendi ſerpentes & ſcorpiones.

Serpentes expelluntur, ſi domus cum cornibus cerui, vel vngulis caprę, vel ſulphure, vel galbano, vel pice, vel bdellio, vel lignis malorum granatorum, vel capillis humanis ſuffumigetur, vel ex aqua in qua ſalammoniacus diſſolutus fuerit, roretur. De hac etiam aqua ſi in eorum foraminibus fundatur, morientur. Tribuli quoque ſi in eorum foraminibus mittantur, fugiunt. *Scorpiones* autem fugiunt, ſi domus cum vngula aſini, & ſulphure, galbanoque ſuffumigetur. Oleum etiam in eorum foraminibus ſi fuſum fuerit, inde vlterius non exibunt Item aſſa fętida, ſi in aqua diſſoluatur, & domus ex ea roretur, non ibi approximant. Præterea ſi multi ex eis capiantur, & domus ex eis ſuffumigetur, omnes alij fugiunt. *Dicitur* etiam quòd vipera ſi bonum zamorad intueatur, oculi eius illico eliquantur, & à capite fluunt. Catti quidem & furones & pauones ac grues, & aquatica volatilia, & his ſimilia, quæ venenoſa capere animalia conſueuerunt, in curijs nutrienda & tenenda ſunt.

De Cautela contra venenum.

CAP. LIIII.

Remedia cõtra venenũ.

QVi cibum ſuſpectum habuerit de veneno, nequaquam comedat in quo eſt dulcedo, vel ſuperabundans acetoſitas: & ad vltimum quicquid ſuperabundantem ac fortem habet ſaporem. Namque pernitioſæ ſpecies, ideſt venenoſæ, niſi talibus nutrientibus miſceri nullatenus poſſunt. Malum quoque cibus odorem ſi habuerit, dimittendus erit: præterea qui venenum ſibi dari timet, aliquam ex medicinis operationem veneni remouentibus aut debilitantibus aſſidue bibere debet. Quod ſi venenũ aut potum illius acceperit, eadem hora qua mutationem & æſtuationem ſentire cæperit, aquam tepidam, & oleum ſiſaminum vſque ad repletionem ventris bibat, & euomat. Eſt autem medicamen de nucibus & ficubus, quod omnes venenoſorum animalium modos nocere prohibet.

Auicen. in 4. canon. Epithimata vero quibus corpora liniuntur, vt non approximent eis venenoſa, ſunt cerebrum leporis cum aceto & oleo, & ſtorax quando ſoluitur in oleo, & oleum in quo infuſa ſunt folia pini recentia trita, aut flos cypreſſi, & grana Iuniperi, & folia ſimiliter agni caſti in oleo, & abrotanum, & affodillus, & daucus, & carpobalſamum, & radix naſturcij, & cæteræ quæ ſupradictæ ſunt.

De Curatione agritudinum.

CAP. LV.

Temperatia triplici fundamento regitur, & ſanitas triplici medio procuratur.

HAli. *vbi ſupra.* Medicina eſt ſcientia apponendi modum ad modum, vel ad id quod excedit modum. Eſt enim ſcientia apponendi temperata temperatis vt temperantia conſeruetur, diſtemperata diſtemperatis vt ad temperantiam reducantur. Quæ quidem temperantia triplici fundamento regitur, ſcilicet humoribus, cibis, & membris. *Ex dinamide Galeni.* Omne auxilium medicinę totius corporis tripartitum eſt, ſcilicet medicamento, ferro, igne. Quod enim medicamento curari non poteſt, ferro curetur. Si autem nec ferro poteſt, igne reuocetur. Quod autẽ nullo iſtorũ triũ ſuperari poterit, incurabile ęſtimetur.

Curatio morborũ tribus generibus conſtat.

Iſidorus vbi ſupra. Medicinæ curatio aſpernenda nõ A eſt: meminimus enim Iſaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandaſſe, & Paulus Apoſtolus. Timotheo modicum vinum prodeſſe dixit. Curatio igitur morborum tribus generibus conſtat. Pharmacia, quam Latini medicamina vocant: Chyrurgia, quam Latini manuum operationem appellant; manus enim Græcè *chyros* vocatur: Dyeta, quam Latini regulam vocant; eſt enim obſeruatio legis vitæ. Sunt ergo omni curationi ſpecies tres. Primum genus dyeticum: Secundum Pharmaticum: Tertium chyrurgicum. Dyeta eſt obſeruatio legis & vitæ: Pharmacia eſt medicamẽtorum curatio: Chyrurgia ferramẽtorum inciſio; nam ferro inciduntur quę medicamentorum non ſenſerit B medicinam. Antiquior autem medicina herbis tantũ & ſuccis erat; talis enim medendi vſus cæpit: deinde ferro, & cæteris medicamentis.

Omnis curatio fit vel ex contrarijs vel ex ſimilibus.

Omnis autem curatio, aut ex contrarijs, aut ex ſimilibus adhibetur: Ex contrarijs vt frigidum calido, vel humidum ſicco; ſicut & in homine, ſuperbia ſanari non poteſt, niſi humilitate ſanetur. Ex ſimilibus vero, ſicut ligamentum vulneri rotundum rotundo, vel oblongum oblongo apponitur. Ligatura enim ipſa non eadem membris & vulneribus omnibus, ſed ſimilis ſimili coaptatur: quæ duo adiutoria etiam ipſa nominibus ſuis ſignificant: Nã & antidotum Græcè, Latinè ex contrario datum ſignificat. Contraria enim contrarijs medicinæ ratione curantur, at contra ex ſimili vt *picra*, quę interpretatur amaritudo; quia amaritudo morbi, amaritudine medicaminis ſolui ſolet.

De Dieta infirmorum.

CAP. LVI.

Medicatio in tribus cõpletur.

Auicenna vbi ſupra. Medicationis itaque res tripliciter completur, ſcilicet regimine vel adminiſtratione nutrientium, exhibitione medicaminum, & operatione manuum. Nutriens quandoque prohibetur, quandoque minuitur, quandoque æquatur, quandoque augetur. Prohibetur quidem, vt natura in maturatione humorum occupetur. Minuitur autẽ, vt prẽter hoc etiam virtus conſeruetur; inquantum enim nutrit, virtutem cuſtodit; inquantum vero minuitur, partem materiei conſeruat, ne natura tunc in digerendo multum cibum occupetur. Semper autem D medicus ſolicitus ſit de duobus, ſcilicet ne virtus ſit valde debilis, aut ægritudo multum fortis.

Nutriẽs minuitur quãdoque in quantitate, quandoque in qualitate, quandoque in vtroque.

Nutriens quidem minuitur, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in vtroque. Eſt inter hæc differentia, quia quandoque nutriens eſt multæ quantitatis, & pauci nutrimenti, ſicut olera & fructus, ſi ex eis multum comedat; quandoque autem econtrario, ſicut ova. Nobis autem quandoque neceſſarium eſt qualitatem minuere, & augmentum in quantitate facere; vt quando deſiderium ſuperans eſt, & in venis crudi sũt humores, & voluerimus per impletionem, ſtomachi deſiderium ſopire, & à venis multam materiã prohibere, ideo vt prius quod in eis eſt, maturetur, vel alijs de cauſis. Quandoque vero neceſſe eſt augmentum in qualitate facere, & quantitatem minuere; vt quando volumus virtutem confortare ſtomachi, quia iam non valet rem multam digerere. Quod autem in minuendo cibum, aut prohibendo laboratur, plurimum ſit cum ægritudines acutæ medicantur. Minuitur etiã in ægritudinibus chronicis, ſed minus quàm in acutis. In chronicis namque plus de virtute ſoliciti ſumus, quia chryſis earum eſt longinqua, ſtatuſque remotus. Idcirco niſi virtus cuſtodiatur vſque ad horam, chryſis ſtare non poterit, neque illud quod in longo digeritur tempore, digerere valebit. In acutis vero, quia propinqua eſt chryſis, confidimus quod ante ſtatum non reſoluetur virtus; nã ſi hoc tenuerimus, nutriens non plurimum minuemus; & quanto magis ægritudo principio fuerit propinqua, & accidentia magis quieta, tanto magis nutriemus virtutem confortantes eã. Porro quanto magis ægritudo proceſſerit, minuemus dietam; & propter prædictam fiduciam, & vt virtus in hora luctaminis alleuietur. In tempore quoque ſtatus ægritudinis regimen vehementer ſubtiliamus, & hoc tanto magis quanto ęgritudo fuerit acutior, & chryſi propinquior.

Nutriens habet duas operationes.

Nutriens præterea, ſecundum quòd ex eo fit nutrimentum, duas habet alias operationes, ſcilicet velocitatem penetrationis, ſicut diſpoſitio vini, & tarditatem penetrationis, ſicut aſſatorũ diſpoſitio, atque frixorum. Sunt autem in nutriente diſpoſitiones duæ, ſcilicet ſpiſſitudo ſubſtantiæ eius quod ex ipſo generatur in ſanguine, eiuſque retentio, ſicut eſt diſpoſitio nutrimenti porcinæ carnis, & vitulinæ: aut eius ſubtilitas, ac reſolutionis velocitas, ſicut eſt diſpoſitio eius quod ex vino fit, & ficubus. Et nos quidem illo quod cito penetrat neceſſarium habemus, quando caſui virtutis animalis, eiuſque reſolutionis ſuccurrere volumus. Virtus autem ſtomachi tamdiu tolerare non poteſt, vt nutriens digeratur quod tarde digeritur à nutriente. Porro metuimus quod cito digeritur, cum accidit vt nutriens pręcedat quod tarde digeritur: Timemuſque ne cum eo corrumpatur, veremur etiam a nutriente craſſo, cum opilationes accidere ſcimus. Sed cibum nutrimenti fortis, tardæque digeſtionis eligimus, propter quem velociter confortare, & exercitijs fortibus præparare volumus. Rarũ quoque nutriens eligimus, propter illum cui velociter accidit pororum ſpiſſitudo. C

De Electione medicaminum ſecundum ſui qualitatem & quantitatem & ægritudinis horam.

CAP. LVII.

Medicatio tres habet regulas.

MEdicatio vero quæ fit medicinarum exhibitione, tres habet regulas. *Vna* eſt eligendi medicinæ qualitatem: ſcilicet calidam aut frigidam, humidam aut ſiccam. *Secunda* eſt eligendi quantitatem. Et hæc diuiditur in duas regulas, ſcilicet menſurandi pondus eius, & qualitatem ipſius, ideſt gradum ſuæ caliditatis aut frigiditatis &c. *Tertia* eſt obſeruandi ſuam horam. *Ex tempore* vero, vel hora ægritudinis eſt, vt ſciatur in quo ſuorum temporum eſt ægritudo. Verbi gratia, ſi apoſtema fuerit in principio, ſuper ipſum ponatur quod repercutiat ſolummodo: Si autem in ſtatu ſit, ponatur id quod tantummodo reſoluit: in medio miſceatur vtrumque. Item ſi ægritudo acuta ſit in principio, ſui regimen oportet temperate ſubtiliari: ſi autem in ſtatu, magis in ſubtiliando ſtuderi: Si vero prolixa ſit, non tantum in principio, ſed etiam in ſtatu, temperata ſubtiliatione conuenit vti: licet multas prolixarum ægritudinum præter febres, regimen ſubtiliatiuum reſoluat. Ægritudo quoque, ſi multæ ebullientis materiæ fuerit, in principio debet euacuari, non maturatio expectari. Si vero mediocris fuerit, eſt maturanda, & poſtea euacuanda.

Cognoſcẽdus eſt ſtatus ægritudinis ſcilicet an ſit in principio, medio vel fine.

Qualitas medicinæ ex qualitate morbi eſt colligenda.

Quantitas medicinæ ex varijs circũſtantijs deprehenditur.

In electione qualitatis medicinæ, habetur cognitio per cognitionem ſpeciei ægritudinis. Medicina enim eſt eligenda, quæ ipſi ægritudini in qualitate ſit contraria: nam & ſanitas ſuo ſimili conſeruatur, & ægritudo ſuo contrario medicatur. *Menſura* vero quãtitatis eius, ex duabus cognoſcitur partibus, ſcilicet ex natura membri, & ex quantitate morbi: & ex rebus quæ ſuper illud ſua conuenientia & aptitudine ſignificant: vt ſunt genus, ætas, conſuetudo, tempora, regio, ritus, & forma. Ex horumque ſumma dignior eſt ars, ſecundum ægritudinis quantitatem. *Menſura* quoque medicinæ cognoſcitur, qualis debeat eſſe: Verbi gratia, Cum corporis caliditas ægrotatiua fortis eſt, illam extingui neceſſe eſt cum medicina quæ ſit infrigidando fortiſſima: ſimiliter & econuerſo: Si vero qualitates ægrotatiuæ vel accidentales non fuerint

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

fortes, medicinæ quoque debilioris qualitatis ſuffi cient.

De Electione medicaminum ſecundum naturam membrorum infirmorum.

CAP. *LVIII.*

Quatuor ſũt conſideranda vt m orbus alicuius mẽbri exacte innoteſcat.

COgnitionem naturæ membri, quadruplex rerũ cognitio continet, ſcilicet cognitio complexionis eius, & creationis, & ſitus, ac virtutis. *Complexionis* quidem, quia cum eius naturalis complexio nota fuerit, tunc vt ipſius complexio in ægris qualis ſit cognoſcatur, per menſuram æſtimatiuam ſcietur, quantũ eius complexio naturalis elongata ſit; ac per hoc quãta menſura ad temperiem reduci poſſit. Membri creatura diuiditur in quatuor modos, ſicut alibi diximus. Membrorum preterea quædam ſunt in foraminibus ſuis facilia. Sunt que *in eis interius aut exterius loca* B vacua, per quæ ſuperfluitas medicinæ expellitur ſubtiliter & temperatè. Alia vero quæ non ſunt ita, ſed indigent fortiori medicina. Item membrorum quoddam eſt rarum, quoddam ſpiſſum: Raro quidem ſufficit ſubtilis medicina, ſpiſſo vero fortis eſt neceſſaria.

Quod mẽbrum forti indiget medicina.

Quod autem medicina forti plus indiget, eſt illud quod in nulla duarum partium ventriculum habet, neque receptaculum. Poſt hoc eſt illud quod habet ab vna parte; & poſt ipſum, illud quod à duobus partibus habet receptacula; ſed ſolidum ac ſpiſſum eſt ſicut lignum. Poſt hoc autem, illud quod ex duabus habet partibus, ſed ſolidum ac rarum, ſicut pulmo. *Situs* quoque membri cognoſcendus eſt: quia per ſitum cognoſcitur locus, aut ſocietas. Vtilitas quidem ex ſocietatis cognitione proueniens eſt magis propria: C quia partem eligis ad quam medicina trahit, & ad quam eam declinare facis. Verbi gratia, ſi materia fuerit in gybbo hepatis, euacuabis eam per vrinam ſi vero in hepatis concauitate, per ventrem. Hepatis vero gybboſitas aſſociata eſt vrinæ membris, concauitas autem inteſtinis.

Triplex modus vtilitatis in cognitione loci ipſius morbi.

Vtilitas vero quę ex parte ſciendi locum prouenit, eſt trium modorum. *Vnus* eorum eſt eius longitudo, & ipſius propinquitas; quoniam ſi fuerit propinquum ſicut ſtomachus, peruenient ad ipſum medicinæ temperatæ, & operabuntur in ipſo. Si longinquum, vt pulmo: virtutes earum corrumpentur antequam ad ipſum perueniant. Quapropter neceſſarium erit, vt in earum virtutibus augmentum fiat. *Secundus* modus eſt vt ſciatur quid medicinis admiſcendum ſit, vt propter illud velociter ad membrum perueniant, D ſicut membrorum vrinæ medicinis admiſcentur diuretica. *Tertius* modus eſt, vt ſciamus qua parte medicinam ad ipſam tranſire faciamus. Verbi gratia, ſi vlcera inferioribus inteſtinis ſunt, per clyſtere injcienda eſt, ſi in ſuperioribus inteſtinis, per potionem inferenda. *Quandoque* etiam confert loci ſocietatiſque ſimul habere ſolicitudinem, vt cum fuerit materia tota iam in membro euacuata: & in eo quod facere debemus, cum materia adhuc euacuatur.

Triplex ſemita vtilitatis ex cognitione virtutiũ mẽbri.

Denique vtilitas quę ſequitur ex parte virtutis mẽbri, eſt trium ſemitarũ. *Prima* eſt dignitatis & principatus curam habere, quia ſuper membra principalia, cum fortibus medicinis vehementer operantibus non eſt aliquid faciendum, quantum poſſibile eſt, in quo ſit ambigendum ne toti corpori fiat commune nocumentum. Quod autem inter omnia membra cuſtodia dignius exiſtit eſt cor, poſtea cerebrum, & poſt ipſum hepar. Quapropter ex cerebro, & hepate non eſt euacuatio facienda in vna hora, nec vllo modo vehemẽs infrigidatio facienda. Et cum emplaſtrũ hepati ſuperponitur, res in eo boni odoris ad cuſtodiendam virtutem apponantur. *Secunda* ſemita eſt habere curam operationis aſſociatæ membro, licet principale non ſit, vt eſt ſtomachus & pulmo. Vnde in febribus & ſtomachi debilitate, in potu non damus aquam frigidam valde. *Tertia* eſt acuitatis ſenſus & eius habitudinis ſolicitudinem habere. Cauendum eſt enim ne membris acuti ſenſus, atque neruoſis, dentur medicinæ malarum qualitatum, & mordicatiuarum ac nociuarum. Medicinarum quidem (à quarum datione nobis cauemus) ſpecies ſunt tres, ſcilicet reſoluentes, & vehementer infrigidantes, & qualitates contrarias habentes. Hoc igitur eſt electionem medicinæ ſecundum naturam membi diuidere.

A tribus medicinarũ ſpeciebus cauendum eſt.

De Speciebus medicinarum ſimplicium.

CAP. LIX.

Simplices medicinæ alia ex plãtis, alia ex metallis, alia ex animalibus.

H*Ali. in practica lib.* 2. Simplicium medicinarum alia ſunt ex plantis, alia ex metallis, alia ex animalibus. Et quæ ex plantis, alia ſunt ex herbis & oleribus, alia ſemina, alia folia, alia radices, alia ligna, alia ſucci, alia gummæ, alia flores, alia fructus. Quæ vero de metallis, alia terræ, alia lapides, alia corpora, ſcilicet mineralia Quæ autem ex animalibus, alia ſũt humiditates, vt ſanguis, lac: alia membra, alia fella, alia vrinæ, alia ſtercora.

Medicina de plantis quæ meliores & quando colligenda.

Auicen. 2. *can.* Medicinarum aliæ ſunt de plantis, aliæ de mineris, aliæ de animalibus. *Earum* quæ de mineris, meliores ſunt illæ quæ de mineris bonis & notis, & quæ mundæ ſunt à permixtione extranea. *Earum* vero quæ de plantis, folia colligenda ſunt, poſtquam debitam quantitatem habere incipiunt, antequam eorum color alteretur, vel frangatur: ſemina vero, poſt quam eorum terminus figitur, & ab eis cruditas & aquoſitas exiccatur: Flores autem poſt apparitionem integram, ante extenuationem & caſũ. Virgę quoque cum iam ad integritatem peruenerint, & nondum extenuari ac contrahi cæperint. Porro fructus, poſtquam finitur eorum complementum, & antequam præparatæ ſint ad cadendum. Radices autem cum tempus eſt caſus foliorum. *Illud vero* quod ſumitur, totum oportet ſumi ſecundum vigorem ſuũ, ſcilicet cum omnia plenitudinem fortitudinis habẽt: vt cum ſemina terminum ſuum conſecuta ſunt, & radices contractę virgæ minus extenuatæ, ſemina pinguiora, fructus ſolidiores ac ponderoſiores. Illæ præterea quæ in aere claro collectę ſunt, meliores ſunt quam quæ in humido. Syluęſtres quoque omnes domeſticis fortiores ſunt, & minotis quantitatis ſecundum plurimum, & de ſyluęſtribus montanæ, & illæ quarum collectionis loca ventoſa ſunt & ſublimia. Item illæ quarum collectioni pluuia non deſit tempore quo debuit. Illæ quoque quarum color fuerit tinctior, & ſapor apparentior, & odor fortior, in genere ſuo fortiores ſunt. Debilitantur autem herbæ poſt duos, aut tres annos, exceptis quibuſdam quæ diutius permanent, vt duo hellebori. *Gummę* vero eligendæ ſunt poſt congelationem, & ante exiccationem pulueriſationi præparatam. Virtus quoque plurimarum earum non remanet poſt tres annos, fortiorum tamẽ prolongatur, ſecundum bonitatem earum. Cum autem deficit recens fortis, loco eius in omni reſtat duplum veteris debilis. *Illas* autem quæ ex animalibus ſunt, ex iuuenibus oportet ſumere in tempore veris, quæ ſaniora habeant corpora, & integra membra, nec ab ægritudine accidente ſint mortua, ſed ſtatim decollata.

Medicina de animalibus quæ præſtantiores.

De qualitatibus earum, vel complexionibus.

CAP. LX.

Quid ſit cõplexionẽ eſſe æqualem, in homine & medicina.

A*Vicenna* 2. *ca.* Medicina dicitur calida vel frigida, humida vel ſicca, per comparationem ad corpora noſtra. Omniũ ſiquidẽ compoſitorũ, mineralium, vegetabiliũ, & viuentiũ materię, ſunt elemẽta quatuor: & ipſa commiſcentur adinuicem, & agunt in ſe, donec conſiſtant ſecundum æqualitatem, aut ſecundum dominium: & tunc eſt vera complexio, quæ quidem in compoſito contenta, præparat ipſum receptioni virtutum & qualitatum, quarum

proprietas

proprietas eſt vt ſint in ipſo. Cum autẽ dicitur æqualis eſt complexio in homine & in medicina, nequaquã per hoc ſignificatur quod eius cõplexio ſit ſimilis hominum complexioni, ſed per hoc intelligitur, quod corpus hominis cum ei obuiat & agit in ipſam calore innato, non præualet illa vt in corpore hominis imprimat infrigidationem, aut calefactionem, aut humectationem, aut deſiccationem, vltra eam quæ eſt in homine. Eſt autem complexio duobus modis: Prima ſcilicet quæ prouenit ab elementis; & ſecunda quæ à rebus habentibus complexionem in ſeipſis: ſicut eſt complexio tyriacæ, vel medicinarum compoſitarum; nam vnaquæque ſingularium complexionum habet ſibi propriam. Cum autem commiſcentur & vniuntur, aduenit eis complexio ſecunda, nec iſta tantum ab arte fit, ſed quandoque etiam eſt à natura. Lac namque naturaliter commixtum eſt ex triplici ſubſtantia, aqueitate, caſeitate, & butyroſitate. Nec tamen vnaquæque earum eſt ſimplex natura, ſed ipſa etiam eſt commixta, propriam habens complexionẽ. Et hæc quidem complexio ſecunda eſt ex operatione naturæ, non ex operatione artis.

Complexio duplex, prima & ſecũda.

Cophon in lib. de ſimplici medicina. Virtus medicinæ eſt potentia naturalis, qua ipſa medicina intrinſecus vel extrinſecus appoſita corpus immutat humanum. Eſt autem triplex ſcilicet complexio, virtus, operatio. *Complexiones* ſunt nouem, vna ſcilicet æqualis, & octo inæquales; calida, frigida, ſicca, humida; & calida & humida: calida & ſicca: frigida & humida: frigida & ſicca. Aequalis igitur complexionis, ideſt perfecte temperatæ, ſunt in ſimplici medicina quæ nullius qualitatis habet exceſſum, vt capillus veneris, radix lilij, caſſia fiſtula manna. Calida vero ſunt in quibus dominatur caliditas. Sed in quibus adeo parum, quòd ei ſenſus æquæ complexionis dominatur, in primo gradu calida dicuntur. In ſecundo quorum mixtio ſenſui adæquatur. In tertio quæ ſenſum lędunt. In quarto vero quæ deſtruunt.

Quid virtus medicinæ & quotuplex.

Complexiones nouem.

Calidorum quatuor ſunt gradus.

De Medicinis calidis ſecundum quatuor gradus.

CAP. LXI.

IN primo igitur gradu quædam calida ſunt; vt ex herbis, abſinthium, borago, fumus terræ, altea, tribulus, coriandrum, ozimum, ideſt baſilicon, ſpicanardi. De ſeminibus autem, ſemen alteæ, trifolij, lini, coriandri, attriplicis, ozimi. De floribus vero, flos narciſci, lilij, croci, enulę. De frondibus quoque, folia lauri, & gariophillorum. De radicibus, radix ireos, ariſtologiæ, agarici. De lignis, ficus. De fructibus, amygdalę dulces, mora matura, iniubæ, oliuę maturæ, ficus, caſtaneæ, auellanæ, cappari, lentiſci, cortex pomi citrini. De granis triticum, cicer album, rizi, orobum, aniſum, cubebe, cardamomum. De gummis & ſuccis, ſarcocolla, muſcum, ſtorax. De carnibus, vt porcina, equina, camelina, pullina, hircina, phaſianorum, anſerum, anatum, paſſerum, & iuuenum columbarum, piſcium ſalſorum.

Calida in primo gradu.

In ſecundo gradu, vt ex herbis, polium, amomum, panax, centaurea, catapucia ciperus, fumus terræ, ſiſimbrium, menta, fæniculus, anetum, aloe. De ſeminibus, ſemen apij, maratri, vrticæ, aneti, fœnumgræci, paſtinacæ, ſiſimbrij, raphani, coſti, æbuli, affodillj, peoniæ, cipari. De lignis, lignum aloe, hebenus, gariophilli, cortex thuris, thamaricus, & xilobalſamum. De frondibus, ſcilicet citri, thamarici, ſenæ. De radicibus, radix apij, fęniculi, capparis, acori, aſari, ſquillæ, paſtinacæ, affodilli, praſſij, cipari. De fructibus, nux muſcata, macis, amygdalæ, vuæ amaræ, vuę maturæ, vuæ paſſæ, fiſtici, ficus ſiccæ, dactyli, pineæ, nuces. De granis, cantabrum, cicerni, lupini, phaſeoli, aſparagi, & grana tritici vel citri. De gummis & ſuccis, aloe, balſamum, mel, mummia, maſtix, thus, mirrha, bdellium.

Calida in ſecundo gradu.

Calida in tertio gradu ſunt, vt ex herbis, emula thymus, hyſſopus, ſambucus, mentaſtrum, calamentum, pulegium, origanum, porrus, menta domeſtica, apium, ſquinantum. De ſeminibus, ſemen petroſilini, aniſi, cardamomi, carui, epithimi, porri, nigellę, coruini, ſileris, cutæ domeſticæ, erucæ. De floribus, flos ſambuci, ſquinanti. De radicibus, radix ſquinanti, diprami, cappari, porri, cæpæ, hellebori vtriuſque, hermodactyli, ſerpentariæ zandarici, zinziberi, centaureæ. De lignis, cinnamomum, gentiana, polipodium, coſtum. De frondibus, frondes oleandri, nucũ, colloquintidæ, anabullæ. De fructibus, nux Indica, catapucia, cucumeres, agreſtes, colloquintida. De granis, oliuæ; piper longum, ſtafiſagria. De gummis & ſuccis hyſſopus, coſtus, ſcamonea, pix liquida, pix naualis, pix Græca, pepanas, aſſa fœtida, armoniacum, euforbium, galbanum, gummi iuniperi. De venis, ſalgemma, nitrum, aſpaltum. De membris animalium, caſtoreum.

Calida in tertio gradu.

Calida in quarto gradu ſunt ex herbis, ruta, ſilueſtris, naſturcium. De ſeminibus, ſemen ſinapis, naſturcij, cæparum, rutæ agreſtis. De lignis, taſſia, piretrum, De fructibus, anacardi. De granis, grana, piperis nigri, baccæ lauri. De venis, argentum viuum, ſulphur, caphi, ſapo, ſal ammoniacum, vitreolum, æs vſtum, flos æris, petroleon.

Calida in quarto gradu.

De Frigidis ſecundum quatuor gradus.

CAP. LXII.

FRigida in primo gradu ſunt, ex herbis, rhamnus, atriplex, mercurialis, caulis, malua, ſcariola, herba acetoſa. De ſeminibus, ſemen maluæ, plantaginis, roſæ, ſcariolæ, citruli, melonis, cucurbitæ. De floribus, flores roſæ, amygdalæ, malorum citoniorum, pyrorũ, ſalicum. De fructibus, mitri fructus, glandes omnes, mirabolani, tamarindi, caro pomi citri, oliua acerba, pruna, coctana, pyra poma, ceraſa. De granis hordeum, fabæ viridęs & ſiccæ, milij, panici, mirtilli, amidi. De ſuccis, acacia, acetum. De venis, bolus, terra ſigillata, chimolea, argilla, lateres, argentum, fex argenti. De carnibus, caro porcina, caprina, bouina, leporina, aſinina, mulina, aprina, & coturnicum, & piſcium recentium. *Frigida* in 2. gradu ſunt, ex herbis, memite, pentaphilon, pſillium, ſtrignus, lactuca domeſtica, panicus. De ſeminibus lactucæ. De floribus, violæ, nenufar, fabæ, balauſtiæ, radicis, maligra, arnogloſſa. De frondibus, frondes ſalicis. De fructibus, galla, mora immatura, ſorbæ, meſpila, poma citri, perſica, cucumeres, criſomila, cucurbitæ, melones, citrulli. De granis, herbus, ſumac, grana citoniorum, De gummis, gummi arabicum, dragag. De venis, ametiſtus, cæſura lapis lazuli, litargirium, alumen, plumbum, corallius.

Frigida in primo gradu.

Frigida in ſecundo gradu.

Frigida in 3. gradu ſunt, ex herbis, virga paſtoris, hipoquiſtidos, ſemperuiua, portulaca. De ſeminibus, ſemen pſilij, portulacæ, papaueris albi. De lignis, virga paſtoris, omnes ſandali. De floribus papauer albũ. De fructibus, poma mandragoræ. De gummis & ſuccis, camphora, ſanguis draconis, hipoquiſtidos. De venis, gypſum, ſpodium, ferrugo. *Frigida* in 4. gradu ſunt, ex herbis, iuſquiamus, papauer nigrum, ſuccus opiti vtriuſque. De venis, antimonium, cituta.

Frigida in tertio gradu.

Frigida in quarto gradu.

De Siccis in quatuor gradibus.

CAP. LXIII.

SIcca in primo gradu ſunt, ex herbis, camomilla, ſticados, ſemperuiua, caulis, tremiculus. De ſeminibus, ſemen iuſquiami, fœnigræci. De floribus, flores narciſci, croci, enulæ, De radicibus hireos, portum, zedoarium. De frondibus, lilij. De fructibus, nux indica, omnes mirabolani, tamarindi, vuæ paſſæ & acerbæ, caricæ maturæ, coruli, auellanæ, cardamomi,

Sicca in primo gradu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

grana citri, cantabrum, cubebe, amygdala. De granis, hordeum, fabæ ſiccæ, citri. De gummis & ſuccis, muſcum, ſarcocolla, opium. De venis, bolus, chimolea vel argilla. De carnibus, caprina, bouina, porcina, ceruina, leporina, equina, aſinina, camelina, vrſina, mulina, leonina, hircina, paſſerum, turturis, perdicis, pauonum, iunenum columbarum.

Sicca in ſecũdo gradu,

Siccain 2. gradu ſunt, ex herbis, abſinthium, fumus terræ, cardus marinus, memite, euporium, amomum, affodilli, virga paſtoris, panax, rhamnus, centaurea, pentaphilon, ſtrignus, catapucia, ciperus, mentaſtrum, ſiſimbrium, menta, anerum, porrus, coriandrum, herba acetoſa, ſcariola, cuſcuta, oſimum, panicus, allia, vtraque ſpica. De ſeminibus, ſemen apij, dauci, maratri, porri, trifolij, aneti, plantaginis, ſiſimbrij, coriandri, roſæ, ozimi, ſcariolæ, cuſcuræ B melonis, violæ, cucurbitæ, cicer hortenſis, citrulli. De floribus, flores roſæ, croci hortenſis, cubebe, affodilli, balauſtiæ. De radicibus, radix apij, fæniculi, capari, malig. ariſtologiæ, vtriuſque acori, aſaræ, ſquillę, affodilli, arnagloſſæ, peoniæ, ciperi, centaureę, agarici. De lignis, polipodium, lignum aloes, xilobalſamum, hebenus, cinamomum, omnes ſandali, gariophilli, cortex thuris, thamatiſcus, coſtum. De folijs, ſalicum, mirti, oleandri, ſerpentariæ, ſauri, ſenæ, tamarici, oliuæ, citri, coloquintidæ. De fructibus, glandes, mirob. cicer, catapucia, nux muſcata, maci, amygdalæ amaræ, mora immatura, fiſtici, meſpila, ſorba, cortex, & acetoſum, pomi citri, coloquintidæ; coctana, pyra, caſtaneæ, pineę. De granis, milium, panicum, lolium, lupini, tizi, orobi, berberis, mirtilli. C De gummis & ſuccis, aloes, licium, mumia, maſtix, thus, mirrha, ammoniacum, ſigia, galbanum, lacca, mel, balſamum. De venis, emathites, gypſum, tuchia, lapiſſazuli, litargirum, nitrum, corallus. De carnibus & ſuperfluitatibus animalium, caro piſcium ſalſorum, muſcus, ambra.

Sicca in tertio gradu.

Siccain 3 gradu ſunt, vt ex herbis, polium, ſiler; thymus; paſſum; hipericon; camedries, camepiteos, hypoquiſtidos, hyſſopus, muſcus, calamentum, pulegium, origanum, ruta domeſtica, apium, ſquinantum. De ſeminibus, aniſum, petroameos, vrticæ, coriandri, carui, epithimi, nigellæ, cimini, ſileris montani, rutæ domeſticæ raphani. De folijs, ſambuci, ſquinanti, dyptami, ceparum, hellebori vtriuſque, ſerpẽtariæ, ammoniacæ. De lignis, tapſia, gentiana, virga paſtoris, caſia lignea, turbit, azarus galanga, coſtum, D piper longum, de frondibus anabula, de fructibus, galla, cucumeres agreſtes, capari, lentiſci. De granis, baccæ lauri, ſtafiſagria ſumac. de gummis & ſuccis, altea ſlamonia, pix communis, ſerapium, opponacũ, aſa, euforbium, gummi iuniperi, camphora, hipoquiſtidos. De venis, magnetes, ferrugo, ſpodium, ſalgemma; ſalſapo, aſpaltum, mumia. De membris, caſtoreum.

Sicca in quarto gradu.

Siccain 4. gradu ſunt, vt ex herbis, ruta agreſtis, naſturcium, pitroum. De ſeminibus, ſinapij, naſturcij, Parani. de lignis piretrum. De fructibus, anacardi. De granis, piper nigrum. De venis, ammoniacum, tuchia, calx, vitreolum, æs vſtum, flos ęris, ſulphur, petroleon.

De Humidis in quatuor gradibus.

CAP. *LXIIII.*

Humida in primo gradu.

HVmida in primo gradu ſunt, vt ex herbis, emula, mercurialis, borago. De ſeminibus, alteæ, paſtinacę, atripli De floribus, fabæ. De radicibus, zinziber, paſtinacæ. De lignis, liquiricia. De fructibus, amygdalæ dulces, mora matura, vuæ paſſæ, iniubæ, caro pomi citri, pruna. De granis, fabæ virides, cicer album, lingua auis, piper longum. De gummis, ladamum, gummi arabicum, dragantum, bdellium. De venis, plumbum, argentum, cadimia argentea. De carnibus, porcina, pecorina, pullina anetina, collum bina, ſtrutionum, anſerum, phaſianorum, coturni cum, piſcium recentium.

Humida in ſecundo gradu.

Humida in ſecundo gradu ſunt, ex herbis, altea, pſillium, attriplex. maluæ, lactucæ, fiſami, portulacæ. De floribus, nenufar. De fructibus, chriſomila, perſica, dactyli, ceraſa, nuces, cucumeres, cucurbitæ, melones, citruli. De granis, phaſeoli, aſparagi, grana citoniorum. De floribus, violæ, papauer album. *Humida* in quarto gradu ſunt, vt ſemen papaueris: De venis, argentum viuum: De potibus, nix, ſuccus papaueris albi.

Humida in quarto gradu.

De Experimentis medicinarum ſimplicium.

CAP. *LXV.*

Virtutes ſimplicium medicaminum ſunt tres.

HAli in practica lib. 2. Virtutem itaque medendi ſcire volentem, oportet in primis virtutem ſimplicium medicaminum, & eorum actiones cognoſcere. Virtutes quidem eorum ſunt treſ. Prima eſt quę dicitur complexio. Secunda dicitur virtus, quæ & à complexione venit. Hæc eſt maturans, molliens, ſolidans, opilans, ora venarum minuens, carnem attrahens, dolores ſedans, & venena pellens. Tertia vero, quæ & eodem nomine cenſetur, eſt frangens in vrina lapides, & materiam prouocans, ſputa ſanguinis de cauſis pectoris adiuuans, lac generans. Oportet igitur canones primũ ſcire, quibus vnũquodque ſimpliciũ medicaminũ probatur, quibuſque complexiones eorum atque virtutes in corporibus ſignificantur.

Virtus medicinariũ duabus vijs cognoſcitur ſcilicet experimento & ratiocinatione.

Auicenna vbi ſupra. Medicinarum ſingularium virtus duabus viis cognoſcitur, experimẽto ſcilicet & ratiocinatione. Experimento quidem, non niſi poſt cõditionum obſeruationem. *Quarum prima eſt*, vt ſit medicina vacua, qualitate accidentaliter acquiſita. Nam aqua quamuis natura frigida ſit, calefacta tamẽ calefacit. Et euforbium, quamuis natura calidum, cũ tamen infrigidatur infrigidat, dum permanet frigidũ. Caro quoque piſcium quamuis frigida, tamen cum ſalitur calefacit potentia.

Octo conditiones requiruntur vt experimentũ valeat.

Secunda eſt vt fiat experimentum in ægritudine ſingulari, & nõ in compoſita, quæ ſcilicet habeat duas res contrarias, alioquin neſcitur in quo ſit cauſa curationis. Verbi gratia: Cum homo febrẽ habet phlegmaticam, & datur ei in potu agaricum, non oportet vt iudicetur frigidum, quia confert ægritudini calidæ quæ eſt febris. Forſitan enim non confert, niſi quia reſoluit materiam phlegmaticam, & euacuat, qua ſcilicet materia deficiente, remouetur febris.

Tertia eſt vt medicina experta ſit in duobus contrariis, quia vni forſitan eorum per ſe conferat, & alteri per accidens. *Quarta*, vt appoſita ſit ei quod æquatur ſibi de potentia ægritudinis, vnde experiatur prius in debiliori, fiatque paulatim proceſſio, donec ſciatur virtus medicinæ pro certo. *Quinta* vt ſeruetur tẽpus in quo apparet eius impreſſio & operatio. *Sexta* vt obſeruetur proceſſus operationis eius, ſecundum aſſiduitatem, aut ſecundum plurimum: alioquin procedit illa operatio per accidens. Res enim materiales procedunt à principiis ſuis, aut ſemper, aut ſecundum plurima.

Medicina aliter operatur in corpore hominis aliter in corpore alterius animalis.

Septima vt experimentum ſit in corpore hominis, non alterius animalis. Poſſibile enim eſt, vt ſit medicina comparata ad corpus hominis calida, ad corpus autem leonis vel equi, frigida; & quod vni corpori venenoſam proprietatem habet, alii non habet; vt napellus homini, non autem turdo. *Hali. vbi ſupra.* Sic & cicuta, quia refrigerat corpus hominum, non ideo neceſſe eſt vt refrigeret corpora merularum. Illis enim cibus ille mortalis non eſt, quia venæ quæ cibum ad cor eorum dirigunt ſtrictæ ſunt, nec cicuta facile penetrat ad eorum corda. Quare digeſtione plena decoquitur, eiuſque natura mutatur in calorem, & in corpora merularum alteratur.

Octaua quoque conditio vel cautela qua medicinæ

virtus experimento probetur, eſt, vt inter cibum & medicamen diſcernatur. Medicamen namque corpus in ſua qualitate calefacit: cibus autem idem facit & amplius, quia corporis ſubſtantiam propter ſui cum illo conuenientiam, augmentat. Sic igitur octo legibus oportet experiri medicamen in corporibus & paſſionibus. Eſt autem excellentior eorum probatio & experientia in corporibus extra temperantiam poſitis.

De cognitione earundem per ratiocinationem.

CAP. *LXVI.*

Quanam res velocius agant vel patiantur.

Avicenna vbi ſupra. Hi ſunt canones in cognitione experimenti. In cognitione autem per ratiocinationem, alij ſumuntur ex velocitate & tarditate conuerſionis earum ad ignem, & congelationis: Alij ex odoribus, & alij ex ſaporibus. Quandoque etiam ſumuntur ex caloribus, & quandoque ex operationibus & virtutibus notis, ex quibus acquiruntur ſignationes ſuæ manifeſtę ſuper virtutes ignotas. Itaque rerum in conſtitutione eſſentiæ ſimilium, ſcilicet in raritate & ſpiſſitudine, quæcunque calefactionem velocius recipit, calidior eſt: & ſimiliter quæcunque infrigidationem, frigidior; quia ſcilicet qualitati exterius aduenienti, conſentit virtus ſimilis innata, quæ eſt in ipſa. Cum autem vna earum rarior eſt, altera ſpiſſior; tunc illa quæ rarior eſt, quamuis alij ſimilis in frigiditate vel caliditate, velocius tamen patitur propter debilitatem ſui corporis. Rerũ autem quarũ proprietas eſt vt congelentur, vel vt inflammatæ igniantur, ſi sũt in eſſentia ſimiles, quæcunque velocioris eſt inflamtionis, eſt calidior. Non enim dicimus quod res ſit calidior & frigidior, niſi cum comparatione ad impreſſionem qualitatis ei innatæ.

Cum autem duæ res diuerſificantur in raritate & ſpiſſitudine, & inuenitur ſpiſſior vehementioris inflãmationis, & tardioris congelationis, iudicanda eſt calidioris ſubſtantiæ: ſimiliter cum inuenitur rara tardioris inflammationis, patet quod eſt fortioris frigoris. Si vero raram inuenis vehementioris inflammationis, nõ ob hoc eam iudica fortioris caliditatis, quia forſitan eſt raritas cauſa illius velocitatis. Similiter & in congelatione, ſcilicet propter debilitatem corporis ipſius, & velocitatem paſſibilitatis. Sic apparet in vino quod quamuis calidioris ſit complexionis quam oleũ de cucurbita, velocius tamen congelatur. Nam in primo oleum illud non congelatur ſed denſatur; vinum autem congelatur. Rerum enim quædam congelantur abſque condenſatione, quædam econuerſo. Rerũ autem recipientium condenſationem, cum æquantur in conſtitutione ſubſtantiæ, quæ magis recipit cõdenſationem ex frigore, frigidior eſt. Et plurimæ quidem res non congelantur niſi in calore. Quibus autem in calore congelari proprium eſt, omnes per frigus reſoluuntur. Calor quidem congelat ſiccitate, frigus autẽ ſpiſſitudine, ſecundum ſententiam Galeni. Sed in re modica diuerſa eſt ſententia philoſophi primi, ſed illius perſcrutatio in alia continetur ſcientia.

Res quædam congelantur abſque condenſatione, quædam nõ, itẽ quædam calore, quædã ſiccitate &c.

De cognitione earundem per ſapores qua ſunt octo.

CAP. *LXVII.*

Sapor eſt nũcius cõplexionis ac ſubſtãtiæ medicaminis.

Ali. vbi ſupra. Complexionis & virtutis medicaminis ſignificatio quæ ſumitur ex ſapore excellentioi eſt quam illarum ex odore & colore. Sapor enim nuncius eſt complexionis ac ſubſtantiæ medicaminis; per ſæpe autem & eius actionis. Odor autem & color non ſunt huiuſmodi. *Sunt autem* ſapores octo ſcilicet dulcis, vnctuoſus, acerbus, amarus, pungitiuus, ſalſus, ponticus; octauus inſuauis, aſper, & durus. Quod autem ſaporem non habet, vnum tantum eſt; nec annumeratur ſaporibus. Omne namque quod eſt obuium linguæ, neceſſe eſt aut aliquid, aut nihil in eius ſenſu facere. Et ſi quidem nullam inferat ei paſſionem, vocatur inſipidum; vt eſt aqua pura, & terra ſimplex, & etiam medicamina, quibus terra vel aqua dominatur; & quibus terrenoſitas, vt tuchia, & amygdala, & ſimilia. Quibus vero dominatur aquoſitas, humida ſunt & viſcoſa. vt eſt album oui, & oleum lotum ſine ſale. Oleo autem cum ſale dominatur cum aqnoſitate terrenoſitas. Hæc & his ſimilia, nullam ſenſui guſtus (ſi obuient linguæ) aut delectationem faciunt, aut contra.

Qua delectatione guſtui faciunt ſunt conuenientia.

Quæ quidem delectationem faciunt, hominis naturæ conſona ſunt & conuenientia, eiuſque complexioni colligata. Quod autem huiuſmodi eſt, eique dominatur aquoſitas, vnctuoſum dicitur. Cui vero terrenoſitas, dulce vocatur. Cui autem ſimul vtrunque nec dulce, nec vnctuoſum, ſed ſuaue. Dulce quidem ſi linguæ obuiet, vacua eius implet & lenit, aſperitatemque ſedat (ſi mordens aliquid fuerat) atque delectat. Vnctuoſum autem idem facit, ſed eius delectatio minor eſt: at ſuaue inter hæc duo extrema medium eſt. Qui vero ſaporem in guſtu faciunt iniucundum, mordent linguam. Et quod linguæ ſeparationem inducit: aut eius ſubſtãtia craſſa eſt & terrea, aut ſubtilis & ignea. Cuius autem ſubſtãtia craſſa eſt & terrea, aut fortiter ſeparat linguæ partes, ca plurimũ abluit, intãtum vt etiam valde exaſperet, amarum vocatur. Aut ſeparat eas fortiter & lauat, ſed non valde exaſperat, & ſalſum nominatur. Cuius vero ſubſtantia ſubtilis eſt & ignea, facitque morſuram fortem in lingua pungitiuum vocatur. Quod autem congregat linguæ partes, aut eſt craſſum & terreũ, aut ſubtile & aquoſum. Quodque craſſum & terreum eſt, ſi fortiter coadunans linguam conſtringat & exaſperet ac deſiccet, & fortius operetur, inſuaue vocatur. Si vero quod in lingua facit horum accidentium minus eſt, põticum appellatur. Quod autem ſubtile & aquoſum eſt, faciens in lingua morſuram, eiuſque ſubſtantiæ ſine calefactione immergitur, acerbũ vocatur. Ex his igitur octo ſapores eſſe claret, excepto eo quod ſapore careat.

Quid dicendũ amarum

Quid ſalſum

Quid pungitiuum.

Quid inſuaue.

Quid ponticum.

Quid acerbum.

Item de numero & differentijs ſaporum.

CAP. LXVIII.

Inſipidum duplex.

Avicenna vbi ſupra. Medici quidem ſapores ſimplices 9. ponunt, quorum tamen vnus inſipidus eſt, ſicut aqua. Nominant enim ſaporem, omne quod guſtu iudicatur actu, vel potentia. Inſipidum quidem dupliciter eſt, aut priuatum eo apud ſenſum, ſcilicet quod in ſe quidem ſaporem habet, ſed propter vehementiam ſpiſſitudinis ſuæ, nõ reſoluitur aliquid ex eo quod humiditati linguæ admiſceatur, & ab ea cõprehẽdatur. Deinde cum ingeniatur, vt reſoluantur partes eius, & vt ſubtiliẽtur, ſapor eius ſentitur, vt æs adustũ, & ferrum. Sapores autem octo quos ponũt hi sũt, dulcedo, amaritudo, acuitas, ſalſedo, acetoſitas, ponticitas, ſtipticitas, vnctuoſitas. Dicunt enim quod ſubſtantia ſaporem ferens, aut eſt ſpiſſa terrea, aut ſubtilis, aut media: Et eius virtus, aut calida, aut frigida, aut æqualis: ſpiſſa itaque terrea ſi eſt calida, tunc eſt amara: ſi frigida, pontica: ſi æqualis, dulcis. Subtilis autem ſi eſt calida, tunc eſt amara: ſi frigida, acetoſa, ſi æqualis, vnctuoſa. Media vero ſi calida eſt, tunc eſt ſalſa, ſi frigida, ſtiptica, ſi æqualis, inſipida. Et acutum quidem calidum eſt, deinde amarum, deinde vero ſalſum. Acutum enim fortius eſt ad reſoluendũ, & incidendum, & abſtergendum quam amarum. Salſum vero quando calefit à ſole, vel igne, aut ſeparatione aqueitatis frangentis virtute caloris, fit amarum: & ſal amarum calidius eſt ſale quod comeditur. Ponticum vero frigidius eſt, deinde ſtipticum, poſtea acetoſum. Et ob hoc in omnibus fructibus qui dulceſcunt, prius eſt ponticitas vehementis infrigidationis.

Sapores octo.

Subſtantia ſaporem ferens eſt triplex, ſicut & virtus eius.

Cum autem in eis currunt acreitas & aqueitas, ita vt temperentur parumper cum acreitate & calefactione

ctione ſolis digeſtiua, declinant ad acetoſitatem; ſicut agreſta; & inter ea trahunt ad ſtipticitatem parumper cum ponticitate; deinde permutantur ad dulcedinẽ, cum agit in eis caliditas digeſtiua. Quandoque vero permutantur ex ponticitate ad dulcedinem abſque acetoſitate, ſicut oliuæ. Acetoſum autem, quãuis minus frigidum ſit quam ſtipticum, in pluribus tamẽ eſt pluris infrigidationis, propter ſubtilitatem & penetrationem ſuam. Ponticum autẽ & ſtipticum in ſapore propinqua ſunt, ſed ſtipticum non contrahit, niſi quod de lingua manifeſtum eſt. Ponticum vero contrahit & exaſperat quod manifeſtum eſt, & quod occultum; & ponticum quidem ſubtilius eſt; & magis intrans. Acutum autem & amarũ ſunt linguam radentia, ſed amarũ non radit niſi quod de lingua apparet. Acuti autem abraſio & eius ſeparatio profunda eſt, quia ſubtilis eſt ſubſtantiæ profundans. Amarum vero erit grauis ſubſtantiæ ſiccæ, & ob hoc ipſius purum non recipit putrefactionem ex qua generetur animal, nec etiã nutrit animal, propter ſiccitatem quoque ſuam quod abradit, abradit cum exaſperatione aliqua. Dulce autem & vnctuoſum ambo dilatant linguam, & leniũt, faciendo currere illud quod frigus læſit & congelauit abſque reſolutione, & remouent aſperitatem ipſius; ſed vnctuoſum facit illud abſque calefactione manifeſta, dulce cum calefactione; & ideo dulce plus digerit, amarum quidem abradit vehementer (vt dictũ eſt) ita vt exaſperet: Acutum autem, & acetoſum mordicant linguam, ſed acutum quidem vehementer cum calefactione, acetoſum vero mediocriter abſque calefactione. *Et ſalſum* quidem prouenit ex reſolutione amari & inſipido aquoſo. Cumque congelatur ſicut aqua cineris, fit falſum. Acetoſum autem prouenit ex conuerſione dulcedinis, cum diminutione caliditatis; aut digeſtione ponticitatis, cum augmento humiditatis, & caliditatis. Et eius quidem ſubſtantia ſecũdum rei ſummam eſt humida, ſimiliter & dulce. Subſtantia enim acidi ad humiditatem pertinet: ſubſtantia vero amari & pontici ac ſiccitatem.

Effectus ſaporum in lingua.

Salſum & acetoſũ vnde proueniant.

De Operationibus aut effectibus ſaporum.

Cap. LXIX.

Operationes ſaporũ quænam.

Operationes itaque dulcis ſunt digeſtio, & lenificatio, ac multiplicatio nutrimẽti: ipſumque natura diligit, & atractiua virtus attrahit. Operationes amaritudinis ſunt abſterſio & exaſperatio. Operatio vero ponticitatis eſt contractio, ſi eſt debilis; & expreſſio ſi fortis. Operationes ſtipticitatis ſunt contractio, & inſpiſſatio, & induratio, & retentio. Vnctuoſitatis autem, lenificatio, lubrificatio, & digeſtio, vel decoctio parua, acuitatis, reſolutio, & inciſio, & putrefactio. Salſedinis, abſterſio, & ablutio, & exiccatio, ac putrefactionis prohibitio. Acetoſitatis, infrigidatio, & inciſio.

Duo ſapores aggregati ſæpe in vnum effectum cõſpirant.

Quandoque vero duo ſapores aggregantur in vna ſubſtantia, ſicut acuitas & dulcedo in melle cocto, & quandoque ea quæ proueniunt ex duobus ſaporibus, adiuuant ſe ad confortandum illud quod prouenire debebat ex vno ſapore. Acuitas enim & mordicatio remanentes in aceto ex vino, faciunt ipſum vehementioris infrigidationis; quia tranſitus aperiunt, ipſamque infrigidationem aceti faciunt magis penetrantem ac perfundantem. Præterea quandoque duo ſapores iuuant ad frangendum quod ex vno prouenit, ſicut acetoſitas & ponticitas in agreſta. Ponticitas, enim agreſtæ prohibet acetoſitatẽ eius ab infrigidatione vltima. Amarum quidem abſolutum, & acutum; abſolutum nocet viſceribus, & ſi aſſocietur ei ſtipticum, cõferunt. Omne etiam dulce cum ſtipticitate eſt viſceribus amicum, quia ſuaue eſt & confortans, & exaſperationem prohibens. Vniuerſaliter autem quod prohibet mordificationem, generatiuum eſt carnis.

Omne dulce cum ſtipticitate eſt viſceribus amicum, nã laxat nec multũ calefacit.

Hali. vbi ſupra. Omne dulce calidum eſt & temperatum; propter hoc & laxat & maturat, nec multũ calefacit. Omne autem vnctuoſum eſt aquoſum & aereum: ideoque humectat & emollit & laxat ſine calefactione. Omne vero amarum igneũ eſt & terreum, quare & purgat meatus, & opilationes aperit, mũdat, & craſſitudinem incidit, ac mediocriter calefacit. Porro omne falſum terreum, calidum eſt & ſiccum, non igneum; quare mũdat & ſtringit ſine calefactione forti. Pungitiuum autem fortis caloris eſt & igneũ; propter hoc & ſubtiliat, & purgat, & comburit. Omne porro inſuaue, aſperum & ponticum, frigidum & terreum eſt: ideoque coadunat, & poros ſpiſſos facit, & expellit, & incraſſat, quia refrigerat & deſiccat. Cæterum acerbum omne, aquoſum eſt ac ſubtile; vnde & incidit, & ſubtiliat, & aperit opilationes, purgat meatus, refrigerat, ac deſiccat, & expellit.

Proprietates & effectus ſaporum.

Item De eodem.

Cap. LXX.

Effectus dulcis.

Razi. in Alman. 3. parte. Dulce calidum eſt, licet non violenter; & qui frequenter eo vtitur, multitudo choleræ rubræ & ſanguinis in eo generatur. Inde quoque accidit opilatio, & in hepate & in ſplene phlegmon: ventris etiam fluxus ex eo ſequitur, & ſtomachum mollificat. Pectori vero & pulmoni confert; corpus itidem impinguat, & augmentum ſpermatis tribuit. *Acidum* vero frigidum eſt licet nõ vehemẽter: choleram rubram & ſanguinem reprimit, ventrẽ ſtringit; ſi tamen ſtomachus & inteſtina munda fuerint; ſi vero phlegmatis in eis fuerit multitudo, ventris fluxũ facit, & corpus infrigidat, virtutem quoque digeſtiuã debilitat, & proprie in hepate. Neruis autem ac neruoſis membris nocet, & corpus deſiccat, virtutem autem apetitiuam excitat.

Effectus acidi.

Effectus vnctuoſi.

Vnctuoſum autem ſtomachum mollificat, & fluxũ ventris facit, ac ſatietatem antequam homo cibi quãtitatem ſibi neceſſariam ſumpſerit, adducit; calefacit quoque maxime tamen febricitantes, aut hepar vel ſtomachum calidum habentes. Propterea corpus humectat & lenit; phlegma vero auget, & cogitationem heberem reddit, auget quoque ſomnum. *Ponticum* vero corpus infrigidat ac deſiccat, & carnes ac ſanguinẽ minorat, ſi quis eo multoties vtatur. Stomachum quoque confortat, & ventrem frequenter ſtringit, ſanguinemque melancholicum generat.

Effectus pontici.

Amarũ porro calefacit, & deſiccat fortiter, citoque ſãguinẽ ad aduſtionẽ & malitiã perducit, cholerã quoque rubeã in ſanguinẽ augmentat. *Acutum* etiã multo plus quã amarũ calefacit, citoque corpus inflammat, ſanguinẽ adurit, ſed ipſum prius in cholerã rubeã mutat, & poſt hoc in nigrã. *Inſipidum*, aliud eſt quod magis nutrit, quod æqualitati vicinũ eſt; aliud vero quod tẽperate calefacit, & aliud quod temperate infrigidat, cũ quo ſi multa fuerit humiditas, humectabit. Siccum autẽ cum fuerit, deſiccabit. Horum quidẽ ſaporũ operatio ſic erit, cũ vnus eorũ alicui rei maximè dominatus fuerit, porro ſi duo ſapores æqualiter ei dominentur, eius operatio æqualiter compoſita erit.

Amari.

Acuti.

Inſipidi.

Sicci.

De Operatione ſaporum adinuicem in calore & frigore.

Cap. LXXI.

Diſcrimen inter acerbũ & põticum.

Ea vero quę de caliditate & frigitate & humiditate & ſiccitate diximus in vnoquoque corporũ habẽtiũ ſaporẽ, nõ ſunt in eis ſecũdũ eandẽ quãtitatem, ſed in quibuſdã eſt ęqualiter calor & frigꝰ; inęqualiter autẽ humiditas & ſiccitas; in quibuſdã autẽ econuerſo. Quædã quoque diuerſa ſunt ab alijs in quantitate cuiuſlibet qualitatis, ſed ſuo modo omnia quidẽ ſanè cõpoſita ſũt ex quatuor elemẽtis. Acerba autẽ & pontica æqualia ſũt in frigore, niſi quod ponticũ craſsũ eſt ac terreũ, Acerbũ vero ſubtile & aquoſũ. Quod duobus modis oſtẽditur, per ſenſum ſcilicet & collationẽ.

Per ſenſum quidẽ, quia videmus omnes fructus in principio ſui põticos eſſe & inſuaues, ſiccos, ac ſimiles

naturæ

naturæ arboris eorum; poſtea verſo humectantur, & A
quidam quidem acerbi fiunt. indeque paulatim mutantur, donec compleantur & mutentur, ac dulcia fiant. Quidam autem ad dulcorem ſine acerbitate tranſeunt, vt fructus palmarum, & poma dulcia, & oliuæ. Maturitas autem fructuum eſt per calorem naturalem, qui eſt in ſubſtantia eorum, & etiam per calorem exteriorem, qui eſt ſolis. Itaque cum ſapores ponticus & inſuauis vel aſper frigidi ſint & craſſi, patet quod ſit eorum tranſitus ad acerbum per ſubtiliationem caloris.

Per collationem vero idem oſtẽditur, quoniam aſperi & pontici diffuſio in corpus tarda eſt, & maior actio eorum in corporibus eſt ea coadunare & denſare. Hoc autem ſignum eſt craſſitiei & frigiditatis eorum, quia frigidi eſt denſare, craſſi vero velociter diffundi. Acerbum autem velocius in corpus diffunditur, ac profundo immergitur; & hoc eſt ſignum ſubtilitatis eius; maximè vero quia generatio eius per calorem debilem, qui non potuit illud in quo fuit ematurare, nec permutare; ſicut etiam accidit epulis, quod ſi non plene digerit eas ſtomachi calor, aceſcũt, quod ſi debilis eſt calor, ita quod omnino à digeſtione deficit, nec illas immutat, non aceſcunt, vt in lienteria contingit. Præterea videmus lac & vinum ſubtile, & ſimilia; ſi frigus multum ſit, non aceſcere: Si vero ponantur in aere calido aceſcunt. Hinc eſt igitur acerbũ non inueniti fortis frigiditatis, quia generatio eius eſt ex calore. Sic quoque reperire non eſt aliquod medicaminum, ex his quibus dominatur frigus acerbum. C
Hoc itaque ſignum eſt, ea quæ aſpera ſunt & pontica, terrea eſſe & craſſa; ea vero quæ acerba, ſubtilia & aquoſa.

Frigidũ dẽſat, craſſum velociter diffundit. B

Adhuc De eodem.

CAP. LXXII.

Amarum eſt fortioris caloris & ſiccitatis quam dulce.

QVod autem dulce vel amarum, calidum eſt, ſed dulce calidum eſt & humidum temperatè, similiter & vnctuoſum. Amarum vero fortioris eſt caloris & ſiccitatis, quam dulce. Quod duobus modis intelligitur, per ſenſum ſcilicet, & per collationem. *Per ſenſum* quidem, quia videmus quod omnia humida, ſi mixta ſũt, & decoquat ea calor naturalis qui eſt in eis, aut etiam exterior, vt ignis & ſolis, non dulcorãtur. Et D
ſi quidem exceſſerit in eis calor, incipit amaritudo dominari, ſicut eſt in communi videri, vt in melle dactylico. Si enim inueteraſcant, deſiccatur eorum calor naturalis, & ſit in eis amaritudo; ſic quoque ſi ſuperexceſſerit in eis ignis decoctio, trãſeunt in amaritudinem. *Ex collatione* vero, quia videmus dulce & amarũ ſordes emundare, ſed emundatio quæ eſt in dulci tẽperata eſt & æqualis, humida & delectabilis. Amarum autem fortius mundat & lenit, intantum vt continua ſeparet cũ læſione & abominatione. Hæc ergo ſignificant ipſum eſſe terreum, & craſſum, & ſiccum. Significant quoque rei amaritudinem, quod neque putreſcit, neque vermes producit.

Pungitiuum eſt fortioris caloris quam amarum.

Pungitiuum autem & amarum, ipſa quoque calida ſunt & ſicca, ſed pungitiuum fortioris caloris eſt, & ſubtilioris ſubſtantiæ, ſicut & igneum. Ideoque comedit, & vrit, & liquefacit. Amarum vero minoris caloris eſt pungitiuo; eſt igitur craſſum & terreum. Ideo ſi quidem vratur eo, exterius mundans & leniẽs, purgat comeditque carnes ſuperfluas in vulnetibus. Si vero bibatur, incidit ſuperfluitates craſſas, & aperit opilationem venarum; vnde & prouocat materiã vel vrinam, & adiuuat ſputa craſſę humiditatis à capite & à pectore. Prodeſt etiam epilenſiæ, craſſum incidẽdo; diffunditur enim velocius tanquam pungitiuum, nec prohibetur tranſmitti, ſicut ponticum. Porro ſalſum ipſum quoque terreum eſt & calidum, ſed minoris caloris quam amarum.

De Probatione medicaminum per odorem.

CAP. LXXIII.

PLures autem ſapores faciunt paſſionem in odoratu, quemadmodum & in guſtu. Acetum enim & omnia acerba atque pungitiua, vt allium & cæpa, lædunt odoratus ſenſum, non minus ferè quam guſtum. Sic in omnibus alijs, ſecundum maiorem partem, ea quæ mouent ſenſum guſtus, mouent & odoratus; vnde & eſt inuenire plurima quæ nunquam guſtauerunt homines propter odorem eorum fætidum, quia notunt cuius naturæ ſint, per copiam certificationis, quæ peruenit ad illos ex eorum odore.

Odoratus probat medicamina.

Sunt autem & alia quorum odor naturam eorum non prædicat, & hæc quidem aut diuerſa ſunt natura, aut odore priuata. Quæ diuerſa ſunt natura iucundi ſunt odoris, maximeque roſa, guſtus enim eius valde manifeſte diuerſus eſt ab odore, nec ſignificatio cõcordat vtriuſque. Cuius rei cauſa eſt, quia roſa varia eſt, & non conſimilium partium. Guſtus quidem eius compoſitus eſt ex amaro & aſpero, inſuauique & aquoſo. Pars eius amara calida eſt & ſubtilis: Pars aſpera frigida eſt & craſſa. Aquoſa vero varia eſt, inſuauiſque in ſapore, media inter ſubtile & craſſum. Subſtantia vero rara odorifera, eſt & vaporoſa & diſſoluta, à corporibus odoriferis iucundi odoris. Vapor autem ex calore generatur, nec ab omnibus partibus odorati reſoluitur. Odor enim roſæ non ſignificat niſi quod calidum eſt & ſubtile in omnibus partibus eius tantummodo; ſic ergo omnia quæ odorem habent, calida ſunt. Sed cum ſignificatio naturæ quæ ſumitur ex odore, trãſit rerum iucundarum odorem, fida non eſt maximeque roſæ.

Odor non ſẽper naturam reſindicat vt patet in roſa.

Quæ autem odorem non habent, vt ſalſa & dulcia, non manifeſtatur nobis virtus eorum niſi per ſaporem. Quæ etenim odore carent, aut ideo priuata ſunt odore, quia vapor qui ſoluitur ab eis eſt in vltimo paruitatis, aut quia non conſonant odoratui in temperantia inter craſſum & ſubtile. Hinc ergo eſt, quod amara & pungitiua, propter ſubſtantię ſuæ ſubtilitatem, odorifera ſunt odoribus conſonis eorum ſaporibus. Salſa autem & aſpera, odore priuata manent. Hæ namque ſpecies ambę ſunt craſſæ ſubſtantiæ. Et aſpera cum craſſitie ſua ſubſtantia frigidæ complexionis eſt; qua etiam de cauſa nullus ab ea vapor diſſoluitur. Porro odoriferorum odor deſignat, quod ſubtilis ſubſtantiæ ſunt, & calidæ complexionis: non tamen eſt certa ſignificatio quanta ſit eorum ſubtilitas, aut calor. Ideoque iudicium complexionis rerum, ex odoribus minime eſſe perpenditur.

Virtus eorũ quæ odorẽ nõ habẽt manifeſtatur per ſaporem.

Auicenna vbi ſupra. Odores quidem veniunt à caliditate, & proueniunt à frigiditate. Sed eorum olfactio & ſternutatio, ſecundum plurimum eſt caliditas: quia cauſa plurima eorum eſt ſubſtantia ſubtilis vaporoſa, quamuis aliquando ſit ſecundum ſemitam conuerſionis aeris, præter reſolutionẽ alicuius rei ex habẽte odorem. Omnes igitur odores ex quibus ſentitur mordicatio, declinant ad latus dulcedinis, & calidi ſunt. Illi vero ex quibus ſentitur acetoſitas & rotalis charagiati, ideſt lacualis vapor, ſcilicet de lacubus & paludibus, omnes frigidi ſunt. Omnia quoque bene redolentia ſunt calida. Præter illa quibus aſſociatur roralitas, & ſedatio ſpiritus, & anhelitus, vt camphora, & nenufar. Amborum enim corpora nõ euacuantur ex ſubſtantia infrigidante aſſociata odori vſque ad cerebrum. Similiter etiam omnia alfemicati, ideſt ſpecies quæ ſunt vt piper & ſimilia, calida ſunt, & ob hoc dolorem capitis faciunt.

Omnia bene redolẽtia, ſũt calida, & ideo cauſant dolorẽ capitis vt plurimũ.

De

De cognitione medicinarum per colorem.

CAP. *LXXIV.*

Colores virtutẽ medicinã significant.

SIcut autem odores, ſic & colores demonſtrationem plurimam ſignificant. Cumque ſpeciei vnius diuerſificantur modi, & quidam eorum decliues ſunt ad albedinem, quidam ad tincturam rubeam, aut nigram; tunc ad albedinem declinantes, ſi natura & ſpecie ſunt frigidi, frigidiores ſunt; & declinantes ad alia duo, minus frigidi. Si vero natura trahit ad caliditatem, tunc eſt res eſt econuerſo. Et hoc quidem eſt ſecundum plurimum, ſed quandoque diuerſificatur in rebus. Sapores quidem vincunt odores & colores in ſignificationibus vel demonſtrationibus: quoniam ad ſenſum cum obuiatione ſui corporis adueniunt. Et ideo digniores ſunt, quoniam ex omnibus partibus medicinæ virtutem perducunt; odores autẽ & colores, ſine obuiatione ſuorum corporum imprimunt. Vnde poſſibile eſt, vt ex ſubtili partium corporis habentis odorem, vapor ad ſenſum perueniat, Vapor autem ſpiſſi non vaporet, ſed ad ſenſum inobediens maneat. Similiter etiam color manifeſti tãtum, & non occulti, ad ſenſum peruenìat, ſed quoniam odores quandoque ſignificant ſapores, ſicut odor dulcis & acetoſi, & acuti & amari; tunc odores ſequuntur ſapores. Sapores igitur in ſignificatione plus ſunt. deinde odores poſt colores.

Sapores plus ſignificant quam odores, & hi quam colores.

Denique neceſſe eſt medicos ſcire, quia nõ poſſunt eſſe ſapores, dulcis & amarus & acutus niſi in ſubſtantia calida; neque ſtipticus & acetoſus & ponticus, niſi in ſubſtantia frigida; & ſimiliter odores boni acuti nõ ſunt, niſi in ſubſtantia calida. Et colores albi in corporibus congelatis in quibus eſt humiditas, non ſunt niſi in ſubſtantia frigida: Et in corporibus quibus eſt ſiccitas & puluerizatio, non ſunt niſi in ſubſtantia calida. Nigri vero in vtriſque ſunt econuerſo. Frigus enim albificat humidam ſubſtantiam, & denigrat ſiccam, calor autem econuerſo.

Colores quas primas qualitates arguant.

Haly. vbi ſupra. Significatio quidem medicaminis complexionem demonſtrans, ſubeſt odori. Signa nãque quæ ab eo ſumuntur debilia ſunt, quoniam inueniuntur in vnoquoque complexionis calidæ & frigidæ, humidæ & ſiccæ; niſi quod per eum ſignificatur habitudo rei vnius ad aliam, ſiue ab alia, ſicut cẽpa communis à cepa hauſali. Nam earum quæcũque ſunt, albæ minoris ſunt caloris, quæ vero rubicundiores, maioris. Sic quoque ſe habet res & in cicere, & phaſeolis. Horum enim quæcunque ſunt alba, frigidioris ſunt complexionis, quæ vero rubicundiora & nigriota, minus frigida ſunt, & magis ad calorem inclinantia. In eligendis autem medicaminibus, quę ſaporem habent proprium, vt amaritudinem vel acerbitatem aut dulcedinem; Et in his quæ proprium odorem, vt iucundum, aut fætidum; Et in his quæ proprium colorem, vt viola, roſa, & ſimilia; Ea quæ in illo ſapore, vel odore, vel colore fortiora ſunt, meliora cæteris iudicantur.

Obſeruandũ in medicaminibus eligendis.

De Cautela experiendi virtutes medicaminum.

CAP. *LXXV.*

HÆ ſunt ergo illæ regulæ quibus medicamina ſimplicia probantur, vt eorum complexio virtuſque ſciatur; ſed in vſu experientiæ eorum in corporibus, multam oportet habere cautelam. Nam in experiendo hoc in corporibus hominum, pericula ſunt, animarum: dum enim experimentator aliquid mortiferum probare nititur quod ignorat, perit homo in cuius corpore probari debuerat. Ob hoc igitur oportet his vti, quæ ſunt inuenta ſanationi cuiuſque infirmitatis neceſſaria; neque enim omnia quibus vtuntur medici priores experti ſunt in corporibus hominum

Magnum eſt periculum in probatione medicaminũ ideo inuentis & probatis vtendum eſt.

A

B

C

D

paſſiones habentibus, ſed in alijs quibuſdam corporibus eorum, illis actio vel vtilitas claruit, ſiue hominum, ſiue etiam animalium. Viderunt enim homines nonnullos medicamina vel cibos ſumẽtes, quibus calefiebant, aut refrigerabãtur, quæque etiam illos humectabant, aut deſiccabant: aut contra morbos accidentes eis conferebant: ſicque quod ſæpius experti ſunt, literis vt ſeruaretur tradiderunt. Viderunt & animalia quædam quibuſdam medicaminibus mederi proprijs ſuis paſſionibus, hiſque vſi ſunt etiam in hominibus.

Vſus clyſteris ab aue quadã tractus.

Hippocras namque ſcientiam clyſteris abſtraxit ab aue quadã marina, quam viderat non paruã comediſſe piſciũ copiam, quæ vt impleta eſt, eique nocuit, acceptam maris aquam ore, roſtro ano viſceribus & inteſtinis ingeſſit, & quod comederat exinaniuit. hoc viſo Hippocras imaginatus eſt clyſterem; expertuſque deprehẽdit neceſſarium eſſe. *Præterea* viperę & ſerpẽtes hyeme frigidiſque tempotibus in cauernis terræ ſunt incluſæ, ſuper dorſa ſua ſupinæ iacentes, oculi earum obtenebrantur, viſus debilitatur: tempore autẽ veris egreſſę, plantas fæniculi rimantur, quas cum comederint, & oculos illis fricauerint, tenebræ quæ in intimis terræ acciderant cedũt, & viſus acuitur. Ex hoc medici cum vidiſſent vſi ſunt & ipſi ſucco fęniculi, ad confirmandũ & acuendũ viſum, miſcentes eum medicaminibus oculorum, inuentaque eſt eius actio laudabilis.

Vſus fęniculi pro oculis à ſerpentibus.

Dicitur etiam quod accipitres, auem (quæ Græcè dicitur Idonicos) rimantur, quam cum cæperint, ac de illius hepate comederint, dolor ventris eorum ſedatur. Sũt & alia multa quæ medici priores ab animalibus irrationalibus experimẽta traxerunt; nec eſt poſſibile experiri hominem omnia quæ huic arti ſunt neceſſaria, propter eius prolixitatẽ, & humanæ vitæ breuitatẽ. Vnde Hippocras vt approbaret & confirmaret ea quæ antiqui ſapientes inuicem ſuccedendo probauerant, & in libris firmauerant; ne cogerẽtur homines ad experiendũ in periculũ & fallacias animarum, ait: *Vita breuis, ars vero longa; tempus autem acutum, experimentum vero fallax, iudicium autem difficile.*

Egregiũ dictum Hippocratis.

De Summa operatione medicaminum ſimplicium.

CAP. LXXVI.

Medicina ſimplices tres habent operationes.

Auicenna vbi ſup. Medicinæ ſimplices habent operationes vniuerſales, & particulares, & operationes vniuerſalibus ſimiles. *Vniuerſales* ſunt, vt calefactio, infrigidatio, expulſio, attractio, vlceratio, cõſolidatio, & his ſimilia. *Particulares* vero ſicut iuuamentum in cãcro, in hęmorrhoidibus, in hicteticia, & huiuſmodi. *Vniuerſalibus* autẽ ſimiles, vt prouocatio, ſolutio, ſudoris eductio, & ſimilia. Quæ quamuis particulares ſint, quia in mẽbris proprijs & inſtrumentis proprijs fiunt, tamen operationes rerum ſunt, quarum iuuamenta & nocumenta communia ſunt, totumque corpus ab eis patitur, non per accidens.

Vniuerſaliũ operationum alia prima alia ſecunda.

Vniuerſalium operationum ſunt aliæ primæ, quæ quatuor ſunt ſcilicet infrigidatio, calefactio, humectatio, deſiccatio. *Aliæ vero* ſecũdæ; & harũ *aliæ ſunt* eędẽ cũ primis, ſed menſuratę vel comparatæ cum termino additionis vel diminutionis, ſicut aduſtio, putrefactio, cõgelatio: *Aliæ vero* diuerſæ à primis, ſed procedentes ab illis, vt ſtupefactio, ſigillatio, attractio, lubrificatio, apertio, cõglutinatio, & huiuſmodi. Proprietates itaque, quas in ſeipſis medicinæ habent. Aliæ ſunt qualitates, iiij. notæ, aliæ ſunt odores & colores: aliæ vero ſunt proprietates aliquæ famoſæ, quarũ ſunt iſtæ, ſubtilitas, ſpiſſitudo, puluerizandi proprietas, viſcoſitas, cõgelatio, curſus, mucillaginoſitas, leuitas, & grauitas.

Medicinæ sũt viginti duæ operationes, quibus ſi aliæ adhuc adiũgantur, faciunt 43.

Dicitur ergo medicina calefactiua, ſubtiliatiua, reſolutiua, abſterſiua, carminatiua, exiccatiua, exaſperatiua, apertiua, mollificatiua, digeſtiua, inciſiua, frangitiua, ventoſitatis attractiua, mordicatiua, rubificatiua, pruritũ faciens, vlceratiua, corroſiua, aduſtiua, dirumpens, putrefactiua, cauterizatiua, excorriatiua. Iſtæ

ſunt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt ergo xxij. operationes. Et eſt ordo alius, infrigidatiua, confortatiua, repercuſſiua, & incroſſatiua, crudum faciens, ſtupefactiua. Iſtæ ſunt vi. operationes. Alius iterum ordo, deſiccatiua, expreſſiua, opilatiua, glutinatiua, conſolidatiua, incarnatiua, generatiua carnis, ſigillatiua. Iſtæ ſunt viij. Eſt & aliud genus proprietatum medicinarum ſecundum operationes earum, pernicioſa, venenoſa, tyriaca, bezeard, & etiã ſolutiua, prouocatiua, ſudoris eductiua. Omnes igitur iſtæ ſunt xliij. quas de ſumma operationum eligimus.

De Secunda virtute illorum, & primo de maturatiuis.

CAP. *LXXVII.*

Mutatio in corpore animalis tripliciter fit.

Duo ſunt medicamina ad ſaniẽ maturãdam & coadiuuãdã.

Medicamina pro apoſtemate.

Medicamina induratiua.

Mollificatiua.

HAli. *vbi ſupra.* Aſſignatis igitur regulis, quibus probanda eſt prima virtus complexionis ſimplicium medicaminum; Sequitur de ſecunda, quæ deſignatur: vt ex cognitione quantitatis cõplexionis cuiuſque illorum; vt eſt medicamen maturans, quod ſcilicet ſaniem congregat: eſt enim calidũ & humidum temperatè. Et ſicut medicamen aperiens opilationem eſt ſubtile, ſic & omnia cætera ex quantitate complexionis adepta, habet huiuſmodi actiones & vtilitates, ſicut nũc dicemus, à maturantibus inchoantes. *Omnis* itaque mutatio quæ in corpore animalis eſt, tripliciter fit. *Prima* quidem per naturalem calorem in bonam materiam, eique conuenientem, quæ dicitur digeſtio. *Secunda* fit à calore ex natura in malam materiam, minimeque conuenientem; & dicitur putredo. *Tertia* vero harum eſt media, ſcilicet bonæ quæ eſt digeſtio, & malæ quæ eſt putredo; hæc eſt materiæ coadunatio. Nam cum velit natura bonam facere materiam, & virtus habitum naturalem, nec poſſit, aut propter materiæ malitiam, aut quoniam eſt extra naturã, venæ illud immutant longitudine temporis in habitum proximum naturæ membrorum primorum. Et huiuſmodi quidem habitus non perficitur, niſi virtute caloris naturalis, qui ſcilicet eſt calor temperatus.

Sed ſunt quædam medicamina in maturitatem & decoctionem temperatæ complexionis aut illi proximæ, circa calorem inclinata; vnde in coadiuuanda ſanie vtimur altero duorum medicaminum, ſcilicet aut calido, & humido temperatè, ſimilique complexioni corporis, vt eſt ſuperfuſio temperati caloris aquæ calidæ, aut farina frumenti decocta cum oleo, & ſimili; aut medicamine poros aperiente, caloremque naturalem ab eis prohibente, & arctante eum intra apoſtema, vt operetur in materia, & maturet illam, vt eſt pinguedo hircorum, & anatum, & butyrum. Cauendum eſt autem in colligenda ſanie vti medicaminibus calidis & ſiccis, his quoque quæ plurimi ſunt caloris; hæc enim poros dilatant, & calorem naturalem diſſoluunt, materiamque deſiccant.

Cophon vbi ſupræ. Quædam ergo maturatiua ſunt, & ad ſaniem perducunt, quæ ſcilicet vel in calore ſũt temperata, vel etiam viſcoſa poros claudentia; vt naturalis calor intro confortatus, materiam apoſtematis digerat; vt ſunt anetum, ſtorax liquida, ſemen lini, fænum Græcum, fermentum cũ ſale & oleo, vua paſſa, butyrum, ſaliua hominis ieiuni cũ frumento, pinguedo porci, farina tritici cum aqua & oleo cocta, adeps anſerinus, vitulinus, aqua etiam tepida ſuperfuſa.

De induratiuis, & mollificatiuis, & opilatiuis, & apertiuis.

CAP. *LXXVIII.*

PRæterea quædam ſunt induratiua, quæ ſcilicet vel materiam coagulant; & ſunt frigida nimis & humida: vel membra indurant, & ſunt frigida & ſicca. Ex his ſunt myrtus, ſemperuiua, portulaca, aquatica, lens, ſolatrum, iuſquiamus. *Quædam* mollificatiua, quæ ſcilicet nec fortiter calefaciunt, nec exiccant: Et ideo liquidiores humores non exhauriunt, vt ſunt abſinthium, maſtix, ammoniacum, bdellium, galba, opopanacis, carice, oleum vetus, adeps caprinus, medulla pullina, anſerina, ceruina, vitullina. Quędam iterũ ſunt opilatiua, quæ ſcilicet terreſtria ſunt & viſcoſa, vt grana fracta, ſimila, dactyli pinguedo, caſeus, glandes, meſpila. *Opilatiua.*

Aperitiua.

Quædam autem aperitiua, ſcilicet attenuatiuam & inciſiuam & mundificatiuam virtutem habentia, opetiunt enim meatus opilatos attenuando, & humores viſcoſos ac ſpiſſos incidendo, eorum ſuperfluitates mundificando, vt capari, cinnamomum, zinziber, hyſſopus, xilocaſia, trifolium, apium, abortanum, leuiſticum, & ſolatrum, abſinthium, pertoſilinum, cubebe, fumus terræ, xiloaloe, ſambucus, porri, cæpe, cucumeres, &c. Sed horum quædam aperiunt intus, & extra, quæ ſcilicet viſcoſa ſunt & amara, ſiue pontica, vt amygdalę amaræ. Quædam interius tantum operantur, & non exterius, propter viatum anguſtiam, ſcilicet ea quę ponticitatẽ habet admixtam, vt abſinthium. Horum etiam quędam præcipuè valent ad fortem opilationem ſplenis aperiendam, vt ſcolopendria, ideſt lingua ceruina. Quædam vero debiliora ſunt, vt ſemen vrticæ.

De Vulnerum ſanatiuis.

CAP. LXXIX.

Sanatiua.

QVædam ſine mordicitate vulnera temperatè mundificant, & carnem bonam in vulneribus generant, vt thus, orobum, ſemen attriplicis, conſolida maior, ariſtologia litargirum, ceruſa, plumbum, aſpaltum, cinis tamarici. *Quædam* aut corroſiua ſunt, vt æs vſtum, flos æris, alumen, vitreolum, vitria, antimonium, arſenicum; huiuſmodi ficca ſunt, & ſubtilẽ habent ſubſtantiam. *Quædam* vero vlcerantia ſuperficiem, quæ ſcilicet ponuntur ad rumpendam cutem vt humor ſuperfluus expellatur; talia ſunt ſapo, alliũ, os ſæpię, omniaque ſalſa, acria, & etiam craſſa in ſubſtantia, vt diutius immorãdo materia eliquatur. *Quædam* vero cicatrizatiua, quæ ſcilicet ſtiptica ſunt, & ſine morſione deſiccant, vt æs vſtum, & lotum, galla, alumen, pumex vſtus, aloe, litargirum, cum orobo, plumbum vſtum, ceruſa. *Quædam* conglutinatiua, vel ſua viſcoſitate tantũ, vel defricando vulnera, & reparando carnim, vel cõſtringendo diſtãtia & ſoluta abinuicem, vt gypſum, folia cypreſſi, aloes, cortex thuris, bdelliũ, litargirum, ſanguis draconis, aſpaltum, lolium, tegula vſta, teſta oui, filtrum vſtum, pili leporis vſti.

Corroſiua.

Vlcerantia.

Cicatrizatiua.

Conglutinatiua.

De Attenuatiuis, & inciſiuis, & quibuſdam alijs.

CAP. *LXXX.*

Attenuatiua.

QVædam etiam ſunt attenuatiua, quæ ſcilicet calore ſuo diſſoluuntur, vt abrotanum, balſamum, cepę, cappari, cinnamomus, maſtix, zinziber, ſcolopẽdria, narciſci & lini ſemen, vua paſſa, ſanguis muſtelæ. *Quædam* autẽ inciſiua, quæ ſcilicet humores ſubſtãtiæ ſuæ ſubtilitate diuidũt, vt ſunt omnia acetoſa, & præcipue acetũ ex vino forti; deinde ſquilla, ciperus, petio, piper nigrum, ruta, nitrũ, mel, cepula, ius ciceris, ſal.

Inciſiua.

Quædam rarificatiua, quæ ſcilicet cutem rarificãt; hæc ſunt calida, nec craſſam aut terream ſubſtantiam habentia, vt abſinthium, cepæ, radix ſambuci vel cucumeris agreſtis, abrotanum, oleũ vetus, ros marinus.

Rarificatiua.

Quædam dyaphoretica, quę ſcilicet virtute calida poris apertis, humores in fumum extenuatum euaporare faciunt, vt farina, hordeum, aniſum, ruta, pix, nitrũ, galbanum, ſal, ficus ſiccæ, vrtica, brionia, mel, cepe, raphanus, mentaſtrum, vetus oleum.

Diaphoretica.

Quædam repulſiua, quę ſcilicet humores apertè patiente repellunt; hæc frigidæ naturæ ſunt, qui conſtringendo membrum, & retinẽdo ſpiritum, virtutem

Repulſiua.

expulſiuam

expulsiuam membri confortant, vt galla, glãdes, iusquiamus, papauer, rhamnus, plumbum, solatrum, semperuiua, captioli vitis. *Quædam* etiam mordificatiua, vel mundificatiua; quæ scilicet salsedinem multã habent, vel acumen, vt oliuæ cum aqua & salæ conditæ, porrus, hellebori succus, & radix cucumeris agrestis. *Quædam* etiam obdormitatiua; quæ scilicet in vna frigiditate sua constringendo neruos, aditus animalis spiritus obturando, stuporem parti inducunt, vt papauer nigrum, opium, mandragora, iusquiamus, piscis qui dicitur torpedo, salamandra.

Mordificatiua.

Obdormitatiua.

De Confortatiuis, & veneno repugnatiuis, & visus clarificatiuis.

CAP. LXXXI.

QVædam vero confortatiua sunt, quæ scilicet humores abundantes in cerebro, vel corde proprio purgant; vt senæ, cuscutæ, omnes mirabolani, fumus terræ. Confortant etiam quæ sanguinem cordis clarificant, vt aurum, argentum, perla. Item quæ ponticitatem habẽt, quia ponticitate sua & crassitudine substantiæ suæ, partes membrorum coadunant, & spiritum retinent; cuius adminiculo virtutes operantur, vt absinthium. Item quæ vitalem vel animalem spiritum reparant, vt rosa; & quę virtutem stomachi digestiuã corroborant, vt cinnamomum Sunt etiam alia multa confortatiua, vt mentæ folium, cyprus, xilocasia, carui, zodoar, cardamen, borago, spica, cubebe, storax, mastix, muscus, xiloaloe, nux muscata, macis, gariophilli, calamus aromaticus.

Confortatiua.

Quædam vero veneno repugnantia; vt calamẽtum, succus caulis, orobi, pix liquida, euforbium, nasturtium, ruta, sal, porri, aristologia nuces cum ruta commixtæ, radix, & semen asparagi; acetum, balsamum, sanguis leporis, ac asinæ, vrina puerorũ, testiculi cerui & asini, allium, dyptamus, &c. quorum quædam veneno repugnant, ipsum ab interioribus, calore & subtilitate suæ substantiæ attrahendo, vt Gallus vel Gallina fissa superposita. Quædam vero substantiæ suæ similitudine cum ipso, illud attrahendo, vt caro tyri.

Venenorepugnantia.

Quædam etiam visus clarificatiua, quæ, scilicet pãnos oculorũ, & alia quæ in oculis nascuntur auferunt, & quæ caput & stomachum à corruptis humoribus purgant, & quæ oculos à caliginosis fumis defendũt. Ex his autem sunt absinthium, aloe, ruta, mirabolanum, papauer nigrum, alumen, hebenus, anximoniũ, thus, lac corticis sambuci, celidonia, succus centaureæ, maratri, nasturtij, cancer marinus, spolium serpentis, cinis hirundinis, asparagus, puluis vitis vstæ.

Visus clarificatiua.

De Dolorum mitigatiuis, & quibusdam alijs.

CAP. LXXXII.

QVædam autem doloris ex calore sunt mitigatiua; quæ scilicet frigida sunt, & materiam calidam aperte repellunt, vt rosa, viola, rhamnus, salix, ceruſa, solatrum, semperuiua, folia vitis & mespili, portulaca, lactuca, oleum rosarum, & violarum. Verumetiam sunt quæ nimia frigiditate sua partes stupefaciunt, & ideo dolorem tam ex caliditate quam ex frigiditate videntur auferre, sed passionem non cutãt, vt opiũ, iusquiamus, papauer nigrum, mãdragora. hæc quidẽ apponenda non sunt, nisi cum dolor est intolerabilis, & cętera auxilia non valent, sed imminet periculum mortis. *Quædam* autẽ doloris ex frigiditate sũt mitigatiua; quæ scilicet calida & subtilia sũt, vt absinthium, ruta, nigella, balsamus, thus, sambucus, leuisticum. enula, allium, piper, synapis &c.

Doloris ex calore mitigatiua.

Doloris ex frigore mitigatiua.

Quædam autem dissoluũt humores viscosos & spissos, vt centaurea; aut crassam ventositatem, vt ciminum; aut purgant humores crassos in aliquibus membris inclusos, vt hermodactyli, agaricus. *Quædam* etiã

Dissipatiua humorum & ventositatis &c.

sunt hæmorrhoyon prouocatiua, si superponãtur scilicet quæ calida sunt & ignea, nõ tamẽ multũ vritiua, vt cepa, allia, fel taurinum & hircinum. *Quædam* vero lenitiua, quæ scilicet viscositatem aliquam habent, vt viola, borago, pinea, dragagantum, gummi arabicum, amygdala, semen coctanorum & iuiubæ. *Quædam* autem menstruorum prouocatiua, aut bibita, aut extra posita: Ex quibus sunt absinthium, storax, semen lini, calamus aromaticus, myrrha, peonia &c quæ virtutem habent extenuatiuam & aperitiuam. Plus autem valent quæ exterius apponuntur. Hæc quidem aut sua similitudine menstrua attrahunt, aut ora venarum aperiunt, aut sanguinem attenuant & dissoluunt. *Quædam* etiam somni prouocatiua, quæ scilicet nimia frigiditate sua cerebrum stupefaciunt, vt opium, mãdragora, iusquiamus, & quæ frigiditatẽ & humilitatẽ cerébro præstant, vt viola, semen papaueris, lactuca, sẽperuiua. Et etiam ea quæ auferunt laborem & dolorem sunt causa vigiliarum, vt anetum, amomum.

Lenitiua.

Prouocatiua menstruorũ.

Prouocatiua somni.

De Medicinis constrictiuis.

CAP. *LXXXIII.*

COnstructiua frigida sunt & crassa in substantia, nã frigidas partes coadunant, & partium suarum crassitudine penetrare prohibentur, vt galla. Quędam constringunt, quia crassos generant humores, vt lupini. Quædam quia & multum præstant nutrimentum, & retentiuam cõfortant virtutem, vt simila. Sed stipticorum, quædam præcipua sunt ad restringendũ ventrem, quædã ad restringendum sanguinem. *Cõstrictiua* sanguinis hæc sunt, bolus armenus, corallus, terra sigillata, sumac, galla, poma cypressi, myrtus, acacia, hyacinthi, emantites, plantago, succus salicũ, gummi arabicum, dragagantum, cinis tamarici, balaustia, hipoquistidos, ferrugo, virga pastoris, alumen, tuchia, pentafilon, portulaca, sanguis columbæ, sanguis vaccæ, stercus asini, siccum cornu vaccinum, pili leporis vsti, gypsum, argilla, antimonium, atramentũ vstum. Quædam constringunt sanguinem consolidando, & carnem restaurando, vt thus.

Constrictiua.

Constrictiua sanguinis.

Ventrem constringunt citonia, corna, sorba, mora celsi, pruna immatura, myrtilli, caulis, pyra immatura, mala pontica, cancri, locustę, testæ coclearum, coagulum leporis, lac coctum, lac asinæ, caseus amygdalinus, simila, glans, fabæ, succus papaueris nigri, galla, mẽta cum aceto, rosa, folia cypressi, bolum, terra sigillata, mastix, corallus, sumac, biberis, sanguis draconis, hipoquistidos, acacia, balaustia, spodiũ, fraxinus, plantago, alumen, dragagantum, gummi arabicum. Quædam constringunt stipticitate sua confortando, vt cubebæ, gariophilli.

Constrictiua ventris.

De Attractiuis, & laxatiuis.

CAP. LXXXIV.

ATtractiua necesse est esse calida & leptomera, vt partium subtilitate facilius penetrent, & calore suo attrahant, siue ferrum siue lignum intus fixum, siue humores, hæc operantur exterius posita, vt magnetes, asa fætida, maiorana, apium, piretrum, piroleon, sulphur, ammoniacum, lolium, aristologia, radix cannæ, dyptamus, tapsia, ciclamen. Cum putrefactione attrahunt, vt cancer pistatus, omne stercus vstum, fermentum, sanguisugæ. *Laxatiua* dicũtur, quæ ventrem soluunt, & vomitum prouocant, eorum vero quædam purgant dissoluendo & attrahendo, vt scammonea, quæ recepta in stomacho fumositatem subtilem facile penetratiuam à se emittit, & humores sibi similes dissoluens, abominabiles reddit naturæ, attrahitque eos (iuuante virtute expulsiua membrorum) ad stomachum & intestina; sed stomachus & intestina impedimentum ferre nequeuntia, humores à se eijciunt. Quædam purgant cum viscositate, vt mercurialis, quædam cũ acumine, vt euforbium; quædam

Attractiua.

Laxatiua.

cum

cum compreſſione, vt mirabolanum: quædam cum ſalſugine, vt ſemen atriplicum, quædam cum dulcedine, vt caſiafiſtula.

Galenus vbi ſupra. Per inferiora ventrem purgamus, aut cum compoſitis medicinis, vt trifera, ſata, ſanguinem purgando, aut cum dyaſene purgando melancholiam cum oximelle cocto, cum catartico: Phlegma aut cum ſimplicibus, vt eſt ſcammonea, aut decoctionibus, aut ſyrupis laxatiuis, cum aquis laxatiuis, in modum aquæ roſarum, aut vino laxatiuo proprij humoris. Purgatiua ſanguinem ſunt caſiafiſtula, tamarindi, manna, pruna, violæ, cærоſa politrichon, diantos, capillus veneris, mirabolanum tetanica, emblici, berberis, hepatica, cimbalaria. Purgantia phlegma ſunt polipodium, agaricum, coloquintida, titimallus, elacteriũ, electuariũ, lacterides, radix elactri. ariſtologia, ſtorax, ciclamen, aloe, camephiteos, culca Kebuli, bellirici, cotonia. Purgatur cholera proprie cum mirobolano, cittino, nucemuſcata, ſcammonea, helleboro albo reubarbaro, tapſia, catapucia. Purgãtia melancholiam ſunt epithimum, polipodium, lapis lazuli, centaureæ, turbith, ſemen. hermodactyli, mirabolani, emblici, & indi, ſuccus radicis camomilli, ſuccus turionis filicis. Ab eis ſpeciebus decoctio ſyrupi, aquæ, & reliqua competenter informentur.

Purgatiua phlegmatis & ſanguinis

Purgatiua melancholia.

Clyſteria & ſuppoſitoria.

Clyſteria alia mollificatiua, alia mordificatiua. Suppoſitoria alia grauia, alia leuia: Leuia, vt fruſtrum ſanguinis intromiſſum, tyrſus i. caulis perunctus oleo, fruſtulum olei lucidi, ſtercus muris intromiſſum, mel cum panico, ſal frixum & in magdaleonem bene redactum & intromiſſum, tyrſus bletæ, tyrſus maluæ, tyrſus mercurialis. Grauia ſunt, vel mel violaceum cum felle taurino mixtũ, ſal gennia nitrum, ſal aphricanum, ſcammonea, helleborum, butyrum, lac titimalli inſpiſſatum, ac ficulnei, euforbij, lapides calcis, hermodactylus, & ſimilia mordificatiua, ad quorum nimiam mordicationem reprimendam, oleum adiungimus, aut perungendo, aut permiſcendo. Talia ſuppoſitoria hemorrhoides prouocant, & in mulieribus menſtrua educunt, a quam calidam ſi intret quis vſque ad gulam, fluxus reſtringetur. Vrinam prouocantia ſunt quæ diuretica nuncupantur, vt ſemen citruli, melones, cucurbitæ, aſparagi.

Prouocantia vrinam.

De humoribus naturalibus, & primo de phlegmate.

CAP. LXXXV.

HVmorum naturalium ſimplicibus purgantibus aſſignatis, de humoribus naturalibus nunc agẽdum eſt, vt de phlegmate ſalſo, dulci, acetoſo, & vitreo. De cholera citrina, vitellina, praſſina, eruginoſa: de cholera, aduſta, qualiter vnuſquiſque purgetur. Phlegma igitur ſalſum, duplicis humoris concurſu perficitur. Cholera enim dum caliditate curſum naturæ excedit, phlegma inficit, & ſalſum facit, vnde vterque humor, inficiens & infectus, purgatione indiget: pluribus tamen concurrentibus ad dominum choleræ inficientis quàm infecti phlegmatis, vt tempore æſtiuo, & regione calida, habitudine calida, dieta calida & ſicca; Et ſi in horis choleræ ſit maior afflictio, vt à tertia vſque ad nonam; contra inficientem magis intendamus. Dentur igitur principaliter purgantia choleram, ſecundò purgantia phlegma. E contrario, pluribus conuenientibus ad dominium phlegmatis, vt tempore hyemali, regione frigida, & habitudine humida, ſiue dieta phlegmatica: Vel ſi in his horis phlegmatis, vt à tertia hora noctis, vſque ad nonam eiuſdem, affligat principaliter phlegma; Secundo purgetur cholera.

Phlegma ſalſum duplicis humoris concurſu perficitur, ſcilicet choleræ & caloris.

Phlegma ſalſum quomodo purgãdum.

Phlegma acetoſum fit à melãcholico humore ſuis qualitatibus. phlegma inficiẽ e, quibus phlegma aceſcit. Pluribus cõuenientibus ad dominiũ melancholiæ, vt tempore autumnali, regione frigida & ſicca, habitudine ſiue dieta melancholica; & ſi ſic, à nona hora diei vſque ad tertiam partem noctis affligit; melancholia principaliter purgetur, ſecundo phlegma. Aut pluribus cum phlegmate conuenientibus purgabis ſimpliciter phlegma. Phlegma dulce fit à ſanguine ſuis qualitatibus ipſum inficiente. Pluribus autem conuenientibus ad dominium ſanguinis, vt tempore vernali, æſtiua regione, conſuetudine corporis in dieta, & habitudine calida & humida, & in horis ſanguinis potius affligat, vt à nona hora noctis, vſque ad tertiam diei; purgetur principaliter ſanguis. Si vero phlegmati plura quam ſanguini conueniant, ſecundo purgetur ſanguis, & phlegma principaliter. Vitreum phlegma, quod ex nimia ſuperfluitate exoritur, cum caliditſſimis, optime purgatur cum oleo iuniperino benedicto, & cum catartico bene acutis.

Phlegma acetoſum vnde, & quomodo purgãdum.

Phlegma dulce vnde, & quomodo purgandum.

Phlegma vitreum vnde, & quomodo purgandum.

De cholera innaturali.

CAP. LXXXVI.

CHolera citrina fit ſub tali admixtione cholerici & phlegmatici humoris: cum enim cholera ſit acuta, & efficaces habeat qualitates, non niſi obuiantis ſibi humoris, & rectè contrarij, ſubſtantiali admixtione permutatur. Signum ætas iuuenilis, tempus æſtiuum, regio & dieta calida: & ſic ſi ea conueniant, & maior afflictio ſit in horis choleræ, vt à tertia vſque ad nonam, cholera principaliter, ſecundo phlegma purgetur. Cholera vitellina, ex cholera rubea vitreo phlegmati admixta conficitur: vnde humor vterque purgatur: pluribus tamen cum cholera conuenientibus, principaliter cholera purgetur, & pluribus cum phlegmate concurrentibus phlegma purgetur.

Cholera citrina vnde, & quomodo purganda.

Cholera vitellina.

Cholera praſſina eſt paſſio ſimilis ſucci porri vel praſſij, quam potius digeremus, quam ad eius purgationem intendamus; ad quam bona eſt purgatio, ſed melior eſt à ſuperfluitate & caliditate prohibitio, principium enim eſt in vtriſque, ſi tamen neceſſe eſt purgationem dari, opozima potius offeratur, vt apozima de capillo veneris, hepatica politrichon, dianthos, ceterach, memite. Cholera æruginoſa eſt viridis æris ærugini conſimilis. Cholera aduſta, ex cholera & melancholia adurente perficitur: vnde concurrentibus pluribus ad modum choleræ, principaliter ipſa purgetur. Si vero ad melancholiam plurima conueniant, ſecundo cholera, melancholia principaliter educatur.

Cholera praſſina.

Cholera æruginoſa. Cholera aduſta.

De purgatiuis prædictorum humorum.

CAP. LXXXVII.

PHlegma ſalſum purgant ſuccus laureolæ, ſuccus fumi terræ, ſuccus mercurialis, ſemen vrticæ, draganteæ. Phlegma dulce purgant ſuccus lapatij acuti, ſuccus Ariſtologiæ, ſuccus peucedani, ſuccus ſcabioſæ, ſuccus emulæ, ſuccus calendulæ, ſuccus aſparagi & rubiæ, ſuccus ſambuci, ſemen barbaſci, ſemen betonicæ, ſemen arthemiſiæ, ſemen centaureæ, hermodactyli, turbith, ſemen herbæ viuæ, mirabolani, chebuli, camepitheos. Phlegma vitreum purgant caſtoreum, holoquintida, euforbium, nitrum, ſal gemma, ſal amoniacum, radix rathani, helleborum nigrum, piretrum, ſtafiſagria. Hæc omnia valent ad ſuperfluam guttam arteticam, & podagram, cyragram, & ad alios frigidos morbos.

Purgatiua phlegmatis.

Choleram citrinam purgant mirabolanum citri, tamarindi, abſinthium, lanceolata. Choleram praſſinam purgant catapucia, lac titimalli, ſuccus cucumeris aggreſtis, elula. Choleram vitellinam purgant ſuccus marrubij, ſuccus centaureæ maioris, aſparagus, brucus, aniſum, anetum, fæniculus, daucus, colixatrum, macedonicum, opium, coriandrum. Phlegma acetoſum purgant radix hebuli, ſuccus cimarum, ſalicum violarum, caſiafiſtula, manna thuris.

Purgatiua cholera.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Choleram æruginoſam purgant ſuccus oculi Chriſti, Cardus benedictus, lanceola, rheubarbarum. Choleram aduſtam purgant radix celſi vel citoniorum, radix titimalli: quoniam vbi humores iſti compoſiti ſunt, & medicinæ compoſitæ ſunt offerendæ.

De impedimentis purgationis.

CAP. LXXXVIII.

Decem concurrunt ad purgationem recte inſtituendã, atq; adeo illorum oppoſita prohibent eam fieri.

AVicenna *in primo canone*. Res autem quæ demonſtrant iudicij rectitudinem in euacuando ſunt, decem, ſcilicet repletio, virtus, complexio, accidentia conuenientia, figura, ætas, tempus, aeris diſpoſitio, euacuandi conſuetudo, & ars. Hæc namque cum fuerint contrariæ ſignificationi propter quam facienda eſt euacuatio, prohibent eam. Vacuitas itaque proculdubio prohibet eam fieri, ſimiliter & debilitas Quandoque tamen plus eligimus alicuius virtutis debilitatem, quam impedimentum relinquendi euacuationem; & hoc cum rei timoroſæ ſuccurrendi ſi acciderit habemus fiduciam. Complexio quoque calida & ſicca prohibet eam fieri; ſimiliter & frigida & humida caliditatem non habens. In calida vero & humida facile fieri poteſt, & fortiter. Accidentia porro mala prohibent ab ea, ſicut aptitudo cholericæ paſſioni, vel ſpaſmo; vel quando ventrem ſoluere volumus accidit ventris ſolutio; ventrem enim ſoluere ſuper eius ſolutionem periculoſum eſt. Figura præterea prohibet, vt maciei raritatiſque ſuperfluitas; timendum eſt enim ne ſpiritus reſoluatur. Itaque debilis & macer, multamque choleram rubram habens, in ſanguine non eſt euacuandus; ſed ex eo quod generat bonum ſanguinem, ad frigiditatem & humiditatem declinante, eſt nutriendus. Ex hoc enim fortaſſis humoris ſui complexio rectificabitur, vel forſitan ipſe fortis efficietur, & euacuationem tolerabit. Ille quoque qui ex conſuetudine parum comedit, abſtinere debet ab illa quamdiu poterit. Similiter pinguedo ſuperflua prohibet, ne frigiditas dominetur, & ne caro venas comprimat, & eas extinguat cum inuenerit vacuas, caloremque ſuffocet innatum, aut exprimendo ſuperfluitates ad interiora impellat. Ætas aut ab ea prohibet, quæ nondum ad augmenti complementum peruenit, aut quæ ad conſumptionis terminum iam tranſit. Hora quoque multum calida, vel multum frigida, prohibet ab ea: ſed & meridionalis regio vehementer calida: quia plurima eorum quæ ventrem ſoluunt calida ſunt, & duarum acuitarum coniunctio tolerari non poteſt, quia virtutes debilitant ac diſſoluunt; & quia calor exterior materiam ad exteriora trahit, medicina vero ad interiora; & ſic ad diuerſas partes protractio fit, & ad reſiſtentiam perducit. Similiter & regio ſeptentrionalis frigida prohibet ab ea. Idem facit etiam euacuandi conſuetudo parua. Et vltimum, omnis ars laborioſa; quoniam in ea fit euacuatio multa.

Prohibent purgari.
Vacuitas.
Debilitas.
Complexio calida & ſicca.
Accidentia mala.
Figura.
Ætas.
Tempus caliduin & frigidum.
Aura meridionalis & ſeptetrionalis
Defectus cõſuetudinis.
Ars laborioſa

De præparatione corporis ad purgationem.

CAP. LXXXIX.

Ante purgationem oportet diuerſo cibo & potu vti, & frequenter in die.

OPORTET autem vt illius cuius venter ſoluendus eſt, aut vomitus prouocandus, partiatur cibus; vt quod vna die ſufficiebat, multis vicibus comedat, & vt cibi potuſque diuerſi ſint. Ex hac enim diſpoſitione accidit ſtomacho, vt deſideret expellere quod in ipſo eſt, aut ſuperius, aut inferius. Ex cibo vero non diuerſo, neque ſuper alium cibum ingrediente, ſtomachus fit auarus, proprieque ſi fuerit eius quantitas parua. Mollem vero ventrem habens, nihil ex hoc facere debet.

Item ad recipiendum id quod ventrem purgat, præparetur corpus antequam purgetur amplificatione pororum, & lenificatione naturæ; propriè que in ægritudinibus frigidis. Et ad ſummum, naturam mollificare competens eſt regula, niſi in eo qui aptus eſt valde paſſioni cholericæ: eſſet enim ei cauſa conueniens ſuperfluitati quæ accidet ei, nec fortem tolleraret medicinam: itaque ſolutorio ventris huiuſmodi qualis eſt iſte, res admiſcenda eſt, in qua virtus vomitiua ſit, ne de ſtomacho deſcendere properet, antequam operationem ſuam perfecerit, immo æquentur in ipſo duarum medicinarum virtutes, & medicina ſolutiua perficiat ſuam operationem, & econtrario vomitiua ſuam. Cauſa præterea timoroſa eſt, ſi huiuſmodi medicina ſumatur, fæce ſicca in inteſtinis exiſtente; ſed expellenda eſt clyſteri, vel iure mollificatiuo. Illis autem qui ſtantes aquas bibunt, & habentibus ſplenes, medicinæ fortes neceſſariæ ſunt.

Venter etiam debet mollificari clyſtere vel iure ante purgationem

Item ex his quæ præparant, eſt ingredi balneum aliquantis diebus, antequam ventris ſolutio fiat, niſi aliud prohibeat. Oportet etiam vt inter balneum & hauſtum medicinæ, modicum tempus interueniat: poſt medicinam vero balneum non intret quia materiam ad exteriora trahit, nec eſt bonum niſi ad ventrem conſtringendum, præterquàm in hyeme. Oportet autem vt aer illius qui pharmaciam bibit, paucæ caliditatis ſit, ne ſudorem faciat, neque turbationem. Fricatio quoque, & oleis iniungi, eſt ſimiliter ex præparatorijs. Item oportet quod non multum ſal in cibis eius ſit, qui medicinam bibere cupit. Cumque aliquis non eſt aſſuetus medicinæ, medicus caueat ne ſolutiua violentas habentia virtutes, ei tribuat. Porro faſtidium habentibus, & humores viſcoſos & in hipocundrijs tenſionem, aut in interioribus inflammationem, vel opilationem, non eſt aliquid tale dandum, donec iſta rectificentur.

Ad purgandum præparant balneũ, fricatio, vnctio.

De tempore & modo accipiendi purgationum.

CAP. XC.

MEDICINA in vere vel autumno bibenda eſt; in æſtate vero non eſt ſumenda, niſi res ſubtilis; ſed nec in tempore frigoris fortis. Præterea non eſt naturæ facienda conſuetudo bibendi medicinam, cum qua neceſſe ſit mollificate ventrem, quia ſic conſuetudinaria fiet, & ad malum finem perueniet. Multoties autem ex hauſtu medicinæ peruenit ad nauſeam & anguſtiam & ſyncopem & tremorem cordis, ac mordicationem ventris; proprieque quando ſolutionem non fecerit, aut ſudorem, pluribus quidem quibus in æſtate datur, ad febrem ex ea peruenium. Ille quidem cui neceſſe fuit eam in hyme accipere, ventum meridionalem obſeruet: In æſtate vero dixerunt quidem econtrario. Item homo calidæ complexionis, & debilis compoſitionis, ſtomachique debilis, ſi medicinam bibere voluerit, melius eſt vt hoc faciat, poſtquam aliquid ex aqua hordei, vel ſucci granati, vel huiuſmodi biberit, aut aliquod nutriens ſubtile ac leue ceperit. Qui vero non ita fuerit, melius eſt vt eam ieiunus bibat.

Purgatio nõ debet trahi in conſuetudinem.

Oportet igitur vt medicinæ potator non comedat aut bibat, donec illa ſuam operationem perficiat; neque vero dormiat quandiu illa operatur, niſi voluntas affuerit vt reſtringatur. Quod ſi ſtomachus eius ieiunium non tolerauerit, quia cholericus eſt, & ad ipſum cholera cito deſcendit, vel quia diu famem ſuſtinuit, vel à cibo abſtinuit; Detur ei modicum panis in pauco vino infuſi ſuper medicinam, antequam venter eius ſoluatur; hoc enim fortaſſe medicinam adiuuabit. Medici quidem pillulas daturi, melle eas inuoluunt, & quandoque ſuper eas mel coctum, aut ſaccharum proijciunt; indeq; tunicas eis faciunt. Ingenium etiam vtile eſt, vt ſuper eas cera cum oleo pauco mollificata ponatur, vel quod magis eſt cõueniens; vt os aqua, aut alia re impleatur, deinde

Qui ſumpſit purgationem nõ debet mãducare aut bibere aut dormire donec operatione perficiat.

Modus capiendi pillulas.

pillulæ

pillulæ ſicut ſunt ſuper ipſam bibantur, aut quæ aliquo horum ingeniorum aptatæ fuerint. Frigidi vero ſtomachus & pedes calefaciendi ſunt.

Super medicinã fortem iuuat dormire antequam operetur.

De regimine illius qui accepit.

CAP. XCI.

CVM autem aliquis medicinam fortem biberit, melius ei erit vt ſuper eam dormiat antequam operetur; quia tunc melius operabitur. Si vero debilis fuerit, melius eſt ei ne ſuper ea dormiat quocumque modo fuerit. Præterea cum aliquis medicinam biberit, quieſcere ſuper eam debet, vt ipſam natura circumdet, & in eam operetur, quia niſi operata fuerit in eam, ipſa non operabitur in natura. Odores quoque nauſeam prohibentes olfacere debet, vt eſt odor mentæ, & rutæ, & apij, & cironiorum, & huiuſmodi. Si autem ex odore medicinæ quis exterretur, cum eam bibit nares conſtringat: & qui eam abhorret, parum ex tarchon maſticet, ideo vt oris ſui virtus ſtupida fiat.

Poſt medicinam bibatur reſtiptica ne euomatur.

Quod ſi vomere timuerit, extremitates conſtringat; & poſt eius acceptionem, deſuper eam rem ſtipticam bibat. Cum autem patientis anima ſedata fuerit, ambulet & moueatur paulatim, quoniam motus huiuſmodi iuuatiuus eſt. Interpoſitione quoque horarum ex aqua calida tantum bibat, vt medicinam liquefaciat & expellat, eiuſque virtutem debiliter, niſi fuerit hora quando neceſſe eſt vt ventris ſolutio ſtringatur. In potu etiam aquæ calidæ debilitatur malitia medicinæ. Somnus autem cum poſt ventris ſolutionem aut vomitum multus fuerit, oſtendit quod euacuatio iam perfectè corpus mundauerit. Sitis quoque cum fortis eo tempore fuerit maximam & intimam purgationis bonitatem ſignificabit.

Signa perfectæ purgationis ſunt ſomnus & ſitis ſubſequens.

De malitia medicinæ frangenda, vel euacuanda.

CAP. XCII.

MEdicinarum ventrem ſoluentium, quædam ſunt quarum malignitas eſt magna, vt helleborus niger, ac turbith, & agaricum cum non fuerit album & purum. Itaque cum bibitæ fuerint, melius eſt vt à corpore quantum poſſibile eſt, vomitu aut purgatione expellantur, & cum theriaca medicentur. Multarum ex his malitia remouetur, & conturbatio quam faciunt animæ, aquam vehementer frigidam in potu ſumendo, & in ipſa ſedendo, ſicut turbith, citrini putridi. Omnis quoque res quæ frangit acuitatem glutinatione ac lenificatione & vnctuoſitate in qua eſt dulcedo, ad hoc confert.

Quomodo expellenda mala medicina.

Medicina alia alijs conueniunt.

Quędam etiam medicinarum aliquibus cõplexionibus proportionales exiſtunt, & alijs non conueniunt. Scammonea namque in eos qui morantur in frigidis regionibus debiliter operatur, niſi magna inde quantitas detur, ſicut mos eſt in terra Turcorum. Item quibuſdam corporibus in aliquibus regionibus neceſſarium eſt, vt non eis medicinarum corpora dentur, ſed virtutes earum tantum. Neceſſe eſt autem, vt medicinis ſoluentibus, medicinæ benè redolentes miſceantur, quatenus eis membrorum virtutes conſeruentur. Medicinæ quoque cordis ad hoc iuuamentum conferunt, quia ſpiritum animalem in vnoquoque membro confortant: præter hoc plurimæ earum ſua ſubtilitate ac facilitate iuuant. Duæ præterea medicinæ quandoque iunguntur, quarum vna cito ſuum humorem expellit, & altera tardè. Vna igitur operationem ſuam efficit, poſtquam ipſam iam altera in humore ſuo compreſſit, & operatur in ipſam eiuſque debilitat virtutem: cumque ſecunda poſt operari cœperit, virtutis debilis erit, mouens & non perficiens: Ob hoc aliquid admiſcendum eſt ei, quod eam facilem reddat.

Medicina multoties odorem ſuum in ſtomacho dimittit, quæ ſi ibi remaneat, eius medicamen eſt aqua hordei. quæ ipſum lauat: hæc enim in potu poſt medicinam datur, vt & venter ſoluatur, & medicinæ malitia remoueatur, & quod in inteſtinis retentum eſt, lauetur. Ille vero cuius complexio frigida eſt, & phlegmate ſuperabundat, poſt operationem medicinæ, naſturtium aqua ablutum cum oleo ſumat. Qui vero calidæ complexionis fuerit, pſillium cum aqua frigida & oleo violato bibat, & qui temperatæ complexionis eſt, ſemen lini. Omni præterea laxatiua bibenti, cui poſt aduenit febris, melior eſt aqua hordei. Item qui medicinam bibit, ſecundã die balneum intret; & ſi ex humoribus ipſis aliquid relictum fuerit, hoc ipſum emundare balneum poterit, præterea poſt ſolutionem ventris, & minutionem, multoties ineptè dolor aduenit, quem potus aquæ calidæ remouebit.

Quid remedy quando medicina in ſtomacho odorẽ dimittit.

Secunda die poſt medicinã balneum petatur.

De operatione medicinæ laxatiuæ.

CAP. XCIII.

Auicenna in primo canone. Medicina ventris ſolutiua, expellit illud quod euacuat cum virtute attractiua, quæ eundem humorem attrahit; & quandoque attrahit craſſum & ſubtile relinquit, vt illa quæ melancholiam expellit. Ex materijs quidem quæ faciliores ſunt ad euacuandum, ſunt illæ quæ in venis, deinde verò quæ ſunt in membris & iuncturis. Minutio quidem eſt euacuatio humoris æqualiter augmentati propria. Euacuatio verò propria eſt humori, qui in quantitate ſolus augmentatur aut corrumpitur. Fit autem euacuatio materiæ eiuſque de loco ſuo euacuatio, ſecundum vnum duorum modorum. Vnus eſt per attractionem, quæ fit ad longinquam diuerſitatem; alius per eam quæ ad propinquam. Horum autem ille dignior eſt, cum in corpore nullo modo eſt alicuius materiei repletio. Ponamus itaque, quod ſanguis fluat ſuperius ab ore viti, & inferius ab hemorrhoidibus ſuperfluè fluat mulieri, vnum ex duobus faciendum eſt; ſcilicet aut trahendum per declinationem, quæ fit ad propinquam diuerſitatem; & tunc oportebit vt materiam ad nares declinemus, faciendo fluere ſanguinem ex naribus; In altero quoque ſimiliter, ad matricem menſtrua prouocando: aut attrahendum ad longinquam diuerſitatem; & tunc in primo ſanguis euacuandus eſt à venis & locis quæ ſunt in parte corporis ſuperiore: & in ſecundo, à venis & locis quæ ſunt in ſuprema parte.

Euacuatio fit duobus modis.

Laxatiua ſunt ſpecie diuerſa.

Hali in practica ſermone 2. Medicamina laxatiua non eadem ſpecie naturas laxant, ſed quędam ponticitate, vt mirabolis: quædam ſolutione, vt ſalſa & dulcia: quædam acumine, vt euforbium: quædam viſcoſitate, vt mercurialis: quædam etiam attrahendi virtute humores ſibi conſonos trahunt, vt ſcammonea choleram attrahit ab omnibus membris, ſicut magnetes ferrum.

De modo attrahendi humores.

CAP. XCIV.

DIſſenſerunt medici in qualitate attractionis medicaminum huiuſmodi; quidam enim dicunt quod laxatiuum bibitum, cum ad ſtomachum peruenit, ab eo leuiter exit, & ad membrum in quo ſuperfluitas eſt contendens, propter eorum naturæ conuenientiam, eam ad ſe trahit. Iam vero tunc membrum expulſiua virtute quam habet, medicamen à ſe propulſat, propter eius læſionem, & ab eo diſcordiam, reditque medicamen, & humor cum eo ad inteſtina, ſicque laxatio fit & ſolutio. Sed in hoc eſt fallacia, non enim attrahens ad attractum dirigitur, ſed attractum ad attrahens fertur, ſicut ad magnetem ferrum, cum ab illo attrahitur. Sunt etiam qui dicunt, quod quando laxatiuum ad

Varia ſententia de modo quo medicina attrahit humores.

ſtomachum peruenit, eius eſt humorem ſibi conſonum à membris attrahere, dehinc egreditur à ſtomacho cum ſolutione, ſed hoc quoque verum non videtur, ſi enim res ita ſe haberet, poſtquam humor in ſtomacho illi iungeretur, vtrumque remaneret in eo, nec deſcenderet, ſicut magnes cum ad ſe ferrum traxerit, ipſumque tetigerit, deinceps ab illo non ſeiungitur.

Quid probabilius de hac quæſtione.

Sunt & alij qui dicunt, quod laxatiuum cum ad ſtomachum peruenit, natura eius eſt humores ſibi ſimiles trahere, à quocumque membro proximo, vel longinquo; decurritque humor iſte per venas, per quas & ſanguis ad membra decurrit ab hepate: nec deſiſtit humor currere, donec ad hepar perueniat, à quo ad venam quę porta vocatur; dehinc ad meſeraicas, & inde ad ieiunum; à quo ad duodenum, inde vero ad inteſtinum craſſum; tunc expellitur, & ab eo foras emittitur, tanquam quod nocet & lædit. Hoc autem viſum colllatione rerum eſt, cum hoc ſit naturæ leuius, vt hunc humorem attractum à ieiuno, deferat ad duodenum, & ab eo ad portanarium, à quo ad ſtomachum, de hinc iterum ad inteſtina reducit, & ab eis quia eſt nocumento pellitur, ſicut quæ ſequuntur ſtomachum, cum ad illum malus humor cholericus peruenerit. Sed hoc non ſuſcipit comparatio, nec verum iudicatur, cum attractus humor ſit in cerebri ventriculis, & palato, & gutture, & cannalibus pulmonis. Humor namque, licet in his locis fuerit, medicamen tamen illum ad ſe trahit, & ad ſtomachum, à quo ad inteſtina pellitur. Cum autem eſt in venis cerebri, tunc medicamen eum ab illis trahit, ac per duas organicas colli venas, & ab his per alias ad hepar trahuntur; deinde ad meſeraicas, & ad duodenum, & ieiunum, à quo exeunt ad craſſum inteſtinum.

Virum inter medicinam attrahentem & humorem attractum, conuenientia ſit in ſubſtantia.

Cap. XCV.

An medicina & humor ab illa attractus conueniant in ſubſtantia non omnino conſtat, ſed probabilius videtur quod non.

Galenvs dicit, quod medicina ventris ſolutiua, in qua non eſt ventoſitas, cum ventrem non ſoluit & digeritur, humorem generat, quem attrahere ſolebat, & videtur ſentire, quod inter medicinam attrahentem, & humorem attractum, conuenientia ſit in ſubſtantia, & propter hoc ipſum attrahat. Sed ſi hoc eſſet, vnum ferrum aliud attraheret, & aurum ſimiliter aurum, cum ipſum quantitate ſua ſuperaret: Hoc tamen certificare medici non eſt.

Cur natura non permittat potionem ad ſtomachũ aſcendere.

Sciendum eſt autem, quod humorum attractio, quæ fit potu ventrem ſoluentium, aut vomitum facientium, non eſt niſi in venis, in quibus maximè veniunt, donec ad ſtomachum & inteſtina perueniant. Et hic natura mouetur vt eos expellat; & raro quidem accidit, vt cum ventris ſolutiuum bibitur, ad ſtomachum aſcendat; & ſi aſcenderit ad vomitum declinabit. Idcirco autem ad ſtomachum aſcendere non dimittit, quia medicina laxatiua velociter ad inteſtina penetrat; & quia natura properat vt eam ex venis meſeraicis ad inferiora depellat, non autem ad ſuperiora (quoniam hoc eſt ei propinquius atque facilius) & quia illud quod eſt poſt eas, etiam non comprimit ipſas; hæc inquam naturam mouent, vt ex propinquioribus vijs expellat. Quod ſi medicina virtutem haberet attractiuam quæ comitaretur humorem, eſſet natura virtutis expulſiuæ magis digna, vt in ſano & forti ſuperaret, licet medicina non attrahat niſi ad viam ſignatam. Medicinæ vero nocumentum facientis ad hoc diuerſa eſt diſpoſitio, quia cum in ſtomacho fuerit, in eo morabitur, & humorem ab inteſtinis ad ſeipſam attrahet, ſuaque virtute ſuperabit ad reſiſtendum virtuti naturali. Plurimum quidem attractionis humorum quos attrahunt medicinæ, non eſt niſi ex venis, & ex eo quod eſt multæ propinquitatis, ſicut humorum qui ſunt in pulmone; hi namque propter vicinitatem ad ſtomachum & inteſtina trahuntur, licet in venis non vadant.

Medicina nõ attrahunt humores niſi ex venis & locis propinquis.

De Medicina non operante.

Cap. XCVI.

Operationẽ medicina impedit canalis angustia, vel alia medicina codẽ die ſumpta &c.

Accidit autem vt medicina non operetur, quandoque propter cannalium ex natura coangustationem, vel propter complexionem, aut propter ægritudinis vicinitatem, in habentibus enim paralyſim, aut apoplexiam, viæ medicinarum ad ſuas materias coanguſtantur. Duas præterea medicinas ſolutiuas in vna die coniungere timoroſum eſt, & extra rectitudinem. Itaque deterior eſt illa quæ ex medicinis multæ diuerſitatis eſt compoſita; quia ſic ventris ſolutio conturbatur, dum prima priuſquam ſecunda ventrem ſoluit, & quandoque, prima ſecundam expellat. Omnis quoque medicina alicui humori propria, cum ipſum non inuenit, ventrem perturbat, & cum difficultate ſolutionem facit. Similiter etiam ſi ipſum in ſuo contrario infuſum inuenerit. Omnis itaque medicina humorem in primis extrahit qui ſibi proprius eſt; deinde vero illum qui eſt poſt ipſum in multitudine ac ſubtilitate, reliquoſque ſecundum hunc ordinem, præter ſanguinem, quem vſque ad poſtremum natura retinet & recondit. Item humorem ex longinquo attrahere difficile eſt.

Nocet medicina quando non operatur, ideo bibat patiens maſticem in aqua tepida & ſequatur minutio.

Omnis autem medicina ventris ſolutiua, quando non eum ſoluit; aut ſoluit quidem, ſed non id quod maturum eſt, humorem mouet quem ſoluere debet, & ipſum in corpore dilatat. Corpus itaque ſuperat, & ad ipſum humores alij conuertuntur, ſicque humor iſte in corpore multiplicatur. Cum autem pharmacia ſolutionem non fecerit, ſed mordicationem ventris & anguſtiam, iſque qui eam ſumpſit æſtuauerit, ſcotomabitur, & dolebit caput, & parietur oſcitationes, propterea maſticem in aqua tepida bibat, ſequaturque minutio, ſaltem poſt duos dies vel tres; erit enim ei remedium, ne moueantur humores ad vnum principalium membrorum.

De euacuatione ſuperflua.

Cap. XCVII.

Ordo quam ſeruat medicina in attrahendis humoribus.

Ali. vbi ſupra. In omnibus autem medicaminibus quæ laxant attrahenti virtute, virtus eſt etiam venenoſa corpori contraria: vnde ſi quis vtatur eis præterquam oportet in quantitate & tempore, ſolutionem tantam faciunt, vt homo pereat, aut infirmitatem concipiat. Vnde dicit Hippocras, quod omne medicamen laxatiuum, quando peruenit ad ſtomachum, primo quidem attrahit humorem attractioni magis conſentaneum, & hic eſt tenuior atque ſubtilior. Itaque quando medicinæ vis eſt humorem cholericum trahere, purgat hunc primo quantum poteſt euacuare. Quod ſi poſt hoc ſupereſt illi virtus qua poſſit aliquid attrahere, phlegma deinceps attrahit; cum ſubtilius melancholica ſit, ac magis tenue. Poſt hoc iterum ſi virtus ſupereſt choleram nigram attrahit, & ſi quid adhuc virtutis reliquum eſt, ad ſanguinem conuertitur. Si vero ſit medicaminis phlegma laxare, primum quidem hoc ipſum euacuat, deinde choleram rubeam, deinde nigram; & poſtea ſiquid virtutis ſupereſt, ſanguinem. Denique ſi ſit eius choleram nigram laxare, cum hanc euacuauerit ad phlegma conuertitur, poſt ad choleram rubeam, vltimo datur ad ſanguinem. Exinanitur enim omnium vltimus ſanguis, non quia craſſior ſit humoribus cæteris, ſed quia natura huic innititur, eumque quantum fas eſt tuetur, cum per ipſum ſtet corpus magis: ob hoc illum inaniri non permittit, niſi cum iam virtus in vltimo ceciderit. Sæpe etiam homo moritur cum prædictorum humorum

Sanguis inter omnes humores vltimo per medicinã euacuatur.

aliquis

aliquis o nnino euacuatur, aut duo; quod contingit cum multa eſt virtus medicaminis. Non igitur oportet vti quempiam laxatiuo medicamine, niſi cũ ſummo libramine & cautela.

De remedio contra ſuperfluitatem euacuationis.

CAP. XCVIII.

Remedia cõtra laxationem ventris.

Avicenna vbi ſupra. Omnis quidem euacuatio ſuperflua, ſecundum plurimum febrem generat: ventris autem conſtrictio quæ fluere ſolebat, cum aliquam ęgritudinem adduxerit, illius euacuationis reuerſione ſecundum plurimum medicabitur. Cum autem ventris purgatio vel inanitio ſuperflua fuerit, liganda ſunt extrema ſuperius & inferius, incipiendo ab aſellis & inguibus, & ab eis deſcendendo, eique in potu parum theriacæ vel filonij tribuendum; & ſi fieri poteſt, ſudet in balneo, vel aquæ calidæ vapore ſub pannis ſuis, capite exterius tracto. Deinde accipiat in potu conſtrictiua, atque fricetur, & ex rebus bene redolentibus ei fiant epithimata. Membra etiam eius cum igne calefiant, & ab aere frigido ſeparetur; quia præmit eum, ac ventrem eius ſoluit. Ab aere quoque calido, quia virtutem eius laxat. Vltima vero medicina experta eſt, vt grana naſturtij torrefiant, & poſtea coquantur donec coagulentur, & ad bibendum ei tribuantur. Nutrimentum autem eius ſtipticum ſit, & ex rebus bene redolentibus confortetur. In retinendo quoque ſolutionem iuuat, vt ei vomitus cum aqua calida prouocetur. Cum autem alicui hæc patienti ſyncopis ſuperuenerit, vinum ad potandum ei tribuatur. Quod ſi totum hoc ei non contulerit, fortia medicamina nota, fluxum ventris prohibentia adhibeantur.

De ſumma cautela regiminis in ſumptione laxatiui medicaminis.

CAP. XCIX.

Non oportet ſumere medicinam laxatiuã niſi cum ſumma cautela.

Vſque ſcammonea.

Regimen ſumenti medicinam laxatiuam.

Hali. vbi ſupra. Non igitur oportet vti quemquam laxatiuo medicamine, niſi cum ſummo libramine & pauore. Nam exempli gratia, ſcammonea cum amplius quam opus ſit in quantitate potionis ſuæ ſumitur, aut quando mala eius ſpecies, non bonæ ſcilicet qualitatis, aut ſimplex & ſola, non cum medicinis frangentibus acumen eius, iuxta quod opus eſt, aut æſtus magni tempore ſolutionis, modum excedit, ſimulque ſpiritus euacuatur. Fitque defectio, turbatio: ſuppreſſiones in ore ſtomachi, maximeque ſi detur ei cũ phlegma dominatur, aut cuius ętas eſt ſenectus. Euacuat enim choleram, quæ corpori magis erat neceſſaria, quia phlegmati reſiſtebat; Phlegmaque remanet, & ſuper corpus confortatur, fiuntque patienti difficiles morbi. Si vero ſcammoneæ virtus poſt euacuationem choleræ ſuperſit, phlegma quoque & cætera vſque ad ſanguinem (vt ſuperius dictum eſt) attrahit. Cum autem iuxta quod opus eſt ſumitur, & quæ melior eſt eligitur, eiuſque malum frangentia medicamina vt amilum & aniſum adduntur; Sed & in temporibus oportunis datur, ac temperatis; vt in vere, & ætate iuuentutis, & in cuius corpore ſuperabundant choleræ nocentes, choleram ſoluit nigram ac rubeam, purgatque corpus ab eis, & vtilitatem adipiſcitur manifeſtiſſimam.

Ex libro de medicinis diſſolutiuis. Qui laxatiuum forte, vt eſt ſcammonea. vel turbith, & ſimilia ſunt accepturi, cum cautela & ſtudio hoc faciant Quod ſi pro regenda ſanitate in tempore temperato fiat, neque in regionibus multum calidis, vel multum ſiccas complexiones habentibus non eſt vituperandum. Quia ſæpe eorum humiditate euacuata, medetur in aliquo tempore ſpaſmum vel diſnium habentibus: Sed & quibus ſuperfluì humores dominantur. Ne detur autem laxatiuum purgans humores, niſi ſuperfluè dominantes: & cum quis acceperit ligentur eius vlnæ, & olfaciat bolum armenicum in aceto intinctum, vel ſuccum mentæ, & ne dormiat poſtquam euacuari inceperit. Somnus enim prohibet euacuationem: Sed in initio abſque læſione dormire poterit. Quod ſi materiam non cito educit, moueatur corpus, & bibat parum aquæ tepidæ cum ſaccharo, ne vero laxatiua dentur vnum ſuper aliud, & maximè de fortibus, ne ſimul iuncta violenter educant. Sed ſi ad purgandum tardauerit, & in ſtomacho moleſtiam fecerit, tunc abundanter aqua tepida detur, & penna oleo intincta & ori immiſſa vomitum inuiter, & ſic corpus à materia mundetur, poſtea per tres dies ſe cuſtodiat, & in his non multum comedat.

De medicinis vomitum prouocantibus.

CAP. C.

Fortior eſt virtus in vomitu quam in laxatiua

LAXATIVVM de membris ad ſtomachum tardius attrahit humores, & parcius quam vomitus. Item cum laxatiuum hoc faciat naturaliter, quia deorſum; vomitus vero contra naturam, quia ſurſum, perpenditur quia fortior virtus eſt in vomitu. Vomitus quidem purgat craſſos humores, & de longinquis partibus & concauitatibus attrahit violenter, & neceſſario humores craſſos & viſcoſos educit.

Hali. vbi ſupra. Medicamina vomitum prouocantia, laxatiuis concordant in attractione humorum ab vltimo corporis, diſcrepant tamen in euacuatione & virtute attractionis. In euacuatione quidem, quia laxatiuorum eſt humores inferius trahere, vomitus vero per os euacuare. In attrahendi virtute, quia laxatiuorum attractio tardior eſt, ac ſuauior: Neceſſe eſt enim vomitum prouocantia, virtutis eſſe plurimæ, ac grauis, quæ ſuperfluitates ab vltimis corporis ad ſtomachum magnis viribus attrahunt; à quo etiam eas vomitu forti, ac motu veloci educunt Denique virtus eorum exuperat virtutem expulſiuam quę eſt in ſtomacho & inteſtinis. Illius enim eſt tuperfluitates deorſum expellere, huius autem ſuperius trahere. Præterea vomitum prouocantia neceſſario habent humores craſſos ac viſcoſos à longinquis trahere locis, & ad ſtomachum perducere, à quo & educunt; quæ quidem qualitas eſt naturali contraria: Denique virtutis adeo fortis, vt corpus fortiſſime contrahant & concutiant.

Diſcrimen inter laxatiuum & vomitum.

Varia attractiua.

Horum itaque quædam à profundo membrorum ſuperfluitates attrahunt, & craſſos ac viſcoſos humores educunt, vt helleborum album, quod cæteris amplius trahit; poſt hoc ſunt catapuciæ, deinde grana titimalli, & laureolæ, poſt hæc autem tapſiæ gumma, & caſtaneola indica: hęc omnia diſiunctos humores ac membris inhęrentes trahunt. Sumuntur autem cum melle & aqua, in qua decoctum ſit anetum, & ſquingibin, & ſimilibus. Idem quoque faciunt, ſed inferiora virtute ſunt, ſal indicum, & ſandali, nitrum, raphanum, in ſquingibin infuſum, ſinapis, & ſimilia. Porro choleram ac ſubtiles humores, leuiter & ſine moleſtia educunt, atriplicis ſemen, & eius folia decocta; ſemen quoque meloni, & caro eius, & radix &c.

Laxatiuum nonnunquã vomitum cauſat & contra.

Avicenna vbi ſupra. Medicina vomitum faciens, aliquando ventrem ſoluit; vt cum ſtomachus fortis extiterit, aut illa ſuper fortem famem bibita fuerit, aut qui eam bibit, paſſionem cholericam & naturæ leuitatem habuerit, aut ſi vomere non conſueuerit, aut ſi medicina in ſua ſubſtantia granis ac velocis deſcenſionis fuerit. Ventris quoque ſolutiua vomitum facit, propter ſtomachi debilitatem, aut propter multam fæcis ſiccitatem; aut quia medicina abhorretur, aut quia bibitorum faſtidium habetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De iuuamentis & impedimentis vomitus.

CAP. CI.

Vir macer melius per vomitum purgatur quam per solutionem ventris.

HIPPOCRAS ait: Qui fuerit macer, & talis naturæ cui vomere sit facile, melius est ad eum mundandum, vt vomitus adducatur; & hoc in æstate fiat, aut vere, vel autumno, non autem in hyeme. Ei vero qui mediocris est figuræ, conuenientior est ventris solutio. Caueat autem à vomitu cum eo non indiget, quod si necesse fuerit eum euacuari per vomitum, æstatem expectet. Verumtamen antequam fiat vomitus, aut ventris solutio, admittenda est humoris euacuandi subtiliatio, & amplificandi canalium apertio, hoc est enim ex eo quod corpus à pœna securum reddit. Ventris quidem solutio & vomitus, cum macredine ventris est difficilis & laboriosus.

Quinã humores melius obediunt vomitui, & quibus suadendus vomitus.

Est autem ex humoribus quidam velocius obediens vomitui secundum plurimum, vt cholera. Quidam vero rebellis, vt melancholia; quidam inter hæc medius, vt Phlegma. Febrem habenti melius est ventrem soluere, quam vt vomatur efficere. Eius quoque cuius est humor descendens, sicut lienteriam habentis, facere vt vomat est inconueniens. Vomitum præcipit fieri Hippocras quolibet mense duobus diebus continuis, ad conseruationem sanitatis, vt illud quod in primo die difficile fuit, in secundo emundetur, & illud quod aduenit stomacho expellatur. Huiusmodi quidem vomitus expellit Phlegma & choleram, stomachumque mundificat, grauitatem accidentem capiti remouet, visum clarificat, fastidium aufert, & ei cui cholera descendit ad stomachum, eiusque corrumpit cibum, confert. Prodest etiam laxitati corporis, & vlceribus renum ac vesicæ, malitiæ quoque calotis & epilensiæ stomaticæ, & hictericiæ, & spasmati, & cæteris. Homines autem timorosiores ad hoc vt medicus faciat eos vomere, sunt illi qui pectus strictum habent, & qui male anhelant, & qui ad spuendum sanguinem apti sunt, vel ad apostemata in gula nascentia. Omnes quoque colla habentes debilia, & hi qui stomachos habent debiles; illi quoque qui valde sunt pingues, his enim ventrem solui conuenientius; macris autem melior est vomitus choleræ ipsorum aptus. Item omnes illi quibus difficile est vomere propter vsum, quia vomendi consuetudinem non habent: his enim si vomitus fortiter prouocetur, eorum venæ findentur in membris anhelitus, & ad ptisim prouenient.

De vomitu superfluo, & eius remedio.

CAP. CII.

Vomitus superfluus obest multis partibus corporis.

SVPERFLVVS autem vomitus stomacho nocet, ipsumque debilitat ac resoluit, & vt ad ipsum perueniat, aptum facit. Obest etiam pectori, & visui, & dentibus, & antiquis doloribus capitis, & hepati, & pulmoni, & oculo. Circa illum igitur in quo superfluus est vomitus, ingenietur quantum possibile fuerit quomodo dormiat, & eius extrema ligentur; sicut quando fluxus ventris restringendus est, eius quoque medicetur stomachus emplastris ponticia confortantibus, quod si vomitus adhuc superfluit, & incessanter egrediuntur humores, donec exeat sanguis; detur ei lac vino mixtum, quia medicinæ vomitiuæ malitiam reprimit, & sanguinem prohibet, ac naturam lenit. Si vero pectoris & stomachi partem à sanguine cum hoc etiam mundare volueris, ne aliquid ex ea coaguletur, des ei ad bibendum syrupum acetosum, paulatim cum niue infrigidatum: cum hoc quoque confert aliquando bibere succum portulacæ, cum bolo armeno.

Remedium.

Necessitas euacuationis multiplex.

Non omnes autem euacuationes necessariæ sunt propter superfluitatem repletionis, sed quandoque propter magnitudinem ægritudinis, & propter repletionem secundum quantitatem. Aliquando quoque

A sit secundum modum præseruationis; sicut indiget ille cui podagra euenire solet, & epilensia, & huiusmodi, in hora cognita, propriéque in vere, tunc itaque necessarium est vt præseruatione vtatur ante suam horam, & euacuet ea quæ propriè in ipsius ægritudine sunt euacuanda, siue sit minutio, siue ventris solutio.

De medicinis à natura compositis.

CAP. CIII.

Medicinarũ à natura cõpositarum cõplexio duplex sc fortis & debilis.

COMPLAXIO secunda, quæ scilicet est medicinarum etiam à natura compositarum, duplex est, scilicet fortis, & debilis. Fortis est cum vnumquodque simplicium, alij sic vnitum est, vt eius separatio B colori nostro innato sit difficilis. Immo etiam est aliqua, cuius separatio difficilis est calori ignis, sicut est corpus olei. Commixtio enim inter humiditatem & siccitatem ipsius ad hęc peruenit, vt ignis in separando inter eas deficiat: immo cum igneitas aqueitatem soluit, vt eam subleuet, tenentur cum omnibus partibus eius partes terreæ. Quare non valet earum efficere subleuationem, vt terreæ subsidant; sicut super illius simile potest in ligno, immo etiam in plumbo & stagno. Hæc est ergo complexio firma, quæ si æqualis fuerit, æqualis in corpore remanebit, vsquequo formam eius resoluat atque corrumpat. Si vero decliuis fuerit ad dominium, remanebit in corpore secundum dominium suum, donec ipsius forma corrumpatur; & vniuersaliter quidem non proueniet ab ea, C nisi operatio vna. Cum autem non est firma complexio sed debilis, & ad disgregationem facilis, tunc possibile est vt separentur eius simplicia, cum naturæ nostræ operatio existit in ea, sintque diuersarum virtutum, & operentur contraria.

Quid sit medicinã componi ex virtutibus contrarijs.

Cum vero vt dicunt medici alicuius medicinæ virtus est composita ex virtutibus contrarijs, non oportet intelligi quod sit vna pars ferens caliditatem & frigiditatem simul, vt vnaquæque earum singulariter operetur, sicut aliæ quæ sunt discretæ (hoc enim non est possibile) sed virtutes illæ sunt in duabus partibus eius diuersis, ex quibus ipsa est composita, cum sua singularitate. Præterea non oportet æstimari, quod aliquod medicinarum genus non sit compositum ex D contrarijs. Omnes enim medicinæ compositæ sunt ex virtutibus contrarijs; sed per illud quod ipsa significat, intelligere oportet quod est habens actu virtutes contrarias, aut potentia propinqua actui, quoniam in ipsa sunt partes diuersæ, quarum vna non efficit in alia actum integrum.

Medicinarũ cõtraria virtutis, alia fortis cõmixtionis alia debilis.

Itaque medicinarum simplicium quibus insunt contrariæ virtutes, aliæ sunt fortioris commixtionis & inseparabilis, vt camomilla, in qua est virtus resolutiua, & virtus stiptica; & cum in emplastris coquitur, vtræque virtutes ab ea non separantur. Aliæ vero sunt in quibus decoctio separare potest inter eas, vt caules; horum enim substantia cõmixta est ex materia terrea stiptica, & ex materia subtili abstersiua, nitrosa. Cumque decoquuntur in aqua resoluitur ab eis substantia nitrosa abstersiua, remanetque terrea stiptica, E & fit eorum aqua solutiua, corpus autem stipticum. Similiter & mandragoræ fructus, & allium; in ipso enim est virtus abstersiua, & adustiua, & humiditas grauis, sed decoctio separat inter eas; similiter & cepe, & raphanus. Ideoque dicitur quod raphanus digerit, & non digeritur. Digerit namque cum omnibus partibus suis, sed cum substantia tenui subtili quæ in ipso est, quæ cum resoluitur ab eo, remanet substantia spissa, inobediens virtuti digestiuæ viscosa.

Raphanus digerit & nõ digeritur.

De medicinis artificiosè compositis.

CAP. CIIII.

ALchidius in lib. de gradibus. Medicinæ compositæ, virtutes habent ex eis à quibus componuntur, &

secun-

ſecundum multitudinem earum & pauciratem diuerſificantur. Harum autem compoſitio, licet infinitas in genere recipiat ſectiones, ſub regulis tamen rationis teſtringitur. Componitur enim vel calida medicina cum alia calida, vel frigida cum frigida; vel calida cum frigida; vel temperata cum temperata, vel temperata cum calida vel temperata cum frigida.

Compoſitio medicinæ calidæ cum calida fit tripliciter, & ſimiliter etiã frigida cum frigida.

Compoſitio autem calidæ cum calida tripliciter fit, ſcilicet calidæ cum æque calida, vel cum magis calida, vel cum minus calida. Si fiat ex æque calida, non erit in ea caloris augmentum, nec aliquid ex ea minuitur. Si vero miſceatur calida cum minus calida, compoſita erit minus calida, & ſi cum magis calida, ſimiliter compoſita erit magis calida, nec minuetur ex ea aliquid, ſed eius caliditas erit inter augmentum & diminutionem. Similiter compoſitio frigidæ cum frigida fit tripliciter. Et eodem modo de illa ſentiendũ eſt, ſicut de calida dictum eſt. Ex hoc etiam de commixtione temperatæ iudicium patet. Nihil enim calidum dicitur vel frigidum, nec etiam ſiccum vel humidum ex eo quod ſupra æqualitatem adijcitur. Æqualitas itaque eſt in qua contraria æqualiter coniunguntur, ita vt à neutro eorum ad aliud declinetur; ab ipſa etiam prouenit augmentum, & in illam reſoluitur. Eſt enim reſolutio augmentorum ab æqualitate ablatio, donec æqualitas remaneat: ad hoc autem ſcire oportet cuiuſq; gradus relationem quam ad alium habet.

Tria in componendis medicinis ſunt obſeruanda.

Nicolaus in antidotario. Tria igitur in ipſa conficiendorum diſpenſatione requiruntur: primo vt æqualiter omnia temperentur ponderenturque, tam in ſpecie, quam in gummis & herbis, ſecundum proprium pondus vniuſcuiuſque. Secundo, vt hæc non ſint nimia temporis vetuſtate conſumpta. Tertio vt herbæ, radices, ſemina, congruis temporibus ſint collecta, & in congruis locis repoſita, ita vt à fumo præcipuè, & à nimio humecto loco corrumpi non poſſint. In conficiendo autem ſimiliter tria conſiderantur, videlicet mellis puritas, & eius non nimia, ſed ad quod ſufficit decoctió; inæqualis pulueris cribellatio, & ſyropiadi vſque ad aquæ conſumptionem decoctio. In puritate vero mellis duo attenduntur, id eſt vt non ſit aquoſum, nec multum coctum, nec minus quam ſufficit. Nil autem dicere eſt aliud, niſi vt ſpecierum pulueres tantum colligere valeat, & conſeruare. Tribus namque de cauſis mel in medicinis ponitur. Prima quidem ad conſeruandum. Nam præ cæteris liquoribus mel conſeruatiuum eſt. Secunda quia mundificatiuum eſt valde. Tertia quia ſua dulcedine ſpecierum amaritudinem temperat. Pulueris autem cribellatio duobus modis debet accipi. Namque in electuarijs ſubtiliſſimè quidem cribellari. In alijs vero medicinis craſſiores, & maximè in laxatiuis, debent eſſe præſcriptæ medicinæ.

Mel tribus de cauſis in medicina ponitur.

De his quorum nomina incipiunt per a. b. d. e.

CAP. CV.

Adrianum. Medicina cõpoſita vnde dicta & ad quid valeant.

ADRIANVM dicitur ab Adriano Imperatore, qui illud compoſuit. Valet autem propriè ad omne vitium capitis ex frigiditate, & ad oculorum grauedinem & obſcuritatem, & contra hemicraneam. *Aurea Alexandrina* ab Alexandro peritiſſimo philoſopho inuenta, propriè valet ad omne vitium capitis ex frigiditate, & maximè ad omnem rheumaticam paſſionem quę à capite ad oculos & aures & gingiuas deſcendit, ad grauedinem omnium membrorum quę fit de eodem humore. *Benedicta* valet ad guttam arthreticam, & podagram ex frigiditate, renes & veſicam purgat.

Aurea Alexandrina.

Benedicta.

Diamargariton. margaritis dicitur, valet cardiacis, triſtibus, & ad omnem cordis debilitatem, & ſtomachi. *Diamoron* dicitur à moris Celſi, de quorum ſucco bonum fit, vel à moris rubi; valet ad omnes cauſas palati & gutturis, cadentem vuam ſubleuat, & humoroſam deſiccat. *Diaſatirion* à radice quæ ſic dicitur, valet propriè ad debilitatem renum, l bidinem perditam ſine mora reſtaurat. *Diantos* dicitur quia fit de floribus dendro libani, violarum, & roſarum; valet triſtibus & macilentis. Cardiacum multum lętificat, & conualeſcentes ex ęgritudinibus miro modo confortat. *Diaprimus* dicitur à prunis damaſcenis quæ ibi reperiuntur, valet propriè acutis.

Diamargariton.

Diamoron.

Diaſatirion.

Dianthos.

Diaprimus.

Diapraſſinum dicitur à praſſino viridi quod ibi plus intrat quam cæterorum, quod valet ad omnem diſpoſitionem frigiditatis pectoris, & maximè ad catarrhũ, & cerebri frigiditatem, & oculorum grauedinem, & ad palatum & arterias, & ad omnem diſtillationem vuæ, & ad omnem catarrhi ſpeciem quę fit ex frigiditate prodeſt. *Diapenidion* à penidijs dicitur, quorum plus quam aliorum intrat; valet ad omne vitium pulmonis & tuſſis, & ad vocis raucedinem factam ex ſiccitate, & ptiſicis. *Diaciminum* dicitur, eo quod plus recipiat cimini quam aliarum ſpecierum. Valet præcipuè ad pectoris & ſtomachi frigiditatem, ventoſitatem interiorem ſoluit. Quartanarijs & ſtupidis febricitantibus miro modo prodeſt; mirabiliter digeſtionem procurat, ſi detur poſt comeſtionem cum vino.

Diapraſſinum.

Diapenidion.

Diaciminũ.

Diadragagana à dragregana dicitur; valet ad omne vitium pectoris & pulmonis quod fit ex calore, & maximè ptiſicis, & hictericis, & pleureticis; & ad omnem tuſſim quæ fit ex calore & ſiccitate, & ad omnem linguæ & gutturis aſperitatem: cum vero ſumitur, tam diu in ore teneatur, donec parumper ibi diſſoluatur. *Diacodion* à codia, quę nigrum papauer appellatur quod ibi intrat; valet propriè omni ſolutioni ventris, maximè diſſentericis, cum decoctione aquæ pluuiæ in qua coctum ſit ſpodium, vel aqua roſacea valet etiam lientericis cum careno, id eſt vino cocto. *Diaſena* dicitur à ſena, quod ibi recipit pluſquam de alijs ſpeciebus, valet propriè melancholicis, maniacis, cardiacis, triſtibus. *Eſdra* dicitur quia Eſdra propheta primo eam inuenit; valet propriè melancholicis, timidis, & quibus malus eſt appetitus.

Diadragagana.

Diacodion.

Diaſena.

Eſdra.

De his quæ incipiunt per g. m. o. p. r.

CAP. CVI.

Gariophyl. latum,

Gariophyllatum dicitur à gariophyllis qui ibi recipiuntur; ſtringunt enim ipſi gariophylli recentes ſingultum, cocti in aqua & bibita vomitum & ſubuerſionem ſtomachi reprimunt, valet propriè acidè ructitantibus, & digeſtionem optime celebrat, opilationem pororum ſpiritualium aperit: *Mithridatum*, id eſt mater omnium antidotorum, valet ad omnem paſſionem capitis ſi fuerit ex frigiditate, maxime melancholicis, timidis, lachrymantibus; & omnibus vitijs hominis, & vitio aurium, & dentium doloribus, palati & maxillarum medetur, ſi ſuper locũ ponatur.

Mithridatũ.

Mel roſarum quod Græci *Rhodomel* vocant, ſtomachum confortat & mundificat, cum frigidis confortat & conſtipat, cum calidis mundificat. *Oleum roſarum* violarum, ſambacinum, & mirtinum, valent hęc olea contra acutas & peracutas paſſiones, inuncta ſuper hepar, pulſus, tempora, vel plantas manuum & pedum. *Oleum mandragoræ* valet acutis & peracutis, inunctum fronti, & temporibus, & plantis manuum & pedum, ſomnum inducit, & calorem reprimit. *Oxiſaccharũ*, ab *oxi* quod eſt acutũ, & ſaccharo; valet tertianis quotidianis acutis & peracutis, & quartanæ, in vere datur mane cum calido. *Oximel* valet vt oxiſaccharum, digerit & diuidit phlegma, mirabiliter purgat datum mane cum calido.

Mel roſarum.

Oleum roſarum.

Oleum mãdragoræ.

Oxiſaccharum.

Oximel.

Potio ſancti Pauli, quia Paulus eam compoſuit, quę à Romanis potio magna vocatur à Paulo: valet propriè epilenticis, lientericis, cum vino in quo cocta ſunt poma mixta cum Eſdra: datur hyemali tempore & vere quartanarijs ante horam acceſſionis: confert etiam paralyticis, ſi cum vino in quo cocta ſit ſaluia detur, & caſtoreum.

Potio ſancti Pauli.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Potio muſcata.

Potio muſcata maior, muſcata à muſco dicitur, eo quod muſcus pioſior ſit, & odoriferior alijs ſpeciebus, valet cardiacis, ſcotomaticis, & ſtomachi debilitati, & ad corporis confortationem, ſeu ad vitia pulmonis.

Pillulæ aureæ.

Pillulæ aureæ à rotunditate dicuntur, aureæ ab auro quod ibi ponitur; paralyticis miro modo proſunt.

Rhodoſaccharum.

Rhodoſaccharum, id eſt ſaccharum roſatum valet ad dolorem ſtomachi, & ad debilitatem factam ex caliditate; mirabiliter ſtomachum confortat; valet etiam ad dyarriam, & omnem fluxum ventris ex caliditate factum; valet iterum cardiacis patientibus ex calore.

De Sacerdotali ſale, & Theriaca, & Tryphera.

CAP. CVII.

Sal ſacerdotale.

NICOLAVS *vbi ſupra. Sal ſacerdotale* (quo vtebantur ſacerdotes in diebus Elyæ prophetæ, propter dolorem capitis, oculorum, & dentium) ſtomachi phlegma, & tuſſim, & anhelitum emundat, os odoratum reddit, & corpus humanum incolume ſeruat.

Syrupus roſarum &c.

Syrupus roſarum ſitim reprimit, confortat & conſtipat. Eodem modo ſyrupus violarum humectat ſiccè febrientibus, & ptiſicis ſubuenit, & conſtipatis ventrem laxat.

Syrupus de papauere contra omnem ventris fluxum, contra acutas & peracutas, contra omnem ventris ſolutionem.

Theriaca.

Theriaca, id eſt domina medicinarum, valet grauiſſimis paſſionibus totius corporis humani, epilenticis, apopleticis, ſcotomaticis, cephalargicis, & hemicraneis: prodeſt ad raucedinem vocis, & conſtrictionem pectoris, oportuna eſt aſmaticis, artheticis, emoptoicis, hictericis, hydropicis, perypleumonicis, ilioſis, & vulnera in inteſtinis habentibus; Phreneticis, cholericis, calculoſis ſubuenit; Menſtrua educit, mortuum fœtum expellit, lepras varias, frigorem periodicarum febrium, & cæteras infirmitates & paſſiones emendat, præcipue contra omnia venena, & ſerpentum morſus. Sed diuerſa eſt eius doſis, ſecundum diuerſitatem & æqualitatem vniuſcuiuſque paſſionis.

Theriaca eſt medicinarij compoſitarij optima & multas infirmitates curat.

Auicen. in 5. cano. Theriaca alpharach, id eſt à morte liberans, ſublimior eſt & melior medicinarũ compoſitarum, propter multitudinem ſui iuuamenti; propriéque in venenis, quæ ſunt ex puncturis vel morſibus, vt ſerpentum, & ſcorpionis, & canis rabioſi: Venenis etiam bibitis interficientibus. Ad ægritudines quoq; plegmaticas & melancholicas, etiam ad febres earum atque ventoſitates malignas, & ad paralyſim, & apoplexiam, & epilenſiam, & torturam, ac tremorem, & maniam; & propriè ad lepram: Confortat etiam cor & ſtomachum, & acuit ſenſus & appetitus. Alleuiat anhelitum, & dolorem pulſus cordis, & retinet ſputum ſanguinis, confert doloribus renum ac veſicæ, & vlceribus inteſtinorum; frangit lapidem in veſica, propriè valet etiam ad duricies intrinſecas in hepate vel ſplene, & in alijs.

Tryphera.

Tryphera dicitur, quia hominem iuuenem reddit: Sarracenica à Sarracenis inuenta, propriè datur hepaticis, hictericis patientibus ex calore & aere capitis dolorem de furioſitate choleræ rubeæ. Datur etiam contra calorem duplicis & ſimplicis tertianæ; viſum ex calore amiſſum reſtaurat.

De Vnguentis.

CAP. CVIII.

Vnguenta vnde dicta.

ISIDORVS *vbi ſupra.* Vnguentum vero eſt omne quod ex communi vſu oleo confectum, aliarum ſpecierum commixtione augetur, odoris iucunditatem ſumens, & longius redolens. Vnguenta autem quędam dicuntur à locis, vt *Thelinum*. Sunt & quædam ab inuentorum nomine dicta, vt *Amaracenum*. Sunt & ex genere florum. Item alia quæ à materiæ ſuæ qualitate dicuntur: vt *roſeum* à roſa, *cyprinum* à flore cypro; vnde & materiæ propriæ odorem referunt. Ex his quædam ſimplicia vnguenta ſunt, quę ex vna tantum ſpecie exiſtunt. Vnde & ſui nominis referunt odoratum, vt *anetinum*. Eſt enim ſincerum ex oleo & aneto tantum. Compoſita autem ſunt quæ ex pluribus admixtis fiunt, vnde & ſui nominis odorem non habent; quia obtinentibus alijs quæ admiſcentur, in certum odorem ducunt.

Vnguentum citrinum.

Nicolaus vbi ſupra. Vnguentum citrinum dicitur à citro, quia in pomo citrino decoquitur; pulchrã reddit faciem, lentigines deſtruit, nigredinem ad ſolem inuncta tollit, puſtulas phlegmatis ſalſi in facie vel in cruribus ortas, mirabiliter aufert, cicatrices ſubtiliat, leproſi faciem ſi vngatur multum emundat, ruboti oculorum, pruritui, & pallori, & criſipilæ valet *Vnguentum* dicitur quod fit de oculis populi, valet cõtra calorem acutæ febris, & his qui dormire nequeunt, inunctis temporibus, pulſibus, & plantis manuum & pedum, hoc idem cum oleo roſaceo vel violaceo mixtum, & ſuper hepar inunctum ſudorem prouocat.

Vnguentum de oculis populi.

Vnguentum Agrippa.

Vnguentum Agrippa, quo Rex Indorum vtebatur, valet hidropicis, & omnibus tumoribus in quacumque parte corporis fuerint, & ad neruos indignatos ſimiliter valet, vrinam prouocat, inunctum ſuper ventrem laxat.

Laxatiuum.

Vnguentum laxatiuum dicitur, quia ventrem laxat, valet conſtipatis, lapidoſis, ilioſis, nephiticis, ſuper ventrem & pectinem inunctum.

Album.

Vnguentum album, ad ſalſum phlegma vtile, ſerpiginoſis, empetiginoſis, & elephantiacis.

Aureum.

Vnguentum aureum valet contra omnes acutas guttas, & maximè contra lapidem in renibus, & hydropicis.

De Zinzibere condito, & ſaccharo.

CAP. CIX.

Zinziber conditum.

ZINZIBER conditum ſtomachum confortat, digeſtiuam adiuuat virtutem, vitio pectoris ex frigiditate valet, renes confortat, & libidinem excitat.

Saccharum roſarum.

Raſi. vbi ſupra. Zinziber cum melle conditum vehementer calidum eſt, ſtomachum & hepar calefaciendo digeſtionem adiuuat, virgam erigi facit. *Saccharum roſarum*, humoribus repleto ſtomacho, ſi à ieiunis ſumatur, ac bene maſticetur, confert, quando poſt ipſum aqua calida bibitur. Cauendum eſt tamen his qui calorem & ardorem patiuntur: calefacit enim & ſitim affert; vel ſi neceſſe fuerit cum pauco aceto accipiatur.

Saccharum violarum.

Saccharum violarum guttur lenit, tuſſim mitigat, ſcrearum facile reddit, ventris ſolutionẽ commouet; ſtomachum tamen diſſoluit, & appetitum deſtruit.

Electuarium ad retardandum canitiẽ &c.

Electuarium de mirabolanis Indis cum ſaccharo ſtomachum corroborat & aptat, humorum ſuperfluitates ex nutrimento remanentes expurgat. Quo ſiquis frequenter vtatur, calorem bonum acquiret, & canicies retardabitur. Tryphera tamen minor, ſcilicet quæ de tribus generibus mirabolanorum fit, in iſtis actionibus fortis exiſtit, licet ſperma minuat.

De cura doloris & agritudinis.

CAP. CX.

Triplicis ſit generis qua dolorẽ ſedat.

AVicenna, *in* 1. *canone.* Cum autem doloris cauſæ ſint mutatio complexionis & ſolutio continuitatis, ex harum quoque cauſarum contrarietate fit ſedatio doloris. Ad ſummum quidem id quod dolores ſedat, aut eſt illud quod complexionem mutat, aut quod materiam reſoluit, aut quod ſtupefacit. Nam ſtupefaciens quidem dolorem remouet, quia membri ſenſum aufert, vel deſtruit. Et hoc aut propter multam infrigidationem, aut propter venenoſitatem in eo exiſtentem, illius membri virtuti contrariam.

Molliter reſoluentia.

Ex ſumma quidem eorum quæ molliter reſoluunt, ſunt anetum, & ſemen lini, & apij, & mellilotum, & amygdalæ amaræ; & omnis res in primo gradu calida: propriéque quando fuerit in ea glutinandi potentia, ſicut gummi prunorum & amygdalarum & ceraſi,

& crocus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& crocus, & laudanum, & altea, & amomum, & caules, & napi, & hyſſopus, & adipes: Ventrem quoque ſoluentia & euacuantia quoquomodo fuerint, huiuſmodi autẽ omnibus ſtupefaciẽtibus, fortius eſt opiũ. Ex his quoque ſunt poma, mandragoræ, & eius ſemen, & papauer, & iuſquiamum, & ſolatrum, & ſemen lactucarum, & nix, & aqua frigida. Præterea ſtupefacientia quandoque dolorem ſedant, eo quod dormire faciant, cum ſomnus ſit vna dꝙ cauſis ſedantibus dolorem. Quod autem ex eis recens eſt, maioris eſt ſtupefactionis, nam in antiquo fere nulla eſt. Prꝛterea ſtupefacientia compoſita, quorum fortitudines aliæ medicinæ debilitant, ſicut theriaca, magis ſecura ſunt.

Dolores ventoſi interdiu curantur per infuſionem aquæ calidæ.

Ex doloribus autem quidam ſunt facile ad medicandum, vt dolores ventoſi; qui quandoque curantur & ſufficit vt aqua calida ſuper eos euacuetur. In doloribus præterea multoties cadit error, quoniam eorum cauſæ ſunt extrinſecæ, ſicut calor, frigus, vel huiuſmodi, & quæruntur cauſæ in corpore, quapropter videndum eſt ſi ſint ibi cauſæ replctionis notæ, vt opus ſit euacuatione. Quandoque autem aduenit exterius, & deinde manſiua fit interius; vt cum aliquis bibit aquam frigidam, & accidit ei dolor fortis in parte ſtomachi & hepatis: Et huic multoties non eſt euacuatio multum neceſſaria, quia ſufficit ei balneum, & ſomnus in eo fortis. Sic & qui comedit rem calidam, & infert ei dolorem capitis fortem, ſufficit vt bibat aquam infrigidatam. Cum autem in aliqua ægritudine dubitaueris an eius cauſa ſit caliditas an frigiditas, & experiri volueris, caue tibi ne decipiat te impreſſio quæ ſit accidentalis. Debeſque ſcire, quod infrigidationis & calefactionis tempus eſt vnum, ſed in frigidatione plus timoris eſt, quia caliditas eſt amica naturæ. In humectando autem & ſiccando timor eſt æqualis. Sed humectandi tempus eſt longius. Cum autem ignoras quæ ſit ęgritudo, non feſtines curam adhibere, ſed eam naturæ relinque: ægritudinem enim natura vel ſuperabit, vel manifeſtabit.

Ante medicinam ſcrutanda eſt cauſa ægritudinis & quidem diligenter ne ſit error.

De cura agritudinum acutarum.

CAP. CXI.

IN acutarum ægritudinum principio, cum manifeſta & fortis apparuerit repletio, fuerinque humores peſſimi, quod ex accidentium fortitudine patere poterit, cum Phlebotomia vel ſolutione vẽtris euacuando ſuccurrendum eſt, antequam virtus cadat infirmi. Deinde vero nutrimentum eius menſurandum eſt ſecundum ſtatus vicinitatem aut longinquitatem, & ſecundum ægri fortitudinem, famemque patiendi vel non patiendi ſalutis ſuæ tempore conſuetudinem. Nam ſi ſtatus vicinus fuerit, & ęger fortis extiterit, ex aqua hordei moderandus eſt. Si vero ſtatus remotus, æger debilior; aliquid nutrimento modicum addendum erit. Nutriendi quoque hora conueniens eligenda eſt, ſecundum ægri alleuiationem, & vſum quem in tempore ſanitatis habuerat, & ſecundum febris acceſſionem, ſi eſt interpolata; ſin autem, hora diei frigidior eſt eligenda. Cumque ſigna criſis viſa fuerint, & ſtatus appropinquauerit, æger à nutrimento eſt abſtinendus, & dieta ad vltimum tenuitatis ducenda, donec perficiatur criſis; ex tunc regimine conualeſcentis eſt gubernanda.

Regimen ægroti in agritudine acuta.

Modus extinguendi calorem in febri acuta.

Modi autem extinctionis vehementiæ caloris in febribus acutis ſunt cum infrigidatione aeris ac cibi, & cum epithimatibus & emplaſtris & medicinis, & retentione ſucci portulacæ vel liquititiæ vel huiuſmodi in ore, vt remaneat humidum & non exiccetur, Sitiſque ſedetur, per adminiſtrationem quoque clyſteris frigidi, ex ſucco melonis indi, & cucumeris, & cucurbitæ, & cæterorum huiuſmodi, quandoque iuuantur. Aer infrigidandus eſt per prohibitionem frequentiæ, & ippoſitionem niuis, pluuiæ, & huiuſmodi. In regimine quidem cibi, ſi voluntas adeſt vt cum infrigidatione ſit lenificatio, detur aqua cucurbitæ, & aqua melonis Indi, & aqua cucumeris, & lactuca cum aceto. Embrocare vero hepar cum infrigidantibus eſt maxima res, & magis iuuans.

De cura febris ephemeræ.

CAP. CXII.

Febris ex variis cauſis oritur, & ideo variis modis curatur.

Hali. in practica ſermone 3. Diuerſitatum febrium medela communis fit rebus aduerſantibus cauſis à quibus factæ ſunt; vt quando fit febris à calore ſolis, medela fit in locis ſeſſione frigidis, odoratuque ſandali, aquæ roſarum, camphoræ, & huiuſmodi. Quando vero eſt ex frigore & niue; tunc oportet eſſe in loco ſecreto, & parum humenti, lenibuſque veſtibus operiri; corpus quoque tenuiter fricari &c. Cum autem fit ex acumine ciborum, oportet patientem in locis frigidis in eſtate accubitare. Cibus etiam eius ſit, vt cucurbitæ, lactucæ, aqua hordei & granatorum, oleum amygdalarum dulcium, & huiuſmodi. Vinum non tangat, & balneum non intret. Si vero ex vini potu, granatorum aqua propinetur, muzorum aut heſcerum ſyrupus: aqua quoque niuis eius extrema fricentur, quieſcat & dormiat. Cum autem eſt ex putrefactione ciborum in ſtomacho, aut natura emollita eſt, aut conſtipata: vtrique ſubueniendum eſt propria medela.

Cum autem ex labore; quiete vtatur, ac ſomno plurimo. Si ex ira vel triſtitia, manſueſcere oportet, animumque ſedare; quieſcere, ac ſeipſum iucundare. Cum vero cauſa vigiliarum, molienda eſt ſoporatio: concipiat igitur anhelitu narium oleum violarum, & oleum ſeminis cucurbitæ cum violaceo conditum. Caput eius cataplaſmetur aqua decoctionis violarum, nenufare papaueris & hordei tunſi; donec & plurimum capiat ſomnum, & ſic humectetur eius cerebrum. Cum autem ex apoſtemate, minuatur ex vena competenti membro in quo eſt apoſtema, & cataplaſmetur epithemate oportuno, vt ſtringente & extinguente; quod & prohibeat fluxum materiarum, & repellat. Extinguentia quoque refrigerantia bibat, vt ptiſanam, & granatorum aquam, & huiuſmodi; quiete vtatur in locis frigidis, donec omnino diſſoluatur ac maturetur, & euacuetur quod in eodem eſt. Balnei vero caueatur introitus, ac vini potus, donec conſummatur morbus.

Remedium febris ex apoſtemate.

De cura febrium putridarum.

CAP. CXIII.

INTENTIO quidem medẽdi febres putridas, quandoque conuertitur ad partem febris; vnde neceſſe eſt vt infrigidet & humectet. Quandoque vero ad partem materiei, & ibi neceſſe eſt vt maturet & vt euacuet. Et digeſtio quidem in craſſa materia, eſt eius æquatio cum ſubtiliatione. In ſubtili vero eius æquatio cum incraſſatione. Quandoque autem communia ſunt, illud quod requirit febris de infrigidatione, & illud quod humor de digeſtione, & euacuatione, ac reſolutione. Aliquando namque digeſtiuum & euacuatiuum calidum eſt; immo ſecundum plurimum ita eſt; & tunc oportet vt obſeruetur magis timoroſe vna duarum rerum; & fortaſſe contrarium eſt illud quod conuenit febri de infrigidatione (quæ ſunt ſicut melones Indi, & reliqua olera) ei quod materiæ conuenit de minoratione. Quare prohibe illud dari in potu vbi non eſt materia, poſtponatur & aqua fructuum vſque ad hebdomadam, & ſit aqua hordei contentus. Omnes autem fructus nocent febricitanti cum ebullitione ſua in ſtomacho. Multoties etiam inuenitur res quæ digerit & ſubtiliat & euacuat, vt eſt infrigidans ſyrupus acetoſus.

Regimen laborantis febri putrida.

Et quandoque febris eſt tantæ acuitatis & vehementiæ, quod non licet vti regimine cauſæ, ſed indiget

vltima

vltima refrigidatione; proprièque cum in venis non inuenitur virtus fortis reſiſtens ac tolerans. Quod ſi inueneris eam reſiſtentem ac toleratem, abſcide cauſam, expelle humorem, abſcide quoque cibum, & non infrigides infrigidatione quæ prohibet reſolutionem. Si autem inueneris virtutem deficientem, ſis occupatus in æquando complexionem ei contrariam. Itaque infrigida eam, & viuifica cum cibo virtutem: cumque iam fortis fuerit, & contrarium ſuum vincēs, redi ad cauſam.

Quando virtus patientis eſt debilis, nō eſt agendum contra cauſam morbi.

De regimine febricitantium.

CAP. CXIV.

NON eſt autem poſſibile tibi vt cures febrem, niſi prius cognoueris eam, & tunc ſubtilia regimen, nec moueas aliquid in die paroxiſmi quantum poſſibile eſt tibi, vt cures febrem. Oportet etiam vt obſerues in omnibus illis diſpoſitionem virtutis; quæ ſi fuerit fortis, & fuerit illud quod vincit ſanguis, aut fuerit cum humore qui vincit, ſanguis; tunc opus eſt magis phlebotomia. Proprièque cum vrina eſt rubea cralſa, non citrina ignea. Deinde vero ſolutio ventris ſubtilis, proprièque ſi fuerit illic ſiccitas. Apud me vero magis eſt pia adminiſtratio clyſteriorum.

Vrina rubea & craſſa indicat minutione opus eſſe.

Prohibe quoque ſomnum in principio febrium, maxime quando eſt horripilatio & frigus; hæc enim ſuper ſomnum prolongantur, exprimunt namque materias, ſi fuerint euntes ad viſcera quædam; & prohibent humorum digeſtionem, apud declinationem vero iuuatiuus eſt valde, fortaſſe quoque non nocet apud ſtatum. Cauendum eſt autem ne in die periodi phlebotomes, aut per fluxum ventris euacues, nec agas cum artis euacuatione contra partem euacuationis naturæ, nec frangas periodum conſtrictione meatuum, ſed potius adiuua; quoniam (vt dicit Hippocras) medicus eſt adiutor naturæ, non impediens eam. Conſilium quidem meum eſt, vt phlebotomia quantum poſſibile eſt dimittatur: quod ſi poſſibile non eſt, tunc multiplicatio viciſſitudinis melior eſt quam multiplicatio quantitatis; non enim ſubito neceſſaria eſt multa euacuatio ſanguinis.

Multū ſanguinis nō eſt vna vice euacuandū.

De caloris febrilis extinctione.

CAP. CXV.

Ali. vbi ſupra. In medela vero febrium ex putredine, tribus oportet vti, ſcilicet caloris febris extinctione, putridi humoris euacuatione, ciborum ac potuum regimine & electione. Extinctio caloris facienda eſt cum refrigerantibus & humectantibus, ſcilicet cibis & medicaminibus, his tamen minime ſimpliciter vtendum eſt, ſed ſecūdum quòd expetit complexionis morbi quantitas & ſecundum complexionem corporis naturalem, & patientis ætatem, anniq; tempus præſens, & ſecundum regionis complexionem. Secundum quantitatem complexionis morbi, quia quando febris calore, & acumine fortis eſt, oportet ea quæ refrigerant multiplicare, & eis vti ſecundum egreſſionem corporis à temperantia in calore. Secundum naturalem vero corporis complexionem vt ſi frigida eſt, rebus fortiter refrigerantibus vtendum eſt; quia corpus à naturali complexione plurimum elongatum eſt. Si vero calida, minus refrigerantibus vti oportet, quia non plurimum à complexione naturali corpus elongatum eſt. Sic ergo ſe habet res in omni medela morborum ex male complexionis diuerſitatibus prouenientium: Medela namque communis infirmitatum eſt, corpus ægrotantis in naturalem complexionem reducendo. Vtendum eſt etiam ea ſecundum infirmitatem, ſecundum anni tempus præſens, & ſecundum regionis complexionem, quia ſi hæc omnia vel plura calida ſint, neceſſe eſt maiorem fieri refrigerationem caloris febrilis, & extinctionem. Si vero frigida cōmodum eſt minus refrigerātibus vti.

In medela febrium putridarum tria ſunt ſeruanda.

Modus extinguendi calorem.

Ad hunc igitur modum oportet diuerſitatum omnium ex mala complexione morborum eſſe medelam, id eſt frigidæ & humidæ, & calidæ & humidæ, frigidæ & ſiccæ, & calidæ & ſiccæ. Febris quidem tertiana licet more putridarum febrium ind geat vtroque ſcilicet & extinctione caloris febrilis, & euacuatione putridi humoris; quia tamen ſi pura ſit, calor in ea fortior eſt & amplior, ac maior quàm materia, cum eius aduentus ſit ex cholera rubea, quæ cęteris humotibus calidioris eſt complexionis, materiáque ſubtilioris; magis neceſſe eſt huiuſmodi calorem extinguere, quàm materiam euacuare. Omnino vero cum cæpit febris, expedit naturam emolliri; ſed his quæ refrigerant cum mollificatione. Propinabis autem ab acceſſionis hora poſt terminationem rigoris, aquam plurimum frigidam; ſi quidem ſtomacho, & hepati non ineſt debilitas; maximè vero ſi maturatus eſt humor, pulchram etenim actionem habet in frangendo calorem.

Materia tertiana eſt cholera rubea.

In tertiana vero non pura, vel alijs febribus quæ accenduntur, cauenda eſt aqua frigida, niſi ſit vacuatio manifeſta, humorem enim crudificat & auget. Die vero qua ceſſabit acceſſio, danda eſt ei hordei aqua. Præterea cum febris non eſt acuta, ſed humor crudus; ſi plurimum bibatur aqua frigida, multas fouet ægritudines: immoratur enim eius per membra diffuuo, fitque difficilis deſcenſus, & maturatio differtur, ac ventoſitas generatur. Et ſi cholera ſtomacho dominetur, aqua corrumpitur, & in cholęram vertitur. Cumque poſt temporis longitudinem ad inteſtinum ieiunum deſcenderit, non facile ab illo ſeparatur, & ad hepar renes & pectus, ac pulmonem mittitur. In hac igitur habitudine, nec vrinam prouocat, nec ſitim extinguit. Non enim à ſtomacho facile mittitur, nec ad profunda corporis demergitur.

In pura tertiana prodeſt aqua frigida ſed non in alijs.

De humoris euacuatione.

CAP. CXVI.

HVmoris euacuatio mouenda eſt his medicaminibus quorum ſit illum humorem euacuare qui febrem parit; vt ſi tertiana fuerit, ijs quæ choleram euacuant; ſi quartana, ijs quæ nigrum humorem attenuant; ſi quotidiana, phlegmatis euacuatione; Si ſanguinea phlebotomo: ſi vero compoſita, vtendum eſt ijs quæ dominantem in compoſitione humorem euacuant. De omnibus autem laxatiuis medicaminibus dari oportet quod ex corpore, quantitatem morbum generantem euacuet, quantum propius exercitati medici conſideratio cognoſceret. In principio quoque morbi laxatiuum dari non oportet, dum adhuc humor crudus eſt, & nondum maturus, alioquin quod in eo ſubtile eſt ac tenue euacuabit, craſſumque ſimplex ſuperierit, nihil habens quod illud ſubtiliet ac maturet: vnde difficilior eius maturatio fit, & ad excoquendum labor, fitque morbus prolixior. Si tamen infirmitas tumultuatur, & à loco ad locum tranſit, infirmumque lædit & concutit, tunc humor in principio cito euacuandus erit, nec expectandum eſt donec maturetur, vt quieſcat ęgrotans. Oportet autem in euacuatione conſiderari, 5. ſcilicet infirmi virtutem & ætatem, & anni tempus præſens & regionis qualitatem, & euacuationis conſuetudinem, & humoris inclinationem. Nam ſi materia longa eſt, & in partes hepatis inclinata in gibboſo latere, curanda eſt per vrinæ prouocationem: Si in profundum latus, laxatiuo medicamine: Si in ſtomachi partes ſuperiores, vomitu: Si ad inferiores laxatiuo: Si ad inteſtina clyſteri.

Ex quibus humoribus quauis febris oriatur.

In principio morbi non expedit dare laxatiuum.

In euacuatione quinque ſunt conſideranda.

Nota.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De ſubtiliatione dietæ.

CAP. CXVII.

DIctum autem regimen oportet fieri ſecundum morbi naturam, & eius tempora; ſecundum infirmi quoque virtutem & conſuetudinem, & corporis figuram, & appetitus inclinationem, & ſecundum accidentia quæ prohibent infirmum à porrectione ciborum. Verbi gratia: Si morbus in vltimo fuerit acuminis, dietam quoque oportet eſſe in vltimo ſubtilitatis; vt aqua pura cum iubal mixta, vel aqua mellis aut ſquingibin; & quanto morbus acutior, tanto debet eſſe cibus ſubtilior, & econtrario. In quibuſdam igitur morbis danda eſt aqua hordei ſubtilis, ſcilicet in acutioribus. In longioribus autem aqua eiuſdem, cum ſuo purgamento. Siquidem tertiana non pura, & quotidiana, & quartana, cæteriq́ue ſimiles morbi, craſſiorem dietam deſiderant, & non ſubtiliari, ne cadat virtus in ſtatu morbi, nec tunc cum morbus eſt fortior poſſit reſiſtere paſſioni. Hinc antiqui medici comparauerunt infirmi virtutem expenſis, morbum peregrinationi, medicum peregrinanti, qui expenſas æſtimat itineris ſecundum virtutem & longitudinem. Cum enim eſt peregrinatio proxima, breuioribus æget expenſis, & econtrario. Sic enim medicus cum viderit morbum breuioris ſpatij, ſtatuſque propinqui, cibum non imminuit ac ſubtiliat. In morbo vero prolixo, virtutem à principio conſeruat, ne forte ante ſtatum deficiat.

Dieta cuiuſlibet febris qualis.

Simile.

Humidi cibi ſunt febricitantibus cõuenientiores.

Conuenientiores cibi febricitantibus humidi ſunt; & propriè his quorum complexio humida eſt, vt infantibus & craſſis. Conueniunt enim ex hoc quòd aſſimilantur complexioni, & quòd contrarij ſunt ęgritudini. Cumq́ue febris accidit, & natura eſt ſicca, non eſt cibandus penitus, dum perfectè non egreditur: prouidendumq́ue eſt, vt nunquam occurrat paroxiſmus, maximè cum fortis eſt, niſi ventre vacuo in quo non ſit cibus omnino. Nam ſi cibatus fuerit in illa hora, occupabitur natura in digerendo, dimittetq́ue digerere materiam, & expellere; ſicq́ue confirmabitur ęgritudo, & prolongabitur, propter hoc vſque ad declinationem cibatio poſtponatur, vel etiam poſt ipſum, & ſi forte contingat vt hora declinationis ſit hora conſuetudinis in cibo, tunc melius eſt quod eſſe poteſt.

Quando ſubtiliandus cibus.

Subtiliationem quidem regiminis ægri ſignificat natura materiæ, & poſſibilitas naturæ in digerendo illam. Dignior autem horarum ad ſubtiliationem eſt ſtatus; tunc enim vehemens eſt occupatio naturæ, & pugna materiæ, nec oportet vt ab ea recedens occupetur alia re, proprieque apud cryſim. Oportet igitur vt ſubtilietur cibus inter virtutis conſeruationem, & materiæ ſuperationem. Nam ſi quidem non eſſet illud, quoniam attinet virtuti, ſcilicet conſeruandæ, magis eſſet neceſſarium vt ſubtiliaretur cibus vltima ſubtiliatione; ſed virtus hoc non ſuffert, eaq́ue deficiente curatio non valet. Curans enim eſt virtus, non medicus, ſed medicus inſtrumenta facit ad virtutem peruenire.

De moderatione eiuſdem.

CAP. CXVIII.

PRæterea cum ambigua tibi diſpoſitio cibi fuerit in ægritudine, nec cognoueris eam; tunc melius eſt vt declines ad ſubtiliationem, quàm ad additionem, te tamen obſeruante virtutem & tolerantiam. Quando vero times caſum virtutis, tunc melior eſt cibatio. Et de corporibus quędam ſunt cholerica, quæ regimen à prædicto diuerſum requirunt: & propriè quando ſunt aſſueta comeſtione plurima. Cum enim non cibantur, ſaltem in principio febris; immò in hora ſtatus, qui peior eſt, virtutes eorum debiles fiunt, ipſiq́ue in extenuationem cadunt, & forraſſis ſuperuenit eis ſyncopis, propter id ad ſtomachos eorum effunditur de cholera mordificatiua. Sunt & homines exuberantis carnis, qui prohibitionem cibi non tolerant; quia cum ab eis abſciditur, debilitantur, & extenuantur. Omnis quoque cuius calor eſt valde fortis, aut plurimus, aut valde debilis, non poteſt cibum dimittere, præterea ſenes debiles, id eſt decrepiti, & infantes famem non tolerant. De primis vero ſenibus ſunt quidam vehementius famem tolerantes, eoſque ſequuntur adoleſcentes, & ſolida membra habentes, amplaſq́ue venas in aere frigido. Multoties autem errat medicus in ægris huiuſmodi ſecundum alium modum, quia prohibet eis cibum in principio rei. Quando vero ſtatus appropinquat, & ſciunt quia virtus cadit, tunc cibant illum neceſſario. Sic ergo duobus modis errant; Errorq́ue minor eſſet, ſi eos in principio cibarent.

Non eſt ſubtiliandus ſeu ſubtrahendus cibus à cholericis infantibus ſenibus &c. dum febricitant.

Error quorũdam medicorum.

De cura febris hectice.

CAP. CXIX.

Hali. vbi ſupra. Febris hectica ſi vſque ad maioris conſumptionis terminos fiat, & apparuerint in ea extenuatio, & ſiccitas, & conſumptio decoris faciei, cæteraq́ue ſigna omnia, eius iam non eſt ſanatio ſperanda. In morbi vero principio, dum adhuc virtus eius eſt valida, membraq́ue carnoſa, mollis pulſus, omnia ſigna dubitabilia non adhuc manifeſta, tunc ſanari poteſt & expelli, ſi vtatur regimine quo oportet.

Primùm igitur ſub eſtiuo tempore patiens habitet in locis frigidis, in quibus ſeptentrionales perflent venti, & aquæ percurrant. Sint etiam in circuitu vaſa fictilia, in quibus ſint aquæ ſuaues, odoreſq́ue frigidi, vt roſæ, violæ, pomorum flores, & citoniorum, foliaque pirorum, & extrema vitium; iaceatque in lecto ſtratis lenibus, & ſimilia, hyeme vero ſit in locis aeris temperati, in quibus non horreſcat. Prohibeatur autem à labore, & motu, vigilijs, fame, ſiti, coitu; nec ſe det iræ, vel triſtitiæ Detur ei quotidie aqua hordei, cum mundiſſimo ſaccharo, provt opus fuerit; & poſtea iubal, aut papaueris ſyrupus: introducatur etiam in aquæ tepidæ concham, & poſt hoc eductus reficiatur pullis humidis cum cucurbitis, & lactucarum radicibus, ſpinachijs, atriplicibus. Nonnumquam vero cibetur piſcibus recentibus optimis, conditis cum eſpidago, aux frixis cum amygdalorum oleo, reficiatur autem lacte dulci. maximeque aſinæ, & ouis ſorbilibus, medulla cucumeris, & citrulli. Comedat bis in die paulatim, iuxta quod indiget ſtomachus eius; non autem arceatur ab aqua frigida, ſed ab omnibus cibis calidis & ſiccis reprimatur, præterea ſuper pectus eius & hepar, pannus aqua roſacea infuſus, & ſandalo proijciatur, & vt incaluerit, nouus immutetur. Oleum violarum cum ſemine cucurbitæ, & oleum nenufar odoret. Sintque veſtes eius linæ, molles atque ſuaues &c.

Regimen febris hẽticæ.

Hoc regimen eorum in quibus ſigna conſumptionis nondum apparent, habitum eorum confortat, & ad ſaniratem reducit. In quibus autem iam febris manifeſta eſt, hos aerem frigidum cauere oportet, ne forte catarrhi accidant. Dentur autem eis quotidie trociſci &c. Cumque febris non fuerit, lac à mammis mulieris ſugere commodum erit; vel etiam accipiat aſinæ lac cum mulgetur. Si vero ſit calor & febris, omnino lacti non appropiet, ſed detur ei lac à quo butyrum eductum eſt; nec vero prohibeatur ab his quæ appetit, & odores ei iucundi proponantur, eiuſque facies aqua refrigeranti quandoque irroretur &c. Sic enim vitæ ſpatium aliquamdiu protrahitur, nec mors accelerat.

Poſtquam apparent ſigna conſumptionis, protrahi poteſt morbus, ſed non curari.

De cura lepræ.

CAP. CXX.

Lepra inueterata vix ſanari poteſt.

Regimen leproſi.

Razi. vbi ſupra. Lepra, ſi ſtatim ex quo incipit ei ſubueniatur, poſſibile eſt vt ſanetur aut reprimatur. Poſtquam vero membra vulnerauerit, eorumque figuras corruperit, vix iam ſanari poterit. Cum igitur oculorum albedo obſcurari viſa fuerit, & vox rauceſcere cœperit, ſudorque fœtidiſſimus fuerit, & facies inflata cum forti rubedine apparuerit, ac nodi quidem in ea cœperint fieri, pili quoque ſuperciliorum ſubtiliari, ſuccurrendum eſt ei, primum quidem ſanguinis extractione de vena purpurea brachij dextri: poſtea vero per aliquot dies quieſcere permittitur, in quibus & arietina vel hædina carne nutriatur, vinum quoque clarum ac bene redolens, multumque temperatum bibat, & in balneo quotidie ponatur: Poſt hoc autem de brachio ſiniſtro minuatur, & aliquot diebus quieſcat; & ſimiliter nutriatur ac balneetur, pręterea humectiuis nutriatur, & tanquam ille qui ſui corporis humectationem deſiderat, regatur. A labore autem & vigilijs, & ab omnibus melancholiam nutrientibus cuſtodiatur. Serum quoque cum ſaccharo frequenter ei detur, & in balneo cum farina ciceris & fabarum, & cum baurace & vſnea confricetur, & aqua tepida frequenter infundatur. Poſt hoc ex oleo de ſemine cucurbitarum & violaceo inungatur, ſicque balneum egrediatur.

Remedium lepræ.

Cum autem hæc ægritudo alicui fortiter adhæſerit, cum viperarum carne medicandus erit. Sed eius qui hac vtitur medicina, corpus inflatur, & per aliquot dies abſque ſenſu manet, poſtea vero excoriatur, & de ſub loco tenera caro egreditur, ſicque patiens curatur. Ad hoc quidem viperæ montanæ, de locis in quibus nec palus nec lutum eſt ſumuntur; earum capita & caudæ abſcinduntur, & quicquid in ventribus eſt eijcitur, poſt hoc in noua olla ponuntur, in qua etiam ſal, & anetum, & galanga, & pipet, & aqua, & parum olei mittuntur, quæ eouſque coquenda ſunt, donec tota caro diſſoluatur, tunc patiens ius illud bibat, carnemque comedat, & ſi ſcotomiam paſſus ceciderit, iam ei ſufficit. Sin autem, iterum & iterum danda eſt ei, donec infletur, & ſcotomiam patiatur.

Ab euacuatione ſumit exordium regulariter curatio lepræ.

Auicen. in 3. canon. Oportet quidem vt incipiatur curatio cum euacuatione & mundificatione, priuſquam incraſſetur ægritudo; & ſecundum plurimum phlebotomia eſt neceſſaria; non tamen ex venis magnis, niſi certum ſit quod corruptus, ſit plurimus ſanguis. Tunc enim phlebotomandum eſt vltima phlebotomia; & ſi non aliunde, ſaltem ex manibus, alioquin ceſſandum eſt. Nam ex venis magnis phlebotomia plus nocet quam iuuet; de paruis autem ſecurior eſt. Et inde quia ſanguis eſt frigidus in eo quod apparet, ideo fit illud magis vltimum quam ventoſæ & ſanguiſugæ, minuſque viſceribus nocens; & illæ quidem ſunt, vt vena frontis & naſi. Si autem phlebotomatur, oportet vt quieſcat hebdomada vna; deinde euacuetur cum apozimatibus & pillulis factis ex epithimio, & ſticados, &c. Ex melioribus autem medicinis quæ in potu ei tribuuntur, eſt theriaca maior cum carnibus viperæ facta, & theriaca diateſſeron.

De cura fluxus ventris.

CAP. CXXI.

Remedia plurima pro fluxu ventris.

Idem in 3. canon Fluxus ventris inquantum eſt fluxus, prohibetur ſtipticis, & materiam incraſſantibus, & conglutinationem facientibus. Curatur autem quandoque cum diureticis, & ſudorem aut vomitum facientibus, & poros dilatantibus, hæc enim omnia materiam mouent ad contrariam partem fluxus ventris. Et ſi quidem fluxui ventris miſceatur caliditas, infrigidantia cum eis ponantur in quibus ſit ſtipticitas, & adminiſtrentur dilatantia poros. Si vero frigus, ponantur cum eis calefacientia, quando virtus digeſtiua debilis, & quando ex humoribus viſcoſis opilatio eſt. Infrigidantia vero cum recentiua debilis eſt. Itaque quandoque caliditas iuuat ad retinendam naturam, per hoc quòd cibum velociter penetrare facit, & per hoc quòd ſudorem prouocat, hoc etiam quandoque vinum purum antiquum facit, cum homo frequenter ex eo bibit. Ex rebus autem magis iuuatiuis fluxum ventris eſt dormire, & quando quidem cum fluxu ventris eſt tuſſis, dimittantur ea quæ ſunt acetoſa vehementer, & ſtiptica. Eligunturque frigida, & conglutinationem facientia. Item ex retinentibus fluxum eſt poſitio ventoſarum ſuper ventrem. Emplaſtra quoque ſtomacho & inteſtinis ſuperpoſita, ex calefacientibus ſtipticis, aut ex frigidantibus ſtipticis, ſecundum neceſſitatem facta. Cum autem medicinas adminiſtras, cum ſingularibus incipe, quæ ſi non valent, ad compoſita tende. Reſtrictiuæ quidem, aut exiccatiuæ ſunt, aut conſtipatiuæ, aut infrigidatiuæ, aut inſpiſſatiuæ, aut glutinatiuæ opilantes poros ex quibus emanant.

Medicinæ ſingulares frigidæ.

Medicinæ ſingulares frigidæ abſolute, aut ſecundum virtutem retentiuam, ſunt, vt balauſtiæ, roſæ, acaciæ, gummi arabicum, lutum armenum, vel ſigillatum, hypoquiſtidos, ſpodium, proprièque aſſatum, grana granatorum, ſumach, rheubarbarum, cotiandrum: Semen portulacæ, roſæ & arnogloſſæ, fructus mori immaturi, ſuccique ſtiptici exiccatiui, & ipſorum rob. Medicinæ vero ſingulares calidæ & ſiccæ ſunt, vt ciminum aſſatum, aniſum aſſatum, cortices thuris, myrrha, ſtorax ſicca, laudanum, caſeus vetus aſſatus. Atramenta etiam & coagula conſtrictiua ſunt, lac quoque caprinum decoctum donec incraſſetur, aut etiam decoctum cum lapidibus fluuialibus ignitis, & ter in ipſum proiectis: Item vitellus oui in aceto elixati. Ex compoſitis declinantibus ad frigus, ſunt trociſci de croco, vel de luto ſigillato, pillulæ quoque de opio, vel mandragora, vel de ſandaraca, & ſimilia. Ex compoſitis autem declinantibus ad calorem ſunt electuarium de ſeminibus ſtipticis, & trociſci de carabe, & huiuſmodi.

Medicinæ ſingulares calidæ & ſiccæ.

Medicinæ compoſitæ frigidæ; aut calidæ.

De cura lapidis.

CAP. XXII.

Quomodo remoueatur materia lapidis.

INtentiones autem medicorum in curatione lapidis ſunt abſciſſio materiæ eius, & prohibitio generationis ipſius cum abſciſſione cauſæ, & rectificatio eius. Deinde mundificatio ipſius, & comminutio, & fractio, & compreſſio eius, & eradicatio eiuſdem ex ſuo ſuſpenſorio cum medicinis congruis. Deinde etiam eius extractio in ipſo, & ordine eius, cum medicinis prouocatiuis, vel adiuuantibus deforis. Poſt hoc etiam ſequitur regimen ſedans dolores, qui inde ſequuntur.

Quænam prohibeant generationē lapidis.

Materiæ quidem abſciſſio præparatur in primis cum eius euacuatione per ſolutionem ventris, aut per vomitum; deinde vero abſtinendo à cibis craſſis, & aquis turbidis, & æquando cibum, & confortando ſtomachum, & vt digeſtio bona ſit faciendo, & cum exercitio temperato in tempore vacuitatis, & fricatione eius quod in medio ſtringitur, ac leniendo naturam, vt humores craſſi declinent ad latus, & non fiat ex declinatione fæcis coarctatio renum. Ex his autem quæ conferunt ad hoc, eſt aſſiduatio prouocationis cum his quæ lauant veſicam cum ſeminibus diureticis: deinde vero adminiſtretur diureticum forte.

In pueris quidem prohibet generationem lapidis, bibere vinum ſubtile album permixtum, iuuantur etiam à clyſteribus leuibus temperatis, per illud quod educunt de fęce, leniuntque naturam. Ex prohibitiuis

autem generationis lapidis eſt vomitus poſt cibum,& multus eiuſdem vſus . Expellit enim ſuperfluitates craſſas per viam contrariam viæ cuius motus eſt ad renes, facitque latus renum vacuum & mundum.

Medicina ad comminuendum lapidē.

Medicinarum autem lapides comminuentium, quædam ſunt vehementis virtutis ſecundum lapidem renum,ſed paruæ ſecundum lapidem veſicæ, vel non habentes virtutem ad illum;quædam autem ècõuerſo, quædam vehementes ſunt in vtriſque ſimul . Harum ergo medicinarum quæ lapidem comminuunt & extrahunt, ſunt radix coſti, & rubi,& bdellium, & nigrum cicer, & ſemen alteæ, & ſquilla,& abſinthiũ, & caſſia, & xilobalſamum, & alia plurima. *De fortibus* quidem ſecundum lapidem renum , ſunt lapis iudaicus, & pulegium. *De fortibus* autem abſolute, ſunt cinis ſcorpionum, & oleum ipſorum: cinis quoque leporis decollati, ſecundum hunc modum fortis eſt in potu ſumptus, & eius aqua vehementis eſt reſolutionis. Sed & lumbrici terreſtres exiccati , & vitrum attritione factum vt atomi qui in radio ſolis apparẽt, cinis quoque vitri, & cinis ouorum gallinæ poſtquam euacuata ſint à pullis. Ex his etiam quæ valde fortia ſunt, eſt vnus lapidum qui inueniuntur in ſpongia, & ſanguis hirci exiccatus . De his autem quæ fortia & meliora ſunt omnium, eſt auis quæ Græcè nominatur *tragulidaries*: eſt minor omnibus auibus, excepta aue regia.

Medicinæ vero quæ cum iſtis permiſcentur pharmacijs ad penetrandum ſunt, vt piper, & calamentũ, & cinnamomum.Quæ autem cum his permiſcentur, vt cum virtute prouocent & extrahant ſuperfluitates craſſas, ſunt, vt fænumgræcum, & aſarum, & huiuſmodi. *Porro medicinę* doloris ſedatiuæ ſunt,vt ſemen lini, & alteæ , & nuces &c. *Medicinæ* confortatiuæ ſunt, vt ariſtologia, roſa, & ſimilia. Denique medicinæ ad lapidem compoſitæ ſunt,vt mithridatum,confectio de ſcorpionibus cognita.

Medicina ad ſedandũ dolorem lapidis &c.

De Cura Veneni.

CAP. CXXIII.

Remedium contra venenum.

IN curatione veneni, canon maximus eſt confortatio caloris innati,& excitatio ipſius ad expellẽdum venenum, ſicut facit theriaca, & napus barbaricus, vt lubricare faciat venenum,& expellat ad exteriora. Item conſideratio confortationis viſcerum,deinde expulſio veneni,& deſtructio operationis eius cum potionibus & epithimatibus. *Auicen. in 1. cano.* Oportet cum aliquis venenum ſentit, vt non moretur , Sed properet antequam virtus eius in corpore perambulet, & bibat aquam tepidam , & oleum ſiſaminum, aut de oliuis,& euomat, & in hoc ad vltimum quantum poteſt perueniat , deinde bibat lac plurimum, quoniam franget veneni nocumentum ; & ſi ipſum euomit, iterum bibere poteſt decoctionem ſeminis vrticæ cum butyro cocto, ad expellendum venenum, vomendo,& ſolutionem faciendo. Deinde bibat lac & butyrum crudum; vomitum autem oportet vt ſequantur clyſteria, proprie quando ſentitur deſcenſus læſionis ad inferiora; oportet autem vt omnino non dormiat. Cumque manifeſtatur ei forma, ſcilicet per vomitum, & cognoſcitur venenum , curetur ſecundum modum in capitulo ſuo diſtinctum.

Manifeſtari contingit venenum dupliciter,ſcilicet ſecundũ genus & ſecundum ſpeciem.

Hæc autem manifeſtatio dupliciter fit , ſcilicet vt cognoſcatur cuius generis ſit, & cuius ſpeciei. Cognitio itaque genere, ſi eſt ex inciſuris acutis, curetur cũ his quæ ſunt ſicut lac & butyrum crudũ,& cum omni quod acuitatem frangit. Si ex inflammantibus, infrigidetur cum camphora & aqua roſarum, & aqua coriandri, & ſimilibus. Ex his autem quæ conferunt huiuſmodi valde,eſt lac vaccinum,de quo extractum eſt butyrum, infrigidatum. Si autem eſt ex ſtupefacientibus, adminiſtretur theriaca, & medicamine muſci; & vtatur eger carne & vino,& adminiſtretur ei odoramentum, & ſternutet, & fricetur ei os ſtomachi, & inſuffletur ei in os, & tondeantur capilli eius . *Cum autem* veneni ſpecies cognoſcitur , cum eo quod ei proprium eſt curetur.Habent enim venena quælibet, & proprios effectus in corpore, & proprias curas medicinę.

Medicina contra venenum quædã communes quædam ſpeciales.

Ad ſummum vero ex medicinis quæ cauſa venenorum bibuntur, aut quæritur confractio acuitatis veneni, aut reſolutiõ ſubſtantiæ eius , ſicut ex lacte. Aut voluitur per eas exitus ſubſtantiæ eius, vt per terram ſigillatam, aut quæritur oppoſitio qualitatis eius ſicut potare allium in vino, ad eum quem pupugit ſcorpio. Sunt autem medicinæ quædam communes veneno contrariæ,quæ non permittunt ipſum ad cor peruenire, ſicut theriaca dyateſſeron; præterea grana iuniperi, ſemen napi, capillus veneris, cinnamomũ, medulla leporis &c. Dixerunt & quidam quod caro dammulæ ſylueſtris mundificata ſallita, eſt de fortioribus medicinis ad expellenda venena.

Qui ſumit venenum ſuper ſtomachũ repletum nõ ita facile inficitur.

Qui autem timet in potu venenum ſumere,caueat à cibis dominantium ſaporum in acetoſitate,aut ſalſedine, aut acuitate, aut dulcedine; & dominantium odorum:nec præſentetur aliquid ex his ſuper famem vel ſitim vehementem;vtraque enim earum occultat illud quod oportet vt detegatur ei,propter vehementiam voracitatis. Cum autem repletus cibo & potu ſumit in potu venenum , ſepelitur in vacuitate eius quo repletus eſt ; & ſecundum hoc quia venæ ſunt plenæ, venenum in eis penetrationem non inuenit: forteſſis etiam eſt in eo ſapor rei repugnantis veneno. Item neceſſarium eſt ei ſecundum viam conſuetudinis , ſuſcipere medicinas nocumentum veneni repellentes, vt mithridatum, & ficus cum folijs rutæ, ac nucibus, & ſale trito &c.

De Communibus vocabulis medicaminum & inſtrumentorum.

CAP. CXXIIII.

Hiera. Arteriaca. Theriaca. Catharrica. Catapotia, Diamoton. Diacodion. Electuariũ. Trociſcus. Colliria. Epithema. Cataplaſma Emplaſtriũ. Malagma Thymiama. Mirabalanũ Critici dies. Enchiridion. Phlebotomũ. Guna.

ISidorus *vbi ſupra*. Omnia autem medicamenta ex proprijs cauſis habent vocabula. *Hiera* enim dicta quaſi diuina. *Arteriaca* quòd apta ſit gutturis meatui: & tumores fauciũ, & arteriarum leniat. *Theriaca* eſt antidotum ſerpentinum, quo venena pelluntur, vt peſtis peſte ſoluatur. *Catharrica* Græcè, Latinè purgatoria dicitur. *Catapotia* dicitur eo quòd modicum poteretur ſiue inglutiatur. *Dyamoton* à ſucco mori nomen ſumpſit quo vinum conficitur, ſicut *dyacodion*, quia ex codia, ideſt ex papauere fit, ſicut *dyaſpermaton*, quia ex ſeminibus componitur. *Electuarium* vocatum eſt eo quòd melle ſorbeatur. *Trociſcus* dictus eſt, quia in modum rotulę deformatur : *trocos* enim Græcè, rotundum dicitur . *Colliria* latinum ſonat, quòd vitium oculorum detergant. *Epithema* dicitur, eo quod ſuperponatur alijs adiutorijs præcedentibus. *Cataplaſma* dictum eſt, eo quod inductio ſola ſit. *Emplaſtrum* eo quod inducatur. *Malagma* vero,eo quod ſine igne maceretur, & comprehendatur. *Odor* vocatus eſt ab aere, nam quid eſt odor niſi aer contractus.

Thymiama lingua Græca vocatur, quòd ſit odorabile. Nam thymum dicitur flos qui odorem profert. *Mirabalanum* dictum eſt eo quod ſit ex glande odorata. *Criticos* dies medici vocant, quibus credo ex iudicio infirmitatis humanę hoc nomen impoſitum eſt, quod iudicent hominem, & ſententia ſua aut puniãt aut liberent. *Enchiridion* dictum eſt,eo quod manu aſtringatur, dum plurima contineat ferramenta. *cyron* enim Græcè,manus vocatur.Phlebotomum vocatum ab inciſione. Nam inciſio Græcè *tomum* dicitur. *Guna* quæ à latinis à ſimilitudine cucurbitæ, à ſuſpirio ventoſa vocatur: denique animata ſpiritu per igniculum, dehinc præciſo corpori ſuperpoſita,omne quod intra cutem,vel altius æſtuat,ſiue humorem ſiue ſanguiné, euocat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Clyſtere. Pila. euocat in ſuperficiem. *Clyſtere* Græcum eſt. *Pila* dicitur à pinſendis ſeminibus, ideſt *terendis*: hinc etiã pigmenta, eo quòd in pila, & pilo agũtur, quaſi piligmẽta. *Mortarium* dicitur, quòd ibi iam ſemina in puluerem redacta & mortua, condiantur. *Cicula* eſt in qua circunducta colliria reſoluuntur, erit enim lenis; nam aſpera frangi potius quàm reſolui collirium facit.

Mortarium. Cicula.

De Chirurgia, & eius ſpecibus.

CAP. CXXV.

Quid chyrurgia & vnde dicta. EX *Iſagogis Hippocra. Chirurgia eſt artificioſa actio in medicina, per manus & ferramenta: & per ſimplicia ac compoſita medicamenta: in quibus medici, tam ex vſu, quam ex ratione, ſanant agrotos.* Quamquam autem de iure proprietatis vocabuli tota practica meri to chirurgia poſſit nuncupari, dicitur enim à *cyros* quod eſt manus, & *gyros* quod eſt operatio, quaſi manualis operatio, ſpecialiter tamen operatio per inciſionem & ignem hoc nomen ſortita eſt.

Chyrurgia in tres partes diuiditur & ha rurſum in alias. *Hali. in practica ſer. 9.* Chyrurgia diuiditur in tres patres. Prima eſt in venis, ſecunda eſt in carne, tertia in oſſibus. Illa quæ in venis eſt, bipartita eſt. Nam altera eſt in venis pulſantibus, quæ eſt arteriarum inciſio, vel amputatio apoſtematis, quod aphoriſma vocatur, vel ſaira. Altera vero non in pulſantibus. Illa vero quæ eſt in carne trifariam diuiditur. Prima eſt ſitiarum cognitio, vel vſus. Secunda incidendi, findendi, ſuendi. Tertia vero coquendi. Illa porro quæ in oſſibus exercetur, bifariam diuiditur Prima eſt oſſium fractorum conſolidatio. Secunda euulſorum in locũ reductio. Incipiemus igitur ab illa quæ fit in venis chirurgia, primumque de phlebotomia, quæ magis cæteris oportuna eſt ad ſanitatis cuſtodiam, & ad morborum propulſationem.

De Phlebotomia.

CAP. CXXVI.

Quid phlebotomia & quanam in ea obſeruanda. A *Vicenna in primo can. Phlebotomia eſt vniuerſalis euacuatio, quæ multitudinem euacuat.* Multitudo vero eſt, augmentum humorum in venis, ſuper æqualitatem ipſorum. *Hali. vbi ſupra.* In hac quidem conditione quinque ſcire primum oportet, quas præceperunt antiqui. *Prima* eſt ne phlebotometur ſenex, nec paruus puer. Quod ſi puer alicuius cauſa ſanguineę paſſionis ad phlebotomum impellitur, non tamẽ præter voluntatem parentum minuatur. *Secunda* eſt, ne ſeruum, niſi ex voluntate domini ſui, quis minuat. *Tertia* ne in obſcuro loco id fiat. *Quarta* vt qui phlebotomator eſt, oculos collirijs validis & elimantibus aſſueſcat. *Quinta* vt phlebotomi quo minutio fit, mucro tenuis ac lucidus ſit, nullam habens rubiginem, nec ſquamas eiuſque nouacula ſit non tenuis longa, nec breuis craſſa, ſed vtriuſque medium ſeruans.

Ars phlebotomãdi & occultam venã inueniendi. Cumque phlebotomiæ quis artem diſcere cupit, oportet vt ſe in venarum ſenſu, longo tempore, cum digitorum ſummo, medij ſcilicet & indicis, exerceat, quatenus inter nerui ac venæ, carniſque ſenſum, differentiam agnoſcat. Nonnunquam etenim venæ, non ſunt viſui manifeſtæ, ſed occultæ, carneque cælatæ, aut plenitudinis corporis cauſa, vel ipſorum natura brachiorum; aut quoniam ipſæ ſubtiles ſunt. Hoc igitur vt cognoueris, brachium cum virga mediocris craſſitiei ſtringendum eſt, ita vt ſit ligatio remota quaſi quatuor digitis à cubiti loco, & in plenis fiat corporibus fortis, in exilibus autem non ſic. Apprehendatur autem venæ locus Phlebotomiæ proximus, & brachium palma fricetur, eique aqua calida ſuperfũdatur; addatur & aliquid quod illud ſtringat, quatenus abinde vena emineat, ac ſenſui tactus appareat. Quod ſi profunda eſt, & valde occulta, digitus loco ſuperponatur in quo eſſe putatur & vtrinque ſanguis adducatur; tunc ſi ſub digito venam repleri videris. vena illud eſt, ſin autem, minime.

De Cauſis & temporibus phlebotomiæ.

CAP. CXXVII.

Pro quibus morbis phlebotomandũ. A *Vicenna vbi ſupra.* Nemo quidem phlebomandus eſt, niſi vel qui præparatur ægritudini, vel in eadem cadens; & hoc aut propter ſanguinis multitudinem, aut propter eius malitiam. Ægritudini inquam, qualis eſt ſciatica, vel podagra fortis, vel ſputũ ſanguineum ex fiſſura venæ, pulmonis, Epilenſia, apoplexia, melancholia cum multitudine ſanguinis, ſinantia, & apoſtemata interiorum, & hæmorrhoides, & reſtrictio menſtruorum. Illi quoque qui in membris interioribus cum complexione calida debilitatẽ patiuntur, in vere minuantur.

Securius eſt phlebotomandum quando morbus timetur; quam in principio morbi. Securius autem minutio conceditur, dum ægritudines prædictę nondum acciderunt, ſed timentur. Cũ autem inciderint in earum principio phlebotomia dimittatur; humores enim ſubtiliat, & eos per corpus fluere facit, ſalſoque ſanguini admiſcer, & etiã quandoque nihil euacuatur ex eo quod oportet, & facit vt neceſſaria ſint alleuiantia medicamenta. Cum vero maturatio apparuerit, & ægritudo principium aut ſtatum tranſierit; ſi oportuerit, nec fuerit quod prohibeat, phleboromia fiat. *Neque* vero phlebotomia, neque euacuatio facienda eſt in die motus ægritudinis; & cum ægritudo eſt habens chryſim longi temporis, nullatenus minuendus eſt multus ſanguis. *Item* prægnans & menſtruata non minuantur, niſi ſit neceſſitas magna, ſicut retinendi forte ſanguinis ſputum, cum vitius fuerit euerſa.

In quibus caſibus non eſt phlebotomandum. *In febribus* autem à minutione cauendum eſt, in his ſcilicet quæ vehementis ſunt inflammationis; & in omnibus non acutis febribus in principio ſui in die periodica. *In febribus* quoque cum quibus aduenit ſpaſmus, cauendum eſt à minutione: quia cum ſpaſmus accidit, vigilare ac ſudare multum facit, & virtutem deijcit. *In febre* ſanguinea neceſſe eſt vt euacuatio fiat minutione non ſuperflua, cum fuerit maturatio, quæ multoties remouetur in hora phlebotomiæ. *A minutione* cauendum eſt in complexionibus & regionibus vehementis frigiditatis, & in hora doloris fortis, & poſt balneum reſolutiuum, & poſt coitum, & in ætate minore 14. annis, & in ætate ſenectutis plus poſſibile eſt, niſi confidatur in figura & ſoliditate muſculorum, ac venarum amplitudine, earumque repletione, & coloris rubedine. In quibus enim hæc ſunt, ex adoleſcentibus & ſenibus phlebotomari poſſunt. Adoleſcentes tamen ordinate & paulatim cum pauca minutione, ſcilicet ad phlebotomiã prouehendi ſunt: Syncopis autem in prima minutione plerumque accidit ei qui non conſueuit.

Quo caſu adoleſcentes & ſenes poſſunt phlebotomari. Item in corporibus maciei vel craſſitiei fortis, raris & albis, laxis & citrinis ſanguinem non habentibus, à minutione quanto plus potes cauere debes. Similiter & in corporibus prolixas & propenſas ægritudines habentibus, caue tibi ab ea, niſi ſanguinis affuerit corruptio quæ te ad eam perducat. A minutione quoque ſuper cibi repletionem caue tibi, ne materiã non maturam trahas ad venam, illius loco quod ab ea euacuaſti. Cauenda eſt etiam in repletione ſtomachi & inteſtinorum, facta ex fęce, ſed in eam potius euacuando ſtude, vomitu quidem id quod eſt in ſtomacho, & quod in inteſtinis inferioribus clyſteri, vel alio modo.

Nõ eſt phlebotomãdum ſuper ſtomachum repletum.

De Quibus venis debeat fieri.

CAP. CXXVIII.

Quomodo vocentur vena in quibus ſolet eſſe inciſio, & vbi ſint. RAzi. 7. parte. Venæ autem quæ ex more ſolent incidi ſunt cephalica, matrix, & vena illa quæ funis brachij dicitur: & baſilica, ſaluatella, ſophena: vena quoque quæ eſt in curuatura publicis inferius, &

ſciatica;

ſciatica; vena quoque frontis, & illæ quæ ſunt in tẽporibus vtrimque, quæ in gutture, & quæ in angulis palpebrarum iuxta naſum, & quæ in collo ſunt vtrinque, & quæ ſub lingua, & aliæ quæ ſunt in vtriſque labijs. Cephalica quidem, & matrix, & baſilica, reperiuntur in cubiti curuatura ab interioribus: *Baſilica* namque eſt vena quæ in ipſius parte domeſtica cõſpicitur, & à loco qui eſt ſub aſella procedit. *Cephalica* vero eſt in parte ſylueſtri, & ex parte ſpatulæ deſcendit. *Matrix* autem ex vno ramo chephalicæ, & alio baſilicæ eſt compoſita & in earum medio poſita. Porro vena quæ *funis brachij* dicitur, oſſi quod altius exiſtit in brachio ſuperponitur. *Saluatella* vero locus eſt in dorſo manus, in loco qui eſt inter auricularem digitum & medicum: *Et ſophenæ* iuxta cauillam in parte domeſtica, ſicut *ſciaticæ* ſub canilla in parte ſylueſtri. *Vena* frontis eſt, quæ in frontis medio conſiſtit. *Venæ* temporum aliæ ſunt quæ ſuper tempora protenduntur; duæ vero quæ in angulis oculorum ſunt, plerumque manifeſtæ ſunt, & aliquando non apparent, niſi guttur hominis multum ſtringatur. *Naſi quoque* vena manifeſta non eſt, ſed ex ea fit minutio, cum locus qui palpatus ſentitur, fiſſus lanceola vulneratur. *Venarum* itidem locus quæ guideg vocantur, in collo eſt. Et earum quæ dicuntur algeriæ, eſt in labijs.

A

B

Quæ vena quibus ex cauſis incidenda ſunt.

CAP. *CXXIX.*

C

Cephalica cur incidenda, & cur meſon.

EX *li. de chirurgia.* Ex brachio quidem cephalicam venam incidimus propter capitis cauſas, vel oculorum ſuffuſiones, vt cephalargię, maniæ, epilenſiæ, & impetu, & timore graui. *Meſon* vero, id eſt mediam incidimus propter pulmonis cauſas, id eſt diſmam, & orthomiam, & aſma, & apophoreſim plurimam facientes. *Hepaticam* venam incidimus propter hepatis dolorem, & ſtomachi, & pleureſim, & alias multas cauſas. De manibus incidimus duas, vnam ſecus pollicem, propter inflationem pulmonis; alteram ſecus minorem digitum, propter ſplenis inflationem.

Hepatica cur incidenda.

Vena 15. in coxa, tibia & pede cur incidenda.

De coxa & tibia & pede incidimus 15. propter dolorem renum, artheticum, ſciaticum, podagricum, pedum dolorem, & neruorum contractionem, & tumorem qui in pedibus fit, & tibijs; vel propter ſubtractionem menſtruorum, vel quia fœminæ non concipiunt. In primis de ſuffraginibus 2, de tibijs 3, de talo pedis extrinſecus 4, in pollice deſuper pedis 2. incidimus ſcapello: Item ſuper duos digitos minutos 2, propter dolorem veſicæ de interiori parte talonis 2. Omnes venę pedum inciduntur in aqua calida, in qua debent eſſe tantum donec ſanguis egrediatur. In toto itaque corpore licentem habemus inciſionem de venis 40 exceptis illis quæ dicuntur ſalutes, quas ſi quis inciderit, cum riſu exanimatur, & ſubito ridendo homo moritur, hæ vero cauendæ ſunt quatuor digitis ſuper geniculos.

D

Sunt quædã vena quarũ inciſio facit hominẽ ſubito mori ridendo.

Adhuc de eodem.

CAP. *CXXX.*

Quinã ſanguis ex cephalica & baſilica egrediatur.

RAZI. *vbi ſupra.* Cephalica cum inciditur, ſanguis qui ſupra furculas eſt cito per illam egreditur. Quapropter cum in illis locis ægritudo exiſtit, ex ea minutio facienda erit. Ex baſilicæ autem inciſione, ſanguis qui eſt in pectore ac toto ventre, cito per eam tranſit. Ideo cum horum locorum ſanguis euacuandus eſt, vena hæc incidenda eſt. Quod ſi inueniri non poteſt, ex eius ramis aliquis minuendus eſt. *Matrix* vero, ſicut ex his duabus componitur venis, ſic & ſanguinem trahit ſimul ab his duobus locis Eſt igitur ex ipſa minutio facienda, cum ægritudines his duobus locis accidunt, vel cum totum corpus euacuandum eſt, & alleuiandum, & cum inueſtigatæ prædictæ duæ venæ reperiri non poſſunt. *Saluatella* vero, dextra quidem pro infirmitate hepatis eſt minuenda, pro plenis autem ægritudine, ſiniſtra. *Porro ſophena*, & illa, quæ in publicis curuatura reperitur inferius, minui debet cum ſanguis ad inferiorem partem corporis trahendus eſt, & cum ægritudines huic parti accidũt, & in matrice ac tenibus eſt dolor, & cum menſtrua prouocanda ſunt.

Quinã matrix, ſaluatella, ſophena &c.

Sciatica veto recte minuitur, cum dolor ab anclia vſque ad pedem protenditur. *Guideg.* autem cum anhelitus in principio lepræ maxime anguſtatur. *Vena frontis* inciditur pro infirmitatibus antiquis quæ conſiſtunt in facie aut in oculis, cephalica tamen prius minuta. *Venæ* autem quę ſunt ſub lingua, cum adeſt ſinantia, prius tamen minuta cephalica. Venæ itidem quę ſunt in labijs inciduntur, cum in ore & gingiuis ſæpe accidunt apoſtemata, prius quoque minuta cephalica. Porro venæ quæ in temporibus ſunt, incidũtur cauſa hemicraneæ, ac vehementis doloris in capite, & pro oculorum ægritudine diu permanente: hæ quoque aliquando extrahuntur, & inciduntur. Venæ autem quæ in capite ſunt incidũtur propter ſahaphat, & puſtulas malas quæ ſunt in capite.

Quando incidẽda venæ frontis, lingua, temporũ &c.

De Cautela, & modo incidendi venam.

CAP. *CXXXI.*

Vena male inciſa nõ cõglutinabitur.

EX *lib. de chirurgia.* Phlebotomia eſt recta venæ inciſio, & ſanguinis emiſſio. Phlebotomiam cum cautela facere debemus, quoniam ſi aliqua vena non recte inciſa fuerit, non conglutinabitur, neque ſartietur. Phlebotomorum tria ſunt genera, cephalicon, meſon, & hepaticon. Nam phebotomando cephalicon, anatharſim facimus, ideſt à latere foris recte phlebotomamus: Meſon cataceſin, hoc eſt premere inferius phlebotomum rectum, & ſuperius leuare. *Cephalica* vena eſt, quæ à capite habet principium, & ponitur ſuper muſculos. Inciditur anatharſim, quæ ſi male incidatur, aut muſculus qui ſub ea eſt percutiatur, ſibi timorem facit, & ipſe muſculus ſoluitur, & ad mortem ducit. *Meſon* à pulmone habet principium, ponitur in medio ſuper altitudinem: inciditur anaſtomum, hoc eſt recte; percuſſuram habet cathaceſim: Nam ſi anatharſim inciſa fuerit, non conuenit. Poſſet enim & aliquis neruorum in concauitate incidi, quoniam illa inter duos neruos ponitur, & ſi male inciſa fuerit, collectionem in altum facit, & ſaniem plurimam & ſpiſſam nutrit. *Hepatica* vena ab hepate habet principium, ponitur pene in extrema parte brachij ſuper neruum. Et ſi anatharſim inciſa fuerit non conuenit; quoniam ſi ipſe neruus inciſus fuerit, vt glandula tumor eſt, & humor vt carnium lotura exit, vel humorem mellicum, & neruorum contractionem, vel digitorum facit.

Phlebotomorum tria ſũt genera ſcilicet cephalicõ, meſon, hepaticon.

Vnde cephalica, meſõ & hepatica ducunt originẽ, & quomodo incidenda ſint.

Hals. vbi ſupra. Sit autem mediocris percuſſio, non lata, nec ſtricta, quia ſi lata fuerit, plurimum erumpet, & dilatabitur, ac ſolidari morabitur. Si vero ſtricta, ſanguis non exibit cum tota ſua ſubſtantia. Sed quod in eo ſubtile eſt ac tenue, & nonnunquam ex ea accidit apoſtema. Præterea ſi vena ſubtilis fuerit, in longum incidatur; ſi groſſa, in latum. Et ſi quidem is qui phlebotomatur puer eſt, aut puſillanimis, percuſſio parua fiat, & ſtricta, quo velocius conſolidetur vena.

Percuſſio venæ debet eſſe mediocris.

Auicenna vbi ſupra. Minutio ſtricta magis eſt virtutis conſeruatiua, ſed tamen interdum fluere ſanguinem facit ſubtilem & clarum, tenetque turbidum ac ſpiſſum. Ampla vero facilior eſt ad ſyncopim, & mundificando magis operatiua, atque tardior ad cõſolidandum. Hanc in hyeme dignius eſt facere, ne cõgeletur ſanguis, anguſtam autem in æſtate. Phlebotometur autem iacens ſupinus, vt eius conſeruetur virtus, & ne ſyncopis ei ſuperueniat.

Qui phlebotomatur debet ſupinus iacere.

Razi. vbi ſupra. Saluatellæ minutio ſic facienda eſt, vt manus in aqua calida teneatur, donec locus minuen-tus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Modus in cidendi ſalua-ellam.

nuendus infletur, & increſſetur, valdeque manifeſtus efficiatur. Deinde vero minuatur, & iterum in aquam calidam, mittatur, ne ſanguis in ore venæ minutę coaguletur, & exire prohibeatur. Cum autem ex ea manauerit quod volueris, parum olei & ſalis deſuper pone, ne vulnus cito claudatur. Quod etiam omni ramo debili, & minutione ſtricta oportet fieri, vt in forti citius, & in debili fiat tardius.

De Menſura phlebotomiæ.

CAP. *CXXXII.*

Phlebotomia regenda eſt ſecundum ætatem, ſeciũdum tempus, &c. & ordinarie offerẽda ſunt duæ libræ vel tres

EX libro de chirurgia. Phlebotomi operationes agitamus ſecundum cauſarum qualitatem, quæ ex conſtrictione vel præfocatione veniunt, ſicut multi auctores ſcripſerunt. Ad menſuram itaque phlebotomari oportet. Aliquibus auferimus ſecundum ætatem, aliquibus ſecundum immutationem coloris, alijs ſecundum tempus; aliquibus in pondere, alijs ſecundum vires, alijs per *lipothomiam*. *In pondere* ſecundum loca corporis quæ pondus patiuntur, vel dolore pulſantur propter abundantiam ſanguinis. Si leue pondus aut dolorem ſuſtinuerunt, vel motum, vel rupturam, aut vomitum; his ſanguis appendi debet vſque ad libras duas, & mediam; vel tres, ſecundum ætatem. Senioribus vero & pueris minus tollimus, libram ſcilicet vnam, aut mediam. Iuuenibus paulo amplius ſecundum vires; quemadmodum ſi tardauerit multum quis in ægritudine, vel nimia ſolutione ventris deſiccatus fuerit, nihil auferimus; vel ſi cibum non accepit, aut febres nimiæ fuerint. Sed ſi neceſſitas exegerit, 4. aut 5.

Si ſanguis exeat niger tollatur vſq; ad rubicundum &c.

Eſt tamen regenda & moderanda ſecundum tempus, propter nimiam æſtatẽ aut calorem intrantes; nã oportet vti phlebotomo vere & autumno, quia hęc duo tempora temperata ſunt, propter immutationẽ ſanguinis. Quod ſi exit niger, tollatur vſque ad rubicundum, ſi ſpiſſus & craſſus, vſque ad tenuitatem; ſi vero aquoſus, vſque ad craſſitudinem. *Secundum lipothomiam*, ideſt animi debilitatem, ſanguinem auferimus in paſſionibus ex plenitudine factis, vt in podagra, vel arthetica paſſione, tempore competenti, ideſt vere & autũno. Ideo vero contingit vt ex phlebotomia ſuperflua, mala fiant, quoniam emiſſio ſanguinis infrigidat corpus. Spiritus enim animalis à vicinitate caloris ſanguinis deſtitutus, aſcenſus facit ad cerebrum, & mala fiunt: hoc etiam fit ex phlegmate vel cholera concluſis in ſtomacho, & non habentibus exitum: aut ex cruditate cibi & potus, vel ex ſtomachi debilitate, vel plurima ſanguinis emiſſione: quoniam ſanguis proprius ſi tollatur nocet, alienus autẽ ſi tollatur, iuuat.

Phlebotomia ſuperflua eſt periculoſa.

Auicen. vbi ſupra. Ex multa minutione virtus debilitatur, & humores mali generantur, ad ſummum vero melius eſt, vt phlebotomiæ vices multæ ſint, quàm vt eius quantitas multa ſit. Phlebotomia quidẽ quæ non eſt neceſſaria, choleram rubeã ebullire facit, & poſt hoc linguæ ſiccitas aduenit, & ſimilia. Eſt igitur ſuccurrendum cum aqua hordei & ſaccharo. Ex dormitione propinqua phlebotomiæ, plerumque accidit in membris contractio. Balneatio quoque antequam minutio fiat, plerumque minutionem aggrauat: quia cutem incraſſat, eamque lenificat, & ad labendum aptat. Cum autem alicuius brachium poſt phlebotomiam apoſtematur, ex altero brachio minuatur, & ſuper ipſum emplaſtrum ex ceruſa ponatur, & ex fortiter infrigidantibus in circuitu fiat cataplaſma. Scito quòd qui multum ſudat repletionis cauſa, indiget phlebotomia.

Qui multũ ſudat poſt cibum indiget phlebotomia

De Periculis phlebotomię.

CAP. *CXXXIII.*

Ex erronea cephalica in-

RAzi. vbi ſupra. Accidit autem error magnus plerumque ex harum venarum inciſione. In cephalica namque, quando non vna tantum, ſed pluribus percuſſionibus vulneratur: vel quando foramen anguſtum exiſtens, cito clauditur: vel quando vehemẽter ex ligatura ſtringitur: vel quando fortiter mouetur: vel cum opus aliquod aut labor manu perficitur apoſtema fieri conſueuit: quæ tamen vena, ſi vna tantum inciſione aperiatur, omnibus alijs in minutione ſecurior erit. Cauendum eſt etiam ne percuſſio fiat in muſculis, ſed locus mollior inquiratur, & ibi percutiatur. Similiter cum ſub vena matrice neruus conſiſtat, videndum eſt vt extremitas lanceolæ, non ad eũ locum vbi neruus eſſe ſentitur, ſed ad partem ab ea remotam perducatur. Nam ſi ab ea neruus ipſe pungatur, poſt minutionem mollities, vel obdormitatio brachij accidit, quæ diu vel ſemper forſitan permanebit.

cisione gignitur nonnõquam apoſtema.

Cauendum eſt ne percuſſio neruum tangat aut muſculos illi' aperitur cephalica.

Sub baſilica quoque magna locatur arteria, quæ eſt ei vicina. Ideoque minutionem in ipſa conuenit cum maxima fieri cautela. Et ſi quidem non apparet, melius eſt vt aliquis ex ramis eius perquiratur & incidatur, ſicut eſt vena aſellata, & ſimiles. Quod ſi tãtum ex ipſa minutionem fieri volueris, primo quidẽ tactu, cognito pulſu, locus ſignetur: Deinde ligetur, & quanto magis poſſibile fuerit, loco ſignato elongetur percuſſio ad partem manus deſcendendo: Arteria namque quanto plus ad partem illam deſcendit, tanto magis profundatur, & à baſilica ſeparatur: quæ ſeparatio in cubiti curuatura incipit. Quod ſi ligato brachio, venæ locum inflari & eleuari conſpexeris, caue ne illam tetigeris. huiuſmodi enim inflatio non eſt niſi venæ tumor, & ipſius repletio: vnde ſi venam incideris, & ſanguinem ſubtilem ac rubeum cum ſaltu videris exire, ſcias eum ab arteria fluere: & ob hoc oportet eum reſtringere ac refrenare, partemque quæ ſuper locum eſt, fortiter ligare.

In apertione baſilicæ cauenda eſt arteria quæ ſubitus latet.

De Chirurgia quæ fit in carne, & primo de ventoſis.

CAP. *CXXXIIII.*

Chirurgia fit in carne tripliciter.

CHirurgia vero quæ in carne exhibetur, alia eſt amputatio, alia eſt inciſio, alia coquendi officium. Paſſiones autem in quibus vtimur his, aliæ ſunt quæ omnibus membris corporis accidunt ſub vna figura, & earum vna eſt cura: Aliæ vero in quibuſdam proprie membris inſunt ſine alijs: & earum cuiuſque cura diſſonans eſt à cura alterius. Illa quidẽ cura quæ ſimul eſt in omnibus membris, eſt vt ventoſa, & ſuperfluæ carnis abſciſſio, & inciſio nodationis & cancri, vlcerumque malorum, & clauorum, ac verrucarum, & ſagittarum eductio. Propria vero cuique mẽbro eſt, vt vngularum oculi remotio, ſuperfluæ carnis, quæ in naſo eſt amputatio, & aliæ huiuſmodi paſſionis curæ, quæ ſingulis membris ſunt propriæ.

Ventoſa valent in corporibus craſſis ſed apponi debent in plenilunio.

Auicen. vbi ſupra. Ventoſæ magis partem cutis mundificant quàm phlebotomia, & prius ſubtilem extrahunt ſanguinem quàm craſſum. Harum quidem iuuamentum eſt in corporibus groſſis & craſſis, groſſumque ſanguinem habentibus. Extrahunt autem cũ difficultate, & in membro ventoſato debilitatem efficiunt. Quidam eas in principio menſis non apponi præcipiunt, eo quod humores nondum moti ſunt, neque ebullierunt. Similiter nec in fine menſis, quia tũc imminuti ſunt: ſed in medio menſis, quando ſcilicet ebullientes ſunt humores', & in augmento ſui, augmentum luminis in corpore lunæ ſequentes: tunc enim augmentatur cerebrum, & carnes, & aqua in fluminibus acceſſionem ac receſſionem habentibus. Et earum autem horis in die melior eſt ſecunda & tertia. Sed cauendæ ſunt homini poſt balneum, niſi cinis ſanguinis fuerit groſſus: hic enim vna hora debet ſe balneare, poſtea ventoſas apponere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De Triplici ventoſarum vſu.

CAP. CXXXV.

Vtimur vẽ toſa tribus modis, ſcilicet

1 *Cum inciſione.*

HAli. *vbi ſupra.* Sitia, ideſt ventoſa tribus vtimur modis. Vno modo cum inciſione. Alio modo cum igne ſine inciſione. Tertio modo ſitia applicatur vacua. *Cum inciſione* fit aut in pueris paruis, quorum ætas phlebotomum non admittit; & hoc phlebotomiæ loco; cum ſcilicet eorum ex ſanguine fuerit paſſio. Aut in viris & in mulieribus, & hoc vt à mẽbrorũ profundo ſanguis malus extrahatur: ſimulque cum eo mali humores educantur. Et ſi quidem modicum ſanguinem oporteat extrahi, non profundam inciſionem conuenit fieri. Si vero multum, multa quoque fiat inciſio ac profunda. Item ſi tenuis fuerit ſanguis, inciſio in cute, & non profunda exhibeatur. Si vero craſſus, vſque ad profundam carnem deducatur. Si autem materia medium vtriuſque, craſſi ſcilicet & ſubtilis teneat, inciſio quoque temperata fiat: nec expedit vnquam in ſanguinis eductione modum excedere; hoc enim ſtomachum debilitat, & hepar deſtruit, ac refrigerat, colorem in croceum mutat, hydropiſim adducit, tremorem parit, cor debilitat, paralyſim ac morpheam albam generat, viſum quoque debilitat.

2 *Sine inciſione.*

Sine inciſione vero ſitia vacua pónitur, quando neceſſe eſt trãsferre materiam à loco ad locum; ſicut fit in calculis renum, aut ad exteriora trahere, aut quando propoſitum eſt ventoſitatem diſſoluere, ſicut fit in cholica ſuper doloris locum, aut cum oportet ſanguinem ad membrum aliquod attrahere, ſicut fit in ſtomacho; ſæpius enim opus eſt ad ipſũ attrahere ſanguinem vt calefiat. Vtimur etiam ea in quibuſdã membris, cum motum & non ſenſum amiſerunt, vt ad ea ſanguinem atttahamus, & calorem. *Porro* cum

3 *Cũ igne ſine inciſione.*

igne ſitia neceſſaria eſt, cum à profundo corporis ad exteriora educenda eſt materia, quæ in membris cuiuſquam interioribus generatur, vel cum aliunde ad membrum ægrotans influit, eamque fortiter ad exteriora educere neceſſitas incumbit. Et quandoquidem materia educenda amplior eſt, ignem quoque fortiorem eſſe conuenit.

Cauſa cur interdũ apponantur vẽtoſæ ſine ſcarificatione.

Auic. vbi ſupra. Ventoſæ ſine ſcarificatione quãdoque ponuntur, vt à parte ſui motus materia trahatur, ſicut quando mammillis ſupponuntur, vt curſus ſanguinis menſtrui retineatur; & quandoque ponuntur, vt apoſtema profundum ad exteriora trahatur, ſicque medicamentum ad ipſum perueniat. Quandoque vero requiruntur, vt ad aliud membrum ignobilius apoſtema mutetur. Quandoque vt membrum calefiat, & ſanguis ad ipſum trahatur, eiuſque ventoſitas reſoluatur: & quandoque vt ad ſuum naturalem locum vnde motũ eſt reducatur, ſicut fit in ruptura inguinis. Quandoque etiam vt dolor ſedetur, ſicut cum obilico, & in dolore cholico, & in ventoſitatibus ſuperponitur. *In ventoſis* autem cum ſcarificatione tria ſunt iuuamenta. Primum eſt euacuationis ex ipſo membro Secundum eſt repoſitionis ſubſtantiæ ſpiritus, ne ſcilicet euacuationem humoris qui educitur ſequendo, euacuetur. Tertiũ eſt, quia curatur vt ex principalibus membris fiat euacuatio. Scarificatio vero profunda eſt, vt ex profundo materia trahatur.

In ventoſis cum ſcarificatione tres ſunt vtilitates.

De Locis quibus applicanda ſunt.

CAP. CXXXVI.

Loca in quibus ponſolent ventoſæ, quidque in quouis loco operentur.

RAzi. *vbi ſupra.* Ventoſæ vero non niſi ex paruis venis, & in carne diſperſis, ſanguinem trahunt. Ideoque non vt minutio virtutem debilitant, licet corporis repletionem minuant. Loca vero in quibus ponſolent, hæc ſunt. Locus qui eſt inter cornua, & ille qui ſub mento, & ille qui inter duas ſpatulas: & etiam loca quæ in crurium pulpis & interioribus inueniuntur. Ventoſa quæ ponitur inter cornua, grauedini & vanitati corporis confert. Et ſanguis qui inde trahitur, faciem & caput & oculos alleuiat: grauitatique capitis, & doloribus qui in radicibus dentium fiunt auxiliatur, & fortaſſe quantum minutio in prædictis actionibus adiuuat. *Illa vero* quæ ſub mento ponitur, puſtulis paruis quæ in ore fiunt, ac dentibus nocent, & gingiuarum ægritudini: necnon & ſimilibus quæcunque fiunt in ore, remediatur. *Illa porro* quæ locatur inter ſcapulas, cordis tremori, qui eſt cum repletione & calore, valet. *At illa* quæ in cruris pulpa, vehementer repletionem minuit, & antiquis doloribus quæ fiunt in veſica, vel matrice, vel renibus confert. Menſtrua quoque prouocat, corpus tamen plerumque marceſcere facit: & ex ea ſyncopis accidere conſueuit; quibus autem apoſtemata ſolẽt accidere, remedium tribuit. *Sanguiſugæ* quoque, cum in locis ponuntur vbi eſt impetigo, vel ſahaphat: vel vulnus malum & antiquum, corpore flebothomia prius inanito, auxilium præbent.

Quid præſtẽt ſanguiſugæ.

Auic. vbi ſupra. Ventoſæ in cruribus propinqua ſũt minutioni, & mundificant ſanguinem, & prouocant meſtrua. Ventoſæ autẽ ſub mẽto poſitę, dentibus repleris & faciei proſũt, ac gutturi: caput & mãdibulas mundant, renibus autẽ ſuperpoſitæ conferũt, nec nõ apoſtematibus coxarum, earũque ſcabiei, & bothor, & podagræ, & hæmorrhoidibus, & elephantiæ. Ventoſitatibus quoque matricis, & pruritui dorſi. In anteriori parte coxarum poſitæ, teſticulorum apoſtematibus conferunt, & vulneribus coxarum & crurium, poſteriori vero parti ſuperpoſitæ, proſunt apoſtematibus, & exituris quæ in natibus fiunt. Denique ſuper nates poſitæ, trahunt à toto corpore, & à capite: Inteſtinis conferunt, & menſtruorum corruptionem ſanant, corpuſque per eas alleuiatur. Porro in occipite ſuperpoſitæ, obliuionem hæreditare faciunt, vt quidam dixerunt; quia poſterior pars capitis eſt locus conſeruationis memoriæ: quem ventoſæ debilitant. Cholericus poſt ventoſam comedere debet grana mali granati, vel lactucas in aceto &c.

Quid operẽtur ventoſæ in crutibus ſuo mento in coxa, ſuper nates &c.

De Cura vlcerum.

CAP. CXXXVII.

In cura vlcerum tria intenduntur.

INtentio medicandi ſolutionem continuitatis quæ in membris mollibus accidit, eſt trium principiorũ habere curam. *Primum* eſt materiam ex fiſſura curẽtem reſtringere ac retinere. *Secundum* ex fiſſuram cum medicinis & cibis conuenientibus conſolidare, & labia ſcilicet vlceris coniungendo & conglutinando. *Tertium* putrefactionem prohibere. Quod igitur ex vlcere mundum eſt exiccetur, & quod putridum, medicinis acutis corroſiuis conſumatur. Quæ ſi non profecerint, ignis neceſſe eſt adhibeatur. Omne quidem vlcus in loco carnoſo exiſtens, medicationi eſt inobediens: ſimiliter & rotundum.

Sunt nõnulla accidentia quæ impediũt ſanationem vlceris.

Præterea quædam ſunt accidentia ſanitatem vlceris prohibentia. Quorum *vnum* eſt complexionis membri malitia: & ideo debet rectificari. *Aliud* eſt malitia complexionis ſanguinis quæ ad ipſum venit, & ideo ſuccurrendum eſt generatione boni chimi. Itaque multitudini ſanguinis qui ad illud fluit, & ipſum corrumpit, ſubuenire oportet cum euacuatione, ac ſubtiliatione cibi, & faciendo vt exercitetur ſi poſſibile fuerit. *Tertium* eſt oſſis corruptio quod eſt ſub eo, cum ad ipſum ſanguinem tranſmittit. Huius curatio non eſt niſi oſſis illius melioratio, eiuſque fricatio, vel etiam inciſio.

Dieta vlcero ſi debet eſſe moderata.

Vlcera quoque nutrimento indigent, vt natura confortetur: & etiam minoratione nutrimenti, vt ſaniei materia reſtringatur. Inter hæc ergo duo contraria, diuerſitas exiſtit. Nam quia ſanitas procuratur, debilitatem neceſſe eſt cõfortare, quia vero ſanies multiplicatur, neceſſe eſt nutrimentũ prohibere. Medicus ergo de hoc ſolicitus debet eſſe, & medicinis quidem ſiccantibus ac ſtipticis, quę occultis vlceribus adhibentur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

adhibentur, medicinæ mundificantes ſunt admiſcendæ.

Emplaſtra etiam attractiua neceſſaria ſunt, quibus oſſium fruſtra, & res extraneæ carni infixę euellantur, quibus vlcus meliorari prohibetur. Omne autem vlcus quod poſtquam carne repletum eſt, & conſolidati debet, cito reuertitur, eſt in ſemita perueniendi ad fiſtulam. *Quando* vero caro corrupta, quæ ſuper mẽbrum eſt, remouenda eſt, melius quidem eſt vt ſine ferro fiat, ſi poſſibile fuerit: quia ferrum plerumque periculoſe tunicas mulſculorum & venarum pulſantium inuenit. Quod ſi hoc non profecerit, & corruptio iam in carne proceſſerit, neceſſe eſt vt ipſa incidatur, & vt locus inciſionis oleo feruente aduratur, hoc enim ſecuritatem ab acuitate malitiæ facit, ac ſanguinis exitus reſtringit, & naſcuntur inciſionis loco, caro & cutis, extranea quidem non proportionalis; ſed & res quæ carni magis diſſimilis, propter ſui duritiem exiſtit.

Caro corrupta quomodo ab vlcere amouenda.

B

De Cura vulnerum.

CAP. CXXXVIII.

Quædã vulnera ſola ligatione ſanantur, alia vero vtpote magna & profũda minime.

Razi. vbi ſupra. Vulnus cum paruum fuerit, poſſibile eſt vt eius labia, ſi ligata fuerint ab imo vſq; ad ſuperficiem, continuentur, nec alia curatione indigeant, niſi vt duarum aſelarum auxilio ſibi ſubueniatur, & ligatura quæ à duobus capitibus incipiat, ſtringatur. Æger quoq; penitus à repletione, vinoq; cuſtodiatur, & ne pilus vel vnguentum inter labia cadat obſeruetur; hæc enim continuationem fieri nõ permittunt. Si vero magnum & profundum fuerit vulnus, oportet vt cum medicinis quæ carnem continuant, ſanetur, & à phlegmone cuſtodiatur, pannum aceto, & aqua infuſum ſuperponendo, & epithematibus frigidis epithemando: præcipueque ſi calor & dolor ibi fuerint, aut ſanguis paucus ex eo manauerit; tunc enim infirmus ex parte contraria minuendus erit; & totum corpus, totumque regimen ipſius infrigidari oportebit.

C

Optima medicamina.

Ex lib. de chirurgia. Sicut autem varia ſunt & diſcreta vulnerum, eorumque medicaminum genera, ſic & ipſorum quoque vulnerum loca, & quaſi fundamenta diuerſa, vt craneum, caro, neruus, & os. Sed quæ in carne fiũt, per ſicca; quæ autẽ in neruo per humida curari oportet. Vulneribus autem fracti cranei ſagimen & oleum apponere non licet, ne panniculi quibus cerebrum inuoluitur, aliquo modo lædantur: Oleum namque putrefacit, & omnino cauendum eſt, ne qua putredo à ſuperioribus ad inferiora labatur. Si enim illorum panniculorum aliquis rumpatur, quantum vnius acus acumen eſt, hominem curari impoſſibile eſt, eo quod cerebrum putredine inficiatur. Cerebrum enim tantæ dignitatis exiſtit, vt ſi quantumlibet leuis infractio ei acciderit, continuo tota ſua incolumitate priuetur. Sciendum autem, quod ſi fruſtula oſſium in craneo, vel in quolibet vulnere extiterit: ipſum ſolidari non eſt poſſibile: niſi idem os putrefactum continuo extractum fuerit.

Si pãniculus cerebri vel minimũ rũpatur, impoſſibilis eſt curatio; vti etiam vulneris in quo fruſta oſſis includitur.

De Inciſione vulnerum.

CAP. CXXXIX.

Quodnam vulnus incidendum.

POrro ſi vulnus membrum perambulet, carnẽque corrodat, cito ſuccurrendum eſt, incidendo carnem quæ ibi eſt, aut cõburendo & deſtruendo, priuſquam multum dilatetur: deinde vero cum medicinis vulnerum ſanatiuis curetur. Medicamen quidẽ quod carnem generat, & receptia vulnera continuat, optimum eſt: vt olibani, aloes, ſarcacollæ, ſanguis draconis. Horum partes æquales terantur, ac vulneri ſuperponantur, ipſumque vulnus ligetur. Aſnen vero ſi teratur ſuper locum vbi eſt caro ſuperflua, confert ei. Cerotum quoque viride carnem corrodit, & vulnera ſanioſa mundat.

Aui. vbi ſupra. Qui autem plagam ſecari voluerit, oportet vt eius ſectio incedat ſecũdum rugarum collectionem quæ ſunt interius in illo membro, niſi ſit tale membrum, qualis eſt frons. Nam ſi procedat inciſio ſicut rugarum eius collectiones, incidetur frontis muſculus, & cadet ſupercilium. *Oportet* igitur vt ſector ſciat anatomiam neruorum, atque venarum, & arteriarum, ne erret, & incidat aliquid ex eis. Oportet etiam vt ſecum deferat multas ex medicinis ſanguinem reſtringentibus, & ex emplaſtris dolorem ſedantibus, & inſtrumentis ad hoc pertinentibus. Huiuſmodi ſunt medicina Galeni, & pili leporis, & araneę tela, & albumen oui, & ferramenta quibus aduſtio fit: hæc enim omnia ſanguinis fluxum prohibent, ſiue ipſius errore proueniat, ſiue non. Cũque perforauerit exituram, & quod in ea continetur extraxerit, non debet ei adhibere oleum, nec aquam, nec emplaſtrum in quo ſit oleum, neque ſepum ſuperabundans: immo ſicut emplaſtrum de calcanto, quod tũc ſcilicet cũ eo indigebit apponat, & ſpongiam infuſam in vino ſtiptico deſuper ponat.

Inciſio debet procedere ſecundum rugarum collectionem.

Medicina ſanguinem reſtringẽtes.

De Reſtrictione fluxus ſanguinis ex vulnere.

CAP. CXL.

Razi. vbi ſupra. Si autem ex vulnere tanta continuitati ſanguinis multitudo fluxerit, vt inde virtutis debilitas timeatur, membrum erigendum eſt ſurſum, taliterque locãdum, ne dolor in eo ſentiatur, poſt hoc leporis pili, cum oui albumine mixti, aloe & thure ac ſanguine draconis tritis iuuoluti, vulneri immittantur, aut ex araneæ tela vulnus repleatur. Sanguis præterea ſi cũ ſalru fluxerit, ex atteria inciſa exit: qui ſi vno modo egreditur, ex venæ eſt inciſione: quæ cum his quæ diximus ſanandæ ſunt & ligandæ Quod ſi propter hoc ſanguis non ſiſtitur, arteria vel vena incidenda eſt. Itaque cum vnciolo eleuata, ſi videri poterit, ſuſpendatur & extrahatur: deinde incidatur, & locus ex his quæ diximus repleatur. Quod ſi poſſibile non fuerit, vel medicinæ non contulerint, locus cauterio valde ignito ac rubeo comburatur: vbi ſummopere cauendum eſt ne ſuper neruum ponatur, de his præterea quæ ſanguinem reſtringunt eſt, vt aloe vel calcanto repleatur, atque ligetur.

Remedia ad reſtringendũ ſanguinem.

D

De ſuperflua carne dentium, & extractione molarium.

CAP. CXLI.

CArnis ſuperfluæ quæ in dentium lateribus oritur cura eſt, vt cum forcipibus illam ſuſpendas, & cũ phlebotomo incidas, emiſſionem quoque paruã, quæ variola dicitur, oportet cum phlebotomo findere, vel cũ ligno acuto, quatenus ab ea ſanies exeat, poſt hoc acetum ſorbitet & ſugat, aquamque & vini modicũ, & poſt hoc aquam roſarum & oleum roſarum, manequę aquam & mel, & locum digito comptimat. *Qui vero* molarem vult eruere, primum oportet carnẽ quæ in eius radicibus eſt paulatim incidere, donec ex ipſa nihil remaneat quod radici dẽtis adhæreat, tunc forcipes molari ſuperponat, ac ſuper vtrumque pedem illius fortiter comprimat, ipſumque molarem dextrorſum ac ſiniſtrorſum fortius concutiat, & ſic eum tota virtute abſtrahat. Qui ſi corroſus fuerit, loco corroſo panicum imprimere fortiter oportebit: quo facto mixtum ſępius acetum ſugatur, & ſic oleum roſarum loco cum bombace ſuperponatur. *Præterea* nonnunquam homini dens ſuperfluus innaſcitur, & tunc intuendum eſt, vt ſi in alterius dentis radice cum organo quod roſtro ſimile eſt auferatur, & ſi quid ſuperfuerit lima explanetur. Si vero non in alterius radice, ſed fundo nititur, cum forcipibus extrahatur. Porro ſi dentium quiſpiam iuſto maior fuerit, quod manifeſte turpe erit, oportet eum cum lima corrigi, & quod abundat tolli, quo cæteris æqualis fiat proportione competenti.

Modus eruẽdi molarem.

Modus eradicãdi dẽtem ſuperfluum, & corrigendi extuberantem.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Faciendis eunuchis.

Cap. CXLII.

HOminum abſcindere teſtes abominabile quidē eſt apud medicos, cum ars medicinæ ſit corporum extra naturalem habitudinem poſitorum in naturam reductio. Eunuchizare autem his contrarium eſt, quoniam à naturali habitudine ad extra naturalē transfert. Sed quoniam à medicis hoc exigunt Reges ac Principes, vt eunuchizent illis homines, dico quod eunuchizatio duobus modis fit. Vno modo cum contritione, altero cum amputatione. *Cum contritione ſic:* Puer paruus ſumitur, & in concha in qua ſit aqua calida ponitur; cumque teſtes emolliti fuerint, confricantur cum digitis fortiter quatenus diſſoluantur, & ſub tactu non appareant illa vero quæ cum amputatione fit, aut teſtium tantum eſt eductio, aut verendorum ſimul omnium amputatio.

Eunuchizatio duobus modis fit ſcilicet contritione & amputatione.

Teſtium eductio hoc modo fit: Qui eunuchizādus eſt alto ſuperponitur, eiuſque teſtium cutis cum manu ſiniſtra premitur, & teſtes ipſi ſimul deponūtur atque ligantur; poſtea cum organo acuto fiunt in longū ſuper cutem teſtium duæ riſſuræ, ſuper quemlibet vna, ſcilicet vſque ad ſifacem eorum porrectæ, ſicque teſticuli educuntur, nec aliquid præter ſifacem ſubtilem, qui vaſis ſupereſt ſpermatis dimittitur. Probatur autem hic modus magis quam ille qui fit cum contritione, quia qui conteruntur, nonnunquam coitum appetunt, eo quod aliquid ex teſtibus plerumque remanet in contritionis tēpore. *Amputatio* vero totius ita fit, teſtes & veretrum à radicibus ſimul fortiter apprehenduntur, ſicque totum à loco ligationis cum raſorio amputatur. Dehinc vero medicamina ſanguinē ſtringentia ſuperponūtur, vt aloes, ſarcocolla, ſanguis draconis, farina thuris, & faſcia ſtringuntur, vnguentaque deinceps adhibentur.

De Cauterijs.

Cap. CXLIII.

QVæ autem in coquendo ſit cura, locis quibuſdā in quibus humiditas mala ſuperabundat, eſt neceſſaria; quam ſcilicet humiditatem repellere nō ſufficiunt medicamina deſiccantia & adurentia, ob hoc ignem adhiberi oportet, cuius deſiccatio & aduſtio in fine eſt. Deſiccatio namque non eſt valida, niſi quæ in ſua complexione eſt calida & ſicca. Quantoque calor eſt fortior, tanto ſiccitas quoque robuſtior, vt eſt piperis, euforbij; vel aduſtionis, vt calcis, floris æris. Qui autem vtrunque in ſine cōplementi adiuuat, ignis eſt. Quæ vero neceſſariā habent huiuſmodi curā, ſunt immoderata putrefactio, & humiditas modū trāſgrediēs.

Immoderata putrefactio, vel humiditas, cauterizationem exigit.

Auic. in 1. can. Cauterizatio eſt medicamen iuuans ad prohibendum ne corruptio ſpargatur, & ad confortandum membrum cuius complexio rectificanda eſt, & ad reſoluēdum materias corruptas in membro retentas, & ad reſtringendum ſanguinis fluxum. Res autem qua fit cauterium melior eſt aurum; locus autem qui cauterizatur aut eſt manifeſtus, & ponitur ſuper illud cauterium ſenſibiliter; aut eſt profundus in membro interius, vt in naſo, vel ore, vel ano; & huiuſmodi forma tali indiget, vt ſic ad locū cauterium perueniat, ne in circuitu noceat, ſit ergo ſubtilius quam formæ vacuitas, ne lateribus eius obuiet. *Cauterizator* præterea ſibi caueat, ne fortitudo cauterizationis ad neruos vel ad chordas aut ligamenta perueniat. Et ſi quidem propter ſanguinem fluentem cauterizauerit, oportet vt cauterizatio fortis ſit, ita vt eiūs cruſta obtineat craſſitudinem ne cito cadat. Nā ſi ceciderit, deterius malum fit quam prius erat. Si vero propter carnem corruptam fit cauterium, erit ibi dolor, & fortaſſe neceſſariū erit cum carne cauterizari os quod eſt ſub ea, & ſupra ipſum morati donec tota corruptio deſtruatur. Cum ergo ſit ſuper craneum, ſubtiliter operandum eſt in ipſum, ita vt non ebulliat cerebrum, nec eius panniculi corrugentur.

Auro optime fit cauterium.

Quid cauendū in cauterizatione.

De Enemathe, & epithemate.

Cap. CXLIV.

ENema eſt nobile medicamen in expellendo ſuperfluitates ab inteſtinis, & in ſedando dolores renum, ac veſicæ, & apoſtemata ipſorum, & ægritudines cholicę, & in attrahendo ſuperfluitates à membris principalibus ſuperioribus. Quæ vero eis acuta ſunt, hepar debilitant, & ad febrem perducunt. hora clyſterizandi melior eſt, cum aer frigidus eſt, ne accidāt inde grauitas, & dolor, & æſtuatio, & nauſea. Balneum præterea fieri ſolet, vt ebulliant humores, atque ſpargantur. Clyſteris autem conditio eſt, vt aerem & humores retentos trahat; propter hoc ſecundū plurimū non eſt bonum, vt balneum enemati præmittatur.

Enema ſeu clyſterium eſt nobile medicamen ad ſuperfluitates extrahendas.

Epithemata ſunt ex medicinis bonis quæ ad ipſam ægritudinem perueniunt. Medicina quidem fortaſſe duas habebit virtutes, vnam ſubtiliatiuam, & alteram incraſſatiuam. Eritque maior neceſſitas ſubtiliatiuo, niſi quod inſpiſſatio temperat ſubtiliationem. Cūque enim fiet emplaſtrum ex ea, penetrabit ſubtilitas, & remanebit ſpiſſitudo. Et illa quidē quæ penetrat confert. Epithemata fiunt cum pannis; cumque membris principalibus ſuperponuntur, vt hepati & cordi, nec fuerit ibi quod prohibeat, ſerici panni ſuffumigati ex xiloaloe crudo, virtutibus epithematum odorem bonum tribuunt, quem membra principalia diligunt.

Virtus epithematum.

De Chirurgia quæ ſit in oſſibus.

Cap. CXLV.

HAli. *vbi ſupra.* Reſtat de oſſium cura, quibus accidunt multipliciter incōmoda, ideſt aut confractio, aut euulſio, aut debilitatio, aut contorſio. *Confractio* eſt continuationis ſeparatio. *Euulſio* eſt diſgregationis à ſuo loco remotio. *Debilitatio* eſt languor qui oſſi accidit ex percuſſione, vel caſu, vel confractione. *Diſtorſio* vero eſt diſgregationis à ſuo loco concuſſio. Horum igitur cura eſt exponēda, & quomodo liganda fracta, & reducenda euulſa; & qualiter huiuſmodi regendi ſunt infirmi.

Quatuor incōmoda accidunt oſſibus.

Razi. vbi ſupra. Qui opus chirurgiæ exercent, maxime ruſtici, ſtolidi ſunt & idiotæ, maiorque pars caſualiter operatur, quia raro qui librum huius doctrinæ legerit, aut qui eam à magiſtro literato didicerit, aliquis eorum inuenitur. Itaque præcipiunt, vt qui fracturam, aut diſlocationem carnis, aut contuſionem perpeſſus fuerit, cum halchabes, & haſahat, & ex aſſata carne in veru vel in prunis nutriatur, & vinum bibat, cum nihil citius hoc regimine phlegmonis generationem afferat. *Oportet* igitur cum prædictorum aliquid acciderit alicui, regimē per dies aliquot ſubtiliari, qui etiā ſi fortis extiterit, venter eius erit ſoluendus, & ipſe ſimiliter minuendus; vt ſecurus ſit quod ad locum materia non fluat, quæ magnum apoſtema, putrefactionemque generare poſſit. Poſt hoc æger ſi quidem diſlocationem, vel carnis cōtuſionē habuerit, ad regimen conſuetum reuertatur; fracturam enim ſi patiatur, viſcoſitas & groſſities eius ſanguini addēdę sūt, vt natura paratā habeat materiā ex qua potus fracturę generetur. Ex his autē quæ hoc operantur eſt frumētū adeo coctum vt quaſi plus videatur, capita quoque & pedes animaliū, ventres vaccarum, oua, piſi, piſceſque recentes, & ſimilia his in quibus eſt viſcoſitas & groſſities. Ex his ergo comedere debet, vinumque bibere craſſum, vt ex his fractura melius ac citius ligari poſſit. In principio tamē olera frigida, auiū hœdorūque carnem comedat, & à vino penitus abſtineat.

Regimē habentis os diſſociatum vel contuſum &c.

Vulnerati in principio debēt penitus à vino abſtinere, & viſcoſa & craſſa comedere in fine.

Cum autē iunctura dolet, in qua non eſt diſlocatio, non oportet vt prematur & diſtendatur aliquo modo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut præfati ruſtici loca debilia rectificãt & diſtẽdũt. Vbi etiam magnũ ſonitũ facere nituntur, vt à vulgo bene operari putẽtur. Plerunque etiam cum in membro fuerit dolor, in eo fracturam aut diſlocationẽ eſſe mentiuntur. Sed vtriuſque cauſa adeo patet, quod occultari non valet. Contorquetur enim ex his membris figura, & cutis ex vna parte gibboſa fit, ex altera concaua. In fractura quoque vbi ſit nimia, crepitãtis oſſis ſonum percipies, ſi manu ipſum attrectes. Cũ igitur in loco dolenti defuerint hæc ſigna, non eſt ibi niſi vel carnis contuſio, vel fractura minima. Itaq; nullatenus diſtendenda eſt, nec motio faciẽda; quia maior inde fieret anguſtia; ſed locus palpando vngatur, & poſtea ſuauiter ligetur, vt nec dolor inde ſequatur. Nihil enim plus phlegmonem affert quam dolor; vnde & cum diſtendere ac rectificare opus fuerit, oportet hæc ita leuiſſimè fieri, vt dolor quantominus poſſibile eſt ſentiatur.

De Fractura oſſium conſolidanda.

CAP. *CXLVI.*

Curatio oſſis fracti ſine ruptura carnis.

EX libro de chirurgia. Chirurgiæ notitia maxime in oſſibus eſt neceſſaria. Aliquando quidem rumpuntur oſſa, aliquando de propria, ſecundum diuerſitatem membrorum, exeunt iunctura. *Si os* fractum eſt ſine carnis ruptura, vt in brachio contingit, in humero, in crure, & in coxa; membrum in quo eſt, ex vtraque parte ſumptum, debet leuiter extendi, manibuſque comprimi, deinde longo & conſtricto panno ligari, ac deſuper ſubtiles ferulas cum licinio conuenit imponi, ſicque vſque ad tertiũ diẽ ligatũ teneri; deinde aqua calida cũ medicaminibus cõgruis fomentari.

Curatio eiuſdẽ cũ carnis fractura.

Si vero cum carnis ruptura fractum ſit, ita curandũ eſt, vt vbi vulnus eſt ferula careat, ne impreſſione ſui nocumentum inferat. Fomentari quoque non debet, quouſque vulnus conſolidetur, & tunc ex omnibus partibus ſuis fomentetur. In infantia quidem nouiter genita, vſque ad 8. diem vel 9. conſolidabitur. In dẽtium plantatiua vſque ad 12. vel 16. In puerĩtia 18. vel 24. In adoleſcentia 30. vel 35. In iuuentute 40. vel 45. In ſenectute 50. vel 55. Ætas enim nouiter genita, citius cæteris conſolidatur, propter humidam teneritatem dentium quoque plantatiua, citĩus quam puericia, & ſic de cæteris propter eandem cauſam. In ſenio vero vix aut nunquã conſolidatur, vel quia ipſi alimẽto calor deficit, vel quia deficiente humoroſitate naturali; deficit materia: vnde conglutinatio ſequi non valet. *Oſſa* vero fracta nunquã conſolidari poſſunt, ſed quadam materia ex alimento ipſius oſſis ſuperueniẽte quaſi gumma efficitur, vnde conglutinationis cõplementum ſubſequitur. *Sunt autem* oſſiũ fracturæ quẽdã periculoſæ, nam crure, trium vnciarum, tam à ſuperiore, quam ab inferiori, fracto ſpatio, vel ſupra pedis nodum eadem menſura, mors à chirurgicis enunciatur, eo quod ibi habetur medulla, qua exeũte mors ſequitur. Aliquando autem os de propria exit iunctura, vt in collo, mandibula, humero, cubito, & manus iũctura, ſcia, patella, ac pedis nodo, tunc eſt adhibẽda curatio. Oſſa enim omnia fracta curantur, & euulſa ad ſua loca reuocãtur. Dẽtes autẽ nullo modo. Labia quoque noſtra venoſa ſunt, & aſſidue mouentur; quibus ſi cãcer fit, vix aut nunquam curantur; & ſi curentur, caro nunquam reſtauratur. Idem quoque de naribus.

Ex quibus oſſibus fractis ſequatur mors.

Dẽtes fracti aut euulſi non poſſunt reſtaurari, nec caro labiorũ cancro conſumpta.

De Alligatione eiuſdem.

CAP. CXLVII.

Modus ligãdi vulnera.

RAzi. vbi ſupra. Ligationis quoque menſura talis ſit, vt nullum ægro dolorem niſi paruiſſimum inferat, nec adeo relaxata ſit, vt eã nullatenus ſentiat. Huiuſmodi principiũ deceptores in ſanis locis faciunt, vbi ligando multum conſtringunt, denique relaxãdo ad infirmum locum deſcẽdunt. Sed hic ligaturæ modus peſſimus, quia ſanguis à duabus partibus compreſſus, ad infirma loca tranſmittitur, indeque illica poſtemata & vulnera generantur. *Oportet* autem vt locus fracturæ tribus faſcijs aut quatuor cingatur, quarum prima ſuper locum infirmum ponatur, & ita vt ſanæ partis maximam quantitatem teneat protendatur; hæc ad ſuperiorem partem tendat, & ſuper locum infirmum fortius cingat, à quo cum ſeparari cæperit, ſuauiter relaxari incipiat: Et quanto plus elongatur, tãto magis lenta fiat *poſt hoc* alia ſuperponatur eidẽ loco, quæ ad inferiorem partem tendat deſcendendo. Inter has autem ligaturas aſſerculæ locandæ ſunt, per quas membrum rectificetur, ne gibboſitas aut concauitas aliqua fiat. *Deinde* totum hoc ſuauiter etiã tertia faſcia cingẽdũ eſt, cuius inuolutiones vbique æquales eſſe oportet, & hæc omnia deſuper filis ligentur; nec frequenter niſi ſit ibi phlegmõ, vel ardor, vel dolor, aut pruritus, ligatura diſſoluatur; quia quãto tardius diſſoluetur, tãto ad ſolidãdum aptior erit. Si vero phlegmonis initium, aut dolor fortis ex ligatura acciderit, & caro quæ ſub illa eſt rubea fiat, & impleatur ſanguine, illico diſſoluenda eſt, & eius cõſtrictio relaxãda. Quod ſi pruritum fortem atque nocibilem illic præſenſerit, diſſoluatur, & locus aqua calidiori infundatur, donec pruritus ſedetur. Denique quando fractura conſolidata fuerit, & neceſſe fuerit vt caro fracturæ ſuperpoſita conſolidetur, oportebit etiã tunc vt ligatura paulatim diſſoluatur, & dicta augmentetur.

Ligatio fieri debet tribus faſcijs.

Ligaturæ quando ſoluenda.

De Rectificatione eiuſdem.

CAP. *CXLVIII.*

FRacturæ vero in quibus ſũt oſſium partes aſſercuſimiles, quæ cutem nõ fregerunt. ſed vehementer ſtimulent, rectificandæ ſunt, eas quãto magis poſſibile eſt vngendo, leuiterque ligando. Quod ſi ſtimulauerint, ac vehementem dolorem intulerint, ligandæ non ſunt, alioquin apoſtemata & putrefactionem in oſſe toto generabunt. Locus itaque findendus, & ſi aſſerculæ ab oſſe ſeparatæ ſunt, extrahendæ erunt. Si vero ſeparatæ nõ fuerint, extremitas earum acuta ſtimulans ſecanda erit cum ferro, deinde vero cum medicinis curanda. Oportet etiam vt diſlocationes cum acciderint ad locum propriũ illico reducãtur, antequã ibi naſcentia fieri incipiat; alioquin nunquã reducentur. Nã ſi dum taliter fuerint diſtendatur, ægroto plerunque accidet ſpaſmus, plerunque vero poſt fracturę rectificationẽ, vel diſlocationẽ ad locũ ſuũ reductionem, duities & cõſtrictio membris remanere conſueuerunt, quæ multoties nociuæ ſunt, motum membri prohibentes; & hoc proprie accidit cũ prædicta iuxta iunctuã fuerint. has autẽ oleũ & aqua calida, cũ ſcilicet locus multoties manib⁹ fricatus, & aqua calida per fiſtulã ab alto defluens loco, ſuperfuſa fuerit; & adipes ac medullæ cum ex eis emplaſtrum fit, mollificant.

Quomodo oſſa fracta ſunt curãda, & diſſociata reducenda, duritieſque inde ſequens mollificãda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

De Scientia medicinæ Theoricæ, & inuentoribus eius.

CAP. I.

VECTOR. Post scientias sermocinales, & practicas, & mechanicas, tandem accedendum est ad theoticas. Et quoniam inter mechanicas vltimo loco dictum est de medicina, quantum ad illam eius partem quæ cõsistit in operatione manuũ, vt sequentia præcedentibus cõgruenter adhæreãt; Nunc etiam in prosecutione theoticarum, à medicina incipiendum est, quantum ad illam partem quę consistit in speculatione causarum, atque morborum. Nam & hæc ipsa videtur esse potissima naturalis philosophiæ pars, quia de tota fere hominis natura plenissime disserit, quæ est omnium creaturarum dignissima, atque nobilissima.

Quænam medicinæ inuentores.

Isi. in li. ety. 4. Huius artis inuẽtor apud Græcos (vt fertur) Apollo fuit, quam filius eius Esculapius laude vel opere amplauit. Qui postquam ictu fulminis interijt, interdicta medendi cura fertur, & ars ipsa per annos fere quingentos latuit. Tunc eam Hippocrates in lucem reuocauit. *Hi itaque* tres viri totidem huius artis hæreses inuenerunt. *Prima* Methodica inuẽta est ab Apolline, quæ remedia sectatur, & carmina. *Secunda* Empyrica. ideſt experiẽtissima ab Esculapio, quæ non indiciorũ signis, sed solis constat experimentis. *Tertia* Logica, ideſt rationalis ab Hippocrate, qui discussis ætatum ac regionum vel ægritudinum qualitatibus artis curam rationabiliter perscrutatus est. Itaque Methodici nec elementorum rationem obseruant, nec tempora, nec ætates, nec causas, sed solas morborum substantias. Empyrici solam sectantur experientiam. Logici vero adiungunt experientiæ rationem.

Tres sunt medicorũ sectæ à tribus medicinæ inuentoribus.

Cur inter liberales artes non numeretur.

CAP. II.

QVæritur autem à quibusdam, quare inter cæteras liberales disciplinas, medicinæ ars non contineatur. propter hoc scilicet, quia illę singulares cõtinent causas ista vero omnium. Nam & grammaticam medicus scire debet. vt intelligere vel exponere possit quæ legit. Similiter Rhetoricam, vt veracibus argumentis valeat diffinire quę tractat; necnõ & Dialecticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas, atque tractandas. Sic & Arithmeticam. propter numerum horarum, in accessionibus & periodis dierum. Non aliter & Geometriam, propter qualitates regionum, & locorum situs, in quibus deceat quid cuique obseruari oporteat. Porro musica incognita illi non erit. Nam multa sunt quæ in ægris hominibus per hanc disciplinam facta leguntur; sicut de Dauid legitur, qui à spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneticum quendam per symphoniam, pristinæ sanitati restituit. Postremo & Astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum, & murationes temporum. Nam sicut ait quidam medicorum. Cum ipsorum, scilicet astrorum & temporum qualitatibus, & nostra corpora commurantur. Hinc est quod medicina, secunda philosophia dicitur; vtraque enim disciplina totum hominem vẽdicat tibi. Nã sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

Ideo medicina non est ars liberalis, quia omniũ causas continet.

Medicina cur secunda philosophia dicatur.

De partibus medicinæ secundum quosdam.

CAP. III.

EX *Isagogis Hippocratis*. Partes medicinæ sunt tres. Phisica, qua naturæ corporum, & naturales operationes cognoscuntur. Pathognomica, qua quæ contra naturam fiunt vitia, comprehenduntur. Terapentica, qua eadem vitia curantur. Pathognomica diuiditur in duas partes, scilicet in spectionalem, & causalem. Causarum autem quædã sunt manifestæ

Medicinæ tres sunt partes quæ rursum variè diuiduntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

manifeſtæ, ſcilicet quæ ſenſibus comprehenduntur, A vt quæ fiunt cultro, vel igne, vel lapide, vel ludo: quædam vero occultæ, vt penuria, abundantia, corruptela. Item cauſarum quædam ſunt vitia, vel res alias cõtinentes; quædam etiam ſimul agentes; quædam vero concauſales, ſcilicet nihil per ſe, ſed cum alijs agentes. Inſpicienda eſt itaque hominis natura, vitij cauſa, tẽpus, locus, ætas, & ars. Therapentica diuiditur in tres, ſcilicet dieticam, chirurgicam, & quæ per diuerſam medicinam conſtat. Dieta eſt artificioſa factitatio victus, & datio in medicina, per additamenta & detractiones vel immutationes, quæ plurimum tribuit effectum.

Medicina Theorica in ſex conſiſtit.

Papias. Medicina alia theorica, alia practica. *Theorica* quæ & phiſiologica, in vj. conſtat. In humoribus, vt ſunt calidum, frigidum, ſiccum, humidum. In B virtutibus, vt eſt animalis in cerebro, vitalis in corde, nutribilis in corpore. In elementis, vt ignis, aqua, terrea, aer. In membris, vt oſſa, venæ, & huiuſmodi. In naturis, vt de herbis & medicaminibus. In perfectione, vt in artibus. *Practica* vero diuiditur in dietam, vt nutrire infantes, moderari ſenes, homines reparari poſt ægritudines. Et in curam, vt in medicaminibus, quæ deintus accipiuntur, & per os, vel meatum, vel deforis ponuntur. Et in chirurgicam, vt ſecare, vel incendere.

Practica diuiditur in dietam, & curam, & chirurgiam.

Virtutes aliæ pertinent ad animam, aliæ ad naturã. Ad animam pertinentes, aliæ principales, vt quæ fantaſitas, ideſt figuras omnium intellectu percipiunt, & memoria retinent quæ audiunt vel vident. *Aliæ* ſenſuales, vt quæ quandoque ſenſibus inſunt. *Aliæ* C morales, quę per neruos fluunt; & corpus contrahere, & circumferre, aut extendere poſſunt. Naturæ animi virtutes partiuntur in duo; in nutribilem & vitalem. nutribilis in 4. Vna quę trahit, altera quæ tenet, tertia quæ digerit, quarta quæ impellit. Vitalis virtus habet ſubiacentes pulſus arteriarum, quæ quando aperiuntur extrahunt illi aera, & expellunt fumum.

Virtutes aliæ anima, aliæ natura.

Aliter de eodem ſecundum Auicennam.

Cap. IV.

Auicenna, lib. 3. Medicina eſt ſcientia, qua corporis humani diſpoſitiones noſcuntur, ex parte qua ſanatur, & à ſanitate remouetur vt ipſa ſanitas habita conſeruetur, & amiſſa recuperetur. Hęc diuidi poteſt D in theoricam & practicam. Non quod vna pars diuiſionis ſit ſcire, & altera operari; nulla enim earum eſt niſi ſcientia, ſed vna earum eſt ad ſcienda principia, & altera ad ſciendam operandi qualitatem. Quoniã cuiuſque rei ſcientia cauſas habentis non acquiritur, neque completur, niſi per ſui cauſas ſciatur. Oportet & in medicina ſcire ſanitatis & ægritudinis cauſas. Inſuper etiam & accidentia earum; quia tam ipſæ quã earum cauſæ plerunque quidem manifeſtę ſunt, & plerunque occultæ, nec niſi per ſignificationes accidentium comprehenduntur.

Quid medicina & quotuplex.

Medicina practica eſt etiam ſciẽtia licet non cõſideret principia ſed operandi qualitatem.

Cauſæ medicinæ materiales.

Cauſæ quidem ſpeciales quatuor ſunt, materiales duo ſubiecta, propinquum ſcilicet & longinquum. Propinquum, membrum & ſpiritus; Lõginquum autem humores, & longinquiora ſunt eis elementa. Et hæc duo ſubiecta ſunt ſecundum compoſitionem, licet ſint & cum alteratione. *Efficientes* ſunt cauſæ permutantes & conſeruantes humani corporis diſpoſitiones, ſicut ſunt aer, cibus, & potus; euacuatio & retentio, regiones & loca habitabilia, & quę continuantur eis. Præterea motus & quies, corporales & animales, ſomnus & vigiliæ. Alteratio quoque in ætatibus, & diuerſitas in eis, & in generibus, & in artibus, & in moribus, & in rebus, quæ humano corpori ſubueniũt, ipſum tangentibus, ſiue ſint contra naturam, ſiue non. *Formales* cauſæ ſunt cõplexiones, & virtutes, quæ poſt eas eueniunt, & compoſitiones. *Finales* vero cauſæ ſũt operationes, in quarum ſciẽtia eſt proculdubio ſciẽtia virtutũ, & ſcientia ſpirituũ, quæ ſunt virtutũ ſubiecta.

Efficientes.

Formales.

Finales.

Igitur medicina tractat de elementis & cõplexionibus & humoribus; de membris ſimplicibus & cõpoſitis. De ſpiritibus, & eorum virtutibus naturalibus, & animalibus. De operationibus, & diſpoſitionibus corporis, ſanitate ſcilicet & ægritudine, & medio, & cauſis earum, ſcilicet ex cibo & potu & aere, ac cæteris ſupradictis. De regimine quoque cum comeſtionibus, & potibus, & medicinis, & manualibus operationibus, ad ſanitatem conſeruandam, & ægritudinem qualitatibus medicandam.

De quibus rebus agit medicina.

Item aliter iuxta Conſtantinum.

Cap. V.

Conſtantinus vbi ſupra. Medicinæ diuiſio multiplex eſt. Sed mihi cæterisque philoſophis, hæc omnibus melior eſſe videtur. Medicina omnis aut eſt theorica, aut practica. *Theorica eſt perfecta ſcientia rerum ſolo intellectu capiendarum, ſubiecta memoria operandum rerum. Practica eſt ſubiectam monſtrare theoricam in propatulo ſenſuum, & in operatione manuũ, ſecundum theorica præeuntis intellectum.* Theorica diuiditur in tres partes, ſcilicet in rerum naturalium ſcientiam, & non naturaliũ, & eorũ quæ ſunt extra naturã. *Res naturalis* eſt in rebus animatis de terra procedentibus, & in corporibus, ſenſibilibus, ſcilicet vel inſenſibilibus, ad conſtruere vel deſtruere pertinentibus. Huius 7. ſunt partes, ſcilicet elementa, complexiones, humores, mẽbra, virtutes, actiones, ſpiritus. Horũ tria ſenſibilibus & inſenſibilibus communia ſunt, ſcilicet elemẽta, cõplexiones, actiones. Quatuor vero reliqua ſenſibilium ſunt propria. His autem 7 quidam Philoſophi 4. admiſcent, ſcilicet ætates, colores, figuras, maris & fæminæ differentias. Sed hæc cõplexionibus attinere videntur. *Cauſæ* vero nõ naturales ſunt ſex, ſcilicet aer circũdans, motus & quies, cibus & potus, sõnus & vigiliæ, inanitio & continentia, animæque accidentia. *Quæ vero* ſunt extra, diuiduntur in tria, ſcilicet in morbum, & morbi cauſas, & ſignificationum morbi accidentia.

Quid medicina theorica, & practica.

Theorica triplex.

Practica diuiditur in duo, ſcilicet in cuſtodiam ſanitatis, & curationem ægritudinis. Cuſtodia ſanitatis in tria, ſcilicet in cuſtodiam ſanitatis corporum, in ſanitate inſtabilium, & in cuſtodiam ad ſanitatem iam tranſeuntium, & in cuſtod am fragiliũ, vt infantiũ, ſenum, & ægritudinem exeuntium. Curatio ęgritudinis dupliciter fit, aut cũ potione & dieta, aut cũ chirurgia. Chirurgia iterum dupliciter, ſcilicet aut in carne incidẽda, findẽda, ſuenda, coquẽda: Aut in oſſiũ fractura, & hæc ad locum proprium, ſi exierint, reducendo.

Practica duplex.

De Elementis.

Cap. VI.

Philoſophi diffiniunt *elementum eſſe ſimplam minimamque compoſiti corporis particulam.* Simplam autem eſſe dicimus, quæ cum eadem ſit in eſſentia, ſimilis eſt in partibus, vt ignis, aer &c. Sunt tamen quædam viſu ſimpla, & intellectu compoſita; vt lapides, metalla, & ſimilia. Itaque philoſophi videntes prædicta quatuor intellectu ſimpla, & omnia corpora conſtructioni atque deſtructioni obnoxia ex eis eſſe cõpoſita, vt lapides, metallaque, & ſimilia; vocauerunt ea prima elementa, poſteriora vero, ſecũda & tertia. Vnde quædam vocantur vniuerſalia, ſcilicet ex quibus multa & diuerſa componuntur corpora, quædam particularia, quæ ſcilicet vnicuique corpori inde compoſito ſunt propria; quædam vero media; quædam ex vniuerſalibus & particularibus ſubſiſtentia, vt quatuor humores. Ad comparationem enim elementorum ſimplicium ſunt compoſiti, ſimplices autem ad membra comparati. Ideoque iure dicuntur medij

Quid elementum.

Quædam elemẽta dicũtur prima, quædã ſecũda & tertia; item quædã vniuerſalia, quædã particularia, quædam media.

Sed de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Omnia corpora componuntur ex primis quatuor elementis, quia in ea resoluuntur.

Sed de primis & vniuersalibus ad præsens intendimus loqui: Nam omne corpus animatum siue inanimatum, ex quatuor elementis componitur, quod etiã ex destructione confirmatur; quia quodcunque destruitur, ad hæc quatuor necesse est reuertatur. Verbi gratia: In animalibus morientibus, primus calor perditus redit ad ignem, spiritus ad aerem, humores ad aquam, caro & ossa ad terram: similiter in arboribus. Elementa ergo nunquam ex toto destruuntur; quia destructis his quæ ab ipsis conficiuntur, ad suum principium particulatim reuertuntur, & idcirco dignè elementa vocantur.

Quid elemẽtum.

Aui. de medicina. li. 1. Elementa sunt corpora primũ omnium corporum principia, quæ in corpora diuersarum formarum diuidi minime possunt, ex quorum commixtione diuersæ species consurgunt. Horum duo sunt grauia, scilicet terra & aqua, duo vero leuia, scilicet ignis & aer. Et in animalis corpore, duo quidem grauia plus iuuant ad membrorum grauationem, & eorum quietem. Duo vero leuia plus ad generationem spirituum, & motionem eorum ad mouendum membra, licet motio non sit nisi ab anima.

Elemẽta duo sunt grauia & duo leuia.

De quatuor qualitatibus.

CAP. VII.

Quænã partes in corpore calidiores.

QVod autem in corpore calidius est, spiritus est, & cor à quo procedit; deinde sanguis licet in hepate generetur, quia cum corde continuus existit, & ideo plus ab eo caloris acquirit quam hepar habeat; postea vero hepar, quod est sicut sanguis coagulatus; post hæc autem caro, deinde musculi, postea splen; post renes; post hæc arteriarum tunicæ, venarumque pulsatilium: postea vero cutis, volæ temperatæ. *Frigidius* autem quod est in corpore phlegma est, postea pili, deinde os, postea cartilago, postea ligamentum, post chorda, post panniculus, post neruus, post nucha post cerebrum, post adeps, post pinguedo, post cutis *Humidius* vero quod est in corpore phlegma est, post sanguis, post pinguedo, post adeps, post cerebrũ, post nucha, post caro mamillarum & testiculorũ, post pulmo, post hepar, post renes, post lingua, post musculus, post cutis. Hoc ordine Galenus ea disposuit.

Quænã frigidiores.

Quænã humidiores.

Quænã sicciores.

Res autẽ siccior in hominis corpore sunt pili; quia sunt ex vapore fumoso (resolutum enim fuit quod in eodem vapore mixtum erat, & manet pura fumositas congelata) postea vero os: Omnibus enim membris durius est, humidius tamen pilis; quia eius generatio est ex sanguine, cuius situs est siccus, qui humores naturales exiccat, locatus in eis. Quapropter os multa nutrit animalia, pili vero nullum; aut valde rarum, sicut ęstimant quidam quod vespertiliones eos digerãt, & in eis delectentur. Nos autem cum duas partes ossis & pilorum æquales in pondere assumpserimus, & eas in cucurbita, alẽbico superpositio distillauerimus, egredietur ex osse plus aquæ & plus olei, & remanebit minus fæcis: Os ergo pilo est humidius: Post os autem in siccitate est cartilago, postea ligamentum, post corda, post panniculus, post arteriæ, post venæ, post nerui sensus, postea vero cutis.

Os est pilo humidius.

De complexionibus.

CAP. VIII.

Quid complexio.

Complexio est qualitas proueniens ex actione inuicem & passionem contrariarum qualitatum in elementis inuentarum, quorum partes ad paruitatem redacta sunt. Hæ qualitates sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Deus autem, cuique animali, & cuique membro donauit ex complexione, quod eius actionibus & dispositionibus melius conuenit, & hoc certificare Philosophi est, & non Medici, donauit homini cõplexionem temperatiorem quam in hoc mundo esse possibile est, cum virtutum suarum cõuenientia quibus agit & patitur; & vnicuique membro dedit de complexione quod meretur. Posuit ergo quædam ex membris calidiora, quædam frigidiora, quædã humidiora, quædam ficciora.

Quatuor qualitates prime.

Deus dedit homini complexionẽ tẽperatissimã.

Constantinus vbi supra. Complexio dicitur, quæ ex quatuor elementorum commixtione conficitur. Si ergo corpus in quantitate elementarium partium æquale sit, temperatum erit. Sed si ignea superet, calidum est; si aerea humidum; si aquosa, aquosum; si terrea, siccũ; si ignea & aerea, calidum & humidum: Si aquosa & aerea, frigidum & humidum. Si aquosa & terrea, frigidum & siccum. Sunt igitur nouem complexiones, scilicet vna æqualis, & 8. inæquales, quarum quatuor simplices sunt, & quatuor compositæ.

Cõplexiones sunt nouem vna æqualis, quatuor simplices & quatuor cõposita.

De varietate complexionum in membris.

CAP. IX.

COmplexio corporum comprehenditur ex singulorum complexione membrorum. Hanc autem discernere non poteris, nisi naturas eorum secundum quod oportet esse cognoueris. Verbi gratia, cerebrum frigidum necesse est esse, ad rationis capacitatem, & memoriæ. Cor calidum, quia vitæ, caloriscque naturalis est, fundamentum. Hepar calidum & humidum, quia virtutis digestiuæ caput est & principium. Ossa dura & sicca, quia frigiditas totius corporis est super ea fundata. Similiter alijs membris inest vis quædam naturalis, secundum quod necesse est singulis. Quædam autem membra temperata sunt, vt cutis: quia operimentum est & defensio omnium membrorũ corporis, ab exteriori scilicet passione, vel calore, frigore, incisione, vel cõfixione. Receptrix etiam est humorũ à natura de interioribus membris expulsorum. Ideoque tẽperata dicitur: quia mẽbra temperata, qualibet qualitate adueniente cõtraria, non ilico mutantur, & si mutantur ad proprias naturas cito reuertuntur. Est autem temperatissima cutis in manuum volis: & hoc propter tactum, scilicet vt discernere possit inter lene & asperum. *Quædam* vero membra intemperata sunt in maiori gradu: Alia in minori, alia in mediocri. *Calidissima* sunt, vt cor præ omnibus membris corporis, quia inde calor ad omnia membra procedit. Hepar quoque calidum, minus tamen quam cor, vt cito digerat, post hęc duo calida est simplex caro, minus vero lacerti, propter neruorũ cõmixtionem. Deinde splẽ, quia ibi fęces sanguinis colliguntur: postea renes, parum sanguinis habentes; post hos venę & arteriæ, quæ quantũ ad naturã sui frigidæ sunt, sed tamen calescũt, quia vasa sanguinis sunt. *Omnibus* autẽ mẽbris pili sunt frigidiores, post hos ossa, post quæ cartilago, deinde ligamenta, panniculi, chordæ, nerui, medullæ spondiliũ, & cerebrum, in vltimis, autẽ pinguedo. Vniuersaliter quidẽ membra sanguinẽ habentia calida sunt, carentia vero frigida. *Humidissima* sunt mẽbra pinguia, secũdo cerebrũ, tertio medulla spõdiliũ, quarto vbera, quinto testiculi, & substãtia pulmonis, hepar, splen, renes, lacerti. *Sicca* sunt pili, secũdo ossa, tertio loco cartilaginosa, quarto ligamẽta, quinto cor, sexto pãniculi, post hos venę, post nerui, post caro cordis: & in vltimo nerui sẽsibiles, hæc est omniũ mẽbrorũ simplex natura. *Cõposita* vero cognoscere nõ est valde difficile: quia cerebrũ est frigidũ & humidum. Cor calidũ & siccum, Hepar calidum & humidum. Ossa frigida & sicca.

Cur cerebrũ frigidum, cor calidum, ossa dura &c.

Cutis in manuum volis est temperatissima.

Ordo calidorum.

Ordo frigidorum.

Ordo humidorum.

Ordo siccorum.

Complexio composita cerebri cordis &c.

De signis complexionum in quatuor mẽbris principalibus.

CAP. X.

QVatuor sunt fundamenta corporis, scilicet cerebrũ, cor, hepar & testiculi. *Cerebri* cõplexio cognoscitur à forma, à pilis, ab actionibus, à superfluitatibꝰ, à tactu, ab oculorũ signis, v.g. Caput paruũ intẽperatũ designat cerebrũ, cuius causa fuit parua materia, &

Signa complexionis cerebri.

virtutis

virtutis formatiuæ debilitas; Pili plani, & nunquam decaluandi, humectationem demonſtrant cerebri. Ideoque mulieres & eunuchi nunquam calui fiunt, quia cerebrum habent humidum. Solitudo, inſtabilitas, audacia, & loquacitas, cerebri caliditatem deſignant; ſuperfluitas ab ore vel naſo exiens, ſi fuerit multa & cruda, frigidum & humidum demonſtrat. Caput tactu calidum, ſignificat calidum eſſe cerebrum. Si oculi rubicundi ſint & crocei, & alij ſenſus turbidi; caliditatem & humiditatem oſtendunt cerebri, ſi vero contrarium, frigiditatem & humiditatem.

Signa complexionis cordis.

Cordis complexio intelligitur ex actione & figura pectoris, & pilis, & tactu. Cum enim ſpiritus & pulſus vehementiſſimi ſunt in homine, ipſe vero magnæ audaciæ vel iracundiæ, calorem cordis, & totius corporis ſignificare videntur; contraria, frigiditatem. Si pectus latum, non capiti vel ſpondili aſſimilatum, cor monſtrat eſſe calidum. Si pili multi & nigri in pectore ſint, vel in cõfinitate pectoris, caloré cordis ſignificãt, ſi non, contrarium. Si pauci & lenes ſint pili humidũ ſignificant. Si multi & aſperi, ſiccitatem. Si pectus & eius confinia ſint tactu calida, calidum ſignificant; ſi frigida, frigidum; ſi humida, humidum; ſi ſicca, ſiccum.

Signa complexionis hepatis.

Hepatis complexio cõſideratur ex venis & humoribus, ex tactu & caloribus, & ex pilis. Venę craſſæ & latæ, calidum ſignificant, duræ ſiccum, molles humidum, ſtrictæ, & ſubtiles frigidum. Si homo ſit cholericus, & maxime in iuuentute, ſanguiſque eius calidiſſimus, calor hepatis ſignificatur. Si ſanguis eius mutetur in nigredinem, & ſpiſſetur, calor & ſiccitas deſignatur. Si pili ſuper ventrem & penem multi ſunt, calidum ſignificant. Si multi & aſperi, calidum & ſiccum; ſi non, contrarium. Si venter & penis frigidi ſint, frigidum ſignificant; ſimiliter & in alijs. Si totum corpus fuerit tẽperatum inter album & rufum, inter calidum & humidum, temperatum ſignificat; ſi rufum & croceum, calidum nimium; ſi tantum album, frigidũ ſignificat corpus; ſi nimium album viriditati vicinum, frigidum & humidum, ſi liuidũ & plumbeũ, frigidũ & ſiccum hepatẽ ſignificat, & abundantiã choleræ. Porro complexio teſticulorum ſuo modo ex pilis & ſubſtantia ſpermatis, aut ex actionibus intelligitur.

De ſignis complexionis oculorum, & pulmonis, ac ſtomachi.

Cap. XI.

Signa complexionis oculorum.

Oculorum complexio cognoſcitur ex forma eorum, & colore, ex motu, ex tactu, & venis, ex abundantia ab eis expulſa. Oculorum paruitas paruo corpori & capiti aſſimilata, paruam & intemperatam deſignat materiam; ſi fuerit econtrario, contrarium. Nigri fiunt oculi ex cryſtalleidos paruitate, & concauitate, vel turpiditate; cum ſcilicet euagaydos, id eſt, vitreus humor, multus eſt & turbidus. Glauci vero his contrarij ſunt. Citrinis conueniunt aliqua, nigros & glaucos oculos facientia. Oculi multum veloces & mobiles, frigiditatem & ſiccitatem ſignificant. Tactus humidus, humidum præmonſtrat. Venæ ſi rubicũdæ fuerint, & craſſæ, tactus vero calidus calorem oculorũ deſignat, ecõtrario vero frigus. Si multę ex oculis fluũt lachrymæ humiditatem ſignificant, ſi non ſiccitatem.

Signæ complexionis pulmonis.

Complexio pulmonis ex conuenientia capitur aeris, & exſcreationibus, & ex voce; ſi enim pulmo calorem aeris non patitur, & frigidis delectatur, calor ſignificatur; ſi vero econtrario, frigiditas. Vox parua frigiditatem deſignat, magna caliditatem, rauca humiditatem, ſubtilis & clara ſiccitatem. Pulmo humidus, ſi cãtet quis vel loquatur, multũ ſcreat, ſiccus autẽ nihil. Magnitudo quoque vocis magnitudinem ſequitur pulmonis. In parua voce econtra intellige; veruntamẽ calor ſemper largiorẽ pulmonis facit canalem; Frigus econtra ſemper anguſtat, vox lenis ex lenitate canalis pulmonis exit, aſpera ex eius aſperitate.

Signa complexionis ſtomachi.

Stomachi complexio de actionibus eius vel cibis congruis intelligitur. Nam ſtomachus calidus craſſos cibos bene digerit, delicatos conſumit, mutat, & plus digerit, cibos maximè calidos quærit, nec famem ſuſtinere poteſt. Frigidus vero craſſi cibi digeſtiuus non eſt, ſed grauatur potius, & cito mutat in humores acidos, Frigidos autem humores appetit, ſtomachus ſiccus cito ſitit, ſicca ſemper quærit. Humidus vero non ſitit, humidos cibos appetit, parum digerit. Frigidi cibi frigido ſtomacho nocent. In alijs ſimiliter hæc tatio conſideranda eſt. Naturales, ſiue non naturales ſtomachi complexiones, appetitu ciborum facile quis diſcernit. Naturales enim ſibi ſimilia appetunt, contrariæ vero contrarium.

Naturalis ſtomachi cõplexio, ſimile ſibi appetit, non naturalis, contrarium.

De Signis complexionis totius corporis.

Cap. XII.

Signa complexionis totius corporis.

Denique totius corporis complexio capitur ex tactu, calore, pilis, figura, & actionibus. Si enim calidum fuerit, caro erit multa, pinguedo parua, color rubeus, pili multi & nigri, & tactus calidus, intellectus bonus, homo multum facundus, nobilis, audax, iracundus, libidinoſus, multum appetens, & cito digerens, aſperæ vocis. Contraria, econtrario. Si fuerit ſiccum, erit macidum & durum, & ſicciora membra erunt aptiora: ſi humidum, erit pingue & carneum, ſi calidum & ſiccum, erit macidum, piloſum, pilique nigri erunt, color brunus, tactus calidus & durus, homo intellectualis & audax, appetibilis & digeſtibilis maxime craſſi cibi, libidinoſus. Si calidum & humidũ erit nimiæ carnis, paruæ pinguedinis, pili nigri & plani, tactus calidus & humidus, color albi & rufi medius. Corpora frigida & humida, alba ſunt & pinguia, pili rufi, intellectus durus, immo obliuioſus, nec multum appetens cibi, nec digerens, nõ libidinoſus. Frigida & ſicca, ſunt alba aliquantulũ liuida & macida, pili rufi, ſed aliquantulum citrini, tactus frigidus & durus.

Signa moderatæ & æqualis complexionis.

Æqualis autem & moderatæ cõplexionis hęc ſigna ſunt; corpus nec multum macidum, nec pingue, color eius inter brunum & albũ medius: pili in infantia rufi, in pueritia & iuuentute nigri, cutis inter calidum & frigidum, lene & durum, ſicut volæ manuum: homo boni intellectus, non obliuioſus: prudens, audax, inter pigrum & velocem medius, neque guloſus. Actiones etiam omnium membrorum perfectæ ſunt: hæc eſt complexio media. Si autem in quolibet corpore videris aliquas harum qualitatum diſcordantes, ſecũdum viciniorem partem iudicandum erit: ſi fuerint æquales, conſiderandæ ſunt fortiores.

De Signis mutatæ complexionis ex regione vel conſuetudine.

Cap. XIII.

In intemperata regione prædicta ſigna non tenent.

Significationes autem complexionis mutatæ, aut ex mutata ſunt regione, aut ex conſuetudine, aut ex ætate, aut ex ſexu. Itaque ſignificationes hæ in pilis, aliiſque prædictis in regione temperata ſunt conſiderandæ, vt in illa quæ rectè Zodiaco eſt ſuppoſita, ab oriente in occidentem protenſa: ibi enim fallere non poſſunt. In intemperata vero ſemper fallunt, vt eſt aliquando Ægyptus, ſemper vero Æthiopia, ibi colores nigri, criſpi pili, & aſperi, ſicca cutis, inferior pars corporis ſubtilis, facies tumida, oculi concaui, naſi magni & lati, interiora frigida, & ideo animoſitas eos debilitat, ex qua ſignificatione, etſi non ſint, videntur eſſe calidi. Calor enim aeris calorem naturalem ab interioribus ad exteriora protrahit, & ita refrigeſcunt interiora. In frigida regione ſeptentrionali, ſicut pili flaui, lenes, & albi, color albus, facies rubicunda, pectora lata, pedes ſubtiles propter caloris coadunationem in pectore, fugiẽtem à pedum extremitate. Complexio quidem eorum calida eſt, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ob hoc audaces sunt & fortes; & tamen cum non sint videntur esse frigidi. In huiusmodi ergo iudicium sumendum non est à calore & pilis, sed ex complexione sui.

Consuetudo complexionē mutat & naturam.

Consuetudo diuturna mutatur in naturam, aut propter dietam, aut propter artem aliquam. Per dietam, vt si corpus naturaliter macidum quietè viuat & suauiter, ac multum bibat & comedat, cito pingue fit. Corpus pingue si laboret, & se exerceat, potum, & cibum sibi minuat, angustietur & arescet. Humectatio eius dissoluitur, calefactum macrescit & exiccatur. Si in æstiuo sole moretur, cutis nigrescit & exiccatur. Differunt autem pinguedines, vel macies naturales, & consuetudinariæ; pinguis enim naturaliter albus est, subtilis & strictus: Macidus vero naturaliter pilosus est, & crassas habet venas; si autem econtra consuetudo est non natura.

Ars complexionē mutat.

Ars quoque complexionem corporis mutat ex calore & siccitate, vt in ferrarijs, ærarijs, & vitrarijs. Ex calore & humiditate, vt in balneatoribus. Ex frigore & humiditate, vt in piscatoribus. Ex frigiditate & siccitate, vt in campum colentibus, & venatoribus.

De Mutatione complexionis secundum ætates.

CAP. XIIII.

Ætas pueritis est calida & humida, iuuenilis calida & sicca, senilis frigida & sicca.

ÆTas puerilis calidior & humidior est alijs, quia spermati & sanguini vnde fuerunt, vicini sunt. Iuuentus autem calida & sicca, sed calor puerorum tactu lenis est, propter humiditatem: Iuuenum autem ardentissimus, propter siccitatem. Decrepiti autem frigidissimi sunt, quorum, scilicet ętas ætati puerili est opposita, quia in pueris solidiora membra, vt cartilagines, & nerui, & ossa, humidissima sunt & tenerrima; econtra vero in decrepitis siccissima. Item ętas puerilis in augmento consistit, virtus enim naturalis complexionis calidę & humidæ, membra augmentat & extendit: Aetatis autem decrepitę est econtra decrescere,

Ratio cur senes cum sicci sint abundāt humoribus.

quia naturæ est frigidę & siccæ. Dicunt tamen quidam humidum & frigidum esse corpus decrepiti, propter sputa plurima, & nasi emunctoria, & faciliores lachrymas; hoc enim apparet esse de ratione complexionis humidæ: sed hoc maximè prouenit ex membrorum defectione, & proxima caloris naturalis extinctione, & quia vt oportet, cibum digerere non potest; vnde crudi humores colliguntur.

Quatuor sūt ætates.

Auicenna vbi supra. Aetates quidem omnes quatuor sunt. Prima scilicet adolendi, quæ dicitur adolescentia, & est ferè vsque ad annos 30. Secunda consistendi, quę dicitur ętas pulchritudinis, & est ferè vsque ad 35. vel 40. annos. Post hæc ætas diminuendi, cum virtus iam amittitur, & hæc est ætas senectutis, quæ ferè est vsque ad annos 60. Deinde sęquitur ętas minuendi cum manifesta virtutis debilitate, & hæc quidem est ętas senum, & finis vitæ.

Ætas adolescendi est rursum quadruplex.

Aetas autem adolescendi diuiditur in ætatem infantiæ, quæ est cum membra pueri nondum ad motiones, & ad ambulandum apta sunt. Et in ætatem dentium plantatiuam, quæ est post ambulationem, & antequam sit fortis. Hanc sequitur ætas concussionis, quæ est post natiuitatem dentium antequam polluatur. Deinde est ætas algueemati & rebac, id est cum ab eo egreditur sperma, quæ est donec barbescat; postea verò ætas fortitudinis, id est iuuentutis, quæ est donec desinat crescere.

Adhuc de eodem.

CAP. XV.

AB infantia quidem vsque ad iuuentutem, complexio in calore ferè temperata: & in humiditate ferè superflua existit. *Dixerunt* autem quidam, quod calor pueri maior est quàm iuuenis, & ideo plus crescit. *Alij* quod calor innatus iuuenibus valde fortior est, quia sanguis eorum copiosior est, & spissior, & quod augmentum in pueris est propter humiditatem tantum, & non propter calorem. *Sed Galenus* vtrisque contradicit, dicens quod eorum caliditates in radice sunt æquales, sed puerorum caliditas maioris est quantitatis, & minoris qualitatis, scilicet acuitatis; sicut si vna sola caliditas in mensura, substantiam humidam multam semel penetrauerit, vt aquam; & alia vice substantiam paucam & siccam, vt lapidem; Inueniemus caliditatem aqueam maioris quantitatis, & mollioris qualitatis, quàm lapideam. Sic igitur agnoscēda est caliditas, quæ in pueris & iuuenibus est. Pueri nanque generati fuerunt ex spermate, quod est multum, & huic calori nondum accidit res quæ ipsum extinguat: puer nanque augeri non cessat. Non enim adhuc stetit, nedum quod iam retrocedat. Iunenibus autem nihil accidit quod eorum colorem augmentet innatum, nec etiam aliquid quod ipsum extinguat. Sed ille calor in eis conseruatur humiditate minoris quantitatis & qualitatis simul, donec ad declinationem perueniat.

Puerorū caliditas est maioris quantitatis quàm iuuenum, sed minoris qualitatis seu acuitatis.

Quod autem augmentum si in pueris propter humiditatem tantum falsum est, humiditas enim augmenti materia est, & materia per se non patitur, nec per se creatur, sed per operationem virtutis in eam agentis. Virtus autem hæc agens est anima, vel natura præcepto Dei, & non agit nisi cum instrumento, quod est calor innatus. post tempus autem consistendi caliditas incipit minui, quoniam aer circundans, materiam eius quæ est humiditas, exiccat. Cibus quoque priuatur digestione, & inde accidit humor extraneus, scilicet phlegmaticus frigidus, qui iuuat ad ipsum calorem extinguendum duobus modis. Vno scilicet suffocando & tegendo: Alio vero qualitati obuiando. Itaque puerorum ac iuuenum corpora, quo ad æqualitatem sunt calida, senum autem & decrepitorum frigida; sed corpora puerorum æquali sunt humidiora propter augmentum. Quod patet ex mollitie ossium ac neruorum eorum, parumque est ex quo fuerunt sperma, & spiritus vaporalis. Senes autem & decrepiti, præter hoc quòd sunt frigidiores, sunt etiam ficciores, quod patet ex duritia ossium eorum, & asperitate cutis. Et in pueris quidem ac iuuenibus est igneitas ac aqueitas. In senibus autem & decrepitis plus terrestreitas, plus etiam in decrepitis.

Sola humiditas in pueris non est causa maioris augmenti

Causa diminutionis caloris in viuente.

Puerorum & iuuenum corpora sunt æqualiter calida, sed puerorum vltra æqualitatem sunt humida vti senū frigida & sicca

De Varietate complexionis & sexus.

CAP. XVI.

MVlieres autem frigidioris complexionis sunt quàm viri, ideoque etiam in creatura minores sunt masculis, & humidiores. Itaque propter complexionum earum frigiditatem, multiplicantur earum superfluitates, & propter paucum earum exercitium; substantia quoque carnium earum rarior est, licet caro viri ex parte complexionis eius quod ei admiscetur, rarior sit: sua namque spissitudine plus prohibetur in ipsam penetrare, quod à neruis & neruorum villis ad eam profluit.

Mulieres sūt frigidiores & humidiores quàm viri.

Constantinus vbi supra. In omnibus etiam animalibus masculi calidiores & ficciores sunt quàm fœminæ; vnde cito pubescunt, & pili eorum fortiores sunt: Fœminæ vero non barbescunt, quia mares maioris sunt ardoris; fortiores quoque sunt, & animosiores, lati pectoris, & pilosi, ad motum citius prompti. Prudentia, intellectus, discretio, continentia, maiores inueniuntur in eis, quod etiam fit causa maioris caloris. Fœminæ vero minus pilosæ sunt in pectore & ventre, debiliores manibus & pedibus, timebundę, pectore strictæ, minus scientes. Ideoque parua sunt eorum capita, manus quietæ, ex quibus frigidiores esse probantur. Citius tamen propter ætatem crescunt, sed earum crescere velocius est ad complementum, quia parum in eis est caloris naturalis.

Cur mulieres non barbescūt, nec prudentia, continentia, fortitudine, &c. pollent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Quatuor humoribus.
CAP. XVII.

Quisque ex quatuor humoribus suũ elementum imitatur.

Isidorus vbi supra. Sicut autem quatuor sunt elementa, sic & quatuor humores, & vnusquisque humor suum elementum imitatur, sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quatuor humores, sicut quatuor elementa, quæ conseruant corpora nostra. *Sanguis* ex Greca etymologia vocabulum sumpsit, quod vegetetur, & sustentetur, & iuuetur. *Choleram* Græci vocauerunt, quod vnius diei spatio terminetur; vnde & cholera, id est fellicula nominata est, hoc est fellis effusio. Græci enim fel, *colen* dicunt *Melancholia* dicta, eo quod sit ex nigri sanguinis fece, admixta abundantia fellis. Græci enim *melan*, nigrum; fel autem *colen* vocant. Sanguis Latinè vocatus, quod suauis sit: vnde & homines quibus dominatur sanguis, dulces & blandi sunt. *Phlegma* autem dixerunt, quasi sit frigidum. Græci enim rigorem, phlegmonem nominant. Ex his quatuor humoribus reguntur sani, & ex ipsis læduntur infirmi; dum enim amplius extra cursum naturæ creuerint, ægritudines faciunt.

Quid humor & quinam bonus.

Auicenna vbi supra. Humor est corpus liquidem, in quod in primis nutriens conuertitur. Eius verò est humor bonus, Ille scilicet de cuius proprietate est, vt fiat pars substãtiæ nutriti solus, vel cum alio; & assimiletur ei solus, vel cum alio, & in summa, materia restaurationis eius, quod ex ea dissoluitur. Et eius est superfluitas humor malus, qui à corpore expelli debet & proiici. *Humiditatum* quidem corporis, quædam sunt primæ, quædam secundæ. Primæ sunt quatuor humores iam dicti. Secundarum verò quædam sunt superfluitates, quędam non. Non superfluitates, sunt humores, qui à principali dispositione cõuersi mẽbris delegati fuerunt, sed nondũ alicuius membrorũ simplicium operatione perfecta pars effecti sunt. Horum species quatuor sunt. *Vna* est humor in foraminibus extremitatum paruarum venarum contentus, membris simplicibus propinquarum, eam imbibentium. *Alia* est humor per omnia simplicia membra transiens sicut ros, qui in nutrimentum aptus est conuerti, cum corpus nutrimento caret; & membra cum aliqua causa fortis motus, aut alia, ea exiccauerit, humectat. *Tertia* est humor qui parum ante coagulatus, nutrimentum est, in membrorum substantiam, iam quidem ex parte complexionis, sed nondum ex parte essentiæ completæ, similitudinisque, conuersum. *Quarta* est humor qui est intus in membris simplicibus à principio natiuitatis, per quem partium eorum continuitas existit, cuius principium est ex sperma; spermatis principium est ex humoribus. *Humores* autem boni, naturales, & superflui quatuor generibus continentur, scilicet genere sanguinis, qui omnibus illis melior est, & genere phlegmatis, & choleræ rubeę, & nigræ.

Humiditatũ corporis quãdam prima quædam secũda, & harum quædã sunt superfluitates, quædam non: & ha vtrum quadruplices

Omne corpus ex quatuor humoribus constitutum eũ, qui certas corporis partes occupant, & certis qualitatibus sũt præditi certisqu. temporibus crescunt.

Ex epistola Hippocratis. Corpus igitur omne ex quatuor humoribus constitutum est. Nam habet in se sanguinem, choleram flauam, & nigram, Phlegma: qui quatuor humores habitant in suis locis. Sanguis in hepate in dextro latere, in qua parte & rubea habetur, siue cholera flaua. Melãcholia in splene. Phlegma in capite & vesica. Alia pars sanguinis dominatur, in corde. Qualitas autẽ ipsorũ talis est: sanguis feruens humidus & dulcis. Cholera sãcea & amara, viridis & sicca. Melancholia acida frigida & sicca. Phlegma frigidum salsum & humidum. Hęc omnia crescunt in tempore suo; id est sanguis crescit verno tempore. Cholera sancea, æstate. Melancholia autumno. Phlegma hyeme. *Item* hi omnes partiuntur sibi diem ac noctem. Sanguis habet horas sex, ab hora noctis nona, vsque in horam diei tertiam: Exinde vsque in nonam cholera sancea: exinde vsque in horam noctis tertiam melancholia: exinde vsque in horam noctis nonam phlegma. Hæc omnia etiã habent respirationes suas per singulas partes corporis. Sanguis per nares. Cholera sancea per aures. Melancholia per oculos. Phlegma per os.

Hora & respirationes humorum.

Diuiduntur humores secundum 4. ætates.

Diuiduntur etiam secundum quator ætates. Phlegma in pueris ab initio vsq; in annos 14. & deinde cholera sancea in iuuenibus vsque in annos. 28. Deinde in altera ætate vsque in annos 55 sanguis. Exinde in sene phlegma. Moriente autem eo, omnia reuertuntur in suo loco. *Præterea* faciunt mores hominum tales. Sanguis facit boni voti, simplices, blandos, hilares, & semper amorosos, Cholera facit iracundos, acutos, leues, ingeniosos, macros, multum mãducantes, & cito digerentes. Phlegma facit causonios, vigilantes, cito afferentes canos, intra se cogitãtes, minus audaces. Melancholia facit subdolos, iracundos, auaros; timidos, tristes, somniculosos. Sanguis facit pulsum plenum, humidum, æqualem. Cholera sancea, tenuem, siccum, velocem, lubricum. Melancholia similem, sed habet veluti percussum asperitate. Phlegma facit pulsum minus plenum, humidum, æqualem cum pondere.

Humores diuersificant mores hominum, & pulsum.

De Sanguine.
CAP. XVIII.

Sanguis duplex, sc. naturalis, & non naturalis, & hic vtrum duplex.

Auicenna vbi supra. Sanguis natura calidus & humidus. Huius duæ sunt species. Naturalis, cuius color est rubeus, & est valde dulcis, malo carens odore. Non naturalis; qui duplex est, alius enim à complexione bona mutatus, quia complexio ipsa in se vitiata fuit: Verbi gratia, quia fuit in frigidatus, aut calefactus. Alius vero propter malum humorem admixtum, & hoc dupliciter: Aut enim ad eum humor deforis venit, & penetrans ipsum corrupit. Aut qui in ipso generatus fuit. Verbi gratia; pars eius aliqua putruit, & eius subtile versum est in choleram rubeam, spissum autem in nigram; & vna earum, aut ambæ in eo remanserunt. secundum illud ergo quod ei de cęteris admiscetur, species eius diuersificantur. Fit enim plurimum turbidus, plurimumque subtilis; & quandoque niger valde, quandoque albus. *Ducit autem* Galenus illum fallere qui dixit quòd humor naturalis solũ est sanguis, Alij vero superfluitates, quibus non egetur. Si enim solus sanguis esset humor, qui membra nutriret, omnia in suis complexionibus & essentiis similia forent. Os namque carne durius non existit, nisi quia sanguis, cui substantia dura melancholica fuit admixta, ipsum nutrit. Neque cerebrum carne mollius est, nisi quia sanguini qui ipsum nutrit, substantia phlegmatica mollis admixta fuit.

Sanguis est admixtus alijs humoribus vt patet dum distillatur.

Ipsum quoque sanguinem aliis humoribus inuenimus admixtum, qui ab eo separantur. Cum enim extrahitur, & ordinatim ponitur in athiran, vel athiral, id est in instrumentis super ignem positis, quibus distillatur, visibiliter separatur in partẽ quæ est sicut spuma; & hęc est cholera rubea: & partẽ quæ est sicut fæx turbida; hæc est melãcholia: & partẽ quæ est ouorũ albumen; hæc est phlegma: & partem aquosã; hęc est aquositas illa cuius superfluitas euacuatur in vrina. Aquositas nanque non est nisi ex humoribus secundis, nec est est nisi ex eo quod bibitur, & non nutrit; nec est, necessaria, nisi in nutrimenti attenuatione, & penetratione. Humor nanque est, quod ex eo quod bibitur & comeditur est nutriens, & per hoc in potentia simile est corpori. Quod autem in potentia corporis humani similitudinem habet, est corpus commixtum, non simplex. Aqua vero simplex est. *Item* quidam opinantur corporis virtutem sequi sanguinis multitudinem, & ipsius debilitatem illius sequi paucitatem. Sed non est ita, immo quod attenditur, est dispositio eius quantitatis, quæ de eo corpus ingreditur.

Aquositas in sanguine non est humor, quia simplex

Per quam viam egrediãtur superfluitates quatuor digestionum sanguinis, &c.

Sciendum quoque, quod sanguis, & quod cum eo labitur, tertiam in venis habet digestionem. Cum vero per membra diuiditur, vt vnumquodque suum recipiat nutrimentũ, habet digestionem quartam. Superfluitas igitur digestionis primę quæ est in stomacho, per intestinorum viã egreditur. Et digestionis secũdę quę fit in hepate, superfluitatis plurimũ cum vrina exit: quod autem de illa remanet, ad splenẽ & fel tendit. Duarũ verò

digestionum

digestionum residuarum superfluitates, per resolutionem quæ non sentitur, per sudorem scilicet & sorditiem extrinsecam egrediuntur: cuius sorditiei pars est quod egreditur per foramina sensibilia, sicut per nares & aures: Aut non sensibilia, sicut per poros; aut extra naturam, sicut per apostemata cum aperiuntur; aut per id quod nascitur ex additionibus in corporibus, vt pili & vngues.

De Phlegmate.

CAP. XIX.

Phlegma duplex, secundum naturale, & non naturale, illud est sanguis non plenè coctus, hoc quadruplex est, scilicet vitreũ, aquosũ, mucilaginosum, gipseum.

Idem vbi sup. Phlegmatis aliud est naturale, aliud non naturale. *Naturale* est, quod aptũ est vt in aliquo tempore fiat sanguis, est enim sanguis non plenè coctus. Est enim quidam dulcis modus Phlegmatis, quod non est valde frigidũ, immo corporis cõparatione est frigiditatis paucæ, sanguinis verò cõparatione, & choleræ rubeæ est frigidum. Et est aliud phlegma dulce non naturale, saporẽ non habens, quod fit cũ accidit vt sanguis cum eo naturalis misceatur, & hoc quidem multoties in rheumatismis, & in saliua sentitur. Dulcis vero naturalis receptaculum dixit Gal. naturam non fecisse membrum proprium, sicut duabus choleris fecit. Hoc namque phlegma, propinquam habet sanguini similitudinem, & ipso egent omnia membra. Ideoque natura fecit vt cum sanguine vadat. *Non naturalis* autem Phlegmatis, aliud est superfluitas diuersę essentiæ vsq; ad sensum, & est mucilaginosum; aliud in substantia æquale in sẽsu & in veritate diuersũ; & est phlegma crudum: aliud valde subtile, & est aquosum; aliud valde crassum, album videlicet, & est illud quod vocatur gipseum. Ipsum est cuius subtile fuit resolutum, eo quod in foraminibus & iuncturis diu fuit retentum, quod omnibus existit crassius.

Quatuor sũt modi corruptiphlegmatis ex parte saporum, scilicet salsum, acre, põticum, insipidum.

Est etiam ex phlegmate quoddam salsum, quod omnibus phlegmatis speciebus acutius est, & siccius, atque leuius. Omnis autem salsuginis causa est, vt aquosæ humiditati pauci saporis, aut eo priuatæ terreæ partes adustæ complexionum siccarum & amari saporis æquali temperamento misceantur: nam si multæ fuerint, amarus proueniet sapor. Est etiam cum sal fit ex cinere & alchali & calce, & ex aliis cum in aqua coquuntur & colantur, & coquitur aqua illa donec coaguletur in salem; aut ita dimittitur, donec per se coaguletur. Similiter etiam phlegmati tenui, quod saporẽ non habet; aut cuius sapor adeo paruus est quòd nõ superat, cum cholera ficca se admiscuerit adustæ qualitatis admixtione, ipsum salsum faciet & calefaciet; hoc est igitur phlegma cholericum. Gal dicit. Phlegma salsum fieri propter eius putredinem, aut aquositatem, quæ fuit ei admixta. Et nos quidem dicimus putredinem ipsum salsum efficere, eo quòd adustionem in eo facit, & cineritatem, quę cum eius humiditate commiscentur. Sola vero aquositas cum ei miscetur, salsum illud efficere non potest.

Phlegma acetosum.

Item est phlegma quoddam acetosum & siccum, & dulce duobus modis est, scilicet propter suam essentiam, vel propter extraneam rem ei admixtam. Sic & acredo acetosi dupliciter contingit. Vno modo propter choleram nigram acrem sibi admixtam. Altero, propter causam quæ in ipso accidit: & illud quidem est, vt phlegmati dulci quod diximus, ipso dulci existente accidat, sicut accidit & in aliis succis dulcibus, qui prius bulliũt, & postea acescunt. *Et est* aliud phlegma ponticum similiter, vel propter choleram nigram ponticam ei admixtam, vel propter causam, qua in se vehementer infrigidatum est, ita quòd eius aquositas congelata est, & ad siccitatem parum, & terreitreitatem alterata est, & neque fuit calor debilis, qui ipsum bullire faceret, & in acredinem conuerteret, neque calor fortis qui ipsum coqueret.

Phlegma põticum.

Phlegma vitreum, interdum acre, interdum insipidum.

Et est alia species phlegmatis vitrei, spissi, crassi, vitro liquefacto similis, in sui viscositate & ponderositate, quod plerunque est acre, plerunque saporem non habens. & hæc quidem est illa phlegmatis species, quæ in principio rei erat aquosa, frigida; Et neque putruit, nec alia res ei admixta fuit, sed sic permansit recondita, donec fuit incrassata, & frigiditas ei addita est. *Iam* igitur declaratum est, quòd modi corrupti phlegmatis ex parte saporum eius quatuor sunt, scilicet salsum, acre, ponticum, insipidum: Ex parte quoque essentiæ suæ quatuor, scilicet aquosum, vitreum, mucilaginosum, gipseum. Crudum autem in collectione mucilaginosi continetur.

De Cholera rubea.

CAP. XX.

Cholera rubea alia naturalis, alia non naturalis: naturalis in duas partes diuiditur, quarum vna cum sanguine vadit, altera ad fel trãsmittitur.

CHolera quoque rubea, alia est naturalis, alia vero est superfluitas non naturalis. *Naturalis* est spuma sanguinis, cuius color est rubeus clarus, & est lenis acuta, quantoque calidior, tanto magis rubea: Quę cum in corpore generatur, in duas partes diuiditur. Vna cum sanguine vadit, & cum eo penetrat, Causa necessitatis & iuuamenti; scilicet vt ei misceatur ad mẽbra nutrienda, in quorum complexionibus magnam choleræ rubeæ partem oportet esse, secundum modum quem meretur de diuisione, sicut est pulmo: & iuuamentum est, vt sanguinem subtiliet, & in interioribus ipsum faciat penetrare. Alia vero pars colata ad chistim fellis transmittitur. Illud vero quod de ea vadit cum sanguine, cum eo penetrat propter necessitatem, & vtilitatem. Necessitas duplex est, scilicet vt ipsum fel nutriat, vel vt totum corpus à superfluitate mundet. Similiter vtilitas duplex, vna est intestina, à stercore & phlegmate viscoso abluere: Alia verò intestina & animusculos pungere, vt quid ei sit necessarium sentiat, & egestionem emittat. Ideoque sæpe accidit cholica, causa opilationis quę sit in foramine quod à felle ascendit ad intestina.

Cholera non naturalis duplex.

Non naturalis autem cholera, *alia* est quæ à natura egreditur, propter causam extraneam quæ sibi admiscetur. *Alia* verò propter causam sui, quia scilicet eius substantia est non naturalis. Item primæ partis alia est, cui extraneum illud quod est admixtum est phlegma, cuius generatio magis est in hepate, & hæc est scita & famosa. Alia vero cui melancholia; & hæc est minoris famæ. Item famosa, aut est citrina, aut vitellina. Phlegma namque cui admiscetur cholera, quandoque est tenue, & inde generatur prima, quandoque vero crassum, & inde generatur secunda, scilicet vitellis ouorum assimilata. Quæ vero minoris est famæ, cholera vocatur adusta; quæ duobus modis generatur: vnus est, vt seipsa aduratur, & accidat in ea cineritas, à qua eius subtile non seperetur, Sed in ipso cineritas contineatur; & hæc quidem est peior. Alius autem vt ad eam extrinsecus cholera nigra veniens, cum illa misceatur; & hæc est melior. Huius autem speciei choleræ color est rubeus, sed non clarus, nec floridus; immo magis est sanguini similis, sed tenuis, plurimumque mutatur à colore suo propter aliquas causas.

Cholera citrina & vitellina.

Cholera adusta duobus modis generatur.

Illius autem partis quæ in substantia sua extra naturam est: Alia est, cuius generatio sæpius est in hepate, quod fit quando quod est in sanguine subtile, aduritur; cuius spissitudo cholera est nigra. Alia vero magis in stomacho generatur; & hæc duas habet partes; prassinam scilicet & viridem, vt erugo æris. Et mihi quidem videtur, quod prassina generatur ex vitellina cum aduritur. Adustio namque in ea nigredinem efficit, ex qua cũ citrinitate mixta, viriditas generatur. Zinaria vero, id est viridis, vt erugo æris, generari videtur ex prassina, cum intantum aduritur, donec eius humiditas siccetur, & redire incipit ad albedinem, propter sui siccitatem. Calor enim in humido corpore prius efficit nigredinem, deinde finita eius humiditate, denudat ipsum nigredine, & quod in eo supereſt albificat; sicut in lignis apparet, quę prius in carbones conuertuntur, deinde in cinerem. Frigiditas autem econtra operatur albedinem in humido, nigredinem in eius contrario, hæc autem species quæ zinaria vocatur, omnibus speciebus choleræ rubeę calidior est, & peior, atque pernicioſior, & de

Cholera nigra.

Cholera prassina & viridis.

Cholera zinaria seu viridis est pernicioſa, & de genere venenorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& de ſubſtantia venenorum eſſe dicitur.

De Melancholia.

CAP. XXI.

Melancholia alia naturalis, alia non naturalis.

CHoleræ nigræ ſimiliter alia eſt naturalis, alia verò ſuperfluitas non naturalis. Naturalis eſt boni ſanguinis fæx, & turbulentia, ac ſuperfluitas, cuius ſapor inter dulcedinem & ponticitatem eſt. Hęc quoque cum in hepate generatur, in duas partes ſeparatur. Vna in ſanguinem penetrat, & cum eo vadit cauſa neceſſitatis, & vtilitatis. Neceſſitas eſt, vt ſanguini commiſceatur, ad nutrienda membra, in quorum complexionibus magnam melancholiæ partem oportet eſſe, ſicut ſunt oſſa. Vtilitas autem eſt, vt ſanguinem reſtringat, & confortet, & inſpiſſet. Alia verò pars ad ſplenem tranſmittitur, cauſa neceſſitatis ſimiliter, & vtilitatis. Neceſſitas eſt, vt ſplenem nutriat, vel vt totũ corpus à ſuperfluitate mundet. Vtilitas autem ex hoc accidit, quod in os ſtomachi quaſi mulgendo profluit, & ſic dupliciter vtilis eſt; & quia os ſtomachi ſtringit, & confortat, & inſpiſſat; & quia commotionem in illo facit propter acredinem; famemque ac deſiderium excitat. *Scias* autem, quod ſicut cholera rubea quæ ad chiſtim fellis tranſmittitur, eſt illud quo non indiget ſanguis; & quod à felle egreditur, eſt illud quo non indiget fel: ſic & cholera nigra quæ ad ſplenem tranſmittitur, eſt illud quo ſanguis nõ indiget; & quod à ſplene egreditur, eſt illud, quo non indiget ſplen. Et quemadmodum illa cholera rubea poſtrema euigilat virtutem expulſiuam inferius, ſic & iſta cholera nigra poſtrema, virtutem appetitiuam euigilat ſuperius.

Naturalis neceſſitas & vtilitas.

Quid melãcholia nõ naturalis, & quotuplex.

Melancholia verò non naturalis non eſt ad modum hypoſtaſis & fæcis, immo eſt ad modum aduſtionis & cineritatis; & hæc eſt melancholia ſuperfluens. *Huius* alia eſt quę eſt cinis choleræ, & quod de ea aduritur, & hæc eſt amara, Differt tamen à cholera rubea aduſta, quoniam illa eſt cui cinis hic admixtus fuit; hic autem non eſt, niſi cinis per ſe cognitus, cuius ſubtile reſolutum eſt. *Alia* vero eſt cinis phlegmatis, & ſi phlegma valde ſubtile & aquoſum fuerit, eius cinis ſalſus erit; & ſi non, ad acredinem vel ponticitatem trahit. *Alia quoque* eſt cinis ſanguinis, & hæc ſalſa eſt, ad paucam dulcedinem trahens. *Alia* etiam eſt cinis melancholiæ naturalis, quæ ſi ſubtilis fuerit, eius cinis valde acris erit, ſicut acetum, quod cum ſuper terram cadit ebullit; & eius odor acris eſt, à quo muſcæ fugiunt, & alia. Si vero fuerit croſſa, minoris acredinis erit, cum ponticitate pauca. Hæ ſunt ergo ſpecies humorum naturaliũ, & ſuperfluentium.

De quatuor humorum generatione ſecundum quoſdam.

CAP. XXII.

Quidam dicunt ſanguinem in hepate totaliter generari, reliquos vero humores non niſi materialiter.

EX *lib. de Anatomia.* De humorum generatione duplex eſt opinio. Quidã enim dicunt quod generantur in hepate materialiter & formaliter. Alij verò quod ſanguis tãtum in hepate per materiam & formam: Reliquæ verò tres in hepate tantum per materiam, & in aliis per formam. Hac vtentes conſideratione, quod hepatis ſubſtantia tenera eſt & mollis ac delicata, facileq; alterabilis. Cholera verò furioſus, & humor igneus, Phlegma autem humor frigidus & humidus, liquidus ac fluidus: Melancholia quoque furioſa & ſicca. Vnde humores iſti, ſi formarentur in hepate, cum ad illorum formationem aliqua exigeretur mora, ſuis qualitatibus in illo digeſtionem impedirent, eiuſque ſubſtantiam teneram diſſiparent. *Natura* igitur, cui virtus eſt humida, nutritiua corporis, ac regitiua, à puriori parte ſuccoſitatis deriuatæ à ſtomacho & inteſtinis quibuſdam ad hepar per venas meſeraicas, ſanguinẽ tanquam ſibi amicum, nullamque læſionem hepati, ſed potius ſua caliditate ſecundę digeſtionis vigorem præſtiturum, in hepate formauit. *Materiam* autem cholerę ſegregans à prędicta ſuccoſitate, per quandam viam, ſiue porum, eam in chiſtis fellis deportando ſecluſit, de qua illam in eſſentiam cholerę tranſſubſtantiando, choleram formauit. *Materiam* quoque melancholiæ ſimiliter à ſuccoſitate iam dicta ſegregando, per quandam viam ad ſplenem deportauit, ibique ex ea melancholiam formauit. *Porro materiam* phlegmatis partim ad cor, partim ad pulmonem, partim ad cerebrum, partim ad articulos & iuncturas deportauit: vnde nullũ habet ſpecialem locum ſibi deputatum. *Notandum* verò quod à chiſti fellis duo pori oriuntur, per quorum alterum ad inferius os ſtomachi melancholia deportatur, vt retentionem ſuis qualitatibus excitet, & digeſtionem confortet, ſua ponderoſitate cibaria comprimens, eaque ad fundũ ſtomachi infundens, vt ibi melius decoquantur: *per alium* autẽ vſque ad ſaccum defertur, ad fæces in ſacco contẽtas ſua põderoſitate depellendas. Phlegma verò de diuerſis partibus corporis deportatur in ſtomachum, ad expulſionem ſua frigiditate faciendam.

Vtilitas melancholiæ & phlegmatis.

De eodem ſecundum Auicennam.

CAP. XXIII.

Proceſſus nutritionis.

AVicenna *lib.* 1. Humores in corpore ſic generãtur. Nutriens dũ maſticatur, aliqua conuerſione permutatur, iamque incipit digeri. Cuius ſignum eſt, quod nec primus odor, nec primus ſapor in eo reperitur. Superficies enim oris eſt ſuperficiei ſtomachi contigua, & quaſi vna cum illa. Eſt igitur in ore digeſtiua virtus ex ſtomacho, & auxiliatur in hoc ſaliua per digeſtionẽ acquiſita, in qua cadit calor innatus. Poſtquam verò cibus ſtomachum ingreditur, tunc integrè digeritur, non propter ſtomachi calorem tantum, ſed propter calorem membrorum quę circundant ipſum. A dextra quidem hepar, & ſiniſtra ſplen. Splen namque calefacit, nõ propter ſui ſubſtantiam, ſed propter arterias & venas multas quæ in eo ſunt. Ab interiori vero zirbum, quod cito calorem adipis cauſa ſuſcipit, & ad ſtomachum reducit. Superius autem cor, mediante diaphragmate ab eo calefacto. Cumque nutriens in primis digeritur, eius eſſẽtia fit in multis animalium, auxilio eius quod ei admiſcetur de eo quod bibitur, plerunque chilus; & eſt ſubſtantia liquida, ptiſanæ ſimilis in ſpiſſitudine. Deinde eius ſubtile à ſtomacho & inteſtinis attrahitur, ac per vias venarum meſeraicarum, quæ ſubtiles ac durę, & omnibus inteſtinis continuæ ſunt, impellitur, & ad venam peruenit, quæ hepatis porta vocatur. Penetrat igitur in diuiſionibus, & in ramis portæ intrantibus, ſeque minorantibus ac ſubtiliãtibus ad modũ capillorum, decurrentibus orificiis diuiſionum radicum venę, quæ à gibbo hepatis aſcendit. Non autẽ facit ipſam in illas coangustationes penetrare, niſi ſuperflua cõmixtio aquæ bibitæ ſupra id corpus indiget. Cum igitur in iſtarum venarum villis diuiditur, fit quaſi totaliter he par tangat huius chili totalitas, & ob hoc tunc eius operatio vehemẽtior eſt, ac fortior, & velocior, & tunc coquitur. *In omni* verò huiuſmodi decoctione eſt res quæ eſt ſicut ſpuma, & hæc eſt cholera rubea. Et res, quę eſt ſicut hypoſtaſis, hęc eſt melãcholia; quæ ambæ ſunt naturales. Et fortaſſe cum eius erunt, aut res aduſta, ſi decoctio ſuperflua fuerit, aut res non bene cocta, ſi decoctio minor quàm debet, extiterit. Aduſti vero ſubtile eſt mala cholera rubea, eius autem ſpiſſum eſt mala melancholia; & ambæ ſunt non naturales. Quod autem non bene coctum eſt, phlegma eſt. Quod vero de hoc toto res colata eſt, & bene cocta, ſanguis eſt. Qui tamen quamdiu eſt in hepate, ſubtilior eſt quam debet, propter aquoſam ſuperfluitatem, quæ propter rem quam diximus, neceſſaria eſt. Cumque ſanguis ab hepate reparatur, ab aquoſitate ſuperflua illico mundatur. Extrahitur enim aquoſitas à ſanguine in vena, quæ ad renes deſcendit, & fert ſecum ſanguinem, qui ad renes nutriendos ſua quantitate & qualitate bonus exiſtit, nutritque renes huius aquoſitatis vnctuoſitas & ſanguineitas. Deinde aliud quod remanet deſcendit, vel tendit ad veſicam, & poſt ad virgam. *Sanguis* autem eſſentiæ bonæ per venam magnam

Generatio humorum.

Deſcribitur modus quo natura format quatuor humores.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ab hepatis gibbositate ascendentem vadit, ac per venas quę ab ea vt rami separantur, tendit. Deinde in gepeguil, id est vias venarum, quæ dicuntur meseraicæ, & sunt inter intestina & hepar; postea in seguethi gedeguil, id est minores venas; post in sugentibus seguethi, id est, adhuc minoribus. Deinde in venis (quæ sunt sicut villi) capillaribus, &c. Tandem ab orificiis earum resudando labitur in membra.

De causis eorundem.

CAP. XXIV.

Causa sanguinis & eterorum humorum.

Efficiens itaque causa sanguinis, est calor temperatus. Causa materialis est, quod de nutrientibus tẽperatum est, & de bonis poribus. Formalis causa est eius decoctio bona. Finalis autem est vt corpus nutriat. *Causa* efficiens choleræ rubeæ est igneus calor superfluus, proprieque in hepate. Causa materialis est, quod de nutrientibus subtile est, calidum, dulce, vnctuosum, & acutum. Causa formalis est decoctionem ad superfluitatem procedere. Finalis autem est necessitas, & vtilitas, quas prædiximus. *Efficiens* autem causa phlegmatis est caliditas attenuata. Causa materialis est, quod de nutrientibus est crassum, humidum, viscosum, frigidum. Formalis est decoctionis attenuatio. Finalis verò necessitas, & vtilitas eius, quas nominauimus.

Cur multa fiat melancholia.

Melancholiæ autem hypostasiæ causa efficiens est calor temperatus. Adustæ verò causa efficiens est caliditas ab æqualitate egressa. Causa materialis eius est, quod de nutrientibus est vehementer crassum, paucæ humiditatis; & quorum calidum fortius est in illo. Causa formalis est fex hypostasiua secundum vnum duorum modorum, vnde neque labitur, neque resolutur. Causa finalis est necessitas, & iuuamentum eius. *Melancholia* multa fit, aut propter caliditatem hepatis, aut propter debilitatẽ splenis, aut propter frigoris congelantis vehementiam, aut propter constrictionis perseuerantiam, aut propter ægritudines multas & prolixas, quia propter illud humores facti sunt cineres. Cũque melancholia multiplicatur, & inter stomachum & hepar stat, sanguis & bonorum humorum generatio cum ea minoratur.

Caliditas & frigiditas concurrunt ad humoriũ generationẽ.

Sciendum autem, quod caliditas & frigiditas, generationis humorum causæ cum alijs existunt caulis; sed caliditas æqualis sanguinem generat, superfluens verò choleram rubeam, multumque superflua melancholiã generat, propter aduſtionis superfluitatem. Porro frigiditas phlegma gignit, & multum superflua melãcholiam generat, propter superfluitatem cõgelationis. Oportet autem attendere virtutes passiuas, cum virtutũ actiuarum distantia. Nec oportet credere quod omnis complexio sibi simile generat & non sui contrariũ: per accidens quidem hoc etiam habet, non per essentiam. Frigida namque & sicca complexio plerumque generat humiditatem extraneam, non propter conuenientiam, sed propter digestiuæ debilitatem. *Humores autem* hi, sicut in suis generationibus, sic & in suis motibus causas habent. Motus enim & res calidæ sanguinem mouent, & choleram rubeam. Fortassis etiam mouent melancholiam, & fore faciunt eam. Quies autem phlegma fore reddit, & aliquas melancholię species. Ipsæmet etiam existimationes mouent humores; verbi gratia, sanguinem mouet res rubeas intueri. Quapropter prohibemus illum, ex cuius naribus fluit sanguis, res splendorem rubeum habentes, aspicere.

Humores generant nonnunquã sui contrarium, ipsique ex motu & apprehensione excitantur.

De Signis abundantiæ humorum in corporibus.

CAP. XXV.

Signa abundantiæ sanguinis.

Razi. in Almansore. in 2. parte. Sanguinem abundare significant coloris rubedo, corporis caliditas, cum eiusdem tensione aliquãdo, & oscitatione, multusque somnus, & venarum repletio, cum ipsarum intensione, & pruritus loci à quo sanguis solet minui. Sanguis similiter ex naribus, gingiuis, leui tactu fluens, capitis & oculorum, ac temporum grauitas, & ingenij, sensusque turbulentia, pulsus magnitudo, & oris dulcedo præter solitũ. In ore quoque vesicæ paruæ, & in corpore carbũculi, vrina rubea & spissa. *Choleram* verò rubeam abundare significant coloris citrinitas, oris amaritudo, multaque in ore siccitas, & multa sitis, appetitus quoque debilitas, & fastidium, & vrina ignea & clarà. *Porro* choleram nigram dominari significãt ardor stomachi, multitudo canini appetitus, fuscus color, nigredo sanguinis, ac spissitudo; vrina nigra vel rubea, fusco participans colore, vel viriditati appropinquans. Si corpus præterea tale sit in quo cholera nigra generari solet, vt corpus brunum & macrum. In corporibus enim albis & crassis, & à pilis nudis, raro vel nunquam generatur. Huius prędterea signa sunt, si corporis scabies acciderit, & morphea nigra, pustulæ malæ, splenis augmentatio. *In phlegmatis* autem dominij significatione sunt multitudo viscosæ saliuæ, & sitis paucitas, vrina alba, pigritiaque, & hebetudo, & malus somnus, corporis lubricitas, & digestionis tarditas. *Epistola prædicta Hippocratis.* Nam quoties aliquid increscit ex ipsis humoribus, aut minus habet ęgritudinis, aut casus veteres facit. Itaque cum incurrit quis ęgritudinem de causa sanguinis, quia sanguis (vt superius dixi) feruens & humidus est, debet econtrario medicamen occurrere, quod sit frigidum & siccum, & sic de alijs. *Auicenna vbi supra.* Sciẽdum etiam, quod si quis humores subtiles habet, eorũ euacuatione debilitatur; multum enim nocet in sui fortitudine pororum eius amplitudo, quoniam humores subtiles de facili resoluuntur, resolutionem verò sequitur debilitas. Quod enim ad resoluendum est facile, spiritui facile associatur in resolutione, & ideo cum ipso resoluitur.

Signa cholerę rubeę dominantis.

Signa melãcholię dominantis.

Signa phlegmatis dominantis.

De signis eiusdem in somnijs apparentibus.

CAP. XXVI.

Razi. secunda parte. Somniorum quoque diuersæ visiones designant in corporibus dominantes humores. *Cum* enim frequenter in somno videt quis pluuias, & fluuios, & mare, humiditas eius in corpore multa designatur adesse. *Ignes* autem & fulgura, liteſque frequenter somniare, choleram rubeam designant. *Rubei* vero colores actincti, nuptiæque ac cibaria dulcia, sanguinisque fluxus; abundantiam sanguinis designant somniata. *Porro* fuscus color atque nigredo, timores, pauoresque si apparuerint in somno, choleræ nigræ significatur operatio. *Prætera* cum aliquis somniat se manere quasi in loco niuis, vel frigida, à quo lædatur, frigoris victoria significatur. *Cum* autẽ in balneo, vel in sole, vel igne, caliditatis excessus designatur. *Cum* vero somniat se quasi volare, vel transluceré; siccitatis excessus, & humorum leuitas ac subtilitas demonstratur. *Porro* si quis ab aliquo se quasi grauari somniauerit, repletione laborare ostenditur. *Quisquis* etiam per loca quasi cænosa & fætida se incedere conspicit, humores in corpore putridos se habere ostendit. *His autem* contraria significationem habent contrariam. Itaque qui somniat, quod quasi per hortos odoriferos incedat, æqualitatem humorum, & à putredine remotionem habere se designat. *Qui* vero per foramina, vel angusta loca se ambulare conspicit, instrumenta aerem attrahendi impedita in se ostendit.

Quanam somnia humorum dominium designant.

Quanam somnia designant temperamentum &c.

De Coagulatione corporis.

CAP. XXVII.

Auicennæ in primo casu. Generationis autem corporis humani principium duæ sunt res. Vna scilicet sperma viri, quod locum tenet materiei; & sanguis muliebris: hæ quidem duæ substantię communicant in hoc, quod ambæ fluidæ sunt, licet postea diuersificẽtur. Aqueitas tamen & terreitas in sanguine & sperma te muliebri plus abundant: Aeritas tamen & igneitas in spermate viri superant. Oportet igitur vt principium coagulationis horum duorum sit humida coagulatio, licet terreitas & igneitas sint iunctę in eo quod

Sperma viri & mulieris sunt principium generationis, sed diuersimodè.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ex eis fluit,& terreitas quidem cum eo quod in ea exiſtit,ex duritie: Igneitaſque cũ eo quod eſt in ea, ex virtute maturandi; his enim iuuant ſe,& coagulatum durum faciunt. hoc tamen in noſtris corporibus ad terminum coagultionis durorum corporum nõ peruenit, qualia ſunt lapides & vitrum, ita quod nihil reſoluatur; aut ſi quid reſoluatur, reſoluatur quod non ſenſu percipitur; tunc enim ſecura eſſent à nocumẽtis, quæ propter aſſiduam aut lõgiſſimam reſolutionem accidunt; non eſt autem ita. Quapropter corpora noſtra duabus nocumentorum ſpeciebus ſunt oppoſita. *Vna* eſt humiditatis reſolutio, ex qua creati ſumus,& hęc inordinatè aduenit. *Alia* eſt humiditatis putrefactio, eiuſque corruptio,& ipſius alteratio, quæ fomento vitæ conueniens non eſt. Et hic quidem alius eſt à primo modo, licet ſua malitia ad ſiccitatem ducat; quia corporis humiditatem prius exiccari facit, & ex eo quod noſtris corporibus eſt cõueniens corrumpit, ac tandem ad putrefactionem reſoluitur. Hæc autem putrefactio in primis corrumpit humiditatem, poſtea reſoluit eam, & ſiccam rem dimittit cinericiam. Hæc igitur duo nocumenta ſunt à cęteris nocumentis aliena, quæ propter alias accidunt cauſas, vt congelatiua frigiditas, & venena, ſpecieſque ſolutionis & continuitatis,& ægritudines reliquæ. Vnaquæque verò duarum prædictarum ſpecierum aduenit ex cauſis extrinſecis & intrinſecis. Et extrinſecæ quidem cauſæ ſunt, ſicut aer diſſoluens & putrefaciens. Et intrinſecæ quidem cauſæ ſunt; ſicut calor nobis innatus, humiditates noſtras reſoluens, & calores extranei à noſtris nutriẽtibus in nobis generati, reliquaque noſtras humiditates putrefaciẽtia. Omnes autem hæ cauſæ ſe ad inuicem iuuant in exiccando nos. Verumtamen perfectio & integritas noſtra, potentiaque perficiendi noſtrã operationem, non eſt niſi propter multam ſiccitatem quæ nobis accidit; deinde ſiccitas inceſſanter procedit, donec nos perimat. Hæc igitur ſiccitas quæ nobis accidit, res eſt nobis vtcũque neceſſaria. Nos ſiquidem à principio conſiſtimus in vltima humiditate; vnde oportet vt calor noſter ipſum ſuperet, alioquin ſuffocaretur in ea. Procedit igitur in illam aſſiduè agendo, ipſamque ſemper exiccando, donec æqualitatem attingat.

Noſtra corpora duabus nocumentorum ſpeciebus ſunt oppoſita.

Cauſæ prædictorũ nocumentorum ſunt & extrinſecæ & intrinſecæ

De reſolutione caloris innati.

CAP. XXVIII.

DEinde vero cum corpora noſtra ad temperamentum ſiccitatis terminum peruenerint, calore vt erat exiſtente, fortior eſt ſiccitas quàm prius, quia materia minor eſt, & propter hoc magis recipiens. Inde ergo ſequitur, vt ſiccitas ſupra ſiccitatem temperata augmentetur, nec ceſſet augeri donec humiditates conſumat, hominemque perimat. Calor igitur innatus eſt accidentaliter cauſa ſeipſum extinguendi, quia fit cauſa ſuiipſius materiam conſumendi; ſicut lampadis flamma, quæ idcirco extinguitur, quia materiam ſuam conſumit. Itaque quanto plus ſiccitas ſecundum augmentum procedit, tanto calor innatus ſecundum diminutionẽ incedit. Defectus igitur inceſſanter creſcit vſque ad vltimum, qui eſt defectus reſtaurandi humiditatem in loco eius, quod reſolutũ fuit. *Siccitas* ergo duobus modis augmentatur. Vnus eſt diminutio potẽtiæ recipiendi materiam. Alter minoratio humiditatis in ſe, propter caloris reſolutionem. Augmentatur ergo caloris debilitas, propter ſiccitatis in mẽbrorum ſubſtantia dominationem,& etiam propter humiditatis innatæ diminutionem; quæ eſt ſicut materia, & ſicut oleum flãmæ lampadis. Flamma namque duas habet humiditates, aquam ſc. & oleum, quarum vna conſiſtit, altera extinguitur. Sic & calor innatus humiditate naturali conſiſtit, & ab augmento extraneæ extinguitur, quæ prouenit ex debilitate digerendi,& eſt ſicut humiditas aquea flammæ. Cumque ſiccitas ad complementum accedit, calor innatus extinguitur,& mors naturalis ſubſequitur. Corpus autem non ideo permanet dum viuit, quod humiditas ipſius innata, reſolutioni caloris mundani, & caloris ſui corporis, & eius qui ex motibus ſuis accidit, tam longo tempore reſiſtat; cum ipſæ in eſſentia ſua debiliores ſint ea, immo ipſum ſtare facit nutriens, dum id quod ex ea reſoluitur, reſtaurat. *Nec* eſt ars ſanitatem cuſtodiendi, quę nos à morte ſecuros faciat, vel corpus à nocumentis extrinſecis muniat, aut ad vltimam vitæ longitudinem, quæ eſt ſecundum hominem abſolutè perducat. Sed de duabus rebus ſecuritatẽ præbet, à putrefactionis ſc. prohibitione, & humiditatis defenſione, ne cito reſoluatur. In eius quoque fortitudine conſiſtit, vt ipsũ vſque ad tempus debitum, ſecundum ſuam primam cõplexionem faciat permanere. Corpora namque non omnia ſunt æqualia in fortitudine radicalis humiditatis,& caloris innati radicalis, imo in his exiſtunt diuerſa; & hoc quidem fiet per regimen reſtaurationis, quæ fit in corpore loco eius quod reſolutum eſt, & per regimen prohibens dominium cauſarũ ſiccitatem accelerare facientium. Per regimen quoque cuſtodiens à generatione putrefactionis, propter tutelam corporis, & cuſtodiam à poteſtate caloris extrinſeci, vel intrinſeci. *Huiuſmodi* autem cuſtodiæ adminiſtrationi, duæ virtutes attributæ ſunt, quibus deſeruit medicus. *Vna* ſcilicet naturalis quæ nutritiua dicitur, & reſtaurat id quod de corpore reſoluitur, cuius ſubſtantia terreitati & aqueitati attinet. *Altera* eſt animalis, hoc eſt virtus pulſatiua, quæ reſtaurat id quod de ſpiritu reſoluitur, cuius ſubſtantia aerea eſt,& ignea. Et quia nutriens non fuit ſimile nutrimento in potentia, ideo creata fuit virtus immutatiua, quatenus nutrientia mutet in ſimilitudinem nutritorum in effectu, & vt pro certo ſit nutriens in effectu. Ad hoc igitur creata ſunt inſtrumenta, & canales, quæ ſunt ad attrahendum, & expellendum, & retinendum, ac digerendum.

Nulla ars poteſt mortem abſolute arcere, ſed ſũmũ de duabus vel ius ſecuritatẽ præbere, ne ſ ſuperueniat putrefactio, vel humiditatis extinctio ante tempus.

Medicus duabus anima virtutibus ſubſeruit.

Siccitas duobus modis augetur.

De ſpermate & eius origine.

CAP. XXIX.

AVicenna in 3. canone. *Sperma eſt ſuperfluitas digeſtionis quartæ, quæ fit cum diſpertitur cibus in membris, reſudando à venis, tertia digeſtione iam expleta.* Generatur autem in teſticulis, tanquam in principalibus membris ex humiditate delata ad eos in venis quæ eſt quaſi ſuperfluitas cibi, quaſi in corpore toto. Eſt autem ſanguis magis digeſtus, magiſque ſubtilis, & eſt de ſumma humiditatis proximæ coagulationi, ex qua etiam nutriuntur membra dura, vtpote venę & arteriæ,& his ſimilia. Et quãdoque reperitur ex ea plurimum in venis retentum, ad quod iam digeſtio quarta præceſſit,& remanſit vt ex ipſo venæ nutriantur, aut perueniat ad mẽbra homogenia,& nutriat ea; propter quod neceſſaria ſit magna alteratio illius,& propter illud prouenit ſperma ex eo. Commouentur itaque per ſpiritum in meatibus, ex vena pulſatili & vena quieta venientibus, quæ ſunt radices duæ ramificatione plurimorum anfractuũ & inuolutionum,& poſt ab eis in vaſa ſpermatis effunditur, indeque in coitu naturali per virgam ad matricem proijcitur, cui cum apertione obuiat matricis orificium, & attractione vltima conueniunt duæ partes in vnum.

Quid ſperma, & vnde oriatur.

Sperma eſt ſanguis ſubtilis & magis digeſtus.

Hippocras ait, quod plurimum materia ſpermatis eſt in cerebro,& deſcendit ex duabus venis quæ ſunt poſt ambas aures: propter hoc ambarum phlebotomia generationem abſcindit, & ſterilitatem incurrere facit. Harum itaque ſanguis eſt lacteus, quia non elongãtur à cerebro; at in his quæ ſequuntur ipſum ſpatio longo, ſanguis illius alteratur complexio: à cerebro namque proueniunt ad nucham, eique continuantur; & inde ad renes, poſt hoc ad venas quę veniunt ad teſticulos. Mihi vero videtur, quod non oportet vt ſperma ſit ex cerebro ſolo, quamuis eius fermentum ſit ex cerebro. Oportet enim vt ei ſit ex omni membro principali fons, & ex alijs membris reſudatio ad iſtas radices,& propter illud eſt aſſimilatio.

Sperma fit principaliter ex cerebro & inde deſcendit ad locum ſuum.

De

De cauſis exuberationis ſpermatis.

CAP. XXX.

Quinque ſũt cauſæ exuberationis ſpermatis.

CAuſa vero exuberationis ſpermatis, aut eſt in ipſo ſpermate, aut in vaſis eius, aut in lacertis conſeruantibus ipſum, aut in renibus, aut in principijs. *Cauſa* quidem quæ eſt in ſpermate, aut eſt eius multitudo, propter paucitatem coitus, & multam acceptionem generantium ſperma, propter quam indiget motu expellente; aut propter ſuam tenuitatem ob quam reſudat, ſicut & omne tenue; aut propter ſuam acuitatem ob quam mordicat, & neceſſarium eſt naturæ ipſum expellere. *Cauſa* vero quę eſt in vaſis ſpermatis, aut eſt debilitas retentiuæ, propter malitiam complexionis; aut vehementia expulſiuæ virtutis; aut ęgritudo officialis ex ſpaſmo thetano, quæ neceſſario faciunt motus extraneos: Vnde & expulſiua mouetur, & expellitur ſperma tanquam nociuum; ſicut accidit vomitus cum aliquid nocet ſtomacho. Spaſmus quidem ipſe eſt preſſor, & ejciens expreſſor. Spaſmus namque membrorum ſpermatis eſt ſolutiuus, & ſpaſmus lacerti ani eſt retentiuus; nam lacertus ani creatus eſt ad retinendum, & ille ad exprimendum. Eſt autem in eis mollificatio, quare non retinetur propter dilatationem accidentem meatibus.

Cauſa vero in lacerto conſeruatiuo eſt ſpaſmus iterum, & mollificatio. *Sed cauſa* in renibus eſt, quia quãdoque accidit eorum adipi liquefactio, ex vehementi coitus deſiderio, vel ex multitudine coitus; & ob hoc in coeuntibus egreditur poſt vrinam ex ea res plurima, & hæc quidem eſt mala, deſtruens virtutem & corpus. *Cauſa* denique in principijs eſt, vt cum multiplicatur cogitatio de coitu, & auditus verborum eius, aut accidit ei qui deſiderat in natura coitum illi ſimilem: vnde mouetur ad operationem ſuam aliquo motu debili, & emittit humorem ante vrinam; aut forti, & deſcendit ſperma. *Cauſæ* vero multitudinis pollutionis ſunt cauſæ exuberationis & motus ſpermatis, & quandoque non mouetur niſi per ſomnium, proprieque cum dormit aliquis ſuper ceruicem. Eius cura eſt ſtrictura laminę plumbi ſuper dorſum. Sed hoc quandoque renibus nocet; & ideo melius eſt ſternere in lecto infrigidantia, & dormire ſuper folia ſalicis, & ſimilia.

Cauſa multitudinis pollutionis, & remedium.

De Cauſis erectionis virgę.

CAP. XXXI.

In virga tres ſunt meatus.

SVnt autem in virga meatus tres ſcilicet vrinę, ſpermatis, & alguadi. Aduenit autem ei virtus erectionis & ventoſitas à corde, deſiderium exhepate. Deſiderium quoque naturale quandoque fit ei cauſa renũ, & apud me principium eſt eius ex corde. Et vſus quidem coitus hoc membrum confortat, ipſumque lacertoſum facit, & incraſſat. Dimiſſio quoque liquefacit, & arefacit, ſicut & Hippocras dicit. Cauſa denique & deſiderij, & motus eius, aut eſt meditatiua, aut eſt propter multitudinem ventoſitatis in ſanguine, ex quo generatur ſperma: ad cannam etenim concauam defert ventoſitatem fortè ſpiritus deſideratiuus, cum quo incedit ſanguis piurimus, & ſpiritus craſſus. Ex illo itaque ſanguine inſtrumentum viri nutritur, inflatur, & erigitur.

Vnde motus virgę, & quibus cauſis adiuuetur

Hanc erectionem adiuuat omne in quo eſt humiditas extranea, præparata ad hoc vt conuertatur in ventoſitatem. Fit & quandoque propter illud quod mouetur ex deſiderio, propter præparationem membri ad illud. Et iterum cum congregatur ſperma in membris coitus, & multiplicatur inquiſitio ſeparationis eius, mouentur materiæ in ipſis. Et quandoque fit erectio propter mordicationem materiæ ſtantis in glandulis, poſitis in duobus latetibus orificij veſicæ, vel materię ſubtilis ad eam ex renibus venientis; ſicut etiã fit propter motum ipſius ſpermatis cum acuitur, & multiplicatur, & mordicat.

Cauſa denique propinqua multæ tenſionis virgæ ad modum chordæ, eſt multitudo craſſæ ventoſitatis in partibus membrorum coitus; & huiuſmodi cauſa vẽtoſa, aut eſt in ipſo neruo concauo, aut eſt ei ſuperueniens ex arterijs & venis aut vaſis ſpermatis, aut ſunt duę res ſimul. Et materia quidem huius ventoſitatis eſt humiditas plurima. Efficiens autem ipſam eſt caliditas pauca. Ad hoc etiam adiuuant aliquando cauſæ prędcedentes, aut ex cibis calidis acutis, aut ex inflatiuis; vt ſunt cicer, & vua, & vitellus oui, & illa quæ aggregãt vtramque rem, vt eruca; & illud cui proprietas in eſt generandi ſperma, ſicut vinum nouum; aut ex diſpoſitionibus & figuris, ſicut eſt multitudo dormitionis ſuper collum, vnde ſperma liquefiendo conuertitur in vẽtoſitatem, aut ſtrictura ancharum cum cingulis, aut corrigijs, vnde dilatantur otificia venarum. Quandoque etiam peruenitur ad priapiſmum, vt ſi cauſæ confortentur, & fiat erectio fortis, atque remaneat; quamuis non aſſit deſiderium.

Quandã excitent motionem virgę materialiter & efficienter

De horis coeundi

CAP. XXXII.

COitus ille ſanus eſt qui fit in hora quã ſuperfluitatũ euacuatio ſequitur; alleuiat enim corpus, & prępparat ad augmentũ. Sed in coitu, figuræ quædã malę ſunt, vt ſi mulier ſuper virum aſcendat; ex hac enim timetur ramex, & inflatio & vlcera virgæ atque veſicæ, propter laborẽ eiectionis ſpermatis. Dubitatur quoq; ne aliquid in virgam currat ex parte mulieris. Retentio quoque ſpermatis in coitu valde mala eſt, & quandoque perducit ad conſtrictionem vnius duorum ouorum. præterea oportet ne fiat coitus neceſſitate fæcis, aut in hora mingendi; neque cum exercitio, vel motu, vel poſt paſſionem animalem fortem. Oportet etiam vt non fiat ſuper repletionem; prohibet enim digeſtionẽ: & eadem facit in ægritudines. Item ne fiat cum adeſt vacuitas: hoc enim nocibilius eſt, & oneroſius naturæ, magiſque pernecans calorem innatum, & magis attrahens liquefactionem, & hecticam, & arefactionẽ: immo oportet vt fiat cum cibus à ſtomacho deſcẽdit, & completa digeſtione prima & ſecunda, media diſpoſitione in digeſtione tertia. Nõ igitur (vt ait quidam) fieri debet poſt complementũ tertię digeſtionis. Illa enim eſt hora vacuitatis cũ corpus incipit in ſparſione, & in omnibus membris ſunt reliquię cibi in via digeſtionis.

Coitus debet fieri modo ordinario & tempore congruo, vt in principio noctis poſt deſcenſum cibi à ſtomacho, & ante vacuitatem.

In huiuſmodi diſpoſitione ſunt aliqui in principo noctis, & ob hoc illa hora conuenientior eſt eis ad coitũ cæteris horis, quia longus ſomnus ei ſuccedit, & cũ eo virtus accreſcit, & aqua figitur in matrice propter ſõnũ mulieris. prędterea cauendus eſt coitus poſt euacuationes fortes ex vomitu, & fluxu ventris, & cholica paſſione, & dyarria ſubito facta, motuſque corporeos & animales, & apud motum vrinæ, & ſtercoris, & phlebotomiam. Dyarriam vero antiquam alleuiat quãdoque ſua exiccatione, & trahendo materias ad partem aliam à parte inteſtinorum. Melior autem horarum æqualium eſt illa quã determinauimus, & in hora quidem coitus expellitur matrix, ad orificium quaſi procedens, deſiderando per naturã attrahere ſperma. Ante violationem vero puellæ virginis, ſunt in ore matricis panniculi contexti ex venis & ligamentis valde ſubtilibus, orti ex omni mẽbro eius; quos violatio deſtruit; & quod in eis eſt ex ſanguine, currit.

Aliquid ſpeciale euenit in violatione virginis.

De cauſis ſterilitatis, & difficultate impregnationis.

CAP. XXXIII.

CAuſa ſterilitatis aut eſt in ſpermate viri, vel mulieris; vt malitia cõplexionis diuerſificãtis virtutẽ

Varię ſunt ſterilitatis cauſæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

generationis ſcilicet calidę & frigidæ, aut humidę vel ſiccæ: Aut eſt in membris generationis, vt in matrice, vel virga: Vel inſtrumentis ſpermatis, vt eſt debilitas aut corruptio, breuitas aut amplitudo: Aut propter cauſam in principijs, vt eſt triſtitia vel timor, dolores capitis, & debilitas digeſtionis, & ſatietas nauſeatiua. Ad hęc enim vt fiat conceptio, oportet quod membra digeſtionis, & membra ſpirituum fortia ſint: Aut eſt propter errorem accidentem, vt quando ſpermatis emiſſio fit ante complementum, aut poſt; ſiue quando vir & mulier diuerſi ſunt in tempore coitus, ita quod vnus eorum ſemper anteceditalium in emiſſione ſpermatis.

Difficultas impregnationis vnde.

Razi in lib. diuiſionis egritudinum. Difficultas impręgnationis fit propter multitudinem adipis, aut paruitatem virgæ; aut quia mulier poſt coitum cito ſurgit & ambulat & mouetur, ſpermaque cadit. Aut propter ventoſitatem craſſam in matrice. Aut propter eius lubricitatem, aut propter multitudinem caliditatis eius, aut ſiccitatis, aut frigiditatis. Aut quia mala eſt complexio ſpermatis, aut propter hemorrhoides & vlcera mala, aut propter opilationem meatus quæ fit propter adipem, vel carnem ortam.

De Impregnatione, & embrionis formatione.

CAP. XXXIIII.

CVm itaque matrix ſuper ſperma colligitur, tunc diſpoſitionum prima quæ aduenit illic eſt ſpumoſitas ſpermatis; quia virtus informatiua mouet illud quod eſt in ſpermate de ſpiritu animali & naturali & vitali, ad mineram vniuſcuiuſque eorum in qua figitur, & creatur ex eo illud membrum. propter hoc reperitur exufflatio tota repelli ad medium humiditatis, vt præparetur locus cordis. Deinde vero fiunt ab eius latere dextro, & à latere ſupremo duæ veſicæ quaſi ramificatę ab eo, tangentes ipſum vſque ad horam. Deinde vero ſeparantur ab eo ac diſcernuntur; & prima quidem fit illud ex quo creatur cor, dextra vero illud ex quo hepar. Porro alia, ſanguine impletur ad albedinem decliui, & penetrat ad exteriorem partem humiditatis ſparſæ poſt duas veſicas ventoſitas mundans, eam, vt recipiat propter eam reſtaurationem ex matrice, & ex ſpiritu, & ex ſanguine; creaturque vmbilicus, & quod primo creatur tunc eſt panniculus, verumtamen veſicæ cordis & hepatis ac cerebri præcedunt creationem vmbilici; quamuis horum trium complementum, illius ſubſtantię complemento poſtponatur.

Formatio embrionis.

Primum membrum formatum eſt cor, cum inde ſit calor naturalis qui præequiritur nutritioni.

Et reuera primum membrum quod creatur eſt cor, quāuis feratur Hippocras hoc dixiſſe de cerebro, & oculis; ſicut teſtificatur diſpoſitio pullorum in ouis. In ſequentibus autem capitulis dicit eſſe rectius, vt ſit primum quod creatur hepar; quoniā operatio prima corporis eſt nutrimentum. *Sed* eius ſermo probatur eſſe corruptus: quia non nutritur membrum animalis, in quo non eſt ſuſtentatio vitæ cum calore naturali. Si ergo eſt ſecūdum quod ipſe æſtimat, illud in primis creari oportet, cuius operatio præcedere debet. Neceſſe eſt autem, vt creetur membrum à quo procedit calor naturalis, & ſpiritus vitalis, ante creationem ipſum nutrientis.

In mulieribus quidem tardiores ſūt embriones quàm in maſculis. Eſt autem ſpatium ſpumæ ſex dierum aut ſeptem, in quibus informatiua informat embrionem, non petendo aliquid ex matrice; poſt hoc appetit. Eſt etiam inceptio linearum atque punctorum tribus alijs diebus, fiuntque nouem. Deinde vero poſt ſex alios dies penetrat in toto ſanguinitas, & quandoque antecedit vno die aut duobus, & fit illud vnde creatur; ſicque fiunt, 15. à conceptione. Poſt hoc 12. diebus fit humiditas caro. Iamque diſcernuntur fruſta carnis in tribus membris manifeſtè, & alia ſeparantur à contactu aliorum, & extenditur humiditas nuchæ, & quandoque poſtponitur aut antecedit, duobus diebus aut tribus. Deinde vero poſt nouem dies ſeparatur caput ab humeris, & extremitates à lateribus, ac ventre; ita vt diſcernat ſenſus in quibuſdam eorum, & occultetur in quibuſdam, ita vt ſentiat poſt illud quatuor diebus, completis ſcilicet diebus 40. à conceptione, aliquando tamen & raro poſtponitur vſque ad 45. dies, minus autem in hoc eſt vſque ad 35. dies.

Embrio ſentit poſt 40. dies à conceptione, vel circiter in maſculis.

De creatione matricis, & nutrimento fœtus, eiuſque panniculis.

MAtrix ſiquidem ex duabus tunicis eſt creata, quarum intrinſeca propinquior eſt ad hoc vt ſit venoſa. Ipſarumque venarum orificia quæ in ea figuntur, matricis foramina nuncupantur. his embrionis panniculi continuantur, & ex his currit ſanguis menſtruus, & ex eis embrio nutritur. Exterior vero tunica propinquior eſt ad hoc vt ſit neruoſa; incraſſatur autem matrix, & inſpiſſatur in hora menſtruorum, quaſi impinguetur. Deinde vero cum purgatur, extenuatur & exiccatur. Et ipſa attenuatur iterum cum magnitudine embrionis, & dilatatio eius eſt ſecūdum dilatationem corporis illius. Cum autem dicitur quod matrix ſit neruoſa, nō intelligitur quod ſit ex neruis cerebri, ſed quia ſit ex ſubſtantia neruis ſimili, ſcilicet alba, ſanguine priuata, viſcoſa, extenſiua; nec ei aduenium excerebro, niſi nerui pauci quibus ſentit.

Matrix conſtat duabus tunicis.

Sanguis autem menſtruus in prægnante diuiditur in tres partes: Vnam, ſcilicet quæ conuertitur in nutrimentum: Aliam quæ ad mammillas eleuatur: Tertiam quoque quæ eſt ſuperfluitas ſtans, donec hora veniat vt expellatur. *Fœtus* quoque tribus panniculis continetur, ſcilicet ſecundina, quæ comprehendit ipſum, & in ea venę contexuntur in tranſuerſo, cuius pulſatiles in duas venas diuiduntur, & eius quietę in vnam venam. Hic panniculus biles vocatur, & ad ipſum vrina fœtus effunditur. Alio quoque qui dicitur abgas, & eſt profundatio ſudoris; nec eſt neceſſarium vas aliud ſuperfluitati egeſtionis, cum ſit illud ex quo nutritur ſubtile, in quo. non eſt durities neque fæx; neque ſeparatur ibi aquoſitas vtinæ, vel ſudor. Tertius autem eſt panniculus fœtui propinquior, cæteriſque ſubtilior, vt aggreget humiditatem reſudātem ex embrione.

Sanguis mēſtruus in prægnante diuiditur in tres partes.

Fœtus tribus panniculis continetur.

De cauſa maſculinitatis in fœtu.

CAP. XXXVI.

CAuſa maſculinitatis in fœtu eſt ſperma viri, & caliditas eius, & abundantia ipſius, & conuenientia coitus in hora mundificationis, & prouocatio ſpermatis ex rene dextro, qui calidior eſt & altior, & hepati propinquior. Vnde & eius ſperma calidius eſt, atque ſpiſſius: Similiter & quando cadit in dextro matricis. Regio quoque frigida, & tempus frigidum, & ventus ſeptentrionalis iuuant ad maſculinitatem; contrarium autem ad contrarium. Similiter & ætas adoleſcentiæ abſque pueritia & ſenectute. Et dicunt quidam, quod ſi currit ex dextro viri ad dextrum mulieris maſculinat. Sin autem ex duobus ſiniſtris, fœmininat. Si vero currit ex ſiniſtro ad dextrum, erit fœmina maſculina, & ſi contrario maſculus fœminus. Dixerunt autem plerique quod non inuenitur in aborſu maſculus completus ante 30. dies, nec fœmina ante. 40.

Cauſa eſt fœtus ſit maſculus.

Maſculus nō eſt completus ante 30 dies nec fœmina ante 40.

Prægnans maſculum habens eſt melioris coloris, & pluris leuitatis & agilitatis, faciei quoque mundioris, ac ſanioris appetitus, & quietorum accidentium. Sentit quoque grauedinem lateris dextri, quia plurimum generatur maſculus ex ſpermate ad dextram laterum matricis expulſo; quod accidit aut propter deſiderium illius lateris ad recipiendū, aut quoniam expulſio fit ex teſticulo dextro. Præterea quādo mouetur fœtus, mouetur ex latere dextro prius. Lac quoq; currit in primis ad dextrā pupillam, & prouocatur in primis. Eſtq; lac eius craſſum, viſcoſum, non tenue, & aquoſū. Item huiuſmodi pręgnās cum à ſtatione mouetur, prius dextrū

Signa maſculini fœtus in vtero.

pedem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Maſculus mouetur poſt tres menſes, fœmina poſt quatuor.

pedem mouet, & cũ erigitur ſuper manũ dextram ſuſtẽtatur. Oculus quoque dexter ipſius leuioris eſt motus, atque velocioris. Maſculus poſt tres menſes moue tur, fœmina poſt quatuor. *Signa* verò prẹgnantis cum filia ſunt multitudo vlcerum pedum, & apoſtematum eorum. Quandoque tamen huiuſmodi prægnans eſt cum maſculo, ſed non eſt maſculus niſi debilis, & eſt mollificatarum venarum.

Signa fœminini fœtus.

De ſignis maſculationis in viro & muliere.

CAP. XXXVII.

Signa viri apti ad generandum maſculos.

VIr quidem faciens maſculos eſt fortis corporis, & æqualis carnis in duritie & mollitie, multique ſpermatis, magnorumque teſticulorum, manifeſtarum venarum, fortis deſiderij, quem non debilitat coitus, & ex cuius dextro ſperma ejcitur. Cumque adoleſcentis prius dexter teſticulus inflatur, tunc ipſe eſt maſculinans; cum vero ſiniſter fœmininans. Ille ſimiliter ad quem feſtinat pollutio, non à nocumento ſpermatis, faciens eſt maſculos. *Ex mulieribus* autem maſculinans eſt illa, quę eſt æqualis coloris & formæ, non grauis corpore, neque mollis, nec eius menſtrua ſubtilia ſunt & cruda, nec pauca aquoſa & aduſta valde. Eius quoque digeſtio bona eſt, & venæ apparentes ad exteriora procedentes, cuius ſenſus & motus, ſecundum quod oportet exiſtunt, nec habet ventris ſolutionem aut cõſtrictionem aſſiduam. Oculi eius decliues ſunt ad fuſcedinem abſque ſubalbedine, habetque gaudentem naturam, ac lætam animam. Puellę viripotentes in primis cum coeunt velocis imprægnationis ſunt, propter fortitudinem caliditatis earum, & paruitatem adipis matricum ipſarum, & humiditatem earum. Ipſæ quoque quibus velociter veniunt menſtrua, digniores ſunt vt maſculos concipiant.

Signa mulieris ad idem.

De cauſis conceptionis geminorum, & periculo fœtus.

CAP. XXXVIII.

CAuſa conceptionis geminorum eſt multitudo ſpermatis, eiuſque diuiſio in duo vel plura Eius quoque caſus in duos ventres. Incolumitas autem g e-

Gemini raro fiunt niſi eodem coitu.

minorum non eſt plurima, raroque ſunt inter geminos dies plurimi; fiunt enim ſecundũ plurimũ ex vno coitu raroque contingit vt ex coitu ſuper imprægnationem fiat conceptio. Nam ſi fiat, fit in mulieribus habẽtibus tenera corpora, quæ ſunt multorum pilorũ, multique ſanguinis, propter fortitudinem caliditatis earum. *De ſignis* autem geminorum, vt plurimum eſt vt conſideretur vmbilicus nati primi continuus cum fœtu. Si nõ fuerit in ipſo ruga, neque nodus, non erit poſt natum primum filius, & ſi fuerint in ipſo rugę, tunc erit prægnatio ſecundum numerum rugarum.

Signa geminorum.

Quãdo maxime cauendus aborſus.

Suſpenſio quidem embrionis ex matrice, eſt quaſi ſuſpenſio fructus ex arbore; & ſicut maior timor qui ſuper fructum habetur ne cadat, eſt cum eius complementum exiſtit, ſic id quod vehemẽtius ſuper embrionem timetur ne fiat abortiuus, eſt apud principiũ conceptionis, aut appropinquationem partus. Quapropter in his duabus horis oportet, vt aborſus cauſæ prædictæ caueantur. Pharmacum quidẽ ſolum eſt de ſumma cauſarum illarum; vnde oportet vt eius diſpoſitio caueatur ante menſem quartum, & poſt ſeptimum.

Naturalis figura partus.

Figura naturalis partus eſt vt egrediatur ſuper caput ſuum, ſecundum rectitudinem oris matricis, abſque inclinatione, manibus eius ſuper coxas exteſis; quæ verò præter illam eſt, non eſt naturalis. Et formæ quidem exitus mali quandoque interficiunt fœtum & matrem, quandoque autem vnum ex illis. Præterea cum fœtus naſcitur, & non inflatur vmbilicus eius, & non mouetur neque ſternutat, vſque ad tempus debilis eſt & nõ viuit. Signa verò difficultatis & facilitatis partus ſunt, vt ſentiat mulier dolorem ante partũ, & poſt in antecioribus. Nam ſi declinat ad pectinem, facilis fit partus. Si ad poſteriora, debilis.

Signa facilis aut difficilis partus.

De cauſis difficultatis pariendi.

CAP. XXXIX.

DIfficultas autem partus fit, aut cauſa prægnantis, aut cauſa fœtus, aut matricis, aut ſecundinę, aut cauſa vicinantium & communicantium, aut horæ partus, aut obſtericis, aut propter cauſas primitiuas. *Cauſa prægnantis*, vt quando ſtricta eſt aut debilis, ęgritudines & famem paſſa, aut timida, aut imprægnationi vel partui non conſueta: Aut eſt anus debilis, vel plurimæ adipis, aut vehementis pinguedinis, habens ſtrictum almezem, aut eſt paruæ tolerantiæ in dolore, &c.

Varia cauſa difficultatis pariendi.

Cauſa prægnantis.

Cauſa fœtus.

Cauſa fœtus, aut eſt propter genus eius, fœmina namque penitus difficilioris eſt partus quàm maſculus: aut propter magnitudinem eius, vel capitis ipſius, aut craſſitudinem corporis eius; aut propter multam eius paruitatem vel leuitatem, propter quam non ſubmergitur cũ fortitudine; aut propter alterationem creaturæ ab æqualitate facilis lubricitatis, vt ſi ſit habens duo capita; vel comprimat eum numeratio embrionum; forſitan enim in vno ventre ſunt quinque, vel plures parui, & diuerſi. Præterea quandoque ſit difficultas partus, quia motus eſt fœtus, ideoque non fit ei adiutorium per motum ipſius. Quandoque verò quia figura exitus eius eſt non naturalis, vel quando ſuper pedes ſuos egreditur, aut ſuper latus ſuum, eiuſque manus ſuper coxas plicatæ ſunt. Quod fit propter corruptionẽ motus embrionis, aut propter multam inquietudinem parientis. Ex his autem quæ ſecuritatem huiuſmodi faciunt, eſt, vt inquietudo partus & dolor ad inferiora decliues ſint, anhelitus quoque ſit bonus.

Cauſa matricis.

Cauſa verò matricis eſt, vt ſi parua ſit in qua coangu-

Cauſa ſecũdina.

ſtetur meeſſus; aut valde ſicca, in qua non ſit lubricitas, aut conſtricta valde in creatione, aut propter conſolidationem ab vlceribus, & reliquis ſpeciebus conſtrictionis: aut in ea ſit aliqua malarum ęgretudinum, ſicut phlegmon, aut vlcera, vel ragadiæ, & hemorrhoides in matrice. *Cauſa* verò ſecundinæ fit, vt ſi non diſrumpatur propter ſuam craſſitudinem; & ideo nec fœtus inueniat euaſionem. Aut ſi rumpatur ab eo velociter, & egrediantur humiditates plurimæ ante complementum fœtus, & ſic euaſionem inueniat.

Cauſa vicinantium.

Cauſa porro vicinantium ſit, vt ſi in veſica ſit apoſtema, vel aliud nocumentum ex fixione naturæ, & alijs; aut ſit in inteſtino fex ſicca plurima, vel apoſtema, vel cholica alterius generis, aut hemorrhoides, aut ragadiæ ani, vel ſi mulieris ilia ſint ſubtilia. *Cauſa* autem horæ partus eſt, vt ſi fœtus velox in adminiſtratione partus, & ordinatione, & non depaſtus eſt à qualibet grauedine rei ſuper ſe. *Propter cauſas* denique primitiuas fit, vt ſi fortè fiat frigus, & deinde fortis conſtrictio membrorum partus. Propter hoc enim in regionibus & temporibus frigidis difficilior fit, & quandoque perducit huiuſmodi difficultas ad magnificationem ventris, & inflationem mirach. Aut ſi calor fiat fortis, & inde fortis fiat mollificatio virtutis; aut ſi adueniat ei triſtitia, vel ſi mulier plurimum ſit vtens aromaticis, fiatque matrix eius aſſiduę attractionis ad ſuperiora.

Cauſa horæ partus.

Ob cauſas primitiuas.

De cauſis aborſus, & ſignis eius.

CAP. XL.

ABorſus autem aut eſt ex cauſis primitiuis, ex percuſſione, vel caſu vel exercitio ſuperfluo, vel ſaltu vehementi, propriẹque ad poſteriora, vel retro, qui multoties facit deſcendere ſperma conceptum viſibiliter. Aut ex paſſionibus animalibus, vt ira vehementi, vel timore, vel triſtitia. Aut ex aeris frigore, & eius caliditate ſuperfluis: propter hoc enim genus, abhorretur prægnanti prolongatio balnei, ex hoc quod magnificatur anhelitus: Balneum enim licet abortire faciat per lubricitatem, facit tamen etiam abortire per egreſſionem fœtus ad aerem frigidum.

Aborſus ex variis cauſis euenit.

Quandoque etiam prouenit ex eius debilitate propter

defectum

defectum & mollificationem ipſius,cauſa reſolutionis rei corporeæ;& ægritudinibus,& aſchini, & fame vehementi, & euacuatione humoris aut ſanguinis plurimi per medicinam, aut phebotomiã,aut ex ſeipſo,aut ex fluxu ſanguinis menſtruorum plurimi. Et quanto filius maior eſt, tanto nocumentum in ipſo cum Phebotomia plus eſt: aut ex repletione vehementi, aut ex ſatietate nauſeatiua plurima, corrumpente nutrimentum fœtus,&opilante viam ad eum. Aut ex multitudine coitus mouente matricem, & propriè poſt ſeptimum menſem, multitudine quoque balneationis, & ablutionis lubricante matricem.

Præterea quandoque fit à cauſis propter fœtum, vt eſt eius mors, propter quam expellit eum natura, proprieque quando currit ex eo res virulenta, quæ matricem mordicat, ac lædit eã: aut ſi qua eſt debilitas eius, propter quam non firmatur, aut propter panniculos eius,& inuolutiones,quibus cõtinetur. Cum enim abrumpuntur, & mollificantur, & effunditur ex eis,humiditas eorum lædit matricem,& expulſiua mouet eã, & adiuuat iterum ad lubricitatem. *Item* propter amplitudinem oris matricis,& paruitatem adunationis eius; aut ex humiditatibus in matrice, aut in orificijs venarum lubrificantibus & grauantibus. *Fit* etiã quãdoque propter reliquas ſpecies malitiæ cõplexionis in matrice, ex calore vel frigore,vel humiditate, vel ſiccitate, & paucitate nutrimenti fœtus. *Præterea* quandoque fit ex ventoſitate in matrice,& ex apoſtemate. Plurimum autem aborſus factus in menſe ſecundo vel tertio, fit ex humiditatibus ſuper orificia venarum matricis,ex quibus conteruntur venæ ſecundæ.

Signa abor ſus futuri.

Signa quidem aborſus ſunt,cum poſt ſoliditatem ſanam incipit mamilla detumeſcere. Cum ergo ſuperfluit prouocatio lactis,& adeo frequens fit, donec mamilla detumeſcat,fœtum eſſe debilem, & aborſui præparatum indicat; ſimiliter & multitudo dolorum in matrice. Quando etiam facies in febre rubet,& accidit rigor,aut caput grauatur,& laſſitudo dominatur,& dolor in oculi profundo ſentitur, ſignificat cauſas aborſus venire; & quod ipſæ facient menſtrua prouenire, deinde verò abortire.

De Anatomia membrorum.

CAP. XLI.

Quid anatomia.

EX Iſagogis Hippocratis. *Anatomia eſt contemplatio ſiue perſpectio in interioribus membrorum inciſionibus.* Aliter: *Anatomia eſt inciſio ſuperficiei, & denudatio eorum quę obtecta erant,eorumque cognitio cum propria ratione.* Hac enim comprehenditur poſitio corporũ,natura quoque & operatio ſingularum partiũ, & particularũ. Corpus quidẽ hominis in tres partes generales diuiditur, ſcilicet caput,pectus,pedes. In particulares autem multas, ſpecialiter autem conſtat de venis,& arteriis,& neruis, & oſſibus, cartilaginibus, adipibus, ac cæteris ſpeciebus.

Tres ſunt partes principales corporis

Quatuor ſũt genera membrorum in corpore.

Razi. vbi ſupra. Membrorum in corpore quatuor ſunt genera, quorum principalia ſunt tria, & ad conſeruationem vitæ valde neceſſaria. *Horum* quædam nutritionis inſtrumenta ſunt, vt ſtomachus, & hepar,& eorum canales, & viæ quę ad ipſa proueniunt, & os, & meri: Reliquæ quoque vię quæ ab eis exeunt,vt inteſtina. *Quædam* vero ſunt inſtrumenta naturalis caloris,& conſeruationis eius. Quorum prima ſunt cor & arterię: Secunda verò pulmo & pectus, & quæcunque valet ad aeris attractionem. *Quędam* autem ſunt inſtrumenta ſenſus,& motus, & intellectualium actionum. Ipſa ſunt cerebrum,& nucha, & nerui, & muſculi, & chordæ,& his ſimilia, quæ ſunt neceſſaria ad complendam actionem & paſſionem.

Principale inſtrumentũ corporis in ordine ad nutritionem eſt hepar; in or dine ad calorem naturalem,cor;in ordine ad operationes.cerebrum.

In vnoquoque autem iſtorum trium generum, vnũ eſt principale & operans,alia verò vt ſeruientia,ipſumque in ſuis actionibus adiuuantia. *In primo* genere principale inſtrumentum eſt hepar, in ſecundo cor, in tertio cerebrum. Et vnumquodque iſtorum aliis duabus connexum eſt; eiſque indiget Hepar namque niſi omnibus aliis membris nutrimentum tranſmitteret,reſoluerentur. Ipſum verò niſi à corde calorem haberet, eius ſubſtantia qua ſua completur actio, non conſeruaretur: Cerebrum quoque ſi non ab arterijs calefieret, nec à venis nutriretur, eius natura non conſeruaretur. Sed & muſculi pectoris,niſi à cerebro mouerentur, nõ poſſet aer attrahi, nec cordis conſeruaretur ſubſtantia, qua calor naturalis,qui in corpore eſt,euentatur. *Quartum* genus membrorum eſt inſtrumenta principalia generationis,ſcilicet matrix,& virga, & teſticuli, & vaſa ſpermatis, quæ neceſſaria non ſunt ad vnius ſingularis perdurationem,ſed ad ſpeciei conſeruationem.

De ordine & ratione membrorum ſimplicium.

CAP. XLII.

Mẽbra quædam ſimilaria, quædam diſſimilaria, ſeu alter quadã ſimplicia,quadã compoſita.

AVicenna 1.can. Membra ſunt corpora quæ generantur ex prima humorum commixtione. Horum alia ſimplicia ſunt, quorum ſcilicet quælibet pars toti communicat in nomine & diffinitione,vt caro, & os,neruus,& ſimilia:ideoque ſimilium partium vocantur. Quædam verò compoſita, quorum ſcilicet pars quælibet toti nõ communicat in nomine & diffinitione,vt manus & facies;& hæc vocantur inſtrumentalia, eo quod inſtrumenta ſunt animæ ad complendos motus,& operationes.

Primum quidem membrorum ſimilium eſt os,quod durum creatum eſt,quia corporis eſt fundamentum,& ſuſtentaculum motuum. *Poſt* hoc eſt cartilago,quæ oſſe mollior eſt, & ideo flecti poteſt, ſed omnibus alijs mẽbris durior eſt. Creata eſt autẽ, vt oſſium cum corporibus mollibus continuatio fieret, & vt durum cum molli non abſque medio componeretur. Duro enim molle læderetur,præcipueque in hora paſſionis,& cõſtrictionis. *Poſt has* autem ſunt nerui,corpora ſcilicet à cerebro orta,,vel à nucha,ad flectendum mollia, & ad ſeparandum dura. Ad hoc autem creati ſunt vt per eos membra ſenſum habeant, & motum. *Poſt* neruos ſunt chordæ,quæ quidem ab extremitatibus muſculorum oriuntur,& neruis famulantur, & ad membra tendentes mobilia,plerunque ſua retractione retrahunt membra propter muſculi contractionem, & congregationem,ac retroductionem.

Poſt has ſunt ligamenta, quæ ſecundum viſum & tactum neruoſa ſunt, & ab oſſibus venientia, ad muſculos vadunt. Nullum autem ligamentorum habet ſenſum, ne propter multum motum & fricationem quæ adhærent ei, doleret. *Poſtea* ſunt arteriæ, corpora ſcilicet, quæ ex corde naſcuntur concaua, in longitudine extenſa, neruoſa, & in ſua ſubſtantia ligamentalia, habentia motiones, dilatando ſe & conſtringendo, quæ ex quietibus diſcernuntur. Ad hoc autem creatæ ſunt, vt cor euentetur, & ab eo vapor fumoſus expellatur,& ſpiritus membris corporis diſtribuatur. Poſt hæc autem ſunt venæ, quæ ſimiles arterijs exiſtunt, ſed ſunt ab hepate, & ſunt quietæ. Ad hoc quidem creatæ, vt ſanguis membris quæ ſunt in corpore partiatur.

Deinde ſunt panniculi, quæ ſunt corpora de filis neruoſis non ſenſu perceptis contexta, dilatata, & aliorum corporum ſuperficies cooperientia, & continentia;eapropter iuuamenta,ex quibus eſt vt ſummam eorum in ſua figura & factura cuſtodiant, & vt ab alijs corporibus ſuſpendant, & eis innectant, mediantibus neruo & ligamento; quæ fila facta fuerunt, ex quibus & ipſi texti fuerunt: & vt membra ſecundum ſui ſubſtantiã non habentia ſenſum,per ipſos habeant ſuperficiem per ſe & ex ſua eſſentia ſentientem; vt pulmo, & hepar,& ſplen,& renes.Hæc.n. ſubſtãtia ſua nullo modo ſentiunt, ſed nec illud ſentit quòd in eis percuſſionem facit, niſi quod ſuper ea de panniculis exiſtit. Cumque in eis accidit ventus, aut apoſtema, ſentitur; ſed ventũ ſentit panniculus accidentaliter, propter extenſionem quæ contingit in ipſo. Apoſtema verò ſentit principium panniculi & eius appenſionem accidentaliter

Ligamenta corporis ſenſum non habent ratione ſui.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

taliter, eo quod membrum apoſtematis grauitate laxatur. *Poſt hæc* autem eſt caro, quæ eſt locorum vacuorũ impletio, in eorum membrorum ſitu in corpore exiſtentium, & ipſorum fortitudo qua ſuſtentantur.

In omni mẽbro eſt potentia nutritiua eſto in alijs virtutibus magnum ſit diſcrimen.

De differentia membrorum ſecundum virtutes vel actiones.

CAP. XLIII.

IN vnoquoquevero membro eſt virtus naturalis qua res ei nutrimenti copuletur. Et huius quidẽ eſt nutrimentum attrahere, retinere, aſſimilare, vnire, ſuperfluitatem expellere. Et poſt hoc quidem membra diuerſificantur; quædam enim præter hanc virtutem habent & aliam, quæ ab ipſis ad aliud procedit; quædam verò non habent. Item quædam præter hanc habent inſuper virtutem quę eis ab alio influit, & quædam non. Facta igitur compoſitione, ſequitur quod eſt membrum ſuſcipiens, & non tribuens. In cerebro namque & hepate conuenerunt omnes medici, quod vnumquodque eorum virtutem vitæ ſuſcipit, vt calorem naturalem & ſpiritum, à corde: vnumquodque etiam eorum habet principium virtutis quam alij tribuit, nam cerebrum præbet ſenſum, ſecundum quoſdam abſolutè, ſecundum quoſdam non abſolutè. Et hepar principium eſt nutrimenti ſecundum quoſdam abſolutè, ſecundum quoſdam non abſolutè. Caro verò ſentiendi virtutem & vitæ ſuſcipit, & non eſt alicuius virtutis principium, quam alij vllo modo tribuat.

Cor eſt mẽbrum tribuẽs virtutẽ vitæ alijs potentijs & ab illis nõ ſuſcipiens.

Cor autem (vt ait magnus Philoſophus) eſt membrum tribuens, & non ſuſcipiens. Ipſum enim eſt omnium virtutum prima radix, & omnibus aliis membris virtutes ſuas tribuit, quibus nutriuntur & viuunt, & quibus comprehendunt, & quibus mouentur. Medici verò & quidam primorum Philoſophorum, has virtutes in membris partiti ſunt. Sed Philoſophi quidem ſermo, cum ſubtiliter certificatur eſt veracior, medicorum autem manifeſtior. Non eſt autem curandum vtrum cor ſit principium ſenſus & motionis cerebro, & virtutis nutrientis hepati, an non. Cerebrum enim ſiue per ſe, ſiue per cor hoc habeat, principium animalium actionum exiſtit aliorum comparatione, & hepar ſimiliter principium eſt actionum naturalium nutrientium comparatione aliorum.

Quæ dicẽda mẽbra principalia. Ad conſeruationem indiuiduj principalia ſũt cor, hepar, cerebrum; ad cõſeruationem ſpeciei, teſticuli.

De membris principalibus & eis deſeruientibus.

CAP. XLIV.

ITerum membra quædam ſunt principalia, quædam principalibus deſeruientia, quædam autem non principalia abſque ſeruitio. *Membra* principalia ſunt, quæ primarum virtutum in corpore exiſtentium principia habent, quæ ad hoc neceſſaria ſunt, vt ſingulare, aut ſpecies perdurent. Et ſecundum ſingularitatis quidem durabilitatem, principalia ſunt hæc tria, cor, hepar, & cerebrum. Cor quidem eſt principium virtutis vitę. Et cerebrum quidem eſt principium virtutis ſentiendi & mouendi. Et hepar quidem eſt principium nutriendi. Sed ſecundum ſpeciei durabilitatem ſunt principalia hæc tria, & etiam aliud quartum, quod ſpeciei proprium eſt, ſcilicet teſticuli, qui ad vnam quidem rem neceſſarij ſunt, ſcilicet ad ſperma generandum, quo genealogia conſeruetur, & ad aliam iuuatiui, ſc. vt complementum formæ detur, & completio maſculina & fœminina conſeruetur, quæ ſpeciebus animalis accidentia ſunt, & ſeparabilia.

Quanã mẽbra principalibus deſeruiant & qualiter.

Membrorum autem deſeruientium, alia deſeruiunt ſeruitute præparatoria, alia vero ſeruitute latoria. Præparatoria ſeruitus eſt antequam principale operetur: Latoria vero poſt. Cordis ſeruiens præparator eſt, ſicut pulmo; & eius ſeruiens lator eſt, ſicut arteriæ. Cerebri præparator eſt, vt hepar, & alia nutrimenti membra, & cuſtodiæ ſpiritus: Lator autem ſicut nerui. Hepatis præparator vt ſtomachus: Lator venæ. Teſticulorum præparator, vt membra quæ ſperma generant antequam ipſi: Lator autem virga in viris, & venæ quæ ſunt inter illos & ipſam. In mulieribus etiam ſimiliter venæ, quæ ſperma ad locum conceptionis impellunt: habent inſuper & matricẽ, per quam ſpermatis completur vtilitas. *Galenus* autem dixit quod membrorum alia ſunt quę operationem tãtum efficere habent, vt cor: Alia quæ iuuamentum tantum, vt pulmo: Alia quæ vtrumque, vt hepar.

De differentia membrorum ſecundum creationis ſuæ materiam.

CAP. XLV.

ITem membrorum alia generantur ex ſpermate, & hæc ſunt membra ſimilium partium, præter carnem & adipem. Alia verò ex ſanguine, ſicut adeps, & caro; quod enim eſt præter hæc duo, generatur ex duobus ſpermatibus, ſc. maris & fœminæ. Sanguis autem qui in tempore mẽſtruorum à muliere ſeparabatur, fit nutrimentum. Sed alia pars eius eſt, quæ conuertitur in ſimilitudinem ſubſtantiæ ſpermatis, & membrorum quę ex eo generantur, & fit nutrimentum augmentans ipſum. Alia quę non fit nutrimentum adhuc, ſed eſt cõueniens ad hoc vt coaguletur ad implenda loca membrorum primorum vacua, fitque caro & adeps. Alia verò eſt ſuperfluitas, quę nulli harum duarum rerum bona eſt, & remanet vſque ad horam partus, quam natura vtpote ſuperfluã expellit. Cũque parturiturinfans, ſanguis quẽ ipſius hepar generat, huius ſanguinis vices ſupplet, & generatur ab eo quod ab illo ſanguine generabatur. Et caro quidem ex ſanguine generatur ipſillo, quem caliditas & ſiccitas coagulant. Adeps autem ex eius aquoſitate & vnctuoſitate, quam frigiditas coagulat; & ideo caliditas eam reſoluit.

Omnia mẽbra ſimilaria prater carnem & adipem generantur ex ſpermate; caro vero & adeps ex ſanguine, alia tamen & alia ratione.

Membra quidem quæ creata ſunt ex ſpermate, cum ſolutione continuitatis patiuntur. Certa continuitate non reſtaurantur, niſi pauca ex eis, & in paucis habitudinibus, & in ętate pueritiæ, & ſicut oſſa & rami venarum parui, non autem magni, neque arteriarum. Cum enim aliqua pars eorum ſeiungitur, nihil loco illius naſcitur. Et hęc quidem ſunt ſicut oſſa & nerui. Illa verò quæ ex ſanguine creata ſunt, poſt perditionem ſuam renaſcuntur, & continuantur tali ſubſtantia quali ſunt ipſa, ſicut caro. Illud quidem quod generatũ eſt ex ſanguine, in quo adhuc axiſtit virtus ſpermatis, dum nondum inter ipſum & ſperma, niſi tempus interceſſerit paruum, quando tollitur renaſci poteſt, ſicut dentes in pueritia, cum autem ſanguis ad aliam complexionem fuerit conuerſus, non iterum renaſcetur.

Membra ſolla ex ſpermate ſemel diſiunctà rarò continuãtur aut reſtaurantur, bene tamen quæ fiunt ex ſanguine.

Item membra quędam ſunt quorum complexio ſanguini propinqua eſt, & ideo non indiget ſanguis in eorũ nutrimento multoties conuerti, ſicut caro. Quapropter in ea, neque foramina facta ſunt, neque ventriculi, in quibus aliquandiu nutrimentum quod ei dirigitur immoretur, & deinde ex eo caro mutatur. Sed illico cũ ei nutrimentum occurrit, in ipſam conuertitur. *Quædam* verò ſunt, quorum complexio à ſanguinis complexione valde remota eſt; & ideo cum neceſſe fuerit ſanguinem ea nutrire, oportet vt in ſimilitudine ſubſtãtiæ eorum multis conuerſionibus ordinatim conuertatur, ſicut os. Quapropter in creatione, aut vnum foramen poſitum fuit, in quo nutrimentum tamdiu contineat, donec in eius ſimilitudinem paulatim conuertatur, ſicut in oſſe cruris, & adiutorij: aut multa foramina in eis diuiſa, ſicut in oſſe mandibulæ inferioris. *Membra* verò fortia ſuperfluitates ſuas ad membra debilia ſibi vicina expellunt, ſicut cor ad aſellas; & cerebrum ad loca, quæ ſunt poſt auriculas: & hepar ad inguina.

Quædã mẽbra ſunt ſanguinis in complexione propinqua, vt caro, quædam remota, vt os

De differentia membrorum ſecundum formam.

CAP. XLVI.

ITerum omnia membra carnoſa, aut villoſa ſunt, ſicut caro quæ eſt in muſculis: aut villis carentia, ſicut hepar: & nullus quidem motus fit, niſi per villos. Sed voluntarius fit cauſa villorum qui ſunt in muſculis naturalis autem, ſicut motus matricis, ac venarum; Et cõ-

Omnia mẽbra carnoſa aut ſunt villoſa, aut villis carentia, nullus autẽ motus ſit niſi per villos.

poſitus

positus, sicut motus transglutiendi, fit villis proprijs, per formam ex situ longitudinis & latitudinis & transuersionis. Et illi quidem qui in longitudinem protenduntur, seruiunt attractioni: qui autem in latitudinem tendunt constringentes, expulsioni; qui verò ex transuerso, retentioni. Membrorum autem quæ tunicam habent vnam, sicut venarum & vesicæ, tres villorum species ad inuicem sunt textæ. Membrorum verò quæ duas tunicas habent, villi qui in latitudinem tendunt, semper in eorum extrinseca sunt tunica, & alij duo in intrinseca. Qui ideo sic creati sunt, ne attrahendi & expelendi villi simul existerent; melius.n. erat vt villi attrahendi, & retinēdi simul essent; nisi in intestinis, quia non indigent multa retentione, sed attractione, & expulsione. *Membrorum* autem neruosorum corpora à sui substantia aliena continentium, quædam tunicam vnā habent, quædam ex duabus consistunt, & sic propter iuuamenta multa creata fuerunt. *Quorum* vnū est multa necessitas custodiæ fortitudinis suæ corporeitatis, ne findantur causa fortitudinis motus eius quod in eis continetur; sicut arteriæ. *Secundum* est necessitas multę custodiæ in re corporis quod in eis est reconditum, ne resoluatur, & egrediatur. *Tertium* est, quia cum alicui membro necessarium fuerit, vt esset ipsius attractio & expulsio motu vehementi, factum est vnicuique earū singulariter instrumentum sine permixtione; talia sunt stomachus, & intestina. *Quartum*, quia cum naturæ voluntas fuerit vt vnaquæque membri tunica operationi propriæ præparantia fit, & vnaquęque duarum operationum acciderit propter complexionem, ab alterius operationis complexione diuersam, melius fuit inter eas diuidere; sicut in stomacho virtus est sentiendi, quę non est nisi in membro neruoso, & dirigendi quod nō fit nisi per membrum neruosum. Vnicuique igitur harum duarum rerum posita est tunica per se. sc. neruosa sensui, carnosa digestioni: & intrinsecā quidē fecit natura neruosam, extrinsecam verocarnosam, quia potest operatio digerentis ad id quod digestum est in potentia sine occursu peruenire. Sentiens autem non potest aliquid sentire, nisi obuiet ei sensu, sc. tactus.

Mēbra neruosa tunicas habent, ob vtilitates quatuor.

De Spiritibus.

CAP. XLVII.

Razi. in lib Regalis dispositionis, Ser. 2. Supereſt iam, res naturales diuidendo, speculatio de spiritibus, per quos firmitas corporis & subsistētia fit, omnesque ipsius complētur actiones. Dico ergo spiritus esse tres. Primus est naturalis, secundus vitalis, tertius animalis. *Naturalis* in hepate generatur, & ab eo per venas non pulsantes in omne corpus mittitur, virtutemque naturalem constituit, & eius bene format actiones, ac perficit. Huiusmodi autem generatio fit ex meliori sanguine, qui est in hepate, scilicet claro, subtili, mundo, ac puro; cui nullus aliorum miscetur humorum, vel superfluitas; eiusque digestio est in vltimo decoctionis. *Vitalis* in corde generatur, à quo per venas pulsantes in omnia corporis membra mittitur, vitalemque virtutem confortat atque custodit, & eius habitudines informat ac perficit. Huius generatio fit ex subtili vapore sāguinis clari ac mūdi, & ex aere per respirationem inducto.

Animalis autem in ventriculis cerebri generatur, ac per neruos ad omne corpus mittitur, animalemque cōstituit virtuem, ac sólidat, & in habitudine sua conseruat. Huius generatio ex vitali spiritu fit, qui à corde per duas venas pulsantes ad cerebrum ascendit. Quę scilicet venæ dictæ iuueniles ad cerebrum tendunt, & per craneum transmittuntur vsque ad locum, qui cerebri sedes & basis dicitur, illicque multiformiter diuiduntur. Harum diuisiones adinuicem irretitæ miscentur, & in seipsas retorquentur ac reuoluuntur, ita quod ex eis tela reti similis efficitur. Dehinc verò tela coadunatur fiuntque ex eis duæ venę pulsantes prioribus similes, quæ superiora loci illius ascendentes, ibidem distribuuntur.

Spiritus sunt tres, s. naturalis, vitalis, animalis: naturalis in hepate generatur, vitalis in corde, animalis in vētriculis cerebri.

Spiritus itaque vitalis, cum à corde ascendens, ad hoc rete peruenerit, & in multitudine venarum eius omnes reflexus pertrāsierit, ibique diutius permāserit, & in vltimo maturationis decoctus, clarusque fuerit, fit ab eo spiritus animalis. Ob hoc ergo illud venarum rete paratum est, vt decoqueretur spiritus vitalis, decoctusque fieret animalis; sicut & mammæ decoctioni sanguinis paratæ sunt, vt fieret lac, testes quoque spermatis maturationi. Spermati namque vasa præparata sunt illę scilicet inuolutiones ac retorsiones quæ in testibus sunt, vt in eis mora prolongetur ac maturetur, & in eorum naturam quam habent spermati configuratam immutetur: Sic & lacti venæ præparatæ sunt à vena concaua ascendentes ad mammillas, quo eius in ipso ascensu mora differatur ac decoquatur, & in naturam lacti similem ac vicinam alteretur.

Quomodo spiritus vitalis fiat animalis.

Ad hunc igitur modum & implicatio venarum in cerebro facta est, propter animalis spiritus generationem ex vitali, quo in ea immoretur, ac subtilietur, & excoquatur. Dehinc autem ab hoc reti per duas venas quæ ex illis omnibus congregantur, ad duos proræ cerebri ventriculos mittitur, illicque subtiliatur, & quæ illic fuerant immixtę superfluitates, ad nares & palatum repelluntur. Ab illis autem ad posteriorem cerebri ventriculum mittitur, puppim scilicet, per meatum qui duobus interest ventriculis vel vasis, quæ sunt medius cerebri ventriculus & puppis, meatus autem hic non semper est apertus. In eius enim ventre corpus est vermi simile; illum opilans, donec naturæ cura repellat à medio ventriculo ad posteriorem, eoque reducto meatus aperitur, & quod mittendum est trāsmittitur. Dehinc ad suum illud locum reducit, & per spiritum qui in vase puppis est, fit motus, per illum autem qui in prora, sensus & phantasia, per inhabitantem vero medium cerebri, ventriculum, cogitatio. Hic itaque spiritus qui in cerebro est, organum est animæ, per quod & sensus fit, & motus voluntarius.

Traductio spiritus animalis, eiusq; effectus.

De virtutibus vitalibus.

CAP. XLVIII.

Avicenna in 1. canone. Virtutum genera tria sunt, scilicet, vitalium, naturalium, animalium. Et vnaquæque (sicut philosophis visum est) proprium habet membrum, quod eius minera existit, & à quo operationes eius procedunt. Virtutis enim animalis sedes est cerebrum. Virtus autem naturalis duplex est, vna scilicet nutritiua, cuius sedes est hepar. Alia generatiua, cuius habitatio & operationum ipsius prouentus sunt testiculi. Virtutis verò vitalis sedes est cor. Omnibus autem philosophis, maiori id est Aristoteli videtur, quod omnium virtutum istarum principium sit cor. Sed primarum operationum earum manifestatio in his exitit principijs, sicut apud medicos, cerebrum est sentiendi principium. Et post hoc quilibet sensus per se membrum habet, in quo manifestatur ipsius operatio. *Virtutum* naturalium, aliæ sunt ministrantes tantum, aliæ ministratæ. Ministratarum duo sunt genera: Vnum genus ministrat in re nutrientis, ad hoc vt indiuiduum remaneat; & hæc in duas species diuiditur, sc. nutritiuam, & crescitiuam. Alterum genus in re nutriente ministrat, ad hoc vt remaneat species; & hæc similiter in duas partitur, in generatiuam scilicet, & informatiuam. *Virtus* nutritiua est illa, quæ nutriens in nutriti conuertit similitudinem, vt per ipsum restauret quod dissolutū est. *Crescitiua* vero est illa, quæ in totius corporis addit diametris, secundū proportionalitatem naturalem, vt ipsum ad augmenti finem perducat, per illud quod ipsum ex nutriente ingreditur. Itaque nutritiua crescitiuæ seruit, quoniam affert quandoque nutriens ei quod dissoluitur æquale, quandoque minus, quandoque plus. Sed crescentia non erit, nisi cum quod ingreditur plus fuerit eo quod dissoluitur. Non tamen totum illud quod totaliter existit, crescentia est. Impinguari autem post macredinem in ætate consi-

Virtus naturalis duplex, sc. nutritiua, & generatiua.

Virtutū naturalium alia sunt ministrātes, alia ministratæ.

Quid virtus nutritiua, & crescitiua.

stentiæ

ſtentiæ creſcentia non eſt, ſecundum prædictam creſcitiuæ diffinitionem.

Quid generatiua & quotuplex.

Generatiua virtus eſt, quæ vim generationis miniſtrat. Huius duæ ſunt ſpecies. Vna quæ in maſculis & fœminis ſperma generat: altera virtutes quæ ſunt in ſpermate diuidit & permiſcet, eas temperando ſecundum quod vnicuique membro conuenit, dans neruo complexionem propriam, & oſſi ſimiliter, & arterijs. Hanc vocant medici virtutem immutatiuam primam. Virtus autem informatiua imprimens, ideſt ſigillans, eſt illa ex qua præcepto ſui creatoris membrorum lineatio prouenit, & ipſorum figuratio, & concauitates, & foramina, & leuitas, & aſperitas, & eorum ſitus, ipſorumq; communitas; Ad vltimum etiã operationes quæ ex finibus dimenſionum eorum pẽdent; & huic quidem virtuti miniſtrant nutritiua, & creſcitiua. Virtutes autem naturales quæ miniſtrant, tantum virtuti nutritiuæ miniſtrantes ſunt, & ſunt quatuor. Attractiua creata eſt ad attrahendum nutrimentum; quæ quidem hoc operatur villis membri, in quibus ipſa eſt ſecundum longitudinem protenſis. Retentiua creata eſt, vt iuuatiuum, ſiue vt nutrimentũ retineat, dum virtutes ipſum immutantes operantur in eo; quod quidem efficit villis ex diuerſo protenſis: quandoque etia m illi qui ſecundum latitudinem incedunt, auxilium præbent. Digeſtiua eſt, quæ ipſum nutrimentum in eſſentiam aptam conuertit, virtutum in eo permutationem faciendo & complexionem quæ conuerſioni nutrientis in effectu competens eſt. Hæc eſt enim eius operatio in nutritiuo, quæ vocatur digeſtio; eius autem operatio in ſuperfluitatibus eſt, vt ſi poſſibile ſit, eas in hanc mutet diſpoſitionem, quæ etiam vocatur digeſtio; aut vt earum egreſſionem à membro in quo ſunt retentæ facilem efficiat cum expulſione earum attenuando eſſentiam; ſi quod prohibet fuerit craſſities: Aut incraſſando, ſi quod vetat fuerit tenuitas: Aut incidendo, ſi viſcoſitas & hæc operatio vocatur maturatio. Expulſiua eſt, quæ ſuperfluitatem expellit ex nutrimento reſiduam per foramina, ſibi præparata, vel ſi non ſint ibi præparata foramina, à nobili expellit ad ignobile, & à duro ad laxum.

Virtutes naturales miniſtrantes ſunt quatuor quæ omnes miniſtrant nutritiuæ.

His 4. potentijs, 4 primæ qualitates ſubſeruiunt

His autem quatuor virtutibus naturalibus, quatuor primæ ſeruiunt qualitates, caliditas, ſcilicet & frigiditas, humiditas, & ſiccitas. Sed caliditatis ſeruitium omnibus quatuor pro certo eſt commune. Frigiditas autem quandoque alicui earum ſeruit accidentaliter, ſed non eſſentialiter. Nam quod eſſentialiter ineſt ei, omnibus virtutibus eſt contrarium. Eſt enim ſtupefaciens, & mortificans, & ab omnibus prohibens operationibus. Ad retentionem tamen faciendam accidentaliter confert, quia villos ſecundum bonæ comprehenſionis figuram tenet. Sic etiam digeſtiuam & expulſiuam aliquo modo iuuat.

De Virtutibus animalibus.

CAPVT XLIX.

Quid virtus animalis & quotuplex.

VIrtus animalis eſt illa, quæ cum in membris recepta fuerit, ea præparat ad recipiendam virtutem ſenſus, & motus, & operationẽ vitæ, quibus etiam admiſcentur timores, & iræ motiones, eo quod in eis reperiunt dilationem & conſtrictionẽ, quæ accidunt ſpiritui, qui huic operatus eſt virtuti. Virtutis animalis duæ ſunt ſpecies, comprehenſiua, ſcilicet & motiua. Comprehenſiua diuiditur; nam alia comprehendit manifeſte, & hæc eſt ſenſibilis, quæ ſecundum quoſdam in quinque ſenſus diuiditur, & in octo ſecundum alios vt ſcilicet tactus quatuor ſenſus ſpirituales comprehendat, ſicut alibi dictum eſt. Alia vero comprehendit occultè, & hęc iterum quinque ſpecies habet.

Comprehenſiua diuiditur in quinque ſenſus externos, & quinque internas virtutes comprehenſiuas.

Quid ſenſus cõmunis & phantaſia.

Prima eſt ſenſus communis, & phantaſia, quæ apud medicos quidem ſunt vna virtus, ſed apud philoſophos duæ. Nam ſenſus cõmunis eſt illa vis, quæ omnia ſenſu percepta recipit, & eorum formas patitur. Phantaſia vero illa, quæ eas cuſtodit poſtquam coniunguntur, & retinet eas poſt ſenſus abſentiam, huius virtutis ſedes, & operationis eius principium eſt, anterior cerebri panniculus.

Quid imaginatiua.

Secunda eſt imaginatiua, quæ & cogitatiua à medicis quandoque dicitur. Nam quando ſub imperio æſtimatiuæ virtutis operatur, vel ipſamet ad operationem ſuam peruenit, vocatur imaginatiua; quando vero ſub rationis imperio, cogitatiua. Inter hanc & primam eſt differentia, quia prima recipit & cuſtodit tantum illud quod ad eam deformis ſenſu perceptis peruenit. Iſta vero in his quę imaginatione ſunt recõdita ſe exercet, cõponendo & diuidendo, ſingulaſque formas, ſicut ad eam à ſenſu peruenium conſiderãdo, & etiam alias ab eis diuerſas, ſicut hominẽ volantem; quod Phantaſia non facit. Huius ſedis eſt ventriculus cerebri medius.

Diſcrimen inter imaginatiuam & phantaſiam.

Quid æſtimatiua.

Tertia eſt æſtimatiua, qua ſcilicet animal iudicat, quod lupus eſt inimicus, & qui annonã præbet amicus, à quo nec fugiendum eſt, & quod filius eſt dilectus. Huius inſtrumentum eſt ſecunda, ſcilicet imaginatiua, & differt ab ea, quoniam huius operationes iudicium ſequitur, illius autẽ non: Et illius operationes ſunt in ſenſu perceptis comparationem facere. Huius autem, intentiones illorum extra ſenſum iudicare. Ita differt à prima, quia Phantaſtica ſenſu percepta retinet; hæc autem in ſenſu perceptis, intentiones diſcernit non ſenſu perceptas, hanc quidem medicus non conſiderat.

Diſcrimen inter æſtimatiuam & imaginatiuam.

Quid memoria.

Quarta vero ſecundum philoſophum, quæ eſt tertia ſecundum medicum, eſt conſeruatiua & memorialis, & eſt theſaurus eius quod ad æſtimationem peruenit de intentionibus, ſicut Phantaſtica eius quod ad ſenſum de formis ſenſibilibus. Huius locus eſt poſterior cerebri ventriculus. Vtrum autem virtus memorialis & conſeruatiua, & illa quæ reducit id quod eſt abſens ad memoriam, ex his quę ab æſtimatiua ſunt repoſita, ſit virtus vna vel duę, non eſt medici curare, quia qualitercumque ſint, impedimenta quæ eis accidunt, homogenea ſunt. Sunt enim nocumenta quæ ventriculo poſteriori accidunt, vel de genere complexionis, vel de genere compoſitionis.

Potentiã rationalẽ medici non conſiderant, nec æſtimatiuã.

Quinta eſt humana rationalis, quam medici quoq; non conſiderant ſicut, nec æſtimatiuã. Non.n. curant niſi de virtutibus illis, ex quibus cũ in ſuis impedimẽtis immediate accidit læſio, prouenit ægritudo. Nã ſi acciderit operationi vnius impedimentum cauſa alterius, ſufficit eum ſcire diſpoſitionẽ illius cui accidit ſine medio, vt. ſ. ei cum medicina occurrat. Tres itaque tantum conſiderat medicus. Motiua virtus eſt illa, quæ chordas contrahit & laxat, propter quod membra mouentur atque iuncturæ ſua dilatatione ac flexione. Huius penetratio in neruis eſt, qui cum lacertis ſunt continui. Eſt & genus quod ſecundum ſpecificationem principij motuum ſpecificatur. *Auctor.* De mẽbris & virtutibus, & eorum actionibus, plenius dictum eſt ſuperius, vbi actum eſt de natura hominis.

Quid virtus motiua.

De Coloribus.

CAP. L.

HIs autem rebus naturalibus quæ per ordinem digeſtæ ſunt, quidam (vt ſupra dictum eſt) alia quatuor adijciunt, ſcilicet ætates, colores, figuras, maris & fœminæ differentias, vnde de ætate & ſexu paulò ſuperius diximus, nunc de cæteris breuiter aliquid tangamus.

Vnde colores oriantur.

Iohannicius. Color cutis fit ab humorum abundantia, aut ab æqualitate, vel inæqualitate. Ab æqualitate eſt ille qui cõpoſitus eſt ab albedine & rubedine. Ab inæqualitate vero procedunt niger, citrinus, rubeus, glaucus, & albus. Color quidem rubeus, & niger, & citrinus, ſignificant calorem dominantem corpori. Citrinus autem ſolus deſignat choleram rubeam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Niger vero ſolus cholerã nigram. Rubeus ſolus, anguinis abundantiam. Albus autem & glaucus, abundantem, frigiditatẽ, ſed albus ex felle, glaucus ex melancholia ſuas cauſas habere deſignant. *Ab* exterioribus plerumque colores adueniunt, vt ex frigore Scotis, ex calore Ethyopibus, & ex alijs multis accidentibus, ſunt & alij ſpiritales colores, vt ex timore, vel ira, vel triſtitia, vel ex alijs animi motionibus.

Colores interdum proueniunt à paſſionibus & alijs accidentibus.

Colores capillorum quatuor ſunt, ſcilicet niger, rubeus, glaucus, canus. *Niger* ex abundantia cholerici humoris incenſi, vel aduſtione multa ſanguinis, aut ex multitudine caloris nõ aduſtiui, vnde, ſemper fiunt capilli rubei. *Glaucus* autem ex abundantia melancholici. Canicies vero fit ex nimia defectione caloris naturalis, & ex abundantia putridi Phlegmatis, quod plurimum fit in ſenibus.

Colores capillorũ ſunt 4.

Colores etiam oculorum ſunt quatuor, ſcilicet niger, ſubalbidus, varius, & glaucus. *nigredo* fit ex defectu viſibilis ſpiritus, aut ex perturbatione ſpiritus ipſius, aut ex penuria chryſtallini humoris, aut quia idem humor plurimum recedit intus, aut modico humore albugineo, aut ex perturbatione ipſius, aut ex abundãtia qualitatis vuei humoris. *Subalbedo* vero fit ex ſeptẽ rebus cõtrarij ſuperioribus, ideſt ex abundantia viſibilis ſpiritus, aut ex claritate ipſius, &c. *Varius* autẽ color, vel glaucus fit, ſi res cõueniunt quæ nigredini & ſubalbedini accidũt. Et varius quidẽ color ſignificat viſibilem abundare, & magis acclarescere in ſua varietate. Glaucus autem eundem ſpiritum abundare minus, & ſubnigreſcere in ſua glaucedine. *Razis in Almanſore, ij. parte.* Color rufus aut rubeus, ſanguinis & caloris innuit multitudinem. Color autẽ inter rubeum & album medius, æqualem ſignificat complexionem, ſi cum hoc etiam cutis nuda fuerit à pilis. Color flauus ſignificat inſtabilitatem & maniã. Rubeus & clarus, verecundiam. Viridis aut niger, morum prauitatem.

Colores oculorum 4.

Colores deſignant mores, & cõplexiones.

De figuris corporis, & primo de pinguedine & macie.

Cap. LI.

Iohannicivs. Qualitatum corpõris ſunt quatuor modi, ſcilicet craſſitudo nimia, macies extenuata, ſinthesis, ſqualiditas. Pinguedo fit ex frigiditate & intenſa ſiccitate. Macies ex caliditate & intenſa ſiccitate. Syntheſis ex caliditate & humiditate. Squaliditas ex frigiditate & intenſa humiditate. Æqualitas vero fit ex humorum æqualitate. Et hæ ſunt corporis formæ. *Ex lib. de regimine ſanitatis.* Figuræ corporis ſunt ſex, ſcilicet pinguedo, macies, temperies, ſoliditas, raritas, & mediocritas. Inter pinguedinem & maciem temperata ſunt laudabiliora, quia ſaniora ſunt & magis cæteris ſufferentia. Calor enim naturalis horum corporum fortis eſt, & digeſtio perfecta: vnde membra fortia ſunt ad expellenda nociua, quia temperata compoſitio non eſt niſi de temperata complexione. Pinguia vero peſſima ſunt: maximè ſi ſunt naturaliter. Hæc enim corpora ſunt peſſimis morbis apparata, quia naturalis eorum calor defectus eſt, propter anguſtiam venarum. Cauſa ergo anguſtiarum venarum duplex eſt, vel ex defectione caloris naturalis, vel quia premũtur & coarctantur venæ, ex carnium multitudine. Hi parum viuunt, quia anguſtia venarum eſt cauſa minuendi calorem naturalẽ, atque adeo cur ſit ſpiritus indigentia, hęc quoque omnia ſunt per abundantiam humorum in corpore coadunatam, quæ eſt prolixorum morborum materia; ſicut eſt anhelitus difficultas, apoplexia, paraliſis & ſimilia. Item propter grauitatem ſuorum corporum nequeunt aliquod operari exercitium, vel laborẽ. Qui quoque ſi exercuerint, moleſtiſſimi erunt. Motus autem exercitij, calorem confortat naturalem, & fortitudo caloris naturalis eſt cauſa digeſtionis. Quod ſi multum digerunt, craſſities eorum augmentabitur, & augmentata craſſitie, venæ eorum fiunt plus anguſtæ, vnde aër cum flamine intrans, non inuenit aditum quo ad totum corpus veniat: Ideoque fit cauſa calorem naturalem ſuffocandi, & ſubitaneæ mortis.

Quatuor ſũt modi qualitatum corporis.

Figura corporis ſunt ſex, & qua melior.

Qui ſũt naturaliter pingues parum viuunt & multis ſunt morbis obnoxij.

Macies vero moleſta eſt, quia ſiccæ: vnde & his qui ſunt huiuſmodi non durant exercitia, quia calefaciunt & deſiccant corpora; vnde ſunt cauſa augmentandæ in eis maciei. hi etiam nequeunt pati calorem vel frigiditatem, qui cito perforantur vſque ad interiora, propter carnis paucitatem. Qui ſi ceciderint ſuper ſolida corpora, vel ipſa ſuper eos, illico, magnã patiuntur moleſtiam, franguntur enim oſſa eorum, quia ſunt denudata carne; quibus Pharmacia eſt inconueniens, maximè ſi macras habuerint hipocundrias. Sunt enim ad tuſſim apparati, propter ſiccitatem corporum eorum; & quia hæ duæ figuræ tantæ peſſimitatis ſunt, oportet vt macilentiam incraſſemus, & craſſam extenuemus.

Macies eſt corporis moleſta.

De Soliditate corporum, & humiditate.

Cap. LII.

Corpora vero quæ ſunt inter ſoliditatem & raritatẽ mediocria, minus cæteris ægra ſunt, quoniam mõdicum ex eis diſſoluitur, non ſicut de ratis corporibus, neque in eis humores ſicut in ſolidis augmentantur: Colores eorum ſunt glauci. Iſtis minus ſunt laudabilia rara corpora, quorum figuræ ſunt ita vt pilos multos & craſſos habeant; & venas plenas. Rara vero corpora ſolidis ſunt meliora, quia craſſiorem & maiorem cibi quantitatem quam ſolida ſuſtinent. Tolerant etiam laborem, neque cito fatigantur; quia propter ſuorum corporũ raritatem, ſuperfluitas diſſoluitur humorum, quæ ſit cauſa fatigationis cum laborauerint.

Corpora mediocriter ſolida ſunt meliora rara ſolidis.

Solidis corporibus hæe ſigna ſunt: Pilorum paucitas, & tenuitas, & corporum leuitas, & carnium multitudo, ſubtilitas venarum, copia vrinæ & egeſtionis; parum enim ex eis per ſudorem ſoluitur. Ideoque huiuſmodi corpora ſunt peiora, quia multum cibi non ſuſtinent, propter paucitatem diſſolutionis corporum illorum, quia penetrat cibus; neque bonæ digeſtionis ſunt, neque ſufferre poſſunt aut pati laborem; citoque fatigantur quia mali humores in ipſis clauſi, per ſudorem non diſſoluuntur, vnde in lacertis permanentes, ſunt cauſa fatigationis. Idcirco ſæpè infirmantur, ſecundum humorum materiam in ipſis coadunatam; quare neceſſe eſt his dari pauca cibaria, ſubtilia, ac humida, vt facilem habeant digeſtionem, neque in ipſis ſuperfluitas humorum coadunetur. Quod ſi impinguari volunt, cito incraſſantur propter paucitatem ſuæ diſſolutionis. Sed ſolida ſemper de interioribus infirmantur malorum chimorum, quia de pauca cibi ſuperfluitate non diſſoluta, ægritudo mala generatur. Sed de exterioribus, ſicut aëris frigiditate, ſole, & cæteris, non cito infirmantur. Illorum enim accidentium ictus nequit ad interiora perforare, propter ſoliditatem corporũ eorum. Rara autem, ſtiptica, & macra ſunt, propter nimiam ſolutionem eorum, quæ cito exteriora accidentia (quia rara ſunt) perforant. Vnde Hippocras: Rara corpora ſolidis meliora ſunt, minuſque infirmantur de ſuperfluis cibis; bene enim digerunt; plures tamen ægritudines patiuntur de exterioribus accidentibus.

Signa ſolidorum corporũ:

Cur rara corpora ſolidis meliora.

De Rebus non naturalibus.

Cap. LIII.

Hali. vbi ſupra ſer. v. Dicto de rebus naturalibus, reſtat diſputandum de rebus non naturalibus, quibus etiam homo indiget, vt eius vita duret. Sunt autem ſex, ſcilicet aër circundans corpus, motus & quies, cibus & potus, ſomnus & vigilia: Naturales euacuationes & conſtipationes animalia accidẽtia ſub euacuationibus naturalibus cõtinentur balneũ

Res non naturales ſunt ſex.

& coitus

& coitus vrina & egeſtio, emũctiones, & ſimilia: Sub animalibus autem accidentibus concluduntur gaudium, ra, triſtitia timor, timor, & cura. Huiuſmodi namqi; res nõ ſicut naturales ſunt, nec hominis generationi cooriginales; ita nec extra naturã, nec omnino aliena. His enim ſi quis vt oportet vtatur, in quantitate debita, & qualitate, & tempore, & ordine, res naturales in ſua conſeruant habitudine, roboreturque ſanitas corporis, vſque ad horam naturalis corruptionis. Si autem aliter quam oportet ali quis eis vtatur, de habitudine naturali corpus egreditur, & infirmatur; aut ſi iam infirmum, eius morbus ſtatuitur aut augmentatur.

Cur huiuſmodi dicantur non naturales.

Vſus non naturalium quomodo adhibendus.

Vſus autem horum ſex iuxta quod vnum quodque corporum exigit adhibendus eſt: vt ſi corpus temperatum ſit, temperatum illi regimẽ eſt eligendũ; Intẽperatis autẽ econtrario. Verbi gratia: Si temperatũ ſit corpus, exercitio temperato ante balneũ, & ante ciborum horã vtatur, tunc. n. calor naturalis cõfortatur & à corpore ſuperflua diſſoluuntur, mẽbra roborãtur, digeſtio procuratur, & ſanitas conſeruatur. Si autem immoderatius labore vtatur, pleruque corpus calefit, & febres emergunt. Quod ſi immoderato eius vſui diutius operam dederit, calor diſſoluitur naturalis, virtus debilitatur ac deficit, & corpus infirmatur. Porro ſi ab exercitij vſu declinauerit, quietem & ocium elegerit, ſuperflua in corpore multiplicantur, morbique ex humoris dominantis natura generantur. Corpora vero intemperata habentes ſi calidæ complexionis ſint, & exercitio multo vtantur, eorum calor naturalis augetur, virtuteſque debilitantur, & febres emergunt; maximeque ſi eorum complexio ſimul etiam ſicca ſit. Si autem exercitium declinauerint, ocioque & quieti ſe dederint, naturalis eorum calor temperatur, eorumque corpora ſaniora fiunt, ac fortiora. Porro ſi frigidæ complexionis ſint, & ocio & quiete diutius vtantur, oberit. Si vero exercitio paulo ampliori, calor eorum naturalis temperabitur, virtuſque membrorũ augebitur, & ſanitas fiet: maxime ſi complexionis eorum frigus, humiditas committatur: ſic eſt in omnibus alijs rebus non naturalibus.

Commoda & incommoda exercitij & laboris iuxta complexionem vniuſcuiuſque.

De Aere circundante nos.

CAP. LIIII.

Temperamentum ex duobus pendet.

Avicenna in 1. can. Aer eſt elementum corporum noſtrorum, & ſpirituum. Eſt etiam emanatio ſpiritibus noſtris aduenies, & cauſa meliorationis eorum; non tamen ſicut elementum, ſed ſicut faciẽs, ſcilicet temperans. Et hoc temperamentum ex duabus pendet operationibus, quæ ſunt euentatio, & mundificatio. Euentatio eſt temperamẽtũ ſpiritus calidi, cum ſuperfluit per conſtrictionem ſecundũ plurimũ; & hoc quidẽ attribuit nobis attractio à pulmone, & à potis euentationũ, ſiue foraminũ pulſus, qui cum arterijs ſuntcõtinui. Aer. n. qui nos circũdat, valde frigidus eſt, comparatione complexionis ſpiritus innati. Quanto magis complexionis per conſtrictionẽ accidens. Cum igitur aer ad illum peruenit, ipſum impellit, & cum eo miſcetur, & prohibet ne ad igneitatem conſtrictiuam conuertatur.

Quid euentatio.

Quid mundificatio.

Mundificatio vero eſt propter ſocietatem ipſius, quando reuerti facit anhelitus illud; quod ei attribuat ſeparatiua virtus ex vapore fumoſo: Cuius comparatio ad ſpiritũ, eſt cõparatio ſuperflui humoris ad corpus, cũ aer expellitur. Temperamentũ igitur eius eſt propter hoc, quod ſpiritui aduenit aer cum attrahitur. Et mundificatio eſt propter exitum eius cum expellitur. Aer enim qui attrahitur, in primis cũ ingreditur ad temperandũ, neceſſe eſt vt ſi in effectu frigidus; ſed poſtquam conuertitur ad qualitatẽ ſpiritus propter calorem, longitudine moræ, deſtruitur eius iuuamentum, & iam non indiget illo, ſed neceſſarius eſt aer nouus qui ingrediatur, & illius alterius ſuppleat vices. Oportet igitur illũ egredi, vt ſuo vicario locũ euacuet, & vt fumoſæ ſuperfluitates ſubſtantiæ ſpiritus expellantur cum eo.

Razi. in Almanſore 3. parte. Aer omnibus melior clarus eſt & ſubtilis, in quo nec multi vapores exiſtunt nec quietus aut præfocatus inuenitur, ſed ad ipſum venti venientes cum commouent, & delicatus cum attrahitur ſentitur; quique cito poſt occaſum ſolis infrigidatur, aer autem his habent omnia contraria, deterior omnibus iudicatur.

Quinam aer optimus, & qui peſſimus.

De Aeris mutatione ſecundum quatuor tempora.

CAPVT LV.

Triplex mutatio aeris accidit ſcilicet naturalis, nõ naturalis, & naturam egrediens.

Avicenna vbi ſupra. Aer quidem dum eſt temperatus & clarus, nec ei ſubſtantia extranea complexione ſpiritus contraria admiſcetur, ſanitatem efficit, & conſeruat. Cum vero mutatur, contrarium operatur. Accidunt autem aeri mutationes naturales, & non naturales, & naturalem egredientes. Naturales ſunt mutationes temporales, quoniam aer in vnoquoque tempore ad aliam conuertitur complexionẽ. Et õne quidem tempus quod prouenit ſecundum quod debet, propria iudicia habet; & finis cuiuſque principio alterius quod poſt ipſum eſt, in iudicijs duorum temporũ communicat in ægritudinibus ipſorũ. ver eſt tempus florũ, & initij pomorum. Autũnus autem eſt tempus mutationis coloris foliorum, & principij caſus eorum: & quod eſt præter hoc, eſt hyems & æſtas. Complexio veris eſt temperata, non vt quidã æſtimant, calida & humida. Æſtas autẽ calida, in eo quod ſol oppõſitioni capitum propinquius eſt, & fortis eſt radius qui ab eo profluit. Eſt etiam ſicca, propter reſolutionem humorũ quæ in ea fit à caliditate multa, & propter reſolutionem ſubſtantiæ aeris, & eius ſimilitudinem cũ ignea natura, & propter paucitatem eius quod in ea cadit; de rore, & pluuia. Hiems autem frigida eſt & humida propter harum cauſarũ contraria. In autumno vero iam calor imminutus fuit, & frigiditas nondum ad complementum peruenit, Eſt ergo propinquior temperamento, quod eſt inter caliditatem & frigiditatem. Inter humidum autẽ & ſiccum non eſt temperatus, cum ſol iam ſiccauerit aerem, & nondum acciderit ex cauſis humectantibus quod ſit exiccationi cauſæ exiccantis oppoſitum. Diſpoſitio quoque quæ eſt ad infrigidandum, non eſt ſicut illa quæ ad humectandum, quia conuerſio quę eſt ad infrigidandum facilis eſt, non ſic autem quæ ad humectandum; nec econuerſo fit ad humiditatem propter frigus, ſicut ad ſiccitatem propter calorem. Nam quælibet caliditas exiccat, ſed neque quælibet frigiditas humectat.

Complexio veris eſt tẽperata, æſtatis calida & ſicca, hyemis frigida & humida, autumni temperata calida, & ſiccanimis.

Idem in 1. cano. Æris autem mutatio naturam egrediens duplex eſt, aut propter conuerſionem in aeris ſubſtantia factam, aut in qualitatibus ſuis: illa quæ exiſtit in eius ſubſtantia peſtilentia eſt. Sic enim aer quandoque putreſcit, & eius ſubſtantia conuertitur ad malitiam, ſicut aqua lacunarum. Nec hoc dico de aere puro quoniã aer purus, & vnũmquodque ſimplicium nudorum non putreſcunt. Sed de corpore commixto, ſcilicet ex aere certificato & ratificato, & partibus aqueis vaporoſis, & partibus terrenis in fumo & in nubibus ſurgentibus. & partibus igneis. Huiuſmodi autem aeris putrefactio plurimum euenit in extremo æſtatis, & in autumno. Quod vero in eius exiſtit qualitatibus, eſt vt ſecundũ caliditatem aut frigiditatem, ad qualitatem perueniant intolerabilem, intantum vt per ipſum meſſes & generatio corrumpatur. Et hoc quidem eſt aut conuerſio homogenea, ſicut rabioſitas æſtatis cum fortior ſit. Aut conuerſio contraria, ſicut malitia frigoris in æſtate, quæ propter aliquod accidens euenit.

Mutatio aeris naturam egrediens eſt duplex ſcilicet in ſubſtãtia, quæ peſtilentia eſt, & in qualitatibus.

De Vere & æstate.

CAP. LVI.

Ver est cæteris temporibus melius.

VER, secundum complexionem suam cæteris temporibus melius est, & est proportionale complexioni spiritus & sanguinis. Sed licet cum æqualitate sua existat, ad caliditatem tamen subtilem declinat parumper sopitam, & ad humiditatem naturalem, rubificatque colorem, eo quod sanguinem attrahit temperatè, nec peruenit ad resoluendum, quēadmodum æstas. In vere commouentur ægritudines chronicæ, quoniam humores qui quieti sunt, currere facit, & eliquat eos. Ideoque melancholiam patientibus, melancholia commouetur. Ille quoque in quo multitudo humorum exuberat in hyeme, propter eius gulositatem, & exercitij paruitatem; In vere fit ægritudinibus, aptus, quæ ex illis materijs commouentur, propterea quod ver eas resoluit. Cumque ver prolongatur, & temperatur, ægritudines æstiuę paucę fiunt.

Veris ægritudines.

Veris autem ægritudines sunt egestio sanguinis, & fluxus sanguinis ex naribus, & ebullitio melancholię, quæ de natura existit choleræ, & apostemata, carbunculi, sinantes, & aliæ exituræ; venarum quoque fissurę, sputum sanguinolentum, & tussis, propriè vero in eo quod ex ipso hyemale est, & hyemi assimilatur, fiunt eorum dispositiones malæ, qui has habent ægritudines, & proprie ptisim, & quoniam in phlegmaticis materiam phlegmatis mouet, accidunt in eo apoplexia, & paralysis, & iuncturarum dolores. Ex his autē quæ ducunt ad hoc, est fortis motus corporalis, & animalis, & comestio rerum calefacientium, quoniam adiuuant aëris naturam. Nulla vero res ab ægritudinibus veris sic tuetur, quemadmodum phlebotomia, & inanitio, id est artificialis purgatio, comedendi diminutio, potus inebriantis debilitatio & imminutio, & temperamentum. Est autem pueris ver conueniens, eisque similius. In æstate rubra cholera augetur, sed post in eius fine cholera nigra; propter quod subtile resoluitur, crassum retinetur atque constringitur.

Phlebotomia & purgatio plurimum valent contra veris ægritudines.

Æstas quidem humores resoluit, ac virtutes debilitat, & operationes naturales, causa multæ resolutionis, & colorem citrinat, quia resoluit illud quod ex sanguine attrahit. Ægritudinum autem tempora abbreuiantur in ea. Nam si virtus fortis fuerit, aerem iuuaret ad resoluendum, & ad materiam ægritudinis maturandum, & expellet eam extra. Quod si debilis fuerit, calor aeris addet ei debilitatem, quia laxat, sicque destruetur, & æger morietur. Amplius, æstas calida & sicca, cito incidit ægritudines. Humida vero masticans est, id est non cito superfluitates expellit: vnde suarum ægritudinum tempora prolongantur, & accidunt in ea hydropisis & lienteria. Ad hoc totum adiuuant humores multi, qui à superioribus ad inferiora descendunt, & proprie à capite. Ægritudines æstiuæ sunt, vt febres tertianæ, synochus & causon, & extenuatio corporis, dolores auris & obtalmia. In ea quoque multiplicantur, cum ventosa non fuerit, erypsipila & bothor, quæ sunt eius naturæ cuius est ipsa. Inuenies autē senes, eisque similes in æstate fortiores.

Ægritudines æstatis sunt breues.

Æstiuæ ægritudines.

De Autumno & hyeme.

CAPVT LVII.

Autumnus est causa multarum ægritudinū.

AVTVMNVS multarum causa est ægritudinum, eo quod in ipso homo sub sole calido multum incedit, & in nocte postmodum adfrigus peruenit; & quia multitudo fructuum est orta, fiunt humores mali, & propter dissolutionem virtutis in æstate. Humores præterea fiunt in Autumno mali, propter cibaria mala, & propter subtilis resolutionem, & quia remanet, spissum, propter eius adustionem: cumque aliquis humor ebullierit, eo quod ipsum natura vult expellere ac resoluere, reducit ipsum frigus ad stringendum. Sanguis in autumno multum minuitur immo sanguini in complexione sua contrarius existit, & etiam resolutio iam in æstate præcessit, quæ sanguinem minuit. Æstas quidem adurit humores, autumnus ex eis cinerem facit. Principium autumni senibus aliquo modo est conueniens, & eius finis eos maxime impedit maximo impedimento.

Ægritudines autūni.

Ægritudines Autumni sunt scabies quæ excoriat, & impetigines, & cancer, & iuncturarum dolores, & febres commixtæ, febresque quartanæ propter choleræ nigræ multitudinem. Ideoque splen, inctassatur in eo accidit etiam in eo difficultas vrinæ, & lienteria, & hoc quidem est propterea quod frigiditas expellit illud quod de humoribus est subtile ad interiora corporis, & fit in eo scia, & sinantia acuta, cholerica, & iliaca sicca. Quandoque etiam apoplexia, & ægritudines pulmonis, & dolores dorsi, & coxarum. Multiplicantur etiam in ipso vermes in ventre, propter debilitatem virtutis in digerendo & expellendo. In ipso etiam, & proprie in sicco, multiplicantur variolæ, & etiam mania propter humorum cholericorum malitiam. Item Aūtumnus est sicut nutritor reliquarum ægritudinum æstatis. Et Autumnus qui melior existit, est ille qui magis est humidus ac pluuiosus, deterior autem ille qui est siccus.

Hyems est optima ad digerendū.

Hyems ad digerendum melior est, quia frigus caloris innati substantiam comprehendit, vnde fortior efficitur, & non dissoluitur. Et etiam ideo quia pauci sunt fructus, & non comedunt homines nisi leuia nutrientia, & quia motus eorum post repletionem parūus est, & quoniam ad loca calefacientia ingrediuntur. Choleram quoque plusquam omnia tempora debilitat sua frigiditate, sucque diei breuitate, & noctis prolixitate. Ipsa est quæ magis constringit materias, & in ipsa magis necesse est ea quæ incidunt ac subtiliant sumere. Ægritudinum hyemalium plurimæ phlegmaticæ sunt, quoniam in ea fit phlegma multum; & plurimum quod in ea vomitu expellitur est phlegma, in ipsa catharrus abundat, & incipit cum aer autumnalis mutatur, quem postea sequūtur apostemata lateris, & pulmonis, & raucedo doloresque gutturis; deinde dolor ipsius lateris, & dorsi neruorumque nocumenta, capitis etiam dolor chronicus, immo apoplexia, & epilensia, & hoc totum propter quod materiæ phlegmaticæ, constringuntur, & quia multiplicantur. Senibus quidem nocet hyems, eisque similibus. Medijs autem iuuamentum præstat. In hyeme præterea multitudo hypostasis est in vrina comparatione æstatis, & eius qualitas est maior, sanguisque minuitur, & augetur phlegma.

Ægritūdines hyemales sunt regulariter phlegmaticæ.

De Naturis ventorum secundum loca & climata.

CAPVT LVIII.

Quid ventus & quotuplex.

CONstant. in panteigni. v. parte. *Ventus est fumus siccus à terra dissolutus*: huius natura secundum locum est sibi propria: Mutatio autem naturæ loci est ex solis vicinitate, vel longinquitate, vel ex cursus sui diuersitate. Loca vero sunt quatuor, scilicet oriens, occidens, meridies, & septentrio. Meridies ortui solis dextra, calidus est & humidus: Calidus quidem, quia cum sol ab altitudine sua digreditur, ibi aliquādiu immoratur; humidus autem ex humiditate fumi maris & humidi loci. Ventus igitur ex hac parte flans, scilicet auster, calidus & humidus esse probatur. Plaga septentrionalis huic opposita, & soli sinistra, frigida est & sicca, quod ex nimia solis remotione contingit. Cum enim sol ad eam deuenerit altissimus est, & à terra remotus. Igitur & ventus ex hac parte veniens, frigidus est & siccus, & boreas vocatur. Orientis locus temperatus est, quia licet nascatur sol, cito tamen inde separatur. Ventus igitur inde veniens, est Eurus temperatus: Sed tamen aliquantulum calidus & siccus. Occidens similiter tem-

Quale sit temperamēsum cuiusque venti.

peratus

peratus eſt, ſed aliquantiſper frigidior & humidior; talis eſt & eius ventus.

Prater quatuor ventos cardinales ſunt adhuc 8. ſuffraganei.

Sunt & alij 8. iſtorum ſuffraganei, quorum naturæ principiorum ſuorum naturis ſunt affines, non tamen adeo feruentes. Horum vnuſquiſque dum mouetur, natura aeris & corporum complexiones mutantur. Boreas enim corpora indurat & confortat, humores & ſpiritus clarificat, cerebrum ſanat, ſenſus ſubtiliat, motum confortat, coitum augmentat, malos humores contrahit ne in aliqua membra diſcurrant. Quod ideo fit, quia corporis exteriora refrigerat, & calor naturalis intus adunatur. Tuſſes facit, & dolores pectoris, propter deſiccationem ſpiritualis inſtrumenti: digeſtionem & vrinam ſtringit, dolores oculorum parit, corporibus frigidis nocet. Auſter econtra neruos emollit, corpora, humores, ſenſus, & ſpiritus turbat, inde grauitas auditus, vertigo, oculorum pigritia, tarditas motus, caput grauatur, terminus epilenſiæ mouetur, virtus digeſtibilis & coitus deficit. Quod inde conſequitur, quia ventus hic calidus eſt & humidus, cerebrum implens humidis humoribus à cerebro ad ſtomachum deſcendentibus. Occidentales autem & orientales venti, ex ſui temperiæ ſunt corporum temperatiui. Octo vero alij, ſecundum naturam ſuorum principalium operantur circa corpora, ſed tamen mediocrius.

Quiſque ventus mutat corporũ cõplexiones.

De Locis habitabilibus.

Cap. LIX.

Loca habitabilia diſpoſitiones corporum immutant.

Auicenna vbi ſupra. Locorum habitabilium diſpoſitiones in corporibus diuerſificantur, cauſa altitudinum & profunditatum in ipſis, & cauſa diſpoſitionum terræ ipſius; vt ſi eſt lutoſa, vel cænoſa, vel ſi eſt in ea virtus mineræ; & etiã diſpoſitionis multitudinis aquarũ, vel paucitatis earũ, & etiã diſpoſitionis eorũ quæ vicinantur eis, ſicut arborũ, minerarum, fouearum, cadauerum, & horum ſimilium, & ſcias quoniam aerum complexiones, ex latitudinibus ciuitatum cognoſcuntur, & ex terra ipſarum, & montium, & marium vicinitate, & etiam ex ventis eorum. Omnis quidem aer qui cito infrigidatur cum occidit ſol, & cito calefit quando ſol oritur; ſubtilis eſt: qui vero huic contrarius eſt, econtrario ſe habet. Omnibus autem aeribus deterior eſt ille qui cor conſtringit, & aeris attractionem anguſtat.

Quinã aer ſubtilis, qui peruerſus.

Loca calida nigrificant capillos, inducit ſeniũ, timiditatẽ &c.

Loca habitabilia calida, capillos nigrificant & criſpant, ac digeſtiuam debilitant; cumque in eis maxima reſolutio fuerit, & minuetur humiditas, cito ſenium aduenier, ſicut in terra nigrorum, id eſt Ethyopum. Ibi namque morantibus aduenit ſenium in annis 30. & eorum corda timida ſunt, eo quod ſpiritus multum reſoluitur: præterea corpora illic morantium magis leuia ſunt. In locis autem frigidis morantes ſunt fortiores, & audaciæ maioris, ac melius digerentes. Et ſi humida fuerunt, erunt ibi morantes craſſi & carnoſi & multa abundantes adipe, quorum venæ erunt profundæ, & iuncturę occultæ, & ipſi erunt carnoſi, teneri, & albi. In locis humidis habitantes pulchras habent facies, & cutes lenes; cumque exercitantur cito aduenit eis laxitas, horum æſtas non multum calefit, nec hyems multum infrigidatur. His aduenient febres multæ moræ, & venter, id eſt fluxus ventris, & multus ſanguinis exitus ex menſtruis, & hæmorrhoidibus, & vlcera putrida, & epilenſia frequenter. In locis ſiccis morantium, exiccantur complexiones, & obfuſcantur cutes; horum æſtas valde calida eſt & hyems valde frigida.

Loca humida faciunt homines pulchros, lenes, pingues, &c.

Adhuc de eodem.

CAPVT LX.

Loca alta reddunt homines ſanos, fortes &c.

IN locis altis ſunt homines ſani, fortes, & laboris multum patientes, & diu viuunt. In profundis autem morantes, in vaporoſitate multa ſunt, & hepatis debilitate, aquis abundant non frigidis, & propriè ſi ſtantes fuerint, & eorum aeres mali ſunt. In locis petroſis & diſcoopertis morantium aeres, in æſtate valde calidi ſunt, in hyeme valde frigidi. Horum corpora dura ſunt & ſolida, multorum capillorum, & iuncturæ manifeſtæ, vincitque in eis ſiccitas. Sunt autem multum vigilantes, & malorum morum, inobedientes vel ſuperbi, in bellis fortes, in artibus ſolertes & acuti. In locis montuoſis terra frigida eſt & ventoſa: etenim diu nix ibi moratur, boni venti in eis generantur: Cum autem reſoluitur, ſi montes habent qui ventos prohibeant, vaporoſa fiunt.

profunda vero debiles, petroſa autẽ & diſcoperta, duros, ſuperbos, fortes in bello &c.

Quid operẽtur loca maritima.

Locorum marinorum temperata eſt caliditas & frigiditas, propter inobedientiam humiditatis ad patiendum, & ad recipiendum id quod in eam penetrat. In humidis vero & ſiccis proculdubio ad humiditatem declinant. Et ſi ſeptentrionalia fuerint, erunt maris vicinitas & habitationis profunditas magis in eis temperatæ. Si vero meridionalia, calida erit ecõtrario. Itaque qui loca eligit habitabilia, cognoſcere debet terræ diſpoſitionem, & aquarum, & ventorum, & hominum ibi commorantium; ſitque magis ſolicitus, vt orientales venti, ſtructuras vrbis vel domus ingredi valeant, & vt ſol vbique, queat intrare, quoniam ipſe eſt qui aerem rectificat: ſed & vt ſit vicinitas aquarum dulcium mobilium currentium multarum & mundarum, quæ æſtate calefiant, & hyeme infrigidentur, diuerſę ab eis quæ occultantur, eſt res conueniens, & adiutorium prębens.

Domus debet admittere ventos orientales, & ſolis illuminationẽ &c.

De Veſtibus.

Cap. LXI.

Quanam veſtis corpori magis idonea ſit.

Hali. vbi ſupra. Corpori ſuperpoſita veſtis ab illo calefit, dehinc illud verſa vice calefacit. Sed quædam magis calida eſt, quædam minus. Veſtis linea corpori appoſita, primo quidem illud refrigerat, ſed poſtea modicum calefacit; & hæc ſi ſubtiliſſima ſit, cutem lenit, membraque humectat. Bombacina veſtis, quanto amplior eſt ſiue nobilior, tanto corpus amplius calefacit, quia corpori plurimum inhæret, pariterque cutem emollit ac lenit, & ideo hyeme induenda eſt. Veſtis aſpera minus calefacit, cutem aſperat, & indurat. Veſtis autem piloſæ cuius villæ longiores ſunt, calor etiam erit fortior, & ob hoc hyeme melior eſt, adhæret enim corpori. Quæ vero celindrata eſt, & corpori non adhæret, nec multum ſpiſſa eſt, minus calefacit, & æſtati magis competit. Lanea veſtis corpus calefacit & deſiccat, membraque indurat: & magis autem quæ ex pilis fit. Sericum ſiue bombiceum temperatum eſt, & corpus non calefacit ſicut bombax. Caſdra calida eſt, corpus lenit, dorſo ac renibus eſt vtilis. Veſtes pelleæ variæ ſunt ſecundum naturam animalium ex quibus fiunt. Varium & herminum minoris ſunt caloris quam pelles griſei, magiſque conueniunt corporibus ſua leuitate temperatis. Vulpina vero magis calefacit. Hedulorum & agnorum pelles calidæ ſunt & molles, ſed agnorum fortius corpora calefaciunt, dorſoque ac renibus meliores ſunt.

agnorum pelles fortiter calefaciunt.

Razi. vbi ſupra. Omne veſtimentum lene ac terſum, minorem calorem corpori affert, & æſtati conuenientius eſt, cui ſimile eſt illud quod cum texitur rarum remanet. Quod autem piloſum eſt, nec radioſum & ſpiſſum inuenitur, corpus magis calefacit: & hæc hyemi conuenit. Lineum veſtimentum omnibus alijs corpori frigidius eſt, eique minus adhæret; de bombace vero factum lineo calidius eſt: Sed bombice vero factum frigidius, & carnem auget. Omne prętera veſtimentum aſperitatem habens, corpus & carnem macreſcere facit, durumque ſentiri. Quod autem huic contrarium eſt, operatur contraria. Veſtimenta de lana vel pilis facta calida ſunt & aſpera, corpus debilitantia, proprieque in

ætate. Quæ vero de pilis caprarum vel camelorum fiunt, calidiſſima ſunt, multumque corpori adherent, ac vehementer calefaciunt. Itaque gaidia vel tiriaciũ tantum calefacit, quantum veſtimenta de lana, vel pilis texta, licet nec exaſperet, nec carnibus noceat. Pellis de griſeo, pellibus omnibus pilos habentibus minus calida eſt. Vulpina calidior omnibus eſt, calidamque complexionem habentibus nullatenus confert. Poſt hanc vero pellis fiberis in caliditate ſecunda eſt. Planech autem & caatim atque agnaſil, temperatè calefaciunt, leneſque ſunt, & temperata corpora habentibus conferunt. Reliquæ vero pelles ac pili quorum mentionem non fecimus, cum in quantitate ſuperflua ſint, nullis niſi corpora craſſa & aſpera habentibus conferunt.

Veſtes de pilis caprarũ, vulpium & camelorum, ſunt calidiſſima.

De Exercitijs.

Cap. LXII.

Hali. vbi ſupra. Dicto de aere circundante, dicendum eſt de motu, & quiete. Motus duo genera ſunt: Vnum ſcilicet animæ, quod animalis motus dicitur: Aliud corporis quod exercitium vocatur, & eſt neceſſarium ttibus modis. Primo vt naturalem calorem expergefaciat, & expergefactum augeat, qui confortatus cibos fortius attrahat, ac velocius digerat; vt ſuperfluitates corporis ſubtilientur. Secundo vt meatus purget, poros dilatet, ſuperfluitates corporis diſſoluat. Tertio vt membra indureſcant, & confortentur aliorum cum alijs repreſſione, & ideo confortentur in actionibus ſuis, remotioraque fiant ab incommodorum ſuſceptione. Motus corporis genera duo ſunt, commune ſcilicet & proprium. Commune eſt illud quo quis vtitur, ad aliam intendens actionem & hic eſt per accidens. Hic motus aut fortis eſt, vt onera portare, fodere, & huiuſmodi; quæ in laborioſis actionibus, & officijs exercentur. Aut non fortis, vt ſcribere, pingere, & ſimilia. Proprium autem genus motus eſt illud, cuius vſum imperant medici, ſcilicet motus exercitij.

Exercitium eſt neceſſarium propter tria,

Corporalis motus duo ſunt genera.

Iohannicius. Exercitium corpus immutat, quia quando eſt æquale, calore æqualem præſtat; cum autem amplius fit, magis calefacit; ſed poſtmodum infrigat & deficcat. Ociositate quoque corpus immutatur, quia frigiditatem & humectationem habet æqualem. *Auicenna vbi ſupra.* Operatio motus in humano corpore diuerſificatur propter hoc, quia fortis eſt, aut debilis, multus aut paucus, & propter quod ei ex quiete admiſcetur, & propter materias in quibus exercetur. Motus quidem fortis, multus & paucus, & cum quiete mixtus, omnes in hoc communicant, vt calorem fortiores exerceant. Sed fortis non multus, differt à multo non forti, vel admixto quieti, quoniam ipſe vehementer calefacit corpus; & ſi reſoluit, parum reſoluit: multus verò paulatim reſoluit pluſquam calefacit, & cum quiſque eorum multus exiſtit vel ſuperfluit, infrigidat, quia vehementer calorem naturalem reſoluit, & etiam exiccat. Cum autem in aliqua materia exercetur, ipſa materia plerumque adiuuat operationem eius, & plurimum diminuit. Verbi gratia: Motus fullonũ in frigiditate & humiditate facit augmentum, motus autem ferrariorum in caliditate & ſiccitate. Quies verò ſemper infrigidat propter priuationem viuificationis caloris, & propter conſtrictionem quæ ſuffocat: humectat quoque propter defectum reſolutionis ſuperfluitatum.

Differentia inter motus corporales quo ad mutationẽ corporis.

Quies ſemper infrigidat & humectat.

De Tempore & moderamine exercitij.

CAPVT LXIII.

Conſtanti. in lib. de regimine ſanitatis. Exercitia ſunt laudabilia & vtilia cuſtodiendæ ſanitati, ſi ante cibum fiant. Membra enim confortant & indurant; ſuperfluitatem humorum in membris cibantibus exiſtentem diſſoluunt, calorem naturalem confortant, & ad digerendum adiuuant; vnde quanto ſunt fortiora exercitia; tanto maioris virtutis eſt vis digeſtiua. *Vnde Gal. in lib. dietarum.* Quicunque ante cibum exercitantur, non neceſſe eſt eis regula dietæ obſeruanda, & quicunque parum exercitantur, aut ſunt quieti, debent dietarum obſeruare ordinem, cum corporis mundificatione, ideſt pharmacia, phlebotomia, & ſimilibus, ſed tempus exercitij eſt, cum cibus heri ſumptus optimè in ſtomacho veniſque digeratur, & natura incipiat aliud appetere, quod ex colore vrinæ cognoſcitur. Si enim eſt albus, nondum in venis digeſtum ſignificat; ſi citrinus digeſtum eſt: deinde decet vti exercitijs. Si autem fuerit igneus, monſtrat cibum diu fuiſſe digeſtum, & tunc non exercitentur, tempus enim refectionis eſt.

Exercitia ſunt ſanitati.

Tempus faciendi exercitium.

Oportet fieri exercitia ſecundum vniuſcuiuſque hominis conſuetudinem. Rurſus ſint magna, vel parua, ſecundum craſſitudinem vel ſubtilitatem, quantitatem & qualitatem cibi. Caueant etiam exercitia poſt cibum, quod ſi fuerit aliqua neceſſitas conuenit tempus expectari, quoadusque cibus digeſtus omnino de ſtomacho deſcendat, vt facillime ab hepate digeratur, quia exercitia poſt cibum facta, opilatum cibum à ſtomacho indigeſtum deponunt. Rurſus exercitia digeſtis corporibus, in quibus ſubtiles ſunt humores, non ſunt competentia, niſi modica. Sicut enim fortia exercitia fortioribus conueniunt, quibus craſſi humores ſunt accumulati; ita debilibus tenues humores habentibus, debilia & pauca congruunt; ſed dimittenda ſunt fatigatione inchoante, ideſt cum anhelant & ſudant. Quies vero regendæ ſanitati incompetens eſt, quia complexio corporis corrumpitur, multique humores corrupti coadunantur, vnde deficit calor naturalis. Eſt etiam quies cauſa multorum humorum generatiua.

Cauendum eſt exercitiũ poſt cibum, ſeu antequã deſcendat ex ſtomacho.

Conſtantinus in li. de melancolia 2. Exercitia temperata multum iuuant. Calor enim naturalis excitatur, & per totum corpus dilatatur, ac de interiori ac exteriori protenditur, ſenſus clarificatur, actio animata confortatur, pulpæ carneæ indurantur, venter ad expellendas fæces commouetur; vrina, & ſudor, & omnis abundantia de extraneis humoribus egreditur. Bona vero habitudo augmentatur, maxime ſi ante cibum fit, tunc enim & calorem naturalem exiccat, & digeſtioni quaſi mundum & purum & clarum apparet. Laudabiliora ſunt exercitia pedum temperata, quam equæſtria, ſi equus ſuauiter eat: peiora ſunt enim in equis gradatoria, & grauia; In pedibus autem cita & fortiora itinera. Incidentibus autem de exercitatione in laborem, nocet; labor enim eſt diſſolutio virtutis ſpiritualis, & diſruptio fumoſæ humiditatis ac pungitiuæ, non bene corpus paſcentis. *Razi. in quarta parte.* Summopere quoque obſeruandum eſt, vt ſiquis fortibus & grauibus vti vult exercitijs, ordinem in eis cuſtodiat, nec de quiete ad grauem motum ſubito tranſeat.

Exercitia pedum ſunt meliora quã equeſtria.

De Balneo, & tempore balneandi.

CAPVT LXIV.

Hali. vbi ſupra. Poſt tractatum motus, mox de balneo diſputandum eſt, licet in euacuationibus contineatur. Balneo namque ſani poſt exercitium & ante prandium vtantur, quo ea quæ per motũ non bene diſſoluta ſunt, purgentur & euacuentur, & ſiccitas quam motus fecerat humectetur. Sordes quæ ex vaporibus factæ ſunt, à corpore egredientibus & à puluere exterius ſuperuenienti in ipſo exercitio, & poſt abluantur. Ante exercitium vero balneum ſuperfluitates cibi tranſmittit, quas & indigeſtas inuenit, humoreſque liquefacit, & ſuperfluitates exire paratas, à poris, & ad aliqua membra defluere facit, paraturque morbus. Sic etiam & poſt prandium non oportet vti balneo, replet enim tunc ſuperfluita-

Poſt exercitium & ante prandium ſit balneorũ vſus.

tibus

tibus caput, deſcenditque cibus indigeſtus à ſtomacho, vnde in cibi meatibus opilatio efficitur, & in temporis prolixitate, ſi quis huiuſmodi vtatur aſſiduè hydropiſis generatur.

Cauendum eſt balneum poſt prandium.

Quibuſdam tamen accidit defectus, cum balneũ antequam prandeant ingrediuntur; & ideo neceſſe eſt eos modico laudabilique refici cibo, præter hos itaque, poſt prandium omnibus cauendum eſt balneum: poſt exercitium autem, & ante prandium, eo ſanis vti magnas vtilitates confert. Corpus enim & membra humectat, calorem naturalem confortat, digeſtionem optimam reddit, anguſtiam, ſi qua eſt, effugat, poros aperit, ſuperfluitates euacuat, dolores mitigat, viſcoſitates vel ventoſitates diſſoluit. *Iohannicius.* Balneum dulcis aquæ corpus remollit, & calidum quidem calefacit, frigidum autem infrigidat, aquæ verò non dulcis balneum, corpus deſiccat. Quod ſiquidem ex aqua ſalſa & amara vel ſulphurea fuerit, calefacit & deſiccat. Si verò de aluminoſa vel gipſea fuerit, infrigidat & deſiccat.

Vtilitates balnei.

Diuerſitas aquæ in balneo diuerſos parit effectus.

Quibus proſit, & quibus obſit.

CAP. LXV.

Razi vbi ſupra. Ex balnei iuuamentis eſt corpus humectare, renouare, ſordes congregatas detergere, repletionem quoque minuere, ventoſitatem diſſoluere, & ad ſomnum ducere, humoreſque ſubtiliare, præterea dolores reprimit, entrem ſtringit, laſſitudinem remouet, corpuſque nutrientibus aptum efficit. Nocumenta verò eius ſunt vires deſtruere, & cor adeo calefacere, vt quandoque ad ſyncopim perducat. Nauſeam quoque commouet, & malis humoribus occaſionem tribuit cito deſcendendi. Ideoque febricitans vel contuſionem perpeſſus, vel apoſtemata, vel plagam, vel excoriationem habens, balneum timere debet. Corpora verò macra & ſicca habentes, humectatione balnei indigent. Ideoque cauere debent ne in balneo ſudent, ſed in eius loco temperato maneant. Circa ſe autem in pauimento multam aquam calidam proijciant, vt humidi vapores eleuati corpora eorum humefaciant. Ab introitu vero balnei poſt cibum quiſque caueat ſibi, niſi qui corporis pinguedinem vult adipiſci. Aliquandiu quoque poſt balneum comeſtio debet tardari.

Balneum quibus noceat & proſit.

Cauendus eſt ſudor in balneis, nec ſtatim in exitu quis manducet.

Hali. vbi ſupra. Porro qui infirmantur, balneis pro neceſſitatibus ad ea vrgentibus vtantur, aut vt eorum cõplexio calefiat, aut vt frigeſcat, aut humectetur, aut certe deſiccetur. Prodeſt autem prurigini & ſcabiei, quia ſuperfluitates acutas euacuat, neruos emollit, catarrhos ematurat & corizat, calefaciendo & diſſoluendo, exitum quoque facilitat vrinæ, ſi arctata fuerit ex frigiditate. Colicæ medetur, alijſque morbis huiuſmodi. Et ſi quidem longa mora ſit, ita vt ſudor plurimus exeat, corpus calefacit aeris calidi cauſa, deſiccat etiam euacuationis cauſa, quæ fit per ſudorem. Porro ſi tam longa mora ſit, vt immoderata ſudoris euacuatio fiat, corpus refrigerat & exiccat, quia naturalem calorem diſſoluit, & humiditates corporis fortiter euacuat; vnde & virtus decidit, & defectio fit.

Balneum prodeſt prurigini &c.

Balneum poſt cibum impinguat, ante vero mabrum reddit.

Auicen. in 1. ca. Qui voluerit impinguari, balneum ingrediatur poſt cibum, ſi ſecurus fuerit ne oppreſſiones accidant. Qui vero reſolui vult & macrefieri balneum intret dum eſt famelicus, & multum ibi moretur. Porro qui ſanitatem tantum vult conſeruare, balneari debet poſtquam id quod eſt in ſtomacho & hepate digeſtum eſt. Qui vero timet ne cholera rubea propter hoc ebulliat, ante balneationem comedere rem ſubtilem debet. Ab omni vero re vehementis caliditatis ſe cuſtodiat, & ne in balneo vel in eius egreſſu, rem frigidam actu bibat, quia pori aperti ſunt: Ideoque frigiditas non tardatur, quin ad membra principalia procedat, eorumque virtutes corrumpat. Qui febrem habet, à balneo ſe cuſtodiat in hora febris, & qui ſolutionem habet continuitatis, vel apoſtema.

De Cibo & eius operatione.

CAP. LXVI.

Ex lib. vrinarum a voce Mauri. Triplex propter incommodum cui corpus ſubiacet humanum, aſſidua indiguit reſtauratione, nutrimento perenni. Subiacet enim fluxui, alterationi, corruptioni. Fluit enim quotidie tum per apertos & manifeſtos poros, tum per occultos & priuatos. Per apertos & manifeſtos vt oculorum impuritate, aurium ſuperfluitate, narium muſcilagine, oris ſputo, ani egeſtione, vrina veſicæ. Per occultos & priuatos, vt pilorum emiſſione, pororũ reſudatione, & ſpirituum exhalatione. Alteratur autem quotidie de caliditate in frigiditatem, & econuerſo: de ſiccitate in humiditatem, & econuerſo. Deinde ſequitur corruptio, quæ ſubiecti mors eſt & perditio. Vt ergo deperditorum fiat reſtauratio, & corruptionis, ſi non ex toto, tamen ad tempus fiat retardatio, inuenti ſunt cibi, & potus.

Corpus humanum indiget cibo propter triplex incommodum.

Auicenna in primo cauone. Cibus in humano corpore tribus modis operatur. Aut enim ſola ſui qualitate, vt quando caliditate ſua calefacit, vel frigiditate ſua frigefacit. Aut ſui materia, vt quando à natura ſua conuertitur, & formam alicuius diuiſionis membrorum recipit, eius tamen materia, licet formam illam recipiat, aliquando tamen accidit, vt aliqua ſuarum qualitatum quas habebat, quæ ſuo modo fortior exiſtit quam humani corporis qualitas, in ipſa eam remanere faciat à principio rei, donec coagulatio compleatur & aſſimilatio; ſicut eſt ſanguis qui generatur ex lactucis. In ipſo namque plus eſt frigiditatis quam in corpore hominis, licet ſanguis factus exiſtat, & ad hoc bonus ſit, vt pars membri hominis fiat; & ſanguis qui ex alijs generatur, huic eſt contrarius. Aut etiam operatur tota ſui ſubſtantia, hoc eſt forma ſui ſpecifica agente, quæ non eſt qualitatis primæ quas habet materia, neque complexio quæ generatur ex eis, ſed perfectio quam acquiſiuit materia, ſecundum aptitudinem vel præparationem quam habet à complexione, ſicut in magnete virtus attractiua.

Cibus tribus modis operatur.

De Diuerſitate ciborum in natura, & electione meliorum.

CAP. LXVII.

Conſtan. in pente. 5. parte. Cibus autem hominis aut ex terra naſcitur, aut ex animalibus brutis eſt. Terræ natiuus, aut ex temporibus anni ſeminandus, aut ex arborum fructibus. Ex temporibus anni naſcentia, aut grana ſunt, vt frumentum, hordeum, faba: aut herbæ, vt lactuca, endiuia: aut herbarum fructus, vt cucurbitæ, melones: aut radices, vt rapa, baucia. Arborei fructus aut ſylueſtres ſunt, aut domeſtici. Cibus ex animalibus, aut ex ambulantibus, aut ex natalibus, aut ex volatilibus. Et horum omnium quædam craſſa ſunt, quædam carnoſa, vt cerebrum, hepar, ſplen, & ſimilia. Sunt & quædam ſuperflua; vel ambulantium, ſicut lac; vel volatilium, ſicut oua; vel apum, ſicut mel.

Omnibus autem frumentum granis melius eſt, & temperamento propinquius, & ob hoc humanis corporibus acceptabilius. Lactuca vero omnibus herbis nutribilior, & ſanguinem generantibus melior eſt. Ex fructibus autem ficus ſiccæ inter ſiccitatem & humilitatem temperatæ ſunt, & mediocriter nutriũt; cæteriſque fructibus æſtiuis meliorem ſanguinem generant, & cito digerunt. Vuę quoque laudibus ficuum ſunt vicinæ. Ex animalibus ambulantibus caro porcina nutribilior eſt, & in ſanguine generando melior; humanæ namq; carni aſſimilatur. Caro volatilium eſt omni quadrupedum carne laudabilior, quia digeſti-

Ex granis melius eſt frumentum; ex herbis lactuca; ex fructibus ficus ſiccæ & uua; ex greſſibilibus caro porcina; ex volatilibus gallina;

ex piſcibus fluuiatilesex lacte vaccinum, ex caſeo, recens; ex ouis, gallina & perdicum.

getibilior,& inter hæc gallina omnia reliqua excedit. Ex piſcibus autem in petroſis locis naſcentes omnibus alijs laudabiliores ſunt, maximeque in magno flumine,claro & bene currente, lacti vaccæ dominatur caſeus, & butyrum; ideoque cæteris eſt nutribilius, & ad deſcendendum à ſtomacho durius. Huic vicinatur lac ouinum. Omne autem lac ex infirmo animali peſſimum eſt. Caſeus recens laudabilior eſt ſicco vel ſalſo,quia cito digeritur,Butyrum temperatum eſt. Mel vero calidiſſimum & complexioni frigidæ congruum. Oua gallinæ cęteris laudabiliora ſunt, deinde perdicum.

De Diuerſitate ciborum in operatione.

Cap. LXVIII.

Cibi duobus modis diuerſificantur in ſuis operationibus.

Hali. vbi ſupra. Cibi diuerſificantur in actionibus ſuis quas in corporibus operantur duobus modis aut in qualitatibus ſuis,aut in ſubſtantijs. In qualitatibus quidem,quoniam alij calidi ſunt, alij frigidi, alij humidi,alij ſicci;nonnulli vero temperati. Porro in calore & frigiditate & humiditate & ſiccitate, excedunt ſecundum magis & minus, à primo gradu vſque ad quartum. In ſubſtantia quoque differunt, quoniam alius eſt ſubtilis, alius craſſus, alius temperatus. Subtilis eſt cuius quantitas magna pauco nutrimento corpus paſcit. Craſſus autem, cum quantitas pauca,magno nutrimento corpus reficit. Temperatus vero inter vtrunque, cuius moderata quantitas moderatè nutrit,multa multum, pauca parum, ſcilicet ſecundum ſuam quantitatem. Horum autem omnium quidam corpus reficiunt laudabili nutrimento,quidam vero reprobo.

Cibi clarificatiui & purgatiui.

Cophon in libro de ſimplici medicina. Quædam etiam ſunt viſus clarificatiua, quæ ſcilicet pannos oculorum, & alia quæ in oculis naſcuntur auferunt,& quæ caput & ſtomachum à corruptis humoribus purgant & quæ oculos à caliginoſis fumis defendunt. Ex his autem ſunt abſinthium,aloe, ruta,mirabolis,papauer nigrum,alumen,hebenus,antimonium,thus,lac corticis ſambuci, celidonia, ſuccus centhaureæ, maratrum,naſturtium, cancer marinus, ſpolium ſerpentis, cinis hirundinis, aſparagus, puluis vitri vſti, &c.

Cibi facilis digeſtionis & tenues.

Ciborum autem quidam teneram habent ſubſtantiam, & ad digerendum facilem, vt vua, ficus, amygdalę dulces excorticatæ,lactuca, apium,hordeum coctum,caro porci iuuenis,pulli,perdices,turdones,oua volatilium,piſces qui in petroſis locis degunt,auriculæ,labra,lingua,pulmo,pedes.

Cibi difficilis digeſtionis.

Quidam vero duram ſeu viſcoſam, & ad digerendum difficilem, vt panis azimus,faba,lenticula,cicer,pruna alba,citonia,caſtaneæ, auellanę, oliuæ, iuiubę,cucumeres, caules, rapa, fungi,caro hircina,bouina,ceruina,vrſina, anates,anſeres,pulli columbini, grues, pauones, nares, guttur, cor,hepar, ſplen,renes,ſtomachus,& inteſtina,venter volatilium,caſeus,vetus,panicus,milium.

De his qui bonos humores generant,& his qui malos.

CAPVT LXIX.

Cibi generātes bonos humores.

Quidam autem humores generant bonos, cibi ſcilicet bene temperati, & qui intra tam teneram habent ſubſtantiam, vt in ſtomacho facile corrumpantur, nec nimis duram atque digeſtioni repugnantem; vt panis bene fermentatus & bene coctus, granum fractum,ſimila, ptiſana,riſi, ficus, vua, malagranata, mel. In frigidis corporibus, pineæ, lactucę,borago,caro porcina,hędulina,vitulina,annalis, agni,ouium, arietis apri,pulli,Phaſiani, perdices, oua ſorbilia, piſces pelagi, & in petroſis locis geniti,lac caprinum,mulſum,vinum odoriferum.

Cibi generātes malos humores.

Quidam vero malos,cibi ſcilicet valde diſtemperati,vel in caliditate & ſiccitate,vt allia;vel in frigiditate & humiditate,vt fungi,cucumeres: Vel in ſiccitate & frigiditate, vt poma immatura. Et ſunt cibi qui nimiam viſcoſam habent ſubſtantiam, vt caro porcellina: Vel valde duram,vt bouina. Vel facile conuertibilem,vt criſomila. Ex his itaque cibis ſunt qui malos humores generant,ſcilicet panis non bene fermentatus, nec bene coctus, fabæ, lenticulę, milium, lolium,poma immatura,auellanæ,iuiubæ,perſica, citonia, meſpila,dactyli,cucurbita, rapa,caulis, caparis, cæpe,ſinapis,& omnis caro ſylueſtris præter capriolinam,caro caprina,& agnina, ceruina,leporina,equina, vrſina, caro pinguis, cerebrum, medulla, ſpinæ & reliquorum oſſium pinguedo, pulmo, ſtomachus, ſplen,inteſtina,renes,caſeus,piſces lacuum, & aquarū turbidarum,& earum quę in quiete ſunt, anates,turtures,grues,pauones,paſſeres,pulli columbini.

De His qui ſtomacho nocent,& his qui iuuant.

Cap. LXX.

Cibi ſtomacho nocentes.

Qvidam itaque facile corrumpuntur in ſtomacho,cibi,ſcilicet nimis humidi & conuertibiles ſi contingat eos non velociter egredi; vt vua, ficus maturę, mora celſi matura, ceraſa coctana, perſica, melones,caro pinguis,lac,cerebrum,medulla,ſpinæ, & ſimilia: Alij vero difficile, qui ſcilicet ſubſtantiam habent craſſam,& ſiccam, & duram;vt cancri, patuæ cocleæ,oſtrea & ſimilia. Quidam cito exeunt propter ſubſtantiæ ſuæ leuitatem & raritatem,quia ſtomachi villos emolliunt & lubricant indigeſti. Interdum etiā pro ſui acumine,quia ſcilicet ſtomachum & inteſtina mordent. Ex his ergo ſunt atriplex, vua, mora celſi, oliuæ,ſpinachia,caro porcina ac pecorina, caro pinguis,pulmo,& pinguedo. Alij verò tardè,vt pyra,immatura ſcilicet,glandes,dactyli,cucumeres,fabę,caro bouina,cor & ſplen.

Cibi ſtomachum iuuantes.

Quidam autem ſtomochum bonum reddunt atque robuſtum vt lactuca,ſeariola nouella, menta, aſparagus, carui, piper, zinziber, ſaccharum, zomion, maſtix,acetum,citonia,capparis,ſaliua,& ſimilia. Alij vero malum & faſtidioſum,vt ceraſa,pruna alba, cucumeres,auellanę,melones,porri:anates,anſeres,cerebellum, & omnes medullæ, pyra verna viridia, ſiliquæ. Quidam autem inflant, ſcilicet cibi dulces, & qui magis diſſoluunt quam conſumant;vt ſunt caſtaneæ,vuæ comeſtæ cum cortice, vinū dulce, muſtum, mel,rapa,radix, cæpe, porrus, eruca, fabæ, lenticulæ, phaſeoli. Alij vero valde attenuant, vt apium, trifolium, petroſilium,ruta, ciminum, tignella, anetum, carui,piper,mel deſpumatum.

De Nutrientibus & impinguantibus.

Cap. LXXI.

Cibi parum nutrientes.

Qvidam vero parum nutriunt, qui ſcilicet ex membris facile diſſoluuntur,& ex quibus ſubtiles nimium humores generantur & liquidi, & qui violentas & acutas nimium habent qualitates, & qui duram valde, vel plurimum raram habent ſubſtantiam; vt mora celſi, matura pruna, malagranata,iuiubæ, oliuę, meſpila, hordeum, milium, triticum album & non ponderoſum,panis azimus vel furfureus, cucurbita, atriplex, ſpinachia, allia, pinguedo, nares, aures,pulmo,guttur,mētum,venter,inteſtina,alæ pullorum, caſeus vetus. Alij vero multum, ſcilicet cibi bene temperati,& cui diutius immorantur, ac difficilius diſſoluuntur, vt triticum durum & ponderoſum, craſſum & non album. Sic etiam cibi aliquantulum diſtemperati,& duram habentes ſubſtantiam, ſi bene digerantur multum nutriunt, vt caro bouina. Ex his ergo quæ multum nutriunt, ſunt granum fractum,& ſimila, maxime ſi cum lacte coquantur. Caſtaneæ quoque,glandes,auellanę,rapa,caro porcina,cerebrū, ſpina,medulla,cor,hepar,lac caprinum,caſeus recens, oua,locuſtæ marinæ,cancri,ſæpiæ,fuligines,& omnes cibi dulces, præcipuè qui craſſos vel ſpiſſos generant humores; vt dactyli, vuæ pingues, vinum dulce

Cibi multū nutrientes.

rubeum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cibi impinguantes.

rubeum ſpiſſum, & ſimilia. Quædam etiam impinguant, quæ ſcilicet laudabilem ſanguinem ac moderatè craſſum generant, & multum nutriunt, ad hoc præcipuus eſt panis triticeus, bene confectus, lac caprinum coctum, ſimila, riſum triticum, carnes oſſibus vicinæ, caro porcina cum eius iuſcello, caro agnina, cerebella, oua ſorbilia: & de potibus vinum dulce ac ſpiſſum, ficus maturę recentes, & vuæ dulces ſimiliter.

De Qualitate cibi ſumendi.

CAP. LXXII.

Sex in cibis ſumendis ſunt conſideranda.

Conſtanti. in libro de regimine ſanitatis. Oportet autem ſex in cibis intelligi. Primum eſt cibi qualitas. Secundum quantitas. Tertium ordo. Quartum tempus. Quintum quantitas deſiderij. Sextum ſecundum quod membra ſunt infirma. Qualitas autem cibi debet perpendi ſecundũ naturã corporum cibãdorũ. Si enim calida ſunt, frigidos cibos accipiant; ſi autem frigida, calidos; ſicca, humidos; humida, ſiccos. Subſtantiam cibi ſic agnoſcimus, quæ ſi ſit craſſa, ſicut caro vaccina, panis azymus, eſt conueniens multum calorem in ſtomacho naturaliter habentibus, & cholerico ſtomacho; eis etiam qui multum ante cibum exercitantur, & in hyeme propter aeris frigiditatem, ſomniq; longinquitatem. Huiuſmodi enim cibus bene in ſtomacho digeritur, & multũ nutrit, virtutem confortat. Illis autem qui modicum in ſtomacho calorem naturalem habent, & paucum caloris, & modice ſe exercitantibus, breui etiam ſomno vtentibus ſupradictus cibus inconueniens eſt; quia non bene ab eis digeritur, ſed craſſos generat chimos, & viſcerum opilationem.

Qualitas cibi vnde diſcernẽda.

Subtilis vero cibus, ſicut pulli gallinacij parui, ſpinachiæ, perdix, criſolachanna, lactuca, & ſimilia competunt non exercitijs vtentibus, quorum calor naturalis in ſtomacho defectus eſt, & quorum viſcera conſtipata. Sed laborantibus, & calidos & fortes ſtomachos habentibus, huiuſmodi cibus inconueniẽs eſt. Non enim digeritur, ſed in eorum ſtomachis in fumoſitatẽ mutatur: propter hoc quidam vaccinam carnẽ digerunt, & ſturnam minime. Stomacho enim multum calido, cui multa cholerę rubræ quantitas mandatur, craſſus cibus conuenit, vt calor in eo diu operetur. Subtilem enim cibum cito incendit, fumũque facit. Verbi gratia. Si magno igni ſubtilia & ſicca ſupponuntur ligna, cito incendũtur, & ignis extinguitur. Si autem craſſa ſicut celſi, calor ſuauiter operatur & cõfortatur. Stomachus vero in calore temperatus, cibum accipiat inter craſſum & ſubtilem mediocrẽ. Similiter temperate exercitantes, & dormientes temperatæ, accipiant in temporibus etiam temperatis huiuſmodi dietam, conuenit enim eis. *Hali. in practica in li.* Comedens autem optimè terat molaribus cibum, maximeque ſi craſſus fuerit, quo fiat obedientior digeſtioni ſtomachi. Ob hoc etiam ea quæ coquuntur plenius decoquenda ſunt, vt acceleretur eorum digeſtio, & exitus à ſtomacho.

Qui habet ſtomachum temperatum debet cibum medium inter craſſum & ſubtilem capere, qui calidum, craſſum, qui frigidũ ſubtilem.

De quantitate eiuſdem.

CAP. LXXIII.

Exceſſus in quantitate ciborũ multos generat morbos.

Conſtanti. vbi ſupra. Quantitas cibi non multum excedere debet modum, ne grauetur ſtomachus. Quia cibus laudabilis vltra modum ſumptus, malum generat ſanguinem, & venas de malis humoribus replet: ſi cibus malus eſt vel cholericus, peſſimam generat febrem, & acutos humores? Craſſus archeticum faciet dolorem, podagram, phreneticam paſſionem, anhelitum, ſplenis & hepatis duritiam, & opilationem: Melancholicus melancholiam, quartanam, vel maniam, cancrum, ſcabiem, nigram hicteritiam, generat. Oportet igitur cibi plenitudinem caueri, niſi cum multis fortibus exercitijs, & quibus cutis eſt rara, quod ſi hoc non caueant, vomẽt, ſi autem vomere nequeunt, propter gulæ, pectoris aut palati dolorem, dormiant & diu.

Nihil eſt deterius ſaturitate in tẽpore ſertilitatis.

Auicenna vbi ſupra. Nihil eſt deterius ſaturitate in tempore fertilitatis, quam fames ſequitur in tempore ſterilitatis, & econuerſo, ſed tamen deterior eſt conuerſio. Multos enim vidimus quibus prius deerat cibus, poſt modum in abundantia repletos fuiſſe moruos: vehemens namque repletio pernicioſa eſt, ſiue ex cibo, ſiue potu eſt, præterea nihil eſt deterius quã faſtidium ex malis nutrimentis, facit enim iuncturarum dolores, & renum &c. Quod autem melius ſapit melius nutrit, quia ſtomachus & virtus retentiua vehementer amplificantur, cum bonæ fuerit ſubſtantiæ. Nihil autem deterius eſt, quam diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & poſt hoc in comedendo tempus prolongare. Cum enim poſtremum nutriens aduenit, primum digeri iam incipit, ſicque nutrientis partes in digerẽdo non ſimilantur. Itaque cibaria diuerſa duabus ex partibus impediunt; vna propter diuerſitatem eorum in digerendo; Alia quia plus poteſt aliquis ex diuerſis edere, quam ex vno. Res dulces ſunt veloces ad faciendas opilationes, quoniam eas natura trahit antequam digerantur, opilationes autem ad multas perducunt ægritudines, qualis eſt hydropiſis &c. Præterea poſt comeſtionem homo primo ſuper dextrum latus dormiat, deinde ſuper ſiniſtrum conuertatur, & poſtea ſuper dextrum ſe reuoluat.

Diuerſos cibo adiungere, & tempus in manducãdo prolongare peſſimum eſt.

Razi vbi ſupra. Cibus vltra modum ſumptus, ſi fieri poteſt, antequam deſcendat euomi debet. Quod ſi nõ poteſt, ſomnum & exercitum augeri oportet, & ea quæ ventrẽ ſoluunt ſumere. Cibus præterea quo homo vti cõſuenit, in ſequenti die immũdus erit. Oportet autẽ vt cibos quiſque ſibi conſuetos accipiat, & quoties conſueuit comedat; niſi conſuetudo peruerſa fuerit, quæ omnino vitanda erit. Quam tamen non repente, ſed ordinate de illa ſcilicet ab bonam tranſeundo, debet dimittere. Itaque ſani ſemel in die comedere debent ad minus, vel bis ad plus. Vna refectio nocet macris, bina vero pinguibus & craſſis. Multo præterea labore vtentes, & exercitio maiori, craſſiorr indigent nutrimento & ſimiliter econtrario.

Sufficit ſanis vnica refectio in die, vel ad ſummũbina.

De Ordine & tempore ſumendi cibos.

CAPVT LXXIV.

Qui fructus poſt cibum ſumendi, & qui ante.

TVNC autem digeſtio mala fit & corrumpitur, quod cibi multi ac varij in vna comeſtione ſumuntur, & cibus craſſus ante ſubtilem comeditur, & quod multa cibaria cum iure micas panis habente ſumuntur. Et quod inter principium & finem prandij mora multa efficitur. Itaque fructus qui in prandio ſumi debent, ante communem cibum edendi ſunt; niſi de illis ſint qui multam in ſtomacho moram faciant, in quibus eſt ponticitas & acetoſitas, vt citonia, & poma & malogranata. In conſeruanda tamen ſanitate melius iudicatur, vt omnes fructus recentes dimittantur, vel ex eis quantitas parua ſumatur, vt ſunt ficus, & vnæ, pyra, & mora in aqua infrigidata; nec eis vtatur quis, niſi in die in quo multo fuerit vſus exercitio, & ardor ſentitur in ſtomacho.

Ordo dietæ.

Conſtantinus vbi ſupra. Ordo dietæ ſic eſt: quædam enim oportet dari in initio, quædam in vltimo; ſicut cibaria facilia digeſtioni priuſquam dura & ſolubilia priuſquam ſtiptica, vt ſolubilis prius viam vnde craſſus cibus tranſeat præparet, ſicut mellones, pruna, criſolocanna, ficus, ceraſa, vuas, & ſimilia, ante panem & carnem. Item lagana cum obſomagaro & oleo elixata, priuſquàm pyra vel coctana. Duris enim ante facilia datis, leuia digeruntur, & non inuenientia vias vnde egrediantur, propter dura foramen obturantia, neceſſario corrumpuntur, & alia in ſui naturam conuertuntur.

Tempus ſumendi cibũ.

Tempus autem cibandi ſit poſt inanitionem ſtomachi; cum naturalis calor fortis eſt, exercitijs & balneo præcedentibus, & vrina colorata exiſtente, & appetitu

petitu & fame palam oſtenſis; tunc enim cibus neceſſarius eſt abſque vlla mora, hoc enim neglecto, ſtomachus ad ſe ſuperfluos humores attrahet, & appetitus deficiet, & cibus corrumpetur, ex humoribus ad ſtomachum fluentibus. Quod ſi hoc non euenerit, demus oxyſacharum, & ſuccum malorum granatorum, Deinde ſpatio vnius horæ quieſcant, & cibum accipiant.

In frigidis temporibus ſumendus eſt cibus multus, in calidis paucus.

Debemus etiam in frigidis temporibus multum cibum dare, quia tunc calor intrinſecus eſt coadunatus vnde melius adiuuat digeſtiuam virtutem: ſimiliter cauendi ſunt multi cibi in calidis temporibus: Calor enim aeris naturalem trahit calorem extrinſecus: vnde inanitus intrinſecus non bene digerit cibum. Idcirco maiorem habemus digeſtionem in hyeme quã in eſtate. Ideo in æſtate debemus cibum dare in extremitatibus diei, quoniam tunc temperatus eſt aer, neque mox relicto exercitio manducetur, niſi ſpatio vnius horę requieſcant. Similiter balneũ exeuntes nõ ſtatim comedant, niſi prius vna hora quieſcant.

Poſt exercitium non oportet ſtatim manducare, ſed vna hora interpoſita.

Razi. vbi ſupra. In hyeme ſit cibus actualiter calidus & in æſtate ſimiliter frigidus. Abſtinendum eſt tamen à cibis actualiter calidiſſimis; & à frigidiſſimis ſimiliter, niſi magno caloris tẽpore, corpore quaſi inflãmato exiſtente; præterea cibus in horis frigidis ſumatur. Quod ſi non poſſunt horæ, ſaltem manſiones ſint frigidæ.

De conuenientia cibi ſecundum ſtatum.

CAPVT LXXV.

CONſtantinus *vbi ſupra*. Dixi autem cibi ſumendi deſiderium bonum eſſe; appetitio enim cibi magnam ſignificat eſſe virtutem ad digerendũ necnon quod appetitur monſtratur eſſe humanæ complexioni conueniens. Oportet infirmis membris cibaria dare conuenientia & cauenda etiam illorum in firmitatem augmentatiua etſi toti corpori ſint neceſſaria. Verbigratia, Quibus dolor capitis aſſuetus eſt,

Quis cibus debilibus cõgruat.

neganda ſunt eis cibaria fumum generantia, & in eum conuertibilia ſicut nuces, lac, allium, cepæ, & ſimilia. Qui defectum habent ſtomachium, abſtinendi ſunt à mollitiuis, ſicut pinguedo, butyrum, ſiſamum, & ſimilia. Et quibus eſt vſus mutandi cibum in ore ſtomachi, craſſa conueniunt alimenta, vt cum ſui grauitate deſcendant ad inferiora ſtomachi. Qui phlegma in ſtomacho habuerint, caueant cibos phlegmatis generatiuos, Quibus cholera rubea in ſtomacho creatur, negandi ſunt cibi choleram rubeam generantes & accipiant ea quæ extinguãt, ſicut mala granata acetoſa, oxiſęnichia, & ſimilia. Quibusautẽ in ſtomacho & inteſtinis cibi indurãtur, caueãt cibos duros & ſtipticos & accipiant humidos & ſolubiles, ſicut lagana elixa cum oximagaro & oleo, & mãducentur ante cibũ. Eis vero de quorũ ſtomacho cibus indigeſtus deſcendit, ante omnẽ cibũ demus ſtiptica, ſicut citonia, pira, xilocaracta, quarubias, & ſimilia. Quod ſi hepar frigidũ fuerit, cauendus eſt craſſus cibus & viſcoſus, præcipue ſi ſit opilatiuus: ſiautẽ ſit calidũ, cibos demus frigidos. Cauẽda eſt aqua, ne cũ cibo potetur, ſed poſtquam cibus in ſtomacho quieuerit; cũ cibo enim bibita inter ſubſtantiam ſtomachi & cibum permanet, eumque digeri non permittit. Neceſſe enim eſt cibũ à ſtomacho tangi, vt calefiat, & digeratur. Quod ſi tanta fuerit neceſſitas, parum inde bibant quo ſitem extinguant: cibo vero in ſtomacho quieſcente, nulla prohibitio eſt bibendi aquam, ſed tamen qualis oportet tribuatur; leuis autem in nocte inconueniens eſt.

Non eſt bibenda aqua cum cibo ſed paulo poſt.

De Pane.

CAPVT LXXVI.

Panis multiplex.

ISidorus *in lib.* 20. Panis dictum eſt, eo quod cum omni cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat. Pan, enim Græcè, omne dicitur. Cibarius eſt, qui ad cibum ſeruis datur, non delicatus. *Fermentatus* fermentis confectus. Azymus non fermentatus, nam azymus eſt ſine fermento ſincerus. Acryſimus leuiter fermentatus, quaſi acro azymus, ſubcineritius cinere coctus & reuerſatus; ipſe & facatius. Clibanicius in teſta coctus. Sfungia, panis aqua diutius malaxatus, ſimilam modicam & fermentum accipit, & habet humectationis pluſquam omnis panis, vnde & Sfungiæ nomen accepit. Placentæ ſunt quæ fiunt de farre quas alij liba dicunt, eo quod libeant & placeant. Cruſta ſuperficies panis; ipſa & fragmenta, quia diuiduntur vt fracta. Fermentum à feruore nuncupatum, quia plus prima hora non poteſt contineri; creſcendo enim excedit. Farina & furfures à farre dictæ, cuius ſunt purgamenta.

Hali. vbi ſupra, Panis ex tritico duro ac ſpiſſo, plus nutrit quam qui ex tenero ac fragili; maioris tamen nutrimenti panis, tardæ digeſtionis eſt, qui ſumitur ex medulla tritici; panis ſcilicet ſimilæ. Idem quoque opilationem in viſceribus parit. Qui vero minus nutrit, ſcilicet medulla reiecta ſi eſt, medius eſt inter nutrimenti multitudinem & paucitatem, & inter digeſtionis moram ac celeritatem. Omnibus autem laudabilior eſt panis, cuius optime farina piſtata eſt, & in quo ſalis quantitas opportuna proijcitur ac bene fermentatus eſt, & in camino coquitur ignis manſueti ac temperati & non nimij, qui interiora indigeſta dimittat; nec vero pauci, qui interiora decoquens, exteriora cruda remittat. Huiuſmodi panis nutrimentum habet laudabile, citoque digeritur, corporibus temperatis conuenit, & qui parum laborant.

Panis quinã optimus.

Azymus autem panis, aut non coctus, plurimi nutrimenti eſt ac craſſi, tardus digeſtioni, humorem generat craſſum atque viſcoſum, opilationem in hepate parit ac ſplenæ, & in renibus lapides: Omnium autem peior eſt panis furni & ſubcineritius, propter eius exteriora combuſta, interioribus crudis: Azymus vero panis laborantibus vtilis eſt eo quod ab eis multa diſſoluantur. His quoque quorum ſtomachi calor fortis eſt, plurimum ab eo nutrimentum peruenit, cũ illum optime digerant. Eſt autem omnis panis tritici calefaciens in primo gradu, præterquam panis erui. Nam quia triticum Iotum fuit, frigiditatem lucratus eſt, vnde calor eius paruus eſt. *Conſtantinus in panteigni.* Panis hordeaceus eſt frigidus & ſiccus, minus quam frumenti nutritiuus, totius ventoſitatis generatiuus & conſtipatiuus; vtẽdum eſt eo cum vnctuoſis, vt eſt caro craſſa, atque butyrum.

Panis furni & ſubcineritius eſt peſſimus quia raro bene coquitur intrinſecus.

Vſus panis hordeacei.

De diuerſitate panis ſecundum materiam vel artificium.

CAPVT LXXVII.

ISAAC *in dietis.* Panem tritico calidiorem diximus, cuius diuerſa ſunt nutrimenta 4. modis. Primo propter farinam vnde factus eſt; ſecundo ex artificio ſui; tertio ex igne à quo coctus eſt; quarto pro qualitate qua ſumitur: Farinæ modus trifariã diuiditur; primus propter eſſentiam ſui; ſecũdus pro qualitate molitionis, tertius ſecundum breuitatem vel longitudinẽ temporis ex quo mola contrita eſt, vt ſuperius dictũ eſt. Panis quanto mundior eſt, tanto pluris nutrimẽti eſt & durioris egeſtionis. Diuerſitatis panis ex artificio ſui duo ſunt modi, vel ex forma, vel ex artificio, forma autem triplex eſt; Magna, parua, media. Magna medullæ plus habet, corticem vero ſubtiliorem & duriorem, cortex præterea parum nutrit, & eſt ad digerendum durus, humiditatem egeſtionis exiccat, vnde & ventrem conſtipat. Medulla craſſa eſt, & viſcoſa & inflatiua, phlegma viſcoſum generans. Panis parui & ſubtilis interiora ignis perforat, & humiditatem medullę exiccat, vnde parum nutrit, & tardius digeritur, & ventrem conſtipat; maxime ſi factus ſit in primo vel ſecundo die poſt decoctionem. Vnde Hippocras: Panis magnus & craſſus, eſt medullæ multæ nutrimenti pluris, ventrẽ ſoluit. Paruus autẽ, & tenuis medullæ eſt paucæ, nutrimenti pauci, egeſtio eius eſt tarda, ventrẽ conſtipat. Qui autẽ mediæ menſuræ in forma, medię eſt poteſtatis. Artificiũ panis in quatuor

Panis ex 4. diuerſificatur.

Farina trifariam diuiditur.

Forma panis triplex, & qua melior.

diui-

Artificium panis quadruplex, & quodnã præstantius.

diuiditur modos; Est enim panis, quantum expedit fermenti habens & salis, & bene confectus, & sicut oportet coctus. *Est* parum fermentatus & coctus, & in cęteris à necessaria temperantia imminutus. Est habens fermentum & sal, vltra quàm satis est. *Est* azymus & sale carens. *Qui* moderatus est in omnibus his supradictis; in stomacho perfecte digeritur, & sanguinem in corpore clarissimum generat; vnde naturæ confortat actionem, propterea commodius est his qui in quiete sunt, & deliciarum delectatione, & eis quorum digestio defectum patitur, vt seniorum, & ęgritudines exeuntium; ars enim exhibita exterius, sufficit naturæ laboranti interius. Exercitantibus autem & laborantibus non adeo conueniens est, propter suã subtilitatem, & facilitatem dissolutionis ex membris eorum. *Panis* fermentatus modicum habens salis, nec bene coctus, viscositatem creat & crassitatem, vnde durior est, & priore tardior; propter hoc aptus est exercitantibus & laborantibus, & abundantia caloris eorum causa est fortitudinis & digestionis. *Sed* qui fermenti salisque superfluum habuerit, minimum nutrit & confortat: Virtus enim salis humiditatem eius desiccat, fermenti coniunctionem rarificat. Azymus nimium nutrit, & durissimè digeritur, tardissimeque egeritur; proprietatem habet opilationem & ventositatem generandi. Idcirco inconueniens est omnibus naturis, nisi raro eis qui maximis laboribus exercentur, vt messores.

Azymus nulli fere congruit.

De diuersitate panis exiguę coctionis, & qualitate sumendi.

CAPVT LXXVIII.

Focus duobus modis diuersus.

FOcvs duobus modis est diuersus. Aut ex natura sui, aut ex artificio cocti panis. Ex sui natura tripliciter, aut magnus est & fortis, aut debilis & lenis, aut mediocris. *Fortis* & magn⁹ desiccat & indurat exteriora panis, mica vero non bene cocta remanet, quia cortex velociter induratus non permittit calorem penetrare interiora: Et duabus de causis est illaudabilis: vel quia cortex est durus, & inde non nutriens interiora, sicut & feruore incensus: Vel quia viscosus est, & crassa est mica: & ita vtrumque indigestum diuersorum humorum est generatiuum. Durities corticis & incẽsio sui, siccissimum sanguinem generat, & constipat vẽtrem; viscositas & crassities micę, humores crudos & phlegmaticos facit, & solutiones ventris adiuuat. *Debilitas* foci ex defectione sui penetrare interiora pigrescit, vnde diutius panem immorari oportet. Si enim antequàm sit coctus extraxeris, viscosus erit & fortis digeri, exercitantibus tamen necessarius: si vsque coquatur dimiseris, siccus & durus erit digeri, & stipticus. Mediocris temperatus est focus, quia totum corpus æqualiter penetrat.

Ad coquendum panem ignis nec fortis esse debet nec debilis, sed mediocris

Panis in furno coctus vt oportet est melior quã sub testis vel subcineritius

Ex artificio duo mali modi sunt. Aut in fumo, aut in furno, aut sub testis. In furno si sit, & secundum quòd oportet coquatur, bene digeritur, & penetrat totum corpus, scilicet mica cum cortice. Si excoquatur sub testis, peior est; quia in vna parte operatur, altera vero crassa & viscosa remanet, & ideo ad digerendum durus est: si ergo sæpè comedatur, post multum tempus inflationem & dolorem lateris generat. Subcineritius vero, subter carbones vel cineres coctus, velociter desiccatur extrinsecus, intrinsecus vero crassus remanet, cineri & terræ admiscetur multũ, maxime autem si ligna mollia fuerint, & visus obscuritas fuerit. *Diuersitates* panis ex qualitate accipiendi quatuor sunt. Alius calidus accipitur, secundũ quòd à foco egreditur; alius frigidus, non tamen eadem die commeditur; alius post vnum vel duos dies; alius postquàm est siccissimus. *Calidus* autem magis est nutritiuus, digestiuus, penetratiuus; quia melior est & cito dissoluitur, sed à stomacho & intestinis eiicitur durus accidentaliter, non naturaliter. A stomacho, quia non descendit inferius propter leuitatem suam. Ab intestinis, quia venas non penetrat, vt ad intestina parum transeat, quod ea grauet. Accidentaliter autem, quia naturaliter ventrem humectat, fæces dissoluit. Qui aut eadem die comeditur, minus est nutritiuus, velociter digeritur, tarde tamen descendens, quia in trinsecus infrigidatur, & poris clausis, & calore recluso, intus manet fumus, & inde exire nõ potest propter pororum opilationem; & reuertens inuenit aliã fumositatem, quibus crassities ventositatis & inflationis conficitur, & inde durus & indigestus & inflatiuus stomacho redditur. Qui post vnum vel duos dies accipitur, intus & exterius exiccatur: hic laudabilis est nutrimenti, ad comparationem tamen calidi, minoris; & velocius dissoluitur, à stomacho & intestinis cito eijcitur durus, & cito penetrat vias à stomacho, quia neque viscosus. Ab intestinis, quoniam durè venas penetrat; Crassus neque adunatus grauat intestina, & eijcitur. *Siccissimus* & leuis rarus, causa ablatæ humiditatis, bene humiditatem stomachi desiccat, & vt multa humiditas non fundetur est necessaria; digestionem desiccat, ventrem constipat,

Panis nec calidus mãducari debet nec vnius dei sed post vnũ vel duos, dies, vel etiã siccus.

De cibo carnium.

CAP. LXXIX.

Carnes vnde dictæ, & quot earũ varietates.

ISID. *vbi supra Carnes* dictæ sunt, quia caræ sunt, siue à creando, vndę & à Grȩcis creas vocantur. Carnes autem post diluuium hominibus in vsum concessas legimus. Nam initio permissum non fuerat, nisi tantum illud quod scriptum est, lignum fructiferum, & herbam seminalem dedi vobis in escam; post vero per Noë data sunt in esum cuncta animalia. Crudum dicitur, quod sit cruentum, est enim cum sanguine. Coctum dictum est quasi coactum, idest ab igne vel aqua violento modo actum; vsuiq́ue comestionis aptum, assum quod ardeat, quasi arsum. Exlium eo quod aqua sola decoquitur; lixa enim aqua dicitur, ab eo quod sit soluta; vnde & solutio libidinis luxus, & membra loco mota luxa dicuntur. Frixum à sono dictum quando ardet in oleo, succidia carnes in vsu repositæ, à succidendo dictæ. Lardum eo quòd in domo repositum conseruatur; nam antiqui domos lares dicebant. *Axungia* ab vnctione vocata. *Sesum* à sue dictum est, quasi suebum, eo quòd plus pinguedinis hoc animal habeat. *Farcimen* caro concisa & minuta, quòd ea intestinum farciatur, hoc est impleatur cum alia rerum commixtione. *Razi vbi supra.* Caro super prunas assata multum & cito nutrit, corpusque corroborat, & vix tamen digeritur. In vetu assata crassa est & multum nutrit, neque digeritur nisi quando stomachum robustum & calidum inuenerit; ventrem vero stringit; & hoc proprie quando quòd ex ea quod pingue est non comeditur. Caro cum pinguedine frixa fastidium facit, tardeque de stomacho descendit: nutrimentum eius validum est; grauior tamen est illa quę super prunas assatur, quàm ista, quæ leuior est & melior. Caro quæ in patellis ponitur, & in furno, coquitur mala est, parum enim nutrit; acidè tamen ructantibus confert. Vniuersaliter autem omnis morra riolorum ac patellarum species parum nutrit, respectu cibariorum ius habentium. Multos tamen humores habentibus, & corpora sua desiccare ac subtiliare volentibus conferunt.

Quis modus cõdiẽdi carnes melior.

De Carnibus quadrupedum.

CAP. LXXX.

Quanã carnes meliores.

CONSTANTINVS *in panter 5. parte.* Omnis caro calida est & humida, nutribilis & generatiua sanguinis. Porcina inter caliditate & humiditatem temperata est, cęteris nutribilior, & sanguini generando melior, quia humano vicina est; sed phlegmatica est. Omne animal naturaliter siccum, fætus habet humidos, bonum sanguinem facientes; vnde boues sicci sunt, vituli autẽ humidi & temperati. Agni quoque annales & hæduli, sunt temperati: castratorum animalium caro cito digeritur, & melius nutrit.

Crassa

Cratla ventrem ſoluit & humectat, ad digerendum dura. Macra deſiccat, facile digeſtiua. Illa vero laudabilior eſt quæ inter craſſum & macrum temperatior. Omnis caro ſylueſtris eſt illaudabilis, ſanguinis generatiua craſſi & melancholici. Caprina cum leporina meliuſcula eſt.

Quænam partes animalium præſtantiores.

In partibus animalium lacerti videntur eſſe laudabiliores. Capitum cibus craſſus eſt & multum nutritiuus, ad digerendum durus, Phlegmaticus, ſpermatis augmentatiuus. Cerebrum humidius & faſtidioſius, medullæ ſimiliter; linguæ temperatæ ſunt. Pedes, auriculæ & labra non ſunt ad digerendum dura. Oculi quia neruoſi ſunt, boni ſunt, ſed aliquantulum faſtidioſi. Hepar bene nutrit, & bonum ſanguinẽ generat. Splen durus eſt digeri, phlegmaticum & malum ſanguinem generat. Pulmo cito digeritur, & eſt Phlematicus. Cor durum eſt ad digerendum; ſed ſi digeri poſſit, multum nutrit. Renes ſimiliter. Stomachus difficulter digeritur, & frigidum ſanguinem generat. Vnumquodque autem horum, ſecundum naturam animalis cuius eſt membrum, conſiderandum eſt.

Razi. vbi ſupra. Caro ſine pinguedine, rubea ſcilicet ſanguinis ſicci generatiua eſt, paucas ſuperfluitates facientis, magis tamen adipe nutrit. Pinguedo vero ſanguinem humidiſſimum nutrit, multas facientem, ſuperfluitates, minoris tamen eſt nutrimenti. Porro caro variata, ſcilicet inter pinguem & macram exiſtẽs, ſanguinem generat temperatum. Caput craſſum eſt, & multum nutriens calefacit, nec debet comedi niſi in temporibus frigidis: multoties enim generantur ex eo febres & cholera; multum tamen confortat, & ſanguinẽ ac ſperma auget. Cauda calida eſt, quæ ſtomacho nocens faſtidium facit, & choleram rubeam generat. Cutis ſanguinem frigidum generat, in quo multa viſcoſitas eſt, & opilationem facit. Pedes ſanguinem viſcoſum generant, qui frigidior & leuior eſt eo, quem caro generat. Animalium anteriora, leuiora ſũt & calidiora, poſteriora vero grauiora & frigidiora.

Caro partim pinguis partim macra, ſanguinem generat temperatum.

De Carnibus auium & piſcium.

CAP. LXXXI.

Quænam volucres præſtãtiores.

CONSTANTINVS *vbi ſupra.* Omnium volucrum naturæ conſiderandæ ſunt ſecundum earum victum & locum. Caro volatilium laudabilior eſt quàm omnium quadrupedum, quia digeſtibilior. Gallina melior eſt omnibus. Anates & anſeres calidi & humidi, malorum chimorum generatiui, ad putredinẽ paratorum. Turtures melancholicum ſanguinem faciunt. Grues duræ ſunt & indigeſtibiles; ſimiliter & pauones: perdices duræ ſunt: Paſſeres calidi: Turdi moderati. Parui palumbes, calidi & melancholici.

Quibus cõplexionibus conueniant piſces.

Iſaac. Omnis natura piſcium naturaliter eſt frigida & humida, Phlegmatis generatiua; conueniens calidam & ſiccam habentibus complexionem, & macidis, maximè in æſtiuo tempore, & calidam habitantibus regionem. Inconueniens eſt frigidis & humidis complexionibus, & carnoſis maximè, quibus molles carnes fuerint naturaliter; corpus enim eorum infrigidant & humectant. Variantur autem piſces ſecundum diuerſitatem aquarum in quibus habitant, & ſecundum diuerſitatem nutrimẽti eorum, & ſecundum diuerſitatem ventorum in quorum plaga ſunt. Diuerſitas quoque piſcium pro artificio coctionis multifariam diuiditur; aut enim aſſi comeduntur, aut cum oleo frixi, aut cocti cum aqua & oleo & condimentis, aut ſola aqua elixi. Aſſi quidem & frixi, minoris ſunt viſcoſitatis & humiditatis. Vnde non ventrũ ſunt humefactiui, ſed duriores ad digerendum, vtpote ſtomachum grauantes. Aſſi tamen frixis laudabiliores ſunt, quia frixi quidem habent viſcoſitates propter oleum. Piſces autem cum oleo & aqua & ſimilibus præparati, ſunt cæteris digeſtibiliores, & ventris ſolutiui; cum aceto vero cocti erunt refrigeratiui, minus tamen humefactiui. Qui vero cũ aqua ſola elixantur ſunt omnibus laudabilio res: quoniã eorum viſcoſitatẽ aqua coctionis in qua cocti fuerant abſtulit, præcipue ſi mãducentur cum oleo obſomagoro, menta, apio, ruta, carui, pipere, zinzibere, & ſimilibus.

Quinã modum cõdiendi piſces aptior.

De Tritico, ouis, & melle, ac reliquis cibis.

CAPVT. LXXXII.

Triticum coctum cum lacte multũ nutrit & cõuenit calidis & macris.

RAzi *vbi ſupra.* Triticum bene coctum omnibus cibis plus nutrit, & maxime ſi cum lacte coctũ fuerit. Confert autem natura calidis & macris, & his qui multum laborant, vel qui augmento virium indigent: habentium vero diſpoſitiones contrarias, cito venas replet; & febres, & artheticum dolorem, & lapides in renibus, & apoſtemata adducit. Oua indurata & elixata plus nutriunt, ad digerendũ tamen duriora ſunt, tardiuſque de ſtomacho deſcendunt: Mollia vero velocius; quæ his à quibus ſanguis multus effluxit, ac vires imminutæ ſunt, conferunt.

Oua ſunt plurimum nutritiua & confortatiua

Iſaac. Oua hoc ſunt in animalibus volantibus, quod ſanguis & ſpermá ſunt in animalibus ambulantibus; ſicut. n. ſanguis & ſperma ſũt materia omniũ ambulantium, & nutrimentum; ita oua ſunt materia & nutrimenta volatilium. Oua enim volatilium maſculis ſuccumbentium, hęc duo videntur in ſe retinere, ſperma videlicet, & nutrimentum; proinde velociter & multum ſunt nutrientia & confortantia: velociter nutriunt propter ſubſtantiæ ſubtilitatem, ſuique liquoris temperamentum: corporis ſunt confortatiua, quia quanto plus calor naturalis in eis operatur, tanto magis indurantur, ſicut fieri videmus in exterioribus: quanto enim calor ignis in eis operatur, tanto indurari incipiunt. Nutrimentum dant multum, quia tota ſubſtantia eorum mutata in membris, omnino aſſimilatur pro ſui natura humanæ naturæ; maximeque eorum vitella, quia in calore & humiditate ſunt temperata, magis videntur eſſe ſimilia humanæ complexioni: ſed tamen ſi aſſentur ab igne, calorem ſuſcipiunt, & ſiccitatẽ: vnde fiunt deſiccatiua, minuſque caloris refrigeratiua, ſi vero fuerint cũ aqua elixa, humiditatẽ ſumunt, proinde fiunt minus deſiccatiua, magiſq; caloris mitigatiua. Albumen autem eorum aliquantulum frigidum eſt & craſſum; vnde eſt durum ad digerendum. *Præterea* oua inter ſe 4. modis diſcrepant. Primus eſt pro animalium naturis & eorum ætatibus. Secundus propter longinquitatem temporis ouorum in aere manentium. Tertius eſt artificiũ coctionis eorũ. Quartus ſi plus quã oportet vel minus coquãtur.

Albumen ouorum eſt durum ad digerendum

Quibus conueniat mel.

Mel calidum & ſiccum in ſecundo gradu, aliquid habet acuminis, quod ab Apũ natura acquiſiuit. Ideo incidit & mundificat cachochimia, & de interioribus corporis malorum humorum copiam per poros cutis abijcit, venarumque ſordes optime detergit. Ideoque frigidis & humidis bene conuenit, præcipuè ſenioribus; cito enim in eis ſanguinem generat, calidis vero inconueniens eſt, maxime ſi eorum complexio ſit ſicca, quia eorum corporibus, acumine incendium donat, & in humores cholericos mutatur, ſi vero mutatur in humorem ſanguineum, non tamen eum laudabilem facit, ſed calidior eſt; nulliſque eorum corporibus dat nutrimentum.

De Potibus.

CAP. LXXXIII.

Potus duabus ex cauſis eſt neceſſarius.

CONSTANTINVS *vbi ſupra.* Potus duabus ex cauſis neceſſarius eſt; aut enim corpus humectat, & quod humidum è corpore diſſoluitur reſtaurat, aut craſſitudines cibi diſſolutas ad remotiora loca reportat. Sunt autem potuum genera diuerſa, ex quibus eſt aqua, quæ non eſt corporis nutritiua. Nam ſi hoc faciat, nõ eſt ex ſui natura, ſed ex re cui eſt commixta. Eſt enim & vinum, quod per omnes partes corporis portat cibum, nutriens & calefaciens, ſpiritum augmentans, calorem naturalem confortans, ac per totum corpus eum deportans. Sed in ſanitate cuſtodienda, & infirmitate curanda, magis eſt aqua neceſſaria.

Aqua eſt magis ſana quam vinũ.

Iohan-

Aqua eſt ſolus potus, vinum verò cibus & potus

Ioannicius. Modi potionum ſunt tres. Eſt enim potus, qui nihil aliud eſt quam potus, vt aqua. Et eſt potus qui potus eſt & cibus, vt vinum. Eſt & potio quæ datur contra alicuius morbi vitiũ, vt melicratum vel cõditum. Cibi vtilitas eſt, quod ordine recto corporis integritatem reparet, vtilitas potus, quod cibum per corpus deportet. Sed & illius vtilitas quæ potio dicitur, corporis naturam ad ſe conuertit. *Auicen. vbi ſup.*

Quibus conferat ſitim tolerare.

Sitim tolerare, & cum ea dormire, infrigiditatis & humectatis confert: Calidis autem & cholericis nocet; ſimiliter & famem tolerare. Cholera quidem rubea abundantibus, ex tolerantia famis accidit vt ipſa cholera ad eorum ſtomachos deſcendat, eorumque quæ comederint ſubſtantiam corrumpat.

De Vino.

CAP. LXXXIV.

Quibus conueniat vinũ

HALI. *vbi ſup.* Vinum calorem naturalem confortat, humidos cholericos temperat, purgans per ſudorem & vrinam; membra dura humectat, appetitũ iuuat, & digeſtionem; ventoſitatemque ſoluit, opilationem aperit, melancholiam mitigat; & hoc maxime facit his qui temperatæ complexionis ſunt & inclinãtur ad frigidum, ſi mediocriter ſumatur. Nocet autem illi cuius complexio ſuperabundat in calore, vel qui febrem patitur hepatis, aut cephaleam, & cuius nerui debiles ſunt. Quod ſi quis omnino nolit ab eo abſtinere, bibat album ſubtile, & aqua multa permixtum: ſi enim ad dolorem capitis accelerat, ſtatim poſt eius potum, modicum cibi, fruſtaque coctanorũ comedat, vt aſcenſum vaporis ad caput arceat. Similiter & ſi ſtomachi debilitas per eius potationẽ accidat, ad coctana cum pauco muſto tranſeat, aut fructũ muchi recẽtem, vel huiuſmodi. *Dicit* autẽ Gal. quod ex multi vini potatione, paſſiones accidunt graues frigidæ; ſicut apoplexia, ſpaſm°, epilẽſia, hemigraneũ, obſtupefactio, & his ſimilia. Replẽtur enim vẽtriculi cerebri vaporibus vini, & quod ad illud de venis aſcẽdit; vnde calor naturalis refrigeratur, & huiuſmodi paſſiones generãtur.

Ex multo vino generãtur morbi frigidi.

Razi. vbi ſup. Vinum quidem, ſtomachum & hepar calefacit, inflationem diſſoluit, & cibum digerit, vrinã prouocat, & ventrem ſoluit. Præter hæc, lętari & gaudere facit animam; & ſecũdum hunc vltimũ bonitatis eius modum nondum inuenimus quod ſuppleat vicẽ eius; ſed in aliis operationibus eiuſdem reperiuntur quædam, quæ ſuppleant eius vicem, licet in eis debiliora ſint. *Idẽ in 4. parte.* Vinũ, & omne quod inebriat, corpus calefacit, vinum album & clarum, quod multę patitur aquæ cõmixtionem, minus eſt calidũ, ſed magis vrinæ prouocatiuũ. Ignei vero coloris & amarum, quod magis poteſt aquam recipere, calidus eſt. Vinũ itidem pingue ac dulce, in quo eſt ponticitas, craſſioris eſt naturę. Vinum nouum inflationem magis generat, & venas citius implet. Vinum temperatè bibitum, nutrimentum penetrare facit, digeſtionem adiuuat, multæque bonitatis cauſa exiſtit in corpore, & in ſenibus quàm maxime ſuperflue vero bibitum, hepati ac cerebro & neruis nocet, tremoremque & ſpaſmum, & paralyſim, & apoplexiam, ac mortem ſubitã generat.

Quod vinũ magis ſalubre.

Vinum temperate bibitũ multum cõfert, præſertim inſenibus.

De Cæteris inebriantibus.

CAP. LXXXV.

Multa ſunt genera potuũ inebriantiũ.

ISID. *in lib. Ety. 20. Sicera* eſt omnis potio quæ extra vinum inebriare poteſt. *Cereuiſia* à Cerere .i. fruge vocata; eſt enim potio ex ſeminibus frumenti vario modo confecta. *Celia* à calefaciendo vocata, eſt enim potio ex ſucco tritici per artẽ confecta: ſuſcitatur enim igne illa vis germinis madefactæ frugis, ac deinde ſiccatur, & poſt in farinam redacta, molli ſucco admiſcetur, quo fermentato, ſapor auſteritatis, et calor ebrietatis adiicitur, quæ fit in his partibus Hiſpaniæ, cuius ferax vini locus non eſt. *Lactatum* eſt potio ex lacte. *Mulſum* ex melle mixtum: Eſt enim potio ex aqua & melle, quod Græci *melicratum* vocant. *Oenomelũ*, muſtum melli admixtum, vehementerque agitatũ atque commotum. Hydromelum, quod fiat ex aqua et malis macianis: *Saccatũ* eſt liquor aquæ, fæci vini admixtus, & ſacco expreſſus. *Oximelũ* appellatum, quod aceti & mellis admixta cõficiatur materia; vnde & dulcedinẽ retinet & acorem. Oxigarum Græcum eſt, .i. acetum cum aliquo liquamine permixtum; *Oxi* enim acetum *caros* liquamen Græco eloquio dicunt. *Rodomelus* dicitur, eo quòd in ſucco roſę mel admiſcetur. *Melicratum*, vinum melli admixtum. *Medus* quaſi melus, quia ex melle fit.

Quibus conferat potus ex melle factus & cereuiſia.

Razi. vbi ſup. Potus ex melle factus vehemẽter eſt calidus, & choleræ rubeæ generatiuus; frigidat tamen patientibus ægritudines confert: Cereuiſia de hordeo facta, neruos impedit, caput dolere facit. & inflat; vrinam tamẽ prouocat, & calorem ex ebrietate reprimit: quę vero de ſimilagineo pane cõficitur; habẽs mẽtã & apiũm, omnibus melior iudicatur; ſolis tamen calefactis, & diſpoſitionibus ac temporibus calidis confert.

De potu aquæ.

CAP. LXXXVI.

AQVA naturales humores in corpore conſeruat, & nutrimentũ ſubtiliãs penetrare facit, caloręquoq; reprimẽdo: calefactis autem calidam complexionem habentibus pluſquàm vinum confert. *Aqua* pondere leuior, caloręq; & frigiditatem citius ſuſcipit, & qui meliorem ſaporem retinet, dulcedini ſc. appropinquantẽ melior iudicatur. *Turbida* vero hepar grauat, & in renibus lapidẽ generat. *Aqua* ſalſa vẽtrẽ mollit, & poſtea conſtringit. Si quis eam vſualiter biberit, corpus deſiccat, atq; in eo ſcabiẽ, & in ano ragadias generat. *Aqua* ſtans & putrida, ſplenem augmentat, complexionem corrũpit, ac febres generat. *Aqua* frigida vt nix, ſtomachum percutit ſi bibatur à ieiunis, ſed hepar multũ infrigidat; quam nulli ieiuni præſumant bibere niſi calefacti, ſic enim eis proficit: ſuper cibum autẽ in parua quantitate ſumpta, ſtomachum corroborat, & auget appetitum. *Aqua* vero quæ non bene ſapit, eo quòd frigida non ſentitur, ventrem inflat, ſitimq; non minuit, ſed appetitum deſtruit, & corpus diſſoluit. *Aqua* porro calida, quam quidam ieiuni bibunt, ſtomachũ à ſuperfluitatibus præcedentis nutrimenti lauat, & ventrem fortaſſe ſoluit; quę tamen ſi frequenter bibatur, ſtomachum corrumpit, & debilitat. *Aqua* tepida faſtidium facit. *Aqua* vero cocta quouſque minor reddatur eius ſubſtantia, minus inflat.

Quantẽ aqua melior, & quibus conferat.

Aqua ex ſua eſſentia, ſed ex ſe nullum habet colorem nec ſaporem nec odorem.

Iſaac Laudabilis aqua duo in ſe continet: Vnum eſt ex ſui eſſentia: Aliud eſt ex ſui curſus origine. Et ſui eſſentia, claritas & nititditas, nullum habens coloręm, nec ſaporem, nec odorem, nec fœtorem: Quod ſi habeat, ſignificat aliam rem eſſe commixtam in ea. Originem ſui curſus neceſſe eſt eſſe contra orientem aliquãtulũ ſeptentrionali pertinens plagæ, vt ſeptentrionalis & orientalis vẽtus eam perflent. *Fluxus* eius neceſſe vt ſit fortis & velox, currens ſuper lapides paruos, & arenas clariſſimas, nullam habentes immundiciã. *Huiuſmodi* aqua ſubrilis eſt & leuis, quę poſita ad ignem ſeu ad ſolem citiſſime calefit: Calida vero facta, ſi ad aerẽ ponatur, citiſſime refrigeratur; quæ citiſſima mutatio eius de qualitate in qualitatem, ſuam ſignificat leuitatem; nec etiam illam quippiam terreſtre habere. Sed omnibus aquis, pluuialis eſt leuior & electior, quæ vicini aeris ſuauitate cecidit, munda tamen ſi fuerit ab omni putredine, & ponatur in aqua ciſternæ optimè lotæ; talis enim erit aqua minus cæteris humida, & quiddam habens ſtipticitatis, vnde non nocet ſtomacho, ſed potius eum confortat.

Vnde deprehendi poſſit leuitas & ſubtilitas aquæ.

De Ptiſana.

CAP. LXXXVII.

Ptiſana eſt optimus potus in acutis morbis

HIppocras *in regimine acutarum.* Ptiſanam hordeaceã, ſuper omne de grano cibarium, acutis morbis &

in acutis paſſionibus excellentiſſimum iudico; quippe quia viſcoſa & leuis, vncta quoque & mollis & lubrica, temperatam habens humiditatem, ſitim extinguit, & ſi opus fuerit ablui facit, nequaquam ſtiptica, non ad laborem furioſa . Non inflatur in ſtomacho, nec aceſcit; quorum vtrumque, nimirum in coctione, dum videlicet in poteſtate haberet, expleuit.

Conſtantinus in panteigni . Hordeum calidum eſt in primo gradu, ſed in ſecundo ſiccum. Ptiſanæ ex eo confectæ frigidæ ſunt & humidæ. hæc ptiſana calidam complexionem adiuuat. Secundum temperamentum acutis febribus valet, digerens materiam vnde generatur: Sitim extinguit, & naturaliter lauatorium eſt. vnde fit vt membris omnibus cito diffundatur; de ſtomacho & inteſtinis ſtatim effluit, vbi ſi incendentes humores inuenerit, facile expellit, limoſa interiora ſiue exteriora mundificat, nullum rancorem infirmis generat, non inflat, nec ventoſitatem vllam apparat, ſicut alia ſolent grana. Hordeum vnde conficitur oportet eſſe bonum, non vetus, ſed album, durum, bene excorticatum, atque piſtatum.

Effectus ptiſanæ.

De Conuerſione cibi & potus.

CAP. LXXXVIII.

Diſtributio partium alimenti.

HVimundus *Auerſanus epiſcopus.* Dicunt autem medici certiſſima ratione vt doceant diſce ntē, partem quidem ciborū & potuum, illam ſcilicet quę corpulentior & corruptior eſt, per ſeceſſum egeri: Partē autem ſubtiliorem & vtiliorem vinaturæ per diuerſas corporis partes diſtrahi, & in carnis naturā & sāguinis conuerti. Partem vero aliam, ſubtilē quidē, ſed minus vtilē per partes corporis ſimiliter transfusā, per poros euaporari. Partem autem aliam, neque tantiſper ſubtilem, nec adeo vt primam corpulentam, per fluxum narium, per ſputa, vel quolibet ſimili modo iactari.

Idem in li. de vera religione. Alimētorum quæ à nobis ſumuntur in ſtructuram corporis & mēbrorum fabricam, quæ apta ſunt migrant, & corrupta reficiunt, in aliam formā per conuenientiam tranſeuntia. Non apta vero, per congruos meatus eijciuntur; quorum aliud fæculentiſſimum, terræ redditur, ad alias formas aſſumendas: Aliud per totum corpus exalatur, aliud totius animalis latentes numeros accipit, & inchoatur in prolem, & ſeu conuenientia duum corporum, ſeu tali aliquo phantaſmate commotum, per genitales vias ab ipſo vertice defluit in infima voluptate.

De Superfluitate primæ & ſecundæ digeſtionis.

CAP. LXXXIX.

Trāſitus ſuperfluitatis primæ digeſtionis quæ in ſeceſſum mittitur.

EX *li. vrinarum à voce Mauri.* Cibus itaque ore receptus, dentibus cōmaſticatus, lingua ſubminiſtrāte, per hiſophagum ad ſtomachum trāſmittitur; in cuius fundo receptus, actione virtutis digeſtiuæ, per caliditatem & humiditatem operantis, cooperante calore digeritur, & in quandam ſuccoſitatem ptiſanę ſimilem tranſmutatur; pars quędam pura per quandam venam meſeraicā ſtomachi fundo infixam, ad hepar tranſmittitur, vt in hepate ſecundæ digeſtionis officiū nō pereat, quod aliquādo teſte Iſaac, phlegmatis attractione ſuppletur, Tandē celebrata digeſtione, tepeſcente calore, dū inferior ſtomachi porta aperitur, reſidua pars illius ſuccoſitatis, cum eo quod eſt primæ digeſtionis ſuperfluitas, ad portanariū tranſmittitur', cui ſimiliter quædam vena meſeraica infigitur, per quam quędam pars pura prædictæ ſuccoſitatis, iterato ſecundum prędictā rationem, ad hepar tranſmittitur; reſiduum vero à portanario ad duodenum, ſiue ieiunum ſubtile tranſmittitur inteſtinum; cui ſimiliter quādoq; venę meſeraicę infiguntur: & dū ibi omnimoda fit puri ab impuro ſeparatio, impurū à duodeno trāſmittitur ad orbū, ab orbo ad ſaccū, à ſacco ad ileon, ab ileon ad longaonem, à longaone ad colon, & ſic per pudicum circulum emittitur: & hæc eſt ſuperfluitas primæ digeſtionis in ſtomacho celebratę.

Totaliter igitur puri per dictas venas meſeraicas ad lacteam portam fit translatio, vbi digeſtiuæ virtutis actionem ſuſcipiens, in quandā maſſam, quam authores ſanguineā appellāt, tranſubſtantiatur; in qua quiddam purum, quiddam impurum continetur. Impurum aliud generale, aliud ſpeciale. *Speciale* aliud calidum & ſiccum, quod trahit ad ſe chiſtis fellis ad choleræ rufæ generationem. *Vnde Iſaac in dictis.* Eſt enim cholera rufa, cuius color eſt interdum citrinum, & rubeum habens colorem. Hæc naturalis eſt ſpecies, & huiuſmodi habitatio eſt fellis ſacculus. hanc natura odio habet, propter ſui amaritudinem & acumen, vnde in vnum deducitur locum, nec ex ea manat ad mēbra niſi quantum ſufficiat ad appetitum confortandū in quibuslibet mēbris. *Aliud* frigidum & ſpumoſum, quod trahitur à pulmone, ſtomacho, cerebro ad ſpermatis generationem. *Aliud* terreum. & quaſi sāguinis fex: quod mittitur ad ſplenem ad choleræ nigræ, ſcilicet melancholiæ generationem.

Ortus & trāſitus vrinæ. quæ eſt ſuperfluitas 2. digeſtionis & ſanguinis & humorū.

Remanet itaque generale impurum in hepate, quod ſpeciali vocabulo dicitur vrina, cum puro sāguine, cuius pars quædam cum partibus humorum à proprijs receptaculis ad hepar tranſmiſſorum cum ipſa vrina, per capillares venas tranſmittitur ad ſtili venā. & à ſtili vena ad renes. In renibus vero ipſius vrinæ à ſanguine fit decolatio; sāguis vero venatim mittitur, per mēbra, & ipſa vrina per vritides poros in veſicā mittitur, & à veſica per virgam educitur, & hæc eſt ſuperfluitas ſecūdæ digeſtionis in hepate celebratę. Eſt igitur vrina ſuperfluitas ſanguinis, & aliorum humorum in hepate generatorum, per materiam ſcilicet; ſolius autem ſanguinis per formam: licet ergo vrina omnium membrorum diſpoſitionis ſit ſignificatiua; præcipue tamen hepatis, & etiam aliorum meatuum per quos tranſit, vigoris vel vitij eſt declaratiua.

Vrina præcipue indicat diſpoſitionē hepatis, & meatuū per quos tranſit.

De Somno & vigilia.

CAP. XC.

AVICENNA *in* 1. *Canone.* Somnus quieti vehementer ſimilis eſt. & vigilia motui. Somnus quidem omnes operationes naturales fortes efficit, eo quòd calorem innatum continet: virtutem animalem laxat, quia cordis vel ſpiritus animalis vias humectat & laxat, & quia ſubſtantiam ſpiritus turbidam efficit Illud quoque quod reſoluitur prohibet, laſſitudinis autem modos omnes remouet, & euacuationes fortes. retinet enim mōtus eius quod ad currendum aptum eſt. auget currendi virtutem vbi materiæ ſint ad partem cutis. Somnus autem quandoque ad expellendum eas iuuat; quia calorem interius continet, & nutrimentum in corporē partitur. Ideoque illud quod eſt iuxta cutem expellitur. Nam illud quod longe eſt conſtringitur. *Vigiliæ* vero hoc plus efficiunt, ideſt ſuperflua ab interioribus ad exteriora expellunt; licet ſomnus plus efficiat ſudorem quàm vigiliæ; ſudor namque quem efficit ſomnus, eſt ſecundum modum exuberandi materiam, & non ſecundum modum reſolutionis ſubtilis continui. Qui autem in ſomno multum ſudat, nullam habens cauſam, nutrimento plenus eſt, quod tolerare nequit. Cumque ſomnus inuenit materiam ad digerendum & maturandum aptam, hanc ad ſanguinis naturam conuertit, eamque calefacit, & trāſit calor per corpus, & calefit calore naturali quòd ſi humores calidos cholericos ſiue acutos inuenerit, eiuſque tempus perdurauerit, corpus extraneo calore calefaciet; & ſi vacuitatem inuenerit, infrigidabit per hoc quod reſoluit.

Effectus ſomni.

Vigiliæ multæ complexionem cerebri corrumpunt, aliquo modo ſiccitatis. ipſumque debilitant, & rationem commiſcent & humores aduſtūt, & ægritudines acutas faciunt. Somnus autem multus huius cōtrarium efficit, operatur namque virtutum animalium

Effectus nimiarum vigiliarum & nimij ſomni.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lium obtuſionem, & capitis grauedinem,& ægritudines frigidas, & hoc propter id quod ex reſolutione prohibet: Vigiliæ vero deſiderium augent, & famem efficiunt per hoc quod de materia reſoluunt, & digeſtiuam minuunt,per id quod de virtute reſoluunt. Inſomnietas quidem inter vigiliam & ſomnium in omnibus diſpoſitionibus mala eſt. In ſomno calor occultatur,frigiditas manifeſtatur;propter hoc omnib⁹ mẽbris operimẽta plura neceſſaria ſunt, quàm in vigilijs.

Plura operimenta in ſomno quam vigilia ſãt neceſſaria.

De Speciebus & actionibus ſomni.

CAP. XCI.

HALI. vbi ſupra. Somnus alius eſt extra naturam, ſcilicet obſtupefactio: Alius naturalis, de quo nunc nobis eſt ſermo. Fit autem ex humiditate cerebri temperata,& aſcenſione vaporum humidorũ qui clari & boni ſũt à corpore ad cerebrum;hinc enim poſt cibũ fit nobis ſegnicies ac torpor, ſomnũq; appetimus. Fecit autem natura ſomnum duabus ex cauſis: Vna eſt vt cerebro quies eſſet, ac ſenſibus recreatio ab obtuſione,quæ accidit eis ex motus abũdantia:ob hoc enim in ſomno tranquillę ſunt animales actiones, priuaturque homo ſenſu, & etiam motu voluntario. Porro vitales actiones etiam tunc curſum ſuum faciunt, cuius rei ſignum eſt arteriarum pulſus, & manifeſtus anhelitus, ac digeſtionis bonitas. Altera cauſa eſt ciborum digeſtio,humorum decoctio: tũc enim calor naturalis ad profundum ſecedit corporis, vt cibum digerat, & humores bonos diſponat; vnde & digeſtio melior in hyeme fit ex longitudine noctium,& ſomni copia.

Vnde sõnus, & cur à natura inſtitutus.

Actiones ſomni in corpore duobus modis variantur. *Primus* eſt ex temporis eius quantitate, quia plurimus ſomnus virtutes animales eneruat,corpuſq; debilitat, refrigerat, & humectat, phlegmaq; in eo augmentat, naturalẽq; calorẽ debilitat. Moderatus vero cibos digerit, corpus ſpiſſat, laborem ſoluit,calorem naturalẽ augmẽtat,humores bonos facit,membra recreat,mẽtem clarificat,cogitationem ac viſum emendat. Porro ſi tẽperato minor ſit ſomnus,inde fit animæ debilitas, naturæ imbecilitas, digeſtionis paucitas, corporiſque ſiccitas. Secundus modus eſt ex materiæ quam inuenit menſura & qualitate. Nam ſi fit in ſtomacho cibus indigeſtibilis, in corpore materia inobediens decoctioni, earumque quantitas maior,quàm virtus totius naturalis caloris, qui interiora ingreditur ad decoquendum materiam & digerendum cibum,materia dum illam ſuperat immutationem,ab ea non ſuſcipit, ſed illam extinguit. Ob hoc illis qui multitudine ciborum vtuntur, præcipitur non dormire, donec ab eorum ſtomacho quodammodo cibus diſſoluatur. Indicimus quoq; febricitantibus periodi tempore ſomno abſtinẽre. Si autem omnino corpus vacuum ſit ſine cibo, calor naturalis conuertitur ad corporis humiditatem, & exurit atque conſumit eam; dehinc ipſe calor deficiet. Sed ſi eſt materia, cibuſque moderatæ quantitatis, calor naturalis ad interiora corporis intrat,materiamque maturat, & cibum digerit, corpus calefacit & humectat, & eius augetur corpulentia.

Actiones ſõni in corpore duobus modis variãtur

Qui multo cibo replẽtur non debent mox dormire.

Vigiliarum quoque quædam extra naturales ſunt, de quibus dicetur cum de cauſis morborum agetur: Quædam vero naturales; & hæ corpus laxant, naturaleſque virtutes; animales vero confortant: calor enim naturalis ad exteriora corporis progreditur, quo ſenſus & motus confortantur. Ob hoc interiora vigiliæ refrigerant, exteriora vero calefaciũt & deficcant. Porro ſi nimiæ fiant vigiliæ corporis calor ac ſiccitas augetur, & eius habitudo corrũpitur.

Vigiliarum quædam extranaturales, quædam naturales.

De Regimine ſomni.

CAP. XCII.

CONſtantinus, vbi ſupra. Somnum oportet fieri poſt cibum: Sit tamen temperatus; huiuſmodi enim ſomnus magnum ſolamen vel iuuamen cibis digerendis accommodat. quòd ſi multus fuerit cibus & craſſus, ſomnus neceſſario fit multus. Secundum ciborum craſſitatem & multitudinẽ, oportet eſſe ſomnum multum aut paucum: ſed qui cibis multum ſunt repleti,non dormiant quoadusque cibus ad ſtomachũ ingrediatur, ne calorem naturalem obruat & extinguat. Cibo vero leui & facili exiſtente,ſomnus ſit paruus. Vigiliis vero non oportet aliquem vti in regimine ſanitatis, corpus enim calefaciunt & deficcant, & digeſtiuæ virtuti repugnant.

Razi. in 4. parte. Poſt comeſtionem oportet hominem ſomno tam diu abſtinere,donec cibus ab ore ſtomachi deſcendiſſe,& inflatio atque grauedo imminui & inferius mergi ſentiatur: quòd ſi tardetur, non incongruum eſt,vt parua deambulatione iuuetur. Obſeruandum eſt etiam ne de vno latere ad aliud ſæpe volutetur;hinc enim digeſtio tardatur, inflatio rugituſque ſequitur: puluinar etiam altum ſit,& præcipue ſi cibus nondum ab ore ſtomachi deſcendit. Somni vtilitas animæ laborem aufert, & cogitationem ac rationem quæ hebetes erant & quaſi feſſæ, ſubtiliat & acuit, corporiſque fatigationem mitigat, ac meliorem efficit, & corpus impinguat. Multum tamen dormire corpus diſſoluit, & tenerum efficit:phlegmatis quoq; multitudinem in eo creat,& ipſum infrigidat,quod in corporibus craſſis ac pinguibus præcipuè facit. Vigilię vero multę calorem incendunt, ac deformem faciũt, corpuſque deficcant, & in eo choleram rubeam augmentant. Quod præcipue operantur quando corpora macra ſunt.

Quam primum poſt cibũ dormiendum ſit.

Somni vtilitas.

Exceſſus sõni & vigiliæ noxius.

De Coitu & eius iuuamentis.

CAP. XCIII.

HALI. vbi ſup. Poſt ſomnum & vigiliam, iuſto ſequitur ordine coitus ſpeculatio, qui inter euacuationes naturales cõputatur, cum ſpermatis emiſſio ſit quædam exinanitio pertinens ad regimen ſanitatis; ſperma quidem fecit natura materiam generationis. Eſt enim quędam corporis ſuperfluitas, quam ad ſua vaſa natura perducit, & generationi aptat ad conſeruationem ſpeciei:nec eſt vt alię ſuperfluitates, quibus omnino natura non indiget, quales ſunt emũctiones, ſputa,ſudor,vrina,& ſimilia;fit enim ex meliori & laudabiliori quæ eſt in corpore ſubſtãtia. Vnde dicit Gal. in li. de ſanitatis cuſtodia, quòd in eo dominatur ignis & aeris ſubſtantia. Ideoque complexio eius calida eſt & humida,generatur enim ex claro & puro ſanguine, quo principalia & propria patiuntur ac ſuſtentantur membra.

Sperma eſt ſuperfluitas quædam neceſſaria, & ex optima ſubſtantia.

Vnde cum in eius euacuatione quis modũ tranſgreditur, virtus eius debilitatur,corpus deficcatur,& defectus ſequitur. Cum enim euacuauerit natura quod in teſtibus ſperma paratum inuenerit, ſi deinceps homo vtatur coitu, natura ſanguinem, qui ſpermatis generationi paratus erat in ſuperioribus organis, neceſſario attrahit illumque excoquit,& optimũ ſperma facit. ſi autem omnino modum coitus homo exceſſerit,neceſſe eſt in teſtibus ac ſpermatis inſtrumẽtis materiam,quę in nutrimento principalium membrorum parata erat attraheret, ex qua cum nihil iam ſuperfuerit bonum attrahunt ſanguinem. quæ in naturã principalium membrorum alterabatur, nec ſupereſt illis aliquid quo paſcantur. vnde & plurimos videmus cũ coitus modum exceſſerint,ſanguinẽ emittere. Quod cum fit virtutem debilitari neceſſe eſt ac diſſolui.

Incommoda immoderati coitus.

Si vero coitu quis vt oportet vtatur: cogitationes ſedat,iram mitigat,melancholicæ paſſioni prodeſt, & etiam morbis phlegmaticis: Somniorum quoq; multitudini medetur,& apperitum confortat. porro ſi iuuenis calidę & humidæ complexionis coitus vſui ſuperſederit, ſperma ſuis augetur in vaſis, dolor in inguinibus fit ex teſticulis, cum extenſione & pigritia, hebetudo quoque ſenſuum & intellectus, capitis grauitas, viſus tenebræ, corpus frangitur, appetitus

Vtilitas coitus moderati.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Defectus coitus in iuuenibus calida & humida complexionis varios morbos cauſat.

appetitus ciborum minuitur, nonnunquam etiam cõplexio declinat à ſtatu ſuo, febriſque ſuperuenit; aliquoties etiam maniã patitur, ex vaporibus ſpermatis cerebrũ aſcẽdẽtibus. Sępe quoque multiplicato ſpermate & denſato, fit corpori frigus, & nonnunquã prę cordiorum tremor, pectoris arctatio, ſępe etiam ſchothomia & vertigo. Homini vero frigidę vel ſiccæ complexionis non eſt coitus frequentandus; quia pararet ei læſiones. Homini nanque frigido & humido, calor naturalis coagularetur, neruiq, diſſoluerentur: ſicco vero ſiccitas augetur. Igitur Hippocras & Gal. eorumque ſequaces aiunt, coitum vnam ex cauſis eſſe, quæ ſanitatis adhibentur cuſtodiæ. Nonnulli vero medicorũ dicunt eum in ſanitatis cuſtodia non annumerandum.

De Nocumentis eiuſdem.

CAP. XCIV.

Coitus habẽtibus debilem virtutẽ multum nocet, & ideo eunuchi diutius viuunt.

Conſtantinus in libro de coitu. Sicut ergo virtutẽ fortem habentes iuuat coitus moderatus, eo quod humor ille incluſus in corpore, ſi ſolutus non fuerit, lædit; ſic econtra debilem virtutem habentibus nocet, quia corpus deſiccat, nimiumque infrigidat ac debilitat. Præterea humor ipſe qui ſoluitur in corpore, in hora qua ſemen ejicitur, ſubſtantialis eſt, & non ſicut humor qui procedit in euacuationẽ, quia ille accidẽtalis eſt. huiuſmodi autem à membris habet eſſentiã, & ex eo conſtant membra; vnde & à ſanis membris procedit ſanũ, & ab infirmis infirmum. Gal. quoque in lib. ſeminis, cum loquitur de ſuperfluè coeuntibus. Non procedit inquit à membris ſolus humor, ſed etiam vitalis ſpiritus per arterias exit cum ſemine. Ideoq; non mirum ſi ſuperfluè coiẽs debiletur. Nam dum corpus euacuatur, virtus quoq; vitalis minuitur; vnde & multi mortui ſunt. *Ob hoc* etiam ſecundum Gal. Eunuchi diutius viuunt; quia neruo qui eis erigitur abſciſſo, nõ deſcendit ſemen iuxta conſuetum, & ideo coire non poſſunt. Dicit etiam Hippocras, quod habenti ægritudinem in augmento, coitus valde nocet.

In hora coitus quibuſdã contingit triſtitia, aliis tremor, alijs fætor, alijs inflatio ventris, aliis dolor capitis.

Præterea contingit aliquibus, in hora coitus rigor & triſtitia, ſcilicet ex mala cõmixtione humorum, & ſuperueniẽte calore; quia omne corpus quod malos habet humores, ſi repẽte calefactum fuerit, rigeſcit, & fit inde triſtitia. Quibuſdã vero ſuperuenit tremor, ſcilicet ex malitia ſuperfluitatis; quibuſdam etiam fætor, ſcilicet ex commixtione putrida quæ calore ſoluitur. Quibuſdam autem venter inflatur, quia ſcilicet naturalis calor in eo debilitatur, hiſque contingit vt coire ſemper appetant, propter ventoſitatum multitudinem, quæ introrſum continentur. Quibuſdam vero poſt coitum dolor capitis contingit, eo quod per motionem aſcẽdit fumus ad caput ex humiditate ſanguinis, & ſuperfluitatibus corporis ex mala cõmixtione.

De His quæ coitum iuuant, & his quæ impedium.

CAP. XCV.

Tria cõcurriũt ad ſemen producẽdum, ſcil. humor, ſpiritus, & calor; quæ omnia repetiũtur in cicere, rapis, fabis, pipere cõditis, &c.

SVnt autem nutrimenta quædam quæ ſemen generant, ſcilicet ea quæ multum nutriunt & inflant, ideſt ventoſitatem generant: hæc enim conueniunt ſeminis exiſtentiæ, quia natura eius cõſtat ex humore & ſpiritu: Maxime autem ſi addatur tertium ſcilicet calor. Auxiliantur ei quæ calida ſunt, ſiue per calorem illud attrahant, & de occultis vaſis extrahãt, & extrinſecus ferãt; ſiue commiſceantur nutrientibus, & ex his tria fiant. verbi gratia, fabæ nutriunt, & ventoſitatem faciunt; ſed quia frigidę ſunt, vno carent, & duo poſſident. huiuſmodi ergo ſi zinziber, vel piper nigrum, vel huiuſmodi quæ calida ſunt miſceantur, nutrimentum fit quo ſemen generetur. In cicere vero ſimul hæc tria concurrunt, quia calidum & humidũ eſt, nutrit & inflat; & hoc ſolum naturale ſemẽ generat, cui etiam rapa appropinquat. Quædam autem ſemen generant & extrahunt, vt piper, pineæ, ficus, & recentes carnes, & cerebellæ, & vitella ouorum. Satirion quoque libidinem accendit, & zinziber, & coſtum dulce, coſtus orientalis cardami ſemen, vrticæ, aniſum, & ſimilia.

Cibi ſemen non grauãtes & impediẽtes.

Quædam vero ſemen non generant, ſed deſiccant, ſcilicet calida & ſicca, vt anetum, & ruta, & his ſimilia. Quædam autem ſemen ipſum condenſant, prohibent, & impediũt, ac libidinem extinguunt; vt lactuca, portulaca, cucurbita, mora celſi, cucumeres, melones, piſces, & ſimilia; Quæcunque ſcilicet frigida ſunt & humida. frigida quoque & ſicca omnia, ventrem comprimunt, vt acetum, & vua amara: Magis autem ſi lenticulæ coquantur cum ſemine lactucæ, & elixatæ bibantur, libidinis appetitus extinguitur.

De Cæteris euacuationibus naturalibus.

CAP. XCVI.

Detẽtio vrina morbos cauſat, vti etiam nimia eius emiſſio.

Hali. vbi ſupra. Cæteræ naturales euacuationes ſunt egeſtio vrinæ, ſanguis menſtruorum, & quæ à palato defluunt, & ſimilia. Quæ ſi modũ, exceſſerint, aut ab emiſſione naturali repreſſa fuerint, corpori nocent, & morbos generant. Nam ſi arctetur egeſtio, vel vẽtoſitas, & ab egreſſu prohibeantur cholerica paſſio fit, & tenaſmõ, & tortio, & anguſtatio, defectus appetitus, animæ turbatio, atq; ſubuerſio, cholerarum vomitus, in inteſtinis ventoſitas, & in ſtomacho. Si autẽ illius augeatur euacuatio, virtutis accidit debilitas, vel etiã caſus. Et ſi quod euacuatur cholericũ eſt, vlcera in inteſtinis exarãt. Vrina vero cũ egredi prohibeatur, difficultas vrinæ fit, & eius aduſtio; veſicæ quoq; dolor, & vrinę meatibus ac renibus eiſdẽq; locis excoriationes & vlcera. Si autem amplior iuſta fuerit vrinę emiſſio, ſitim nutrit, virtutem debilitat ac diſſoluit, corpus deſiccat. *Similiter* & in menſtruorum ſanguine, ſi eorũ mora negligatur, morbos peſſimos generãt, hepar refrigerant, calorem naturalem ſuffocant. Nonnunquã etiam fit hydropiſis, & corruptio complexionis. horũ ſi vapores ad cor adſcenderint, defectus & anguſtiatio fit. Si autem ad cerebrũ patitur hemigraneum, & diuturniores cephaleæ, viſus tenebræ, vertigo, obſtupefactio, & his ſimilia. Porro ſi eorũ emiſſio modũ trãſgrediatur, calor naturalis in minutione ſuæ materiæ debilitatur, heparq; refrigeratur eo quod ſanguis minuitur, hydropis paritur, ſimulque cõplexionis corruptio comitatur. *Eadem accidunt* & ab hęmorrhoidarum ſanguine, ſi minorentur cui conſuetæ ſunt, & ſi eius abundet emiſſio. Siq; & ab ore ſuperfluitas multa cõſueuit emitti, ſi emoretur, fiunt in cerebro paſſiones & morbi; vt opilatio, vertigo, obſtupefactio. Ampliori vero emiſſione facta, ſuccedunt vigiliæ, lenitas faciei, deſiccatio oculorum, & his ſimilia. Ob hoc igitur corpus emiſſioni ſuperfluitatũ naturalium quę in eo ſunt oportet aſſueſcere, & ſi plus iuſto fiant reprimere.

De Accidentibus animę

CAP. XCVII.

Septem ſunt accidẽtia ſeu paſſiones animæ.

ACCIDENTIBVS autẽ animalibus, ſicut & cæteris cauſis prędictis, corpus immutatur, intãtum vt quandoque morbus quandoque ſanitas ex eis generetur; nonnulli quoque moriantur, ſi in eis horum aliqua roborentur. Sunt autem hæc, ira, gaudium, triſtitia, cura, timor, verecundia, ſtupor.

Quid ira, & quibus profit, aut noceat.

Ira eſt ſanguinis cordis ebulitio, naturaliſque caloris motus, & ad exteriora exitus, ſimul ſubitoq; ad vlciſcendum quæ nocẽt. Calefacit autem corpus & deſiccat, choleram rubeam confortat, intantum vt febrem diei pariat. Et ſi quidem in corpore eſt humor ad putreſcendum paratus, febrem putridam generat. Sin autem ira immoderatè fuerit, virtutem naturalem diſſoluit, minime tamen mortem aſciſcit. Eſt autẽ huiuſmodi cõplexionũ frigidarũ hominibus conueniens, ſi tamen vltra modum non fiat: calorẽ enim naturalẽ ad exteriora commouet, cum quo & ſanguinem vitalẽ forti motu ac veloci mittit, & calorẽ humidũ naturali competentẽ reducit. Sãguis etenim à venis egreditur, & in membris reſidet: huius rei ſignum eſt, quod ira-

torum oculi, totaque facies rubeſcunt, ac venæ pariter intumeſcunt.

Quid gaudiũ & quinã eius effectus.

Gaudium eſt naturalis caloris exitus ad exteriora corporis, eiusque diffuſio paulatim facta. Huius eſt animam cõfortare, calorem naturalem & humores temperare, ſanguinem per temperantiam caloris naturalis augere, corporis corpulentiam facere. Itaque corporibus omnibus temperatis conuenit, niſi quando ſemel ſubitoque fit, quo caſu diſſolutione ac diſperſione naturalis caloris interficit.

Quid triſtitia, & quid in corpore operetur.

Triſtitia eſt ingreſſus naturalis caloris ad interiora corporis paulatim, intantum vt quandoque corpori febrem afferat vnius diei; cuius ſi diuturnius fiat tempus, fortiter calefacit corpus & omnia membra; ſolidatur quoque calor naturalis principalibus membris, fitque corpus humidum, quemadmodum hectica febris. Si igitur in frigidarum complexionum corporibus, immoderata triſtitia fuerit, corpus refrigerat, & calor naturalis extinguitur ſua in corporis interiora conuerſione, qua ex re imminutus coagulatur. triſtitia itaque omnibus corporibus eſt nocens. & ea ſubuertens, maximeque frigida & ſicca.

Quid curæ, & quid operetur.

Cura eſt ingreſſus aliquando caloris ad interiora, aliquando autem egreſſus. Intra quidem, cum de quibus ei cura eſt, deſperat. Exit autem cum adipiſci ſperat. Oportet autem eum qui continuo ac diuturniori vtitur gaudio, cogitationem immiſcere rebus triſtibus & curioſis, ne forte naturalis calor euaneſcat, nimia gaudij copia diſſolutus, & econtra. Timor eſt ingreſſus naturalis caloris ad interiora corporis, propter animę fugam ab aliquo nocente & exaſperante. Naturale eſt enim animam, à nocentibus & ſubitantibus quæ non conſueuit, timere & fugere.

Quid verecundia & ſtupor.

Verecundia porro & ſtupor fiunt ad naturalis caloris in interiora corporis ingreſſum, exteriuſque regreſſum ſimul ac ſubito. Calor enim à verecũdia mouetur, primum totus ſimul, ſicut pauoris rempore, fugiens ab eo de quo verecundatur debilitatis cauſa: dehinc vero roborat illud cogitatio, reducitque ſimul ad exteriora; vnde & color verecundię pro tempore viciſſim & palleſcit & rubeſcit. Duo autem hæc accidentia, timor & verecundia, minime corpori conueniunt.

Timor & verecũdia corpori non cõueniunt.

De Accidentium animæ ſignis.

CAP. XCVIII.

Signa audacia.

RAzi. vbi ſupra. Audaciæ ſigna ſunt capilli fortes & aſperi. ſtatura erecta, oſſa fortia, collum quoque forte & craſſum & multum carnoſum, pectoris ampla teneritas, coxæ graciles, cutis appropinquans ſiccitati, frons venas & pilos habens & rugis carens, erecta ſupercilia, carnium æqualitas, ventris gracilitas, magnum ſpatium inter ſcapulas. Timiditatis vero ſigna ſunt, capili plani, ſtatura depreſſa, color citrinus, oculi debiles, qui ſemper clauduntur & aperiuntur cũ feſtinatione quadam, intuitus vero quaſi triſtis, manus pedeſque ſubtiles & macri. Iracundiæ ſigna ſunt, facies fæda, colorem habens rubeum cum obſcuritate quadam, cutis ſicca, totius corporis macies, rugoſa facies, nigredo capillorum ac lenitas.

Signa timiditatis.

Signa iracũdiæ.

Signa inuerecundiæ.

Inuerecundię ſigna ſunt oculi multum aperti, foriſq; prominẽtes & acutè intuẽtes, palpebræ craſſæ, ſtatura non mulum longa, loquacitas multa. In inceſſu quoque pectus anterius tendens, humeri eleuati, motus feſtinus, facies rotunda, color rufus, multum habens ſanguinem, pectoris temeritas parumper gibboſa.

Signa luxuria.

Signa delectationis in amore mulierum ſunt coloris albedo ruborem habens admixtum; multitudo capillorum atque craſſities, lenitas & nigredo; multi quoque ſuper tempora capilli, & oculi craſſi. Homo multum ridens apparet benignus, & ab omni ſolicitudine remotus, qui vero parum ridet, huic eſt contrarius, eique diſplicet quicquid ab alijs fieri videt; qui tamen alta voce ridet, tuſſit, aut difficultatem ſpirandi patitur, inuerecundus, eſt & tyrannus.

Quid indicet riſus multus, & altus &c.

De Motionibus ſpiritus.

CAP. XCIX.

Quid ſequitur in corpore ex motione ſpirituum ad interiora vel exteriora.

AVicenna vbi ſupra. Omnia animę accidẽtia ſequuntur, vel eis aſſociantur motione ſpiritus, aut exterius, aut interius. Et hoc aut erit ſubito, aut paulatim. Motionem autem ſpiritus ad exteriora, ſequitur frigiditas eius quod eſt interius; Et fortaſſe ſuperfluit illud quod reſoluitur. ſubito ergo exterius & interius infrigidatur; vnde ſincopis aut mors eam ſequitur. Motum vero ſpiritus ad interiora ſequitur frigiditas exteriorum, & caliditas interiorum. Et quandoque cum magna coangũſtatione conſtringitur, & interius & exterius infrigidatur, & ſincopis magna vel mors ipſum ſequitur. Motus quidem ad exteriora, aut ſubito fit; ſicut fit cum eſt ira; aut fit leuiter & paulatim, ſicut contingit cum aſſunt deliciæ, & gaudium temperatũ. Motus vero ad interiora, aut eſt ſubito, vt cum adeſt timor; Aut leuiter & paulatim, vt cum adeſt triſtitia. Suffocatio quidem & reſolutio prædictæ nunquam ſequuntur, niſi cum motus ſubito. ideſt impetuoſe eueenit. Diminutio vero & ptiſis naturæ nunquàm, niſi cum motus leuiter & paulatim accidit. quãdoque autem accidit vt in vna hora moueatur ſpiritus ad duas partes, ſicut in verecundia; prius enim conſtrictio fit ad interiora, deinde ratio redit & conſilium, & dilatat illud quod conſtrictum eſt, & egreditur exterius, coremque rubificat. *quandoque* etiam patitur corpus propter affectiones animales alias à prædictis, vt ſunt imaginationes animales, quæ plurimum res imprimunt naturales; quemadmodum accidit vt puer qui gignitur, ei cuius forma in hora conuentionis, ideſt coitus imaginata fuit, aſſimiletur. huius generis eſt motus ſanguinis, cum homo multum intentus fuerit ad conſiderandum res rubeas. Iſtius etiam capituli eſt mutatio complexionis, propter imaginationem rei quam timet ne cadat in eam.

Motus ſpirituũ interdũ fit ſubito, interdum paulatim.

Corpus interdum patitur ab imaginatione.

Iohannicius. Sunt igitur accidentia quædam quæ faciunt intra corpus, ſicut ea quæ mouent calorem ab interiori parte ad ſuperficiem cutis; aut impetuoſè, vt ira; aut leuiter ac ſuauiter, vt delicię. Sũt etiam quę caliditatem ad ſe contrahunt, aut impetuosè vt error ac timor, aut leuiter vt anguſtia: Sunt & quæ naturalem virtutem intus & extra commouent, vt triſtitia. *Ex libro de regimine ſanitatis.* Omnia vero accidentia animæ ſunt negligentia pręter lætitiam, quæ calorem excitat naturalem. Conuenit tamen aliquando vt cum cogitatione & diſputatione miſceatur, vt confortetur mens; & interdum cum ira, vt confortetur virtus.

Sola latitia inter paſſiones cẽſert ſanitati.

De rebus extra naturalibus.

CAP. C.

Quid res extra naturales.

HAli. vbi ſupra ſermone ſexto. Res extra naturales ſunt morbi, & eorum cauſæ, & accidentia ſequẽtia: Hominis enim ſubſiſtentia, ſanitaſque, per rerum naturalium temperamentum eſt: hæc autem temperantia in corpore ſano inuenitur, & circa complexionem membrorum comſimilium, & in compoſitione membrorum principalium. Porro temperantia conſimilium membrorum eſt ex temperie humorum. Et tẽperies membrorum inſtrumentalium eſt ex temperie materiei ex qua fœtus cõſtituitur, & bonitate virtutis informãtis. Ex temperie vero membrorum organicorum temperantia fit actionum. Quæ cum ita ſint rerũ naturalium temperies in corpore eſt, in humoribus, & in membris, & in actionibus. Et ſi quidem horum trium aliud à temperantia receſſerit habitudinem extra naturalem facit. Itaque ſi humores à temperantia ceſſerint, morborum cauſa fit. Si vero membra, morbus occidit; Si actiones, accidentia ſequuntur.

Temperãtia in corpore ex tribus cõſurgit; reliqua vero ſunt extra naturalia.

Auicenna 1. Canone. Cauſa in medicina eſt id quod primo eſt, & ex quo prouenit inuentio diſpoſitionis alicuius in humano corpore, aut eius fixionis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Res extranaturales sũt tres; s. causa, morbus, & accidens.

Exẽpla prædictorum.

Vna ægritudo fit interdũ causa alterius, item accidẽs fit causa ægritudinis, atque etiam ægritudo.

Ægritudo est dispositio non naturalis in humano corpore, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentum prouentu primo. Et est aut complexio non naturalis, aut compositio non naturalis. *Accidens* autem est quod hanc sequitur dispositionem, siue sit naturali contraria, sicut dolor in cholica, siue non; sicut rubedo multa maxillæ in peripleumonia, verbi gratia. *Exemplum* causæ est putredo ægritudinis, aut febris. Accidentis vero sitis, & dolor capitis. In ægritudine instrumentali, exemplum causæ est repletio in receptaculis quæ ad oculum descendunt: Ægritudinis autem opilatio in vuea: accidentis vèro destructio visus. *Item* causa rheumatismus. Exẽplum ægritudinis est apostema in pulmone: Accidentis aut ambarum maxillarum rubedo, & gibbositas vnguium. Accidens quidem dicitur respectu essentię suæ, vel per comparationem eius cui accidit significatio, respectu considerationis medicinæ ad ipsum, & processionis eius ab eo, ad sciendum ægritudinis essentiam.

Et quandoque contingit quòd ægritudo vna alterius causa sit, vt cholica syncopis aut paralysis aut epilensiæ. Accidens quoque plurimum causa est ægritudinis, sicut in cholica dolor fortis causa fit vt accidat syncopis. Plerumque etiam ipsum accidens ægritudo fit, sicut dolor capitis qui ex febre accidit. Præterea quandoque res vna comparatione sui, & rei quæ est ante ipsam, & rei quæ post ipsam, est ægritudo & accidens & causa. verbi gratia: Febris hectica est accidens apostematis pulmonis, & est ægritudo secundũ se, & est causa debilitatis stomachi. Similiter dolor capitis qui accidit ex febre quando figitur ipse dolor, non solum est accidens febris, sed & ęgritudo in se, & plurimum est causa phrenesis quæ prouenit ex eo.

De dispositionibus corporum, & causis eorum.

CAP. CI.

Tres sunt dispositiones corporis humani.

CORPORIS humani dispositiones secundum Gal. sunt tres. *Prima* est sanitas. quę est dispositio per quam corpus hominis in sua complexione & cõpositione tale existit, vt ex eo operationes omnes proueniant incolumes *Secunda* est ægritudo, quę est dispositio in corpore hominis huic contraria. *Tertia* nec sanitas nec ægritudo est; aut quia non est sanitas in vltimo, vel ægritudo in vltimo, sicut sunt corpora senum, & conualescentium, & puerorum; aut quia ambæ res in vno tempore in duobus copulatæ sunt mẽbris; vel in vno membro, sed in duobus generibus remotis; sicut qui est in complexione sanus, & in compositione æger; aut in vno membro duorum generum propinquorum; sicut qui est sanus in figura, & non in quantitate ac situ; aut qui est sanus in duabus qualitatibus passiuis, & non in duabus actiuis; aut vicissitudine duarum rerum in duobus temporibus; vt sanatur in hyeme, & infirmatur in vere.

Quid sanitas & vnde dicta.

Morbus quid & vnde oriatur.

Isidorus ety. 4. Sanitas est integritas corporis, & temperantia naturæ ex calido & humido, quod est sanguis. vnde & sanitas dicta est, quasi sanguinis status. *Morbi* generali vocabulo omnes corporales passiones corporis continent; quod inde veteres morbum nominauerunt, vt ipsa appellatione mortis vim, quæ ex eo nascitur, demonstrarent. Inter sanitatem autem & morbum media est cu atio, quæ nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quatuor nascuntur humoribus ideſt sanguine & felle, melancholia & phlegmate. Ex ipsis enim reguntur sani, & ex ipsis lęduntur insani. Dum enim amplius extra naturæ cursum creuerint, ægritudines faciunt.

De Causis vniuersalibus dispositionum corporis.

CAP. CII.

Causæ dispositionum corporis sũt tres.

AVICENNA *vbi supra* Causæ dispositionum corporis sunt tres, scilicet antecedentes, & coniunctæ, & primitiuæ. *Antecedentes* sunt causæ corporales, scilicet humorales, aut complexionales, aut compositionales, ex quibus aduenit dispositio aduentu non primo, sed mediante aliquo. *Causæ* coniunctæ sunt corporales, ex quibus proueniunt dispositiones prouentu primo, scilicet absque medio. *Primitiuæ* sunt causæ non corporales, ex quibus adueniunt dispositiones aduentu primo, vel non primo. Antecedens igitur causa coniunctæ communicat in hoc, quòd ambæ sunt res corporeæ, scilicet humorales, aut complexionales, aut compositæ. Primitiuę vero sunt, quę extra corporis substantiam existunt; aut ex parte corporum extrinsecorum, vt quod accidit ex verberatione, vel aeris caliditate, vel ex cibo calido & frigido, quæ corpori aduenium: Vel etiam ex parte animæ, quæ aliud est à corpore; vt quod accidit ex ira, vel timore.

Exẽpla prædictarum.

Exemplum causarum accidentium est repletio, febris; & repletio receptaculorũ oculi, vt in ipsum aqua descendat. *Exemplum* causarum coniunctarum est putredo, febris; & humor qui ad foramen descendit opilationis, & opilatio cæcitatis. *Exemplum* causarum primitiuarum est caliditas solis, aut fortitudo motus, aut tristitia, vel vigiliæ, vel comedere rem calefacientem vt alia, & hoc totum febris; aut percussio opilationis, & descensus aquę ad oculum cęcitatis. *Omnes* autem causæ aut sunt causæ secundum essentiam, vt piper cum calefacit, & opium cum infrigidat: Aut secundum accidens, vt aqua frigida cum calefacit, eo quòd inspissat cutem, & retinet caliditatem; & aqua calida cum infrigidat, quia resoluit; & sicut scãmonea cum infrigidat, eo quòd humorem calefacientem expellit. Non omnis autem causa quæ corpori aduenit in ipsum operatur; immo præter hæc tria sunt necessaria, scilicet fortitudo suæ virtutis agentis, & fortitudo virtutis corporis præparatiuæ: Et possibilitas permittendi vnum tangere aliud, scilicet vt tam diu permittatur vnum aliud tangere, donec eius in illud operatio valeat peruenire. *Quandoque* vero causarum dispositiones, in eo quod ex eis prouenit, diuersificantur. Aliquando enim ex vna causa in diuersis corporibus ægritudines diuersę proueniunt. Aliquando vero diuersificatur eius operatio in debili & forti, vel in eo qui est fortis sensus, vel debilis. Præterea causarum alię sunt vicarię, quarum, scilicet cum separantur, affectio remanet, ideſt impressio; aliæ vero non, ex quarum scilicet separatione prouenit sanitas.

Causa quædã secũdum essentiã, quædam secundum accidẽs.

Præterapproximationem tria ad agẽdum requiruntur.

Actio causæ ex accidentibus diuersificatur.

De Causis necessarijs & non necessarijs.

CAP. CIII.

Causarum quæ mutant, vel conseruãt dispositiones corporũ sex sunt necessariæ.

PRÆTEREA causæ quæ mutant dispositiones corporum, & illæ quæ conseruant, aut necessariæ sunt, aut non. *Necessariæ* quidem sunt, à quibus hominem egredi est impossibile, in toto tempore vitæ suæ. Harum genera sunt 6. scilicet aer circundans, cibus & potus, motus & quies, motus animales, somnus & vigilia, euacuatio & retentio. *Causæ* vero non necessariæ, nec impedientes, sunt illæ, quę sua generalitate non sunt naturales, nec naturæ contrariæ, & istæ sunt causæ corpori obuiantes, præter aerem qui necessarius est; vt balneatio, fricatio, & similia. *Huiusmodi* quidem causæ in hominis corpore sunt agentes exterius, & propter obuiationẽ duobus modis operãtur. Vno sci. modo penetratione eius quod ex eis subtiliatur in poris corporis, aut quia mẽbra sibi eas per poros suos attrahunt, aut quia vnum istorum ab altero iuuatur. Alius vero modus est, quando nulla operantur commixtione, sed pura qualitate corpus conuertente; & hoc quidem fit, aut quia qualitas hęc est in effectu, sicut in epithimate frigiditas, quoniam infrigidat; aut quia est in potentia, sed calor innatus qui in nobis est, commouet in ea virtutem agentem, & adducit eam ad effectum, aut propter proprietatem.

Causa non necessaria duobus modis operãtur.

Sunt quædã quæ corpori obuiand ſil-

Sunt autem quædam ex rebus quæ corpus obuiãdo mutant, & ingrediendo non mutant, vt cępe, cum

exterius

lud mutant, & ingrediẽdo non mutant, & contra.

exterius in modum emplaſtri ſupponuntur corpori, vulnerant; ſed interius recepte non vulnerant. Quædam vero res econtrario ſe habent; vt ceruſa, quæ vehementer mutat cum bibitur; ſed cum ex ea fit epithima, nihil ex hoc operatur. Quædam autem ſunt quæ neutro prædictorum modorum agunt. Cuius rei cauſa, in parte prima diuiſionis, vna ſex rerum exiſtit. *Quarum* prima eſt, quia cum huiuſmodi res, qualis eſt cæpe, corpus ingreditur, digeſtiua virtus incipit eam cõfringere, & cito complexionem eius mutat, eamque debilitat, nec eam tamdiu incolumem dimittit, vt in tali ſe ſuam operationem perficere, eamque vulnerare poſſit. *Alia* eſt, quia ſecundum plurimum, cum alia re mixta comeditur. *Tertia*, quod in receptaculis nutrimenti cum aliis humiditatibus commiſcetur, quæ ipſam ſubmergunt, eiuſque fortitudinem frangunt. *Quarta*, quia quando eſt exterius, in vno ſitu figitur, ſed interius ſe mouendo non quieſcit. *Quinta*, quoniã exterius valde ſtricta tenetur, ſed interius non adhærendo tangit. *Sexta*, quia quando eſt interius, ipſa virtus naturalis præparationem eius regit, eiuſque cito ſuperfluitatem expellit, & in bonum ſanguinem conuertit.

Sex ſit cauſa cur obuians mutat & ingrediens non.

Cauſa cur ingrediẽs mutat & obuiãs non.

Cauſa vero eius quod ex ceruſæ diſpoſitione diuerſificatur eſt, quia ceruſa craſſæ naturę eſt, craſſarumque partium. Ideoque quando eſt deforis, non penetrat in poris, aut ſi penetrauerit non vſque ad puros ſpiritus, nec vſque ad membra principalia prouenit. Comeſta vero res eſt huic contraria; namque venenoſa quæ eſt in ea non efficit impreſſionem, niſi impreſſione ſuperflua à calore innato qui eſt in nobis. Et hoc quidem non acquiritur ipſa obuiatione extrinſeca.

De cauſis calefacientibus & infrigidantibus.

CAP. CIV.

Multæ ſunt ſpecies cauſarum calefacientiũ quas omnes Gal. ad 5. reducit.

CAVSARVM calefacientium multæ ſunt ſpecies, ex quibus nutrimentum in quantitate temperatum, & motus exercitij temperatus, & fricatio, & temperata compreſſio, ventoſarumque abſque ſcarificatione poſitio (nam illa quæ cum ſcarificatione fit, infrigidat per euacuationem) Motus etiam parumper fortis ac multus, nec tamen ſuperfluus, nutrimentum quoque calidum, medicina calida, & balneum temperatum, quod aere ſuo & aqua calefacit, & obuiatio rerum non ſuperflue calefacientium, vt aeris emplaſtrorum; vigiliæ quoque æquales, & ſomnus temperatus, & accidentia ſimiliter animæ temperata, triſtitia namque nimia infrigidat. Item putredo, cuius proprietas eſt, vt caliditatem extraneam euenire faciat, & non amplius: Eius ſiquidem operatio eſt alia à calefactione abſoluta & aduſtione, quæ etiam inter ſe differunt: Adurere namque eſt, vt humida & ſicca ſubſtantia ſeparentur, ita quod illa ſublimetur, & hæc deſcendat. Calefacere vero ſimpliciter eſt, vt omnes humores ſecundum ſuas ſpeciales naturas remaneant, ſed plus calidi fiant. De calefacientibus autem eſt ſpiſſitudo ſuperficiei corporis, calefacit enim quia vaporem retinet; & raritas intus in corpore, calefacit enim quia vapores dilatat. *Gal.* autem medicorũ princeps, has omnes cauſas in 5. generibus comprehendere conſueuit, motu nõ ſuperfluo, & obuiatione rei quæ non ſuperflue calefacit, & materia calida quæ corpori aduenit, & ſpiſſitudine, ac putrefactione.

Diſcrimẽ inter adurere & calefacere.

Infrigidãtia etiam varia ſunt, quæ à Gal. ad ſex ſpecies reuocantur.

Infrigidantia vero ſunt, motus ſuperfluus, qui calorem innatum ſuperfluè reſoluit: Quies quoque ſuperflua, quæ calorem ipſum coadunat & claudit. Pięterea nutrimentum ſuperfluum, aut diminutum, aut frigidum: medicina quoque frigida, & obuiatio eius quod ſuperflue calefacit, ex aeribus, & emplaſtris, & aquis thermarum; hæc etenim laxant corpus, & reſoluitur ab eo calor innatus. Obuiatio quoque rei quæ temperate calefacit longo tempore, ſicut multa in balneo mora; calorem enim ſuffocat innatum. Item obuiatio rei quæ ſecundum potentiam infrigidat, licet in præſenti calida exiſtat. Item retentionis ſuperfluitas; quia calorem innatum ſuffocat. Euacuatio quoque ſuperflua, quia materiam eius deſtruit. Ex his etiam eſt vehementer membra ſtringere, & ea ſtricta permanere; quia caloris viam claudit. Item nimius amor, vel gaudium, aut deliciæ, triſtitiaque ſuperflua. Artificium quoque infrigidans, & cruditas, quæ putrefactioni eſt appoſita. *Gal.* autem has in 6. cauſis ſolet comprehendere, ſcilicet motu ſuperfluo, & quiete eius quod infrigidat, aut vehementer calefacit donec reſoluat, obuiatione infrigidante quoque materia, ſpiſſitudinis vehementia, nutrimentique nimia paucitate.

De cauſis humectantibus, & deſiccantibus, & figuram corrumpentibus.

CAP. CV.

Cauſa humectantes plurima.

HVMECTANTES cauſæ ſunt quies & ſomnus, eiuſque quod euacuari ſolebat retentio, ſiccantis humoris euacuatio, nutrimentum quoque multũ & humectans, & humectantibus quoque rebus obuiare, præcipueque balneo, & poſt comeſtionem proprie. Item medicinam humectantem accipere, & ei quod infrigidat obuiare, quando humorem retinet. Similiter & ei quod tenuiter calefacit, quoniam humorem currere facit; præter hæc etiam gaudium temperatum.

Deſiccatiua etiam multæ ſunt.

Deſiccatiua vero ſunt motus, vigiliæ, coitus, & vehementer corpus euacuare, nutrimenti quoque paucitas & ſiccitas deſiccans medicina, motuum animalium frequentia, deſiccantibus obuiare, in aquis ſtipticis balneari, frigus etiam congelans, quia prohibet membrum nutrimentum ſibi attrahere. Ipſum enim membrum ſtringit, & ob hoc in eo opilationes accidunt, quę nutrimentum penetrare non ſinunt. Ex his etiam eſt multum balneari, & obuiare rei vehementis caloris, quæ ſuperfluè reſoluit.

Cauſa corrũpentes figuram, varia.

Ex cauſis figuram corrumpentibus, quædam accidunt in principio creaturę, propter quas, informatiuæ vel digeſtiuæ virtuti, quæ ſunt in ſpermate, deficit complementum operationis ſuæ. Quædam autem accidunt cum à matrice fœtus ſeparatur: quædam verò quando ligatur infans, vel quando tenetur.

Cauſa primitiua extrinſecus aduenientes.

Sunt & aliæ cauſæ primitiuæ quæ extrinſecus adueniunt, vt caſus, aut percuſſio. Et ex his ſunt cauſæ quæ accidunt, propterea quòd ſe vult mouere antequam membra dureſcant, & antequam ambulare poſſint. Ex his etiam ſunt ægritudinales cauſę, ſicut lepra, ptiſis, ſpaſmus, & extẽſio. Et eſt cum prouenit propter pinguedinem nimiam. Et eſt cum accidit propter ſuperfluam maciem. Et eſt quando propter apoſtema. Et eſt quando propter infirmitatem ſitus. Et eſt cum accidit propter conſolidationis vlcerum malitiam.

De Cauſis conſtrictionis & dilatationis pororum.

CAP. CVI.

Conſtrictio pororum fit tribus occaſionibus.

IOANNICIVS. Conſtrictio pororũ fit tribus occaſionibus, aut enim ex cõſtrictione attenuatoria, aut ex carnoſitate, aut ex coarctatione. *Conſtrictio* attenuatoria vero, aut fit ex nimietate virtutis retinentis, aut ex debilitate virtutis impellentis, aut ex abundantia frigoris; aut ex abundantia conſtrictionis comprimẽtis aliquam partem loci, aut ex abundantia ſiccitatis, vt ſæpe euenit ex ligatura conſtricta. *Ex carnoſitate* verò conſtringuntur pori, vt ſi acciderit aliquod apoſtema vt fiat carnoſitas, aut ſi prius euenerit aliquod vulnus. *Ex* coarctatione cum ceciderit aliquid in poris, vt humiditas, ſiue lapis, ſiue coagulatus ſanguis, aut aliquid latitãs in eis, vt ſuperflua caro, vel ſcabies de eius contrario. *Largitas* quoque pororum quatuor modis fit, aut ex multa commotione impellentis virtutis, aut ex debilitate retinentis, aut ex abundantia caloris & humoris, aut ex medicamentis aperientibus.

Dilatatio pororũ fit quadrupliciter.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Cauſis opilationis.

CAP. CVII.

Plurima ſũt opilationis cauſa.

AVICENNA, *vbi ſupra.* Opilatio accidit aliquando propter cauſam extraneam, quę in canali accidit. Et hæc aut extraneum in ſuo genere, ſicut lapis; aut in ſui quantitate, ſicut fex multa: Aut in ſui qualitate, vt propter ſui craſſitiem, aut viſcoſitatẽ; aut quia congelatum eſt, vt ſanguiſuga illa quæ congelata eſt. Aliquando verò accidit opilatio, quia clauſum eſt foramen propter vlceris in eo facti conſolidationem, aut propter additæ rei naſcentiam, vt carnis verrucoſæ claudentis. Aliquando etiam, quia canalis cooperitur, propter apoſtematis comprimentis vicinitatem: Aut propter factam ex frigore conſtrictionem: Aut propter vehementem (quæ propter ſtipticam cauſam accidit) ſiccitatem; aut propter virtutis retentiuę fortitudinem: Aut propter ligaturam fortem. *In hyeme* quidem multę ſunt opilationes, quia frigus ſtringit, multumque retinentur ſuperfluitates.

Ex quibus cauſis amplientur & coanguſtentur canales.

Ampliatur autem canalis, aut propter retentiuæ debilitatem, aut propter motum expulſiuæ fortem (& ex hoc quidem modo eſt, anhelitum retinere) Aut propter medicinas aperientes, aut propter medicinas laxantes calidas & humidas. Coanguſtantur verò canales ex harum cauſarum contrariis, & propter opilationes. *Aſperitas* autem accidit, aut propter cauſam medicinę, quæ vehementer abſtergit ſua inciſione, ſicut ſuperfluitates acetoſæ, aut ſua reſolutione, ſicut ſpuma maris, & ſuperfluitates acutæ; aut propter cauſam ſtipticam, quę propter ſiccitatem ſuam exaſperat; ſicut res ponticæ, vel frigidæ, quia conſtringunt; aut propter res terreſtres, quæ ſuper membrum iacent, ſicut puluis. *Lenitatis* cauſa, aut eſt glutinans propter ſui viſcoſitatem; aut ſubtiliter reſoluens, quæ materiã ſubtiliat, & ipſam currere facit, & ſpiſſitudinem à mẽbri ſuperficie remouet.

Qua cauſa aſperitatis & lenitatis.

De Cauſis ſuperflua retentionis, & euacuationis.

CAP. CVIII.

Varia ſunt cauſa ſuperflua retentionis.

RETENTIO autem eius quod euacuari debet, aut eſt ex debilitate virtutis expulſiuæ, aut ex fortitudine retentiuæ, aut propter debilitatem digeſtiuæ qua mora rei in receptaculo prolongatur, eamque retinent virtutes naturales, donec digeſtio compleatur; aut propter viarum coanguſtationem, aut propter materię multitudinem, quam expulſiua ſuperare nequit, aut propter eius craſſitudinem & viſcoſitatem, aut propter defectum ſentiendi illud quod neceſſe eſt expelli, ſicut accidit in cholica & hiĉteritia, quia plerunque in expellendo virtus adiuuat voluntaria; Aut quia virtutes naturales ad partem tendunt, ſicut in chriſibus accidit vrinæ vel egeſtionis retentio, eo quòd in altera parte eſt cretica euacuatio. *Cum* itaque retentio eius quod euacuari debet acciderit, inde prouenient ęgritudines, vt ex ægritudinibus compoſitionis, opilatio, & laxitas. & ſpaſmus humidus, & ſimilia. Ex ægritudinibus autem complexionis, putredo, & caloris innati conſtrictio, vel in igneitatem conuerſio, vel etiam eiuſdem ex prolixitate ac fortitudine conſtrictionis extinctio. Ex communibus autem ægritudinibus ſunt fiſſura receptaculorum, & eorum diruptio. Faſtidium quoque eſt vna ex deterioribus cauſis harum ægritudinum, & proprie cum euenerit pluſquam vacuitas euenire conſueuit, ſicut in multa ſaturitate tempore fertilitatis poſt famem ſuperfluam ſterilitatis accidit. Ex ægritudinibus autem compoſitis ſunt apoſtemata & hothor.

Varię ægritudines prouenũt ex ſuperfluaretentione.

Cauſę ſuperfluæ euacuationis.

Porro euacuatio eius quod retineri debet, eſt aut propter fortitudinem virtutis expulſiuæ, aut propter debilitatem retentiuæ, aut propter materiæ grauitatem, vel multitudinem, aut diſtenſionem, propter ſui viſcoſitatem, aut propter eius inordinationẽ acrimonia ſua, vel propter ſubtilitatem, aut propter viarum amplitudinem, vel fiſſuram, aut inciſionem, vel propter orificiorum earum apertionem, ſicut accidit in exitu ſanguinis è naribus. Et hæc largitas prouenit ex cauſa accidente interius aut exterius. *Cum* igitur acciderit euacuatio eius quod retineri debet, hac de cauſa frigiditas complexionis eueniet, propter euacuationem materiæ quæ apta erat ad accendendum, & innatum calorem nutriendum. Itaque ſuperfluam euacuationem ſequitur frigiditas & ſiccitas in ſubſtantia membrorum, in natura eorum; licet extraneus calor, & humiditas non bona, accidat alicui ipſorum. Ipſam quoque ſequuntur ægritudines inſtrumentales, vt opilatio, venarumque ſiccitas. Sequitur etiam illam ſpaſmus & euſę. Retentio autem & euacuatio quæ ſunt æquales, illæ ſc. quę in hora proueniunt neceſſaria, conferunt, & vitam ſanam cuſtodiunt.

Morbi ex ſuperfluaeuacuatione.

De Dolore, & cauſis eius.

CAP. CIX.

Quid dolor, & quot eius cauſa.

DOLOR *eſt ſenſibilitas rei contrariæ.* Omnes autem doloris cauſæ duobus generibus comprehendũtur, ſcilicet cita mutatione complexionis, & ſolutione continuitatis. *Mutatio* complexionis cito factæ, eſt malitia complexionis diuerſæ, per quam intelligimus, quod membra in ſui ſubſtantia complexionem habeant manſiuam, deinde adueniat eis complexio extranea huic contraria, calidior, ſcilicet aut frigidior quam erat, dumque virtus ſenſibilis aduentum rei contrariæ ſentit, efficitur dolor, quoniam dolor non eſt niſi contrarię rei contrarietatem ſentire. Malitia verò complexionis manſiuæ, nullo modo dolorem efficit. Res enim dolorem non patitur, niſi per contrarium aduenies, quod eam mutat ad illud quod non erat. Ob hoc hecticam habens, non tantam ſentit inflammationem, quãtam habens ephemeram, aut tertianam; licet hecticæ calor, calore tertianæ ſit maior, quia manſiuus eſt & in ſubſtantia principalium membrorum infixus; tertianæ vero calor eſt veniens à vicinitate calidi humoris ad mẽbra, in quibus adhuc ipſorum complexio naturalis ita conſeruata eſt, quod ſi humor receſſerit, membrum in ſua complexione remanebit; nec calor iſte figetur in eo, niſi mutata fuerit in hecticam ægritudo. Non autem omnis malitia diuerſæ complexionis eſt cauſa doloris; immo calidum vel frigidum eſſentialiter, & ſiccum accidentaliter, humidum verò nullo modo, dolorem faciunt. Calor enim & frigus duæ ſunt qualitates agẽtes; ſiccitas & humiditas duæ patientes, quarum virtutes non ſunt vt per eas corpus imprimat in corpus, ſed vt per eas à corpore corpus imprimatur. Siccitas autem per accidens dolorem facit, quia ipſa eſt cauſa quam ſequitur alterius generis cauſa, ſcilicet ſolutio continuitatis. Siccitas enim quandoque propter conſtrictionis ſuæ fortitudinem, facit continuitatis ſolutionem.

Dolor non eſt niſi cõtrariæ rei contrarietatem ſentire.

Calor & frigus ſũt qualitates actiuæ, humiditas & ſiccitas paſſiuæ.

Galeni verò cum verificatur intentio, ad hoc eam reducit, vt eſſentialis cauſa doloris non ſit niſi ſolutio continuitatis, & quod calidum dolorem non facit, niſi propter hoc quia continuitatem ſoluit. Similiter nec frigido dolor efficitur, niſi quia ſolutio continuitatis ipſum comitatur. propter ſpiſſitudinem enim quam facit, & multam coadunationem, proculdubio ſequitur vt partes ad locum trahantur, vbi ſpiſſantur, & ſic à loco ſeparentur à quo trahantur. Per hanc itaque ſententiam in quodam librorum ſuorum adeo proceſſit, quòd opinari facit omnia ſenſibilia paſſiuè nocumentum facere propter huiuſmodi ſeparationem, aut propter eam quam ſeparatio ſequitur coadunationem. ſic itaque nihil in viſibilibus efficit dolorem, propter coadunationis ſuę fortitudinem, album quoque propter diſgregationis ſuæ vehementiam, amarum ſimiliter & ſalſum & acetoſum in guſtatis dolorem efficiunt, quia fortiter diſpergunt: ponticum autem, quia vehemens ſit per ipſum coadunatio, quã

Omnis dolor oritur ex ſolutione continuitatis.

procul-

proculdubio ſequitur ſparſio. In odoratis ſimiliter & in fortibus ſonis dolor fit, eo quòd diſpergunt propter motus aeris fortitudinem, cum durum obuiauerit. *Certa* vero dictio ſuper hoc eſt, vt complexionis mutatio ponatur genus ex quo dolor eſſentialiter proueniat, licèt cum eo continuitatis ſeparatio contingat: huiuſmodi tamen declaratio verificata non continetur in medicina, ſed in naturali philoſophia.

Concluſio ex dictis.

De Multiplici dolore, & cauſis eorum.

CAP. CX.

Sunt 15. genera doloriũ nominatoriũ

DOLORVM habentium nomina, 15. ſunt genera, ſcilicet pruritiuus, aſperatiuus, pungitiuus, extẽſiuus, compreſſiuus, contuſiuus vel corroſiuus, frangitiuus, laxatiuus, perforatiuus, acualis, ſtupefactiuus, pulſatiuus, grauatiuus, fatigatiuus, modicatiuus. *Cauſa* pruritiui doloris eſt humor aeris acutus & ſalſus.

Quanam ſit cauſa cuiuſq; doloris.

Aſperatiui verò humor aſper. Pungitiui autem cauſa eſt humor, quæ panniculum extendit in latitudinem, ſicut eius ſeparans continuitatem: & plerunque quidem in ſenſu non eſt æqualis, aut propterea quòd partes illius quod ex eo inueſtitum eſt, non ſunt in duritie ac lenitate, vel in ſuo motu ſimiles; aut propter hoc quod partes corporis vel membri non ſimulantur: aut propter naturam, aut propter nocumentum quod alicui ſuarum partium accidit, & non aliis.

Porrò cauſa doloris extẽſiui eſt ventoſitas, aut humor qui neruum aut muſculum extendit, ac ſi ipſum ad ſuas extremitates trahat. *Cauſa* doloris compreſſiui eſt materia, quæ membro locum ſuum coanguſtat; aut ventoſitas quæ ipſum coanguſtat; ſitque quaſi deſuper comprimeretur & contunderetur. *Cauſa* doloris contuſiui vel corroſiui eſt materia, quę inter muſculum & panniculum ſpum reſoluitur, & panniculum extendit, eiuſque continuitatem cum lacerto quæ inter panniculum & membrum exiſtit, ſoluit. *Cauſa* doloris frangitiui eſt materia, vel ventoſitas, quæ media interponitur inter os & panniculum qui ipſum tegit, aut frigus qui illum panniculum fortiter frangit.

Cauſa doloris laxatiui eſt materia, quæ muſculi carnem extendit, & non ipſius chordam; & vocatur hic laxatiuus, quia muſculus neruo laxior exiſtit, & panniculo. *Perforatiui* doloris cauſa eſt materia craſſa, vel ventoſitas, qua retinetur inter tunicas membri duri & craſſi, ſicut inteſtini colon quę inceſſanter ipſum rumpit, & in ipſum penetrat ſtimulando, quaſi perforaretur terebro. *Acualis* cauſa doloris eſt ipſa eadem materia in huiuſmodi membro, ſed retenta eſt in hora qua rumpitur. *Stupefactiui* cauſa doloris eſt, aut fortis frigoris compulſio, aut pororum penetrationis ſpiritus ſenſibilis, quæ ad membrorum venit clauſuram cum ligatura, aut receptaculorum repletio.

Quomodo apoſtema dolorem pariat.

Cauſa pulſatiui doloris eſt apoſtema calidum; frigidum enim dolorem non efficit, niſi conuertatur in calidum. *Cauſa* grauatiui doloris eſt apoſtema in mẽbro non ſenſibili, ſicut in pulmone, & rene, ac ſplene. Illud enim apoſtema in grauitate ſua inferius trahit, membrumque deprimitur per ſenſibilem faſciam ipſum circundantem, & ſuſpẽſorium à quo oritur faſcia, & faſcia quidem & ſuſpenſorium ſentiunt, quando inferius trahitur apoſtema in membro ſenſibili, cuius ſenſum iam ipſa deſtruxit ægritudo, ſicut cancer in ore ſtomachi, cuius ponderoſitas ſentitur, nec tamen efficit, eo quod ipſe ſenſum deſtruxit. *Fatigatiui* cauſa doloris eſt, aut labor, aut humor extendens, aut humor mordicans, aut ventoſitas inflans. Ex his autem compoſitiones proueniunt, de quibus poſtea dicetur.

Iterum de cauſis doloris.

CAP. CXI.

Quomodo motus, humor, ventoſitas &c. dolorem cauſent.

MOTVS dolorem efficit per id quod cum eo accidit, aut extenſione, aut concuſſione, aut ruptura. Humores autem mali dolorem efficiunt, aut propter ipſorum qualitatem, vt quando mordicationem faciunt; aut propter ſuam multitudinem, vt quando extendunt; aut propter hoc quòd ex vtraque coniunguntur. Ventoſitas quoque dolorem facit propter contenſionem. *Eſt autem* ventoſitas extendens, aut in membrorum concauitatibus, eorumque ventriculis, vt inflatio in ſtomacho, aut in tunicis mẽbrorum, & eorum villis, ſicut in cholica ventoſa; aut in tunicis muſculorum, & ſub panniculis etiam ſuper oſſa; aut in circumitu muſculorum inter ipſos & carnem laxam & cutem; aut occulta eſt in membro ſicut muſculi pectoris occultati ſunt. Ipſius autem reſolutio, ſiue ſubito ſit, ſiue multo tempore moretur, eſt ſecundum materiæ ſuæ multitudinem & paucitatem.

Aromata omnia faciũt dolorem capitis.

Idem in 4. canone. Aromata omnia faciunt ſoda, id eſt dolorem capitis, ſiue ſint calida, ſiue frigida. Ventuitamen quando ſuccedunt expellunt ſe, ſcilicet quando præcedit illud quod vaporis ſui caliditate nocet, & ſuccedit ei quod vaporem frigidum facit, aut econuerſo. Cum autem non qualitate ſolum, ſed quantitate ſit læſio; tunc non confert, ſed nocet ipſorum ſucceſſio. *Idem in 1. canone.* Dolor autem virtutem diſſoluit, membraque prohibet ab operationibus ſuis.

Nocumenta doloris.

Nam etiam membra ſpiritualia prohibet ab aeris attractione, vel eius operationem diſturbat, aut eum facit imperfectum aut frequentem, & omnino ſecũdum naturalem curſum: & plerumque quidem membrum inprimis calefacit, poſtmodum infrigidat, propter illud quod reſoluit & vincit de ſpiritu & vita.

De Cauſis deliciarum.

CAP. CXII.

Duæ ſunt deliciarũ cauſæ.

DEliciarum quoque cauſæ duobus generibus cõprehenduntur, vnum eſt eius quod complexionem naturalem ſubito reducit ad hoc vt ipſa ſentiatur: Alterum autem eſt, quod naturalem continuitatem ſubito reducit; nulla namque res, quæ non ſubito venit, ſentitur; neque ex ea deliciæ habentur. Eſt namque delicias ſentire conueniens. Et omne quidem ſentire per virtutem eſt ſenſibilem, & ſentire eſt propter paſſionem ſui. Cumque ſentire fuerit cum conueniente, aut non conueniente, erunt deliciæ, aut dolor, ſecundum illud quod imprimitur. Præterea quia tactus ſpiſſior eſt cunctis ſenſibus, magiſque retinens illud quod recipit ex impreſſione conueniente, ob hoc eius ſentire circa conueniens, cum ei natura obuiat, maiorum eſt deliciarum. Eius quoque ſentire circa rem inconuenientem, deterioris eſt doloris, quàm illud quod eſt proprium virtutibus cęteris.

De ægritudine, & eius ſpeciebus.

CAP. CIII.

Aegritudinũ duo ſunt modi.

IOANNICIVS. Sanitas eſt temperamentum perficiens res naturales ſecundum curſum naturæ. Infirmitas autem eſt temperantia extra naturæ curſum, vnde fit læſionis effectus, ægritudinũ modi duo ſunt, aut communiter, aut propriè. Et quę communiter accidunt, aut accidentaliter, aut neceſſario fiunt. Accidentaliter vt percuſſio, combuſtio, morſus, & huiuſmodi. Proprie vero ſunt aut in membris conſimilibus, aut in officialibus, aut in diuiſione continui.

Aegritudines plurimæ habent quatuor horas vel ſtatus.

Auicenna vbi ſupra. Habent ægritudines plurimæ 4. horas, ſcilicet horam principij, augmenti, ſtatus, declinationis; quæ vero extra illas ſunt, de horis ſanitatis ſunt. Hora quidem principij eſt tempus in quo

ægritudo

ægritudo apparet,& eius ſimilantur diſpoſitiones; neque apparet in ea augmentum eius. Hora augmenti eſt tempus in quo ægritudinis manifeſtatur conſtrictio, id eſt grauamen omni hora poſt horam. Et hora ſtatus eſt hora in qua ægritudo in omnibus ſuis partibus, ſecundum vnam manet diſpoſitionem. Et hora declinationis eſt tempus, in quo eius apparet diminutio. *Ægritudines* autem multis modis nomina ſortiuntur; Aut enim à membris in quibus ſunt, vt illa quę ex latere vel pulmone; aut à ſuis accidentibus, vt epilenſia; aut à ſuis cauſis, vt melancholia; aut à ſui ſimilitudine, vt leonina & elephantia; aut à ſui ſubſtantia & eſſentia, vt febris; aut ab illo cui primo dicuntur accidiſſe, vt vlcera Balchiæ; aut ab eo qui eas medicando ferur curaſſe, vt Caronis vlcera.

Morbi variè denominantur.

Sunt autem ægritudines quædam manifeſtæ, quæ, ſcilicet ſenſu cognoſcuntur. Quædam occultæ,& hoc tripliciter. Aut quas facile eſt cognoſcere, ſicut dolores ſtomachi & pulmonis; aut quas difficile, ſicut ægritudines hepatis, & canalium pulmonis; aut non comprehenſæ niſi cum æſtimatione, vt illæ quæ accidunt viis vrinæ. *Præterea* quædam ſunt ſanatiuæ, quædam non eo quòd ſit aliquid prohibens. Quædam autem quæ ad alias mutantur, & ipſæ deſtruuntur; vt cum mutatur apoſtema lateris in apoſtema pulmonis, & phreneſis in litargiam. *Quandoque* etiam vna ęgritudo medicamentum eſt alterius; vt quartana, ex qua frequenter ſanatur epilenſia. & podagra. & varices,& articulorum dolores. Venter quoque ſanatur propter oculorum ægritudinum, & lienteria ſanat apoſtema lateris. Similiter ani venarum apertio, confert omnibus melancholicis ægritudinibus,& ſcię,& renum, ac matricis doloribus. In hoc ergo conſiſtit bonitas.

Morbi quidam occulti, quidã manifeſti.

Vnus morbus interdũ eſt medicamentum alterius.

Quandoque vero mutantur ægritudines in maioris malitiæ diſpoſitiones; vt apoſtema lateris in apoſtema pulmonis,& phreneſis in litargiam. Præterea quædam ægritudines contagioſę ſunt, quę ſcilicet de vno ad alium tranſeunt, vt lepra, ſcabies, variola, febris peſtilentialis,& apoſtemata putrida; præcipue autem cum domus ſtricta fuerit, vel cum vicinus ſub vento extiterit. Sunt etiam quædam quæ in ſemine hæreditãtur, vt podagra, ptiſis, & lepra. Quædam vero generales, quæ ſunt alicui genti proprię, aut in aliqua regione morantibus, aut in eis multum abundant.

Quidã morbi ſunt contagioſi, quidã ex ſemine, quidam ex regione.

De Simplicibus ægritudinibus complexionis.

CAP. CIX.

Tria ſunt morborum genera ſc. cõſimilis, inſtrumentalis & vniuerſalis.

HALI. *vbi ſupra.* Morborum genera ſunt tria. Nã Gal. & Hippo. tradunt fieri morbos egreſſu mẽbrorum in compoſitione ſua à naturali temperantia. Membrorum autem compoſitio triplex eſt. *Prima* eſt membrorum partibus ſuis conſimilium ex humoribus facta; vnde & hęc ipſa membra cum egreſſa fuerint à ſua temperantia, morbus conſimilium partium dicitur. *Secunda* membrorum inſtrumẽtalium ex mẽbris conſimilibus, quorum à temperantia receſſus morbus organicus ſiue officialis vocatur. *Tertia* eſt totius corporis ex inſtrumentalibus membris aliorum cum aliis continuatione; A qua cum recedant, morbus ille diſgregatio vel ſeparatio continuitatis appellatur. Hic autem morbus, id eſt ſeparatio, communis eſt & mẽbris officialibus, & membris conſimilibus: Ideoq; morbus cõmunis, ſiue vniuerſalis nominatur. Sic ergo morbi genus eſt triplex, ſcil. conſimilis, & inſtrumentalis, & vniuerſalis. *Morborum* autem conſimilium ſpecies ſũt duæ Aut enim ſimplices ſũt; & hi quatuor, ſc. calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Aut compoſiti: & hi quoque totidem numero, ſcilicet calidus & humidus, calidus & ſiccus, frigidus & humidus, frigidus & ſiccus.

Morborũ cõſimiliũ duæ ſunt ſpecies vel ſecundũ alium modũ diuidendi, octo; quarum inſuper duo ſunt modi.

Ioannicius. Ægritudinum conſimilium, ſiue quæ partium habent ſimilitudinẽ, 8. ſunt ſpecies, ſcil. quatuor ſimplices, & quatuor compoſitæ, ideſt frigidæ & humidæ: frigidę & ſiccę: calidæ & humidæ: calidæ & ſiccę. Harum 8. per ſingulas duo modi ſunt. Aut enim ſunt ex qualitate ſimplici, aut ex alterius humoris cõmixtione. Ex qualitate ſimplici eſt infirmitas quæ ſolidis accidit membris,& Græcè dicitur hectrica. Eſt & alia ægritudo quæ ex humore accidit, ex eius putredine facta. Eſt ægritudo frigida, quæ ſine humore aliquo contingit, vt algor ex nimia frigiditate aeris aut niuis. Eſt & alia quæ aliquo humore frigido prouenit, vt paralyſis, quæ fit in toto corpore, vel in parte.

De Cauſis ægritudinum complexionis.

CAP. CV.

Morbi conſimilis 4. ſunt cauſæ; calidi verò ſex.

HALI. *vbi ſupra.* Morborum partium conſimiliũ, qui dicuntur morbi malæ complexionis, quatuor cauſę ſunt. Prima eſt calidi morbi cauſa, ſecunda frigidi, tertia humidi, quarta ſicci. Morbi calidi ſex cauſæ ſunt. *Prima* eſt motus immoderatus, aut corporis, vt labor; aut animæ, vt ira grauis. *Secunda*, obuiatio corporis aliquibus in actu calidis, vt calor ſolis in æſtate, vel in balneo mora diuturnior. *Tertia* eſt ſpiſſatio pororum,& arctatio, quæ calorem diſſolui prohibet, vt eunti per niues contingit, aut aqua frigida balneanti. *Quarta* eſt putredo, vt illa quæ febris parit, cum calefiat omne quod putreſcit. *Quinta* eſt ciborum paucitas. Calor namque, ſi in quo operetur non inuenit, ad humores & membra ſe conuertit, eaque calefacit, & humiditatem deſiccat. *Sexta* calidorum potentialiter appoſitio & porrectio, ſicut illi fit qui cæpas, allium, piper,& conſimilia comedit.

Morbi frigidi cauſæ ſunt octo.

Morbi frigidi cauſæ ſunt octo. *Prima* eſt occurſus corporis cum rebus actualiter refrigerantibus, ſicut accidit ambulanti per niues, & aerea frigida, ſi diutius in eis immoretur. Nam ſi quidem diutina ſit talis mora, calefit, eo quòd calor corporis interius cõcluditur, ſi vero diuturnius in eis perſeueretur, calor naturalis ad interiora corporis refugit, & coagulatur, ſiue congelatur. *Secunda* eſt aliquorum potentialiter frigidorum ſumptio, vt eſt aqua frigida, vel lactucarum cum papauere comeſto, vel opium. *Tertia* eſt ciborum potuumque tãta ſuperfluitas, vt calor naturalis ſubmergatur, & extinguatur: ſicut igni contingit ſi nimiam lignorum copiam in eum proieceris, & lucernæ ſi olei nimium appoſueris *Quarta* eſt immoderata ciborum priuatio, ſicut accidit igni ſi ligno materiaque priuetur, deficit enim & ingelatur. *Quinta* eſt ſpiſſatio pororum immoderata, quę ſuperfluitates arcet quæ diſſoluebantur, eiſque calor naturalis immergitur,& extinguitur. *Sexta* eſt immoderata diſſolutio corporis, intantum vt diſſoluatur etiam ad diſpergatur calor naturalis, ſicut in balneo diutius immoranti contingit, ex corporis diſſolutione, materiæque per ſudorem euacuatione. *Septima* eſt nimia motus immoderatio, intantum vt calor naturalis diſſoluatur, ac diſſipetur, ſicque corpus refrigeretur. *Octaua* eſt immoderatus vſus quietis & ocij, quo ſuperfluitates multiplicantur in corpore, quibus vniuerſus calor naturalis extinguatur, ac depereat.

Morborũ humidorũ quinque ſũt cauſa, & ſimiliter etiam ſiccorum.

Morborum humidorum 5. ſunt cauſę. *Prima* eſt alicuius humidi per actum occurſus, vt balnei,& aeris humidi. *Secunda* eſt eorum quæ comeduntur & bibũtur ſuperabundantia. *Tertia* ciborum & medicaminum quæ corpus humectant porrectio. *Quarta* nimius quietis & ocij vſus, quo ſuperfluitates in corpore congregantur, ſpiſſæque ipſum humectant. *Quinta* eſt prohibitio eorum quæ à corpore humido diſſoluuntur, eorumque concluſio. *Morborum* denique ſiccorum cauſæ ſimiliter ſunt, 5. cauſis humidorum morborum contrariæ.

De ægritudinibus compoſitis.

CAP. CVI.

Morborum compoſitorũ 4. ſunt genera quorũ primum in 4. rurſum mẽbra ſecatur.

AVicenna, *vbi ſupra.* Compoſitiones ægritudinis quatuor comprehenduntur generibus. Sunt enim

enim ęgritudines creaturæ, quantitatis, numeri, situs. Ægritudinum creaturæ 4. sunt genera. *Primum* est ægritudo figuræ, quæ est cum à cursu suo naturali figura mutatur, & inde prouenit nocumentum, sicut est tortura recti, & rectitudo torti; quadratura rotundi, & rotunditas quadrati. *Secundum* est ægritudo viarum, & habet 3. species, aut enim dilatantur, aut constringuntur, aut clauduntur. *Tertium* est ægritudo receptaculorum, & ventriculorum: & huius 4. sunt species aut enim fiunt maiora, & dilatantur, sicut testiculorum dilatatur folliculus, aut minorantur, & cõstringuntur, sicut stomachus, & sicut cerebri ventriculus; cum est epilensia; aut opilantur & implentur, sicut vẽtriculi ęrebri, cum est apoplexia: aut euacuantur & deseruntur, sicut ventriculi cordis sanguine, quando gaudium multum, vel timor pernicioſus adest. *Quartum* est ægritudo superficierum membrorum: & est bipartitum. Aut enim quia fit lene quod debet esse asperum, vt stomachus & intestina quando leniuntur: Aut econuerso, sicut trachea, arteria quando exasperatur. *Ægritudinum* quantitatis duæ sunt species. Aut enim sunt ex genere augmenti, sicut elephantia; aut ex genere eius contrarij, scilic. diminutionis, sicut ptisis. *Ægritudo* quoque numeri duas habet species bipartitas. Aut enim est ex genere augmenti, & hoc quidem augmentum, aut est naturale, sicut dens vel digitus additus: Aut non naturale, sicut glandula: aut est ex genere diminutionis, & diminutio hæc aut est naturalis, vt cum alicui digitus non creatur: aut non naturalis, vt cum alicui digitus abscinditur.

Morbus quãtitatis est duplex, sicut & numeri.

Ægritudo situs est quadruplex.

Ægritudines situs quatuor sunt, & dicitur situs secundum Gal. pro loco, & pro societate. Est autem huiusmodi, exitus membri à iunctura sua, aut vt à suo moueatur situ, ita quod non egrediatur, sicut fissura quæ contingit intestinis; aut vt moueatur subito motu in eo, non secundum cursum naturalem neque voluntarium, sicut tremor. Aut in suo loco figatur, & nõ ab ipso moueatur, sicut cum in podagra iuncturæ indurantur. *Ægritudo* societatis omnem colligit dispositionem quam habet membrum comparatione ad aliud sibi vicinum, siue propinquet ei, siue elongetur ab eo, non secundum cursum naturalem.

De Solutione continuitatis.

CAP. CXVII.

Solutio continuitatis varia denominatur secundum diuersitatem partiũ quas afficit.

SOLVTIO continuitatis accidit plerunque cuti, & vocatur excoriatio, vel scarificatio: plerumque vero carni, quę est ei propinqua, in qua nondum factum est pus, & vocatur plaga: cum enim fit ibi pus, vocatur vlcus fit autem pus in ea propter hoc quod in ea superfluitates euacuantur, quia debilis est, & quia sui nutrimentum digerere non potest, & superfluitas in ipsum conuertitur: plerumque tamen dicitur plaga & vlcus, solutio continuitatis quæ accidit cuti & non carni. *Quandoque* autem accidit ossi, & ipsum in partes frangit, aut secundum longitudinem cadens ipsum fingit. *Contingit* etiam vt cadat in cartilaginibus secundum tres diuisiones, aut vt accidat neruis; sed si secundum latitudinem acciderit, vocatur incisio; si secundum longitudinem, & eius numerus non fuerit multus, vocatur fissura; si vero multus fuerit, contusio.

Item plerunque fit in partibus musculi: quæ si in eius extremitatem ceciderit, vocatur attritio; si secundum eius latitudinem peruenit, separatio. Si vero secundum longitudinem acciderit, & fuerit numerus eius paruus, & concauitas magna, vocatur liquefactio vel amplificatio. Quod si partes multæ fuerint, & dilatetur, & concauetur, vocatur attritio, siue dissolutio. *si autem* arteriis ac venis acciderit, vocatur apertio: Et si secundum longitudinem, vocatur fissura. Et est etiam cum hoc contingit secundum modum comparationis orificiorum earum, & vocatur perforatio. *Quod* si arteriis acciderit, & non clausa fuerit, & ex ea sanguis ad receptaculum quod ipsum circundat, exierit, donec receptaculum illud impleatur, & cum premitur ad arteriam reuertitur, vocabitur mater sanguinis. *Alij* tamen homines omnem sanguinis egressionem ab arteriis, matrem sanguinis vocant. Debes autem scire, quod non omne membrum, imparis dissolutionem tolerat; Cor enim non tolerat, quia prius accidit mors.

Quid soleat vocari mater sanguinis

Si in panniculis & diaphragmatibus, ruptura: si vero inter duas partes membri compositi cadit, & vnam ab alia separat, ita vt simplici membro non nocear, separatio vocatur, & dislocatio. Et si accidat neruo, qui se de loco suo remouit, vocatur ruptura. *Quandoque* etiam fit in foraminibus, & dilatantur: Et quandoque fit in locis vbi foramina non sunt, ibique facit ea quæ non fuerunt. *Solutio* quidem continuitatis, & vlceratio, & his similia, cum in membro bonæ complexionis fuerint, cito sanantur. Cum autem in membro malæ complexionis, longo tempore resistunt; quanto magis cum in corporibus illorum contingunt, qui patiuntur hydropisim, aut constrictionis malitiam, aut lepram.

Solutio continuitatis in membro bonæ complexionis facile sanatur, in aliis non.

De Compositis ægritudinibus, caterisque nocumentis corporis.

CAP. CXVIII.

Quid ægritudo composita.

ÆGRITVDINES autem compositas, nõ quaslibet coniunctas intelligi volumus, sed illas ex quibus coniunctis vna prouenit ægritudo, sicut est apostema in quo omnia reperiuntur ęgritudinum genera. Ibi enim complexionis reperitur malitia, ex hac enim cum materia omne accidit apostema. In eo quoque compositionis malitia, quia semper cum eo prouenit læsio in figura & dimensione. Plerumque etiam adest cum eo situs ægritudo. Inuenitur etiam in ipso communis ægritudo, quę est continuitatis solutio, dum in membro apostemato materię superfluentes euacuantur, & inter partes ipsius penetrant.

In apostemate reperiũtur omnia ægritudinum genera.

Quędam autem res extra ęgritudines existunt, quę tamen cum eis numerantur. hæ sunt res, quæ in decoratione egrediuntur: quarum aliæ consistunt in pilis, alię in colore, aliæ in odore, aliæ in figura post colorem. Ægritudinem pilorum genus consistit in alopicia, & detruncatione, & paucitate, & breuitate, subtilitate, & crassitie, crispitudine, & multa leuitate, canicie quoque, & qualicunque coloris alteratione. Nocumentum coloris quatuor generibus continetur. *Vnum* est eius mutatio, propter malitiam complexionis cum materia, sicut ictericia, aut sine materia, vt gipseitas, quæ fit in colore propter complexionem valde frigidam: & citrinitas quæ accidit propter complexionem valde calidam. *Aliud* est eius mutatio propter causas manifestas, vt sol & frigus & ventus colorem mutant. *Tertium* genus est expansionis corporum extraneos colores habentium super cutem quæ colorem defert, sicut morphea nigra, aut quæ ibi nascuntur, sicut lentigines, & macula. *Quartum* est genus vestigiorum, quæ prouenient ex consolidatione solutionis continuitatis; sicut sunt vestigia variolarum, & vlcerum foramina. Nocumenta figuræ post colorem sunt, aut macies superflua, aut crassities.

Quędam ægritudinibus annumerantur quæ non sunt.

Nocumentũ coloris quadruplex.

De Accidentibus morbos sequentibus, & causis eorum.

CAP. CXIX.

HALI. *vbi sup. ser. 6.* Morbus quidem per seipsum sine medio actionibus officit. Accidẽs autem est nocumentum ipsius actionis, morbum sequens. Igitur & morbos accidentibus causas esse constat & accidentia signa esse, quibus morbi significantur, sicut accidit, cum inest stomacho mala complexio, vt illam sequatur mala digestio, ranquam scil. causam sui. Mala itaque digestio, eo quod sequitur malam stomachi

Quid sit eorum accidens, & an idem sit signum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

complexionem, ſtomachi accidens eſt; ex eo vero quod per ipſam mala ſignificatur ſtomachi cõplexio, ſignum eſt; nec eſt aliqua differentia inter accidentia & ſigna, niſi in eorum vſu.

Tria ſunt accidentium genera.

Igitur accidentium morbos ſequentium tria genera communia ſunt. *Vnum* quod in nocumento apparet actionum. Secundum in habitudinibus eorum quæ de corporibus exeunt. duorum autem extremorum cauſa eſt genus tertium: habitudines enim corporum, & ſuperfluitatũ quę à corporibus emittuntur; & habitudines actionum, ſequuntur habitudines incommodorũ quę ipſas faciunt. *Si ergo* membro incõmodum accidit, eius actioni nocet; & cũ actioni nocumentũ acciderit, ei quod ab ea efficitur oberit, iuxta quãtitatẽ incõmodi quod accidit. Verbi gratia: Si virtus attrahens, quæ in felle eſt, ab attrahendi choleram rubeã actio ne deficiat, & in purgationem ſanguinis ab ea debilitetur, in ſanguine remanebit, ac per totum corpus cum eo diffundetur; qua ex re color in croceum mutabitur, rubiginẽ, ſcilicet & ictericiam. Immutatur & vrinæ color, & ad croceum inclinatur & ſubrufum, cum ipſa ſanguinis aqua ſit, & colamentum.

Vnde mẽbro accidat incommodum.

Incommodum autem membro, aut ex corruptione naturalis cõplexionis accidit, cum ab ea ſcilicet aut in calore vel frigiditate, aut in ſiccitate & humiditate diſſenſerit: aut ex malitia figuræ ipſius, vt ſi ei apoſtema fiat; aut euellatur, aut minuatur; aut ex ſeparatione cõtinuationis, cum ei ſcilicet inciſio, vel continuatio, vel illuſio, vel aliquid huiuſmodi euenerit. Actiones autem (vt dictum eſt) ſunt tres, ſcilicet animalis, naturalis, vitalis. Et vnicuique earum tribus modis accidit nocumentum. Aut enim immoderatum & vehemens eſt, ita quod actionem omnino ceſſare facit; vt cæcitas viſum, ſurditas auditum: Aut eam imminuit, vt caligo, & auditus malus. Aut habitudinem immutat, vt accidit, ei qui in conſpectu ſuorum oculorum imaginatur ſe videre culices, vel muſcas, vel aliquid ſimile capillis aut filis, & ſicut ei cuius debiliter immutatur auditus.

Tribus modis accidit actioni nocumentum.

De Accidentibus virtuti regenti, ideſt totali menti.

Cap. CXX.

Quid virtus regens ſeu mens.

Virtutis autem animalis ſunt tres actiones, ſcilicet actio regens, & ſentiens, & voluntariè mouens. Regens quidem eſt actio phantaſiæ, & cogitationis, ac memoriæ; & hæ ſimul omnes dicũtur mens.

Nocumentũ menti accidit tripliciter

Nocumentum autem menti tripliciter accidit, aut enim omnino deficit, aut minuitur, aut immutatur. Cauſa defectionis eius, aut eſt complexio mala frigidaque corporis, quæ ſubſtantiæ cerebri dominatur; & ſi quidem fiat eius aduentus paululum ac pedetentim, obſtupefactio fit, & in ſomno ſubmerſio; aut eſt mala cum frigida materia, ſcilicet humore phlegmatico, qui ventres cerebri replet; aut ſimul omnis ſubitoque, & fit abinde apoplexia; aut quoſdam tantum, & alios non, nec opilat illos omnino, fitq; epilenſia.

Cauſa defectionis mentis.

Cauſa imminutionis.

Imminutionis quoq; mentis cauſa eſt complexio mala; & hæc aut frigida eſt & debilis, cerebro dominans, fitq; turbatio rationis vel mentis, vel ſomnus immoderatus: Aut calida, fitq; inde deſipientia; aut humida, & obſtupefactionem efficit; aut ſicca, & moleſtant vigiliæ: Aut vero ſit hæc ex mala cum materia complexione. Et ſi quidem materia phlegmatica eſt, apoſtemá facit in duobus proræ cerebri ventriculis fitque inde litargia, ideſt obliuio. Si vero materia calida eſt cholerica, cerebroq; dominatur, aut eius operimentis, & facit apoſtema, phreneſis generatur, quam ſequitur & febris & alienatio mentis; aut ſi apoſtema cum ea non ſit, inſania fit, & ſequitur eam ſine febre mentis alinatio. Si autem materia compoſita ſit ex phlegmate & cholera rubea, cuman generat, quæ eſt obſtupefactio cum vigilijs. Si vero materia ſit cholera nigra, & ſine apoſtemate, fit melancholia nigra quæ vocatur deſipientia. Quod ſi materia multa ſit, & ventriculo puppis cerebri dominata fuerit, oritur paſſio quæ dicitur mentis congelatio.

Cauſa immutationis.

Porro cum ipſa mens immutatur, ſiue aliter eſt quã expedit, hoc fit aut ex mala cõplexione frigida & ſicca, ſed debili, fitq; abinde timor & formido; aut ex vapore frigido & ſicco, fitq; ab eo melancholia quæ hipocundria vocatur; aut ex humore calido & phlegmatico, qui in venis quæ circa cerebrũ feruntur, multiplicatur; & inde vertigo ſtuporque generatur. Hæc ſunt accidentia, quæ totalitati mentis accidunt, & cauſæ eorum.

De Accidentibus phantaſiæ, & cogitationi, & memoriæ.

Cap. CXXI.

Vnde fiat nocumẽtum phantaſiæ.

Et quia mens eſt phantaſia, cogitatio, & memoria, quarum vnicuique ſedes & habitatio eſt in proprio, cerebri ventriculo, quando aliqui ventriculorum horum ſine alijs incommodum acciderit, eius nocumentum accidit ipſius actioni, duæque aliæ liberantur. Itaque ſi quod incommodum proræ cerebri acciderit, phantaſiam nocet. Quæ aut omnino deficit, intantum vt ea quæ præſentia non ſunt, homo videre ſibi videatur, licet præteritorum memoriam retineat: Aut imminuitur, & imaginatur res phantaſia debili: aut aliter quàm expedit eſt, vt aliter res quàm earum forma figuraque ſit, intueri videatur.

Vnde cogitationi.

Quod ſi medio cerebri ventriculo incommodum acciderit: aut omnino cogitationem annullat, ita vt inter ea quę facienda ſunt, vel non „penitus non diſcernat. Aut certè imminuit, aut malam efficit: & dicitur huiuſmodi habitudo mentis alienatio. Si vero puppi cerebri acciderit, memoriæ nocet; & aut omnino memoria ceſſat ab homine, ita vt obliuiſcatur omnia quæ facit, & dicitur memoriæ priuatio; aut imminuitur, ita vt niſi proxima reminiſcatur, & dicitur obliuio; aut alia fit quàm oportet ipſius habitudo, & memoriæ malum appellatur. Horum autem accidentium ſingulorum, cum ſint mentis actionum, fit euentus ab eiſdem cauſis; à quibus & totius mentis proueniunt accidentia mala, ſcilicet à complexione frigida, vel materia frigida. Opium quidem & mandragora, hęc operantur accidentia complexionis ſuæ frigiditate nimia.

Vnde memoriæ.

Opium & mandragora menti nocẽt.

De Accidentibus virtuti ſentienti, & primo de ſenſu viſus, & organo.

Cap. CXXII.

Viſus tripliciter nocumentum patitur.

Hæc de actionum regentium accidentibus diximus, nũc de accidentibus in actiones ſentientes ingredientibus diſſeramus. Et primo de accidentibus viſus, cum ſit omnium quinque ſenſuum primus ac ſubtiliſſimus. Itaque viſus tripliciter nocumentum patitur, aut enim omnino deficit, & cæcitas dicitur; aut minuitur, & obſcuratio vocatur; aut aliter quàm rectum eſt ſe habet, vt cum quædam quæ non ſunt, hæc videre ſibi videtur. Hæc autem nocumenta, viſui tribus ex cauſis accidunt. Nempe aut ex primo viſus organo, qui cryſtalleidos humor dicitur, quia ſcilicet aliquod incommodum illi accidit: Aut quia videns ſpiritus ad oculum vſque non deducitur; aut quia membrorum aliquod quæ cryſtalleidos vtilitati parata ſunt, impeditur.

Tres cauſæ nocumenti viſus.

Incommodum etiam ei accidit, aut ex conſimili partibus morbo: vt ſi refrigeretur aut calefiat, aut humectetur aut exiccetur; aut ex organico morbo, vt ſi loco ſuo moueatur. Et ſi quidem ad interiora moueatur, oculus ea de cauſa fit glaucus; ſi ad poſteriora, niger: hęc duo viſui non obſunt. Porro ſi ad ſuperiora

vel

Ratio cur vnum videtur vt duo.

vel inferiora moueatur, hac de cauſa hominem contingit vnum aliquid, tanquam duo aliqua intueri, eo quod lumen ab vno dirigatur oculorum à ſuperioribus, & ab alio ab inforioribus. Intueturque homo oculo, cuius lumine ab inferioribus dirigitur, rem quaſi dimiſſam: Alio vero cuius lumen à ſuperioribus procedit, tanquam altiorem: & accidens huiuſmodi ſtraboſitas dicitur. Quando vero dextroſum aut ſiniſtrorſum oculus mouetur, accidit hominem vnum quidem non quaſi duo intueri, quia lumen ex ſingulis oculis per vnam lineam procedit, & ob hoc incommodum iſtud viſui non nocet.

De Accidentibus ſpiritui viſibili.

CAP. CXXIII.

Spiritui viſibili ex tribus prouenit incommodū.

NOcumentum autem quod viſui obeſt, eo quod videns ſpiritus minimè rectus feratur, procedit; aut quia ventriculi proræ cerebri qui eum mittunt, aliquod patiuntur incommodum; aut neruo concauo aliquod incommodum factū eſt; aut quia ſpiritus ipſe à ſua natura egreſſus eſt. *Proræ* ventriculis accidit incommodum, aut ex mala complexione calida, vel frigida, vel humida, vel ſicca, aut ex organico morbo, vt apoſtemate; aut ex continuationis ſeparatione. *Neruo* autem concauo accidit incommodum ex opilatione, quæ quidem ei fit, aut ex humore craſſo & viſcoſo, aut ex compreſſione. *Egreſſio* ſpiritus à natura ſua eſt, aut in ſua qualitate, aut quantitate, aut ſimul in vtroque. In qualitate quidem, vt ſi denſetur, & inde viſus paucitas fit; aut ſi ſubtilietur, & inde viſus melior fit: In quantitate vere ſi augmentata fuerit, & inde viſus quoque melior efficitur; aut imminuta, & inde viſus debilitatur. *Si vero* qualitas cum quantitate componatur, quatuor fiunt compoſitiones huiuſmodi. Si fuerit ſpiritus ſubtilis & multus, quamlibet rem, & de prope, & de longe, bene intuetur homo. Multi namque ſpiritus eſt in loca remotiora ſe extēdere. Subtilis autem ſpiritus eſt comprehendere quælibet optima comprehenſione. Si vero multus ſit & craſſus, quod longius eſt homo ſpiritus multitudine videt; non tamen bene quia craſſus eſt. Porro ſi paucus ſit, & ſubtilis, quod proximum eſt optimè videt ſua ſubtilitate, non autem intuetur longinqua, propter ſui paucitatem. Quod ſi paucus ſit & craſſus, quod remotum non videtur ſui paucitate, nec quod proximum eſt præ craſſitie.

Spiritus viſibilis quatuor modis componitur.

De accidentibus pupillæ foramini.

CAP. CXXIV.

QVæ vero accidunt viſui propter incommodum alicuius membrorum quæ in auxilium cryſtalleidos humoris parata ſunt, fiunt incōmodi cauſa quod & pupillæ accidit foramini, aut euagaidos humori, aut tunicæ corneæ, aut palpebris. Foramini quidem accidit incommodum quatuor modis, ſcil. cum dilatatur, vel arctatur, vel commouetur, vel conſcinditur. *Dilatatio* vero aut eſt naturalis, aut extranaturalis; & vtraq; mala eſt, quia lumen oculi ſpargitur, & non congregatur. Fit autē duabus ex cauſis: Prima eſt propter vueæ tunicę ſiccitatem; quia congregantur partes quæ ſunt in circuitu foraminis, & comprimuntur, & à cētro remouentur; & huiuſmodi paſſionis ſanatio difficilis eſt: ſecunda eſt propter apoſtema quod in ea fit, & ipſam diſtendit.

Foramini pupilla accidit incōmodum quatuor modis, ſc. Dilatatione.

Arctatione.

Arctatio ſui, aut eſt naturalis, aut extranaturalis. *Si* naturalis, laudabilis eſt, quia ſpiritum videntem congregat, nec ſpargi ſinit. *Si* extranaturalis, mala eſt, eiuſque cauſæ, dilatationis cauſis ſunt oppoſitæ. Hæc aut eſt, quoniam tunica cornea eneruata eſt humiditate ſuperflua; aut quoniam humor albugini oui ſimilis euacuatus eſt, nec eſt aliquid inde quod eam repleat tunicam, ac roboret; & ob hoc eneruatur. Euacuatio euagaidos humoris, validum eſt viſus incommodum, ſequitur enim inde humoris deſiccatio criſtalleidos, & occurrunt exterius & interius lumen, ſine aliquo mediante inter eos. *Commotio* quoque foraminis, aut eſt naturalis, aut extra'naturalis. Extranaturalis fit, ſi vuea tunica ſcindatur alio quam foraminis loco, roboreturque tunica, & ſciſſura conſolidetur. Incōmodum autem hoc, ſcil. foraminis motus naturalis, vſui manifeſtè non obeſt. *Foraminis* quoque ſciſſura ſi modica eſt, nec ad euagaidos humorem tranſmittitur viſui apertè non nocet. Si vero tranſmittitur, intantum vt euagaidos humor ab eo decurrat, & corneæ tunicæ obuiet, inde nocumenta duo fiunt. Vnum quia cornea cryſtalleidi obuia eſt, nec ipſi cryſtalleidi eſt protectio, quin eam alliget. Alterum vero, quia ſpiritus videns in foramine non coadunatur, totus enim egreditur, & dilatatione foraminis ſpargitur.

Cōmotione.

Sciſſura.

De accidentibus euagaidos humori.

CAP. CXXV.

Incommoda humor euagaidos accidunt in quātitate, & qualitate.

INcommoda vero quæ euagaidos humorē ſequuntur, aut in eius quantitate fiunt, aut in qualitate. *In quantitate* quidem ſi multiplicetur, & impedimentum fiat, ne ad inuicem exterius & interius lumen ſibi occurrāt: Aut ſi diminuatur, & humor ipſe cryſtalleidos exteriori luci obuiet ſine medio. *In qualitate* vero, aut in liquore, aut in colore. In liquore quidem ſi ſpiſſetur: & tunc eius craſſities, aut parua eſt, & ita oculum remota prohibet intueri, in proxima vero ſanus eſt intuitus. Aut immoderata; & hoc aut in toto, aut in parte: ſi in toto viſum prohibet, & incommodum aqua vocatur; ſi in parte, aut in partibus continuis, aut diuiſis. Si in continuis, aut in medio, aut circa medium. Si in medio, fit inde vt ſingula corpora videat tanquam diuiſa, & opinabitur in vnoquoque quod videtur profundum quid eſſe: ſi in circuitu medij, prohibet oculū multa ſimul videre, ita vt oporteat ſingula corpora ſuo ſpatio intueri, propter eius paucitatem conuiſus. Si vero in partibus ab inuicem diuiſis, inde fit hominem in conſpectu ſuo videre tanquam muſcas, & culices, & capillos; & accidit hoc plurimum dum à ſomno ſurgitur, maximeque pueris, & febricitantibus.

Nota.

Coloris autem huius humoris immutatio fit tribus modis. *Vnus* eſt vt ad nigrum declinet, & inde fit hominem ea quæ intuetur, tanquam in fumo & puluere ſint, videre. *Alius* eſt cum in eo rubor dominatur, ſicut accidit ei in cuius oculo vngula inuenitur, vnde rubet, & opinatur homo coloris eſſe rubei cūcta quæ videt. *Tertius* eſt cum in eo color croceus ſuperabundat. Vnde accidit hominem opinari cuncta quę videt eſſe crocea, ſicut ictericis contingit.

Color euagaidos mutatur tripliciter, & inde fit quod res appareāt nobis alterius coloris quam ſint.

De accidentibus tunicæ corneæ.

CAP. CXXVI.

Tunica cornea patitur incommodū à ſeipſa diuerſimode.

PArs autem tunicæ corneæ quæ foramini oppoſita eſt, aut à ſeipſa patitur incommodum, aut ab alio. Incommodum quod ei à ſeipſa fit, aut eſt morbus partibus conſimilis, aut organicus, aut ſeparatio continuationis. Morbus conſimilis, aut ex humiditate eſt, & arbitratur homo cuncta quæ videt eſſe in nebula, vel in fumo; aut de ſiccitate, & fit ei ſpaſmus, indeque viſus debilitatur, & hoc maximè ſenſibus accidit in extremo tempore. Morbus autem oganicus qui fit ei, craſſities eſt & denſatio quę fiunt ab hepate: Indeque accidunt obſcuratio & operimentum in viſu, iuxtà quantitatis eius magnitudinem & paucitatem. Incommodum autem quod ei fit à ſeparatione continuitatis vlcus eſt, vlcus autem aliquotiens tranſmittitur, aliquotiens non. Et ſi quidem tranſmittitur viſui, obeſt, eo quod humor euagaidos euacuatur; ſi vero non tranſmittitur, duabus ex cauſis nocet. Vna eſt, quia ſuperfluitas & ſordes in eo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in eo congregantur; interiuſque lumen exteriori occurrere prohibetur. Altera vero, quia criſtalleis exteriori limini propinquior fit.

Patitur etiã incommodũ ab alio variis modis.

Incommodum autem quod ei accidit ab alio, aut eſt ex operimento conſolidante, aut ex palpebris. *Ex conſolidatione* quidem, ſi vngula in eo producatur, operiatque foramen quod oppoſitum eſt corneæ. Aut ſi obtalmia ei acciderit, quæ chimoſis dicitur, quod eſt apoſtema, & in albo, & in nigro oculi, operitque foramen. *Palpebra* vero corneæ nocent, aut apoſtemate, quod in eis operit foramen oppoſitum; aut prurigine, quæ palpebras incraſſat & ſubleuat, operitque foramen; aut certè grandine, quæ ei accidit, ob longum ſcilicet apoſtema, quod in exteriori palpebra contingit. Hæc de accidentibus viſus dicta ſufficiunt.

De Accidentibus ſenſui auditus.

CAP. CXXVII.

Tribus modis dicitur aliquid accidere auditui.

EA vero quæ auditus ſenſui contingunt, tribus modis accidunt; aut enim omnino deficit auditus, & ſurditas dicitur; aut imminuitur, & grauitas appellatur; aut aliter eſt quàm expediat, & auditus malus vocatur. *Accidit* autem huic ſenſui nocumentum propter incommodum quod accidit aut virtuti auditus, aut inſtrumento primo ipſius *Virtutis* quidem auditus incommodum accidit, aut propter cauſam immittentem, quod eſt cerebrum, ſi ei incommodum accidat; aut propter neruum, qui ipſam virtutẽ portat. Fit autem eiũ incommodum, aut ex cõſimili partibus morbo, vt mala complexione, calida, vel frigida, humida, vel ſicca: aut ex organico morbo, vt apoſtemate, vel opilatione, aut ex continuitatis ſeparatione, vt percuſſione, vel illiſione. *Incommodum* autem quod accidit organo primo auditus (quod eſt ſcilicet pars larga & ampla nerui, auditus ipſius operientis foramen, quod in oſſe eſt) aut in ipſa accidit eius ſubſtantia: aut alterius incommodi cauſa, quod accidit alicui membrorum ei ſeruientium, eiuſque actionem adiuuantium. *In ſubſtantia* quidem ſua accidit, aut ex mala complexione calida, vel frigida, vel humida, vel ſicca: aut ex organico morbo, vt apoſtemate: Vel ex continui ſeparatione, vt cõtritione, vel inciſione. *Quæ vero* membris illi ſeruientibus incommoda accidunt, vt exteriori foramini, & neruo per quem decurrit auditus, ex opilatione ſunt: opilatio autem hæc, aut eſt apoſtema, aut verruca, aut caro ſuperabundans, aut certæ ſordes, aut lapis qui foramini auditus accidit.

Incommoda reſpectu virtutis auditus.

Incommoda reſpectu organi primi auditus.

De accidentibus ſenſui guſtus.

CAP. CXXVIII.

Accidentia guſtui tribus modis adueniunt.

ACcidentia ſimiliter guſtui tribus modis oriuntur, aut enim totus ipſe ceſſat guſtus, & omnino ſapores non ſentit: Aut minuitur, vt in ſapores debilis ſit: Aut aliter eius iudicium eſt quam ordo poſtulet, & tunc ſentit homo ſapores, ſed non deguſtat; aut ſaporem quidem aliquorum ſentit & deguſtat aliter quàm ſint, cum ſcilicet in eius lingua dominatur alicuius ſapori, qualitas aut amaritudo, quæ eſt ex cholera rubea, aut acerbitas quæ eſt ex phlegmate acetoſo, aut ſalſugo quæ eſt ex ſalſo phlegmate. Et ſi quidem humor dominans multus eſt, quoſdam horum ſaporum ſentit homo, licet nullus ſapor eius linguæ miſceatur. Si vero paucus, ſentit illum qui ſuperabũdat, & eius linguæ dominatur, qua ſapores deguſtat: Cibus enim eiuſmodi commouet in ea dominantem humorem. *Hæc* autem nocumenta guſtui accidunt, propter incommodum quod accidit, aut virtuti depellenti, aut inſtrumento primo guſtus. Virtuti quidem depellenti accidit incommodum, aut propter eam cerebri partem a qua neruus ſenſitiuus dirigitur, aut propter ipſum neruum qui fert eum. Incommodum autem quod accidit organo guſtus primo, ſcilicet linguæ, aut accidit eius ſubſtantiæ, aut illi ſeruienti, tunicæ ſcilicet ipſam operienti.

Nocumenta accidunt guſtui ex duobus.

De accidentibus ſenſui odoratus.

CAP. CXXIX.

Nocumenta odoratus prouenunt ex ijs quæ accidũt aut virtuti eius, aut organo.

QVæ verò contingunt ſenſui odoratus, aut eorum cauſa quæ virtuti eius accidunt fiunt, aut eorum quæ inſtrumentis eius. *Virtuti* quidem eius accidit nocumentum, aut ex mala complexione, quæ duobus proræ cerebri ventriculis ineſt; ſicut ex repletione, capiti ſuperfluitates & humiditates accidunt; aut ex ſolo calore, aut ex aeris frigore. *Inſtrumento* vero primo odoratus accidit nocumentum, aut ex ſeipſo, aut ex ſeruientium cauſa membrorum. Inſtrumentum autem hoc duo habet augmenta vberibus ſimilia, quibus accidit incommodum, aut ex morbo conimili, cum refrigerantur, aut calefiunt, aut humectantur, aut deſiccantur: Aut ex organico, vt opilatione.

Duo mẽbra ſeruiunt odoratus.

Membra porro quæ illi deſeruiunt ſunt duo, naſi meatus, & os perforatum. Naſi meatibus accidit incommodum, aut ex organico morbo, vt eſt apoſtema, vel caro ſupercreſcens, vnde fit opilatio meatuũ, prohibeturque ventus qui venit per odoratum; aut ex ſeparatione continuationis, vt eſt illiſio, vel contritio; vnde meatus comprimitur, & opilatur. Quod autem oſſi perforatio contingit, & operimento eius ſimiliter, aut eſt humor eius craſſus illud foramen opilans, & ab odoratu prohibens; aut eſt humor putridus: vnde ſentit homo fœtidum odorem, cum nihil putredini fiat proximum.

De accidentibus ſenſui tactus.

CAP. CXXX.

Diſcrimẽ inter dormitionem & enernationem tactus.

TActus quoque ſenſui (qui membris omnibus corporis eſt communis) accidunt incommoda triphciter, ſicut & ſenſibus alijs. Aut enim omnino ſenſus & motus deficit, maximeque in manibus & pedibus hoc fit; aut imminuitur, aut aliter ſe habet quàm expedit. Horum autem quædam propriis nominibus vocantur, dormitio ſcilicet & eneruatio Quorum exẽplum quidem ſunt cauſæ, niſi quod per eneruationem accidit incommodum validum & vehemens, cum quo & ſenſus deficit, & motus voluntarius omnino. A dormitione vero modicum fit incommodum, cũ quo difficilis eſt ſenſus & motus; ſed non deficiens omnino. Fit autem dormitio, aut in toto corpore, & cum ea difficiliantur ſenſus & motus ſimul; aut in vno membro, & fit ſimiliter cum difficultate motus. Aliquando tamen hac difficultate vacua eſt, vt in dentibus cõgelatio: hęc eſt enim eorum dormitio, quæ ex acerborum maſticatione inducitur.

Cauſa dormitionis. alia manifeſta, alia occulta.

Cauſa vero dormitionem adducens, eſt prohibitio tranſitus virtutis à cerebro per neruum, quo ad membrum peruenit. Cuius ſcilicet prohibitionis, aut manifeſta eſt cauſa, aut occulta. *Manifeſta* quidem, vt frigus & nix, quando membro obuia ſunt, & congregantur neruorum partes, atque ſpiſſãtur, prohibetque huiuſmodi res virtutis tranſitum ſentientis. Quemadmodum ſi quis piſcem manu teneat obdormitantem (qui bereca, vel berilia, Latinè torpedo dicitur) frigiditatis eius virtute manus obdormit, eiuſque motus difficiliatur. *Cauſa* vero occulta, ſiue prꝫcedens, aut eſt mala complexio, vt ſunt humores frigidi & craſſi, quibus nerui patiuntur & ſpiſſantur ac refrigerantur; aut opilatio, & hęc eſt aut in neruis concauis, vt ſunt oculorum nerui, ſcil. ex humoribus craſſis atque viſcoſis quæ cõcauitati neruorum inuiſcantur, aut in neruis ſine cõcauo, & tũc eſt aut ex apoſtemate, quod neruorũ ſubſtãtiam incraſſat; aut ex compreſſione quę illis accidit, vel ex diſlociatione ligamentorũ & oſſiũ euulſorũ atque fractorũ: his itaque de cauſis dormitio fit, & eneruatio. Et hoc aut in toto corpore, ſi in cerebro fuerit incõmodũ; aut in pluribus mẽbris, ſi fuerit inuiſca-

tum

tum; aut in vno membro, si neruis tantum, qui ad illud diriguntur, contigerit.

De Communibus accidentibus quinque sensuum.

CAP. CXXXI.

Delectatio & dolor omnibus membris & sensibus accidunt, sed maxime tactui.

DElectatio autem & dolor, ipsa quoque & membris omnibus accidunt, & in omnibus sensibus fiunt alterationem facientes, & in naturam sentiti. Sed delectatio est alteratio ab extra naturali habitudine in naturalem. Dolor autem econtra, à naturali in extranaturalem. Verum hæc alteratio quando modica est, nec delectatio fit, nec dolor, sed quando magna; fiunt enim in vltimo. Et in tactu quidem fortiores sunt quàm in cæteris sensibus, quia crassior sensuum est, nec facile mutatur & alteratur in alicuius rei naturam, sed tarda quadam difficultate. Non enim passiones in eo celeriter operantur, propter ipsius crassitiem, quæ resistit ac prohibet. Et sicut fortius delectatur, sic & amplius læditur. *Reliquis* autem omnibus sensibus, non magna delectatio vel dolor fit ex his quæ sentiunt, quia celerius mutantur in rei naturam, eique facilius consentiunt: hæc tamen fit in eis secundum magis & minus, iuxta subtilitatis eorum & crassitiæ quantitatem.

Visus minus percipit delectationem & dolorem quam vllus alius sensus.

Visus itaque naturę suæ subtilitate citius alteratur, & in sentiti naturam mutatur, scilicet colorem; & ideo non accidit ei magna delectatio vel dolor, ex sentiti natura. Sunt itaque duo isti sensus, scilicet visus & tactus, in delectatione & dolore, in extremitatibus duorum oppositorum: Reliquorum autem omnium natura inter hæc duo est media. Igitur in gustu, delectatio & dolor debiliores sunt, quàm in tactu: quoniam huiusmodi illi subest in crassitie. In auditu vero fortiores quàm in visu, quia crassior est illo. Odoratus porro medius est inter auditum & gustum in crassitie & subtilitate, alterationisque mora & celeritate: vnde & qui illi accidit dolor delectatioque, medium tenet.

In omni sẽsu dum patitur fit continuationis separatio.

Sciendum est autem in omni sensu, doloris causam esse continuationis separationem. *Et hoc* in tactu fit, aut ex aliquo acuto & incidenti, aut graui illidenti & conterenti, aut aliqua excedenti re, aut frigiditate vel calore: Caloris enim immoderati est ratificare membri partes, ac disiungere. Frigus econtra congregat ac spissat eas ad inuicem, in tantum vt aliæ quoque ab alijs separentur. Et ob hoc eius congregationes disgregantur; quale quid luto accidit, quia cum siccatur, funditur. *In visu* vero fit dolor, aut ex albo calore qui diuidit & spargit, sicut in tactu calor: aut ex nigro, qui lumen congregat nimia coadunatione: accidit que ab eo continuationis separatio, sicut in tactu à frigore. *In gustu* porro fit, aut ex acido vel acerbo sapore pungitiuo, qui linguæ partes separant, sicut & calor facit: aut ex pontico & insuaui, qui tanquam frigus disterminant. *In auditu* denique fit à voce magna & acuta, quæ separat auditus sensum, sicut & albus color, visum.

Adhuc de eodem.

CAP. CXXXII.

Visus auditus & odoratus solis exterioribus delectantur & dolent, reliqui sensus etiã interioribus.

ACcidit autem sensuum cuique delectatio & dolor: Ab extra quidem visui, auditui, & odoratui. Hi namque delectantur & dolent coloribus, vocibus, & odoribus exterioribus. Cæteris autem hæc fiunt abintus, & extra. *Gustui* siquidem ab exterioribus fiunt per sapores. Abintus vero delectatur sapore sanguinis, & phlegmatis dulcis. Nocetur autem cholera, vel salso phlegmate, si vel in corpore linguæ dominetur, vel ad ipsam à stomacho muttatur.

Tactui vero ab exterioribus lęsio fit rebus his quæ separationem faciunt continuationis, vt incisione, & illisione: ab interioribus vero, complexione calida vel frigida, superfluitatibusque crassis quæ dirrumpuntur, & humore acuto qui incidit. *Porro* voluptas ab exterioribus ei fit mollibus, & in calore ac frigore temperatis: ab interioribus vero cum materia mala & nocens excoquitur atque digeritur (maturationem enim & digestionem voluptas comitatur) aut cum malæ superfluitates à corpore dissoluuntur, sicut in balneo fit: sed & cum id quod nocebat egreditur, vt sperma. Nam si multiplicatum in vasis fuerit, naturam lædit, & ob hoc ipsum illa depellit. Maior est tamen cum euacuatur sperma delectatio, quàm ex eius collectione fuerit nocumentum. Euacuatio enim eius simul fit, alteraturque sensus ab eo simul, vnde & maior est eius voluptas: collectio vero eius pedetentim fit, nec alteratur sensus ab ea simul: vnde nec multum facit in sensu dolorem. *Voluptas* autem ex coitu maior est in muliere, quàm in viro. In muliere namque fit voluptas euacuationis sui spermatis vasalis ab eius causa, quodque matrix deinde sperma viri contrahat. In viris autem voluptas hæc solius euacuationis sui spermatis fit.

Ex coitu maior est voluptas in muliere quã in viro.

De Accidentibus meri, & primo de defectu appetitus.

CAP. CXXXIII.

Incommoda quæ accidũt ori stomachi appetitui nocent.

QVoniam autem ad os stomachi diriguntur à cerebro nerui, per quos appetitus fiat, vel sensus: ipsum sequuntur eadem accidentia quæ & tactum. Quæ autem ori stomachi fiunt incommoda, quædam eius actioni nocent est ipsius substantia, & ipsa sunt quæ nocent appetitui. Quædam vero actionibus aliorum membrorum incommoda accidunt, ab his quæ in ore stomachi sunt: qua ex re fiunt accidentia varia, iuxta naturam incommodi, vt epilensia, mentis alienatio, mania: aut certè nocent eis sua vicinia, sicut cordi defectus accidit, cum ori stomachi in locatione proximum sit.

Appetitus incommodatur tripliciter.

Quæ vero actioni appetitus accidentia fiunt, eodem quoque modo quo & in actionibus cæteris tripliciter contingunt: aut enim omnino deficit, aut imminuitur, aut aliter est eius natura quàm expedit. *Appetitus* quidem defectio fit, aut quia corpus non euacuatur, nec ea quorum oportet alia supplere locum, ab eo dissoluuntur, aut quia venæ nihil ab hepate contrahunt, aut quoniam hos stomachi minimè sentit imminutionem rei, quam venę & concauitates & heparab eo contrahunt. Oris autem stomachi sensus cessatio fit, incommodi causa, quod aut ipsimet ori stomachi accidit, si fiat ei mala complexio calida, sicut in febribus appetitus cessatio contingit: aut quod cerebro, sicut in alienatione mentis passione fit: aut quod neruis à cerebro ad os stomachi missis, & hoc ex difficultate & compressione vel incisione accidit. *Imminutio* autem appetitus fit, cum eædem causæ quæ faciunt eum cessare, molestant quidem, sed debiles sunt.

De Ordinatione appetitus in cibum & potum.

CAP. CXXXIIII.

Cõtingit appetitũ cibi & potus esse inordinatiũ tum in quãtitate tũ in qualitate.

MAlum vero appetitus, aut in cibum est, aut in potum. Appetitus ciborum malitia, aut in quantitate est, aut in qualitate. *In quantitate* quidem, cum appetit quis ciborum multitudinem: vt ille qui habet caninum appetitum. Quod accidit aut humoris acerbi causa, qui in ore stomachi concluſus est: sequiturque huiusmodi, egestionum multitudo, & humiditas. Aut quia quæ per dissolutionem euacuatio fit, immoderata est: cuius exuberantia fit, aut caloris causa consumentis, aut dissoluentis, aut debilitate virtutis retinentis.

Cur mulieres pugnantes inordinata appetant.

In qualitate vero, cum appetitus ad acerba declinat, aut salsa, vel pungitiua, fit nonnunquam illum apperere terram, ac gipsum, carboneſque nigros, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

hoc ex humore malo frigido in ſtomacho. Plurimũ autem accidit hæc paſſio prægnantibus, & appetitus incontinentia vocatur, maximeque fit primo & ſecundo & tertio menſibus, dum fœtus eſt paruus, nec adhuc præualet multo ſanguine menſtruorum paſci, immo pauco ſed meliori. Quare ſupereſt ſanguis malus, & in ore ſtomachi congregatur, indeque fit malus appetitus Quarto vero menſe ceſſat, quia fœtus iã confortatus eſt ad copiam ſanguinis attrahẽdam, defeceruntque ſuperfluitates, quædam quidem vomitu, qui prægnanti fit; quædam autem imminutione ciborum, quæ ſequitur appetitus defectum. A

Noxius humor in ore ſtomachi eſt cauſa inordinatæ appetitionis.

Accidit autem huiuſmodi appetitus & alijs quàm prægnantibus, cum in ore ſtomachi eorum ſuperfluitates malæ coadunantur. Et ſi quidem humor illic congregatus eſt pungitiuus, ciborum appetitus imminuitur, & ad potum creſcit. Si autem acerbus, in cibos augmentatur, & à potu reprimitur. Acerbus enim humor os ſtomachi congregat, ſimulque materiam, & comprimit eam: vnde quantitas eius imminuitur, & ſubſtantia immergitur, remanentque itaque vacua quædam loca quæ deſiderant repleri natura, indeque fit appetitus, ſicut ab euacuatione & diſſolutione. Si vero ſit humor dulcis, appetitus ciborum & potus ſimul imminuitur, dulce namque vacuitates replet, & os ſtomachi eneruat. B

Appetitus potus inordinatus in quantitate & qualitate.

Porro malitia appetitus in potum, aut in quantitate eſt, aut in qualitate. *In quantitate* quidem, cum homo immoderatè ſitit, & aquam bibit, quod fit aut cauſa fortis caloris, vt in febribus accidit, aut humoris ſalſi, vel pungitiui, vel cholerici in ore ſtomachi cõcluſi. *In qualitate* vero cum hominis inclinatur deſiderium ad malorum potuum qualitatem, quod humoris mali cauſa fit in ore ſtomachi concluſi. C

De Accidentibus cerebro & cordi, ex incommodis oris ſtomachi.

CAP. CXXXV.

Accidentia in ore ſtomachi cauſant morbos in cerebro.

ACcidẽtia porro quæ actioni cerebri contingũt, ex incommodis quæ fiunt in ore ſtomachi, ſunt alienatio mentis, obſtupefactio, ſomni immerſio, epilentia, & mania. *Alienatio* mentis in hac habitudine fit ab apoſtemate calido, quod eſt in ore ſtomachi. *Obſtupefactio* autem, & in ſomno demerſio, fiunt ex oris ſtomachi frigore; quod eſt aut ex mala complexione frigida quæ ipſi dominatur; aut humore phlematico in eo concluſo; aut ex medicamine frigido, vt opio; aut frigido cibo, vt fungis, & lacte acerbo aut frigidi vaporis cauſa, qui à matrice colligitur menſtruorum, aut ſpermatis cauſa tardantis, quod ad cerebrum defertur. *Eadem* eſt ratio in epilenſia; fit enim ex humiditatibus phlegmatis quæ ori ſtomachi dominantur. *Deſipientia* vero fit ex humore nigro qui in ore ſtomachi concluditur, eiuſque vapores ad cerebrum aſcendunt. D

Incommodæ oris ſtomachi efficiũt morbos in corde.

Accidentia vero quæ cordi & arterijs ex incommodis oris ſtomachi contingunt, hæc ſunt: ſyncopis vel defectus, malitia pulſus, boliſmus. *Syncopis* vel defectus fit, aut ex magno dolore qui eſt in ore ſtomachi, aut ſenſus eius virtute, aut cordis ipſius debilitate, venarumque pulſantium, ex qua celerius incommodorum ſuſceptibilia ſunt. *Boliſmus* autem ex oris ſtomachi mala complectione frigida, & ex ciborum imminutione, & virtutis debilitate. *Accidentia* denique quæ cordi cerebroque ſimul accidunt, comparticipationis oris ſtomachi cauſa, ſunt anhelitus malus, eiuſque difficultas. Quod fit ſi os ſtomachi diaphragma comprimat; Aut apoſtematis cauſa quod in ipſo eſt: aut alicuius incommodi quod cerebrum contingit, ex alia ipſius oris ſtomachi paſſione.

De Accidentibus virtuti mouenti, & primo de eius defectione.

CAP. CXXXVI.

Vnde oriatur ceſſatio motus ſiue eneruatio.

ACcidentia quoque quæ ingrediuntur in voluntarij motus actione, tripliciter fiunt, ſicut & accidentia ſenſuum. Aut enim ex toto ceſſat motus, vt in eneruatione: aut imminuitur, vt in dormitionis paſſione: aut eſt in decurſu malo, & ordine. *Ceſſatio* quidem motus, id eſt eneruatio, fit, ſi neruis membrum mouentibus incommodum accidat, quod trãſitum virtutis voluntariè mouentis omnino prohibeat. Et hoc aut ex mala complexione frigida fit, quæ neruos denſat. Aut ex apoſtemate neruos incraſſante, aut ex humore craſſo ipſi neruo inhæriente, ſi coucauus eſt: aut ex compreſſione, quæ neruis accidit non concauis.

Hæcautẽ incommoda ſi in nuchæ principijs acciderint: eorum cauſa totum corpus eneruatur: & huiuſmodi accidens apoplexia, paralyſiſque vocatur. *Si vero* ſint in quibuſdam neruis, eneruatio fit illius mẽbri quod mouebant: & ſi quidem in neruis gutturis, fit eius eneruatio, & dicitur vocis amputatio. *Si autem* in lacertis pectoris, defectus vocatur anhelitus. *Si vero* in lacertis veſicę, fit exitus vrinæ ſine voluntate, qui per voluntatem fieti ſolet ex animalis virtutis actione: fit enim emiſſio vrinæ per reductionem veſicæ virtutis expellentis virtute quæ in ea eſt, & eneruatione, ideſt emollitione ac dilatatione lacerti, qui circumdat os eius: & hoc fit ex animalis virtutis actione: ſic etiam & egeſtio fit inteſtini recti reductione in podicis loco. Igitur egeſtionis mora, vel compreſſio vrinæ eſt accidens naturale, & eius egreſſio præter velle, eſt accidens animale.

Vnde oriatur emiſſio vrinæ & egeſtio ſine voluntate.

Imminutio vero motus contingit cum dormitione, & cauſę quę faciunt dormitionem eædem ſunt, quę & eneruationem, niſi quod minimè fortes ſunt, ſicut illæ quæ motum omnino ceſſare faciunt: hoc autem accidens eſt ex actione naturæ & morbi. Nam ſenſus & motus ibi non ceſſant, quia membrum ad inferiora non mergitur; ſed nec moueri poteſt puro motu, nec ſentit puro ſenſu, propter ea quæ in natura morbus, operatur.

Vnde dormitio in virtute motiua.

De Mala eius habitudine ex actione naturæ, & primo de horrore ac rigore.

CAP. CXXXVII.

POrro ſi in mala ſit habitudine motus voluntarius, horror ab eo fit, & rigor tuſſis, ſternutatio, oſcitatio, ſingultus, ructatio, alices, anguſtia. Et omnia hæc accidentia fiunt ex actione naturæ. Quædam etiã hic accidũt ex actione morbi, vt ſpaſmus & titillatio. Quædam vero ab actionibus naturæ ſimul & morbi, vt tremor, & qui cum dormitione fit motus. Igitur ex his quæ ex actione naturæ veniunt, & primo ab horrore ac rigore incipiemus. *Dico itaque* quod hęc duo fiunt ex humore pungitiuo, qui in membra ſentientia defluit, lacertos ſcilicet ac neruos, eaque pungit ac nocet; & ideo membrum horret ac reducitur propter ſenſus ſui virtutem, expelleuſque virtus expellere vult humorem nocentem. Quemadmodum ſi ſuper corpus fundatur aqua frigida, vel cadat ſuper ipſum ignis ſcintilla, corpus horret atque reducitur, eo quod natura depellere cupiat ſibi nocentia.

Vnde horror & rigor.

Rigorem itaque facientes cauſæ ſunt tres. Prima eſt calor. Secunda frigus. Tertia debilitas caloris naturalis, & materiæ multitudo. *Calor* autem ab interioribus eſt, vt cholera rubea, quam ſequitur proculdubio febris. Aut ab exterioribus, vt ſi ſuper vlcus aut plagam, medicamen acutum ponatur: ſtatim namque patienti fit horror ac tremor. Sic & ille cuius corpus calidis & fumoſis ſuperfluitatibus repletum eſt, cum balneum ingreſſus fuerit, horrore moleſtatur, & quã-

Cauſa rigoris triplex.

doque

doque tremit, eo quod aer balnei ſuperfluitates ad exteriora corporis trahit, quibus & pungitur. *Frigus* quoque aut ab exterioribus eſt, vt ab aqua frigida; aut ab interioribus, vt ex cholera nigra, ſequiturque febris: hic etenim humor horrorem non adducit, niſi cũ putrefactus fuerit. *Tertia* vero cauſa quæ eſt debilitas caloris, & materię multitudo, mortem habet ſubſequẽtem; multa namque materia cum naturalem calorem debilem inuenit, eum ſuffundit, ſuperat, & extinguit. Si vero naturalis calor multus ſit, & materia pauca; calor humorem humiliat, liquefacit, ac diſſoluit.

Rigor eſt cõpoſitus ex frigore & tremore pauco.

Rigor quidem compoſitus eſt ex frigore & tremore pauco; tremor autem fit ab expellentis virtutis fortitudine, quæ eſt in lacertis ad humores nocentes expellẽdos. Ideoque quando cauſa rigorem adducens eſt calida, fortior fit tremor: quia calor fortioris eſt motus, B & magis nocens: ſi vero cauſa ſit frigida, minor erit tremor, quia minor eſt motus frigoris, minuſque lædit. Ob hoc in phlegmatica febri minor eſt tremor quàm in tertiana, propter cauſam frigoris: quia calor naturalis fugit ad profunda corporis, eo quod eius exteriora lædantur & doleant ab humore nocente.

De tuſſi & ſternutatione.

CAP. CXXXVIII.

Vnde tuſſis.

TVſſis ex naturali actione fit corpus regente. Eſt enim motus fortis, ab expellenti virtute factus in inſtrumentis anhelitus, per exitum aeris. Fit autem per reductionem pectoris fortem ſuper pulmonem, quę expellit validè aerem, & cum eo ſuperfluitates pectoris, & canalium pulmonis. Ideoque natura neceſſe habet ad tuſſis complementum, vt fortis ſit eius virtus, quæ ad ſuperfluitates expellendas pręualeat; & vt non ſit materia craſſa, neque viſcoſa, quam efferre natura non poſſit, eo quod meatibus inuiſcata ſit, & anhelitus opilet meatus; neque tenuis, ſed quæ meatibus labatur, & ad locum quo fuerat reuertatur. Ob hoc ergo cum materia craſſa eſt, illam ſubtiliare cum hyſopo, & aniſo neceſſe eſt, & ſi tenuis eſt incraſſare. Si viſcoſa eſt, ſquingibin & ſimilibus incidere.

Tuſſis cauſa.

Tuſſis autem cauſa eſt, aut complexio mala, calida vel frigida, quæ dominatur lacertis pectoris, & pulmoni, & canali eius, & gutturi, nititurq; natura, quod eam lædit, expellere: Aut materia quæ eſt in inſtrumẽtis anhelitus, quam itidem emittere, & à ſe propellere nititur natura. Hæc autem materia, aut ab exterioribus eſt, vt cibo & potu, quæ ſcilicet in canalẽ pulmonis ingrediuntur; puluere quoque, vel fumo: Aut ab interioribus, vt ab humore qui deſcendit à capite, ſicin cantarrho contingit; aut chimo aſcendente ab hepatis gibboſitate; aut aliqua alia re, quæ in pulmonis canali concluſa eſt, vt craſſus humor, aut materia quæ eſt in pleureſi, vel in peripneumonia; aut ſanies, quæ eſt in vlceribus pectoris & pulmonis.

Sternutatio eodem modo fit ſicut tuſſis, ſed non ſolum pectus mundat vt illa, ſed etiã cerebrum & nares.

Sternutatio eodem modo eſt ſicut tuſſis, ex natura corpus regẽte; cum ſcilicet mouetur virtus expellens quod ſibi nocet in ventriculis cerebri, ad exteriora propellere, niſi quod tuſſi mundatur pectus & pulmo tantummodo: ſternutatio vero licet cerebrum purget, & nares: ſimul tamen etiam pectus. Cum enim mouetur cerebrum ad expellendas ſuperfluitates vaporoſas quæ in eo ſunt, inflantur vtrique meatus qui ad nares mittuntur, vt per eos ſuperfluitas craſſa velociter emittatur. Lacerti quoque pectoris per neruos reducuntur, & aeris emiſſio ſequitur, cum quo & ſuperfluitates quæ in pectore ſunt emittuntur.

Sternutatio fit duobus modis.

Itaque ſternutatio maior eſt virtute quàm tuſſis, eo quod egeat natura ſuperfluitates de locis contortis emittere. Fit enim cum cerebrum incaluerit, locaque vacua capitis humefacta fuerint, & aer qui in eo eſt ad arcta loca deſcenderit, vnde & vox eius auditur. Fit etiam ſternutatio ex ſuperfluitate pungente ventriculos cerebri, quam natura deſiderat expellere; ſicut in A tuſſi contingit, & ſingultatione.

Hippocras in libro aphoriſmorum. Sternutatio fit à capite, ex calefacto cerebro, aut humectato, quod eſt in capite vacuo. Effunditur enim foras aer, qui eſt intus, ſonat autem quia per anguſtum fit ei exitus.

De ſingultu, & ructu, & oſcitatione.

CAP. CXXXIX.

SIngultatio, ructatio, oſcitatio, & anguſtia, omnes quoque ſunt ex motu virtutis regentis, ad expellendas ſuperfluitates in membris poſitas, atque pungentes, niſi quod ſingultatio fit etiam quandoque ex *Vnde ſingultatio.* vacuitate ſtomachi (ſi fortè ſpaſmus ei contingat) & B exinanitionis multitudine; & hoc fit ex motu animalis virtutis. *Ructatus* autem fit ex motu virtutis expellentis, *Vnde ructus.* ad propulſandas ſuperfluitates ventoſas in ſtomacho concluſas; & eſt ex ventoſitate ciborum grauante; aut ex ea quæ generatur per debilitatem caloris, cuius eſt cibum decoquere; Aut quæ fit ex virtute caloris nimij cibum comburentis: ex hac enim generatur ructatus fumoſus. *Oſcitatio* fit ex ſuperfluitatibus fu- *Vnde oſcitatio.* moſis, quæ concluduntur in maxillarum lacertis, quas natura purgat, & diſſoluendo emittit. *Alices* autem *Vnde alices* vel extenſiones fiunt ex ſuperfluitatibus vaporoſis in lacertis totius corporis, aut eorum maiori parte, quorum purgationi natura diſſoluendo innititur. *Anguſtia* porro contingit membro rem nocentem depel- *Vnde anguſtia.* lenti, quæ fit aut ex labore, aut ex interioribus cor- C poris.

De accidentibus virtuti mouenti ex ſolo morbo.

CAP. CXL.

ACcidentia vero quę ex ſolo morbo proueniunt, ſunt ſpaſmus in neruis & lacertis, qui operatur quod & virtus voluntariè mouens: lacertum enim *Spaſmus fit ex repletione, vel inanitione.* contrahit, & ad locum quo oritur reprimit. Fit autem ex repletione vel ex inanitione. *Ex repletione* quidem, cũ lacertus, ac neruus humoribus in latum extẽſis repletur; vnde & ad ſui capitis partem quiſque repri- D mitur, & ob hoc eius longum minuitur, ſicut in vaſis de corio fit: vtrem enim ſi immoderatè impleueris, in latum extenditur, imminuto longo. *Ab euacuatione* vero fit, cum ex neruis & lacertis humiditates eductæ fuerint; vnde & exiccati, ad ortus ſui principium retrahuntur: ſicut ſi capillus & corrigia propè ignem ponantur, deſiccantur & recriſpantur; ſic & chordæ citharæ, ſi ad aerem calidum & ſiccum fuerint expoſitæ, dum protenſæ retrahuntur, incidun- *Spaſmus poteſt eſſe in toto corpore, vel quadam eius parte.* tur, atque rumpuntur. *Spaſmus* itaque ſi in toto corpore fiat, epilenſia vocatur: ſi in lacertis palpebrarum, altera clauſa erit, & altera aperta: ſi in lacertis oculi, ſtraboſitas vocatur: ſi autem in ſtomacho, fit inde ſingultatio: ſi vero in vaſis ſpermatis, fit eorum coadunatio: ſi in lacertis maxillarum, facit ſtridorem den- E tium.

Titillatio vero fit ex ventoſitate vaporoſa & craſſa, *Vnde titillatio & quomodo differat à pulſu.* in membro concluſa, quæ dilatat illud & reducit; quemadmodum arteriæ dilatantur, & reducuntur. Differt autem à pulſu; quia pulſus ſemper fit in venis pulſantibus tãtum, titillatio vero fit in omnibus membris qua dilatari poſſunt; vt in lacertis, venis, ſtomacho, inteſtinis, omnibuſque membris inter ſolidum & molle temperatis. Porro in oſſibus & cartilaginibus, quia dura ſunt, ventoſitas concludi non poteſt: ſimiter nec in cerebro, propter humiditatem ſuam, titillatio fieri poteſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De his quæ accidunt ex actionibus naturæ simul & morbi.

CAP. CXLI.

Vnde tremor

DEnique accidentia, quæ simul ex actione naturę,& morbo fiunt,sunt tremor fortis motus,qui membrorum dormitione fit. Tremor enim,motus est membri sursum & deorsum, eo quòd natura membrum ad superiora tollere appetit, & econtra morbus inferius deponit, quod ex virtutis defectione contingit. Huius accidentis, id est tremoris commotio fit, aut ex accidentibus animæ, sicut ira vel timore; fit enim ex his debilitas virtutis motiuæ: Aut ex corporis passione virtutem dissoluente: & hoc fit aut ex morbo consimilium partium, aut ex mala complexione frigidas quemadmodum senibus contingit,& his qui multam aquam bibunt,aut super se fundunt balneando se: sic etiam ei qui multum bibit, idem contingit; vnde calor naturalis submergitur, id est suffocatur; aut ex organico morbo,sicut ex opilatione, quę fit in neruis ex crasso ac viscoso humore, quæ virtutem mouentem prohibet ad membrum peruenire.

Causa tremoris.

Ex pantei. 6. parte. Huiusmodi tamen humor si neruos impleuerit,non tantummodo tremunt nerui, sed omnino motum perdunt. Cum autem partem humores transeunt, partemque implent, & in parte vacua regnat virtus,in plena vero humor viscosus, necesse est tremorem quendam effici, dum virtus partem suã erigit,humor autem deprimit.

De accidentibus virtuti vitali.

CAP. CXLII.

Pulsus tribus modis incommodũ patitur.

Vnde pulsus varietas.

Digestionis tres sunt species, quarũ actiones per 4. virtutes complentur.

Digestioni prima tripliciter accidit

HAli. *vbi supra.* Dicto de causis accidentium,quæ animalibus actionibus contingunt; Iam dicendum restat de illis quæ in actiones vitales sunt; Vt est dilatatio venarum percutientium, & reductio: cuiusmodi actio pulsus vocatur; cui cum aliquod incommodum accidit,aut omnino pulsus deficit, & vocatur pulsus cessatio,qua & vita cessante, mors illico comitatur; aut imminutus,& minor pulsus appellatur; aut aliter est quàm expedit, dum scilicet cursum naturalem egreditur; & varius pulsus nominatur. *Pulsus* quidem minor fit,aut ex nimietate caloris, cum calor immergitur,ad interiora refugiens corporis (inde namque pulsus imminuitur) aut ex debilitate virtus naturalis, cum arterias in omnes eorum virtutes dilatare non possit,sicut in defectu contingit. *Pulsus* autem varietas fit ex pluribus causis extranaturalibus; fit & ex varijs morbis & accidentibus;augetur enim & minuitur iuxta rerum extranaturalium augmentationem & minutionem.

De accidentibus naturalium actionum, & primo digestiuę primæ in stomacho ex causis interioribus.

CAP. CXLIII.

SEquitur de accidentibus naturalium actionum, quarum est vnum genus completum, scilicet pascere & nutrire. Nutrire autem est cibum membro quod nutritur assimilare, quod per appetitus actionẽ efficitur,& per digestionem. De accidentibus quidem appetitui, iam superius dictum est. *Digestionis* autem species sunt tres. Prima fit in stomacho,cum cibus in succositatem vertitur. Secunda in hepate, cum ex cibi succositate sanguis generatur. Tertia vero in membris singulis, cum scilicet sanguis in membri naturam alteratur. Harum autem singularum digestionum actio per quatuor virtutes completur,sicut aliàs dictum est,scilicet attrahentem, retinentem, nutrientem, & expellentem. *Digestioni* primæ quæ fit in stomacho accidunt nocumenta, quemadmodum reliquis omnibus actionibus: aut enim omnino deficit, sicut accidit in fastidio: Aut imminuitur, vt in ructatu fumoso vel acerbo;aut eius decursus aliter quàm oporteat inuenitur, sicut cum in stomacho cibus in ventositatem vertitur. *Huiusmodi* autem digestionis accidentium causę duæ reperiuntur: Vna scilicet ab interioribus; altera vero ab exterioribus. *Ab interioribus* incommoda sunt, quæ digestiuæ virtuti accidunt. Et hæc,aut ex morbo consimilium partium fiunt, qui stomacho accidit;qui si calidus est, cibos in fumositatem mutat,atque putredinem; si frigidus,in acerbitatem:aut ex humoribus in stomacho conclusis; qui si cholerici sunt, ructatus fit fumosus; si phlegmatici,acerbus; Si vero immoderatè frigidi digestionis cessatio & lienteria efficitur; si non immoderatè, ventositas generatur:aut certè fiunt ex aliquo morborum organicorum,vt apostemate calido & frigido, quæ stomacho vel ori eius accidit,vnde virtus eius debilitatur, scilicet ad digerẽdum. *Et intellige,* quod maior fit corruptio digestionis, quæ est ex debilitate virtutis digerentis, & peius est malum,quàm quæ fit ex complexione mala calida vel frigida. Humida vero & sicca digestionem quidem minuunt, sed non auferunt; nisi fortè eousque deductio fiat,vt ad consumptionem veniatur.

incommodũ, & quidẽ interdum ab interioribus, interdum ab exterioribus.

Vnde magis corrũpatur digestio ab intrinseco.

De accidentibus eidem ex causis exterioribus.

CAP. CXLIV.

CAusa vero exterior,aut ex cibo est,aut ex somno: ex somno quidẽ,quia si multus fuerit,erit digestio bona;si paucus & breuis, mala. Ex cibo vero fit mala quatuor ex causis. *Prima* est ex eius quantitate. Nam si pauci sunt cibi, stomachusque calidus, in fumositatem alteratur cibus: si vero multus,simulque corruptio difficilis,& virtus valida,somnusque longus,fit abinde digestionem immorari tantummodo. Quod si celeris digestionis sit, & calor fortis, accidit corruptio;siue breuis,siue longus sit somnus: si vero calor debilis sit, & multi cibi,difficilesque corrumpi, somnus autem breuis,fastidiositas abinde fit. *Secunda* causa est ex cibi qualitate;nam si cibus calidus est,& stomachi complexio similis,in choleram mutatur; vt mel si iuuenibus,& calidæ complexionis hominibus offeratur,in choleram alteratur,& in eorum stomacho mutatur. Quod si cibi frigidi sunt,& stomachus simíliter vt in senibus,cibus in acerbitatem in ipso mutatur, vt lac. *Tertia* est ex horæ iustę priuatione,eiusque dilatione; vt si detur cibus statim post vigilias, digestionem corrumpit. *Quarta* est ex eorum quæ porriguntur ordine. Si enim cibi ventrem arctantes sumantur,& postea cibi emollientes; inde natura constipatur, & cibi qui ventrem molliunt corrumpuntur: vti etiam si cibi tardæ digestionis sumantur primum, vt caro, & oua solida; deinde vero cibi velocis digestionis, vt melones, & cucurbita, accidit posteriores corrumpi: priores namque digestionis suæ tarditate à stomacho descendere morantur; hi vero qui citæ digestionis sunt, dum digestus sui decursum ad exteriora nõ inueniunt in stomacho corrumpuntur.

Digestio ab extrinseco fit mala,tũ ex defectu somni;tum ex cibo, & hoc quadrupliciter.

1. *Ex cibi quãtitate.*

2. *Ex cibi qualitate.*

3. *Ex horæ iustæ priuatione.*

4. *Ex eorũ quæ porriguntur ordine.*

Oportet autem medicum expressius intueri & diiudicare, quæ digestioni accidant nocumenta digestiuæ virtutis culpa; & quę ciborum, vel etiam somni fiant causa. Nam quæ culpa virtutis accidentia fiunt, ad sanandum difficilia sunt, & quandoque non sanantur; eiusque malum ducit ad lienteriam, & vt nullo modo cibus in stomacho immutetur, aut certè in ventositatem. denique si corruptio digestionis sit, & tamen cibus in qualitate, & quantitate, & iuxta consuetudinem temperatus est; tempus quoque quod oportet, & ordinem seruat quem expedit, ex culpa virtutis digerentis corruptio fit.

Medicus debet bene perpendere ex qua causa accidat digestioni nocumentum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Accidentibus virtuti attractiuæ.

CAP. CXLV.

Virtuti attractiuæ sicut & prædictis fit nocumentum.

QVoniam autem digestio per quatuor virtutes completur, scilicet attrahentem, retinentem, digerentem, & expellentem; Et quia digestionis primæ cum causis suis accidentia, quę fiunt in stomacho diximus; æquum est, vt etiam reliquarum trium accidentia virtutum, quæ in prima digestione fiunt, ostendamus. *Attractionis* quidem stomachi, sicut ex cæteris accidentibus, incommodum triplex accidit, scilicet cessatio, vel imminutio, vel malitia, id est inordinatio. Hæc autem, aut causa malæ complexionis, aut causa morbi organici fiunt. *Malæ* complexionis morbus, aut B ex calore est, aut ex frigore. Et si quidē hæc immoderata fuerit, id est maxima, nihil omnino stomachus attrahit; atque huiusmodi attractionis cessatio, vocatur stomachi eneruatio. Si vero parua, debilis attractio fit, sicut in eneruationis principijs accidit. *Morbus* autem organicus est, vt apostema, quod accidit meri, vel oris stomachi; aut cum in eorum altero caro supercrescit, meatumque corrumpit, vt stomachus attrahere nequeat ad ipsum transmissa. Et hæc quoque opilatio, si magna est, cessat attractio; si non magna, minuitur; si vero modica, fit attractio mala, idest inordinata, & alia quàm oportet, vt spasmica, vel tremulosa, ac titillosa. *Quæ* scilicet accidentia fiunt, si virtus fortis non fuerit quæ morbum euincere possit, vt diligenter attrahat; sed nec ita debilis, quam morbus superet, & C eius attractionem cessare faciat; sed fit in huiusmodi re, quemadmodum vbi natura morbusque simul contendunt, vt in tremore dictum est.

De Accidentibus virtuti retentiuæ.

CAP. CXLVI.

Vnde læditur virtus retentiua.

REtentio quoque ciborum in stomacho, aut omnino cessat, quemadmodum in lienteria fit, in qua cibi non immutati à stomacho egrediuntur; aut imminuitur, & abinde ventositas, aut inflatio, vel rugitus efficitur; nec super cibum stomachus vt oportet reducitur. Et hoc, aut propter malam complexionem D frigidam, aut propter cibum qui generat ventositatem, aut propter digestionis paucitatem, vnde digestionis exitus acceleratur. hoc autem fit cum cibus in stomacho non bene retinetur, vnde nec bene digeritur, nec succositas ad hepar mittitur, humidaque & liquida abinde digestio egreditur, aut vero cibus ipse in stomacho corrumpitur, indeque putrida egestio sequitur. *Quod* si huiusmodi corruptio fit ex mala complexione calida, vel ex cholera, punctura comitabitur; si autem ex mala complexione frigida, vel ex phlegmate, ventositas & inflatio sequetur.

Ex quo malo stomachi oriatur singultatio & vomitus.

Aliquando vero fit in stomacho ciborum retentio mala, vt spasmosa, vel tremulosa, indeque singultatio fit, & vomitus. Quorum scilicet duorum accidentium motus spasmicus est, & non verè spasmus. Verus enim E spasmus in neruis fit, singultatio autem & vomitus, ex retinenti virtute simul & expellenti sunt. Retinens namque virtus retentionem vult, id est apperit retentionem eorum quę apud illam sunt. Si autem in stomacho est aliquid nocens, virtus expellens insurgit, ipsumque expellit; & si quidem ipsum lędens in eius substantia fuerit, singultatio fit, quia stomachus totus hoc à se repellere appetit. Si vero sit in fundo stomachi, vomitus accidit; quia stomachus ea quæ calusa sunt in eius concauitate, nititur expellere, siue sit humor crassus, aut certè si alias fuerit malus, intantum vt in his duobus necesse sit stomacho sustolli, donec proximus fiat ori.

De Accidentibus expulsiuæ.

CAP. CXLVII.

Virtus expulsiua interdum omnino cessat.

EXpulsionis etiā accidentia tribus his modis fiunt. *Aliquando* nāque cessat omnino, sicut in cholica passione, quæ vocatur ileos, hæc omnium cholericarum difficilior est, & fit aut apostemate calido, quod in intestinis subtilibus oritur, ipsumque febris ac tussis imitatur; aut debilitate virtutis expellentis: Nec est cum hoc habitu febris vel tussis; & fit huiusmodi vitium aut ex mala complexione frigida, aut frigidorum ciborum causa, vel opilatione facta propter egestionem siccam, anfractibus intestinorum immixtam; simulque cum eo fit intestini grauitas, torsio, rugitus, & inflatio. Hæc autem cholerica passio nonnunquam validam præcedit dysenteriam.

Interdū minuitur, & interdum sit inordinata.

Aliquando vero expulsionis actio diminuitur, cum scilicet descensus egestionis difficiliatur, id est induratur. *Aliquando* vero eius habitus ac decursus malus est, id est inordinatus; indeque fit lienteria, cum virtus expellens mouetur, antequam in stomacho cibus minutetur; quod fit humoris acuti causa stomachum pungentis, aut huiusmodi cibi, qualis est sinapis, aut acetum acerrimum: Aut certe ipsum stomachum grauat cibus, eique nocet, & ob hoc expellitur. Hæc sunt igitur accidentia virtutis expellentis, quæ in stomacho est, actionem ingredientia.

De Accidentibus prædictarum virium in intestinis.

CAP. CXLVIII.

Stomachus & intestina sæpe extra naturam operātur, attrahendo ab interioribus, & per os expellendo.

POrro quæcumque circa stomachum de attractione & expulsione dicta sunt, etiam in intestinis intelligenda sunt; maximèque de actione virtutis expellentis; hæc enim in intestinis fortior est omnibus alijs. *Sciendum* autem, quòd & stomachus & intestina, plerumque & attractiuam & expulsiuam vim operantur extra naturam. Cum enim stomachi sit à meri cibum attrahere, & ad intestina depellere, vt alia ab aliis purgamenta attrahant, & foras emittant; nonnunquam vrgente necessitate contingit stomachum ab intestinis purgamenta trahere, & ad meri per vomitum pellere; sed etiam intestinis accidit, vt ab inferioribus purgamenta attrahant, & ad stomachum pellant, sicut accidit in cholica passione, quam ileos vocamus, & in conclusionibus & expressionibus. In ileos quidem, quia cum virtus expellens mouetur, vt egestiones inferius pellat, & fluxum ad exteriora propter opilationem non inueniat, ad superiora expellit, easque intestina hæc ad illa depellunt, donec ad stomachum veniatur, stomachus autem ad meri, à quo per vomitum exterius pelluntur.

Quid ex cōclusione subsequatur.

Conclusio vero accidit plurimum ei, qui cum egestiones emittere, vel ventositates ab inferioribus, indiget, earum emissionem prohibet, amputatque ventositatis exitus, & egestionem concludit; quæ cum exitus viam non inuenit, ab intestinis ad superiora subito redit, donec ad stomachum veniat; fitque vomitus, & corruptio appetitus. Hæc est assignatio accidentium quæ primæ digestioni accidunt cum causis luis.

De Accidentibus secundæ digestionis.

CAP. CXLIX.

Incommoda 2. digestionis etiam tribus modis euenium, & tā ab interioribus quàm exterioribus causis.

SEcundę vero digestioni, quę est generatio sanguinis in hepate & venis, accidunt similiter incommoda tribus modis; aut enim omnino cessat, dum ciborum succositas quæ ab intestinis ad hepar & venas dirigitur, in sanguinem omnino non alteratur, sed

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

alba remanet, *Aut* imminuitur quidem, dum in hepate veniſque, ſuccoſitas hæc alteratione quadã immutatur, ſed non plena. *Aut* eius actiones aliter quàm oporteat exhibentur; eademque ſuccoſitas in hepate mutatur, aut in choleram rubeam, ſicut contingit hictericis, aut in choleram nigram, ſicut hydropicis & leproſis *Horum* autem virtutis accidentium duo ſunt genera cauſarum; vnum ſcilicet ab interioribus, alterum ab exterioribus.

Cauſa interiores ſunt triplices.

Cauſarum quæ ſunt ab interioribus triplex eſt differentia. *Prima* eſt mala complexio: Et hæc quidem, aut eſt calida, & ab eo mutatur ſuccoſitas in choleram rubeam; aut ſi calor immoderatus eſt, in choleram nigram: aut eſt frigida, tuncque ſuccoſitas ſanguis aquoſus efficitur; Aut ſi frigus immoderatum eſt, ſuccoſitas omnino non alteratur. *Secunda* eſt morbus organicus, vt opilatio quæ venis accidit; aut ex craſſo & viſcoſo humore, aut propter apoſtema quod illas comprimit. *Tertia* eſt ex natura ſuccoſitatis ad hepar à ſtomacho venientis: Nam ſi multa eſt, non eam hepar totam in ſanguinem alterat, ſi pauca in choleras eam mutat. Item ſi calida eſt, hanc etiam in choleras immutat; ſi vero frigida, in phlegma, & in ventoſitatem, iuxta frigiditatis magnitudinem & paucitatem.

Cauſæ exteriores variæ.

Hali vbi ſupra. Cauſa vero quæ ab exterioribus procedunt ſunt exercitium ſiue negotium, balneum, cibus, coitus, & cętera huiuſmodi, quę ab exterioribus obuiant corpori. His enim ſi quis aliter quàm oporteat in qualitate, quantitate, tempore, & ordine vtatur, chimi mali per hoc in corpore multiplicantur. *Itaque* ſi pipere, & allio, & cæpa ſæpius vtatur, choleræ rubeę generatio in eo multiplicatur; ſi carne vaccina, caulibus, & lenticula, multiplicatur in eo cholera nigra; ſi vero lacte, & fungis, piſcibuſque recentibus, generatur in eo phlegma. *Porro* ſi labore multo ante cibum vtatur, & exercitio; cibumque minuat, ac ieiunio plurimo vtatur; in eius corpore cholera rubea generatur.

Quinam morbi generentur ex abundantia quorumlibet quatuor humorum.

Eodem modo ſe habet res, ſi quis huiuſmodi rebus vtatur, quæ in corpore multiplicant humores; & fiunt ab vnoquoque humorum, cum in corpore multiplicati fuerint, accidentia plurima. *Ex cholera* ſiquidem rubea, ſi ſit in omni corpore, generatur ictericia; ſi in vno membro ſit, eriſipila. *Ex cholera* vero nigra ſi plurima fiat in omni corpore, generatur morphea nigra; ſed quando in quibuſdam membris, cancer, & durum apoſtema. *Porro* ex humore phlegmatico, ſi multus fuerit, fit hipoſarcha, hydropiſis, & lepra; ſi in membris quibuſdam, apoſtema molle, quod dicitur zima: *denique* ex aquoſa ſuperfluitate cum multiplicatur in corpore, fit hydropiſis timpanita; ſi vero in quibuſdam membris, inflationes fiunt ſiue veſicę.

De Accidentibus tertię digeſtioni.

CAP CL.

Vnde ceſſatio à cibo vel à 3. digeſtione.

TErtiæ denique digeſtioni, quæ cibum membris quę paſcuntur ſimilem facit, nocumentum quoque tripliciter accidit; aut. n. omnino ceſſat, nec aliquo modo corpus paſcitur, ſicut in ptiſico morbo contingit, & in alienatione; aut imminuitur, ſicut fit in macie; aut eius actio fit aliter quàm oporteat, ſicut in lepra fit ex morphea. *Cibi quidem* ceſſatio vel priuatio, qua nihil comeditur vel bibitur, fit, aut quia quælibet quatuor naturalium virtutum aliqua accidentia patitur, & ab actione ſua, propter malam complexionem, debilitatur. Immutans enim virtus ſi infirmetur paſcendo, non poteſt membro cibum aſſimilare, fiuntque abinde multæ ſuperfluitates in corpore, quæ & varios morbos pariunt. Porro virtus attrahens, ſi fortis ſit, vt multam cibi quantitatem attrahat; digerens autẽ debilis, vt attracta non prævaleat immutare, ſuperfluitas fit in corpore. Infirmata denique expellenti ab expulſione ſuperfluitatem quæ congregatę ſunt in corpore, fiunt accidentia peſſima, iuxta ſuperfluorum naturam.

Vnde macies vel diminutio 3. digeſtionis.

Macies autem efficitur propter cibi potuſque paucitatem, aut propter nocumentum quod in has quatuor virtutes ingreditur. *at vero* ictericia, morphea, lepra, elephantia, & ſimilia, ex hoc efficiuntur, quòd in huiuſmodi habitudinibus, membris paſtis, cibus nequaquam aſſimilatur, quin potus membrum quod paſcendum eſt, cibo ſimile efficitur; & hoc propter malitiam materiei qua membrum paſcitur.

Vnde morphea lepra, &c.

De Accidentibus habitudinum corporis.

CAP. CLI.

POrro habitudinum corporis accidentia, quæ fiunt ex corruptionibus digeſtionum ſecundæ & tertiæ, ſunt ictericia crocea & nigra, elephantia, morphea alba & nigra, lepra, nigredo linguę, & his ſimiles colores, qui apparent in corporis ſuperficie.

Vnde ictericia crocea.

Conſtan. in pantes. Ictericia crocea eſt ex hepatis caliditate nimia, ita vt ſanguinem in choleram mutet, ac toti corpori per venas mandet, & cutem corporis in citrinitatem transformet: Vel etiam ex venarum nimio calore, ſanguinem in citrinum mutante. Vel etiam ex conſtipatione viæ fellis ad hepar tendentis, ne choleram ab hepate trahere poſſit, vnde cholera remanens in ſanguinem per corpus ſe ſpargit, cutemque tingit. Quod ex humore viſcoſo fit in via fellis, ſiue apoſtemate hepatis, vias ipſius fellis contingentis.

Vnde ictericia nigra.

Ictericia nigra eſt ex nimio calore ſanguinem incendente, & in choleram nigram mutante, vel ex frigore melancholiam faciente, vel ex conſtipatione viæ ſplenis, quæ cum fæces non extrahat ſanguinis, commixtos eos ſanguini dimittit, & ita per totum corpus diſperſi, cutem corporis tingunt. *Lepra* eſt, cum ſanguis ſubſtantialis, & incenſione nimia corruptus, in choleram nigram transformatur: Vel complexio mẽbrorum corporis ex nimietate caloris ſanguinem incendit, & in choleram nigram traducit: Vel eadem complexio mutata in melancholiam traducitur ex frigiditate nimia; vel eius cibus in naturam cum conuertitur.

Vnde lepra.

Vnde morphea nigra.

Morphea nigra eſt cum exteriora membra, vel cutis in nigredinem ſe mutat, interiora tamen ſana ſunt; hęc ſi debilis fuerit, morphea tantum erit; ſi vero fortiſſima, erit lepra. *Morphea* alba, eſt ex phlegmatis cauſa, cum ſanguis in hepatis complexione frigida & humida mutatur in phlegma, cui aſſimilatur etiam exteriorum membrorum natura. *Linguæ* nigredo fit, cum fumus, id eſt humor calidus hepatis, aut pectoris, vel ſtomachi, ad linguam aſcendit, & eam incendit. Ex hac autem ratione conſideranda ſunt omnia accidentia, in exteriori cute apparentia.

Vnde morphea alba.

Vnde lingua nigredo.

De his quæ apparent in exeuntibus à corpore extranaturali modo.

CAP. CLII.

Hali. vbi ſupra. Iam vero nunc de his quæ in exeuntibus à corpore apparent, diſputandum videtur. Omnia quidem quæ à corpore emittuntur, aut naturalia ſunt, aut extranaturalia. *Naturalia* ſunt vt egeſtio, vrina, menſtruum, ſudor. Horum accidentia fiunt, aut in quantitate, vt egeſtio, vel vrina multa: Aut in qualitate, vt vrina, vel egeſtio nigra, cum huiuſmodi nigredo non naturalis ſit. *Extranaturalia* verò ſunt, vt ſanguis, qui de naribus, vel aliunde fluit. Sanguis enim egreſſus ex vaſis ſuis per ſeipſũ, minimè eſt naturalis.

Quæ à corpore emittũtur quædam ſunt naturalia, quædam extranaturalia.

Omnia vero quæ egrediuntur à corpore, ſi naturalem deſerant curſum, eorum egreſſio fit ab aliqua triũ cauſarum. Prima eſt ex parte virtutis. Secunda ex materia. Tertia ex membro à quo emittitur. *Ex* virtute quidem, ſi retentiua debilis eſt, nec materiam retinere prævalet; aut expulſiua valida eſt, & actionem

Tres ſunt cauſæ emiſſionis extranaturalis.

retentiuę

retentiuæ prohibet, materiamque remittit. *Ex materia* vero, aut propter eius quantitatem, vt ſi multa eſt, grauatque virtutem, ad ſui cogit expulſionem: vt cibi ſi multi ſint, ſcilicet ad vomitum: & eruptio ſanguinis, ſi in ſuis multiplicatur vaſculis: Aut propter ipſius qualitatem, vt ſi ſit pungitiua, quæ naturam ad eorũ quæ pungunt & nocent expulſionem cogat, & acuta quæ venas acumine ſuo comedat, aut humida quæ venas attenuet & emolliat, eaſque cito crepare faciat: *Ex membro* denique, ſi debile ſit & fragile rarumque ſcilicet vt facile rumpatur, & egreſſio materierum accelereturr aut etiam ſi durum ſit ſiue ſiccum, ſcilicet ad fiſſuras facile. *Omnis* autem fiſſuræ crepationiſque cauſa, aut eſt exterior, vt illiſio, caſus, & huiuſmodi: aut interior, vt materiei multitudo, quæ ex ſua grauitate extendit ac diſrumpit, emollitque membrum ad quod accelerat ruptura.

Fiſſura ſeu crepationis cauſa.

De his quæ ſunt in euacuationibus naturalibus, & primo in egeſtione.

Cap. CLIII.

Euacuatio naturalis quadruplex.

NAturales euacuationes, vt dictum eſt, ſunt egeſtio, vrina, menſtruum, ſudor: In egeſtione tripliciter apparent accidentia, ſcilicet in tempore, in qualitate, & quantitate. *In tempore* quidem cum eius emiſſio ante digeſtionem acceleratur, aut ab hora ſolita immotatur. Emiſſionis acceleratio fit, aut ex ciborum multitudine, qua virtus grauatur, & ob hoc eam expellit; aut quia cibus acceptus inteſtina pũgit: vnde & ipſa eum à ſe propulſant, aut quia humidus eſt, & viſcoſus: aut quia paucus. Egeſtionis autẽ mora fit, aut propter expulſiuæ debilitatem, & retentiuę vires: aut ſi cibi tam pauci ſunt, vt egeat natura quãcunque in cibo inuenitur humiditatem attrahere: aut ſi ſtringentes ſunt & conſtipantes: aut quia lacerti qui ſunt ſuper ventrem debiles ſunt à reductione ſuper inteſtina.

Incommoda egeſtionis ex tribus cernũtur, ſcilicet ex mora, ex quantitate, & ex qualitate.

In quantitate vero egeſtionis apparent accidentia, aut in multitudine, aut in paucitate eius, aut in aſſellationum numero. In multitudine demum, aut ex copia ciborum, aut quia ſuccoſitas eorum ad hepar non mittitur, aut propter humiditates multas quæ defluũt ad inteſtina. In paucitate vero, quæ eſt aut ex paucitate ciborum, aut ex multitudine ſuccoſitatis quæ ad hepar mittitur, aut quia paucæ ſuccoſitates ad inteſtina mittuntur. *Egeſtionum* numeri pluralitas, aut retinentis fit debilitate virtutis, aut abundantia expellẽtis, aut eneruatione lacerti qui circumdat extremum ani. Expellentis abundantia virtutis, aut ex medicamine laxatiuo fit; aut ex cibo in quo eſt laxatiua virtus, aut propter cibi corruptionem, aut propter acutarum materierum ad ambo inteſtina in corporis parte decurſum; aut quia generantur ſuperfluitates in ipſis inteſtinis, aut quãdo ſunt in eis vlcera, aut propter multitudinem naturalis ſenſus inteſtinorum. Numeri vero paucitas fit ex cauſis his contrarijs.

Vnde multitudo & paucitas egeſtionum.

De his quæ in eadem apparent ſecundum qualitatem ab interiori cauſa.

Cap. CLIV.

Qualitas egeſtionis ab interiori cauſa.

EXitus porro naturalis egeſtionis in qualitate, ab exterioribus cauſis fit, & ab interioribus: Ab interiori quidem, à cibo ſcilicet, aut propter quantitatem, aut propter qualitatem, aut propter corruptionem eiuſdem. Ex quantitate cibi ſi multus ſit. Multus autem dicitur, aut quia temperantiæ modũ trãſit, aut quia virtus nõ ſufficit, aut virtutis reique cauſa ſimul. Ex qualitate vero, ſi malum aliquem generet humorem, aut ventoſitatem.

Vnde ventoſitas in ſtomacho vel inteſtinis.

Ventoſitas in ſtomacho vel inteſtinis generatur, aut propter cibum cuius eſt ipſam generare, vt eſt phaſeolus, faba, & ſimilia; aut propter caloris ſtomachi debilitatem, vel imminutionem. Nam ſi ſtomachus frigidus ſit, ventoſitas in eo non generatur, ſicut nec vẽti nebulæ producuntur ex frigoris nimietate. Similiter etiam cum ſtomachus & inteſtina fortiſſimi caloris ſunt, non generatur ventoſitas, quia calor eam diſſoluit & diſſipat, ſicut in æſtatis tempore, quando nimius eſt æſtus, nec venti apparent, nec nebulæ. Cum vero ſtomachus debilis eſt, indeque inteſtina, tũc ventoſitas in eo cauſatur, eo quod ad ſubtiliandum cibũ foramina non ſint, & ad poſt diſſoluendam ventoſitatem; ſicut & in verno tempore venti multiplicantur, & autumnali, propter caloris debilitatem. *Ventoſitas* autem ſtomachi & inteſtinorum, aut egreditur, aut interius remanet; & ſi quidem à ſuperioribus, ideſt ab ore egreditur, ructatio dicitur; ſi autem ab inferioribus, aut cum ſono, aut ſine. Quæ vero cum ſono fit aut habet ſonum clarum, & ex inteſtinorum & ſtomachi vacuitate fit, & ſiccitate; aut cum rugitu fit ac ſtrepitu; & hoc ex humida egeſtione, aut inter hæc media exiſtit.

Ventoſitas variis modis egreditur.

De his quæ apparent ab exteriori cauſa.

Cap. CLV.

Qualitas egeſtionis ab exteriori cauſa.

AB exteriori vero, egreſſus egeſtionis à naturali habitudine ſecundum qualitatem, fit humoris cauſa qui ad inteſtina defluit; & hæc, aut ſolius naturæ cauſa eſt, vt ſolutio per quam fit criſis, & hęc vtilitatẽ conferi; aut ex morbo ſolo, vt dyſenteria, quæ fit ex membrorũ liquefactione: aut ex vtriſque ſimul, vt ſolutio quæ quaſi lotura carnis eſt recentis.

Sãguis qua tuor modis per ſolutionẽ egreditur.

Sanguis autem qui per ſolutionem egreditur, iiij modis exit: *primus* eſt ſanguinis ſolius, ſicut accidit illi cuius abſcinditur pes, vel manus. Remanẽs enim qui deputatus fuerat illi membro ſanguis, in eius corpore congregatur, quem natura per ſolutionem expellit, ſic & qui conſuetum habet exercitari cum illud dimittit, ſanguis qui ad exercitium diſſolui conſueuerat, in eius corpore congregat, quem natura per ſolutionem euacuat: Huius autem ſanguinis egreſſio circularis fit. *Secundus* modus diſſolutionis eſt, qui loturæ carnis recentis eſt ſimilis, & hoc ex debilitate fit virtutis immutantis, quæ eſt in hepate.

Tertius eſt ſolutio ſanguinis cum moleſtia. Quod fit cum hepar ſanguinem quantum expedit immutauerit, ſed ad membra propter aliquam opilationem in venis factam peruenire nequit, ſicque dum in hepate remanet diutius, eius color ad nigredinem declinat parum. Cumque ergo noceat hepati natura ad inteſtina eum expellit, ac per ſolutionẽ emittit. *Quartus* eſt emiſſio ſanguinis, quæ paulatim inter tempora propinqua fit; & in hac quandoque purus eſt ſanguis & bonus, & nunquam coagulatus. aliquoties autem cum eo ſanies egreditur, vel etiam exit ſquamoſus, & cum vlcerum corticibus: & ſi cum ea frigus nimium ſit, tenaſmos vocatur, dyſenteria vero aut ab hepate fit, aut ab inteſtinis.

De Accidentibus apparentibus in vrina.

Cap. CLVI.

Incommoda vrina proueniunt tũ ex renibus, tum ex veſica, ratione ſcilicet quãtitatis & qualitatis.

ACcidentia vero quæ apparent in vrina, aut ex renibus fiunt, aut ex veſica. Et quæ ex renibus, aut ex quantitate, aut ex qualitate. *In quantitate* quidem, ſi eius immoderatus ſit egreſſus, aut congregatus non egrediatur, aut certe cum difficultate, & paulatim egrediatur. In qualitate vero, aut ex mala complexione quæ in renibus accidit, aut ex mala frigidaque complexione, quæ dominatur hepati: ſitque multa ſanguinis aquoſitas, quam renes cum attraxerint ad veſicam mittunt, & veſica extra. *Non exire* autẽ vrinam fit, aut ex expellentis debilitate virtutis, cum fortitudine retinentis, aut ex

opilatione

Quanam impediat ex ipſa vrina.

opilatione aliqua, quæ vrinæ meatibus accidit. Hæc autem, ſcilicet opilatio fit, aut ex humoribus craſſis atque viſcoſis, aut arena lapidibuſque quæ in veſica generantur, aut apoſtematis cauſa quod fit in renibus, comprimitque meatus. Arena vero & lapides ex humore craſſo phlegmaticoque generantur, quem fortis calor deſiccat & ſolidat. Hæ cauſæ cum debiles ſunt, difficultas fit vrinæ.

Qualitates vrinæ malæ.

Et in qualitate quidem apparent accidentia vrinæ, aut in colore, ſi nigra eſt, quod ex caloris eſt nimietate, vel aduſtione; vel alba, ſicut videlicet ex frigore accidit; aut rubea, ſicut accidit ex opilatione; aut in odore, ſi ſit fœtida, ſicut in putridis febribus.

Quæ vero propter veſicam accidunt in vrina, aut in quantitate conſiderantur, aut in qualitate. *In quantitate* quidem ſi immoderatè egreditur, aut concluditur, aut difficile exit. *Immoderatus* exitus fit, vt cum lacertus qui veſicæ collum circundat, eneruatus fuerit. Et hoc ex immoderata fit humiditate, aut ex virtutis retinentis debilitate, & expellentis fortitudine, aut aquæ copia bibitæ, aut vlcerum cauſa veſicæ, qua cum vrina purgatur, expellitur, & emittitur, & cum ardore. *Concluſio* autem vrinæ, moraque ejus & difficultas, aut ex debilitate fit virtutis expellentis, & vim retinentis, aut ex mala ſiccaque complexione quæ dominatur veſicæ: aut immoderata, vnde & vrina deſiccatur, ſicut in aduſtis febribus contingit; aut propter opilationem quæ accidit, aut ex humore craſſo vrinæ meatibus inhærente, qui in veſica ſunt, aut ſanguine coagulato, aut ſanie craſſa, aut carne ſuperflua, aut verrucis quæ in meatibus oriuntur, aut ex oris veſicæ coarctatione & reſtrictione, quę & ex apoſtemate fit; aut nimia quæ reprimit cõgregat & reducit ſiccitate. *Accidentia* vero in vrinæ qualitate, aut in odore ſunt, vt ſi putrida ſit; aut in colore, vt ſi eſt alba vel nigra; aut in liquore, vt ſi tenuis ſit aut ſpiſſa; aut in ſubſtantia, ſi ſaniei mixta ſit, & ſanguini vlcerum, quæ in veſica ſunt, vel cauſa apoſtematis, cuius eſt eruptio facta.

Vnde immoderatus exitus vrinæ.

Vnde vrina difficultas.

Accidentia vrinæ in qualitate.

De Accidentibus quæ apparent in menſtruis, & ſudore.

CAP. CLVII.

Vnde immoderatus exitus meſtruorum & illorum retardatio.

MEnſtruorum autem egreſſio extra naturam, aut in quantitate fit, aut in qualitate. In quantitate quidem ſi maior eſt quam oporteat, vel etiam minor, aut ſi concluſa non exeant. *Maior* emiſſio fit, aut propter virtutem, vt valida ſit pellens, & debilis retinens; aut propter materiam, ſi tenuior ſit, ſubtiliorque quam conuenit, aut ſi maioris ſit quantitatis, vt naturam grauet, & ab ea expellatur; aut propter mẽbrum, vt ſi venarum ora quæ ſunt in matrice dilatata fuerint, & aperta, matrixque rarificata. *Concluſio* vero menſtruorum ex cauſis fit contrarijs, craſſitie, ſcilicet ex materiæ paucitate, aut ſi venarum ora quæ ſunt in matrice ſpiſſentur, aut ab expellentis debilitate virtutis, & vi retinentis.

Sudor naturalis & extranaturalis.

Sudor alius eſt naturalis, & hic bonus eſt in diebus criticis, & in exercitijs temperatis, & in balneis: Et cuius complexio calida eſt, & interiora membra fortia, ſudor eius maior eſt, & à profundioribus. *Alius* eſt extra curſum naturalem poſitus, quæ ſcilicet ex conſumptione fit carnis; hic namque ſudor ea tãtum euacuat à corpore quæ ſunt vtilia. *Eſt etiam* ſudor medius qui ex immoderata fit humiditate: In hac enim habitudine exit, & quod eſt vtile, & quod inutile. *In quantitate* quidẽ ſi nimius fluat, quod fit ab humiditatis multitudine, vel eius tenuitate, vel ex pororum dilatatione, vel expellentis virtutis fortitudine. Item ſi paucus ſit, quod ex contrarijs cauſis fit, ſcilicet ex humiditatis paucitate, aut eius ſiccitate, vel craſſitie, vel porcorum conſtipatione. *In qualitate* vero à natura ęgreditur, aut in colore, vt rubeus ſudor, qui ſignificat ſanguinem; & citrinus qui cholerã rubeam. Aut in odore, vt ſudor putridus, qui putredinis eſt ſignificatiuus.

Sudor quandoque excedit in quantitate quandoque in qualitate.

De ſignis communibus diſpoſitionum corporis.

CAP. CLVIII.

Tria ſunt ſignorum genera.

IDem *in ſermone* 7. Aſſignatis accidentibus morborum cum cauſis ſuis, reſtat dicẽdum de ſignis quorum tria ſunt genera; primũ quo ſanitas ſignificatur: Secundum quo morbus: Tertium quo nec ſanitas nec morbus. Et horum vnumquodque aut ſignificat eam quæ tranſit habitudinem, vocaturque commemoratiua; aut quod in præſenti eſt; vel quod futurũ ſit, diciturque portendens, & prouidentia. *Horum* ſignorum quædam communia ſunt, quæ ſcilicet omnes corporis habitudines ſignificant, quædam vero propria, quæ quaſdam tantum. De communibus autẽ prius diſputabimus: hæc quidem ex actionibus ſumuntur communibus, per quas ſcilicet omnium corporũ ſubſiſtentia eſt, cũ & ſanitatis & morbi cauſæ in actionibus inueniãtur. Sanitatis enim ſignum eſt bonitas actionũ, morbi vero malitia earum actionum: aut bonitas & malitia ſunt ex bonitate & malitia membrorum.

Signorũ quædam communia, quædam propria.

Actiones naturales & vitales ſunt ſigna communia.

Porro ſanitas & malitia membrorum ſunt ex tẽperantia & intemperantia humorum. Actiones vero cõmunes, ex quibus ſigna dicuntur cõmunia, ſunt actiones naturaliũ, vitaliumque virtutum, cum per eas animalis corporis ſubſiſtentia ſit, eiuſque firmitas. Vitalis namque virtutis ſanitas, calorẽ naturalem ſtatuit, per quem vita eſt, & ex cuius corruptione mors ſequitur. Ex eius quoque temperãtia ſanitas conſiſtit, & egreſſu eiuſdem à temperie, morbus mouetur. Porro per naturalem calorem quatuor humorũ ſubſiſtentia eſt, ex quibus omnia corporis mẽbra conſtituũtur, & per eos augentur. Neceſſario igitur habitudines ſanitatis & morbi, duabus his virtutibus ſignificantur. Ex actionibus enim virturis vitalis ſignificatur ſanitas & debilitas virtutis eiuſdem, ſcilicet animati corporis. Ex temperie vero caloris naturalis, & eius egreſſu à temperie, fiũt quæque res naturales, & quæ extra naturam in ea proueniunt, & in corde, quod ei ſedes eſt, & fornax. Huius autem virtutis actionũ cognitio, per motum fit venarum pulſantiũ, qui motui cordis eſt æqualis. Porro ex naturalis virtutis actionibus temperantia ſignificatur humorum, eorumque ab ea egreſſus, & habitudinum eius diuerſitates in ſanitate & morbo. Ex decoctione quę fit in ſtomacho & inteſtinis, eiuſque priuatione. In his ergo ſignificatio eſt, ſicut ex his quæ emittruntur è corpore.

Actiones vitales innotescunt ex pulſu, naturales ex decoctione quæ fit in ſtomacho.

Hali. vbi ſupra. Maturationis quidem & decoctionis quæ fit in venis, eiuſque priuationis cognitio, ex vrina colligitur, quæ eſt sãguinis aquoſitas. Eius autẽ quæ fit in ſtomacho & inteſtinis, nociua ex egeſtione ſumitur, quæ eſt ciborũ ſuperfluitas. Illius vero quæ fit in anhelitus organis, ſumitur ex ſputis & ſcreatibus, qui ſunt cerebri, quo hæc membra paſcuntur, ſuperfluitas. *Ex ſudore* quoque ſignificantur corporis habitudines circa ſanitatem, niſi quod minus cõmunis eſt ad ſignificandam decoctionem quæ fit in omni corpore. Eſt enim ſudor ſubtilis ſuperfluitas, quam membra ad corporis exteriora depellunt, & per cutis poros educunt.

Decoctio quæ fit in venis ex vrina indicatur quæ in ſtomacho ex egeſtione &c.

De Signis ſanitatis.

CAP. CLIX.

Signa ſanitatis ratione æqualitatis cõplexionis.

SAnitatis ſignificationes quædam ſunt, quæ cõplexionis æqualitatem ſignificant: vt æqualitas tactus in caliditate & frigiditate, humiditate & ſiccitate, mollitie & duritie. Æqualitas quoque coloris in albedine & rubedine, ſed & figuræ mediocritas inter maciem & craſſitiem, quæ tamen magis declinat ad craſſitudinem: eiuſque venæ ſunt inter ſubmerſas & procedentes ſuper carnem. Præter hæc etiam capilli mediocres inter piloſitatẽ & caluiciem, & lenitatẽ &

criſpitudinem,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

criſpitudinem, qui in pueritia trahant aliquantulum ad rubedinem, & in iuuentute aliquantulum ad nigredinem. Æqualitas quoque diſpoſitionis ſomni & vigiliarum, membrorum in motibus ſuis conuenientia, fortitudo in imaginatione, & intellectu, & memoria, mediocritas in moribus, vt inter multam audaciã & timorem, inter iram & patientiam, inter pietatem & miſericordiam, inter inſtabilitatem & perſeuerantiam, inter humilitatem & arrogantiam, in operationibus omnibus complementum, augmenti bonitas, ac velocitas, ſtatus proceritas, ſomnia quoque delectantia, facies hilaris & amabilis atque iocunda, in appetitu comedendi & bibendi temperantia, ſimiliter & in expellendo ſuperfluitates.

Alia ſanitatis ſigna ex æqualitate cõpoſitionis.

Quædam vero ſignificant coæqualitatem compoſitionis, & ex his quædam ſunt ſubſtantiales, vt forma, ſitus, quantitas, numerus ſecundum quod oportet: Aliæ vero accidentales, vt decoratio, & pulchritudo: Aliæ quoque finales, quæ ſcilicet ex operationum complemento ſunt, & quæ incedendo ſecũdum perfectionem proueniunt. Omne namque membrũ cuius operatio completur eſt ſanum: Modus itaque cognoſcendi membrorum principalium diſpoſitiones ex operationibus, ſecundum cerebrum quidem eſt, per diſpoſitiones operationum uolũtariarum, & per operationes ſenſus, & æſtimationis; ſecundum cor vero per pulſum, & anhelitum. Porro ſecundum hepar per egeſtionẽ & vrinã. Eius nãque debilitatẽ egeſtio & vrina ſequuntur loturæ recentis carnis ſimiles.

Diſpoſitio cerebri, cordis, & hepatis ex diuerſis colligitur.

De Signis Aegritudinum.

CAP. CLX.

Signa ægritudinis quædam ægritudinem ipſã indicãt, quædam locum, quædã cauſam.

ACcidentium aut ſignificantiũ ægritudines, quædam ipſam ægritudinem demonſtrant, vt diuerſitas pulſus in feſtinatione ſui in febre; febrem enim ipſam ſignificat. Quædam vero locum ægritudinis, vt pulſus ſerrinus, cum ex apoſtemate pectoris dolor fuerit, ſignificat quoniam apoſtema eſt in panniculo & diaphragmate: Et pulſus vndoſus ſignificat apoſtema in corpore pulmonis. Quædam etiam ſignificant ægritudinis cauſam, vt ſignificationes repletionis per diuerſitatem ſuarum diſpoſitionum, quarum quiſque modus aliquem ſignificat repletionis modum.

Item quædã ſigna prodeũt cum ægritudine, quædam ſequũtur, &c.

Item accidentium quædam prodeunt, quę cum ægritudine incipiunt & finiuntur, vt in febre acuta dolor pungitiuus, & coangũſtatio anhelitus ac tuſſis; & pulſus ſerrinus cum apoſtemate lateris. Quædam vero notam horam non habent, & quandoque ſequuntur ægritudinem, quandoque nõ, vt dolor capitis cũ febre. Quædam autem in fine rei eueniunt, vt ſunt ſignificationes criſis, & maturitatis, & ſigna mortis: harum plurimæ ſunt in ægritudinibus acutis.

Signa quædã ſunt ſenſibilia propria, quædam cõmunia.

Præterea ſignificationum quędam in eo quod de membris apparet ſignificant; & hę quidem aut ex his ſumptæ ſunt quæ proprie ſentiuntur, vt ſunt diſpoſitiones colorum, & diſpoſitiones tactus in caliditate & frigiditate, mollitie & ſiccitate: aut ex eis quæ cõmuniter ſentiuntur, vt ex forma membrorum, & ſitibus, ac motibus, & quietibus eorum; & fortaſſe ſignificabunt occultam diſpoſitionem ipſorum, vt ſaltus labij, vomitum ipſorum, præterea quantitates ſi fuerint augmentatæ, vel diminutę, eorumque numeri fortaſſe ſignificabunt occultorum membrorũ diſpoſitiones, vt digitorum curuitas hepatis paruitatem ſignificat: Et rugitus ſuper inflationem, & digerendi malitiam, eſt ſignum audibile, huiuſmodi quoque ſunt cognitiones per odores & ſapores oris, & ſimilia. Porro cognitiones ptiſis, & hecticæ, per vnguium gibboſitatem viſibiles ſunt, & ſunt de capitulo eorum quæ communiter ſentiuntur. Quandoque vero quod manifeſte ſentitur, rem occultam ſignificat, vt rubor pomi maxillæ, pulmonis apoſtema portendit; & gibboſitas vnguis, vlcus pulmonis.

Quies & motus membrorũ ſigna quædam ſũt.

Significationes autem quæ habentur ex quiete mẽbrorum ſunt, vt apoplexia, epilenſia, ſincopis, & paralyſis. Quæ vero ſumuntur ex motibus eorum ſunt, vt horripilatio, tremor, ſingultus, oſcitatio, ſternutatio, & alices, tuſſis, ſaltus, & ſpaſmus. Harum autem quædam proueniunt ex operatione naturę principaliter, vt ſingultus. Et quædam ex operatione naturæ accidentaliter, vt tremor, & ſpaſmus; quædam etiam voluntariæ puræ, ſicut reuolutio de latere in latus. Quędam autem ex naturali & voluntaria compoſitæ, ſicut tuſſis, & minctus, & egeſtio: quędam à natura ſiue voluntate, vt horripilatio & ſaltus.

De Pulſu, & eius notitia.

CAP. CLXI.

Quid pulſus & ex quot partibus cõponatur.

QVia vero pulſus & vrina ſunt ex ſignificationibus diſpoſitionum corporis vniuerſalibus, nunc de illis loquemur. *Pulſus eſt motus receptaculorum ſpiritus, ex diaſtole & ſyſtole compoſitus, ad regendũ ſpiritum per aerem attractũ.* Omnis itaque pulſus ex duobus motibus & duabus quietibus eſt compoſitus: quia neceſſe eſt vt quies interueniat inter omnes duos cõtrarios motus. Impoſſibile namque eſt vt vnus motus alij continuetur, poſtquam eorum ſpatio terminus extremitatis in effectu applicatur, ſicut in naturali ſcientia declaratur.

Depreſſio pulſus varius ſentitur.

Neceſſe eſt igitur vt in vnoquoque pulſu priuſquã alius conſequatur, quatuor interueniant partes; ſcilicet motus eleuationis, & quies inter ipſam & depreſſionem; Itemque motus depreſſionis, & quies inter ipſam & eleuationem. Depreſſionis quidem motus apud plurimos medicorum nullo modo ſentitur. Apud alios autem, aut in forti pulſu ſentitur, propter ſuam fortitudinem; aut in magno, propter ſui eleuationem; aut in duro, propter multam ſui refiætionem; aut in tardo propter temporis ſui motus longinquitatem.

Alia pulſus deſcriptio.

Hali. vbi ſupra. *Pulſus eſt motus localis arteriarum & cordis, dilatando, ſiue conſtringendo, vt calor naturalis cuſtodiatur;* cuius cuſtodia eſt aerem frigidum trahere cum dilatatione, & fumoſum expellere cum conſtrictione. Dilatare cor & arterias, eſt mouere à centro in extremitates ſuas. Conſtringere vero econuerſo. Cordis & arteriarum idem eſt motus: motus ergo cordis quærendus eſt in arterijs.

Pulſus ſcientia difficilis eſt tribus ex cauſis.

Pulſus ſcientia grauis eſt & difficilis, tribus ex cauſis. *Primo* quia non eſt facile cuiquam in ſenſu venarum aſueſcere, quo poſſit modicam alterationem quę in pulſu fit, agnoſcere. *Secundo*, quia neceſſe eſt medico dum arterias conſtringit, omnia genera pulſus, quæ decem ſunt, cognoſcere breui tempore. *Tertio*, quia venarum pulſus nihil habent ſimile, vel exemplum ex cuius diſci poſſint collatione. *Razi. 9. parte.* Oportet autem vt qui pulſus noſſe ſignificationes deſirat, ſæpe dum aliquis ſanus eſt arteriam eius tangat, & cum ſummo ſtudio inſpiciat, vt cum neceſſe fuerit, inter eas comparationem inuenire ſciat.

Cur alia arteria non ſignificent diſpoſitionem cordis aquè ac arteria brachij.

De modo tangendi pulſum.

CAP. CLXII.

ITaque ſcientia pulſus ad hoc tantum eſt neceſſaria, vt ſpiritualis virtus quæ in corde eſt intelligatur. Quod intelligi non poteſt ex omnibus arterijs corporis. *Primo*, quia quædam earum in inferioti ſunt corpore, ſicut quæ ſunt in dorſi longitudine. Aliæ in carne ſunt fundatæ, ſicut coxarum arterię. Alię ſunt oſſibus opertæ, ſicut in pectore, quarum motus non apparet in tactu, dum ſanum eſt & carnoſum. *Se-*

cundo,

cundo quia quædam longè ſunt à corde, nec ſemper apparentes, vnde nec inueſtigandę ſunt tactu, vt calcaneorum, & plantarum pedum arteriæ. *Tertio* quoque, quia non eorum compoſitio recta eſt, vt quatuor digiti plenę poſſint apponi, ſicut in articulorum arterijs. Quod cum ita ſit neceſſe eſt membra non multum carnoſa eligi, nec à corde remota, & quarum compoſitio ſit recta. vnde antiqui arterias elegerunt brachii: ad hoc enim vtiliores ſunt, quia propinquiores; ſunt etiam faciliores, id eſt manifeſtiores, quia brachia minus carnoſa ſunt; pulchriores quoque, id eſt honeſtiores, quia turpe eſſet medicum diſcooperire verecunda, maximeque fœminea.

Modus comprehendi pulſum.

Hali vbi ſupra. Fit ergo comprehenſio pulſus venarum poſitione quatuor digitorum ſuper arteriæ locum, in anterioribus partibus cubitorũ, & prope diſgregationem raſchæ à ſuperiori parte medii cubitorum, & hoc per longum. Infirmi quoque manu non extenſa nec reducta, ſed mediocriter poſita. digitorum autem poſitio ſuper arteriam variatur: Quædam enim egent forti digitorum impreſſione, ſicut vbi eſt fortis pulſus, qui cum premitur ſumma digitorum repelli videtur; & ſimiliter vbi arteriæ plurima operiuntur carne. In quibuſdam vero neceſſe eſt digitos ſuſtolli, ſcilicet in debili pulſu, & in arteriarum genere quæ carne ſunt nudę; huiuſmodi nanque non egent multa impreſſione. Mediocria vero indigent appoſitione temperata, non imprimenti ſcilicet, neque ſublata.

Auicenna vbi ſupra. Cauſa itaque propter quam ſtatutum eſt tãgere brachii venas, eſt facilitas ipſum prębendi, & diſcooperiendi, & rectitudo ſitus ipſius, propter rectitudinem cordis, & eius quod iuxta ipſum eſt. Oportet autem vt fiat tactus manu ſuper latus exiſtente; quia ſi manus vola planè extendatur, augmentum præbet in latitudine, & diminutionem facit ex eleuatione; diminuit etiã ex longitudine, proprieque in macilentis. Reſupinata verò augmentat in eleuatione & longitudine, diminuit autem in latitudine. Oportet etiam vt tangatur in hora qua ille cuius eſt pulſus ab ira ſit remotus, & à gaudio, exercitio, & omnibus paſſionibus; & à ſaturitate, quæ grauedinem facit; & fame, & diſpoſitione relinquendi conſuetudines & vſus renouandi. Oportet etiam vt experimentum de pulſu habeatur hominis temperati, quatenus alius comparetur ei.

Quo ſtatu debeat eſſe homo cuius pulſus tangitur.

De Speciebus pulſuum.

CAP. CLXIII.

Decem ſunt pulſuum diuerſitates generica.

PVlſuum habitudines variantur multipliciter, iuxta varietatem virtutis mouentis, & caloris naturalis, & arteriarum ac ſanguinis, ſpirituſque quem continent, ſi naturalia ſunt hæc, vel innaturalia, vel à natura egreſſa. Harum autem habitudinum diuerſitates, 10. generibus concluduntur, *Primum* eſt quod ex quantitate dilatationis ſumitur; & hoc in pulſum magnum, & paruum, ac mediocrem diuiditur. In longum quoque, & breuem, ac temperatum. Item in latum, & ſtrictum, ac temperatum. Item in manifeſtum, & occultum, ac temperatum. *Secundum* ex tempore ſumitur: & hoc in velocem, & pulſum tardum, ac temperatum diuiditur. *Tertium* ex quantitate virtutis, & diuiditur in fortem, ac debilẽ, ac temperatum. *Quartum* ex conſiſtentia corporum arteriarum; & hoc diuiditur in durum, ac mollem, & temperatum. *Quintum* ex eo quòd arteriæ continent; & hoc in plenum, & vacuum, & horum medium. *Sextum* ex qualitate ſubſtantiæ arteriarum; & hoc in calidum, & frigidum, ac temperatum. *Septimum* ex tempore quietis; & hoc in frequentem, ac rarum, & temperatum. *Octauum* ex tempore motus; & hoc in pulſum boni ponderis, & mali. *Nonum* ex qualitate dilatationis; & hoc in pulſũ æqualem, & inæqualem. *Decimum* ex numero pulſationum, & hoc in pulſum ordinatum diuiditur, & inordinatum.

A *Razi vbi ſupra.* Phyſici quidem modos pulſuum propriis nominibus appellant, eorumq́; cauſas & ſignificationes indicant. Itaque cum pulſus ſecundum brachii longitudinẽ tactui manifeſtior occurrit, quàm in tempore ſanitatis, pulſus longus vocatur. Cum autem ſecundum latitudinem maiorem digitorum tangentis quantitatem comprehendit, latus nominatur. Cum vero digiti tangentis carnem impulerit, & multum *in* eam penetrauerit, altus dicitur. Sed quando ſecundum hoc minor apparet quàm conſueuit, dicitur repreſſus. Cum autem augmentatur in longitudine, & altitudine vocatur magnus; & cum in his omnibus minoratus fuerit, dicitur paruus. Cumque ſpatium temporis quod inter duas motiones attenditur, ſolito minus inuenitur, velox appellatur. Cumvero digitum vehementer impellit, & cum ſtringitur, B motus eius non deſtruitur, vocatur fortis; & huic contrarius eſt debilis. Aliquando quoque vocatur plenus, aliquando vacuus, aliquando durus, aliquando laxus. Cumque vtraque percuſſionum ſuæ compari in magnitudine ac velocitate & in aliis inuenitur ſimilis, dicitur æqualis; & cum aliter ſe habuerit, vocatur diuerſus.

Diuerſitates pulſuum alio modo referuntur.

Hæc quoque diuerſitas multas habet ſpecies, cum enim ſecundum motum circulum inuenerit, nec ab eo ſe remouerit: Verbi gratia; cum poſt tres æquales percuſſiones, vna diuerſa inuenitur; aut inter omnes quatuor, aut inter omnes quinque, aut inter quaſſibet æquales, duæ percuſſiones diuerſæ notantur, quæ deinde circulariter ſecundum hoc exemplum inueniuntur, C pulſus ordinatus nominatur. ſi vero diuerſitas ſecundum notum circulum non inuenitur, inordinatus vocatur. Arterię quoque motio quę fit ab interioribus ad exteriora, vocatur diaſtole, quæ autem econtrario ſyſtole.

Pulſus diuerſus, alius ordinatus, alius inordinatus.

De Significationibus pulſuum, & compoſitionibus eorum.

CAP. CLXIIII.

Significationes pulſuum

PVlſus longus, caloris augmentum, & carnis diminutionem ſequitur. Et latus humiditatis augmentum comitatur. Eleuatus quoque caloris & fortitudinis augmentum ſequitur. Pulſus etiam magnus, & velox, ac ſpiſſus, caloris augmentum: Paruitas autem, ac raritas, & tarditas, res infrigidantes ſequuntur. Pulſus fortis ſequitur virtutis bonitatem, aut rei nociuę quietem. Debilis inuenitur, cum virtus cum virtus diſſoluitur, vel quando magnum in corpore nocumentum habetur. Diuerſus autẽ quando natura rem nociuã expugnat. Et inter diuerſos melior eſt ordinatus. Pulſus denique plenus, abundantiã ſanguinis, humidique vaporis ſignificat. Vacuus autem huius contrarium innuit. Durus quoque corporis ſiccitatem, & ariditatem portendit. Leuis autem huic contrarium oſtendit. *Antiqui* quoque genera pulſus cõpoſita, nominibus propriis nomina vertunt; ex quibus eſt pulſus caprizans, & cauda permanens, & cauda minuens, & cauda rediens. Pulſus quoque curuus, inclinatus, formicans, permanens, fluctuans, vermiculoſus, ſerratilis, tremulus, & E contortus.

D

Nomina pulſuum compoſitorum.

De Differentijs pulſuum iuxta ſexus & ętates, & complexiones & figuras.

CAP. CLXV.

Pulſus fœmina minor eſt & debilior quam viri.

PVlſus fœminæ minor eſt quàm maſculi, propter paruitatem caloris eius naturalis. Debilior quoq́; quoniam & ipſa debilior eſt, ac minoris exercitii: velocior autem eſt, vt natura ſæpe iterando expleat in fœminis, quod per magnum pulſum ſemel operatur in maſculis, vt ſcilicet tantum aeris ad refrigerandũ in illis trahat, quantũ vnus magnus in maribus trahebat. Magnus enim pulſus ex magnitudine virtutis eſt, in

omnes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

omnes extremitates eum dilatantis,& ex nimio calore, quem refrigerari neceſſe eſt. Igitur in maximo calore neceſſarium eſt naturæ maximum aerem mittere, magnæque virtuti neceſſe eſt in aere trahendo multum dilatare; vnde conſequitur vt pulſus magnus efficiatur, quia quanto maior eſt calor, tanto maiori velocitate operari neceſſe eſt naturæ, quamuis in paruo tempore magna quantitas aeris trahatur pro refrigeratione. Cum autem deficit virtus, neceſſe eſt vt aer attrahatur ſpiſſus, id eſt frequens; vnde fit vt fœminis velocior quàm maſculis pulſus ſit.

Aetas varia pulſum variũ reddit.

Pueri velociorem habent,propter neceſſitatem refrigerandi calorem naturalem, qui multus eſt in eis; temperatę tamen virtutis eſt,& magnitudinis. Quanto autem eſt minor, tanto velocior; & hoc propter virtutis paucitatem, quæ ad attrahendum aerem ſimul non ſufficit.

Iuuenes autem in pulſu nimium fortes ſunt, habentque eum magnum,& in velocitate temperatum, quod fit ex calore & virtute eorum. Seniores vero paruum & tardum, debilem ac rarum, propter frigidam complexionem eorum, quia non eſt neceſſe cauſa refrigerationis aerem trahi multum.

Mulieres prægnantes habent pulſum mutabilem ſecundum tẽpus fœtus.

Mulieres prægnantes in pulſu mutabiles ſunt; hũc enim magnum & velocem ac ſpiſſum faciunt, quia calor fœtus, calorem eorum naturalem augmentat. Arterię namque ſecundinæ ſunt arterijs fœtus iunctæ, & hæ vtræque muliebribus arterijs ſunt copulatæ. In virtute quoque mutatio fit, quia vſque ad quintum menſem pulſus eſt mediocris; vires enim muliebris vſque ad hoc tempus ſunt mediocres, quia fœtus adhuc paruus & debilis eſt, nec multum cibum de corporibus earum trahit, vnde & pulſus inter velocitatem & ſpiſſitudinem temperatus eſt. In ſexto vero menſe vires earum incipiunt moueri, quia fœtus maioratur, vnde natura grauatur, quia maior ab illo iam cibus quæritur; ſicque deficientibus viribus, pulſus quoque debilis & rarus redditur.

Complexio varia pulſũ variat.

Complexio quoque calida pulſum facit magnum ac velocem, cauſa trahendi multum aerem in refrigeratione; frigidavero econtrario. Humida porro complexio mollem reddit pulſum, ſicca vero durum. Humores craſſi, ex nimia carne pulſum habent minorem ac debiliorem quàm naturaliter macri, quia minoris ſunt caloris quam illi: ſpiſſiorem tamen habent, vt in multo tempore tantum trahat aëris; quantum magnus vno impetu traxit in macidis. aliquando tamen pulſus craſſorum maiores ſunt, quod fit quando ſunt calidiores.

De differentijs eorundem ſecundum ſtatus, & ſecundum tempora.

Cap. CLXVI.

Sõnus pulſũ mutat fortẽque & magnum reddit.

SOmnus quoque pulſum mutat; quia tunc calor naturalis interiora corporis petit, cauſa cibum digerendi. Itaque pulſus in initio ſomni paruus eſt & tardus, mediante ſomno rareſcit. Cibus autem cum digeſtus fuerit, ac per totum corpus ſe diuiſerit, confortatur calor & virtus, pulſuſque fortis efficitur, & magnus, ſed tamen rarior ac priore tardior. poſt cibi vero digeſtionem ſi prolongetur ſomnus, vt cibi ſuperfluitas expelli differatur, pulſus debilis fit ac paruus, & vt prior tardus: vnde oportet vt poſtquam cibus digeritur, à ſomno excitentur, ad expellendas cibi ſuperfluitates, vt egeſtionem, vrinam, ſputa, & emunctiones. Porro ſi ſubito quis excitetur à ſomno, propter vocem, aut percuſſionem,vel huiuſmodi, natura diſturbatur, & pulſus magnus ac fortis efficitur, velox quoque ac ſpiſſus, inordinatus & tremebundus. Cum autem quieſcit excitatus,in priorem ſtatum redditur pulſus.

Ver & autũnus faciunt pulſum fortẽ, Æſtas & Hyems debilem.

Ex temporibus autem, ver & autumnus, quia temperata ſunt inter calidum & frigidum, fortem faciunt pulſum: omne namque temperamentum virtutem cuſtodit & augmentat. Æſtas vero, quia calidiſſima eſt, pulſum paruum & debilem reddit. Malæ namque complexioni, virtus ſemper deficit: Ideoque pulſus dilatari non poteſt, vt magnus efficiatur. Vnde velox ac ſpiſſus, id eſt frequens eſt, vt magnitudo aeris attrahatur. Hyems autem, quia frigida eſt & humida, pulſum facit paruum ac defectum, quia deficit virtus malę complexioni: Tardum quoque, quia non multum oportet refrigerari; fortiorem tamen quam æſtas facit, quia calor naturalis in interiora corporis refugit: In æſtate vero calor diſſoluit virtutem. Vnde pulſum neceſſe eſt eſſe maiorem, qui ad refrigerandum trahere ſufficiat aerem.

De differentijs eorundem ex motu, & balneo, & cibo, ac cæteris.

Cap. CLXVII.

Motus moderatus augmẽtat pulſum, magnus vero debilitat; ſic etiam balneum.

Razi vbi ſupra. Item ſecundum motum diuerſificatur pulſus. Motio namque leuis, ex qua non laſſatur aliquis, augmentat pulſus magnitudinem,& velocitatem, ac ſpiſſitudinem,ſecundum ſui velocitatem,ac fortitudinem. Ex motione vero magnæ laſſitudinis ac laboris, fit pulſus paruus, & debilis, ac ſpiſſus, ſecundum quantitatem ipſius. Balneum quoque magnitudini pulſus, & eius velocitati, & lenitati, ac ſpiſſitudini, augmentum præbet; in quo ſi quis moram fecerit, paruus ac debilis fiet, eius tamen velocitas remanet.

Cibus bonus, vinum &c. pulſum fortificant.

Item ſecundum cibum: Cibus namque qui nullum affert nocumentum, nec æſtuationem, vehemẽter auget pulſus fortitudinem,& ſpiſſitudinem,ac magnitudinem; non tamen ſtatim, ſed poſt longam moram. Qui vero ad nocumentum & æſtuationem perducit,pulſum diuerſum facit. Vinum quoque pulſum augmentat in fortitudine, ac velocitate, & ſpiſſitudine, quæ ſcilicet augmentatio citius ſecundum tempus prouenit, quàm ea quę per cibum fit. Ex medicinis præterea quæ calefaciunt & infrigidant, immutatur pulſus: horum enim ea quæ calida ſunt, ſecundum caliditatis ſuæ quantitatem,in velocitate,& ſpiſſitudine, ac magnitudine pulſum augmentant,& ecõtrario. Item ſecundum animæ accidentia: Ira namque pulſum efficit eleuatum, & fortem, & velocem, ac ſpiſſum. Multus autem timor, diuerſum,& velocem, ac tremulum. Triſtitia vero, debilem, & tardum, ac rarum. Gaudium quoque tardũm facit, & rarum,cum magnitudine, & lenitate,ac plenitudine.

Paſſiones animæ pulſum variant.

Auicenna vbi ſupra. Ira quidem, quia virtutem feruere facit,ac ſpiritum ſubito dilatat, pulſum magnum facit, & velocem, ac ſpiſſum; in quo non oportet diuerſitatem cadere, quia paſſio ſimilis exiſtit; niſi tumor admiſceatur ei, qui vna vice ſuperet, & hæc alia vice; vel etiam verecundia, vel aliquid tale. Ex delicijs autem quæ paulatim ad exteriora mouent, non fit pulſus adeo velox & ſpiſſus, ſicut ex ira, ſed eſt tardus & rarus: ſimiliter & lætitiæ pulſus, licet ipſe ſit magnus. In triſtitia vero, quia calor ſuffocatur atque ſubmergitur, & fortitudo debilitatur, pulſus eſt paruus & debilis, rarus & tardus. Timor autem qui ſubito venit, pulſum velocem ac diuerſum & inordinatum facit. At vero conſuetus, & qui ordinate prouenit, mutat pulſum ſecundum mutationis ſolicitudinis modum.

Pulſus variorum morborum.

Hippocras in tractatu de differentijs pulſuum. Ex his autem qui contra naturam ſunt, phreneticorum pulſus minor eſt & ſpiſſus. Litargicorum maior, rarus, tardus, & inanis eſt. Pleureticorum omnium ſubſpiſſus & velox eſt. Peripneumonicorum, ita velocitate & ſpiſſitudine coanguſtatur, vt frequenter etiam non appareat. Apoplecticorum minor, ſpiſſus, & velox eſt. Cardiacorum minor, ſpiſſus, velox, inanis. Cholicorum frequenter ſimilis cardiacorum pulſui inuenitur. Caducorum magnus. Inſanorum minor. Stomachicorum, omniumque qui ſtomachi cauſa laborant,breuis,& ſpiſſus eſt;ptificorum,ſpiſſus.

De Vrina, & his quæ in ea conſiderantur.

CAP. CLXVIII.

Quomodo fiat vrina, & quid ſignificent.

CONſtanti. *vbi ſupra.* Vrina eſt colamentum ſanguinis, qui ſcilicet ſanguis in renibus diſcernitur poſt cibi digeſtionem, & à concaua vena egreſſus colatur; vnde poſtea renum officium eſt, ipſum ſanguinis colamentum ſibi attrahere, & tam diu tenere, quoadvſque partem ſanguinis in nutrimentum ſui diſtribuat, aquam vero in veſicam traijciat, & hoc per duas venas ſcalæ nomen ſortitas, eo quod quidam vrinæ deſcenſus ibi fiat. Vnde fit vt vrina duarum tantum rerum generaliter ſignificatiua ſit, qualitatum ſcilicet hepatis & venarum proprie: corporis etiam ex eorum affinitate, vel paſſionum in inſtrumentis ipſius vrinæ, ſicut in renibus, & veſica, & in eiuſdem vrinæ via, quæ dicitur ſcala.

Hali vbi ſupra. Vrina eſt aquoſitas ſanguinis, quam renes ſeparant, & ab eo purgant poſt digeſtionem; & in ipſius ad venam concauam egreſſu, hanc renes ad ſe trahunt, & in eis aliquantulum immoratur, donec quod in ea ſanguinis modicum admixtum fuit, ſibi ſumpſerint; de hinc illam ad veſicam, per vaſa duo quæ clauſulæ vocantur, depellunt.

Quatuor in vrina conſideranda. Colores vrinæ 19. ſubſtãtia 5 quãtitates duæ, contentum quadruplex.

Ex lib. vrinarum à voce Mauri. In vrina quatuor continentur, ſiue conſiderantur, ſcilicet color & ſubſtantia, quantitas & contentum. *Vrinarum* colores ſunt 19. ſcilicet albus, lacteus, glaucus, capnopos, ſubpallidus, pallidus, ſubcitrinus, citrinus, ſubrufus, rufus, ſubrubeus, rubeus, ſubrubicundus, rubicundus, miopos, chianos, viridis, liuidus, niger. *Subſtantiæ* ſunt, vt, ſcilicet tenuitas, ſpiſſitudo, mediocritas, mediocris tenuitas, mediocris ſpiſſitudo. *Quantitates* ſunt duę, ſcilicet multitudo & paucitas. *Contentum* quadruplex, ſcilicet ſedimen, reſolutio, arena, humor: Quæ diuerſa, ex quatuor habent prouenire qualitatibus, ſcilicet ex caliditate, frigiditate, ſiccitate, humiditate: quarum duæ immutant vrinam ſecundum colorem, ſcilicet caliditas & frigiditas. Aliæ duæ eiuſdem immutant ſubſtantiam, id eſt ſiccitas & humiditas.

Quid ſignificent colores vrinæ.

Colorum alij ſignificant caliditatem, alij frigiditatem. Caliditatem ſignificant ab ſubcitrino, vſque ad viridem colorem, ita quod ſubcitrinus includatur, & viridis excludatur. Frigiditatem ſignificant, à pallido ſuperius, ita quod pallidus includatur. Viridis ſignificat caliditatem adurentem. Liuidus frigiditatem mortificantem. Niger quandoque ſignificat caliditatem adurentem, ſcilicet præcedente viridi: Frigiditatem mortificantem, liuido præcedente.

De his quibus accipiunt ſignificationes vrinarum, & primo de coloribus.

CAP. CLXIX.

Quid proprie ſignificent vrina, & quid mediate.

AVicenna *vbi ſupra.* Prima ſignificatio quam habet vrina, eſt de diſpoſitione hepatis, & viarum aquoſitatis, & ſuper diſpoſitiones venarum; eiſque mediantibus alias demonſtrat ægritudines. Eius ſignificatio firmior eſt illa de hepate, proprieque de gibboſitatis eius diſpoſitione. *Significationes* autem quæ ex vrinis habentur, ex ſeptem generibus accipiuntur, ſcilicet ex colore, ex ſubſtantia, ex claritate, & turbulentia, ex hypoſtaſi, ex quantitate, ex odore, & ex ſpuma.

Ex multis ſumitur ſignificatio in vrina. Quid quinis color in vrina ſignificet.

Razi. vbi ſupra. In vrina quidem attenduntur color, ſubſtantia, & odor, & illud quod reſidet in fundo, vel propendet in medio, vel apparet in ſuperficie. *Color* albus cum ſubſtantia ſubtili quę aſſimilatur aquæ colori, ſæpius apparet poſt multum cibum & potum, antequam digeratur; vel in diabethe, quæ eſt ægritudo multam faciens aquam bibere eum qui patitur, nec tamen ſitis eius ſedatur, quoniam illico cum vrina egreditur. Cum autem ſine his duobus apparet huiuſmodi color in vrina, vltimam protendit cruditatem & indigeſtionem, & hepatis frigiditatem.

Color ſecundus, qui parum glaucedinis habet, digeſtionis paucitatem ac debilitatem ſignificat. *Tertius* eſt color citrinus, qui temperiem caloris in hepate demonſtrat. *Quartus* eſt igneus, qui calorem ſuperfluum & inflammatum deſignat. *Quintus* croceus, qui non plus caloris demonſtrat quàm igneus, ſignificat tamen ſanguinem multum abundare in corpore, & ex eo vrinæ aliquid admixtum fore. *Sextus* rubicundus non valde clarus, qui choleram rubeam, & ſanguinem deſignat: & ſi in huiuſmodi vrinæ ſuperficie ſpuma citrina fuerit, icteritiam ſignificat.

Vrina nigra interdum nil mali ſignificat, interdũ vero vltimũ adeſſe diem.

Septimus eſt color niger, qui ſi apparuerit in vrina poſt citrinum & rubeum, vltimam ſignificat inflammationem & incenſionem, quæ etiam in febribus acutis, omnium vrinarum deterior exiſtit, præcipueque ſi valde ſpiſſa fuerit. Quandoque tamen apparet vrina nigra poſt menſtruorum fluxum, aut retentionem eorum, aut in fine ægritudinum quæ ex cholera nigra generantur, vt eſt quartana, vel ſplenis craſſities, aut melancholia, vel horum ſimilia; nec tamen malum portendit, ſed etiam quandoque bonum oſtendit. Apparet quoque quandoque poſt vrinam albam & liuidam, & tunc vltimam ſignificat hepatis frigiditatem, & caloris eius extinctionem.

De Cauſis coloration is vrinarum.

CAP. CLXX.

Quomodo coloretur vrina à calore.

EX *lib. vrinarum à voce Mauri.* Caliditate quidem ſic fit vrinæ coloratio, dum per caliditatem intenſam, non tamen adurentem, in humorum & vrinæ naturam agentem, fortis fit ebullitio ignearum partium, & maior incipit eſſe effectus calidi, & generantur humores calidi ſpiritus: & quia vrina eorum eſt ſuperfluitas, ab his colorata egreditur. ſi verò adurendo agat, dum ſubtilium & fluidarum partium fit diſſolutio, reſolutio, & conſumptio, quæ remanent terreſtres ſunt & ſolidæ in principio aduſtionis: dumque ab igneis partibus rubeus habeat prouenire color, & à terreſtribus niger, ex eorum alterutra conditione compoſitus prouenit color, ſcilicet viridis: aduſtione vero perfecta, & ignearum partium conſumptione facta, niger à terreſtribus prouenit color.

Quomodo coloretur vrina ex frigiditate.

Frigiditate autem vrina ſic diſcoloratur, dum per frigiditatem intenſam in humore, in vrinæ materiam agentem, naturalis caloris minuitur effectus, terreſtrium & aquoſarum partium fit multiplicatio, humorumque tepeſcit ebullitio, aquoſi generantur humores & frigidi, à quibus vrina diſcolorata egreditur. ſi vero tanta fuerit frigiditatis intenſio, quod ex parte aquoſa condenſat in terreſtria, cum ab aquoſis albus proueniat color, & terreſtribus niger, eorum alterutra conditione compoſitus prouenit color, ſcilicet liuidus. Frigiditate autem perfecta, & aquoſarum partium exiccatione facta, niger à terreſtribus prouenit color, ex præcedenti liuido.

Vrina quandoque tingitur à cibo & potu.

Razi vbi ſupra. Præterea quandoque iuxta colorem cibi vel potus ſumpti, tingitur vrina; ſicut ex potu caſiæ fiſtulę, vel aloes, fit valde rubea; ex olerum comeſtione viridis; & ex nigri vini potu, nigra. Tingitur etiam quandoque propter doloris vehementiam, licet eius materia ſit humor frigidus, ſicut in dentium vel auris dolore contingit. Paucitas quoque tincturæ accidit ei propter aquæ multæ potationem, vel propter multi cibi, vel potus mox accepti, nondum facta digeſtione. Attendenda ſunt prius omnia ſigna hæc, & ſic poſtea iudicandum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vrinæ post comestionem albescit.

Auicenna vbi supra. Vrina post comestionem albescit, nec sic esse cessat, donec digestio fieri incipiat; tunc enim incipit tingi. Propter hoc vrinæ vigilantium albæ sunt, sed limosę non sunt; immo fuscitati, propter priuationem digestionis, attinent.

Item de significationibus colorum in vrina.

CAP. CLXXI.

Quid significent varij gradus citrinitatis in vrina

EX coloribus vrinæ sunt gradus citrinitatis, sicut palearum, deinde citrinus, post flauus, deinde rufus, postea citrangularis, & post igneus, postea vero croceus, quem vocant rubeum clarum. Et omnes qui sunt post citrinum, caliditatem significant, sed tamen secundum gradus suos diuersificantur, & accidunt quandoque propter vehementes motus, vel propter dolores, aut propter famem, vel aquæ abstinentiam.

Quid portendant rubedinis gradus.

Post prædictos autem sunt rubedinis gradus, vt rufeus, & obscurus, & puluerulentus, omnesque sanguinis dominium significant. In omnibus autem in quibus est color auripigmenti, attinet significatio choleræ rubeæ dominio. Igneus quidem magis calorem significat, quàm rubeus & puluerulentus; sicut cholera in se calidior est quàm sanguis. In ægritudinibus acutis incedentibus, vrinæ color trahit ad auripigmenti colorem & igneitatem. Quod si fuerit ibi tenuitas, aliquam maturitatis dispositionem significat; si vero citrinitas fortior vsque ad terminum igneitatis peruenerit, calorem incessanter cessisse significat.

Quid importent gradus viriditatis.

Post hoc sunt gradus viriditatis, qui omnes frigiditatem significant, præter eam quæ succo porri, vel æris erugini similatur; hæ namque vehemens incendium designant. Quæ vero colorem ireos prætendit, vehementem frigiditatem secundum plurimum ostendit. Dicunt autem quidam quòd significat venenum in potu hausturn; & si quidem hypostasis in eo fuerit, spes erit; sin autem, timetur ei.

Quid significent gradus nigri coloris.

Graduum vero nigri coloris, alius est qui ad nigredinem tendit secundum viam croceitatis, sicut est in ictericia, & significat cholerę rubeę spissitudinem, & eius adustionem; & choleram nigram, quæ accidit ex cholera rubea. Alius est qui ex fusco prouenit ad nigredinem, & significat choleram nigram. Alius etiam qui ex viriditate & cholera simili prouenit, & significat choleram nigram puram. Ad summam autem, vrina nigra significat, aut vehemens incendium, aut forte frigus, aut mortem, aut caloris naturalis superationem, aut ptisim, & expulsionem naturæ, qua scilicet ipsa choleræ nigræ superfluitates expellit, sicut accidit in fine quartanarum, & quando splenis ægritudines resoluuntur, & dolores dorsi atque matricis.

Quid significent gradus albedinis.

Vrina vero alba dupliciter dicitur: Aut quæ tenuis est & translucens, vt crystallum clarum, (vulgus enim id, quod translucens est, album vocat.) Aut quæ pro certo est alba, cuius color disgregatiuus est visus, sicut lac & pergamenum: & ista quidem non translucet, vt visus in ea penetret: translucentia namque pro certo non est, nisi omnium colorum priuatio. Itaque translucens albedo significat frigiditatem omnino, & aufert digestionis fiduciam. Quę si cum crassitudine fuerit, phlegma significabit. Alba vero pro certo non est, nisi cum crassitudine.

Quod est translucens tæret omni colore.

Vrina verè alba varia est.

Huius quidem alia est, cuius albedo similis est albulæ, vel albumini, & significat phlegmatis liquefactionem: Alia similis est albedini quæ est in fungo, cũ tenuitate & sanie, & significat exituras vlceroſas in instrumentis vrinæ. Et si quando fuerit absque sanie, hoc erit propter suparationem materiæ crudę non maturæ: Quandoque autem est cum lapide vesicæ. Alia vero spermati assimilatur; & hoc est quando Phlegmaticorum apostematum adest crisis, & laxitas interiorum ægritudinum, quæ accidit ex phlegmate vitreo. Cum autem spermati similis est, & non est secundum modum crisis, est propter apostemata phlegmatica: immo cum in primis euenerit, apoplexiam aut paralysim prognosticabit. Cum autem in omnibus horis febris alba fuerit vrina, cito conuertetur in quartanam. Plumbina quidem sine hypostasi valde mala est. Lactea quoque in acutis ægritudinibus est pernicioſa.

Si in omni hora febris vrina sit alba, conuertetur in quartanam.

Adhuc de eodem.

CAP. CLXXII.

POssibile quidem est vt vrina sit alba, complexio vero calida sit & cholerica: aut vrina rubea, & complexio frigida & phlegmatica. Cholera namque rubea, cum ad vrinæ viam declinat, & non admiscetur ei, remanet vrina alba. *Vrina* igitur alba considerանda est; quia si fuerit humor illius multus atque limosus, & eius sedimen multum ac crassum, eiusque substantia cum hoc ad crassitudinem trahit, albedo ex frigiditate phlegmatis existit. Cum autem non limosa clara fuerit, nec eius sedimen multum, nec peruia, & albedo ad fuscitatem traxerit, cholera rubea est occultata. Porro si in ægritudine acuta, vrina fuerit alba, fuerintque in ea significationes salutis, ex quibus non timetur phrenesis, & similia; sciendum est quia cholera rubea declinauit ad aliud canale, & ad intestina, & accidet ægro constrictio.

Consideratio vrinæ albæ.

Causa cur vrina sit rubea in ægritudinibus frigidis.

Causa vero propter quam vrina rubea est in ægritudinibus frigidis, est aut fortitudo doloris, qui choleram rubeam resoluit, sicut in cholica frigida accidit; aut opilatio facta ex supetatione phlegmatis in canali, quod est inter fel & intestina; quapropter fel ad intestina naturaliter non descendit vt solebat, sed vrinæ societas est ei necessaria, cum qua egreditur, sicut accidit in cholica frigida: Aut debilitas hepatis, & defectus virtutis eius, quæ inter aquositatem & sanguinem non potest facere separationem, sicut accidit in hydropisi frigida, & in ægritudinibus debilitatis hepatis secundum plurimum; quia propter eas vrina similis est loturæ carnis recentis: Aut est constrictio quam opilationes fecerunt; vnde mutatur color phlegmatis in venis, propter aliquam putrefactionem quæ ei accidit. & huius signum est, quod aquositas vrinæ, & sedimen ipsius, sunt secundum modum quem diximus, eiusque tinctura debilis est, non limosa: Choleræ namque rubeæ tinctura, limosa est.

De Significatione substantiæ & odoris.

CAP. CLXXIII.

Razi vbi supra. Vrinæ substantia, aquæ subtilis similis, innuit digestiuę debilitatem; spissa vero quasi liquoris crassi qui continetur in felle, significat digestiuæ superfluitatem, & humoris in corpore diminutionem. Inter eas autem mediocris existens, digestiuę significat bonitatem, & hepatis, humorumque qui continentur in venis, temperatam dispositionem. Perturbata vero, significat humorum in venis cruditatem, & indigestionem, cum caliditate quę in eis operatur perturbationem. Vrina turbida cum cito diuiditur, & crassities quæ in ea ad fundum descendit, magis propinqua est maturitatis significationi, secundum suæ diuisionis velocitatem.

Quid significet vrina substantia quando est subtilis spissa, turbida, arenosa, &c.

Vrina arenosa, vel turbida, lapidem in renibus, aut in vesica significat; hepatis quoque debilitatem quandoque portendit. Cum autem æger purum sanguinem minxerit, aliquam ex venis quæ sunt in renibus fissam ostendit: Vrina pinguis oleo similis, cum hectica prouenit. Vrina quoque multam habens pinguedinem in superficie, significat quod adeps renum liquari incipit. Vrina tenuis & alba, in acuta febre, si multis diebus talis permanserit, amentiam ægro superuenturam ostendit. Vrina cum post febris remotionem tincta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

remanſerit, in hepate calefactio, vel apoſtema erit. A Vrina ſordida, cuius color eſt quaſi muſti, vel aquæ ciceris multum cocti, eſt habentium apoſtemata antiqua in interioribus, & non acuta.

Quid portẽdat odor vrinæ. Odor ab vrina procedens, ſimilis ei qui à re acuta & ſicima diſſoluitur, maturitatis indicat ſuperfluitatem, qui quandoque ſentitur in acutis febribus, & in hepatis apoſtemate; vel eas portendit futuras. Vrina vero penitus odore carens, in vltimitate cruditatis exiſtit, & tarditate digeſtiuæ. Quæ vero in medio inuenitur, digeſtionis æqualitatem deſignat.

De Signis apparentibus in ſuperficie, vel in medio, vel in fundo.

CAP. CLXXIV.

AB eo quoque quod inferius deſcendit, vel quod ſuperius eleuatur, aut quod in medio pendet, ſumuntur digeſtionis quæ fit in venis ſignificationes: huius autem rei ſubſtantia ſimilis eſt diſtillationi quæ fit in aqua roſata. Et in his quidem quæ deſcendunt inferius, melius iudicatur id quod eſt album & leue, & in fundo vaſis reſidet, cuius quoque diſpoſitio talis in diebus ægritudinis continue permanet. *Bonum* quoque deſcendens, quale eſt hoc quod prædiximus, eſt id quod cum meliori ex coloribus (hic eſt citrinus) & meliori ex ſubſtantijs (quæ ſcilicet eſt inter ſubtilitatem & ſpiſſitudinem) mediocris apparet; & cum odore cęteris meliore, hoc eſt, qui nec multum fætet, nec omnino priuatur odore. Vrina quoque in qua hæc apparent, omnibus alijs melior iudicatur: ſignificat enim digeſtiuę perfectionem; & ab ægritudinis malitia ſecuritatem. Hoc autem deſcendens, in bonitate ſequitur id quod in medio vaſe pendet, cum ſecundum hũc modum reperitur; poſt quod etiam illud quod in ſuperficie natat, conſiſtit. *Color* autem qui attenditur in deſcendente, melior eſt albus, cum formæ longitudine. Poſt hoc autem eſt rubeus; ſignificat enim ſalutẽ cum ægritudinis prolixitate: glaucus vero deterior eſt, eoque viridis peior; Et hoc quoque niger deterior.

Iudicium de vrina ſecundum ea quæ deſcendunt & ſupernatant.

Quinã color deterior in parte vrinæ deſcendente.

De Hypoſtaſi.

CAP. CLXXV.

RErum autem quæ multoties apparent in vrina, *prima* eſt hypoſtaſis; & eſt eius quod apparet in ampullis, aquæ roſatæ ſimilis. In huius namque colore videntur radioſitas, & peruietas, & raritas, & claritas, ac pulchritudo, quę in cæteris non inueniuntur; cumque mouetur, tota cum vrina miſcetur. Aqua tamen vrina non turbatur: ipſa quoque non cito deſcẽdit inferius. plerumque quod etiam non deſcendit, hoc eſt ſuperfluitas in venis exiſtens. *Secunda* eſt ſuperfluitas turbida, cuius color eſt albus, & eſt ſæpe liquefacto ſimilis. *Tertia* eſt pus, quod quandoque diuiſum eſt; ex quo cum mouetur vrina, turbatur ſurſum aura, & eleuantur fruſtula, deinde vero deſcendit inferius. *Quarta* eſt arenoſa, cuius duæ ſunt ſpecies: Vna lima, quæ limaturæ auri ſimilatur, licet minutior ſit, & hæc à renibus egreditur. Alia vero colorem habet quaſi terræ vel luti, & hæc à veſica egreditur.

Octo ſunt quæ in vrina multoties apparent.

Vrina arenoſa duplex.

Quinta vero pilis non multum albis aſſimilatur, quę cum à renibus egrediatur, nullum aliud malum portendit, niſi humores crudos abundare in corpore, cui medicamina diuretica conferunt. *Sexta* eſt in qua fruſtulorum carnis ſimilitudines apparent, quæ ex renibus egrediuntur, ſi dolor in renibus fuerit. Si vero cũ acuta febre appareat, febrem corpori valde nocere demonſtrat. Cum hectica vero ſi fuerit, ſolidorum indicat liquefactionem, & dolorem peruenisſe iam ad membrorum carnem. *Septima* lentium excorticatarum aſſimilatur fruſtulis, ſignificans in hepate ſuperfluitatem caloris. *Octaua* ſimilis furfuri eſt, quæ propter ægritudinem veſicæ ſępius contingit; ſed tunc colorem extraneum non habet. Quandoque vero cum febre acuta prouenit, eiuſque color extraneus, & à maturitate valde remotus, mortem portendit.

Vrina furfurea ſæpe indicat mortẽ.

Auicenna vbi ſupra. Conuenientia medicorum, in vſu nominis hypoſtaſis & ſediminis iam receſſit à via cognita. Dicunt enim hypoſtaſim aut ſedimen, non illud tantum quod inferius deſcendit, ſed omnem ſubſtantiam quæ ſpiſſioris eſſentię quam aquoſitas exiſtit, & eſt ab ea diuiſa, ſiue ſit ſuſpenſa, ſiue ſit ſupra. Cognoſcitur autem hypoſtaſis multipliciter; ſcilicet ex ſui ſubſtantia, & quantitate, & qualitate, & ſuarum pàrtium ſitu; ex loco quoque ſui, & tempore, & permixtionis ſui qualitate.

Quid hypoſtaſis & vnde cognoſcatur.

De Diuerſitate vrinarum ſecundum ætates & ſexus.

CAP. CLXXVI.

VRinæ puerorum ſignificatio parua eſt, præcipueque infantium, eo quod lacte vtantur, & quod materia tingens in eis eſt quieſcens ac ſubmerſa. In eorum quoque natura diuerſitas exiſtit ex debilitate, & multa dormitione, quod maturitatis ſignificationem pernecat. Infantium igitur vrinæ trahunt ad lactis proprietatem, propter nutrimentum eorum, & propter complexionis humiditatem: Ideoque declinant ad albedinem. Puerorum autem vrinę ſpiſſiores ſunt & craſſiores, quam iuuenum, ac turbidiores. Vrinæ iuuenum ad ignis formam tendunt, & ad ſubſtantiæ mediocritatem; vrinæ vero ſenum ad albedinem, & ſubtilitatem. Quandoque tamen craſſæ ſunt, ſecundum ſuperfluitates in eis exiſtentes, quorum euacuatio multiplicatur.

Parua eſt ſignificatio vrinæ puerorum.

Porro decrepitorum vrinæ maioris albedinis ſunt, & tenuitatis. Quandoque tamen prædicta ex cauſa craſſities accidit eis, ſed raro. Cumque fuerit vrina vehementer craſſa, apti erunt vt eis accidat lapis. Vrinæ vero mulierum ſemper maioris craſſitiei ſunt & albedinis, minoriſque pulchritudinis quàm virorum. Et hoc quidem propter debilitatem digeſtiuæ earum & propter multitudinem ſuperfluitatum, & amplitudinem canalium. Præterea maſculorum vrinæ commotę turbantur, & earum turbatio declinat ad ſuperiora. Vrinæ vero mulierum ferè non turbidantur ex motione, propter paucam ſui ſeparationem; & habent ſecundum plurimum ſupra ſummitatem ſuam ſpumã rotundam. Quod ſi turbidæ fuerint, earum turbidatio pauca erit. Vrinæ prægnantium claræ ſunt, & ſuper earum ſuperficiem eſt nebula, & ad colorem aquæ ciceris quandoque trahunt.

Differentia inter vrinas puerorum, iuuenum & ſenum; virorum & mulierum, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS
VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,
Tomus Secundus.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

De Signis & cauſis particularibus ægritudinum.

CAP. I.

ALI *ſermone* 8. Dicto de ſignis vniuerſalibus ægritudinum, reſtat dicendũ de ſignis particularibus, vel proprijs ſingulorum membrorum. Eſt autem morbi diffinitio nocumẽtum actionis ſenſibile. Nam corporũ quæ morbis parata ſunt actiones, adhuc in habitudine ſua naturali ſuperſunt, niſi quòd alteratione quadam immutatæ ſunt, aut in quantitate, vt ſi ciborum appetitus augeatur vel minoretur, vel ſi digeſtio modum quantitatis ciborum excedat, aut ab ea minuatur; aut in qualitate, vt ſi ciborum appetitus immutetur, ſcilicet in dulcorem, vel acciditatem; aut in tempore, vt ſi hora conſuetudinis appetitus anticipetur, aut differatur. Hæc igitur ſigna, nec plenum morbum, nec perfectam ſanitatem ſignificant.

Morbus eſt nocumentũ ſenſibile actionis.

Morborum autem quidam fiunt in ea membrorum parte quæ ſenſui patet, & horum ſignificatio facilior eſt. Quidam autem in interioribus, & abſconditis partibus, & horum ſignificatio difficilior. De his qui ſenſu patent primo tractabimus; quia diſcentibus eſt oportunius incipere à ſenſibus. Horum autem quidam & exterioribus & interioribus corporis communes ſunt, vt febres, & apoſtemata. Quidam vero ſuperficiei tantum: Et horum alij ab interioribus cauſis proueniunt, aut ab exterioribus. Iterum qui ab exterioribus, aut accidunt à corporibus inanimatis, vt à lapidibus & huiuſmodi, aut ab animatis, vt à percuſſione ſcorpij vel morſura, vel punctura.

Morborum quidam ſenſus patent, quidam nõ: vnde horum quam illorũ difficilior eſt ſignificatio.

Diuiſio morborum ſenſibilium.

Idem in ſermone 6. Continuationis ſeparationum cauſa, quæ fit ab exterioribus, aut eſt aliquid incidens, vt enſis; aut diſrumpens & deſiccans, vt motus fortis; aut incendens, vt ignis, & medicamen adurens; aut aliquid allidens, vt lapis; aut diſtendens, vt funis. Quæ vero ab interioribus ſunt, exterioribus aſſimilantur: aut enim eſt chimus craſſus illidens, ſicut ab exterioribus lapis; aut ventoſitas craſſa diſtendens, quemadmodum funis; aut calidus ac putridus humor incendens, ſicut ignis.

Cauſa ſeparationis cõtinuitatis.

De febre, & corporibus ad febrem diſpoſitis.

CAP. II.

FEbris eſt morbus ex mala complexione calida, communis omni corpori. Ideoque diffinitur eſſe *calor extranaturalis à corde procedens, & per arterias ad omnes corporis partes miſſus, eiuſque nocens actionibus. Iſidorus vbi ſupra.* Febris à feruore dicta eſt: Eſt enim abundantia caloris. *Phyſicus. Febris eſt calor innaturalis, naturæ ſupergrediens curſum, à corde procedens in arterias, ſuoque lædens effectu. Auicenna canone* 4. *Febris eſt calor extraneus in corde accenſus, & procedens ab eo, mediantibus ſpiritu & ſanguine, & per arterias in totum corpus, cuius inflammatio naturalibus operationibus nocet.*

Quid febris.

Febris vnde dicta, & quid.

Corpora vehementius ad febres præparata (ſicut quidam dixerunt) ſunt corpora calida & humida, proprieque cum humiditas caliditate fortior eſt. Et iſta quidem ſunt fœtidi ſudoris, & vrinæ, & egeſtionis. Corpora quoque calida & ſicca, præparata ſunt ad febres calidas, & incipiunt ephemeræ prius; deinde feſtinant ad putredinem & aduſtionem. Quandoque vero cadere faciunt in hecticam: & ſequuntur ea, quæ æquantur in ſiccitate & humiditate, dominaturque caliditas: & accidit febris vaporis calidi; deinde permutatur ad febrem caloris: poſtea corpora illa in quibus æquantur calor & frigus, & multiplicatur humiditas. Iſtis quidem febres putredinis accidunt ſecundum plurimum incipientes. Corpora vero frigida & humida, vel frigida & ſicca, longinquiora ſunt à febribus, & proprie ab ephemera. Senibus autem parum accidit febris valde accenſa, propter frigus complexionis, & paucitatem carnis eorum.

Quibus corporibus maxime accidat febris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Horis febrium.

Cap. III.

Febres habẽt quatuor diuersitates, sicut & alię ægritudines sc. principiũ, augmẽtum, status & declinatio.

HOræ vero febrium, ſicut & reliquarum ægritudinum ſunt principium, & augmentum, & ſtatus vltimus, & declinatio. *Principium* quidem eſt ex hora qua calor innatus prouocatur à materia in membro ſubmerſa, tam diu donec non appareat maturationi, aut diuerſitati eius contrariæ maturationi, veſtigium. Sed quandoque principium occultatur, ſicut in ſynoche, & apoplexia, & epilenſia. *Augmentum* eſt hora in qua manifeſte mouetur innata caliditas ad reſiſtendum materiæ; & apparent ſigna digeſtionis, aut ſigna digeſtioni contraria. Porro ſtatus eſt hora pugnæ, ſcilicet in qua vehemens pugna fit inter naturam & materiam, apparetque victoria vnius earum ſuper aliam. Huius ſpatium in habentibus paroxiſmos acutos eſt paraxiſmus vnus ter, & non cognoſcitur niſi per illum qui ſequitur ipſum: aut duo paroxiſmi, & cognoſcitur in tertio eius. *Declinatio* vero eſt hora, in qua calor innatus iam materiæ dominatur, ac vincit eam, & ſeparat congregationem eius, ſcilicet rei poſt rem; & tunc alleuiatur occulte caliditas, & expellitur ad extremitates, donec reſoluitur, & multoties incraſſatur.

Status ægritudinum eſt varius.

Diuerſificatur autem ſtatus ægritudinum: nam valde acutarum longinquior ſtatus eſt, vſque ad quatuor dies; & febres ephemeręſunt de hac ſumma. Verum tamen non numerantur acutæ, quia non ſunt de ægritudinibus habentibus timorem. Et ſequuntur eas febres acutæ, & ſunt illæ quarum ſtatus peruenit ad 14. dies, & quod eſt ſupra illud. Et plures quidem febrium complent principium, & augmentum, & ſtatum in paroxiſmo vno; alium quoque paroxiſmum faciunt declinando. prętерea quarundam febrium prolongatur augmentum, & quarundam declinatio.

De cognitione horarum vniuerſalium & particularium.

Cap. IIII.

Hora ægritudinis vniuerſalis quandoque innoteſcit ex ſpecie eius, quandoq; ex motu quandoque virtute, ex ætate, tempore, pulſu, rigore &c.

COgnitio quidem horarum ægritudinum vniuerſalium, aliquando eſt ex ſpecie ægritudinis. Nam ſpaſmus ſiccus, & epilenſia, & apoplexia, & ſquinantia, ſunt ex acutis valde: tertiana vero pura, & cauſon, ex acutis non valde. Porro quartana, & paralyſis de macronoxijs. *Quandoque* vero fit ex motu ægritudinis: Nam ſi paroxiſmi breues ſunt, ſignificant quod ſtatus propinquus eſt, ſicut eſt tertiana pura. Tempus enim paroxiſmorum eius eſt ex tribus horis vſque ad quatuordecim. Si vero prolixi ſunt, ſignificant quod materia craſſa eſt, & ſtatus longinquus; ſicut in tertiana non pura. Et ſi non fuerint illic paroxiſmi, immo materia eius fuerit acuta, ſicut ſynochi, tunc ægritudo erit acuta. Et ſi fuerint ſigna eius ſigna frigidæ craſſæ, aut decliuis ad craſſitudinem; tunc ægritudo erit non acuta. Et ſi remanſerit cum diſpoſitione ſua, tunc ægritudo non erit illius acuitatis.

Et quandoque etiam eſt ex virtute cui velociter aduenit debilitas, quare eſt ægritudo acuta: *quandoque* etiam eſt ex ætate vel tempore. Nam in tempore calido, & ætate calida, ſtatus ægritudinum feſtinat, in frigidis autem tardat; & ſimiliter eſt diſpoſitio regionum. *Et ex* pulſu, nam ſi eſt velox, frequens, magnus, ægritudo eſt ad acuitatem decliuis; & ſi non, tunc non eſt acuta. *Et ex rigore*, nam ſi eſt prolixi ſpatij, tunc ægritudo eſt decliuis ad prolixitatem: Et ſi breuis eſt ſpatij, tunc ad acuitatem tendit. Et quando nullo modo eſt rigor, tunc abbreuiatur eius extenſio. *Quandoque* autem eſt ex parte horarum paroxiſmorum, nam ſi procedant ſecundum anteceſſionem ſuperfluentem, ita vt vnus antecedat ſuperfluitatem alterius, tendens ad additionem, tunc ægritudo erit in augmento. Si vero iam ſteterit anteceſſio ſuperfluitatis, tunc eſt ægritudo in ſtatu ſeruans horam vnam Si autem poſtponitur, tunc ægritudo eſt in declinatione.

Cognoſcitur etiam horarum diſpoſitio ex augmento accidentium febri & diminutione, ex diſpoſitione euacuationiſ, ex digeſtione, &c.

Denique cognoſcitur horarum diſpoſitio ex augmento accidentium febris in ſtatione, ac declinatione eorum, ex additione paroxiſmorum eius in longitudine, vel ex abbreuiatione ipſorum. Quandoque etiam ex diſpoſitione euacuationum, vt ſudoris ac fluxus ventris, nam cum accidit in paroxiſmo aliquo ſudor aut ventris fluxus, & paroxiſmus ſecundus, qui eſt poſt ipſum, eſt in ſimilitudine vehementiæ primi, & in fortitudine eius, aut ſupra ipſam; tunc euacuatio eius eſt propter multitudinem, non propter fortitudinem, & ægritudo iudicatur longa. *Et quandoque* ex parte digeſtionis, & contrarij digeſtionis. Verbi gratia: Quando apparet ſputum cum digeſtione aliqua, aut vrina in qua eſt nubes aliqua, tunc eſt principium augmenti: deinde quando multiplicatur illud, apparet autem contrarium eius, tunc eſt ſtatus. Et iterum quando apparet digeſtio, aut contrarium eius velociter ex ſputo aut nube, tunc ſcias quod ſtatus eſt propinquus. Et ſi tardatur, tunc ſcias quod ſtatus eſt longinquus.

Vnde cognoſcantur hora particulares febris.

Cognitio vero particularium horarum hæc eſt: Hora principij paroxiſmi eſt illa in qua coarctatur pulſus, & calor extremitatum fit plumbeus, & infrigidantur extrema, proprieque extremitas auris & naſi, vſque ad horam in qua ſentitur ſparſio caliditatis. Et quandoque principio aſſociatur alteratio coloris, & pigritia, & anguſtia, & tarditas motuum, & profunditas ſomni, & mollificatio palpebrarum, & grauitas ſermonis, & horripilatio inter ſcapulas, & in dorſo, & quandoque fortis rigor, quandoque vero ſaliuæ curſus, & ſaltus temporum, & tinnitus aurium, & ſternutatio, vel commotio membrorum. Et vehementius quidem debilitatur virtus, propter debilitatem quæ eſt in principio aut ſtatu. *Et horæ* augmenti medietas prima, eſt hora in qua pulſus incipit apparere, & magnificari, & velox fieri, ſpargiturque calor in toto corpore ſecundum æqualitatem. *Altera* vero medietas eſt hora, in qua non ceſſat hæc caliditas ſparſa cum æqualitate augmenti. *Hora* vero ſtatus eſt illa in qua remanent caliditas ſparſa cum æqualitate, & accidentia cum diſpoſitione ſua, fitque pulſus maior quam vnquam fuerit, & velocior ac frequentior. *Hora porro* declinationis eſt illa, in qua incipit ægritudo diminui, pulſuſque temperari, & æquari. Deinde vero illa in qua ſudare corpus incipit, & ad eradicationem perducit.

Vnde cognoſcatur illa quaſi declinatio quæ eſt prope mortẽ: & ex qua cauſa prolõgetur ægritudo.

Multoties quidem apud mortem accidit diſpoſitio, quæ eſt ſicut declinatio, quaſi iam æger euaſerit. Sed oportet vt pulſus cognoſcatur, vt magnificetur, aut fortis efficiatur. Scias etiam quod ægritudo prolongatur, aut propter materiæ multitudinem, aut propter eius craſſitiem, aut propter frigus eiuſdem. Ad hoc etiam iuuant quandoque tempus frigidum, & regio frigida, & ætas frigida, & debilitas innati caloris, & ſoliditas corporis.

De Speciebus febrium, & cauſis earum.

Cap. V.

Febris diuiditur in ægritudinalẽ & accidentalem.

DIuiditur autem febris in ægritudinalem & accidentalem. *Ægritudinalis* eſt illa, inter quam, & cauſam ſuam, quæ non eſt ægritudo, non eſt medium, vt febris putredinis. Non enim putredo in ſeipſa eſt ægritudo, ſed cauſa ægritudinis, id eſt febris, abſque medio. *Accidentalis eſt*, quæ ex alia ægritudine dependet, vt febris apoſtematis, & opilationis. Apoſtema namque in ſeipſo eſt ægritudo, cui febris accidit, ipſumque ſequitur, & eo exiſtente exiſtit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Tria ſunt in homine ſc. membra, humiditas, & ſpiritus; & inde tria naſcuntur genera febrium ſecũdum quod in his tribus fit accenſio.

Primo igitur de ægritudinalibus dicamus; quoniam omnium quæ ſunt in hominis corpore, tria ſunt genera; ſcilicet membra humores ac ſpiritus continentia; & humiditas ipſa recondita; & ſpiritus ac vapores effuſi: Membra quidem parietibus balnei, humiditas autem aquæ, ſpiritus aeri eiuſdem comparantur.

Itaque ſi accendatur febris in membris radicalibus, accenſione prima; ſicut accendit aduſtio, verbi gratia, vt in parietibus balnei, aut per follem ferrarij, vel per ollam coci, tunc illud genus febris hectica nominatur. *Si vero* accendatur primo in humoribus, & deinde accendatur ex eis in membris; ſicut cum aqua calida in balneum effunditur, lateres eius cauſa illius accenduntur; tunc illud genus febris humoris appellatur. Porro ſi accendatur prius in ſpiritibus & vaporibus, & inde accendatur in membris & humoribus; ſicut accidit, vt ignis aerem balnei calefaciat, indeque ad aquam, & ad parietes balnei perueniat; tunc illud genus febris ephemera vocatur: hæc enim in re ſubtili accenditur, quæ cum velocitate reſoluitur, raroque diem cum nocte ſua pertranſit, niſi ad aliud genus febrium conuertatur.

AVCTOR. Ob hoc itaque febrium tria ſunt genera, quia non apparent niſi in materia. Materię vero corporis ſunt tres, ſcilicet ſpiritus, humores, & membra ſpiritualia. Si ergo calor extra naturalis infixus & impreſſus harum alicui fuerit, calorem naturalem in igneum mutat, & calefacit cor, atque à corde per arterias (quas & calefacit) ad omnes partes corporis mittitur, ac per eas diſpergitur, ſicque febris æſtuat.

Alia febriũ diuiſio.

Auicenna vbi ſupra. Hæc eſt diuiſio febrium, quaſi per differentias, alio quoque modo diuiduntur. Nam aliæ ſunt acutæ, aliæ vero non; aliæ chronicæ, aliæ nocturnæ, aliæ diurnæ, & de eis ſunt ſalubres rectè, & de eis ſunt habentes accidentia horribilia, aliæ viciſſim dimittentes, aliæ inſeparabiles. Inſeparabilium autem aliæ quibus ſunt quietes, & remiſſiones, aliæ quibus intenſiones, aliæ alijs fortiores; aliæ ſunt ſibi ſimiles, aliæ frigidæ, rigorem aut horripilationem habentes; aliæ quoque ſimplices, aliæ compoſitæ.

De Ephemera, & cauſis, & ſignis eius.

CAP. VI.

Quid ephemera, & quot modis contingat.

HAli *vbi ſupra*. Ephemera febris eſt illa, quæ permanet in corpore vigintiquatuor horis, & quandoque peruenit vſque ad 48. vel 72. Hæc fit ex cauſis manifeſtis quatuor modis. *Primum* genus eſt ex his quæ ab exterioribus corpori occurrunt, eo quod aut illud calefaciunt, ſiue actualiter, vt æſtus ſolis, ardor ignis, aer balnei: ſiue potentialiter, vt balneum aquarum aluminis, vel ſulphuris: aut poros eius ſpiſſant, ſiue actualiter, vt aqua frigida, quæ ſuperfluitates fumoſas in corporis interiora recludit: aut potentialiter, vt aquæ lauacri aluminoſæ. *Secundum* eſt ex his quæ ad interiora mittuntur, vt ſunt cibi, & medicamina. *Tertium* eſt ex motu immoderato, aut corporis, vt exercitio laborioſo; aut animę, ſicut ira, triſtitia, cura. *Quartum* eſt ex paſſionibus quæ fiunt in membris manifeſtis ex peracutis cauſis, vt eſt apoſtema calidum, quod fit in inguinibus ex pedum vulneribus; vnde calor ad vicina membra profertur, atque ab eis ad alia, vſque ad cor; & inde per arterias ad omnia corporis membra tranſmittitur.

Quænam cauſa ephemera.

Auicenna vbi ſupra. Febris ephemera multas habet ſpecies; omnium autem ſpecierum ephemere ſunt cauſæ primitiuæ calefacientes eſſentialiter, aut per accidens, de ſumma occurrentium aſſumptorum, ſcilicet in cibo, & potu, & paſſionum corporearum, & animalium; & ex doloribus, & apoſtematibus apparentibus: Et ſunt de eis ex opilationibus, quarum cauſa non eſt primitiua: & non proueniunt cauſæ earum cum vehementia ſua ad hoc, vt pertranſeat illud quod inflammat ſpiritum, alioquin in hecticam cadere facerent, vel in aliam ſpeciem febrium humorum. Cauſæ namque primitiuæ plerumque mouent antecedentes, quæ ſi mouerint eas ad putredinem, erunt putredinis febres. febris iſta ſecundum plurimum in vno die recedit, raroque tertium diem pertranſit, alioquin æſtimatur permutari. Et intentio quidem permutationis eſt, quod retentio caliditatis pertranſit ſpiritum, aut ad corpus, aut ad humorem.

Razi in lib. diuiſionis ægritudinum. Ex ſignis ephemere ſunt, quod ipſa accedit ab alteratione eueniente, ſicut vigiliis aut laboribus ſuperfluis, aut fame vel ſiti vehementi, aut aeris calore vel frigiditate, aut caſu, vel percuſſione, aut aliquo huiuſmodi; nec alteratur ex ea multum vrinę color, nec pulſus velox eſt aut frequens vehementer, nec lingua vehementis aſperitatis & ficcitatis.

Signa ephemera.

Idem in Almanſore 80. parte. Ephemera ſemel tantum inuadit, cuius propria ſignificatio eſt, quod nec cum tremore, nec cum horripilatione incedit; & quod eam aliqua præter naturam cauſa præcedit, vt multus calor, aut ira, vel ſolicitudo, vini puri vel multi potatio, ciborum craſſorum repletio, vel aliquid huiuſmodi. Vrina quoque in hac ægritudine, nec in colore, nec in ſubſtantia, nec in odore multum ab eo quod conſueuerat mutatur. Calor etiam cum corpus ægri tangitur, nec multus, nec pungitiuus ſentitur; febris hæc non multum mala eſt. Quandoque tamen cum in huius curatione error contingit, in alias febres malas tranſit. Cum autem minui incipit ægritudo, ſudoris prouenit multitudo; vel ſaltem humectatio & reſudatio, poſtea vero perfectè ſudatur.

Cum minuitur ephemera, ſudatur.

De Febribus humoris, ſiue putridis.

CAP. VII.

Vnde putrida febres.

HAli *vbi ſupra*. Putridæ febres ex quatuor humorum putredine fiunt; humores enim ſi putruerint incaleſcunt. Indeque membrum illud calefit, in quo putrefactio fit, ab eo quoque membrum illi contiguum, ſicque membra calefiunt hæc poſt illa, donec perueniatur ad cor, à quo procedit ad arterias, & in omne corpus per illas. *Putreſcunt* autem humores vide cauſis; quę ſunt humoris multa quantitas, eiuſque craſſities, & eius viſcoſitas: Opilatio quoque quæ ab eo fit, & anhelitus priuatio, quæ ex ipſa opilatione contingit: humor namque ſi priuetur anhelitu, putreſcit; ſicut fieri videmus in exteriori humiditate quando priuatur aere.

Quinq; ſũt cauſa cur putreſcunt humores.

Auicenna. vbi ſupra. Putredo quidem accidit, *aut propter* malum cibum, quando præparatus eſt vt putrefiat illud quod ab eo generatur propter ſubſtantiæ ſuæ malitiam; *aut quia* velociter recipit corruptionem, quamuis ſit bonæ ſubſtantiæ, ſicut lac; *aut quia* res aquoſa eſt, & mali nutrimenti, cuius aquoſitatem recipit ſanguis, vt eſt illud quod generatur à fructibus tardis humidis valde, aut ex illis quæ non conuertuntur ad ſanguinem bonum; Immo remanet humor malus frigidus, quem abhorret calor innatus, eique ſuccedit extraneus, vt eſt ille qui generatur ex cucumere, ac citrolo, ac pyris, & ſimilibus: *aut etiam* propter malitiam artificij eius, aut horam, aut ordinem ipſius; *aut propter* opilationem prohibentem reſpirationem, & euentationem; aut propter complexionem corporis malam, quando non poteſt digeſtionem facere bonam; Virtutes ſiquidem non operantur in cibum & humores, propter priuationem reſpirationis, & ob hoc dimittunt eum crudum: (Et huiuſmodi quidem complexio, aut generat humorem malum, aut corrumpit illud quod generat, propter abbreuiationem ſuam in digeſtione, quia mouet eam motu pigro) *aut etiam* propter diſpoſitiones extrinſecas ex aeribus malis, vt eſt aer peſtilentię, vel lacunarum; & quandoque congre-

Cauſa putredinis, malus cibus, aquoſus, male cõditus, opilatio, malus aer: ſed præcipuè multitudo humorum eorumque craſſities & viſcoſitas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

gatur ex eis numerus humorum plurimus. Et plurimum autem cauſarum putredinis eſt, aut propter multitudinem humoris, aut propter ſuam craſſitiem, aut propter ſui viſcoſitatem.

De ſpeciebus earum.

CAP. VIII.

Diuerſitas humorum putridorum, diuerſas febres efficit.

HVmor itaque recipiens putredinem, aut eſt ſanguis talis vt euaporet ab eo vapor ſubtilis; aut phlegma tale vnde procedat vapor ſpiſſus; aut cholera talis, vt egrediatur ab eo vapor fumoſus valde ſubtilis; aut melancholia talis, vt euaporet ab ea vapor fumoſus, ſpiſſus, puluerulentus. Putredo quidem choleræ facit tertianam. Putredo ſanguinis, continuam. Putredo melancholiæ quartanam, & quæ curſum eius ſequuntur. Putredo phlegmatis, vt multum quotidianam, & quæ curſum eius imitatur.

Febres alia ſunt ſimplices alia cõpoſita; ſimplices autem ſunt quadruplices, ſc. cõtinua tertiana, quartana, & quotidiana.

Hali vbi ſupra. Febrium putredinis ſpecies ſunt plures; aliæ namque ſunt ſimplices, aliæ vero compoſitæ. Simplicium autem, quæ & purę ſunt, quatuor ſunt ſpecies, ex humorum numero. *Prima* eſt febris continua, quam ſynochum dicunt: hæc ex putredine ſanguinis fit, & eſt moleſta, quoniam ægrotus in ea non quieſcit. *Secunda* eſt tertiana, ex putredine choleræ rubeæ. Et hæc eſt ſalubris, quia diem vnum habet quietis: eius autem acceſſio breuis eſt; quoniam ex quo mouetur ſubtilis materia, citæ maturationis eſt, faciliſque diſſolutionis. *Tertia* eſt quartana, ex choleræ nigræ putrefactione: hæc quoque ſalubris eſt, quia per biduum quieſcit; prolixa vero, quoniam humor ex quo fit craſſus eſt, & tarde maturitatis, difficiliſque diſſolutionis. *Quarta* eſt quotidiana, ex putrido phlegmate æſtuans. Hęc quidem moleſta eſt, quia ſingulis diebus accenditur; longa quoque propter humoris craſſitiem & viſcoſitatem, ob quam non cito maturatur, nec diſſoluitur.

De Subdiuiſionibus earundem quatuor ſpecierum.

CAP. IX.

Prædictarũ 4. ſpecierum varię ſunt ſpecies; prima ſc. tres, reliquarum vero duæ.

HArum itidem quatuor ſpecierum vnaquæque ſubdiuiditur. Illa ſiquidem quæ ex ſanguine tumultuat, tres habet ſpecies. *Alia* namque à principiis vſque ad finem in habitudine vna conſiſtit, & æqualis dicitur. hæc quidem fit, quoniam tantum ſanguinis conſumitur, quantum & putreſcit. *Alia* vero à principio debilis incipit, nec vſque in finem augeri deſinit, tuncque fortis eſt ac difficillima, & vocatur augmentata. hęc quoque fit cum amplius ex ſanguine quàm finiatur putreſcit. *Tertia* porro in principio difficilis eſt & grauis; deinde ſemper imminuitur, & in fine deficit. hæc appellatur imminuta, tuncque fit, quando quod finitur ſanguinis amplius eſt, quàm quod putreſcit.

Quæ autem ex aliorum trium humorum putredine ſunt, ſingulæ bipartitæ ſunt. Alia namque continua eſt, quę non diuiditur; alia vero interpolata, quę quibuſdam vt dictum eſt temporibus accẽditur. Humores namque qui ſunt intra venas, ſi putrefiant, faciunt febres continuas: Qui vero extra putrefiũt, faciunt interpolatas. Ob hoc ergo continua eſt illa, quæ ex ſanguine putrido efficitur, quia ſanguis ſemper in venis ac vaſis, id eſt arteriis includitur: vnde & ſi etiam pars eius putreſcat, in totum diffunditur, eiuſque calore totum æqualiter vritur, nec febris deſiſtit, donec totum quod putruerat finiatur, aut certe mutetur, aut reformetur.

Non ſolum ex ſanguine ſed etiam ex alijs tribus humoribus cõtingit interdum febrem continuam oriri.

Quæ autem ex alijs humoribus naſcitur, ideo quãdoque continuatur, quia cum intra vaſa & venas humor putruerit, diſſolui & euacuari prohibetur, propter corporis denſitatem atque ſoliditatem. Itaque poſt accenſionis primæ imminutionem, ſuperſunt caloris reliquiæ, quæ durant vſque ad ſecundam; ſic & ſecundæ vſque ad tertiam, ita quod accenſionibus continuitatis efficitur continua febris. Si autem extra vaſa & venas humores putrefiant, cum acceſſionibus patiodicas febres generant: humor namque qui putrefit non adunatur vno tempore, ſed paulatim in locis quibus putreſcit, eiuſque congregatio inter duas accenſiones fit.

Item de cauſis interpolationis, & continuitatis earum, ſecundum Auicennam.

CAP. X.

Quando humeres putreſcunt extra venas, cauſant febrem interpollatam, quando vero intra, aſſiduam.

CHolera, & plegma, & melancholia, quandoque putrefiunt intra, & quandoque extra. Quando quidem putrefiunt extra, & non eſt alia cauſa, neque putredo in apoſtemate intrinſeco, quod det cordi putredinem continuam, tunc periodos faciunt, & accidunt quidem, & eradicantur. Phlegmatica tamen non eradicatur, quin ſint ibi reliquię occultæ. Quando vero putrefiunt intra, tunc faciunt adhærentiam febris aſſiduæ & inſeparabilis: aliquando tamen eſt ei vehementia per quam proximus eius cognoſcitur. Itaque quando putredo eſt intrinſeca, dominans ſuper omnes venas, aut ſuper plurimum eius quod ſequitur cor; ex eis non ſunt forſitan additiones & diminutiones apparentes. Quando vero eſt ſecundum contrarium illius, apparent manifeſtę alterationes.

Cauſa interpollationis.

Ob hoc autem febris extrinſecę putredinis eradicatur & redit; quoniam in tempore paroxiſmi putredo materiei ſuperuenit, & eius humiditates finit, ex quibus pendebat caliditas; & reſoluuntur & egrediuntur è corpore, quia non ſunt in venis retentę; remanentque cinereitas & terreſtreitas ipſius, quæ non ſunt vehiculum febris & caliditatis. Itaque quando iam non remanet caliditas in humore per putredinem aduſto, deſtruitur febris vſquequo alia vice aggregetur ad locum putredinis; & cum remanſerant in ea reliquiæ caliditatis ex putredine prima, quamuis materia non remaneat; aut propter inuentionem cauſæ primæ putrefactionis in materia prima, inflammatur in materia ſecunda, ſecundum ſemitam putrefactionis. Res enim putredinis reuoluitur, ſecundum inuentionem caliditatis non deficientis, putrefacientis, & reſoluentis, ac cinerem facientis. & pertranſeuntis ad vicinum, donec abſcidat terminum, finiatque materiam, nec aliud vicinum inueniat, ſed remaneat febris expectans aliam materiam, vt attrahat ad locum ſuum.

Cauſa continuitatis.

Cum autem putredo eſt intra venas, tunc accidit vt reſolutio completa ſit difficilis, nec reuoluitur putredo propter continuitatem quæ eſt in quibuſdam venis cum alijs, & putreſcit omnis res quæ vicina eſt ei; deinde reuoluitur ad vicinum aliud. Et iterum illud quod comprehenſum eſt in venis, vehementioris eſt continuationis ad cor. Deteriores quidem ſunt febres inſeparabiles, in quibus putredo eſt intra venas, quam ille quæ eradicantur, in quibus eſt putredo in toto corpore, aut in partibus corporis.

Deteriores ſunt febres quæ fundantur in putredine intra venas.

Hali vbi ſupra. Accidit quoque ſanguini extra vaſa venaſque putreſcere, & febrem continuam generare. Quod tunc fit cum ex ea multa quantitas in aliquo membro congregatur, apoſtemaque facit; & opilationis cauſa, quæ accidit ex apoſtemate, putreſcit. Putredinis quoque cauſa calefit, & apoſtematicum mẽbrum calefacit, eiuſque calor per confinitatem defertur à membris ad membra per arterias, quæ ad illud membrum porriguntur, donec ad cor veniatur, indeque per arterias in omnia corporis membra mittitur: nec deſiſtit hæc febris, donec apoſtema maturatum euacuetur. His ergo de cauſis, aliæ febrium continuæ ſunt, aliæ circulares.

Aliquando fit febris cõtinua ex putrifactione ſanguinis extra venas.

De Febre acuta, & continua.

Cap. XI.

Quid synochus seu asmatica.

RAzi in Almansore 10. parte. Synochus est febris quæ asmatica dicitur: hæc quidem sine tremore & horripilatione accidit, cum calore tamen incipit, & cum ea est in facie & in oculis & auribus naribusque, rubedo & æstuatio & incendium forte, & inspiratio magna ac spissa. Hanc febrem priusquam accedat, hęc signa præcedunt in corpore, scilicet grauitas, & extensio, pigritiaque, & quasi lassitudo, & in somno superfluitas ac stupor, & in capite grauitas, præcipueq; in fronte & temporibus. Venæ quoque inflantur, & quidem tumidæ videntur: & pruritus in naribus oculisque sentitur: Accidit autem hæc febris iuuenibus, corpora bonæ habitudinis habentibus; & hoc qui ex carne & confectionibus & ex melle, multum comedere, multumque bibere consueuerunt. Contingit autem sæpius in hyeme & vere, pulsuque magnus ac spissus in ea sentitur, & vrina rubea ac spissa.

Signa eiusdem.

Quibus potissimum soleat accidere.

Febris continua 4. sūt species secūdum varietatem humorum.

AVCTOR. Synochus est febris sanguinea, vt dictum est supra, quæ & continua. Itaque febrium continuarum quatuor sunt species, secundum quatuor genera humorum. Alia enim fit ex sanguine, & dicitur synochus, vel synoche. Alia ex phlegmate, & dicitur quotidiana continua. Alia ex cholera rubea, & dicitur causon, vel tertiana continua. Alia ex melancholia, & dicitur quartana continua.

Auicenna vbi supra. Illa vero quæ ex putredine sanguinis est continua & inseparabilis, eiusque calor plurimus cum lenitate, non in mordicatione colerica, quandoque peruenit ad statum in quatuor diebus.

Tertiana quartana & quotidiana interdū sunt continua.

Razi vbi supra. Tertiana quoque, quartana & quotidiana, plerumque fortasse non cessant, sed continuæ permanent. In hora tamen accessionis fortiores fiunt, & postea reprimuntur, non tamen ita separantur vt corpus ab eis omnino liberetur. Accidentia quidem istarum febrium eadem sunt quæ & prædictarum, excepto quòd non incipiunt cum tremore, nec est cum eis sudor in toto corpore, nisi cum recedunt. Materia tamen earum est etiam materia illarum, sed est in quantitate maior, & in qualitate deterior.

De febre quotidiana.

Cap. XII.

Quid febris quotidiana, & quomodo procedat.

FEbris quotidiana, quæ & phlegmatica dicitur, cum horripilatione & puro frigore in costis & extremitatibus incipit. Tempus quoque frigoris in corpore prolixum fit, & vrina calefit: Nec ad ardorem cito sicut tertiana prouenit. Immo etiam cum prolixitate & labore, & plerumque quidem calefit, & iterum infrigidatur; post hoc iterum calefit. Quod postquam multoties factum fuerit, manifestatur calor, & æqualis in toto corpore fit. Qui cum incipit per totum corpus spargi, non est fortis, neque purus, & in ægri corpore non est incendium, neque punctio, sicut in tertiana & causonide, nec sitis est cum ea, nec vehemens inspiratio: & si cum ea vomitus affuerit, aut vētris solutio, humores albi, pureque phlegmatici eger-untur, aut cum pauca cholera rubea facies etiam aliquantulum in hac febre tumere videtur, & corpus macrescit, & virtus appetitiua deprimitur. Pulsus autem multo minus velox ac spissus quàm in tertiana inuenitur. & præter hæc est diuersus. Vrina vero alba est, & subtilis; aut rubea, & spissa, ac turbida. Hæc febris quotidie inuadit, in qua tempus molestationis tempore interpolationis prolixius existit. Accidit autem sæpius pueris, mulieribus, & eunuchis, & humida corpora habentibus, eisque qui multum comedunt, & parum euacuantur, & parum exercitantur; in temporibus quoque & regionibus frigidis & humidis.

Signa eius.

Quibus accidat.

Idem in lib. diuisionum. Febris phlegmatica periodica est cum horripilatione longi temporis, & omni die paroxismum facit, nec vehementer inflammatur quādo calefit, & est humiditas in ore, vomitusque phlegmatis, & cætera quæ prædicta sunt. phlegmaticæ quoque continuæ sunt eadem omnia signa, nisi quod horripilatio non est cum ea, sed loco eius in corpore caliditas est addita. Sudor quoque fortasse non est in ea, nisi cum totaliter separatur. Rarum est autem vt cum sudore separetur; immo plerumque huius febris recessio, phlegmaticæ quoque periodicę, & vtriusque quartanæ, omniumque febrium prolixarum & tardarum, est absque chrisi, sed cum resolutione alicuius rei post aliam. Si autem est aliquando in dispositione, tunc fit cum vomitu, ventrisque solutione.

Signa febris phlegmatica periodica, & continua, sūt ferè eadem.

Recessio huius febris est cū resolutione absq; chrysi.

Auicenna vbi supra. Phlegmatica quidem, faciens accessionem omni die, leuis caliditatis est, comparatione ad cholericam: longa vero propter materiei viscositatem, & frigus eius multitudinem. Est autem magni timoris, quia paruum habet spatium interpolationis & quietis, & quoniam associatur corruptioni atque debilitati in ore stomachi.

Hæc febris est timenda.

De febre tertiana.

Cap. XIII.

FEbris autem quæ est ex putredine cholerę, motus est tertianus, nisi sit species eius quæ dicitur adusta, cuius motus est occultus valde, & est sicut inseparabilis conclusa. Tertiana quidem pura est acuta, propter materiæ subtilitatem; eiusque caliditas est magna & mordicatiua, propter choleræ fortitudinem: sed est salutifera, quia cholera leuis est super naturam, & quoniam ipsa facit quietem. Tertiana vero non pura longioris est spatij quàm pura. Et pura quidem non transit 7. periodos, nisi per errorem; continua vero quandoque consumitur.

Tertiana pura non transit vltra septem periodos nisi per errorem.

Item Razi in Almansore 10. parte. Febris tertianæ principium accidit cum forti tremore, & pauco frigore; sicut pes cum obstupescit; sed non diu perseuerat, sicut in alijs febribus fit, quia corpus cito calefit, & hoc vehementer. plerumque vero ex ea superuenit nausea, & æstuatio, ac vomitus choleræ rubeæ. Venter etiam quandoque soluitur, & cholera rubea egreditur. In huius febris fine, pulsus inuenitur magnus, & velox, ac spissus, sed tamen æqualis. Vrina quoque in colore est ignea, sed secundum substantiam non est spissa, habet tamen odorem malum ex putrefactione. *Hæc* autem febris euenit sępius complexionem calidam & siccam habentibus, & his qui multum laborem, aut vigilias, aut ieiunium perpessi sunt, aut ex cibis calidis nutrimentum sumpserunt, & vinum forte vetusque bibunt; & si regiones & tempora in calore distemperata sunt. Hæc prętera febris vltra 12. horas ęgrum non infestat; immo frequenter in paucioribus remouetur paroxismus. Cumque recessionis hora aduenerit, cum sudore remouetur, & pulsus ab ea mundificatur.

Quibus accidat sæpius, & quamdiu duret.

Causon quoque febris est ex genere tertianę, sed ea fortior, & maioris incendij. Vna quidem die validior, & alia minus valida fit; à corpore tamen non separatur, nec horripilatio cum ea accidit, neque sudor, nisi cum recedit. Alia vero tertianæ accidentia sunt cum illa, vehementiora tamen ac firmiora. lingua prætera & labia citrina fiunt ac nigra, & absque dubio aspera, etiamsi febris fuerit valde fortis.

Quid causō & quæ signa eius.

Idem in lib. diuisionum. Febris tertianæ signa sunt, quod incipit cum horripilatione simili acus puncturæ, nec est frigus eius dominans, sed ad calefactionem declinans, eiusque festinat inflammatio, & ideo magnificatur pulsus anhelitus, fitque vehemens inquietudo, & æstus, & sitis, & angustia. Quandoque etiam accidit alienatio, & choleræ vomitus, & egestio.

Signa tertiana tam ordinaria quam continua.

Et

Et hæc quidem febris plurimum in quarto periodo ſtat, & quandoque in eo ſeparatur. Ad plurimum autem vſque ad ſeptimum extenditur; nam quæ periodos 7. pertranſit, non eſt tertiana ſimplex & pura, ſed compoſita, in qua phlegmatis eſt commixtio.

Tertianæ vero inſeparabilis, id eſt continuæ ſigna, ſunt omnia ſigna tertianæ, præter horripilationem & ſudorem; non enim eſt cum ea, niſi quando eſt cryſis. Caliditas autem & alienatio vehementiores in ea ſunt, & malignior eſt & deterior. Quando autem vrina eſt alba, melior eſt ac lenior. Quando vero citrina, media eſt in malitia. *Differentia* inter febrem tertianam continuam, & illam quæ ex ſanguine fit, eſt, quod iſta fortior fit in tertio, nec ſunt cum ea rubedo ſuperflua, & extenſio in corpore, & diſpoſitio ſimilis aſmati, & anhelitus conſtrictio, quæ ſcilicet accidentia ſunt in febre ſanguinea.

Diſcrimen inter tertianam continuam & ordinariam quæ ex ſanguine naſcitur.

De Febre quartana.

CAP. XIIII.

Quid quartana.

IDem in *Almanſore*. Febris quartana incipit cum tremore adeo vehementi, vt dentes adinuicem conſtringi faciat & concuti, nec eſt talis tremor in alijs febribus. Iuncturæ quoque & oſſa dolent, & grauitatem habent. Febris hæc quando calefit & accenditur, valde calidior eſt quam phlegmatica, non tamen ad calorem tertianæ peruenit, nec in ea tanta ſitis, nec tanta accenſio, nec tantus dolor capitis, nec tantum alienationis iuuenitur, quantum in tertiana. Pulſus in hac febre, ex paruitate & debilitate, varietate quoque & tarditate, admirabilem peruenit diſpoſitionem. Vrina vero alba & ſubtilis apparet, aut rubedini attinet; plerumque autem eſt clara valde, & cruda; aut craſſa, & nigra; aut rubea febris hęc poſt longas febres quarum interpolationes paucæ fuerunt, ſæpius contingere conſueuit; & in autumno, & in fine æſtatis, & ſiccas habentibus complexiones.

Quibus ſæpius contingat & quãdo.

Idem in lib. diuiſionum. Quartanæ periodicæ ſignum eſt horripilatio vehemens ac difficilis, oſſium profunditatem contingens. In huius principio valde debilitatur pulſus; & hoc eſt proprium ſignum ipſius. Licet enim in omnium etiam aliarum febrium inceptione, pulſus minoretur, non tamen ſicut in hac, quæ plurimum quidem accidit poſt febres alias, cum earum paroxiſmi permiſcentur: In inceptione vero raro accidit, niſi plurimum melancholicis, & habentibus ſplenes craſſos. Huius caliditas eſt infra tertianæ caliditatem, ſed in ſiccitate & aſperitate non eſt infra illam. *Quartanæ* quoque continuæ ſigna ſunt eadem, quę periodicæ, niſi quia caret horripilatione, & in quarto quidem fortis eſt, in alijs autem diebus tepeſcit, ſed huius euentus rarus eſt.

Signa quartanæ periodicæ, & cõtinuæ.

Auicenna vbi ſupra. Quartana porro non acuta eſt, propter frigus materiei; longa vero eſt propter illud: ſed non eſt in ea timor, quia facit quietem ſpatio longo; & quia non eſt talis acuitatis, quam ſequantur accidentia vehementia. Quartana quidem, & tertiana aſſidua, & interpolata, conſumuntur per vomitum, & ſolutionem ventris, aut ſudorem, aut vrinæ prouocationem. Incenſiua vero per huiuſmodi conſumitur, & per fluxum ſanguinis narium. Principium quidem prolongatur in tertiana, ſtatus in concluſa, & declinatio in incenſiua, ſtatus & declinatio in continua, & in quotidiana integræ eradicationis.

Quartana non eſt multum timenda.

Per quid cõſumatur.

De Cauſis varietatis periodorum in febribus interpolatis.

CAP. XV.

CAuſæ vero varietatis periodorum in febribus circularibus ſunt tres. Prima eſt velocitas congregationis humoris qui putreſcit, & eius mora. Secunda eſt facilitas putrefactionis eiuſdem, & difficultas. Tertia eſt euacuationis eius acceleratio, & mora. *Phlegma* namque febrem excitat, quæ ſingulis diebus accenditur, eo quod ad putrefactionis locum cito cõueniat, ſuæ quantitatis in corpore multitudine, & putrefactionis acceleratione, humiditatis cauſa, euacuationiſque mora, propter ſuam viſcoſitatem. *Cholera* vero nigra febrem facit, quæ vno die accenditur, & duobus non; eo quod tarde adunetur, propter quantitatis ſuæ paucitatem. Difficile vero putreſcit propter ſuam frigiditatem & ſiccitatem; celeris autem euacuationis eſt, quia minimè viſcoſa eſt. *Porro* cholera rubea febrem generat, quæ quieſcit die vna; quoniam inter phlegma & choleram nigram eſt media, in habitudinibus quas diximus. Minoris enim quantitatis eſt quam phlegma; maioris autem quam nigra. Phlegmate quoque ſiccior, & nigra humidior; vtraque vero in ſubſtantia ſubtilior. His ergo de cauſis periodicarum febrium circuitus diuerſi videntur.

Tres ſunt cauſæ varietatis periodorum in febribus.

De Cauſis abbreuiationis & prolongationis paroxiſmorum.

CAP. XVI.

HIs etiam eiſdem de cauſis prolixitas acceſſionum variatur. *Quotidiana* namque ex maiori parte acceſſionem extendit horis decem & octo, propter phlegmatis craſſitiem & viſcoſitatem, quia non cito diſſoluitur. *Quartana* vero vt in pluribus viginti quatuor, propter humoris craſſitiem & viſcoſitatem; quia non cito putreſcit, & cum putruerit non cito diſſoluitur, quia lapidis & ferri ſimilitudinem gerit, in quibus ignis non poteſt velociter operari. Cumque fuerit in eis operatus, non velociter extinguuntur, aut refrigerantur. Tertiana denique pura, duodecim horas feruet, ſecundum ampliorem partem, propter humoris aquoſi ſubtilitatem, & viſcoſitatis paucitatem. Vnde & velociter putreſcit, & velocius euacuatur per ſudorem.

Acceſſionis tempus ordinarium in quotidiana eſt 18. horarum, in quartana 24. in tertiana pura 12. & quare.

Eſt autem & cuiuſque febris tempus acceſſionis, aliquando quidem longius, aliquando vero minus, tribus de cauſis. *Prima* eſt humoris cauſa; quando enim craſſior eſt, & viſcoſior, atque frigidior, erit & febris longior: Quando vero minor eſt, & ſubtilior, & calidior, ac minus viſcoſus, fit febris breuior. *Secunda* eſt virtus infirmi, quæ ſi robuſta fuerit ad humorem depellendum, ac per ſudorem educendum, erit acceſſio breuior; ſi vero debilis, acceſſio quoque prolixior. *Tertia* eſt habitudo corporis; nam ſi corpus rarum ſit & poroſum, acceſſio breuior efficitur, quoniam humor facile celeriterque diſſoluitur; ſi vero ſpiſſum ſit, & conſtipatum, porique ſtricti, fit acceſſio longior. Cum autem omnes abbreuiationis cauſæ ſimul adunantur, fit breuiſſima; cum vero econtrario, longiſſima. *Cum* igitur acceſſio breuis eſt, febricitans ab vna vſque ad aliam quieſcit à calore, cum autem prolixior eſt, non mundatur à febre donec ſecunda ſuperueniat: nec ei quies inter vtraſque ſit in tantum vt huiuſmodi febris continuæ ſimilis ſit.

Tres ſunt cauſæ mutationis dicta acceſſionis.

Auicenna vbi ſupra. Periodi febrium prolongantur aliquando propter materiæ multitudinem, aut eius viſcoſitatem, aut craſſitudinem, aut quietem; aut propter ſenſus debilitatem, aut propter pororum ſpiſſitudinem, ob quam non reſoluitur humor. Abbreuiantur etiã quandoque propter prædictorũ cõtraria.

Cur periodi febrium interdum prolongantur interdũ abbreuiantur.

Item

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Item paroxiſmi quidam tardantur, quia materia pauca eſt, aut tardi motus ad mineram putredinis propter craſſitudinem ſuam, ſicut eſt materia quartanæ. Quidam vero feſtinant, quia materia multa eſt, ſicut phlegma vitreum; ac ſubtilis ſicut cholera.

De inordinatione vel mutatione periodorum, & febre erratica.

CAP. XVII.

ILLÆ quidem febres quibus paroxiſmi ſunt eradicationis, & temporis, quandoque dimittunt ordinem ſuum propter diuerſitatem materierum, in multitudine, & paucitate; craſſitudine quoque & tenuitate, & propter diuerſitatem in genere; quia materiæ quædam permutantur, & fiunt de genere materiæ alterius; & quandoque fit ex malicia regiminis ægri, vel propter debilitatem eius, aut propter multitudinem ſenſus eius.

Varia ſunt cauſa mutationis periodorum.

Hali vbi ſupra. Sciendum quoque quod periodicarum febrium circumitus ſemper in ordinatione ſui ſtabilis ſit, nec ab ordine propoſito deſiſtit, quamdiu putridus humor ſuperfuerit, ſi non ab habitudine ſua immutetur; & ſi non alius humoris ſpecies illi miſceatur, & circa infirmi regimen non peccatur. Econtra vero, ſi humor putridus ab habitudine ſua in aliam ſpeciem alteretur, vt cum ſanguis aduſtus putreſcit, quod in eo ſubtile eſt mutatur in choleram rubeam, & quod craſſum, in nigram. Cum autem alius ei putridus humor miſcetur, aut etiam alius humor putreſcit, febrem quandoque ſecundum naturam ſuam facit: Sed & ſi æger malo regimine vtatur. Hinc in eius corpore mali generantur humores, & iuxta naturam vniuſcuiuſque varias faciunt febres. His omnibus circuitus febrium ordinatio corrumpitur, vt aut tempus ſuum feſtinet, aut alij fiant circuitus quam qui fuerunt: & fit in eis diminutio & augmentum, iuxta quantitatem humorum, & actionum ipſorum.

Sunt quædã febres de quinto in quintum diẽ vel de ſexto in ſextum quæ vocantur erraticæ, vti etiam quæ certos paroxiſmos non obſeruãt.

Razi in Alman. Sunt autem & febres quædam commixtæ vel erraticę, quæ ſcilicet de quinto in quintum diem, vel de ſexto in ſextum accidunt; quędam vero mixtæ, quę cæteros paroxiſmos non obſeruant. Et hæ fiunt aut propter apoſtema, quod in aliquibus membrorum fit, præcipueque in renibus; aut quia in quartanam tranſitus fiet. *Idem in lib. diuiſionum.* Raro quidem euenit paroxiſmus febris quartum pertranſiens, & huiuſmodi febres omnino fiunt ex humoribus craſſis, earumque cura eſt ſicut quartanæ.

De Febribus compoſitis.

CAP. XVIII.

Quomodo componantur febres putridæ.

Avicenna vbi ſupra. Quandoque vero componuntur febres quædam putredinis tali compoſitione, qua fiant in forma inſeparabiles. Verbi gratia: Quando incipit humor putrefieri in loco, eique ſuperuadit putredo, putrefit tota, & ab ea conſumitur. Deinde vero incipit humor de genere eius, vel non de genere eius, putrefieri, & obuiat ſecundus paroxiſmus tempori eradicationis primi, deinde res ita continuatur. Præterea componuntur febres putredinis & alijs modis, qui diſtinguendi ſunt in capitulis ſuis.

Nonnunquã duæ vel tres febres agro ſuperueniunt ita vt ordo periodorum penitus confundatur.

Razi vbi ſupra. Plerumque duæ febres aut tres ægro ſuperueniunt, quæ & quandoque vnius generis ſunt, vt tertiana vel phlegmatica cum hectica. Sæpe autem vna ex eis continua, & alia interpolata. Sæpe vero acceſſionum principia vicinantur, vt in vna hora ſint, & ſæpe elongantur. Quapropter ordo periodorum ipſarum confunditur, & accidentia ita commiſcentur, vt cognoſci non poſſint ab eo, qui cognoſcendi ſpecies ſimplicium adeptus eſt vſum. Ideoque genus febris non ſolum ex interpolatione ſua iudici debet, ſed ex proprijs accidentibus ipſam concomitantibus. Contingit enim duas tertianas habentem, quotidie pati interpolationem. Vnde ſi hoc non niſi ex interpolatione cognoſcatur, phlegmatica eſſe iudicabitur; cum ſi ſecundum hoc regimen adhibitum fuerit, æger necabitur. Vniuerſaliter autem curatio febrium compoſitarum debet eſſe compoſita ex curis ſimplicium. Et commixtio duarum curationum debet fieri ſecundum commixtionem duarum febrium. Plerumque tamen ad vnam illarum curandam intendere oportet, eo quod ipſa magis timenda eſt.

Compoſitio febrium facit interdum periodos vnius ſimplicis diuerſa ſpecies, ideo ex accidentibus iudicandæ ſunt.

Idem in lib. diuiſionum. Species febrium compoſitarum plures valde ſunt, & modi compoſitionis earum proximi, paroxiſmos quaſi febris ſimplicis accidere faciunt. Ideo non ex periodis, ſed ex accidentibus proprijs iudicandæ ſunt. Nam ex duarum tertianarum comparatione fit paroxiſmus omni die, & hic eſt periodus Phlegmaticę. Sed tu cum vides omni die paroxiſmum cum accidentibus tertianæ, ſcias quod tertianæ ſunt duæ.

Plures autem febres accidentes cõpoſitæ, ſunt illæ quæ fiunt ex cholera, & phlegmate: & iſtæ prolixæ ſunt, & malæ, quarum ſigna permixta ſunt ex ſignis tertianæ & quotidianæ. Erit igitur in vno die calida propter vehementiam inflammationis, & in alio pigra & ſepulta, debiliſq; caliditatis, & prolixę eleuationis; quæ nec forſitan niſi cum labore calefacit, & in ea horripilatio poſt calefactionem ſemel aut bis iteratur. Cum hac febre facies inflatur, viſcera corrumpuntur & debilitantur, ſtomachus & hepar infrigidantur.

De Signis vniuerſalibus febrium putridarum.

CAP. XIX.

Species febris putridæ.

IGitur putridæ febris genera ſunt, ſeparabilis, & continua, de quibus ſunt tertiana, quartana, & phlegmatica, ſynocha, cauſon, & compoſita, & febris apoſtematum. Hæ ſine alteratione corpori ex cauſis extrinſecis adueniente incipiunt, quæ in ephemera dictę ſunt; & in his omnibus eſt horripilatio per tremorem, niſi in ſynocha, & quibuſdam febribus apoſtematum; earumque omnium fortior eſt caliditas, quàm ephemeræ: pulſus etiam & anhelitus vehementioris alterationis, vnicuique tamẽ earum propria ſigna ſunt.

Varia ſunt diſpoſitiones febrium.

Auicen. vbi ſupra. Pulſus enim diuerſificantur, & diſpoſitiones in febribus putredinis, ſecundum diuerſitatem earum in generibus ſuis, & ſecundum diuerſitatem ſpeciei vnius earum in vehementia, & debilitate: In fortitudine quoque accidentium, & debilitate eorum. Quandoque accidit ei durities, aut propter apoſtema calidum vehementis extenſionis: Aut propter apoſtema calidum in membro duro: Aut propter vehementiam ſiccitatis: Aut cum dominatur frigus in principijs. Quandoque vero fit lenis, propter materiam humidam, lenem, phlegmaticam, & ſanguineam: Aut propter apoſtema, quod eſt in membro leni, ſicut eſt illud quod eſt in hepate, & peripneumonia, & litargia: Aut propter humoſitatem cum expectatur, quando vult vt ſudet. In principio quidem paroxiſmorum fit pulſus debilis coarctatus, propter aduentum virtutis ſuper materiam, & occupationem eius in mundando, & euentando.

Paroxiſmi qui eradicãtur incipiunt ordinarie cũ frigore aut rigore & reſoluuntur cũ ſudore.

Paroxiſmi quidem qui eradicantur, incipiunt ſecundum plurimum cum horripilatione, aut frigore, vel rigore: Et hoc, aut propter frigus humoris, aut propter quod lacertos mordicat humor: Aut propter profundationem caliditatis ad interiora tendentis ad partem materiei: Aut propter debilitatem virtutis: Aut propter frigus aëris. Reſoluuntur autem cum ſudore, quia caliditas putrefaciens reſoluit humiditatem, remanetque cinereitas. Cum ergo fit

humditas

humiditas illa non obsessa in venis, facilis fit eius expulsio per sudorem in poris. Paroxismi vero inseparabiles minuuntur, & non eradicantur per sudorem, nec incipiunt cum frigore, nisi propter debilitatem virtutis; Aut propter profundationem innati caloris: tunc enim extremitates infrigidantur. In quibusdam autem febribus frigus & horripilatio componuntur, quia materia quę putrescit, composita est ex frigido & mordicatiuo.

Signa generalia febris putrida.

Hali vbi supra. Signa itaque febris putridæ generalia, quædam ex accessionum temporibus sumuntur, vt quod debiles incipiunt, deinde roborantur, & difficiles fiunt. Cumque quieuerit accessio, caloris reliquiæ corpori supersunt, nec perfecte auferuntur. Quædam autem ex caloris substantia, quod scilicet earum calor pungens est & inflans, & eius inflatio tanquam ignis flamma. Quædam etiam ex consequentibus febrem, quòd scilicet eas rigor & horror in principijs sequitur, varietasque pulsus manifestat, & priuatio maturitatis, siue digestionis in vrina, vt scilicet in fundo sit hipostasis alba & æqua.

Cap. XX.

De Horripilatione & rigore.

Quid horripilatio & rigor.

Auicenna vbi supra. Horripilatio igitur est dispositio, in qua corpus inuenit diuersitatem frigoris ac punctionis in cute & lacertis: hanc antecedit pigritia, & fractio; & quasi fractio est materies eius. Rigor autem est, vt membra sua continere non possit, ex commotione & tremore eueniente in eis, & motibus inuoluntarijs. Est autem quandoque forte frigus, & non fit rigor fortis; vt in febribus phlegmaticis, & quartana. Humor namque frigidus quietus est, quia iam consueuit membrum in quo est, & quiescit eius passio, nec sentit frigus eius. Cum autem mouetur & spargitur, propter caliditatem separantem, vel propter aliud, patitur ab eo membrum quod ei non erat occurrens, & sentit frigus eius, propter causam diuersæ complexionis. Ex causis autem vehementiæ rigoris, est vehementia virtutis expulsiuæ in lacertis. Et quanto rigoris causa viscosior est, tanto rigor vehementior, & sanguis ad interiora submergitur. multoties quidem accidit à phlegmate vitreo sparso in corpore, rigor, non perducens ad febrem. Materia siquidem quæ facit lassitudinem rigoris per suam paucitatem, facit rigorem per suam multitudinem antequam putrefiat: nam si non putrefit, ad febrem non perducit. Et quandoque quidem accidunt frigus & rigor, propter submersionem caloris in corpore, causa cibi, & eorum quæ sunt huiusmodi.

Rigor & frigus antecedunt febres.

Itaque rigor & frigus antecedunt febres; quoniam humor crudus effunditur in primis ad lacertos, nactoque frigore suo per comparationem ad eos fit rigor; deinde vero cum incipit putrefieri, incipit calefieri. Præterea rigor antecedit febres propter mordicationem humoris, & fortitudinem expulsiuæ virtutis, quæ est in lacertis; sicut excutitur homo ex effusione aquę calidæ valde super cutem, & propriè cum est salsus. Et fortasse fit nocumentum eius quod mordicat eam, vt refugiat ad interiora calor innatus, ac dominetur frigus cum mordicatione caloris, quæ est apud panniculum tegentem interius. Et quandoque rigor accidit, quia calor ad interiora refugit, sicut in apostematibus intrinsecus fit.

Rigor & horripilatio in febre continua significant interdùm sanitatem, interdum mortem.

Quandoque vero rigor, & horripilatio sanitatem significant in febribus insepparabilibus: significant enim quod materia expellitur à venis, & egreditur: verum quia non est cum digestione in hora critica, nec sequitur eam leuitas, significatur quod illius quãtitatis expulsio non est, eo quod virtus sit vincens, sed quia materia multa propter suam multitudinem expellitur. De rigore iterum est qui mortem significat, & est ille quem sequitur debilitas virtutis, & casus innati caloris, & siccitas.

De febre hectica.

Cap. XXI.

Febris hectica duplex.

Hali vbi supra. Febris hectica duplex est: *Vna est* humiditatis in corpore consumptæ, ita vt extenuetur ac desiccetur, calorque naturalis extinguatur. Hæc vocatur senectus à simili, quia sicut in senibus, calor naturalis extinguitur, & siccitas dominatur. *Secunda* est hectica, illa scilicet quæ est confirmatio caloris extra naturalis in principalibus membris, intantum vt consumatur humiditas corporis.

Secunda species est triplex.

Huius species sunt tres. *Prima* est in qua desiccatur humiditas parua, quę est in venis paruis, vnicuique membro proprie pertinentibus; calefitque cum his simul humiditas, quæ est in terrenis membris ac debilibus, vt est adeps, & caro; & hæc absolute vocatur hectica. *Secunda* est in qua finitur humiditas, quæ est in carne tenera, incipitque calor in humiditate, quę est in membris consimilibus; quæ scilicet humiditas est tanquam ros & humectatio ex qua pascuntur membra; & hęc vocatur hectica consumptiua. *Tertia* est in qua, hac humiditate consumpta, calor ad humiditatem transit, per quam adinuicem radicalia membra continuantur; & hæc ptisis, id est consumptio, marcorque vocatur, eo quod à membris principalibus humiditas consumpta sit, & inde membra eneruata; sicut in plantis cum desiccari incipiunt, eneruatio & marcor accidit.

Hectica ex duplici causarum genere oritur.

Fit autem hæc febris, aut ex precedentibus causis, aut ex manifestis. *Ex precedentibus* siquidem, vt sunt febres putridæ si fuerint aduste, vel si tempus earum prolixius fuerit, & calor in humiditate corporis operatus, à membris radicalibus eam consumpserint. Huiusmodi febris in initio sui consumptiua est, sicut hectica nascens ex enutritio, & apostemate calido, quod in pectore nascitur; eiusque calor ex vicina ad cor profertur, & eius humiditatem desiccat, & omnium arteriarum, & per hoc etiam membrorum radicalium. Aliquando etiam febris huiusmodi nascitur ex defectu, quem infirmus ex acuto morbo patitur; vnde cor desiccatur primum, & inde fundamenta membrorum originalium. *Ex manifestis* autem causis fit, vt ex ira, cura, tristitia, labore, vigilijs, abstinentia: Maximeque si contigerit hoc adolescenti, vel iuueni, cuius scilicet complexio calida est, & tempore æstatis, & regimine calido vtenti. Quæ igitur ex huiusmodi causis fit, primo quidem hectica dicitur; & cum augmentatur, marcor, & consumptio, & ptisis vocatur.

De cognitione eiusdem.

Cap. XXII.

Signa hectica.

Razi in Alman. Quidam itaque cum laborem aut vigilias patiuntur, aut eorum comestio tardatur, aut subtilibus vel siccis nutriuntur, ad febrem deueniunt. Quapropter ab huiusmodi rebus abstinere debent. Cumque febris eos inuaserit, succurrendum est cito cum his quæ corpus humectant; hoc enim si neglectum fuerit ad hecticam deueniunt. Itaque cum febris tribus diebus, aut amplius permanserit immota, nec calor eius vel ardor fortis fuerit; nec accidentia, quæ febres acutas comitari solent affuerint, vt est magnitudo pulsus, & caliditas, & anxietas, ac linguæ siccitas, & eius nigredo; ipsa tamen (vt dictum est) sic vno modo, sine vlla repressione, vel interpolatione perseuerauerit, præter etiam hoc lenta, & quasi tepida inuenitur, hectica adesse creditur. Ipsius autẽ veritas sic

experienda est: Æger in diuersis horis comedat, & si semper post cibum inuentus fuerit à febre magis infestari, hecticam esse proculdubio pronunciandum est, *Quod* si cum hoc etiam facies eius rugata iam videatur, & oculi concaui, & caro minuta, cutisque desiccata, hectica iam est in eo confirmata.

Hectica est curabilis si nondum ad phtisim peruenerit.

Hæc autem febris in principio sui curabilis est, cum scilicet nondum ad phtisim peruenerit. Eius autem, qui de hectica in phtisim trãsit, tẽpora fortiter dilatantur, & oculi concauantur, nateſque subtiliantur, facies quoque tornatilis fit, & aures minorantur, corpusque subtiliatur, & carne nudatur. Cutis faciei frontisque tenditur, collum attenuatur, & epiglotis foras egreditur; vox etiam exilis ac debilis auditur, pulsus quoque subtilis est ac debilis, & virtus omnino destructa videtur. Ossa raschæ, pectinisque manus plerumque apparent, & vngues curuantur. Cumque corpus ad siccitatis & debilitatis terminum peruenerit, nunquam meliorari poterit. Cum autem alicui cadunt capilli, venterque soluitur, mors propinqua est ei.

Quid phtisis Signa phtisis

Isidorus vbi supra. Phtisis est vlceratio & tumor in pulmonibus, qui iuuenibus facilius euenire solet. Phtisis autem apud Græcos dicta, quòd sit totius corporis consumptio. *Isaac vbi supra. Phtisis est consumptio humectationis corporis, & mutatio augmentationis in diminutionem.* Nascitur multis modis, vt ex consumptione pulmonis; & hæc est vera phtisis. Fitque tribus modis: primus, ex humoribus cholericis à capite descendẽtibus, vel phlegmaticis & salsis in substantiam pulmonis descendentibus, & eum vulnerantibus, & putrefacientibus. *Secundus* modus, ex quibusdam passionibus in pulmonis substantia nascentibus: Hoc genus antecedit sanguinis screatus, ex venis aliquorum instrumentorum spiritus ruptis, vel fissura in pulmone, in qua nascuntur vulnera empisia, & phtisis postea. *Tertius* est modus, ex humoribus ad pulmonem, aliunde quàm à capite venientibus, quod duobus modis contingit: Vel quòd ex mutatione locorum vicinorum, sicut in pleuresi sinantica: Vel ex non vicinis, vt in hepate, corde, & similibus. Qui humores si sint calidi & acuti patitur infirmus ruborem in maxillis, strictũram in flatu.

Vera phtisis fit tribus modis.

Papias Phtisis est vitium, quod fit ex rheumatismo gutturis, aut ex vuę distillatione assidua, & catarrho: instillantes enim multo tempore pulmones vitiant; & est passio pulmonis periculosa & maligna valde. Phtisicis autẽ primo venit febris cũ tussicula, & excreationibus variis & sanguinolentis, vel liuidis aut purulentis, aut pro qualitate excluſæ materię, cum corporis macie, & virium debilitatione. hi si per annum inueterauerint, nec curati fuerint, moriuntur.

Phtisis origo

Phtisici si intra annũ non fuerint curati, moriuntur.

De Febre accidentali.

CAP. XXIII.

Razi in Alman. Febris quidem quæ ex percussione, vel casu, vel aliquo simili accidit, de genere est ephemeræ; Non enim putrida est, nec in se nocumentum aut malitiam habet. Illa vero mala est, quę apostema comitatur, quod alicui membrorum per se innascitur, & est ipsa febris secundum quantitatem apostematis. *Itaque* illa quæ comitatur apostema quod est in panniculis cerebri, mala est, quia fit ex Phrenesi. Illa verò quæ accidit propter apostema quod in gulæ partibus oritur, squinantia vocatur. Illa autem quæ cum apostemate pulmonis & peripneumonia nascitur, cum ea tussis accidit, & excreatio spumosa. Cum illa vero quæ fit propter apostema ortũ in meri, dolor est, cum scapularum grauediue, quæ in hora transglutiendi grauior sentitur. Ex illa quoque quæ propter apostema stomachi accidit, dolor & incendium prouenit in anterioribus ventris, sub amplitudine pectoris; sitis etiam & appetitiuę ablatio. Cum autem in hepate apostema generatur, febris fortissima sequitur, sensusque turbatio, & vrinę constrictio. In matrice quoque si fuerit apostema calidum, febris acutissima comitatur, sicut causon, & turbatio sensuum. Omnes autem febres quæ propter apostema generantur, ex apostematis curatione remouendæ sunt, quæ quandoque minutione fit, aut emplastri suppositione: Febris enim apostema sequitur, quando calidum est & ardens. Ideoque remouetur cum eius calor sedatur, aut sanies aduratur.

Febris quæ ex apostemate oritur per eius curationem remouetur.

De Apostemate.

CAP. XXIIII.

Isido. vbi supra. Apostema à collectione nomen accepit; Nam collectiones Græci apostema vocant. *Empios* dicta est ab apostemate intrinsecus, vel in latere, vel in stomacho, cum dolore, & febribus, & tussi, & abundantibus spumis, & purulentis. *Papias* Apostema est constrictus in duritiam tumor, cum rubore, & ingenti feruore, ac dolore, non sine pulsu, vel compunctione: cumque deforis in cute nascitur, facilius & sine periculo sanatur, & sine potione, natura medicaminis. Cum autem intrinsecus in ipsis vitalibus nascitur, non facile cognoscitur & sanatur, quia nec sine periculo est. *Empici* autem sunt quibus apostema factum est in pulmone, vel in hepate, vel in thorace; quod cum crepuerit, & saniauerit per os illud emittunt, vel reticiunt, & febricitant, & sanies putridas excreãt, & macrificant. Fiunt empici plurimum ex pleureticis, aliquoties ex ægritudine acuta non bene discutienti, vel ex febribus antiquis vix currentibus, & vsque ad hoc deducentibus.

Quid apostema.

Quid empios seu empiesis.

Hali. vbi supra. Apostema est crassicies & tumor, qui membro fit ex abundantia materiæ concauitates eius replentis ac distendentis. Hæc quidem aut ad ipsum defluit ab alio membro, aut generatur in ipso. Materiarum ad membrum à membro fluxus, vi. causarum adunatione fit; quæ sunt, virtus expellens, debilitas suscipientis, materiæ multitudo & eius corruptio, meatuum largitas siue pororum, virtutis pascentis quę est in membro recipienti debilitatio, & quia membrum suscipiens in inferiori ab expellenti situm est loco. Materiæ vero in membro generatio, ex pascentis est virtutis debilitate quæ est in eo, ita quòd cibus qui ad ipsum mittitur, non bene digeritur. Vnde remanet in eo superfluitas, & paulatim augetur, donec repleatur membrum & distendatur, fitque in eo apostema.

Sex sũt causa fluxus materiæ à membro ad membrum.

Cum igitur in aliquo membrorum fit apostema simul, id est subito, fit ex abundantia materiæ decurrentis ad illud ab alio membro, quod fit in apostematibus calidis. *Cum* autem paulatim per incrementa fit, aut ex fluxu superfluitatis paulatim decurrentis efficitur, aut eius quod in ipso membro generatur, quod fit in apostematibus frigidis. *Sunt* autem apostematum quatuor genera. Primum sanguineum, quod Phlegmon vocatur. Secundum cholericum, quod furunx appellatur. Tertium phlegmaticum, quod endiuia dicitur. Quartum melancholicum, quod scliros nominatur. Et horum vnumquodque aut simplex est, & ab vno fit humore; aut compositum, & à pluribus fit humoribus.

Apostema calidum generatur subito, frigidũ verò palatim.

Quatuor sũt apostematũ genera.

De Phlegmonibus, & furunculis, & scrophulis, ac verrucis.

CAP. XXV.

ISidorus vbi supra. Phlegmon est inquietudo cum rubore & dolore, & tensione, & duritia, & vastitate. Nam cum cæperint fieri phlegmones, inquietudo febris consequitur. Vnde & dicta est phlegmon, *à potu phlegin*, id est inflammans. Furunculus est tumor in acutum surgens, dictus eo quòd ferueat quasi feruunculus.

Quid phlegmon & furunculus.

Hali. vbi supra. Furunculi generantur ex materia crassa & mala, cui admixtum est aliquid sanguinis crassi & turbidi. Huius materia luto similis est, & arenæ,

Vnde furunculi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel paludi, vel carbonibus nigris, & huiuſmodi. huius ſignum eſt, quòd minus reprimitur quàm ſanies & ſanguis ad duritiam declinans. *Scrophula* eſt apoſtema durum glandulæ ſimile, quod fit in tenera carne quæ in collo eſt, aut inguinibus, aut in alis, id eſt aſellis. Dicitur autem ſcrophula, eo quòd in collis porcorum oriatur multa. Vel vt quidam aiunt, à ſimili, eo quòd apoſtema hoc multarum glandularum fit, ſicut ſcropha multos fœtus, id eſt porcellos parit. *Verruca* eſt puſtula rotunda, tactui dura, tanquam clauus, ſcilicet acuta.

Quid ſcrophula & vnde dicta.

Quid verruca, & ex qua materia.

Iſidorus. Verrucæ ſingulatim ſunt, ſatyriaſis vero illa fortior, & circa ipſam plures inueniuntur. *Iſaac.* Verrucæ ſunt caro craſſa, dura, & ſpiſſa, per totum corpus nata. Sed tamē maxime in manibus, & in pedibus, quam expellit natura in corporis exteriora. Sunt autem de phlegmate & cholera nigra: quæ ergo mollis eſt, & ſine dolore, intelligitur eſſe de phlegmate. Dura & fiſſa perpenditur eſſe de cholera nigra.

De Paſſionibus quæ in cute apparent ab interioribus cauſis.

CAP. XXVI.

Passiones quæ in cute fiunt quædā naſcuntur ab interioribus cauſis, quædam ab exterioribus.

Hali vbi ſupra. Paſſiones autem quæ fiunt in exterioribus cutis, aliæ quidem naſcuntur ab interioribus cauſis, Aliæ vero ab exterioribus ſiue manifeſtis. Et earum quæ ab interioribus, quædam in toto corpore apparent, vt variola, rubeola, elephantia, morphea lepra. Quędā autem in quibuſdā proprie mēbris, vt alopicia & tinea in capite, lentigines in facie. Ex manifeſtis vero cauſis ſunt ſeparationes continuitatis, ſiue iuncturæ; Quarum aliæ fiunt à corporibus, vt ferri inciſio, lapidis colliſio, fractura, contritio, & huiuſmodi: Alię vero à corporibus animatis, vt punctiones, morſus, pecuſſiones, quæ fiunt ab animalibus. Et horum quædam venenum habent, vt canis rabidus, tyria ſerpens: quædam vero carent, vt homo, canis non rabidus. Prius ergo de paſſionibus ab interioribus cauſis dicemus, incipientes ab illis quæ communes ſūt membris omnibus, variola ſcilicet, & rubeola, elephantia lepra, morphea alba & nigra, impetigine, ſcabie, prurigine, pediculis, puſtulis, verrucis, vlceribus, fiſtulis, & ſacro igne.

De Variolis & rubeolis.

CAP. XXVII.

Quid variola, & vnde cauſentur.

VAriolæ ſunt vlcera multa & parua, quæ corpus omne conſternunt, aut in eius maiori parte fiunt; & hoc maxime in pueris creſcendi tempore. Nam fœtus in matrice paſcitur menſtruo ſanguine, qui ſuperfluitas quædam eſt corporis mulieris, quam natura per venas ad matricem expellit ab hepate; fœtus inquam ex meliori paſcitur, eo quòd membra ipſius nutriuntur, & quod reliquum eſt, in eius membris ac venis remanet. Vt autem fœtus ab vtero egreditur, lacte nutritur, quod & ipſum ex ſanguine procreatur, eiuſque meliori parte membra paſcuntur. Reliqua vero ſuperfluitas in corpore reſtat, donec omnia hæc, aliqua cauſa ad corporis exteriora commoueat, & tunc apparent.

Variola nigra ſæpe ſunt mortifera.

Fit autem eorum commotio, aut ex cauſa exteriori, ſicut aere peſtilentiali, aut etiam acceſſione in habitaculo eius qui variolas patitur, quoniam aeri vapores ab vlceribus eorum diſſoluti miſcentur: Aut ab interiori, ſicut à regimine pueri, quod fit cibis calidis, & humidis, ac dulcibus, craſſæque ſubſtantiæ. vnde ſuperfluitates in corpore aggregantur, confortataque ſuper eos natura, expellit eas ad exteriora. & illæ quidem quando fiunt ex ſanguine craſſo & melancholico ac malę qualitatis, faciunt puſtulas nigras, quæ etiam aliquando non aperiuntur, & illæ cæteris peiores, ac mortiferæ iudicantur. Quòd ſi ſanguini rubigo miſceatur, fiunt tumores ignis aduſtioni ſimiles; & hę quoque peſſimæ ſūt, quæ & cicer, & ſacer ignis vocantur.

Quid rubeola.

Eſt etiam in rubore ſpecies alia, quę vocatur rubeola, quæ fit ex ſanguine calido ſubtili, non multum malo. hæc cum ad ſtatum venerit, granis milii ſimilis fit, eiuſque color rubeus eſt, nec aperitur puſſula, ſed deficit, ſiue dilatatur, & euaneſcit. Sunt autē in principio variolæ ſigna communia febris, & faciei tumor ac rubor, capitis quoque grauitas, & in gurgulione aſperitas. *Iſaac.* Variolæ de ſanguinis putridi corruptione naſcunrur, & ſunt de accidentibus ſynochum comitantibus, quorum ſigna febris eſt, cephalea, rubor oculorum; & faciei plenitudo, eorum grauitas, dolor in gula & pectore, tuſſis, prurigio in naribus, ſternutatio, in ſuperficie corporis punctura, quia materia quærens exitum pungit carnem.

Signa variolæ.

De Elephantia, & Morphea.

CAP. XXVIII.

Quid elephantia.

ISidorus. Elephanticus morbus eſt ex ſimilitudine elephantis, cuius naturaliter dura pellis & aſpera, nomen morbo in hominibus dedit, quia corporis ſuperficiem ſimilem facit elephantorum cuti; ſiue quia ingens paſſio eſt, ſicut animal ipſum ex quo nomen accepit.

Hali vbi ſupra. Elephantia eſt morbus, corporis membra deſiccans, ac ſiccitate corrumpens, & quaſi cancer qui fit in omni tempore: Fit autem ex debilitare virtutis immutantis, quæ eſt in carne; ſimulque ex mala complexione frigida & ſicca, & in qua niger humor ſanguini dominatur, eiuſque in illum corruptio, quæ deinceps ad omnia membra tendit, vt eo paſcantur. Ea itaque deſiccat & corrumpit, ſiccitate quoque ſua corrumpens pariter omnes corporis humores, atque etiam ſperma, cum & humores & ſperma fiunt ex ſanguine, ita vt inde generata hæc paſſio tranſeat & in filios, quia filii radicalia membra generantur ex ſpermatis ſubſtantia. Hic etiam morbus in cohabitantes tranſit, propter diſſolutionem malorum vaporum à corpore patientis, quos circunſtanti aer reſpirat.

Elephantia tranſit per generationē, & per infectionem.

Elephantia duæ ſunt ſpecies, quarum vna curabilis, altera incurabilis.

Huius ſpecies duæ ſunt; Vna fit ex cholera nigra, quę ſanguinis fæx & purgamentum eſt; & hęc non facit caſum membrorum, ſed & quandoque ſi ei à principio medicina ſuccurratur, perfecte ſanatur. Altera vero fit ex humore nigro, qui ex aduſtione choleræ rubeę generatur; & in hac eſt membrorum comeſtio, nullaque medela quis ab ea curatur. *Elephantiæ* ſigna ſunt, in principio liuiditas in albo oculorum apparet, oculuſque tanquam in forma rotundus; vnde & leonina vocatur: cumque roborata fuerit membra cadunt, ac palpebrarum & ciliorum pili; fit etiam in gutture raucedo, facies intumeſcit, deficit, & ad ruborem declinat; digitorum ſumma funduntur, nares deſiccantur, venæ quoque linguæ craſſantur, & nonnunquam concidit naſus.

Signa eius.

Quid morphea alba, & quomodo à lepra differat

Morphea alba eſt albedo tenuis in exterioribus cutis facta, ab eiſdem cauſis procedens quibus & lepra, ſed debilioribus. Differunt etiam, quia morphea eſt exterius in cute, lepra vero in membri profundo; & albi ſunt pili qui in eius oriūtur loco. *Morphea* vero nigra, eſt immutatio caloris cutis in nigredinem vergens; fit autem ex commixtione choleræ nigræ cum ſanguine. Huius ergo ſignum eſt, quòd cutis denigratur, & quaſi furfura cadunt quando fricatur, locuſque remanet rubeus. Maxime vero naſcitur hæc in iuuenibus, propter aduſtionem choleræ rubeę eorum corporibus, & declinationem ad nigram.

Quid morphea nigra, & qua eius ſigne.

De Lepra

CAP. XXIX.

Quid lepra.

LEpra eſt albedo quæ fit in exterioribus cutis: Et aliquando quidem in quibuſdam tantum membris nonnunquā in toto corpore. hoc fit ex humoris phlegmatis in ſanguine domatione, & virtutis immutantis debilitate, quæ in membro eſt, ſi fit ex mala frigida

Signa eius, & qua curabilis.

gida complexione. Huius signa sunt, quia membrum in quo est album est, pilique similiter. Et fit cutis phlebotomo vel acu pungatur, sanguisque ab ea non egreditur sed humiditas, Lepra est incurabilis; illa vero à qua sanguis egreditur, aut humiditas rubea, non est sanitati desperanda. *Isidorus*. Scabies & lepra, vtraque passio asperitas est cutis, cum pruritu & squamatione; sed scabies tenuis asperitas & squamatio est, hinc denique nomen accepit, quæ ita veluti purgamenta admittat; nam scabies quasi squames.

Lepra est quasi cancer communis toti corpori.

Auicenna quarto canone. Lepra est infirmitas mala, proueniens ex sparsione choleræ nigræ in toto corpore; vnde corrumpitur complexio membrorum, & forma figuraque ipsorum, & quandoque corrumpitur in fine illius continuitas eorum; ita vt membra corrodantur, & cadant casu, qui fit ab vlceratione, & est sicut cancer communis toti corpori. Est & alia, quæ remanet cum patiente longo tempore valde. Melancholia quidem aliquando expellitur ad vnum membrum, & facit accidere duritiem, aut saphyros, aut cancrum, secundum dispositiones suas. Aliquando vero expellitur ad superficiem cutis; & tunc euenit morphea, vel impetigo, & his similia. Quandoque vero spargitur in toto corpore, & tunc si putrefiat, prouenit febris melancholica: Si vero conculcetur, & non putrefiat, euenit lepra.

Lepra fit ex melancholia sparsa per totum corpus non putrefacta.

De Causis & effectibus Lepræ.

CAP. XXX.

Qua causa efficiens lepræ.

HVius causa efficiens antiquior, est malitia complexionis hepatis, ad caliditatem & siccitatem valde decliuis; vnde in melancholiam aduritur sanguis, aut etiam complexio totius corporis, aut ambæ, ita quòd faciunt sanguinem acquirere per causas suas frigus. *Causa* vero eius *materialis*, sunt cibi melancholici & phlegmatici, in quibus quando componitur satietas nauseatiua, operatur in eis caliditas, quæ subtile resoluit, spissamque melancholiam ponit. Repletiones & comestiones super satietatem, ad eandem sunt intentionem. *Porro* causæ illius adiuuatiuæ sunt opilatio pororum, per quam innatus calor præfocatur, & infrigidatur sanguis, & incrassatur. proprieque loquendo, splen opilatus & debilis, non attrahit, nec potest mundificare sanguinem ex humore melancholico: & etiam in visceribus est virtus expulsiua debilis ab expulsione illius in venas ani, vel matricis; Et stricti sunt pori. Præterea quandoque adiuuat hoc totum, aeris corruptio in seipso; vel propter vicinitatem leprosorum, quoniam ægritudo inuadens est.

Que materialis.

Que adiuuans.

Lepra interdum accidit ex cõplexione embrionis, ex cholera nigra, &c.

Quandoque etiam accidit propter humiditatem & complexionem embrionis, quæ acquisita est ei in matrice, propter dispositionem ipsius matricis; sicut accidit quando conceptio fit in dispositione menstruorum, & quando caliditas aeris aggregatur cum malitia cibi, cuius essentia est ex genere piscium, & carne crassa, & carne salita; tunc enim contingit vt eueniat lepra, sicut multiplicatur in Alexandria. *Cholera nigra* quoque, quando sanguini permiscetur, adiuuat parum eius ad generandum multum ipsius. Incrassatur enim ex ea duobus modis, stilicet per substantiam suam crassam, & per frigus suum congelans.

Quid agritudo leonina

Et crassitudine quidem sanguinis leprosorum ad hoc peruentum est, vt egrediatur ex eorum phlebotomiis quiddam velut arena: & hæc ægritudo vocatur leonina, quia leonibus (vt dicitur) plurimum accidit, & faciem patientis terribilem ad instar leonis facit; rapaciter quoque tenet vt leo, quod capit. Hæc igitur ægritudo quando debilis est, difficilis est curationis; nec est spes de curatione fortis. Et illa quidem quæ facta est ex malitia choleræ fœdior est; & pluris nocumenti, ac difficiliorum accidentiũ vehementer adurens & vlcerans, sed susceptibilior curationes. Facta vero à fœce sanguinis, saluior est, & quietior, & non vlcerat. Facta autem ex melancholia adusta, cholericæ assimilatur in suis accidentibus, sed tardius curationem suscipit.

Lepra fit ex melancholia adusta.

Et hæc quidem ægritudo non cessat rumpere membrorum complexionem per qualitatem contrariam qualitati vitæ conuenienti, scilicet caliditati. & humiditati, donec ad membra principalia peruenit, & illic interficit. Quamuis enim eius prima generatio fiat in visceribus, primum tamen eius vestigium est in extremitatibus, quia debiliores sunt, & in membris lenibus, ibique pili cadunt, & color alteratur, & forsitan ad vlcerationem peruenitur; deinde paulatim in totum corpus progreditur. verumtamen quandoque patiens eam moritur, antequam eius malitia apparens super viscera membraque principalia conuertatur. Et est cum attractione mors illius, propter malitiam complexionis eius. Cum autem cancro non sit sanatio, qui est lepra membri vnius, quid de lepra dicemus; quæ est cancer corporis totius. Verumtamen cum lepræ sit per totum corpus spargi, quando curationes in ea fortes administrantur, his ægritudo sustentatur, nec agit super membra simplicia.

Effectus lepræ.

De Signis eiusdem.

CAP. XXXI.

Signa lepræ.

Razi in libro diuisionum. Signa lepræ incipientis sunt raucedo vocis, & strictura anhelitus, conturbatio oculorum, & ruborositas faciei, paucitasque pilorum, & casus eorum. Cum autem hæc ægritudo inuadit, & raucedo fit fortior, & facies ruborior, digiti quoque curuantur, & forma deturpatur, iuncturæ spasmantur, & tuberosę fiunt. Cum vero iam ad vltimum peruenit, vlceratur corpus, & riuus fluit ac fœtet.

Auicenna vbi supra. Incipiente lepra incipit color fieri rubeus ad nigredinem tendens, & apparet in oculis obfuscatio, in anhelitu constrictio, & in voce raucedo, causa nocumenti pulmonis, & cannæ ipsius. In sternutatione quoque multitudo, & grauedo in naso, scilicet vt videatur homo loqui per nares, vel in naribus. Capilli etiam incipiunt subtiliari, & ad paucitatem redigi; venæ apparent in pectore, & parte faciei, & est odor pectoris, & propriè in sudore, & odor anhelitus ad fœtorem decliuis. Mores apparent melancholici, mali, & dolosi. In somno quoque apparent somnia melancholica, & super corpus sentitur quasi grauedo maxima. Deinde apparet in capillis sparsio, & casus, proprieque in pilis qui sunt in facie, & partibus eius. Et quandoque locus pilorum dissecatur & vngues finduntur, incipit facies terribilis & fœda fieri, color denigrari, sanguis in iuncturis congelari ac putrefieri; vox ad finem raucedinis peruenit, & constrictio anhelitus ad vehementum difficultatem, labia incrassantur ac denigrantur, & apparet super corpus additio glandulosa. Tandem vero corpus vlceratur, & cartilago nasi corroditur; deinde nasus cadit, & extremitates, virtusque fœtens currit, & vox ad occultationem redit; tunc iam pili non remanent, & color denigratur valde. Pulsus leprosi debilis est, propter debilitatem virtutis, & paucitatem necessitatis, cum ægritudo frigida sit, & tarda, non velox, propter debilitatem frigoris; & fit necessaria spissitudo, cum non sit velocitas, neque magnitudo.

Pulsus leprosi est debilis.

De Impetigine, & Serpedine.

CAP. XXXII.

Quid impetigo & serpedo.

I*Sidorus vbi supra. Impetigo* est sicca scabies, prominens à corpore cum asperitate & rotunditate formę. Hanc vulgus arnam vocat. Hæc autem sine dolore corpus occupat, & non non absque tædio excrescens, membrorum decorem fœdat. *Serpedo* est rubor cutis cum pustularum extantia, & nomen sumpsit à serpendo, eo

Impetigo vnde naſcatur.

do, eo quòd ſerpat per membra.

Hali vbi ſupra. Impetigo ſiue ſerpedo eſt aſperitas in ſuperficie cutis accidẽs,& ad nigredinem declinans; Aliquando etiam ad ruborem. hæc ex ſanguine calido & ſubtili naſcitur, qui cum cholera nigra miſcetur: Aliquando etiam ex commixtione humiditatis craſſæ & phlegmatis ſalſi, cum acuto ſanguine. hoc autem fit in impetigine chronica & diuturna, in qua cutis non excoriatur. Et huius ſigna ſunt, quod in membri profundo eſt, & ab eo ſquamulæ rotundę quaſi piſcium tolluntur.

Impetigo duobus modis fit

Iſaac Impetigo duobus modis eſt: Aliquando ęqualis eſt in ſuperficie corporis, & de cholera nigra fit, & de fæce ſanguinis. Aliquando cum prurigine ſuperficie tenus combuſta, cuius color cinericius, vel rubori contiguus. Et eſt ſulpherea, ſpiſſa, & æruginoſa, naſcens de materia melancholica nimis incenſa.

Impetigo varie diuiditur

Auicenna in quarto canone. Impetigo alia eſt humida ſanguinea, in qua cum fricatur apparet res, & eſt magis ſalua. Alia verò ſicca, cuius plurimum eſt à phlegmate ſalſo per aduſtionem in melancholiam conuerſo. *Item* impetigo quædam eſt excorticata, propter vehementiam ſiccitatis,& multitudinem profundationis,& eſt ſicut cortices; quædam vero non. *Item* quædam eſt ambulatiua maligna,quædam vero ſtans. *Item* quędam eſt antiqua mala, & eſt ægritudo heriſia, quædam vero recens.

Medicina impetiginis.

Impetigo quidem in radice curationis indiget medicinis aggregantibus reſolutionem, & inciſionem, & liquefactionem, & ſubtiliationem, cum ſedatione, & humectatione. Prima earum eſt ſecundum materiam craſſam; ſecunda vero ſecundum materiam ſubtilem & acutam. Appoſitio quoque ſanguiſugarum de melioribus medicinis eſt. De medicinis quidem ſingularibus eius quæ recens eſt & media, eſt acetoſitas citri, gummi arabicum cum aceto, gummi amygalæ & pruni cum aceto, & ſtorax liquida cum aceto, & ſynapis cum aceto eſt vltima. Aqua quoque ſulphurea,& aqua ſalſa, & ſpuma maris, glutinum de coriis,& ſaliua hominis ieiuni, ſemen melonis, radix affodilli, folia capparis cum aceto, acacia quoque & oleum de tritico, &c. Cum autem expanditur & multiplicatur impetigo, tunc cura eius eſt cura lepræ.

De Scabie & Prurigine.

CAP. XXXIII.

Quid ſcabies & vnde dicta.

Iſidorus vbi ſupra. Scabies & lepra, vtraque paſſio aſperitas eſt cutis, cum pruritu & ſquamatione. Sed ſcabies, tenius aſperitas & ſquamatio eſt. Hinc denique nomen accepit,quæ ita veluti purgamenta admittit: Nam ſcabies quaſi ſquames. *Prurigo* vocata eſt à perurendo & ardendo.

Materia ſcabiei & prurigmis.

Iſaac. Sæpe natura malos humores expellit ad ſuperficiem corporis,vt mundificet interiora,qui ſi ſint ſubtiles & liquidi nimium, diſſoluuntur de cute cùm ſudore & fumo. Si craſſi ſint,permanent ſub cute. Si mediocres, pruriginem generant; craſſi ſcabiem iaciunt. Scabies ſicca & non ſanioſa cum prurigine & punctura & fiſſura, de cholericis chimis accenſis eſſe ſignificatur. Vulneroſa & craſſa in ſuperficie corporis,neque prurigine forti, & cum ſcalpitur cutis excoriatur ſicut alba ſquama, ſignificat ſalſum & incenſum phlegma. Et plurimum hæc innaſcuntur ſenibus, propter collectionem ſalſi phlegmatis, & defectionem cutis. Scabies humida,& ſanioſa, & cum delectatione pruriginoſa, ſanguinem incenſum cum cholera rubea demonſtrant. Si ſanies ſit craſſa, maiorem abundantiam ſanguinis eſſe ſignificat. Si ſubtilis, aquoſa,& citrina, choleram abundantem oſtendit.

Hali vbi ſupra. Scabies, & prurigo, & cutis excoriatio, fiunt ex ſalſi phlegmatis admixtione cum ſanguine cholerico, dum iſtum ab interioribus membris ad cutem natura depulerit, ibique ſub cute remanſerit. Itaque ſi ſubtiles fuerint humores, fit prurigo, quæ ſanatur cito. Si vero craſſi, ſcabies longa, prurigo, & cutis excoriatio. *Accidunt* autem huiuſmodi accidentia aliquando ex debilitate cutis; quia cum huiuſmodi ſuperfluitates ad purgandum membra expulerit ad cutem natura, non confortatur cutis ad eorum expulſionem foras, atque diſſolutionem; & ideo remanent in ea. Maxime vero plurimum comedentibus accidit, & his qui vtuntur cibis malorum chimorum generatiuis; & abſtinent à balneis. Prurigo quidem illis maxime fit qui non lauãtur,eiſque ſordes in corpore multiplicantur,& reſident. Fit etiam plurimum in ſenibus, propter debilitatem cutis, & quoniam in eorum corporibus humor ſalſus generatur quã multus. *Scabiei* vero ſigna ſunt puſtulæ paruæ quæ rubere incipiunt. Dehinc autem aperiuntur, & eſt cum eis prurigo grauis. Magis autem in manibus fit, & inter digitos, & in cubitis, ac ſuper anum, & in confinibus, nonnunquam autem in toto corpore.

Quibus potiſſimum accidant prurigo & ſcabies.

Signa ſcabiei.

Razi. vbi ſupra. Scabies alia eſt humida, alia ſicca. Sicca quidẽ fit ex multitudine vſus ſalis,& reliquorum quæ ſanguinem adurunt; vt ſunt allia,cæpe, vinum purum, & amarum,& calidum,& mel,& his ſimilia. Ex paucitate quoque balneationis, ac mutationis pannorum,& ablutionis à ſudore corporis. *Idem in Almanſore*. Scabies & puſtulæ illis valde accidunt, qui nutrientia ſanguinem corrumpentia frequenter comedunt, vt allia, vel mel. Eis quoque qui ſæpe laborant, & vigilant, & balneo non ſæpe vtuntur. Quibus confert vti prius minutione,& poſtea potione. Confert præterea ſicco pruritui in aqua calida balneari, ibique corpus ex aceto & oleo roſato,& allij ſucco confricari.

Vnde ſcabies ſicca.

Scabies curatur minutione,potione,balneo, &c.

Item de eodem.

CAP. XXXIIII.

Materia ſcabiei ſicca & humidæ.

Auicenna vbi ſupra. Materia à qua generatur ſcabies. eſt aut materia ſanguinea, cui admiſcetur cholera, quæ forſitan in melancholiam conuerſa eſt, vel pars eius: Aut materia cui admiſcetur phlegma ſalſum, baurachium. Prima quidem eſt ſcabies ſicca, cuius materia decliuis eſt ad craſſitudinem. Altera vero eſt humida, & eius humiditas decliuis eſt ad ſubtilitatem. Et plurimum quidem generatur ab acceptione ſalſorum, & acutorum, & amarorum. Cauſę generantes materiam ſcabiei, ſunt cauſæ generantes materiam pruritus,ſed fortiores illis,& appropinquant cauſis generantibus pediculos, & furfures, & proximæ ſunt ſunt eis in curatione.

Diſcrimẽ inter ſcabiem & pruritum

Scabies à pruritu differt, quia in pruritu non eſt bothor, ideſt eminentiæ in cute, ſicut ſunt in ſcabie. Ipſa enim à materia eſt ſubtiliore, & minus ad ſalſedinem declinante. *Et fixio* generis eius in cute poſtquam natura expellit eam, eſt opilatio pororum, & paruitas mundificationis. Aut retinetur propter debilitatem expulſiuæ, ſicut accidit decrepitis in fine ægritudinum; præcipue quando materia eſt plurima vel craſſa. Aut propter cibos malos ex quibus generatur chimus malus acutus, vt ſunt ſalſi; & acuti, & ſimiles; aut propter malitiam digeſtionis cum qua putrefit cibus. A pruritu quidem furfurei cortices reſoluuntur,& non accipit aliquid ex profundo. Pruritus tamen ſenilis parum obedit curationi, nec aliquid ei valet, niſi vt regatur, & blandiatur. ſcabies excorticata & impetigo multiplicatur in autumno. Dulcia generant pruritum, & bothor: & ſcabies quidem fœda vulnera attrahit, & permutatur ad impetiginem. Olea nocent eis, & ſyrupus acetoſus confert, ſi non timetur raſura.

Ratio cur ſcabies hæreat in cute.

Prima ſcabiei cura & melior eſt euacuatio, eo quod educit humorem acutum, aduſtum, & phlegma ſalſũ. Deinde rectificatio cibi,& regimen humectationis, & adminiſtratio rerum aquoſarum inſipidarũ, quorum velocitas putrefactionis ſecura fit, vt melones indi, lactuca, endiuia, & ſimilia. Dimittendus eſt autem coi-

Cura ſcabiei

tus omnino, quia materias ad exteriora mouet, & excitat vaporem calidum putridum venientem ad superficiem cutis, ibique putrefit, & ob hoc fœtet iterum odor corporis. Euacuantia vero materiam scabiei, sunt decoctio epithimi cum mirabolanis, citrinis, & fumo terræ, & senæ, & polipodio, & absinthio. Item pillulę de aloes, & scammonea.

De Sudore superfluo & pediculis.

CAP. XXXV.

Sudor alius naturalis, a nō naturalis.

Isaac. Sudor alius naturalis est, alius non naturalis. Naturalis in chrysi venit laudabili, & in moderatis exercitiis in tempore æstatis. In quo tempore nocitiua emittuntur, & non valentia. Non naturalis est in consumptione carnis, quæ nulla emittit alia nisi iuuantia. Sudor autem hic secundum naturam exit, vel in qualitate, vel quantitate. In qualitate secundum naturam emissæ materiæ; vnde & mutatur in colore, sicut videmus cum fiat rufus vel citrinus, viridis vel albus ex quo iudicatur iuuamentum vel nocumentum humorum. Item mutatur in odore, sicut fœtentissimo, vel ęcontrario. Item sapore salso, dulci vel amaro. In quantitate vero multa seu pauca: multa, vt ex humiditatis abundantia, vel de eius liquiditate, vel de pororum laxitate, siue expulsiuæ virtutis fortitudine. *Pediculi* sæpe nascuntur in capite, vel in toto corpore, ex purgationibus quas natura eijciens incidere facit inter carnem & cutem.

Vnde pediculi.

Hali vbi supra. Pediculi fiunt ex superfluitate & humiditate crassa & mala, quam ad exteriora corporis natura depellit, & à poris siue per poros propter suam crassitiem non exit, eique sordes admiscentur, & ex vtrisque pediculi generantur. Vnde & plures fiunt in his qui non lauantur, nec cutem à sordibus mundant sicut peregrinantibus accidit. Sudor namque cum egressus à corpore fuerit, & poris corporis adhæserit; qui subtilis est dissoluitur, & qui crassus putrescit, atque ex eo huiuscemodi animal generatur. Nonnunquam etiam gignuntur ex multa siccarum comestione, cum corpus minime mundum est.

De Papulis, & pustulis, ac verrucis.

CAP. XXXVI.

Quid papula

Isidorus. Papula est prauissima cutis erectio circunscripta cū rubore, & ideo papula quasi pupilla. Vlcus est putredo ipsa. Vulnus, quod ferro fit, quasi vivlcus. & vlcus, quod olet quasi olcus, vnde & vlcera.

Quid pustula.

Hali. vbi supra. Pustulæ paruæ fiunt ex humoribus malis, quos natura pellit ad exteriora cutis. Hi quidem si acuti & calidi fuerint, & pustulę capita habent: Si crassi & frigidi, pustulæ quoque latæ & explicatę fient. Maximè autem oriuntur pustulæ illi cuius cutis densa est, & spissa. *Verrucæ* sunt pustulæ paruæ, nimiumque durę, rotundæ; quarum quædam claui dicuntur, quia parum ad interiora corporis tanquam claui tendunt, & in multis membris fiunt ex humiditatis phlegmaticæ cum choleræ nigræ admixtione.

Quid verrucæ.

Isidorus. Verrucæ singulatim sunt: Satyriasis vero illa fortior, & circa ipsam plures inueniuntur. *Isaac.* Verrucæ sunt caro crassa, dura, & spissa, per totum corpus nata, sed maximè in manibus & in pedibus, ex superfluitate quam expellit natura in corporis exteriora. Sunt autem de phlegmate & cholera nigra, quæ ergo mollis est & sine dolore, intelligitur esse de phlegmate; dura & fissa perpenditur esse de cholera nigra,

Materia verrucarum.

De Vlcere, & sanie, & cicatrice.

CAP. XXXVII.

Quid vlcus & sanies, & vnde dicta.

Isidor. Vlcus est putredo ipsa. Vulnus quod ferro fit. quasi vi vlcus. Et vlcus, quod olet, quasi olcus; vnde & vlcera. *Sanies* dicta est, quia ex sanguine nascitur: Excitato enim calore vulneris, sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit nisi ybi sanguis aduenerit, quia nisi calidum & humidum fuerit (quod est sanguis) putrefieri non potest. Sanies autem & tabes sibi differunt. Fluere enim sanie viuorum est, tabescere mortuorum. *Cicatrix* est obductio vulnerum, naturalem calorem sanguinis seruans; dicta quòd obducat vulnera, atque obtegat.

Quid cicatrix.

Hali. vbi supra. Vlcera, quæ ex adustionibus fiunt, oriuntur ex sanguine adusto & melancholico, quem expellit natura ad corporis exteriora, fiuntque primo pustulę grandes, & aperiuntur, & dilatantur, & erumpunt, nigrasque vesicas faciunt. Ait autem Galen. quòd pustulę omnes, & vlcera quæ corporibus accidunt nimium alba, morpheaque lentiginosa, siue varia, pessima sunt, & curatione difficillima: Nam & alboris nimii corpora parum habent sanguinis: Et humores mali sunt in corporibus lentiginosis. Hisque duabus causis est vlcerum curatio difficilis; humore scilicet malo, à quo fit vlcerum comestio: Et sanguinis diminutio, quo bona caro in vlceribus generetur, vt quod comestum fuerat in integrum reparetur.

Materia vlcerum.

Cur vlcera albæ sūt difficilioris curationis.

De Proprijs & manifestis passionibus capitis ex interioribus causis, & primo de Alopecia.

CAP. XXXVIII.

Auctor. Hæc de morbis qui fiunt in manifesto totius corporis: Nunc restat de illis passionibus quæ propriæ sunt quibusdam membris. Quędam vero sunt propriæ capiti, vt allopecia, tyria, tinea, furfures. Quædam facie, vt lentigines. *Isidorus.* Alopecia est capillorum fluor circumscriptis fuluis pilis, qualitatem æris habentibus. *Isaac.* Capillus ex fumo crasso & calido nascitur, qui ex igneis & incēsiuis est humoribus, quo crescente crescunt & capilli; vtpote ab ipso nutriti, hunc fumum qui perdiderit, & capillos perdit. pro qualitate ergo fumi erunt capilli, vt in herbis videmus ex terræ humore vel siccitate crescentibus, vel pereuntibus, vel augmentantibus. Qui fumus si omnino non fuerit, pereunt in omnibus capilli, & fiūt calui; quibus quia nullæ medicinæ subueniunt, iam non amplius comæ crescere possunt. Si autem fumus non ex toto amittatur, sed solum ex aliquo humore inficiatur, infirmitas nascitur, quæ alopecia vocatur. Cani ante tempus nascuntur ex phlegmate, quod ex stomacho exit vel capite.

Quid alopecia.

Razi. in libro de diuisione & curatione ægritudinum. Alopecia est casus capillorum, & tyria; quæ quando fit propter salsum phlegma adustum, huius signa sunt, vt habens eam sit albi coloris, delicati corporis, vnde & cutis mollis. Fit autem illis qui multum vsi sunt cibis crassis & humidis. Aliquando vero fit ex sanguine in quo multiplicata est cholera citrina; & huius signa sunt citrinitas coloris, & extenuatio corporis, & quòd infirmus assidue vsus est cibis calidis. Aliquando quoque fit ex cholera nigra; & huius signa sunt nigredo corporis, & extenuatio ac siccitas; & quòd habens eam plurimum vsus est cibis melancholicis, vt lentibus, & carne salita, plurimoque labore. Fit etiam casus capillorum ex defectu nutrimenti, aut ex corruptione humorum, aut ex dilatatione pororum. Et eius signa sunt, quia corpus siccum est, & extenuatum. Cura vero eius est dilatatio in cibo, & additio in somno, & balneatio, & vini rubei crassique potatio.

Causa & signa alopeciæ varia sunt.

Cura alopeciæ.

Iterum de Alopecia & Tyria.

CAP. XXXIX.

Quid alopecia & tyria, & vnde dicta.

Alopecia & Tyria passiones sunt, per quas capilli capitis, & barbæ, ciliorumque fluunt. Denominantur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

minantur autem ab animalibus quibus hęc fiunt. Vulpi namque ſiue lupis aliquoties accidit pilorum caſus, & cutis vulneratio. Serpenti quoque Tyriæ accidit excoriari cute: vnde & Tytia vocatur in homine cutis excoriatio, licet quidam dicunt, ſed falſo, Tyriam dici, eo quod in ea ſit pilorum emiſſio, ipſo in loco contorta & incurua, qualis eſt ſerpentis refluxus.

Materia prædictorum

Fiunt autem ambę aut ex cholera acuta, quæ ſanguini miſcetur, qui ad membra in quibus ſunt capilli fertur: vnde capilli defluunt aduſtionis cauſa, quæ illis accidit; Et huius ſignũ eſt, quia loci calor ad nigrũ declinat: aut ex humore phlegmatico, ſalſoque, & acuto ſanguini mixto: Aut etiam ex phlegmate craſſo, & viſcoſo; quia loca opilat, quibus vapores capillos generantes aſcendunt; Et huius ſignum eſt loci color albeſcens. Nonnunquam autem accidit totius corporis depilatio his de cauſis. Dicit autem Hippocras, quod ſi ei qui habet Alopeciam varices innaſcuntur, capilli capitis redeunt: Sed cui Alopecia ineſt, raro naſcuntur varices.

Alia cauſa defluxus capillorum.

Nonnunquam vero capilli defluunt ex cibi imminutione, & boni vaporis paucitate, vel etiam raritate: Vapor enim capillos creans, ſi rarus fuerit, egreſſus ſpargitur, & diſſipatur, nec capillorum generationi congregatur, ſicut fumus cum largo loco egreditur. *Fit etiam* nonnunquam capillorum caſus poſt acutos ſtatim morbos, cauſa grauis caloris, malitiæque vaporis. *Quãdoque vero* ex conſumptione bonæ humiditatis à corpore, ſicut phtiſicis contingit & hecticis.

De tinea & furfure.

CAP XL.

Quid tinea, & quotuplex

TInea ſunt vlcera parua in capite naſcentia, quibus ineſt veſica, ſiue putredo. Huius ſpecies ſunt quinque. *Prima* vocatur fauoſa, quæ fit ex ſalſo phlegmate, & eſt vlcus quo cutis capitis ſubtilibus foraminibus perforatur, in quibus eſt humiditas fauo ſimilis. *Secunda* dicitur viſcoſa, & eſt rotunda & dura, cuius in inferioribus rubor eſt, & in interioribus quiddam granis ficuum ſimile. *Tertia* vocatur ameda, & ſunt vlcera cum quibus ſunt foramina multa ſubtilia, ſed prædictis minora: ab his egreditur humiditas ſimilis aquæ lauationis carnis. *Eſt & quarta* ſpecies rubea, puſtulæ ſcilicet rubeæ paruæ, quaſi mammillarum capita, à quibus humiditas fluit ſanguinis aquoſitati ſimilis. *Quinta* ſpecies eius eſt ficca alba lupino ſimilis, à qua etiam quaſi cortices fluunt albę. *Furfures* ſunt corpora parua tenuia furfuri ſimilia, quæ fluunt à capitis cute ſine vlceratione. Fiunt autem ex vaporibus ſalſi phlegmatis, aut ex ſanguine cui cholera nigra miſcetur.

Quid furfures.

Vnde furfur.

Auicenna vbi ſupra. Furfur eſt cantabrum, quod eſt in capite modus excoriationis, propter corruptionem in complexione, cum impletione in ſuperficie cutis, peiorque prouenit ad vlcera, & ad corrumpendum origines capillorũ: & fit à materia acuta, aut ſanguine melancholico, & quandoque propter malitiam complexionis in capite. *Furfurem* quidem leuem deſtruit epithema cum oleo roſato & violato, & cum muſcillaginibus. Furfur autem vehementior indiget illis quibus eſt abſterſio, & reſolutio fortis, deinde adhibenda ſunt ea quæ humectant, & æquant. Furfur denique malus, valde perducens ad vlcerationem neceſſe habet in curatione, vt mundificetur corpus cum phlebotomia, & cum ſolutione ventris, ſi cauſa fuerit repletio corporis: deinde curetur cum eo quod radit, & poſt ſemper adhibeatur oleum.

Cura furfuris.

De paſsionibus quæ apparent in cęteris membris ex interioribus cauſis.

CAP. XLI.

Quid parotides.

ISidorus. Parotidæ ſunt duritię vel collectiones, quæ ex febribus, aut ex alio aliquo naſcuntur in aurium vicinitate. Vnde & parotidæ ſunt appellatæ: *Ota* enim Græcè, auricula dicitur. *Lentigo* eſt veſtigia macularum paruula, in rotunditate formata à ſpecie lenticulæ dicta.

Quid lẽtigo.

Materia lentiginis.

Hali. vbi ſupra. Lentigines amplius in genis fiunt & confinibus, & ex ſanguinis admixti vaporibus, ac melancholicis humoribus, qui ſunt in ſtomacho, vel in omni corpore, ſicut prægnantibus contingit, cum in eorum corporibus, humores mali fuerint adunati. *Morum* eſt puſtula vlceroſa, quæ amplius in facie oritur, & hoc ex humore craſſo, in quo eſt acumen. Aduſtiones etiam in facie fiunt rubeæ, liuidique ruboris, & plurimum vlceroſę. Et ſciendum, quoniam vlcera, quæ vel in his, vel in alijs membris rotunda ſunt & profunda, peſſima ſunt, cæteriſque deteriora, quia fiunt ex materia craſſa & acuta, ſiue calida.

Quid morũ.

Varices ſunt repletio venarum quæ ſunt in cruribus earumque craſſities, ex humore facta melancholico, qui ad eas decurrit, eaſque replet. Fit autem maximè morbus hic eis, quibus continuus & diuturnus eſt crurum & pedum labor, diuque ſtant ſuper pedes erecti: Sic enim deſcendunt humores ad venas prædictas; vnde nautis, & onera ferentibus, amplius accidit. Huius ſignum eſt, quia venę complicantur, & craſſæ fiunt, ad virorem nigredinemque decliues. *Fiſſurę* manuum, & eorum quæ ſub pede vel calcaneo ſunt, ex cholera nigra, & mala, ſiccaque complexione, quę his locis dominantur, fiunt.

Quid varices, & quibus maximè contingant.

Vnde fiſſura manuum & pedum.

De vulneribus & fracturis.

CAP. XLII.

SEquitur de his quæ ex cauſis exterioribus fiunt, id eſt de continuationum ſeparatione; quæ ſi fiat in carne, vulnus dicitur; vel ſi tempus eius dinturnius fuerit, vt putrefiat; vlcus appellatur. Si autem fiat in oſſe, fractura nominatur. *Vulnerum* alia ſimplicia ſunt, alia cum aliis compoſita. Vulnus ſimplex, aut eſt inciſio ſola, quam nulla ſequuntur accidentia; aut ſciſſura tantum, nullis ablatis membri partibus. Inciſio autem, alia parua eſt, alia magna. Sciſſura quandoque alia vacua eſt, alia ficca, alia rubiginoſa & ſordida, ſcilicet putredinem habens. Et hoc fit propter debilitatem digeſtionis cibi ad eam venientis. Cuique etenim membro duę ſuperfluitates fiunt. Vna ſcilicet ſubtilis, quæ per poros diſſoluitur; altera vero craſſa, ex qua ſordes ſuper cutem generantur. Ex hac itaque rubigo ſiue putredo naſcitur in vlcere, cum naturalis calor non valeat illam ſubtiliare, ſordeſque diſſoluere. Huiuſmodi vulnera manifeſta ſunt, nec egent ſignificatione.

Vulnera alia ſimplicia, alia cõpoſita; ſimplex rurſum vario diuiditur.

Vnde putredo in vlcere.

Vulnera vero compoſita, quædam cum cauſis componuntur, quædam cum morbis, aut accidentibus. *Cum cauſa*, ſi ſit illic materia quæ ad vulnus defluat, cuius ſignũ eſt multitudo influxus humiditatis in vlcere. *Cum* morbo vero, aliquando organico, aliquando ex mala complexione: & hoc aut ex calida, cuius ſignum eſt membri rubor & inflammatio, grauiſque dolor: Aut ex frigida, cuius ſignum eſt coloris liuiditas, & caloris paucitas: Aut ex humida, quæ ſignificatur vlceris humiditate, multaque rubigine, carniſque mollitie: Aut ex ſicca, cuius ſignum eſt vlceris ſiccitas, & extenuatio, & duritia. *Organicus* vero morbus, alius eſt ſecundum minorationem, vt cum membri pars aliqua decidit; alius ſecundum magnitudinem, vt apoſtema quod in vlcere fit; alius ſecundum iuncturæ ſeparationem, vt eſt amputatio neruorum, fractura oſſium. *Cum accidentibus*

Vulnera cõponuntur cũ cauſis, morbis, & accidentibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Fractura ossium quadã simplex, quadam composita.

tibus autem vulnerum compositio est, sicut dolor qui cum eis est, siue cum dolore qui ea sequitur. *Ossium* quoque fractura alia simplex & singularis, alia cũ vulnere & apostemate composita. Hæc omnia, quia sensui patent, significationibus non egent.

De Fistula, & cancro, & igne sacro.

CAP. XLIII.

Quid fistula & quot modis se habeat

VNumquodque autem vlcerum simplicium, siue compositorum, si quadraginta dierum spatium transierit, fistula deinceps appellatur. Fistulæ tamen veraciter vlcera sunt profunda, quibus os strictum est, & interiora larga, in quibus est caro dura & alba, nec dolorem patiuntur. Et aliquando quidem tenuia siccaque videntur, aliquando vero plurimæ humiditatis. Aliquando etiam ab eis continuè decurrit humiditas, aliquando interciditur, aliquando os eius clauditur, aliquando aperitur. Nonnunquam autem ad os fistula peruenit, ipsumque putrescere facit. Aliquando vero ad neruos, aut venas, aut aliqua nobilia membra peruenit, eaque comedit. Præterea nonnunquam fistulæ concauitas in longum recta extenditur, & plerumque per transuersum limaque fertur. Huic etiam nonnunquam ora sunt plurima. *Ex lib. de chirurgia.* Fistula non solũ ab interiori nascitur sed etiam ab exteriori sicut dercussionis causa: Cum enim percussio male curatur, fistula sequitur; & hoc maxime inter vtramque spatulam.

Cancer est vulnus insanabile, & quasi lepra membri vnius.

Isidor. Cancer à similitudine maritimi animalis vocatur, vulnus (sicut medici dicunt) nullis medicamentis sanabile. Aiunt ergo præscindi debere à corpore mẽbrũ vbi nascitur, vt aliquando diutius viuant, & tamen inde mortẽ quamlibet tardius affuturam. *Auicenna vbi supra* Cum autem cancro non sit sanatio, qui est lepra membri vnius, quid de lepra dicemus, quæ est cancer corporis totius? Verumtamen cum lepræ sit per totum corpus spargi, quando curationes ea fortes administrantur, his ægritudo sustentatur, nec agit super membra simplicia. *Isidorus.* Erisipela est, quam Latini sacrum ignem appellant, id est execrandum per antiphrasim. Si quidem in superficie rubore flammeo cutes rubescunt, tunc multo rubore ab igne vicina inuaduntur loca, ita vt etiam febris excitetur.

De Morsibus & punctturis venenatorum.

CAP. XLIIII.

Animalia diuersimodis veneniũ impingunt.

HAli vbi supra. Continuationis autem separatio quæ fit ab animali, nihil ab aliis vulneribus differt, si animal ipsum veneno caret: Morsus autem & puncturas animalis venenati sequuntur accidentia pessima. Animalium quidem venenum habentium, aliud quoddam mordet, vt canis rabidus; aliud pungit, vt scorpius; aliud ore atterit, vt serpentes.

Causa rabiei in cane, & signa eius.

Isaac in viatico. Canis naturaliter frigidus & siccus est; cui nigra dominatur cholera: vnde ex sui abundantia immutata, & putrefacta, & toti corpori dominans ita corrupta, necesse est rabidos faciat, & maxime in autumno & vere. *Signa* cognoscendi canem rabidum; quia alii canes eum fugiunt, profugus, & soluagus, & nutat quasi ebriosus, oris aperti, linguæ dependentis: Saliua nimia de ore eius currit, oculi sunt inuersi & rubicundi, auriculæ inuersæ, cauda inter coxas, oculi aperti. Etenim de lapide, siue quolibet alio obiecto offenditur, & cuilibet rei visæ repugnans, etiam vmbræ suæ latrat; quem cum canes vident, fugiunt, timentes eum, latrantes super ipsum.

Auctor. Item de morsibus & punctturis animalium iam superius habitum est, vbi de naturis animalium vniuersaliter & particulariter dictum est.

De diuersis speciebus venenorum.

CAP. XLV.

Dua species venenorum.

AVicenna libro quarto. Venenorum species duæ sunt; Vna scilicet faciens operationem suam cum qualitate quæ est in ipso: Alia vero faciens cum forma sua, & tota substantia sua. *Et prima* quidem species, aut est corrodens & putrefaciens, sicut lepus marinus; aut inflammans calefaciens, vt eufobrium; aut infrigidans stupefaciens, sicut opium; aut opilans vias anhelitus in corpore sicut plumbum vstum. *Secunda* vero species est, vt napellus, cornu spicæ leopardi, & similia; & hæc sunt deteriora venena.

Quadã venena agunt super vnum membrum, quadam super totũ corpus.

Item quædam venenorum veniunt & agunt super vnum & idem membrum; vt cantarides super vesicam, & lepus marinus super pulmonem. Quædam vero super totum corpus, vt opium. Et omnis quidem veneni, quod non interficit cum permutatione complexionis, aut cum putrefactione, aut cum aduentu super membrum, possibile est vt effectus sit post tempus: & salus ex eo est cum resolutione ei accidente, & per illud quod ei succedit, per sudorem, & similia; aut per curationem contrariam.

Quod est veneniũ respectu hominis potest brutis quibusdam non nocere, imo quibusdam hominibus venenum non nocet propter assuetudinẽ

Dixit autem Galen. quòd alfarfas interficit hominem, & non turdos, quia non peruenit in turdis ad cor, nisi post spatium in quo iam passus est à corpore passionem, post quam non remanet nisi passio conuersionis cibi. In homine vero festinat ante illud propter latitudinem meatuum, & vehementiam caliditatis, & virtutem motuum attrahentium arteriarum (Et fortasse alfarfas non est venenum per comparationem ad complexionem turdorum) Vnde si non conuerteretur in cibum, & peueniret ad cor eorum, sicut peruenit ad cor hominis, cum velocitate interficeret, inquit. *Denique* fuit quædam anus, quæ primo suscepit de napellorem paruam, deinde non cessauit eo vti donec assuefacta est cum eo, nihilque ei nocuit. *Dixit* etiam Rufus, quod nutrita fuit puella cum veneno, vt interficerentur per eam reges qui cum ea conuenirent, & quòd ipsa in complexione sua consecuta est, vt saliua eius interficeret animal, & non appropinquaret ei gallina.

Venenorum quadã sunt ex mineris, quadam ex plantis, quadam ex animalibus.

Venenorum autem quædam sunt ex mineris, vt lapis armenus, argentum viuum, litargirium, ceruſa, gipsum, calx, arsenicum, alumen, limatura ferri, vel eius scoria. Quædam autem ex plantis, vt nappellus, cornu spicæ, euforbium, scammonea, almezereon, id est lacticinia, cameleon, oleander, ana cardi, stafisagria, ruta agrestis, helleborus albus & niger, ciclamen, & succus cucumeris asinini, species nigellæ malæ, agaricum nigrum, squilla agrestis, cortex rizi, semen vrticæ, titimallus, medullæ fructuum rancidę. Et hæ quidem sunt, medicinæ venenosę frigidæ vt opium, sadix, mandragorę, iusquiamum album & nigrum, coriandrum, psillium, fungi, & tubera mala. Quædam etiam venena sunt ex animalibus, de quibus superius in tractatu de naturis animalium plenius dictum est.

De Communi via cognoscendi passiones membrorum interiorum.

CAP. XLVI.

Vnde cognoscendus morbus interior.

HAli. ser. 9. Passionum autem quæ nascuntur in membris interioribus non adeo facilis est cognitio, sicut earum quę fiunt in exterioribus. Ideoque medium exerceri necesse est in actionis cuiusque membri cognitione, & complexionis, ac substantiæ, & vtilitatis, atque figuræ. Loci quoque in corpore, & quam cum cæteris membris colligantiam atque compartiticipationem habeat, quoſque vel quantos humores cõtineat, & alia huiusmodi, quæ superius diximus cum de membrorum habitibus tractaremus. Ex his enim

interioris membri cuiuſque morbus intelligitur, in quo ſit membro, qualique membri loco perpenditur, ipſius quoque membri qualitas, quantitaſque diſcernitur. Oportet itaque nunc aperiri viam ac regulam, qua tenditur ad interiorum membrorum notitiam: Eſt autem octonaria.

Octo ſũt viæ cognoſcendi membra interiora infirmari.

1. *Prima* eſt via quæ ex actionis nocumento ſumitur, cum enim alicui nocumentum accidit actioni, membrum in quo fit ſignificat infirmari, vel morbo ſibi proprio, vel alterius infirmantis comparatione membri. Verbi gratia: Appetitus imminutio, ſignificat oris ſtomachi incommodum, quod aut eſt ei proprium, aut fit ex cerebri, in quo eſt paſſio comparticipatione.

2. *Secunda* via ſumitur ex his quæ de corpore emittuntur. Et hoc aut ex eorum ſubſtantia; vt hypoſtaſis quæ eſt in fundo vrinę, ſi furfuri ſimilis ſit, paſſionem veſicę ſignificat; ſi verò fruſtis carnis, paſſionem in renibus eſſe manifeſtat: Aut ex eorum quãtitate, vt ſi cum egeſtione fruſta carnis magna exeat, inteſtinorum craſſorum vlcera ſignificant; ſi parua ſubtilium: Aut ex emiſſorum loco, ſicut vlceris ſquamæ cum emittuntur à corpore, ſi cum tuſſi exeant, vlcus eſſe ſignificant in anhelitus membris. Si cum vomitu, in ſtomacho; ſi cum egeſtione, in inteſtinis.

3. *Tertia* ſumitur ex doloribus cuique membrorum proprijs, vt ſi dolor cum pulſatione ſit, paſſio eſt in arterijs, aut in membro multas arterias habente. Si vero cum punctura, paſſio in operimentis ſignificatur eſſe: & ſi cum eo ſit grauitas, in membro motum habenti & ſenſum, oſtenditur eſſe. Si vero dolor extenditur, & in ambo latera progreditur, paſſio in neruis eſſe ſignificatur. Quod ſi molliter extenditur, paſſio in operimentis oſſium eſſe perpenditur.

4. *Quarta* ex infirmi membri loco accipitur, vt ſi dolor ſit in dextro latere, paſſionem eſſe ſignificat in

5. hepate, ſi in ſiniſtro, in ſplene. *Quinta* ſumitur ex apoſtemate, & hoc ex eius figura, quia ſi ſit medius circulus, qualis & primæ lunæ, intelligitur eſſe in hepate; Si autem oblonga ſit, aut quadrangularis, eſt in lacertis membri.

6. *Sexta* ſumitur ex accidentibus cuique membrorum proprijs; & hoc aut ex colore, vt generum rubor peripneumoniam ſignificat, & citrinus color hepatis paſſiones; nigredo linguæ, cauſon, & febris incendium. Aut ex figura, vt vnguium curuatio phtiſim. Aut ex his quę egrediuntur è corpore, vt humor lauaturæ carnis ſimilis, debilitationem hepatis.

7. *Septima* ex comparticipatione membri patientis cum alijs, vt cum digitis ante accidit nocumentum in ſenſu ſine manus compaſſione, nobis ſignificatur quòd paſ-

8. ſio ſit in pari neruorum qui ad manus feruntur. *Octaua* ſumitur ex inueſtigatione, vel interrogatione: vt ſi quęrenti dolorem ſub hipocundrij, ægro medicus dicat, & interroget quo ſentiat eum loco, & reſpondet in latere dextro, paſſio eſt in hepate; ſi in ſiniſtro, in ſplene; ſi autem in medio, eſt in ſtomacho.

De Diuiſione paſſionum interiorum, & primo de paſſionibus cerebri.

CAP. XLVII.

Mẽbra corporis in quatuor capita diſtribuũtur

HÆc de communi cognitione paſſionum interiorum membrorum. Sequitur de proprijs ſignificationibus, & cauſis ſingularum. Harum itaque quædam fiunt in membris animalibus, quæ ſunt cerebrum, & nucha; neruique qui ab eis oriuntur, & organa ſenſus, & anhelitus. Quædam in inſtrumentis ſpiritus, quæ ſunt pectus, diaphlegma, cor, pulmo, eiuſque canalis, & guttur. Quædam in ciborum organis, quę ſunt meri, ſtomachus, hepar, inteſtina, ſplen, fel, &c. Quædam autem in membris genitalibus ſiue generatiuis, quæ ſunt vulua, matrix, menthla, teſticuli, mammæ. De his itaque per ordinem dicemus, & primo de his quæ membris accidunt animalibus, ab his quæ cere-

A bro ac panniculis eius accidunt, exordium ſumentes. Dehinc à ſuperioribus ad inferiora deſcendentes. Igitur paſſiones quę in cerebro & eius operimentis fiunt, hæ ſunt: Cephalea, phreneſis, mania, mentis alienatio, letargia, obſtupefactio, congelatio, cogitationis & memorię corruptio, ſcotomia, vertigoo, ppreſſio, apoplexia, epilepſia, melancholia, & amor. Incipiemus autem à Cephalea.

Morbi ſeu paſſiones mẽbrorum animalium, id eſt cerebri, &c.

De Cephalea, & cauſis eius, & ſignis.

CAP. XLVIII.

ISidorus. Cephalea ex cauſis nomen habet, capitis enim paſſio eſt, & Græci caput *cephalin* vocant. *Hali. vbi ſupra.* Cephalea aut eſt in toto capite, aut in eius

B medietate, & vocatur hemigranea. Harum ſingulæ fiunt, aut operimenti cauſa, quod cutem capitis ſubinuoluit: Aut operimenti cauſa quod ipſum cerebrum circumuoluit. Et illius quidem quæ eſt in toto capite, quædam eſt critica, quædam vero febrem ſequitur, & quædam ſingularis ac per ſe eſt. *Illa quæ* febrem ſequitur, fit ex repletione capitis à vaporoſis humoribus & acutis. Et hæc, aut ex humore malo fit qui concluditur in ſtomacho, eiuſque ſignum eſt ſubuerſio, & cordis palpitatio: Aut ex humore in toto corpore congregato, aut ex capitis debilitate, aut ex nimio febris calore, ſicut in tertiana contingit, & cauſon.

Cauſa cephalea, & varia eius diuiſiones, & ſigna.

Illius autem quæ ſingularis eſt ac per ſe, quædam ex ipſo fit proprio capite, quædam ex eius cum ſtomacho participatione. *Quæ vero* capiti propria fit, alia ex mala

C complexione, alia ex organico morbo, alia ex neceſſitate, alia ex percuſſione. *Quæ autem* ex mala complexione eſt, aut ex mala ſimplici & ſingulari, aut cum materia. *Complexio* mala ſimplex, aut eſt calida; & fit ab interiori cauſa, ſicut à calefactione operimenti cerebri ex calidorum ciborum, vel medicaminum porrectione dolorem capiti concitantium, quales ſunt veteres nuces, allia, cępę: Aut ab exteriori cauſa, ſicut illi fit quem æſtus ſolis moleſtauit. *Aut eſt* complexio frigida, & hæc ſimiliter aut ab interiori cauſa eſt, aut ab exteriori ſupradictæ contraria. Complexio vero ſicca facit cephaleam debilem. Humiditas autem ſi ſingularis eſt,

D cephaleam non gignit, niſi quando multa eſt materia, & tunc cephalea fit per extenſionem, quæ eſt ex materiæ multitudine. *Quæ autem* fit ex mala complexione cum materia, quædam eſt cum materia ſanguinea, quædam cum cholerica, quædam cum phlegmatica, quædam cum melancholica, & vnaquæque propria habet ſigna.

Ex quali cõplexione mala oriatur cephalea.

Quæ vero fit ex organico morbo, naſcitur ex opilatione. Opilatio vero ſignificatur, ex parte humorũ viſcoſorum multitudine, aut ex apoſtemate. *Quæ* autem ex ventoſitate naſcitur, ſignum hoc habet, quia fit cum extenſione. *Quæ* vero ex percuſſione vel colliſione, ſignis non indiget, cum eius manifeſtæ ſint cauſæ, ſed infirmi tantum interrogatione. Hæc eſt igitur cephaleæ diuerſitatum, quæ propriè capitis eſt, aſſignatio.

Signa cephalea orta ex morbo organico, ex ventoſitate, aut percuſsione, &c.

Illa vero quę oritur ex capitis cum ſtomacho comparticipatione, fit aut ex humore cholerico, clauſo ſci-

E licet in ſtomacho, aut ex phlegmate putrido: fit etiam ex ciborum multitudine, vel ex vini potatione, cuius vapores acuti aſcendunt ad cerebrum, & fit ebrietas ex debilitate membri, ſcilicet ex defectione cerebri in vaporum ſuſceptione Omnis autem cephalea quę fit ex ſtomachi cauſa, leuior fit cum ſtomachus alleuiatur, ſiue exinanitur; grauior autem cum ille grauatur, aut in eo cibi corrumpuntur.

Materia & ſigna cephalea ex ſtomachi comparticipatione.

Adhuc de eodem.

CAP. XLIX.

Cephalea alia acuta, alia tarda.

HÆc eſt igitur aſſignatio diuerſitatum cephaleæ quæ fit in toto capite. Eſt autem alia quidem acuta, citoque diſſoluenda, & hæc abſolutè vocatur

catur cephalea: Alia vero tarda, & ad diſſoluendum dura, & hæc appellatur caſſis, vel galea, ſiue galeata. Hæc ex qualibet facili cauſa tumultuatur, vel excitatur, vt vocis ſono, & ignis intuitu: Odorum quoque cerebri replentium ventriculos reſpiratione, cum vini potu. Fit autem hæc ſpecies in pluribus ex humore frigido phlegmatico & craſſo, & ex opilatione, & ex plurimo vento, ſiue forti ventoſitate, aliquando etiam ex calido humore. *Ait enim Gal.* Quia quorum facilè implentur capita, loca capitis quæ paſſiones ſuſcipere poſſunt, aperta ſunt, & paſſioni oportuna. Quod ſi mala dieta regantur, incidunt in paſſionem quæ caſſis dicitur: nec à veritate remotum eſt, horum dolores quoſdam in operimentis cerebri ſentire, quoſdam ex operimento craneum circundante. Differunt autem hæc duo, quia cui paſſio eſt intra craneũ, dolor vſque ad radices porrigitur oculorum. Cui verò vſque ad oculos non perfertur, paſſio eſt in operimento, quo cranei os ab exteriori veſtitur. Naturæ verò quę repletioni capitis apparatæ ſunt, in quibus acuta ventoſitas generatur, corpora vaporoſa ſunt, & in ore ſtomachi ſuperfluitates cholericæ aggregantur. *Ait etiam.* Vigiliæ longæ capitis dolorem excitant, quia digeſtionem corrumpunt, & vapores ad cerebrum attollunt. Similiter & longus ſomnus, quia digeſtionis multitudine replet cerebrum acuta ſiue calida humiditate.

Vnde diſcernendum an dolor capitis ſit intracraneum, an in operimento eius.

Vnde hemicrania.

Cephalea verò, quæ dicitur hemicranea fit in capitis tantum medietate, & hæc oritur ex malarum qualitatũ humoribus calidis aut frigidis, operimenta cerebri replentibus, aut ex vaporibus à ſtomacho ad cerebrum aſcendentibus; & huius ſignificatio eſt doloris ſenſus ex vna parte, in cranei capitis interioribus. Hanc in oculis accidentia mala ſequuntur, & nonnunquam viſus conſumitur. Fit autem hæc paſſio ſæpe cum circumitibus, ſiue interpolationibus.

Cauſa quædã cephalea.

Cephalea quoque quandoque fit ex euacuatione, quę ſiccitate contingit, qualis eſt nimis ſanguinis fluxus è naribus, aut menſtruorum, aut hemorroidarum; ſolutio quoque naturæ, ſiue ventris. Fit etiam poſt coitum, ex cerebri debilitate: Fit etiam quandoque ex ſenſus multitudine, ſiue bonitate, quę ſcilicet ex cerebro productus ad ſtomachum emittitur. *Cephalea* quæ ex paſſione capiti propria generatur, ſecũdum maiorem partem ſtabilis eſt; quæ autem ex alicuius membri paſſione naſcitur, illius membri prius incipit ægritudo, & ab hinc cephalea ſubſequetur. Fertur autem nonnunquam ex eius magnitudine vocem amputari, propter incommoditatem accidentem neruo, qui ad guttur & gurgulionem protenditur. Tradit etiam Galen, hanc in quibuſdam capitis partibus fieri ſine aliis, & aliquando in operimentis, nonnunquam in venis, & nunc quidem extra craneum, nunc autem intra, quorum certa cognitio eſt difficilis.

Difficile eſt certo cognoſcere quam partem capitis dolor afficiat.

De phreneſi.

CAP. L.

Sidorus. Phreneſis appellata eſt, ſiue ab impedimento mentis, Græcè enim mentem *phrenas* vocant: ſeu quòd dentibus infrendat, nam frendere eſt dentes concutere. Eſt autem perturbatio cum exagitatione & dementia, ex cholerica vi effecta. *Iſaac in viatico.* Phreneſis vt abſolutè definiatur, eſt caliduu apoſtema in pelliculis cerebri, quam ſemper ſequuntur vigiliæ, & alienationes. *Raz. in Almanſore, 19. par.* Cum autem inuaſerit ſynochus, & in eius capite fuerit grauedo fortis, & in facie & oculis intenſa rubedo, dolor quoque capitis, & horror luminis affuerint, ſigna phreneſis certiſſima iudicabuntur. Quod ſi lingua nigra vel citrina fiat, & alienatus ſenſum amittat, multumque vigilet, iam phreneſis perfecta eſt.

Quid phreneſis.

Signa eius.

Vnde oriatur

Hali. vbi ſupra. Phreneſis aut ex mala complexione calida fit, quæ cerebro & eius operimẽtis ſiue pelliculis accidit, aut ex apoſtemate calido, quod in eiuſdẽ operimẽto fit aut ex multitudine cholerę quæ in venis eius exiſtit. Illa quæ fit ex apoſtemate, difficilior eſt, ſiue durior atque fortior. Apoſtema vero calidum, aut ex cholera rubea fit, aut ex ſanguine, aliquoties etiam aliquid phlegmatis admiſcetur. *Harum* omnium ſignum eſt continua febris, cuius calor non multum fortis eſt ſub tactu, ſed tranquillus & mediocris. Facies tamen & caput calidioris tactus ſunt quàm reliquum corpus.

Varia ſigna & effectus phreneſis

Hanc etiam paſſionem ſequitur mentis alienatio, & vigilia; nonnunquam etiam quidam ſomnus, àquo cum clamore excitantur, & ſaltu Horum quoque linguæ nigreſcunt, & aſperantur. Sed & de veſtibus aliquid legunt, ſiue floccos accipiunt, propter phantaſiæ corruptionem. Nonnunquam etiam lachrimantur, etiam eorum oculi quandoque ſunt obtalmici, quandoque ſicci. *Et ſi* quidem hęc paſſio fit ex apoſtemate ſanguineo, ſunt accidentia cum riſu, ſopore, oculorum rubore, garrulitate, & ineptia, caloriſque tactus acutus, & pungens. Si autem ex apoſtemate cholerico, accidentia prędicta ſunt cum ira, maliſque moribus, & perfidia. Si vero ex apoſtemate nigro, accidentia hęc inſania comitabitur, & ſaltus. Et ſi in hepate, leuitates garrulitatis, quorum copia, timor & fletus. Cum autem in arterijs his aliquid phlegmatis admiſcetur, pariter fit etiam obſtupefactio, ſiue ſomnus peruigil. Eſt autem in his omnibus pulſus debilis paruus, & in eo duricies moderata, varietas multa, frequens anhelitus atque varius, & quandoque ſpiritus anguſtia.

Ex diuerſitate materiæ apoſtematis phreneſis varios habebit effectus

De Mania.

CAP. LI.

Sidorus. Mania, ab inſania vel furore vocata eſt, nam Græcorum vetuſtas furorem *manichem* appellabat; ſiue ab iniquitate, quam Græci *maniæ* vocauerunt; ſiue à diuinatione, quia diuinare Græci *mantenim* vocant.

Hali. vbi ſupra. Mania cerebro accidit ex apoſtemate quod fit in diaphragmate, propter comparticipationem nerui, qui ad ipſum à cerebro deſcendit. Omnia vero quæ in phreneſi apparent accidentia, maniã quoque ſequũtur, niſi quod ſint debiliora: ſed febris fortior eſt, & calor in omni corpore manifeſtior, propter paſſionis, ſiue patientis membri propinquitatem ad cor. Hipocundriæ verò, & quę ſubſunt illi, ſurſum trahuntur, & quandoque ſpiritus ſiue anhelitus arctatur, pectus & latera & hipocundriæ ſimul calent, eo quod hæc membra diaphragmati vicina ſunt; quemadmodum in phreneſi facies & caput calidiora ſunt, propter viciniam cerebri. Hæ duæ paſſiones acutæ ſunt, & permoleſtę, & in vtraque fit alienatio mentis, cum febre. Eſt & alia mentis alienatio, quæ fit caloris febrium acutarum virtute; & hoc ex febris vaporibus aſcendentibus, capitiſque debilitate. Quibus autem phreneſis grandeuioribus accidit, plurimum non euadunt, eo quod hæc paſſio huic ætati contraria ſit.

Mania vnde conſurgat & quomodo à phreneſi differat.

Tã in phreneſi. quàm mania ſit alienatio mẽtis cũ febre.

De Lethargia.

CAP. LII.

Sidorus. Lethargia à ſomno vocata eſt: Eſt enim oppreſſio cerebri cum obliuione & ſomno iugi, veluti ſtertentis. *Hali. vbi ſupra.* Lethargiam dicunt phreneſim eſſe frigidam. Eſt autem materiæ corruptio, proueniens aut ex mala complexione frigida & humida, aut ex materia phlegmatica, quæ cerebro vel eius puppi dominatur, ſicut phreneſis ex choleræ rubeæ in cerebro dominatione naſcitur. Huius ſigna ſunt tepida febris & lenta, propter putredinem phlegmatis; obſtupefactio quoque & ſopor. Accidit etiam his alienatio, ſiue confuſio mentis, & oſcitatio multa; ora, tanquam obliti claudere, habent aperta. Horum quibuſdam accidit ventris ſolutio phlegmatica, quorum vencres conſtipantur; & eorum vrina tanquam aſinorũ eſt turbi-

Quid lethargia, & vnde oriatur.

Signa eius.

turbida:nonnullis autem accidit tremor, & extremarũ sudor;facies eorum ad nigredinem declinat, & parum intumescit,pulsus eorum magnus atque diuersus, & æstuosus, siue fluctuosus; anhelitus quoque tardissimus,debilis, & varius. Si autem siccitate fiat lethargus,obstupefactionis locum obtinet peruigilatio. *Lethargia* fit ex apostemate phlegmatico,accidente in occipitio. Huius signa sunt profundus somnus cum febre continua,caliditasque non fortis, & albedo linguæ, ac difficultas aperiendi palpebras;quæ etiam cum aperiũtur,velociter redeunt. Fitque ex cholera nigra; & signum eius est, quod oculi remanent aperti non palpitantes, sicut oculi intuentis in vnum locum sine motu,nec clauduntur.

Alia signa.

De stupore mentis & vigilia.

CAP. LIII.

Stupor mentis duobus modis fit.

Isaac in viatico. Stupor mentis est, quasi somnus oculis clausis;quod duobus modis fit. Aut enim infirmus nimium fit somniculosus, vel parum. Nimia somniculositas tribus modis extat. Vel de sola humiditate, velut ebriosi patiuntur; vel de frigiditate,sicut super niuem vel glaciem cadentes sustinent; vel de vtroque, sicut in apoplecticis videmus, & lethargicis. Secunda, parua scilicet somniculositas,non ex somno, sed quasi dormitantis pigritia, quæ non contingit nisi ex defectione,vel dissolutione virtutis. *Razi. vbi supra.* Stupor fit ex repletione sanguinis, & eius signa sunt vehemens rubedo coloris, ac multitudo nuchæ, & sputi.

Vnde oriatur stupor.

Hali. vbi supra. Obstupefactio siue stupor peruigil, quæ cuma vocatur, aut ex mala complexione cerebro accidenti frigida & humida;aut ex materia phlegmatica;aut a cutæ febris causa;vel percussionis,quę lacertis temporum est facta;pel oppressionis, quæ cerebro accidit; ant ex ossium cranei fractura:aut ex laminis, siue frustulis,quæ sub cranei fracti ponũtur osse, cum illud medicus vult curare.

Vnde vigilia.

Vigilia verò siue peruigilatio fit, aut ex mala complexione,quę cerebro accidit sicca, aut ex materia melancholica. Cumque huius causæ cum causis stuporis componuntur, oritur passio prædicta quæ vocatur cuma: & si quidem phlegma plus abundet,obstupefactio fiet manifestior;si vero siccitas,vigilia maior. Æger itaque se habet tanquã dormiẽs expergefactus,seu vigil, oculique eius aperti,mens confusa. Accidit quoque ei garrulitas, quæ & phreneticis;& omnino passionis huius signa, ex lethargicorum & phreneticorum signis sunt composita. *Huius* autem propria signa sunt hęc: Infirmus iacet supinus & extensus quasi mortuus, facies eius interdum turgida,color ad nigrum declinans: nonnunquam vrinę difficultas, aliquando fluxus siue mollities,spiritus eius siue anhelitus non apparet, pulsus quoque debilis est,paruus ac frequens. *Auic. 3. can.* Vigilia est dispositio animalis ad instrumenta sensus & motus, vt eis vtatur. *Isaac vbi supra.* Vigilare est duobus modis. Naturale, & vocatur expergefactio somni: Extra naturam,& vigiliæ vocantur. Vigiliæ sunt ex nimio motu cerebri, & ex siccitate choleræ rubeæ vel nigræ,vel ex non temperato calore,vel ex salsis humoribus in cerebro nascentibus.

Signa vigilia.

Vigilia duplex,naturalis,& extra naturalis, de qua in præsenti.

De congelatione, & cogitationis ac memorię corruptione.

CAP. LIV.

Quid congelatio & vnde proueniat.

Hali. vbi supra. Bothocos, id est, coagulatio siue congelatio, fit ex opilatione, quæ puppi cerebri accidit ex humore frigido humido & crasso. Fit autem ex potu aquæ frigidæ, vel in ea balneatione; vel fructuum refrigerantium comestione. *Sequitur* de cogitationis & memoriæ corruptione. Aliquando quidem cogitationi tantum accidit corruptio, aliquando memoriæ,plerumque vero vtrisque; sicut desipientia ęnibus accidit, debilitatis cerebri causa,& corruptionis. *Fit autem* corruptio hæc, aut ex mala complexione frigida,simplicique cerebri, aut ex materia phlegmatica. Cum igitur hæc passio fit ex mala complexione frigida,cum obliuione, accidit & cogitationis malitia siue corruptio,pigritia quoque & grauitas, soporisque nimietas. Si vero cum frigore est humiditas,stupor fit,& in somno submersio,scotomia quoque, & obliuio. Si autem siccitas, stuporis loco subintrat immoderata peruigilatio. Cum vero fit ex materia phlegmatica,accidit per nares & os & aures humiditatis euacuatio.

Vnde memoria & cogitationis corruptio.

De Scotomia & vertigine.

CAP. LV.

Quid scotomia & vertigo.

Isidorus. Scotomia ex accidente nomen sumpsit, eo quod repentinas tenebras ingerat oculis cum vertigine capitis. *Vertigo* autem est quotiescunque ventus consurgit, & terram in circuitu mittit. Sic & in vertice hominis arteriæ & venæ ventositatem ex resoluta humectatione gignunt,& in oculis gyrum faciunt;vnde & vertigo nuncupata est. *Isaac.* Vertigo vel scotomia visus est corruptela,& subito apparent patientibus omnia quasi voluentia, nebulosa, vel tenebrosa. Causa,nimia humorum est abundantia, cum ventositate mixta:humores isti in caput mouentur ex ventositate, vel fumo de quolibet membro, sicut & de stomacho, ascendente.

Causa prædictorum.

Materia scotomię & vertiginis.

Hali. vbi supra. Scotomia & vertigo fiunt,aut ex ipsomet cerebro, aut cum participatione mẽbri alterius in aliquo incommodo. *Scotomia* si fiat ex cerebro solo, fit aut ex mala complexione frigida & humida, aut ex humore phlegmatico cerebri pro re dominanti, fitque abinde resupinatio. Vertigo autem fit, aut ex humore phlegmatico in venis,quæ cerebrum circundant coadunato:Aut ex humore cholerico vel sanguineo,qui ibi est, nec dissolui potest (& ideo voluitur in venis circa cerebrum,indeque fit vertigo)aut aut ex crassa ventositate quæ venis his concluditur, nec ipsa dissolui potest, sed cerebro circumuoluitur; aut ex oppressione proræ cerebri,propter alterius ossis cranei fracturam, vel alterius rei siue causæ pressuram.

Signa eorundem.

Scotomię signum est, quod homo furenti similis est, membraque eius eneruatis similia, propter eneruationem quæ menti accidit ex humiditate phlegmatica, quæ cerebro dominatur. Vertiginis autem signa sunt, quod cuncta quę circunspicit,æstimat rotari,& eorum casus imaginatur. Maximeque si quippiam quod voluatur aspexerit; vel seipsum homo rotet sæpius,vertigo fit ei. Et si quidem ex phlegmate fit, oris sapor fit salsus aut acerbus;si autem ex cholera, amarus. Signa verò communia vertiginis & scotomię sunt visus tenebrositas, auditus grauitas,aurium tinnitus.

Causa scotomię ex participatione cerebri cum alijs membris.

Cum autem accidit hæc passio,ex comparticipatione cerebri cum alio membro,aut ex passione fit, quæ venis pulsantibus accidit post aures positis, ex mala complexione frigida, aut humore phlegmatico, aut cholerico;& horum signa sunt,quia cum prædictis, hę duæ venæ extensę sunt ac repletæ: Aut ex passione quæ de duabus venis iuuenilibus oritur ex mala complexione; aut ex humore phlegmatico vel cholerico; & horum signum est cum his quæ diximus collum distensum: Aut ex passione quæ stomacho accidit ex mala complexione frigida, vel humore phlegmatico; cuius signum est abominatio siue subuersio cordis, & passionis augmentum,cum multitudo sumitur ciborum, & cum fastidiositas fit cum putredine. vidimus etiam nonnunquam ex acutæ perseuerantia febris, oriri scotomiam.

De Apoplexia.

CAP. LVI.

Quid apoplexia,

ISidorus. Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt; dicta quod ex lethalis percussu, repentinus casus fiat: Græci enim *apoplexin* percussionem vocant.

Papias. Apoplexia est depressio atque lapsus,& subductio repente veniens, talis vt sine sensu hominem efficiat, & quasi mortuum eum circumuenit. Habet autem paralysis similitudinem, sed & multam distantiam. *Huius* autem duæ species sunt: *Nam* maior apoplexia venit,aut per cibos nimios,aut per vinum multum,aut per balneorum calorem. hi moriuntur subito & cadunt;nam dum comedunt,aut lauant,hoc morbo tenentur. Multi etiam & post cænam dormientes, ex hac causa mortui sũt. Huic nulla res succurrere potest, quia latenter venit, & subito occidit. *Minor* vero quæ est,curatur quidem cum difficultate magna:quæ ita intelligitur,cum quis velut paralysim patitur,ex vna parte corporis non sentiens, lingua ei tenetur vt loqui nõ possit, aut loquens difficulter intelligitur, & manibus vota sua ostendere nititur: & si eum digitis strictis tenere volueris sentit;non enim habet corpus emortuũ, sed iacet exanimis,& grauis sibi videtur.

Proapoplexia maiori non est remedii, quod latẽter venit & subito occidit; secus de minori, licet etiam sit difficulter curabilis.

Vnde oriatur apoplexia

Halt. vbi supra. Apoplexia & epilepsia generantur ex opilatione que fit in ventriculis,simul cum omnes opilantur,simulque virtus sentiens & mouens ad membra transire prohibetur: vude & motus intercipitur,& regitiuæ virtutis actiones imminuuntur, ita vt ferè omnino cessant. Opilationis autem promotio in hac passione fit,aut ex humore phlegmatico crasso & viscoso, aut ex phlegmate cõfuso cum cholera nigra,aut ex sanguine crasso. Fit etiam aliquando ex cholera nigra, & nonnunquam ex repletione vini,& in ebrietate; & tũc lethalis est,nisi febris superuenerit, aut soluatur hora qua dissolui habet crapula.*Hanc* passionẽ præcedit acutus capitis dolor, organicorũ tumor, visus tenebrositas, vertigo radiorũ,phantasia,extremorũ frigus,totius pectoris titillatio. Dicit autem Hippocras, quod apoplexia si fortis sit,incurabilis est;si debilis, nõ facilè curabilis. *Razi. vbi supra.* Apoplexiæ ex sanguine signa sunt,rubedo maxillarũ & faciei, ita vt homo quasi suffocatus sit,exuberatio alguidegi, & venarum. Fit autẽ & ex humoribus crudis phlegmaticis; cuius signa sunt mollificatio corporis,& albedo coloris, ac multitudo nuchæ,& sputi.

Signæ eiusdẽ

De Epilepsia.

CAP. LVII.

Epilepsia multa obtinet nomina.

ISidorus. Epilepsia vocabulum sumpsit,eo quòd mẽtem appendens,pariter etiam corpus possideat,Græci enim appensionem *epilepsiam* appellant. Fit autem ex melancholico humore,quoties exuberauerit, & ad cerebrum conuersus fuerit. Hæc passio caduca vocatur, eo quod cadens æger spasmos patiatur: hos etiam vulgus lunaticos vocat,quod per lunæ cursum comitetur eos insania dæmonum. Idem & laruatio. Ipse & morbus comitialis.i. maior & diutinus, quo caduci tenentur:cui tanta vis est,vt homo valens concidat,spumetque. *Constan.in Panteigni nona parte.* Epilepsia est cum totum corpus spasmum patitur, vt in terram cadat infirmus,& aliquando quidem circulariter,siue certis temporibus constitutis: Aliquando vero interpollatis & varijs. Huius causa eadem est quę & apoplexiæ,minor tamen est in fortitudine & vittute. Causa namque faciens epilepsiam non est in omnibus ventriculis cerebri,sed opilantur quædam eorum viæ neruorum, scilicet membra corporis mouentium. huius quoque materia minor est quàm apoplectica,in quantitate.& qualitate,& substantia,vnde fit vt infirmus in ea sentiat,seque moueat,quod non fit in apoplexia. vnde dicunt epilepsiæ causam,apoplexiæ esse mediam.

Quid epilepsia & in quo differat ab apoplexia.

Quædam autem epilepsia est ex cerebro, quædam ex neruorum spasmo. Et quæ ex cerebro, quędam est ex ipso solo,scilicet ex constipatis eius ventriculis, vt dictũ est, & opilatione spiritus ac virtutis motiuæ transeuntis ad membra;quę scilicet opilationes fiunt ex humore phlegmatico crasso ac viscoso in hora passionis, in cerebri ventriculos influente; aut ex humore crasso melancholico,aut ex compressione cerebri, quæ fit ex ossis capitis fractura. *Aliquando* etiam hęc species accidit,cum homo rotando,vel circumeundo se mouet,& humores ac spiritus calefiunt,atque mouentur: Indeque homo turbatus in terram labitur. *Quædam* autem ex oris stomachi, vel alterius membri colligantia cum ipso cerebro;& hoc fit ex fumo frigido, scilicet phlegmatico vel melancholico,de membro patiente ad cerebrum ascendente,eiusque vẽtriculos implente. Multi hac passione moriuntur, quoniam eius accidentibus molestantur. Plurimum autem euenit pueris & iuuenibus, raro vero senibus, propter membrorum suorum siccitatem.

Vnde oriatur epilepsia.

Razi. vbi supra. Epilepsia fit ex phlegmate, cuius signa sunt, mollities corporis, & albedo coloris, complexio frigida, mulritudo ciborum frigidorum, multitudo quoque sputi, & muscillaginis, ac spumæ, sensuumque conturbatio. Fit autem epilepsia plurimum in augmento lunæ, & complemento luminis eius: fit etiam in eius diminutione. fit autem & ex ventositate frigida in aliquo membrorum resoluta. Et eius signa sunt,quod infirmus illam ex manu,vel pede,vel crure eleuari sentit, & quod vsque ad caput ascendens,epilepsiam facit. Fit etiam quãdoque ex sanguinis multitudine, cuius signa sunt quod implentur alguidegi,& facies rubet,& quandoque sanguis è naribus procedit. *Papias.* Epilepticorum duo sunt genera; quę cum spuma est & cum tremore non curatur; quæ sine tremore,curatur.

Signa epilepsia.

Epilepsia cũ tremore non curatur.

De Incubo.

CAP. LVIII.

Quid incubus, & quid portendat.

AVicenna 3. *canone.* Incubus est ægritudo qua sentit homo quando somnum ingreditur fantasma graue super se cadens,ipsumque comprimens, & angustiantur spiritus eius, & intrinsecatur vox ac motus ipsius, & fortasse prẹfocatur propter pororum opilationes; & cum abipso separatur, excitat eum subito. Est autem antecessor vnius trium ægritudinum, aut apoplexię,aut epilepsiæ, aut maniæ. Et hoc quidem cũ fuerit ex materiebus comprimentibus. & non ex alijs causis non materiatis. *Huius* autem causa secundum plurimum est vapor materierum crassarũ sanguinearum,aut phlegmaticarum,& melancholicarum, resoluentis vaporem,& cum resolutione omnis humoris ipsum comitantis. Quandoque vero fit ex frigore vehementi caput inuenienti subito apud somnum. Quare comprimit ipsum, & incrassat, & contrahit, & efficit in ipso phantasias illas subito; quod fit propter debilitatem cerebri ex caliditate sua, vel complexionis suę malitia.

Causa incubi.

Papias. Ephialtes est passio qua homines incubo vexantur: hos deprehendes ex difficili motu corporis,& somno etiam insolito & graui, quoties suppressi grauantur,vt præfocari se homo dormiens sentiat,aut aliquem sibi irruisse putet, qui corpus eius premendo, exanimare tendat. Vnde & incubus dictus est,à mentis atque sensus incubatione. *Alij* dixerunt, quod ex indigestione cibi veniat ephialtes, qua ascendisse aliquem super dormientem fingatur. Fit autem ex cacochimia, id est ex malo humore, aut ex abundantia sanguinis: per somnium enim phantasiæ cum graui somno opprimuntur, & cum tormento supini plus suffocantur,ita vt loqui non possint. Aliquoties etiam ita loquuntur per somnium, quasi per diem disputent, aut cũ hominibus fabulentur: Nimietates quoque diuersarũ phantasiarum aliquãdo vident,& pauent; ita vt & in somno

Vnde possit incubus deprehendi.

clament

clament. Fit autẽ plerumque hæc paſſio aut ex multo cibo, aut ex vino plurimo, vel ex paruo cibo & potu; hoc eſt ex plenitudine, vel inanitate, aut ex abundantia ſanguinis.

Incubus niſi ei ſuccurratur ad epilepſiam perducit.

Razi. vbi ſupra. Incubus cum aſſiduus ſit & multiplicatur, eique non ſuccurritur, ad epilepſiam perducit: Fit autem ab aſſiduatione multi ſanguinis in corpore; Et huius ſigna ſunt rubedo oculorum, & ſomnij dominium: fit etiam ex dominio phlegmatis; & huius ſigna ſunt pigritia, & mollificatio corporis, & tarditas ſenſuum; multitudo quoque ſputi, & muſcillaginis.

De melancholia nigra, & canina, & amore qui dicitur eros.

CAP. LIX.

Quid melãcholia & vnde dicta, ſed & vnde oriatur.

Isidorus. Melancholia dicta eſt à nigro felle: Græci enim nigrum *melan* vocant, fel *colen*. Epilepſia quidem in phantaſia fit, melancholia in ratione, mania in memoria. *Hali. vbi ſupra.* Melancholia eſt alienatio, ſine confuſio mentis, ſine febre. Contingit autem aut ex ſolo cerebro, aut ex membro ſibi colligato. A ſolo cerebro, ex humoribus melancholicis in eo naſcentibus, aut à ſtomacho venientibus, ibique ſe coadunantibus; vnde animus conturbatur, rationabilitaſque mutatur. Ex colligantia vero cerebri ad alia membra, quandoque fit ex humoribus fumeis & melancholicis, à ſtomacho ad cerebrum aſcendentibus; ex materia quę eſt in ſtomacho, vel ſubhipocundria: Quandoque vero fit ex totius corporis humoribus incenſis. Aliquando etiam fit ex timore, & triſtitia, & intentione mala.

Varij effectus melancholia.

Quidam eorum quibus accidit, mortem timent; quidam deſiderant: quidam multiplicant riſum, nonnulli verò fletum, plerumque ſeipſos necant. Alij vaſa lutea ſe eſſe putant, ne frangantur cauent. Alij ſe eſſe bruta animalia æſtimant, & animalium voce clamant.

Quãuis ſpecies melancholiæ habet ſigna propria vnde quadã canina dicitur, & eſt hereditaria & incurabilis.

Alij verò diuinant, ſeque diuina prædicare putant. *Præter* hæc autem ſigna communia, habet etiam vna quæque ſpecies ſigna propria. *Eſt &* quædam melancholiæ ſpecies, quam qui patitur, Galli Caniſque ſimilitudinem habere ſibi videtur; vnde & vt Gallus clamat, vel vt Canis latrat; nocte ad monumenta egreditur, ibique vſque ad diem moratur. *Huius* ſigna ſunt color citrinus, oculi obſcuri, ſicci, concaui, os quoque ſiccum & ſitibundum, in pedibus & in facie vulnera & puſtulę, quia frequenter offendens cadit. Talis nunquam ſanatur, & hæc paſſio à parentibus hæreditatur.

Quid amor, & quæ ſigna eius.

Amor eſt animę confidentia ſuſpicioſa in eo quod amatur, cogitationiſque in illud aſſiduitas. Huius ſigna ſunt oculorum concauitas, & eorum aſſidua motio, maximeque palpebrarum. Omnia autem alia mẽbra corporis præter oculos attenuantur, ſiue macerantur, ſed viſus pulchritudo remanet. Pulſus eius eſt vt hominis triſtis, & ſi res amata nominetur, pulſus mutatur, diuerſificatur, atque turbatur. *Hæ ſunt* ergo ſignificationes morborum in cerebro naſcentium. *Sciendum* autem harum quædam eſſe communes duarum aut trium paſſionum, vt mentis alienatio phreneſi, & melancholiæ; ſtupor verò lethargiæ, & paſſioni quę cuma vocatur. Porro quædam vniuſcuiuſque morbi proprię, ſicut triſtitia & timor melancholiæ, ſpuma quoque epilepſiæ. Ideoque in ſolis communibus ſignis non oportet confidere.

Sunt quadã ſigna communia multis morbis.

De ſternutatione & temulentia.

CAP. LX.

Quid ſternutatio, & quomodo fiat

Avicenna vbi ſupra. Sternutatio eſt motus cerebri proprius, ad expellendum humorem aut aliam materiam, cum auxilio aeris naribus attracti ſubito, per viam naſi & oris. Itaque ſternutatio eſt propria cerebro, ſicut tuſſis pulmoni. *Hippoc. in lib. Aphoriſmorum.* Sternutatio fit à capite, ex calefacto cerebro, aut humectato, quod eſt in capite vacuo, dum aer intus exiſtens foras effunditur. Sonat autem, quia per anguſtum fit ei exitus.

Gregor. ſuper Iob. In ſternutatione quidem inflatio à pectore conſurgit, quæ cum apertos ad exeundum poros non inuenit, cerebrum tangit, & congeſta per nares exiens, totum caput protinus concutit.

Qua cauſa ſternutationis.

Iſaac. Sternutatio de diuerſis naſcitur humoribus, aliquando enim eã natura operatur, cũ humores adunatos ſiue fumum ſatagit expellere à cerebro, qui vel iam ſunt morbi, vel cauſa futuri vitij. Humanum enim cerebrum humidius eſt cerebris aliorum animalium, vt brutorum. Vnde humores adunantur, qui cooperante natura expelluntur, ſicut in coriza videtur, & in peripneumonia: aliquando quoque fit aliunde quàm ex qualibet infirmitate. Narium autem canales humanarum curti ſunt, vnde cito ad cerebrum nocitiua extrinſecus veniunt, vt puluis, frigiditas aeris, ſplendor ſolis & ſimilia; quæ cum ad cerebrum peruenerint, expelluntur à cerebro motu ſuo continuo; & inde fit ſternutatio.

Quid temulentia, & vnde accidat

Hali. vbi ſupra. Temulentia eſt infirmitas accidens cerebro ac ſenſibus, ab aſcenſu vaporis ex vino, cerebrum implenti humore calido. Hoc accidit maximè cerebrum habentibus calidum & debile: quod cum acciderit per crapulam vaporoſam, debilitatur à ſua digeſtione, cum diſſolutione crapulæ. Cuius autem cerebrum fortè eſt & validum, nõ grauatur crapula. Soluitur enim, vnde nec ei accidit ebrietatis facilitas. Itaque iuxta virtutem, & debilitatem cerebri, accidit etiam difficultas ebrietatis, & facilitas eiuſdem. Porro qui multus eſt in bibendo vinum, nec inebriari vult, oportet eum prandium minuere, pinguia iura cænare, & huiuſmodi. Pinguia enim & dulcia frangunt acumen vini, cumque prius ad ſtomachum venerint, conſolantur illum, & prohibent aſcenſum vaporis vini ſurſum. Caules etiam arcent ebrietatem, cauſa ſuę deſiccationis in humiditate vini. Gal. quoque dixit, amygdalas amaras, ſi aliquantulum ex eis ante vinum comedatur, ebrietatem arcere. Eſt & apud Dioſcoridem, quod robum myrti ſi ſumatur ante vinum, prohibet ebrietatem. Ad hoc etiam valet ſemen caulis, cum robo hæreſen, id eſt ſapa, habitum ante vini potum.

Remedium contra ebrietatem.

De paſſionibus neruorum.

CAP. LXI.

Auctor. Dicto de paſſionibus cerebri, reſtat de paſſionibus neruorũ, qui omnes à cerebro procedunt; quidam quidem immediatè, ſcilicet illi qui ad membra propinqua ſenſificandum diriguntur; quidam verò mediante nucha, id eſt, ſpondilium medulla, ſcilicet illi qui ad membra à cerebro remota mittuntur, ſicut ſuperius diximus.

Tres ſũt ſpecies morborũ in neruis.

Auicenna vbi ſupra. Cerebrum diuiditur in ſubſtantiam velatiuam, & ſubſtantiam medullarem, & ventres in ipſo ſpiritu plenos. Nerui vero ſunt ſicut virgulta ab ipſo procedentia. Horum tres ſunt ſpecies ægritudinum, ſcilicet complexionalis, & inſtrumentalis, & ſolutio ſingularitatis. Et apparet quidem læſio in operationibus ſuis naturalibus, & ſenſibilibus, & motiuis.

Quanã noceant nernis, & quæ proſint.

Res autem neruis nocentes, ſunt coitus plurimus, & ſomnus poſt repletionem, potus aquæ frigidæ congelatæ, vinumque plurimum; & omne aceto ſum, & ſtipticum, & infrigidatiuum; poma, & phlebotomia plurima. Agaricum vero confortat neruos, calefaciendo, & purgando. Vinum etiam antiquum & paucum, valde confert omnibus ægritudinibus neruorum; plurimum autem ſumptum eſt nocibilior res neruis. *Hali. vbi ſupra.* Paſſionum autem nuchæ, neruorumque qui ab illa oriuntur, quinque ſunt ſpecies, ſcilicet, eneruatio, dormitio, ſpaſmus, tremor, gibboſitas.

Quinque ſpecies morborũ in neruis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A

De Eneruatione & Epilepsia neruorum.

Cap. LXII.

Quid enervatio, & quando euadat in epilepsiam.

ENeruatio siue mollities fit, cum opilatio fit in principio nerui, qui ad aliquod membrum peruenit; Virtusque mouens ad membrum pertransire prohibetur; vnde membrum ipsum eneruatur, & sensum ac motum perdit. Et si quidem in omnium neruorum principijs oritur hæc opilatio, fit omnium membrorum sensus & motus cessatio, cum nocumẽtis actionem gubernantium; & vocatur huiusmodi passio epilepsia: hęc fit ex frigido phlegmate vẽtriculos cerebri replente. Quod si opilatio hæc in latere fiat vno, lateris illius cum latere faciei fit eneruatio. Vocaturque paralysis, & contorsio simul, ideſt effusio. Si autem in principijs accidat nuchæ, fit eneruatio membrorum quæ sunt sub facie. Et si alterum nuchæ latus opilatur, membra illius lateris eneruantur. Faciei vero contorsio fit ex eneruatione simul & spasmo; eneruatur enim alterius maxillæ lacertus opilatione nerui qui ad eum porrigitur, alteri vero fit spasmus.

Eneruatio variarum partium varios operatur effectus.

Porro si opilatio in neruorum principijs qui ad guttur tendunt, accidit, vocis amputatio fit. Si autem in neruis qui ad lacertos tendunt pectoris, anhelitus fit arctatio. Et si in illis qui ad lacertos vesicæ protenduntur, vrinæ præter voluntatem fit emissio, sic & in omnibus membris iudicandum est cæteris. Opilatio autem hæc, aut humore crasso accidit, aut ex oppressione. Oppressio vero aut ex ligamento siue ligatione, aut ex apostemate nuchæ, aut ab osse locum suum exeunte, neruumque comprimente. Accidit etiam eneruatio membri ex incisione, vel contritione nerui qui ad ipsum mittitur, si per latum incidatur; & talis etiam eneruatio non curatur. Si vero per longum, accidit membro nocumentum.

Opilatio ex duobus accidit scilicet humore crasso & oppressione.

Refert Galen. quoniam hæc passio maximè grandioribus siue senioribus accidit, si capita eorum humoribus frigidis plena sint. Cum enim fit illis calor, aut forte frigus, huiusmodi liquefiunt humores, & ad locum ortus neruorum feruntur. Maximè vero hoc accidit cui nerui natura sunt debiles, raro vero cui fortes. Fit autem etiam eneruatio quandoque ex membri euulsione à sua concatenatione, per disgregationẽ humiditatis viscosæ, quæ ligamenta infundit, & os lubricum facit, suoque loco educit. Aliquando quoque fit ex materia quę à membris depellitur, & tanquam aliorum cum alijs compressione; sicut accidit in acutis morbis, maximeque in Phrenesi & mania. Accidit etiam eneruatio, & membrorum euulsio, sæpius in cholerica passione, cum morbus critico modo siue secundum chrysim finitur, & superfluitas ex profundo corporis ad extremitates, siue ab interioribus ad exteriora à natura propellitur.

Quibus potissimum accidat eneruatio & qua de causa.

Eneruationis autem membri signa manifesta sunt, ex eius emollitione siue fluxu, & sensus ac motus eius cessatione. Epilepsia habet hæc signa, quod qui eam patitur, supinus exponitur, voce carens & motu, sensuque voluntario. Hanc autem præcedit capitis dolor grauis, organicorum siue faucium repletio, vertigo, obscuritas visus, extremorum frigus, ac titillatio corporis totius, grauitas motus, & dentium in somno fremitus, Vrina declinat ad nigredinem, maxime vero accidit hæc passio senibus, frigidæ, & humidæ complexionis hominibus, & regimen crassum ac phlegma generans, assuefacientibus. Si autem iuueni temporibus calidis acciderit, quasi impossibile est vt euadat. Porro deterior eius habitudo est, cuius anhelitus malus est atque varius, & ex magnitudine varietatis amputatus.

Signa eneruationis & epilepsiæ.

B

De Paralysi.

Cap. LXIII.

Quid paralysis & quod signum eius.

Isidorus vbi supra. Paralysis dicta est à corporis impensatione, facta ex multa infrigiditatione, aut in toto corpore, aut in parte. Pap. Paralysis est dissolutio membrorum, stomachique contractio; cuius signa sunt hæc: si operias os, inuenies linguam in vna parte quæ paralysim patitur, albidiorem esse; nam paralysis ab eo quod mediam partem teneat, nomen habet; si enim omnes partes teneat, apoplexiam iudicabis. *Razi. in lib. diuisionum.* Paralysis est duarum specierum. Vna fit ex dominio phlegmatis super corpus, & eius signa sunt vt apoplexiæ phlegmaticæ. Alia vero fit ex occasione percussionis, aut casus: Et huius signum est mollificatio corporis.

Idem in Almansore 9. parte. Cum aliquis mouere non valeat aut vnum aut pluta membrorum, eorumque sensum amisit. illius membri iam paralysim incurrit. Cum autem aliquod membrorum stupidum sentit, sicut est pes quando stupidus fit, in illo membro mollitiem esse dicimus, nec eius cura differenda est, alioquin paralysim insequi videbit. Cum vero cõtorquetur os alicuius, vt nec vnum ex oculis claudere poterit; & si præcipitur ei vt sufflet, flatus ab vna parte tantum exire videtur, contorsionem pati dicitur.

Quid oris contorsio, & quod signum eius.

C

Hali. vbi supra. Paralysis faciei signa sunt ipsius cõtorsio, & carnis maxillæ in latus alterum retractio; quia prohibetur virtus mouẽs ad lacertos faciei oculorumque transire: accidit autem & contorsio hæc ex alterius maxillarum spasmo, quia sana in seipsam maxilla retrahitur; cuius hęc signa sunt, quod eger oculum qui est in sano latere non valet claudere, propter palpebræ, vel inferioris lacerti ad inferiora tractionem.

De Dormitione neruorum.

Cap. LXIV.

Vnde nerui dormitio.

D

DOrmitio neruorum eisdem causis quibus & eneruatio accidit, scilicet ex opilationibus, nisi quod in eneruatione sunt fortes, in dormitione vero debiles; vnde qui hanc patiuntur, aliquatenus sentiũt & mouentur. Accidit etiam ex mala complexione frigida quæ neruum spissat, & eius partes congregat indeque fit opilatio parua, debilitaturque virtus animalis, quę per eum ad membrum dirigitur, nec recte vel æqualiter mittitur. Aliquando vero fit ex obuiatione grauis frigoris aut niuis, vnde nerui quodammodo condensantur, & simile quid accidit. Fit etiam quandoque ex neruorum compressione; vt quando quis alicui membro innititur; aut ligationis difficultate, & nonnunquam ex ventositate, qua sub spondilibus comprimitur, & nucham opprimit: indeque fit opilatio virtutem prohibens mouentem ad membra per neruos transire. Dormitionis signum est, quod homo sentit in membro tanquam formicarum motum, cum difficultate motus, & malitia sensus; sicut videmus accidere sæpius illi qui diutius sederit, aut ipsum aliquid oppresserit, aut percussio in aliquo eius membro acciderit.

Signum dormitionis.

E

De Spasmo.

Cap. LXV.

Quid spasmus, & quot modis contingat.

SPasmus est membri patiẽtis abbreuiatio, siue decurtatio. Qui quandoque fit in toto corpore, & tethanus vocatur, qui fit ex acutis morbis membrorum, æquali ab vtroque latere distensione, ita scilicet vt sit extensio erecta, in neutra se mouens latera. Quandoque fit in anterioribus tantum, cui scilicet in anterioribus lacertis est passio. Quandoque vero in posterioribus tantum. Quandoque autem fit in aliquo membro sine alijs, quando scilicet passio est

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in illius membri lacertis ac neruis. Et omnium istarum origo diuersitatum, aut est ex repletione, aut ex euacuatione, aut ex mala frigida complexione, aut ex calido neruorum apostemate.

Spasmus ex repletione maximè accidit pueris paruis, & in ijs facile curatur.

Ex repletione quidem fit, cum nerui superfluitatibus malis replentur, humidis & phlegmaticis, quibus humectantur, & in latum distenduntur, & à sua longitudine minuuntur. Vnde lacertus ad quem hic nerus mittebatur, ad originis suæ partem contrahitur, membrumque curtatur: Sicut & vasa de corijs facta, cum amplius quam capere possint implentur, in latum extenduntur, & in longum breuiantur. Maximè autem hæc species spasmi accidit pueris paruis, qui crasso lacte nutriuntur, & hoc ex multitudinis ciborum regimine sine cautela, debilitatisque neruorum causa, ac mollitiei ac distensionis facilitate ideoque facilior est eorum curatio. Itaque signa quæ procedunt spasmum in pueris sunt acuta febris, & continua, vigiliæ, ventris siccitas, linguæ nigredo, saliuæ desiccatio, cutisque distensio. In viris autem, quia membra fortia sunt, & plurimæ siccitatis, parum ex repletione fit spasmus, & si contigerit non est facilè curari. Huius speciei spasmi signum est, quod repente venit, & quod regimen plenitudinem faciens præcessit, vt multitùdo ciborum potuumque crassorum, aut laboris dimissio, & balnei, aut eius post cibum frequentatio: fit etiam nonunquam post ebrietatem.

Spasmus ex euacuatione deterior est eo qui fit ex repletione.

Qui autē fit ex inanitione vel euacuatione, aut ex desiccatione neruorum oritur, qui eadem causa reducuntur, retrahuntque secum lacertos quibus continuantur, eademque causa membrum abbreuiatur; sicut corrigias & pilos cum igni appropinquant videmus reduci; & citharæ chordas si ponantur in aere calido, rumpi vel amputari. Significatur autem hæc species euacuationibus præcedentibus, vt immoderata solutione, vel sanguinis fluxu, vel alijs causis desiccantibus, qualis est labor, vigiliæ, coitus, acuta febris. Et est deterior hæc species, quam quæ fit ex repletione, nec accidit simul, sed paulatim & per incrementa.

Spasmus ex mala complexione frigidatū ab interioribus tū ab exterioribus oritur.

Qui vero fit ex mala complexione frigida, aut. n. ab interioribus oritur, vt ab humore frigido, qui corporis lacertos congelat, eorumque partes condensat & congregat: Aut ab exterioribus, vt ex magnō frigore niuis, vel aëris, quo cōgelantur lacerti corporis, eorūque partes spissantur; Vnde & reducuntur ac breuiantur: & huiusmodi species, congelatio lacertorum vocatur. Qui autē apostematis causa neruorū fit, neruos contrahit; eum à neruis ad cerebrū vsque passio perlata sit. Ideoque cerebrum contumescit, & ad eius ventriculos ægritudo peruenit. *Isido. vbi supra.* Spasmus Latinè contractio est subita partium aut neruorum cum dolore vehementi. Fit autem duobus modis, aut ex repletione, aut ex inanitione. Tetanus maior est contractio neruorum à ceruice ad dorsum. Telum laterum dolor est, quod dolore corpus transuerberet, quasi gladius.

Quid tetanus & telū.

De Tremore & Titillatione.

CAPVT LXVI.

Vnde tremor.

Razi. in lib. diuisionum. Tremor aliquādo fit propter casum virtutis: fit etiā ex assiduatione vini, vel ex dominio phlegmatis, & debilitate neruorum.

Hali. vbi supr. Tremor fit ex debilitate virtutis mouentis, quę est in membro tremente. Hæc autem debilitas aut ab interioribus fit causis, aut ab exterioribus. Ab interioribus quidem, vt ex mala complexione frigida, sicut accidit senibus, & frigidissimam aquam bibentibus, vel in ea balneantibus, & vinum immoderatè bibentibus (Immoderatus namque vini potus, complexionem refrigerat, virtutemque debilitat) aut ex humorum crassorum ac viscosorum opilatione qua prohibetur virtus mouens: quare illud membrū

A ad superiora trahitur, humor vero sui grauitate deorsum premit: Indeque fiunt duo motus contrarij, qui vno nomine tremor vocantur. Accidit etiā tremor ei qui coitum multiplicat, & qui corpus nimis euacuat. Omniaque accidentia quæ virtutem debilitant, tremorē excitant. Ab interioribus autē causæ sunt, vt ira, tristitia, timor, vel horror. Titillatio vero fit ex ventositate crassa, & vaporosa, cuius significatio est, quod maximè fit in frigidissimis temporibus, frigidisque corporibus ac phlegmaticis, & his qui aqua frigida lauantur, & similibus.

Vnde titillatio.

De Gibbositate.

CAPVT LXVII.

B Gibbus siuē gibbositas, aut ab anterioribus est, & tunc fit ex alicuius spinæ spondilium motu in anteriora. Aut à posterioribus, & tunc ex alicuius secessione spondilium in posteriora, Aliquando vero spondilis in alterum latus recedit, & implicatio siue tortuositas dicitur. Fit autem spondilis à loco suo recessus, aut ab interioribus causis, aut ab exterioribus. Interiores sunt, vt crassus ac viscosus humor, qui nucham extendit, & infundens ligamenta spondilium lubrica facit; vnde spondilis euellitur, & à suo loco pellitur: Aut vt apostema calidum, quod in lacertis fit vicinis spondilibus, vnde spondilis opprimitur, & à loco suo euellitur: aut vt ventositas, quæ sub spondilibus interius concluditur, easque pellit, & à suo loco emittit. Exteriores vero causæ sunt, vt percussio, casus & similia.

Vnde Gibbositas.

Ex quibus causis spondilis à suo loco recedat.

C

Gibbus adeo manifestus est, quod eius notitia signis non indiget, nisi quę ex apostemate fit: hūc etenim tussis, & anhelitus angustatio sequitur, & asma. Et didicit Hippo. quod quibus cū asmate fit & tusse gibbus, antequam pilos in pene producant, pereūt. Spondilium autem patientiū locū agnoscere poteris, si manu dorsi spondiles, à summo vsque deorsum pertransieris. Hæc de cerebri passionibus, & eorum quæ ab eo oriuntur, & de causis ac signis earum dicta sunt.

Signum gibbi ex apostemate.

De Passionibus oculorum in consolidanti tunica.

CAPVT LXVIII.

D Sequitur de illis quæ in mēbris sentientibus fiūt & primo de passionibus oculorū. Hæ autē in consolidanti, siue coniunctiua tunica fiunt, aut in cornea, aut in vuea, aut in humore euagiados, aut inter vueam, & crystalleidon, aut in palpebris, aut in oculorum angulis, aut in neruis, visus, aut in lacertis oculos mouentibus, aut in venis, quæ ab operimento cerebri ad oculos tendunt. In consolidanti tunica passiones istæ fiunt, obtalmia, inflatio, durities, prurigo, sibila, tarua, vngula. Obtalmia est calidum apostema, quod fit aut ex causis exterioribus, vt sole, puluere, fumo; aut ab interioribus. vt ex fluxu materiæ calidæ, à cerebro. Sibila est vena, quæ sanguine crasso repletur, & acuitur, ac rubet. Tarua siue petia, E sanguis est, qui ad consolidantem defluit, ex venarum in quibus est crassitie. Vngula est augmentum neruosum, quod ex angulo magno oculi oritur, ac protenditur, donec ad nigrum oculi feratur, & crescit vsque dum pupillam operiat, visumque prohibeat.

Morbi in tūiunctiua tunica oculorū. Obtalmia.

Sibila.

Tarua.

Vngula.

Nictalmos.

Isidorus vbi supra. Nictalmos est passio, qua per diem visus patentibus oculis denegatur, & noctūrnis irruentibus tenebris redditur, aut viceuersa (vt pleriq; volunt) die redditur, nocte negatur.

De Passionibus quæ fiunt in cornea, vel vuea.

CAPVT LXIX.

Hali. vbi supra. Passiones autem quæ in cornea fiunt sunt cancer, vlcera, sanies, pustula, acumen, & albedo. Cancer est apostema durum, quod oritur, cum graui dolore, & venarum quæ sunt in

Morbi in tunica cornea. Cancer.

oculis

oculis diſtenſione. Vlcerum ſpecies ſunt ſeptem, quarum quatuor in ſuperficie cutis fiunt, & tria in eius profundo. Puſtula fit ex humiditate, quæ adunatur in ſquamis corneæ, ſiue in eius cortice. Huius diuerſitates ſunt, & in colore, quoniam alia eſt alba, & alia nigra: Et in dolore, quoniam aliam comitatur dolor nimius, aliam paucus: Et in conſequentia, quia quædam ſalubris eſt, quædam incommoda magna facit, eique facilior eſt cæcitas. Sanies poſt corneam fit ex vlcere, vel ex cephalea, vel obtalmia. Acumen fit cum cornea ſcinditur, & vuea egreditur; quod ex vlcerum ac puſtularum comeſtione fit, aut cum illam exterius aliquid vulnerat. Albedo autem oculi, quam nos pānum vocamus, quædam tenuis eſt in exterioribus corneæ, quædam vero craſſa atque profunda. *Razi. in Almanſore 9. parte.* Albugo qu ęcontingit in oculo, ſignum eſt poſt curationem apoſtematis eius remanens quæ cum in oculis puerorum fit, leuior eſt ad curandum; nam in ſenibus fortaſſe ſanari non poterit, niſi ſubtiliſſima fuerit.

Vlcera. *Puſtula.* *Sanies.* *Acumen.* *Albedo.* *Albugo in pueris facile curatur.*

Paſſiones vueę ſunt foraminis dilatatio, & eius arctatio: *Dilatatio* fit duobus modis. *Primus* eſt, aut naturalis, ſcilicet ex ipſius formatione; aut ex apoſtemate quod ipſum diſtendit; aut ex copia humoris euagaidos. Accidit autem hæc ſpecies maximè mulieribus & paruulis: & qui hanc habet, aut parum aut nihil videt. Secundus eſt ex graui percuſſione, aut ex apoſtemate. Arctatio vero pupillę fit, aut ex creationis tempore. Aut ex apoſtemate. Arctatio vero pupillæ fit, aut ex creationis tempore, aut ex vueæ eneruatione.

Morbi in vuea. Dilatatio. *Arctatio.*

Paſſiones autem quæ inter vueam & cryſtalleidon fiunt, ſunt aquæ & vapores à ſtomacho aſcendentes. Aqua fit ex humiditate craſſa inter criſtaleidon coagulata, ſiue congelata, ſp ritum viſibilem ad exteriora egredi prohibens. In huius principio videt homo ante ſe tanquam culices, aut muſcas, aut capillos, aut virgulas, aut ſplendores. Sed hæc accidentia fiunt ex paſſione quæ in cerebro eſt, & in ore ſtomachi, per vaporum ipſius aſcenſum ad oculos.

Morbus inter vueam & criſtalleidon eſt aqua & vapor à ſtomacho aſcendens.

De Paſſionibus palpebrarum, & angulorum oculi.

CAPVT LXX.

Porro quæ palpebris accidunt paſſiones, ſunt auratus ſine fixura, ſcabies, grando, Lapidoſitas, conglutinatio, grauitas, ſeparatio, hordeum, morum, tinea, formica, caro ſuperflua, pediculi, pili abundantes & inuerſi palpebrarum ſiue ciliorum caſus. Fixura eſt corpus pingue viſcoſum admodum, cum neruis & operimentis implicitum, & fit in exterioribus palpebræ ſuperioris, accidentium malorum cauſa, maximeque in pueris, propter humiditatem complexionis eorum. Pruriginis, ideſt ſcabiei, ſunt quatuor ſpecies, vt ſupra patuit. Grando autem eſt humiditas, quæ in interioribus palpebræ coagulatur, ſiue congelatur, alba ſimilis lapidi grandinis. Lapidoſitas eſt ſuperfluita quæ ſuper palpebras indureſcit, quaſi lapis.

Morbi palpebrarum. *Fixura.* *Scabies; Grando.* *Lapidoſitas.*

Conglutinatio vero eſt ſiue viſcoſitas, aut ipſius palpebræ conglutinatio cum albo oculi, vel eius nigro; aut duarum adinuicem palpebrarum. Ex vtraque prouenit, aut ex vlcere oculi, aut ex vngulæ creatione, vel ſibilæ, & huiuſmodi. Grauitas autē palpebræ fit ex ventoſitate craſſa, quam qui patitur, cum à ſomno excitatur, inuenit in oculo quoddam velut arenæ pulueriſque ſimile. Separatio tres habet ſpecies. Prima eſt palpebræ ſuperioris eleuatio, ita vt oculum non operiat. Secunda palpebrarum naturalis abbreuiatio. Tertia inferioris palpebræ in exteriora repulſio, ſiue inuerſio. Hordeum eſt apoſtema oblongum ad inſtar hordei, quod in palpebræ fit extremitate.

Conglutinatio. *Grauitas.* *Separatio.* *Hordeum.*

Pediculi multi ac parui generantur in palpebris, illi maximè qui multos cibos accipit, & balneum prętermittit. Morum eſt caro rubea declinans ad nigrum, ab interioribus oculi ſuſpenſa, quæ prouenit ex ſanguine corrupto. Formica eſt fixura, quæ in palpebrarum extremitatibus accidit, cum pilorum palpebrarum caſu. Tinea quoque ſimilis eſt formicæ, niſi quod in flauorem peruenit ac ruborem. Pili abundantes in palpebris oriuntur, in parte quæ oculis vicinatur, ad interiora replicati. Vnde & oculum pungunt, & materiam ſecum adunāt; ideoque & palpebra eneruatur ſiue emollitur & fit propter puncturas lachrymatio, quod ex humiditate contingit putrida, quæ in pilis palpebrarum adunatur. *Palpebrarum ſiue ciliorum caſus*, aut ex humiditate fit acuta, Aut ex alopecia. Caro ſuperflua fit ex humiditate craſſa quæ oritur in palpebra, ſicut, & in omnibus corporis membris. Angulorum oculi morbus eſt triplex, ſcilicet cornus, glans, & fluxus. Cornus eſt emiſſio carunculæ quæ inter augulum & naſum egreditur & aperitur indeque ſanies exit, quæ quandoque in fiſtulam conuertitur: Glans eſt magnitudo carnis, quæ eſt in maiori angulo oculi amplior quam oporteat. Fluxus autē eſt imminutio carnis eiuſdem maior quā expediat, in tantum vt humiditates arcere non poſſit, quæ per foramen ad oculum defluunt.

Formica. *Tinea.* *Pili abundantes.* *Palpebrarū caſus.* *Caro ſuperflua.* *Morbi angulorum.* *Cornus.* *Glans.* *Fluxus.*

De Paſſionibus quæ fiunt in neruis, lacertis, ac venis oculorum.

CAPVT LXXI.

Opilatio neruorum oculi prouenit ex humiditate multa quæ circa neruos generatur, eoſque comprimit; vnde viſus aut ceſſat, aut minuitur. Ruptura vero eorundem fit ex percuſſione, vel ex graui colliſione. Caligo fit ex debilitate, vel paucitate ſpiritus viſibilis qui à cerebro ad oculos dirigitur. Eſt & altera paſſio febequeræ, quæ nocte non ſinit hominem videre; & hæc fit ex craſſitie ſpiritus animalis, & humorum turbiditate. Sunt autem hæ cauſæ contrapaſſioni, in qua homo longe poſita videt, proxima non; quemadmodum ſenibus accidit. Hæ ſunt paſſiones, quæ in neruo viſus concauo fiunt.

Morbi qui fiunt in neruo concauo viſus. *Opilatio.* *Ruptura.* *Caligo.* *Febequeræ.*

Quæ aut in neruis oculum palpebraſque mouentibus ſunt eneruatio & ſpaſmus. In neruo quidem oculum mouente aliquando fiunt ex cerebro, cuius rei ſignum eſt, quod vtriuſque oculi motus corrumpitur. Aliquando vero in altero neruorum, qui ad oculos tendunt; & huius ſignum eſt, quod oculi, motus ad quem ferebatur neruus corrumpitur. Nonnunquam autem in quibuſdam nerui partibus, indeque corrumpitur lacerti motus, quem pars illa mouebat, lacertos quidem mouentes oculos diximus ſuperius eſſe 9. quorum ſex mouent oculum ipſum, tres vero neruum (per quem ſpiritus videns tranſcurrit) reducunt ac reprimunt ne loco ſuo cedat, & oculum ſurſum erigunt.

Morbi in neruis oculū & palpebras mouentibus.

Et illorum quidem ſex qui mouent oculum, illi qui à ſuperioribus ſunt, ſi eneruentur ſiue emolliantur oculus deorſum premitur: Si ſpaſmentur ſurſum erigitur. Inferiores autem ſi emolliantur, oculus ad ſuperiora refertur; ſi vero ſpalmentur ad inferiora tendit. Qui vero in oculis ſunt, ſi eneruentur, oculus in contrariam partem anguli mouetur? Si vero ſpaſmētur, in angulum ipſum. His autem qui in altera parte ſunt eneruatis, oculus ad angulum oppoſitum flectitur; ſpaſmatis, in eandem partem in qua ſunt. Duo veri lacerti, qui oculum circundant, ſi eneruantur, aut ſpaſmentur, oculi contorſio fit. Denique qui ſunt in radice nerui, per quos ſpiritus decurrit, ſi ſpaſmentur, oculo non nocet; ſi eneruentur obeſt.

Sex ſunt lacerti qui mouent oculum ex quorum eneruatione oculus varie turbatur.

Paſſiones autē quæ fiūt in venis à craneo capitis ad oculos tendentibus, ſunt fluxus humiditatis à capite ad oculos, & huiuſmodi fluxus, aut per venas fit, quæ ſuper craneum ſunt, cuius ſignum eſt extenſio venarum frontis, & temporum: aut per illas quæ ſub

Morbus venarum à craneo capitis deſcendētium eſt fluxus humiditatis.

cranco ſunt, cuius ſcilicet ſignum eſt nimia ſternutatio, & aſſiduus humorum curſus per nares & oculos. Hæ ſunt paſſiones oculorum, cauſęque & ſigna eorũ.

De Paſsionibus membrorum auditus.

CAP. LXXII.

PAſſiones autem quæ membris auditus fiunt. Quædam omnibus illis communes ſunt, aliæ vero quibuſdam tantum. Vniuerſales ſiue communes ſunt ægritudines ex mala complexione prouenientes, aut ex apoſtematibus, aut ex continuationum ſeparationibus, ſcilicet vt eſt confractio, & ruptura. Propriè vero membrorum auditus paſſiones, aut fiunt in partibus eius exterioribus, aut in neruo qui virtutem defert organo. In auditus foramine fiunt vlcus, verruca, caro ſuperflua, vermes, aut ſordes, aut aliquod corpus ab exterioribus iniectum, vt calculi grana, vel aqua, vel aliqua beſtiola, velut muſca, pulex, & ſimilia; vel etiam ventoſitas. Omnes hæ paſſiones ſi fuerint fortes, meatum auditus opilant, & ſurditatem faciunt. Si vero paruæ, debilitas fit auditus, atque grauitas. In inſtrumento vero auditus ac neruo, fiunt tinnitus, ſuſurratio, voceſque non reales, quæ continguntaut ex ventoſitate quæ in operimentis ſiue panniculis cerebri concluditur, ea parte qua vicina eſt auris neruo, vel neruo auditus, aut inſtrumento primo auditus, aut ex humoribus per hæc loca tranſeuntibus. Et quando fiunt ex humore craſſo, patiens, grauitatem cum ſonitu ſentit in his locis, aut in capite: Cum autem ex ventoſitate, pariter erit his in locis extenſio.

Morbi in auditus foramine.

Morbi in inſtrumento & neruo auditus.

Auic. 3. canone. Opilatio quandoque fit in ore propter panniculum creatum ſuper foramen, quandoque propter ſordem, quandoque propter carnem congelatam, quandoque propter carnem additam & verrucam, quandoque propter lapidem aut nucleum in ea cadentem, aut propter animal, quod in eam ingreditur, & mouetur; quandoque vero propter humorem viſcoſum opilantem foramen aut meatum, & quandoque propter ventum vehementem. In ſonitu, aut in tinnitu, ac ſibilo, qui continuus eſt & aſſiduus, cauſa eſt aliquid ſtans in ipſo cerebro; ſi vero quieſcit, & deinde excitatur, propter repletionem, aut vacuitatem, aut motum, aut cum calor fit fortis, aut frigus, tunc fit propter communitatem. Eſt etiam quandoque quaſi vxor rei, vt rugitus.

Cauſa opilationis in aure.

Cauſa tinnitus.

De grauitate auditus, & ſurditate.

CAP. LXXIII.

Hali vbi ſupra. Auditus vero grauitas & ſurditas ſi ab aliquo fiat incommodo quod prædictis accidat membris, aut erit ex mala complexione, aut ex organico morbo, ſicut opilatione quę ex apoſtemate oritur, aut craſſitie, aut continuationum ſeparatione, velut contritione, vel ruptura. Nonnunquam autem auditus grauitas ac ſurditas à cerebro fiunt, ſi aliqua paſſionum huiuſmodi accidat illi: itaque ſi omnino ceſſare videris auditum ab vna aurium, vel ab vtraque ſimul, & hoc cum nocumento, quod & alijs ſenſibus accidit, ſignum tibi eſt incommodum hoc cerebro accidiſſe. Si vero reliqui ſenſus ſani ſunt & robuſti, ſignificat quod nerui qui ad aures veniunt, & auditus organum patiuntur.

Vnde auditus grauitas, & ſurditas.

Cum autem ceſſat auditus, aut grauatur, nec in foramine apparet, aut in membris auditus exterioribus aliqua paſſio, inuenitque pariter æger in profundo capitis auribus vicino grauitatem: Intelligimus huius rei cauſam eſſe craſſum humorem ad neruum & organum auditus influentem. Quod ſi hęc comitatur diſtenſio ac pulſatio, cauſa eſt apoſtema calidum in loco ortum. Si vero paſſionem hanc, percuſſio capitis vel colliſio præceſſerit, neruum ruptum ſignificat, aliquando quoque fit auditus debilitas, ex debilitate virtutis audibilis, quemadmodum ſenioribus contingit.

Vnde deprehendatur ſurditatẽ ex craſſo humore prouenire.

Nonnunquam etiam ſurditas fit ex ſpecie formationis, ſcilicet in procreatione pueri, dum natura in formando deficit ab auditus foramine, vel eius organo perficiẽdo, propter ſuam debilitatem, aut materię craſſitiem. Præterea quandoque ſurditas in morbis acutis fit, cum humor cholericus ad cerebrum aſcendit, hanc habentes paſſionem, multum iuuantur per choleræ euacuationem, ſicut dicit Hipp. in lib. Aphoriſmorum. Cuicunque fellea egeſtio eſt, ſurditate ſuperueniente ſedatur; & cuicunque ſurditas eſt, ſi egeſtio cholerica fiat, ſurditas recedit ac ceſſat. *Iſidorus vbi ſupra.* Surdus dicitur à ſordibus humoris aure cõceptis, & quamuis multis caſibus accidat, nomen tamen æger ex prędicto vitio retinet.

Surditas interdum ſit ex debilitate virtutis, interdum ex ſpecie formationis.

Surdus vnde dictus.

Auic. vbi ſupra. Auditus quandoque deſtruitur; quandoque minuitur, vt non rectè ſubtilietur, neque audiat quod dicitur vt qui patitur in aure tinnitum, & ſibilum. Deſtructio quidem auditus, alia eſt natiua ſiue naturalis, & huic non eſt curatio. Alia vero accidentalis; & hæc duplex. Alia namque eſt chronica, cuius ſpatium elongatum eſt; & hæc quoque deſperationi propinqua eſt, curæque difficilis: Alia vero recens & propinqui temporis, & hæc curam recipit. Huius cauſæ quandoque ſunt ex communitate cerebri, & quorundam membrorum ei vicinorum, ſicut quando primum nocumentum eſt in auditu, vel in neruo, vel in foramine.

Deſtructio auditus alia naturalis & incurabilis, alia accidentalis & curabilis ſi modo ſumatur in principio.

Nocumenta quidem auditus aut complexionalia ſunt, aut inſtrumentalia, aut ſingularitatis reſolutiua. Nocumentum autem in neruo quandoque accidit, propter ægritudines conſimiliũ partium in ipſo, vel inſtrumentalium, aut ſolutionem continuitatis. Ægritudines ſimilium partium in ipſo, ſunt ſpecies malitiæ complexionis ſingularis, & compoſitæ, plurimumque eius eſt ex frigore. Fit etiam vnaquæque earum quandoque abſque materia, quandoque cum materia melancholica, vel cholerica, vel flegmatica, ex phlegmate crudo; vel ventoſà. Inſtrumentales vero ſunt, vt opilatio, quam fecerunt humor aut ſanies, aut apoſtema calidum, vel durum, vel ſorditiei cooperimentum, aut tremulum, aut inflatio. Porro diſſolutio ſingularitatis in ipſo, quandoque fit ex vlcere, vel ex corroſione, plurimum autem eius quæ fit propter tranſitum, eſt propter cauſam intrinſecam, vel extrinſecam. Intrinſeca quidem eſt, vt verruca, vel apoſtema, vel caro addita, aut vermis, aut ſordes, aut humor craſſus, aut viſcoſus, aut congelatio ſaniei ex apoſtemate rupto. Extrinſeca vero eſt, vt arena, vel lapis, aut nucleus ingrediens eam, aut congelatio ſanguinis, cuius pars quædam fluxit ab aure, pars eius remanſit; & illud quidem accidit quandoque ſubito, quandoque paulatim.

Defectus auditus ex cauſa intrinſeca & extrinſeca.

De Paſsionibus odoratus.

CAP. LXXIII.

ODoratum quoque nocumentum ingreditur; aut enim deſtruitur, ita quod odorem non ſentit, aut debilitatur, ita quod aromaticum ſentit, & fœtidum, ſed debiliter; aut mutatur & corrumpitur, & hoc dupliciter; aut enim ſentit odorem fraudulentum, ita quod inuentus non ſit aut odores qui boni ſunt, non bonos ſentit, ſicut ille qui ſentit odorem ſtercoris bonum, & abhorret aromaticum. Horum autem cauſa nocumentorum eſt, aut malitia complexionis ſingularis, aut humor malus exiſtens in anteriori parte capitis, & duobus eius ventriculis; vel in duabus rebus, capitibus mammillarum ſimilibus; aut opilatio in oſſe perforato; aut ab humore; aut à ventoſitate, aut ab apoſtemate, aut à cancro, aut natiuitate carnis additæ, aut opilatio in velamine quod ſupra ipſum eſt, aut aer ſuperfluæ qualitatis, aut percuſſio, vel caſus, faciens ingredi ſuper os nocumentum.

Odoratus variepatitur nocumentũ.

Cauſa nocumenti odoratus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quibus partibus accidãt nocumenta odoratus.

Hali. vbi ſupra. Paſſiones quæ membris odoratus accidunt, quædam in naribus fiunt, quædam ex operimento quod nares ſubinuoluit, quædam in oſſe colatorio ſimili, & operimento cerebri quod illud veſtit, quædam in primo odoratus organo, ideſt in duobus proræ cerebri ventriculis, qui ſimiles ſunt capitibus mammillarum. Et quæ naribus accidunt, aut ex mala complexione ſunt, aut ex organico morbo, aut ex continuationum ſeparatione. Organici narium morbi ſunt vlcus, apoſtema, caro abundans in naſo orta, ſimilis animalis carni quod polypus vocatur; Et ſi quid illud capere vult, nares pedibus opilat; ſimiliter & hęc caro nares obturat. Continuitatis ſeparatio eſt, vt naſi confractio, vel colliſio.

Morbi narium organici, &c.

Omnes hæ paſſiones quando magnæ ſunt, naſi meatum opilant, & odoratus ceſſat. Si vero meatum non obſtruunt, debilis fit odoratus. Quæ vero fiunt in operimento quod narium foramina ſubuoluit, aut ex mala complexione ſunt, aut ex apoſtemate calido vel duro. Quæ autem in oſſe ſimili colatorio, & opertorio cerebri illud circũuoluẽti, ſunt opilatio, & odoris fętor. In oſſe quidem opilatio fit humoris craſſi cauſa, qui foraminibus inuiſcatur: In operimento vero, ex humore viſcoſo. Odoris autem fætor, aut ex putredine ſit oſſis colatorio ſimili, aut ex humore putrido qui foraminibus inuiſcatur oſſis, aut operimenti os veſtientis; eiuſque profertur odor vſque ad organum primum, quod eſt duorum vẽtriculorum extremitas. Eſt & odoris fætor, cum cerebro eſt putridus humor, quem febris & cephalea ſequitur: fætorem autẽ odoris ex humore putrefacto in foraminibus oſſis; immunitio comitatur vocis.

Vnde odoris fœtor.

Morbi in organo odoratus.

Quæ vero fiunt paſſiones in organo odoratus, ſunt corriza, & odoratus imminutio, eiuſque priuatio, quæ caſema vocatur. Corriza eſt fluxus humidarum ſuperfluitatum à ventriculis prorę cerebri ad nares, quę fit ex mala complexione calida vel frigida cerebro accidenti, ſicut cum ſol exęſtuans caput exurit, & humores qui in cerebro erant liquefacit; aut cum aer frigidus ei occurrit, ac ſuperfluitates quæ ante diſſoluebantur concludit. Sicque dum multiplicantur, & ad nares influunt, ſiue contrahuntur, Odoratus imminutio fit; aut ex mala complexione immoderata; aut ex organico morbo, vt ex opilatione, ex apoſtemate; aut ex humore craſſo atque viſcoſo, aut ex continuationis ſeparatione. Hæc omnia ſi parua ſunt, imminutionem odoratus faciunt, ſi magna, priuationem.

De Paſſionibus linguæ.

CAP. LXXV.

Morbi linguæ.

ÆGritudines linguæ ſunt, aut apoſtema eius, aut ſpaſmus, fiſſura, aut vlcera, aut grauitas, aut ramula, aut abbreuiatio ligamenti, aut magnitudo linguæ; aut rubedo, vel inflatio. *Auicenna vbi ſupra.* Linguæ quandoque accidunt ægritudines, quæ nocumentum in eius motu faciunt, ita vt deſtruatur, aut debilitetur, aut mutetur. Quandoque vero accidunt ei res, quæ nocumentum ſibi faciunt in ſenſu tactus & guſtus. Et quandoque deſtruitur vnus duorum ſenſuum ſine altero, ſicut guſtus ſine tactu: Quoniam ægritudo potentiam habet inferendi nocumentum debiliori duarum virtutum. Et ægritudo quidem eſt quandoque malitia complexionis, & quandoque officialis, ſcilicet ex magnitudine, vel paruitate, aut corruptione figuræ, vel ſitus, quare non dilatatur prius, neque conſtringitur, aut ex reſolutione ſingularis compoſiti. Quandoque vero eſt ægritudo compoſita, ſicut vnum apoſtematum, & quandoque nocumentũ eſt in ipſo ramo nerui, qui eſt ei proprius. Quandoque etiam lædítur cum communitate ſtomachi, & quando per communitatem pulmonis & pectoris.

Quibus modi accidant ægritudines linguæ.

Et linguæ quidem complexio, quandoque ſignificatur ex parte ſaporis in ea vincentis, ex eo quod ſentitur acetoſitati ſimilis, aut dulcedini, vel inſipiditati, vel amaritudini, vel abominationi generatæ à putredine, vel ponticitati, vel ſtipticitati, &c. Linguæ quidem mollificatio; ex ſumma ſpecierum eſt nocumentorum eius. Cuius cauſa quandoque eſt ex humiditate ſanguinea, vel aquoſa, quandoque autem eſt in cerebro; quandoque vero in lacerto eam mouente, ramo ad eam ab ipſo veniente.

Signum cõplexionis linguæ.

Linguæ mollificatio eſt magnũ nocumentum.

Hali vbi ſupra. Linguæ paſſiones, aut in corpore ipſius, & in confinibus fiunt; aut in neruis, qui ad illam tendunt, eaque parte cerebri à qua linguæ nerui procedunt, & quæ ipſi linguæ accidunt, ſunt calapha, & apoſtema, & guſtus corruptela. Calapha dicitur puſtula peſſima, lata & extenſa: hæc exterioribus linguæ accidit, & omnibus oris partibus, cui color eſt albus. aliquando tamen paululum niger, & illa peior eſt. Accidit autem maximè pueris, & infantibus, ex lactis nutricis malitia. Apoſtema vero quoddam eſt, quod linguam magnificat, ita vt ex ore emittatur, vnde & exilium linguæ vocatur. Quoddam vero ſub lingua oritur glandulæ ſimilæ, & rana appellatur. Eſt & apoſtema calidum ac ſanguineum, quod omnibus accidit partibus linguæ, & eſt de genere calaphæ.

Quid calapha.

Apoſtema linguæ triplex.

De Corruptela guſtus.

CAPVT LXXVI.

Vnde guſtus amaritudo & dulcedo, acerbitas & ſalſedo.

GVſtus autem corruptio fit, quandoque dum in amaritudinem mutatur, ita vt homo, & oris ſui ſaporem, & omnium quæcunque illi porrexeris, amarum ſentiat. Quod fit cum in corpore linguæ, & in omnibus oris partibus humor dominatur cholericus, ſicut accidit in tertiana, vel icteritia. Aliquando vero, & in ore, & in omnibus cibis vel potibus ſentit dulcedinem: quod fit cum in lingua & in corpore dominatur ſanguis, aut phlegma dulce. Nonnunquam autem ſapores ſentit acerbos, quod ex phlegmate fit acerbo. Quandoque vero ſalſos quod ex phlegmate ſalſo.

Morbi linguæ quam partem afficiant, & ex quibus cauſis proueniant.

Paſſiones quæ neruis ad linguam venientibus accidunt, aut fiunt in neruo per quem ſenſus eſt guſtus, & ſunt ipſius imminutio, & priuatio, (quod fit cum in ore nullum ſentit homo ſaporem omnino) aut in neruis per quos verba fiunt, & motus, & hæ ſunt linguę grauitas, verborumque priuatio. Accidunt autem hæc, aut ex complexione mala dominante neruis, aut ex opilatione quæ fit in eis, aut ex apoſtemate, aut ex craſſo & viſcoſo flegmate, quod ad eos defluit, aut ex continuationum ſeparatione, quæ neruis accidit in ruptura quæ fit ex humore acuto, vel percuſſione, vel colliſione ſuper cerebrum cadente.

Vnde linguæ grauitas ac priuatio verborum.

Accidit etiam linguæ grauitas ac priuatio verborum, ex paſſione partis cerebri, à qua nerui mittuntur ad linguam, vel quæ eſt in ipſo cerebro toto. Quod fit aut ex mala complexione, aut ex organico morbo, vt apoſtemate, ſicut accidit in phreneſi, & morbis acutis qui ex mala complexione calida, & apoſtemate calido fiunt, & ſicut in paralyſi, & oris contorſione accidit, ſimilibuſque paſſionibus, quæ ex mala complexione frigida & humida contingunt.

De Paſſionibus oris.

CAPVT LXXVII.

Morbi labiorum fiſſura, hæmorrhois, & puſtulæ.

QVæ autem in ore paſſiones fiunt, aliæ labijs, aliæ dentibus, aliæ carni quæ eſt in toto ore, aliæ vero in vua. Labijs accidũt fiſſuræ, hæmorrhoides, puſtulæ. Fiſſura fit ex mala complexione, quæ ſcilicet labijs dominatur, hemorrhois ex materia ſanguinea. Puſtula vero naſcitur ex ſanguine, & cholera. Gingiuis & carni dentium accidit apoſtema calidum, cum quo patitur æger dolorẽ, ac percuſſionẽ

Morbi gingiuarum.

siue pulsationem in gingiuis & dentibus. Accidit & passio quæ vocatur aurulis, immutatio scilicet apostematis calidi in saniem, gingiuarum casus, & odoris oris malitia. Est & passio quæ vocatur abulis, vel atulis, caro scilicet superabundans, quæ in vicinis oritur molaribus, post calidum apostema, vnde arbitratur homo aliquid esse ciborum in molari, quod adhæreat illi. Est & sanguinis à gingiuis emissio, ex debilitate virtutis pascitiuæ quæ est in gingiuis.

Morbi carnis oris.

Omnes autem passiones accidunt carnioris, quæ & gingiuis, scilicet apostema calidum, & putredinis fluxus, atque sanguinis. Nascitur etiam in ore fœtor ex putredine dentium ac molarum, aut ex putrefactione gingiuarum, aut ex putrido phlegmate quod est in ore stomachi, aut ex humiditatis siue saliuæ fluxu, que fit ex humiditate cerebri per palatum decurrente. Signa vero quod ex stomacho sit, sunt quando nihil prædictorum in ore inuenitur, & odor ipse, cum cibi sumuntur, aliquantulum imminuitur. Vua patitur apostema calidum, & sentitur in oris fine, siue in interiori bucca percussio, siue pulsatio, & dolor transglutiendo; accidit que illi eneruatio, & casus: vnde quasi suspensum quid in gurgulione sentitur. Itaque si casus eius diu moretur, incidenda est.

Vnde fœtor oris.

Morbi vuæ.

Vnde fœtor oris & sanguinis emissio.

Razi. vbi supra. Fœtor oris plurimum fit ex caliditate stomachi. Cuius signum est, quod alleuiatur cum cibus sumitur. Aliquando vero fit ex phlegmate corrupto in stomacho, aliquando à dente putrefacto in ore. Aliquando enim ex putrefactione in cute oris, & meri, & partibus eius. Exitus sanguinis ab ore fit aliquando cum vomitu, & tunc est à stomacho, & partibus eius. Aliquando cum sonitu rascationi simili, aut cum tussi, & tunc est à pulmone, vel ex pectore, & finibus eius; aut fit cum rascatione, & tunc descendit ex capite, aut ex vua, vel palato, & finibus eorum.

De Passionibus dentium.

CAPVT LXXVIII.

Morbi dentium dolor.

DENTIVM passiones sunt dolor grauis, corrosio, congelatio, dormitio, limositas, casus. Dolor in dentibus fit, aut ex mala complexione calida vel frigida neruis accidente, qui portiguntur ad dentes, aut ex apostemate calido vel frigido, quod in carne dentium accidit. Sciendum autem dentes ipsos nullum per se habere dolorem; non enim sentiunt. Vnde cum aliquis eorũ modica sui parte frangitur, homo nõ læditur. Mitigatur autẽ dolor apostematis cum dens eruitur, quia tunc neruus non distenditur: locus enim illi fuit arctus, sed post erutionem apostemati locus adiectus est, quo dissoluatur: Medicamen vero patienti ad remedium superponitur. Corrosio dentibus & molaribus ex putredine fit, quæ ex humiditate mala efficitur, & ad ipsos defluit, putrescitque in eis, & ipsos comedit. Limositas est corpus croceum dentes vestiens, ex vaporibus à stomacho ascendentibus. Congelatio vero dentibus accidit, aut ab exterioribus, cum scilicet acerbum homo masticat; aut ab interioribus, vt ex acerbis qui in stomacho sunt humoribus. At vero dormitio fit ex rebus frigidis quas quis assumpserit, vt niue, vel aqua frigidissima, vel huiusmodi.

Dentes non sentiunt.

Corrosio.

Limmositas.

Congelatio.

Dormitio.

Casus.

Porro casus vel commotio dentium fit, aut ex gingiuarum humectatione, neruorumque dentes ligantium, & eneruatione eorum, vt dentes tenere nequeãt aut ex putredine gingiuarum, & comestione; aut ex horrei, idest loci vbi infixi sunt largitate; cuius largitas aut est ex natura, aut ex siccitate, siue desiccatione. Ex natura quidem, sicut in pueris. In his namque natura dentes excutit, propter eorum debilitatem, quia lacte corrupti sunt, & opus est fortioribus, causa ciborum siccorum, ac solidorum, vt eos frangere queat, dilatatque horrea, quo dentes eorum loco producantur, maiores primis, ac fortiores. Ex siccitate vero, sicut in

Vnde casus dentium.

dentibus. In his enim horrea siue loca dentium cum desiccata fuerint minuuntur à quantitate priori, sicque mutatur eorum compositio, nec stant firmi dentes in foueis, sed labuntur & cadunt. Audiui qui dicerent se vidisse senes, quibus dentes cum cecidissent redierunt. Id autem verum esse non credo: Materia namque præparata reparationi dẽtium, in senum corporibus non habetur.

Cur dentes in senibus redire nequunt.

Razi. vbi supra. Dolor in dentibus accidit quandoque cum apostemate gingiuæ, & iste fit propter acuitatem sanguinis, & dolorem eius cui communicant dentes: huius signa sunt rubedo, & inflatio, & requies ab aqua frigida. Aliquando vero sine apostemate gingiuæ, & tunc ex frigore fit, & humoribus crassis ac frigidis.

Quando dolor dentium oritur ab apostemate gingiuæ, & quando non.

Ex viatico Isaac. Dentium passio diuersa est, cuius diuersitatis pars palam est, sicut putredines, fœtores, rupturæ, perforationes, motiones, limositates, & alia similia. Est & alia visui non apparens: sicut cum nimium dolorem quis sentiat, & tamen dentes sani appareant, causa est nimij humores à capite descendentes, seu à stomacho ascendentes, vel humores acuti in gingiuis, vel paruitas cibi. Ex acutis humoribus, dolores nimij & pulsus sentiuntur, propter acredinem humorum. Ex paruitate cibi, dentes sunt sicci, & gingiuæ, quales videmus in decrepita ætate. Significantur dentes causa capitis dolere, quia grauitas est in capite, rubor & calor in facie.

Quæ causa doloris dentium, eorũque perforationis, coloræ tionis &c.

Dentes aliquando perforantur, aliquando rumpuntur, aliquando ex humoribus in colorem citrinũ, viridem, seu nigrum mutantur; quæ omnia ex humiditate putredinum nascuntur pessima, quæ ex malis intra stomachum humoribus per neruos currit ad ligamenta dentium. Dentes aliquando mouentur: & causa motus humores sunt in dentium radicibus, quod si sint acuti, necesse est dentibus foramina, & putredines effici, quod si non, contrarium.

Cur dentes excidant.

De Passionibus membrorũ anhelitus, & primo de Gurgulione.

CAPVT LXXIX.

Hali vbi supra. Dicto de morbis qui fiunt in mẽbris sensus, & in ore, dicendum de illis qui fiũt in membris anhelitus. Huiuscemodi namque passionum, aliæ nascuntur in Gurgulione, aliæ in pulmonis canalibus, aliæ quoque in ipso pulmone, aliæ in operimentis costas subuoluentibus, aliæ in lacertis pectoris, aliæ in diaphragmate, aliæ vero in corde. Earum autem quæ in Gurgulioue, quædam in amygdalis, fiunt quæ saliuam generant; quædam in lacertis; quædam operimento quod Gurgulionem & guttur ac pulmonẽ vestit; quædam in ipso meatu.

Amygdalis accidit apostema calidum, cum quo fit dolor in transglutiendo, pariterque rubor in exterioribus golæ. Lacertis accidit iugulatio, & suffocatio. Iugulatio fit ex apostemate calido, quod est aut in lacertis Gurgulionis; aut in lacertis meri. Et si quidem in lacertis interioribus est apostema, vocatur synanche, quæ passio pessima est, & transglutionem prohibet. Si autem in exterioribus, squinantia: quam qui habent difficultarem anhelitus patiuntur; & eius attactionem & angustationem, febrem quoque & vocis imminutionem, in Gurgulione dolorem, in collo ruborem, & facie, atque distensionem: transglutiendi quoq; difficultatem, & oculorum profunditatem.

Morbi gurgulionis.

Iugulatio.

Synanche.

Squinantia.

Suffocatio etiã ipsa fit ex apostemate calido, quod in lacertis ortum est gutturis. Et si quidem apostema fit in lacertis exterioribus, absolute suffocatio dicitur. Si vero in exterioribus, canina suffocatio nuncupatur. Huius passionis sunt eadem accidentia quæ & iugulationis, nisi quod illa peiora sunt, & fortiora. Hanc autem qui habent semper ore aperto sunt, nec aliquid transglutire valent, sed quasi strangulati iacent, & hoc propter oris meri opilationem ex apostemate, quandoque vero quando cibum transglutire

Suffocatio.

Signa suffocationis.

studeut

ſtudent, redit ad foramina duo quæ à palato ad naſum mittuntur, ſicque per nares egreditur.

Nonnũquam autem hæc paſſio, ſcilicet canina ſuffocatio, accidit ex receſſu ſpondilis colli à ſuo loco; maximeque pueris, propter ligamentorum ſpõdilium in eis debilitatem, aliquãdo vero ex caſu, vel percuſſione. In hac ſuffocationis ſpecie cura nulla ſperanda eſt; maiorem quidem habet ſpeciem illa, cuius apparet apoſtema cum os aperitur, & lingua extẽditur, vel etiam quando rubor in exterioribus Gurgulionis ac pectoris partibus apparet. Porro deterior omnibus eſt illa, cuius omnino non apparet apoſtema.

Suffocatio eſt fere incurabilis.

De Synanchi & Squinantia.

CAPVT LXXX.

Iſidorus vbi ſupra. Sinanche à continentia ſpiritus, & præfocatione dicta eſt, Græci enim ſynanchem continere dicunt: Qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium præfocantur. *Idem ibidem.* Branchos eſt præfocatio faucium à frigido humore, Græci enim guttur *branchos* vocant, circa quem fauces ſunt, quos nos corruptè branchia dicimus.

Iſaac. Squinantia, id eſt ſuffocantia vocanda erit, qualiſcunque morbus in gula venerit, & inflatione ſua ſpiritum tenuerit. Sed hic morbus à ſe quoque diuerſificatur. Squinantia enim aliquando eſt ex humoribus à capite ad guttur deſcendentibus: Aliquando eadem die mortificans, vel ſecunda, vel tertia. Quia enim eſt peracuta & mortifera, hominẽ ſubito mortificat & ſuffocat: inde Squinantia eſt vocata, anguſtat enim flatum, vt infirmus neque cibum recipere poſſit, neque potum, vel ſi recipiat paruiſſimum. Humores ante deſcendẽtes ſanguinolẽti ſunt, vel phlegmatici, viſcoſi & ſalſi: Ex melancholia enim nunquam hoc apoſtema fit, quia hic morbus cito prævalet, cum ſit peracutiſſimus, ſed melancholia poſt longum tempus operatur. Vnde impoſſibile eum eſt de nigra cholera eſſe. Flatus ſquinanticorum proprius eſt longus: cauſa ſuæ longitudinis ſtrictura eſt gutturis. Quod cum quantum ſibi ſufficiat aerem ſibi non valeat vno impetu attrahere, longo ſpatio neceſſe eſt vt expleat. Anhelitus ergo breuis, laudabile ſignum eſt in Squinanticis,

Quid ſquinantia, & vnde proueniat.

Squinantia nunquam contingit ex melancholia

De Catarrho.

CAPVT LXXXI.

Hali vbi ſupra. Paſſiones autem quæ pulmonis gutturis & canalis, pulmoniſque operimento fiunt, catarrhi ſunt. Eſt autem catarrhus, ſuperfluitatum humidarum deſcenſus, à cerebro ad nares, & gurgulionẽ, guttur, canalemque pulmonis. Et ſi quidem ſuperfluitas hæc ad nares deſcendat, corriza vocatur. Si ad guttur, canalemque pulmonis, & operimentum ea inuoluens exaſperauerit, raucedo fit, ac tuſſis leuis. Si vero ad pectus atque pulmonem, peſſima fit abinde tuſſis.

Fit autem catarrhus, aut ex calore; ſicut cum æſtate capiti accidit à ſole; aut ex frigore, ſicut hyeme ex aere. Et cum accidit ex calore, ſentit patiens dolorem in facie, & in capite, materiaſque pungentes, quæ defluunt ad nares, & gurgulionem; aſperitatem quoque quæ gutturi accidit, & canali pulmonis. Cum autem ex frigore, ſentit in prora capitis & fronte diſtenſionem: In narium quoque meatibus ad os, opilationem, intantum vt odoratus imminutus ſit, aut priuatus; ita quod vox etiam eadem ex cauſa minuatur. Multoties autem catarrhum febris ſequitur difficilis; cephalea quoque grauis, & horror. *Iſido. Rheuma* Græcè, eruptio Latinè, ſiue fluor appellatur. Catarrhus eſt fluor rheumæ iugis ex naribus, quæ dum ad fauces venerit, branchos vocatur, dum ad thoracem vel pulmonem, phtiſis dicitur.

Quid catarrhus, & vnde fiat.

Febris & dolor capitis ſæpe catarrhum ſubſequuntur.

Quid branchos & phtiſis.

De Raucedine vocis.

CAPVT LXXXII.

Hali vbi ſupra. Ex catarrho vero fit raucedo, dum ex humorũ decurſu fit aſperitas, & punctura in gurgulione & gutture, canalique pulmonis: In principio quoque ſit his in locis titillatio. Accidit etiam raucitas & alijs ex cauſis, quandoque ſcilicet ex mala complexione frigida, ſicut fit in ſeptentrionalium flatu ventorum. Porro raucitas & tuſſis, quæ fiunt his duabus cauſis, humiditates non ſpuunt, ſed ſiccæ ſunt. *Item* accidit raucitas ex mala complexione humida, quæ guttur & canalem infundit & emollit. Cũque pulmonem aer egreditur, & per hæc loca tranſit, propter horum humiditatem vox clara non fit. At hanc habentes paſſionem, non ſentiunt in his locis aſperitatem, nec ægritudinem. Accidit præterea raucedo ab exterioribus cauſis, vt à puluere, vel fumo, vel clamore nimio, qui faciunt aſperitatem: Aut propter apoſtemata in canali, ac gutture; aut propter ægritudinem, ſiue dolorem. Ait autem Hippocras, quod in ſenibus catarrhus & raucedo non maturantur. *Iſidorus.* Raucedo eſt amputatio vocis, hæc & arteriaſis vocatur, eo quod vocem raucam & clauſam reddat ab arteriatum iniuria.

Raucedo ex varijs cauſis accidit.

Auic. 3. canone. Vox alteratur propter vehementiam caliditatis pulmonis, aut frigiditatis eius, aut propter curſum catarrhi ad eum, aut propter ſiccitatem ipſius. Caliditas namque vocem magnificat, & frigiditas acuit eam, atque minorat; ſiccitas autem exaſperat, & facit eam vocibus gruum ſimilem. Humiditas vero facit eam raucam, & plenitudo æquat eam, facitque planam. Quando vero impletur pulmo humiditate, & canna non eſt munda, non poteſt homo emittere vocem altam & claram; quoniam illud eſt cum quantitate claritatis pulmonis & epyglotis, & econtrario claritatis amborum. Et quandoque diuerſificatur vox in grauitate & acumine ſuo, ſecundum dilatationem cannæ pulmonis & epyglotis, & conſtrictionem eorum. Accidit autem & raucitas, propter vociferationis multitudinem, & dilatationem inſtrumenti; vnde accidit ei laſſitudo, vel apoſtema, vel tenſio. Quandoque vero propter frigus difficile, vel calorem ſuperfluum, cum eo quod oſtenditur ex complexione. Similiter & cauſa vigiliæ, vel aſperi cibi. Quandoque etiam propter multitudinem clamoris, & attractione humoroſitatis.

Vnde alteretur vox.

Alia cauſa rancedinis.

Cuius autem rauceſcit vox, oportet quod alienet à ſe omne acetoſum & ſalſum, aſperum & calidum & acutum; niſi velit propter hanc cauſam abſciſſionem, tunc enim vtendum eſt ei permixtis cum medicinis lenificatiui. Et ſiquidem raucedo propter vociferationem & laſſitudinem acciderit, confert ei balneum, ſicut & reliquis ſpeciebus laſſitudinis, cibique mollificatiui & conglutinatiui, ſicut vitelli ouorum ſorbilium, ſine ſale, & ius de atriplicibus, & ſimilia. Ex his quoque quæ vocem aſperam turbidamque clarificãt, eſt maſticatio cubebæ. Raucedo vero quæ decrepitis accidit, non ſanatur. *Hali vbi ſupra.* Hæ ſunt paſſiones gurgulionis gutturis, & canalis pulmonis. Quæ autem ab ipſo accidunt meatu, ſunt vt idrudo, quæ cum aqua bibitur, & adhæret gurgulioni, piſcis quoque ſpina, & alia huiuſmodi.

Remedium rancedinis.

Morbi in meatu gutturis.

De Paſſionibus pulmonis, & primo de Tuſſi.

CAPVT LXXXIII.

Hali vbi ſupra. Paſſiones vero pulmonis ſunt, tuſſis grauis, aſma, anhelatio ſiue orthomia, Anhelitus arctatio, & anguſtia peripneumonis. Tuſſis autem aut ex catarrho fit, aut ex mala complexione oritur, calida ſcilicet, aut frigida. Accidit etiam ex multis paſſionibus pectoris ac pulmonis, vt in pleureſi,

Ex quibus cauſis oriatur tuſſis, & vnde dicatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

peripneumonia,& dolore hepatis,& huiuſmodi. Accidit quoque temporibus quibuſdam, aut ex aſperitate quæ gutturi accidit, aut ciborum cauſa pungentium, aut ponticorum, aut pulueris, aut quauis ex re quæ canali pulmonis incidit & cum tuſſi egreditur, aut ex humiditate ſubtili qua aſpergitur, & antequam aſcendat deponitur, nec aliquid cum tuſſi poteſt emitti. *Iſidorus.* Tuſſis Græcè ab altitudine vocatur, quod à profundo pectoris veniat, cuius contraria eſt ſuperior in faucibus vbi vua diſtilat.

Quid tuſſis & vnde proueniat.

Iſaac. Tuſſis eſt motus, animatæ & naturali virtuti iunctus, ſecundum naturæ curſum circa inſtrumenta ſpiritus operatiuus, ad expellenda ſuperflua ſibi nocentia. Virtus enim naturalis, cauſa ſui nocumenti, inſtrumenta ſpiritus mouere incipit, vt quod per ſe expellere non poſſit, à virtute animata adiuuari expetit, quia cartilagines canalium pulmonis conſtrictiui, aërem expellendo à pulmone, coguntur & expellere quod naturali virtuti videbatur obuiare. Naſcitur Tuſſis ex omni paſſione pectoris, vniuerſaliter tamen ex complexione mala calida vel frigida, quæ inſtrumentis ſpiritus dominatur; vel ex materia mala, quæ vel intus eſt; vel extra, inferius à ſurſum deſcendens, ſicut à capite rheuma in pectus; vel ab imo aſcendens ſupetius, ſicut humoris ſuperfluitas à gibbo hepatis ad ſuperiora venit pectoris.

Razi in lib. diuiſionum. Tuſſis, aut propter aliquid quod eſt in pulmone fit, & quod egrediatur neceſſe eſt; aut propter rem ſubtilem à capite deſcendentem, & commouentem cannam pulmonis; aut propter humiditatem, vel caliditatem, aut ſiccitatem pulmonis ipſius, aut propter vlcus vel apoſtema eius, aut propter aërem frigidum ad cannam eius venientem. Et illa quidem res in pulmone, quam neceſſe eſt exire, aut eſt ſanies; cuius ſignum eſt, quod fit poſt pleureſim; aut humor craſſus, cuius ſignum eſt, quod fit poſt cotizam. Eius autem quæ fit ex re à capite deſcendente, ſignum eſt tuſſis ſicca, ſine ſputo, quæ proprie fortis fit in nocte poſt ſomnum, & multoties ad phtiſim perducit. Ex humiditate vero pulmonis ipſius fit in phlegmaticis & ſenibus. Huius ſigna ſunt multitudo ſputi, & abundantia, proprieque poſt ſomnũ, & viſcoſitas phlegmatis in gutture. Eius autem quæ fit ex ſiccitate pulmonis, ſigna ſunt quod eſt ſine ſputo; & alleuiatur cum ſorbitione almeli, & introitu balnei, & potu vini plurimæ commixtionis fortis: aut fit cum adeſt ſitis vel labor, & cum ea ſemper eſt anhelitus cõſtrictus, aut parum, aut plurimum, ſecundum quantitatem ſiccitatis pulmonis, & extenuationem corporis, & frequentiam in pulſu, cum paruitate & velocitate. Eius autem quæ fit ex calore pulmonis, ſigna ſunt, vehementia ſitis, & magnitudo anhelitus, ac pulſus, & rubedo faciei, cum anhelitu aſcendente vna vice poſt aliam.

Signæ ex quibus deprehendatur cauſa tuſſis.

Apoſtema vnde oritur tuſſis, quale.

Apoſtema vero pulmonis vnde fit Tuſſis, aut eſt calidum, cuius ſignum eſt febris, & anhelitus conſtrictio ſuperflua, pulſuſque frequentia, & maxillarum rubedinis vehementia. Aut eſt frigidum, & tunc phlegmaticum & molle, cuius ſigna ſunt vehementia conſtrictionis anhelitus abſque plurima caliditate, nec eſt rubedo in facie, ſed multitudo ſputi, atque ſaliuæ. Aut eſt durum, & huius ſigna ſunt anhelitus conſtrictio ſecundum dies, & Tuſſis ſicca ſine ſputo. Fit etiam quandoque ex vulnere in pulmone, cuius ſignum eſt egreſſio ſanguinis, aut ſaniei, vel cortices egredientes in tuſſi. Ex frigiditate vero acris fit ſicca Tuſſis; & eius ſigna ſunt, quod excitatur cum vehementia frigoris, & fortitudo eius eſt in hyeme, dura, & ſicca.

De Aſmate, & anhelitus conſtrictione.

CAPVT LXXXIV.

Vnde aſma & anhelitus atque orthomia.

Hali. vbi ſupra. Aſma, & anhelatio, & orthomia, & anhelitus arctatio, fiunt ex conſtrictione, quæ pulmonis meatibus accidit. Cum enim huiuſmodi conſtrictio fit in venis pulſantibus quæ in eo ſunt, aſma & anhelitus fiunt: Cum autem in partibus canalis eius, orthomiam patitur. Et ipſa quidem conſtriſtrictio vel arctatio fit ex humore craſſo frigido ac viſcoſo, qui meatibus his inuiſcatur. Cum hac paſſione fit Tuſſis, & quædam triſtitia cordis, & titillatio, & anhelitus magnitudo & frequentia ſine febre, ſicut homini qui vehementius cucurrit, anhelitus ſpiſſatur: & ſi quidem hanc patiens ſupinus iaceat, aggrauatur; & ſi erectus ſtatuatur, alleuiatur. Talis etiam pauco vtitur ſomno, ſuauius eſt ei aerem emittere quàm recipere.

Cur fiat tuſſis & anhelitus magnitudo & frequentia.

Vnde orthomia.

Fit autem tuſſis, quia natura craſſum humorem expellere nititur à meatibus pulmonis: Anhelitus vero magnitudo, quia virtus in hac paſſione non eſt debilis: Frequentia quoque, quoniam aer quantum oportet non egreditur, propter meatuum arctationẽ: Idcirco natura, vt pluribus vicibus attrahat, quod ſi ſalua eſſet poſſet ſemel attrahere, neceſſe eſt. Fit etiam orthomia & tenſio, quia lacerti pectoris & eius operimenta, cum ſupinus iacet, ſuper pulmonem cadunt, & meatus aeris comprimunt, ita quod nec anhelare prævalet patiens, donec rectus ſtatuatur. Ideoque paſſio hæc anhelitus ſtatio, & orthomia vocatur. Accidit autem ex calore qui fit ex vaporum cordis multitudine replentium pectus, atque pulmonem; cuius rei ſignum eſt anhelitus & pulſus magnitudo, ſitis grauitas, & quod libẽtius reſpirat, quam inſpirat, ſicut in peripneumonia fit.

Exorthomia facile fit tranſitus in hydropiſim.

Sciendum autem, quod hanc paſſionem qui ſiue tuſſi, ſiue ſcreatu patitur, in hydropiſim cadit, ſiue cordis defectum. Anhelitus autem arctatio commune accidens eſt omnibus hac paſſione moleſtatis, maiorique parti paſſionum quæ accidunt anhelitus organis. Nonnunquam accidit hæc arctatio ex apoſtemate ſplenis, qua in re anhelitus abſciditur. Interdum autem ex eneruatione ſiue mollitie lacertorum pectoris, & debilitate caloris naturalis, quam patientibus pulſus eſt latus & mollis, anhelitus tardus, & non cum ſufflatione vehementi. *Iſidorus vbi ſupra.* Suſpirium nomen ſumpſit quia ſuſpirationis eſt communis difficultas quam Græci diſniam vocant, ideſt, præfocationem.

De Peripneumonia.

CAPVT LXXXV.

Quid peripneumonia, & vnde oriatur.

Iſidorus. Peripneumonia eſt pulmonis vitium, cum dolore vehementi & ſuſpirio, Græci enim pulmonem *pleumon* vocant. Eſt autem pulmonis tumor, cum ſpumarum ſanguinearum effuſione. *Hali. vbi ſupra.* Peripneumonia eſt apoſtema calidum, quod in pulmone naſcitur, aliquando quidem ex materia ſanguinea, vel cholerica, quæ ad pulmonem decurrit; Aliquando vero catarrhi cauſa, cuius fluxus eſt à capite. Quandoque etiam cauſa iugulationis pleureſis, aliarumque pectoris paſſionum, cum ad pulmonem trãsfertur materia propter vicinitatem. Huius paſſionis ſigna ſunt febris continua, & moleſtia tuſſis, arctatio ſpiritus, grauis dolor, & granitas in anterioribus pectoris, genarum rubor, & oculorum, ac repletio venarum, palpebrarum tumor, ſenſus ardoris in facie, ſitis nimia, linguæ deſiccatio, & deſiderium reſpirationis in aëre frigido, pulſus fluctuoſus. *Razi vbi ſupra.* Peripneumonia, phlegmatica eſt ſecundum plurimum: Quandoque vero ſanguinea, vel cholerica, ſed raro; & accidit ab apoſtemate in pulmone.

Signa eius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Sputo ſanguinis.

CAPVT LXXXVI.

Sputum ſanguinis vnde proueniat.

Cauſſæ eius exteriores.

Cauſæ interiores.

Signa indicantia ex qua parte proueniat ſputum ſanguinis.

HAli. *vbi ſupra.* Sputum ſanguinis, aut ex pulmone prouenit, ex omnibus anhelitus inſtrumentis, aut ex alijs interioribus membris. Vt autem ait Hippocras, Emiſſio ſanguinis à ſuperioribus quęcunque ſit, ſignum eſt malum. Ab inferioribus autem, ſcilicet ab hæmorrhoidibus, id eſt, ab ore venarum quæ ſunt in ano, ſignum bonum. *Sanguinis* ſputum, aut ex cauſis exterioribus eſt, aut ex interioribus. *Exteriores* cauſæ ſunt, vt percuſſio, caſus, vociferatio grauis, ſaltus fortis, cum quo venæ ſcinduntur, ſeparantur, aut inſcinduntur: ab huiuſmodi ſanguis emittitur ſemel, ſed ſubitus, & multus. *Interiores* autem cauſæ ſunt, vt venarum corroſio, quæ fit à fluxibus à capite deſcendentibus ad pulmonem & pectus, ex materia cholerica aut phlegmatica ſalſa, indeque ſanguis primo paucus emittitur, deinde vt multus fit, exitus augmentatur. *Aliquando* vero eſt cauſa, oris venarum apertio, quæ fit ex repletione earum; quæ fit aut ex multis humoribus, aut ex ſanguine quo ante purgabatur per euacuationem menſtruorum, vel per hæmorrhoides, vel concluſus eſt, indeque venæ repletæ nimium intumuerunt. Nonnunquam etiam venarum tumor & inflatio fit ex calefacienti & humectanti regimine, ſicut eſt vſus balnei nimius. Plerumque vero fit ex mala complexione frigida & ſicca, quæ venas nimium ſpiſſat, earumque partes adunat, in tantum vt aliæ alijs arctentur, vnde & aperiuntur, ſicut lutum cum deſiccatum fuerit finditur.

Fit autem ſputum ſanguinis, aut ex capite, & ex emunctione intelligitur: Aut ab ore, quod ex tranſglutione vel ſuffocatione deſignatur: aut à gurgulione & gutture; quod raucedine ſignificatur: aut à meri, quod ex dolore inter duas ſcapulas poteſt intelligi: aut ex ore ſtomachi; quod ſignificat dolor habitus ibi: aut à ſtomachi profundo, cuius ſignum eſt vomitus dolorque paucus: aut ex canali pulmonis, & hoc ex ſcreatione, vel tuſſi pauca, modicoque gingiuarum dolore ſignificatur: aut ex ipſo pulmone, cui ſignum eſt tuſſis grauis, & quod eius emiſſio ſemel ſine dolore fit, cum nullus pulmoni ſenſus ſit; Huius autem emiſſio multa eſt, color rubeus & clarus, & ſpumam habet: aut certe fit à pectore, quod tuſſi ſignificatur, & paucum eſt quod emittitur, & idrudini ſimile. Accidit autem à pectore ſputum ſanguinis, illi maxime qui ad catarrhum accelerat, ſiue cui frequenter accidit, eique pectus eſt debile ſiue ſtrictum, & ſuperfluitates deſcendentes ad pectus à capite tenues ſunt & acutæ, ſuo vulnerantes acumine, & membra hæc excoriantes. Nam in pectore ſtricto, venarum acceleratur ſciſſura, cum debiles ſint, atque ſubtiles.

De Sputo ſaniei, & Phtiſi.

CAPVT LXXXVII.

Vnde ſaniei ſputum.

SAniei vero ſputum, aut ex apoſtemate calido fit, quod pectori vel pulmoni accidit, aut lacertis pectoris, aut operimento ſubinuoluenti coſtas, aut diaphragmati, à quo tendit ad pulmonem, ſpiſſitudine ſua deſiccans, & attractione ipſius; aut ex vulnere, ſicut accidit in pleureſi cum apoſtema conuertitur in vulnus; aut propter ſanguinis ſputum fit ſanies, cum fiſſura non conſolidata ad ſaniem eſt conuerſa. Hanc paſſionem habenti febris accidit continua, niſi quòd hac ſanie citius purgatur. Nam ſi ſaniei ſputum differatur, ad phtiſim patiens deducitur: Sanies enim pulmonem corrodit, ac putredinem facit.

Quibus accidat phtiſis, & an tradiuentur.

Maxime vero phtiſis hominibus accidit, à 18. anno ætatis vſque ad 35. propter caloris in hac ætate dominationem ſuper complexionem, & quandoque eorum membra, pulmoque, mollia ſunt, ſiue tenera. Vnde ſanies ea facilius citiuſque corrodit. Accidit etiam frequenter his quorum corpus eſt exile, guttur acutum, pectus ſtrictum, ſcapulæ ſublatæ, id eſt eleuatæ, & quibus catarrhi calidi accelerant. Hi etenim acumine ſuo pulmonem incidunt, ac vulnerant. Sciendum eſt etiam, hanc à patribus & auis in filios tranſire.

Signa phtiſis.

Huius paſſionis ſigna ſunt febris inhærens, tranquilla quidem & manſueta de die, robuſtior vero de nocte. Similiter & poſt cibum, accidit enim ei ſicut & calci, cui ſi ſuperfundatur aqua, caloris vaporatio fit. Præterea qui illam patiuntur, mimio ſudore fatigantur: Oculi eorum profundantur, genæ rubent: Vngues & digitorum ſumma cornicantur ſiue concauantur, digitorum etiam extremitates cálefiunt; pedibus eorum apoſtemata mollia fiunt, appetitus ciborum minuitur, & omnino hecticæ ſigna ſupradicta in eis apparent. Nonnunquam vero medicus in his quæ expuit æger ambigit, vtrum ſanies an phlegma ſit. Quare ſputum oportet in aquam mitti, ac per horam & amplius dimitti, quod ſi in fundum mergitur, ſanies eſt; ſi vero ſupernatat phlegma eſt.

Vnde diſcerni poſſit ſanies à phlegmate.

Quid phtiſis & vnde oriatur.

Iſaac vbi ſupra. Phtiſis eſt conſumptio humectationis corporis, & mutatio augmentationis in diminutionem. Naſcitur multis modis; vt ex conſummatione pulmonis; & hæc eſt vera phtiſis, fitque tribus modis; *Primus* ex humoribus cholericis ad caput deſcendentibus, vel phlegmaticis vel ſalſis in ſubſtantiam pulmonis deſcendentibus, eumque vulnerantibus & putrefacientibus. *Secundus* eſt modus ex quibuſdam paſſionibus in pulmonis ſubſtantia naſcentibus. Hoc genus antecedit ſanguinis ſcreatus, ex venis aliquorum inſtrumentorum ſpiritus ruptis, vel pulmone in quo fiſſuræ naſcuntur, & vulnera empiſia, & phtiſis poſtea. *Tertius* eſt modus ex humoribus ad pulmonem aliunde quam à capite venientibus. Quod duobus modis contingit; vel ex mutatione locorum vicinorum, ſicut in pleureſi ſynanchia; vel ex non vicinis, vt in hepate, corde, & ſimilibus. Humores ſi ſint calidi aut acuti, patitur infirmus ruborem in maxillis, ſtricturam in flatu.

Phtiſis eſt morbus valde periculoſus. & poſt annum occidit.

Papi. Phtiſis eſt vitium, quod fit ex rheumatiſmo gutturis, aut ex vuæ diſtillatione aſſidua, & catarrho; inſtillantes enim multo tempore pulmones vitiant; & eſt paſſio pulmonis periculoſa, & maligna valde. Phtiſicis autem primo venit febris cum tuſſicula, vel excreationibus varijs ſanguinolentis, vel liuidis, aut purulentis, aut pro qualitate excluſæ materiæ, cum corporis macie, & virium debilitatione. Hi ſi per annum inueterauerint, nec curati fuerint, moriuntur. *Razi vbi ſupra.* Phtiſis accidit aut poſt pleureſim, aut poſt ſputum ſanguinis, aut poſt coryzam, & catarrhum plurimum ex capite, aut poſt tuſſim longam.

De paſſionibus accidentibus operimento coſtarum, & lacertis pectoris, & diaphragmati.

CAPVT LXXXVIII.

Morbi operimenti coſtarū & ſigna eorum; item lacertorum pectoris & diaphragmatis.

HAli. *vbi ſupra.* Operimento vero ſubinuoluenti coſtas pectoriſque lacertis accidunt apoſtemata, emiſſiones, & furunculi. *Apoſtemati* ſi eſt in operimento coſtarum, hæc accidentia, ſignaque adhærent; febris, ſcilicet indeficiens vel inſeparabilis, & tuſſis quæ in principio nihil emittit, anhelitus anguſtatio, pungenſque dolor. *Lateris* autem dolor, eſt apoſtema quod in lacertis ſit pectoris, & aliquando in interioribus coſtarum lacertis: huius ſigna ſunt dolor ac percuſſio in eo latere in quo eſt paſsio, vel punctura. *Paſſiones* vero diaphragmatis aliæ ſunt ei propriæ; aliæ vero fiunt ex paſsionibus aliorū membrorum cōparticipatione. Propria vero fit ex mala com-

plexione,

plexione, & apoſtematum diuerſitate, ſicut eſt illa quam mamam diximus. Eſt enim apoſtema in diaphragmate, quod ſequitur alienatio mentis, eo quod ad cerebrum per comparticipationem tranſeat à pectore. Ex participatione vero ſi fiunt huiuſmodi paſſiones, aut ex cerebro accidunt, aut ex apoſtemate.

Quid pleureſis proprie & improprie dicta, & quæ ſigna eius.

Conſtantinus in panteigni. Pleureſis abuſiuè vocatur apoſtema in coſtarum pelliculis, nam vera pleureſis eſt in diaphragmate naſcens apoſtema, quod ſequuntur accidentia quatuor, paulo ante iam dicta in pleureſi abuſiua, ſcilicet febris indeficiens, ac tuſſis &c. Itemque mentis alienatio, ex colligati membri nocumento; & hæc ex cerebro.

Auic. in 3. canone. Quandoque accidunt in velaminibus, & tunicis, & lacertis, quæ ſunt in pectore, & coſtis, & partibus eorum, apoſtemata lædentia valde doloroſa, quæ nominantur ſolata, & birſen, & pleureſis. Et quandoque etiam fiunt dolores in iſtis ſubſtantijs, non ex apoſtemate, ſed ex ventoſitate. Verum non eſt pleureſis, niſi apoſtema calidum in partibus pectoris, aut lacertis extrinſecis, & in velamine cooperiente pectus, aut velamine diſtinguente, & eſt illud quod eſt parum, aut in lacerto apparẽte extrinſeco, aut velamine extrinſeco, cum communitate cutis, aut abſque communitate. Et maius iſtis & terribilius eſt illud, quod in ipſo eſt velamine diſtinguente; & eſt prauius eis.

In qua parte contingat pleureſis.

Quanam materia eius, & quibus vt plurimum accidat.

Et materia quidem huius apoſtematis ſecundum plurimum eſt cholera, aut ſanguis cholericus; quoniam in membris tunicoſis non penetrat, niſi ſubtilis ſanguis cholericus, deinde ſanguis purus: Et propter hoc ſunt paroxiſmi vehementiæ febrium eius tertiani ſecundum plurimum. Et propter hoc raro accidit ei qui eructuat ſecundum plurimum acetosè, quoniam eſt phlegmaticæ complexionis. Et cum hoc quandoque fit ex ſanguine aduſto, & quandoque fit ex phlegmate putrido; & quandoque fit, ſed raro, ex melancholia putrefacta inflammata.

Signa pleureſis quinque.

Et ſigna pleureſis duræ ſunt, febris inſeparabilis, propter vicinitatem cordis. Et ſecundum eſt dolor pungitiuus ſub coſtis, quoniam membrum eſt panniculoſum, & quandoque non apparet niſi apud anhelitum: Et quandoque eſt cum punctura tenſio, & tenſio quidem ſignificat multitudinem, & punctura fortitudinem in penetratione & mordicatione. Et tertium eſt conſtrictio anhelitus propter coarctationem factam ab apoſtemate, & paruitas & frequentia eius. Et quartum eſt pulſus ſerrinus. Et quintum eſt tuſſis: quandoque enim accidit in principio huius ægritudinis tuſſis ſicca, deinde cum ſputo. Et tuſſis non accidit, niſi propterea quod pulmo læditur ex vicinitate.

De paſſionibus cordis, & primo de Cardiace.

CAPVT LXXXIX.

Morbi cordis.

A*Vicenna vbi ſupra.* Ægritudinum ſpecies accidunt cordi, quandoque in ſua proprietate, ſicut complexionum malitiæ, quæ quandoque materiales ſunt, & quandoque puræ. Materiales aliquando ſunt in venis eius, & aliquando ſunt in eo quod eſt inter panniculum & corpus ipſius. Multoties enim inueniuntur in locis illis humiditates, quæ quando multiplicantur, cor à dilatatione coarctant, & interficiunt. Quandoque vero accidunt ei apoſtemata, & opilatio; & quandoque ſitus ægritudo, ſicut accidit ei de coarctatione ab humiditate compreſſiua prohibente ipſum à dilatatione, & ob hoc interficiente. Quandoque etiam accidit ſolutio ſingularis, aut in ipſo, aut in eius panniculo. Cumque confirmatur in corde malitia complexionis, curam non recipit. Sed & antequam confirmetur, non eſt facile curabilis. Apoſtema quoque calidum ſtatim interficit: Frigidum vero curam recipit. Cor etiam longe eſt ab hoc, vt toleret ſolutionem ſingularis. Quandoque vero accidit in venis eius opilatio, nocens operationibus ipſius.

Malitia cordis confirmata curam non recipit, vti nec apoſtema calidum in ipſo, aut ſolutio ſingularitatis.

Hali. vbi ſupra. Paſſionum cordis quædam ipſi proprie accidunt, vt dolor & palpitatio, quædam ex alterius membri comparticipatione fiunt, vt ſyncopis, id eſt defectio. Dolor cordis, aut eſt ex mala complexione, aut ex organico morbo, aut ex continuationis ſeparatione. *Mala* complexio calida ſignificatur pulſus magnitudine, frigida paruitate, ſicca duritie, humida vero eiuſdem mollitie. Quod ſi mala complexio compoſita eſt, & pulſus componitur: peior quidem omnibus eſt mala complexio ſicca & calida, ab his enim velocius hectica fit. Poſt his autem eſt mala complexio varia, quæ defectionem parit. *Organicus* morbus eſt ex apoſtemate ſanguineo, vel cholerico, quod accidit cordi, vel caſulæ ipſum circundanti: Et cui hoc accidit, non diu viuit. Huius ſigna ſunt inflammatio, grauitas, & diſtenſio. *Separatio* continuationis eſt, vt vulnus quod à pectore ad cor mittitur, ſiue perforatur. Quod ſi ad cor & concauitates maximeque ad ſiniſtram penetrauerit, homo illico moritur; ſi non, paulo poſt obit. Sic ex omni dolore cordis non viuit homo, niſi ſecundum quantitatem virtutis morbi, vel debilitatis.

Dolor cordis ex tribus prouenit.

Signa doloris cordis ex dictis tribus.

Palpitatio vero ſiue tremor, ex humiditate fit aquoſa, quæ in operimento cordis concluditur. Cuius ſignum eſt, quod homo cor ſuum tanquam in aqua trepidans, vel à loco ſuo ſe mouens ſentit, non enim dilatari poteſt, aut reduci, propter humiditatem: Aut ex apoſtemate quod illi accidit, quod ſi calidum eſt, homo cito moritur; ſi durum, defectio ſequitur, & in defectu moritur: Aut ex humiditate ſanguinea, ſicut accidit iuueni de quo refert Galenus, quod titillatio fiebat ei ſingulis diebus, quam ipſe per phleubotomiam medicatus eſt tribus annis continuis, antequam paſſio fieret; ſicque & quarto anno non redijt. Accidit autem titillatio cordis aliquando ex melancholicis vaporibus, qui ad cor aſcendunt.

Vnde cordis palpitatio & quod ſignũ eius.

Iſidorus vbi ſupra. Cardiace vocabulum à corde ſumpſit, dum ex aliquo timore aut dolore afficitur, cor enim Græci *cardian* vocãt: Eſt enim cordis paſſio cum formidabili metu. *Razi vbi ſupra.* Cordis ægritudines quas curare poſſibile eſt, ſunt alteratio complexionis antequam confortetur, & tremor cordis, ac ſyncopis, & dolor qui confirmatur, & debilitas. Apoſtema vero, aut diſruptio, vel corruptio complexionis confirmatæ, non faciles ſunt ad curandum.

Quid cardiace.

Quinã cordis morbi curari poſſint, & qui non.

De Syncopi.

CAPVT XC.

Quid ſyncopis.

I*Saac vbi ſupra.* Syncopis eſt abſoluta cordis defectio, & coadunatio, & totius ſuę virtutis in ſe atque in membris ablatio fumi ſui expellendi. Impoſſibile eſt ſyncopim ſine paſſione cordis fieri. Fit vero diuerſis modis, ex plenitudine nimia, vel multa inanitione; vel ſubita, caloris in frigus, vel frigoris in calorem, mutatione.

Vnde ſyncopis.

Hali. vbi ſupra. Defectus ſiue ſyncopis, eſt diſſolutio ſemel, id eſt ſubito, virtutis vitalis; quæ fit aut ex repletione, quæ virtutem grauat & opprimit, ſicut fit ex repletione venarum ab humoribus, vel ſtomachi à cibis; aut ex repletione cerebri, ſicut in apoplexia; aut ex euacuatione certè immoderata, quæ virtutem diſſoluit & diſſipat, ſicut accidit in nimio fluxu ventris, & potu medicaminis, & immoderato ſudore, ſanguiniſque per phlebotomiam, vel per nares emiſſione: Sed & menſtruorum immoderatione, partuſque purgatione, ſaniei quoque à vulnere egreſſione, ciborum abſtinentia, nimioque labore, & huiuſmodi quæ immoderate fiunt, intantum vt cum inutili, quod naturæ non confert, euacuetur etiam quod vtile eſt; aut ex mala cõplexione calida, ſicut in febribus accidit; aut ex frigida ſicut, & in oris ſtomachi paſſione, quæ boliſmus vocatur: Aut ex cæteris malis complexionibus,

cum

cum semel, ideſt ſubito, immutantur.

Fit etiam ex dolore graui diſſolutio virtutis,& euacuatio ſpiritus; vt ex dolore qui fit in ore ſtomachi, vel ex doloribus cholericæ, & ileos; vel ex diſgregationum vlceribus ac vulneribus,quæ fiunt in articulis ac neruis,ac lacertorum capitibus, cæteriſque doloribus permoleſtis. *Accidit* etiam defectus ex matricis ſuffocatione, cum vapores frigidi ſuſtolluntur ad cor à matrice. Nonnũquam etiam fit ex apoſtemate quod cordi innaſcitur, & ex eo ſubito mors efficitur. *Item* accidit in principijs acceſſionis periodicarũ febrium, aut propter dolorem ex calore naſcente, aut propter humores putridos decurrentes ad ſtomachum, virtutemque vitalem grauantes.

Accidit & febricitanti apoſtema habenti in aliquo membro nobili,ad quod dum humor decurrit, dolor illius augetur ac roboratur, indeque defectio ſequitur. *Accidit* etiam nonnunquam in ore ſtomachi debilitas,& humores influentes ſuſcipit: Qui ſi craſſi fuerint,virtus grauatur, & opprimitur. Indeque defectio ſequitur. Præterea ſi malæ complexionis ſint,dolor ab eis fit,quem ſequitur defectus cordis. *Accidit* etiam ex accidentibus animæ, vt timore, propter caloris naturalis,& virtutis vitalis ingreſſum, ad profunda corporis. Ex ira quoque, quia calor egreditur atque diſpergitur. Hæ ſunt igitur cauſæ defectionis cordis. *Signa* vero ſunt extremorum frigus,debilitas anhelitus, color croceus. Et ſi acclametur, nõ bene audit infirmus, ſed tanquam longe poſitus. Hæ ſunt itaque paſſionum varietates, quæ in corde naſcuntur, & in omnibus inſtrumentis ſpiritus.

Signa Syncopis.

De paſsionibus accidentibus inſtrumentis ciborum, & primo meri.

CAPVT XCI.

QVæ vero ciborum organis paſſiones accidunt, aliæ quidem in meri fiunt,aliæ in inteſtinis, aliæ in hepate, aliæ in ſplene, aliæ in felle, aliæ in renibus, aliæ in veſica. Et quæ in meri fiunt, aliæ in eius ſubſtantia, aliæ in meatu per quem cibus ad ſtomachum mittitur. Subſtantiæ quidem eius accidit virtutis attrahentis debilitatio, qua cibum ab ore attrahit, & ad ſtomachum mittit. Debilitas quoque virtutis per quã vomitus fit. Debilitantur autem iſtæ virtutes,aut cauſa malæ complexionis,vel organici morbi,vel ſeparationis iuncturæ, aut quouis incommodo, lacertis eius actionẽ ſtatuentibus, accidente.

Morbi meri qui, & vnde.

Signa radicis malitiæ complexionis

Mala vero complexiõ aut calida eſt, & hoc ex ſitu intelligitur,& refrigeratione, cum aqua frigida bibitur; aut frigida eſt, & hęc ex ſignis contrarijs deſignatur;aut humida,& hęc oris humiditate patet,& ſcreatuum multitudine; aut certe ſicca, cuius ſignum eſt oris ſiccitas. *Organici* vero morbi ſunt,vt apoſtema calidum, quod febre, ſiue ſiti cum rubore ſignificatur; & etiam dolore qui inter ſcapulas ſentitur. Similiter & apoſtema frigidum,quod ex grauitate,& ponderoſitate ſine dolore,deſignatur. Ex cõtinuationis autem ſeparatione ſequitur vomitus ſanguinis,& dolor inter ſcapulas. Quæ etiam ſi ſit in longum,attractionis ſiue appetitus facit imminutionem: Si vero in latum, vomitus diminutionem. Hæ ſunt igitur paſſiones meri in ſua ſubſtantia.

Signum diſtinguẽs inter apoſtema calidum & frigidum.

Morbus in meatu meri eſt opilatio.

In eius vero meatu fit opilatio; & hoc aut ex apoſtemate quod accidit in interioribus, & ipſum opilat; aut ex apoſtemate quod in lacertis actionem ipſam adiuuantibus oritur ab exterioribus, comprimitque meri,& eius meatus compreſſus obturatur. Maius autem opilationis ſignum quæ fit in meri, eſt prohibitio tranſmiſſionis cibi ad ſtomachum.

Signũ eius.

De Paſsionibus oris ſtomachi, & primo de corruptione appetitus.

CAPVT XCII.

PAſſionum autem oriẽtium in ſtomacho,quædam in ore eius fiunt,& quædam in profunditate, ſiue fundamento. In eius quidem ore, paſſiones, doloreſque difficiles, ac moleſtiſſimæ fiunt, eo quod in magni ſenſus membro ſunt; & quamuis ex modica cauſa, grauiſſime tamen nocent, vt nonnunquam ad interitum deducant, ex vicino cordis, & cerebri comparticipatione. Dolorum quidem otis ſtomachi quidam cõmunes ſunt ipſi & membris omnibus, vt mala complexio, & apoſtemata, & continuationum ſeparatio. In quibuſdam autem aliqua ei membra comparticipant,vt cerebrum, & cor. Ex cerebri comparticipatione fiunt,vt vigilatio,& animi diſceſſio,ſiue mentis alienatio; in febribus deſipientia,ſomnia,epilepſia, ſpaſmus,obſtupefactio. Ex eius & cordis comparticipatione, cordis defectio fit, & palpitatio ſiue tremor. Quidam autem dolores & morbi, proprij ſunt ipſius oris ſtomachi,vt appetitus corruptio, & eiuſdem ceſſatio, boliſmus, præcordiorum dolor, ſitis, ciborum in ore ſtomachi natatio.

Morbi communes oris ſtomachi.

Morbi proprij eiuſdem.

Appetitus corruptio fit ex augmento ſiue ſuperfluitate, vel ex diminutione, vel omnino ceſſatione. Superfluitas eſt,aut in qualitate ciborum,vt prægnantibus accidit,qui malus appetitus vocatur;aut in quãtitate,& fames dicitur; quæ ſi immoderata ſit, appetitus caninus appellatur. Appetitus malus fit ab humore malo in ore ſtomachi concluſio, vnde acidos deſiderat cibos,aut ſalſos, aut ponticos, aut pungentes. Et quandoque terram, aut gipſum, aut carbones, aut teſtas fictiles,& alia huiuſmodi; ſicut prægnantibus accidit,cum in earum ſtomachi ore ſuperfluitates menſtrualis ſanguinis adunantur, quo fœtus paſcitur. Tempore namque conceptus conſtipatur hic ſanguis; quem natura generationi parauit, & non exit vt prius ſuis temporibus. Itaque quod in ipſo melius eſt & vtilius,fœtui fit cibus,& quod ei ſupereſt, tantæque bonitatis non eſt, ad mammillas fertur, & lac efficitur. Quod autem in eo malum eſt, in corpore mulieris remanet:cuius pars quædam ad os ſtomachi mittitur, & inde mali appetitus excitantur, donec creuerit fœtus, & tunc appetitus illi ceſſant, eo quòd ſanguinis amplior pars in cibum ipſius fœtus expendatur.

Vnde malitia & corruptio appetitus.

De diminutione & augmento appetitus.

CAPVT XCIII.

APpetitus defectio ſiue caſus, quandoque eſt ex mala cõplexione calida, quæ os ſtomachi eneruat,ac diſſoluit quæ in eo ſunt; Et hoc ex fumoſa ructatione ſignificatur,& ſiti,faſtidioq; ciborũ, aquæ frigidæ deſiderio:aut ex humoribus cholericis, vel ſalſis, quos intelliges ex pũctione ſuper os ſtomachi,& abominatione,& vomitu; multo quoque deſiderio potus aquæ,oris amaritudine,vel ſalſugine;Humor namque cholericus & ſalſus ſitim prouocat. Nonnunquam vero ſit appetitus ciborum imminutio, ex humore viſcoſo qui os ſtomachi replet, quem nec punctura ſequitur,nec tuſſis. Aliquando etiam fit ex humore putrido in ſtomacho, vnde fit in ore ſtomachi quaſi cõpreſſio,atque fricatio. Appetitus vero ceſſatio accidit, cum incommodum eius neruo accidit, qui ad os ſtomachi venit,ceſſat enim ſenſus eius.

Vnde appetitus defectio.

Augmentum appetitus, id eſt, fames, eſt ex mala complexione frigida,quam os ſtomachi patitur;quod ex acida ructatione frequenti ſignificatur. Appetitus vero caninus ex humore fit acerbo, qui in ore ſtomachi,& inter corporis eius partes concluditur,& ex acido ructatu ſignificatur; imminutione quoque deſiderij,potu aquæ,multaque & humida egeſtione. Quandoque vero fit ex multa euacuatione quæ toti corpori

Vnde appetitus augmẽtum, & ille qui dicitur caninus.

accidit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

accidit, vnde membra deſiderant reſtaurationem eorum quæ euacuata ſunt, ſicut poſt febres accidit, quarum finis per euacuationem. Membra namque quando cibo euacuata ſunt, ea quæ in venis ſunt attrahunt: Venis autem euacuatis, cibus qui in hepate eſt ad eas trahitur. Quod cum euacuatum fuerit, cibum qui in meſeraicis venis eſt attrahit. Euacuata quoque meſeraica, à ſubtilibus attrahit in inteſtinis, & hæc à ſtomacho, ſicque fames efficitur, quæ præcedenti euacuatione ſignificatur; adeoque grauis eſt, vt parum tolerari poteſt. Hanc itaque ſequitur immoderatio comeſtionis, intantum vt grauet, ideoque vomitu cibi expellitur, aut egeſtione. Differt autem hæc ab illa quæ fit ex acido humore, quoniam iſta non habet ſolutionem naturæ ſiue ventris.

De boliſmo, & immoderata ſiti.

CAPVT XCIV.

Quid boliſmus. BOliſmus vocatur fames immoderata cum appetitus ceſſatione, quæ fit ex immoderatione malæ complexionis frigidæ ſuper os ſtomachi, ciborumque imminutione, & virtutis debilitate. Huius ſigna ſunt, quod homo tactu ſentit locũ oris ſtomachi frigidum, & etiam caſus appetitus, & à cibis prohibitio, dolor, & defectus cordis, corporiſque conſumptio. Fames hæc non fit tantum ori ſtomachi, ſed omnium membrorum virtuti. Differt autem à canina: quoniam in boliſmo ceſſat appetitus, debilitatur virtus, & conſumitur corpus; in appetitu vero canino virtus appetitiua valida eſt, membraque repleta.

Signa eius.

Differt boliſmus à fame canina.

Iſaac. Boliſmum dicimus, quando qui iter agere ſolent, vel hyeme ſoluuntur, & laſſi fiunt, & ſubito cadunt, & infrigidantur, & vix anhelant; quod ſi non cito iuuati fuerint, celerius pereunt per ciborum grauedinem, quia celerius digerunt. Hos apprehendimus ex animæ ac membrorum defectu; ſunt frigidi corpore, cum neruorum tremore, & ſtomachi ac vocis debilitatione. Hi cibum multum accipiunt, & non ſatiãtur, neque craſſantur, ſed rapidi fiunt; quia cibi non præmaſticati præparantur deuotationi; dehinc conſequuntur grauationem, & tenſionem, acceptorumque ciborum vomitum.

Effectus boliſmi.

Vnde ſitis immoderata.

Hali. vbi ſupra. Sitis immoderata fit, aut ex oris ſtomachi calore, aut ex eius ſiccitate aut ex vtroque, aut ex humore ſalſo, qui adunatur in eius tunicis, vel ſubtilibus inteſtinis, vel in meſeraica, aut ex hepatis calore. Aliquando fit etiam ex pectoris & pulmonis ardore; & hoc à prædictis differt, quia mitigatur aëris frigidi reſpiratione, prædictæ vero non, niſi in potu aquæ frigidę. Ait etiam Gal. quòd quibuſdam ſitis adeo grauis accidit, quod nec aquæ frigidæ potu, nec aëris reſpiratione ſedata eſt; vnde ſitientes mortui ſunt. Quidam enim dipſades comederunt, & quidam vinum biberunt, in quo huiuſmodi ſerpentes acciderunt, eorumque ſtomachus nimio calore exarſit. Quidam in alto marinauigauerunt, & aqua dulci priuati, ad potum marinæ coacti ſunt; vnde etiam ſitientes obierunt. Alij quoque cum aquam marinam bibiſſent, eorum natura emollita eſt, & humiditates corporis euacuatæ.

Quid dolor præcordiorũ & vnde oriatur.

Præcordiorum dolor, paſſio eſt quæ accidit ori ſtomachi; ſic dicta, quoniam hoc membrum cordis loco proximum eſt per confinitatem. Fit aut ex mala complexione calida; aut ex humore cholerico, qui defluit ad os ſtomachi. Nonnunquam etiam decurrit illuc phlegma putridum, indeque patienti fit anguſtiatio & abominatio, ſicut ex humore cholerico. Porro ciborum in ore ſtomachi natatio, fit ex debilitate virtutis expellentis; cuius ſignum eſt, quod comedens os ſtomachi grauari ſentit, & læditur his quæ comedit.

Vnde natatio ciborum in ore ſtomachi.

De paſſionibus in fundo ſtomachi, & primo de mala digeſtione & faſtidio.

CAPVT XCV.

Morbi in fundo ſtomachi. STomachi vero profunditati accidunt mala digeſtio, faſtidium, perturbatio, dyarrhæa, lienteria, vomitus, ſingultatio, inflatio, ructatio, ſanguinis & lactis coagulatio. Mala digeſtio, & faſtidium ab ea proueniens, fiunt ex debilitate, ſiue defectione ſtomachi in digeſtione. Nam ſi cibus à ſtomacho velociter non deſcendat, digeſtionis mora vocatur, & ſi bene non digeritur, & in quaſdam malas qualitates mutatur, mala digeſtio dicitur. Cum autem nihil omnino cibi digeritur, nec à ſtomacho deſcendit, ſed ibi corrumpitur, faſtidioſitas appellatur, & patiens ſtomatichus nominatur. Omnes hæ paſſiones ex eiſdem fiunt cauſis, niſi quod mora digeſtionis fit ex cauſis debilibus, putrida faſtidioſitas ex validis, mala digeſtio ex mediaſtinis.

Cauſſa morborum ſtomachi, quadam interiores, quadam exteriores.

Hæ vero cauſæ ſunt aut interiores, vt mala complexio in ore ſtomachi, humores in eo concluſi, apoſtema, continuationum ſeparatio: Aut exteriores, vt ciborum diſconuenientia, quæ fit ex eorum quantitate, vel ex qualitate, vel ex ſubſtantia, vel ex inordinata ſumptione: nam ſi multi ſunt non poteſt eos ſtomachus digerere, ſicut nec paucus ignis ligna multa, ſi ſuper eum proijciantur, exurere. Similiter etiam ſi qualitate mala ſint, vt lac acidum, piſces, radices, patellatus cibus, aut fumoſus; nam nec accendi poteſt ignis ſi ei ligna viridia ingeſſeris. Similiter neque ſi cibus ſit ſubſtantia craſſus, vt caro vaccina, & panis azimus; ſicut nec ignis debilis accendit, ſi ligna ſuper eum ſolida proijciantur: Præterea quoque ſi cibi inordinate ſumantur, vt craſſi prius, ac conſtipantes; poſtea ſubtiles & emollientes. Tunc enim ſecundus antequam deſcendat corrumpitur. Aut certe ſi cibum indigeſtibilem homo prius accipit, & dehinc alium antequam digerat ſubdit.

Cibi mali in qualitate.

De Dyarrhæa, ſiue fluxu ventris.

CAPVT XCVI.

Quid diarrhæa & vnde proueniat. ISidorus *vbi ſupra.* Dyarrhæa vero eſt iugis curſus ventris, ſine vomitu. *Hali vbi ſupra.* Dyarrhæa eſt humorum materierumque ſubtilium ac diuerſarum euacuatio. Hæc aut ex malo regimine ciborum fit, aut ex venarum opilatione, aut ex humoribus qui ad ſtomachum aliunde prorumpunt. Ex malo regimine ciborum, aut propter eorum quantitatem, quia ſi multi ſunt, ſtomachum grauant, ideoque eos depellit, & alij ſubſequuntur humores; aut propter qualitatem, quia cito in ſtomacho corrumpuntur, & tunc expelluntur, aliæque materiæ ſimul trahuntur, ſiue egrediuntur; aut propter inordinationem, vt quando quod deſcendere moratur citius deſcendenti præmittitur. Ex venarum opilatione, quæ concauitates ſiue meſeraicæ dicuntur; quia cum eis accidit opilatio, ſuccoſitas cibi per eas ad hepar non mittitur, ideoque ſolutione egreditur.

Diſcrimen inter perturbationem & diarrhæam.

Quæ vero fit ex multis humoribus ad ſtomachum deſcendentibus, aut ex toto corpore eſt, aut ex vno membro: Hoc autem ſecundum naturam, ſicut accidit in chriſi, cum membra ſuperfluitates illis nocentes ad ſtomachum pellunt; vtpote cerebrum, in quo variæ ſuperfluitates adunantur, quas ad ſtomachum & inteſtina expellit. Superfluitas autem hæc aliquando ſalſa eſt aut pungens, facitque diſſolutionem ſanguinis & dyſenteriam, eo quod ſtomachi & inteſtinorum efficit excoriationem. Differt autem à perturbatione dyarrhæa; quia cum illa vomitus eſt, & quicquid emittit, cholera rubea eſt: In hac autẽ non

fit

fit vomitus, & quæ emittit varia sunt, non speciei vnius. Præterea perturbatio morbus est acutus, citoque aufertur; diarrhœa vero prolixior est. Dyarrhœæ vero species, quæ ex fluxu superfluitatum ad stomachum fluunt, multæ sunt, iuxta superfluitates quæ à membris ad stomachum & intestina fluunt.

Caussa fluxus ventris.

Razi. vbi supra. Fluxus ventris fine sanguine fit, aut ex debilitate hepatis ab attractione, aut ex dibilitate eiusdem à digestione, aut à multitudine effusionis choleræ acutæ, quæ ad intestina currit ab hepate, aut propter velocitatem descensionis cibi à stomacho & intestinis; quæ fit aut propter multitudinem phlegmatis in eis, aut propter repletionem ipsorum, vel mollificationem, aut lubricitatem in eis accidentem, aut propter bothor in superficie illorum. Fit etiam quandoque fluxus ventris à multitudine effusionis choleræ nigræ ad os stomachi vel à re effusa à capite ad stomachum, aut propter cibi multitudinem, aut quia solutius est ex natura sua, aut propter errorem ordinis eius, aut propter multitudinẽ potus aquę super ipsum, aut propter resolutionis paruitatem corporis eius. Fluxus autem ventris cum sanguine & sanie fit, aut propter venam ruptam, aut propter debilitatem hepatis à digestione, aut propter excoriationem accidentem intestinis superioribus, aut inferioribus, vt in ano.

Caussa fluxus ventris cũ sanguine & sanie.

Fluxus ventris ex tribus prouenit scilicet ex cibarijs, aere, aut membris.

Auicenna vbi supra. Omnis fluxus ventris, aut est ex cibarijs & aere continente, aut ex membris. Factus autem ex membris, de quo & plurimum loquimur, aut est ex stomacho, aut ex meseraica, aut ex hepate, aut ex splene, aut ex capite, aut ex intestinis, aut ex toto corpore. Et omnes hi communicant in causis, nam & sequitur illud malitiam complexionis singularis, aut propter malitiam complexionis cum materia confirmata in intestinis, aut propter conturbationem substantiæ eius, aut ægritudinem officialem, aut vlcus, aut rupturam. Ab hepate quidem fit, propter complexiones eius, & apostema, & opilationes ipsius, & alia. Ex meseraica vero factus, aut à cerebro est, qui fit propter catarrhum ex eo descendentem ad stomachum & intestina, corrumpitque cibum, ac descẽdere facit, & ipsemet cum illo descendit propter suam lubricitatem, & expulsiuę operationem.

Ex quibus membris prouenias.

Factus autem à stomacho, est totus indigestus; & causa est quandoque debilitas virtutis retentiuæ, propter quam non sustinet dilationem ibi, nisi vsque ad tempus in quo iam digeritur. Quandoque vero debilitas digestionis, propter quam corrumpitur & appetit expelli. Quandoque autem debilitas in stomacho facta propter humiditates, quare non dimittit ipsum figi ea quantitate qua digeratur. Quandoque vero remanẽtia virtutis medicinarum solutiuarum adhęrens superficiei intestinorum & stomachi. Ex intestinis autem fit, aut cum excoriatione, aut sine. Est autem excoriatio dolor abrasionis ex superficie intestinorum intrinseca: & illud quidem abradens, aut est materia cholerica aut sanguinea acuta, aut virulenta, aut sanioſa, aut fæculenta, procedens ab ipsis intestinis, aut ab his quæ supra ipsa sunt, & peruenit ad intestina.

Quid excoriatio.

Adhuc De eodem.

Quomodo fiat fluxus ventris ex toto corpore.

Cap. XCVII.

Factus autem à toto corpore: aut est secundum semitam chrisis, aut secundum fortitudinem expulsiuę virtutis, aut secundum semitam casus retentiuæ, aut secundum semitam liquefactionis, aut secundum semitam conuersionis humorum, aut corruptionem propter febres malas, & venena nocentia, aut semitam expulsionis vehementis, propter id quod alias habitum est ex dimissione euacuationis, aut retentione cursus consueti, aut abscisione membri, aut dimissione exercitij, aut paucitate resolutionis ex corpore, ac cæteris huiusmodi; aut propter compositionem nauseatiuæ satietatis plurimæ in vicibus pluribus, reditque secundum acutæ semitam ægritudinis, & est de summa cholericę passionis, aut secundum semitam prohibitionis nutrimenti, propter opilationes in venis, & alijs huiusmodi.

Quomodo fiat fluxus ventris ex cibis.

Porro factus ex cibis, aut est propter eorum paruitatem, ob quam in stomacho corrũpuntur ignito, nec eos natura recipit, aut propter eorum grauitatem, ob quam etiam descendũt; aut propter eorum mordicationem, vt est cæpe; aut propter velocitatẽ cõuersionis ad corruptionẽ, vt lac; aut propter vehementiam subtilitas eorum, ob quam resudant, nec retinentur apud portonarium; aut propter humiditatẽ eorum, ob quã lubricantur; aut propter multitudinem motus super eos; aut propter multitudinem potus aquæ post ipsos, propter quã prius solito deponit eos, ac lubricare facit; aut propter multitudinẽ eius quod de humoribus lubricantibus reperitur, vt in Phlegmate, & abstergentibus vt cholera, aut quia cibus est conturbatus, & est plurimæ quantitatis, paucique nutrimenti, sicut olera, aut propter ordinem necessario facientem lubricitatem, vt est præmissio cibi leuis facilis digestionis lubricantis, & postremitas cibi stiptici expressiui, aut etiam postremitas eius velocis cõuersionis, ideoq; corrumpit quod est sub ipso, vocatque naturam ad expellendum. *Denique* fit propter aerem circũdantem, quoniam aer cõtinens qui calidus est, resoluit & exiccat, & etiam frigus exiccat, quare & aufert. Itaque multitudo pluuiarum, & regiones meridionales ventrem solùunt. Aliquando quoquę ventositas est causa fluxus ventris, per id quod de digestione corrumpit, & mouet de cibo.

Quomodo fiat fluxus ex aere circũdante.

De Perturbatione, siue cholica passione.

Cap. XCVIII.

Quid perturbatio, & vnde.

Perturbatio est euacuatio choleratũ per vomitum & solutionẽ: quæ fit aut ex multitudine ciborum, cum stomachum grauant, & ad expellendum se prouocant. (Et quę quidem ori stomachi proxima sunt emittuntur per vomitum, quæ vero in profunditate submersa, per solutionem) aut ex mala qualitate ciborum pungente, stomachumque nocente, aut ex ipsius cibi corruptione, quæ ipsum in choleras alterat, eumque stomachus, à se expellit, eo quod illi obsit, & quod quidem subtile est, stomachumque supernatans, emittitur per vomitum quod autem in profundo mersum, per solutionẽ. Fit etiam ex humoris cholerici fluxu, qui quia stomachũ pungit, expellitur. Huius rei significatio est, quòd per vomitum & fluxum emittitur, & anguſtiatio, subuersio, ac sitis.

Quid colica passio.

Auic. 3. canone. Cholica passio est motus materierum corruptarum non digestarum ad separationẽ, ex via intestini redeuntiũ ad ipsum à corpore, secundum acuitatem & laborem expulsiuę. Cibi nanque quando non digeruntur valide, conuertuntur in humores corpori non conuenientes, mouetur que natura ad expellendum à corpore, cũ grauant super ipsum ex partibus, cum speciebus vomitus, cholerici scil. & aquosi, & æruginosi, quandoq; & cum speciebus fluxus ventris. Cholica quidem passio cuius causa est corruptio cibi, columior est ea, cuius natura frequentia est corruptionis post corruptionem. Itaq; cholica passio mala incipit in primis cum leuitate: Deinde vero accidũt dolor & punctura in intestinis & ventre, dilataturque & ascendit ad stomachũ, per multitudinem eius quod ei nocet ex acutis humoribus ad ipsum veniẽtibus. In patientibus hanc, sitis multiplicatur, & quoties bibũt aquam, calefit in eorum stomacho, & euomunt eam. Tolerare vero sitim confert eis. hęc passio plus infantibus, & assuetis eam incurrere minus nocet. Non autem accidit plurimum nisi in æstate & autumno, propter debilitatem digestionis in vtroque.

Indicia colicæ passionis.

Quibus potissimum accidat, & quotempore.

De Lienteria ac subuersione, ac vomitu.

Cap. XCIX.

Quid lienteria & vnde fiat.

Isidorus vbi supra. Lienteria dicta est, eo quod cibũ tanquam per lineam intestini, nullis obstantibus faciat prolabi. *Isaac. Lienteria* est ablutio digestionis, cum cibus nullatenus in stomacho mutatur in colore, nec in liquore, nec in odore, hæc passio nascitur ex

defectione virtutis contentiuæ in ſtomacho, vel ex vulneribus in ſuperficie ſtomachi, & inteſtinorũ; defectio contentiuæ fit ex mala complexione ſtomacho dominante vel inteſtinis.

Signa lienteria.

Hali vbi ſupra. Lienteria eſt egreſſio ciborum à ſtomacho, velocior in ea qua ſumpti fuerant habitudine, ſine aliqua immutatione. Fit autem vlcerum & puſtularum cauſa, quæ oriũtur in interiori ſtomachi tunica, ad quam cũ cibus peruenit, & illis vlceribus occurrit, ea pungit ac lædit, illaque pungentem ſtatim repellunt, nec retinent. Huius paſſionis ſigna ſunt vlcera vel puſtulæ quæ in ore patientis apparent, & quod in ore ſentit calorem & ſiccitatem. Dicit autem Hippocras, quòd in liẽteria ſi fiat acidus ructatus, ſignum eſt laudabile. Acidus enim ructatus nõ fit, niſi ex mora ciborum in ſtomacho, & retentiuæ virtutis apprehẽſione.

Vnde ſubuerſio ſeu vomitus.

Subuerſio autem ſiue abominatio & vomitus, aut ex quantitate ciborum fiunt, vt ſi multi ſint, ita vt ſtomachum grauent, ac ſuper os ſtomachi natent; tũc enim eos ſtomachus ad meri expellit, & emittit: Aut ex qualitate eorũ, vt ſi cibus abominabilis ſit, aut odoris incongrui, vel amarus & pungens, qui ſtomacho noceat, & ob hoc eum ſtomachus emittat. Hic autẽ humor, ſi ſit in ore ſiue cõcauitate ſtomachi, vomitum facit. Si vero ſit inter tunicas, ita quòd tunicis & villis eius adhæreat, vel immiſceatur, ſubuerſionem vel abominationem facit. Hic quidem humor aliquando in ipſo generatur ſtomacho; Aliquando vero ab alio influit membro. Eius qui generatur in ſtomacho generatio eſt continua, cũ parit eum complexionis eius malitia. Qui autem aliunde mittitur, quandoque ſedatur, donec quod influat adunetur. Plurimumq; vomitus ſecũdum chriſim fit, cũ natura humorem morbum generantem expellit, & à ſuperioribus emittit.

Cauſſa vomitus ſunt mali humores pungitiui in ore ſtomachi.

Iſaac vbi ſupra. Bonum eſt corpori ſi vomitus nõ ſit ſibi neceſſarius, & ſi neceſſe habeat, ſecũdum chriſim fiat. Eſt autem vomitus cum os ſtomachi mouetur ab expellendis grauantibus & pungentibus cibis, vel humoribus. aliquando fit vomitus ex defectione ſtomachi, cum retinere cibos vel humores non valet, quos natura ſurſum eleuat, cum inferior pars ſtomachi fortior ſit ore: vel inferius deprimat natura, cũ os ſtomachi fortius ſit in inferiori parte. In vomitu, ſine multorum vel malorũ humorũ acceptionibus, cauſas malos humores eſſe pũgitiuos intelligimus in ore ſtomachi.

De ſingultu, & inflatione, & ructu, & coagulatione.

CAP. C.

Quid ſingultatio & vnde proueniat.

Hali. vbi ſupra. Singultatio eſt ſpaſmus interioris tunicæ ſtomachi, qui & ſimili ratione fit, qua & neruorum ſpaſmus. Fit enim aut ex repletione, aut ex euacuatione, aut ex punctione, aut ex mala complectione frigida ſtomachum ſupernatante. *Iſaac.* Singultus eſt malus motus virtutis, expellere deſiderãtis nociua, qui multis modis fit, de repletione, & inanitione, de corruptione cibi intra ſtomachum, & mutatione ſui in pungitiuas qualitates, de frigiditate oris ſtomachi, & de ventoſitate inflatiua in ſtomacho, & repletione ex multis humoribus humidis, vel ex multitudine cibi & potus & ſingultu.

Razi vbi ſupra. Singultus fit aut propter rem os ſtomachi mordicantem, aut propter craſſam viſcoſitatẽ ipſum excedentem, aut propter apoſtema in hepate, aut propter ſolutionem & euacuationem ſuperfluam.

Vnde inflatio.

Hali vbi ſupra. Inflatio autem & rugitus, ſiue gurgulatio, fiunt ab interiori cauſa; ſicut cum ſtomachus non tam validi caloris eſt, vt cibos digerat, ac ſubtiliat, & ab eis ventoſitates diſſipet; nec adeo frigidus eſt, vt cibos omnino non immutet. Sed calor eius debilis eſt, nec cibum digerere poteſt, quin poſt in ventoſitatem alteret vaporoſam. Quandoque vero ab exteriori cauſa, vt à cibis ventoſitatem generantibus, quales ſunt fabæ, & Phaſeoli, & huiuſmodi: ab his autem generata ventoſitas parum immoratur paucoque ructatu diſſoluitur. *Razi vbi ſupra.* Eructuatio ſi multiplicatur, digeſtionem corrumpit; & quando immoratur, inflat ſtomachum. *Hali vbi ſupra.* Ructatus aliquando fit ea ventoſitate ſtomachi inflatiua, quæ ad os cũ vaporibus aſcendit; qui ſcil. vapores, aut ab humoribus fiunt calidis, & fit inde ructatus fumoſus; aut frigidis, & tunc fit acidus. Aliquando vero fit ex ciborum multitudine, quos ſtomachus propter caloris debilitatem non poteſt digerere. Ructatus aliquãdo fit ita validus vt egrediatur à ſtomacho cibus, nec digeratur: cum autem ructatus immoratur, ventoſitas, & inflationes peſſimæ generantur. Sanguis porro coagulatus in ſtomacho, aut eſt ex ſanguine qui deſcendit à cerebro, aut ex ſanguine meri ad ſtomachum deſcendente, vbi & coagulatur; aut ex aliqua vena cum ſtomatichæ cõplexionis frigiditate. Lac quoque coagulatum ex lactis dulcis porrectione fit, & cõplexionis ſtomachi frigiditate.

Vnde ructus

Vnde coagulatio.

De paſſionibus inteſtinorum, & primo de dyſenteria eorum.

CAP. CI.

PAſſiones autem inteſtinorũ ſunt dyſenteria, tenaſmon, cholica paſſio, ileos, ventoſitas, lumbricia, ſcarides. *Iſi. vbi ſupra.* Dyſenteria eſt diuiſio continuationis, ideſt vlceratio inteſtini, dis enim diuiſio eſt, intera inteſtina. Fit autem intercidente fluore quem Græci diarrhæan vocant. *Iſaac.* Dyſenteria eſt egeſtio ſanguinis ex diſcoriatione inteſtini, vel vulneratione ſui. Cauſa eius, vel interior eſt, vel exterior. Interior ſicut egeſtio cholerica acuta pungitiua, quam patitur infirmus, cum per inteſtina cholera tranſit, perforans & excorians, vel ſuo acumine, vulnerans, vel ex falſi Phlegmatis acumine, & ſua ſalſugine idem in inteſtino faciente. Exterior ſicut de Pharmatica, quę acumine ſuo ſimiliter facit. Cum enim inteſtinũ inuenit nudum, & diſcoopertum, velociter illud excoriat.

Quid dyſenteria & vnde accidat.

Egeſtio vniuerſalis & particularis dyſenteriæ.

Vniuerſalis egeſtio dyſenteriæ eſt tortura, & anguſtia, & egeſtio ſanguinolenta, mixta cum cholera rubea, vel cum re aliqua congelata alba & viſcoſa, in interiori quaſi veſtimento inteſtini. Particularis egeſtio dyſenteriæ eſt, cum hoc quod apparet in digeſtione, ſi eſt cholerica, intelligimus eſſe de cholera rubea: ſi Phlegmatica, de Phlegmate. Si de exteriori, ſit cauſa ex inquiſitione intelligenda eſt; Corroſionem enim inteſtinorum vſque ad tunicam exteriorem peruenisſe ſignificat, ſi fruſtra carnis ſequuntur. Deinceps vero ſanguis euacuatur: cum ora venarum quæ in inteſtinis ſunt aperiuntur, plurimumq; vero egreditur ab eis quiddam rubigini ſimile, quæ de mortuorum corporibus fluit, & nonnunquam ſimile adipi liquefacto; quia calor adipem qui eſt in pinguibus mẽbris liquefacit. Quod ſi diuturnioris temporis fuerit, fæci ſimile propter aduſtionem fit.

Dyſenteria ſæpè ex ſciſſura venarũ fit, atque ex defluxu cholerę nigrę ad inteſtina eſt.

Nonnunquam autem hæc paſſio ex ſciſſura venarũ fit, cum ex nimia ſanguinis abundantia tenuantur ac diſrumpuntur. Fit etiam aliquando ex malæ cholerę nigrę defluxu ad inteſtina, cuius ſignum eſt cholerę nigrę egeſtio. Plerumque vero ex emiſſione citrina, quæ fit in inteſtinis: Et huius ſignum eſt ſanguinis melancholici ſolutio: duæque ſpecies hę peſſimæ ſunt, & mortiferæ, maxime ſi ſint fætidæ.

Morbi concomitantes dyſenteriam

Conſtant. in pant. Ait autem Hippocras, quod qui dyſenteriam habent, patiuntur conſtrictionem exiturę ventoſitatis, ſurſumque redeuntis; defefectionẽ quoque virtutis, & frigus extremitatis. His etiam ſecundum Gal. accidit ſtomachi dolor, & capitis repletio. Et horum cauſa eſt, quia dum inteſtina excoriata dolent impediuntur ex omnibus ad ipſa tranſeuntibus, maxime ſi acuta ſint & pungitiua. Cumque non feſtinatur ad emittenda quæ nocent, reuertuntur aſcendẽdo ſurſum, fitque ventoſitas & dolor intra ſtomachũ; plenitudo quoque in cerebro, propter aſcenſionẽ fumi illius materiæ ad caput. Fit etiam defectio virtutis, & extremitatum frigus, quia calor ad loca dolentia fugit, vt ea nutriat & regat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Dyſenteria hepatica, & tenaſmo.

Cap. CII.

Quid dyſenteria hepatica & quomodo differat ab inteſtinali.

HAli. vbi ſupra. Hepatica vero dyſenteria, eſt ſanguinis egeſtio puri, qui in principio quidem lauaturæ carnis eſt ſimilis, poſtea rubeus, & in vltimis niger, ex choleræ nigræ ſpecie. Differt autē hæc à prædicta, ſcilicet ab inteſtinali, quia ſanguis qui ab inteſtinis cadit, guttatim defluit, & cum ſquamis mixtus; qui vero ab hepate ſimul vel ſemel egreditur, & ſine ſquamis, ac per interualla temporum, & ſine dolore, & eſt ſanguis purus, non habens aliquid admixtum. Nonnunquam autem eius emiſſio fit per circuitus: emiſſionē vero ſequitur corporis extenuatio, eo quòd membra ſuo priuentur cibo, qui ad illa ferebatur ab hepate. Et ſi cum his ſignis, æger in partibus hepatis ſentit dolorem firmum, erit ſignum hepaticā eſſe dyſenteriam. Oportet enim medicum diligentem ſpeculationem apponere, ne fallatur in eius cognitione. Nam ſi curet hepaticam inteſtinalis medela, conſumitur æger & moritur. Falluntur autem plerunque, quia cum ſanguine decurrente ab hepate choleræ miſcentur acutæ, quæ vulnerant inteſtina; tuncq; quaſi ſquamulæ cum ſanguine egrediuntur, & inteſtinorum excoriationem eſſe arbitrantur.

Signum hepatica.

Hæ duæ dyſenteria requirunt oppoſitas medicinas

Vnde hepatica.

Conſtant. vbi ſupra. Hepatica dyſenteria naſcitur, aut ex venarum & hepatis ſanguinea plenitudine, quam natura propter ſui nocumentum eijcit, aut propter pigritiam & craſſitudinē motus, vnde multus ſanguis in hepate coadunatur, ipſumque grauans expellitur; aut propter inciſionem quorundam membrorum corporis, vt manuum & pedum, vnde ſanguis qui ad illa nutrienda mittebatur remanet in hepate, à quo cum grauetur expellit eum in meſeraicam, & inde ad inteſtina emittitur. Hæc accidentia ſubito veniunt, neque morantur, nec appetitus perditur. Aliquando quoque venit hepatis dyſenteria propter defectionem immutatiuæ ſuæ virtutis, quam appetitiuæ defectio ſequitur, & eijcit in initio quaſi lauaturam carnis.

Quid tenaſmos & vnde fiat.

Hali. vbi ſupra. Tenaſmos eſt motus inteſtini recti, cogens ad egeſtionē neceſſario, nec aliquid egreditur ab eo niſi pauca & viſcoſa humiditas, cui ſanguis clarus admixtus eſt, fit autē ab humiditate acuta & pungitiua, quæ ad inteſtinum defluit, ipſumque pungit; aut ex apoſtemate calido, quod oritur in inteſtino, videturque patienti ſtercora eſſe concluſa in eo. Fit etiam ex fumo ſicco ſubtilibus inteſtinis incluſo, cuiuſque difficilis eſt exitus, ita quod vti cogitur patiens expreſſionibus. Nonnunquam autem humiditas cum inteſtinorum ſquamis ſimul egreditur, quod imperiti medicorum eſſe ſolutionem arbitrantur, vtunturque naturam conſtipantibus, & ſic æger occiditur. Ait autem Gal. ſe quendam vidiſſe tenaſmon patientem, à quo lapis emiſſus eſt, & ſic ſanatus eſt.

De Cholica paſſione.

Cap. CIII.

Vnde cholica paſſio & facis retentio.

ISidorus vbi ſupra. Cholica paſſio nomen ſumpſit ab inteſtino, quod græci colon vocant. *Razi. vbi ſupra.* Cholica fit ex retentione fæcis aut ventoſitatis Retentio quidem fæcis aliquando fit ex ſiccitate. Siccitas autem, fit aut propter ſiccitatem ciborum, aut propter paruitatem quantitatis eorum, aut exitus vrinæ multitudine, aut vehemētia raritatis corporis, multitudine laboris, aut vehementia caloris aeris, aut caliditatis ipſius ventris. Fit etiam quandoque retentio fæcis propter paruitatē effuſionis choleræ ad inteſtina, aut quoniam ſupereſt ea; & hoc plurimum fit, aut propter ſiccitatem ipſorum inteſtinorum, aut propter deſtructionem ſenſus eorum. Ventoſitatis autē retentio fit propter multitudinem quantitatis eius: ſit autem multitudo ventoſitatis propter cibos inflatiuos multæ quantitatis, aut propter ſuperfluitatē cibi plurimam, aut propter caliditatis ventris debilitatem, aut propter ventris inter duas tunicas inteſtinorum coarctationem, aut propter adhęrentiam phlegmatis, & lapidationem eius velociter, ſcilicet alicuius partis poſt aliam, aut propter choleram nigram ad ventrem effuſam, ipſumque inflantem.

Vnde hepatica.

Cauſſa cholica.

Hali vbi ſupra. Gholica fit aut ex humore craſſo phlegmatico, in tunicis inteſtini colon incluſo, à quo craſſa ventoſitas diſſoluitur, quæ deſcendit ad inteſtini corpus. Indeque fit dolor acutus (& hæc ſpecies maxime fit ex inteſtini debilitate ex mala complexione, quæ nec ſuperfluitates poteſt digerere, nec emittere) aut fit ex ventoſitate craſſa & frigida, quæ in eo concluditur, ipſumque diſtendit, aut ex apoſtemate calido in ipſo naſcente, vel pungitiuo.

De Iliaca.

Cap. CIIII.

Quid ileos, vnde fiat, & in quo à colica differat.

ISidorus vbi ſupra. Ileos eſt dolor inteſtinorum, vnde & ilea dicta, Græce enim ilein obuoluere dicitur quod ſeſe inteſtina præ dolore inuoluant: hi & torminoſi dicuntur, ab inteſtinorum tormento. *Auicenna vbi ſupra.* Ileos accidit ex omnibus cauſis ex quibus & cholica. Accidit autem propter potationem venenorum, & quandoque propter vehementiam retentiuæ virtutis inteſtinorum, quæ comprehendit id quod in eis eſt, ipſumque retinet. In hoc autem differt à colica, quia multoties fit à malitia ſingularis cōplexionis, pluſquā colica; plurimumque eius eſt ex complexione frigida, & proprie cum accidit ſtomachus fit calidus valde; tunc enim obtorquet inteſtinum, & oppilat ventoſitatem, & phlegma. Quandoque vero cauſa eius eſt potus aquæ frigidæ, non ſecundum neceſſitatem eius.

Quinā ileos peſſimus.

Et ille quidem qui eſt phlegmaticus & ventoſus, iuuatur cum febre etiam. Quando autem fortis fit frequentia maligni vomitus, & alcuzet, & ſingultus, eſt mortale. Poro deterior eſt ileos ille, in quo ſtercus ad ſuperiora expellitur, & fætidus nominatur. Deinde vero ille in quo eſt ſudor fætidus, habens fœtorem ſtercoris; & poſt hoc ille in quo eſt anhelitus fætidus: Et poſt hoc ille in quo eſt eructatio fætida: deinde de ille in quo inferior ventoſitas eſt fætida.

Signa ileos.

Signa quidem ileos ſunt, vt ſit dolor ſuper vmbilicum, ne aliquid omnino ſubtus exeat, nec iuuamentum magnum cum clyſteri fiat, & quandoque fæx ad ſuperiora expellitur; ipſaque fæx, & vermes, & aſcarides euomuntur. Vnde fętet os, & euacuatio eius, immo quandoq; totum corpus. Itaque motus vomitus & ſubuerſio ſunt in hoc plus quam in cholica, quoniam hæc eſt in inteſtino propinquiori ſtomacho quā illa. Accidentia quoque triſtitiæ & anguſtiæ & tremor cordis, ſic & ſyncopis, & vigiliæ, & frigus extremitatū; hæc inquam in ileos ſunt pluſquam in cholica. Sed inflatio fortior eſt hic quam in illa. Quandoque etiam apparet in ipſo inflatio oculi pluſquam in colica. *Hali. vbi ſupra,* Ileos eſt dolor in inteſtinis nimius, & acuta paſſio mortifera, maxime ſi propter acumen doloris ſtomachus vomerit. Hęc paſcio naſcitur ex apoſtemate calido in ſubtili inteſtino, aut ex oppilatione ſicci ſtercoris, aut ex humoribus ſicci ſtercoris, aut ex humoribus craſſis atque viſcoſis ſe inuiſcantibus in inteſtinis, aut ex crepatura quam patitur ſyphac, & exeunt inteſtina; aut ex inteſtinorum ſeparatione. Aliquando vero naſcitur hominibus, cibum ad neceſſitatem ſuam expellendam non habentibus, aut ex potione venefica accepta. Hęc autem paſſio, quoquo modo fiat, periculoſa eſt, maxime ſi putruerit vomitus, & cum illo egeſtio exeat. Si autem corporis odor fætuerit, vicinior eſt morti.

Cauſſa ileos.

Ileos quocūque modo fiat eſt morbus periculoſus.

De Lumbricis.

Cap. CV.

LVmbrici naſcuntur ex humoribus phlegmaticis putreſcentibus in inteſtinis, vbi naſcitur, calor

Vnde lũbrici & quibus, & quo tempore accidũt.

extraneus: hos impoſſibile eſt naſci de ſanguine, vel cholera rufa. Nam cholera rufa cum amaritudine, & acuitate, ac ſiccitate ſua, huiuſmodi occidit animalia. Sanguis autem de venis vel arteriis non exit, & ſi exierit, apoſtema gignit cum paſſionibus alijs. vnde paſſionem hanc habent pueri phlegmaticam & craſſam humiditatem habentes, cum dieta ſua craſſa, & purgandi negligentia. Maximè vero in autumno hæc paſſio naſcitur ex frúctuum comeſtione.

Tres ſpecies Lũbricorum

Huius ſpecies ſunt tres: Vna lumbricorum, qui quaſi rami portulacæ ſunt, & in inteſtino ſubtili naſcuntur, propter nimiam humiditatem cibi quæ in eo coadunatur. Sunt & alij lati ſicut ſemina cucurbitæ, plurimi in inteſtino craſſo, maximeque in orbo. Sunt etiam alij minuti, ſicut vermiculi qui fiunt in aceto,

Signa eorum

plurimum in recto naſcentes inteſtino. Lumbricorum accidentia ſunt tortura, abominatio, punctura, maximè cum inteſtina propter humectationem ſubtiliata ſunt. Nam lumbrici de eorum humectatione trahũt: qui ſi creuerint in inteſtinis virtus deficit, quia chylos ea nutriens, ad lumbricos nutriendos vadit; vnde deficit humiditas corporis, ſtrident dentes, labia pruriunt, abominationem habent & vomitum. Aliquando autem vſque ad ſtomachum aſcendunt, & cum vomitu exeunt. *Auctor.* Præterea de lumbricis & aſcaridibus require ſuperius in lib. vbi dictum eſt de vermium ſpeciebus.

De Paſsionibus natium.

Cap. CVI.

Morbi natiũ

Conſtant. vbi ſupra. Paſſiones natium vicinę ſunt paſſionibus inteſtinorum, quoniam in extremitate inteſtini recti fiunt. Sunt autẽ hæmorrhois, morum, atuci, fiſſura, natium exitura, calidum apoſtema. Hæmorrhois eſt ſuperfluitas naſcẽs ſuper ora natium: Similiter autem & morum; ſed in hoc differunt, quia morum habet caput rotundum ac rubeum, eiuſque fundamentum eſt ſubtile, ſicut mori forma.

Hæmorrhois fit duobus modis, & à moro differt.

Hæmorrhois autem duobus modis eſt, quædam eſt à capite rotunda ſicut vua, coloreque purpurea; quędam vero longa, in capite quidem craſſa, ſed ſubtilis in inferiora. Ab his duabus aliquãdo non exit ſanguis. Item ſanguis qui morum exit, cum impetu exit. Exitus autem hæmorrhoidis aliquando interpollatur, & aliquando non. Cum vero conſtringitur & nõ exit, nimios dolores gignit, pruriginem quoque natium, & paſſiones multas in alijs membris. Inde quoque morbi generantur, vt hydropiſis, mania, phtiſis. Fiunt autem hæc paſſionum genera propter melancholicum ſanguinem intra hepar. Quod cum multiplicatur, in inferiores venas ſpargitur ac diuiditur, ac de natibus egreditur.

Iſidorus vbi ſupra. Ragadię dicuntur, eo quod fiſſuræ ſunt rugis collectæ circa orificium; hæ & hæmorrhoidæ à ſanguinis fluore dictæ; Græci enim ſanguinem ema dicunt. *Razi.* Hæmorrhois eſt apertio oris

Quid hæmorrhois, & vnde orta.

illius venæ quæ eſt in ano; vnde ſanguis effluit, ſicut in multis ſanis videmus temporis interpolatis. Cauſa eius, humores craſſi & viſcoſi in inteſtinis, quos virtus expulſiua expellit, & à natibus eijcit, ſicque fit hæmorrhois apoſtema & vulnus aliquando, humores trahentes ad nates, & has paſſiones efficientes. Iſta accidentia ſemper ſequuntur hæmorrhoides: Mutatio coloris in citrinitatem, maxime ſi inueteraſcant; anguſtia in præcordijs, dolor dorſi, grauitas in coxis & cruribus, inflatio in lateribus.

Signa eius.

Quid atuci & fiſſura.

Conſtant. vbi ſupra. Atuci ſunt occulta vulnera in extremitate inteſtini naſcentia. Fiſſura vero fit ex humorum ſolutione calidorum & acutorum, aut quod nimis eſt durum & ſtipticum ſtercus, cum per nates tranſit nimis ſiccum. Apoſtema quoque naſcitur in natibus ſicut & in membris totius corporis, ex tumore, aut ex dolore, atque ex ſtranguria intelligitur.

De paſsionibus hepatis.

Cap. CVII.

Morbi hepatis, quorum quidam proprij, quidam ex alijs membris naſcẽtes.

Iſidorus vbi ſupra. Hepaticus morbus è iecoris paſſione nomen accepit. Græci enim iecur epaten vocant. *Razi. vbi ſupra.* Ægritudines hepatis ſunt apoſtema calidum & durum, aut oppilatio, aut malitia complexionis calidæ vel frigidæ, aut debilitas eius, aut ventoſitas craſſa ſuper os, & ictericia, & hydropiſis. *Conſtan. vbi ſupra.* Paſſiones hepatis, aut priuatæ ſunt & propriæ ſibi, vt defectio, apoſtema, oppilatio in via ſua; aut ex alijs membris naſcentes propter ſocietatem ſuam, vt hydropiſis. Hepatis defectio fit, aut ex defectu virtutis appetitiuæ, vnde trahitur ſuccus de inteſtino cibi ſubtili & meſeraicis (Intelligitur autem ex digeſtione alba & liquida, quod eſt ex defectione ſua in trahendo cibo à meſeraica:) Aut ex defectione

Cauſſa dictorum morborum.

virtutis contentiuæ (& intelligitur ex teneritudine, & corporis plenitudine, quæ fit ex cibo crudo, & indigeſto per corpus diffuſo; non enim à contentiua tenetur, vt bene coquatur): Aut eſt ex defectione virtutis digeſtiuæ, quæ fit aut ex calida complexione, & intelligitur ex ablatione deſiderij, & ardore, & ſiti nimia, febre, vomitu, ſolutione, aut ex frigida, & intelligitur ex hoc quod in initio morbi nimiũ habet deſiderium cibi, ſine febre & ſiti; aut ex ſicca, & intelligitur ex macilentia corporis, & ſiccitate, ac ſiti, & digeſtionis paruitate, ac ſui craſſitudine; aut ex humida, & intelligitur ex ſiccitate contraria ratione, aut ex defectione virtutis, quæ hoc non bene mundare potuit.

Apoſtema hepatis vnde dignoſcitur.

Apoſtema hepatis, aut calidum eſt, & tunc in dextro latere ſub hipocundria ſentitur dolor, aſcendens ad furculas, & deſcendens cum febre & ardore ſitis, & ſiccitate tuſſis ad coſtas; aut eſt frigidum, & intelligitur ex grauitate in dextra parte ſub hipocundria, cũ tuſſi parua ſine dolore & febre. Conſtipatio autem eſt

Vnde conſtipatio.

ex apoſtemate, quam intelligimus ex grauitate doloris & tenuatione in dextro latere ſub hipocundria ſine febre.

De Hydropiſi.

Cap. CVIII.

Quid hydropiſis & vnde proueniat.

Iſidorus vbi ſupra. Hydropiſis nomen ſumpſit ab aquoſo humore cutis, nam hydros aquam Græci vocauerunt: eſt enim humor ſubcutaneus cum inflatione turgenti, & anhelitu fætido. *Conſtant. vbi ſupra.* Hydropiſis omnis generatur ex defectione virtutis generatiuæ ſanguinis, quæ ſi ex actione ſua defecerit, hęc ex paſſione ſua efficitur, quod eſt fundamẽtum iſtius: ſicut ſi complexionis ſit frigidæ, cibi ſuccum in perfectum ſanguinem nõ valentis immutare. Et aliquando patitur membrum hepati colligatum, ſiue vicinũ, vt ſtomachus, qui patitur quando cibum ſecundum quod oportet digerere nõ poteſt, & ſic indigeſtus per totum corpus ſpargitur, membris corporis in ſuam naturam eum digerere non valentibus. Patitur & ieiunum inteſtinum ex meſeraica, cum ex mutando ſucco cibi deficiat, vt non ad hepar mandari valeat: vnde virtus mutatiua ſanguinis deficit, cũ cibus ad ipſam venire nequit. Aliquando vero prouenit hydropiſis ex defectione pulmonis, qui nutriri non poteſt ex humiditate ſanguinis. Remanet igitur humiditas in ſanguine membra nutriens, & eorum complexionẽ humectans. Aliquando & ex defectione renum in trahendo ſanguinem aquaticum, vnde aqua remanens in ſanguine membra nutrit, & eorum complexionem humectat.

De Speciebus hydropriſis.

Cap. CIX.

Hydropiſis tres ſunt ſpecies.

Species hydropiſis ſunt tympanites, hydropiſis, & hypoſarcha. Tympanites fit ex defectione caloris

hepatis

Tympanites. hepatis non nimiæ frigiditatis, quæ mutat ſanguinem in ventoſitatem inter pelliculas ventris & inteſtinorum ſe coadunantem, aut ſit ex multis acceptis cibarijs ventoſitatis generatiuis. Huius ſignum eſt, quia ſi ſuper ventrem percutitur, quaſi tympani ſonus auditur. Hydropiſis ex nimia frigiditate fit, ex humida cõplexione dominante, vnde cibus in aquoſam humidãque materiam mutatur, quæ inter pelliculas ventris & inteſtinorum coadunatur. Huius paſsionis cauſa eſt ex herbis & fructibus & aqua frigida Signum eius eſt, quod ſi venter infirmi mouetur, ſonat tanquam vter plenus aqua.

Hydropiſis ſeu aſclites.

Hypoſarcha. Hypoſarcha fit, cum cibus in hepate mutatur in humiditatem phlegmaticam. Quod aut ex duro fit apoſtemate, viam hepatis comprimente, & oppilante, vnde ſpiritus ad eum prohibetur tranſire, complexione refrigeſcente, & virtute ſanguinis mutatiua deficiente, cibumque in phlegma commutante. Aut ex ſplenis apoſtemate deficientis ab emundando ſanguine de cholera nigra; vnde ſanguis augmentatur in hepate, & eius calor extinguitur: Aut ex fluxu ſanguinis ex vulnere, propter complexionem frigidam & humidã: vnde poſtmodũ omnia membra frigida fiunt, & phlegmatica: aut ex menſtruis, aut hemorrhoide, aut concluſus calor in hepate ex nimio ſanguine infrigidatur, ſicut oleo nimio lucerna extinguitur; aut ex frigida complexione ſtomachi, cum cibus non bene poteſt digeri, mandaturque crudus hepati mutandus in humores phlegmaticos; aut ex humoribus craſſis atque viſcoſis oppilationem facientibus, in hepatis via ſpiritum contrahentibus, & complexionem refrigerantibus, ex qua oppilatione ſanguis tranſire non poteſt, ſed aquoſior ſubtiliorq; traijcitur, vnde membra corporis humectantur.

Hypoſarcha variijs ex cauſis oritur & eſt incurabilis quãdo eſt conſuẽta febri.

Fit iterum ex defectione ieiuni, & meſeraicæ. Item poſt febres diuturnas propter nimiam aquam ebibitam, & cibi in ſtomacho digerendi defectionem ex calore febrili. Item ex acuta paſſione in hepatis calida complexione, virtutiſque diſſolutione, non valentis ſanguinem generare. Ab hac hydropiſi nullus poteſt curari, cum nec calida nec frigida poteſt accipere, calidis augmentantibus febrem, frigidis hydropiſim. Eius ſignum eſt quia corpus totum inflatum eſt & molle, quod ſi tangas cum digitis forma digitorũ in carne remanebit; & ſi crepuerit, aquoſa humiditas inde currit.

Signum hypoſarchæ.

Iterum de eodem.

CAP. CX.

Materia hydropiſis. *Auicenna vbi ſupra.* Hydropiſis eſt ægritudo materialis, cuius cauſa eſt materia exuberans frigida membra ingrediens, & per eam creſcunt aut membra manifeſta omnia, aut loca vacua partium, in quibus ſunt nutrimenti regimen, & humores. Huius autem diuiſiones ſunt tres, ſcilicet hypoſarcha, in qua cauſa eſt materia phlegmatica penetrans in mẽbra; & aſclites, in qua cauſa eſt aquoſa materia effuſa in ſpatium vẽtris inferioris, & quæ ipſum ſequuntur: Tympanites quoque, in qua cauſa eſt materia ventoſa in viarum vel vrinarum partes. Omnis hydropiſis habet cauſam & iudicium commune, nec accidit abſque ægritudine propria, vel per communitatem.

Cauſſæ propriæ hydropiſis. Cauſæ quoque hydropiſis omnino, aut propriæ ſunt hepaticæ, aut ſunt cum communitate. Et cauſarum propriarum diguior & communior eſt debilitas digeſtionis hæpaticę, & ipſa eſt quaſi cauſa coniuncta.

Cauſæ antecedentes. Cauſæ autem antecedentes ſunt omnes ægritudines, hepatis complexionales, & inſtrumentales; vt paruitas, & oppilationes, & apoſtemata calida, & frigida, & mollia, & dura, oppilantia orificium venæ aſcendentis, & durities ſiphach continentis. Cauſæ autem hydropiſis cum communitate ad ipſum hepar aut ſunt per communitatem cum corpore toto, ita vt calefiat ſanguis eius valde, aut infrigidetur valde propter aliquam cauſarum; aut eſt propter frigus ſtomachi, &

Cauſa per communicationem cum alijs mẽbris.

malitiam complexionis eius, aut propter meſeraicas, aut propter communitatem ſplenis, aut propter apoſtemata in ipſo dura aut lenia calida; aut multitudinem euacuationis melancholicæ. Et quandoque eſt per communitatem renum, propter frigiditatem renum, aut propter caliditatem eorum proprie, aut propter oppilationes in eis, & duritiem, quare non attrahunt aquoſitatem. Et quandoque fit propter inteſtina. & ægritudines eorum, & proprie orbi. Et propter veſicam, & matricem, aut pulmonem, aut diaphragma.

Quanã ſpecies hydropiſis deterior. Quibuſdam autem videtur, quod hypoſarcha eſt deterior aliis, quia corruptio in ipſa communicat hepati, cunctiſque venis corporis, & carni, ita vt deſtruatur plurimũ tertiæ digeſtionis. Sed alijs videtur quod ipſa ſit leuior tympanite. Verum dignius eſt vt aſclites ſit omnibus illis malignior. De hypoſarcha vero ſit alia quę eſt omnibus leuior, & alia quę eſt valde mala; & hoc ſecundum conſiderationem cauſarum ſuarum facientium cadere in ipſam. Homo vero de quo vehementius timetur cum aduenit ei hydropiſis, eſt ille cuius complexio naturalis eſt calida & ſicca, non enim ægrotat per contrarium ſuæ complexionis, niſi propter rem magnam. Hydropiſis autem veniens propter duritiem ſplenis, magis ſalua eſt, quam eueniens propter duritiem hepatis. Et quãdoque quidem materia hydropiſis dominatur adeo, donec faciat accidere diſniam, & conſtrictionem anhelitus, atque ſolutionem ventris, & hoc ſignificat propinquitatem mortis in tribus diebus. Fluxus enim ventris in hydropiſi fatalis eſt: omnes autem ſpecies hydropiſis ſequitur corruptio coloris.

Quanã hydropiſis fatalis.

Quid hydrops & quotuplex. *Papias.* Hydrops eſt extenſio ventris vltra modum naturæ, ex aquoſo & corrupto humore effecta; vnde & hydrops dicitur ab humoris profuſi materia. Huius duæ ſunt diuiſiones. Prima phlegmatica & hypoſarcha. Secunda aſclites & tympanites. Leucophlegmaca eſt ex totius corporis molli inflatione, & colore ſubliuido, & grauedine, atque impreſſis digitis tumore cedente: Dicta ab albo tumore; Leucon enim Græcè, album. Hypoſarcha eſt carnium exiſtente ſolutione duritia, cum mali odoris reſpiratione; ſic dicta, eò quod ſubter carnes ſe ipſe humor diffundit, & carnes per ventris ſolutionem ſoluit: Sarcia enim Græce caro. Aſcliten apprehendimus ex imflammatione ventris, & ſonitu fluitantis humoris, vt ſi palma pulſetur, vtris ſemipleni ſonum ſimilem reddit, vnde & nomen habet: Aſclin enim Græcè vter. Tympanitem quoque ex rotunda ventris inflatione cum tenſione plurima, quæ palma percuſſa tympani ſonitum reddit. Eſt enim hydrops ſolutio carnium, & infuſio humoris in toto corpore, aut in tota membrana, quæ ventrem operit & inteſtina. Naſcuntur autem omnes ex longa infirmitate. Nam per tenſiones præcordiorum per multa tempora, & ex hepatis & ſplenis cauſa dolentibus, & ex podagra laborantibus hydropici fiunt, & in longas febres quotidianas & quartanas, in ipſis acceſſionibus aquam multam bibentes. Apud mulieres autem ex matrice fit, & ex dyſenteria longa, & hæmorrhoidarum fluxu. Hydropicorum autem eſt, quo magis bibunt eo magis ſitiunt.

Quid Leucophlegmatica.

Quid hypoſarcha.

Signa aſclitis & tympanitis.

Vnde hydrops.

Hydropici quo magis bibunt magis ſitiunt.

De Paſsionibus ſplenis.

CAP. CXI.

Morbi ſplenis *Iſidorus* Lienoſis à ſplene vocabulũ ſumpſit. Græci enim ſplen lien dicunt. *Conſt. vbi ſupra.* Paſſiones autem in ſplene ſunt oppilatio, apoſtema, defectio, ventoſitas. Defectio ſplenis quidem eſt ex defectu virtutis attractiuæ, cum ſcilicet deficit ab hepate fæces ſanguinis, attrahere; vnde icteritia nigra generatur, quia cum ſanguine cholera nigra miſcetur, & ad omnia membra corporis tranſit: aut ex defectione contentiuæ quę eſt in ſplene, generans purgationem choleræ nigre cum vomitu & digeſtione, aut ex defectione expulſiuæ, quæ choleram nigram expellit ad os

Vnde defectio ſplenis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſtomachi, generatque defectionem deſiderij cibi. Hāc passionem ſplen tolerat ſicut hepar, ex complexione calida vel frigida.

Vnde oppilatio ſplenis. Oppilatio vero naſcitur ex craſſis ac viſcoſis humoribus in via ſua ſe inuiſcantibus, & ex grauitate, ventoſitate, &c. Aliquando quidem opilatio fit in via per quam cholera nigra ab hepate ad ſplenem vadit, & icteritiam nigram facit cum cæteris paſſionibus ad choleram nigram pertinentibus. Aliquando vero in ea via vnde cholera nigra à ſplene ad os ſtomachi ſuccedit, & apoſtemata diuerſa gignit, propter choleram nigram in his locis concluſam, hanc ſequitur defectio deſiderij cibi.

Signa apoſtematum in ſplene. Apoſtemata hæc aut calida ſunt, ex calore in tactu intelligenda, grauitate quoque & dolore, & febre ac ſiti; aut frigida ſunt, & tunc aut Phlegmatica, ex mollicie tumoris ſub tactu intelligenda, albedine quoque caloris in corpore; aut ex cholera nigra, & intelliguntur ex duritie, grauitate, & craſſitudine corporis, ac mutatione coloris in liuiditatem, aut viriditatē. Omnia vero ſplenis apoſtemata, ſequitur pro magnitudine ſui ſiue macilitate, vel macies, vel craſſitudo corporis. Vnde Hyppocras dixit. Si ſplen ſit magnus, macreſcit corpus, & ſi ſplen macreſcat, impinguatur. Patientibus autem apoſtema in inferiori parte ſplenis, neceſſe eſt vt ſanguis fiat ſubtilis, extremitas calida, auriculæ frigidæ.

De Paſsionibus fellis.

CAP. CXII.

Vnde icteritia. PAſſio in felle eſt icteritia, quæ vel ex oppilatione contingit, vel ex defectione virtutis appetitiuæ. Ictericia enim aut eſt ex actione naturæ, choleram rubeam in exteriora corporis ſecundum chriſim expellente; aut ex complexione calida quam patitur hepar, cibum in choleram rubeam mutans, ac per omnia membra corporis mittens; aut ex calore nimio venis dominante, vnde cibus in choleram rubeam ſimiliter mutatur, & corpori toti mandatur: aut ex mutatione quorundam humorum corporis qui ſunt in membris, & ſimiliter in choleram rubeam mutātur, quod fit ex calidis rebus, & venenoſis; aut ex potione calida, & venenoſa; aut ex complexione membro calidiſſima, quæ humores in choleram rubeam mutat, aut ex defectione virtutis appetitiuæ, quæ in felle eſt, & choleram trahit ab hepate, ſanguinemque mundificat; Remanet autem in hepate cholera mixta cum ſanguine, vaditque per venas ad omnia membra corporis: aut ex oppilata via hepatis ad fel, quæ choleram contrahit, ne ad ipſum tranſire poſſit, remanetque mixta cum ſanguine, vadens per venas ad totum corpus: aut ex vijs fellis oppilatis verſus inteſtina, vnde cholera augmentata reuertitur ad hepar, & cum ſanguine vadit per totum corpus.

Diſcrimen inter icteritiam ex oppilatione, & apoſtemate. Intelligitur autem hęc diuerſitas, quia quæ de oppilatione fellis eſt ſuperiori vel inferiori, digeſtionem albam, & citrinam vrinam facit; quod non eſt propter fel, ſed propter hepatis paſſiones: vnde digeſtio cum cholera iungitur. Et ſi ſit cum hepate ſiue fellis apoſtemate, fit digeſtio cholericę ſolutionis, & febris grauitas in dextro latere: Si autem hepar & venæ ſint ſalubria fit calor naturalis in vrina. Sciendum quoque quod icteticia propter hepar & venas ſubito apparet, & venit; aliæ vero ſpecies rariores ſunt.

Cauſa icteritiæ. *Razi. vbi ſupra.* Icteritia fit aut propter caliditatem hepatis in natura ſua multam, aut propter calefactionem eius ex cibis aut medicinis calidis, aut propter choleræ rubeæ multitudinem, aut quia natura expellit eam ad exteriora, aut ex merſione vermium & animalium venenatorum calidorum aut propter caliditatem fellis in attractione choleræ, aut propter oppilationem meatus, quo ad inteſtina expellitur cholera.

Fel habet tria orificia. Fel quidem habet orificia tria, ſcilicet vnum attrahens hepati, aliud ad inteſtina, tertium ad ſtomachum. In his tribus meatibus accidit oppilatio.

Iſidorus. Icteris autem Græci appellant à cuiuſdam animalis nomine, quod ſit caloris fellet. Hunc morbum latini arcuatum dicunt, à ſimilitudine celeſtis arcus. Auriginem vero appellari Varro ait à colore auri. Regium autem morbum inde æſtimat dictum, quod vino bono, & regalibus cibis facilius curetur. *Gloſa ſuper Amos.* Aurigo dicitur morbus, quia in homine naſcitur ex abundantia corrupti fellis, quæ corrumpit ſanguinem, ac vertit in pallorem, & quæque dulcia in amaritudinem conuertit.

De Icterícia citrina & nigra.

CAP. CXIII.

Quid icteritia. *Avicenna vbi ſupra.* Ictericia eſt alteratio coloris corporis fœda, tendens ad citrinitatem, aut nigritudinē, propter curſum humoris citrini & nigri ad cutem, & quæ ſequuntur ipſam, ſine putrefactione: Quæ ſi aſſociaretur ei, faceret accedere tertianam in citrina, & quartanam in nigra. Cauſa citrinæ ſecundum plurimum eſt ex parte hepatis, & ex parte fellis. Cauſa vero nigræ eſt ex ſplene, & quandoque etiam ex hepate. Aliquando autem accidit vt ſit cauſa citrinæ & nigræ ſimul, ipſa complexio communis corpori. Citrina quidem fit, aut propter multitudinem generationis cholerę citrinæ, aut propter prohibitionem euacuationis eius.

Cauſa icteritiæ citrinæ & nigræ.

Cauſa generatiua cholerę. Porro multitudo eius quod de ea generatur, aut eſt propter membrum generans ipſam, aut propter materiam à qua generatur propter cauſas extraneas. Mēbrum autem generans eam in natura, eſt hepar: Quod cum valde calefit, propter cauſas calefacientes ſcilicet, aut propter apoſtemata in ipſo, & in meatu choleræ, aut propter oppilationem retinentem choleram à felle, aut propter caliditatem complexionis choleræ, facit choleram, ſicut alias dictum eſt. Generans vero non in natura, eſt totum corpus. Quod cum ſuperflue calefit, quod in ipſo eſt ex ſanguine conuertitur ad choleram, porro materia ſunt cibi à quibus plurima cholera generatur, aut propter caliditatem ipſorum, aut velocitatem conuerſionis eorum ad caliditatem in ſtomacho calido. Cauſæ vero extraneæ ſunt, vt caliditas extrinſeca dominans ſuper ipſam, & ſparſa in ea propter cauſam, quæ eſt ſicut morſus ſerpentis, aut percuſſio veſpæ, vel huiuſmodi: talibus quidem non conceditur vinum, niſi plurimè commixtum, nec ex carnibus ſumere, niſi quod leue eſt, & ius carnis auiū.

Quenam ab icterico vitanda. Omnis quoque qui habet ictericiam ex cauſa calida, oportet vt vitet vigilias, & iram, & motum plurimum, & balneum. Fertur autem quod ictericus iuuatur per conſiderationem in rebus citrinis; hoc enim mouet naturam ad expellendum materiam citrinam ad cutem, & alleuiatur, in ea curatio. Icteritia porro nigra hepatica, quando eſt propter vehementiam caliditatis hepatis, & adurit ſanguinem, ducendo ipſum ad nigredinem, facitque multiplicari melancholiam in corpore. Quandoque vero eſt propter vehementiam frigiditatis eius, propter quam conturbatur ſanguis & nigreſcit: quandoque vero propter apoſtemata frigida & dura.

Effectus icteritiæ nigræ. Nigra vero quæ eſt ex cauſa totius corporis, aut eſt propter vehementiam caliditatis eius, & adurit ſanguinem, ſicque nigrificat eum, aut propter vehementiam frigiditatis, & ipſum congelat, atque denigrat.

De Arena & lapide in renibus.

CAP. CXIIII.

Morbi renū. *Conſtanti. vbi ſupra.* Paſſiones in renibus ſunt arena, lapis, apoſtema, vulnera, ſanguinis minctura, diabita. Arena, lapiſque fiunt ex calore nimio renum, & ex humoribus craſſis atque viſcoſis deſiccantibus humiditatem propter calorem, ſicque craſſi-

crassitudo permanet,& fit petra longo tempore defi- A
cata, maxime si adiuuet strictio viæ, vnde vrina de
renibus ad vesicam transit. Gal. dixit, quod aliquan-
do lapis est ex vulnere in renibus saniem facientibus,
non purgantibus; vnde coagulatur, & lapis efficitur.
Ex hac causa atque mensura fit lapis in renibus, & in
vesica; quem scilicet lapidem medici dicunt in he-
pate generari, & in orbo intestino, & in colon, &
matriculis. Sed Gal. dixit se vidisse quendam homi-
nem diuturnam tussim habentem screasse lapidem, &
sic à tussi sanatus est. Huius causa fuit nimia caliditas,
& augmentatio humorum in his membris se inui-
scantium.

Vnde arena & lapis in renibus.

Significatio quidem arenæ lapidisque si à renibus
fit, est quod vrina paulatim exit cum ardore, & are-
nosa; dolorem habet patiens in anchis, & grauitatem
in renum loco, aliquando quoque dolorem testiculi, B
qui est in parte infirmi renis, & dolorem pedis cum
dormitatione illius lateris, quod fit ex colligantia re-
num ad pedem per arteriam. Arenæ color à renibus
exeuntis diuersus est, quædam enim est citrina, quæ-
dam cinerea. Oportet autem medicum in hac passio-
ne perquirenda nimium esse intentum, aliquando
nanque est in intestinis, & putatur in renibus esse.

Signũ arenæ lapidisque in renibus.

De Cæteris passionibus renum.

CAP. CXV.

Signa apostematis in renibus.

A Postema in renibus solet esse calidũ; quod intel. C
ligitur ex dolore, & grauitate, & ardore infirmi
renis parte, & ex siti, febri, & dolore capitis, vomi-
tuque, & digestione citrina, & vrinæ duritie. Vulne-
ra fiunt in renibus, aut ex causa exteriori, vt percussio-
ne vel casu, aut ex interiori, sicut ex acutis & calidis
humoribus. Horum significatio est dolor in femori-
bus, sine grauitate, & sine sanie, & sanguinem exire,
& squamas in vrina. Aliquando etiam exeunt frustra
velut carnium, quod fit quando putrefiunt carnes re-
num. In renum vulneribus exit vrina facile, & non
dura.

Vnde vulnera in renibus & qua signa eorũ.

Porro sanguinis exitus, aut ab interiori caussa fit, aut
ab exteriori. Ab interiori quidé cum virtus digestiua
deficit in renibus, & colamentum sanguinis sicut o D
portet non mutatur; aut cum virtus contentiua quæ
est in venis deficit, neque sanguinem tenet, sed cum
vrina emittit; aut ex largitate viæ vrinæ ad renes, cum
subito exit vrina, & sanguis cum ipsa, quod sine dolo-
re fit, aut paruo, si sit dolor aliquis. Aliquando vero
sanguis de renibus exit interpolando, sicut ex hæmor-
rhoide, huiusmodi sentiunt dolorem versus femora.
Sed cũ sanguis exierit, dolor quiescit; aut est de mar-
centibus venis, vnde in his paulatim exit sanguis;
aut ex alicuius venæ in renibus fissura, ex multi san-
guinis conuenientia, ab exteriori vero causa fit vt per-
cussione vel casu.

Causa exitus sanguinis per minctiuram.

Diabita fit propter fortitudinem appetitiuæ virtu-
tis, cum qua trahitur colamentum sanguinis, id est
vrina; hæc autem fit ex nimio desiderio renum ad
aquosam humiditatem; quia propter magnitudinem E
sui caloris aquosa desiderantur, vt calor extinguatur.
Vnde trahunt humiditatem ab hepate sibi, & ab om-
nibus membris, quod facit pati nimiam sitim, & de-
siderium membrorum corporis ad aquosam humi-
ditatem. Fit etiam propter defectionem virtutis
contentinæ, quæ nõ potest humiditatem tenere sibi
venientem ab hepate. Huius passionis signum est vri-
na sine ardore alba, subtilis vt aqua. Infirmus cum
aquam biberit velociter eam mingit, quia renes eam
ab hepate trahunt antequam in eo mutetur, & ex-
pellunt à se cum non possunt retinere. Sciendum
autem quod si senes patiantur in renibus, non sa-
nantur.

Vnde diabita.

Senes patiẽtes in renibus non sanantur.

De Calculo, siue lapide in vesica.

CAP. CXVI.

PAssiones in vesica sunt, lapis, vulnera, stranguria,
vrinam quoque prætet voluntatem exire. Lapis
inde nascitur in vesica, vnde & in renibus; scilicet ex
humoribus crassis atque viscosis, & calore in sub-
stantia vesicæ, & ex colli eius angustijs, maximeque
fit in pueris; nascitur enim in senibus non bonam die-
tam tenentibus, sed vnde potius humores crassi atque
viscosi generantur. Huius passionis signum est dolor
in loco vesicæ, & in virga prurigo, & vrinæ cruditas
quę subtilis est & alba, estque durities in ea, & cum
illa exit arena. *Isidorus vbi supra.* Calculus est petra quę
in vesica fit, vnde & nomen accepit, gignitur autem
ex materia phlegmatica.

Morbi in vesica.

Vnde lapis in vesica.

Signa eius.

Razi in lib. de calculo. Calculum generant cibi crassi,
viscosi, & omnia quæ ex tritici farina fiunt, azima, lac
crassum, crudum, vel coctum, & maxime caseus sic-
cus, pisces recentes crassi & magni corporis. Oua co-
cta dura & frixa, ficus, grossi, pyra, persica, & huius-
modi quæ in corpore multiplicant humorem cru-
dum, multum vti sale vel carnibus crassis, & aquis
turbidis vel frigidis, diu iacere supinum in mollibus
culcitris, & multum vti coitu, maxime post reple-
tionem; nimius quoque labor dorsi ac renum, & bal-
neari post cibum. Ab his ergo abstinere oportet eos,
qui ad calculum parati sunt, vel qui ab huiusmodi
passione custodire se volunt. Cibis autem ac medi-
cinis vti, quę canales mundificant, & venas purgant
humoresque crassos subtiliant.

Causa calculi.

Huic autem regimen tale conuenit, triticum eli-
gendum est leuissimum, & omnino densitate, & cra-
sitie carens, in cuius farina sal & fermentum appona-
tur quantum sustineri poterit, sicque non nocebit.
Conueniunt autem phaseoli, ciceres, qui & medicina-
les sunt. De carnibus autem eligendæ sunt gallinaciæ
& heduline; possunt etiam edi arietinę. De generibus
autem vini eligitur album subtile, de oleribus apium,
endiuia, parum de eruca, ruta, & menta. Raphanus
autem, & portulaca, & comestibilis carduus, & aspa-
ragus, non solum boni, sed etiam medicinales sunt, de
fructibus autem ficus precoces albæ, purgant enim
quod est in canalibus adunatum vrinæ: Amygdalæ
quoque aliquantulum amaræ, fistici quoque, & vuæ
passæ à nuceis purgatæ, non illaudabiles sunt. Sac-
charum etiam & mel congrua sunt; magis autem sac-
charum, eo quod minus dulcis est, nec tantum cale-
facit vt mel; hæc enim duo dominium habent in re-
gimine calculi, scilicet parum calefacere, & multum
incidere, ac subtiliare.

Regimen hominis calculo afflicti.

De Communicantia renum ac vesicæ in lapidis generatione.

CAP. CXVII.

Auicenna vbi supra. In causa generationis lapidis
renes & vesica communicant, quia lapidis
generatio non completur, nisi ex materia patien-
te, & virtute agente. Materia quidem est humiditas
viscosa & crassa phlegmatis, aut saniei aut sanguinis
aggregati in apostemate, & hoc raro. Virtus autem
agens est caliditas egressa ab æqualitate. Materia vero
duas habet causas, quarum vna est materia materiæ,
alia vero est retentio materiæ.

Renes & vesica concurrũt ad generationem lapidis.

Materia lapidis habet duas causas.

Materia materiæ sunt cibi crassi ex generibus la-
ctis, proprieque spissi, & casei proprieque humidi.
Carnes quoque crassæ, carnes auium palustrium &
magni corporis. Caro vaccina & hircina, pisces crassi
& omnes cibi de patellis: panis viscosus & crudus,
fructus acetosi, & aquæ turbidæ; vina quoque nigra
& crassa, & proprie quando digestio debilis est prop-
ter debilitatem virtutis digestiuæ, vel propter mul-
titudinem eius quod sumitur, & destruit virtutem; aut
propter malitiã ordinis, & exercitij super repletione.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Retentio vero materiæ eſt ex debilitate expulſiuæ in renibus, vnde retinentur in eis ſuperfluitates reſidentes. Omnis aquoſitas quæ peruenit ad eos, aut eſt ex vehementia caliditatis in eis, quæ etiam retinet ſuperfluitates, & facit eas lapides antequam expellantur, & attrahit eas ante digeſtionem integram à ſuperioribus corporis. Hæc autem caliditas aut eſt inſeparabilis, aut accidens, propter laborem, aut propter calefacientis acceptionem, aut propter ſuperfluitatum aggregatarum oppilationem, aut etiam eſt ex frigore conſtringente, vel apoſtematibus oppilantibus, & frigidis, ac duris; communitate quoque membrorum propinquorum, vt inteſtinorum, & aliorum; Nam quando cõprimuntur renes, tunc accidit eis oppilatio.

Diſcrimen inter lapidẽ veſicæ & renum.

Et iſtæ res omnes lapidis inueniuntur in veſicam, quamuis inter ſe differant lapides vtrique. Nam ille qui eſt in renibus leuior eſt parumper & minor, magiſque decliuis ad rubedinem, qui autem eſt in veſica, durior eſt & maior valde, magiſque decliuis ad nigredinem, & ad cinereitatem & albedinẽ. Dolor quidem fit ex lapide renum cum in primis generatur, quia cõſtringit, & commouetur, & incedit in meatibus, & proprie in meatu veſicæ. Et repletio quidẽ facit ipſum vehementius excitare dolores, proprieque quando cibus ad inteſtina deſcẽdit, & ea pertranſit; cum autem vacuatur, & expelluntur ſuperfluitates ab inteſtinis, dolores quietiores ſunt.

Signa motus lapidis ex renibus.

Signa vero motus lapidis ſunt grauitas doloris, & eius vehementia, & eius deſcenſio ex alchatin vſque ad inguina & emunctoria, & tunc iam peruenit lapis ad meatum veſicæ: Cum autem ſedatur ille dolor, tunc iam peruenit in veſicam. lapis veſicæ multiplicatur in ſeptentrionalibus regionibus, proprieque infantibus. Et lapis quidem paruus magis retinet vrinam quam magnus, quia figitur in meatu, magnus autem velociter inde remouetur.

Lapis veſicæ frequens eſt in regione ſeptentrionali & maxime infantibus

Quibus perſonis maxime ſoleat vterque lapis accidere.

Cap. CXVIII.

Cur ſenibus frequentior ſit lapis renũ quam veſicæ, iuuenibus econuerſo.

Senibus aduenit potius lapis renum, quam lapis veſicæ; Infantibus autem & his qui ſequuntur eos, econuerſo. In infantibus autem & adoleſcentibus, fortis eſt virtus expulſiua, & ob hoc expellit à ſuperioribus membris ad inferiora. In ſenibus autem virtutes rerum ipſorum debilitantur valde. præterea quoniam ſubtiliores ſunt humores minorum, propter hoc penetrant in renibus eorum: Senum autem humores non penetrant quia craſſiores ſunt. Quod autem plurimum lapis in infantibus generetur eſt, propter appetitum eorum, & motum ipſorum ſuper repletionem, & quia potant lac, & propter conſtrictionem meatus veſicæ ipſorum: In ſenibus autem propter debilitatem digeſtionis eorum. propter hoc iudicauit Hippocras, quod ipſe in ſenibus non ſanatur.

Cur mulieribus raro accidat lapis veſicæ.

Puellis quidem & mulieribus parum accidit lapis in veſica, quia meatus veſicæ earum ad exteriora breuior eſt, & latiorum ac pauciorum anfractuum, ideoque facilis eſt expulſionis. Item plurimum aduenit pinguibus lapis renum, extenuatis autem lapis veſicę. Et omnis quidem vrina in qua eſt humor plurimus, dignior eſt vt ex ea generetur lapis. Ipſa eſt in qua cũ deſcendit generatur ſal plurimus. Sal nanque generatur ab aquoſitate, in qua eſt terreitas plurima, quam aduſſit caliditas. Et vrina quidem infantium pluris eſt ſalis quam vrina ſenum, quia terreitas in eius aduſtione profundior eſt. Ob hoc eorum vrinæ ſunt turbidæ, propter multitudinem permixtionis earum, & propter raritatem corporum eorum, per quam reſoluitur ab eis plurimum aquoſitatis.

Vrina in qua eſt plus ſalis, vt puerorum aptior eſt ad lapidem.

Quinã puerorum aptiores ad calculum.

Puerorum autem dignior in quo generetur lapis, eſt ille qui eſt ſiccæ naturæ ſecundum plurimum, & calidi ſtomachi, nec exiccatur natura ſecũdum plurimum propter attractionem humiditatum ad hepar: deinde vero membra vrinæ ipſius, & ad ſummum ſiccitas naturæ, facit vrinam craſſiorẽ plurimùm. In illa quidem in qua ſedimen eſt arenoſum, non aggregatur lapis; quia materia non eſt coarctata, nec aduenit ei cauſa plurima: quæ ſi eſſet, primum quod ab ea generaretur, eſſet lapis magnus ac durus. Ex habentibus autem lapidem, quibuſdam ſunt paroxiſmi lapidem generandi, eumque mingendi, quando quidem aggregatur: & fortaſſe cum vrina egreditur, aduenit eis ſicut colica.

Conſtantinus vbi ſupra. Lapis in renibus plurimum in ſenioribus naſcitur, & in veſica plurimum in pueris. Cauſa nanque lapidis in renibus eſt defectio caloris, vnde humores phlegmatici craſſique in eorum corporibus augmentantur, & propter defectionem digeſtiuæ virtutis. Item quia via tranſitus vrinæ de renibus ad veſicam ſtricta eſt, propter frigiditatem complexionis eorum. Ideo quia materia craſſa eſt de qua humiditas cum calore exiccatur, efficitur petra. Lapis huiuſmodi magnus eſt, propter largitatem concauitatis veſicæ.

Cauſſa lapidis renum in ſenibus.

Pueri patiũtur lapidem in veſica duabus de cauſis, iuuenes non tam facile.

Pueri patiuntur in veſica lapidem duabus ex cauſis, quia ſcilicet humores craſſi atque viſcoſi naſcuntur in eis plurimi, propter guloſitatem & craſſa cibaria, nimiumque poſt cibum exercitium. Item quia via vrinę trãſitus eorum in veſica larga eſt, vnde propter fortitudinem caloris naturalis, & expulſiuæ virtutis, materia craſſa & viſcoſa facile tranſit ad veſicam. Via autem, ideſt collum veſicæ vnde exit vrina de veſica, ſtricta eſt, propter paruitatem ætatis, ac membrorum eorum; vnde non currit materia niſi ſubtilis, craſſaque remanet in veſica; & cum labore veſicę lapidem facit.

Ideo vero lapis in veſica iuuenis non generatur, quoniam eorum vrina propter calorem ſubtilis eſt; plus enim caloris habent quam humiditatis, & in dicta ſeruant ſe pluſquam pueri; veſicæ quoque collum largum eſt, & vrina craſſa ſubtiliſque facile exit. propter hoc etiam non naſcitur lapis in veſica mulieris, quoniã eius veſicæ collum breue eſt & largũ, vnde facile exit vrina ſubtilis atque craſſa. Propter has igitur cauſas paſſiones renum ac veſicę ſanantur difficile, ſcilicet propter viæ ſuæ ſtrictionem, & complexionis frigiditatem.

Calculus difficile ſanatur.

De Cæteris paſſionibus veſicæ.

Cap. CXIX.

Vlnera ſunt in veſica ſicut in renibus, cauſa iam dicta. Sed eſt in veſica durities, & ardor vrinæ: Aliquãdo vero vrina ſicut ſubtilis apparet ſcintilla, vel furfura. *Iſidorus vbi ſupra.* Stranguria dicta eſt, eo quod ſtringat vrinarum difficultatem.

Vnde ſtranguria.

Conſtant. vbi ſupra. Stranguria ſit, aut ex renibus, aut ex defectione contentiuæ virtutis, & mollitione ſubſtantiæ veſicæ, vnde non poteſt vrinam vt exeat exprimere (Huiuſmodi infirmus ſi ſupinus iaceat, præcipitur vt veſica prematur, vnde tunc vrina per virgam exit, & infirmus quieſcit) aut fit ex apoſtemate in collo veſicæ, vel in lacertis colli eius; aut ex humoribus craſſis atq; viſcoſis, & inuiſcantibus ſe in via quæ eſt inter veſicam & virgam; aut ex oppilatione, propter coagulatum ſanguinem viam vrinæ ſtringentem: Aliquando vero ſtranguria naſcitur ex acutis humoribus in veſica naſcentibus; aut ex acutis in vrina qualitatibus, ſemper veſicam pungentibus: & hoc intelligitur ex vrinæ rubore & ardore, quem ſeutit in extremitate virgæ.

Vnde vrina citra voluntatem exitus.

Vrinæ prẽter voluntatem exitus, eſt ex lacertorum mollitie circundantium collum veſicę, vel ex defectione virtutis contentiuæ, propter humiditatem quam patitur: plurimumque contingit pueris, propter humiditatem membrorum ſuorum. Fit iterum ex mutatione ſpondilis appoſitæ veſicæ quando foras egreditur, & ligamenta veſicæ rumpuntur, ne vrina teneatur. Oportet autem intelligi, quia ſi paſſionem

hanc

hanc fœminæ patiantur, non sanantur, sicut Hippocras testatur; Similiter & cum multis diuturna moriuntur.

De passionibus siphach.

CAP. CXX.

Morbi siphach in ventre.

PAssiones siphach qui est in ventre sunt, fissura, crepitura, raritas. Et aliquãdo zirbum & intestina egrediuntur extra siphach contra lacertos ventris, aliquando cõtra vmbilicum, & sub vmbilicum, in quam partem zirbum tendit & intestinum. Apparent autem quandoque tumor & apostema, & videtur esse crepitura. Crepitura dum est in inguinibus, in via ad testiculos tendit, & exeunt intestina & zirbum in locum illum tendentia; si subest in inguinibus appellatur *Hernia inguinaria*: Si vero descendat in saccum testiculorum, appellatur *hernia testiculorum.*

Vnde crepitura.

Hæc passio nascitur aut ex nimio motu, sicut saltu; vel nimio clamore, aut grauis rei pondere vel percussione super ventrem (& maxime si super prandia hæc euenerint, rumpitur & crepatur siphach) Aut ex crassis humoribus similiter contingit, aut ex ventositate ventrem & intestina inflante, aut ex humoribus viscosis se lubricantibus in intestinis, in inguina se proijcientibus. Discretio autem inter apostema & hunc morbum, hæc est, vt infirmus iaceat supinus, & quod exierit tangatur, atq; in locum suum reducatur. Quod si facile redierit, crepitura erit: Si non tumor est vel apostema. Sciendum autem quia si crepitura parum sub vmbilico fuerit, molestissima sit. Ibi est enim intestinum subtile, quod cum cibi premitur superfluitatibus, dolorem sentit infirmus

Signum ad discernẽdum inter apostema & crepituram.

De passionibus testiculorum.

CAP. CXXI.

Morbi testiculorum.

PAssiones in membris generatiuis sunt aut in testiculis, aut in virga, aut in matrice, aut in vberibus. In testiculis quidem, aut in eorum substantia, vt intra substantiam, & in venis suis, aut in interiori cute. Si passio sit in eius substãtia, desiderium aufert libidinis & generationem, aut paruitatem facit spermatis, & apostema, & vulnera. Ablatio libidinis, aut concatenatione fit horum membrorum, sicut in epilepsia videtur, aut ex paruitate spermatis. Paruitas autem spermatis est, aut ex minoratione cibi, aut ex complexione frigida & sicca dominante testiculis, quæ materiam sibi venientem mutare nequit in substantiam spermatis. Ablatio vis generandi fit ex nimis mala cõplexione testiculis dominante. Et hæc est, aut nimis calida, quæ spermatis incendit materiam; aut nimis frigida, quę congelat eam; aut humida, quæ dissoluit; aut sicca, quæ incrassat.

Vnde ablatio libidinis.

Vnde ablatio generationis.

Exire vero sperma præter voluntatem, nec erigi virgam, accidit ex continuę virtutis in testiculis defectione, & expulsiuæ fortitudine & calore, vel humiditate, dominantibus complexioni suæ. Quod sit cum spermatis instrumenta patiuntur spasmum, sicut in epilepticis videmus. Hi enim quando spasmantur, motu non naturali mouentur; deinde quod habent spermatis, expellitur.

Vnde exitus spermatis præter voluntatem.

Apostema calidum intelligitur ex magnitudine testiculorum, & rubore, & calore, ac dolore eorum: Frigidum autem & phlegmaticum, ex albedine coloris, quia liuidum est ac durum. Quod inter eorum substantiam & pelliculas nascitur, adunatio est humiditatis aquosæ & frigidæ, sicut videmus in hydropicis. Quod autem inter cutem & pelliculas, tumor est carnosus, qui nascitur ex humoribus crassis in hæc loca descendentibus. Quod autem in venis, varices sunt, quarum eadem est causa, qua & in cruribus fiunt: plurimum vero nascuntur in sinistro testiculo, propter caloris sui paruitatem. Quod autem in cute nasci-

Signa apostematis calidi & frigidi in testiculis.

Vnde alij morbi eorundem.

tur exteriori spelliculæ, sunt vulnera, prurigines, aliaque similia.

De Passionibus virgæ & matricis.

CAP. CXXII.

Morbi virgæ.

PAssiones in virga sunt, aut in eius substantia, aut in via. In eius substantia fit illa quæ vocatur moriaphismos, idest erectionis multitudo, & titilationis passio, apostemata, vulnera. In eius autem via fit constipatio. Erectionis frequentatio prouenit ex humida & viscosa ventositate, & calore immoderato, quæ intelliguntur ex erectione nimia, siue titillatione, quod ex ventositate crassa contingit illic inclusa. Huiusmodi patiuntur humorem calidum, & erigere nimium: aliquando quoque mollitiem vasorum spermatis, & aliquando spasmum. Qui vero in spasmum incidunt, cito moriuntur, cum eorum venter intumescit, & eorum sudor frigescit. Apostemata porro quæ patitur virga, sunt exteriorum membrorum passioni similia. Oppilatio denique siue constipatio intelligitur ex ardore vrinæ, & exeuntis duritie, & ex crasis humoribus, sanieque, sanguine, & squamis cum vrina exeuntibus. Passiones in matrice sunt menstruorum ablatio siue constrictio, fluxus sanguinis, dissolutio, suffocatio, inflatio, ventositas, apostema, tumor, separatio, conclusio, hemorrhois, fissura, vulnera, mollities, conceptionis ablatio, frequens aborsio, durities pariendi.

Vnde virgæ frequens erectio.

Signa oppilationis virgæ.

Morbi matricis.

De Constrictione menstrorum, & fluxu sanguinis.

CAP. CXXIII.

Cõditio mẽstruorum, & quæ non naturalia dicenda.

MEnstruorum exitum, & ablationem eorum prẽter naturam, oportet intelligi. Itaque menstrua mulierum exeunt cum 12. ann. expleuerint, & plurimũ in 14. Aufertur tamen quibusdam circa 36. ann. quibusdam citra. Hermaphroditus non habet menstrua vel sperma. Menstrua quidem naturalia sunt continua per duorum dierum spatia, vel plurimum 6. dierum, quæ si transcurrant, non sunt naturalia. Grauatur autem mulier cum tempus menstruorum venit: quæ vero menstrua sua diu differt, molestum ei ac durum est, quia multæ quantitatis subito purgamentum succedit. Tempus interpolationis 20. dierum est, & vsque in duos vel plures menses ascendit. Quæ vero post hoc tempus menstrua veniunt, naturalia non sunt. Et vocatur hæc menstruorum constrictio, quæ fit ex passione in vulua, vel in corpore toto, vel in vno membro.

Hermaphroditus nec habet mẽstrua, nec sperma.

Vnde menstruorũ constrictio.

De vulua quidem, propter apostemata, vel propter vuluæ torturam, aut ex abortu nimio, vel percussione matricis, aut ex oppilatione, vel ex frigida complexiõne, venarum ora claudente, vel ex humoribus crassis atque viscosis, viam implentibus, aut ex vulneribus in eis coagulatis. De toto corpore vero, propter febres, aut propter corruptionem complexionis, sicut hydropisis. Porro de vno membro sicut de passione pectoris stomachi, & hepatis. Fit iterum menstruorũ constrictio propter hemorrhoiden, aut sanguinem de naribus vel pectore exeuntem. Aliquando quoque fit ex nimia crassitudine corporis premente venas, atque stringente. Huius constrictionis significatio vniuersalis est grauitas inferioris ventris, & dolor totius corporis, constrictioque vrinæ, atque digestionis. Aliquãdo etiam vrina est nigra, deficitque virtus appetitiua, & aliquando mala appetunt cibaria.

Signa constrictionis.

Sanguinis fluxus, aut est ex defectione contentiuæ virtutis, aut ex subtilitate sanguinis & acumine, aut ex eiusdem multitudine, venarumque plenitudine, aut ex fissura venarum matricis, aut ex humoribus acutis; aliquando quoque ex nimia purgatione in parturitione, vel egressione fœtus ante tempus. Et quando quidem augmentatur sanguinis

Vnde sanguinis fluxus

fluxus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

fluxus, atque moratur, mutationem coloris muliet patitur & tumorem, maxime in pedibus; & corruptionem virtutis digestiuę, quod si amplius augmentatur moritur.

De Impedimento conceptionis.

Cap. CXXIIII.

Impedimenta concipiendi ex parte fœminæ.

Ablatio vis concipiendi fit ex parte fœminæ, vel masculi. Ex parte fœminæ fit, aut ex mala complexione matricis, aut ex officiali morbo, aut ex humoribus in concauitate vuluæ se coadunantibus. Ex mala complexione, quia si nimia est & fortis, sterilitas efficitur; sin autem, concipiendi vis aufertur. Si est calida, incenditur & corrumpitur sperma, si frigida, constringitur & concluditur vulua; venarumque suarum ora vnde transit sperma, & infrigidatur ac congelatur in ea: In testiculis quoque propter eorum frigiditatem non multum nascitur sperma. Si humida, B non potest continere sperma: si vero sicca, fit crassum ac durum ibi nascens sperma, non extendens se, neque formatiuam virtutem sequens. Ex officiali morbo fit, aut ex constipatione viarum spermatis, aut ex apostematibus & similibus; aut ex humoribus in concauitate vuluæ coadunatis, scilicet phlegmaticis, cholericis, aut melancholicis. Plurimę, autem fœminæ cõceptionem perdũt ex crassitudine nimia, quia zirbum os vuluæ cõprimit & oppilat, vt non ad illud affluant menstrua vel sperma, quod & si currant, parum est, & non valet.

Impedimenta conceptionis ex parte viri.

Ex parte vero masculi fit ablatio concipiendi ex mala complexione spermatis, aut ex morbo officiali. Ex mala complexione, quia si calida sit incendit; si frigida, congelat, si liquida, dissipat. Ex officiali morbo, C sicut est tortura virgæ virilis, vnde sperma cum exit, non recta via in vuluam tendit; quod intelligi potest, si non recte mingit. Itaque hic cognoscitur si conceptio propter masculum aut fœminam ablata sit: sedeat mulier super scamnum, & pannis operta suffumigetur; si quidem ad os, & ad nares suffumigatio perforet, non ipsa in culpa, sed masculus est: Si enim os vuluę clausum esset, & ora venarum vnde sperma transit ad vuluam, & menstrua; suffumigatio corpus muliebre non perforaret: Similiter & si ibidem esset humiditas, extingueretur fumus, sicut calor spermatis D extinguitur: si nimius calor, fumus dissolueretur ac dispergeretur.

Modus cognoscẽdi an vir vel mulier sit sterilitatis causa

Alij modi ad idem cognoscendum

Alij vero antiqui dicant quod sperma masculi, si super aquam posueris, & dilatetur, & natet super aquam, intelligitur esse frigidum ac subtile, nec valet, nec proficit. Si autem aquæ infunditur, & commergitur, valet. Item si vulua in sua positione longa sit & magna, breuis autem virilis virga, non potest sperma attrahere sibi, & ita culpa fit masculi. Potest iterum hoc intelligi ex significatione quam dixi malæ complexionis in masculis, siue fœminis, & in testiculis, vt macilitate & crassitie, nigredine, albedine, duritie, mollitie, multitudine quoque spermatis, & eiusdem paruitate, crassitieque, & subtilitate. E

De Modo conceptionis siue generationis.

Cap. CXXV.

Mulier potest concipere quousq; mẽstrua auferantur, vir autem generare vsq; ad 70. vel 80. annos.

Mvlier concipit quousque menstura auferantur, & masculus generat vsque ad annos septuaginta. Plerumque vero vsque ad octoginta, secundum virtutem caloris naturalis vniuscuiusque, & secũdum calorem in testiculis. Quidam autem in iuuentute nõ generant, sed in senectute, quia complexionem testiculorum frigidam & humidam habent: post iuuentutem vero perfectam, calor eorum naturalis cõfortatur, & testiculi calidiores efficiũtur; Ideoque genituræ tunc idonei fiunt. Aliquando vero etiam idem consequuntur ex mutatione dietæ frigidæ & humidę, in calidam & siccam. Quidam autem in adolescentia sua multum generant, quia testiculorum complexionem A calidam & humidam habent: In iuuentute vero & senectute, calor augmentatur, & desiccatur, vnde sperma comburitur, & etiam desiccatur, nec ad generandum proficit. Quidam autem in adolescentia parum generant, quorum complexio est nimis calida, & sicca, & incensiua: Cum autem ad ætatem venerint, calor minoratur ac temperatur, scilicet aut ex ætate, aut ex mutatione dietæ in temperamento frigidæ. Item quidam in adolescentia fœminas tantum generant, & in ætate perfecta masculos: quoniam in adolescentia, complexio eorum, atque testiculorum frigida est & humida: In iuuentute autem & senectute, calefit & desiccatur, ideoque masculi generantur. Aliquando etiam ex mutatione dietæ prouenit.

Quidam in vna ætate quidam in alia sint aptiores ad generãdum; sicut etiam ad masculos vel fœminas procreandũ.

Signum an mulier sit grauida.

Significatio vero an mulier grauida sit, hæc est: Sentit masculus in coitu matricem, virgam suam desugentem, sicut sanguisugam sanguinem, nec egreditur sperma matricem. A muliere vero os vuluę clausum & coniunctum sentitur, sine apostemate & duritie vuluæ præcedentibus, quod est ex concupiscentia matricis, ad ardorem recipiendi masculini spermatis. Menstrua quidẽ non currunt ex consuetudine, neque masculum videtur mulier cõcupiscere. In maxillis est venarum color viridis, & maxillæ solito duriores: albedo in oculis est liuida, viriditati contigua, facieque similiter lentiginosa quoque est: abominationem, & virtutis appetitiuæ defectionem, malorumque ciborum desiderium habet.

Signa alia.

Signũ certũ.

Si vis autem de conceptu certificari, da mulieri mellicratem in hora somni, si circa vmbilicum torturam patitur, concepisse cognoscitur; si non, econuerso. Mellicrates de crudo melle hoc facit, quia ventositatem & inflationem gignit, vuluamque cum intestino recto comprimit, vt ventositas non transeat, sed potius circumeat, ac torturam faciat. Porro si vis certificari fœtum masculinum esse, vide quia color mulieris pulchrior est, motus leuior, venter rotundus, color corporis rubicundus. Si vero color fœdus, motusque tardus, & venter longus, in facie quoque lentigo fuerit, & aliquando etiam in cruribus pustulæ, vulneraque, sexus fœmineus erit.

Signum sexũ indicans.

De Causis abortiendi, & difficultate pariendi.

Cap. CXXVI.

Causæ abortus, quædam interna, quædã externa.

Abortiendi sæpe causa est, aut ab interioribus, aut exterioribus. Ab interioribus quidem, propter humiditatem viscosam in vulua, quæ fœtum lubricat, aut ex mala complexione vuluæ, qua virtus contentiua deficit; aut ex apostemate vuluæ, aut ex nimio cursu menstruorum in conceptione, vnde fœtui nutrimentum minus venit, & moritur, atque à natura expellitur. Ab exterioribus autem, vt saltu, vel clamore, vel ira, vel lætitia, si nimia sint & subita: Sternutatione quoque continua, vel percussione siue casu, in ventre vel dorso, aut ex catartico, aut ex fœtus magnitudine, aut ex nimio cursu sanguinis de aliquo membro corporis.

Vnde difficultas parturiendi.

Durities autem parturiendi contingit, aut ex matre, aut ex fœtu, aut ex secundina, aut ex aliqua re exteriore. Ex matre quidem, si nimis crassa sit, aut eius vulua parua, aut si est virgo, vel timida, vel debilis, vt fœtum expellere non possit: aut si apostema in vulua habuerit, vel aliam passionem in aliquo alio membro; aut si non in tempore partus exierit. Ex fœtu vero si nimis magnus aut crassus sit, aut parum leuis, vt ad inferiora non descendat: aut si magnum caput, vel duo capita habuerit; aut mortuus fuerit; aut si plures sint aut si non secundum vt oportet exierit. Caput enim prius exire debet, in vt sint manus eius iuxta coxas extensæ, aut pedes quidem prius, sed non distorti. Ex secundina vero, si non incidatur & crassitudine fua, vel ante tempus se incidat, aut si nimis subtilis sit. Porro ex causa exteriori, sicut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ex aere frigido constringente vuluam & coagulante, aut aere calido corpus rarificante, aut virtute deficiente vt fœtum expellere nequeat.

Sternutatio adiuuat partum.

In his autem omnibus si mulier sternutationem patitur, facilitatem adiuuat partus, sicut Hippocras ait. Dicunt autem obstetrices, quod parturire fœminam longum est, sed dolor ibi debilis est: In partu vero masculi dolor est acutus, sed velox. Item si de muliere ante partum sanguis exierit, partus erit durior, quod si moretur, facilior.

De passionibus mammillarum.

Cap. CXXVII.

Morbus mãmillarũ quidam vniuersalis, quidã proprius.

Passio mãmillarũ aut est vniuersalis, quia nascitur in eis sicut in aliis exterioribus membris mala cõplexio, apostemata, & similia; aut est propria, sicut calidum apostema nascens in eis ex coagulatione lactis: Quod intelligitur ex tumore & dolore, duritie quoque, & rubore. Sanguis vero si coagulatus sit, intelligitur ex duritie, paruoque tumore, sanguinis quoque dũ mulgetur ostensione. Dicit etiam Hippocras hoc maniam significare. Galenus autẽ eum verum dixisse fatetur, non tamen semper sed raro, cum scilicet fumus sanguinis ad cerebrum venerit.

Quid portẽdat contractio mammillarum, & qua causa eius.

Aliquando vero si patiuntur mammillæ, vt vna, vel ambæ cõtrahantur in grauiditate, inde significatur nocumentum fœtus, aut etiam aborsus. Itaque si vna cõtrahitur, & gemini fuerint, vnus abortiendus erit: Et si quidem dextra, masculus; si sinistra, abortietur fœmina. Causa huius contradictionis est, quia sanguis ab omnibus membris semper ad vuluam descendit, propter naturæ laborem ad expellendum fœtum. Igitur vulua aliquando à mammillis patitur in grauidatione duritiem, dolore significante in genibus, & coxis, & oculis. Causa vero doloris est, quia sanguis augmentatus in mammillis, cũ eum natura expulerit, aut in inferiora corporis, aut in superiora expellit. Et si quidẽ in inferiora coxæ patiuntur, & genua. Si autẽ in superiora, patiuntur oculi ophthalmiã, ceteraq; similia.

De passionibus quoq; coxarũ, & pedũ idest scia, & arthetica.

Cap. CXXVIII.

Morbi coxarum & pedũ.

Constant. vbi supra. Passiones autem in coxis & pedibus, sunt scia, arthetica, & podagra, quæ plurimum nascuntur quibus cũ cibo & potu humores augmentantur, dum quiescunt, coitumque frequenter operantur, & nimium; maximeque post cibum. Scia est passio siue dolor nascens in concatenatione coxarum. Et differt ab arthetica, de qua postea, quia dolor huiusmodi est in ossibus coxarũ exterioribus, descendens vsque ad concatenationem genuum. Aliquando etiam vsq; in calcaneum, & extremitatem pedum ab extranea parte. Nascitur autem ex humoribus crassis, & sanguinolentis, aut crassis & phlegmaticis, in concatenatione coxarum inclusis; & aliquando quidem in concatenatione sua separatur coxa, propter viscositatem materiæ. Quod si diu moretur, pedes contrahuntur, claudicatio subsequitur; quia pedes non cibis vt oportet reficiuntur. Vnde Hippo. in apho. Qui dolent inquit in coxis, si dolor se prolonguauerit, & coxa disconcatenetur necesse est vt pes contrahatur, & homo claudus efficiatur: plerumque fit hoc in partibus sinistris. *Arthetica* vero est dolor in concatenatione membrorum nascens. Et aliquando quidem in concatenatione membrorum pedum, vt in calcaneo, maximeque digitorum pollicibus, & podagra vocatur. Aliquando vero in cõcatenatione genuũ, vel manuum, vel cubitorum, & tunc arthetica sola vocatur. nascitur etiam plurimum concatenatione maxillarum, & auricularum, colli, hepatis, & splenis, vt causa eius intelligi non possit. Huius causa est concatenatio defecta, ad quam implendam & extendendam descendit humorum materia, membraque & eorum ligamenta extendit, ac dolorem nimium facit. Causa magnitudinis doloris duplex est, quia nerui scilic. & ligamenta sensibilia sunt, & materia quæ in concatenationem descendit non cito dissolnitur, propter duritiem illorum locorum, quia nec habet vbi moueatur & discurrat, sicut moliora membra.

Quid scia & vnde proueniat.

Quid arthetica & vnde procedat.

Defectio cõcatenationis membrorum duplex, scilicet naturalis & accidentalis.

Defectio concatenationis membrorum aut naturalis est, aut accidentalis. Naturalis, quæ scilicet ex parentela initium sumit. Cum enim fundamenta membrorum ex spermate facta sint, quod in corporibus mixtum est cum humoribus huius morbi generatiuis, filius qui hoc spermate generatur, in hunc morbum facilius incidit eidem apparatus; & cum sint in corpore patris membra quædam debilia, fiunt in filio similia. Accidentalis autem fit ex labore nimio, vbi fatigata est concatenatio, sicut ex multo equitatu, & assiduo aut ex mutatione nimia eiusdem concatenationis, aut ex percussione locum ipsius incidẽte, in quam humores descendunt, aut quoniam in principalibus membris sunt quæ ad ipsam eos expellũt, aut propter coitum multum, maximè si post cibi saturitatẽ fiat, quæ causa huic morbo generando pessima est. *Isidorus vbi supra.* Artheticus autem morbus, ab articulorum passione nomen sumpsit.

De Podagra.

Cap. CXXIX.

Causa cur podagra magnum adferat dolorem

Constant. vbi supra. Huius passionis pars, in dolore potior siue potentior est podagra. Materia nanque podagrica descendit in parua membra, ideſt in pollices, quorum concatenatio parua est. Ideoq; materiam si magna sit, capere non potest; vnde nimium extenduntur, & sic dolor augmentatur. In maioribus autem membris, vt in coxis, non sic; quia materia ipsa diuiditur, & ideo non sic extenduntur. Hippocras in libro apho. Pueri inquit & eunuchi non sunt podagrici, quia coitu non vtuntur; hæc enim causa, prout dictum est, huius morbi materia est. Causa quoque podagræ est talis dieta quæ impleat humoribus corpora, sicut est nimius cibus, & potus ebrietas, quies & suauitas, mundificandi quoque corporis negligentia. Passio podagræ plurimum mouetur in autumno & vere. Nam propter inordinatam dietam & crassam in hyeme acceptam, humores in corporibus adunati, cum veris tempus venerit, liquefiunt, & currentes membra pungunt, eisque nocent, & ob hoc eos ad membra debiliora huic morbo apparata, expellunt. In autumno quoque adunantur humores multi in corpore, propter multos fructus comestos in æstate, qui tandem augmentati decurrunt in membra debilia, sicut dixi.

Causa podagra, & cur in autumno & vere magis vigeat.

Quid podagra & vnde fiat.

Isidorus vbi supra Podagram Græci à retentione pedum dicunt nominatam, & à ferali dolore, siquidem omne quod immite fuerit, abusiuè agreste vocamus. *Isaac.* Podagra est dolor calcanei & plantæ pedis, cum diffusione nerui, & pulsatione sui, nascens ex malis humoribus ad calcaneum descendentibus, qui si sint calidi & acuti, dolor nimius erit, & pulsatio continua incendens calcaneum; si frigidi & crassi, grauitas nimia fit, & extensio, & sine pulsatione tumor. Apostemata autem podagricæ & arthetice passionis nõ sunt tumentia, quia tumor in solis carnosis locis, & membris nascitur, & habentibus vsum sanguinis: horum membrorum humiditas viscosa & frigida est nutrimentum: Item quia carne sunt nuda, nõ sunt tumentia plurimum. Hæc nascitur suauiter & quiete viuentibus, & exercitia negligentibus, & purgationes ac mundificationes corporis nolentibus, maxime cum multum comedant & bibant. Hę enim res creant in corpore humores superfluos.

Quibus accidat podagra.

De Prognosticis futurarum ægritudinum

Cap. CXXX.

Isidorus vbi supra. Prognostica præuisio ægritudinũ à prægnoscendo dicta. Oportet enim medicum &

præteri-

præterita agnoſcere, præſentia ſcire, & futura præuidere. *Razi in Almanſore 4. parte.* Saltus faciei diu permanens multus & fortis, torturam vicinam portendit, totius vero corporis ſaltus multus & diuturnus, ſpaſmum prognoſticat. Oculorum facieique rubedo, & venarum in eis manifeſtatio, lachrymarum deſcenſus, & claritatem pati non poſſe, hæc omnia ſi cum forti dolore capitis aſſunt, Phreneſis futuræ prognoſtica ſunt. Incubus & ſcotomia ſi diu perſeuerauerint, & fortes extiterint, epilepſiam protendunt. Triſtitia, abſque manifeſta aut perfecta cauſa diu permanens, & cordis malignitas ac deſperatio, melancholiam ſignificant. Rheumatiſmus & coriza, ſi frequenter eueniant, timendum eſt ne phtiſis, vel aſma, vel paſſiones pulmonis proueniant. Sudor multus ac diu perſeuerans, corporis repletionem ſignificat, qui ſi malè fuerit olens, febrim iam vicinam deſignat.

Indicia futurorũ morborum.

Repletio quoque ſuperflua timorem, hæmoptoicę paſſionis futuræ, & apoplexiæ, ac ſubitaneæ mortis affert. Præterea ſenſuum turbatio, motuumq; debilitatio cum repletione, timorem inducit apoplexię. Cordis tremor fortis ac frequens, mortẽ ſubitaneam portendit. Palpebræ & extremitates inflatæ prognoſticãt hydropiſim, fatigatio & diſſolutio, cum appetitiuæ deſtructione, febrem ſignificat. Multus faciei rubor cum obfuſcatione, & anguſtia aerem attrahendi, vociſque raucedo, lepram faciunt timere, quæ iam incipit accedere. Grauitas in dextro latere, vbi carinæ diminutæ inueniuntur, & punctura, & tenſio, læſionem hepatis ſignificat. Pruritus ani vẽturas hæmorrhoidas ſignificat, ſi non cauſa paruorum vermium ibidẽ exiſtentium, Fœtor egeſtionis, innuit faſtidium & grauedinem quæ in venis ſit. Fœtor autem vrinæ, putrefactionem ſanguinis, febreſque futuras. Ex multis glandulis oritur ſuſpicio magnæ collectionis, & paralyſis parua, magnam portendit. Quapropter cuiuſlibet prędictorum cauſa ſubtiliter inueſtiganda eſt, & ad eius ſanationem feſtinandum.

Signa ſubitaneæ mortis

De ſignis mortis.

Cap. CXXXI.

IDem in 8. *parte.* Cum facies igitur fuerit extenuata, & oculi concaui videbuntur, & tempora dilatabũtur, aureſque frigidæ fuerint, & in citrinitatem mutatæ, quarũ etiam extremitas, quæ pendet inferius, contracta fuerit, & cutis faciei tenſa apparebit. Præter hoc etiam color, citrinus, aut viridis, aut niger apparuerit, nec æger etiam multã prius euacuationem paſſus fuerit; hæc omnia ſigna mortalia ſunt. Vrina præterea nigra, & ſputum nigrum, & ſtercus nigrum, ex ſignis mortalibus ſunt. Et ſi cum prædictis febris magni fuerit incendij, ſigna valde mortalia ſunt. Item fœtor anhelitus & oris, in acutis ægritudinibus, ſignũ eſt mortale. Item ſudor in fronte poſt laboris multitudinem; & pulſus ac motus debilitatio, mortale ſignum eſt. Similiter oculi ſtupidi, qui non mouentur, & tremuli qui non quieſcunt, ſed fere ex multo tremore circũire videntur, de ſignis mortis ſunt. Frequens autem in lecto reuolutio, & verendorũ diſcoopertio, & huiuſmodi, ſigna non ſunt bona; ſignificant ergo in ægro ęſtuationem, & mentis perturbationem. Item diuerſitas caloris in ægri corpore, vt vnum ex membris ſit calidum, præcipueque ex parte ventris, & alia membra ſunt frigida, ſignum eſt non bonum.

Plurima ſũt mortis ſigna.

Paruitas vnius oculi, vel oris contortio, vel alborum quæ videntur in oculis manifeſtatio præter ſolitum, & dormire ore aperto; hæc omnia ſigna valde pernitioſa ſunt. Stridere quoque dentibus prẽter ſolitum, malum eſt ſignũ, ſi cum acuta accidat ægritudine. Præterea rubedo in albis oculorum, & venæ rubeæ vel nigræ in eis apparẽtes, mala ſigna ſunt. Extremitatum frigiditas in acutis ægritudinibus, ſignum eſt non bonum. Quod ſi frigiditas augmentatur, & cum hoc calor magnus in ventre fuerit, atque ſitis, mortale eſt. Ægritudines acutiſſimæ in ſenibus, & in complexionibus, & regionibus, & temporibus frigidis, deteriores ſunt, quam in horum contrariis. Tremor cordis qui peſeuerat in acutis ægritudinibus, ſignum eſt malum, & ſingultus ſimiliter; & ſi cui anhelitus conſtrictus fuerit, & febrilis calor augmentatus, ſignũ eſt pernicioſum. Cum in aliquo membro oritur apoſtema, vel dolor, & ſequitur apoſtema, vel incendium, ac ſitis, malum eſt; & ſi cum eo tremor cordis accidit, mortale eſt. Mortuorum nomina proferre, ſignum eſt malum. Et ſitis vehemens cum ſudore frigido, pernicioſum. Flatus autem frigidus, cum debilitate virtutis, ægrum ſignificat mortis propinquum. Sudor frigidus cum acuta febre pernicioſiſſimus eſt cum poſt ſudorem tremor ſequitur, malum eſt ſignum. Signorum autem virtutes inter ſe conferendæ ſunt; vnum enim bonum ſignum cum firmum fuerit, multis malis ſignis præponderat. Ægritudo timoroſa eſt in homine ſemper ſano, qui fere ægrotat.

Signa bona & mala sũt inter ſe conferenda.

Hippo. in lib. apho. In quo morbo ſomnus laborem præſtat, mortale eſt. Item ægritudinibus quibuſcunque incipientibus, ſi fel nigrum aut ſurſum vel deorſum exierit, mortale eſt: quibuſcunq; in febribus cum alijs ægritudinibus, oculi non ſecundum voluntatem lachrymantur, inconueniens eſt. In acutis morbis frigiditas extremitatum malum eſt. In oſſe vero ægrotanti, caro liuida malum eſt. Similiter in vomitu ſingultus, & oculi rubei; in ſudore quoq; rigor quibuſcunque immoderatus dolor in cerebro ſit, in tribus diebus pereunt; ſi vero os effugiunt, ſani fiunt. Item quibuſcunque cerebrum ab aliqua occaſione motum fuerit, neceſſe eſt ſine voce fieri ſtatim.

De aphoriſmis.

Cap. CXXXII.

ISidorus *vbi ſupra.* Aphoriſmus eſt ſermo breuis, integrum ſenſum propoſitæ rei deſcribens. *Auctor* Ex aphoriſmis Hippo. iam ſuperius quædam locis cõgruis inſeruimus, & hic etiam in ſupplementum huius capituli pauca ſubiungimus.

Quid aphoriſmus.

Hippo. vbi ſupra. Vita breuis, ars vero longa, tempus autem acutum, experimentum vero fallax, iudicium autem difficile. Humidæ dietæ febricitantibus omnibus conferunt, maximeque pueris, & omnibus ſic aſſuetis refici: dandum vero eſt aliquid tempori, & regioni, & ætati, & conſuetudini. Contemplari autem oportet ægrotanti, ſi ſufficit ei dieta, an ipſe poſt deficiat. Senes facillime ieiunium ferunt, ſecundo conſiſtentes, pueri vero minus, & omnium minime infantes. Horum autem ipſorum, quicunque annoſiores exiſtunt, & qui creſcunt, plurimum habent calorem innatum, & ideo plurimo indigent nutrimento. Senibus vero paruus ineſt calor, & ideo paucis indigent, eiſque febres non ſunt ſimiliter acutæ; frigidum enim habent corpus. Ventres hyeme & vere ſunt natura calidiſſimi, ſomnique longiſſimi: In his ergo temporibus, & oblationes plures dandæ ſunt, innatus enim calor multus, ampliori indiget nutrimento: Æſtate & autumno cibos grauiſſime ferunt, hyeme vero facillime. Corporibus humidas carnes habentibus famem adhibe; fames omne corpus ſiccat. Quicunque dolentes aliquid corporis plurimum dolere non ſentiũt, his mens ægrotat. Qui in multo tempore extenuãtur, corpora tarde reuerti conſueuerunt, & qui in modico, modicè. Quibuſcunque iuuenibus exiſtentibus ventres humidi ſunt, his ſeneſcẽtibus deſiccantur; quibus autem iuuenibus ſicci, ſenioribus factis humectantur. Aſſueti multos ferre labores, etſi fuerint inbecilles ac ſenes, inſuetis etiam fortibus iuuenibus, facilius ferunt; nam ex multo tempore conſueta, & ſi deteriora fuerint, inſuetis minus moleſtare conſueuerunt: oportet igitur ad cõſueta conuerti. Mutationes temporum maxime morbos generant. Mulier ambidextra nõ fit.

Sententiæ Hippocratis.

Hyeme & vere ampliori opus eſt nutrimento.

Conſuetudo rem difficilẽ facilem reddit.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SPECVLI MAIORIS
VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,
Tomus Secundus.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

De Naturali Philoſophia.

CAP. I.

Obiectum philoſophiæ naturalis eſt corpus naturale.

LPHARABIVS *vbi ſupra*, Naturalis ſcientia contemplatur corpora naturalia, & eorum accidentia, quę non habent eſſe niſi per illa. Sunt enim & corpora quædam artificialia, quorum ſcilicet eſſe per artem & voluntatem hominis eſt, vt vitrum, & pannus,& lectus. Naturalia vero ſunt, vt cęlum, & terra. Et quæ inter vtrunque ſunt, vt pluuiæ, &c. huiuſmodi. Naturalium quidem & artificialium corporum in hoc eſt conſimilis diſpoſitio, quod ſicut in artificialibus inueniuntur res quæ non habent eſſe niſi per ipſa corpora, & res à quibus & per quas eorum eſſe exiſtit; ita & in naturalibus, quamquam in artificialibus hæc magis appareant. Illa nanque quæ non habent eſſe niſi per corpora artificialia, ſunt, vt ligatura in panno, ſplendor in enſe, peruietas in vitro, ſculptura, vel ſtratura in lecto.

Corpora diuiduntur in naturalia & artificialia.

In quo conueniant artificialia & naturalia.

Res autem ad quas vel propter quas ſunt illa corpora, ſunt fines eorum, & intentiones; ſicut pannus factus eſt vt cooperiat, enſis vt feriat, vitrum vt infuſa recipiat, lectus vt nos à terra ſuſpendat ver ſuſtollat. *Res* à quibus illa ſunt, actores & procuratores eorum ſunt, vt politor enſis, & carpentarius lecti. *Res* vero per quas exiſtunt, in omni corpore duo ſunt, forma ſcilicet, vt in enſe acuitas; per hanc enim operationem ſuam efficit: Et materia, vt ferrum. Similiter in panno materia ſunt fila, forma vero contextio. Lecti quoque materia ſunt ligna, forma vero quadratura. Similiter eſt & in cæteris. *Quod* ex iſtorum coniunctione prouenit, eorum eſt actio & perfectio. Nullum enim corpus aliquid agit, nec aliquid ex eo prouenit vitę iuuamen, niſi cum forma aduenit in materiam.

In omni corpore ſũt materia & forma.

Sic eſt igitur & in corporibus naturalibus, licet hæc in eis non ita appareant, quia conſtitutiones eorum nõ ita ſenſatæ ſunt, ſicut illorum quæ viſui ſubiacent. verbi gratia, vinum eſt corpus naturale, ſed virtus qua inebriat non eſt ſenſata nec eius eſſe cognoſcitur, niſi per ipſam operationem. Et illa quidem virtus eſt forma vini, & eius conſtitutio. Eiuſque comparatio ad vnum eſt, ſicut acuitas ad enſem, quæ ſi deſtruatur non erit enſis. Similiter eſt & in medicinis, quæ non operantur in corporibus, niſi per virtutes prouenientes per comparationem, quæ virtutes non ſunt ſenſatæ, ſed earum operationes. *Et* materię quidem, & formæ corporum & actiones eorum, & fines propter quos exiſtunt, nominantur principia corporum. Et accidẽtia corporum vocantur principia actionum quæ ſunt in corporibus. *Scientia* vero naturalis facit corpora naturalia, vel oſtendendo quod ex eis ſenſibile eſt, vel probando quod ex eis eſt intelligibile; docetq; cuiuſque corporis materiam, & formam, & actiones eorũ, & à quibus fiant, & fines propter quos fiant. Hæc igitur ſcientia dat principia naturalium corporum, & actionum eorum.

Quanã vocentur principia corporum, & quæ accidentia eorum.

Munus philoſophiæ erga ſuum obiectum.

Ariſtoteles in lib. de cælo & mundo. Summa cognitionis naturę & naturalis ſcientiæ in corporibus exiſtit, ac reliquis magnitudinibus & impreſſionibus eorum, & in motibus ac principiis omnium quæ huic naturæ ſimilia ſunt. Subiectum ſcientiæ naturalis eſt corpus, non ſecundum quod eſt ens, vel ſubſtantia, vel quantitatem habens, ſed ſecundum quod eſt compoſitum ex duobus ſuis principijs, quæ ſunt materia & forma, & ſecundum quod eſt ſubditum motui, & quieti, ac permutationi; his enim modis poteſt fieri conſideratio de corpore, teſte Auicenna, qui dicit, ſi corpus cœli & mundi conſideratur à Phiſico, ſecundũ quod eſt principium motus & quietis eſſentialiter, à Matemathico vero ſecundum quod eſt habens quãtitatem & à Diuino, ſecundum quod eſt ens ſubſtantiæ. Intentio igitur Philoſophiæ naturalis eſt dare principia quatuor, & accidentia, & concomitantia in omni ſpecie corporis. Principia, intellige quatuor cauſas, ſci. materiales, formales &c. Accidẽtia vero colorationes peruietates, aſperitates; proprietates, differentias, &c.

Sub qua ratione corpus ſit obiectum phiſica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Medici impropriè dicũtur phyſici.

his ſimilia. Dicitur autem hæc ſcientia propriè Phyſica, ideſt naturalis, quia Phyſis Græcè, natura Latinè; licet medici ad ſui palliationem hoc ſibi nomen attribuant, ſed impropriè.

De partibus naturalis Philoſophiæ.

CAP. II.

Octo ſunt partes phyſica.

Alpharabius vbi ſupra. Naturalis ſcientia diuiditur in octo partes; *quarũ prima* eſt inquiſitio eius quo communicant omnia corpora naturalia, ſiue ſimplicia, ſiue compoſita, ſcilicet in principijs, & actionibus, & conſequentibus ipſa principia, & hoc docetur in lib. de naturali auditu. *Secunda* eſt inquiſitio de corporibus ſimplicibus, an ſint, & quæ ſint, & quantus eorum numerus; & hoc docetur in lib. de cœlo & mũdo. Tertia de permixtione & corruptione corporum naturalium communiter, & de his ex quibus componuntur, & de qualitate generationis & corruptionis elementorum: hoc docetur in li. de generatione & corruptione. Quarta de principiis actionum & paſſionum, quę propria ſunt elementis tantum, & cõpoſitis ab eis: hoc continetur in tribus primis libr. de impreſſionibus ſuperioribus. Quinta eſt conſideratio de corporibus cõpoſitis ab elementis & de eo in quo communicant omnia compoſita, ſiue ſimilium partium, vt ſunt aurum, & argentum; ſiue diſſimilium. Sexta eſt de eo in quo communicant omnia corpora compoſita ſimilium partium, quæ non ſunt partes compoſitionũ diuerſarum partium: hæc ſunt corpora mineralia, ſpecieſq; rerum mineraliũ, & de eo quod eſt principium vnicuiq; ſpeciei earum: hoc docetur in libro de mineris. Septima de eo in quo communicant ſpecies vegetabilium, & de eo quod eſt propriũ cuiuſque eorum: & hoc in li. de vegetabilibus. Octaua eſt de eo in quo communicant ſpecies animalium, & de eo quod eſt vniuſcuiuſque proprium: hoc docetur in li. de anima, & lib. de animalibus, cæteriſque libris qui ſunt vſque ad vltimum librorum de naturalibus. Et iſtæ duæ vltimæ, ſc. ſeptima & octaua, ſunt duæ partes ſpeculationis de compoſitis diuerſarum partium, ſc. diſſimilium. Itaque ſcientia naturalis de omni ſpecie corporum prædictorum dat principia, & accidentia eorum comitantia illa principia.

Diuiſio totius ſcientiæ naturalis.

Auctor. Aliter. Phyſica, ideſt naturalis ſcientia, tractat de inuiſibilibus viſibilium cauſis, nam corpus & ea quæ ſunt corporis, principaliter conſiderat. Corpus autem aut conſideratur in generali cum partibus ſuis: aut in ſpeciali. Si primo modo ſic determinat de eo Ariſt. in lib. Phyſicorum. Si in ſpeciali, aut eſt corruptibile, aut incorruptibile. Si incorruptibile, ſic eſt in li. de cœlo & mundo. Dicit enim Ariſt. ibidem, & cœlum eſt corpus non generatum, nec fabricatum, nec recipiens impreſſiones aliquas. Si ſit corruptibile, aut ergo eſt ſimplex, ſic eſt in lib. de generatione & corruptione, & loquor de ſimplicitate illa quæ opponitur compoſitioni naturali ex quatuor elementis, Si compoſitum, aut ergo animatum, aut non: Si non, eſt in l. Meteororum, vbi Ariſt. determinat de impreſſionibus, & de generatione grandinis, & niuis, & corporum mineralium, & conſimilium. Si vero ſit compoſitum animatum, aut igitur anima vegetabili eſt animatum; & de tali determinatur in lib. de vegetabilibus, vt de plantis; aut de anima ſenſitiua, & de tali in lib. de animalibus; aut anima intellectiua, & de tali in lib. de anima. Cæteri vero lib. ſcilicet de ſomno & vigilia, de morte & vita, de ſenſu, & ſenſato, de differentia ſpiritus & animæ, ſupponuntur in lib. de anima, & lib. de animalibus.

De Natura, & eius operatione.

CAP. III.

Diuiſio corporum in naturalia & artificialia.

Ariſt. in lib. 2. Phyſic. Eorum quę ſunt, alia quidem natura ſunt, alia per alias cauſas, ſcilicet propoſitum, artificium, & huiuſmodi. Natura quidem ſunt, quæcunque ab aliquo in ſeipſis principio mota peruenunt in aliquem finem; vt animalia quælibet, & partes eorum, ac plantæ, & corpora ſimplicia, vt ignis, aer, terra, aqua, & huiuſmodi; quæ omnia videntur in ſeipſis habentia principium motus & ſtatus; hæc quidem ſecundum locum, illa vero ſecundum augmentum, quædam autem ſecundum alterationem. Lectus vero & indumentum & huiuſmodi, ab arte ſunt. *Eſt igitur natura principium alicuius & cauſa mouendi & quieſcendi eius in quo eſt, primum per ſe, & non ſecundum accidẽs.* Vtrum autẽ ſit natura tentare demonſtrare ridiculum eſt, quia rerum huiuſmodi multæ ſunt, quæ ſcilicet habent principium ſui motus, manifeſtum autem per ignotum demonſtrari non poteſt: Sillogizabit enim vtique aliquis cæcus natus de coloribus; quare neceſſe eſt huiuſmodi homines de nominibus habere rationem, nihil autem intelligere.

Quid natura.

Idem in 8. lib. Nihil autem inordinatum eſt eorum quæ natura ſunt, & ſecundum naturam. Natura enim omnibus cauſa ordinationis eſt; ordinatio autem omnis ratio eſt. *Ariſt. in lib. 3. de anima.* Natura nihil facit fruſtra vel ociosè, nec deficit in neceſſarijs, niſi in incompletis, & in imperfectis, vel ſecundum aliam tranſlationem. Perfectè operatur in rebus neceſſariis, niſi ſit in monſtruoſis rebus quæ perfectæ non ſunt. Denique natura nihil facit ocioſum, propter aliquid enim omnia ſunt quæ natura conſiſtunt, aut accidentia ſunt eorum quæ propter aliquid ſunt.

Natura nil facit fruſtra, nec deeſt in neceſſarijs.

Idem in lib. de animalibus. Naturæ vero cognitio nobilior eſt, quæ per formam eſt, quàm quę per materiam Debemus itaque conſiderare formas, & in artifice delectari qui fecit eas. In omnibus enim naturalibus rebus & vilibus, etiam eſt aliquod mirabile; natura nanque nihil facit ociosè, nec facit niſi quod melius eſt, & ſecundum ordinem, & reſpuit infinitum. Facit autem omne quod facit, aut quia neceſſarium eſt, aut propter melius, eijcitque ſuperfluum ab opere ſuo, ſicut & ars; & quanto diminuit in multitudine, tanto augmentat in magnitudine: dat autem vnicuique ſibi conueniens, vt inſtrumentum ſecundum operationem qua indigetur. Simulque dat virtutem & inſtrumentum, quia non poteſt eſſe videns ſine oculis, nec oculus eſt aliquid ſine viſu. Non autem ſimul dat multos modos iuuamenti, ſicut patet in animalibus. Denique natura cuiuſlibet eſt illi rei conueniens, ad quam eſt præparata, nec poteſt res eſſe ſemper, quæ non eſt ſecundum naturam. *Quintilianus de ori. inſti. libr. 2.* Omnia itaque quæ conſummauerit ars, certum eſt initia à natura duxiſſe.

Natura facit omnia ordinatè & reſpuit infinitũ.

Qua ars cõſummat natura inchoauit.

Quot modis dicitur natura.

CAPVT IIII.

Natura dicitur quadrupliciter.

Ex ſumm. de anima. In naturalibus idem eſt forma quod natura, ſed forma dicitur reſpectu materiæ quam perficit; Natura vero reſpectu motuum quos elicit, vt forma ignis. Dicitur autem natura ſecundum Auicennam quadrupliciter. Primo modo principium mouendi vno modo, & non ſponte, ſicut in elementis & elementatis. Secundo modo principium mouendi diuerſis modis, & non ſponte, ſicut eſt anima vegetabilis in plantis. Tertio modo principium mouendi diuerſis modis & ſponte, ſicut eſt anima rationalis in animalibus. Quarto modo principium mouendi vno modo & ſponte, ſicut motus cæli, quod eſt intelligentia. Primo modo dicitur natura propriè. Diffinitur autem in phyſicis generaliter ſic. Natura eſt principium motus & quietis, eius in quo eſt, per ſe, & non per viam accidentis.

Natura alia naturans, alia naturata & hæc multiplex.

Auctor. In ſumma vero nota, quòd natura primo dicitur dupliciter. Vno modo natura naturans, ideſt ipſa ſumma lex naturæ, quæ Deus eſt; de qua dicit Auguſtinus. *Contra ſummam illam naturæ legem à notitia remotam, ſiue infirmorum, ſiue impiorum, tam Deus nullo modo facit, quam nec contra ſeipſum facit.* Aliter vero dicitur natura naturata, & hæc multipliciter. Vno modo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

natura dicitur vis inſita rebus, ex ſimilibus ſimilia procreans, vt ex grano granũ eiuſdem ſpeciei. *Alio modo* dicitur natura principiũ motus & quietis, vt ſuperius dictũ eſt. *Tertio* modo, communis vel vſitatus naturæ curſus mortalibus notus, ſecundũ quod dicuntur miracula fieri contra naturã: vnde & dicit Apoſt. ad Romanos; *Tu ante cum oleaſter eſſes, contra naturam inſertus es in oliuam bonam. Item quarto modo* dicitur natura poſſibilitas creaturæ, quam indidit ei natura naturans, ideſt Deus, vt ex ea fiat quod ipſe vult. Et ſic accipitur ibidem in gl. cum dicitur: *Id naturæ eſt cuiq; rei, quod de illa fecerit Deus.*

Natura duplex ſcilicet materia & forma, ſed forma magis eſt natura quam materia.

Ariſt. in lib. 2. phyſicorum. Videtur autem & natura ſubſtantia eorũ eſſe quæ natura ſunt, & quod primũ ineſt cuilibet informabile per ſeipſum, vt lectuli natura lignũ, ſtatuæ autem æs. Vno igitur modo natura ſic dicitur, prima vniuſcuiuſq; ſubſtantię materia, in ſeipſis principium motus & mutationis habentiũ: Alio vero modo forma & ſpecies, quę eſt principiũ ſecundũ rationem. Sicut enim ars dicitur; quod eſt ſecundum artem, & artificioſum; ſic & natura quod ſecundum naturam dicitur, ſc. de forma. Erit igitur natura habentium in ſeipſis motus principiũ, forma, & ſpecies quæ nõ eſt ſeparata niſi ſecundũ rationem, magis etiã natura hæc eſt quam materia; vnumquodq; enim tunc magis dicitur, cum actus (alias endelechia) ſit, quam potentia. Quoniam igitur natura dupliciter dicitur ſcilicet materia & forma, Sciendum quod de his

Aliter Phyſicus aliter mathematicus naturã conſiderat.

Mathematicus & Phyſicus negotiantur, ſed nõ Mathematicus accidentia ſpeculatur inquantum talibus accidunt: vnde abſtrahit, ſcilicet accidentia à corporibus; abſtracta enim ſunt à motu intellectu ideſt intellectualiter, & nihil differunt, ideſt non abſtrahuntur realiter. Neque enim fit mendaciũ abſtrahentium, quòd ſcilicet eſſent ibi abſtracta, vel abſtrahenda ſecundũ rem. Phyſicus quoq; abſtrahit, ſed minus quã Mathematicus. Impar enim & par, rectũ & curuũ, numerus & figura, & linea, ſine motu ſci. diffinita ſunt; non autẽ caro, & os, & homo quæ ſunt ſcilicet de cõſideratione Phyſici, ſunt huiuſmodi, ſcil. diffinita ſine motu & materia. Si autẽ ars imitatur naturã, eiuſdẽque ſcientiæ eſt cognoſcere ſpeciẽ & materiã, vt medici ſanitatem, & choleram, ac phlegma in quibus eſt ſanitas: & Phyſicæ vtique erit cognocere vtranque naturam, ſcilicet formam, & materiam.

Ex materia & forma ſunt omnia entia naturalia.

Ex lib. fontis vitæ. Materia quidem vniuerſalis, & forma vniuerſalis, ſunt radix omnium, & ex his generatum eſt quicquid eſt, hæc enim duo præcedunt omnia, & in ea etiam omnia reſoluuntur. Materia quę vniuerſalis eſt, ipſa eſt ſubſtantia quę ſuſtinet, 9 prædicamenta, & eſt illis ſubiecta. Hæc eſt per quam ſenſibilia ſubſiſtunt, in qua & inueniuntur, & in ea mutantur, & ad eam referuntur, & ab ipſa incipiuntur, & ad eam redeunt. Nouẽ vero prædicamenta ſunt vniuerſalis forma ſubſiſtens in illa. Porro diſtinctio nominũ, materiæ ſcilicet & ſubſtantię hæc eſt, quia nomen materiæ congruit illi ſoli quod paratum eſt recipere formam, quoniam nondum recepit. Nomen vero ſubſtantiæ congruit illi materiæ quæ iam aliam formam recipit, & per ipſam formam facta eſt prima ſubſtantia.

De Principijs naturalibus, ideſt materia, forma, & priuatione.

Cap. V.

Quid materia.

DEſcriptio materiæ primæ hæc eſt, quod *ipſa eſt ſuſtantia exiſtens per ſe, ſubſtentatrix diuerſitatis vna numero.* Et iterum: *quòd eſt ſubſtantia receptibilis omnium formarum.* Perficitur autem ex forma: non enim habet eſſe in actu abſolutè, ſed tantum in potentia: quoniam eſſe non eſt niſi per formam, forma enim eſt eſſentia rei, & ipſa perficit eſſentiam materię. Eſſe autem in actu non eſt, niſi ex coniunctione materiæ & formæ: vnde nec poſſibile eſt vt forma ſit ſine materia. Eſſe igitur eſt exiſtentia formæ in materia. Quòd autem

Materia nõ exiſtit actu niſi per formam, vnde vna non poteſt eſſe ſine altera.

eſſe rei nõ ſit niſi ex eſſentia formæ, ſignum huius eſt, quia id quod eſt, aut ſenſibile, aut intelligibile. Senſus autem & intellectus non applicantur niſi formę ſenſibili, aut intelligibili. Eſſe quidem materiale non habet materia ex forma ſed eſſe formale. Itaq; materia mobilis eſt ad recipiendum formam, forma vero eſt agẽs in materia, quia perficit eam, & dat ei eſſe. Omne quoq; agens per ſeipſum non facit quicquid facit, niſi per ſuam formam. Materia vero non habet actionem, quoniam in ſe nõ eſt niſi receptibilis tãtum, ideſt ſubiecta, vel parata ad recipiendũ actionem. Itaque forma dignior eſt quam materia, & ipſa eſt ſicut anima, materia vero ſicut corpus. Materia ſimilior eſt priuationi, forma vero ſimilior eſſe. Aeſtima ergo priuationem materię ſicut tenebro ſitatem aeris, & formam in ea ſicut lumen.

Materia eſt cauſa multiplicationis, ipſa tamen ex ſe vna eſt, forma vero multa ratione ipſius

Natura quidem materiæ eſt multiplicari, & diuidi; & ipſa eſt cauſa multiplicationis ac diuiſionis. Forma vero diuiditur & multiplicatur propter materiam, diuerſitas autem quæ eſt inter ſubſtantias, non eſt ex materia, ſed ex forma; quia formæ ſunt multæ, materia vero vna: Formæque multiplicatio eſt ex materia, forma igitur exiſtẽs in materiã, quę perficit eſſentiam rei, per quam etiam factum eſt vnumquodque, eſt vnitas veniens à prima & vera vnitate creaturæ, quæ non habet principium neque finem, nec mutationem, nec diuerſitatem, ideo neceſſe fuit vt vnitas ipſa creata haberet hæc omnia: & per hæc facta eſt diſſimilis ab ipſa vnitate prima & perfecta, nec eſt poſſibile vt forma ſeparetur actu à materia quæ ſuſtinet eam; forma dico ſubſtantialis, nam accidentalis forma ſeparari quidem poteſt, ſubſtantialis autem minimè, nec intellectu quidem, reſoluendo & componendo.

Ita ſe habet forma ad materiam ſicut color ad corpus.

Pone ergo corpus exemplum materiæ, colorem formæ; talis etiam eſt habitudo formæ ad materiam, qualis animæ ad corpus, & intelligentiæ ad animam: formam namque & materia continet, ſicut intelligentiam anima, & animam corpus. Imaginare quod eſſentia materiæ eſt virtus ſpiritualis in ſe conſiderata, non habens formam; eſſentia vero formæ lumen aduentum, quod attribuit ei in quo eſt, proprietatem & intellectum ſpeciei ac formæ. Philoſophi ſolent materiam appellare poſſibilitatem, quia poſſibile fuit ei recipere formam, ideſt eius lumen veſtire. Quo autem fuerit ſubtilior materia, ac ſuperior, propter diffuſſionem luminis, in ea fiet ipſa ſubſtantia perfectior, ſicut intelligentia, & anima. Cumque res magis peruia fuerit, ſpeciem ſuam fortius ſeruabit.

Res eſt finita per formam, & ab alijs rebus per eãdem differt.

Materia & forma ſunt finis rerum, res autem non eſt finita niſi per ſuam formam, nec habet res infinita formam qua fiat vnum, & differat ab alia. Ideo namque eſſentia æterna infinita eſt, quia non habet formam. Omnis quoque differentia non eſt niſi per formam. Intelligentia namque & anima non apprehendunt res niſi per formam, & forte non coniunguntur niſi cum formis, propter ſimilitudinem & conuenientiam in genere. Igitur intelligentia non apprehendit rem, niſi per coniunctionem formæ ſuæ cum forma illius. Ipſaque intelligẽtia eſt locus formarum intelligibilium, ſicut hyle naturalium. Subſtantia enim intelligentiæ facta eſt comprehenſibilis omnium rerum per vnitatem eſſentiæ ſuæ, quæ duxit eã ad eſſe, formaque intelligẽtiæ perfectior & clarior eſt forma animę. Prima vero forma vniuerſalis eſt origo omnis formæ, & ex eius ſcientia inquiritur omnis formæ ſcientia. Ipſa denique forma vniuerſalium, eſt ſubſtantia, ſapientia perfecta, lumen puriſsimum, conſtituens eſſentiam omnium formarum.

De Informitate primæ materiæ.

Cap. VI.

AVguſt. in li. confeſſionum. 12. Nonne tu domine docuiſti me, quod priuſquã iſtam materiã informẽ

formares atque diſtingueres, non erat aliquid; nō color, non figura, non corpus, non ſpiritus: non tamen omnino nihil erat; Sed quędam informitas ſine ſpecie aliqua. & dum in hac informitate quærit cogitatio, quid ſenſus attingat, conatur eam vel noſſe ignorando, vel ignorare noſcendo. Ego cum antea cogitare eam vellem, fœdas & horribiles formas perturbatas ordinibus voluebat animus, ſed formas tamen; & id quod cogitabam, non priuatione omnis formæ, ſed comparatione formoſiorum erat informe. & ſuadebat vera ratio, vt omnes formæ qualeſcunque reliquias omnino detraherem, ſi vellem prorſus informe cogitare, & non poteram, citius enim non eſſe cenſebam, quod omni forma priuaretur, quàm cogitabā quoddam informe, & nihil formatum, nec nihil informe, propè nihil. Et ceſſauit més mea interrogare hinc ſpiritum meum plenum imaginibus formatorum corporum, & eas pro arbitrio mutantem atque variantē. Et intendi in ipſa corpora, eorumque mutabilitatem altius inſpexi, qua deſinunt eſſe quod fuerant, & incipiunt eſſe quod non erant. Eundemque tranſitum de forma in formam per informe quoddam fieri ſuſpicatus ſum, non per omnino nihil. Mutabilitas enim rerum mutabilium ipſa capax eſt formarum omnium, in quas mutantur res mutabiles. *Ariſt. in Metaphyſica. 8. lib.* Materiam itaque dico illud quod eſt, quia hoc non eſt in actu, ſed in potentia, forma vero eſt principium rei.

Materia eſt aliquid informe ſine ſpecie, quod cognoſcitur ignorando ſcilicet formam.

Quod omne compoſitum ex materia & forma corruptibile eſt natura.

Cap. VII.

Ariſt. in lib. Phyſic. 1. Omne quod fit corrumpitur; corrūpitur autem aut ex contrarijs, aut in contraria, & horum media. Media vero ex contrarijs ſunt, vt medij colores ex albo & nigro. quare omnia vtique quæ natura ſunt, ſunt aut contraria, aut ex contrarijs. Fiunt quidem ſimpliciter ſolæ ſubſtantiæ ſecundum quid autem alia. Quæ vero ſimpliciter fiunt, alia quidem fiunt transfiguratione, vt ſtatua. Alia appoſitione, vt quę augmentantur: Alia ſubſtractione, vt ex lapide mercurius; alia ex compoſitione, vt domus; alia vero ex alteratione, vt quæ ſecundum naturam conuertuntur. Omnia autem quæ ſic fiunt, manifeſtum eſt quoniam ex ſubiectis fiunt, ideſt ex ſubiecta materia. Quod igitur fit ſemper compoſitum eſt, ſcilicet ex materia & forma. Et eſt quidem aliquid quod fit, vt forma in materia; & eſt quidem aliquid quod hoc fit, ſcilicet ens ſub forma; & hoc dupliciter, aut enim ſubiectum, ideſt materia; aut oppoſitum, ideſt priuatio. Eorum autem quæ natura ſunt, vnumquodque non ſecundum accidens, ſed ſecundū ſubſtantiam fit ex ſubiecto & forma: Igitur ſolum materia & forma ſunt principia per ſe: Componitur enim muſicus homo ex homine & muſico; quodammodo enim reſolues rationes in rationes illorum.

Sola ſubſtātia ſimpliciter fiunt; & completa ex ſubiecto fiūt & forma.

Tria ſunt generationis principia.

Eſt autem ſubiectum numero quidem vnum, ſpecie vero duo. & nos quidem materiam & priuationem alterum eſſe dicimus, & non eſſe vnum, ſcilicet principium; ſed duo. Sed materiam per ſe, priuationem autem & contrarietatem ſecundum accidens. Priuatio quidem formæ contraria eſt, ſubiectum vero materia, cum forma cauſa eſt eorum quæ ſunt & fiunt, ſicut mater. Dico autem materiam primū ſubiectum vnicuique, ex quo fit aliquid. Sunt itaque duo principia rerum intrinſeca per ſe, tertium vero per accidens, ſcilicet priuatio. Illorum quidem materia eſt, ſicut fœmina, forma vero diuinum quoddam & optimum, ſcilicet in genere ſuo appetibile, quod priuationi contrarium eſt. Aliud vero, ſcilicet materia, ſecundum ſui naturam aptum natum eſt ipſam appetere, & deſiderare, ſicut fœmina maſculū, & turpe appetit bonum; quę tamē per ſe turpis non eſt, ſed ſecundū accidens, ſcilicet per priuationem: & manet quidem materia in quantum ſubiectum eſt, ſecundum autem quòd priuatio corrumpitur.

De corporibus ſimplicibus, ideſt elementis.

Cap. VIII.

Alpharabius vbi ſupra. Corporum naturalium alia ſunt ſimplicia, alia compoſita. Simplicia ſunt, quorum eſſe non eſt à corporibus alijs, vt ſunt corpora cœleſtia. Compoſita vero quæ ſunt ex alijs corporibus vt plantæ, & animalia.

Corpora quędam ſimplicia quędam compoſita.

Ariſt. in lib. 3. de cælo, & mundo. Omne corpus, aut eſt elementum, aut ex elemento generatum. *Elementum autem eſt ad quod cætera corpora reſoluuntur, & eſt in eis potentia, vel actu; Sed ipſum non reſoluitur, neque permutatur neque cadit ſub corruptione.* Et hoc eſt corpus ſimplex non compoſitum. Corporibus autem ſimplicibus eſt motus naturalis & quies: Res enim aut quieſcit violenter, aut quiete naturali neceſſario. Et vbi quieſcit naturaliter, illuc incedit naturaliter. Natura enim eſt in vnoquoq; principium motus ſui. Virtus autem eſt principium motus eius qui eſt à re alia. Omnis itaque motus, aut eſt naturalis, aut accidentalis. Naturalis eſt à virtute cum auxilio naturæ, vt lapidis deorſum. Accidentalis autem à virtute nō cum auxilio naturæ, vt lapidis ſurſum: verumtamen his duobus motibus vtitur aere ſicut inſtrumento: vnicuique autem rerū eſt motus naturalis vnus, accidentalis vero plures.

Quid elementum.

Motus alius naturalis alius accidentalis.

Idem in Methaph. lib. 1. Diffinitio elementis eſt iſta, ſcilicet quod elementū eſt illud de corporibus, cuius ordo vltimus eſt. *Auicen. de medicina lib. 1. Elementa ſunt corpora prima, omnium corporum principia, quæ in corpora diuerſarum formarum diuidi minimè poſſunt; Ex quorum commixtione diuerſæ ſpecies generantur.* Horum duo ſunt grauia ſcilicet terra & aqua, duo vero leuia, ſcilicet ignis & aer. Et in aliis corpora duo quidem grauia plus iuuant ad membrorum generationem, & eorum quietem. Duo vero leuia, plus ad generationem ſpirituum, & motionem eorum, & ad mouendum membra, licet motio non ſit niſi ab anima.

Quid elemēta, & quid in generationibus conferant.

Seneca de naturalibus quæſtionibus lib. 7. Aegytij quatuor elementa cernunt, & ex ſingulis bina, maria & fœminea, aerem enim marem iudicant, qui ventus eſt; fœminam vero qui nubiloſus & inhærens. Mare vocant aquam virilem, muliebrem omnem aliam. Ignem maſculum vocant, quo flamma ardet, & fœminam qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorem marem vocant, ſaxa ſcilicet, & cautes; ei quæ aratur & teritur fæminę nomen aſſignant.

Ægyptij poſuerut diſtinctionē ſexus in elementis.

De Qualitatibus elementorum, & commixtionibus eorum.

Cap. IX.

Riſcianus ad Coſdroe. Quatuor ſunt elementorum copulationes, calido ſcilicet & ſicco facientibus ignem, calido vero & humido, aera (etſi quidem eum frigidū, & humidum eſſe dicant, in ſurſum gelatis attendentes.) Item frigido, & humido conſtituentibus aquam, arido & frigido terram. Horum actiua ſunt duo, ſcilicet calidum & frigidum; paſſiua, humidum & ſiccum. Cum autem in vnoquoque elementorum duæ ſint differentiæ, vna ex duabus elemento dominatur. Ignis enim magis eſt calidus quàm ſiccus; & aer magis humidus quàm calidus: & aqua magis frigida quàm humida, & terra magis ſicca quā frigida. Mouentur autem & in ſeipſa facile, cum per vnum communicant, & per vnum opponuntur; difficulter quando per duas differentias contradicunt, vt ignis & aqua, aer & terra. Hæc autem in medio, & circa medium diſcreta ſunt; nam terra quidem ſtat, aqua vero terrę circumpolita, hæc autem continet amictus aeris vtrumque ambiens, & circa ſpheram aeris, ea quæ dicitur ignis. Ipſe eſt enim in quarto

Quatuor ſunt elemētorum combinationes ſed in vno quoque vna qualitas dominatur.

Elementa ſymbola facilius miſcētur.

extre-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Elementa ſe inuicē alterant.

extremum, ſicut terra medium. *Ariſt. in lib. Meteororum* 1. Aqua quidem exiſtit in aere, ſcilicet per euaporationem, & aer exiſtit ex aqua, quia ſic diſpoſuit vtrumque Deus glorioſus & ſublimis: non autem ex aqua fit aer, ſed ex vapore multò emanante per caliditatem cum ſua humiditate, quando eleuatur ex aqua & terra, ſcilicet vapor aquoſus. Similiter non fit terra ex omni aere, ſed ex aere multi vaporis, quando aggregatur & inſpiſſatur. Sic igitur aer & aqua continue alterantur adinuicem. Dico autem quia ſuper illud quod eſt ſuper terram vincit aqua, & aer ſine igne. Quod ſi ignis vinceret, combureret illud, & exiccaret. Ignis autem purus & non turbidus eſt contingens orbem lunæ.

Ignis purus contingit orbem lunæ.

Seneca vbi ſup. Omnia igitur elementa in omnibus ſunt, & omnium alterni recurſus ſunt; quicquid alteri perit, in alterum tranſit, & natura partes ſuas velut in ponderibus conſtitutas examinat, ne proportionē, æquitate turbata, mundus poſtponeret. Nunquam ſine igne eſt aer, detrahe illi caloē rigeſcit, & ſtabit, durabitur, & tranſiet in humorem.

Elementa pura non ſunt.

Sed nihilominus quodque non ſine humore eſt, & ideo facilior in inuicem tranſitus, quia illis in quæ tranſeundum eſt, iam mixta ſunt. Habet igitur terra humorem, & hunc exprimit; habet etiam aera, & hunc hyberni frigoris vmbra denſat, vt humorem faciat. *Hieronymus.* In terrę quoque viſceribus ferrum & lapides decernuntur, in quibus ignis latitat; aerem in terra eſſe probatur dum humectat, ſed & terra temperiem ſolis acceptans, vapores largiſſimos exaltat.

De ordine vel pondere quatuor elementorum.

Cap. X.

Aquam eſſe ſuper terram probatur.

Auguſt. ſuper Geneſim ad literam. 2. li. Elementa quatuor, non tantum locis, ſed & qualitatibus diſtingui probantur, vt pro qualitatibus proprijs, etiam loca propria ſortiantur: aqua ſcilicet ſuper terrā, quæ etiam ſi ſub terra ſtat aut labitur, ſicut in antris & cauernis, non tamen ea terræ parte quam ſupra, ſed ea quam infra ſe habet continetur. Nam ſi ex parte ſuperiore pars aliqua terrę delapſa fuerit, non manet ſuper aquam ſed ea perrupta demergitur, & ad terram pergit, ibique tanquam in loco ſuo conquieſcit. Illud itaque Pſalmi: *Qui fundauit terram ſuper aquas*, ſi quis ad literam cogit intelligi, non incongruenter, vel ſublimia terrarum, ſiue continentium, ſiue Inſularum ſignificat, quæ ſunt aquis ſuperiora; vel ipſa tegmina ſpelancarum, quę ſuper aquas pendula ſoliditate ſunt firmata. Aerem vero ſuperiorem eſſe aquę hinc patet,

Aerem eſſe ſuper aquam probatur.

quia nullum vas ab ore impreſſum aquis, poteſt repleri: videtur enim vas eſſe vacuum, ſed aere plenum eſſe probatur, cum ore imo in aquam deprimitur; nam quia ſuperius non inuenit locum exundi, nec inferius irruptis aquis ſubter eas eum ire natura permittit, plenitudine ſua repellit eas, nec in vas intrare ſinit. Cum autē vas ita collocatur, vt non habeat os deorſum, ſed in latus inclinatum, tunc intrat aqua inferius, aere exeunte ſuperius: hinc etiam probatur nihil eſſe vacuū. Itaque ſi vaſis erecti pateat os in cœlum, cum infundis aquam, aer ex alijs partibus quibus non infundis ſurſū euadit, & aquæ deorſū locus fit. Quod ſi in ore vas deprimitur, vt vel ex latere vel deſuper aquę repētè defluant, & vndiq; os vaſis obtegant, aer ſurſum nitens eas diſrumpit, vt eis ad ima locum faciat, & ipſa diruptio ſingultus vaſorum eſt, dum partibus fugit; quia totus propter oris illius anguſtias tam cito intrare non poteſt. Porro ſi ſub aquas aer cogatur ire ex vaſe, vt illo cedente vas ab ore in ima preſſo replere velles, facilius vndis vndiq; cooperitur, quā per os eius ab inferiori parte gutta exigua locū intrandi reperiat.

Ignem eſſe ſupor aerem patet.

Iam vero ignem ad ſuperna emicantem (alias nitentem) & ipſius aeris naturam velle tranſcendere, ex hoc patet, quia ſi quis faculam accenſam capite deorſum teneat, nihilominus flammæ conus ad ſuperiora contendit, ſed conſtipatione aeris circumfuſi & ſuperfuſi, ſuperatus extinguitur, & in eius qualitatem commutatur, & ad eius vniuerſam altitudinem tranſiliendam perdurare non poteſt. Itaque ſuper aerem purus ignis eſſe dicitur, vnde etiam ſydera, & luminaria facta eſſe coniectantur. Hinc etiam intelligi volunt, qui de ponderibus elementorum argumentantur & rationem ſumunt, quod aer (ſi quis eius particulam in illis ſpatijs cœli ſublimibus dimittere poſſet) neceſſario pondere ſuo caderet, donec ad aera ſubter ſpatia perueniret.

De ponderibus corporum.

Cap. XI.

Ariſt. in lib. de vegetabilibus. Vniuerſitatis conſtitutor, varijs animalium generibus & lapidibus, omnem ſenſibilem ornauit locum: quorum cauſas & naturas ſecundum quendam ordinem & harmoniam genitiuam impoſſibile eſt partibile animo & ſenſu accipere varietatem quoque concurſus, & formæ, & vtilitatum, ſiue etiam ad ſe inuicem cōnaturalis habitudinis connexiuam omnium cauſam & virtutem, quomodo factor vniuerſitatis bonus ex non exiſtentibus adducit exiſtentia, & naturis varijs exornat; quædam quidem ſimpla & intelligibilia, quædam vero compoſita & viſibilia formans, vnam ipſis inuicem, & vniuerſitati conſtituens vtilitatem, & connaturalitatem, velut ex vna coniunctione concatenationis præſtantiam. Optimi vero factura omnino eadem, & ſi quibuſdam partiū contrarietates introducantur, & pugna ex mixtura eſt, & qualitatum differentia. Ex hoc enim non ſine artificis ratione conſtitutum eſt, quod & animalibus & herbis & lapidibus corruptiuæ quædam ſunt virtutes & qualitates, quædam iterum vtiles & ſalutares.

Deus omnia creauit cum mirabili quadā adinuicem cōcatenatione.

Quod autem de lignis in aqua mergitur, vt vlnus, vel hebenus, accidit quia partes eius compactæ, ſunt & meatus anguſti, nec aer eſt in illis.

Idem in lib. 4. de cœlo & mundo. Omne graue recipit partitionem: Graue eſt res ſpiſſa, leue res rara; omne graue aut eſt molle aut durum neceſſario; molle eſt quod impellitur, durum autem quod non. Ignis quāto maior, tanto leuior, & inceſſus eius ſurſum velociōr. Similiter aurum & plumbū multū, velocius incedit deorſum, quàm paucū; ſimiliter & reliqua grauia. Dixerunt quidam, quod de aptitudine vacuitatis eſt, ſurſum incedere. Sed impoſſibile eſt vt res ſurſum incedat propter vacuitatem quæ eſt in ea, cum vacuitas non incedat ſurſum; vnicuique autem rei plures ſunt motus accidentales, naturalis vero vnus. Duæ ſunt figuræ velociores motus quàm reliquæ, ſcilicet pyramis, & orbicularis. Graue aut leue non nominamus niſi rem cui virtus eſt, quæ mouetur motu naturali. Errauit autem qui dixit, quod in mundo non eſt ſurſum neque deorſum; dicimus enim horizontem mundi ſurſum, & quia in locō ſuo ſurſum eſt, & eſt primum in natura leue, itaque abſolutum eſt, quod incedit ſurſum, & ad horizontem. Et graue abſolutum eſt, quod incedit ſemper deorſum, & ad medium, niſi ſit quod prohibeat. Leue vero comparatum ad aliud, & graue comparatum ad aliud eſt, quando duarum rerum æqualium in magnitudine, ac ſpiſſitudine, deinde incedit vna earum inferius, velocius altera. Simile autem tendit ad ſuum ſimile, & pars incedit ad locum ad quem & totum.

Quæque res habet tantū vnum motū naturalem.

Horizon eſt pari mundi ſurſum.

Et dico iterum, quod locus quando eſt horizon, ſcilicet res continens res incedentes ſurſum, & res incedentes deorſum, ſcilicet medium & vltimum, eſt procul dubio materia partium medij & vltimi forma continentis. Ideoque corpus incedens ad locum ſuum, non incedit niſi ad ſuum ſimile. Corpora vero quæ ſunt inter duo loca, ſunt adinuicem ſimilia. Nam aqua ſimilis eſt aeri, & aer igni; & ſimiliter in deſcendendo; aqua quoque terræ ſimilis eſt. Dico autem extrema ignem & terram, & vnum eorum non eſt alij

Corpus incēdens ad locū ſuum incedit ad ſuum ſimile.

ſimile, ſed diuerſa ſunt: ſicut hyle & forma. Similiter & vnumquodq; corporum diuerſificatur ſuperius ab inferiore, ſicut forma ab hyle. Res enim continens eſt in parte formæ, contenta vero in forma materiæ. Et iſte modus cadit ſuper omnes res generatas. Itaque corpus quod eſt ſicut forma, leue eſt, incedēs ſemper ſurſum. Et corpus quod eſt ſicut materia, graue eſt, incedens ſemper deorſum.

Igni ineſt ſola leuitas, ſicut terræ ſola grauitas.

Igitur graue abſolutum eſt quod ſubſidet omnibus corporibus, leue autem abſolutum natat ſuper omnia corpora. Non enim intelligo per abſolutum, niſi genus omnis rei, cui non inſunt iſtæ duæ potentię, ſicut ignis cui ſcilicet ineſt ſola leuitas; ſemper enim aſcendit, vſquequo conſequatur horizonta. Vnde patet quod non ineſt ei grauitas omnino, quia ſi eſſet ſub alia re reſideret, nunc autem ſuper omnia natat. Similiter neque terræ leuitas ineſt omnino, cum ipſa ſub omnibus corporibus reſideat. vnde omnis res in qua eſt ex partibus terræ, plus eſt grauis in omnibus locis; omniaque corpora in locis ſuis grauia ſunt, niſi quæ ſunt ex igne ſolummodo: Nam & aer in loco ſuo grauis eſt, & hoc ſignificat vter plenus vento, qui quoniam plus habet de aere, quam de terra, & aqua. In aqua quidem leuior eſt alia re: in aere vero grauior: non enim ſuper aerem natat, ſed ſuper aquam. Et aqua quidem quando fit aer, permutatur, à grauitate ad leuitatem, & incedit ſurſum, diciturque leuis in illo loco, non quia leuis ipſa ſit illic. Vnicuique autem corporum habentium grauitatem & leuitatem, eſt operatio in loco ſuo, terræ vero eſt operatio incorporibus omnibus.

Nota quod ſecundū Ariſt. aer eſt graue in loco ſuo.

De impreſsionibus corporum.

Cap. XII.

Impreſſiones quo pacto diuiſibiles.

Idem 3. de cœlo & mundo. Corpora quidem ſunt ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, lineę vero ex punctis. Non eſt autem linea quæ non recipit partitionem & diuiſionem; nec eſt poſſibile vt res diuidatur in rem quę non recipit diuiſionem. Impreſſiones autem diuiduntur, aut per formam, ſicut color in albedinē & nigredinem; aut per accidens, ſicut res quæ diuiſionem recipit, non propter eſſentiæ ſuæ diſpartitionem, ſed propter diſpartitionem differētis ipſam. Si ergo iſtud eſt, ſecundum hoc manifeſtum eſt & apparens, quod omne quod recipit diuiſionem ex impreſſionibus non recipit diuiſionem niſi ſecundum hunc modum quem diximus. Si ergo illud eſt ſecuncundum hoc, tunc omne graue recipit partitionem. Item graue eſt res ſpiſſa. Leue res rara. Item omne graue, aut eſt molle, aut durum neceſſario. Molle eſt quod impellitur, durum autem quod non. Itaq; corporum continuorum quædam diuiſionem & ſeparationem velociter recipiunt, aliqua vero tarde. Et quāto res velocioris ſeparationis eſt, velocior eſt ad impreſſionem ſuam. Aer itaque velocioris impreſſionis eſt, quàm aqua, & aqua quàm terra.

Aer eſt velocioris impreſsionis quam aqua & aqua quam terra.

Idem in lib. 1. Meteoro. Orbis autem & eius indiuidua, ſcilicet ſol & luna, cæteraque corpora cæleſtia, calefaciunt illud ſuper quod mouentur motu circulari, ipſa vero non inflammantur, ſcilicet paſſibiliter, neque caleſſunt, quia non recipiunt impreſſiones peregrinas, ideſt alienas; orbis enim egrediens eſt à natura quatuor elementorum.

Cœlum non eſt alterabile

De magnitudine, mobili, & continuitate.

Cap. XIII.

Tres ſūt dimenſiones in corpore.

Idem in li. 1. cœli & mundi: Corpus quidem diuiſibile eſt in omnes dimenſiones. Magnitudo autem quæcunque dimenſionem habet vnam, eſt linea; & quæ duas, ſuperficies; quæ vero tres, corpus. Dicunt etiam pythagorici, quod totum, ideſt perfectum; & res, ſcilicet completæ, tribus dimenſionibus diuiduntur, ſcilicet fine, medio, & principio, & hic quidē numerus eſt omnis rei, ſcilicet perfectæ & completæ, & ſignificat trinitatem rerum, ideſt in rebus exiſtentem. Nos vero non extraximus hunc niſi à natura rerum, & retinuimus ipſum ſimilem legi eorum; & per hunc quidem numerum adhibuimus nos ipſos magnificare Deum, vnumque creatorem proprietatibus eorum quæ creata ſunt eminentem. Vnumquodque corporum habet tres dimenſiones. Omnia vero corpora naturalia, & magnitudines, mouentur motu locali per ſe, quia natura eſt principium in eis.

Motus dicitur vnus tripliciter ſcilicet genere, ſpecie, & numero.

Idem in lib. Phyſi. Vnus autem motus dicitur multipliciter, ſcilicet genere, ſpecie, numero. Genere quidem vnus eſt ſecundum figuras prædicamenti. Loci mutatio quidem omni loci mutationi genere vnus eſt, non autem alteratio. Specie autem vnus, cum genere vnus, & indiuidua ſpecie ſit, vt coloris quidem ſunt differentię, omnis autem dealbatio omni dealbationi idem ſecundum ſpeciem erit, & omnis denigratio denigrationi, albedini autem non. Sed ſimpliciter vnus eſt, qui ſubſtantia quidem vnus eſt, aut numero. Sunt autem tria ſecundum numerum, circa quæ dicimus motum vnum, ſcilicet quod mouetur, & in quo, & quando. Omnem autem motum ſimpliciter vnum, neceſſe eſt continuum eſſe; ſi quidem omnis diuiſibilis eſt, & ſi continuus eſt erit vnus, quia vnum ſunt extrema. Multi autem & non vnus, quorum quies medium eſt. Dicitur autem vnus etiam perfectus, ſiue ſecundum genus, ſiue ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundum ſubſtantiam ſit. Aliquando autem, etſi imperfectus ſit, vnus dicitur, ſi ſolum continuus ſit. Prēter dictos autem modos, dicitur vnus motus regularis, ideſt æqualis & perfectus. Irregularitatis autem differentia eſt, aliquando quidem ab eo in quo mouetur; impoſſibile eſt enim regularem motum eſſe in nō regulari magnitudine, vt reflexi motus aut obliqui, aut alterius magnitudinis, quorum non conuenit contingens in contingentem partem: Aliquándo autem velocitate & tarditate determinatur. Cuius enim eadem velocitas eſt, regularis eſt; cuius autem nō, irregularis.

Tria requiruntur ad vnitatē numericā motus.

Quid motus regularis.

Idem in lib. 6. Continua ſunt quorum vltima ſunt vnum. Contigua vero quorum vltima ſunt ſimul. Conſequenter autem, quorum nihil eſt medium proximi generis. Impoſſibile eſt igitur ex indiuiſibilibus aliquid eſſe continuum, aut lineam ex punctis. Non enim vltima punctorum vnum ſunt, cum non ſit in eis aliud vltimum, aut aliqua pars indiuiſibilis, vnde neque contigua ſunt, quia nec eorum vltima ſimul. In contiguis quidem omnibus, aut totum tangit totum: aut pars partem, aut totum pars. Continuum enim habet aliquam partem extra aliam, ſcilicet ex quibus componitur, & diuiditur; & ſic diſſimilia, & loco diſcreta. Ergo etiamſi tangant ſe puncta, non faciunt continuum, eadem eſt ratio in omnibus indiuiſibilibus. At vero neque conſequenter inerit punctum puncto, ſiue vnum nunc alteri nunc, & ideo non erit his longitudo aut tēpus. Conſequenter enim eſt vnum alteri, quorum nullum eſt medium proximum, punctorum autem ſemper medium eſt linea, & ipſorum nunc tempus. Amplius, ex quibus eſt vnum quodque, in ipſa diuiditur: Nullum autem continuorum eſt in impartibilia diuiſibile, quare non poteſt ex his conſtare. Manifeſtum eſt enim quod continuum diuiſibile eſt, & in ſemper diuiſibilia. Eiuſdem autem rationis ſunt magnitudo, tempus, & motus, ſcilicet cuius rationis eſt continuum in generali. Quare manifeſtum eſt nullū iſtorum ex diuiſibilibus componi, vel in diuiſibilia diuidi.

Continuum non poteſt ex indiuiſibilibus componi

Continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia.

Seneca de naturalibus quæſtionibus lib. 6. Continuatio eſt partium inter ſe non intermiſſa coniunctio. Vnitas autem eſt ſine commiſſura continuatio, & duorum inter ſe coniunctorum corporum tactus.

Quid continuatio.

De Loco quid ſit.

Cap. XIV.

Ariſt. in lib. Phyſi. 3. Omne corpus eſt in loco; Et habet aut grauitatem aut leuitatem. Et graue

quidem

Dari locum probatur.

quidem in medio ſecundum naturam habet fieri, vt terra; leue autem ſurſum. *Idem in 4. lib.* Quòd autem locus ſit aliquid in natura patet, quoniam ea quæ ſunt, in loco ſunt, ſcilicet corpora: Et quia ſecundum locum ſit mutatio: Et quia vno corpore egrediente, & alio ingrediente, manet locus vnum & idem: Item quia habet aliquam potentiam à natura determinatam, vt patet in mutationibus phyſicorum corporum, & ſimplicium, ſcilicet ignis, & terræ, & huiuſmodi, nam vnumquodque fertur in locum ſuum proprium, non prohibitum; hoc quidem ſurſum, illud autem deorſum. Sunt enim hic loci partes ac ſpecies, ſurſum, deorſum, & reliquæ 6. diſtantiarum, quæ quidem non ſolũ quoad nos poſitione differunt, ſed in natura determinata ſunt.

Quid ſurſum & deorſum.

Surſum enim eſt vbi fertur leue; deorſum autem vbi graue. Idem oſtendunt etiam corpora mathematica, quia cum non ſint in loco ſecundũ poſitionem, tamen quantum ad nos ideſt ad intellectum noſtrum, habent dextrorſum & ſiniſtrorſum: Item etiam illi qui vacuum aliquid eſſe affirmant, locum eſſe ponunt; vacuum enim locus erit priuatus corpore. Eſſe igitur aliquid locum præter corpora, & omne corpus ſenſibile eſſe in loco, per hoc aliquis cõcipiat,

Locus duplex ſcilicet communis & proprius.

Habet autem locus diſtantiastres, ſcilicet longitudinis, profunditatis, & latitudinis, quibus determinatur omne corpus. Sicut autem omne corpus eſt in loco, ſic & in omni loco corpus. Sicut autẽ omne corpus eſt in loco, ſed neque minor neque maior locus eſt vnicuique ſcilicet locato. Et locus quidem, alius communis eſt, in quo omnia corpora ſunt, ſicut cœlum. Alius vero proprius, in quo primo ſcilicet corpus eſt. ſi autem locus primum continens vnumquodque corporum, terminus quidem eſt; quare videtur forma & ſpecies vniuſcuiuſque locus eſſe, quo determinatur magnitudo & eius materia; hæc eſt enim vniuſcuiuſque terminus.

Sic igitur conſiderantibus, ſcilicet locum in natura determinantibus locus vniuſcuiuſque ſpecies eſſe videtur. Materia vero, ſecundum quod videtur locus eſſe diſtantia magnitudinis, ideſt dimenſio; eſt enim æqualis magnitudini, & eſt altera à magnitudine cõtenta ſub ſpecie, & diffinita, hæc enim eſt contenta ſub ſpecie, & diffinita, ſicut ſub plano, ideſt ſuperficie, & termino, cumque enim remouetur terminus, ideſt quantitas, & paſſiones, ideſt qualitates; & ſpecies, ideſt formæ ſubſtantiales, nihil relinquitur præter materiam, vnde & Plato locum & materiã vnum & idem eſſe dicit in Timæo.

Locus nec eſt materia, nec ſpecies, ideſt forma.

At vero quod impoſſibile ſit horum quodlibet eſſe locum facile eſt videre, ſpecies enim & materia non ſeparantur à re, locum autem ſeparari contingit. Amplius quomodo ferrentur in locum ſuum, ſi locus eſſet materia vel ſpecies. Impoſſibile enim eſt id cuius, ideſt ad quod non eſt motus, neque ſurſum, neque deorſum, locum eſſe. Præterea ſi verè forma aut materia locus eſt, erit locus in loco; tranſmutantur enim ſimul cum re & mouentur & ſpecies, ſcilicet forma, & infinitum, ſcilicet materia.

Modi inexiſtendi ſunt varii.

Multis autem modis dicitur aliquid eſſe in alio: Vno quidem modo ſicut digitus in manu, & omnino pars in toto. Alio vero modo ſicut totum in partibus. Alio ſicut ſpecies in genere. Alio ſicut genus in ſpecie, vel pars ſpeciei, ideſt differentia in ſpeciei ratione. Alio ſicut ſanitas in calidis & frigidis, & omnino ſpecies in materia. Alio ſicut ſunt in rege diſpoſitiones, ſcilicet quæ ſunt Græcorum, & omnino motum in primo motiuo. Alio vero ſicut in optimo, & omnino in fine, hoc eſt cuius cauſa fit. Omnino autẽ & maximè proprius modus eſt ſicut in vaſe, & omnino in loco ſcilicet aliquid eſt. Et quoniam totum in partibus eſt, & ecõuerſo, dicetur eſſe totum in ſeipſo: quia ſcilicet totum & pars eiuſdem naturæ ſunt: ſed illo modo quo vinum eſt in vaſe, impoſſibile eſt eſſe aliquid in ſeipſo.

Quomodo primus locus ſit in loco.

Quod autem oppoſuit Zeno, quia ſi locus eſt, aliquid in alio erit, facilè eſt ſoluere. Nihil enim prohibet in aliquo quidem eſſe primum locum, non tamen in illo ſicut in loco, ſed ſicut ſanitas in calidis eſt, vt habitus; calor autem in corpore, vt paſſio; quare non neceſſe eſt in infinitum abire: Dignum eſt igitur locum eſſe, & primo quidem continere locatum, & nihil rei eſſe. Amplius, nec maiorem, nec minorem eſſe, nec deficere, vnicuique & ſeparabilem eſſe, ſurſum, & deorſum habere, & vnumquodque corpus natura ferri ſurſum vel deorſum; in locis proprijs manere.

Proprietates loci.

Quid ſit locus, quid eſſe in loco.

CAP. XV.

EX his ergo patet quid ſit locus. Forte autem quatuor ſunt, quorum vnum aliquid neceſſe eſt eſſe locum, ſcilicet aut formam, aut materiam, aut ſpatiũ aliquod inmedio extremorum, aut extrema. Forma quidem videtur eſſe, propter id quod continet: In eodem enim ſunt extrema continentis & contenti, cum ſcilicet tangant ſe. Sunt quidem vtrique termini, ſcilicet locus & forma: Sed non eiuſdem, ideſt non eodem modo. Nam ſpecies quidem rerum, ſcilicet contentarum, locus autem continentis corporis, ſcilicet à contento diuiſi. Materia vero eſſe videtur, quia in alteratione manente materia fit tranſmutatio, ſic & in loci mutatione manẽte loco. Præterea in mutatione elemẽtorũ, vbi erat aer hic, nũc aqua. Idẽ autem locus; quia vbi erat aer hic, ſcilicet in eodem loco, nũc aqua. Sed materia (vt prædictum eſt) nec diuiſa eſt à re, nec continet rem, locus autẽ vtrũq;. Ex eo autẽ quod manente continente mouetur contentũ diuiſũ, vt ex vaſe aqua, videtur locus eſſe ſpatium medium, ſcilicet receptum in partes ſuperficiei cõtinentis. Quod autem vnus & idẽ locus intranſmutatus recipiat diuerſa corpora ſecundũ ſucceſſionem, non videtur poſſibile, niſi locus ſit vltimũ continentis cũ ſpatio intercepto, ſupra quod ſuccedunt corpora. Hoc autẽ non eſt, ſcilicet quod ſpatiũ contentũ intra terminos continentis ſit locus, vel aliquid loci; ſi enim huiuſmodi dimenſio imaginata eſſet locus, infiniti eſſent loci in vno loco, eſſetq; alius locus, & multi loci ſimiliter eſſent, quod ſcilicet eſt impoſsibile. Si igitur nihil horũ triũ locus eſt, neceſſe eſt eſſe quartu, ſcilicet terminũ corporis continentis. Dico autẽ contentũ corpus, quod mouetur ſecundũ locũ. Et alia quidem ſunt in loco ſecundũ potentiam. Alia vero ſecundũ actum. Nam partes continui, cũ ſit vnũ ex eis, ſecundũ potẽtiam in loco ſunt, ſeparatę vero ſecundũ actum. Item quædã in loco ſunt per ſe, vt omne corpus ſecundũ locũ mobile, vel ſecundum augmentum. Alia vero per accidens, vt anima, & cælũ: non enim cælum alicui totum eſt nec in loco quodam quia nullum corpus ipſum continet, ſub quo moueatur: Sed partes eius quędam, in loco quodam ſunt: Omnes autem in eo quod circulariter mouetur; continet enim alia aliã, vnde circulariter ſolũ mouetur quod ſurſum eſt; omne nãque, ideſt vniuerſum, nõ eſt alicubi; quia quod alicubi eſt, extra ipsũ aliquid eſt, ſed extra omne & totũ nihil eſt. Ideo omnia in cęlo ſunt, quia cęlũ eſt quod omne eſt, ſc. quantũ ad continentiam omniũ corporũ. Eſt autẽ locus non cælũ, ſed cæli quoddam vltimũ, & tangens mobile, terminuſq; corporis quieſcentis. Terra nãque in aqua eſt, & hæc in aere, hic autẽ in æthere, & hic in cęlo. Cælum autẽ non amplius eſt in alio. Non itaque locus neceſſe eſt ſpatium aliquod eſſe corporeũ, nec puncti eſſe locũ. Et eſt locus alicubi, ideſt in aliquo, nõ ſicut in loco, ſed ſicut terminus in finito. Nõ enim omne quod eſt in loco eſt, ſed corpus mobile ſecundum locum, fertur enim vnumquodque in ſuipſius locum rationabiliter.

Forma non eſt locus.

Materia nõ eſt locus.

Spatium interuum non eſt locus.

Terminus corporis continentis eſt locus.

Multis modis aliquid dicitur in loco.

Quomodo ſuprema ſphæra ſit in loco.

De Tempore.

CAP. XVI.

TEmpus quidam totius, ſcilicet reuolutionis cœli motum eſſe dicũt, alij vero ipſam ſpheram,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quia & in tempore ſunt omnia, & in totius ſphera. A
Quid tempus. *Tempus eſt numerus motus, ſecundum prius & poſterius.* Tempus igitur non eſt motus, ſed id ſecundum quod habet numerari motus. Eſt quidem numerus dupliciter; eſt enim quod numeramus, & numerabile dicimus, & quo numeramus. Differunt autem hi ſicut motus & tẽpus: eſt enim numerus vnus & idem qui eſt centũ equorum, & qui centum hominum. Quorum vero numerus eſt, altera ſunt, vt equi ab hominibus. Tempus autẽ eſt quod numeratur, & non quo
Tempus eſt numerus numeratus, nõ autem numerans. numeramus, Menſuratque motum ſimul, & eſſe motus, & hoc eſt ipſi motui eſſe in tempore, menſurari tempore, & menſurati ipſum eſſe ipſius.

In tempore autem eſſe dupliciter accipere eſt, ſcilicet eſſe quãdo tempus eſt, & eſſe ſub tempore: ſicut quædam in loco, vel numero eſſe dicimus, quia ſub loco, & ſub numero continentur: Eſſe enim in numero, eſt eſſe quendam numerum rei, & menſurari eſſe B
Aliud eſt eſſe ſub tempore ſeu menſuraria tẽpore, aliud eſſe quando tẽpus eſt. ipſius, numero in quo eſt. Manifeſtũ eſt autem, quod eſſe in tempore, non eſt eſſe quando tempus eſt, ſicut nec eſſe in motu vel in loco, quando motus vel locus eſt. Si enim ſic eſſet, omnes res eſſent in quolibet. Neceſſe eſt itaque omnia quæ ſunt in tempore, & aliquid pati ſub tempore, ſicut dicere conſueuimus, quia tabefacit tempus, & ſeneſcunt omnia ſub tempore, & obliuiſcitur propter tempus; ſed non didicit, neque nouum factum erit, neque bonum. Eſt enim corruptionis cauſa per ſe, quia numerus motus eſt, motus autẽ diſtãre facit quod eſt. Quare patet quod quę ſemper ſunt, non ſunt in tempore. Non enim eorum eſſe menſuratur ſub tempore. Cuius ſignum eſt, quia nihil patiuntur à tempore. C

Tempus eſt etiam quietis menſuratio ſicut & motus. Quoniam autẽ tempus eſt menſuratio motus, erit & quietis metrum ſecundũ accidens, ideſt ſecundũ poſterius: omnis enim quies, in tempore eſt. Non enim ſicut quod eſt neceſſe eſt moueri, ſic & in tempore: quia tempus eſt numerus motus, in numero autẽ motus contingit eſſe, & quieſcens; non enim immobile quieſcit, ſed aptũ natura moueri, priuatũ autem motu. Eſt itaque tempus motus, & quietis menſuratio. Sed omnino menſura eſt motus per ſe, aliorum autem ſecundum accidens.

Quæ dicũtur eſſe in tẽpore Ergo quorum eſſe menſurat, his omnibus inerit eſſe in quiete, & motu. quęcumque etiam corruptibilia & generabilia ſunt, & omnino aliquando quidẽ D
ſunt, aliquando non, neceſſe eſt in tẽpore eſſe; eſt enim tempus quoddam plus quod excellit eſſe ipſorum, & menſurati ſubſtantiam. Quotumcunque autem contrarium non ſemper eſt, hæc quidem poſſunt eſſe & non eſſe, & ipſorum eſt generatio & corruptio. In tẽpore quidem omnia fiunt & corrumpuntur. Mutatio tamen magis deſtructiua eſt per ſe, & corruptionis cauſa: generationis autem, & ipſius eſſe ſecundum accidens. huius ſignum eſt, quia nihil fit, ideſt generatur, niſi moueatur quodammodo ipſum, & agat. Corrumpitur autem etiam cum nihil moueatur: hanc quidem corruptionem non facit tempus; ſed accidit in
Tempus motum determinat. tempore fieri, vel ſub tempore. Tempus itaque determinat motum, cum ſit ipſius numerus, vt dictum eſt. E

De Partibus temporis.

Cap. XVII.

Momentum eſt cõtinuatio temporis. *Ariſtoteles vbi ſupra.* Ipſum autem nunc, eſt continuatio temporis, continuat enim præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis eſt: Eſt enim huius quidem principium, illius autem finis.
Obiectio. Hinc etiam videtur quod tempus omnino non ſit, huius enim hoc quidem iam præterijt, & non eſt; illud autem futurum, & nondum eſt. Ex his autem quæ non ſunt, compoſitum eſſe impoſſibile videtur. Item omnis partibilis ſi quid ſit, neceſſe eſt aut omnes, aut quaſdam partes eſſe temporis, aut aliæ tranſierunt, aliæ futuræ ſunt. Ipſum autem nunc, non eſt pars, menſurat enim pars, & oportet componi totum ex partibus; tempus autem non videtur componi ex ipſis nunc, quia ſimul non ſunt. Sed ſemper corrumpi neceſſe eſt prius. Sic itaque impoſſibile eſt ſe habere ad inuicem ipſa nunc, ſicut punctum cum puncto: at vero nec idem nec ſemper manere poſſibile eſt: nullius enim diuiſibilis finiti vnus terminus eſt, nec ſi in vno termino ſit continuum, neque ſi in plura. Ipſum autem nunc, terminus eſt, & tempus eſt accipere finitum.

Verum tempus (vt dictum eſt) eſt menſura, vel numerus motus, ſecundum prius & poſterius. Nam in motu neceſſe eſt eſſe prius & poſterius proportionale his ſecundum quæ ſunt; prius autem & poſterius dicimus ſecundum ad ipſum nunc diſtantiam. quare quoniam ipſum nunc in tempore eſt, eſt enim terminus præteriti, & initium futuri; & prius & poſterius erunt in tempore, in quo enim eſt ipſum nunc, & eius diſtãtia. Contrario autem modo dicitur prius, ſecundum præteritum tempus, & futurum: nam in præterito prius dicitur quod longius eſt ab ipſo nunc, poſterius autem quod propè. In futuro autem econuerſo. Tempus igitur cognoſcimus, cum diffiniuerimus motum, prius & poſterius determinantes. Videtur eſſe tempus in cœlo, & in terra, & in mari, & in omni. Hæc enim mouentur omnia, & in loco omnia ſunt tempus autem & motus ſimul inſunt ſecundum potentiam & actum.

Idem in 8. lib. Tempus autem Plato ſolus omnium Philoſophorum dicit eſſe genitum, ſimul enim ipſum cum cœlo factum. Nihil autem eſt accipere in tempore præter nunc, quod eſt medietas, habens ſimul principium quidem futuri, finem vero præteriti.

Auguſt. in lib. confeſſionum 11. O ſapientia Dei, lux mentium; omnia tempora tu feciſti, & nulla tibi coæterna ſunt: quia tu permanes, at illa ſi ſemper permanerent, tempora non eſſent. Quid eſt enim tempus? quis hoc facile & breuiter explicauerit? Si nemo ex me quærat, ſcio. Si quærenti explicare velim, neſcio. Hoc tamen ſcio, ſi nihil præteriret non eſſet præteritum tempus: ſi nihil adueniret, non eſſet futurum: & ſi nihil eſſet, non eſſet præſens tempus. Duo ergo iſta tempora, præteritum & futurum quomodo ſunt? quoniam & præteritum iam non eſt, & futurum nondum eſt, præſens autem ſi ſemper præſens eſſet, nec in præteritum tranſiret, non iam eſſet tempus, ſed æternitas. Sunt ergo præterita & futura, & ſcire volo vbi ſint: quod ſi non valeo, ſcio tamen vbicunque ſunt non ea ibi futura eſſe, aut præterita: ſed præſentia: nam ſi ibi futura ſunt, nondum ſunt: ſed ſi ibi præterita ſunt, iam non ſunt. Vbicunque ergo ſunt, quæcunque ſunt, non ſunt niſi præſentia: quanquam præterita, cum verba narrantur, ex memoria proferuntur, non res ipſæ quæ prętereunt, ſed verba concepta ex imaginibus earum, quæ in anima velut veſtigia per ſenſus prætereundo, fixerunt. Pueritia quippe mea, quæ iam non eſt, in præterito eſt tempore, quod iam non eſt: imaginem vero eius, cum eã recolo & narro, in pręſenti tempore intueor, quia adhuc eſt in memoria mea. Quæ autem nunc loquor, nec prętereita nec futura ſunt, nec propriè debent tria eſſe tempora, præteritum, præſens, & futurum. Sed fortaſſe propriè diceretur, tempora ſunt tria, præſens de præteritis præſens, de præſentibus, præſens de futuris.

Enodatio.

Tempus eſt in omni mobili, quia motus & tẽpus ſimul inſunt.

Difficile eſt explicare naturã temporis.

Qualiter tempus menſuretur, aut numeretur motus in anima.

Cap. XVIII.

Ante ergo animæ motus, tempora metior affectione, quam res prætereuntes in re faciunt, & cum illæ præterierint, manet. Ipſam metior præſentem, cum tempora metior. Ergo aut ipſa ſunt tempora, aut non metior tempora. itaque ſi

volue-

Intellectus menſurat tẽpus ſecundũ partes apprehẽſas ſimul, quæ tamen ſimul non ſunt.

voluerit aliquis edere longiuſculam vocem,& conſtituerit præmeditando,quã longa futura ſit,egit vtique ille in ſilentio ſpatiũ temporis, memoriæq; cõmendans cœpit edere illã vocẽ quæ ſonat, donec ad propoſitum terminũ perducatur atque peragatur; immò ſonuit, & ſonabit: nam quod eius iam præteritũ eſt, vtique ſonuit, quod autem reſtat, ſonabit. Atque ita peragitur,dum præſens intentio futurũ in præteritum traijcit, diminutione futuri, creſcẽte præterito,donec conſumptione futuri ſit totũ præteritũ.Sed quomodo minuitur futurũ,quod nondũ eſt,& creſcit præteritũ, quod iã nõ eſt,niſi quia in animo qui hoc agit tria sũt. Nam & expectat, & attendit, & meminit, vt id quod expectat,per id quod attendit,tranſeat in id quod meminit. Quis negat futura nondum eſſe, ſed tamen iam eſt in animo expectatio futurorũ. Et quis negat præſẽs tẽpus carere ſpatio,quia in puncto præterit,ſed tamen perdurat attentio per quã pergat ab eſſe, ad id quod aderit:non igitur longum tempus futurũ quod non eſt, ſed longum præteritum, longa præteriti eſt memoria.

Dicturus ſum canticũ quod noui;antequã incipiam in totum expectatio mea tenditur; cũ autem cœpero, quantum ex ipſis in præteritum decerpſero, tenditur in memoria mea,atque diſtenditur vita huius actionis meæ in memoriã,propter quod dixi; & in expectationem propter quod dicturus ſum; præſens tamen adeſt attentio mea, per quam traijcitur quod erat futurum, vt fiat præteritum. Quod quanto magis agitur, tanto breuiata expectatione prolõgatur memoria,donec tota expectatio conſummatur; cũ tota illa tranſierit in memoriam,finitur actio.Et quod in toto cantico,hoc in eius ſingulis partibus fit, & in ſingulis ſyllabis, hoc in actione longiore,cuius forte particula eſt illud canticum,hoc in tota vita hominis cuius partes ſunt omnes actiones hominis,hoc in toto ſeculo filiorũ hominum,cuius partes ſunt omnes actiones vitæ hominũ.

Ariſt.in li.4.Phyſi. Dubitabit autem aliquis,vtrum ſi non ſit anima, erit tempus an non : ſi enim impoſſibile ſit numerantẽ eſſe, impoſſibile etiam erit aliquid eſſe numerabile, quare neq; numerus erit. Numerus enim eſt,aut quo numeratur, aut numerabile; ſi ergo nihil aliud eſt aptum natum numerare, quã anima,& intellectus,impoſſibile eſt eſſe tempus, ſi non ſit anima, quia tempus eſt numerus motus. Et omne quidem tempus vnum ſimiliter & ſimul eſt, ſpecieautẽ hæc non ſimul ſcilicet quæ tempore mẽſurantur: Nã & 7.canum& 7.equorum idem eſt numerus,ſed tamẽ hi canes ſunt, illi autem equi : ſic & motuum ſimul terminatorum idem eſt tempus. Sed hic quidem fortaſſis velox; ille autem non. Et alius quidem loci mutatio eſt, hic autem alteratio. Motus itaque diuerſi,& ſeorſum ſunt, tempus autem vbiq; idem:quia numerus vnus vbique idem eſt, videtur autem tempus eſſe ſpheræ motus, quia hoc menſurantur alij motus.

Solutio dubij

Tẽpus vbiq; idem eſt.

Tempus eſt motus primi mobilis.

De Motu & quiete.

Cap. XIX.

Idem in 3.li. Quoniam autem natura principium eſt motus & ſtatus & mutationis,non oportet ignorari naturam. Videtur autem motus eſſe continuorum: Sed infinitum apparet in continuo, eſt enim diuiſibile in infinitũ. Sine etiam loco & vacuo & tempore impoſſibile eſt eſſe motum:non eſt autem motus præter res, mutatur enim ſemper id quod mutatur, aut ſecũdum ſubſtantiam, aut ſecundum qualitatem ; aut ſecundũ quantitatem,aut ſecundũ locum. Vnũquodq; autẽ dupliciter ineſt omnibus,vt hoc aliquid,hoc quidem forma ipſius, aliud vero priuatio. Et ſecũdũ qualitatem,hoc quidem albũ,illud vero nigrum,& ita de cęteris. Quare motus & mutationis tot ſunt ſpecies, quot & entis. Et motus quidẽ videtur eſſe actus imperfectus, neq; enim poſuit eum aliquis in aliquo alio genere quam in genere actus. Mouetur autem omne mouens phyſice,ideſt naturaliter, cũ ſit potentia mobile,& cuius immobilitas quies eſt. Æs quidẽ potẽtia eſt ſtatuæ, ſed tamen non æris endelechia in quantum ęs motus eſt. Non enim idẽ eſt æri eſſe,& potẽtia mobili,quoniã ſi idem eſſet ſimpliciter & ſecundũ rationem,eſſet vtique æris in quantũ ęs endelechia motus, ſed non eſt idẽ quemadmodũ dictũ eſt. Manifeſtũ intendẽtibus quemadmodũ ponunt ipſum alteritatẽ,& inæqualitatẽ,& quod nõ eſt dicentes eſſe motũ,quorum nullũ neceſſarium eſt moueri, neq; ſi altera ſint, neque ſi inæqualia, neque ſi non ſint, ſed neque mutatio, neque in hoc, neque in his,magis autẽ quam ex oppoſitis. Inconueniens autẽ eſt idẽ moueri ſecundũ duos motus. Impoſsibile autẽ eſt duorũ diuerſorũ ſpecie vnũ & eundẽ eſſe actũ;motus quidẽ eſt actus mobilis,& motiui, oportet enim eũ actũ ineſſe vtriq; ſed mobili ineſt in ipſo poſſe, mouenti autẽ in ipſo agere.

Motus eſt actus mobilis & motiui

Idem in li.8. Dicimus autem motũ eſſe endelechiam, ideſt actum mobilis,ſecundũ quod mobile eſt. Item motus eſt actus mobilis imperfectus. *Idem in li.6.* Neceſſe eſt autem tempus eſſe continuũ, & omnem motum diuidi ſecundum tempus,& eaſdem eſſe diuiſiones tẽporis, & motus, & ipſius moueri, & quod mouetur, & in quo mouetur. At non omni ſimiliter in quibus eſt motus: Sed quanti quidem ſecundum ſe, qualis autem ſecundum accidens. In ſola enim mutatione quæ eſt ſecundum qualitatem, contingit indiuiſibile per ſe eſſe. Eſt autem in tempore aliquid indiuiſibile, quod dicimus eſſe ipſum nunc. Si enim diuiſibile eſt, erit aliquid quod factum eſt in futuro, & aliquid futuri in eo quod factum eſt.Secundum enim quod diuidetur, determinat præteritum & futurum, & in ipſo quidem nunc, eſt motum & mutatũ, moueri autem impoſsibile. Manifeſtum enim quoniam in ipſo quidem nunc nihil mouetur, alioquin in ipſo contingeret, & velocius, & tardius moueri ; ſimiliter nec in eo contingit quieſcere. Quieſcere namque dicimus,quod ſimiliter ſe habet,& ipſum & partes nũc, vt prius. In ipſo vero nunc, non eſt prius, quare neque quieſcere. Neceſſe eſt igitur moueri, quod mouetur in tempore, & quieſcere quieſcens. Impartibile autem non contingit moueri, niſi ſecundum accidens, & partem totius motus. Motus autem diuiſibilis eſt dupliciter : Vno quidem modo tempore: alio vero ſecundũ motum partium illius quod mouetur. Impoſsibile eſt autem in infinito tempore finitũ moueri, & infinitum ex finitis eſſe.

Quid motus

Eadẽ eſt diuiſio temporis & motus &c.

Nihil poteſt in inſtanti moueri aut quieſcere.

Indiuiſibile non poteſt mouer i niſi per accidens.

Idem in 5.lib. Non ſolum motus motui videtur eſſe contrarius,ſed & quies,priuatio enim eſt.Simul etiam quietes adinuicem contrariæ ſunt, magis autem motus motui contrarius eſt, quàm quies. Quibuſcunque autem non inſunt contraria, horum mutatio quidem eſt oppoſita,ſcilicet quę eſt ex ipſo, eiq; eſt in ipſum, motus autem non eſt. Non ſolum autem in mutatione ſecundum locum, & ſecundum naturam, & extra naturam,ſunt & motus & quietes. Sed & generationes quædam violentæ ſunt, & non ordinatæ: corruptiones quoque quibus contrarię ſunt quæ ſecundum naturam ſunt. Augmenta quoque violenta ſunt, vt quæ velociter propter alimentum pubeſcentiũ fiunt, ſimiliter & decrementa. In alteratione ſimiliter erunt, aliæ quidem violentæ, aliæ vero naturales.

Contrarietas reperitur in motu, atque etiã in quiete

De Differentia motus & mutationis.

Cap. XX.

Differt autem mutatio à motu.Ex quibuſdã enim ſubito in quoddam ſubiectum eſt mutatio. Motus eſt, qui eſt ex contrario in contrarium. Et ei contrarius eſt motus, qui eſt ex contrario in contrarium. Vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem, contrariatur ei qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. Qui autem eſt in contrarium ſolum, non eſt motus ſed mutatio, vt fieri album non ex quodam eſt. In quibus autem non eſt contrarium, quæ eſt ex ipſo , eique eſt in ipſum contraria mutatio eſt, vt generatio corruptioni

Diſcrimen inter motum & mutationem.

Tot ſunt motus ſpecies quot entis; motus autem eſt actus imperfectus.

contraria

contraria eſt,&remotio,ſc.formæ à materia;contraria A eſt acceptioni,hæ vero mutationes,&non motus ſunt.

Tripliciter aliquid dicitur moueri aut mouere.

Tranſmutatur autem omne tranſmutans,aliud ſecundum accidens, vt cum dicimus muſicum ambulare, quia qui accidit eſſe muſicũ ambulat, ſcilicet homo. Aliud vero ſecundum partem,vt corpus ſanatur, quia oculus, vel thorax. Aliud autem primo & ſecundum ſeipſum mobile eſt, vt alterabile. Eſt autem & in mouẽte ſimiliter diuiſio. Aliud enim mouet ſecundum accidens, aliud ſecundum partem; aliud autem per ſe; vt medicus ſanat, manus autem vulnerat. In omni quoque mutatione eſt aliquid mouẽs primum, & aliud quod mouetur, & in quo, ſcilicet tempore, & præter hæc ex quo, & in quod; magis autem ex eo in quod mouetur,quam ex quo mouetur,mutatio denominãtur. Vnde corruptio eſt mutatio in non eſſe,& hoc ex eſſe Generatio vero in eſſe,& hoc ex non eſſe.

Mutatio denominatur à mobili potius quam mouente.

Species autem, & paſſiones, & locus in quo mo- B uentur quæ mouentur, immobilia ſunt, vt ſcientia, & calor. Et motus quidem non eſt in ſpecie, ſed in eo quod mouetur, & in mobili ſecundum actum ſit. Itaque ſecundum accidens mutatio relinquatur, in omnibus enim,& ſemper,& omnium eſt. Quæ vero non ſecundum accidens eſt,ſed per ſe,non eſt in omnibus, ſed in contrarijs, in medijs, & in contradictione.

Motus tripliciter dicitur vnus.

Vnus autem motus dicitur multipliciter ſcilicet genere, ſpecie, & numero: Sed ſimpliciter vnus eſt, quia ſubſtantia quidem vnus eſt, aut numero. Sunt autem tria ſecundum numerum, circa quæ dicimus motum vnum, ſcilicet quod mouetur, & in quo, & quando. Omnem autem motum ſimpliciter vnum, neceſſe eſt continuum eſſe,ſi diuiſibile eſt. Si autem C continuus eſt,erit vnus,quia vnum ſunt extrema;multi autem,& non vnus,quorum quies medium eſt. Dicitur autem vnus etiam imperfectus, ſiue ſecundũ genus, ſiue ſecundũ ſpeciem, ſiue ſubſtantiam ſit. Aliquando autem & ſi imperfectus ſit, vnus dicitur, ſi ſolum continuus ſit.

Præter dictos autem modos dicitur vnus motus regularis ideſt æqualis, & perfectus. Irregularis autem differentia eſt, aliquando quidem ab eo in quo mouetur. Impoſſibile eſt autem regularem eſſe motũ in non regulari magnitudine, vt reflexio motus, aut obliqui. Aliquãdo enim velocitate & tarditate determinatur. Cuius enim eadem velocitas eſt, regularis eſt; cuius autem non, irregularis.

Quis motus regularis, quis irregularis.

D

De Speciebus mutationis & motus.

CAP. XXI.

Mutatio intelligitur quadrifariã

QVoniam autem omnis mutatio eſt ex quodam in quiddam, mutabit mutans quadrifariè. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum. Aut ex non ſubiecto in non ſubiectum. Aut ex ſubiecto in non ſubiectum. Aut ex non ſubiecto in ſubiectum. Dico autem ſubiectum affirmatione monſtratum. Quare neceſſe eſt ex his quæ dicta ſunt tres eſſe mutationes. Nam illa quæ eſt ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt mutatio,quia non eſt ſecundum contrapoſitionem, neque enim contrarietas neque contradictio eſt. Ex non ſubiecto quidem in ſubiectum, mutatio ſecundum contradictionem,generatio eſt. Et alia quidem ſimpliciter generatio eſt, vt quæ eſt ex non eſſe ſimpliciter in ſubſtantiam, ſecundum quam ſcilicet ſimpliciter fieri & non fieri dicimus. Alia vero quædam cuiuſdam,vt ex non albo in album. Quæ vero ex non ſubiecto in non ſubiectum, corruptio eſt. Simpliciter quidem illa, quæ ex ſubſtantiam in non eſſe eſt. Quædam eſt autem, quæ eſt in oppoſitam negationem,ſicut dictum eſt,& in generatione. Quoniam autem impoſſibile eſt, quod non eſt moueri, generatio motus non eſt, fit enim quod non eſt; ſed neque corruptio motus eſt. Contrarium autem motui, aut motus, aut quies eſt; corruptio autem generationi contrarium eſt. Cum autem omnis motus mutatio quędam ſit,& trium prædictarum mutationum generatio & corruptio motus non ſint,quæ ſunt ſecundum

Generatio non eſt motus nec conſequẽter corruptio.

contradictionem;neceſſe eſt ex ſubiecto in ſubiectum mutationem motum eſſe ſolum. Subiecta autem dico aut contraria, aut media, priuatio autem ponatur contrarium. Cumque diuiſa ſint prædicamenta ſubſtantia,& qualitate, &c. ſecundum ſubſtantiam non eſt motus,quia ſubſtantię nullum ineſt cõtrariorum. Similiter neque in adaliquid: contingit enim altero mutante verum eſſe alterum nihil mutans, quare ſecundum accidens motus horum eſt. Similiter neque agentis, neque patientis, nec omnis quod mouetur aut mouet, quia motus non eſt motus, nec generationis generatio, nec omnino mutationis mutatio. Cum enim omne quod mouetur tripliciter moueatur. Aut in eo quod ſecundum accidens, aut quo pars aliqua, aut quo per ſe. Secundum accidens ſolummodo contingit mutare mutationem,vt qui ſanus ſit currat, addiſcat. Secundum accidens autem mutationem ſuperius diuiſimus. Quoniam igitur non ſubſtantiæ,nec ad aliquid,nec alicuius cæterorum,relinquitur ſecundum quale,& quantum & vbi,motum eſſe ſolummodo. In vnoquoque enim horum eſt contrarietas. Motus igitur ſecundum quale eſt alteratio; motus autem ſecundum quantum communi nomine caret, ſed aut augmentum eſt, aut decrementum. Qui autem ſecũdum vbi proprio & communi nomine caret,ſed loci mutatio dicitur. Eſt autem motus, aut ex contrario, aut in contrarium, aut ſimpliciter, aut ſic. Immobile autem eſt, quod omnino impoſſibile eſt moueri, vt ſonus inuiſibilis: Et quod in multo tempore vix mouetur; aut quod tarde incipit, quod dicitur grauiter moueri, & quod aptum quidem natum eſt moueri,& poſſibile non mouetur, aut tunc cum aptum natũ eſt moueri, & vbi & ſic. *Idem in lib.*8. Omnis autem expoſitio terminis contrarij ſunt motus & mutationes, vt generationi quidem & corruptioni, termini ſunt eſſe & non eſſe. Alterationi autem paſſiones contrariæ; augmento vero & decremẽto magnitudo & parnitas. Contrarium autem ſecundum locum eſt, qui eſt ſurſum, ei qui eſt deorſum, &c.

Motus eſt mutatio ex ſubiecto in ſubiectũ cã contrarietate aliqua fundante ſucceſſionem

Datur motus ad quãtum, quale & vbi tantummodo.

In omni motu & mutatione termini ſunt contrarij ſaltem late.

De generatione & corruptione.

CAPVT XXII.

*Ariſt.in li.*1.*de Gene.& corru.* Vnam quidẽ ſemper eſſe contrarijs ſupponendũ materiã in tranſmutationibus manifeſtum eſt, ſiue tranſmutetur ſecundum locũ, ſiue ſecundũ diminutionem & augmentationẽ,ſiue ſecundũ alterationẽ;ideſt tria ſunt principia tranſmutationis,materia ſcilicet,& duo cõtraria, vnaque eſt materia omnium, quæ ad inuicem tranſmutantur; & ſubiectum vnum eſt, quod ſi alteratio eſt. *Generatio autẽ* & corruptio,quando tranſmutatio fit ex hoc toto in hoc totũ,ideſt quando tota forma ſubſtãtialis rei tranſmutatur. Cũ igitur in ſubiecto eſt tranſmutatio, generatio & corruptio eſt; quando vero in paſſionibus,& ſecundũ accidens,alteratio. verũtamen generatio ſimplex eſt in ſimpliciter ens, & corruptio ſimplex in ſimpliciter non ens, quia ſcilicet ſiunt ſecundu formas ſubſtãtiales. Quæcunq; vero nõ ſubſtantiã ſignificant, ſed accidens, etiã non debent ſimpliciter, ſed ſecundũ quid generari, vt cũ ex non albo fit albũ, aut ex non bono bonũ. Et illud quidẽ ex quo generatur,ideſt quod generationi ſubijcitur, poteſtate eſt ens,actu vero non ens. Vnius autẽ rei corruptio, eſt alterius generatio, & econuerſo,quia & ex quo ſc. generatur quid, in hoc & diſſoluitur: Et ad quod terminatur corruptio, ab eodem incipit generatio. Quo circa inquietã, ideſt inceſſabilem ac perpetuã neceſſe eſt eſſe tranſmutationem, ideſt generationẽ & corruptionẽ. *Tranſmutatio* quidẽ eſt ſecundũ contraria. Sed quando ſecundũ quantũ tranſmutatio fit contrarietatis,augmentũ eſt & diminutio. Quando ſecundũ locũ, eſt ambulatio. Quando autẽ ſecundũ paſſionẽ & quale, alteratio. Quando vero totũ tranſmutatur,nõ manente ſubiecto, ſcilicet in actu, quia in potentia bene manet idem, eſt generatio, & corruptio. Eſt autẽ hyle (ideſt materia) maximè quidem proprium ſubiectum

E

Quid generatio & corruptio.

Corruptio vnius eſt generatio alterius & contra.

generatio-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

generationis & corruptionis ſuſceptibile, modo autem aliquo & alijs tranſmutationibus.

Prima generabilia & corruptibilia ſunt quatuor elementa.

Idem in lib.2. Prima vero generabilia & corruptibilia ſunt quatuor elementa, propter contrarietates, ſcilicet tangibiles, vt ſunt graue & leue, calidum & frigidum, humidum & ſiccum, lubricum & aridum, durum, & molle, aſperum & leue, craſſum & ſubtile. Impoſſibile eſt autem id ex quo generatũ eſt aliquid enunciari, ideſt prædicari de generato. Non enim bene dicitur ignis eſt aer, nec econuerſo. Sed verè dicitur annulus eſt aurum, & verius (ideſt eſſentialius) quàm aureum, quia non eſt huiuſmodi permutatio generatio, ſed alteratio, ſiue transfiguratio.

Ariſt. in Metaph. li.1. Inter eſſe & non eſſe eſt generatio, itaque illud quod generatur, ſemper eſt inter illud quod eſt ens, & illud quod nõ ens, addiſcens enim eſt genitum ſciens; & hoc intendimus cum dicimus, quod ex addiſcente fit ſciens. Quædam autem non reuertuntur ad inuicem, ſcilicet quorum vnum eſt poſt alterum, vt ex puero fit vir, non econuerſo. Alia vero reuertuntur, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, vt ex aere fit aqua, per corruptionem ipſius aeris. Omnia autem corrupta vadunt ad ea ex quibus ſunt

De Mixtione.

Cap. XXIII.

Quid mixtio & miſcibile.

Idem in lib. de generatione & corruptione. Mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio. Miſcibile vero eſt, quicquid bene determinabile, ens paſſiuũ eſt, & actiuum; vt humidum. Non enim omne omni miſcibile eſt, ſed oportet alterum mixtorum eſſe ſeparabile. Vnde impoſſibile eſt paſſiones & habitus miſceri rebus, vt album corpori, quia paſſionum nulla ſeparabilis eſt, ſcilicet ſecundum ſe; ſed neque non tangentia adinuicem contingit miſceri. Contingit autem mixta qualiter (ideſt quodammodo) eſſe, & alio modo non eſſe. Actu quidem ente alio generato ex ipſis, potentia vero alterutro eorum quę fuerant antequam miſcerentur; vt ſcilicet caro aliud eſt à quatuor elementis actu, potentia tamen eſt illa. Ea vero quæ miſcentur, prius ex ſeparatis conueniunt, id eſt prius quidem ſeparata erant, & coeuntia ſeparari rurſus poſſunt.

Mixta debẽt eſſe ſimilium partium & eiuſdo materia vel generis, nec nõ in quantitate proportionata.

Oportet autem mixta ſimilium eſſe partium. Vnde ſi miſceatur hordeum frumento, non eſt mixtio, ſed compoſitio. *Illa* vero quorum eadem eſt materia, & actiua ſunt, & paſſiua adinuicem, ſed ea quorum non eſt eadem materia, faciunt entia impaſſibilia, & horum non eſt mixtio. Ideoque nec medicina ſanitatem faciens, neque ſanitas corporibus mixta eſt. Actiuorum etiam & paſſiuorum quęcunque ſunt facile diuiſibilia, ideſt determinabilia, multa quidem paucis, & magna paruis compoſita, non faciunt mixtionem, ſed dominantis augmentationem, alterum enim in dominans tranſmutatur. Ideoque gutta vini mille amphoris aquæ non miſcetur, quia ſpecies vini ſoluitur, & in omnem aquam tranſmutatur. Quando vero potentijs adæquantur, tunc quidem alterutrum indominans ex ſui natura tranſmutatur, non autem generatur alterum, ſed medium commune. Denique parua paruis miſcentur, magis facilius enim ac citius in inuicem tranſeunt. Ideo & bene determinabilia diuiſibilium ac paſſiuorum ſunt miſcibilia, quia facile diuiduntur in parua; talia vero ſunt humida, vnde & humidum maxime miſcibile eſt omnium corporum, ſi non ſit lubricum & viſcoſum.

Humidũ eſt maxime miſcibile ſi non ſit lubricum & viſcoſum

De mouente, & motu.

Cap. XXIV.

Omne quod mouetur ab alio mouetur vel à ſe: quod autem ab

Ariſt. lib.7. phiſi. Omne quod mouetur, ab aliquo moueri neceſſe eſt: Si igitur in ſeipſo non habet principium motus, ab altero mouetur. Quod quidem à ſeipſo mouetur, nullo modo pauſabit. Si autem quod mouetur, ab altero mouetur, ipſum autem mouens etiam mouetur, & mouens igitur ab alio mouetur, & iterum hoc ab altero, neque in infinitũ abit, ſed ſtabit alicubi, & erit aliquid primum, quod erit cauſa motus.

aliquod habet aliquod primum mouẽs

Idem & in 8. lib. Eorum autem quæ mouentur, alia quidem mouentur à ſeipſis, alia ab alio: & eadem quidem natura, alia vero violentia, & extra naturã. Quæcunque à ſeipſis mouentur, natura mouẽtur, vt quodlibet animalium. Quæ autem ab alio, alia quædam natura mouentur, alia extra naturã. Ex natura, vt ignis ſurſũ, terra deorſum, quia apta nata ſunt ibi eſſe. Extra vero, vt ignis deorſũ, terra ſurſũ. Leuia enim & grauia, in oppoſita loca mouentur violenter: In propria vero natura, leue quidem ſurſum, graue autẽ deorſum, non tamen à ſeipſis. Animalium enim hoc eſt, & animatorum proprium.

Quæ mouẽtur à ſe, natura mouẽtur, vt animalia: quæ vero ab alio, quædam à natura, vt lapis deorſũ; quædam extra naturã, vt lapis ſurſum.

Impoſſibile eſt autem in infinitum abire mouens & motum. Quod enim mouetur, non neceſſe eſt mouere, ſed quod mouet, neceſſe eſt moueri, excepto primo mouente, quod manifeſtum eſt eſſe immobile. Nam omne quod mouetur neceſſe eſt eſſe cotinuum, & diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Siquidẽ neceſſe eſt, & motũ ſemper eſſe, & continuum eſſe. Quare neceſſe eſt eſſe aliquod vnum & perpetuum primũ mouẽs, & nullam habens magnitudinem. Si enim habet, aut finita aut infinita; ſed infinitam non contingit eſſe magnitudinem. Quod autem finitum eſt, impoſſibile eſt infinitam habere potẽtiam. Impoſſibile quoque à finito moueri aliquid ſecundum infinitum tempus. Si ergo primum mouens, perpetuum mouet motum, & infinito tempore, patet quod indiuiſibile eſt & impartibile, nullamque habens magnitudinem: Ipſumque motum quem primum mouẽs mouet, eſſe vnum & eundem & continuum, & primum. Mouetur autem & quieſcit quodammodo ſphæra, eundem enim obtinet locum.

Omne quod mouet neceſſe eſt moueri, excepto primo mouente quod eſt immobile & indiuiſibile.

Quod in omni ſpecie motus inter mouentem & motum nihil ſit medium.

Cap. XXV.

Idem in lib.7. In omni autem mouente, & quod mouetur, dico quia nihil ipſorum medium eſt. Triplici ergo exiſtente motu, ſcilicet ſecundum locum, ſecundum qualitatem, ſecundum quantitatem, Primo de loci mutatione dicendum; hic enim eſt primus motuum. *Omne* igitur quod fertur, aut à ſeipſo mouetur, aut ab altero. Si autem à ſeipſo, manifeſtum eſt, quia ſimul mouens, & quod mouetur erit, & nullum ipſius medium: Motus autem ab altero quatuor ſunt ſcilicet pulſio, tractio, vectio, vertigo. Omnes namque alios in hos neceſſe eſt contingere. *Pulſio* eſt à ſeipſo, vel ab alio ad aliud, motus. *Tractus* autem eſt motus ab alio ad ipſum, aut ad aliud. *Pulſionis* quidem alia eſt impulſio, alia expulſio. *Impulſio* eſt cum mouens ei quod mouetur non deficit. *Expulſio* vero cum expellens deficit. Vectio autem in tribus modis erit. Quod enim vehitur, non ſecundum ſe mouetur, ſed ſecundum accidens, in eo ſcilicet quod eſt in eo, vel ſuper id quod mouetur. Vehens autem mouetur, aut pulſu, aut tractu, aut vertigine ductum. Tractio eſt cum aut ad ipſum, aut ad alterum velocior fit motus trahentis, non ſeparatus ab eo quod trahitur; nam & ad ipſum eſt tractio, & ad alterum. Reliqui autem tractus idem ſpecie in hos reducuntur, vt inſpiratio & reſpiratio, & quicunque corporum emiſſiui ſunt aut receptiui, vt ſpeculatio, & radiatio, & congregatio, & diſgregatio. Vertigo autem componitur ex tractu, & pulſione, hoc quidem pellit mouens, illud autem trahit. Porrectio autem eſt, quando velocior motus fit eo quod ſecundum naturam, facta impulſione; & vſq; fertur fortiori ad hoc quod accidit ferri, quoque fortior ſit motus eius quod fertur. Manifeſtum igitur quod mouetur & mouens ſimul, & nullum ipſius medium eſt.

Mouens & motum ſunt ſimul.

Sed neque alterantis vllum eſt medium. In omnibus enim accidit ſimul eſſe alterãs vltimũ & primum

Motus localis eſt primus motuum.

Motus locales ab alio precedentes ſunt quatuor, quarum ſum in alios ſubdiuiduntur.

Senſibiles quantitates.

quod

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quod alteratur. Quale namque alteratur, in eo quidem quod ſenſibile eſt. Senſibilia vero, ideſt, ſenſibiles qualitates ſunt, quibus ad inuicem corpora differunt, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, ſonus, nō ſonus, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, ſiccitas, denſitas, raritas, & horum media: ſimiliter & alia quæ ſub ſenſu ſunt, vt calor, & frigus, lenitas, & aſperitas. Hæc enim ſunt paſſiones ſubſtantiæ qualitatis. Similiter autem & animata corporum, & inanimita, & inanimatorum quæcunq; partim inanimata ſunt, ſcilicet vt plantæ. Et ipſi quidem ſenſus alterantur, ſcilicet in animalibus, patiuntur enim: actus enim ipſorum motus eſt per corpus patiente aliquid ſenſu. Et ſecundum quæcunque quidem alterantur inanimata, ſecundum hæc omnia & animata, non autem econuerſo. Non enim alterantur inanimata ſecundum ſenſus. Nihilque prohibet in animatis alterationem latere, cum alterantur, ſcilicet in anima, quia non ſecundum ſenſum accidit huiuſmodi alteratio. *Ex* his autem patet, quod patiens, & paſſio ſunt ſimul, & horum nullum eſt medium. Oculo enim cōtiguus eſt aer, & aeri continuatur corpus, ſciliçet coloratum; ſuperficies vero, ſcilicet in qua eſt color, terminatur ad lumen, lumen autem, ideſt aer lucidus ad viſum, ſimiliter autem & in cæteris ſenſibus, & etiam in animatis: ſimiliter & in ſenſibus. *Similiter* & quod augetur, & augens ſimiliter ſunt, & decremētum ſimiliter ſe habent. Decrementi enim cauſa, ablatio quædam eſt. Manifeſtum eſt igitur quod mouentis vltimi, & primi quod mouetur, ideſt inter ipſum mouens & motum nullum eſt medium.

Animata alterantur ſecundū ſenſus

Cauſſa decrementi eſt ablatio quædam.

De loci mutatione.

CAPVT XXIV.

Motum localem eſſe omniū primum probatur.

IDem *in* 8. *lib.* Omnium autem motuum loci mutatio prima eſt: omniam etenim paſſionum principium eſt denſitas & raritas; graue namque & leue, durum & molle, calidum & frigidum, dēſitates quædam & raritates eſſe videntur: Denſitas autem & raritas, congregatio & diſgregatio, ſecundum quas generatio & corruptio dicitur ſubſtantiarum. Quæ vero congregantur & diſgregantur neceſſe eſt ſecundum locum mutari. Diſgregatio namque & congregatio motus ſunt ſecundum locum; ſic enim mouent concordia & diſcordia. Hoc quidem diſgregat, illud vero congregat. Prēterea quoniam menſura motuum eſt loci mutatio, neceſſe eſt ipſum eſſe primum, propriè quoque moueri dicitur ſolum quod ſecundum locum mouetur. Augmentū vero impoſſibile eſt eſſe, alteratione non præexiſtente.

Quicquid mouetur eſt in loco vel per ſe vel per accidens.

Idem in 4. *lib.* Non autem quæreretur locus, niſi motus aliquis eſſet ſecundum locum: propter hoc enim & cælū maximè in loco eſſe opinamur quia ſemper in motu eſt. Eſt autem quod mouetur aliquid quidem per ſeipſum, aliud ſecundum accidens. Eius autē quod ſecundum accidens, alia contingentia ſunt moueri per ſe, vt partes corporis, & in naui clauus; alia vero nunquam, ſed ſemper ſecundum accidens, vt albedo, & ſcientia. Hæc enim ſuum tranſmutant locū, quia illud in quo ſunt tranſmutant. Cum quidem igitur non diuiſum ſit continens, ſed continuū, non ſicut in loco dicitur in illo; ſed ſicut pars in toto; intellige vel ecōuerſo. Cum vero diuiſum ſit & contactum, In primo quodam vltimo eſt continens, quod neq; pars eſt ipſius, quod eſt in ipſo, neque maius diſtantia, ſed ęquale. In eodem enim vltima cōtingentia, & cū continuū ſit, non in illo mouetur. Et ſi non mouetur continens, ſiue ſic (ſcilicet quod moueatur) nihil minus (ſupple dicitur contentū moueri.) Amplius, cum non ſit (ſcilicet diuiſum continens à contēto) ſicut pars in toto dicitur, ſcilicet moueri, vt ſicut in oculo viſus, & in corpore manus. Cum autem diuiſum eſt, vt aqua in cado, & in cipho vinum (intellige contentum per accidens) tunc mouetur ad motum continentis, manus quidemcum corpore mouetur, aqua autē cum cado

Nonvidebitur autem eſſe motus niſi ſit vacuum plenum enim impoſſibile eſt recipere, quia duo corpora non poſſunt ſimul eſſe. Teſtimoniū autem de cinere faciunt, qui tantum aquæ recipit, quantū vas vacuum. Sed videtur dici vas vacuū, vno quidem modo non plenum ſenſibili corpore ſecundum tactum: huiuſmodi vero eſt, quod habet grauitatem, & leuitatem. Eſt autem denſum quidem graue, rarum autem leue. Vacuum itaque ſimpliciter nihil eſt, non enim habet differentiam, ſurſum ſcilicet & deorſum, ſecūdum quod vacuum; præterea ſi vacuum eſt, æquè cito fertur graue, & leue.

Non datur vacuum.

Idem in l. 1. *cæli, & mundi.* Omnia vero corpora naturalia, & magnitudines, mouentur locali motu per ſe, quia natura eſt principium in eis. Diuerſitas autem motuum eſt ſecundum modum diuerſitatis locorū, quæ eſt ſurſum & deorſum, &c. Omnis autem motus qui fit in loco, aut eſt æqualis, aut circularis, aut ex vtriſq; compoſitus. Hi enim duo motus tātum ſimplices ſunt. Nā & corpora quidē ſimplicia ſunt iſta duo, lōgū ſcilicet & circulare. Motus circularis eſt ille, qui eſt ſuper mediū. *Æqualis* vero cuius terminus eſt ſursū & deorſum. Omnis ergo motus ſimpliciter, aut eſt à medio, aut ad medium, aut ſuper mediū. Corpus ſimplex neceſſario mouetur natura ſua motu circulari: poſſibile eſt etiam vt moueātur quædā corpora motu accidētali, qui eſt contrarius naturali. Motus ſurſum aſcendens igni quidē naturalis eſt, terræ vero accidentalis. Motus autē deſcendens deorſum terræ naturalis eſt, & igni accidentalis. Ponamus ergo graue deſcendens ad medium, & leue aſcendens à medio. Omne quidem corpus incedens ſurſum aut deorſum, habet proculdubio grauitatē aut leuitatē. Non eſt ergo corpori rotundo grauitas aut leuitas, quia nō eſt poſſibile vt moueatur à medio, vel ad mediū, motu naturali, vel accidentali. Corpus igitur primum mobile quod mouetur circulariter, nō habet grauitatē aut leuitatē.

Motus localis triplex.

Quid motus circularis, quid æqualis ſeu rectus.

Dico autem quod corpora quæ æqualia ſunt in magnitudine, mouentur & mutantur æqualiter in vno tempore, & corpus minus mouetur motu maiore in illo tempore. Vbi autem eſt motus glebæ vnius, illuc eſt motus totius terræ; & vbi motus ſcintillæ, ibi totius ignis. Omnia deniq; elementa ad locum à quo recedunt violenter, incedunt naturaliter; & ad locum in quo ſtat corpus ſine violentia, vadit iterum ſine violentia; & econuerſo. Omne autem quod mouetur, alteratur de alio in aliud.

Cœlum nec eſt graue nec leue.

De Alteratione ſecūdū quid, an habeat fieri largè vel propriè.

CAP. XXVII.

IDem *in li.* 3. Res omnes alterabiles alterantur ad rē ſibi conuenientē, non ad alterā; ſicut augmentabile non ad ſanitatem alteratur, ſed ad magnitudinē. Aliæ namquæ ſunt res quę alterantur per qualitatem, aliæ quæ per quantitatem, & aliæ quæ per locum, ſcilicet largè ſumpto vocabulo alterationis.

Ariſt. in 7. *libr. phyſic.* Quæ autem alterantur omnia à ſenſibilibus alterātur propriè ſcilicet. Et in formis quidem, ac figuris, & habitibus, & eorum remotionibus, & acceptionibus, videtur alteratio fieri, non autem ſic eſt, ſed fiunt hæc cum quædam alterantur. Denſata enim & rarefacta materia, aut cum fit calida vel frigida, non eſt alteratio. Nam illud ex quo eſt forma ſtatuæ, non dicimus formam; nec illud ex quo eſt figura pyramidis aut lecti, ſed denominamus hoc quidē æneum, illud autem cereū, aliud vero ligneum. Quod autem alteratum eſt, dicimus humidum eſſe vel calidum, aut forte dicentes æquinoce (id eſt non conuertibiliter) materiam (id eſt ſubiectum) ſcilicet ineſſe paſſioni, ideſt qualitati. Præterea inconueniens & ridiculum eſt dicere perfectionem domus eſſe alterationem, & domum coopertā eſſe alteram. Alteratio igitur non eſt in formis, & figuris.

Alteratio nō eſt in formis & figuris aut habitibus.

Sed

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cur non detur alteratio ad habitus corporis.

Sed neque ex habitibus fit: Habitus enim sunt virtutes, & malitiæ; virtus autem omnis & malitia sunt ad aliquid, scilicet tam corporis, quàm animæ. Corporis quidem, vt sanitas calidorum & frigidorum mẽsuratio quædam est; & similiter & pulchritudo, & macies ad aliquid sunt, sunt enim dispositiones quædam perfecti ad optimum, scilicet actum. Dico autem perfecti esse quod sanat (id est sanatiuum est) & dispositum secundum naturam. Quoniam igitur huiusmodi virtutes & malitiæ sunt ad aliquid; quæ autem ad aliquid sunt, neque generationes sunt, nec ipsorum est generatio, nec alteratio; omnino patet quòd non est alteratio circa huiusmodi habitus, scilicet corporis. Virtus enim corporis hic vocatur bona eius dispositio, malitia vero contrarium.

Adhuc De eodem.

CAP. XXVIII

Nil cum perficitur alteratur, & ideo ad virtutem non est alteratio, nec etiam ad vitium, cũ alteratio sit inter opposita.

SEd neque circa virtutes & malitias animæ est alteratio. Virtus enim perfectio quædam est, scilicet intellectus practici. Nam & vnum quodque tunc maxime perfectum est, cum attingit propriè virtuti, & tunc esset maxime secundum naturam; sicut circulus, cum maxime fit circulus, id est perfectus. Malitia vero est corruptio virtutis & remotio, quare secundum virtutem non fit alteratio, quia nihil cum perficitur alteratur, vt supra ostensum est. Eadem ratione neque secundum malitiam, quia omnis alteratio fit inter opposita, quare cum virtus & malitia sunt opposita, si virtus non habetur per alterationem, nec malitia. Nec igitur virtutis neque malitiæ est alteratio; sed huius acceptio & illius remotio fit, cum quiddam alteratur, scilicet præcedens, circa quod habent esse, sed vt alteretur aliquid horum (scilicet præcedentium ad virtutem) manifestum est. Virtus enim aut impassibilitas quædam est, aut passibilis: sic & malitia aut passibilis est, aut passio virtuti contraria. Nam virtus moralis & malitia consistũt circa delectationes & tristitias; Virtus, scilicet cum homo patitur, & non deducitur, malitia vero cum patitur & deducitur, siue secundum actum, siue per memoriam aut spem, id est siue delectationes & tristitiæ sint præsentes & sensibiles, siue præteritæ recolantur per memoriam, siue futuræ concipiantur per spem. Igitur & si secundum habitus dictos non fit alteratio, consequuntur tamen ex alterationibus prioribus.

Ad scientiã nõ est motus

Sed neque in intellectiua parte animæ, id est in intellectu speculatiuo est alteratio, scilicet gratia suorum habituum. Scientia enim maxime ad aliquid dicitur, & nullum ad aliquid alteratur, vt supra dictum est. Idem etiam patet in scientia complexa, quia non inducitur per motum existentem in fieri. Inducitur enim vniuersalis, facta inductione, & completa per experientiam in particularibus, & ita non est inducta per motum, scilicet post motum, nisi sicut visio iterata, vel tactus iteratus per alterationes præcedentes; Secundum autem nullum tale fit alteratio. prẽterea sciẽtię acceptio non est alteratio, quia per quietem & priuationem motus inducitur: Nam in quiescendo & sedendo fit anima sciens, & prudens, Dum enim dormiens aliquis surgit, aut ebrius pausat, aut infirmus ordinatur, fit sciens qui prius quidem non poterat vti scientia, neque secundum scientiam agere, sed mutata perturbatione, & in statum veniente intellectu, inest potentia ad scientiæ congruitatem; Turbationis enim quies, quædam est scientiæ restitutio. præterea infantes propter multum motum in iuuentute, non possunt scire & intelligere vel iudicare, sicut presbyteri, id est seniores; vt philosophi in quibus pausatio fit, & quies motuum. non itaque per motum introducitur scientia, que per motum prohibetur. Nam ergo secundum eam alteramur.

Igitur, quoniam alteratio quæ est motus secundum qualitatẽ (vt dictum est) non fit secundum formam, & figuram, quæ scilicet sunt quarta species qualitatis, neque secundum habitum & dispositionem, quæ sunt prima species, in quibus fieri videretur (vt supra dictũ est) si in aliis debent fieri; Manifestum est, quod solum fiat in sensibilibus, vt scilicet in passione & in passibili qualitate, quæ est tertia species, & in sensibili parte animæ: In alio autem nullo, nisi secundum accidens.

Alteratio solum datur ad tertiam speciem qualitatis.

De Augmento & diminutione.

CAP. XXIX.

Quid alteratio.

ARist. *in li. de genera. & corrup.* Alteratio igitur non est secundum locum transmutatio. *Alteratio* est quando manente subiecto sensato ente (id est completo in esse specifico) transmutatur in eius passionibus, aut contrariis, aut mediis. Augmentatio est existentes magnitudinis additamentum. Diminutio est minoramentum. Ideoque oportet magnitudinem habere, quod augetur. Quod quidem alteratur, non ex necessitate locum transmutat, neque generatur. Quod autem augmentatur, & diminuitur, transmutat locum, sed alio modo quàm illud quod fertur: quod enim fertur vniuersum alterat locum, id est secundum se totum & partes; Quod autem augmentatur, secundum partes solum, hoc enim (ideſt toto manente, partes transmutantur secundum locum. *Cęterum* autem, cum generatur aliquid simpliciter aut corrumpitur, non manet subiectum. Cum autem alteratur vel augetur, manet idem, sed in alteratione passio, vel in augmentatione magnitudo non manet eadem.

Quid augmentum & decrementũ.

In generatione non manet subiectũ, sicut in augmento & alteratione.

Idem in lib. de cæ. & mun. 2. Dico autem, quod sursum est principium longitudinis, dextera latitudinis, ante vero profunditatis. Non enim nominatur principium, nisi vnde incipit motus in primis corporibus. Principium namque augmenti est sursum; principium motus localis dextrum; principium vero motus sensibilis; ante. Non enim significamus per ante, nisi vbi sunt sensus. Et sursum quidem ac deorsum sunt in omnibus spirantibus ex animalibus & plantis. Dextra vero & sinistra non est in aliqua plantarum. Item dico, quòd sursum est vbi est principium motus. Dextra autem est locus exitus motus in alio Ante vero locus est finis motus.

Qua pars sit sursum, deorsum, dextra, &c.

De Infinito.

CAP. XXX.

Suadetur dari aliquod vnum principium infinitum.

IDem *in lib. 2. physi.* Quoniam autẽ naturalis scientia circa magnitudinem & tempus & motũ est, quorum vnumquoque vel finitum aut infinitum esse necesse est, de hoc quoque agendum est. Rationaliter philosophantes posuerunt infinitum tanquam principium: Omnia enim aut principium sunt, aut ex principio. Infiniti autem non est principium, alioquin ipsius esset terminus, & finis. Quod enim fit, necesse est finem accipere; est itaque non factum. neque etiam corruptibile, omnis enim corruptionis finis est aliquis, huius ergo non est principium, sed hoc principium aliorum esse videtur, & continere omnia, & gubernare, id est saluare, scilicet tanquam principium, sua principiata, vt dicunt qui non faciunt extra infinitum alias causas, & hoc esse diuinum immortale & incorruptibile, sicut Anaximander, & plures philosophorum. *Esse quidem* aliquid infinitum, fides est maxime considerantibus ex tempore, hoc enim infinitum est, scilicet duratione. Est etiam infinitum in magnitudinis diuisione: per infinitum quoque non est generationem & corruptionem deficere, neque intellectu, Numerus quoque videtur infinitus esse, & mathematicæ magnitudines, & quod est extra cœlum, scilicet vacuum, secundum ponentes illud. Cum autem infinitum sit extra cœlum, & videtur per intellectum phãtasticum, & corpus infinitum esse videtur, & mundi infiniti; quia, scilicet non est locus sine corpore.

quare si locus infinitus est, & corpus necesse est esse: Contingere enim ab esse, nihil differt in perpetuis.

Varijs modis dicitur infinitum.

Primum ergo dicendum quot modis dicitur infinitum. Vno quidem modo, quod impossibile est transire, scilicet vt æternitas. Aliter autem, quod non aptum transiri, vt vox inuisibilis. Aliter autem transitum habens imperfectum, scilicet infinitum actu. Item quod aptum natum est habere exitum vel finem, sed non habet, scilicet propter defectum nostrum. Amplius, infinitum omne, aut secundum appositionem erit, scilicet vt in discretis, aut secundum diuisionem, vt scilicet in magnitudinibus, aut vtroque modo, vt in tempore; & hæc est diuisio possibilis, & non actualis: Impossibile est enim aliquid infinitum esse actu. Numeri quidem & magnitudinis propria passio est infinitum, numeri, scilicet per appositionem, magnitudinis per diuisionem. Est igitur infinitum appositione, & diffinitione; quare etiam infinitum aliud potentia, aliud actu. Impossibile est autem non comparare locũ & corpus; neque enim locus maior, quam quantumcunque contingit corpus, ideſt quàm corpus contentum ab eo: Corpus autem non est infinitum, quare neque locus. Aut enim vacuum erit aliquid, aut corpus nusquam aptum est esse: verum omne sensibile aptum natum est esse alicubi; Et est aliquis locus vniuscuiusque corporis: Idemque partis & omnis, vt totius terræ & glebæ, ignis & scintillę. simpliciter ergo si impossibile est infinitum esse locum, in loco autem omne corpus est, impossibile erit infinitum esse aliquod corpus. Non enim infinitum est cui nihil est extra, sed cuius semper est aliquid extra. Cuius enim nihil est extra, hoc est perfectum & totum. Nam totum est cui nihil abest, scilicet quod sit de eius perfectione. *Infinitum igitur hoc est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid extra accipere.* Itaque magnitudo non est infinita actu, sed potentia; infinitæ nãque sunt eius decisiones, potentia quidem, non actu.

Non potest dari infinitũ actu.

Quid infinitum.

Magnitudo non habet partes actu infinitas, sed potentia.

Idem in libro. 7. Continui quidem continuus est motus, in continuo autem infinita sunt media, non actu, sed potentia. Quare ad interrogantem si contingit infinita transire: Dicendum est, quod actu infinita non contingit, potentia vero contingit. Necesse est enim in finem venire, quod actus est, & non potentia. Quod autem continuè mouetur, secundum accidens infinita transit, simpliciter autem non; accidit enim lineæ infinita media esse. Omnia autem accidunt centro; principium enim, & medium magnitudinis, & finis est; omnia vero quanto plus distant à quiescente, feruntur velocius.

Infinitum actu non potest pertransiri.

De Orbe, & eius partibus.

CAP. XXXI.

Cælum est rotundum.

EX *libro de natura rerum.* Cœli sphæra (vt dicunt philosophi) in rotundum formata est. Ideoque nec principium, nec finem eam habere dicunt. Huius centrum terra est, ex omnibus partibus ab ea æquali interuallo circuncluſa. Motus sphęræ duobus axibus voluitur, septentrionali videlicet, qui nunquam occidit, & boreus dicitur: Australi quoque, qui nunquam videtur, & austronothus appellatur. Inter diem ergo & noctem sphæra, & de oriente vertitur in occidentem, & de occidente reuertitur in orientem, 24. horis cursum suum circumcludens; tantaque celeritate currit, quod nisi aduersus præcipitem eius cursum astra currerent, quæ illam retardarent, mundi ruinam faceret. *Tria* vero corpora distinguũtur in mundo, sc. infimũ, quod est terra in centro posita, ideoque manẽs immobilis; medium autẽ aer, vel aqua, vel ignis; supremũ vero cæleste. Et sicut corpora sic etiam qualitates differunt, In infimo namque est opacitas, in medio dyaphaneitas, in supremo vero perspicuitas. De his quidam ex nostris, satis apte proprietates eorum breuiter distinguens, sic ait. *Terra tacet Stabilis, aqua fluit labilis: Aer nutat mobilis; ignis volat volubilis, volutur rotabilis machina sphęralis.*

Astra retardant cursũ primi mobilis.

Tria sunt corporũ genera, sc. infimum, medium, & supremum.

De Terra.

CAP. XXXII.

Quid terra.

TErra (vt dicit philosophus) est corpus simplum in loco medio situm, in quo & naturaliter quieta manet, & ad ipsum cum mota fuerit, naturaliter mouetur. Omnia quoque ponderosa, naturaliter ad eam, tanquam ad centrum feruntur. Hæc naturaliter frigida est & sicca. Et vt dicit Beda, quando frigore circumstringitur humores accipit, cum autem calore soluitur, humorem receptum nebulam emittit. Hæc Oceano circũcingitur, & internis aquæ meatibus, velut corpus venis sanguinis, irrigatur; quod si non fieret, propter ariditatem suam in puluerem redigeretur, ac destrueretur. Vnde vbicunque in terra foditur, aqua reperitur.

Terra in initio fuit plana sine mõtibus.

Hæc in initio dispositionis suæ rotunda fuit & plana, nec montes & valles erãt in ea. Nunc autem est montuosa, sed tamen sphærica, cuius circuitus 180. stadiorum mensuratur, quæ in duodecies mille milliaria &, 52. computantur. Grauissima est, & ideo nouissimum locum obtinet. In mædio mundi, quasi punctus in medio circuli æqualiter collocatur, nulliſque fulcris diuina potentia sustentatur. Quinque zonis distinguitur; fœcunda est & omnium nutritiua. In se quoque continet metalla pretiosa. Super omnia elementa passibilis est, & mutabilis. Terra si petrosa fuerit, frigida & sicca erit; si pinguis & crassa, calida & humida: lutea vero frigida & humida.

Circuitus & dispositio terræ.

Auctor. De natura & motu terræ, & eius zonis acregionibus variis; de lapidibus quoque communibus, & gemmis, ac mineris, & glebis, quæ in superficie terræ iacent, vel intra eius viscera continentur, multa quidem in historia naturali superius à nobis descripta sũt, pauca tamen adhuc & de his; & de cęteris rerum naturis, etiam hoc in loco adijcere placuit, quæ ex libello quodam edito nuper à magistro Iacobo de Vitriaco, & ex quibusdam aliis auctoribus, à quodam è nostris collecta, postmodum ad manus nostras deuenerunt.

De Lapidibus pretiosis

CAP. XXXIII.

Magna virtus est gemmis indita ab authore natura.

EX *lib. de natura rerum.* Gemmarum virtus magna est, & vnde hoc habeant (nisi à Deo) homini incompertum est. Nam cum omnis virtus à Deo sit, in herbis quidem aut fructibus est mediante operatione naturæ, vtpote quæ naturaliter calidę sunt aut frigidę. Ideòque competunt medicinæ, quæ, scilicet per contraria fit. Horum autem nullum in lapidibus est, vt sci. excessus caliditatis aut frigiditatis in aliquo lapide denotetur. Constat ergo quod sine vllo medio, lapidibus indidit virtutẽ omnipotens, eisque volũtatis suæ gratiam tribuit, pro ratione naturæ. De his enim dicit Augustinus quod per eas etiam dæmones, alliciuntur Vnde & Salomon incluſisse dæmones sub gemmis in annulis legitur. Sed sicut in peccato primi hominis omnis creatura corrupta est, sic etiam in ipsis virtutibus quæ post peccatum in eis remanserunt, per tactum & vsum immũdorum & impiorum hominum, præcipue lapides pretiosi corrumpuntur: Sed sanctificatione consecrationis ad virtutum efficacias reparantur. Hoc de generalitate lapidum breuiter diximus, nunc secundum ordinem alphabeti, virtutes eorum & nomina videamus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Illis quorum nomina incipiunt per A.

CAP. XXXIIII.

Virtus Achatis.

Achates in Achate orientali fluuio reperitur. Venena fugat, ſitim ſedat, viſum fouet, portantem roborat, & fœcundat, gratumque reddit.

Adamantis duo genera.

Adamantis duo genera ſunt. *Vnum* in Indiæ partibus inuenitur, inter rupes cryſtallinas cryſtallini coloris, ſed quaſi ferrum limatum micans. Cuius, ſcilicet naturam deſcribit Iſido. Huius vis maior eſſe perhibetur, ſi ſedes eius tum in annulo ponitur, ferrea ſit; Annulo tamen pro dignitate lapidis ex auro conſtante. Hic à quibuſdam *Dyamas* dicitur.

Virtus adamantis ſecũdi generis.

Aliud in Arabia reperitur, & in mari prope Ciprum, & in Ferraria, quæ Philippis eſt; dignitate quidem & virtute multo inferius, ſed maioris quantitatis, & coloris diſſimilis; obſcurum, ſcilicet ac ferrugineum: *ſine cruore* hirci frangitur, ferrum attrahit, & aufert magneti, ſtellamque maris, indicem itineris, inter obſcuras nebulas per diem vel noctem nautis prodit. Cum enim vias ſuas ad portum dirigere neſciunt, cacumen acus ad adamantem lapidem fricatum, per tranſuerſum in feſtuca parua infigunt, & vaſi pleno aqua adamantem vaſi circumducunt, & mox ſecundum motum eius ſequitur in circuitu cacumen acus. Rotatum ergo perinde citius per circuitum lapidem, ſubitò retrahunt; moxque cacumen acus auulſo ductore contra ſtellam aciem dirigit, ſtatimque ſubſiſtit, nec per punctum mouetur, & nautæ ſecundum demonſtrationem factam ad portum vias dirigũt. *Hic* lapis in leuo lacerto portari vult, & fortem facit portantem cõtra hoſtem. Somnia vana repellit, venenum fugat & prodit. Fertur etiam ſudore madere, ſi venenum adhibeas. Lunaticis quoque prodeſt, & his qui Dæmone repleti ſunt. Inſanis quoque prodeſſe dicitur ex contactu.

Alectoria.

Alectoria in ventre Galli naſcitur, qui poſt tres annos caſtratur, & poſtea per ſeptem annos viuens hunc portat. Hic lapis ſitim extinguit, victorioſus eſt, pacem reconciliat, honores reformat, diſertum facit & gratum, maximè vxorem marito. Vt autem hæc omnia habeat, clauſus in ore portatur.

Amethyſtus

Amethyſtus violatii coloris eſt optimus. Eſt autem quidam velut gutta vini rubei corrupta aqua. Hic facilior eſt ad ſculpẽdum, & ebrietati contrarius. Carior quidem eſſet hic lapis, ſed maxima eius copia eſt.

Androdamas.

Androdamas lapis eſt quadrus, argentei coloris, duriſſimus quaſi Adamas. In rubro mari reperitur; tantæque virtutis eſt, vt ſedare poſſit animum furore calentem, luxuriam quoque ſedat.

De his quorum nomina incipiunt per B.

CAP. XXXV.

Berillus.

BErillum India mittit, optimi ſunt oleo lucido ſimiles, & maximè qui interius non habent maculam. Sunt enim quidam lucidiſſimi, minutas & longas habentes interius maculas, velut paruos capillos. Berillus ſi formam ſexangularem habuerit, arcus cœleſtis colores in radio ſolis efficit. Idem etiam ſi rotundus vt pomum fuerit, humectatus aqua, in claritate ſolis carbones mortuos, vel pannum laneum nigrum, vel bullituram arboris ſiccam accendit. Vnde quidam egregio metro luſit in perſona Berilli dicens.

Me dedit inſignem, virtus quæ format in ignem:
Solis ſplendorem, non ignis paſſa calorem.
Sic lux æterna, deſcendit ab arce ſuperna:
Eſt incarnata, matre tamen inuiolata.

Borax eſt duplicis generis.

Dicitur etiam, quod morbo ſquinantiæ medetur; & glandes, quæ ex malis humoribus colliguntur, per fricationem tollit, maxime cum adhuc in augmẽto ſunt. *Borax* eſt gemma, quæ vulgo Crapondina vocatur, ſic dicta, quia borax, quoddam, ſcilicet Bufonum genus, eam in capite portat. Huius genera duo ſunt. Vnum, ſcilicet album, & hoc melius eſt, atque rarius. Aliud vero fuſcum, & nigrum in medio ſui habens oculum, qui parumper imitatur colorem ceruleum. Sed quando bufoni viuo & palpitanti hic lapis extrahitur, tunc oculum habere dicitur. Quando vero extrahitur, aliquandiu mortuo; tunc malitia veneni illius, oculus extinguitur, & lapis vocatur. Hic lapis contrarius eſt venenis, & in cibum ſumptus interna hominis mala ſanare dicitur. Inteſtina namque circumit, & facta cura per inferiorem regionem egreditur.

De His quorum nomina incipiunt per C.

CAP. XXXVI.

Calcedonius

Calcedonius ſemper pallore detentus, colorem habet medium inter Hyacinthum & Berillum, qui ſi pertuſus ſit, & collo vel digito feratur, cauſas vincere perhibetur. Huius ſpecies tres eſſe dicuntur.

Calcophanus.

Calcophanus eſt niger, ſonorus & dulcis inſtar æris, ſi ferro percutiatur, aut ære. Hic enim ſi portetur ab homine caſto, vocem ſonoram & dulcem reddit, & fauces à raucitate defendit.

Carbũculus triplex, ſcil. propriè dictus, Rubith, & Balauſtus

Carbunculus eſt lapis omnium pretioſiſſimus atque clariſſimus, & omnium lapidum perhibetur virtutibus prẽditus: huius color igneus eſt, & nocte magis quã die lucet. Die namque obſcuratur, nocte vero intantum refulget, vt circa ſe noctem quaſi in diem mutet. Huius ſpecies in arte lapidaria periti tres diſtinguunt. Prima carbunculus proprie nominatur: Secunda Rubith: Tertia Balauſtus; & hic vilior cæteris. *Rubith* vero ignei coloris eſt, ſed incomparabiliter minoris quàm carbunculus, vnde nec tenebras noctis fugat; virtutibus etiam impar eſt, ſed tamen inter cæteros lapides pretioſior, & elegantior colore ſydereo. *Balauſtus* vero multo vilior eſt colore, virtute, & pretio, tamen Saphyro & Iaſpide dignior æſtimatur.

Chelidonius.

Chelidonius eſt lapis informis & paruus, quẽ hyrundinum pulli in pectore ſuo portantes ex hoc cognoſcuntur, ſi ore ad os in ſignum pacis cõuerſi adinuicem ſedent. Rufus quidem lunaticos & inſanos mitigat: Niger autem iram ſedat, & aqua dilutus lumina clarificat.

Ceraunius.

Ceraunius ex Græco dicitur, quia cum fulmine de cœlo cadere perhibetur, & in loco vbi iſte lapis fuerit, fulmen cadere negatur. Eſt autem cerulei coloris, ex vna parte ſæpius acutus.

Corallus.

Corallus eſt lapis rubeus valde, figuram habens vt cornu cerui, vel vt herbæ radix; cum multis caudicibus; nec mirum quoniam herba fuit in mari primum. hic fulminibus & tempeſtatibus reſiſtit: Vnde antiqui lapidem huiuſmodi confractum cum ſeminibus in agro iactabant, aut in arboribus ſuſpendebant, vt grandinum pericula non ſentirent. Dæmonibus quoque terribilis eſt; & hoc forte, quia frequenter ramorum eius extenſio modum crucis habet.

Corneolus, vel cornelius

Corneolus, vel ſecundum quoſdam cornelius, eſt lapis rubeus perlucidus, ſed obſcuri coloris, inciſæ carni ſimilis: iras mittigat, ſanguinem fluentem de naſo vel alio membro ſiſtit, præcipueque de fœmina dum fluxum patitur. Horum lapidum multitudinem filii Iſrael in deſerto ſculpſiſſe dicuntur, quorum ſculpturæ tam ſubtilis acuminis comprobantur, vt nullus poſteriorum huius operis imitationem audeat attentare. Nec dubium quod ſecundum efficacias & virtutes gemmarum, ſculpebantur imagines figurarum.

Chryſolitus

Chryſolitus auro micat, & vt ignis ſcintillat, qui ſi perforatus fuerit, & foramen ſetis aſini repletum fuerit, dæmones exterret, & exagitat. Dicit autem Tethel philoſophus Iudeorum in lib. de ſculpturis lapidũ, quod quando inuenitur in chryſolito fœmina habens in vna manu auem, & in alia piſcem, valet ad negotiandũ.

Chryſopraſus.

Chryſopraſus inuenitur in India, ſed hic quoque rariſſimè vt dicitur, vnde & inuentus carior habetur. Eſt autem ex duobus coloribus aureolis ſcilicet guttis micans, & porri ſuccco colore permixtus.

Cryſtallus.

Cryſtallus eſt lapis ex glacie induratus. Solinus tamen in aliquibus mundi partibus hunc inueniri dicit, vbi nunquam gelu, nec glacies fuit. hic lapis tritus, & cum melle mixtus atque potatus, vbera lacte replet.

De His quorum nomina incipiunt per, D.E.F.& G.

CAP. XXXVII.

Dionysia. *Dionisia* lapis est orientis, fusci coloris, niueis respersus guttis, qui aqua tritus vinum fragrat, & tamen ebrietatem contra naturam odore suo fugat, vt dicit Physiologus. *Dyadochos.* *Dyadochos*, aliàs dyacodos, lapis est Berillo similis, qui aquis iniectus varias effigies dęmonum efficit, ita vt det responsa petentibns. Hic si corpori defuncti admoueatur, amittit vires, & quasi sensibiliter mortem abhorret. *Elydros.* *Elidros*, vel enydros, est lapis crystallo similis, qui miro modo perpetuis lachrymis distillat, & tamen durus & integer in omnibus perseuerat. *Elytropia.* *Elytropia* lapis est instar smaragdi viridis, & aspersus venis sanguineis. Hic in vase aqua pleno solis radiis subiectus, sanguineum solem reddit, ac si pateretur eclypsim; & vas ipsum in quo iacet, ebullire videtur, & aquam velut imbres spargere. Hoc factum videntes arreptitii si præsentes sunt, inter se rapiuntur, & futura prædicunt. Hic lapis gestantem in longa vitæ tempora perducit, sanguinem stringit, venena fugat, & contra dolos cautum facit.

Emathites. *Ematithes* est coloris ferruginei, mixtus venis sanguineis. Hic confricatus & in aqua resolutus, sanat eos qui saliuas sanguineas emittunt; sanat & ventris fluxũ. Puluis eius, carnes mortuas crescentes in vulnere corrodit, & tollit. Vino quoque permixtus vlcera sanat, *Ethites.* bibitusque lapidem vesicæ frangit. *Ethites* est lapis punicei coloris, habens lapillum interius ex quo sit sonorus. Hic ab Aquila de extremis orbis partibus in nidum portatur. Naturaliter enim hunc esse pullis suis tutamen experitur. Alii dicunt esse cautam, quod oua Aquilæ immoderato calore concalescũt, nisi lapis naturaliter frigidus præsens sit: Hic pueros incolumes seruat; efficacissime prægnantes iuuat, ne aborsum faciant, vel in partu laborent. In læuo lacerto portari vult, sobrietatem confert, & gratiam, facitque victorem.

Filaterit. Flongites. *Filateris* eadem est gemma, eiusdemque virtutis cuius & Chrysolitus, de quo iam dictum est. *Flongites* gemma est ex Persida, & hæc est vna ex gemmis ardẽtibus, vel crystallinis, ostendens intra se quasi flammas æstuantes, qui non æstuant exterius. *Galgathes.* *Galgathes* est lapis niger & lucidus, qui paleas attrahit calefactus attritu; accensus autem caducis prodest, & dæmones fugat, aut si per os hominis obsessi loquantur, fumus eos tacere cogit. Idem prodest hydropicis, stomachum euersum iuuat; aqua in qua triduo iacuerit, cito partum liberat. Ipsa quoque aqua, si à puella potetur, an virgo *Aqua huius lapidis indicat an puella sit virgo.* sit demonstrat; quia si virgo est, immota manet; si vero corrupta, in continenti mingit. *Galactidos.* *Galactidos* est lapis cineri similis. In Nilo reperitur. Cum lacte trius ac potatus lac multiplicat, prægnantes liberat, & scabiem fugat.

Quorum Nomina incipiunt per, I.& L.

CAP. XXXVIII.

Hyacinthus *Iacinthus* est lapis ceruleus, in obscuro nubilosus, in sereno clarus, ita quod aera sentire dicitur. Peroptimus est ille, qui nec nimis clarus est, nec nimis obscurus. Est autẽ frigidissimus, & hic magis si mittatur in os: solidissimę quoque duritiæ est, ita quòd scindi, vel sculpi recusat: Sculpitur tamen aliquãdo fragmentis adamantis hic confortat gestantem, fugat tristitiã. ac suspitiones vanas: tutamen est etiam contra pestilentiam, & contra serpentes, & venena. Dicit autem Tethel, quod cum inuenitur in hyacintho lapis albus. & in ipsa albedine equus, hic valet ad obtinendam gratiam & gloriam.

Iaspis. *Iaspis* est lapis virens, guttas tamen sanguineas habens. Ille peroptimus est qui magis translucet castum hominem se portãtem, tutum facit, & gratum, si consecratus sit; noxiaque fantasmata pellit. Huius genera plura sunt, Est autem quoddam genus valde rubens instar ignis, & translucidum, & hoc pretiosum est. Quoddam vero rubens non perlucidum, & hoc vilius est. Dicit autem Tethel, quòd quando inuenitur in lapide homo habens scutum in collo, vel in manu, & cuspidem in altera manu, sub pedibus quoque serpentem, hic habet contra omnes inimicos virtutem. Cum autem inuenitur in eo homo habens fasciculum herbæ in collo, ponatur in argento, & habet virtutem inter infirmitates discernendi, & in omni loco sanguinem restringẽdi: confert etiam gratiam & honorem. Itaque Gal. in digito portasse fertur hunc lapidem. Si quis autem inuenerit iaspidem viridem, & in eo crucem, habet virtutem vt non mergatur.

Lygurius. *Lygurius* est lapis, quem stillare dicunt ab inguine lincis, bestiæ scilicet orientis. Huius enim vrina secundum plurimum solidatur in lapidem; quod naturaliter bestia sciens, inuidet bono nostro, egestumque pretiosum vrinę liquorem arena obruit, & hæc eo citius in lapidem durescit. Huius, color iuxta philosophum igneus ac rubicundus est, & carbunculo similis, nisi quod nequaquam nocte lucet: Iuxta lapidarium vero viridis est. virtus eius habetur ad multa remedia, præcipueque ablutus in aqua, constipatos iuuat, & ventrem soluit; colorem quoque perditum facie recuperat. *Lyparia.* *Lyparia* lapis est in Libya valde mirabilis, ad quem omne ferarum genus, docente natura, sponte quasi ad patronum currit, cum canes aut venatores eum insequuntur, sed nec aliquis aduersarius eis nocere potest.

De His quorum nomina incipiunt per. M.O.& P.

CAP. XXXIX.

Magnes. *Magnes* est lapis coloris ferruginei, qui & ferrum vicinum attrahit, non tamẽ præsente adamante. hic etiam vxores maritis conciliare dicitur: & si quis vxoris suæ castitatem probare cupiens, supponat eum capiti mulieris stertentis, mox illa si casta est, petit maritum cum amplexu, cum tamen non euigilet. Si vero adultera, de lecto tanquam manu repulsa, subito fœtore coacta cadit. Sicque lapis crimen celatum prodit. Si quis furandi gratia domum per noctem intrauerit, & per loca quatuor prunas ardentes posuerit, ac magnetis super asperserit, mox fumi vapor inhabitãtium mentes euertit, eosque à domo fugat, vt fur domum impunè diripiat. Idem etiam contritus combusturas sanat, & lacti commixtus hydropisim resoluit.

Margarita. *Margarita* (vt dicit Solinus) sic efficitur: Conchæ in quibus inueniuntur, nocturno tẽpore littus adeunt, & rore cœli eas concipunt, si purum fuerit quod accipiunt gemmæ candidę fiunt. Si vero turbidum, aut pallore languenti, aut rufo obnubilantur: quantoque magis hauserint rorem, tanto magis perficitur lapidum magnitudo. Si vero conchis apertis repente corruscatio micuerit, intempestiuo metu comprimuntur, subitaque formidine clausæ abortiunt, aut perpetuò eiiciuntur. Talis autem conchis ipsis est sensus, vt partus suos timeant maculari, cum sol vrentes ac feruentes orbes emiserit. Itaque ne nimio calore fuscentur lapides, conchæ subsidunt in profundum. duo namque in vna concha reperiuntur, vnde & vniones à plerisque dicuntur. Grandinibus descendentibus in conchis lapides flauescunt. Margaritæ quoque in aquis molles sunt, sed exceptę in lapides durescunt: vltra semiunciam nũquam reprimuntur. Dicuntur autem cum luna crescere & decrescere, dum viuentes in concha sunt. Huiusmodi gemmas digitis vel auribus suspendere binas vel trinas, fæminarum gloria est. In aceto positę citius resoluuntur. Hic lapis contritus & confectus secundum modum debitum, contra debilitatem stomachi valet, & sanitatem corporis confert, & etiam mentis; quia castum reddit portantem:

Onix. *Onix* est lapis ex parte albus, & ex parte niger, qui si collo vel digito feratur in somnis, tristitiam ac noxia

depellit,

Magnes. Nota hae & his similia., quae passim in praesenti Gẽmis attribuũtur, non esse facile credenda sed potius ve superstitiosa reijcienda.

Margarita.

Cur margarita dicãtur vniones.

Onix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

depellit, & phantaſticas vires euacuat. Sed hoc habet aduerſi, quod lites & diſcordias commouet, & multiplicat. De lapide Onichino duæ ſunt opiniones; dicit enim gloſſa ſuper Leuiticum, quod onicha ſit parua, ſuauiter redolens, à magnitudine & colore vnguis humani dicta; habet enim colorē medium inter rubeum & album. hæc aquis exempta dureſcit in lapidem ſicut margarita. Beda tamen videtur velle, quod Onichinus, ſiue Onix vt ipſe dicit, niger ex parte ſit, intercurrentibus albis & rubeis zonis. Platearius autē dicit, quod Onicha ſiue Onix eſt genus gummi fluens ex arbore, quod poſtea dureſcit in lapidem, ſicut de Succino legitur. Sed forſitan aliud dicit Onicha quam Onichinum: Onicha tamen pro Onichino ponitur, ſecūdum gloſſam in loco Exodi, vbi de vnguento compoſitionis agitur. Valet autem Onichinum contra ſcabiem, & dealbificat faciem. In ignem vero miſſus odorem ſuauiſſimum reddit. *Hoc etiā* de Onicha valde mirabile fertur, quod cum nihil adeo exiguum ſit, quod non lædat oculum ſi intrauerit, hic infirmo appoſitus oculo, ſponte ſua quaſi ſenſata res intrat ſine læſione, circuitque oculum, & omnes partes interius penetrat, quouſque cōtrarios eius humores prorſus exculleri t.

Panthera. *Panthera* lapis eſt omnium fere calorum, dicta ab huius nominis beſtia. hic rabiem ſedat, & tot habere virtutes dicitur, quot colores.

De His quorum nomina incipiunt per ſ. vel per t.

CAP. XL.

Saphirus. *Saphyrus* cærulei coloris eſt; morbum illum horribilem fugat, qui vulgariter dicitur *Nolī me tangere*; ſed color poſt fugationē dicitur vitiari. Dicitur etiam optimus eſſe contra fraudes, & contra inuidiam, & terrores. Ad pacem quoque gratioſus eſt, ſed oportet quòd ille qui eum portat, ſummo ſtudio ſeruet caſtitatem. Orientales Saphiri ſunt optimi, maxime hi qui vehementer ſplendent, colore cœruleo, & quaſi nubeculas habentes in ſuperficie coloris denſioris, Sunt quidam oriētales Saphiri, qui lapidem Rubith admixtum habent, hi quoque inter cæteros cariores ſunt, &

Sardius. virtuté potentes. *Sardius* rubei coloris eſt, ſed atri vt rubea terra. hic ſanguineum fluxum reſtringit, & eſt i-

Sardonix. dem quod lapis cornelius, de quo, ſcilicet dictum eſt ſuperius, vt dicit gloſſa. *Sardonix* ex duobus lapidibus naturaliter eſt, in parte rubeus ex lapide ſardio, in parte vero albus, & in parte niger, qui duo colores ſunt ex parte Onicis: habet autem ſpeciem pulcherrimam vbi colores permixti fuerint; Sed nullam virtutem habere dicitur, niſi quam & Sardius, ſcilicet quòd ipſo præſente lapis Onix nocere non poteſt, neſcit autem conuellere ceram; & eum qui hunc portat oportet eſſe prudentem & humilem. *Smaragdus* præ omnibus

Smaragdus virētibus viret; forma eius optima eſt plana, quia dum ſtrata eſt adumbratur. ſi reuerēter portetur, morbum caducū fugat, & morbum qui Emitritheus dicitur. viſum etiam refocillat, & oculos purgat, qui vino ablutus vel oleo perunctus, hominem gratum in verbis reddit, tempeſtates auertit, motus quoque laſciuos

Succinus. compeſcit. *Succinus* crocei coloris eſt, & vt vitrum aliquando tranſlucet, arboris pineæ ſuccus eſt, & ideo Succinus appellatur, vulgariter autem lambra vocatur. hic caſtitatem conferre portantibus dicitur, fumus eius iuuat parturientes, & fugat ſerpentes. Prima quidem gutta quę de pino arbore fluit, pura & lucida eſt; & hoc illa quæ in æſtate calida proſilit, reliquo vero

Silenites. tempore fluens obſcura eſt & immūda. *Silenites* eſt lapis colore pulchro, maximeque albo, rubeo vario, quē portat Indiæ teſtudo. Horū quoddam genus eſt quod viret vt herba, hunc qui portat in ore fertur diuinare futura, igne nunquam frangitur. Inter diſſidētes amorem reconciliat, phtiſicos etiam curat.

Topaſius. *Topaſius* in Topaſon inſula tantum primo inuentus eſt, & inde nuncupatus, cuius color auro ſimilis: Hic magis pretioſus eſt, aliud autem genus eſt multo lucidius, & colore magis tenue, ſed deterius. hic lapis inter cętera quę facit, dicitur etiam iram, luxuriamque reſtringere.

De Aquis

CAP. XLI.

Quid aqua. AQua eſt ſecundum elementum, cuius immenſa profunditas abyſſus dicitur, quaſi abſens fūdus; habet tamen fundum, quaſi nimis profundum. Hæc frigida & humida eſt. Quæ de lapide manat, leuior eſt & limpidior. Aqua communis eſt omnibus, ad ima fluit, ſordes abluit, terræ permixta lutum facit, ſitim ſedat, ignem extinguit &c. Oceanus fluuiorum concurſu non augetur, quia fluēta dulcia partim ſalſis vadis conſumuntur, aut vento vel ardore ſolis abſumūtur; partim vero per occultos meatus in amnes ſuos reuertuntur. Exhauſto quidem à ſole dulci liquore, quē facile vis ignea trahit, amnis aſperior craſſiorque relinquitur: vnde ſumma maris vnda dulcior eſt, profunda amarior; & lunæ quidem alimentum eſt in dulcibus aquis, ſolis autem in amaris.

Cur oceanus fluuiorū concurſu non augeatur.

Fluxus & refluxus maris lunam ſequitur. *Æſtus* Oceani, id eſt acceſſus & receſſus Lunā ſequitur, cuius reſpiratione retro trahitur, & eiuſdem impulſu reſūditur. Quotidie vero bis effluere ac remanare videtur, cum Luna creſcente creſcit, & cum decreſcente decreſcit. Itaque cum Luna eſt in æquinoctio, fluctus ſurgit ob Lunæ vicinitatem. Cum autem in ſolſtitio, minor eſt ob eius longinquitatem. Porro per 19. annos, ad principia motus, & ad incrementa paria reuertitur, vt Luna. *Mare* rubrū ex adiacente terra videtur aquas habere rubeas, ſed huiuſmodi ſunt aquę eius in ſe coloris, cuius & aqua alterius maris. Fōtes autem, ſaporem, virtutē, colorem, ex occultis terræ viſceribus (de quibus originem trahunt) fluentes ducunt. Itaque ex variis terrę qualitatibus fōtes quidam frigidas habent aquas, alii vero calidas, & ex terra ſulphurea feruidas.

Proprietates fontium mirabiles. *In partibus* Orientis (vt dicit Iacobus) eſt fons quidam, ex cuius aquis efficitur ignis Græcus, aliis quibuſdam mixtis, qui poſtquam vehementer accenſus fuerit, vix aut nunquam extingui poterit, niſi aceto, & hominis vrina, vel ſabulo. Huius fontis aquas Saraceni comparant magno pretio. In Aphrica fons eſt (vt Auguſt. dicit) qui voces canoras reddit. Præterea eſt fons quidam (vt dicit Solinus) quietus & tranquillus, qui ſi iuxta ipſum inſonent tibiæ; quaſi exultabundus ad ſonitum eleuatur, & extra ripas intumeſcit. In minori quoque Britannia fons eſſe refertur, cuius aquæ ſuper propinquum lapidem proiectæ, pluuias & tonitrua prouocare dicuntur.

Fontes dulces interdum in mare reperiuntur. *Fontes* autem tam in mari, quàm in terra, dulcis aquæ limpidiſſimi reperiuntur. Itaque in mari ſuperioris partis Tyrenſis vrbis eſt fons, qui dulciſſimis aquis tanta vehementa proſilit à fundo maris, vt duobus aut tribus cubitis ſupra mare ſaltet, & hoc cum mare trāquillum eſt. Cum autem inundationes vento feruntur, fons quidem ab eis obruitur; ſed cum tranſierint, ſtatim vt prius eleuatur. Sic autem eminet ſuper aquas maris, vt hauriri poſſit in vaſis.

Proprietates quorundam ſtagnorum & fluuiorū. *Sunt* & ſtagna quędā in quibus nulla res natare poteſt, ſed omnia merguntur. Alia vero in quibus omnia fluitant, nec mergi poſſunt. *Lacus* etiam ſunt in quibus aquæ ter in die ſunt amaræ, & ter in die dulces fiunt. *Fluuii* quidem ſunt in partibus Oriētis, qui arenas aureas habere dicuntur, vt dicit Iacobus. Alii vero, qui lapides pretioſos. *In Perſide* fluuius quidam eſt, qui ſēper de nocte congelatur, ita quod homines & pecora ſuper eum tranſire valent; de die vero ſemper in aquas reſoluitur.

De Aere, & regionibus eius

CAP. XLII.

Quid aer. AEr tertium elemētū eſt, & eſt omne quod inani ſimile à Terra vſque ad Lunā cōſpicitur: de quo

& vitalis ſpiritus hauritur, & in quo Dæmones commorantur. Eſt .n. quodammodo craſſus, terra & aqua & igne permixtus. Aliter enim Dæmonũ corpora ex eo aſsũpta, ſonum non reciperent, vnde verba formarentur ad eos quibus apparent. Quod ergo durum & molle, aſperum & lene ſentitur in eis, fit cõtrariis elemẽtis ſimul permixtis. Ex hoc etiã & in hoc fiunt vẽti, niues, grãdines, imbres, pluuia, & huiuſmodi. Ex contrarietate namque vehementiam elementorum patitur; vnde ex eius corruptione infirmitates ac peſtilẽtię generantur. Aer ratus eſt, leuis, mobilis, auibus peruius, nubibus obſcuratus, & pluuiã ſignificat, ſole illuſtratur, hyeme condenſatur, æſtate ſerenatur, vento agitatur, circa palludoſa & humida loca condenſatur, facillimeque corrumpitur. Circa montes autem ſubtilis eſt nimium, ac penetrabilis. Mediocribus autem locis optimus, id eſt nec nimis altis, nec dimiſſis.

Aer optimus eſt in locis nec nimis altis nec dimiſsis.

Septem ſunt regiones aeris in quibus ſeptem ſubſtantia meteorologica gignuntur.

Sunt autem ſeptem aeris regiones (vt philoſophi dicunt) in quibus aquoſi humores terræ per attractionem caloris ex ſole, aliquando viſibiliter per nebulas, aliquando etiam inuiſibiliter per humidiorem aerem aſcendentes, Primo quidem in rores, ſecundo in niues, tertio in grandines, quarto in imbres, quinto in mella, ſexto in ladanum, ſeptimo in mannam, gradatim de regione in regionẽ per temporum interualla transformantur. Quæ licet per totum aerem vniuerſaliter ſub cœlo mundus iſte contineat, in orientalibus tamen partibus, vbi purior eſt aer, tres eorum vltimæ partes inueniuntur vberius, ſcilicet mella, ladanum & manna, cæteræ vero quatuor plus abundãt in Occidentalibus, & quia fumus, quanto altius aſcenderit, tanto magis ſubtiliatur, manna ſubtiliſſimum eſt, ac viuificaciſſimum, vel viuaciſſimum præ omnibus humoribus. Hi ergo ſeptem humores aeris diuerſas ſubſtantias, diuerſaſque ſubſtantiarum efficacias temperãtiæ, ſecundum diuerſimodas aeris regiones ſumunt, quibus omne animal ſpirãs habilitatur ad vitam. Sed terra, & quicquid in ea germinatiuæ virtutis eſt fœcundatur ex iſtis, vnde & molle quidẽ, durum, vel aſperum, dulce, acidum, vel amarum, ex his compoſitionem recipiunt, & pro diuerſitate compoſitionis & naturę, in his omnibus concordia partium inuenitur.

De Igne, & eius ſuperna regione.

CAP. XLIII.

IGnis eſt elementum quartum; calidus eſt & ſiccus, & ſurſum tendit, ſplendet, rutilat, calefacit, fumum generat, ligna conſumit, attractiuæ naturæ eſt, cibos decoquit. Huius effectus ex parte tangũtur in his quatuor verſibus.

Effectus ignis inferioris

Deſtruit, emollit, reſtringit, conſolidatque.
Clarificat, terret, accendit, lætificatque.
Mobilis & ſiccus, mundusque ſaniſſa tenetur.
Creſcit & aſcendit, ſed aqua modica morietur.

Sed hæc omnia de igne iſto inferiori elementato, ſenſibilique dicũtur. Supereſt autem ignis puriſſimus totum aerẽ excedens, cuius regio vſque ad firmamẽtum extenditur. Is tanto eſt aere ſubtilior, quãto aqua tenuior, & aqua terra rarior. Idem & æther vocatur, quia perpetuo ſplendore lætatur. De hoc Angeli corpora aſſumunt, cum ad homines miſſi veniunt. *In hac* ignis regione, 7. ſtellæ, ideſt vij planetæ ſingulis circulis contra mundum feruntur, & ob vagum curſum erraticæ nominantur. *Ignis* itaque tripliciter conſideratur, nam in materia terrea carbo eſt, in materia aeris flamma, in natura vero lucis eſt pura lux, &. ideo non indiget nutrimento, quia non ex contrariis agentibus. Planetę quoque & ſtellæ quoniam ex eodem igne cõſtant, alimento non indigent, & ideo ſecundum naturæ curſum in æuum lucere poſſent, niſi creatoris ſui voluntas eos aliter ordinaret. Ipſe namque ignis lux illic in propria regione eſt, nec habet reſpectum ad aliud vnde materiam trahat.

Angeli aſſumunt corpora ex igne ſuperiore.

Planetæ & ſtellæ ex igne ſuperiore cõſtant, nam ignis ille ad firmamentũ pertingit.

De Septem planetis.

CAP. XLIIII.

DIcuntur autem planetæ, id eſt errantes, quia per aerrem vario motu diſcurruut, vnde & retrogradæ dicuntur. Cumque triplex ſit motus rerum ſcilicet voluntarius, & naturalis, & violentus: Voluntarius quidẽ motus in planetis non eſt, quia ſenſus & motus determinãt animal, ſenſus autem in eis non eſt. Mouẽtur itaque violento motu cũ firmamento, motu vero naturali contra firmamentũ. Ratione namque formæ quæ ſphęrica eſt, firmamentum in inſtanti moueretur, niſi eſſet prohibens. Ideo poſiti ſunt planetæ magni, qui ad motũ eius retardandum mouerentur contra illud, motu ſuo naturali. Nam ſi mouerentur in inſtanti, rerũ eſſet confuſio, nec generatio fieret, & corruptio, ſed quia motus firmamenti præualet illis, rapiuntur cum eo motu violento. Niſi vero virtute quadam occultiori ſemina rerũm à ſuis principiis diuiderentur, ſemper apparerent in ſtatu ſuæ creationis immobiliter permanere. Nunc autem indidit Deus globiferis ſtellarum circulis, ſed maxime planetarum, virtutem talem, vt à motu ſui principii res vegetabiles tranſire faciant, ſed ad multiplicationem conſimilium transferant. Proinde ſucceſſionis ac poſteritatis quaſi ſobole concupita, in ſe ſolis manere nolentes, ſemina de ſe fũdunt, & in ſeminum materias in aliis prouentura. Ceduntque ſemper ſuccedentibus aliis, & ad rerum principium terram iterum reuertuntur.

Curſeptem ſtellæ dicuntur planetæ.

Planetæ mouentur motu raptus, & ſimul etiam motu naturali contra firmamentũ vt retardetur ne in inſtanti volutur.

Exceptis igitur his, quæ vel ad liberum arbitrium hominis, vel ad ſpecialia diuinæ voluntatis opera ſpectare videntur; Deus omnipotens cauſas iſtarum rerum inferiorum, ſub ſtellarũ motibus eſſe cõſtituit. Quod ex motibus planetarum Solis & Lunæ cõſtare poteſt, dũ ſub augmento vel defectu Lunę, humores in hominibus ac cęteris animalibus creſcere & decreſcere vidẽtur. In aſcenſu quoque ſolis flores & fructus erumpunt, in deſcẽſu vero cuncta virentia arefiunt. *Sol quidẽ* & Luna luminaria magna dicuntur, non quod maiora ſint corpore vel lumine apud ſe, ſed aliorum ſyderum comparatione, quæ propter remotionem minora videntur apud nos, cum tamen maxima ſint apud ſe. Nã ſi Luna æqualis quantitate videtur cum Sole, qui tamen ſexies aut ſepties maior eſt, & hoc ideo quia ille remotior, illa vero nobis propinquior eſt; quid de cęteris tribus, qui longe ſuperiores Sole ſunt æſtimari poteſt? Mars enim planeta quintus, intantum & paulo plus ſuperior eſt quàm Sol. Iuppiter vero ſextus, in quintuplum Marte altior eſt. Saturnus autem ſeptimus & vltimus, in duplum ferè Ioue ſuperior. Vide ergo quanto Saturnus Sole ſuperior ſit, & quantum eius ſydus maius illorum comparatione haberi poteſt. *Omnes* autem planetæ poſt quingentos 32. annos circulos ſuos peragunt, & eoſdem vt prius repetunt. Signifer, id eſt circulus, 12. ſignorum in duodecim partes diuiditur, ſub quibus ſeptem planetæ feruntur. *Denique* à terra vſque ad cælum eſſe 65357500. milliaria, philoſophi, & multi catholici, veridicis aſſertionibus, & argumentis firmiſſimis probauerunt.

Sol & luna ſunt cæteris aſtris maiora quoad apparentiam ſed non in re

Diſtantia planetarum ab inuicem

Diſtantia cæli à terra.

De Luna, & Mercurio, & Venere.

CAP. XLV.

LVna eſt primus planetarum, id eſt infimus. Hæc humorum mater eſt, vnde quidam orientales fluuii creſcunt & decreſcunt, ſecundum illius cremẽtum & decremẽtum. Ipſa etiam humana corpora, maximeque lunaticorum, Lunæ curſus ſentiunt. Sed & animalia, beſtiæque plurimæ, ſagina creſcunt & decreſcunt ſecundum eius ſtatum. Poſſũt autem decem Lunæ proprietates his ſex verſibus perſtringi, quę ſpecialiter conueniunt Beatiſſimæ Virgini.

Luna eſt primus planetarum & mater humorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Humorum mater, ſoliſque refrigerat æſtum.
Eccliſſim patitur, phœbo faciente receſſum.
Huic ſol dat lumen, tenebras de nocte relidit.
Illuſtrat mundum ſol, priſtina quando reuiſit.
Inter planetas magis hęc terræ propiauit.
Creſcit, decreſcit, eandet, tempus mediauit.

Mercurius planetarum ſecundus eſt qui reddit humanos ſpiritus puriores

Mercurius eſt planeta ſecundus, qui ſigniferum ſuum percurrit 339. diebus. Hic aliquando ante ortum ſolis, aliquando poſt eius occaſum ſplendens exurgit. Apud gentiles quidem Mercurius ille dicebatur Deus, in quem mercimoniorum fortunas ponebant, quaſi merces curans. Nec forſitan ſine ratione plane tam hunc, Dei ſuo nomine vocauerunt, eo quod in eius aſcenſione, ſpiritus humanorum ſenſuum puriores ac perſpicaciores ſunt, & expeditiores ad lucra facienda, rerumque cauſas inueſtigandas, purgato namque cerebro à fumis & ſuperfluitatibus, purgatior ſpiritus exurgit ad actus.

Venus eſt tertius, qui & ſuo influxu eſt generationi cauſa & omnia animantia ad luxuriam ſtimulat.

Venus eſt planeta tertius, qui & lucifer dicitur, ſtella videlicet contra firmamentum vt Mercurius nitens, quæ omnium maior clariorque videtur. Facit enim vmbram ſicut Sol, & Luna. Signiferum autem percurrit 348. diebus. Iſte ſolem orientem aliquando præcedit, & aliquando veſperi oritur, & tunc heſper aut veſper dicitur: hyeme lucet, æſtate conditur, & in antarctico polo (qui eſt vertex inferior) ſepelitur. Vi huius naturæ (vt dicit Plinius) cuncta generantur in terris. Vnde Venus dicitur, quaſi veneris numen, quæ apud gentiles dicebatur Dea amoris. Hic itaque planeta in exortu ſuo, matutino vel veſpertino terram rore conſpergit, & non ſolum terę conceptus implet, verumetiam animantia omnia ad luxuriam ſtimulat. De huius proprietatibus extant hi quinque verſus.

Proprietates veneris.

Lucis ſplendorem fert ſecum, fert quoque rorem.
Ingens dat lætum, vigilanſque, decens, præit ipſum
Solem, defectum Lunæ comitans, hyemiſque
Tempore luceſcit, cedens æſtate quieſcit.

Dicitur autem dare, id eſt facere lętum hominem ſcilicet viatorem; vigilans, quia nocte lucet; decens, quia pulcher.

De Sole.

CAP. XLVI.

Sol planeta eſt fons lucis & caloris, fructuũque mater.

SOl eſt quartus planeta, ſic dictus quia ſolus lucet, ſcilicet per diem, vel quia ſuper omnia lucet. Zodiacum peragrat diebus 365. In ortu ſuo ſi maculoſus eſt, vel ſub nube latet, diem indicat pluuialem; ſi rubet, ſincerum; ſi pallet tempeſtuoſum; ſi concauus apparet, ita quod in medio fulgens radios ad auſtrum & aquilonem emittat, tempeſtatem humidam ac ventoſam ſignificat: ſi autem pallidus in nigras nubes occidat, aquilonarem ventum determinat. Sol eſt fons caloris, nubes de terra per vapores attrahit, fructus maturat, fluida ſiccat. Veris quidem tempore, ſole ſuperius aſcendente, frondes ac flores erumpunt, fructuſque de floribus prodeunt; & dum ſol remotius aſcenderit, vapore ſuo ſicco & igneo, fructus ac ſemina matureſcere facit, eo quòd humiditatem ſuperfluam calore deſiccat, vt in eis ſiccitas & humiditas temperata remaneat. Idem quoque ſol poſtea deſcendens, & in deuexa per orbis climata cadens, priorem ęſtiui temporis ordinem euertit, vt quæque virenta ſolis auerſionibus cadant, rigidaque ceruice tepeſcant, & (vt breuiter dicam) omnia ſpecie ſua dolent; ac receſſum fomenti ſolaris, lugubri facie formaque deplorant. De huius proprietatibus extant hi ſeptem verſus.

Proprietates ſolis.

Fulgidus effundit radios fons ipſe caloris.
Attrahit hic nubes, ſpecimen vel forma coloris.
Illuſtrat Lunam, noctemque diemque miniſtrat.
Fructus maturat, ac humida cuncta reſiccat.
Intrat ſi reſeras, glacies & dura relidit.
Lætificat ſanos oculos, lippos quoque claudit.
Occidit ac oritur, deſcendens hinc quoque ſcandit.

Poſſunt hæc omnia referri ſpiritualiter ad beatam virginem, quæ dicitur electa vt ſol. Et ſicut ſol octies maior eſt terra, ſic & ipſa prærogatiuis octo, maior eſt omni creatura. Quas videre poſſumus in his 4. verſibus.

Prærogatiua octo B. Virginis.

Virgo prius vouit, virgo ſine ſemine prægnans.
Virgo Deum genuit, virgo mater ſimul extans.
Hęc ſine labe manens, omni virtute beatur.
Imperat hic Chriſto, ſuper ipſa creata leuatur.

De Marte, & Ioue, & Saturno.

CAP. XLVII.

Mars planeta 5 cholerã in corpore accendit & humores corrumpit.

MArs eſt planeta quintus, qui ſigniferum percurrit annis duobus. Non abs re forſitã ex nomine Martis Dei bellorũ à gentilibus nuncupatus, cũ in huius ſyderis aſcẽſione cholera ſępius in hominibus accẽdatur, fiantque calefactiones cordis, & hepatis, ac rebullitio cerebri, & humores corrumpantur. Sic enim cauſis contrariis impugnantibus ſanitatem, bellũ in corporibus geritur, quod non niſi morte finitur.

Iupiter planeta ſextus, ſanitatem mortalibus tribuit, &c.

Iuppiter eſt planeta ſextus, calidus & ſiccus: qui Zodiacũ peragit annis 12. ſic dictus à gentilibus ex nomine Dei ſui, qui dicebatur Iuppiter, quaſi iuuans pater. Nec hoc forte ſine ratione, cũ in huius aſcenſione ſyderis, omnia terræ naſcentia vi erumpant. Eſt autẽ (vt dicit Martianus in aſtrologia) ſtella Iouis ad omnia ſalutaris & ſecundum naturãm ſanitatẽ mortalibus impartitur: vnde & dicit ibi commentator, quòd ſi non eſſet alius planeta quàm Iuppiter in firmamento cœli, omnes homines eſſent immortales. Quod intelligendum forſitan ſecundum naturæ curſum, & non ſecundum voluntatem & potentiam creatoris.

Saturnus planeta ſeptimus, frigus efficit, & tarde mouetur.

Saturnus eſt planeta ſeptimus & vltimus, ſummumque omnium ſydus, ideoque nimium videri dicit Plinius. Hic annis, 30. ſigniferum peragit. A parte ſiniſtra gyrant omnes planetæ, præter Saturnum, qui ſemper præceps graditur in dextram partem. Hũc in occaſum celerrimè tolli contingeret, niſi conuerſione aſſidua obuiis alijs ſyderibus impediretur. Nunc autem mundi vertigine impeditus, ignauo globo torpet, & fit gelidæ rigentiſque naturę; vnde fit vt tardius cęteris curſum ſuum peragat. Auguſtinus tamen aliam cauſam frigiditatis eius ponit, ſcilicet aquarum ſupercæleſtiũ vicinitatem. Dicitur autem Saturnus à gentilibus ex nomine Dei ſui, quaſi ſaturitatis numen; & hoc forſitan ideo, quia in huius ſyderis aſcenſione, iacta ſemina mortificantur in terra, vt fructum faciant ad ſaturitatem carnis. Iuxta illud: *Niſi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit*, &c.

De quinto elemento quod eſt vapor.

CAP. XLVIII.

Vapor dicitur quintum elementum quia ex eo fiunt alia, puta mixta prima cõpoſitionis, ſecũda, tertia, quarta, & quinta.

EX *ſumma de anima.* Vaporem autem dicimus quintum elementum, quod eſt medium aquæ & aeris, quantum ad ſubſtantię ſubtilitatem, quia ſubtilior eſt aqua, craſſior aere. Et quamuis ſit ex elementis, puta quod reſoluitur ex aqua & terra à calore ſolis, ſiue maneat clauſus in viſceribus terræ, ſiue ſuper terram eleuetur plus & minus, iuxta triplex interſtitium aeris; ipſe eſt principium aliarum rerum ſequentium. *Nam* ille qui eleuatur ſuper terram, principium eſt cometarum, ac ſtellarum cadentium, & aſuph, & anaxhet, circulorum circa ſolem & lunam apparentium, & Iridis, necnon ventorum, & turbinis, ac tonitrui, coruſcationis, & fulminis, & nubis, ac nebulæ, grandinis quoque ac niuis, ac pruinæ; ſed & nymbi, ac pluuię, atque roris. Et iſta ſunt elementata primæ compoſitionis. *Ille* vero, qui manet in viſceribus terræ, ipſe eſt qui calefacit fõtes in hyeme, ipſe eſt principium terræ motus, & ex eo corpora mineralia generantur, vt ſulphur; ex cuius combuſtione calefiunt thermę, & lapis ſimiliter, & argentum viuum, quod eſt principium omnium metallorum, quæ ſunt 7. ſcil. plumbum, ſtannum, æs, auricalcum, cuprum, argentum, & aurum: & hæc ſunt

Metalla ſunt ſeptem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quorum omnium principium eſt argentum viuum.

elementa ſecundæ compoſitionis, vel complexionis.

Sunt autem elementata quædam media, quæ nec ſub terra ſunt, nec ſuper terram, & horum quædam ſunt infixa terræ naſcentia, puta plantæ arborum & herbarum, quædam vero nõ, ſicut animalia: Quædam tamen inter plantas & animalia media ſunt, vt ſpongię marinæ, quæ & radicibus aluntur, vt plantæ, & tactu ſentiunt, vt animalia. Sed horum principia ſunt vapores, vnde per ſe prius generantur, plantæ vero primo ex ſeminibus, pluuia mediante. Nutriuntur itaque terræ naſcentia, ex mixtura terræ & aquæ, & ita ſunt in tertia compoſitione, in qua confracta eſt aliquo modo contrarietas, quæ elementata primę, & elementata ſecundæ compoſitionis, animam habere prohibebat: vnde plantæ animam habent vegetabilem. Et quia vapores ſunt principia terræ naſcentium, ex terræ vero naſcentibus generantur humores animalium, ex quibus ſcilicet humoribus, & ipſa nutriuntur, & ſemina vel oua formantur, de quibus alia quoque generantur animalia. Manifeſtum eſt quod vapores principia ſunt animalium & hominum, qui ſunt quartæ & quintæ compoſitionis: ſed in animalibus magis confracta eſt contrarietas, quam in terræ naſcentibus: vnde & nobiliorem animam recipiunt, ſcilicet ſenſibilem. In hominibus quoque magis quàm in animalibus, & ideo recipiunt animam nobiliſſimam propter ſummam humani corporis temperantiam: & quia non potuit eſſe nobilior perfectio, patet quod homo eſt finis omnium creaturarum. Sicut ergo prima creaturarum rationalis eſt, ſcilicet Angelus, ſic & vltima eſt homo, vt finis cõueniat principio: fitque creaturarum ordo circularis, vt ex perfectione circularis creationis, intelligatur perfectio ſummi opificis. Rectè igitur quinque ponimus elementa, licet quatuor ſint primo prima.

Quænãmixta vocentur tertiæ compoſitionis.

Animalia ſunt quartæ compoſitionis, homo vero quintæ.

Sunt tãtum quatuor elementa primò prima.

De impreſſionibus aeris ex vaporibus aſcendentibus.

CAP. XLIX.

Ariſtot. in libro Meteororum. Cauſa etiam prima mouens terræ & aquæ vapores, vt ex eis eleuatis fiant impreſſiones aeris, eſt motus orbium ſtellarum, ſcilicet ſolis & aliarum. Sol enim dum appropinquat his rebus, & elongatur ab eis, cauſa eſt generationis & corruptionis accidentium in illis, id eſt rerum huiuſmodi quę in eis generantur. Dum enim calor eius ignit terram, eleuatur ex ea vapor humidus, & vapor ſiccus, atque in diuerſas ſpecies ſeparatur. *Quædam* enim ſpecies dum aſcendit ad ſummum aeris, reſoluitur ac ſubtiliatur, & appropinquat igni quo inflammatur, & fit ex ea impreſſio inflammata, vt ſupra dictum eſt. Hæc autem vaporis ſpecies vocatur æſtus. *Alia* vero eſt nebula propinquior, quæ fit aer, niſi accidat ei accidens, id eſt niſi obuiet ei frigus accidentale ipſam conſtringens. Verum aer iſte factus ſcilicet ex vapore ſubtili, fit aqua; quia vapor roridus eſt, id eſt materia roris, vel pluuiæ. Nam ſi accidat ei frigus, quod ipſum premat, incraſſatur & inſpiſſatur, & redit aqua ad terram pluens, id eſt diſtillans in rorem, vel in pluuiam, ſc. ex nubibus ſubtilioribus, vel denſioribus. Et quandoque videtur ex eo nebula, ſc. ex reliquiis nubium reſolutarũ. *Cum* igitur ſol appropinquat, vapor eleuatus aſcendit; cum autem elõgatur ab eo, deſcendit. Cum autẽ id quod ex eo deſcendit parua res eſt, i. ſubtilis, & ideo tardatur in deſcenſione ſua, ros vocatur. Cum vero multam habet menſuram, id eſt ſpiſſitudinem, & ideo velociter deſcendit, pluuia nominatur. Et quando parua res eſt, nec peruenit in altum propter paruitatem ſuæ caliditatis, & reſoluitur, fit aer. Quando autem vapori aſcendenti accidit vehementia frigoris, aggregatus fit pruina. Quando enim ſuper ipſum eſt paruum frigus, id eſt temperatum exprimit rorem: Pruina autem eſt vapor congelatus.

Sol eſt cauſa efficiens meteororum.

Vnde diſtinctio meteororum.

Æſtus.

Ros. Pluuia.

Aer.

Pruina.

Dico ergo quod aqua non congelatur, niſi in loco vbi ſunt nubes, & quia deſcendunt ex loco nubium tria corpora, quorum generatio & eſſentia eſt per frigus, ſcilicet pruina, nix, grãdo. Corpora vero deſcendentia ex aere duo duobus ſunt ſimilia, quia cauſa generationis, vtrorumque eſt vna, nec diuerſificantur, niſi multitudine & paucitate. Sunt autem hæc, nix & pruina, ſimiliter pluuia & ros. Eſt enim ros pluuia pauca, id eſt ſubtilis. Pluuia ros multus, id eſt craſſus vel denſus: pluuia namque non fit niſi ex vapore multo iam infrigidato, & cauſa illius ſunt tẽpus, & locus, & frigiditas.

Aqua non congelatur, niſi in loco

ubi ſunt nubes.

De paſſionibus aeris, & primo de ventis.

CAP. L.

Ex libro de natura rerum. Videamus itaque primo de paſſionibus aeris, quemadmodum aut qua ratione concutiatur in multis, vt ſunt venti, fulmina, coruſcationes, & tonitrua, quę non ſolum aerem ſuperius, verumetiam terram inferius, cũ ſuis animalibus turbare noſcuntur: Ventus eſt aeris fluctus. Quis autem primum motum in aere faciat vnde ventus creetur, merito quęritur. Quidam ex antiquis philoſophis hanc rationem aſſignant. In terra eſt abyſſus profundiſſima, cuius fontes olim in diluuio rupti fuiſſe legũtur. Iuxta hunc loca cauernoſa ſunt & ſpeluncæ latè patentes. In his ergo venti de ſpiramine aquarũ concipiuntur, qui & ſpiritus procellarũ dicuntur. Et hiquidẽ ſpiramine ſuo per patentes cauernas aquas maris in abyſſum trahunt, eaque inũdatione iterum impetu magno impellunt. Dehis itaque vẽtus fit & terræ motus.

Quid vẽtus & vnde procedat.

Sunt autem quatuor venti cardinales, & octo collaterales. *Primus* cardinalis eſt Septemtrio, qui & Aparchis dicitur, hic facit in aere nubes, & frigora creat Habet autem à dextris circum, qui & circias dicitur; faciens niues & grandines: A ſiniſtris Aquilonem, qui & Boreas dicitur, conſtringentem nubes. *Secundus* eſt Subſolanus, in calore & frigore temperatus, habens à dextris vulturnum, qui & calchias, cũcta deſiccantem à ſiniſtris earum nubes generantem. *Tertius* eſt Auſter, qui & nothus, humore calorẽ & fulmina generãs *Hic* habet à dextris Euroauſtrum, qui eſt ventus calidus; à ſiniſtris Euronothum, qui temperatus eſt. *Eſt notandum* quod Auſtrales venti, quia flant ex humili, maiorem tempeſtatem faciunt in mari. *Quartus* eſt Zephirus, qui & Fauonius: hic hyemem reſoluit, floreſque producit. Habet autem à dextris Africum, qui tempeſtatem, tonitrua, fulminaque generat: A ſiniſtris vero chorum, qui in duos diuiditur, ſcilicet Auram & Altanum. Aura in terra, Altanus in pelago, omne creatum in ſuo curſu ordinatè conſiſtit.

Quatuor ſũt venti cardinales, & octo collaterales.

De igniculis per aera exagitatis, & de nubibus.

CAP. LI.

Stellæ quandoque cadere videntur in aere, ſed minimè cadunt. Cum enim igneæ ſint naturaliter, propriuſque locus earum in æthere, nunquam ad terram deſcendunt. Cæterum ſi vna ex eis caderet, totam terram vel partem illius maximam occuparet. Nam licet ex remotione videantur paruæ, in ſe tamen ſunt maximæ. Quæ vero cadere videntur, igniculi ſunt à flatu ventorum in aerem ab æthere tracti, & mox in aere madido extincti. Sæpe etenim eſt in aere ſuperiori, licet non in inferiori ventus & commotio, ex qua commotus aer ignitur, & per aera ſplendens diſcurrit. Qui cum iuxta ſtellam aliquam tranſierit, ſplendore ſuo viſum illius ſtellæ nobis aufert, ita quod ipſa obtecta cecidiſſe videtur. *Si autem* quæritur cur eadẽ ſtella poſtea non apparet. Reſpondemus, quod fumus procedens de extinctione ignis cadentis in aerem humidum, eam nobis obtexit. Vel dicimus eandem à nobis poſtea videri, ſed eam eſſe neſciri. Cum enim (vt prædiximus) aer ignitus diſcurrit, aer ſpiſſior, & inde tardior ſubſequitur, qui inter nos & illã interpoſitus, nobis viſum eius ſubtrahit. Prius autem quàm

Quid ſtella cadens.

Solutio dubij

tranſeat,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

transeat, & illa stella appareat, firmamentum quod ad occasum tendit, iam eam ad vlteriora detulit. Cum igitur apparet, alia esse putatur, quia in alio loco, quam ante videtur.

Quid nubes.

Nubes dicuntur quasi nimborum naues, solis namque calore de terra tractæ, per vapores in aere conglobantur & condensantur, grauidæque factę nimietate humiditatis, & amplius se ferre non valentes, vento de facili dissoluuntur, & per pluuias niues aut grandines ad terram iterum relabuntur, vt iterum ascendentes concrescant in nubes. Secundum autem volatum nubium, quę ventis in aere deferuntur, aura pluuialis, aut sicca, frigida, vel remissa fore conijcitur. *Itaque* si vespere solem in occasu nubes tegant, futuras in crastino pluuias suspicamur. Si etiam mane solem Orientem terra nubes obtegat, residuo clarescente, pluuia speratur, aut à mane vsque ad meridiem, aut à meridie vsque ad noctem. Porro si ventis contrariis flantibus, nubes inter se dispariles discordauerint, tempus dubium expectabis. Quia cum quis ventorum suis nubibus alium superauerit, auram illi cedere repente cognosces.

Tempus siue aura qualitas ex nubibus cõijcitur.

De tonitruis. & fulminibus.

CAP. LII.

Vnde tonitru & fulgur.

EX *libro de naturis rerum.* Tonitruum fit quando venti nubibus inclusi nituntur erumpere, magnoque murmure concrepant, & collisis nubibus ignem terribilem eiiciunt. Crepitus vero nubium ventorum est tonitruus, ignis autem inde excussus est fulgur; qui scilicet ignis ideo penetrat quę tangit, quia nostro subtilior est, & magna vi ventorum impellitur: ab Aquilone fulgur, ab Euro tonitruus tempestatem significat. Itaque fumo calido & humido ad superiora tendente, cum ad summum aeris peruenit, ex præponderatione humoris mouetur summitas aeris, cuius particulæ in modum vndarum concurrentium sibi, fragorem & tonitruum faciunt. *Ex motu.* verò calefactus aer, transit in substantiam igneam, fitque corruscatio: Cum igitur impetus ille, qui ex occursu aeris humido fumo spissati generatur, sursum ascenderit, fragor absque fulmine fit. Similiter etiam deorsum si tendat, nõ tamen vsque ad obstaculum perueniat: cum autem vsque ad obstaculum peruenit, obstantia findit vel vrit. Nam si in hac inferioris aeris parte multus sit humor, aer in illo impetu existens, igniri non potest; fitque fulmen findens non vrens. Sed quia proprius motus aeris est sursum tendere, nulla materia exinde reditum vetante reuertitur, sparsosque aer colligit ignes: si vero vbi non sit humor, ex motu & siccitate ignescit, fitque fulmen vrens.

Vnde coruscatio.

Quid fulmẽ. Quid tonitruum.

Quid coruscatio.

Est igitur fulmen pars aeris, aliqua collisione vsque ad obstaculum cum impetu perueniens. *Tonitruum* autem est partium aeris cum impetu concurrentium sonus. *Corruscatio* vero est pars aeris ex impetu ignita, & splendens. Non est autem fulmen substantia lapidea (vt quidam dicunt): si enim hoc esset, non huc illucque discurreret, nec sursum rediret; & cum aliquem feriret, carnem & ossa comminueret. Ideo autem dicunt quidam sic esse, quia cum ad superiora fumus igneus ascendit, aliquid terrenæ substantiæ cum eo eleuatur, quod ex calore solis in substantiam lapideam transit, & in concauitate nubium continetur, donec nubes impetu aliquo diuidatur.

Fulmen non est substãtia lapidea.

Cum autem in quolibet anni tempore fumus ille humidus ascendat, non tamen in quolibet tonitrua vel fulmina generantur. In hyeme namque iuxta terram inspissatur, quia non est tantus calor qui possit eum ad summum aeris eleuare. Remanens ergo in inferiori parte aeris, ventos & pluuias gignit. In æstate vero cuius maximus est feruor, vsque ad summum eleuatur humor, fitque partium aeris concursio diuersa, & inde tonitrua. In Autumno porro, quia frigidus & siccus est, nec est humor qui eleuetur, neque calor qui eleuet. Sed in vere, dum fumus superiores partes aeris obtinet, per spissitudinem suam huc & illuc ex eius labilitate impellitur, fiuntque tonitrua & fulmina. *Prætereà* in oriente non fiunt æstate tonitrua sicut apud nos, quia tunc ęstus ibi calidissimus est atque siccissimus, nec potest aliquis humor etiam si ascenderit in nubes cogi, sed aeris calore dissipatur. In hyeme vero fiunt ibi, quoniam & humor sufficiens de terra ascendit, & est aer calidus quo eleuetur, sicque calore & humore temperatus est aër, vt facillimè fumi in nubes excrescant, fiatque concursus ventorum ac nubium quo tonitrua ac fulmina proueniant. Itaque nostra æstas in Europa, potest orientis hyemi comparari. *Fulmen* sæpius alta sternit, quia cum ab alto descendit, citius alta repetit. Nullus autem fulmine tangitur, quàm prius lumen viderit, aut tonitruum audierit: in silentio nunquam fulmen iacitur. Fulmen quidem tactum hominem non semper extinguit, cætera vero animantia semper, hunc honorem homini natura tribuente.

Fulmen nũquã iacitur in silentio, nec semper hominem tactum extinguit, vt cætera animalia.

De arcu cæleſti & nebula.

CAP. LIII.

IRis est limbus nubis concauæ, quæ est quasi speculum solis. Sicut enim terra sphærica est, ita & vapor eius sphæricus: si ergo nubes concaua generetur opposita soli, limbus eius diuersi coloris erit, propter adinnctionem multi nigri. Fit enim arcus cœlestis ex nubibus, & radiis solis: calore namque solis humores aqueos attrahente de terra & mari, concrescunt in nubes, eisque de terra superius ascendentibus, intercurrunt radij solis, quibus medijs illustrantibus nubes, fit arcus cœlestis ex coloribus diuersis: Cœruleo scilicet, qui ex aqua contrahitur; & rubeo, qui ex radiis igneis generatur. Cæteri vero colores, sicut virides, & purpurei, secundum quod magis & minus ad illos duos principales accedunt, similitudinem trahunt.

Vnde iris.

Quoniam autem Deus olim mundo diluuium induxit, non tantum ex aquis quæ sub firmamento erant, quia nec cataclismum facere suffecissent, sed etiam maximè ex his quę super firmamentum, vnde scriptũ est *Et cataractę cæli apertæ sunt*; hinc factum est vt arcum postmodum in nubibus poneret, ne vlta diluuium super terram induceret, ac si diceret: Aquæ supercælestes induxerunt mundo diluuium, sed nunc arcum meum ponam in nubibus, qui fit ex aqueis terræ humoribus, vt si quando pluuiarum aquæ in aere pendeant, hoc signo apparente homines non timeant, quoniam aquæ quas vident in nubibus de terra sunt, nec tantum cumulum facere poterunt, vt mundo diluuium inducant. Hęc est ratio naturalis cur Deus posuit arcum in nubibus ob signum fœderis.

Cur Deus posuit ar cũ in nubibus in signum nunquam futuri diluuij.

Nebula fit dum exhalationes humidæ vaporaliter trahuntur, & radiis solis ad terram repelluntur: hæc ascendens pluuiam nunciat, descendẽs vero serenum, roremque salutiferum terræ fructibus affuturum. Super aquas & infima quæque terrarum perseuerantius manet, propter vicinitatem scilicet humiditatis, eo quod ex humido contactu sui similis continuatur. In locis autem in alto sitis, propter aerem subtiliorem citius dissoluitur. Vnde & huiusmodi loca salubriter antiqui libentius inhabitabant. Sed econtra moderni, propter commodum aquæ, locis huiusmodi dimissis circa aquas ędificant, quod multis est causa languoris, & immaturæ mortis. *Nebula* quæque depressa est multum ac fœtida, quoniam humores corrupti de terra sublimantur ad aera; & hæc pectus lædit, reumaque pessimum in capite creat: quod si ad pectus descenderit, apostema sæpius efficit. Nebula denique circa Maium, & æstiuale solstitium, ac post Septembrem pessima est.

Vnde nebula

Nebula est humano corpori nociua, ideo expetenda sunt habitacula altiora, quia nebulis minus infestãtur.

Quo tempore fiãt tonitrua & fulmina.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De humoribus aeris, & imbre, & grandine, & niue.

CAP. LIV.

Vnde imber.

SEptem ſunt humores aerei (ſicut dictum eſt ſupra) per ſeptem regiones aeris diuiſi, ſcil. imber, grando, nix, & ros, mel quoque, ladanum, & manna. Imber de nubibus deſcendit, dum enim guttulæ in maiores guttas coeunt, aeris amplius natura non ferente, ad terras dilabuntur. In Orientis partibus raro pluit, ſed ibidem ſupra modum inundat pluuia cum venerit. Tantus enim ibi calor eſt per æſtum ſolis, vt paucitas humorum aſcendentium de terra peruenire poſſit ad regionem imbris, ſole medio qui paulatim aſcendentes eos deſiccat. Rorem vero craſſum, & frugibus efficacem ibidem eſſe conſtat. Cum autem humores in viſceribus terræ coarctati diutius, ex abundantia ſui tandem eruperint, calore ſolis & aeris ſiccitate trahẽtibus, tunc ſupra modum inudant pluuiæ, & quanto rarius, tanto copioſius. In Europa vero tantę frequenter pluuiæ cadunt, vt ex eis torrentes inſtar fluminum currant, & maximè circa montium iuga. In Ægyptiacis Thebis, ſi in æſtate largiores pluuiæ fundantur, tota regio mox infinitis nubibus repletur. *Pluuia* ſeruata ciſternis, & ſtabilitate purgata, aquarum omnium clariſſima eſt, & ſine corruptione diutius durat, frigida quoque nimis eſt, & potu ſalubris, viſcera laxata ſtringit, tempore pluuioſo maior pars piſcium impinguatur, vnde & ſuper mare alludere cadenti pluuiæ videntur.

Cur raro pluat in partibus orientis, & in tãta copia dũ pluit.

Pluuia in ciſternis ſeruata eſt optima aqua.

Vnde grãdo.

Grando fit ex pluuię ſtillis, ventis ac frigore ſuperioris aeris conglaciatis: corpus perſpicuum habet propter circumactionem volubilitatis, cuius materiam, id eſt ſtillas pluuiæ, ſi condẽſatim fuderit aer, multæ guttæ conglobantur in vnum lapidem, & tunc excedit grando ſolitam quantitatem, fitque tempeſtas. Vnde legitur in chronicis, grandines aliquoties tantæ magnitudinis cedidiſſe, vt etiam beſtias & homines extra tecta poſitos conquaſſarent. Grando turbida magis eſt, quàm in terra glacies congelata; quia minimæ guttæ primitus coagulatæ paulatim adijcitur diſtendendo, ſicque de multis partibus fit; quod non glacies, quæ ex aquæ continua materia per gelu concreſcit. Grando multum infrigidat aerem; vnde quandocunque in vere & autumno ceciderit, periculum imminet peſtis: In frugibus, diræ gelidæque pruinæ, niſi poſt grandinem immediatè ſol calidior aerem terramque illuſtrauerit. Porro ſi circa ſolſtitium æſtiuale ceciderit, ſignum eſt in ſuperioris aeris regione frigus eſſe permaximum, & niſi pars aeris inferior ſolis radijs calefacta grandinem deſcendentem liquefaceret, ad immenſam quantitatem molas faceret monſtruoſas.

Crando in vere vel autumno eſt ſignum peſtis quia aerem multum infrigidat.

Vnde nix.

Nix eſt aquarum vapore necdum denſato in guttas, ſed gelu præpediente formata: nec tamẽ tranſlucet vt glacies, quoniã ex paruiſſimis & innumeris minutijs fit, quæ non cohærent, præferuntque candorem. Niuem probantur habere montes illi qui orbis climata faciunt, vt Caucaſus in India, Athlas in Andria, & cæteri. Olympus autem nõ habet, ſicut nec pluuias, nec ventos, quia excedit omniũ humorũ regiones. Niues per totũ annũ ſeruari poſſunt ſub terra paleis cooperta. In Oriente quidem ſeruantur ad miſcendum vinum æſtate calida, vel ad aerem infrigidandum circa infirmos: Infrigidant enim valde. Et notandum, quod membra fricata niue, etſi ad horam quaſi frigus intolerabile patiantur, poſtea tamen per ſe calore moderatiſſimo refouentur, quia calor naturalis in homine accidentali frigori reluctatur.

Mons olympus excedit omnes humores aereos.

De Rore, & Melle.

CAP LV.

Vnde ros.

EX *libro de imagine mundi.* Ros in aere venit, quando grauatus aer frigore noctis, & Lunæ ſplendore diſtillat. Quod ſi vehementius ingruerit frigus noctis, ros in pruinam vertitur. *Ex libro de naturis rerum.* Roris itaque proprium eſt ſubtiliter & quaſi inſenſibiliter ſuper terram deſcendere, qui ſupra quàm credi poteſt terram infundit, & ipſo imbre efficacior eſt in frugibus fœcundandis. Mundificat autem omnia quæ infundit: vnde viſibiliter gramina virent poſt rorem. Ros gelidus eſt, & multum infrigidat, vnde ęſtate calida niſi ſuperuenerit ros frugibus, ardore ſolis irent in deterius. Sicut autem ros fœcundat ea quæ tangit, ita ros in pruinam verſus, botros maximè maturos, & fructus areſcere facit, humorum virtutes exhauriens; & hoc maxime in autumno. In vere autem cum inſit rebus temperies, obrepit quandoque ros pruinoſus in aere, & per noctis quieta ſilentia depaſcit, adurendo fruges ac germina; fitque tam dura peſtis præcipuè vinearum, vt igne conſumpta videãtur, & vix ipſa quercus duriſſima, in foliorum aduſtione ſit immunis. Nõnulla tamen arborum aut herbarum hanc peſtem non ſentiunt, eo quod humor illis inſit rigidior, & poſſint reſiſtére vaſtatori.

Ros multum infrigidat, & facundat conuerſus in pruinã, frugibus pluriſmum nocet.

Vnde mel.

Mel eſt ſubſtantia humoris in aere, quę de florum ac fructuum fumis collecta ſuauitate, multa ſpatia tranſiens aeris, ſuper ipſam nubium regionem ſolis virtute conſcendit, & inde occultiſſimo ac ſubtiliſſimo modo rori permixtus, iterum in herbis, & frugibus, ac floribus reſidet, temperatque ſaporem in rebus. Eſt enim duplex mel; naturale ſcilicet iſtud, quod in aere virtute naturæ concreſcit: Et artificiale, quod apum labore, vel arte magiſtra, adiuuante tamen natura, componitur. Apud nos quidem ſcilicet in Europa, circa ſolſtitium æſtiuale mella quandoque de ſuperioribus deſcendunt; ſed hoc raro, & in modica quantitate, & tunc imminet peſtis maxima caprarum, ouiumque; quia cum herbas irroratas melle comederint, moriuntur. Vnde paſtores periti tempus obſeruant cum mella decidunt, & greges ad paſtus exire non ſinunt, quoadusque radiis ſolis humor melleus ex herbis in aerem transferatur.

Mel duplex ſc artificiale, & naturales ſed hoc in Europa raro decidit, & eſt ouium peſtis.

Apud nos igitur vt dictum eſt mella deſcendunt, ſed raro & modicè. In oriente vero fere omni menſe per noctes continuò. Humor namque melleus, qui de floribus & frugibus in fumis per ſolẽ ad ſuperiora tranſuehitur, apud nos viſcoſas & lubricas, ac nebuloſas aeris regiones tranſire non poteſt, nec ad illam tranquillam venire quæ ſupra nubes eſt, vt ibi paulatim denſatus, ad nos iterum pondere ſuo deferatur; ſed aſcendere nitens; ipſis lubricis aeris regionibus miſcetur. In oriente vero congruè hoc fieri poteſt, quoniam aer totus ibi puriſſimus eſt. Itaque deſcendit ibi mel ſuper terram, etiam in arboribus & herbis, non tamen in tanta copia ſicut ros. *Mel* apum in plenilunio capiendum eſt ſereno die. Abrumpi ſtatim ac reſilire guttas, vilitatis eſt indicium. Bonitatis vero probatio eſt, vt ſit odoriferum, & ex re dulci, glutinoſum, ac perlucidum. Cum autem eximitur mel, apes abigi fumo vtiliſſimum eſt, ne iraſcantur, & mel auiditate vorent. Mel calidum eſt & ſiccum; conſeruat & mundificat, in medicinis ponitur, vt amaritudo ſpecierũ, eius dulcedine temperetur. In electuarijs quoque cum pulueribus miſcetur, vt diutius & maiori efficacia conſeruetur.

Mel calidũ eſt & ſiccũ.

De Ladano & manna.

CAP. LVI.

Quid ladanum & vnde fiat.

LAdanum dicunt quidam gummi arboris eſſe, ſed falſo. Eſt autem humor aeris in oriente, & in partibus Græciæ cum rore vel roris vice deſcendens ſuper herbas terræ. Qui cum deſcenderit, quibuſdam corrigiis herba percutitur, & ſic illa pretioſa humiditas corrigiis conuiſcatur. Quibus expreſſis & extersis, humor ſoli exponitur ac deſiccatur: Exiccatum vero ladanum dicitur. Quod per ſe quidem purum aromaticum eſt, & pretioſum valde, ſed quandoque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

doque cum digeſtione caprina, & huiuſmodi rebus nigris ſophiſticatur. Eligendum autem illud quod pōderoſum eſt & integrum,& quod magis malaſſari poteſt,magiſque eſt aromaticùm. Quod autem ſubrufum eſt & frangitur,vetuſtate conſumptum,nimis ſophiſticatum eſſe ſignificatur. Ladanum habet virtutem conſtringendi & calefaciendi,ex viſcoſitate,& aromaticitate. Valet contra catarrhum ex frigida cauſa,ſi odor eius naribus admittatur:ad digeſtionē quoque confortandam,& ad alia plura eſt vtile.

Quod ladanum optimum & ad quid ſit vtile.

Ex lib. de naturis rerum. Manna ſimiliter eſt humor aeris in Oriente,& partibus Græciæ, cum rore vel roris vice deſcendens nocturnis horis ſuper herbas, ibique inuiſcatur & poſtea colligitur. Sed quoniam in modica quantitate reperitur, multum ſophiſticatur. Purum autem & non mixtum aromaticum eſt valde, & pretioſum,ſubalbidum interius,habens concauitates quaſdam ſicut fauus mellis. Eſt etiam dulcius, & vltra modum iucundi ſaporis : fortaſſis autem hoc manna de quo nunc agitur,vixerunt Hebræi,xl. annis in deſerto, quod ibidem concreatum eſt, diuino miraculo in melius mutata ſpecie,vel ſapore,de quo Auguſt. ad Ianuatium ita loquitur. *Faciat*, inquit, *vnuſquiſque quod vult,& quod ſecundū fidem ſuā ac deuotionem nouerit eſſe faciendum. hoc eſt enim quod in lib. Sapientiæ dicitur quod manna ſecundum deſideria ſingulorum ſapiebat in ore omnium.* Hunc tamen locum retractauit idem Auguſtinus dicens, hoc intelligendum non eſſe de illo manna, quod vtique quaſi ſemen coriandri erat, guſtuſque eius, quaſi ſimilis cum melle. Sed de noſtro cęleſti pane,ac ſpirituali manna;quod tanto iucundius eſt,quanto ſumitur deuotius. *Manna* virtutem habet depurandi & mundificandi ſanguinem : vnde valet in acutis febribus ex cholera ; ſed nonnulli ſophiſticant illud cum melle, alij vero cum ſucco liquiriciæ ſub thure pulueriz ato;& quando ſophiſticatur cum quadam abominatione dulce eſt. Cur autem apud nos in partibus Europæ non deſcendat ladanum & manna ſicut in Oriente,eadem eſt ratio quam prædiximus de melle.

Quid manna & vnde oriatur.

Manna Hebræorum in deſerto forte non differebat ſpecie ab hoc manna naturali.

Virtus manna.

De corporibus mineralibus,& primo de Electro.

CAP. LVII.

Avctor. Dicto de elementatis primę compoſitionis ex vapore concreatis, reſtat dicere de elementatis ſecundę compoſitionis, id eſt de mineralibus,& poſtea de cæteris ſecundum ordinem prædictæ diſtinctionis. Inter corpora mineralia præcipuum locum videntur habere ſeptem metalla in vſus hominum accommodatiſſimè data,ſcilicet,aurum,electrū, argentum,æs, ſtannum,plumbum,& ferrum. Hæc in viſceribus terræ continentur,& alia quidem pura, alia vero terræ commixta reperiuntur.

Inter mineralia præcipuum locum habent ſeptē metalla.

Ex lib. de natura rerum. Electrum duplex eſt. Artificiale,quod ex auri & argenti commixtura conficitur: Et naturale,quod in colore quidem ſimile eſt, ſed in virtute præſtantius. Rariſſimè autem inuenitur,& ſophiſticatum à vero difficillimè diſcernitur. Sed vas violentiam paſſum,& colorem prodit, vſque dum igne purgetur. Metallum hoc conſeruatiuum eſt, vnde olim in locellis ex electro magnorum corpora condebantur.

Electrū duplex,ſc. artificiale, & naturale.

De auro.

CAP. LVIII.

AVrum cæteris metallis eſt pretioſius ac temperatius,durabilius ac tractabilius,& magis ductile: omni tempore fulget, & coinquinatum rubigine non conſumitur;viſum fouet,& quanto rubicundius, tāto melius eſt;in duplo ponderoſius eſt quàm argentū,ęs, aut ſtannum. In riuulis & fontibus inuenitur,& etiam in montibus quādoque,ſed raro. Multus autem labor eſt in lauando;ſed etſi per multas minutias terræ, eius ſordibus ſociatum inuenitur,eſt tamen purum,& non terræ,vel bituminibus in ſe admixtum,ſicut æs,aut argentum. Itaque ſi etiam inter pulueres bracteæ reperiantur nequaquam tamen auri puritas in ſe ſordium ſqualoribus incorporatur. *Aurum* calidæ naturæ eſt, lepram & ſcabiem curat,in pulueres redactum & antidotis mixtum. Habet etiam virtutem confortandi, non quod incorporetur,aut membra nutriat,ſed quod alteratiua virtute corpus immutat. Vulnus ex auro factum non corrumpitur in tumores.

Natura auri

Aurum eſt medicinale

Hali. Regalis practicæ, ſermone 2. Folia auri carnem comedunt ſine morſura,ſuntque ſicca ſubtilia. Limatura auri confortat cor, & pulſioni medetur,ſi quę his proſunt medicaminibus admiſcetur. Acalimia vel cadimia auri melior eſt tenuis,& magis deſiccās,& amplius elimans, quę ſi comburatur & lauetur, deſiccat oculorum vlcera ſine morſura.

De Argento.

CAP. LIX.

EX *lib. de natura rerum.* Argentū ductile eſt & tractabile,ſonorumque ac tinnitu dulciſſimum,& hoc maximè ſi æri admiſceatur. Vnde tubas ex argento ductiles præcepit Moyſes fieri, ad terrorem hoſtium, & exhortationem ; atq; mouenda quoque caſtra,& primū ad epulas conuocandum. Argenti venæ multæ, & in multis partibus orbis inueniuntur. Nec eſt purum in ſe ſicut aurum,ſed terræ ac ſordibus incorporatum & admixtum. Ideoque labor maximus eſt,vt per ignem purgetur:Fumus autē purgationis eius valde nociuus eſt,nec de facili purgatur huiuſmodi fumo multo infectus, niſi fumo thuris aut aromaticis ſpeciebus. Argentum vbi purum fuerit durabile eſt: Impurum autem de facili contrahit corruptelam. Argentum conſolidat alia metalla, & quaſi vnum efficit conſolidata.

Natura argenti.

Fumus purgationis argēti eſt valde nocuus.

Conſtan. Frigidum eſt ac temperatum in humiditate, & contra humidum ac viſcoſum phlegma valet pulueriz atum, & antidotis admixtum. *Hali. vbi ſupra.* Schala, id eſt limatura argenti, ſi conteratur cum argento viuo, prodeſt hæmorrhoidis. Acalimia argenti melior eſt tenuis, mordaſenago ſimilis. Temperata eſt in calore & frigore,ſiccæ complexionis , deſiccatiua, pontica,elimans,viſui prodeſt. Si comburatur & lauetur,elimat viſum,deſiccatque ſine morſura oculorum, replet vlcera carne,deſiccatque vlcera in corpore manifeſta. Item purgamentum argenti melius eſt viride ac tenue,ponticum eſt,deſiccans fortiter;ideoque neceſſarijs admiſcetur ad cicatrizandum vnguentis.

Argentū eſt medicinale.

De Ære.

CAP. LX.

EX *lib. de natura rerum.* Æs autem ſiue cuprum eiuſdem eſt duritiei cum argento , & eiuſdem liquationis, hoc excepto quod eſt rubei coloris. Æs nulla rubigine corrumpitur,fœtorem habet, & tamen dulce ſonat. *Philoſophus.* Æs ſiue cuprum ſonorum eſt & vocale natura calidum. Sonus eius per ſe rudis eſt,admixtum vero ſtanno , vel argento , vel auro, validum eſt valde,dulcemque tinnitum habet. Tinnit enim altius cæteris metallis , ſed vexat auditum, niſi ſtanno commodius temperetur. Æs fuſile quidem eſt in omne artificium;ductile vero , ſed cum labore ac moderamine verberantis. nunquam vero ſic purgari poteſt, quin facile cōtrahat corruptelam ; durat tamen in annos plurimos. *Ex ære* fit aurichalcum, ſic dictum quia ſplendorem habet auri, vel quia de ipſo fit aurum. Dicit enim Ariſtoteles in lib de lumine luminū: Quod ex vrina pueri & aurichalco, ſit aurum optimum , quod intelligendum eſt in colore , non in ſubſtantia . Dicit enim idem Ariſtoteles quod variatur color, ſed ſubſtantia manet. hoc aurichalcum ſcripturæ frequentius vocant electrum,& hoc propter colorem electro prope conſimilem.

Natura æris ſeu cupri.

Ex ære fit aurichalcū.

Hali. vbi ſupra. Litargirū melius eſt Atticū & Hiſpanicū, quodcū frangitur quaſi lumine refulget. tēperatum

ratum eſt in caliditate & frigiditate, deſiccans; prodeſt vlceribus humidis & apoſtematibus calidis, ſi eo cataplaſmentur. Eſt etiam in eo quædam ponticitas, vnde & carnē in humidis vlceribus producit. Aes vſtum melius eſt vtile, ſubtile, leue, plenum, & vtrumque rubeum. Eſt autem calidum, ponticum; cicatrizat vlcera quæ ſunt in corporibus dura, ſed ſi abluatur mollia quoque cicatrizat corporis vlcera. *Tubal*, hoc eſt ſcoria æris, melius eſt nigrum, ſed iuclinans ad ruborem tenue, velut cortices, & eſt ſubtilius ære combuſto. Elimat, & incidit quę noxia ſunt, tenebras oculis aufert, & aſperitatem palpebrarum diſſoluit. *Zimarum*, id eſt viride æris, calidum. carnem ſuperfluam comedit, & eſt incidens, ſi cum cera & oleo oliuę miſceatur, elimat ſine morſura, & carnem adducit.

Es eſt medicinale, ſicut etiam ſorea & viride eius.

De Stanno.

CAP. LXI.

Natura ſtanni.

EX lib. *de natura rerum*. Stannum temperatiſſimæ naturæ eſt. In Britannia tantum reperiri olim ſolebat. Sed nunc in Germaniæ partibus abundantiſſima vena reperta eſt, valde ductile & tractabile, ſuper omnia quoque metalla liquabile. per ſe quoque eſt mutum, ſed cum ære, vel argento, vel auro mixtum, ſonorum & harmonicum: fulget interius, ſed foris de facili contrahit corruptelam, & hoc ſqualoris non rubiginis; nunquam enim rubiginatur: inaqua diu iacens de facili putreſcit. vnde fiſtulæ aqueductus, qui ſub terra fieri ſolebant ex plumbo, & conſolidari ſtanno, modernis temporibus ex calido & fuſili plumbo conſolidare ars hominum excogitauit, quia ſolidati ſtanno durare non poterant in longinquum, plumbum vero ſub terra ſemper durat.

Quod ſtannum mel u, & ad quid in medicinis valeat.

Hali vbi ſupra. Aſerebrum, id eſt ſtannum, frigidum eſt, & eſt in eo ſiccitas, illudmelius eſt quod minime ſub dentibus frendet & ſtridet; & in eo ſunt quedam virtutes aquoſæ. Si fricetur ad lapidem cū modico vino, & oleo oliuæ, proderit apoſtematibus, quæ circa, & ſuper verenda ſunt, & in lumbis. Item ſi cum eius fruſto empulizetur anus inferius, ſedat appetitum coitus.

De Plumbo.

CAP. LXII.

Natura plūbi. Aurum & plumbum ſunt aquales ponderis, & in duplo reſpectu argenti & æris

EX lib. *de natura rerum*. Plumbum temperatæ naturæ eſt, ſicut ſtannum, ponderoſum ſicut aurum, ita quod duplex habet pondus argenti, vel æris. Ductile quoque eſt, & tractabile, minus autem ſtanno liquabile. Ad horam quidem liquatum niteſcit, ſed poſtmodum naturaliter adumbratur, compreſſiuum eſt & lenificatiuum, nec ſolum in ſe mutum eſt naturaliter, ſed & muta efficit alia metalla quibus admiſcetur; liquefactum in igne cęteris metallis plus minuitur. Scoria eius, id eſt ſpuma, continet argentum. Hoc autem proprium eſt & ſpeciale plumbo inter metalla, quod ſemper augmentatur, & hoc ſub diuo magis, & in aere, quàm ſub terra: ſqualorem vero contrahit, ſed non rubiginem.

Plumbū eſt medicinale.

Hali vbi ſupra. Abarum, id eſt plumbum combuſtum, habet in ſe virtutem deſiccantem cum acumine. Quod etſi abluatur, deſiccat ſine morſura, & eſt medicamen vtile peſſimis vlceribus, maxime oculorum; humiditatem eorum deſiccat, & cicatricem ſuperinducit. Heſpidagum plumbi, hoc eſt ceruſa, melius eſt ortuſtum, plurimum album, ſuaue, molle, frigidum, & ſiccum; vlcera deſiccat ſuper ea cataplaſmatum. prodeſt opthalmiæ, ſi miſceatur oculorum medicaminibus, vlceraque eorum cicatrizat. Si vero ſuper acuta apoſtemata cataplaſmetur, inflammationem eorum ſedat.

De Ferro.

CAP. LXIII.

Natura ferri & chalybis.

EX lib. *de natura rerum*. Ferrum frigidæ naturæ eſt, durum, ſolidum, & inciſiuum; omnia fortitudine domat, & à ſe tantum conſumitur. ſuper omnia metalla corruptelam facilius contrahit, & etiam ſibi connexa, corruptione inficit; raucè ſonat, igne rubeſcit, & ductile fit; ex eo fiunt arma, diuerſaque inſtrumēta inciſionibus apta. *Philoſophus*. Chalybs ex ferrarijs fit, multiſque tunſionibus induratur, vt virtutem habeat ſuper ferrum, & hoc ferri genere acuitur acies armorum, vt valeat. Eſt & aliud ferri genus in Orientalibus partibus quod vulgariter *Alidena* dicitur. Inciſionibus aptum eſt, fuſile ſicut cuprum vel argentum, ſed ductile non eſt ſicut ferrum aliarum mundi partium.

Ferrum eſt medicinale.

Ex lib. de naturis rerum. Ferrum (vt dicunt philoſophi) virtutem habet attenuandi & deſiccandi. Infrigidatiuum eſt; ac diſſolutiuum, & ſtomacho prodeſt in limaturis ſumptum. *Hali vbi ſupra.* Purgamentum ferri melius eſt decurrens clarum, in quo non eſt aſperitas paruis fruſtulis, tenue, planum, maximæ deſiccationis eſt, ſi teratur diligenter, & infundatur aceto, & deſiccetur, ac bibatur cum vino, vel vuarum paſſarum ſucco, & melle multę humiditatis: ſtomacho prodeſt, & doloribus ſplenis. Auri quoque qua defluit ſanies inſtillatum medetur. Quod ſi ſubmiſerit ſibi mulier cum lana, fluxum ſanguinis amputat: dehaſe quoque prodeſt.

De Lapidibus & metallis à natura generatis.

CAP. LXIIII.

Vnde fiant lapides.

AVctor. Pręter hoc etiā legitur de quibuſdā corporibus diuerſi generis, quæ natura miro ſuo opere cauſis occultis, in lapides & metalla ſolidauit: *Ex additis quarti lib. meteororum.* Fiunt ergo lapides ex luto viſcoſo per calorem ſolis, vel ex aqua coagulata virtute terrea ſicca, vel ex cauſa calida deſiccatiua. Similiter & quædam animalia vertuntur in lapides, virtute quadā minerali lapidificatiua: & hoc fit in loco lapidoſo, dum diſcontinuantur ſubito virtute quadam quæ exit à terra in hora terremotus, quæ conuertit in lapides, quod in illa hora conſequitur. & hęc trāſmutatio corporum animalium & vegetabilium, æque propinqua eſt ſicut tranſmutatio aquarum. Eſt autem impoſſibile vt aliquid complexionatum conuertatur totum in vnum elementum, ſed elementa mutantur adinuicem, dum tranſeunt in dominans. Vnde quod cadit in ſalina fit ſal, & quod in igne, fit ignis. Sed quędam citius, & quædam tardius ſecūdum potentiam actiuarum, & reſiſtentiam paſſiuarum. *Eſtque* locus in Arabia, qui colorat omnia corpora in eo exiſtentia colore ſuo. *Panis* quoque prope Taraceni, aliàs Coraceni, in lapidem conuerſus eſt; remanſerat tamen ei color ſuus.

Quandoque animalia cōuertuntur in lapides, & multa alia.

Sunt autem talia mira, quia raro accidunt; ſed eorum cauſæ manifeſtæ ſunt. Sæpe nāque fiūt lapides ex igne dum extinguitur; & ſæpe corpora ferrea & lapidea, cadere contingit in coruſcationibus, vt vapor ignis; quoniā ignis exterminatione vel extinctione ſua frigidus & ſiccus efficitur. *In Parthia* (aliàs Perſia) quoque cadunt corpora ærea, vt æs vſtum, & ſimilia ſagittis hamatis, nec poſſunt liquefieri, ſed per ignem euaporant in fumum attingentem viriditatem, donec reſiduum ſit cinis. *Cecidit* etiam apud Giurgem, alias Nerigen, fruſtum ferri prę duritia ferè infrangibile, cuius pars miſſa eſt regi Coraceni, qui cum præcepiſſet vt enſes inde fierent, erat infabricabile. Dicunt tamen Arades, quod enſes Leanteuni, qui optimi ſūt, de tali ferro ſūt. cū autē cecidit illa maſſa, reſiliuit aliquoties à terra ſicut pila. Era tq, ex minimis fruſtulis cōpoſita, cohęren-

Quandoque cadunt è calo corpora ærea, & ferrea

tibus

tibus adinuicem, ad granorum milij quantitatem. Simile etiam apud Tephraſten euenit, ſic itaque fiunt & lapides; & eorum generatio, vel erit ſubito, propter magnum calorem accidentem; vel paulatim & per longum tempus.

De Alumine, cæteriſque mineralibus.

CAP. LXV.

Natura alu-minis.

Alumen eſt plurimum medicinale.

Virtus ſalis.

Virtus atramenti.

Virtus nitri.

AVctor. Extant & alia plurima corpora mineralia, ſicut alumen, ſal, attramentum, nitrum, &c. de quibus plenius dictum eſt ſuperius in tractatu de natura rerum; & etiam in tractatu de alchymia. *Conſtantin in lib. graduum.* Alumen diuerſo eſt modo, vniuerſaliter tamen frigidum & ſiccum eſt in quarto gradu. Stipticum eſt & mundificatiuum, & viſus obſcuritatis clarificatiuum. Superfluam palpebrarum carnem aut membrorum corrodit, peſſima & ſicca vulnera inhibet, ne corpus perambulent. Cum aceto & melle mixtum, dentes confortat infirmos, & valet tumidis gingiuis, ſanguinẽ conſtringit de ore fluentem, puſtulas ſanat, & ſcabiem, ſi ex eo fricentur, aut ex aqua in qua infuſum fuerit lauentur.

Hali. vbi ſupra. Selbum Iemenicum, id eſt alumen, m elius eſt album, & eſt frigidum & ſiccum, & ponticum, ſanguinem ſtringit, carnem laxam confortat, ac gingiuas eneruatas, & ex quibus fluit ſanguis; dentes quoque ſolidat, & corroborat. Salis omnes ſpecies calidæ ſunt, & ſiccæ, ponticæ, elimantes; diuerſificantur autem eorum actiones ſecundum ſubſtantiam. Sal indicum deſiccantius eſt, ac ſubtilantius. Sal napticum id eſt nigrum, calorem habet fortem, choleram vi ſoluit. Colcathar & Tirium, id eſt attramentum, quaſi terra Francigena: virtus eorum eſt ſubtiliatio, & aduſtio. Quod ſi comburantur, ſubtilitas augetur, & aduſtio fortior efficitur. Nitrum ſi teratur diligenter, & cum vino rihano, id eſt forti bibatur, lapides qui ſunt in renibus & veſica frangit, & eijcit. *Auctor.* Hęc de elementis ſecundæ compoſitionis, id eſt de mineralibus ad præſens breuiter dicta ſufficiant; de his enim multa iam ſuperius dicta ſunt.

De plantis in generali.

CAP. LXVI.

Modus quo ſemel plantã producit.

Mirabilia ſunt opera naturæ in productione plantarum.

SEquitur de elementis tertiæ compoſitionis, id eſt de terrę naſcentibus, herbis videlicet, & arboribus; de quibus tamen multa iam excerpta ſunt, & collecta ſuperius. *Ex lib. de naturarerũ.* Quędã herbę vel arbores propagationis ſuæ ſemina ferũt, quædã in radicibus & fundo virtutem ſeminis obtinent, & poſt incrementa recentia, rurſus aliam ſobolem de radice ſubmittunt, reparationem ſtirpis in poſterum porrectura. Semen ergo cum in terra ceciderit, & mediocriter humore caloreque molitum fuerit, mox gremio terræ connectitur, quædam ſubinde generatiua fomenta ſuſcipiens, & in venis eius ſenſim labendo dimergitur. Sparſiſque minutiſſimis fibris tumorẽ ſuperiectæ telluris naſcendo perrumpit, fundatumque firmiter, iam facile conſurgit, tot numero ſurſum calamos explicans, quot deorſum radices extenderit, & ita teneritudo germinis tepefacta, vapore ſubiecto qui tactu coloris illapſus eſt, per radices, ac terrę nutrimẽtis adhiberur, partẽ ſui diffundit in cumulum, partem ducit in Orientem, partẽ miniſtrat in grana, partẽ porrigit in ariſtas. Hoc modo cõgregatione perfecta, paulatim ad ſui menſuram ſingula quæque perueniunt. Conſtat itaque planis ac ſeminibus ſolam cauſam præſtare creſcendi, dum ea quæ de terra pullulant, eius coloris attractu, ab imis ſedibus ad ſuperna ducuntur.

Quæ vero mens contemplari valet, proprietates ac differentias ſingulorum, vel latentium rimari ſecreta cauſarum? qualiter vnus, & idẽ humor per radices attractus, in officia vniuerſa diſpergitur, aliter ipſam radicem nutriens, aliter corticem, aliter truncum, aliter medullam, & quomodo nunc folium fit, palmites, ramique formantur, & fructibus alimenta naſcendi tribuuntur. Sed vbi & lachrymæ quædam per ramos eadem materia funduntur. Et quidem quorum vertices excelſi ſunt, eorum radices multiplices ac profundiores habentur, quibus moles ſuperpoſita valeat ſuſtentari. Quanta etiam eſt diuerſitas in corticibus, quorum alij dulces, alij ſunt amari, alij vero pontici, alij quoque natura calidi, alij frigidi, alij leui, alij nitidi alij nodoſi & aſperi, alij ſimplices, alij caudicibus multis conferti: ſed & humanæ iuuentutis ac ſenectutis ſimilitudo reperitur in eis. Nam nouellorum ac pollentium virgultorum cortex deductus eſt & extenſus, ſeneſcentium vero ſcabet, & rugoſus eſt. Quis etiam non videat ea quæ mollem fructum ferunt, ſicut eſt ficus, craſſiora folia prorſus habere, quorum vero durior eſt, ſicut nuces, folijs mollioribus inhærere, nam fructus mollior flagitat operimẽti maioris auxilium, nucibus vero læſionem facere poſſet denſitas folliorum: nihil itaque videmus in eis fortuitum, nihil irrationabile factum.

De Plantis.

CAP. LXVII.

Partes plãtæ aſſimilantur partibus animalis.

ARiſto. in lib. de vegetabilibus. Plantæ compoſitæ ſunt partibus ſuis ad inſtar membrorum animalis. Cortex, enim plantæ ſimilis eſt cuti, radix autẽ ori, quia mediatrix inter plantam & cibum, vnde vocant eam Græci cauſam vitæ plantarum. Nodi quoque arboris ſimiles ſunt neruis animalis, & reliqua ſimiliter cæteris. Cadunt quoque multoties de planta partes multæ non determinatæ, ſicut pili hominis & vngues, & naſcuntur pro eis aliæ. Eſt autem principium cibi plantarum à terra, principium generationis fructuum à ſole, & earum fructus eſt ab aere. Ideoque dixit Alchimeon quod terra plantarum mater eſt, ſol vero pater.

Planta à tribus accipit ſuas vires & quatuor indiget.

Vnde plãta tres habet vires & à tribus, à terra enim eſt eius fixio, ab aqua coagulatio, ab igne coadunatio; ſicut & in fictilibus eſt lutum quaſi cæmentum, & aqua qua vniuntur fictilia, & ignis quo partes illis quibus raritas inerant congregantur, & cõiunguntur, dum ſcilicet humoris materia inde finitur. Planta indiget quatuor ſcilicet ſemine terminato, loco conuenienti, aqua moderata, aere conſimili. Loca à ſole remota non erant multarum plantarum, quia ſol longitudinem diei producit in remotione ſua, herbæ autem & quicquid creſcit ſuper terram, & in terram, & ſub terra, prouenit ex aliquo iſtorum v. quæ ſunt ſemen, putredo, humor aquæ, plantatio, & inſitio vnius plantæ ſuper aliam plantam. Viriditas plantæ communiſſima eſt in arboribus; eſt enim albedo interius, ſcilicet in ligno, quia materiæ attrahunt humorem, & rarificant lignum; viriditas autem exterius, ſcilicet in folijs, & in cortice.

Ex aliquo iſtorũ quinque omnes planta prouenium.

De Herbis.

CAPVT LXVIII.

Superficies terræ eſt mixta ex 4. elemetis, vti etiam cætera elementa.

EX *libro de naturis rerum.* De herbarum origine maxima quæſtio eſt, cur naſcantur quandoque ſine præiacenti materia vel ſemine: cumque diuerſarum herbarum radices, inter ſe contrariæ ſint vna ſcilicet calida, & alia frigida, cur in eodem territorio viuunt, cum vnumquodque ſuo ſimili nutriatur, & à contrario deſtruatur. Sed ſciendũ quod iſta terra quæ humano ſenſui ſubiacet, nequaquam ſimplex, ſed cõpoſita eſt, & in ſingulis operibus ſuis, quatuor elemẽta cũ ſuis qualitatibus continet, nam ſimplicem ac veram terram nullus videt, ſicut nec cætera elementa ſed omnia commixta ſunt, & ex eo in quo ſingula magis abundant, appellationẽ ſortita ſunt. Igitur & in re quæ à nobis terrea dicitur, cũ ex quatuor elementis cõpoſita ſit, terreum dici poteſt illud quod maxime

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

terreum videtur, aqueum quidem parum, aëreum quod minus, igneum vero quod minime, per terram ſcilicet cohærens, per aquam ſe diffundens, per ignem & aera ſurgens. Niſi enim in ea ignis concluſus eſſet, ad ſuperiora motũ habere non poſſet, niſi aquam & aera nequaquam in latum ſe diffunderet. Patet autẽ quod omnia terræ naſcentia plus de terra quam de aliquo alio elemento recipiant, & ideo locum ſuũ & natiuitatem circa terram occupat, cumque maior in eis pars terrea ſit, quædam tamen ex eis reperiuntur calidæ, quædam frigidæ, ſecundum quod magis & minus rerũ qualitatibus adhæſerunt, nutrimentum enim ſuſcipiunt, non à terra ſimplici ſed compoſita, in qua quatuor elementa ſunt, vnde ſingulæ nutrimentum habent ex eo quod ſibi competit, & per quod adhærebant. Denique cum eradicantur è terra, licet & aer in ſe contineat quatuor elementa, non tamen inde nutrimentum habere poſſunt, quia de eo quo minus egebant id eſt aere, plus inueniunt, vnde neceſſe eſt eas diſſolui deficiente illis nutrimento naturali ſcilicet terreno.

Ratio cur eadem terra producat & nutriat herbas quaſdã calidas, quaſdam frigidas &c.

Iſaac in dietis. Herbarum quædam ſylueſtres, quędã hortulanæ ſiue domeſticę. Domeſticarũ nutrimenta meliora ſunt, citiuſque digeſtibilia, facile venas penetrantia, ſed tamẽ mẽbris aſſimilari tardiora, quia cito membro aſſimilanda, neceſſitatem quandam habere debent vt facile coagulentur. Sylueſtres in comparatione domeſticarum ſicciores ſunt, & ob hoc ad digerendum tardiores, ſi tamen bene digerantur, cito mẽbris aſſimilantur, quia ſiccitate coagulationi vicinantur. De nutrimento quidem herbarum pauca in corpus veniunt. Laudabiliores autem ad bonũ ſanguinẽ generandum ſunt lactucæ, quia ſanguini naturaliter ſunt vicinæ. Secundo loco ſunt moloch iæ, tertio atriplices, blites, portulacæ, herbæ acetoſæ. Dicit autem Gal. quod quæ naturaliter duræ ſunt, coctæ molleſcunt, & ad digerendum faciles ſunt. Naturaliter autẽ teneræ, quando coquũtur durę fiunt, & ad digerendũ tardæ, quaſi corrigiæ, quod in portis eſt videre.

Quanã herba magis ſana & nutritiua,

De Speciebus Herbarum.

CAPVT LXVIII.

Virtutes herbarum in ſpeciali. Abſinthiũ.

EX *lib. de natura rerum.* Abſinthium calidum eſt & ſiccum, herba amariſſima, ſaluti humanæ commoda. Contra dolores capitis ex fumoſitate valet, contraque apoplexiam ne veniat. Contra loquelam amiſſam optimum remedium eſt: libros ac ligna per annos multos à vermibus ac muribus ſeruat, ad digeſtionem etiam & ad ſtomachum confortandũ multũ valet, & alia multa. Anetum eſt herba, cuius ſemen præcipue competit medicinæ, valet ad confringendũ lapidem in veſica, contraque vomitum & ſingultum ex frigida cauſa, & alia plura.

Anetum.

Ciminum.

Ciminum eſt ſemen herbæ cuiuſdam calidum & ſiccũ; habet vim diſſoluendi & conſumendi, valetque contra ventoſam digeſtionem, & aſſiduam eructationem, ad augmentationẽ quoque lactis in mulieribus, & ſpermatis in viris.

Coriander.

Coriandri quoque ſemen medicinæ competit: habet vim confortandi, & valet ad digeſtionem confortandam, & dolores ſtomachi ex ventoſitate.

Crocus.

Crocus eſt ſemen herbæ, vel potius flos boni odoris, aureoli coloris, calidus & ſiccus, ſed temperatè: vim habet confortandi, multumque valet contra ſyncopin, & debilitatem ſtomachi. In teſta quidem calefactus ac deſiccatus puluerizari debet, & in brodio poni, cum diſtemperatum fuerit cum aqua craſſa, ſicque ventrem ſoluit, & contra prædicta valet. Cholericis autem non dari debet, quia prouocat illis vomitum; multuſque vſus eius abominationem facit.

Cucurbita.

Cucurbita frigida eſt & humida, ſed in his qualitatibus ſatis temperata. In calidis præcipue regionibus inuenitur. Semina quæ intra eius fructus ſunt, cibis ac medicinis competunt, non tamen cruda ſed elixa cõtra opilationem hepatis, & apoſtema ſpiritualium pectoris, aliorumq; membrorum corporis. Valet etiam in acutis, elixa cucurbita vel aſſata. Cortex eius integer, ſeminibus extractis ſubtiliter, aptus eſt potibus ad portandum. Mandragora eſt herba Orientalis frigida & ſicca: valet ad ſomnum prouocandum, & contra dolorem capitis ex caliditate: oleum quoque eius ad idem valet, ſi ex eo frons & tempora inungantur, febriumque calorem reprimit.

Mandragora.

Menta calida & ſicca, ſylueſtris calidior: Sed domeſtica magis competit medicinæ: valet contra fœtorem oris, & opilationem ſplenis, & hepatis, ſi ex frigido humore ſit, & ſine febre.

Menta.

Nardus eſt herba aromatica calida & ſicca: contra ſyncopim valet, ad cardiacam paſſionem, & ad alia multa.

Nardus.

Orpinum, vel vt phyſici dicunt, craſſula, eſt herba calida & humida, fracturis oſtium conueniens: de qua certiſſime probatum eſt, quod ſi quis eam decem diebus ante ſolſtitium æſtiuale collectam, infra tecta domus in aere ſuſpenderit, ipſa ſine vllo terræ vel aquæ adiumento, fere per totum annum pullulans germinabit, & in vna ſui parte areſcens, ex altera reuireſcit.

Orpinum. Nota quid mirabile.

Ruta calida eſt & ſicca, huius fumus citiſſime baſiliſcum interficit; hinc eſt quod pedes ſuos illi ex ea fricant, qui inter animalia venenata ambulare volunt; odor enim eius contrarius eſt ſerpentibus. Itaque valet contra venenum, & contra epilepſiam, & dolores membrorum, & ad alia multa.

Ruta.

Saccharum calidum eſt & humidum in primo gradu. Sunt autem cannæ in partibus Hiſpaniæ, quæ cum maturæ fuerint, radicibus euelluntur; earum ſummitates ad menſuram duarum palmarum, ad ſpeciem germinis terræ infiguntur. Reliquum vero cannarum per fruſtra ſciſſum terunt, & liquorẽ in vaſis recipiunt ac bulliunt, cumque totus in ſpumam tranſire videtur, exhauritur & in vaſis reponitur, paleaque cooperitur, & aſpergitur. Citrinum autem remanet, & multo calidius eſt, ob hoc in acutis poni non debet. Album vero frigidius ac laudabilius, contra ſitim & contra dolores pectoris valet, ſiccum quoque pectus humectat; valet etiam contra dolores capitis ex calida cauſa, & ad ſolutionem ventris.

Saccharum.

Saccharum album valet contra dolores pectoris, & capitis ex calida cauſa, & ad ſolutionẽ ventris.

De Arboribus.

CAPVT LXIX.

ARbores quædam oriũntur ex aliarum ſemine, quædam vero per ſe. Item quædam à terra nutriuntur, quædam autem in alterius generis arboribus & oriuntur, & nutriuntur: Sed cum inualuerint magnitudine ſiccantur; quædam vero non ſiccantur, ſed cum illis viuunt & creſcunt, in quibus natæ ſunt. Præterea quædam non ex ſeminibus naſcuntur, ſed per ramos propagantur, vt vites, & ſalices. Eſt autem modus tranſplantandi arbores, & eſt modus alterandi eas à ſua natura, vt ſcilicet arbore ſucciſa, trunco eius inſeratur ramus alterius generis, vendicetque ſibi ramus inſertus naturam totius arboris. Nam creſcentia quidem omnia nutrimentum habent à terra, inſertus ramus trahit nutrimentum ſuum per truncũ truncus autẽ trahit duo. ſ. vnũ quod ſibi retineat, aliud quod alij tranſmittat, ſicut ſtomachus: remanet ergo truncus ſolus in propria natura, ramus autem inſitus cætera ſibi vendicat profutura.

Arbores variis modis propagãtur.

Cur ramus inſertus vẽdicet ſibi naturam totius arboris inde progenita.

Ex ſemine quidem pomorum, pluriumque fructuum, in Europa arbores naſcuntur. In Oriente vero quem Aſia continet, de paucis arboribus hoc inuenitur, non enim Gariophilorum, aut muſcatorũ arbores aut Mirti, vel Balſami, ex fructibus ſuis arbores faciũt, ſed à ramis & radicibus propagantur, huiuſmodi namque fructus in calore excedunt, & maxime in Europa, quæ partes frigidiſſimas habet, generari non poſſunt. Arbores enim pretioſiſſimas medici-

Multi ſunt fructus prætioſi in oriẽte qui in Europa non naſcuntur ob eius frigiditatem.

dicinales & aromaticas,quas in extremis & excelſis ac temperatiſſimis partibus Orientis ab initio mundi plantauit Deus in horto voluptatis,magno chao inter noſtrum exilium & ipſum paradiſum interpoſito: tanquam ignotas deſcribere non valemus :quas tamen in omni copia ponimus,duaſque tantum illarum ex diuinis ſcripturis agnoſcimus, ſcilicet arborem ſcientiæ boni & mali,de cuius fructu vetito in detrimentum poſteritatis ſuæ comederunt parentes primi: Arborem quoque vitæ, de cuius fructu qui comedet,in eodem ſtatu ſemper immortalis & inuiolabilis permaneret. Arbores in Oriente ſunt (vt dicit venerabilis Iacobus) quæ poma pulcherrima, citrina colore,in quibus quaſi morſus hominis cum dentibus apparet manifeſte. Idcirco poma Adam ab omnibus appellantur;& hoc mirum eſt,quod Deus hominis primi ſcelus voluit adhuc in fructu pomi demonſtrare mortalibus.

In oriente ſunt poma Adami habentia quaſi morſum hominis cum dentibus.

Arbores quoque Solis & Lunæ in admiratione ponuntur,eo quod non ſolum cætera,ſed diuina ſcriptura de his tangere videatur. Dicit enim Moyſes de Ioſeph de benedictione domini, *terra eius de pomis fructuum Solis & Lunæ*; quod tamen non de illis ad literam intelligitur niſi mechaphoricè. De his etiã Ale. Macedo quoque Ariſtoteli præceptori per epiſtolam ſcripſit, quod in Oriente ſunt in regionibus Indiæ c. cubitos habentes in altitudine;ad quas idem Alexander accedens,de futuris eas conſuluit, ac de omnibus reſponſum accepit, & ſpecialiter quod ſorore ſua procurante veneno interiret,nec dubium quin à malignis ſpiritibus id actum ſit, vel ſecundum quoſdam per miniſterium Angelorum, Deo volente,qui etiam in effigie Pontificis Iudæorum ei dignanter apparuit. Legitur autem quòd dum Oriente ſole ſplendor tangebat arborum ſummitatem, vſque ad radices concutiebantur, & tunc interrogantibus reſponſa dabantur. Horum pomis ſacerdotes earum veſcebantur,& vſque ad annos ccc. viuebant illeſi:nec cuiquam licebat earum intrare ambitu, qui animo leuis eſſet,& immundus contactu mulierum. Arbores præterea ſunt (vt dicit Ioſephus) ſuper ripas maris mortui, quarum poma forinſecus pulcherrima cernuntur, intus vero nihil aliud quam fauilla fœtida reperitur.

Item ſunt arbores ſolis & lunæ dictæ,habentes centum cubitos in altitudine, à quibus Alexander ſuũ fatũ didicit.

De Speciebus arborum.

CAPVT LXX.

Virtutes arborum.

Abies.

ABies eſt arbor leuis, & abſque nodoſitate, quæ difficillime cedit putredini , vermibus autem nunquam. Agnus caſtus, eſt arbor calida & ſicca,ſic dicta eo quod hominem caſtum facit vt agnum , hæc non cum cæteris in vere folia producit,ſed multo tardius,quando ſcilicet calidior ſol terram ardore ſiccauerit,huius ergo proprietas eſt defæcare & eneruare libidinem,eo quod in homine ſperma deſiccat. Hoc agit non tantũ ſuccus foliorum eius potatus,verumetiam ſi iacenti homini, flores aut folia ſubſternãtur. Vnde Ga. de Athenienſibus dicit,quod honeſtæ mulieres huiuſmodi folia ſpargebant per domos, ne ipſæ vel earum viri luxuria mouerentur. Legitur etiam quod antiqui in ſacrificijs reſponſa quærentes,huiuſmodi folijs incũbebant,vt ſopiti viſiones Phantaſticas non ſentirent. Amygdalus in locis calidis fructu abundat,frigidioribus autem locis arbor veſtita flore, fœcunditatem negat. Bdellium eſt arbor in Oriente nobiliſſima,colore nigra,lachrymam habens nigram, quæ in oſſas voluitur,eiuſque natura eſt quæ & gũmi.

Agnus caſtus.

Amygdalus.

Bdellium.

Cedrus.

Cedrus eſt arbor nobiliſſima, altitudine quaſi ad nubes elata,odorifera,ſerpentibus inimica,huius duo ſunt genera;quæ floret,fructum non fert;& fructifera non floret,fructumque antecedentem in ea occupat nouus. Quæ vero fructificant maritimæ dicuntur, & paruæ ſunt;fructus eius eſt ſecundum humani capitis quantitatem. Triplicem autem ſubſtantiam habet in ſe domum cedrinum (vt dicit Iacobus) in prima parte:quæ deforis eſt,ſubſtantiam calidam: In ſecunda quæ eſt interior, temperatum eſt : Medium vero pomi,quaſi cor eius intrinſecus latens, frigidum exiſtit, hunc aiunt eſſe fructum de quo dominus in Leuitico dicit: *Sumetis vobis de primo fructu arboris pulcherrimæ.* Circa montem Libanum Cedri ſunt pulchrę valde ac ſublimes,ſed ſemper manent ſteriles.

Pomi cedrini triplex eſt ſubſtantia.

Ebenus eſt arbor cuius lignum duriſſimum & imputribile non facile cedens igni, quod etiam licet in ignem vehementiſſimum ſi mittatur ardeat quodammodo & abſumatur,nunquam eius combuſtio creſcit in flammam. Cortex eius leuis eſt vt lauri; lignum hoc puluerizatum lapidem in veſica frangit. Eſculus ab eſca dicitur, arbor eſt ſpinoſa & aſpera, cuius fructus eſt calculoſus habens ſe lapillos v. In arbore quidem durus eſt & acerbus,ſed collectus molleſcit, & dulcis fit. Fagus eſt arbor glandifera , cuius fructus eſt dulcis,ſed pectori nociuus:oleum vero clariſſimũ lampadibus adminiſtrat,lignum eius ſatis admodum durum,ſed vermibus penetrabile,niſi fumo pene fuerit continuè delibutum , viride autem in aquis poſitum per longa tempora,fertur in lapidem dureſcere.

Ebenus.

Eſculus.

Fagus.

Ficus eſt arbor quæ faſtis diffunditur ramis ac folijs,quorum ſcilicet ramorum inferiores curuati , & terra operti,nouam ſibi propaginem faciunt circa matrem. Vmbra foliorum eius omnibus nocet quæ ſub eis creſcunt , fructum gignit coctum ſole, prædulci ſapore, cuius fructu ſapientes Indiæ viuunt. Illic.n. eſt ficus dulcior, ſed extraneorum valetudini infeſta, vnde Alexander cum illas partes occuparet , edixit exercitui ne quis homo fructus attingeret, hęc arbor ante folia fructum producit. Succus eius lactens medetur venenatorum morſibus : contra impetiginem etiam & maculas in oculis valet. Ilex eſt arbor cuius fructus homines primum ad fructum elegerunt. Vnde poeta: *Mortales primi ructabant gutture glandes.*

Ficus.

Ilex.

Adhuc de Eodem.

CAPVT LXXI.

Myrtus duplex.

MYrtus eſt arbor,quæ calores nimios aut frigora corporis temperare dicitur,hæc alio nomine Tramaricia vocatur,cuius decoctio , vel ex eius ligni vaſe bibitio,valet contra opilationes ſplenis & hepatis. Eſt & myrtus parua frutex,potius quam arbor, in humidis locis naſcens,cuius flos eſt odoris iucundiſſimi , & ponitur in potibus qui fiunt ex aqua & frumento,vel hordeo. Olea eſt arbor,cuius fructus oliua : ſuccus oleum viride ac ſuaue, lumen præbens oculis,& amicum infirmis, prima eius gutta dulciſſima eſt,ſecunda minus,tertia vero amara ſatis & aſpera guſtu. In frigidioribus quidem mundi partibus floret,ſed non fructificat; cuius flos odore mirabilis eſt,ſed valde nociuus prægnantibus.

Olea.

Palma in Orientis partibus fructificat abundãtius, hæ maris ac fœminæ ſexum habent,nunquam fructificant niſi pares ita vicinæ ſint, vt ramis ſuperioribus inclinatis ſe inuicem amplectantur, & hoc fit tantum verno tempore. Mas in palmite floret , fœmiaa citra florem germinat;primoque naſcitur dactylorum caro,deinde quoddam durum interius,quod eſt arboris ſemen. Itaque palmæ ſic plantari dicuntur. Accipiuntur prædicta ſemina recentia, & per quindecim dies ponuntur in aqua,deinde vero ponuntur in terra, ita quod pars acutior inferius , craſſior autem ſuperius, vel ſupinè (vt dicit Plinius) , ita vt venter tumens ſuperius, dorſum autem inferius ; & hoc contra naturam omnium ferè ſeminum , quia ferè in omnibus acutiores partes ponuntur ſuperius , ponuntur autem huiuſmodi ſemina duo, quia cum earum plantæ debiles ſint ſic iuxta ſe poſitę

Palma.

Modus plantãdi palmas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

roborantur. Primo anno contra hyemem muniri debent, poſtea validè ſunt contra frigus. Alexandri milites viridioribus palmæ fructibus ſtrangulati ſunt. Eſt autem eis multa ſuauitas, vt eorum eſus non niſi cum periculo fiat. Summitas foliorum eius tantæ teneritudinis ac ſuauitatis eſt, vt albarum vitium dulcorem excedat. Palma quidem in imo corticis aſpera eſt ac nodoſa, ſed gracilis; in ſummo vero plenius dilatatur.

Platanus. Platanus dicitur à latitudine foliorum, arbor alta, ramiſque diffuſa. In Licia platanus eſt gelidi fontis ſocia, quæ ſpatium 80. pedum circunquaque longis obtinet vmbris. His tantus honos antiquitus fuit, vt in atrijs regum infuſo mero nutrirentur. *Quercus.* Quercus dicitur quaſi quernus, quia per eam ſolebant Dij gentium præcanere reſponſa quærentibus, hæc difficile cedit putredini, vel nunquam in ſicco ſeruata. *Sethin.* Sethin eſt arbor Orientis nobiliſſima, ſimilis albæ ſpinæ, ſed multo maior & altior creſcit: lignum eius eſt album & leue, non facile cedens igni, nec vnquam humore vel antiquitate corruptibile, quod adhuc patet in arca Noe, quæ eſt ſuper montes Armeniæ.

Siliquá. Siliqua eſt arbor, cuius fructus dulcis, de quo ſuccus expreſſus habilis eſt ad bibendum; ſed fructus magis eſt cibus porcorum, quam hominum. Thimus eſt arbor Orientis nobiliſſima, cuius generis ligna Salomoni attulit Regina Saba; ſunt autem imputribilia, ſpinoſa, & alba, fulgentia nimis, polita ſcilicet & inſtar eboris relucentia; arbor autem ipſa rotunda ſicut pinus. *Vitis.* Vitis eſt frutex inter omnia ligna fructu abundantior, cuius botriones præ vbertate ne cadant oportet ſuſtentari, itaque ligamen ex ipſa naturaliter naſcitur, quo ſcilicet in ſtipite ligetur, huius lachryma ſcabiem & impetiginem ſedat, flos autem ſerpentes necat. Vuarum eſu forte omne animal delectatur, vua in clibanum calidum ponitur, ibique deſiccata vua paſſa dicitur. *Vuæ paſſæ ſunt vua in clibano deſiccata.* Vuæ gutta duplex eſt, alba ſcilicet & rubea. Muſtum adeo validiſſimum, quod ſi aerem non habeat, materias etiam ſolidiſſimas penetrat.

De Aromaticis arboribus.

CAP. LXXII.

Aloe putatur ex terreſtri paradiſo cadentibus ramis, deſcendere. ALOE eſt arbor aromatica, naſcens (vt ait Iſidorus) in India & Arabia, cuius lignum vice Thimiamatis altaribus adoletur, & inde Aloe dicitur. Dicunt tamen magiſter Iacobus & Platearius, quod huius ligni arborem nemo deprehendere potuit, ſed expulſione ventorum rami de montibus ex temporis vetuſtate cadentes, in flumine Babilonico retibus capiuntur: vnde quidam dicunt quod de terreſtri paradiſo per mediterraneos fluuios lignum aloes deferatur.

Balſamum. Balſami arbor, ſiue frutex, olim in India tantum inueniebatur in Hierico, ſed poſtmodum ab Ægyptijs tranſlata eſt in campum Babiloniæ: excolitur autem à Chriſtianis ſub Sarracenorum dominio; quoniam à Sarracenis exculta ſterilis permanet, & in cultura manuum eorum fructum facere dedignatur. Sunt autem in prædicto campo, 6. fontes, in quorum vno Chriſtum balneaſſe fertur beata virgo, hoc fonte cum cæteris quinque campus ille Bethſamiticus irrigatur. Aliunde vero frutex ille nunquam balſamum reddit. Liquor ipſe vim habet penetratiuam ſuper omnes liquores, intantum vt cum ſol incanduerit, gutta eius in manu fuſa ſuſtineri non poſſit, ſed ſtatim penetret. Tempore quo de arbore recipitur virgultum eius, lapideis aut vitreis cultris, plaga tenuiſſima inciditur, & tunc ſuccus in vitreis vaſis ſuppoſitis guttatim diſtillat; ferro namque ſi incideretur interiret.

Cinamomũ. Cinamomum, virgulta quaſi cannæ rotunda ſunt: hæc arbor arido ſimilis eſt, cum viret non odoratur, ſiccitate gaudet: Itaque ſterilis imbre fit, fœcundior autem à denſiſſimis vaporibus prouenit. *Myrrha.* Myrrha eſt arbor ſpinoſa, & aculeata, durior à radice quam reliqua ſui parte, corticem habet lenem, folium oliuæ, ſed criſpius, & aculeatum atque rotundius. Huius flores & frondes collecti, & ad ſolem deſiccati, habent efficaciam confortandi, & reſtringendi, multum quoque valet contra vomitum, & fluxum ventris, & profluuium ſanguinis: huius gutta ſcilicet Myrrha viridis eſt, & amara. *Macis.* Macis eſt arbor in India, cortice prope rubeo, radice magna. Ex hac fluit gutta quæ maſtix dicitur, odorifera multum, coloris punicei, hæc granomaſtix dicitur, eo quod in modum granorũ alijs guttis eſt admixta; ſplendorem faciei confert: In alia vero ſignificatione ſecundum alios, dicitur macis flos muſcatę, vel cortex ipſam nucem continens. *Piper.* Piperis arbor in folijs & lignis habet Iuniperi ſimilitudinem: huius ſyluas ſerpentes cuſtodientes igne fugantur, & ex flamma nigrum piper efficitur. Iacobus autem aliam nigredinis cauſam aſſignat, quod ſcilicet piper collectum ſine aduſtione in clibanum mittitur, vt diutius conſeruetur, vel ne alijs partibus ſemina proueniant. Piperis arborem habuit Italia quondam (vt ait Plinius) ſed magnam vt eſt myrtus; Indica vero parua eſt, porro Italię piper amarum eſt, toſta quoque maturitas illi deeſt. Eſt etiam in Hiſpania piperis arbor, cuius fructus eſt amariſſimus, & Indiæ piperi valde diſſimilis eſt, nec vſquam verum piper naſci credimus niſi in India, quæ mater verarum ſpecierum eſt. *Verum piper in ſola India naſcitur.* *Thus.* Thus eſt arbor nobilis, immenſa atque ramoſa, leuiſſimi corticis, folio Pyri minori, atque ſubrutilo, nazuralis eius vindemia eſt circa Canis ortũ, æſtu ſcilicet flagrantiſſimo, quando maxime videtur prægnans, tenuiſſimuſque cortex minuto vulnere laxatur, & inde proſilit ſpuma pinguis, quę concreta denſatur, & induratur. Secunda vindemia eſt in initio hyemis; ſed quod tunc exit rufum eſt, nec priori comparandum.

De Natura animalium in generali.

CAP. LXXIII.

Animalia quæ habent vltra 4. pedes, ſanguinem non habent ſcilicet venurũ. Nota. DE animalibus autem primo dicendum eſt generaliter. Animalia illa (ſicut dicit Ariſtoteles) quæ duos habent pedes, aut quatuor, aut nullos, habent ſanguinẽ. Quæ vero plus quam quatuor habent, ſanguinem non habent. Quod intelligitur de ſanguine ordinato per venas; hinc vermes, & pediculi, vel pulices non habent, quia carent venis. Anima brutorum ſanguis eſt. Sanguis autem gelatus conuerti ſolet in carnem, & caro corrupta redit in terram: merito ergo tabida eſt anima iumentorum. Eſt autem ſanguis humiditas naturalis, ſemper remanens in habentibus ſanguinem, & non eſt ſanguis vitalis, niſi in venis & in corde. Guſtus eius eſt dulcis, & color eius rubeus, niſi ſit corruptus. *Omne animal habens ſanguinem, habet cerebrum dormitque & vigilat.* Omne animal habens ſanguinem, habet cerebrum; dormit, & vigilat, & ambulat. Diuerſificantur autem animalia ſecundum locum in quibus habitant, vt Porci qui in locis calidis, manent, nigros habent pilos, duros, & criſpantes; qui vero in frigidis, ſtratos; molles, atque pendentes; ſic & lana in ouibus.

Multa animalia excedunt hominem in ſenſibus. Homo in quinque ſenſibus ſuperatur à multis animalibus: ipſum quoque præcedit Talpa vel Aper ſyluaticus auditu, Linx & Aquila viſu, Simia guſtu, Vultur odoratu, Aranea quoque tactu. Quædam etiam animalia melius vident nocte quã die, quoniã in oculo plures ſunt humores, vnus. ſ. albus & clarus, per quẽ viſibilis ſpiritus diffunditur, alius vero niger, per quem cauetur ne humor albus ac ſplendidus nimium diſgregetur. Illa igitur animalia quæ minus de die vident, in albiſſimo humore abundant, vnde fit vt magis ſpiritus diffundatur, & ratione diffuſionis in die, diſcretio videndorum amittitur: Nocte vero propter tenebras ſpiritus colligitur, & ita diſcretio maior efficitur. Nam & nos cum aliquid diſcrete videre volu-

Cur quædã animalia melius videãt de nocte.

mus

mus,ſupercilia ſtringimus, vt collectus oculi ſpiritus non vagetur. A

Tantum lepus & leo non claudit oculos in ſomno.ſoluſque homo nō mouet aures.

Oculi hominis appropinquāt ſibi ſecundum magnitudinem ipſius,pluſquam cæteris animalibus. Omne autem animal habens palpebras, claudit eas in ſomno,præter Leporem & Leonem. Omnia animalia marina habent oculos oſſeos,& corium durum,quoniam aqua ſalſa ſubtilia & lenia penetraret, nec poſſent ſubſiſtere, niſi natura pelles alijs fortiores eis creaſſet. Omne autem habent aures, habet eas mobiles,præter hominem;& merito quia habere debet mandata Dei fixa in corde. Quædam autem animalia audientia non habent aures, ſed foramina vt omne volatile,& omne ſquamoſum.

De Eodem.

CAPVT LXXIV.

Beſtiæ grauiores fruge veſcuntur, agiliores carne.

OMne animal mouet mandibulam inferiorem, præter crocodilum,& centeliam, quæ mouent ſuperiorem. Omne animal agreſte ſerram habens in dentibus, comedit carnes, & omne animal habens dentes ſerrales, haurit aquam lingua. Animalia dentes æquales habentia, ſugendo trahunt aquam in ventrem. Item animalia multorū dentium,longæ vitę ſunt in pluribus;paucorum autem,breuis. Omne animal vorās cibos, vt Leo vel Lupus,eſt macilenti corporis,quoniam vbi non eſt maſticatio ciborum, male tranſeunt in naturam. Omnes beſtiæ grauiores, fruge veſcuntur;agiliores autem carne.

Cur quædā animalia ruminant & quædam nō.

Cur autem quædam animalia non ruminant, hæc C
eſt ratio. Ignis proprium habet,vt coniuncta diſſoluat. Igitur animalia calidum ſtomachum habentia, cibos facile coquunt. Quæ vero frigidæ naturę ſunt,eos coquere nequeunt: ob hoc illos ad dentes reuocant, vt ij ſecundo triti facilius commoliri, & commoliti citius decoqui valeant. Habent autem huiuſmodi animalia pinguedinem ſiccam,& duriorem ac ſolidiorem quam alia,vt boues,& ſimilia. Calidiora vero vt porcus & ouis,pinguedinem habent molliorem, magiſque decoctam. Ruminat tamen ouis, quæ calidæ naturæ eſt,ſed hoc quia dentium efficacia caret;vnde & dicuntur bibentes. Animalia ruminantia multum iuuantur,& meliorantur in ruminando, quia multum delectantur in eo. Ideoque citius animalibus cæteris impinguantur paruo cibo. Item animalia quæ ruminant, & ſebum habentia, poſteriori parte prius accumbunt. Maior enim eſt eis frigiditas in illa parte, quia remotior eſt à corde, ideoque maiorem ibi grauedinem neceſſe eſt eſſe. Ab anteriori vero parte incipiunt ſurgere, quia locus calidior, & igni cordis proximior. D

Animantia quæ ruminant longū plerunque collum habent.

Quibuſdam animalibus longiora colla formauit Deus, vt equis, camelis, & elephantibus, vt ſcilicet hoc ad vſum paſſionis extendant, cum enim altiora ſunt animalia,non poſſent aliter herbis minutiſſimis paſci. Animalia quoque ruminantia fere omnia, longum collum habent. Quibuſdam vero breuiora dedit,& anguſtiora, vt Leoni & Tigridibus, quia non in terram paſcendi gratia ceruices & ora deflectunt,ſed aut ceruum inuadunt, aut bouem, vel ouem decerpunt. Item animalia ruminantia non habent dentes, niſi ex vna parte,quia non etat neceſſe; cum enim ruminant cum deliberatione maſticant, & cibos tranſmittunt. Omnia vero animalia quæ in aqua manent, & dentata ſunt,conſtipatos & acutos dentes habent, vt citius eſcam incidant, & in ventrem tranſmittant, ne aquarum alluuione eſca eorum dētibus auferatur. E

Animalia quæ habent 4. pedes & cornua, habent 4. ventres.

Omne animal habens quatuor pedes,& cornua, non habet dentes, ſuperiores, & habet quatuor ventres. Inſatiabilia vero animalia ſunt,quibus à ventre protinus tranſeunt cibi,vt lupi, cerui; & inter aues mergi, atque pellicani.

De His quorum nomina incipiunt per A.

CAPVT LXXV.

Abigena.

ABigena ſecundum Ariſt. eſt animal magnitudine cerui, contra conſuetudinem omnium animalium,habens fel in aure,ſimile felli hominis in colore,& eſt amarum valde canatiuum vehementis iræ, ferocitatiſq; *Aloy.* Aloy eſt animal mulis prope conſimile cuius genua flecti non queunt, ſicut elephā tis. Ideoque non cubat dū dormiendum eſt, ſed arbori innititur. Quæ prope ad caſum à venatoribus ſecatur, vt cum ea ruinā faciat;alioquin eam capi facile nō eſſet, quoniam in illo rigore poſitum incomprehenſibili fuga pollet. Anabula beſtia eſt Æthiopiæ, collum habens vt equus,pedes,& crura velut bos, caput vt camelus,albas habet maculas, colorem rutilum valde, membra ſingula diſtinguentem;cumque tanto decore ſit animal reſperſum,pellis multum ſpectabilis,carius venditur ad luxum oculorum. Aper beſtia fortis eſt nigri coloris, quæ nullam bonorum morum doctrinam capit vnquam,ſed ſemper ſæua, ac ferox eſt. Dentes habet magnos & recuruos, inciſionibus aptos. In quibus hoc mirabile eſt,quod in viua quidem beſtia poſſunt idem quod ferrum,mortuæ vero detracti vim inciſionis amiſiſſe probantur: Hoc animal ſi mane antequam mingat à venatoribus impetatur, de facili laſſatur. Si vero ante, vel interim dum venatur, vrinam fecerit, difficulter capturæ cedit. Veruntamen etiam laſſatum non cedit, ſed in poſterioribus ſubſiſtit, & atrocitate rigida laſſitudinem diſſimulat, duellum offerens viatori,ferire tamen hominem, & incidere non præſumit,niſi prius ab illo ictum acceperit. Caueat autem homo ſibi, quia vbi primo ictu pungentis cuſpidis lethale vulnus inter armum & laterales coſtas dederit,periclitari de vita poterit, niſi forte iuxta ad refugium arborem inueniat quam aſcendat,aut in humiliori loco reliqua terræ planicie totis membris ſe premat:auerſi enim ac recurui dentes beſtiæ non poſſunt quenquam in ſe elatum ac rectum attingere: Suſtinebit tamen pedum illius conculcationem, quouſque ſic iacenti à proximo ſuccurratur. Aper cunctis beſtijs præcedit auditu: à dextris habent os in modum ſcuti,quod venabulis & machæris opponit. Maribus aſperitas plurima eſt in coitu,fœminæ vero aſperiores in partu; & fere ſimiliter eſt in omni genere beſtiarum. Apri fimus recens & calidus, præcipuum remedium eſt contra fluxum ſanguinis de naribus. Aſinus eſt animal deforme, deſpectum,grandi capite,longis & latis auribus,corpore macilento, nequit impinguari, manſuetum, & diſcordiæ neſcium: oneriferum & non rebellans, ſarcinis etiam vltra quam ferre poſſit ſibi impoſitis;brutum etiam irrationabile ſuper omnia animalia: Inceſſu quoque pigrum & tardum, patiens, & inter verba duriſſimum, per viam incedens obuiantibus cedere neſcit. Poſt menſes 30. coit; Sed non niſi poſt annos tres gignit:ſpinas libenter comedit, frigidus eſt naturaliter, & frigoris impatiens, maxime tempore conceptus. Ideoque non generatur in locis frigidis, vt in Scotia,& regionibus propinquis, & in æquinoctio quando coeunt equi, ſed in æſtate. In terra quoque Septentrionis quæ eſt frigidiſſima, non inuenitur, quoniam illic viuere non poteſt. Geſtat autem in vtero per integrum annum. Aſini pullus aliquantulum decoris habet in iuuentute,ſed quanto plus ſeneſcit, tanto turpior fit. Aſinam ſi iuxta pullum ſuum poſitam amoueas, pullumque ſequi cohibeas, in eodem loco remanebit, nec ad quinque paſſus greſſum mouebit, ſed matrem vbi eum dimiſit expectabit, aſinorum oſſa præ cæteris canora ſunt, vt dicit Plinius. Aſinæ lac candidiſſimum eſt, & candori in cute conferre aliquid æſtimatur:vnde inuenitur,quod Poppæa Neronis vxor, in lacte aſinæ ſe balneabat.

Abigena.

Aloy.

Anabula.

Aper.

Aperpoſiquā minxerit nō facile laſſatur.

Aper cunctis beſtijs præcedit auditu, eius fimus recens fluxū ſanguinis de naribus cohibet.

Aſinus.

Aſinus eſt frigoris impatiens, ideoque non gignatur in regionibus frigidis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Idem quoque calidum dentes confirmat, & eorum dolores ſedat. Aſini ex maiori parte infirmantur in vno latere. Rheuma habens, ſi fluat à naribus interius ſuper pulmonem, moritur.

De Bubalo.

CAPVT LXXVI.

Bubalus.

BVbalus eſt animal Boue maius, & altius corpore, nigrum colorem habet, cornua longa & tortuoſa, collum longum, ingens caput, membra macilenta, caudam paruam, aſpectum benignum ac ſimplicem. Sed ſummæ pernicitatis atque crudelitatis eſt, cum ad iram fuerit prouocatum. Vſibus humanis accommodatiſſimum eſt, fortitudine maxima pollet. Bubalus patiens eſt laboris, pilos habet paucos, vocem terribilem, frontem aſperrimam, cutem duriſſimam pede ſpargit terram. In huius nare annulus æreus cum funiculo ponitur, vt facilius homini cedat in opus quod ei fuerit impoſitum. Quod ſi onus graue ei vltra voluntatem ſuam imponatur, ſtatim commotus in terram ſternitur, nec facile ictibus ad ſurgendum cogitur, niſi alleuiato onere quo grauatur. Hic alio nomine Biſontes dicitur, de quo dicit Solinus quod beſtia eſt Boui ſimilis, vt ſuperius dictum eſt. Lac bubalinum facile ventrem emollit, vulnera recentia ſanat, & his qui venenum hauſerint prodeſt: fel etiam eius medicinale eſt, quia vulnerum cicatrices ſanat: mixtumque lacti, dolores aurium ſedat.

Bubalus non vult ferre onus quod ſibi nimis graue videtur.

Lac & fel bubalinum ſunt medicinalia.

De Caco, & Camelo.

CAPVT LXXVII.

Cacus.

CAcus monſtrum eſt in Archadia, totum ſetoſum vt porcus, vt ſcribit Adelinus; anhelitu ſuo de pectore flammas eructuat, ideſt ſpiritum flammeum, maxime cum ira fuerit permotum. Hic in antris ſuper Tyberim commoratur, & inuadit ſubito taurorum vaccarumque greges, per caudas tres vel quatuor apprehendens, & vi ſuæ fortitudinis in antrum occulte trahens, greſſu retrogrado, ne ſcilicet de facili poſſit inueſtigari. Non ſolum animalibus eſt infeſtus, ſed etiam homini grauiſſimè inſidiatur, cum tamen ipſum hominem plurimum timeat.

Solutio dubij.

Sed quæritur quomodo de animalis ore flamma poſſit euomi tam efficax, vt proxime contrectata comburat, & non ipſum corpus animalis abſumatur. Reſponderi poteſt, quia cum anhelitus adhuc in viſceribus animalis per membra varia late diffuſus eſt tepidus, vſquequaque non exuberat in flammas, ſed eructuatus continuatur ac multiplicatur in obiectum aliquod corpus, virtutemque recipit comburendi, ſicut videmus per medium Berilli, lumen ſolis multiplicare radios, & in ſupremo vnitionis, acumen radiorum, ignis virtutem in ſubiectam materiam ſuſcipere, ignemque effici violentum. Huic animali ſimilia fuerunt, illa de quibus in libro ſapientiæ legitur, quod ignes ex ore ſuo ſpirabant.

Camelus.

Camelus eſt animal deforme gibboſum, habens collum longum, crura prolixa, lentum inceſſum, & dum graditur nunquam pedes atterit. Sunt enim illi reciprocis quibuſdam pulmunculis veſtigia carunculata: Horum quidam perniciores ſunt; Alij vero oneri ferendo accommodati, ſed nec iſti vltra iuſtum pondera recipiunt; nec illi amplius quam ſolita ſpatia egredi volunt. Cum autem onerandi ſunt, paululum ſuper genua percutiuntur, & ſtatim ad onera flexis ceruicibus inclinantur, aquas puras refugiunt, lutulentas bibunt, & hoc gratia nutrimenti. Omne enim elementum quanto plus commixtum eſt alijs, tanto plus nutrit; & econuerſo. Irati cameli ſtrident horribiliter, his etiam rabies accidit & podagra, de quibus facillime moriuntur, non autem vngulas eijciunt, ſed vehementiſſimo dolore grauantur, quando duras & laborioſas vias incedunt; non enim habent in pedibus de forti corio ſotulares. Hordeum cito tranſglutientes reſeruant, vt rurſum ruminando tota nocte manducent. Camelis hæc pietas ineſſe dicitur, vt ſi in grege vel ſtabulo aliquis ægritudine detentus non manducet, alij compatientes abſtineant. Illi qui recte cameli dicuntur, vnum tantum in dorſo habent gibbum. Eſt autem & aliud genus eorũ quos dromedarios vocant, curſu mirabili vigentes, & bina tubera in dorſo habentes. Camelorum mares habent virgas ad poſteriorem partem, vnde auerſi coeunt: ſunt autem virgæ nodoſæ ac duræ, vnde ex eis arcuum chordæ fiunt, coitus tempore ſolitudines aut ſecreta petunt, fœminæ quatuor habent mammillas vt vaccæ 12. menſibus ferunt, & in vere pariunt, iterumque poſt annum replentur à partu.

Camelorum pietas.

Quoddam genus camelorum dromedarij nũcupantur.

De Cane.

CAP. LXXVIII.

Canis.

CAnis eſt beſtia docilis ad omnem ludum, dominum ſuum diligit, & eius hoſpitium vigilando cuſtodit, nocteque latratu nocentes prodit. Eſt etiam quoddam genus canum, quod odoratu fures intelligit, & à cæteris hominibus implacabili odio diſcernit. Sunt autem tria genera canum, vt dicit liber rerum horum nobiliſſimi ſunt leporarij, quibus forma elegantior, & ad curſum celerior, aptiorque venatui. Hi pectore valentes ſunt, latratus edere neſciunt, & niſi producantur ad curſum, intra domum ſe continent. Alij ſunt apti venatui, longi auribus, ac dependentibus, hi odore & importunis latratibus beſtiam inſequuntur, coguntque ad laſſitudinem, donec eam in manus venatorum vel leporariorũ deijciunt, & quam iuſſu venatorum inſequi cæperint non derelinquunt, etiamſi multas alias inueniunt. Tertium genus eſt quod hominibus communiter in cuſtodiam datum eſt, & hi licet cæteris ruſticiores, tamen in miniſterijs hominum ſunt aptiores. Ex his autem quidã ſunt magni, quidam medij, quidam vero parui.

Quidam canes odoratus furem percipiunt. Tria ſunt canum genera.

Sunt & minutiſſimi caniculi, quos matronę nobiles in ſinibus ſuis portant, omnes hi domos latratu defendunt, & alienis importuni ſunt. Impetus eorum & fœuitia iuxta plurimum, ab homine humi concidente mitigatur. Cum ante menſas iacent, ita ſe diſponunt, vt vno oculo largam damnatorum ſuorum, manum obſeruent, altero vero oſtium domus videre queant. Morſus canis rabidi peſtifer eſt. Rabies autem canum ſedatur ſimo gallinacio mixto cibis eorum, canes maſculi non de facili lædunt fœminas, & ita fit in plurimis generibus beſtiarum. Conſuetudo canum indigna hæc eſt, quod pulcherrima quæque ac virentia fæde deturpant. In mingendo autem crus eleuant, & vrinas ſuas odorant, quia quædam ex eis aliquando ſuauis ſunt odoris, & hoc animal multum afficitur odore ſuaui, maximeque in huiuſmodi canum vrinis, & ob hoc etiam inuicem poſteriora ſua odorant.

Nota.

Medicina pro cane rabido.

Cur canis ſuam vrinã odoret, vel aliorum canum.

Dixerunt plurimi canem non poſſe extra homines viuere, eumque ſi extra hominum habitationem ſit, furijs agitari. Canis lingua medicinalis eſt, lambendoque ſua vulnera vel aliena, ſanat. Quod ſi vulnus proprium attingere lingua non poſſit, pedem lambit, & ſaliuæ medicamine delinitum ad vulnus apponit, certus de medicamine quod linguæ ſuæ natura indidit. Sunt & aliæ beſtiæ, quę ſicut & canis linguam attenuant lambendo, cuius ſaliua ſi linguæ ſanguinem attigerit, in rabiem agit. Omnes canes generaliter cæci naſcuntur, & manent cæci duodecim diebus, quidam autem per menſes tres. Optimus in fætu eſt, qui nouiſſime in fætu videre incipit, aut quem primo fert cubile fæta. Canes aliquando 15. annis, aliquando 20. viuunt: octauo menſe generare incipiunt, & anno 12. deſinunt. In medio coitus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vtrique cohærent, ex nimio libidinis ardore: ferunt autem 60. diebus. prodigioſum putatur ſi catulũ vnicum ediderint. In omni genere animalium plus fœminis mares viuunt, excepto genere canum leporariorum: In quibus mas 10. annis viuere poteſt, fœmina 12, & hoc propter laborem; aliorum vero canum ætas ſuperius determinata eſt. Accidit etiam hoc leporarijs, quod magis ſaltare poſſunt in labore quam in quiete. Lac canum ſpiſſius eſt omni lacte, præterquam leporis & porcæ. Habent autem lac in mamillis 7. diebus ante partum.

In omni genere animalium mares plus fœminis viuunt excepto genere canum leporariorum.

De Capra, & Caprea.

CAPVT LXXIX.

Capra. CApra eſt animal barbarum, longis & acutis cornibus, paſcitur in conuallibus, & in montibus, & in ramis arborum, quos ore poteſt attingere, ſed morſus earum exitialis eſt arbori; oliuam quoque lambendo ſterilem faciunt. Mel vero lambentes capræ moriuntur; herbis venenatis viuunt. Solertiam tantam habent, vt, ſi contigerit in anguſto ponte duabus obuijs è diuerſo tranſitum non habere, neque retroeundi reciprocationem, vna incumbet, ſicque altera ſupergredietur. Capra lacte abundat, & lac eius ſaniſſimum eſt, ſed ſtatim vt coagulatum fuerit, vitiatur. Nam caſeus ex eo factus, ad nihil pene vtilis eſt. Capra geminos aliquando parit, ed admodum raro: fert 5. menſibus vt ouis, vtilius in Nouembri concipit, vt in Martio pariat. Octenis annis pariunt, & noxio frigore abortiunt. Cornu capræ aduſtum, ſi ante nares vere caduci teneatur, ſtatim cadit: ſerpentes etiam fugat.

Lac caprinũ ſaniſſimum eſt.

Hircus. Capræ mas, id eſt hircus, eſt animal animoſum, ac bellicoſum, & robuſtum; in fronte & cornibus eſt eius maxima fortitudo. Iuuentus eſt aliquando caper vtramque naturam habens, ſicut in hermaphroditis hominibus accidit. *Capra ſylueſtris*, quæ & capreola vel rubicapra dicitur, beſtia ſæua eſt in comparem ſui generis, in alias autem beſtias timida ac manſueta nimis. Hæc in inſula Creta quando vulnerata eſt, pulegium quærit; quo comeſto, ſagitta de corpore exilit. Vix autem capi poteſt, quia celerrima eſt, & cum à canibus premitur, ad montes altiſſimos confugit. Plurima inter mares eſt diſcordia propter fœminas, & hoc tempore coitus. Caper ſylueſtris eſt animal ſagaciſſimum, altos montes amat, & homines de longe ambulantes agnoſcit, ſi venatores ſint, an viatores.

Capra Sylueſtris.

De Caſtore.

CAPVT LXXX.

Caſtor. CAſtor animal ad modum canis Pontici, longum ſcilicet & gracile, dentes habet acutiſſimos, pellem delicatam ac nobilem, quæ quanto nigrior eſt, tanto pretioſior, colores in pilis habet velut taxus, ſed pili ſubtiles ſunt & pulchri; non poteſt diu ſubſiſtere niſi caudam in aqua teneat, quam habet vtique piſcium caudæ ſimilem, ſaporemque eius & ſpeciem: vnde & à Chriſtianis in ieiunio comeditur. Pars tamẽ caudæ ipſius eſt vſibus interdicta, reſiduum autem eius eſt caro; ipſaque cauda longitudinis cubitalis eſt, pinguedinem multam habens. Pedes autem poſteriores habet vt anſer, ſed maiores & cum vnguibus; anteriores autem vt canis. Hoc enim illi natura parauit, vt & poſterioribus in aqua nataret, & in anterioribus in terra velut quadrupes ambularet.

Pars cauda Caſtoris eſt piſcis, reſiduum vero corporis, caro.

Mira Caſtorum ſolertia Caſtores (vt dicit experimentator) in grege viuunt, & ſimul ad ſyluas pergunt, lignaque dentibus abſcindentes, ad cauernas ſuas ea miro modo deferũt: vnum enim ex Caſtoribus reſupinatum, pro vehiculo pedibus eleuatis in terram proijciunt, & inter ctura eius abſciſſa ligna artificioſe componunt, & ſic eum trahentes cauda ad propria tecta deducunt. Verum iniuriam talem non faciunt illis qui inter illos educati ſunt, ſed illis qui de alienis partibus ad ſe veneront: hos enim in ſeruitutem ſub certa cuſtodia redigunt. aliorum tamen opinio eſt, quod hoc illis faciunt, qui ſenectute laboribuſque confecti, dentes obtuſos habent, iamque ligna ſecare non valent. Tales igitur in ſeruitutem redactos, per abſumptionem pilorum in dorſo, venatores agnoſcunt, eoſque pietate commoti; illæſos abire permittunt.

In duplices autem vſus ligna ſecta habent, nam & corticem comedunt, & ex lignis habitacula valde artificioſa faciunt. Amaris quidem, & arborum foliijs, & corticibus, caſtor pro ſummis delicijs veſcitur. Vnde & tota eius caro, etſi bono, tamen amaro odore perfunditur. Comeſturus autem corticem in poſterioribus pedibus reſidet eleuatus, & anterioribus pedibus lignum tenens, eam tantum partem comedendo decorticat, quam inter pedes tenebat; quod autem extra pedes eſt abijcit, & non curat. Domum vero ſuam ædificat ſuper aquas, faciens in ea manſiones diuerſas, vt cum aquis creſcentibus vel decreſcentibus, aſcendat & deſcendat. Cum autem caſtor arborem dentibus ſecat, ictu dato eminus ab arbore currit, vt vitet caſum eius; & hoc tandiu, vel tam ſæpe facit, donec crebris ictibus percuſſa ceciderit.

Cibus Caſtorum.

Huiuſmodi animalis venatio fit hoc modo: Canis ad hoc inſtructus in aquam proijcitur, qui ad foramen manſionis illius perueniens ingreditur, nec cedit caſtorum morſibus, donec à venatoribus artificioſa illa manſio confringatur. Quod autem dicitur caſtorem iam caſtratum erigere ſe, iamque teſticulos amputatos eſſe venatori oſtendere, Poloni falſum eſſe dicunt in illis caſtoribus qui apud illos ſunt; quia teſticuli caſtoris non exterius eminẽt, ſed intus in ventre iacẽt, ſicut renunculi. Egerit enim ſicut Auca. Fel etiam euomit (vt dicit Plinius) ad multa vtile medicamenta, eius coagulum ſedat morbum caducum.

Modus venandi caſtorem.

De Ceruo, & Corochrote, & Cuniculo.

CAPVT LXXXI.

Cervus. CEruus eſt animal celeritate mirabile, frontem habens ramoſis cornibus aſperatam, quorum creatio fit quando biennis fuerit, & vſque ad ſex annos pro ætate augent ramos. Deinde denſiora non poſſunt fieri cornua, ſed maiora. Solum hoc animal mutat cornua, & ſupra modum in cornibus gloriatur. Nam & quandoque cum nondum ei cornua ſunt, tamen tanquam habeat in frõte præludit, & ex eo quod nunquam expertus eſt, tale minatur. Omnia quoque animalium cornua vacua ſunt, præterquam Cerui, quæ dura ſunt, & non eſt in eis concauitas. Mares ſtatuto tempore Veneris, ſæuiunt rabie libidinis. Fœminæ non concipiunt ante arcturi ſydus, id eſt. Auguſto exeunte, & Septembre intrante. Separant autem ſe conceptus tempore: ante partum herba ſyle ſe purgãt, faciliori ex hoc vtentes vtero.

Ex capite cerui grandaui prodeũt veſpæ perfectæ.

Venatores pro experimento certiſſimo prodiderunt, quod Ceruo ad ætatem grauidam veniente, oſſe capitis ſub oculo naturaliter terebrato, veſpæ concretæ ac formatæ interius, ex humore ſuperfluo, vel (vt alij autumant) ex medulla, prodeunt euolantes; & tunc dicunt eum non poſſe diutius viuere, niſi ſecundum quod ſupra dictum eſt innouetur. Aliquando etiam eaſdem veſpas dicunt prodire concretas è naribus. Cerui, bono quod habent inuidentes, dextrum cornu medicaminibus vtile nolunt reperiri. Itaque cornua in aquis mutant, vt illic humanis viſibus occultentur. vocem vulpium timent. Dicunt venatores, quod ſi ceruus à canibus inſecutus, aquas bibens intrauerit, à laſſitudine refocillatur, & ad curſum reparatur. In huius capite vermis vnus eſt, qui eum fere vexat aſſidue: ſed & omne animal, & ipſe homo vermem habet ſub lingua. In ea vero parte qua venæ vicinantur ſpondili applicato capiti, vermes ſunt ingeniti. Hinnulus Cerui ab homine captus, & ad modi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cum in vinculo ductus, ſequitur eum etiam non ligatus.

Corochrotes. Corochrotes eſt beſtia quæ voces hominum imitatur: Nunquam oculos claudit: in ore nulla eſt gingiua, ſed dens vnus atque perpetuus, qui vt nunquam rotundetur, naturaliter capſularum modo clauditur:

Cuniculus. Huic tanta virtus ineſt, vt omnia mox continuat. Cuniculus eſt beſtia lepore minor, colore & forma prope conſimilis. Hic in antroſa habitacula terram fodiens, nocte vineta frugeſque depaſcit; mane autem anctum ingrediens, os eius æquat terræ puluere per intrinſecus, ne ſuperuenientes homines per diem, eius habitaculum deprehendant. Vbicumque habitant cuniculi multiplicantur nimis, quia ſæpius in anno pariunt. Cumque aliqui ex eis aliquid illic aduerſi ſenſerint, nec mora cæteri ſociorum iniuria dedignati, locum cum illis dimittunt. Hi auerſis poſterioribus coëunt, quoniam illis auerſum eſt membrum genitale.

Si aliqui cuniculi male tractentur, cæteri cum illis locum deſerunt.

De Daxo, & Duran.

CAPVT LXXXII.

Daxus. DAxus eſt animal magnitudine vulpis, habet crura breuia, nec in vtroque latere æqualia, ſed in ſiniſtra breuiora; vnde fit vt in valliculas rotæ, quas attritione currus faciunt, poſitis pedibus dextræ lateris valenter currant, ſicque ſuos perſecutores effugiant, pellem habent villoſam, & ſetis rigidam, albis nigriſque pilis cõtextam. Huiuſmodi animalis ſagina Luna creſcente augetur, decreſcente minuitur, ita quod ſi occidatur in vltimo Lunæ defectu, non inuenitur. Huiuſmodi ſagina conficiuntur vnguenta, quibus ſedantur renum dolores, membrorumque læſiones. Et hoc mirum in beſtia, licet ex vna parte ſit medicinalis, morſus tamen eius plerumque grauiſſimus eſt, & exitialis. Sed huius ratio eſt, quia viuit crabonibus, & animalibus quæ in terra repunt, ac venenifera ſunt; ideoque dentes eius inficiunt, quanquam etiam ſine cibo venenoſo, luporum, ac vulpium, & multorum animalium dentes eſſe venenatos, experientia comprobauerit. Vnde morſus luporum beſtijs inflicti, ferro calido aduruntur, ne morſus vtique nociuus contrahat corruptionem. Cibus autem venenatus internorum, mediãte natura bene diſpoſita, in optimam materiam tranſit; & quod eſt ex parte veneni, digeſtio propellit, reliquum vero purgat, & in nutrimentum carnis mũdificat. Hac itaque ratione fit, vt ſagina ſit medicinalis, & morſus exitialis. Quod melius in tyrone ſerpẽte patet, qui venenifer naſcitur, & tamen carnes eius in theriacam confectæ, venenis omnibus opponuntut. Duran (vt dicit Ariſtoteles) eſt animal velox atque fortiſſimum, quod à venatoribus inſecutum, cum euadendi deſperatione frangi cœperit, aſtutia naturali ſtercus intorquet valide contra canes inſequentes ſe, eoſque retardat putridæ egeſtionis odore.

Morſus daxi eſt exitialis, ipſe autem medicinalis.

Duran.

De Elephante.

CAPVT LXXXIII.

Elephas. ELephas eſt animal magnum & robuſtum, habens roſtrum x. cubitorum, prominens quaſi amplum inteſtinum ex carne cartilaginoſa & dura, quod promuſcidem vocant, & vtitur eo loco manus ad omnem actum habilitato. Vnde & per hanc cibum & potum capit, non tamen ea guſtum illorum diſcernit vel ſapit, ſed ori ſuo reddit, nam & vinum (quod natura libenter bibit) ſibi datum promuſcide ſorbet, orique refundit, & tunc palato iucunditatem ſentiẽs, congratulatur danti. Sic ergo promuſcidem neceſſariam habet, quia cum beſtijs cunctis eminentior ſit, inclinare os ad paſcendum non poteſt. Ceruix etiam minor eſt quam poſcit tanti corporis moles. In bello quoque promuſcide vtuntur Elephantes, & in ea capiunt homines partibus ſuis aduerſantes: ſunt enim bellicoſi & audaces nimis, maxime cum eis in prælio, ſanguis vuæ vel mori oſtenditur. Intolerabili impetu ruunt in hoſtes, vt nullo bellorum agmine, nulla militum conſtipatione, nullo clypeorum obiectu retardentur: velut quidam montes eminent in prælijs, & mugitus fragore perturbant hominum confidentias. Cum enim vociferantur per os eorum, vociferatio eſt cum multo ſpiritu; cum autem ex parte naſi ſiue promuſcidis fit vociferatio, non eſt horribilis, ſed tanquam fiſtula dulcis.

Necceſſitas promuſcidis in elephante.

Elephantes ſunt valde bellicoſi.

Perſæ & Indi cum his pugnare ſolent turres ligneas cum armatis xl. ſuper eorũ dorſa portantibus. Itaque legitur, quod Alexander magnus contra Indos pugnaturus, æreas ſtatuas impleri iuſſit prunis ardentibus, quæ Elephantes, putantes homines eſſe & labia protendentes, comburebant; ſtatimque cœperunt fugere, de cætero neminem audentes contingere. Alia vice grunnitu ac ſtridore porcorum, cum ſonitu buccinarum, multos Elephantes ſuperauit, eo quod talibus aſſueti non fuerant. Elephanti confligentes, natura quidem non mediocrem ſauciorum curam habẽt, nam feſſos & ſauciatos in medium ipſorum recipiũt. Elephas (vt dicit Plinius) quatuor habet dentes intus ad mandendum, præter illos qui prominent, maſculis reflexi, fœminis autem recti & proni. In his eſt præcipua nobilitas eboris, quæ non eſt cæteris oſſibus corporis. Cui ſcilicet ebori ſi pannus ſuperponatur, igne ſuperpoſito pannus non exuritur, ſed naturali frigiditate eboris extinguitur.

Quomodo Alexander elephantes ſuperauit.

Elephanti cadentes ſurgere non poſſunt, quoniam oſſa ſolida ſine iuncturis habent, vnde & crura, tibiaſque flectere non valent, niſi in iuuentute. Crura vero æqualia habent in craſſitudine inſtar ſtipitum, ab imo pedis vſque ad ventrem, pedes vero rotundos ad inſtar pomi, digitos tamen habent iunctura latenti, qui non ſunt fixi, propter hoc non habent vngues omnino. Quando gradiuntur, expondere ſui corporis, & virtute ſuæ fortitudinis, altiſſimè pedes ſuos imprimunt terræ, ita vt periculoſum ſit alijs animalibus, vt equis & tauris poſt eos ambulare. Elephas ſtomachũ non habet, niſi quoddam inteſtinum inuolutum villoſum. Hepar eius in quadruplo maius eſt hepate bouis, & reſidua ſimiliter interiorum, excepto ſplene, qui modicus eſt reſpectu corporis. Virgã habet vt equus modicam, & non conuenientem ſui corpori. Teſticuli non ſunt exterius apparentes, ſed intra prope renes, ideoque velocis coitus eſt. Fœmina duas tantum habet mammillas vt mulier, quia non niſi vnicum fœtum habet, & hoc ſub aſellaribus; quia hic eſt primus mammillarum locus. Mas etiam habet ſicut illa mammillas, ſed non irriguas. Solinus ait Elephantem ſemel parere, ſed reuera ter vel quinquies parit in ætate; ipſe vero fœtus æqualis eſt vitulo trium menſium in partu.

Elephanti oudentes nõ poſſunt ſurgere.

Elephas non habet ſtomachum.

De eodem.

CAPVT LXXXIV.

Modus capiendi elephantes. ELephantes audito hominis veſtigio poſt ſe, nec prius viſo, intremiſcunt, & inſidiarum metu ſubſiſtunt. Sic autem capiuntur: Duæ puellæ virgines in deſertum vbi habitant nudæ pergunt, vna vero ferens vrnam, altera gladium. Quibus alta voce cantantibus audit, & prope accurrit; moxque naturali inſtinctu virgineæ carnis innocentiam recognoſcit, & amoris dulcedine caſtimoniam in eis veneratur, earumque pectus & vbera lambens, mirifice delectatus, in ſoporem reſoluitur. Nec mora, puella cum gladio tenerum eius ventrem perfodiens, ruentis fundit ſanguinem, altera vero fuſum in vrna ſuſcipit, hoc ſanguine regalis purpura tingitur.

Regalis purpura elephãtis ſanguine tingitur.

Eſt & alta eorum venatio talis. Venatores inequitant domeſticos elephantes, & in deſerto quærunt ſylueſtres, quos cum inueniunt, domeſticis præcipiunt

illos

illos perſequi ac percutere quoadusque obediant, & defatigati ſtando quieſcãt. Tunc venatores illos aſcẽdũt,& percutiunt ac pungunt, & mouẽt eos ad hoc vt homines timeant; ligantque pedes eorum anteriores quousque manſueſcant. Manſueſcunt autem & domeſticantur citius cunctis agreſtibus animalibus. Eſt & alius Elephantum domeſticandi modus. In primis captus à venatore percutitur, multiſque verberibus tribulatur, interim alius qui vult habere ſibi obedientem accedit, eumque de manu verberãtis eruit. Quod aduertens Elephas, in manibus eius manſueſcit, eumque liberatorem ſui recognoſcens, ſemper ac diligens ei obedit.

Modus domeſticandi Elephantes.

Elephas nõ niſi laceſſitus nocet, muſcas eius dorſo reſidẽtes cute in rugas contracta necat,& hoc illis pro villo caudæ eſt. Hoc animal valde fluuiale eſt, quoniã in India vbi generãtur, ſemper habitant ſuper fluuios; & quando ſpatiari vult in aquis, vſque ad promuſcidem ſe immergit, per hanc enim ſpirat, nec poteſt multum durare natando, propter corporis ſui ponderoſitatem. Elephas ſi terram comederit moritur. Aliqui tamen aſſueti ſunt comedere, nec inde moriuntur, quia prævalet in eis ipſa conſuetudo, quæ eſt altera natura. Præterea quidam Elephantes oleum potãt, quidam non: vinum autem vt dictum eſt libenter bibunt & quando potare non poſſunt, ſignum eſt quod infirmantur. Ideoque medicina purgandi ſunt. Accidit eis quandoque dolor iunẽturarum, & contra hoc iuuat eos potus aquæ frigidæ, & gramina ſubmerſa in melle. His multum nocet ventus, & per hunc infirmitates contrahunt. Per annos xl. creſcunt,& tunc frigus & hyemem, ventumque frigidum ſentiunt. Per annos ccc. viuunt, frigoris impatientiſſimi. Sanguis Elephantis,& maxime maſculi, fluxus rheumatis ſiſtit. Fumo quoque qui fit ex inguine & pillis Elephantis, animalia quælibet venenata fugantur.

Elephantes viuunt ad 300 annos, & ſunt frigoris impatientiſſimi.

De Enchire, & Enitra, & Equo, & Equiceruo.

CAPVT LXXXV.

Enchires.

ENchires eſt animal in oriente Tauro ſimile, ſed habens longos crines ad ſcapulas deſcendentes, ſicut equus. Cornua vero multum recuruata & ad pugnandum habilia, caudamque breuem reſpectu corporis; corium valde durum,& ictuum patiens; huius caro dulciſſima eſt. Cum venatores fugiens debilitatum fuerit, pugnat; & in pugna ſtercus eijcit per quatuor paſſus, cauſa timoris; eſt enim animal multi ſtercoris. Denique cum appropinquat ei tempus partus, multa etiam eiuſdem generis animalia circa ipſum adunantur,& egerentes aggregant ſtercora, ad inſtar muri incircuitu eius.

Enitra.

Enitra eſt animal modicum in Germania: mas & fœmina cumulos in terra facientes, congerunt cibos æſtate, quibus viuant in hyeme: fœmina naturaliter ciborum eſt auida & prodiga, mas econtra ſupra modum parcus & auarus. Vnde & aditum obſtruit ne fœmina cibos attingere poſſit; at illa naturaliter callida, foramen occultum ex alia parte facit, per quod furetur quod auiditati ſuæ ſufficit; ſicque fit vt maſculus parcus macie tabeſcat.

Equus.

Equi in vniuerſis fere partibus orbis generantur, ſed illi præcipui, qui in Scythia & Capadocia. Hi ad ſonitum buccinæ gaudent, & congreſſionibus gloriantur: horum libido tubis tonſis extinguitur, harum enim gloria ad coitum agitantur. Equa ſterilis intelligitur eſſe, ſi non primo coitu cœperit generare. Impręgnata vero quandoque facit abortiuũ, ſi ante nares eius candela cerea extinguatur. Equus habet dentes 40. quorum primos amittit à natiuitate menſe 30. vtrinque binos, & anno ſequenti totidem illis proximos. Quidam tamen (quod in noſtro orbe dicit Plinius) à quinto anno incipiente binos amittit, quo anno 6. renaſcuntur, ſeptimo vero habet renatos omnes dentes,& immutabiles. In equis præcipue ex omni genere iumentorum aures indicia animi præferũt: marcidæ feſſis, nutantes pauidis, ægris reſolutæ, furentibus ſurrectæ. In coloribus equorum niger eſt optimus, rufuſque vel glaucus, albus etiam plerumque bonus, cæteri vero deteriores iudicantur. Sola animalium, equus & ceruus & vacca habent in corde oſſa cartilaginoſa,& hoc propter ſui magnitudinem, vt ſcilicet cor ſuis oſſibus ſuſtentetur.

Equa quandoque facit aborſum, ſi ante nares eius candela cerea extinguatur.

Equiceruus.

Equiceruus eſt animal orientis, ad magnitudinem Cerui, ſed habens in pedibus ſoleas,& in collo pilos, vt equus, per ſcapulas deſcendentes. Cornua mas habet, his fœmina caret.

De Erinacéo, & Eriminio.

CAPVT LXXXVI.

Erinacéus.

ERinacéus, qui & Cyrogrillus, eſt animal Porcelli formam habens, ſed ſpinoſum vbique, præterquã in ventre; vndique vero ſpinis ſuis clauditur, propter inſidias,& difficulter ſe videndum præbet, atque palpandum. Sed quando in aquam calidam mittitur, ſtatim ea delectatus, in planam membrorum deiectionem, oſtenſionemque reſoluitur. Et ſic inoffensè videtur, atque palpatur. Hic vt dicit Ariſto. obtuſius audit omni animali habente teſtã in capite. Nã ex reſultantia quæ fit in teſta ſonus auditur. Ericius habet v. dentes,& inter eos membrum carnoſum. Spinis vtitur loco armorum, ſicut bos cornibus; nutrimentũ enim eius corporis in ſpinas tranſit, propter paucitatem caloris, qui digerere cibum non ſufficit. Ob hoc enim multa ſuperfluitas in eius corpore generatur, ex qua propter frigiditatem multam, ſpinæ duræ ſicut lapides generantur.

Hericius in aquam calidam miſſus ſtatim ſe aperit & oſtendit.

Hericius eſt medicinalis.

Ericius pinguis eſt,& medicinalis; ſolus habet duos anos per quos fæces emittit, ſolus etiam inter animalia quadrupedia generantia, teſticulos habet prope renes, ſicut aues: Nam cætera in anteriori parte habẽt. Huius ſpeciei mas & fœmina ſtando coeunt applicati, & adinuicem coniuncti, & hoc propter ſpinarum aculeos qui in eius dorſo ſunt, ſi enim à dorſo coirent, aculeis ſe inuicem pungerent. Carnes hericij vim habent deſiccatiuam & diſſolutiuam, proprieque ſtomachum confortant, ventrem ſoluunt, vtinam prouocant, vtiles ſunt illis qui ad lepram & elephantiam diſpoſiti ſunt.

Eriminius.

Eriminius eſt beſtiola de genere muſtelarum, ſed forma minor, & calore diſſimilis. In hyeme candet inſtar niuis, præter extremitatem caudæ. Æſtate vero tantum in ventre candet, & dorſo fuſcus apparet: mures perſequitur, carnibus veſcitur, harum beſtiolarum pellibus, hominum curioſitas vti ſolet ambitu ſupremo in veſtibus.

De his quorum nomina incipiunt per F. G. H. I.

CAPVT LXXXVII.

Falena.

FAlena eſt animal quod naturali quadã indignatione ſuperbiam in homine deteſtatur. Itaque ſi congrediendi occaſionem acceperit, pugnæ conſtanter inſiſtit, victorque ſuperbè nititur homines decerpere. Econtra vero, ſi in homine obuio, ex fuga & timore ſignum humiliationis deprehenderit, interdum ſubſiſtit,& illum euadere permittit.

Furunculus.

Furunculus Putorio valde conſimilis eſt, paulò amplior quam Muſtela; inter album & buxeum colorem habet,& eſt animal animoſum ac ferum nimis, vltra quam in viribus ei natura concedit. Ad hoc autem edocetur, vt antris quibus cuniculi delitescunt, à venatoribus imponatur; qui foueam audacter penetrat, impetitque morſibus beſtiolam, donec anguſtiatam in retia expulſam deijciat. Nec hanc beſtiam tantummodo oderunt, ſed quicquid animalium ſpirare videtur, quantumcunque magnum ſit, pro viribus impetunt; non pro deſiderio carnium, quibus vtique non veſcuntur, ſed pro voluntate malignandi, vel pro ſanguine beſtiarum (vt aliqui dicunt,) quem vtique

in potu

in potu libenter accipiunt. Coire dicuntur proſtrati. Fœmina, ſi marem non habet quando luxuria ſtimulatur, tumeſcit & moritur. Partu quidem fœcunda eſt, vtpote ſeptem vel octo ſimul fœtus edens. Portat autẽ in vtero diebus 40. Cumque nati fuerint catuli, cæci ſunt diebus 30. A tempore vero quo videre incipiunt, vſque ad 40. dies venari incipiunt.

Gale. Gale eſt animal multæ audaciæ cum ſerpentibus pugnans: mures enim libenter comedit, & ipſum genus ſerpentum, carnibus murium viuit: Ideo quaſi cibi ſui æmulos, ſerpentes perſequitur, & cum eos deuictos comederit, mox rutam quæ ſerpentibus aduerſa eſt comedit: Hoc animal, ad ſeptentrionalem vel ad meridionalem partem, ingreſſus fouearum ſuarum facit, vt vento ſibi contrario non fatigetur. *Genetha.* Genetha eſt beſtia paulò maior vulpecula, colorem habens inter nigrum & croceum; Maculas interdum nigras ordinatè in pelle diſpoſitas. Manſueta ſatis eſt beſtia, niſi fuerit iniurijs laceſſita, nec ad ardua conſcendit, ſed in humilibus locis, & ſuper riuos aquarum deambulat, ibique cibum cum eſurit quærit.

Glis. Glis eſt animal modicum, coloribus, albo, nigro, & ſubrufo variatum; per totam hyemem dormit, & quaſi pila contractus in vnum iacet, miroque modo (iuxta Iſidorum) ipſo ſomno pingueſcit. *Glis per totam hyemẽ dormit, & ipſo ſomno pingueſcit.* Interea ſopito vitali ſpiritu, nulla eſt ei commotio: ſed hoc mirum eſt, quia ſi ſopitum animal ad aëris ſerena deferatur, paulatim inter manus tenentium, conualeſcente ſpiritu reſoluitur. Itaque veris intrante tempore, cum ſol radios calidos emiſerit, naturali more ad robur redit. In arboribus velut in terra currit, & pomorum ſucco cupidius delectatur. Huius pinguedine decocta ſi inungantur membra, paralyſim timentibus dicit Plinius profuturum.

Hyæna. Hyæna eſt animal magnitudine lupi, in cuius collo ſunt pili, ſicut in collo equorum: pilos habet duros ſuper omnia ſpondilia, duas habet naturas, maris ſcilicet & fœminæ. Colorem cum voluerit variat, & in ſepulchris mortuorum ſemper habitat, gemmam portat in oculis, vel (vt aliqui dicunt) in fronte. *Hiſtrix.* Hiſtrix eſt beſtia, quæ vulgò Porcus ſpinoſus dicitur, circa marina inhabitat, & in cauernis montium nonnunquam, quando ſcilicet iuxta marina refugium non habet. In terra potenter valet. Ira eius ad vindictam citiſſima eſt; vnde plerunque iaculis è tergo ſponte laxatis, canes vel homines vulnerat proximantes. *Ibex.* Ibex eſt animal paruum, admirandæ pernicitatis, oneratum in capite cornibus vaſtis, in petris habitans, ibique fœtus faciens. Et nota verſum: *Ibex eſt animal, auis ibis, & inundus ibis.*

De Lamia, & Lauzani.

CAPVT LXXXVIII.

Lamia. LAmia, ſicut dicit liber rerum, eſt animal magnum, & crudeliſſimum: nocte ſyluas exit, & hortos intrat, arbores frangit, earumque ramos diſſipat, & hoc per brachia fortia nimis ad omnem actum habilitata; cumque ſuperueniunt homines ad prohibendum, pugnat cum eis, & mordet eos. Hoc autem in eius morſu mirabile eſt (vt Ariſto. refert) quòd homo ſauciatus Lamiæ dentibus, non ſanatur à morſu, donec rugientis beſtiæ vocem audierit. Forſitan iſtæ ſunt lamiæ de quibus Hieremias dicit. *Lamiæ nudauerũt mammas, &c.* Ibi namque dicit gloſſa, quod Lamia eſt beſtia ferociſſima, quæ tamen fœtibus teneris petentibus, lac præbet. In quo Iudæos crudeliores oſtendit eſſe Lamijs, quia paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Hoc animal Hebraicè vocatur Lidith: & Iudæi quidem ſuſpicantur vnam eſſe de furijs quæ Parcæ dicuntur, eo quod nulli parcunt. *Aliud genus lamiarum.* Audiui quod Lamiæ beſtiæ ſunt in oriente, circa partes illas quæ continent turrim Babel in campo Sennaar; & hæ maiores ſunt, irriguæ lactis ſupra modum, & domeſticantur ab hominibus, & ducuntur ad paſtum; vtiles enim ſunt in abundantia lactis.

Lauzani. Lauzani eſt animal, à cuius erudelitate nulla beſtia tuta eſſe poteſt: Nam & ipſum Leonem omnibus formidabilem deterret, ſuo tamen generi parcit, in cætera graſſatur. Illaque animalia implacabili odio inſectatur quæ reliquas beſtias deprædantur; & cum hoc ſcelus in alijs perſequatur, proprie tamen iniquitatis non meminit, hominem quoque miro modo perſequitur.

De Leone.

CAPVT LXXXIX.

Leo. LEo rex animalium eſſe dicitur, ad cuius rugitum omnia figunt gradum, etiam ea quæ nunquam illum viderunt, vel experta ſunt; & hoc iubente natura, quæ timorem eis indidit Leonis. *Omnia animalia Leonem quaſi regem ex inſtinctu naturæ reuerentur.* Virtus eius eſt in pectore, & in pedibus anterioribus, & in cauda. Oſſa eius maiora ſunt aliorum oſſibus animalium, tantæquæ duritiæ, vt ex eorum mutua colliſione ignis emicet ſicut è ſilice. In his tamen eſt concauitas parua, nullaque medulla niſi rariſſima: os colli eius continuum eſt, & caro colli cartilaginoſa; vnde non poteſt ad tergum, vel in partem collum inflectere. Aliqui putauerunt quod hoc eſſet indignationis cauſa, vel ſoliditatis, ignorantes cauſam oſſis in collo continui. Fortitudine celerrimus eſt, natura vero grauis, & hoc propter difficilem digeſtionem; cumque validè currit, propoſiti curſus metas tranſit, quoniam in vehementia ſpiritus retinere ſe nequit. Adeo calidæ naturæ eſt, vt omni tempore coire dicatur. *Solertia Leæna ad adulterium ſuũ celandum.* Fœminis magna libido coitus, & ob hoc maribus ira. Leo mas odore, Pardi coitum in adulterio ſentit, & ne conſurgat in pœnam, Leæna viuis aquis ſe abluit, aut longius committit. Hæc habet in pectore duas mammillas, in medio ſcilicet ventris, & has paruas reſpectu ſui corporis, & hoc quia modicæ lactis eſt (cibus enim in corpus tranſit) & quia nõ niſi rarò comedit, nec niſi carnem, quæ non facile in carnis materiam tranſit. Leo niſi læſus facile non iraſcitur, ſed cum vltro prouocatur, confringit totaliter aduerſantem.

Leo beneficium recognoſcit. Refert Plinius, quod Syracuſanus in Syria, Leone obuio, ac ſuppliciter volutante, pauore attonitus, cum vndique refugienti ſe Leo opponeret, eiuſque veſtigia quaſi adulando perlamberet, in ipſius pede vulnus animaduertit, extractoque ſurculo, eum à cruciatu liberauit. Similiter & Elpis cum obuio Leone ad arborem confugiſſet, hyanti ore Leo ante eum vlulans, indicabat quod os auidiori morſu dentibus inhæſerat. Quod ille cernens, approximauit, & impedimentum ab hiantis ore medio rulit: cuius manu ſe curatum cernens Leo, gratias referebat, quodammodo blandiendo. Cauda quidem blandienti & placito eſt immota; ſed hoc raro, crebrior enim ira: nam & aliquando cum immoderatus eſt furor interius, igneo cruore ex iracundiæ calore conſumi dicitur, & interimi. Proinde in principio quidem iræ terram cauda verberat; in incremento terga cum quodam incitamento flagellat. Cumque ſit omni beſtiæ formidabilis, exiguo tamen aculeo ſcorpionis agitatur, & eum vbicunque viderit, velut hoſtem vitæ ſuæ fugit. *Ira Leonis quomodo ſedanda.* Onagrum venatur, eumque naturaliter odit. Ira Leonis capti ſedatur arte tali. Verberatur catulus coram eo, creditque illius exemplo ſe debere timere hominem, quem in canis coertione videt potentem: Leo nunquam craſſus, vel ſagina inuenitur oneratus. Interiora eius aſſimilantur omnimodè canis interioribus: fere ſemper quartana febricitat; & tunc maxime carnes ſimiæ appetit, vt ſanetur. Idem etiam hauſto ſanguine canis, ægritudini medetur. Adeps eius venenis eſt contrarius. Cum vino & adipe Leonino perunctus homo, beſtias propellit omnes, fugatque ſerpentes.

De

De Leopardo, & Lepore.

CAPVT XC.

Leopardus. LEopardus eſt animal ex Leone & Pardo generatum, colore ſubrufum, maculas habens nigras per totum; fœmina mare fortior eſt. Cumque ſit Pardus beſtia crudeliſſima, aliquando quidem domeſticatur, ſed nunquam ſic vt ſuæ crudelitatis obliuiſcatur. Domeſticatur autem ad venandum: itaque cum ad prædam in venatione ducitur, relaxatur, quam ſi quarto, vel quinto ſaltu capere nequiuerit, ferociter iratus ſubſiſtit, & niſi ſtatim venator furenti beſtiam aliquam obtulerit, in ipſum venatorem, vel in quoſlibet obuios irruit. Impoſſibile enim eſt eum placari niſi ſanguine. Sed in hoc prouidi ſunt venatores, vt agnos penes ſe, vel alia animalia ſemper habeant, quibus iratos placant. Huic autem furenti qui reſiſtere vult, inter manus allia fricet, & ſtatim ille reſiliet, quoniam odorem alij ſuſtinere non valet. Hic cum venenoſum aliquid comederit, ſtercus hominis quærit, eoque comeſto ſanatur.

Modus placandi Leopardum furentem.

Lepus. Lepus eſt animal celeritate vigens, inter beſtias timidiſſimum, vnde & raro niſi in nocte exit ad paſtum. Tempore meſſis exultat, & mouetur ad ludum; teſtante Plinio nunquam pingueſcit. Si tamen intra tectum domus nutriatur cum hominibus, & motu velocitatis careat, naturalis craſſitudo ſuper renes eius creſcit, & moritur: multus itaque motus in animali pinguedinẽ minuit, quam vtique ex multo cibo poſſet contrahere. Lepus cum omnibus præda naſcatur, oportuit vt ſupra modum multiplicaretur: vnde ſolus fere omnium animalium fœtum pariens, alium interim pilis in vtero veſtit, alium ſine pilis, & alium in ſemine repoſitũ ſimul gerit. Itaque dicit Baſilius, quod vbicunque cœperint habitare, non facile deletur eorum genus. In aliquibus autem regionibus iuxta Ambroſium, hyeme albeſcunt, & æſtate in colorem priſtinum redeunt: Fertur quod muſtela cum lepore ludit, & demum laſſati guttur dentibus apprehendens acerrime ſtringit, tandemque corruentem improba beſtiola necat, & mãducat. Lepus autem ſexum ſuum per annos ſingulos mutat.

Lepores ſuper modum multiplicant & per annos ſingulos ſexum mutãt.

De Lichaone, & Linciſco, & Lince, & Locuſta.

CAPVT XCI.

Lichaon. LIchaon in orientis partibus eſt beſtia, quam in genere luporum nonnulli ponunt; ſed lupo longior eſt, & habet crura breuiora ac diſſimilia; ceruicem quoque iubatam, & multifariam coloris varietatem; ſaltu velox, & innocuum homini, venatu viuit, & habitum mutat ſecũdum tempora; nam hyeme hirſuta eſt, & pilis horrida, æſtate vero nuda. Linciſcus ex Cane & Lupa naſcitur, eſt enim vterque parens adeo luxurioſus, vt odio naturali ſibi contradicente, quod eſt inter canem & lupum, in copulam tamen conueniant, propter luxuriæ delectamentum; ſicque fit vt fœtus contrahat ſibi colorem, & mores vtriuſque.

Linciſcus.

Lynx. Lynx adeo perſpicaces oculos habet, vt ſubtilitate viſus, etiã ſolida corpora penetret. Conſtat enim quod oculus in humido ſitus eſt, iuxta philoſophũ. Tria vero ſunt in aqua, ſcilicet aquea humiditas, diaphaneitas, lucis perſpicuitas; & hãc vltimam cum natura cæleſti communicat, quæ eſt vltima depuratio à materia in natura lucis. Quoniam ergo lux in natura lucis eſt maxime penetrabile, & quia lux eſt vltima perſpicuitas in corpore terminato, ſi ponitur aquea ſubſtantia in vltima ſui depuratione, quantum ad perſpicuitatem in oculo Lyncis, poterit penetrare corpus ſolidũ & obſcurum. Lynx habet linguam ſerpentis ſimilem, ſed maiorem; quam in longitudinem magnam porrigit, & collum circumagit. Vngues habet grandes, vnicum fœtum facit, & vrina eius in gemmam dureſcit.

Vnde fiat quod lynx viſu penetret corpora ſolida.

Nota.

A Locuſta eſt animal quadrupes paruum, ad cuniculi fere modum. Caput habet magnum & carnoſum, habitatque circa partes Hieroſolymæ. Vnde Ioannes Baptiſta veſcebatur carnibus huiuſmodi animalium. Quidam tamen dicunt quod circa Iordanis ſolitudines eſt herba dulcis ad edendum, quæ Locuſta vocatur; & huiuſmodi cibo, non locuſtis animalibus Ioannes vtebatur. Hoc animal gregatim incedit. Vnde Salomon ait: *Regem locuſta non habet &c.* Quod vtique de locuſtis vermibus intelligi non poteſt, quæ multo minores ſunt, & non per turmas, ſed ſolitariæ incedunt. Dicit Ariſtoteles quod fœmina quædam Locuſtam nutriuit, ab eo tempore quo iuuenis & parua fuit: Quam cum creuiſſet, per ſe & ſine maſculo impregnatam inuenit.

Locuſta.

An iſtud animal fuerit cibus Ioan. Bapt. non conſtat.

De Lupo.

CAPVT XCII.

Lupus. LVpus eſt animal rapaciſſimum, & fraudulentum. Hunc nonnulli canem ſylueſtrem eſſe dixerunt, quia forma eius vt canis, vlulatuſque conſimilis, ſed latratu caret. Non autem pingueſcit, quia cibos vorat, quos ſine maſticatione tranſglutit, & ideo non tranſeunt in corporis nutrimentum. Ob hoc etiam frequenter accidit eis infirmari, manetque ſine cibo per biduum, propter digeſtionem cibi. Viuit autem aqua modica, quia nõ iuuat potus cibum indigeſtum. Stercus eius omnino ſiccum eſt, & difficulter egreditur: vrina eius olfacit, leuat autem pedes vt canis, quãdo mingit. Cumque infirmatur, terram & herbas pro medicina comedit, ſtatimque vomit, & ſanatur. Hoc idem facit canis cum infirmatur. Nullum enim animal quod carne veſcitur, herbas impune comedit, præter hominem & vrſum.

Cauſa cur lupus nunquam pingueſcit.

Præterea lupus in fame terram comedit: tunc quoque cibo terræ ſe onerat, cum bouem, aut equum, aut animal huiuſmodi robuſtum inuadere quærit. Illud nempe per nares inuadit, & cum animal excutere illũ à ſe voluerit, doloſo pondere defatigatur, & in terram victum cadit: tunc comeſta terra ſe exonerat, & ad prædam redit. Dicitur autem lupus hominem non comedere, niſi prius aliquo caſu de cadauere hominis occiſi comederit, quod per arua fortaſſis exanimatum inuenerit: tunc enim illectus humanæ carnis dulcedine, non formidat hominem impetendo, etiam periculum incidere. Hominem quem prius viderit, conticeſcere facit; quia radios oculorum ſuorum in eum mittit, & deſiccat eius ſpiritum viſibilem. Qui deſiccatus, deſiccat alios hominis ſpiritus, & illi tandem deſiccant arterias, & ſic homo raucus efficitur.

Solertia lupi.

Lupus viſu inducit raucedinem.

Lupus aliquando folia ſalicis in ore colligit, & ſub illis ſe abſcondit, vt capras ad folia venientes latenter capiat. Idem cum inter folia incedit, ne percipiatur ex ſonitu, lingua pedes ſuos lambit, & ſic eos lubricos & humidos facit. Fertur etiam, quod cum ouem rapuerit, inſequente paſtore, dentibus eam non lædit, ſed ſuper dorſum ſuum eam ſuauiter iacere facit; ne forte ſi læſionem illa ſentiret, dum ſeipſam moueret, lupi fugam retardaret. Lupus obtuſum de die viſum habet, nocte clarius videt. Qui ſi te prior videns tibi vocem abſtulerit, ſolue amictum tuum, vt ſermonem reſoluas. Si vero te inſequitur paulatim, vt tibi inſidietur, ipſo vidente ſignum aliquod medium inter te & illum pone, & illaqueationis metu ſubſiſtet.

Lupi virgas oſſeas habent. Anno toto non amplius quam per 12. dies coëunt, & ſolum illo tempore congregatim incedunt. Vlulant quoque pariter, vno præcinnente, & cæteris conclamantibus, magiſque tunc formidabiles & infeſti ſunt. Partiri dicuntur inter ſe rapinam æqua diuiſione, cum cauernis exeunt. Herbam dracontheam comedunt, & maſticant, ad acuendum dentes. Et quando ſeneſcunt, ad loca ciuitatibus proxima vadunt, vt facilius prædam inueniant, quam iam difficillime venari poſſunt. Vita

Lupi ſunt magis infeſti dum coeunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vita lupi longiſſima.

lupi longiſſima, & in ſenectute dentes perdit. Interiora eius membra debilia ſunt, & facile corrumpuntur; reſiduum vero corporis multas percuſſiones patitur. Caput eius forte nimis. Audax eſt, & magis eorum genus quod breue, quam quod longũ eſt. Per ſæpem tranſiens occultè inſidiaturus ouibus, ſi forte pede ſtrepitum fecerit, mox pedem quaſi reum mordet.

De Luthero.

CAPVT XCIII.

Luther, vel potius Lutra

LVther eſt animal aſtutum & malitioſum, magnitudine murilegi, formæ propè conſimilis, præterquam in capite. Colore fuſcum & nigrum, pelle nitens. Cui mollior pluma pilus eſt, cuius nitor non de facili cedit vetuſtati: vnde de pelle eius fiunt ornatus circa collum in veſtibus mulierum. Hæc beſtia circa ſtagna & fluuios habitat, ibique foueas habet, & fœtus facit, piſcibus viuit, quos mirabili frequentia venatur. Et licet ſub aquis diu viuere poſſit, reſpiraculum tamen ab aëre trahit. Quando auiditate prædæ gurguſtium, ideſt, naſſam ingreditur, quia nec per introitus locum redire, nec naſſam tam cito diſcerpere poteſt, ſpiritum in aëre recuperare non valens, in aquis ſuffocatur. Adeo vero ciborum cupida eſt & auara, quod piſces captos in ſpecu ſuo tanto cumulo congregat, vt ex putredinis eorum fœtore, nõ ſolum foueam, ſed & aërem inficiat. Quod non ſine periculo ſui quidam experti ſunt, qui hanc beſtiam capere voluerunt. A piſcatoribus aliquando domeſticatur, & arte inducitur vt piſces ſuo circuitu cogat pericula retium ingredi, ſuoque iuuamine capi, vnde magnum emolumentum dominis ſuis præſtare videtur.

Hoc animal piſces mirabili abundãtia venatur, adeo vt domeſticatum euadat plurimum vtile.

De Mammoneto, & Migale, & Moloſſo, & Monocerote.

CAPVT XCIV.

Mammonetus.

MAmmonetus eſt animal Simia minus, in dorſo fuſcum, in ventre candidum, caudam habens villoſam, & collum ita craſſum vt caput: vnde non ligatur per illud vt cæteræ beſtiæ, cum laqueus id tenere non poſſit, ſed per ventrem: Habet autem propijſſime faciem humanæ ſimilem, nigram dumtaxat, & ſine pilis à collo deſuper frontem, nec eſt naſus ori continuus ſicut in Simia, ſed certum ſpatium inter vtraque, ſicut in homine. Inter has beſtias & Simias odium eſt implacabile, bellumque frequens: & licet viribus non præualeant, aſtutia tamen & animoſitate bellandi Simijs præferuntur: tenaci quoque & ingenti memoria pollere dicuntur.

Migale.

Migale eſt animal venenoſum, & beſtijs fraudulenter infeſtum, quod licet iuuentute aliquando robore fulciatur, de die tamen in diem quanto amplius ſeneſcit, tãto plus miſereſcit. Poſtremo autem anguſtijs miſeriæ ſuæ coactum præ infirmitate, manſuetum ſe fingit, cum tamen naturaliter crudele ſit, & mirum in modum, cum nulla poteſtate præmineat, immoderata adulatione blanditur. Cui ſi data fuerit aliquando poteſtas, crudelitatem in animo latitantem continuo manifeſtabit. Itaque cum ei aliquis appropinquat, ſubito venenum diffundit. Equos autem & mulos infeſtat maximè, & equam prægnantem præcipuè.

Moloſſus.

Moloſſus eſt beſtia valde magna, quæ truculentos hoſtes perſequitur, tanquam ad hoc creata: rictus habet ingentes, dentes quoque fortes & prominentes, cum quibus audacter bella cum aduerſarijs patitur. Hic cum hominibus fortibus terribilis ſit, puerorum tamen innocentiam & eorum paruitatem mirabiliter per horreſcit, eorumque verbera fugit, in quo digne magnificentia innocentiæ comprobatur.

Monoceros.

Monoceros eſt monſtrum equino corpore, ceruino capite, cauda ſuilla, pedibus elephantis, mugitu horrido, cornutum, vno ſcilicet cornu acutiſſimo in medio frontis armatum. Captum quidem perimi poteſt, ſed nunquam domari; immo (vt dicit Iacobus) nunquam viuum in hominis poteſtatem venit, quia vinci ſe cernens, furore vitam exuit.

De Mulo, & Muſione, & Moſqualibet.

CAPVT XCV.

Mulus.

MVlus ex commixtione ſeminum Equi & Aſini naſcitur, ex Aſino namque & Equo generantur Muli. Ex Aſina & Equo generantur Burduli. Habetque Mulus Aſini propria aures longas, hinnitum horridum, crucem in humeris, pedes exiguos, & corpus macilentum, reliqua vero habet vt equus. Mulæ nunquam concipiunt, quia menſtrui ſuperfluitas in eis cum cibo tranſit in nutrimentum corporis. Ipſe vero ſanguis quo natura non indiget, exit cum ſuperfluitate veſicæ. Eſt & alia ratio, quoniam hoc animal extra naturam generatum eſt, & eius natura diuerſificata eſt, in equo qui calide naturæ eſt, & aſino qui ſummæ frigiditatis eſt. Itaque in fœtu diuerſificè generato, & male complexionato, non poteſt eſſe concordantia partium, & ordinata natura, vt quaſi ex propria ſibi ſimile generet, qui nullam propriam generis ſui ſubſtantiam habet. Itaque in annalibus Romanorum mulas peperiſſe, prodigij loco habitum eſt. Muſio ſiue murilegus aut cattus, Græcè dicitur quaſi aſtutus animal eſt immundum ac venenoſum, & omne murium genus perſequitur, cum bufonibus quoque pugnare dicitur. Poſt pugnam vero niſi citius aquas ad bibendum inuenerit, ſiti areſcit. Sed & cum ſerpentibus pugnare dicitur, quorum licet venenatis aculeis repungatur, non tamen necatur. Mures captos primo luſibus afficit, & poſt hoc illuſos comedit. Oculis tam acute cernit, quod & in antris tenebroſiſſimis velut in luce mures conſpicit. Dentes habet ad modum ſertæ, pilos autem circa os habet, quibus ablatis audaciam perdit. Blandicijs gaudet, loca calida diligit, vnde præ nimia pigritia pellem ſuam combuſit. Hominis manu contrectari gaudet, & ad ludum facillime prouocatur: loturam faciei, lambendo prioribus pedibus, imitatur. Libidine impatientiſſimè accenditur, & libenter coitus tempore ſylueſter efficitur, ſed cum ſylueſcere domeſticus cœperit, aures illi amputantur, vt ſcilicet aurium locis infuſioni patentibus, guttas niuis ac pluuiæ nõ poſſit ſuſtinere, ſicque domus tecta cogatur repetere. Nõ ſolum autem cum prædictis animalibus, verumetiam inter ſe Muſiones crudeliſſime pugnant: & hoc frequentius, vt terminos conſuetos ſuæ venationis obtineant. Moſqualibet eſt beſtia orientis Capreoli magnitudinem habẽs. In cuius inguine creſcit apoſtema de collectis humoribus. Quod cum maturatum fuerit, collidit illud, & fricat ad arborem, ſicque ſoluitur, & decurrit ſanies, ibique condenſatur & induratur, & huiuſmodi ſubſtantia moſchus vocatur. Omnis etiam caro eius & ſtercus dicitur moſchus, ſed ille multo melior eſt qui de apoſtemate currit. Moſchus odore perdito, virtutem ſuam in fœtoribus & latrinis recuperat, quia contra fœtorem reluctatur, & ſic quaſi luctamine reuiuiſcit: valet contra ſyncopim, & cordis debilitationem, cerebri, & hepatis, & ſtomachi.

Ratio cur mula nunquam concipiunt.

Muſio ſeu murilegus aut cattus.

Cattus ablatis pilis circa os audaciam perdit

Aures catto amputantur ne fiat ſylueſtris.

Moſqualibet vel potius moſchus.

Moſchum odoriferus fit ex apoſtemate huius animalis, & ideo nomine ipſius vocatur etiam moſchus.

De Mure, & Muſtela.

CAPVT XCVI.

Mus.

MVs eſt beſtiola panis cupida, & eorum quæ ex frugibus ad humanos vſus fiunt. In perquirendis cibis ſolertiſſima, pro quibus etiam nulla plerumque vitat pericula, eorumque cupidine duriores ſolidaſque materias demollitur. Porro ſi aquam biberit moritur, quia valde humidæ naturæ eſt. Plinius dicit murem Libicum non bibere; quia vero certum eſt murem mingere, probabile eſt eius cibum in vrinam verti. Sicut homines quidam fere nihil bibunt, & tamen mutatis in liquidam ſubſtantiam cibis, vrinam plurimam faciunt. Mus plurimos caſeos in vno

Mus ſi aquã bibat moritur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

loco reperiens, omnes attentat, & illum quem optimum inuenerit comedens, deteriores damnat. Odor murium elephantes vexat, harum ſubito multitudinē oriri, ac repente occidere manifeſtum eſt, nec tamen exanimes reperiuntur. Lapillos etiam candidos cum earum fætibus inueniri frequenter certum eſt: vnde vulgus edocuit, nō poſſe parere niſi præſente lapillo.

In Ægyptiacis Thebis, ſi fluuias largiores æſtiuo celum fuderit, mox infinitis muribus regio tota repletur. Muribus in plenilunio iecur creſcit, luna quoque plena voces edunt, interlunio mutæ ſunt; nec dubium eſt in quibuſdam partibus eſſe mures albos, rufos autem nonnullos, nigri vero ſunt, quos orbis communiter habet. Eſt quoddam murium genus multo cæteris maius, quos Ratthos appellamus. Hi adeo pernicioſi ſunt, cum libidine accenduntur, vt ſi eorum vrina partem aliquam hominis nudam attigerit, carnes eius vſque ad oſſa putreſcere faciat, nec vulnus in cicatricem vlterius inducatur. In oriente mures (vt dicit Iacobus) ad modum vulpium magni ſunt, quę animalia perimunt; & homines licet non occidant, morſibus tamen moleſtant. In Arabia Mus inuenitur, cuius pedes anteriores ſunt magni, ſcilicet vnius palmæ, poſteriores autem vnius digiti.

Rattus eſt de genere murium.

In oriente mures ſunt magni ad modum vulpium.

Muſtela.

Muſtela dicitur quaſi mus longa, beſtiola eſt ingenio ſubdola, catulos ſedulo nutrit, eoſque de loco ad locum ſæpius transfert, ne forte inueniantur. Hæc rupes & cauernas inhabitat, diutiſſimè ac fortiſſimè dormit. Quando cum ſerpente pugnare vult, agreſti ruta ſe munit. Proinde ſuper omnem medicorum artem perita eſſe dicitur, ita vt ſi mortuos fœtus ſuos inueniat, per herbam naturaliter notam rediuiuos faciat. De hac clemens papa dicit quod ore parit. In Proſelena inſula muſtelæ non tranſeunt, & ſi fuerint illatæ moriuntur. In Boetia quoque (quæ Lebedia dicitur) illatæ ſtatim fugiunt. Harum genera duo ſunt quorum maius Ictide dicitur. In ventre candet, in dorſo rubet. Muſtela (vt dictum eſt) ſerpentes perſequitur, adeo vt etiã ipſum Baſiliſcum interimat, ſed eo interfecto cõmoritur. Fel eius contra aſpidem eſt remedium, reliquum (vt dicit Plinius) eſt venenum.

Hoc animal dicitur poſſe ſuſcitare ſuos fœtus iam mortuos.

Muſtela dicitur ore parere.

De Onagro, & Onocentauro, & Oraſio & Orice.

CAPVT XCVII.

Onager.

ONager dicitur quaſi aſinus fætus. Hic inter omnia animalia odit hominum frequentiam, & habitationem, nec dominari poteſt. Sitis impatiens eſt, aquam limpidiſſimam bibit, nec facile aliam. Hic induſtria naturali, quando canes eam inſequuntur, emittit ſtercus ſuum canibus odoriferum, circa quod illos detentos illudit, & euadens ad tutiora loca fugit. Fœmina gaudet libidinis copia, modumque non ſeruans per hoc ſæpe maſculo fit odioſa. Maſculi fœminas nō habentes, tempore coitus in montes aſcendunt, & deſiderio libidinis æſtuantes, ventum naribus attrahũt ac vehementer rugiunt, ita quod animalia cętera horrore concutiunt. Onager Indiæ magnum eſt animal crudele, formam aſini habens, & vnum ſolum cornu in fronte, durum nimis & acutum ac longum, ad beſtias contrarias debellandas; & hoc habet in medio capitis. Soleas etiam fortes nimis & acutas habet, vt inuamen naturæ, quod in alterius cornu defectu perdidit, in eis recuperet. Hi tantæ fortitudinis ſunt, vt ingentia ſaxa de rupibus euellant, & hoc ad nihil aliud, niſi vt fortitudinem ſuam ad ſaxorum molem attentent.

Solertia onagri ad decipiendum canes.

Onager Indiæ eſt forte animal cum vnocornu in fronte.

Onocentaurus.

Onocentaurus eſt animal monſtruoſum, & natura biforme, capite ſcilicet aſinino, & corpore velut humano, Faciem habet ſatis horridam, manuſque formatas habiles ad omnem actum, dum vocem promit, quaſi loqui incipit; ſed inſueta labra vocem humanam formare non poſſunt.

Oraſius.

Oraſius eſt animal in anteriori parte altum & eminens valde, ita vt extenſo capite 20. cubitorum altitudinem poſſit attingere: In poſteriori vero parte demiſſum eſt inſtar cerui. Collum habet extenſum, caput equinum, licet minus, pedes autem & caudam vt Ceruus: pellem autem ſic omnium colorum genere diuerſimode notatam, vt & fruſtra quiſque tentet artificio naturalē eius pulchritudinem imitari. Nec ignara videtur propriæ venuſtatis; nam cũ homines viderit circunſtare, vertit & inuertit ſe ex omni parte, vt omnium obtutus in admirationem ſui conuertat. Hoc animal noſtris temporibus à Soldano Babyloniorum tranſmiſſum eſt Imperatori Friderico.

Onager eſt animal valde veniſtũ, & in eo gloriatur.

Orix eſt beſtia capreæ magnitudinis, hirco ex parte ſimile, villum habens ſub mento. Hæc in illa parte Africæ quæ caret aqua generatur, & ideo perpetua ſiti ardet. Admirabile vero remedium ſitientium, latrones Getulæ terræ, ſcilicet aqua carentis, experimentis certiſſimis prodiderunt, quo homo in ſiti eo duraret auxilio, qui illo ſaluberrimo liquore veſicis dictarum beſtiarum infuſo, pro parte modica vteretur. Hæc beſtia (ſicut Ægyptij tradunt) in exortu Caniculæ naturaliter tripudiare videtur, compage corporis eius viſibiliter ſentiente quod imber & frigus abijt, inſtantque vapores ignei ſolis, vt veſtiatur terra floribus, herbaſque proferat, & fructus. Eſt autem frigoris impatiens, vnde frigus, nec niues de facili ſuſtinere poteſt.

Orix.

Hoc animal eſt impatiẽs frigoris, & ideo appropinquante æſtate tripudiat.

De Oue.

CAPVT XCVIII.

Ouis.

OVis eſt animal manſuetiſſimum & patientiſſimum, & in omnibus vtiliſſimum. In hac ſpectatur generoſitas, crurium breuitas, & ventris vaſtitas. Illæ namque reprobantur, quę nudos habeut ventres quæ vero plurimum in caudis lanatæ ſunt, bonitate ſunt ſpectabiles. Harum lanæ probantur eximię ſubtilitate velleris, & recuruata criſpitudine atque condenſitate. Lac nigrarum ouium abundantius eſt, & melius quam albarum. In capris autem eſt econuerſo. Ouium tria ſunt genera. Quædam enim ad paſtum longius ire non valent; & hæ ſolicitum paſtorem qui portet eas, neceſſarium habent. Quædam autem excurrentes & vagæ ſunt; & hę quoque paſtore indigent, qui eas manu vel virga corripiat, & ad gregem reducat. Quædam etiam piingues valde ſunt, & hæ etiam procuratore indigent, ne moriantur. Oues impinguantur multam aquam bibentes; & hoc magis poſt meridiem, ſi biberint aquam turbidam. Pinguedine vero ſterileſcunt. Quæ autem in imprægnatione facies habent conuerſas ad ſeptentrionem, pariunt mares, quæ vero ad meridiem fœminas, ſimiliter eſt de capris. Præterea ſi fuerint ſub eius lingua venæ albæ, faciet filium album, ſi nigræ, nigrum; & ſic de alijs.

Lac nigrarũ ouium eſt abũdantius & melius, in capris econtra.

Quando fœtus ouis erit maſculus, quando fœmina.

Item oues ad paſtum in locis aridis ductæ viuunt diutius: In locis autem paluſtribus ſi frequenter paſcua ſumpſerint, morbidæ fiũt, nec diu viuere poſſunt. In Maio quoq; vel poſt Maium, ſi ros melleus ſuper gramina nocte ceciderit, eas cito mori dicunt, ſed & in Auguſto, ſi ſpicas ſiccas vſque ad ſatietatem comederint, & poſtea biberint, illico diſruptis viſceribus moriuntur. Herbam quidem depaſcunt ſæpe radicitus, arborem enim ſi depauerint, vix vnquam proficiet: Morſus autem earum, arboribus multis eſt exitialis. Ouis de domo incenſa vix eijci poteſt, & ſi iecta fuerit, niſi vi teneatur in ignem recurrit. Boni generis oues ſunt, quæ paſtorem proprium ab alijs regnoſcunt, & fures fugiunt. Paſtores ſolent ouibus dare ſal in cibum, vt plus bibant, ac per hoc lacte magis abundent, hæ ſi ex ſalſis puteis bibant, coitum anteriorant. Quod ſi iuniores oues feſtinant ad coitum, peſſimum eſt ſignum, quod ſcilicet peſtis ſit inter illas ſimiliter ouis antiqua ſi poſt tempus debitũ, quęrit coitũ, malũ eſt ſignum. In multis orbis partibus faciunt oues duos fœtus, & maximè in Ethiopia.

Paſcua ouium debent eſſe arida.

Ouis de domo incenſa vix eijci poteſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sicut autem Agnus matrem propriam inter alias oues balatu cognoſcit, ſic mater Agnum cum eum odoratur in cauda vberibuſque admittit. Paſtores docent oues ambulare feſtinè ad alicuius vocis auditum; ſignum quoque ſumunt earum quæ durare poſſunt, dum in hyeme glacialem aquam ſuper earum caudas proijciunt: nam illa quæ excutit fortis eſt, quę vero non excutit in omnibus debilis eſt.

Aries per dimidium annum iacet ſuper vnum latus.

Aries habet cornua in modum circuli replicata, quibus gregem defendere nititur. Ex naturali feritate dextro pede terram percutit quando iraſcitur aut ſtupet vel timet, & hoc maxime amoris tempore. Per dimidium annum iacet ſuper vnum latus, & per aliũ ſuper aliud latus. Carnes eius calidiores ſunt, & minus humidæ quam ouium, ac duriores ad digerendũ. Agnus vero lupum naturaliter abhorrens, licet nunquam eum viderit, ſtatim fugit; qui tamen equo vel alio animali viſo, nec fugeret, nec timeret. Carnes eius non facile digeſtioni cedunt, facile tamen à ſtomacho deſcendunt, ſed à membris difficile ſoluuntur; vnde viſcoſum humorem generant. Agnus autem anniculus laudabilior eſt, propter humiditatis & ſiccitatis, ſcilicet temperiem. Omnia quæ in oue ſunt vtilia sũt, ſcilicet lana, pellis, caro, lac. Quod autem dicit Gal. caſeum generaliter eſſe malum, de ſubſtantia caſeata pura eſt intelligendum: nam triplex eſt lactis ſubſtantia, ſerum quidem bonum eſt, & butyrum melius, caſeus autem per ſe eſt peſſimus. Itaque caſeus lacti vicinus & craſſus ac butyroſus bonus eſt, & ſanis ſanus. Dicit Plinius Zoroaſtrem in deſerto, de ſolo caſeo vixiſſe annis viginti ita temperatè, vt non ſentiret dolorem alicuius morbi. Sed & fimus ouium, omnium animalium fimo melior iudicatur.

Omnia quæ in oue ſunt vtilia ſunt.

De Panthera, & Pardo & Philoſo & Phyrolo.

CAPVT XCIX.

Panthera.

PAnthera eſt animal varium ac ſpecioſum nimis. Sunt qui tradunt huic in armo maculam eſſe lunę ſimilem, & interdum ad lunæ mutationem variari.

Pardus.

Pardus eſt beſtia torua & acuta nimis in impetu, corpuſque motibus animi ſui conueniens habet, id eſt varium in colore. Saltu potius quam curſu prædam inſequitur, vnde ſæpius accidit, vt vehementi ſaltu ruat ad mortem. In Africa propter inopiam aquæ cõgregantur diuerſæ feræ ad amnes, ibique Leęnæ beſtijs varijs, vel vi, vel voluptate miſcentur; & inde Pardi procreari dicuntur. In eadem Africa Pardi ſunt qui condenſæ arboris occultati ramis, in prætereuntia deſiliunt, & (vt dicit Plinius) de volucrum cæde graſſantur. Horum adulterinis coitibus Leænarum partus degenerantur, & ab eis quidem Leones, ſed ignobiles generantur.

Philoſius.

Philoſus eſt animal quod in hominis figura ſuperius incipit, ſed inferius in pedes beſtię deſinit, qualẽ beatus Hiero. in vita Pauli Heremitæ primi deſcribit.

Phyrolus vel potius Sciurus.

Phyrolus eſt beſtia parua, maior quidem, ſed non longior quam muſtela, colore rubea, ſed in ventre candida, mira agilitate viget, in arboribus habitat, & fœtus fouet. In quiete ſe gerit, & de arbore in arborem ſaltu potius quam volatu tranſit, quamuis aliquando cauda pro pennis vtatur. Caudam enim villoſam prope ad ſui magnitudinem habet, cuius ad niſum in ſaltu mouetur, & ſi quando gratia paſtus aquam tranſire cupit, lignum admodum leue ſuper aquam congerit, cui ſuperſedens, quaſi velum nauis caudam ſuam erigit, ſicque vento flante velificans ligno tranſuehitur, æſtate cibum congerit quo viuat in hyeme, viuit autem nucibus, & cibo qui dulcis eſt, libentius vtitur.

Solertia huius beſtiæ ad tranſeundũ aquas.

De Porco, & Putorio.

CAPVT C.

Porcus.

POrcus id eſt Aper domeſticus, eſt beſtia ſæua, & immũda, cuius proprium eſt eſcam terra ſubacta quęrere, & oretenus lutoſis ac vilibus inſudare: & obſcænis locis gratiſſimè commoratur. Inter hos vnus ſemper fortior cæteris dominatur, & ſi fortior illo ſuperuenerit, fortitudine victoriam obtinere nititur, moxque victo cedente, victor reliquis dominatur, vnius ſtridore totus grex accurrens, vndique ad rabiem animatur, & in eorum ira periculoſum eſt incedere. Quarta pars cibi, porcis in pilos tranſit, & ſanguinem, & ſimilia. In vltimo lunæ defectu, cerebrum in porco pluſquam in alio animali fertur decreſcere. Idem habet poteſtatem coeundi multum præ alijs animalibus, ſi tamen pinguis ſit,

Porca.

Sues autem intantum efferari dicuntur in coitu, vt hominem lanient, maxime candida veſte indutũ. Caſtrantur autem reciſa iuba, ſicq; celerius pingueſcũt. Porca vno oculo perdito citius moritur, ſi multas glandes comederit quando impregnata eſt, aborſum faciet. Cum autem perit porca, marceſcit. Quando multos habet fœtus, lac eius paruiſſimum eſt: cum autem peperit, dat primam mammillam primo filio. Peſſimæ vero ſues ſunt quæ natos filios laniant. In calidis regionibus melior eſt fœtus porcæ in hyeme, quam æſtate. In frigidis autem contrarium: & hoc propter intemperiem regionum. Porcinæ carnes in ęſtate nociuæ ſunt ad comedendum, vſque ad æquinoctium autumnale, quia dormit porcus calido tempore pluſquam competit naturæ. Adeo autem inhiat ſomno, maxime porcus debilis, quod niſi interimexcitaretur, quaſi ſomno litargico moreretur.

Putorius.

Putorius à putore dictus eſt, quia nimium fætet, & hoc maxime cum iraſcitur. Hic ſicut & Daxus habet crura in ſiniſtro latere breuiora, in dextro longiora. Ardua domoruminhabitat, & penetralia. Gallinarum pullorum cupidiſſimus eſt, talibus enim viuit. Cumque gallinam aut pullum capit, eius caput in initio petit, vt hoc deuicto, in cęteris ei membris laborare difficile non ſit, vel ne clamare dum capitur poſſit.

De Rangifero, & Roſurella.

CAPVT CI.

Rangifer.

RAngifer eſt animal de genere Ceruorum vel Damarum habitans in Noruegia, magnum corpore, fortiſſimum robore, fuga præceleri. Ex re vero nomen habet, quia Rangifer, dicitur, quaſi ramos gerens. In capite vero tres ordines gerit cornuum, in modum virgultorum; quorum duo maiora cæteris, habet eo loco quo Ceruus, ſed maiora & longiora, vtpote cubitorum v. ramos agens ad numerum quandoque 25. alia vero duo habet recte medio capitis, & hoc fere vt cornua Damæ, lata dumtaxat, ramuſculis circumſtantibus, breuibus tamen. Porro alia duo cõtra frontem habet cornua, non cornibus, ſed oſſibus quæ in ſcapulis eſſe ſolent prope conſimilia. His itaque cornuum ordinibus armata fera, contra aduerſarios vadit. Decus etiam admirationis auget in beſtijs monſtruoſis.

Roſurella.

Roſurella eſt animal circa aquas habitans vt frequenter, muſtela maius, & phyrolo minus, in dorſo ſubrufum, in ventre candidum. In terra facit habitacula, digerit ſtercus odoriferum valde, & moſcho ſimile in odore, ſed impar virtute & odoris violentia. Viſus hominum fugit, vno tamen in loco ſtercus illud congerit: & hoc mirum in beſtia, quia bonum ſuum præſto omnibus accipiendum ponit, quo videatur homini non inuidere.

De Simia.

CAPVT CII.

Simiæ.

SImia eſt beſtia condenſo villo, in exterioribus membris ſuper omnia animalia ſimilans humani corporis diſpoſitionem, interius autem cum homine nullam diſpoſitionem habens communem, aut omnibus animalibus minorem. Igitur omnes fere beſtiæ mammillas habent in poſterioribus contra renes, vt eas inferius poſitas fœtus attingere poſſint, & promptas habere cum velint. Homo vero & Simia habent in pectore, quia natura dedit eis manus habiles ad omnem actum, quibus eleuare poſſint fœtus à terra, & aptare illos ad vbera. Hoc autem illi deeſt humani corporis, quia caret vmbilico. Virga quoque maſculi eſt vt virga canis. Calcaneum habet in pedibus, & propter hoc erigitur vt homo, ſtat & coit quãdoque, ſed hoc non poteſt niſi modice, quia natura beſtiam hanc condidit in faciem eſſe proſtratam, nam ſolus homo naturaliter erectam habet ſtaturam.

Corpus ſimiæ eſt imitatur humani, niſi quod caret vmbilico, interior tamen corporis diſpoſitio eſt longe diuerſa.

Hæc beſtia geſtu inquieta eſt, morſu ferox, cauda caret, & præ cæteris animalibus guſtu viget. Nuces & poma libenter comedit, ſed cum in eis amarum corticem inuenerit, totum proijcit, ſicque propter amarum dulce reſpuit. Ad omnem ludum docilis eſt, & ad ferocitatis oblitionem: nunquam tamen ſic eſt manſueta vt non ſit rabida; libenter tamen cum puris ludit, & ſi copia data fuerit, eos aliquando ſtrangulat. Si quis eam læſerit, diu contra eum rancorem cuſtodit. Ingenio pollent, & æmulantur quicquid vident, vnde facilius incidunt in manus venatorum. Habitant autem in arboribus vel rupibus, at vbi eas venatores habitare reperetint, acceptis calciamentis hominum vadunt, & ſedent in locis vbi ab illis videri poſſunt, induuntque calciamenta illa pedibus ſuis, ac diligentius ligant, & poſt hoc exponentes, ea ſub arbore relinquunt, & procul abeunt. Tunc ſimiæ deſcendentes, quod eos facere viderunt, imitantur, ſicque calciatæ capiuntur. His præcipua erga fœtus affectio eſt, catuloſque quos intra domos manſuefactæ pariunt, omnibus demonſtrant, tractarique gaudent. In India dicit Plinius eſſe Simias toto corpore candidas.

Simia diu ſeruat rancorem.

Modus capiendi ſimias.

De Talpa.

CAPVT CIII.

Talpa.

TAlpa eſt animal paruum nigrum & cæcum, de terra genitum compluta & lutulẽta, ſed corrupta. Huius pellis multorum pilorum eſt, & ſuauis valde, ſed teterrimum colorem habet. In terra habitat, vermium eſca viuit. In fame quoque terram comedit aliquando vero terram ſiti arente egreditur. Sed quia cæcum eſt, ad locum vnde exit redire neſcit: vnde plerunque fit vt anticipatum occidatur. Licet autem cæca ſit, habet tamen in ipſo occulorum loco nigredinem quandam, & in medio eius pupillam, oculorumque colorem ac diſpoſitionem, ſed corio tectam. In quo conſideranda eſt prouidentia creatoris, qui beſtiolæ in tenebris & latibulis habitanti, dedit oculos ad plenum formatos, & tamen lumine priuatos, vt & vrilitati & neceſſitati ſatisfaceret, & naturæ decus omnimodè non negaret: licet autem terra, tam denſo videlicet ac ſurdo elemento obruta ſit, omni tamen animali liquidius audit: quod in hoc vtique magis mirum eſt, quoniam omnis ſermo in ſublime concendit. Talpa combuſta in puluerem, & ſparſa cum albugine oui ſuper faciem, remedium eſt contra lepram. Sanguis eius ſi ſuper caput pilis nudatum deliniatur, pilos redire cogit, vt dicitur.

Cur hoc beſtiacũ cæca ſit oculos habeat.

Talpa optime audit, & eius ſanguis reſtaurat caluitiem.

De Tauro & Trogodita.

CAPVT CIIII.

Taurus.

TAurus eſt animal robuſtum, & inter omnes beſtias ſociales ſatis manſuetum, præterquam ad eas quæ rapacitate cæteris aduerſantur. Hi ſimul aduuati acerbiſſime pungunt, & præliando linguas exerſtas habent, dentibus nil agunt, ſed cornibus. Frontem habent validam ad omne prælium, membraque in eis fortiora ſunt caput & collum; propter hoc iuga ligantur eis in capite, non in humeris, ſicut equis. Ex carne vero cartilaginoſa & forti eſt eorum collum, & ob hoc inflexibile eſt quodammodo ad pondus debitum, aquam claram libenter bibunt, & cum herbas depaſcant, radices non lædunt, ſed hoc tantum quod in ſuperficie patet, ſumunt. Qui ſi caſtrati libidine arceantur, meliores ſunt, aptique ad omne opus, & maxime ad iuga fiunt.

Omnes fœmina inter animalia ſubtiliorem habens vocẽ quã mares ſola vacca excepta.

Tauri cornua ſi calefiunt, ad libitum flecti poſſunt: cornua vaccæ cornibus tauri duriora ſunt: Solaque vacca inter animalia fœmina, craſſiorem habet vocem quam maſculus: nam omnes aliæ fœminæ ſubtiliorem & acutiorem habent quam maſculi. Tradunt quod ſi in dexteram partem abeant in coitu tauri, mares gigni, ſi in læuam fœminas. Vaccas grauidas Plinius ferre negat præterquam in dextro vulnæ ſinu, etiam cum geminos ferunt, partus ante menſes 10. non viuit, quoniam vngulæ non complebuntur. Quando vaccæ multum fætiferæ ſunt, pluuioſum tempus in hyeme ſequi homines dicunt. Robur autem in quinquinnatu eſt, menſtrua apparent in vaccis & in æquabus præcipue, & ceſſant in quatuor menſibus aut quinque ſed hoc raro euenit niſi in calidis regionibus, vbi magis abundant humores ac ſuperfluitates in animalibus, ſed & ipſa menſtrua egeruntur quandoque per veſicam in vrina. Vrina vaccæ acuta eſt valde, lac eius valde ſpiſſum eſt, nec de facili per frigus ingelatur, ſed aquoſitas ab eo ſegregatur; reſiduumque craſſum efficitur, per ignem autem incraſſatur.

In quadam regione vaccæ ſunt adeo magnæ vt oporteat mulgentem ſtare.

In regione Ambaidot (alias Ambedor) magni corporis ſunt vaccæ; itaque oportet mulgentem in pedes ſtare. Hæ ſupra modum lactis abundantiam præbent: ſed & canes in illa regione magni ſunt, & animalia omnia præter aſinos, ſolus animalium taurus eſt, qui ſtimulo ardeſcit: quanto ſenior eſt, tanto teneriores habet carnes, ſi fuerit impinguatus. Bos habet neruos cordis fortiores ac duriores animalibus cæteris; Taurus tamen fortiores habet. Caro bouina ſicca eſt, turbidumque ſanguinem & craſſum generat, multum tamen nutrit, ſed tarde digeritur, niſi cum vino & allio ſumatur. Taurus ſi manſerit multis annis in coitu, multum impinguatur, & cum venerit exceſſus ſubito morietur. Si quis corium tauri fiderit, & poſtea in ipſum inſufflauerit, ac poſtea ei cibum dederit, citius impinguabitur.

Tauri Indici.

Tauri Indici, grande caput & ſætas condenſas & horridas habent, conferunt cornua ſua flexibilitate quo volunt, vel ad libitum, vel ad pugnam; & ea vel deponunt, vel producunt. Habent & aliud iumamentum, ſcilicet eiectionem ſtercoris in longinquum, cuius calore & fætore canes & venatores retardantur. Sunt & in oriente boues, qui vnum tantum cornu habent. Alij vero habent vngulas fiſſas, ſed equorum more ſolidas. Vaccis accidit podagra, nec de facili curari poſſunt ab ea. Accidit & alia infirmitas eis ex corruptione pulmonis, cuius ſignum eſt aurium declinatio, nec de facili poſſunt curari.

Trogodita.

Trogodita ſola inter beſtias deiectis cornibus, obliqua ceruice, depaſcitur; vt magis videatur herbam ſic ore attractam ſecare, quam aliarum more carpere, habet enim cornua longa per decliuum capitis & maxillarum ad terram vſque dependentia, quæ prohibent eam in terra iuxta morem paſcere.

De Vario, & Vro, & Vrſo.

CAPVT CV.

Varius. VArius eſt beſtiola de genere phyroli, paulo amplior quam muſtela, in arboribus habitat, & fœtus facit, à re nomen habet. In ventre namque candidus eſt, in dorſo colorem habet cinerum, elegantem atque ſpectabilem, harum pellibus in ornatu veſtium gloriantur homines vtriuſque ſexus: ipſa tamen beſtiola minime gloriatur in pelle propria, nedum in aliena. *Vrus.* Vri ſunt boues agreſtes adeo fortes, vt arbores & armatos milites cornibus eleuent.

Vrſus. Vrſus eſt animal ſçuum, nimis deforme membris. Indifferenter comedit carnes, & fructus terræ, vel arborum, propter humiditatem corporis formicas etiã, & cancros, inſtinctu naturali, propter medicinam infirmitatis naturalis. Arbores aſcendit, vel propter metum, vel propter cibum. Aluearia frangit, & eorũ fructus comedit; aquam vorat potius quam bibit. Hyeme parum ambulat, vere autem procedit, & tamen tunc præpingues ſunt, maximè mares: ſed hyberno tempore parum valde dormiunt. Vrſus nunquam hominem impetit, niſi ab ipſo prius ictum acceperit; graui autẽ cæde affectus & vulneratus, herbã ſlomũ vulneribus applicando, medeti ſe nouit: prçter vulnera vero & lethales ictus, omnes læſiones atque liuores lambendo pedes fertur educere.

Vrſus non aggreditur hominem niſi prius ictum recipiat.

Præliatur autem non ſolum cum ceruis & porcis agreſtibus, ſed etiam cum tauris ſuper dorſum quidem tauri ſalit, & cum taurus eum cornibus ferire vult, cornua ipſius & ſcapulas tenet manibus, eumque deuictum in terram proſternit; taurum vero ſine cornibus non facile vincit. Ambulat autem erectus quando vult, & cum brachijs luctatur. Huius anhelitus ita peſtilens eſt, vt eius anhelitu contactum, nulla attingat fera; ociuſque putreſcunt affilata. Sanguis eius pauciſſimus eſt, præterquam circa cor. Coctæ carnes eius increſcere videntur (vt dicit Plinius) quod eſt contra omnium carnium morem. Vrſus inter omnia fere animantia ſemper quamdiu vixerit creſcit, vnde inueniuntur vrſi maximi atque fortiſſimi. Vrſos habet orbis communiter nigros, ſed nonnullæ partes habent albos, & hos ita magnos, vt in 15. cubitorum longitudinem euadant.

Vrſus quãdiu viuit creſcit.

Vrſa fœtum informem lambendo format.

Vrſa fortior eſt, quam vrſus, & audacior & aſtutior citiuſque domeſticatur. Habet quatuor mammillas. Specum ſi non habuerit; ramorum fruticumque cõgerie ædificat in locis impenetrabilibus, nihilque ratius quam vrſam videre parientem. Immaturam prolem muribus paulo maiorem ex ſe educit, ſed lambẽdo fouendo atque formando, fœtum in membra producit, Vrſus hoc modo capitur. Venatores arborum concauam notantes, in qua melleos fauos congeſſerint apes, malleum ingentis molis ibi quodam funeſuſpendunt: illoque foramen per quod aditus eſt ad fauos obſtruunt, indeque ſub arbore palos exacutos in terrã fugiunt. Cum igitur vrſus mellis cupidiſſimus in aditu malleum appenſum inuenerit, iraſcitur, & pendentem eijcere nititur, ſed malleus ad locum rediens eum reuerberat: dumque ſæpius hoc fit, vrſus tandem ictibus mallei fatigatus & victus, vtpote mellis (vt dictum eſt) auidus, in palos acutos ſub arbore defixos cadit, ſicque venatores obſeruantes deiectum capiunt, vel occidunt. Cum autem capitur, ſi non ad nutum hominis manſueſcit, oculi eius ære candenti excæcantur; dum enim æs candens reſpicit, quaſi inſenſibiliter viſum amittit.

Modus capiendi vrſũ.

De Zubrone.

CAPVT CVI.

Zubron. ZVbron eſt beſtia de genere taurorum ſylueſtriũ ferociſſima, maximaque vtpote 15. cubitorum longitudinis. Tantæ quoque velocitatis eſt, vt ſtercus A quod cum impetu egerit retroacta, & cornibus recipiat, ac longius, poſt terga proijciat. Hoc itaque ſtercore egeſto largiſſimè, perſequentes canes excæcat, atque debilitat, & penitus inutiles reddit. Pilos habet ſubnigros, cornua maxima cubitorum trium, & ampla ſupra modum, ita vt ad menſas diuitum gerula fiunt potuum. Cum igitur hominem vel canem obuium habuerit, in cornibus eum ſuſtollit, & tam diu in altum proijcit, donec penitus interimat conquaſſatum. Hanc quidem propter eiùs velocitatem dicunt eſſe Tigridem, ſed falſo; nam Tigris eſt beſtia ſatis modica, & habitat in oriente. Hæc autem reperitur in Bohemia quæ à venatoribus hoc aſtu decipitur, nec ars alia venandi, qua de facili poſſit capi: laſſato Zubrone primitus à canibus, venator ei ſe circa arborem magnæ molis opponit: quem Zubro videns ad arborem B accurrit, eamque cornibus, & fronte cingens, putat ſtolidus quod venatorem obruere poſſit. Interim venator ſemper arbore protectus, luctantis latera cuſpide perfodit, & ſic humanis viribus inuincibilem, ſapientia deijcit. Aliud autem eſt Zubronum genus, quod Poloni Turones dicunt, forma quidem minus, ſed velocitate præſtantius. Hæc de quadrupedibus.

Modus capiendi Zubronem.

Aliud genus Zubronum.

De Serpentibus.

CAP. LVII.

Terra Hybernica ſerpentes & venenata interimit. SErpentes hyeme latent in ſaxis, vel arboribus C concauis, & ſiue cibo durant; verno autem tempore prodeunt. In Hybernia nullus ſerpens viuere poteſt, ſed nec aliquid venenatum, quinetiam vbicunque terra de Hybernia allata ſuper animal venenatũ proiecta fuerit, illico moritur. In Syria angues non lædunt. In Lacedemoniæ monte hoſpites à ſcorpionibus non læduntur, indigenas autem interimunt. Serpentes natura feruidi ſunt, vnde poſtquam infrigauerint, parum, aut nihil nocent; itaque nocte minus quam die lædunt, quia nocturno rore frigeſcunt. Hyemali frigore in nodos torquẽtur, æſtate vero reſoluũtur. Habẽt ſpinas in carnibus ſicut piſces & 50. coſtas in corpore, cor poſt collum habent reni ſimile, ſplenem vero paruum & rotundum. Nullus ſerpentiũ teſticulos habet, ſed vias ſicut piſces. Serpens ſi cæcatur, iterum illuminatur, ſicut hirundo. Si cauda eius D amputatur, recreſcit iterum naturaliter, ſicut lacertuli. Serpentes magni fel habent ſuper hepar, parui vero ſuper inteſtinum. Omnis ſerpens indifferenter carnes vel verbas comedit, parum autem bibit: multum deſiderat vinum, vnde vino ſolent allicere ſerpentes qui eos venantur. Licet autem bibant, nullum tamen exitum habent vrinç, quia veſica carent, potuſque & ſuperfluitas calore naturali conſumitur, qui maximus eſt in eis: Habent tamen locum per quem ſuperfluitates licet modicæ ſecundũ quãtitatẽ corporis exeũt.

Serpentes vinum deſiderant.

Ingreſſurus aquas ſerpens venena deponit, exiens autem reſumit: Quod ſi fortaſſe caſu quolibet amiſſa venena non inuenit, caput terræ frequentius allidens, moritur præ dolore. Dicit autem Plinius, E quod nihil aliud eſt venenum quam fel ſerpentium. Inde ad venas ſub ſpina, & poſtmodum ad os peruenit, vel ad caudam, vt in ſcorpionibus. Qui veneno interficitur, primitus obrigeſcit, poſtquam autem venenum fuerit calefactum, hominem ariditate ſitis interficit, & dicunt quia nocere non poſſit, niſi prius hominis ſanguinem contigerit. Terra ſerpentem homine percuſſo (ſicut Plinius dicit) amplius non recipit ſed poſt paululum moritur pœnas luens. Itaque ſerpens non plures interimere poteſt quam vnum, niſi ſalamandra tantum, ſerpens caput abſcondens totum ferienti corpus obijcit: nam ſi caput euaſerit, amiſſo corpore, nihilominus viuit. Serpens odorem bonum fugit, & hoc plerunque necatur. Viuit autem longo tempore; quia cum ſenuerit, carnes ſuas ieiunando conſumit, donec cuti laxata macie, per foramen

Nota.

Venenum eſt fel ſerpentis.

Serpens poſt hominem percuſſum non diu viuit.

petræ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

petræ tranſiens, veterem pellem deponit ac iuuentutem induit; exuit autem pellem à capite.

De Speciebus ſerpentum.

CAPVT CVIII.

Aſpis. ASpis ſerpens cerulei coloris, cuius dentes ſupra modum longi ſunt, ita quod extra os ſicut in Apro apparent. Morſu venenum immittit & ſpargit vnde & nomen accepit. Virtute quorundam verborũ incantatur, ne veneno interimat, vel (vt quidam dicunt) vt quiete capi poſſit, & gemma de fronte eius auferri, quæ naturaliter in eo naſcitur. Aſpidi non niſi cum pari vita eſt. Vnde fit, vt vna interempta, altera interemptorem incredibiliter cauſa vltionis inſequatur, eumque in quantolibet agmine populi infeſtet, cunctas difficultates perrumpens, & ſpatia permeans; & niſi omnibus arceatur, aut præceleri fuga, eum viuere non ſinat, Aſpis non nocet Afris & Syris, vnde pueros ex ſe natos eis obijciunt, quos ſi læſerint, tanquam adulterinos proijciunt, ſin autem, eos tanquam ſuos nutriunt.

Aſpis quibuſdam verbis incantatur.

Aſpis non nocet Afris & Syris.

Amphibena. Amphibena eſt ſerpens cuius oculi more ignium lucent, habens duo capita. Ariſtoteles loquens de ſerpentibus orientis, quæ bina habent capita, dicit cauſam monſtruoſitatis huius eſſe in ſpermate; vt ſi duo ſpermata continuentur in vna matrice, nulluſque paries inter ea diſtinguat, ambo vero ſerpentis capita cibum capiunt, & in vnum corpus tranſmittunt, ambo etiam in aduerſarios ſerpunt.

Baſiliſcus. Baſiliſcus eſt rex ſerpentum, cuius ſibilum alij quoque ſerpentes perhorreſcunt, eum quoque fugiunt quoquo modo poſſunt, properantes; quia ſolo flatu eos necat. Hominem ſi primo viderit, ſolo viſu eum interficit, quia radij oculorum eius ſpiritum hominis viſibilem corrumpunt, quo corrupto cæteri quoque ſpiritus corrumpuntur, qui à cerebro, & vita cordis deſcendunt, & ſic homo moritur: Serpentem vero ſi prius viderit, ſerpens extinguitur, vt dicit Iacobus Aconenſis. Vis autem nec defuncto deeſt, nam vbicunque cinis eius fuerit delinitus, nec aranex poſſunt intexere, nec venenifera quælibet attrectare. Dicitur autem argentum eius cinere delinitum, imitari colorem aureum.

Ratio cur viſus Baſiliſci hominem interficiat.

Berus. Berus inter omnes ſerpentes nequior eſt, & aſtutior. Murenam ſibilo marinam ad littus euocat, eique blanditur, & eam ad copulam concitat, quæ mollis animo coitum patitur, ſed hoc ad exitium ſui quandoque, nam ab aduerſarijs inſidijs intercepta priuſquam ad aquas reuertatur occiditur.

Boa. Boa eſt anguis in Calabria, quæ ſugendo lac vaccarum, ad immenſam molem conualeſcit, intantum vt ceruos boueſque ſolidos tranſglutiat. Huius generis fuiſſe creditur ille quem Regulus Romanorum dux, apud Africam, 120. pedum lõgitudinis interfecit; pelliſque detracta, Romæ ad ſpectaculum eſt delata. de hac ſcribit Plinius, quod quando capiebatur, oportuit adhiberi baliſtas, & tormenta varia, ſicut in expugnatione caſtrorum. Ceraſtes eſt ſerpens 8. cornua in capite habens, ex quibus fieri ſolent manubria cultellorum ad menſas imperatorum, quia ſudore prodant venenum appoſitum.

Ceraſtes.

De Dracone, & Dracontopode.

CAPVT CIX.

Draco. DRaco venenum non habet, ore quidem dehiſcit ſed dentibus non nocet; morſus tamen eius peſſimus eſt, etſi paruus, quia venenifera comedit; cauda quoque ſi quem ligauerit, occidit. Huius manſio frequentius eſt in ſpeluncis, propter æſtum nimiũ eſſentialem ſui corporis, & propter occidentalem ſolis, qui maximus eſt in partibus orientis. Raro enim inuenitur hoc animal niſi in calidioribus partibus orbis. Itaque libenter in rupe lapidea ſpelu ncam ſorti-

Viſus draconis eſt hominibus horribilis & intolerabilis.

tur. Circa turrim Babel, & in deſertis illius antiqui Babylonis, ac ruinis eius, maximi dracones habitare dicuntur, quorum vox ac rugitus homines terret. Viſus quoque draconis intolerabilis eſt hominibus, ita vt quandoque ſola eius viſione terreantur ad mortem. Ad 25. cubitos & amplius creſcens ſæpius euaneſcit. Verno tempore nauſeat, ſed hoc malum ſylueſtris lactucę ſucco reſtringit. Ad ſenium autem & debitam magnitudinem veniens, ſine cibo tempore multo viuit, at vbi comederit, non de facili ſatiatur.

In abyſſis terræ (ſicut dicit Aug.) aliquando Draco moratur, & cum in aere ſenſerit humiditatem, egreditur, ac ſuper aera fertur, magnis alarum remigijs aerem concitans, & impellens, alis quidẽ pellicea volubilitate extantibus, & ſecundũ corporis ſui magnitudinem latè diffuſis, vbicunque moratur aerem inficit. Quoddam genus eorum pectore ſuper terram repit; aliud vero pedes habet, ſed hoc rarius inuenitur. Ex cerebro Draconis inopinatè percuſſi, & adhuc in pleno vigore palpitantis, extrahitur draconia lapis. Lingua eius & fel in vino decocta, remedio ſunt his qui vexantur ab incubis, eorum corporibus ex hoc inunctis.

Dracontopodes. Dracontopodes ſerpentes magni ſunt, & potentes facies virgineas habentes, humanis ſimiles, & in draconum corpus deſinentes. Credibile eſt huius generis illum fuiſſe per quem diabolus Euam decepit, quia ſicut dicit Feda, virgineum vultum habuit, hunc enim diabolus ſibi coniungens, vel applicans, vt conſimili forma mulierem alliceret, faciem ei tantum oſtendit, & reliquam partem corporis, arborum frondibus occultauit.

Hic ſerpens forte Euam decepit.

De Iaculo, & Ipnali, & Lacerta & Padera.

CAPVT CX.

Iaculus. IAculus eſt ſerpens, qui volans alis arbores ſubit, & in eis deliteſcit, è quibus vi maxima turbinatus, penetrat animal quodcunque obuium inuenerit. Ip-

Ipnalis. nalis eſt ſerpens ab aſpide genus trahens, qui ſomno quos mordet interimit, veneno enim immittit ſomnum, qui nullo impulſu deſerit infectum. Hunc Cleopatra ſiniſtro brachio ſuo appoſuit, iuxta ſuum Antonium ſe collocans vt eius attactu dormiret, & vitam quieta morte finiret.

Lacerta. Lacertam potius vermem dicunt, quam ſerpentem quia clementius ferit; ſibilat tamen vt ſerpẽs, & caudam habet conſimilem, linguamque bifidam & piloſam: Pedibus vero graditur; vno ex duobus capto reliquus efferatur. Huic animali nulla eſt memoria, & ideo non cubat: in quo loco enixa ſit oblita: per ſe erumpunt catuli, numero quidem vndeni. Quidam dicunt fœtus à matribus deuorari vno relicto, qui ſe matris clunibus imponit, & hic vltor fratrum parentes occidit. Lacertæ ſunt in India numero pedum 24. colore fulgenti. Eſt etiam de genere lacertorum beſtiola quædam, quæ caudam habet nigram, & araneis ſylueſtribus veſcitur.

Nota.

Padera. Padera eſt ſerpens in Germania ad craſſitudinem humani brachij, colore in ventre aureo, & dorſo virenti. Huius flatus adeo noxius eſſe dicitur, vt ſi virgam recenter cæſam ori eius adhibeas; corticem eius flatu ſuo faciat in veſicas felleas ebullire: ſed gladium fulgentem (ſi ori eius adhibeas) lingua veneno eum inficit, & vſque ad ſummitatem gladij percurrens, tetro ceruleoque colore afficit, ac ſi flamma violenta corriperetur. Hic cum hominem in pede percuſſerit, venenum ad cætera membra per momenta decurrit, & hoc præ nimio exceſſu caloris, eiuſdem naturæ cuius & ignis, qui ſemper aſcendit. Cum autem aſcendens cor tetigerit tunc homo cadit & moritur. Contra quod eſt remedium, vt homo percuſſus in pede, ſuſpendatur in altum per pedes, demiſſo capite; ſicque venenum nequit deſcendere, ſed infectus locus exciditur, & per medicamenta ſanatur.

Flatus huius ſerpentis eſt valde noxius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Salamandra, & Scorpione, & Situla, & Stellione.

CAPVT CXI.

Salamãdra. SAlamandra, quam nonnulli cameleontem, id est leonem terræ vocant, est animal quadrupes, faciẽ habens lacertę, vel (vt dicit Aristot.) faciem habet inter faciem porci, & simiæ. In igne viuit & incendium extinguit: profert & quandam lanam pallidam, de qua contextæ zonæ comburi non possunt. Est autem sine splene. Et contra omnia animalia, iecur habet in sinistra parte. In extis quoque viscerum magna est in eo varietas à cæteris animalibus. Macra est valde, quia parum habet de sanguine, ideoque timorosa est valde, quia diminuitur in ea calor, qui est incentiuus audaciæ. Timor etiam eius causa est quod color eius sit varius, ac per momenta mutabilis. Oua gallinarum more gignit, & ex eis fœtus producit. In hoc autem genere non est masculus neque fœmina, sed omnes gignunt. Alexander papa (vt fertur) ex huius animalis lana vestimentum habuit, quod cum ad mundiciam aliquando lauari deberet, non aquis abluebatur, sed per ignem candescebat.

Hic serpens quamuis in igne viuat, lanam gestat; ex qua vestem habuit Alexa. Papa.

Scorpio. Scorpio blandus est, quasi virgineum dicitur habere vultum, sed habet in cauda nodosa venenatum aculeum, quo pungit & inficit proximantem: ferit autem obliquo ictu & inflexo, nulloque momento meditari cessat occasiones inuenire feriendi. Homini ab eo percusso putatur esse remedio cinis eius potatus cum vino. solus infectorum Scorpio caudam habet, & brachia, & spiculum in cauda: Duos habet aculeos vt dicit Arist. terra viuit, in vere ouat, & autumno similiter: pariunt vermiculos ouorum specie, quos cum pater deuorare voluerit, illi immunes sunt qui se imponunt clunibus matris. Porcus niger si à scorpione percutitur, procul dubio moritur; alterius vero coloris porcus euadit quandoque, etsi non semper.

Solus scorpio habet inter serpentes venenum in cauda.

Situla. Situla est serpens paruus & malitiosus, qui hominem siti interficit. Hæc tanta varietate refulget, vt homines intuentes pulchritudine sua retardet, & quem natura dedit reptando pigriorem, miraculo stupentes detinet, quos assequi non valet. Est autem tanti feruoris, vt hyeme pellem deponat. Huius morsu qui tangitur, igneo correptus ardore succenditur.

Stellio. Stellio tergo depictus est lucentibus oculis in modum stellarum, cuius venenum mortiferum est, sed remedium contra illud fit ex tritis carnibus scorpionis. Fel eius in aqua tritum, mustelas occulto quodam instinctu congregare dicitur. Hic scorpioni maxime contrariatur, seque inuicem odio naturali insequuntur: sed quia stellio maior est atque validior, hunc mirro modo scorpio timet, ita vt eo viso sudore frigido perfundatur.

De Tortuca, & Tyro.

CAP. CXII.

Tortuca. TOrtucam de genere serpentium esse quidam volunt. Veneno quidẽ in vita caret, sed nequaquam post mortem. Nam renes eius (vt dicit Ambrosius) si quis post mortem nudo pede calcauerit, veneno statim inficitur. Est animal duorum pedum, caput habens vt bufo, caudam vt scorpio. Duobus scutis durissimis quasi testis tegitur, quibus adeo se induit, vt difficulter etiam validissimis ictibus perimi possit. Ouat vt gallina, sed oua eius ad comedendum sunt nociua. Tortuca fœmina (vt dicit Aristo.) non habet nisi vnam viam exitus superfluitatis, quamuis habeat vesicam, contra omnium animalium naturam habentium plumas, aut squamas, aut corticem, nam istaomnia non habent vesicam.

Sola tortuca inter animalia gestantia plumas, squamas aut corticẽ, vesicam habet.

Tyrus. Tyrus est serpens in partibus Hierico circa solitudines Iordanis, infestus auibus & animalibus, maximeque ouis auium, quæ cum ipsis auibus comedit. Huius carnes confectæ cum quibusdam admixtis, omne toxicum venenum expellunt, quam confectionem Tyriacam alias Theriacam dicunt. Ferũt autem nonnulli hunc ante passionem Christi nullum habuisse remedium, maximeque fuisse hominibus infestum. Ipsa vero die passionis, vnum ex eis infestissimum circa partes Hierusalem casu fuisse comprehensum, & ad Christi latus in cruce suspensum, atque ex illa die totum illud serpentis genus accepisse virtutem. Tamen contra venenum ipsius Tyri, quod Tyricon dicitur, Theriaca nihil valet. Hoc veneni genus, id est Tyricon, quod est irremediabile malum, accipit Draco de ipso Tyro. Tyrus senectute confectus, hoc modo pellem suam deponit. Excoriat prius corium quod inter oculos est, ita vt si nescias, bestiam cæcam putes, deinde corium capitis aufert, quo facto reliqua pars facilius spoliatur: & cum spoliatus fuerit, habet modum & formam embrionis. Tyrus ouat intus, & antequam egrediatur fit animal, & generat sibi simile.

Ex hoc animali fit theriaca, accepta virtute vtqu dam tradunt, ab illo quẽ Iudæi ad Christi latus appendebant in cruce.

De Vipera & Hydro.

CAPVT CXIII.

VIpera quasi vi patiens dicitur. Dicit Phisiologus quod habet faciem humanam vsque ad vmbilicum, ab vmbilico vero vsque ad caudam. Crocodili figuram. Meatus digestibilis quasi foramen acutus est & ideo more cæterarum concipere non potest, sed tantum per os. Canernas habet loco aurium, & tres dentes tantum: morsus eius tumorem & inflationem inducit, & irremediabilis esse perhibetur. Hic serpens hyeme in terra conditur. Cumque inter omnia fere serpentium genera crudelior sit, ad fœminam tamen suam blandus est, (vt dicunt Ambrosius & Basilius.) absentem namque fœminam mas requirit, & blando sibilo proclamat, & vbi comparem aduentare sensetit, venenum euomit ob reuerentiam eius, honorans gratiam nuptialem. Item doctores referunt, quod si quis viperæ mortuæ renes incautè calcauerit, grauius quam venenum perhibetur nocere, & irremediabiliter vulnus serpere. Exta eius valent contra omnium serpentium ictus, vt dicit Plinius. Tunica eius quam proijcit cum innouatur, in vino cocta, dentibns & oculis medetur: adeps eius caliginem oculorum tollit.

Vipera.

Morsus vipera est irremediabilis.

Vipera est medicinalis.

Hydrus. Hydrus est serpens in Nilo flumine, qui cum viderit Crocodilum aperto ore dormientem in littore lutoso limo se voluit, quo faucibus eius facilius illabi possit. Desoporatus ergo Crocodilus illapsum transglutit, qui mox dilaniatis eius visceribus viuus exit. Est autem Hydrus (vt Plinius scribit) pulcherrimus anguium in orbe terrarum: hoc serpente percussi homines obturgescunt, quem scilicet morbum Boam vocant, eo quod bouis fimo remediatur. Huius quoque serpentis iecur ad percussorum remedium seruatur. Hæc de serpentibus dicta sunt.

De Vermibus.

CAPVT CXIV.

SEquitur de vermibus. Insecta dicitur omnis vermium propagatio. Nullus autem insectorum vermium (vt dicit Plinius) habet sanguinẽ, nisi in modica quantitate. Quidam vermes sine pedibus sunt, ossa tamen interius habent, vt serpentes; & hi per terram repunt. Alij, nec ossa nec pedes habent; & hi potius quasi rugis quibusdam subtilissimis in cute extẽsis se trahunt; alij duos habent pedes, vel quatuor; & hi currunt, & aliquantulum sanguinis habent: alij vero plusquam quatuor pedes habent; Hi etiam currunt, sed omnino sanguine carent; quia sanguis transit in nutrimentum multorum pedum, vel quia motus ipsorũ pedum annihilat sanguinem. Omne genus vermium habet humorem velut saniem pro sanguine.

Diuersa sũt vermium genera, & omnia dicũtur insecta quia sanguine carent saltem in qualitate notabili.

Est

Eſt & aliud vermium genus, quod habet pedes & graditur, & nihilominus pinnas habens, vel potius membrana, volando ad æthera ſuſtollitur; & hi folijs arborum maxime viuunt, eaque dentibus rodunt. Nonnulli quoque vermium ex genere volantium minime rodunt, ſed potius ex humidis viuunt. *Item* vermium multa genera cum æſtate incipiunt, & cum æſtate deſinunt; & potius ex corruptione naſcuntur, quam ex ſemine. Aliud autem eſt genus, quod cum æſtate quidem incipit, & cum poſuerit ſemen in arboribus aut domicilijs, cum æſtate vitam finit, manétque parentibus mortuis ſemina per hyemem, & verno tempore, prodeunte aëtis ſerenitate, ſoliſque calore, animantur ad vitam. Aliud quoque genus eſt, quod hyeme conditur, latetque velut mortuum, & cum venerit ad æſtatem, renouatur ad vitam.

Vermes ſecundum nutrimentum, colores vel potétias ſortiuntur.

Vermes autem generaliter ſecundum nutrimentum elementorum, colores vel potentias ſortiuntur; vt qui multum habent de elemento ignis, aëra ſurſum petunt; qui multum de aere, velocius currunt; qui vero multum de aqua vel terra, naturaliter tardiores ſunt. Secundum hæc enim creaturarum viſibilium ordo diſponitur. In Celidoniæ regione, ſicut dicit Auguſtinus, in quibuſdam aquis naturaliter feruentibus ſunt vermes, ſicut in aqua frigida piſces, & extra feruentem aquam cum venerint, in frigido moriuntur.

Quid vermis proprie.

Licet autem vermis nomen conueniat vermibus vniuerſis, ſpecialiter tamen vermis appellatur ille, qui de pura & munda terra, nulla ſeminis commixtione generatur; quo etiam vel deceptione, vel captura piſcium, hamus inſcatur. Et huic ſe dominus de virgine natus per prophetam comparat dicens: *Ego autem ſum vermis & non homo, &c.*

De Aranea, & Buffone.

CAPVT CXV.

Aranea.

ARanea viſceribus ſuis ſubtiliſſima retia texit, euiſceratque ſe pro captura muſcarum adeo frequenter, vt prorſus vacuata morte deficiat. Cum autem ſatiata fuerit, his qui retia inciderunt, quod ſuperfluum eſt diligenter irretit, vt non euadat, vt cum iterum eſurierit, cibum iam captum & paratum inueniat: ſucco viuit, & ideo nulla fame interit. In caput ſerpentis ſub arboribus vmbra porrecti, aranea filo ſe liberat; tantaque vis eſt morſus eius, vt ipſius cerebrum vſque ad finem mortis apprehendat. Humiditatem craſſam & ſiccam, cauſa ſubſtantiæ fugit aranea; delectatur autem medio temperato. Coeunt (vt dicit Ariſtoteles) maxime in fine veris, id eſt in principio æſtatis. Fœmina per fila telæ marem attrahit, & mas ſimiliter fœminam, nec ceſſant donec coniungantur & coeant. Clunibus autem conueniunt, & vermiculos ouis conſimiles pariunt. Imbrium ſigna ſunt, quando telas ſuas altius tollunt.

Aranea ſucco viuit & ideo nunquã fame interit.

Bufo.

Bufo eſt reptile venenoſum, habens viſum peſtilentem, attactum ſordidum: terra veſcitur, & hoc in pondere & menſura, quantam enim in anteriori pede concludere poteſt, hæc illi pro cibo quotidiano eſt: timet enim ne ſibi terra pro cibo deficiat. In Galliæ partibus eſt Bufonis genus, quod cornutum dicitur, quia cornizare videtur, vnde à ſono vocis ſic appellatur. Colores habet duos, tetrum & croceum. Hi vere prodeunt, & tunc voces tubarum edunt, duoque & duo inuicem reddunt. In ſola Gallia vociferi viuunt, elati vero vocem perdunt, & muti ſunt.

Borax.

Borax quoque de genere Bufonis eſt: hic propter veneni quantitatem, quando tangitur inflatur: cum aranea pugnat, & ab ea vincitur; nam cum illa frequenter eam pupugerit, ille ſe vindicare non valens, intantum inflando ſe extuberatur, quod medius crepat, & moritur. Huius morſus peſſimus eſt, & inſanabilis efficitur. Gemmam in fronte nutrit, pro qua occiditur, & quæ ab ipſo animali Borax appellatur.

Borax oculum extinctum ſibi recuperat.

Quando extinctum habet oculum, herba ſpeciali vtitur, in qua vitum recuperat: Ruta vero interficitur. Humida loca & marcida libenter inhabitat. Odit claritatem ſolis, nec eum de facili videre patitur, nocte ambulat, & magis vias hominum tritas veſtigijs; per diem vero latet in abdidis. Odorem florentis vineæ fugit, & prope cubitalem magnitudinem aliquando creſcit. In Hiſpaniæ partibus illud præcipue Boracis genus habitat, quod lapidem in fronte portat.

De vermibus quorum nomina incipiunt per C.

CAPVT CXVI.

Cantarides.

CAntarides ſunt vermes, qui in ſummitate ramorum fraxini vel alni ex humore in folijs generantur: colorem viridem habent, auro ſub ſolis radio micant, ſicut ærucæ conualeſcunt, ſed & alias perfecte concipiunt; per diem volant, nocte vero pariter in vnum globum congregantur: circa menſem Auguſtum de nocte ad remedium colliguntur, & in aceto merſæ necantur: mortuæ vino ſuperfuſæ, & ſuper mẽbrum quodcumque, ſub vaſculo cereo inſtar cyphi formato poſitæ, aduſtionem ſuſcitant in veſicam ſui applicatione; quæ ſcilicet veſica cum acu aurea vel acumine feſtucæ in locis plurimis perforata, malũ humorem eijcit, tantumque valet eius eiectio per annos 15. quantum aliquod cauterium infra annum.

Ex his vermibus fit ſpecialis medicina ad euacuandos humores.

Cicada.

Cicadæ vermes ſunt, quorum genera duo ſunt. Quædam paruis locuſtis ſimiles ſunt, & hæ domos inhabitant, eaque loca quæ magis calida ſunt, vbi ſcilicet ignũ feruor eſt; aliud vero genus atrum, colore Papilionibus ſimile. Fertur etiam quod earum genus eſt, quod nos Ceruos volantes dicimus; & hos experimentator ſupra carbones vocat. Sub alis (vt dicit) craſſioribus, alas habent ſubtiles ac tenues, ſicut brucus; circa veſperam potiſſime volant, & in volando ſtrepitum faciunt. Habent cornua medicinalia, grandia, prælonga, biſulca, dentata, & lucida; quaſi forcipibus in cacumine, cum libuerit ad morſum coeuntibus; crura vero longa atque reflexa. Lucent ignium more noctu; partes laterum & clunium, colore pinnarum refulgentes, aliquando compreſſæ obumbrantur. Amputatum caput earum, viuit diutius ſine corpore, ſed & ipſum corpus viuit ſine capite, ſed non tam diu ſicut caput. Cicadæ habent in pectore quoddam aculeatum linguis ſimile, quo rorem lambunt. Ipſum vero pectus fiſtuloſum habent, & hoc perdulciter canunt: mares quidem canunt, fœminæ ſilent, ſupinæ coeunt; oua habent candida, ſed corrupta. In terra foturæ locum excauant, ibique prolem faciunt.

Cicadarum duo ſunt genera.

Cicendela.

Cicendela eſt vermis in Italia nocte volans, & inter noctis tenebras fulgidus radians, ita vt ſi eum in tenebris videas, exhalationes ſcintillarum putes.

Cinomia.

Cinomia eſt muſca canina, catulorum auribus importuna, quam licet catulus frequenter excutiat, ſemper tamen importune reuolat: vbi autem eum pigrum ad excutiendum inuenerit, vſque ad ſanguinem & vulnera procedit.

Culex.

Culex acida petit & dulcia fugit, lucem diligit, ita quod ad lumen aliquando ſe vrit: nomen habet ab aculeo quo ſanguinem fugit.

De his quæ incipiunt per E. vel F.

CAPVT CXVII.

Engula.

ENgula eſt vermis à re nomen habens, habet enim ſemper in ſanguine caput, continueque ſugens ita intumeſcit, vt medius crepet; non enim exitum ſuperfluitatis habet: hic à quibuſdam pediculus ſylueſtris vocatur. In iumentis nunquam ſed in lupis & canibus frequenter gignitur.

Æruca.

Æruca eſt vermis longus, multis diſtans pedibus, colore varius; olera & folia arborum depaſcitur. Circa tempus Septembris cœleſti rore, vel imbre perfuſus, mutare ſubito colorem, & formam dicitur, vt qui pedibus repebat innumeris, volare poſſit conceptis alis. Ipſa tardo lapſu, pigriſque morſibus vniuerſa

Hæ vermes in Septembri alas obtinẽt & volant.

conſumit, & ipſa demum æruca cõſumitur, poſtquam in ſummitatibus arborum inſtar bombacis contexta reliquit, quæ ſequenti æſtate vermibus coaleſcunt. Quædam vero tecta domorum intrantes, mutata forma penitus & colore, ſub aura in parietibus pendent, ibique in nihilum rediguntur: Æruca per carnem hominis tranſiens eam inficit, ac poſt ſe puſtulas relinquit, & hoc eſt veneni ſignum, & ſi non efficacis ad magnum malum.

Formica.

Formica eſt vermis miræ prouidentiæ ſibi: hæc ſola inter animalia ſenio fortificatur, & creſcit. Formicæ labores communicant vt apes, ſed apes cibos faciunt, hæ vero condunt. Efferunt etiam mortuos ſuos atque ſepeliunt, & hoc ſolæ inter omnia animalia præter hominem faciunt. Formicarum Leo qui mirmicoleon dicitur, vermis eſt de genere formicarum, ſed in multo maior, qui dum adhuc paruus eſt, & inualidus robore, pacem ac modeſtiam ſimulat, ſed cum vires acceperit, priſtina conſortia deſpicit, & iam maiorum turbam comitatur. Itaque inualeſcens audacia, formicis ad vſus communes laborantibus, inſidians deliteſcit, & qui ſibi nihil in æſtate parauerat, in hyeme labores earum diripit ac deſtruit. In India ſunt formicæ circa montes aureos vulpibus maiores, fortes ac ſeuæ nimis, pedes quatuor habentes, & in pedibus hamatos vngues; tantæ vero fortitudinis ſunt, vt viſos homines diſcerpant. Beſtias autem de facili non lædũt, ſatis conſciæ, quòd aurum illud quod ipſæ cuſtodiunt, inuitis non auferant: ad plectendam ergo temeritatem auaritiæ, illic à Deo collocatæ ſunt beſtiæ.

Sola formica inter animalia bruta ſuos mortuos ſepeliunt.

Formicæ sũt in India tã magnæ vt vulpes.

De his quorum nomina incipiunt per L.

CAPVT CXVIII.

Lanifex.

LAnifex vermis eſt longus maculoſus, ex multis diſtans pedibus, ſparſim colore albus. Hic lanam ſericam ex proprijs viſceribus operatur, & arboris folijs veſcitur, qui ſcilicet cibus, mediantibus ipſius viſceribus, in lanam ſericam vertitur. Itaque lanæ ſuæ fuſos in ramuſculis faciunt, & in circumitu ſui operantur, ita vt perfectis fuſis, vndique opere ſuo includantur. Poſt hoc exitum ſibi faciunt in ſummitate fuſorum; egredienteſque natura mirabili mutati apparent à forma priori, adeo vt vermes qui prius repebant innumeris pedibus, habentes alas iam apti ſunt ad volandum. Demum Venerem ineuntes, coeunt tribus diebus; quo peracto moritur maſculus, fœmina vero oua parit innumera, ſubſtrato ſibi panniculo, vel albo vel rubeo; deinde moritur. Tunc panniculus cum ouis ſuſcipitur, & vbi non poſſit hyemis attingere frigus reponitur, poſtea calore veris inualeſcente, oua ad ſolem exponuntur, & calore fouentur, donec animata in vermes formentur. Duos tantum colores lana naturaliter in verme ſuſcipit, ſcilicet album & croceum; cęteri vero artificio fiunt. Dicitur tamen quod oua de panno in conceptione ſuppoſito, vel album vel croceum colorem trahunt.

Hic vermis facit lanam ſericam, & poſtea ſit volatilis.

Limax.

Limax eſt teſtudo in limo naſcens: terram comedit, quatuor habet cornua ſed duo longiora. In rependo cornua extendit, ſed quàm cito tangitur, cornua retrahit, & ſeipſam in ſe reflectit: hyeme latet, vere prodit. Sanguis eius poros claudit, & ne pili creſcant efficaciter impedit: confracta & contrita in quibuſdam vulneribus ſanat apoſtemata.

Locuſta.

Locuſta dicitur quaſi loco ſtans; colore viridis eſt, caput habens formatum vt equus, os ad modum quadranguli, aculeum pro cauda, crura longiora, & ad ſeipſam reflexa, vnicum inteſtinum, ſanie & immunditia repletum. In commiſſuris ſcapularum quaſi dentes habere dicuntur, eoſque inter ſe terendo ſtridorem edere. Mares fœminis minores ſunt, & fœmina marem portante coeunt; circa ſolſtitium eſt coitus earum. Oua cõdenſa in autumno pariunt, quæ tota hyeme durant, & exitu veris erumpunt. Fœtus forma puſilli, ſine cruribus penniſque reptantes. Mori eas cum pepererint certum eſt, vermiculo ſtatim circa fauces earum innaſcente, qui eas ſtrangulat.

Locuſtæ aliquãdo mare tranſeunt turmatim vt cibum quarant.

Locuſtas certum eſt maria longinqua tranſire, continuata plurimorum dierum fame: maximeque miramur, quod propter externa pabula nouerunt tam remotapetere loca; tantoque pennarum ſtridore volãt, vt aues eſſe credantur. Populi autẽ vbi longe venientes ſpectant, ſoliciti ſunt ne ſuas terras operiant, nam vbicunque dira nube terras contingunt, omnia contacta adurunt, & corrodunt. Aliquando autem vento ſublatæ, in maria vel flumina decidunt.

In Cyrenea vel Cinerea regione, lex eſt, has ter in anno debellare, primo quidem oua, deinde fœtum, & tandem adultas; deſertoriſque pœnis adiudicatur, qui ab hac lege ceſſauerit. In Syria quoque militari imperio coguntur accolæ eas debellare. Parthi vero eas in cibum ſumunt. Locuſtæ à vento auſtrali generantur, Septentrionali moriuntur, & Aquilonari. Floribus arborum amygdalarum citius impinguantur. Infirmitatis ſuæ remedium habent, nam folia lauri obroſa, eas ab ægritudine liberant. Mutuo ſeſe comedunt, maioreſque minores deuorant.

De his quorum nomina incipiunt per M. & O.

CAPVT CXIX.

Multipes.

MVltipes à re nomen habet, & ſanguine caret. Hoc animal dicit Auguſtinus aliquando coram ipſo allatum, eoque ſpectante, in multas partes conciſum fuit, & tamen vnaquæque pars vixit ab alijs partibus ſeparata.

Muſcæ.

Muſca proterua volat, & circumuolando ſtrepitum facit ex aëre circumagitato: inter alas roſtrum habet, quaſi canam concauam, pedibus poſterioribus alas acuit, anterioribus autem roſtrum & caput. Lucem diligit, nec in tenebris ambulare nouit, ad calorem ſe libentius confert, humidis inſidet, cruorem appetit, ſalſa & aſpera fugit, albaque & mũdiora libenter coinquinat. Carnes recenter cæſas vbicunque tetigerit, ſtatim vermes inſequuntur, qui corrumpunt infectas, & hoc maxime in diebus canicularibus. Infeſta eſt omni animali, & maxime homini. Ex corruptione ſimi generantur muſcæ: in aqua merſæ reuiuiſcunt, ſoli expoſitæ. Hyeme latent extinctis ſimillimæ; in auguſto prouolant importunæ, vermiculos autem nigros ac duros edunt, è quibus muſcæ proueniunt. In Cypriæ partibus eſt muſcarum genus quadrupes, quæ pinnatæ ſunt, & multo maiores quã noſtræ, & pyralæ dicuntur, quoniam in fornacibus è medio ignium volant impunè: & hoc quidem mirabile eſt, quoniam quamdiu in igne ſunt viuunt, cum autem extra volauerint paulo longius, moriuntur.

Muſca ſubmerſa reuiuiſcunt ſoli expoſitæ, ité omnes hyeme vt extinctæ iacent.

Opymachus.

Opymachus eſt vermis corpore admodum exiguus, ſed audacia animi & ingenio robuſtus nimis. Dicitur autem cum ſerpentibus habere certamen, & ingenio pręliandi vitam defendere. Cumque corpore ſit exiguus, ac viribus impar, exercitio tamen pugnæ ſerpentem vincit fortiorem ſe, viuitque ſecurus, audacia potius, quàm naturali fortitudine.

De his quorum nomina incipiunt per P.

CAPVT CXX.

Papiliones.

PApiliones ſunt vermes volantes, qui maxime floribus innituntur, & ex eis cibos capiunt: poſt Auguſtum coeunt, & maſculo moriente poſt coitum, fœmina edit oua, quibus editis moritur. Oua vero per hyemem durant, & in æſtate vermes faciunt, qui calore ſolis ac nocturno rore inualeſcentes alas concipiunt euolantes.

Phalangia.

Phalangia eſt araneę genus, morſu venenoſum, corpore exiguum, & exacuminatum; nares hominum pecudumque libenter ingreditur. Cumque ceruos in ſyluis percuſſerit, niſi cancros in cibum ſumant, de vita ſua periclitantur. Hæ ſpecus incubant, & oua

multa numero pariunt, ſtatimque vbi fœtus erupe- A
rint, patrem & matrem conſumunt; adiuuat enim pa-
ter fœtus incubare.

Pediculi. Pediculi dicuntur à numeroſitate pedum. Hoc ma-
lum ex ipſa hominis carne creatur indubitanter, & ta-
mẽ inuiſibiliter. Hos nonnulli de ſudore hominis, alij
Præcipuum remedium contra pediculos. de poris & euaporationibus gigni dicunt. Contra hos
præcipuum remedium eſſe dicitur, ſi frequens ablutio
corporis marinis aquis, aut vehementius ſalſis, vel ar-
gentum viuum in oleo oliuæ diutius bullitum, & zo-
nam ex hoc intinctam portare.

Pulices. Pulices atro colore de puluere calefacto, & poſt-
modum humore corrupto procreari dicũtur. Saliunt
potius quàm volant, noctu quàm die magis hominem
infeſtant, & niſi vehemens torpor aut ſomnus grauis B
in membris ſit tueri ſe non poteſt: cum quis manum
adhibet, celerius fuga dilabuntur, nec inueniri queũt;
vbi vero quies eſſe creditur, celerius ad infeſtandum
redeunt. Homines morſu pungunt, ac virtute faucium
ſanguinem attrahunt, eoque tam ſubtiliter reficiun-
tur, vt integra pelle (quæ media eſt) ſanguinem tan-
tum per poros & euaporationes excipiant: In carne
tamen qui inſidẽt veſtigia relinquunt. Aëre humecta-
Remedium contra pulices. to, terraque deſiccata, maiori virtute graſſantur. Cõ-
tra pulices optimum remedium eſt, omni veſpere cor-
pus abſinthio fricare, vel eadem herba cum oleo co-
cta corpus perungere. Præterea ſi frigus circa Iunium
menſem fuerit, cito pereunt, nec earum prouentuum
copia reliquo æſtatis tempore erit. Pulex in duas par-
tes diuiſus reuiuiſcit.

De Rana. C

CAPVT CXXI.

Rana. RAna vermis eſt, quandoque colore viridis, ſed
illa quæ rubet deterior eſt: loquax eſt, & voci-
bus importuna, vocẽ propriam habet coax, nec aliud
quicquam dicere poteſt, niſi cum præmitur aut læ-
ditur; tunc enim mutat vocem, & inſtar muris emittit
exilem. Huius vocis ratio ſecundum Ariſt. ex hoc per-
pendi poteſt, quod ore clauſo, & inflatis lateribus eo
ſonat in gutture, ad ſillabam vero *ax* os aperit, & inſtar
follis latera reprimit, vt fortiori ſpiritu vox elata pro-
matur. Multiplicat vocem quando poſuerit æqualiter
in aqua mandibulam inferiorem, & extenderit ſupe-
riorem; cum autem ambas extenderit, eius oculi ſicut D
candelæ lucent: timet omne quod ſpirat, ab omnibus
In Auguſto rana non poteſt os ſuũ aperire. odio ſe haberi ſuſpicatur. In Auguſto menſe nũquam
poterit os ſuum, pro quolibet miniſterio cibi vel po-
tus vel vocis aperire. Quod ſi etiam manu vel baculo
tentaueris, difficulter aperire poteris. Ranarum coitus
magis eſt de nocte quàm de die, & in earum coitu ma-
gna eſt mora, multumque ſeminis effundit: Ranas ha-
bet mare quæ alas habent, & omnis piſcis fœtus nu-
trit præter ranam.

Rubeta. Rana quæ rubeta dicitur, in terra, & in humore vi-
uit, pluribus referta medicaminibus; quæ deponit ac
reſumit quando vult, & hoc aſſidue in paſtu facere di-
citur. Venena vero nunquam deponit, ſed tanquam
arma ſua penes ſe reſeruat: habent gemina cornua ve- E
neficiorum plena. Mira de his certatim narrant autho-
res: dicunt ſi dexteri lateri oſſiculus in aquam feruen-
tem mittatur, refrigerari vas, nec poſtea feruere niſi
exempta rubeta. Carnibus earum in hamum poſitis,
præcipue purpuras allici certum eſt. Contra venena
marini leporis, & rubetæ, cinis earum remedio eſt in
Eſt quædam rana parua & viridis quæ in ora canum proiecta vocem eis aufert. aqua potatus. Eſt etiam rana viridis ac paruula, corines
cognominata, quæ arbores aſcendit, ibique inter folia
requieſcit: Hæc naturali præſagio pluuias in nubibus
ſentiens, fortiter clamat, futuræ ſcilicet inundationis
nuncia; reliquo vero tempore vix vnquam cantat. In
ora canum proiecta, vocem eis demere putatur.

De his quæ incipiunt per S.

CAPVT CXXII.

Sanguiſuga. SAnguiſuga vermis eſt aquatilis, oſſibus carens, &
pedibus, ac pennis: homines impetit, ac beſtias, vt
ſanguinem eorum ſugat, cuius ſatietate nimia mor-
tem ſibi ſæpius accerſit. Os habet ad modum trian-
guli, vnde & triangulare vulnus relinquit, Cumque
carni adhæſerit, quanto magis trahitur, tanto fortius
inſidet, donec rumpatur. Itaque ſanguinem putridum
extrahit, & alium ſanando ſeipſam occidit. Quidam
autem his vermibus minus ſapienter ad ſuperfluum
corporis ſanguinem hauriendum ſe præbent; quod
fieri non debet, niſi corruptionem nimiam in eo ſen-
tiant. Nam in homine ſano, nobiliorem ac bene dige-
Sanguiſuga nobiliorem ſanguinem extrahunt. ſtum ſanguinem extrahunt. Meliores autem ac minus
nociuæ dicuntur illæ, quæ rugatæ ac lineatæ in dorſo
ſunt. Deteriores vero, quæ nigræ. Sanguiſuga cum vr-
ticis ac tribulis pungitur, vt venenum euomat, ſi quod
in beſtijs, aut bufonibus, aut ſerpentibus aquaticis
hauſerint.

Scabrones. Scabrones (vt dicit Plinius) in cauernis, aut ſub ter-
ra degunt, horum cellæ ſexangulares ſunt, ceræ vero
cortice arenoſæ. Ipſe quoque fœtus inæqualis eſt &
barbarus; alius euolat, & alius in aqua eſt, alius in ver-
miculo perſeuerat. Carne veſcuntur, in plenilunio
creſcunt, hyeme reconduntur. Auctores dicunt inter-
fici puerum bimum, ter nouenis pũcturis ſcabronum.
Scabrones & veſpæ nequaquam reges ſicut apes ha-
bent, & ideo periculis plurimis ſubiacent, Horridos
ſonos ac murmura depromunt, & hoc magis in cauis
locis. Horum mella ſunt humanis vſibus inutilia, quæ
qui rapere voluerit, ſtulto periculo ſe ſubit, nam eo-
rum aculeis iaculatur.

Scynipes. Scynipes ſunt vermes minimi volantes, quæ pecu-
dum anhelitum ſequuntur, & homines maxime. Pun-
gunt autẽ aculeis dormientes acri ſatis dolore pro poſ-
ſe, vnde in locis vbi abũdat earum proteruitas, homi-
nes delicati circa lectos ſuos retia tam ſubtiliter la-
queant, vt per hęc ſcynipes ad nocendum tranſire non
valeant. *Seta.* Seta eſt vermis, vel (vt quidam volunt) ſer-
pens, à re nomen habens, eſt enim tenuiſſimus inſtar
ſetæ, fere cubitalis longitudinis, durus & albus, nihil
differens vtraque extremitate, quippe cui caput non
eſt, ſed ſerpit vtrobique: hic in aquis corruptis nec ta-
men fœtidis naſcitur, adeo durus eſt, quod vix pede
conteri poteſt: ſi feruidis aquis imponatur vt bulliat,
coqui tamen non poteſt. Huius veneni tanta vis eſt, vt
ab homine in potu hauſtus, elanguere eum & tabeſ-
cere faciat, donec eum diro cruciatu vita exuat; aliter
vero mortem non infert. *Stellæ.* Stellę figura vermis eſt vt di-
cit Plinius, qui nocte vt ſtella lucet; nunquam niſi ma-
gnis imbribus prouenit, & ſerenitatem adeſſe ſignifi-
cat. Huic tantus rigor eſt, vt ignem tangens, non alio
modo quàm glacies extinguat. Huius ſanie ſi caro ho-
minis cõtacta fuerit, toti capilli defluunt; idque quod
contactum eſt, colorem in virorem mutat. Hi vermes
nihil gignunt, nec eſt in eis mas vel fœmina.

De his quæ incipiunt per T. & V.

CAPVT CXXIII.

Thamus. THamus dicitur vermis Salomonis, nam Salo-
mon cum marmor parium ad ædificationem
templi de remotis partibus conuehi præcepiſſet, con-
ſcius prohibitionis legis, quæ vetuit altaris ædifican-
dilapides ferro incidi, quæſiuit experimentum in ver-
mibus, quod ars humana neſciuit. Nam pullum
ſtrutionis in vitreo vaſe recluſit, quem cum vide-
ret ſtrutio, & habere nequiret, naturaliter agnitam
artem attentans, ad deſertum cucurrit, redienſque
vermiculum tulit, cuius ſanguine vitrum liniuit, &
confractum eſt, ſicque fœtum eripuit. Quod videns
Salomon, hoc experimento eodem genere vermis in-

ciſione

ciſione duriſſimi marmoris vſus eſt, & effectum conſecutus eſt.

Tappula. Tappula vermis eſt quadrupes, in terra vel aqua æqualiter viuens. In terra quidem velociſſimè currit, ſed magis ſuper aquas, ita vt longas aquarum tractus in impetu tranſcurrat. Interdum tamen ſubſiſtit, & vires laſſas reparat. Hocautem in eo mirabile eſt, quod currens ſuper aquas, ſicco corpore, pedibuſque manet. Quod ſi etiam diu ſub vndis violenter teneatur, non tamen humectatur aut moritur.

Hic vermis ſicco corpore per aquas decurrit.

Teredo. Teredo eſt vermis ligni, caput habẽs rubeũ, & corpus album: ſucceſſione lignum perforat, & in puluerẽ illud redigendo, domum ſibi ædificat; lignum conſumendo ſe purificat, & puluerem eijcit. In orientalibus partibus pauca ligna vermes generant. In partibus autem Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & Hiſpaniæ, fere omnes arbores, excepta quercu, & tilia, & paucis alijs. Et hoc mirum eſt, quod buxus & alba ſpina, quæ fere arborum duriſſimæ ſunt, vermes generant. Tylia vero cum ſit arborum tenerrima, vbicunque ſub ſicco ligna eius ſeruantur, nequaquam ex eis vermes creſcũt, ſed perpetua ſine vermibus manent.

Teſtudo. Teſtudo vermis eſt de corruptione graminũ abundans per humidum & calidum tempus: animal tardum eſt, & multo ſanguine craſſum. Harum aliquæ rubeæ ſunt, aliæ albæ, aliæ nigræ, aliæ croceæ, ſecundum mutationes aëris & corruptiones. Hoc miro modo ex ſputo, quod lubricum eſt & craſſum, format ſibi habitaculum Oſſeæ vel potius marmoreæ ſubſtantiæ, mirabiliter teſtudinatum, quia calore ſolis paulatim putreſcit in lapidem. Cumque volutabris paluſtribus merſa ſit, curare tamen antidoto proprio ſe nouit, herbarumque vires ſe ſcire oſtendit: nam (vt refert Ambroſius) viſceribus paſta ſerpentis, cum ſerpere ſibi venenum aduerterit, origano ſibi medetur.

Sanguis teſtudinis eſt medicinalis.

Si vero ſal ſuper eam proieceris, fere tota liqueſcit in nihilum. Vix de illa reperies aliud quam ſanguinem, quod eſt vtile ad medelam, Hæc de vermibus.

Veſpa. Veſpæ ex equinis aliquando carnibus procreantur. In plenilunio magis creſcere dicuntur; muſcas grandiores venantur, & amputato his capite, reliquum corpus comedunt. Harum vita circa ſtercus eſt, ceras quidem faciunt, ſed non ex collectione florum, & ob hoc inutiles ſunt.

Tinea. Tinea eſt vermis ex aëre corrupto in veſtibus, ex humore marcido, qui in lana earum eſt procreatus, adeoque inſidet, vt eas erodat.

De piſcibus in generali.

CAPVT CXXIV.

Piſces in generationibus ſeruant ordinem naturæ, non tamen habent virgam aut teſticulos &c.

SEquitur de piſcibus. Piſces omnes ordinem naturæ ſeruant, & in ſexu, & in genere; nunquam enim videbitur piſcis cum alterius generis piſce coire. Nullus piſcis habet collum, aut virgam, aut teſticulos, aut mammillas, vt dicit Ariſtote. De his tamen excipimus Delphinum & Cetum, ac cætera monſtra maris, & hoc eſt quia ſibi ſimile generant: vnde mammillas habent quibus fœtus lactant, non tamen ſupta, ſed iuxta iuncturas. Itaque non eminent, ſed habent duo cannalia quibus egreditur lac, & filij matres ſequuntur. Maſculi piſcium habent vias ſemine plenas, ita quod videtur ſæpius extra decurrere.

Piſces quidã ſine coitu generãtur, puta de terra, de putrefactione &c.

Quidam itaque piſces per coitum generantur, quidam vero per ſe ſine coitu, & quidam de terra ſimpliciter, quidam de limo aliorum piſcium, quidam vero de putrefactione & corruptione, quæ ſuper aquam videtur ſicut oleum enatare. Fœminæ maiores ſunt maribus, ac longiores, & carnes habent duriores. Ante tempus partus vel coitus, mares & fœminæ vagantur, natantque per greges ſimul; tempore vero coitus & partus, ambulat par cum pari; non autem inueniuntur oua niſi in illis qui coeunt. Quidam piſces impregnantur vento Auſtrali, quidam Aquilonari. Piſces paludum imprægnantur ex maiori parte poſt quinque menſes. Omnes autem piſces generaliter poſt vnum annum fœtificant, maior pars in ripis fluminum fœtificat, ſi aſſint eis; quoniam in eo loco non eſt ventus, & eſt in ſe calidus. Piſces parui fœtificant vbi pauca eſt aqua, & hoc præcipuè circa radices ſalicum vel aliarum arborum. Plurima vero pars ouorum occaſione multimoda perit, quia ſi omnia prouenirent, multiplicarentur nimis. Itaque præcipue quando fœmina ouat vagando, maior pars ouorum perit. Omnium autem ouorum piſcium maris crementum feſtinum eſt & velox.

De Eodem.

CAPVT CXXV.

IN profundo maris multa piſcium genera ſunt, quæ vix aut nunquam ad viſus hominum exeunt. Piſcium alij brãchias habent multiplices, alij ſimplices, alij duplices. Hi aquam ore receptam emittunt. Senectutis indicium eſt ſquamarum durities, quę non ſunt omnibus ſimiles. Pulmone piſcis marini ſi fricetur lignum, ardere videbitur ſicut & oleum, vnde & ex quorundam pulmonibus oleum fieri conſuetum eſt. Carnes piſcium in dorſo & anterius, duriores ſunt reliquis corporis partibus. Omnes piſces lapidoſi pingues ſunt, & omnes quidem piſces qui per amplitudinem natant, vt Bothæ & pectines, vento meridionali flante impinguantur; qui vero in longum extenduntur, vt Lucij, flante vento ſeptentrionali certum eſt impinguari.

Quæ piſciũ carnes ſaniores. Carnes piſcium habitantium circa ripas, fortiores & ſaniores ſunt. Carnes autem habitantium in profundo, humidiores ſunt, & minus ſanæ. Omnes piſciũ greges habent rectorem. Nullus autem piſcis præda viuens ſocialiter natat, vt Lucius & ſui ſimiles. Omnes piſces maris inuicem ſe comedunt, excepto quodam animali quod Ariſtoteles Faſtaleon vocat; & hoc ideo quia carnem non comedit omnino. Quidam piſces (vt dicit Plinius) tantæ leuitatis ſunt, vt niſi capita maxima proportione corporum haberẽt, in aquis mergi non poſſent. Omnes piſces, & animalia mollis teſtæ, modicum dormiunt; quod tamen per clauſionem palpebrarum non perpenditur, quia palpebras non habent, ſed quia manu capiuntur, & in ſomno ferro tridente percutiuntur. Non autem mouentur quando dormiunt, niſi in cauda; & hoc parum.

Omnes piſces maris inuicem ſe comedunt.

Piſces interdiũ dormiunt

Noctibus æque ſicut in die cernunt, olei guſtu moriuntur; melius capiuntur ante ſolis ortum, quia tunc maxime fallitur viſus eorum. Quidam etiam quando fœtificant infirmantur, & ob hoc eo tempore facilius plerumque capiuntur. Quidam non tangunt vas quo venantur, niſi recens ſit; habent enim ſenſum odoratus, alij vero qui non habent citius capiuntur. Eſt autem modus venationis piſcium, vt fiat foſſa iuxta fluuium, ita quod aqua ingrediatur, ibique ligna ponantur; tunc enim piſces à fluuio veniunt, & ibi propter quietem deliteſcunt, maximeque in hyeme. Omnis piſcis naturaliter habens in capite lapidem, hyeme magis læditur quam qui non habet, quia lapis ille cerebrum infrigidat; ob hoc ingruente frigore piſces profunda petunt.

Piſces de nocte vident ſicut de die.

Modus venandi piſces.

De his quorum nomina incipiunt per A. vel B.

CAPVT CXXVI.

Abrenon. ABrenon piſcis eſt, vt dicit Ariſtoteles, multis fœcundus ouis, nec aliorum ea more, contactu maris parit, ſed naturali quodam inſtinctu ventrem ſuum ad arenam fricat, quæ contactu aſpera eſt, & guſtu ſalſa; ſicque oua concepta parit, & poſt tempus debitum fœtus educit. Accipẽder eſt (vt dicit Plinius) piſcis apud antiquos nobiliſſimus, qui ſolus cõtra morem omnium piſcium habet ſquamas toto corpore ad os verſas, Albires eſt piſcis marinus, habens cutem

Accipender.

Albires.

adeo

adeo ſpiſſam,& duram,ac firmam,vt ea milites vtantur pro galeis. Alphoras eſt piſcis qui non gignitur, ſed in loco lutoſo vbi non eſt aqua, ex ipſius luti putredine in modum vermiculi creatur,poſtea vero cum aſcenderit aquam,creſcit in piſcem:durat autem modico tempore,citoque diſſoluitur. *Alphoras.*

Alex eſt piſcis marinus admodum paruus, in occiduo mari quod Mediterraneum eſt, inter maiorem Britaniam & Germaniam. Cumque vnumquodque fere genus piſcium marinorum habeat tempus ſuum in quo ſolo ſit bonum, huius piſcis inter omnia fere capturæ tempora hoc eſt optimum,ſcilicet ab Auguſto vſque ad Decembrem.Qui cum recēs captus fuerit,delicatiorem cibum præbet: ſalſus autem in vſus hominum vltra quod alij piſces, ſanus durare poteſt. *Halex vel halec.*

Omnium quoque fere piſcium ſolus aqua viuit tantum,nec niſi in aqua viuere poteſt.Nā ſtatim vt aëris ſerena contigerit,expirat; nec vlla mora eſt inter contactum aëris & expirationem. Oculi eius inſtar luminis de nocte lucent in mari,ſed horum virtus cum ipſo piſce moritur. Vbicunque ſuper aquas in mari lumen vident,gregatim aduentant, & hoc aſtu dum ad retia dictis temporibus alliciuntur, quaſi parati ad capiendum,diuino munere in vſus hominum deducuntur.Hybernis autem temporibus,ſecreto maris vſque ad tempus debitum abſconduntur, & hoc circa Germaniam. *Halec extra aquam quàm primum expirat.*

Amio eſt piſcis ſaxatilis,vt ait Iſidorus, id eſt lapidem gerit interius. Hic admodū ſpecioſus eſt,habens in vtroque latere quaſi virgulas perpetuo colore puniceas, reliquo vero corpore diuerſis quidem & gratis coloribus, totus in modum panni ſerici variatur. *Amio.*

Anguilla ex aliorum piſcium limo naſci dicitur:difficulter excoriatur, duriſſimam habet mortem, quæ etiam excoriata viuit. Ad vocem tonitrui commouetur, aquis claris fluuialibus gaudet, & in abſconſione plyadum maxime capitur,quia tūc ex ventis oppoſitis aqua turbatur. Ad piſciculos inferioris poteſtatis rapax eſt, maxime tamen cum in ſemine reperiuntur. Exanimis ſola piſcium non fluitat, niſi cum aquis putrefacta diſſoluitur. Plus alio cibo decoquitur,aliter nocuus eſt cibus eius. Ad ignem aſſata plus competit,quia malitia eius illic euaporatur;pinguedo eius auribus medetur. *Anguilla.*

Borbothæ piſces ſunt fluuiales aliquatenus anguillis ſimiles, lubricæ namque ſunt, & excoriantur ſicut anguillæ: corium habent nigrum, eſum dulcem, & hepar præ omnibus piſcibus melius & delicatius; caput magnum reſpectu corporis, os amplum & latum valde. Cum autem ætate duodecim annos exceſſerit, in corpus magnum creſcit, & tunc nomen eius mutatur, & ſolaris vocatur, de quo inferius dicetur. *Borbotha.*

Bothæ ſunt piſces fluuiales, qui non natant niſi per amplitudinem corporis, tenuiſſimi namque ſunt, & lati valde:pinnas habēt in circumitu lati corporis,imprægnantur vento meridionali flante. Cumque venatur hic piſcis à piſcatoribus, fundum aquæ petens, aquam ſupra ſe turbat vt videri nequeat, maxime quia corpore ſtrato cum terræ adhæret ſupra dorſum, terræ ſimillimus eſt, maculas autem in dorſo rubeas habeat. *Bothæ.*

De his quæ incipiunt per C.

CAPVT CXXVII.

Cancer pedes habet & brachia, forcipeſque pro manibus; retrogradus eſt, nec vnquam ante faciem ſuam ambulare nouit. Mares duas habent ſpinas inter ventrem & caudam, quibus fœminæ carent: hæ oua in ventre habent; ictibus ſerpentum medentur. Coitus tempore mas aſcendit in dorſo ſuper fœminam: at illa motum eius ſentiens à tergo coire volentis, inclinata ſuper latus ad ipſum ſe conuertit, ſicque coitus completur. Latent hyeme menſibus quinis; veris tempore ſenectutem exuunt, velut anguis. Cancer lacte potatus, ſine aqua viuit multis diebus: cum autem ſenuerit, duo lapides albi coloris, intermixto rubore, inueniuntur in eius capite, quos tantæ virtutis eſſe dicunt, vt in potum dati, corporis punctionem ſanent. Cancri corniculis ſuis pugnant inter ſe, ſole cancri ſignum tranſeunte. In occidenti mari (vt dicit Solinus) cancri ſunt, qui homines apprehenſos ſubmergunt,habent autem terga dura velut Crocodilli. Cancer mutat colorem cum coctus fuerit, quia qui viridis aut niger erat, rubeus fit. *Cancer.* *Cancer cum ſenuerit habet duos lapides in capite medicinales.*

Caucius qui & glanis, auerſus mordet hamos ineſcatos,nec eos deuorat,ſed ſpoliat. Capitatus eſt piſcis admodum paruus, habens caput prope ad reliquam corporis magnitudinem, os quoque rotundum & amplum, hic in fluuijs habitans libenter ſub lapidibus,& inter ſaxa delitеſcit. *Caucius. Capitatus.*

Carpara piſcis quaſi ſquamus aureis, in lacis vel fluuijs, ſic dicta quaſi quæ carpens parit. Cum enim oua ſua in ventrem ad pariendum apta dictante natura præſenſerit, marem ſuum adit, & ore innuit pulſo leni, vt adiuuet parituram: tunc ille loco ſeminis lac emittit, quod illa ſuſcipiens ore, ſtatim oua parit in ſobolem profutura; nam oua parere nequit, niſi prius ore ſemen receperit. Semen autem tunc receptum non ſolum ad partum iuuare videtur, ſed etiam ad oua concipienda & formanda, vnde ſoboles in anno futuro ſperatur. Semini carparæ nonnunquam in anno primo natiuitatis, niger vermiculus iuxta aurem innaſcitur, & hoc ſæpius poſt Auguſtum, eoque tabo moritur: Remedium eius eſt aqua dulcis & fluuialis. Huius ſoboles paucis aquis prouenit, ſi in ſingulis foſſis 10. cubitorum recenter factis ponantur ſingulæ carparæ cum paribus ſuis, ante partum proximæ; opinio vulgi eſt earum ſobolem prouenire, ſed poſtquam peperierint eximuntur. Soboles quoque trium vel quatuor menſium tempore roborata, foſſis reiecta reponitur, vbi habet creſcere cum perfectis. *Carpara vel Carpa.* *Modus pariendi eius.*

Habet hic piſcis aſtutias multas, vt reti capiendus euadat: Cum enim rete intrauerit, circumiens foramen quærit, quod ſi non inuenerit, ſaltare nititur in auras liberas ſuper rete, vt extra cadat: aliquando ſub reti refugium quærit, aliquando herbam ore tenet in fundo aquæ,& vt rete ſuperueniēs eludatur,aliquando etiam à ſuperis veniens cum impetu,caput in limo fortius figit,vt ſcilicet rete per caudam tranſiens,captione fruſtetur. Huius cerebrum ſecundum augmentum lunæ creſcere ac decreſcere dicitur, & licet hoc in omni piſce ſit,tamen in hoc magis,ſicut inter quadrupedia in lupo & in cane. *Aſtutia carpæ ad rete euadendum.*

Adhuc de incipientibus per C.

CAPVT CXXVIII.

Cetus eſt omnium piſcium maximus, habens os in fronte magnum & patulum, ſed oris meatus ſtrictos. Vnde non niſi paruos piſciculos deglutit, quos odorifero anhelitu ſuo attrahens ad ſe ac deuorans, in ventrem ſuum mittit. Habet in gutture quandam pellem membranæ ſimilem, quæ multis meatibus perforata, non ſinit quicquam magnum ingredi ventrem. In iuuentute habet dentes nigros, in ſenectute albos. Hi piſces aliquando fluctus hauſtos ita eructuant, vt alluuie nimboſa plerumque claſſes nauigantium deprimant; ſed & cum in mari tempeſtas oritur, ſe ſuper fluctus attollunt, & commotionibus ac turbinibus naues mergunt. Arenas aliquando dorſis ſuſtollunt,in quibus vrgente tempeſtate,nautæ *Cetus.* *Cetus arenā dorſo eleuās facit nautas putare ibi terram firmam eſſe.*

terram

terram ſe inueniſſe gaudentes, anchoris iactis falſa firmitate quieſcunt, at ignes accenſos belua ſentiens, ſubito commota ſe mergit, & homines cum nauibus in profundum trahit. In Athlantico mari, ſicut dicit Ambro. hæc monſtra ſunt infinitæ magnitudinis, ita vt ſi ea videris, montes putes altiſſimis ad cœlum verticibus eminere.

Cetus coit cũ balana ſemel, nec vltra coire poteſt.

Cetus poſtquam ætatem annorum trium excedit, cum Balæna coit, & in ipſo mox coitu virtute virgæ genitalis emutilatur, ita quod vltra coire nequit, ſed intrans alti maris pelagus intantum excreſcit, vt nulla hominum arte capi poſſit. Infra tres igitur annos ætatis ſuæ capi poteſt. Balænæ fœtus ſuos geſtant cum infirmantur & inualidi ſunt, & ſi parui ſunt, eos in ore recipiunt: hoc idem imminente tempeſtate faciunt, & poſt tempeſtatem illos euomũt. Quando propter defectum aquæ fœtus impediuntur ne matrem ſequantur; mater aquam in ore receptam inſtar fluuij ad eos eijcit, vt ſic inhærentes terræ liberet, adultos etiam diu comitatur. Adoleſcunt autem celeriter, & 10. annis creſcunt, branchias non habentes fiſtula ſpirant, & hoc è marinis pauci faciunt.

Modus capiendi cetum

Capiuntur autem ſic. Piſcatores locum vbi cetus eſt notantes, illic aggregantur cum nauibus multis, factoque circa eum fiſtularum ac tibiarum concentu, alliciunt inſequentem, quia gaudet huiuſmodi ſonis, cumque iuxta naues hærentem ſono modulationis attonitum cernunt, inſtrumentum quoddam ad inſtar raſtri, dentibus ferreis acuminatum, in eius dorſum clam proijciunt, citoque defugiunt: nec mora ſi certum vulneris locum dederit, fundum maris cetus petit, ſeque ad terram dorſo fricans, vulneribus ferrũ violenter impellit, quouſque perfoſſa pinguedine, viuam carnem interius penetrauerit; ſicque ſubſecuta ſalſa maris aqua, vulnus intrat, ac vulneratum perimit. Mortuum ergo ſuper mare fluitantem piſcatores cum funibus adeunt, & ad littus cum magno tripudio trahunt.

Conger.

Conger eſt piſcis marinus, vt murena longus, ſed corpore multo maior. Hic vento flante vehementi impinguatur, & eius carnes dulciſſimæ ſunt ad edendum. Cum Muræna cæteriſque piſcibus inimicitias habet; & intantum robuſtus eſt, vt Polipum fortitudine dentium laceret.

De his quorum nomina incipiunt per D. E. G.

CAPVT CXXIX.

Dentrix.

Dentrix vel Pagrus, à re nomen habet, quia dentes habet magnos, & multos, ac duros, quibus graſſatur in oſtreas & piſces innocuos.

Dies.

Dies eſt piſcis marinus, vt dicit Ariſtote. ſic dictus, quia poſt perfectionem ſuam non viuit niſi per vnum diem; habet tamen alas duas, & duos pedes, & ſanguine caret.

Echeneis.

Echeneis eſt piſciculus ſpinas habens pro pedibus ſicut cancer, alas autem ſub ventre, quæ pedibus aſſimilantur; in ore vero dentium loco graues aculeos. Hoc autem ſuper modum mirabile eſt, quod cum ſit ſemipedalis, non vlla violentia, ſed adhæſione tãtum, nauem 200. pedum cum ſuis intus ponderibus retinet, ita quod nec ad punctum moueri valet: nec eſt alia ratio in tam ſtupendo prodigio, niſi quod Deus in creaturis ſuis prędicetur mirabilis. Piſcis ille comedi non poteſt, quia homines à ſtatu diſpoſitionis ſuæ diſſoluendo, mortem infert.

Hic piſcis naues magnas retinet.

Ericius.

Ericius eſt piſcis marinus, habens caput & os inferius (vt dicit Ariſtoteles) & exitum ſuperfluitatum ſuperius, quod eſt contra morem animalium cæterorum: Vtitur autem ſpinis loco pedum; eius anteriora ſeparata ſunt, & inferiora continua: horrori fit cæteris piſcibus, quia ſpinis hiſpidus; vnde non de facili fit vllus piſcium præda. Carnes eius vehementer rubeæ ſunt, colori minio ſimiles, vt dicit Plinius. Eſox eſt piſcis Danubij maximus, ita vt vix in biga trahi poteſt ab equis tribus aut quatuor: vnum habet inteſtinum, oſſa pauca & parua in corpore, cartilaginoſa potius quàm ſolida, carnes vero dulciſſimas guſtu, vel ſpecie carnibus porci ſimillimas: per omne corpus lenis eſt, nec aliquid aſperitatis in corpore vel in moribus habet, ſed eſt mitiſſimus ac timoroſus; quippe qui nec à minimo piſciculo ſe defendere poteſt, ſed ſtatim agitatur ad fugam. Huic Sturio libentiſſime gratia iocandi ſe affricat, quem Eſox ſtatim vt ſentit ad latibula fugit, quæ ſibi ſolet ad tutamen in litoribus effodere. Sed quandoque Sturio importunus eijcit latitantem, ſequiturque fugientem; & quia magni ſunt ambo, nec etiam in validiſſimis aquis latere poſſunt, diſcurrendo & ante ſe aquas agitando, ſæpe ſimul à piſcantibus capiuntur. Piſcis iſte captus, vino fortiſſimo vel lacte potatur; quia vino inebriatus viuere poteſt plurimis diebus, & hoc vt ad remotas terras cibi gratia deferatur: bibit autem vini ſextaria quatuor antequam inebrietur.

Eſox.

Piſcis iſte bibit 4 ſextaria vini antequam inebrietur.

Gobio.

Gobio piſciculus eſt forma fere rotunda, ſquamis paruis argento ſimilibus, hic aquas arenoſas lapillulis in nutrimentum habet, accommodatiorem vtique cibum præbet.

Grauæ.

Grauæ eſt piſcis marinus, qui contra naturam omnium animalium vnum oculum in ſupremo capitis habet, quo ſuper intendens ſemper inſidias cauet.

De his quæ incipiunt per I. K. L.

CAPVT CXXX.

Hirundo.

Irundo maris ſimillima eſt aui huius nominis: hæc ad modum luliginis in aqua manet vt piſcis, & alas habens ad amæna eleuatur ætheris.

Kalaon.

Kalaon eſt piſcis maris ſpecie multiformis, pluuia cœli quæ cæteris ad vitæ remedium & impinguationis iuuamen eſſe ſolet, pro exitio ei datur. Nam ſi multa pluuia fuerit, oculis cæcatur, ac per conſequens cum cibum quærere non poſſit, fame moritur.

Kilok.

Kilok eſt piſcis marinus in teſta multum aſpera latens, cuius orificium eſt in medio corporis: ſentit autem quicquid ei appropinquat, & applicatur lapidibus cum pedibus ſuis poſterioribus, anterioribus autem quibus pro manibus vtitur, quicquid per eum tranſit ex piſcibus deprædatur. Si quid vero tranſit quod nequaquam vincere poſſe ſe credit, tumeſcit, ſeque contrahit, & adhæret fortius lapidi cui applicatur.

Locuſta.

Locuſta marina iuxta Plinium quatuor habet cubitos in longitudine, hyeme læditur, autumno & vere pingueſcit, & plenilunio magis.

Lolligo.

Lolligo capitur aliquando 5. cubitorum; caput habet inter pedes & ventrem; vltra duos annos rara eſt earum vita. Aliquod earum genus aſpertinum eſt, quæ pugnaturæ turmis ſe munientes ſtabiliunt.

Lucius.

Lucius eſt piſcis (vt dicit liber rerum qui & Lupus aquaticus appellatur. Hic ſi fluuiales aquas, cibumque pro vita ſufficiẽtem habuerit, per ſucceſſus tẽporum in longitudinem maximam euaneſcit. Cibus eius ſunt piſces, & quicquid ranarum more repit. Piſcem ad magnitudinem prope ſui comedit, nam vbi victum ſubegerit, caput primum ore deuorat, quo digeſto paulatim adit ſequentia, donec totum conſumat. Pari quoque generis ſui parcere recuſat, vel ob naturalem crudelitatem, vel quia auidus eſt cibi, rapinæque impatiens: nam & propria ſemina perſequitur, vbi piſcis formam ſuſceperint: Eſt autem piſcis quidam habens acres ſquamas, pinnulas acutas, quem ſi lupus aquaticus per caput apprehendit, cito tranſglutit; ſi vero à parte caudæ, non poteſt: quoniam in contrarium aſpera rigeſcunt.

Piſcis iſte deuorat proprium ſpeciem & ſobolem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Lucius in cerebro lapidem cryſtallo gerit ſimilem, ſed hoc cum eum in longum duxerit. Imprægnatur hic piſcis vt dicit Ariſtoteles, flante vento ſeptentrionali, ſimiliter & piſces qui in lõgitudinem eualeſcunt, fœmina prægnans aquas aſcendit, quantum poteſt remotius à loco ſuo in quo habitate conſueuit, ibique oua parit, vt filii ſui non ſint ei impedimentum prędę & hoc propter naturalem crudelitatem, vel propter cibi rapinæque inuidiam. alii dicunt quòd aſcendit propter dulciorem aquam, quoniam aqua tanto ſemper eſt dulcior, quanto fonti proximior.

De his quæ incipiunt per M.

CAP. CXXXI.

Margaritifera. *Margaritiferæ conchæ* nocturno tempore litus adeunt, & rore cœli concipiunt: His autem talis ſenſus eſt, vt partus ſuos maculari timeant. Itaque cum ſol feruentes emiſerit orbes, ne calore nimio fuſcent lapides, conchæ ſubſidunt in profundum. piſcantium quoque timent inſidias, & ob hoc inter ſcopulos frequentius deliteſcunt; gregatim natant, & quæ magis experta eſt gregem ducit, quæ ſi capta fuerit, cæteræ diffugiunt.

Megaris. *Megaris* eſt piſcis marinus duarum palmarũ longitudinis; vilis habetur in partibus in quibus capitur, ſed cũ ad remotiora ſalſus reducitur, raritas eius pretiũ facit; recenter tamẽ captus, & ſine ſale, delicatiorem cibum edentibus facit. *Mugilus.* *Mugilus* eſt piſcis velociſſimus in aquis fluuialibus ſed naturaliter incautus; nam deridetur eius ſtultitia, cum in metu capite abſconſo, totum corpus abſconſum & ſecurum credit. Hic cum Lucio inimicitias habet hyeme tantum; & huius cauſa creditur, quia tunc rarus eſt cibus, pro quo dimicant; æſtate vero abundant, & ideo tunc ad concordiam rediguntur.

Multipes. *Multipes* eſt piſcis marinus à re nomen habens, huic pedes à latere procedunt. In hyeme coit, & inter cæteros piſces ſibi nidum ex ſurculis ſtruit. per duos mẽſes ouat, & hoc vnum ouum tantum ad inſtar nucis paruum: tunc fœmina per 40. noctes ſedet, & ouum à ſe editum fouet; ex quo fiunt piſces innumerabiles. Quod ſi non eſſet multum, eorum genus decreſceret, quia ſeipſos inuicem conſumunt, & multæ comeſtionis ſunt. multipes aſtutia magis quàm fortitudine vincit carabum monſtrum marinum, quòd validum eſt ac robuſtum. *Eſt & aliud genus multipedis.* *Eſt etiam* quoddam genus multipedis naturaliter aſtutum, quod in aquæ ſuperficie natat, & dorſi teſtam ad ſolem ponit, vt deſiccetur ac durior fiat, ſicque ſalſas maris aquas & aduerſa ſcopulorum pati valeat.

Mulus. *Mulus* eſt piſcis marinus, gratia nobilitatis in eſum tantum datus nobilibus; rariſſimus enim eſt, quem ſeptentrionalis tãtum gignit oceanus. Horum genera plura ſunt, quidam alga & oſtreis aclimo, cæterorumque piſcium carne veſcuntur; nobiliores autem in inferiori labro gemina barba inſigniuntur, victuſque eorum eſt, quod iuxta ripas aeris ſerenitate concreuerit. Multum nobilem expirantem, numeroſa colorum varietate ſpectari, proceres gulę narrant.

Murena. *Muræna* tantum fœminini ſexus dicitur eſſe, & à ſerpente concipere, & ob id in ſiccum ad coitum exire. Dicit autem Ambroſius, quod ſerpẽs ad eam venturus ad coitum, prius euomit omne venenum. In Gallia ſeptẽtrionali murçnis omnibus in dextera maxilla ſeptenæ muculæ ſunt, quæ ad formam ſeptentrionis refulgent duntaxat vigore quodam, ſed cum anima pariter extinguuntur. Murænę, ſicut dicit Plinius, libenter ſe tenent inter arundines & ligna, vt ſi forte reti concludantur, flexu multiplici euadant. Hæ morſum venenoſum habent, ſed capitis earundem cinere ſanatur. Periculoſum eſt eas in cibum ſumere, niſi prius in vino optime ac diutiſſime decoquantur; & ſpeciebus aromaticis, maximeque pipere condiantur: venenoſo namque abundant humore, vnde nec de facili cedunt coctioni.

Murices. *Murices* conchæ marinæ ſunt, quæ latent circa canis ortum, & ſtatuto tempore exeunt; pretioſum liquorẽ tingendis veſtibus habent vtilem, ſed his color in ſola vena candida reperitur, reliquũ vero corpus ſterile eſt: viuis quoque tantum hic color exprimitur; quia cum vita ſuccum euomit. non habent ſphæricum os, neque rotundum, nec in angulos prodeunte roſtro, ſed ad conchæ modum, vtroque latere clauditur. *Mus marinus.* *Mus marinus* ad terram exit, ibique foſſam faciens oua parit, ac terra rurſus obruit. Poſt triceſimum vero diem rediens iterum foſſam aperit, & fœtum in aquam ducit. horum fœtus inter initia viſu caret, ſicut fœtus omnium fere generaliter aquatilium.

De His quę incipiunt per P.

CAP. CXXXII.

Pauus maris. *Pauus maris* dictus eſt à pauone volucre, quoniã ei ſimilis eſt in coloribus, dorſo enim & collo pictus eſt colore diuerſo. *Pectines.* *Pectines* maris armantur vnguibus, lucent in tenebris ignium more. In magnis frigoribus & magnis æſtibus reconduntur, quia temperatum aerem oportet eos habere vt viuant, cum exceſſum paſſionum in elementis, vngues eorum pati non valeant.

Pinna. *Pinna* de genere concharum eſt, corpuſque rotundum habet: mas & fœmina ſocialiter ambulant; apetit pinna conchas ſuas ad lunam, ſeque paruis piſciculis offert quaſi mortuam; qui protinus exultantes, vbi licentiæ audacia creuerit, implent eius conchas: mox vero pinna ſe plenam ſentiens, apprehẽſum quicquid incluſerit exanimat, partemque ſocio tradit. *Eius aſtutia*

Porcus maris. *Porcus maris* eſt piſcis eſibilis, porci terreſtris ex magna parte ſimilis, & caput habet ſimillimum, & membra in corpore, coſtaſque ſimili modo diſpoſitas. Tota fere caro eius in pinguedinem tranſit; lingua eius abſoluta eſt vt porci, ſed voce differunt. Circa guttur orificium habet, & eſcam in fundo maris fodiens quærit. In eius dorſo quædam ſpinæ ſunt venenum efficaciſſimum habentes, & punctionibus ſuis valde cruciantes; ſed fel eorum punctis remedio eſt.

Pungitiuus. *Pungitiuus* eſt omnium fere piſcium minimus, quibuſdam ſpinis ſecundum nomen ſuum pungens; mas in eis circa fauces rubeus eſt, fœmina vero illa rubedine caret, ambo vero maculis nudati ſunt. Hos vulgus opinatur ſine ſemine in aquis creſcere; & quod mirabilius eſt, alios etiam horum ſemine propagari, vnde & hunc piſcem matrem piſcium vocant: Dicunt enim ſi ſtagnum nouum fiat, nulluſque piſcis immittatur, hos piſciculos anno primo in eo inueniri, & anno ſecundo diuerſi generis piſces ex eiſdem propagari.

Purpura. *Purpuræ* ſunt conchæ marinæ, quæ verno tempore congregãtur, & attritum liquorem ore ſaliuant, quem in medijs faucibus habent, Horum piſcium conchæ infra annum magnitudinem implent; quòd ſi ante in creſcendo tranſcurrant, vim libidinis auferunt, nec vltra coire poſſunt, vt in tempore pretioſum liquorem pariant: vnde ſumma diligentia primo anno detrahuntur eis conchæ, vel confringuntur ne creſcant: Horum liquore veſtis purpurea tingi ſolet, qui color nigrantis roſæ more ſublucet. Purpuræ fœtidis odoribus capiuntur, & cum feminecæ fuerint, mari redditę reuiuiſcunt.

De His quę incipiunt per R.

CAP. CXXXIII.

Rana marina. *Rana marina*, quæ piſcatrix vocatur à Plinio, perſequitur piſces hoc modo: Eminentia cornua ſub oculis habet; quibus turbato limo aſſultantes, nec raptorem in eo latitantem videntes concurrunt, donec tam prope accedentes, ab illo ſubito diſcerpuntur.

Raia. *Raithe*, vel Raia, inter piſces nobiles reputatur; admodum vilis, & hoc vbi eſt piſcium copia: propemodũ rotundus eſt, & in longitudine & latitudine fere æqua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lis oculos habet horribiles, os quoque deformitate luridum, & hoc non eo loco quo piſces cæteri, ſed loco ventris, vbi vero caput & oculi ſunt, os non habet: Caudam habet prælongam vt coluber, & in ea ſpinulas quaſdam acutas valde habet, & quandoque in capite lapidem, nec credimus quia natura creauerit eum inutilem: huius carnes indigeſtibiles ſunt, vt carnes bouinæ. Impinguantur autem, vt dicit Ariſtot. vento meridionali flante.

Carnes Raiæ ſunt indigeſtibiles ac bouinæ.

Rumbus.

Rumbus eſt piſcis magnus & fortis & aſtutus, ſed tardus, quique piſces vt rana marina ſimili modo deprædatur. Nam in limo turbato abſconditus, pinnas exertas mouet, & vbi piſces approximare viderit, mox eos corripit & deuorat. Argumentum eſt eius ſolertiæ, quia cum ſit tardiſſimus omnium piſcium, mugilum tamen piſcem velociſſimum in ventre tæpiſſimè reperitur habere.

Solertia eius

De his quæ incipiunt per S.

CAP. CXXXIV.

Salmo.

Salmo piſcis eſt in latitudinem & longitudinem magnam excreſcens. Robore fortis eſt, ſed ponderoſus & grauis, omniſque quã habet agilitas, à potentia virtutis eſt pẽtius, quàm à leuitate corporis. Hic quoque (vt dicit Plinius) olim præferebatur omnibus piſcibus fluuialibus, & maximè in Aquitania. Carnes eius rubeæ ſunt, quæ licet dulces & gratæ ſint, valde tamen ſatietatem cito manducantibus ingerunt. Piſcis iſte fœtus facit, nec diu viuere poteſt in aquis dulcibus ſtagnorum, niſi liberum habeat trãſitum ad dulces vndas fluuiorum: quando etiam vbi in tranſitu, ſepem vel aliquod huiuſmodi obſtaculum inuenerit, caput caudæ coniungit, flexoque corpore peruolat ad optata: hoc ipſum etiam facit cum irretitum ſe ſenſerit.

almo non diu viuit in aquis dulcibus ſtagnorũ

Salpa.

Salpa piſcis eſt obſcœnus & vilis: hoc miraculum ſui præbet, vt nunquam decoqui poſſit, niſi prius fortiter fuſte vel ferula verberetur.

Sepia.

Sepia concipit ore, ſicut & vipera, oua eius dura ſunt: hæ non natant in mari niſi par & par, maſculus & fœmina: omni tempore ouant, in 40. noctibus oua ſua complent. Fœmina cum ouat mas eam ſequitur, & ſuper oua ſemen inflat vt viuificentur.

Solaris.

Solaris dictus eſt, eo quod in ſole libenter in tipis fluminum iacet. Caput habet magnum, & orificium latum, cutem nigram ac lubricam, qualis eſt anguillorum, hepar habet dulciſſimum, & eſibilitate prẽcipuũ. In vaſtitatem ac longitudinem maximam creſcit, ſed hoc cum in ẽuum longum vitam duxerit; tardius enim cæteris piſcibus creſcit.

Squatina.

Squatina piſcis eſt in mari, 5. cubitos habens longitudinis, & caudam pedalem. Hic abſconditus in limo piſces corripit ſubito; cutem tamen aſperam habet, vt ex ea lignum & ebora poliantur: pilus ipſius cutis breuis & niger eſt: hunc adeo durum natura creauit, vt ferri vel calibis acumine vix incidi poſſit.

Stella.

Stella piſcis eſt in mari occidentali, cuius figura ad modum ſtellæ: hic cum aliquod animal comederit, mox inuenitur in eius ventre durum, quaſi bis coctus panis.

Sturio.

Sturio piſcis eſt magnus habitans in aquis fluuialibus, quæ magnæ ſunt & diffuſę: viuere diutius non poteſt in ſtagnis, niſi ad dulces fluuiorum aquas trãſitum habuerit. Cibi parum aut nihil admittit in corpore, quippe cui cibus in nutrimentum ſufficiens eſt ipſa ſola aeris ſerena tranquillitas: quapropter & modicum habet ventrem, ac prope modum ſolidus eſt in loco ventris, ſicut in reliqua parte corporis. Habet inteſtina licet paruiſſima reſpectu ſuæ magnitudinis; Hepar vero ſatis magnum, & adeo dulce, quod vix comedi ſine ſtomachi abominatione poteſt. Vnde eius felle quod cõtiguum eſt hepar fricari ſolet, vt exceſſus dulcoris in hepate temperetur exceſſu amaritudinis in felle. Ore caret, & illa pars integra eſt, quæ in cæteris animalibus os occupare ſolet, nec niſi modicum ſub gutture foramen habet, clauſum cum voluerit, apertum autem aeris ſerenitati. Auſtro citius impingueſcit, aquilone vero flante ſubſidet in profundis. Idem in lacte poſitus diu ſicut in aqua viuit.

Sturioni pro cibo ſufficit aeris tranquillitas.

De his quorum nomina incipiunt per T. & V.

CAP. CXXXV.

Trebrius.

Trebrius eſt piſcis niger, pedalis tantum in lõgitudine, habens tamen quinque digitos in craſſitudine; hanc ei vim ineſſe Plinius recitat, vt pars eius in ſale ſeruata, aurum quod in altiſſimos puteos decideritadmota extrahat, ac fluctuare faciat. Hic colorem candidum in hyeme mutat, & æſtate nigrior fit, ſolus inter omnes piſces ex alga nidificat, & oua in nido parit. Trebrius eſt in oceano, qui naues diro perforat roſtro.

Trocta.

Trocta piſcis eſt habitans in fluuijs dulcibus qui magno impetu currunt de montibus. Squamas habet vt ſalmo, carneſq; ſimillimas, ſed multo eſibiliores; & hoc in æſtate tantum, à menſe Iulio vſque ad Nouembrẽ, hyeme vero carnes habet albas, vt cęteri piſces, minoriſque ſaporis; maculas habet in dorſo croceas atque ſanguineas.

Vipera marina.

Vipera marina piſcis eſt paruus, paulò plus quàm cubiti vnius: In capite ſuper oculos vnum cornu fert paruum, acutum, & mortiferum; eo namque quæcunque vulnerat inficit: quod cauentes piſcatores, capto piſce caput ei amputant, reliquum vero corpus in vſus hominum cedit.

Venht, vel Ariſtoſus.

Venht piſcis eſt vulgariter dictus, Latinè vero Ariſtoſus, quia Ariſtis innumeris armatur caro eius, ita vt incõmodè edi poſſit, & nõ ſine faſtidio: vnde pauperum cibus eſt, tanquam omnium piſciũ eſibiliũ viliſſimus. In aquis dulcibus frequẽter habitat, in his tamen quæ fluxu ac refluxu maris amaricantur. Capitur autem ſic: Retia tenduntur in longum aquæ, vel in tranſuerſum; & ante retia ſuper aquas inſtrumentum inſtar arcus, ita vt fluitet ſuper vndas. In ſuperiori autẽ eius parte nola ſuſpẽditur, cuius ſonum piſcis audiens gregatim aduenit, tinnitum nolę ſtultus ſequens (& hoc indicio patet, quia ſenſum habent auditus): Incidentes igitur in retia capiuntur in multitudine magna. Hæc de piſcibus dicta ſunt, qui purè naturam ac ſpeciem piſcis habent.

Modus quo capiuntur.

De monſtris marinis, & primo de Ahune & Barthora.

CAP. CXXXVI.

Ahune.

SEquitur de monſtris marium. Omne marinum & omne genus piſcium quod ambulat, per conſequens anhelat. *Ahune* monſtrum eſt maris, guloſius cunctis marinis beluis, præda viuit, & in craſſitudinem corporis ſui vertitur ei quidquid comedit. Vnde quia ſtomacho caret, venter eius quando comedit multum inflatur, & extenditur ſupra modum. Cum amplius extendi nequit, piſces per os eijcit; & hoc de facili quia cum collo careat, ſicut & cæteri piſces, os eius contiguum eſt ventri. Eſt autem adeo craſſum animal, quod quando periculum timet, pellem & carnes ſuas contrahens, extremitates ſui corporis intra ſe ſicut ericius abſcondit, ita vt non appareant; quod tamen aliquando ſine ſui detrimento non facit; mortem enim adeo timet, quod cum periculum ſenſerit, nec abſcedere beſtiam credit quæ in inſidijs latet, nequaquam caput foras retrahit, quod intra corpus ſuum abſcondit, ſed cum affligitur fame, carnes ſuas deuorat, magis eligens in parte abſumi, quã præda facta beluis, in tota conſumi.

Barthora.

Barthora eſt animal marinum, habens orificium prę omnibus animalibus fortiſſimum, nam & lapidem ſi in ore ſuo acceperit, eum frangit. Hoc quandoque ad ripam exit, & herbas depaſcit, & quando oportet in aquam reuertitur, ibique ſubmergitur, ne cutis dorſi eius à ſole deſiccetur, & ad nutum debitum flectere ſe nõ poſſit. piſciculos quoque comedit, & per illos comprehenditur; piſcatores namque piſciculos

paruos

Modus quo capitur.

paruos viuos filo cõſutos in mari proijciunt; qui dum effugere non valent,ſed inſimul fluitant,animalis prædicti morſibus patent: at ipſum animal dum vnum poſt alium tranſglutire laborat, interim occupatum deprehenditur.

De his quæ incipiunt per C.

CAP. CXXXVII.

Chaab.

Chaab eſt animal marinum, habens pedes paruos reſpectu ſui corporis,quod vtique magnum eſt. Sunt autem pedibus vaccæ ſimiles: horum vnus longus eſt,cartilaginoſus,oſſe carens,quo vtitur loco manus in omnibus:per ipſum enim eradicat quod vult,& cibaria per eum accipit,eaque ori ſuo reddit,& cũ natat in aqua, ſpirat in ea; ſed ſpirando anhelitu ſuo aquam in corpus ſuum attrahit, qua cum repletus fuerit ad aerem recurrens eam eijcit,& ſic reſpirat.

Canis.

Canis eſt marina belua terribilis & hoſtilis omni animanti,quod eius verberibus cedit Robuſtiſſimos habet brancos clauorum modo formatos. Hi venantur per mare greges piſcium, inſtar canum in terra feras venantium,excepto quod latrare nequeunt,ſed pro latratu afflatum horribilem habent. Inſequentes ergo piſcium greges,ad loca eos angusta coarctant, & ſic in coarctatos crudeli morte graſſantur. Piſcatores vero, loca norantes in quibus abſconditi piſces à fuga latitant, retibus capiunt circumcluſos. Hę vero beluæ difficulter multis tridentibus confici poſſunt.

Celethi.

Celethi eſt animal marinum, quod præter morem aliorum oua in matrice ſua generat,ex quibus illic debito tempore foris exeũt vermes; quos cũ peperierint, incredibili celeritate fiunt animalia perfecta,parẽtibus ſimilia. Cor habet magnum, & tamen eſt valde timoroſum;grauiter autem dormit, ita vt manu capi poſſit.

Cæruleum.

Cæruleum eſt monſtrum nomine & colore, quod ganges fluuius educat,de quo ſuperius dictum eſt.

Chylon.

Chylon inter omnia animalium genera non paſcitur, ſed tamen humiditate viſcoſa quæ exit ab eo cibatur & nutritur; vnde fit vt hoc animal ſemper ſit ieiunum, & tamen corpore validum:nam & in fœminis videmus plus poſſe differri ieiunium per multos dies quam in viris,propter ſuperfluitates humidas & viſcoſas, quæ magis abundant in eis,id eſt in fœminis.

Crocodilus.

Crocodilus lingua caret, os patulum & apèrtum habet,& hiatũ vſque aures: per diem in terra requieſcit adeo immobiliter,vt niſi conſuetudinem eius præcognoſcas,mortuum illum credas. Oculis clauſis ſe dormire ſimulat, & aues hiatu ſuo pabuli gratia inuitat, quas ad eſcam deſcendentes, perimit & tranſglutit. Quidam hoc animal ſicut vrſum ſemper creſcere crediderunt. Circa Nili ripas habitat in inſula gens hominum parua quidem,ſed animoſa,his beluis inimica: Soli enim innatare flumen audent, in quo crocodili habitãt,ſaliuntque ſuper dorſa eorum,& illos inequitant:hiantibus ergo beluis,reſupinato capite, ſeſſores dextera, læuaque clauam in ora hiantium quaſi pro freno tenent,& in terram captiuos agunt,ſolaque voce etiam territos euomere recenter abſumpta corpora cogunt. Hoc animal auulſo corde poſtea viuit aliquantulum,quod eſt vtique contra naturam omnium animalium quæ vitam habent à corde, huius carnes manducant Sarraceni.

Modus quo capitur.

Hoc animal euulſo corde aliquandiu viuit.

Crithos habet cutem teſteam,leuem,nigram,& in aliqua parte rubeam,fiſſuras duas in pede, quæ tres digitos faciũt,pedem dextrum habet paruum, ſiniſtrum verò magnum, & ideo cum ambulat totum corpus fert ſuper ſiniſtrum. Aere claro abſolutus incedit, commotis autem ventis applicatur lapidibus, & immotus quieſcit. Cuique vero rei forti applicationi adhæret: & hoc mirum eſt, quod claro quidem tempore ſui poteſtatem habet, tempeſtuoſo autem debilitatur & infirmatur.

De his quæ incipiunt per D.

CAP. CXXXVIII.

Delphinus.

Delphinus eſt belua ſpecie multiformis, qua nihil velocius habet pelagus; & niſi infra roſtrum os illi eſſet in medio pene ventre,nullus piſcium eius celeritatem euaderet; ſed moram affert ei prouidentia naturæ, quia niſi reſupinus atque conuerſus,non valet aliquid capere vel retinere. Aculeatas habent pinnas dorſuales,quæ inhorreſcunt erectæ, quando iraſcuntur: Cum vero pacati fuerint,quibuſdam receptaculis operiuntur. Pro voce gemitus eſt illis humano ſimili-lis,& hoc quia pulmonem habent, & venam aſperam, & eorum lingua non eſt abſoluta, nec eorum labia prominent ad diſtinguendam vocem: Aures non habent,ſed aurium loco, foramen. Horum autem & olfactus nec veſtigia quidem habet, cum tamen ſagaciſſimè olfaciãt. Dormiunt ſuper aquas,vt poſſint audiri ſtertere,viuunt vſque ad annos 150. mulcẽtur muſica, vnde Arrionem cythariſtam in mari nautis interficere parantibus,obtinuit ab illis vt prius chitara caneret,ad cuius ſonum Delphinorum gregibus congregatis, cum in mare ſe proieciſſet, ab vno exceptus eſt, & ad littus proiectus.

Delphinus muſica delectatur.

Solus Delphinus (vt dicit Ariſtoteles) inter piſces felle caret. Hi ſolo ætatis tempore pariunt, hyberno nunquam. Mares fœminis parientibus catulos deuorant, ſed matres cum fœtibus ſe occultant; diligunt enim eos tenerrimè, longoque tempore ducunt poſt ſe,& illi ſub aqua matres ſequuntur;at vbi ad robur ætatis peruenerint,niſi validi ſint, eos etiam matres perſequuntur. Fœtus eorum,vt dicit Ariſtoteles,cito creſcunt,& ſemper creſcunt vſque ad annos decem, ſed decem menſibus completis coeunt & imprægnantur. Delphini parui ſemper ſimul ſunt tanquam greges,& habent duos magnos Delphinos cuſtodes. Quod ſi quis eorum mortuus fuerit,alij ſuper ſcapulas eum eſferunt,ipſumque cuſtodiunt,ne ab alijs piſcibus comedatur, donec tempeſtate maris ad littus eiiciatur:inuicem enim ſe miro modo diligunt. Vnde Plinio teſtante,narratur,quod Delphino capto à Rege Chariæ conuenit ingens multitudo reliquorum ad portũ, vbi Delphinus ligatus tenebatur. Quibus plangẽtibus & quaſi miſerationẽ poſcentibus, Rex eum dimitti præcepit. Delphinos ſequitur aliorũ piſcium multitudo, quod ſcientes piſcatores,venantur piſces vbi illi tranſierint. Si quis carnes Delphini comederit,& in mari lapſus fuerint, ſi à Delphinis inueniatur, ſtatim ab eis deuoratur:ſi vero non comederit, ſupra roſtrum eum eleuantes, ad terram trahunt, & ab alijs piſcibus defendunt.

Solus delphinus inter piſces felle caret.

Delphini ſe inuicem mirabiliter diligunt.

Draco.

Draco marinus eſt mõſtrum crudelitate horridum, inſtar draconis terreſtris in longitudinem extenditur, ſed alis caret. Caudam habet tortuoſam,caput ſecundum magnitudinem corporis paruum,ſed hiatum oris horridum,ſquamas & cutem duram;pinnas autem habet pro alis,quibus vtitur in natando:vno impetu magna maris ſpatia tranſcurrit, & hoc potius robore virium,quàm remigiis pinnarum. Peſtifer eſt hominibus,& etiam piſcibus morſus eius, mortem enim infert:cinis autem oſſium eius, dolores dentium ſanat.

De his quę incipiunt per E. vel F. vel G.

CAP. CXXXIX.

Equus.

Equus marinus eſt monſtrum magnum, & contra omnia fere marina monſtra fortiſſimum,nihil extra aquam poteſt,vt dicit Ariſtoteles, ſed ſtatim vt aquarum caruerit natura, carebit & vita: aliorum piſcium carnibus viuit. In pugna crudele eſt, ſed hominem timet, & contra eum partiri bella formidat.

Equolinus.

Equolinus,vt dicit Michael,monſtrũ eſt ingens ac ferociſſimũ,in Nilo habitans:crura pedeſque & vngues

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

habet vt Crocodilus, ſed multo maiora: humanarum mortium cupidiſſimum eſt, nam cum ei nauis in portu occurrerit, vnum pedem in terra figens, altero nauem in anteriori arripiens, facillime ſcindit, vel inclinatam aliquando mergit. Vnde in locis in quibus habitat, immanis hominũ multitudo per eum perditur, ſed hoc malum rariſſimè inuenitur. Nullis capi poteſt inſtrumentis, niſi reti ferreo ex catenis, apud Damaſcenos in hoc opus fabricato: captum quoque malleis tantum ferreis occiditur: Pellis eius vniùs cubiti ſpiſſitudinem habere dicitur, tãtæque eſſe duritiæ, vt nullo iaculo, vel armatura penetrari poſſit.

Pellis equilini habet cubitũ in ſpiſſitudine, & eſt impenetrabilis.

Equus fluminis, vt dicit Ariſtoteles, eſt monſtrum in oriente, forma mirabili, ſublimis faciei, crines habet vt equus, pedes fiſſos, & ſotulares vt vaca, caudã vt porcus, corium eius valde craſſum eſt, interiora eius vt equi, magnitudo autem vt aſini, hinnit vt equus, in terra & in aquis æqualiter manere dicitur.

Equus fluminis.

Felchus, qui & vitulus marinus appellatur, cutem habet piloſam, albis nigriſque maculis diſtinctam. In terra pecudum more parit, & nunquam geminis plures educat fœtus: lactat mammis, nec ante 12. diem in mare deducit. His in tono mugitus eſt; nullum animal grauiori ſomno premitur: vnde dextris pinnis quibus vtuntur in mari, vim ſomniferam ineſſe dicunt, ſi cuiuſquam capiti ſubdantur. Difficulter autem niſi capite cliſo interficiuntur. *De hoc* etiam animali illud mirabile fertur, quod eo mortuo & excoriato, pilus in pelle vbicunque fuerit, naturali quodam inſtinctu, vti mare ſe habet, ita ſe gerit: Nam ſi mare turbatum in fluctibus ſurrexerit, & pilus ſimiliter erectus exurgit; ſi vero mare pacificatum fuerit, pilus in planum ſternitur; ſicque maris ſtatus, in re inſenſata & morticina deprehenditur. *Foca* bos marinus eſt, animal in ſuo genere fortiſſimum, animoſum, & iracundum, non tantum ad alia animantia, ſed etiam ad ſua domeſtica; ſemper enim cum fœmina ſua pugnat, donec eã interficiat. Interfectam autem à loco eijcit, & ſic aliã ſuperducit; nec ſic ceſſat fœminas ſuperducere, donec eum contingat propria morte defungi, vel à fœmina ſua ſeparatum interimi: nec mutat locum ſuum de facili, ſed illic ſemper manet, vbi eum natura condiderit. Huius pernicię æmuli filij, rapina viuunt. *Galatha* extra morem omnium animalium, cum fœtus in aluo ſuo viuere ſenſerit, illos extrahit, & ſi quidem eos ad vitam maturos inuenerit, foris relinquit. Sin autem, eos in matricem vt foueantur, reponit.

Felchus.

Nota quid mirabile.

Foca.

Galatha.

De his quæ incipiunt per K. vel L.

CAP. CXL.

Karabo ſtercore viuit, & luto fœdatur; propter hoc animal ponderoſum eſt: Caudam habet latam, & ideo quando pugnat leuiter ſe vertit. Huius enim generis monſtra fortiſſimè pugnant inter ſe velut arietes, muniuntque ſe multitudine ſociorum aduerſę partes; vnde frequenter viſi ſunt ambulare ſicut greges, & ad inuicem bella partiri. Fiunt autem in animalibus bella quatuor de cauſis, ſcilicet propter naturalem ſuperbiam, propter cibum, propter coitum, propter fœtum, ſicut gallina propter fœtum cum coruo pugnat, & anſer cum cornice.

Karabo.

Animalia pugnãt quatuor de cauſis.

Kylion eſt animal marinum, quod contra naturæ communis ordinem habet hepar in ſiniſtro, ſplen in dextro latere. Nam in omnibus animantibus terræ, magnis & paruis eſt econuerſo. *Koky* eſt in terra ſicut in mari manens, cartilaginoſum, habet corpus vt ſepia, oſſaque minus debito robuſta; vnde fit vt infirmatis cruribus aliquando vix ambulare poſſit, ſeque pedibus ſuſtentare. Ambulatio igitur eius eſt potius ex vigore ſpiritus, & leuitate corporis, quàm ex virtute. Dentes habet acutos valde, caudam paruam vt ceruus, renes vt vacca. Venter eius ſanguine caret, quia duæ venæ quæ ramificantur ſub renes vſque ad ventrem in eis non perueniunt; cætera vero corporis membra ſanguinem habent, qui nunquam ingelatur. Hoc animal habet quatuor pedes, & habent inflexiones digiti quinque in vtroque pede, figuraque pedis eſt vt cauda piſcis. In aquis ſpirare non valet. Dormit autem propre mare ſuper terram, ibique fœtus ſuos parit duos aut tres. Tranſacto vero die duodecimo poſt partum, ſequitur fœtus matrem ſuam ad mare, & hoc multoties in die, vt aquis marinis aſſueſcat. Hoc animal mammillas habet vnde fœtus lactet: vox eius eſt ſicut tauri, maximeque cum interficitur, difficulter autem interimi poteſt, niſi cum malleis.

Kylion.

Koky.

Ludolachra eſt animal natura & forma mirabile, duas habens alas in facie, duas in dorſo, quibus mira velocitate nititur, quocunque eam voluntas impulerit.

Ludolachra.

Loligo eſt monſtrum in quo natura luſiſſe videtur, nam cute ſquamoſum, cum gregibus piſcium maris profunda ſcrutatur. Cum autem aquas faſtidierit, eleuat cum alis pennigeris, quas in hoc illi natura dedit, & cum volucribus æthera ſcandit: ſed quia flatus ventorum ſuſtinere non poteſt, poſt modicum vbi ventis concutitur, ad aquas cogitur redire, & in profundum relabitur.

Loligo.

De his quorum nomina incipiunt per M. vel N. vel O. vel P.

CAP. CXLI.

Monachi maris dicti ſunt, quia caput habent in modum monachi recenter raſi, coronam deſuper raſam & candidam, & circulum in modum criniũ ſuper loca aurium; faciem tamen non habent in toto ſimilem homini, quia naſum habẽt piſci ſimilem, & os naſo continuum. Cęterum in inferioribus habet formam piſcis. Hoc monſtrum homines ſuper ripas maris ambulãtes libenter allicit, & coram eis ſuper aquas ludit. Quod ſi hominem admirantem propinquare viderit, appropinquat & ipſe; & ſi datur facultas hominem rapit, & traijcit in profundum, ſicque carnibus eius ſatiatur.

Monachus maris.

Monoceros eſt monſtrum marinum, habens in fronte cornu maximum, quo naues obuias penetrare poſſit ac deſtruere, & hominum multitudinem perdere: ſed in hoc pietas creatoris humano generi prouidit, quia cum tardum animal creatum ſit, naues eo viſo poſſunt effugere.

Monoceros.

Nereides ſunt beluæ marinæ de toto corpore hirſutijs hiſpidæ, habentque ſpeciem aliquam formatam cum homine. Horum aliqua cum mortalis conditionis imitatrix emori debet, auditur procul gemitus eius ac planctus.

Nereides.

Orcha monſtrum marinum eſt (vt dicit Plinius) cuius imago nulla poteſt exprimi repræſentatione, niſi quod ſit moles carnis immenſa. Hoc balenas odio graui perſequitur, dentibuſque truculentis ſecreta fętarum irrumpit, ac morſu lacerat. Ille vero ad flexum immobiles, & ad repugnandum inertes, pondere ſuo oneratæ, ac pinnis inualidę, ſolum nouerunt auxilium in altum mare refugere, ſeque toto oceano defendere. Econtra vero orchæ in malitia pertinaces, laborant fugientibus occurrere, & incautas trucidare, in vada vrgere, ſaxis illidere.

Orcha.

Perna eſt mõſtrum magnum, quod oſtrearum more naſcitur inter cõchas, colorem cæruleum habentes, & inter illas veſtitur nobiliſſimo vellere fuluo nimis ac rutilo vnde veſtes pretioſæ conficiuntur in decorem & ornatum virorum ac mulierum; pepla quoque capitibus mulierum.

Perna.

Piſter eſt in illa parte oceani quæ Galliam reſpicit, belua tantæ altitudinis, vt attollens ſe ſuper fluctus, ingentis columnæ ſimilitudinem præferat, altiorque nauium; velut diluuium quoddam eructuans, pauefaciat fluctuantes.

Piſter.

Platamſta belua in Gange fluuio Indiæ naſcitur, ro-

Platamſta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſtrum habens Delphini, caudam 16. cubitorum longitudinem habentem, quibus ſociæ ſunt beluæ quas Stacios vocant, branchijs binis. His tantas vires ineſſe dicunt, vt elephantes ad potum venientes morſibus infeſtent, & eorum promuſcides abſtrahant.

Polipus. *Polipus* eſt piſcis tantam habens virtutem in brachiis, vt nautã aliquando de naue incautè ſtantem vi rapiat, & in mare trahat, eiuſque carnibus ſatietur: carnibus enim libenter veſcitur. Supinis adhęret ſcopulis, & auelli nequit. Cui ſi fœtida res admota fuerit, ab eius odore protinus reſilit. hi in mari iuxta Venetiam frequentiſſimi ſunt, hyeme coeunt, vere pariunt, in terram verſo capite coeunt, ouaque multa fœcunditate faciunt, ita quod hominis occiſi teſta capi non poſſunt: ſuper quæ ſedentes, & incubantes, quaſi cancellatis brachiis cameram faciunt.

De his quæ incipiunt per S.

CAP. CXLII.

Scylla. *Scylla* monſtrum eſt habitans in eo mari, quod Italiam & Syciliam intercludit. Nautis quidem & omnibus hominibus inimicum eſt, & eorum ſanguine carnibuſque delectatur. Caput & pedes habet ad modum virginis, formata ſicut Syrenes, & rictus & oris hiatum ac dentes horridos, ventrem beſtialem, & delphini caudam: miræ fortitudinis eſt, nec in aqua facile vincitur. In terra vero prope imbellis eſt, habet & vocem aliquantulum muſicam, ipſaque belua carmine

Serra. mirificè delectatur. *Serra* criſtam habet ſerratam, quaſi nauibus occultè ſubternatans, eas in fundo ſecat, vt intrante aqua homines aſtutia doloſa mergat, eorumque carnibus ſatietur: alia quoque eſt eiuſdem nominis marina belua ingens, pinnaſque latiſſimas habens

Stincus. quibus contra naues velificare contendit. *Stincus* eſt belua circa Nilum frequentiſſima, Crocodilo ſimilis, ſed forma multo minori & anguſta: tempeſtates præuidet, obturatiſque qua ſpiraturus eſt ventus cauernis, ex alia parte fores aperit. Huic quoque villoſior cauda pro tegumento eſt, & eius carnibus infecta pocula,

Syrena. vim veneni extinguunt. *Syrenæ* ſunt animalia mortifera, quæ à capite vſque ad vmbilicum habent figuram mulieris, & proceræ magnitudinis, horrenda facie, crinibus capitis longiſſimis, atque ſqualentibus. Apparent autem cum fœtibus quos in brachiis portant; mammis etenim fœtus lactant, quas in pectore magnas habent. Has quando vident nautæ multum timẽt,

Modus quo euadatur. eiſque lagenam vacuam proijciunt; & ipſa cum lagena ludit, donec nauis pertranſeat. Reliquam vero partem corporis habent vt Aquila, & in pedibus vngues ad laniandum habiles. Porro in fine corporis ſquamoſas piſcium caudas, quibus vt remigiis in gurgitibus natent. Quoddam etiam muſicum ac dulciſſimum me-

Syrena ſuauitate vocis homines incantat. los habent in voce, quo delectati nauigantes & attracti, reſoluuntur in ſomnum, ſopitiſque ſyrenarum vnguibus dilacerantur. Sed nonnulli nauigantium ſapiẽti vſi conſilio, fortiter aures ſuas obturant, & ſic immunes tranſeunt, ne mortifero ſyrenarum cantu illiciantur ad ſomnum. Hæ quidem beluæ in quibuſdam profundi gurgitis inſulis, & aliquando in fluctibus cõmorantur, & quod de lagena dictum eſt, illi teſtati ſunt qui eas ſe vidiſſe dixerunt.

Nota. *Syrenas* tamen has non in veritate beluas, ſed meretrices quaſdam Iſidorus deſcripſit, quę tranſeuntes ad egeſtatem deducebant. Sed philoſophi, & ſanctorum expoſitorum nonnulli cõtrarium ſentiunt, verè monſtra marina eſſe dicentes. *Sunt & ſyrenę* ſerpentes in

Syrena ſerpentes valde venenoſi. Arabiæ partibus habitantes, equis curſu validiores, quarum etiam quidam alas habentes, volare poſſunt. Harum enim virus eſt, & ſic efficaciſſimum ad nocendum, vt morſum ante mors quàm dolor ſequatur.

De His quę incipiunt per T. vel V.

CAP. CXLIII.

Teſteum. *Teſteum* eſt monſtrum marinum, ſic dictum, quia teſteam habet cutem. In Arabico mari naſcitur, & aliquando infirmatur, ex eo quod calor interius in corpore, propter cutis ſpiſſitudinem atque duritiem reſpiraculum habere nõ poteſt. Cum autem infirmatur, aquas dulces petit, & ex eis per aliquod tempus bibit, earumque mutatione cutis efficitur ſubtilis, & reſudat à poris anguſtis, & conualeſcit: ſanatum ergo reuertitur ad aquas ſalſas, & ad primam diſpoſitionẽ

Quod aqua dulcis ſit in mari probatur. ſuam redit. Quòd autem aqua dulcis in mari ſit, ſic probari poteſt; Accipiatur vas cereum, & ex omni parte claudatur, vacuumque propijciatur in mare per ſpatium diei & noctis; poſtea plenum aqua dulci reperietur. Hoc animal maximum eſt in mari rubro.

Teſtudo marina. *Teſtudines marinas* ferunt ad paſtum egreſſas noctu, auide ſaturatas laſſari, & vt remeauerint matutino tẽpore, ſumma in aqua dormire; tunc homines terni leniter ea capiunt: Nam & à duobus in tergum teſtudo vertitur, à tertio vero ſupinæ laqueus injjtitur, & ſic in terram à pluribus trahitur. Fœminæ ad coitum miſceri non libet, nec leuiter coitum patitur, donec ea aduerſa ori eius mas feſtucam imponat: pecudum more coeunt, & in terram egreſſæ, oua vſque ad centum, ouis anſerum ſimilia, pariunt, quæ etiam quidam, ab illis tantum oculis ſpectando, foueri dicunt.

Tignus. *Tignus* eſt monſtrum marinum, caudam habẽs duorum latitudinis cubitorum, in mari fœtificat tantum, ſed in terram exit ad paſtum, dextra ripam intrat, læua exit; & hoc ideo fieri creditur, quia dextro oculo plus cernit. Naues, ob curioſitatem videndi vela vento agitari, perſequitur, & eo ſtupore tantum afficitur, vt etiam tridente in eum iacto, terrore nõ moueatur: Hyberno tempore latet gurgitibus, pingueſcit in tantum, vt vita longiſſima per triennium ſit.

Tortuca. *Tortuca* maris eſt monſtrum ingens, formatum ad inſtar tortucæ terreſtris, ſed eius magnitudinem in immenſum excedens, nam octo cubitorum eſt eius longitudo, quatuor latitudo. Clypeum habet quo contra iacula tegitur, ad inſtar vſualis ſcuti triangularis, ſed multo maiorem, vtpote 5. cubitorum. Crura etiam habet magna, vngues magnos, & digitos in pedibus maiores quam ſint in leonibus, fortitudine quoque & audacia mirabiliter viget, quippe quæ tres homines inuadere non timet, fortitudine vero fruſtratur, ſi dorſum ad terram vertatur; difficulter enim ſurgit in dorſum conuerſa, propter latitudinem clypei, quo à dorſo tanta belua includitur.

Vacca marina. *Vacca* marina monſtrum eſt magnum ac validum, & ad iniurias iracundum: non habet oua, ſed facit fœtum vnum quidem ſępius, vel duos ad plus: fœtum tenerè diligit, & ſecum ducit vbicunque vadit. Viuit hoc animal 130. annis, quod probatum eſt amputatis eorum caudis.

Viuit 130. annis.

De his quorum nomina incipiunt per Y. & per Z.

CAP. CXLIV.

Hyppotamus. *Potamus* eſt belua in terra naſcens, ęqualiter potens elephantibus, plerumque maior; roſtrum habet reſupinum, dentes aduncos. Noctibus ſegetes depaſcit, ad quas quaſi retrogradus pergit. Libentius autem præ cæteris partibus corporis in pedibus vulnera recipit. In Nilo habitat, & in partibus Indiæ præcipuè

Zedroſus. reperitur, ex eius cute tornantur haſtę. *Zedroſi* beluæ marinæ ſunt Arabiam incolentes, quarum oſſa adeo magna ſunt, vt fores in domibus & palatiis, tignaque & alia ſtructurę neceſſaria, de illis commodè ſecentur,

Zidrach. 40. namque cubitorum longitudinis reperiuntur. *Zidrach* eſt monſtrũ forma mirabile, quod prętendit malitiam in ſua figuratione, ſed innocuum reperitur. Ca-

put habet vt equi, ſed forma minori, corpus autē draconi ex omni parte ſimillimum eſt, totumque diuerſimode coloratum. Caudam habet longàm, ſecundum quantitatem corporis ſui gracilem & tortuoſam vt anguis, pinnaſque ſicut piſcis.

Ziphius. *Ziphius* eſt marina belua valde formidabilis, & omnium animalium generi valde diſſimilis, formaque ſingularis. Huius nanque caput ſi videris monſtruoſum eſt omnino; ſi oris abyſſum, fugies velut imaginem mortis; ſi oculos, horrebis; ſi reliquum corpus nihil in rebus ſimile te vidiſſe fateberis.

Zitiron. *Zitiron* monſtrum eſt, quod vulgus militem maris vocat, & eſt ingēs atque fortiſſimū. In anteriori parte, quaſi formam armati militis præfert, & caput quaſi caſſide galeatum ex cute rugoſa, & dura ac firma nimis. Ab eius collo dependet ſcutum longum & latum ac magnum, & interius cauum, vt in eo poſſit contra ictus, pugnantium more defendi. Eſt enim forma triangulare, firmitate, duritiaque tam validum, vt vix vnquam poſſit iaculo penetrari. De collo eius, & de ſpondilibus, venæ quædam ac nerui fortiſſimi protenduntur in humerum, quibus prædictum ſcutum pendet in ſcapula, &c. Brachia quoque nimis fortiſſima habet, & quaſi manum biſulcam, cum qua validiſſime percutit; vnde fit vt difficulter nimis ab homine capi poſſit, & ſi captus fuerit, difficulter etiam necari, niſi cū malleis poterit.

De Auibus in generali.

CAP. CXLV.

Proprietates auium. SEquitur de auibus. Aues indigent multo viſu, propter regimen vitæ ſuæ, & quæ claudūt oculos, non claudunt eos niſi per inferiorem palpebram, propter duritiam corij cōtinentis caput. Sylueſtres minus humidæ ſunt domeſticis, & teneriorem habent carnem, digeſtionique faciliorem. In locis ſpinoſis nidificant, nidoſque rotundos, & exterius aſperos, interius molles faciunt. Amiſſis pullis dolent, & tamen eiſdem locis reædificant, percuſſæ in altum ſe eleuant, & quando de terra ſurgunt, verſus ventum ſe erigunt, & caudis ſuis ſe regunt, aeremque pennis volando prorumpunt.

Aues ſunt in multiplici differentia. *In auibus* eſt multiplex differentia, nam quędam earum gregales ſunt, quædam ſoliuagæ, quędam ſemetipſas regunt, quædam ſine moderamine degunt, vt Grues. Magna quoque eſt illis differentia vocum, & etiā morum, Laſciuus eſt Gallus, diligens pauo, libidinoſa colūba, doloſa perdix atque zelotipa, Gallina domeſtica. Omnis auis in volādo velox debilium pedum eſt, vt hirundo, & ſimilia. Multæque ad volatum debiles, horrentes hyemem, ad conualles in locis calidis fugiunt, ſed ante receſſum ſuum ſe præmuniunt, vt multū comedant, & impinguentur, ac per hoc melius hyeme pati famis inopiam poſſint. Iacent enim plerę-

Multa aues iacēt in hyeme in cauernis conglobata ſemineces & in vere prodeunt. que per totam hyemem in ſpeluncis & cauernis vallium calidis, quaſi ſemineces inuicē conglobatæ, viuuntque ſine cibo multo tempore, conferente ad calorem multitudine. Poſt hyemem autem veniunt ſucceſſiuè, ſecundum debilitatem ſuam.

Omnes aues collum habentes longum, bibunt & eleuant caput, quouſque in ventrem aqua deſcendat: omnes autem aues tractum faciunt in bibendo præter Gallum & hirundinem, & aues quæ in aqua manent. Aues vncos habentes vngues, non bibunt aquam, quia carnes comedunt, quæ ſunt humidæ magis, quam aliarum auium cibi. Huiuſmodi etiam aues habent ſubtile corpus, & alas magnas, propter volatum, coxaſque ac pectus fortius cæteris volatilibus; viuūt autem carne. Cæteræ vero cibantur fructibus, & vermibus, atque reptilibus. Omnes aues prædatrices venantur quædam alterius generis quàm de ſua ſpecie, & in hoc à piſcibus differunt: ſolus niſus expers eſt pietatis huius. Omnia volatilia digitos habent, quædam continuos, vt anſer; quædam diſtinctos, vt bubo, vel pica.

Omnia volatilia habēt digitos. Omnes aues in aquis natātes, pellem in digitis pedum habentes, gregatim ambulant. aues vncorum vnguium, boni volatus ſunt; habens autem vngulam in crure, ſicut gallus, parui debiliſque volatus. Omnis auis habens crura longa, longum etiam habet collum, quæ autem habet crura breuia, breue collum habet; exceptis his quæ coriū habent inter digitos, vt auca.

Maſculi auium plus fœminis viuunt. *Aues* aquas claras viuas & currentes diligunt, ſuper cadauer fętidū non cadunt, niſi ſaporē habeat bonum tunc.n. fœtorem non euitant. Vniuerſaliter auium maſculi plus fœminis viuunt, quia fœminæ ſæpius per fœturam auium debilitantur ad mortem. Omnis auis quæ vno anni tempore coit, & oua gignit, paruiſſimos habet teſticulos, niſi tempore coitus; tunc enim vltra modum creſcunt. Ociſſimè pariunt aues quæ plurimos gignunt pullos; quanto vero maius eſt animal,

Omnes aues naſcuntur in pedes, cætera vero animātia in caput. tanto diutius in vtero formatur. Omnes aues calore materni corporis animantur, & omnes in pedes naſcuntur; econtra vero animalia cætera in caput. Omnes auium pulli dum parui ſunt, ventres & vmbilicos habent longos, ſecundum quod in ouo diſpoſitę iacebāt, nec in tecta concluſi, cibos egerere poterant. Cum autem creuerint abbreuiantur. Idem dum adhuc parui ſunt, caput eleuatum ſurſum tenent, quia temporibus indiſcretis ad cibum ſuſpenſi, matrem adeſſe ſuſpicantur; adulti vero caput ad ima diſponunt, quaſi iam in terra cibum per ſe quæſituri.

De Accipitre, & Achante, & Aëriophilon.

CAP. CXLVI.

Accipiter. ACcipiter eſt auis nobilis Herodio minor, ſed multo tardior, ad cuſtodiam tamen ſui cautior, nam in volatu moderatior eſt, & mire diſpoſita. Auem cum cœperit, ſtatim in latere roſtro forat, vt corde tā-

Accipiter domeſticus leporem capit. tummodo ſatietur; vnde & dominus eius, ſolo auis corde victorem remunerat, cæteraque in vſus ſuos reſeruat. Hæc auis pullos ſuos de nido eijcit, & ad prędam compellit; nec mirum ſi rapere aſſueta, nutrire faſtidit. Accipiter domeſticus leporem capit, nam ſiniſtro pede infixo terræ, ne lepus qui fortior eſt viribus euadat, dextro currentem apprehendit, & eius primo caput inuadit, eique viſū vnguibus demit: Accipitris pennæ violenter euulſę non de facili recreſcunt, propter ſiccitatem, atque pororum raritatem, vnde accidit ei frequenter conſtipatio, nec cibum digerere poteſt. Ideo dantur ei plumæ in cibi purgationem, vt leuior ſit ad volatum. Pennæ vero quę naturaliter ei cadunt, de facili recreſcunt, quia locus maturus eſt, & humore magis abundans: Accipiter in oleo roſaceo decoctus, membrorum vitiis efficaciſſime medetur, vt dicit Plinius.

Achantis. *Achantis* eſt auis parua, ſed fœcunda, nam duodenos ſimul pullos facit. herbarū pabulo reficitur, & ob hoc odioſos habet equos, quos vbi paſcenti ſibi ſuperuenire viderit, & herbas diripere, fugit, & vindicat ſe vltione-

Aeriophilon. que poteſt eorū hinnitus propriis vocibus imitās, ac deridens. *Aeriophilon* quaſi amatrix aēris dicta, vulgariter Antaelyon appellatur. Et eſt auis nobliſſima, paulò maior Aquila, volatu potens, & alis velociſſima. Pennas habet ſubrufas, caudamque longam, vngues ac roſtrum & crura maxima; aeris ſerena inhabitat, in tantum vt vix vnquam aut parum in terra reſideat aut quieſcat; ſuper nubes quoque frequentius eleuatur, ita quod videri non poteſt ab homine, cibumque capit in aere, & hoc prædantium auium more; cui ſi ſe auis obuiam in aere tulerit, mox ab eo corripitur, & de ſupremo aere in terram deiicitur, nec ab homine videri poteſt, quis eam occiſam ab aere deiecerit. Hęc auis

Hæc auis nō niſi dum in pullo eſt capitur & domeſticatur. dum adhuc in pullo eſt, & necdū ſe cognoſcit, ab hominib⁹ capitur, domeſticatur, & ad capturā inſtruitur, ſicque natura eius ab alienatione ſyluatica mutatur, vt aliam ſuam cōditionē non putet, niſi cū hominibus, & in domibus habitare, vbi nutrita eſt. vnde fit vt contra conſuetudinem aliarum auium nobilium, abſque

ligamentis in perticis & in domibus maneat: Hęc auis capreolos & hinnulos capit, vnguium laniatione oculis in beſtia primum excuſſis, ſicque terebrato cerebro vſque ad vitæ extinctionem graſſatur. Socialiter autem duo & duo volant, captamque prædam diuidunt.

De Agochile, & Alauda, & Alcione, & Anate, & Anſere.

CAP. CXLVII.

Agochile. AGochile Arabicè dicitur, Latinè Caprimulga, eſt enim auis orientis magna, quæ duo vel tria facit oua, capras lacte irriguas petit, earumque mammis ſe ſupponens, roſtro lato, quod ad hæc creatum habet, lac ex eis velut capreolus fugit, ſed extunc in eis lac adnihilatur, earumque mammillæ deſiccantur. Dicit etiam Plinius, quod ex eadem ſuctione, caprę viſum perdunt.

Alauda. *Alauda* eſt auis à laude dicta, quia mira iucunditate pennis exertis in aere vocis modulamine lætioris temporis aure congaudet, nam obnubilato vel pluuioſo cælo, vix aut nunquã canit. Diem in aurora venientem, vocis iubilo prodit, ſedens in terra vix vnquã cantat, ſed in aſcendendo canit, paulatim quidẽ aſcendit, ſed inſtar lapidis ſubito deſcendit. In deſcendendo autem alas corpori coniungit, & leui motu cauda ſe regit. Accipitrem adeo timet, vt cum ab illo impetitur, in terram depreſſa ſinus hominum inuolet, vel eius manu capiendam ſe præbet, conſcia ſatis miſereri ſibi potius hominem, quàm Accipitrem.

Alcio. *Alcio* eſt auis minutiſſima in mari habitans, & fœtus faciens. Aues quidem domeſticæ, vt gallina & columba, in diſcretis temporibus fœtus faciunt, quoniã ab hyemis intemperie tutæ ſunt; hæc autem ſola inter aues ſylueſtres hyemali tempore fœtificat: huius nidus ferro nequit incidi, ſed ictu valido frangi: nec vnde confingatur poteſt inueniri.

Fœtus facit in hyeme, & nidum ex materia ignota, quæ ferro incidi non poteſt.

Anas. *Anas* eſt auis aliquantulum Gallo maior; mas, caput & collum viridis coloris habet, roſtrum vero latum & alas albo viridi nigroque diſtinctas. Torquem habet album circa collum, pedes rufos & latos, quibus in aquis ſubremigat; nam aquis fluminum gaudet, difficile ſine his viuere valet, maximè cum eam cibi ſicci citius ingurgitant. Mares aliquando cum plures ſimul fuerint, tanta libidinis inſania feruntur, vt fœminam ſolam coeundo viciſſim ac certatim occidant. Horum pulli mox vt ouum exeunt, tanta agilitate vigent, vt etiam ſi matrem mori vel alienari contigerit, ſine nutrice viuant.

Anſer. *Anſer* vel Auca eſt auis Aquilinæ magnitudinis: huius generis illæ quæ indomitæ ſunt & propriæ libertatis, glauci coloris ſunt, & aeris alta petunt; volant vt Grues ordine literato, & ſecundum flatus ventorum volatus ſuos dirigunt: Aquilone flãte petunt Auſtrum ſatis conſciæ frigidiora tempora imminere, vix à volatu ceſſant, niſi commanducantes interim depaſcant; adeo namque delectabilis eſt eis volatus, vt raro dormiant: at contra domeſticis Aucis, volatus eſt grauis, paſcere officioſiſſimum, quieſcere ac dormire præcipuum, horas noctis & fures clangore produnt. Vere coeunt, aut ſi bruma, poſt ſolſtitium. Si quis ſubripiat eis oua, pariunt donec rumpantur; aliena vero non excludunt. In cubando vtiliſſimũ eſt 9. aut 11. ſubijcere: aliquando etiam ſine coitu ouant, ſed oua ſine pullis ſunt. Pro pullis defendendis ſibilant, contra pluuiam frequentius ſe balneant, carnes ad digerendum duras habent. Quando impinguationis cauſæ recluſæ ſunt, ſi vna ſola fruſtrata ſocietate relinquatur, præ triſtitia ſolitudinis vix ylterius impinguatur. Eſt in alpium montibus anſerum genus, inter aues maximum, præter ſtrutionem; ſed adeo ponderoſum, vt manu capiatur immobile ſuper terram. Anates & Anſeres, cæteræque aues aquaticæ, herba ſe purgant ſideritide.

Si quis anſeri oua ſurripiat, pariet donec rumpatur.

Vna anſer ſine ſocijs recluſa præ triſtitia vix impinguabitur.

De Aquila.

CAP. CXLVIII.

Aquila. AQuila eſt auis magna & nobiliſſima, vtpote auium regina; quæ cum ſenecta grauatur, ſuper omnes nubes in ſublime volat, & ex calore ſolis oculorum eius caligo conſumitur, & mox impetu cum ipſo caloris æſtu deſcendens, aquis frigidiſſimis tertio immergitur: Indeque reſurgens, ſtatim nidum petit, & inter pullos iam robuſtos ad prædam, inæqualitate frigoris & caloris, quaſi quadam febre correpta, ſudore plumas exuit, foueturque à pullis ſuis & paſcitur, donec plumas pennaſque recuperans, innouetur. Alas habet rectas & extenſas, ſed in ſummitate recuruas, dextrum pedem ſiniſtro maiorem, libenter ad ſolem conuerſa ſedet, ſedenſque ſuos vngues ſemper reſpicit, ne recurui facti ſint. Super lapidem quoque non diu ſedet, ne acies eorum retundantur.

Modus quo inuenius Aquila venenatur.

His pugna cum Ceruis eſt, penniſque verberant eos donec retrogrados in rupes præcipitant. Econtra cerui multum puluerem congeſtum, earum oculis incutiunt. Acrior etiam illis cum Dracone pugna eſt; at vbi Draco inualuerit, alas Aquilæ quandoque multiplici nexu ligat. Hæc auium ſola ſublimatur, omnes aues nobiles ea viſa pertimeſcunt, illaque die audaciã perdunt, nec ad prædam de facili volare poſſunt. De ſolo Girfalco dicitur, quod aquilam capit; & in hoc eius audacia culpatur, tanquam maieſtatis rea, quod reginam auium lędit. Aquila rapinam captam non protinus fert, ſed primo deponit, expertaque pondus ſecundum vires ſuas, abit: prædam quidem cæteris auibus partitur; eas itidemque ſecum comedere patitur, ſeo ſi cibus in medio poſitus ei non ſufficit, vnam ex conueſcentibus auibus rapit & comedit. Cornix Aquilam inſequitur quandoque, ſed cum Aquila diu diſſimulauerit, eam tandem vnguibus apprehendit.

Aquila pugnat cum cerno & dracone.

In altißimis arboribus aut rupibus nidificat, vbi mala beſtia non accedat, pulloſque cautè cuſtodiens non relinquit, donec ſemetipſos protegere ſciant ac valeãt. Itaque contra Draconem vel hominem, vel aliud animal, ſi eos turbare vel rapere voluerit, mira animoſitate pugnat, ſeq; mortis periculo pro eis exponit. Quos etiam in humeris ſuſtollit, vt eos prouocet ad volatũ. Fertur etiam quiddam habere præſcium, vt quantumcunque longe ſit à pullis, aduenire ſentiat aduerſarios eorum, docet etiam eos lambere ſanguinem. Lapidem ethitem habet in nido, qui velut prægnans fœtum, habet intus lapidem minutum ſonantem. Et hunc contra calorem nimium quem habet Aquila naturaliter, habet in nido, ne ſcilicet depereant oua decocta calore nimio. Huic enim lapidi calor ignis nocere nequit.

Crudelis Aquila pietas.

Prouocat pullos ad volãdum.

Dicunt etiam alij Philoſophi, quod duos lapides pretioſos nomine Indes in ſuo nido collocat, ſine quibus parere non poteſt Aquila. Multis diebus ieiunat, adultos pullos perſequitur, longè fugans, æmulos ſcilicet rapinæ, captoque lepore vel vulpe, minutatim ei corium detrahit, & oua ſua in illo villo inuoluit, ac ſub calore ſolis ponit, ibique relinquens ea non cubat, ſed quouſque naturali maturitate frangantur expectat. In egreſſu vero pullorum redit, & tunc eos vſque ad robur perfectum nutrit.

Aquila non cubat oua, ſed ſub calore ſolis collocat.

De Ardea, Arpia, & Aſalon, & auibus paradiſi.

CAP. CXLIX.

Ardea. ARdea dicitur, quaſi ardua, propter arduos volatus. Hæc licet in aquis cibum ſuum quærat, in ſyluis tamen & altis arboribus nidum ſuum collocat. Fertu autem quod pullos ſuos miro rigore nititur defendere. Accipiter eis infeſtus eſt, ſed Ardea huic anum opponit, & ſtercus eijcit, ad cuius tactum accipitris pennæ computreſcunt. Vnicum habent ſicut Cico-

nia inteſtinum: plurimæ earum colorem habent cinereum, quædam vero album. Eſt quoddam earum genus quarum mares anguntur in coitu cum magna vociferatione, funduntque ſanguinem ex oculis præ dolore; nec minus ægre pariunt grauidæ. Eſt etiam quoddam ardeæ genus diſtans à cæteris tantum roſtri magnitudine, quod quidē ſemiſſem cubitū habet in anteriori parte, & plus quā tres digitos in latitudine; & ad hoc ſolum creatum videtur, vt ex eo ſibi vitam commodius quærat. Hæc auis piſcibus viuit, quos omni fruſtrato conamine, roſtro corripit ac deglutit, Eſt & earum genus (vt dicit Plinius) quod non niſi vnum oculum habet vnde videre poſſit, & inde fit vt ab aucupe citius capi poſſit.

Harpia vel Harpa. *Arpia* eſt auis in ſolitudine iuxta mare Ionicum, fame rabida, fere ſemper inſatiabilis, vngues habet adūcos, & ad rapiendum ac diſcerpendum ſemper paratos; faciem tamen habet hominis, ſed in ſe nihil humanæ virtutis, nam ſupra modum humanum ferocitate graſſatur. Primum hominem quem in deſerto viderit, occidere fertur; & inde cum fortuitu aquas inuenerit, faciemque ſuā in eis contemplata fuerit, mox ſui ſimilem hominem occidiſſe ſe perſpiciens, immodicè triſtatur, & hoc aliquando vſque ad mortē, plangitque occiſum omni tempore vitæ ſuę. Hæc auis licet careat ratione, aliquādo tamen domeſticata & docta, loquitur humana voce.

Hæc auis habet faciem hominis, & docta loquitur humana voce.

Aſalon. *Aſalon* eſt auis parua, quæ corui frangit oua. Huius pulli à vulpibus infeſtantur; ipſa vero vulpis catulos vellit, ipſamque vulpem. Quod vbi coruus viderit, auxiliatur vulpi, quaſi contra communem hoſtem. hęc auis in ſpinis viuit, & ob hoc aſinos odit, flores ac folia ſpinarum deuorantes.

Aues paradiſi. *Aues Paradiſi* vulgariter appellantur ſic, non quia de Paradiſo ſint, ſed ob inſignem pulchritudinem. Tanti namque ſunt decoris & gloriæ, vt nullus eis color credatur deeſſe. Magnitudo earū eſt vt anſerum. Vox ita dulcis & pia, vt excitare poſſit in homine deuotionē & gaudium. Si vero capta fuerit & illaqueata, gemit; nec ceſſat plāgere donec reddita fuerit libertati. Super fluuium Nili libenter habitat, & raro aliàs reperitur. *Sunt* & aliæ aues in eiſdem partibus eodem modo appellatæ, fuſci coloris & ſubrutili, minores quam monedulæ. Aues autem Paradiſi vocantur, quia neſcitur vnde veniant, aut quo vadant; non enim coitus earum videtur, ſed certis temporibus aggregatæ, terras quas inhabitant tranſiturę relinquunt, & ſic recedunt.

Sunt & aliæ aues eiuſdē nominis.

De Barliathe, & Biſtarda.

CAP CL.

Barliathes. Hæ aues gignuntur ex arboribus & creſcunt ex arboris humore & roris infuſione

BArliathes ſunt aues de ligno creſcentes, quas vulgus Berueſtas appellat. Fertur enim quod lignum de abiete marinis aquis incidens, quando ſucceſſu tēporis putreſcere cæperit, humorem ex ſe craſſum emittit; ex quo denſato formantur paruæ ſpecies ad magnitudinem Alaudarum. Primum quidem nudæ ſunt, deinde maturantes plumeſcunt, ac roſtris ad lignum pendentes per mare fluitant vſque ad maturitatem, donec ſe commouentes obrumpant, ſicque creſcunt & roborantur vſque ad debitam formam. Harum multas & ipſi vidimus, viroſque fide dignos, qui eas adhuc in ligno pendentes ſe vidiſſe teſtati ſunt. Anſeribus minores ſunt, colorem habent cinereum ac nigrum, pedes vt anates, ſed nigros. De his autem Iacobus Aconenſis loquens dicit, quod arbores ſunt ſuper ripas maris, de quibus hæ procreantur, roſtris infixis arboribus dependentes: tempore verò maturitatis ex arboribus decidūt, ac per incremēta proficiētes, ſicut aues cęterę volare incipiūt: verūtamen niſi decidentes cito aquas inuenerint, viuere non poſſunt, quoniam in aquis eſt nutrimentum earum, & vita. *Notandum* autem quòd non in ramorum ſummitatibus, ſed in arborum corticibus ac ſtipitibus pendent; creſcunt autem arboris humore, & roris infuſione, donec habētes plumas ac robur, inde corticibus abrumpantur. De his itaque certum eſt quod in orbe noſtro circa Germaniam exiſtant, nec per coitum generantur: Sed nec earum coitum apud nos vllus hominum vidit. Vnde carnibus earum in quadrageſima nonnulli etiam Chriſtiani in noſtra ætate, in locis vbi auium copia eſt, vti ſolebant, ſed Innocentius Papa in Lateranenſi Concilio, hoc vltra fieri vetuit. Hæ volucres, herbis & graminibus, vt anſeres viuunt, potum vero differre, ſicca comedentes, nullatenus poſſunt.

Ante Conc. Lateranenſe prædicta aues pro piſcibus habebantur.

Biſtarda eſt auis aquilinæ magnitudinis, quæ volatu tarda, bis aut ter ſaltum in terra facit, antequam ad ęthera ſubleuetur, vnde & nomen habere dicitur. Vngues habet vt Aquila, Roſtrum aduncum; carnibus veſcitur, non tamen in volando prædam diripit, ſed ſicubi ouem, aut aliquod animal infenſum inuenerit, plures earum aggregatæ inuentum deijciunt & occidunt, ſicque carnibus eius ſatiantur. Cadaueribus etiam libentiſſime veſcitur, ſola verò pæne inter aues quę carne veſcuntur, herbam depaſcit: malis & cauda albedinem habet, reliquo corpore Aquilam imitatur. Oua ſua non in arboribus ponit, quoniam alte volare non poteſt; ſed in terra deponit, & illic ea fouet, dum ſeges in fructu eſt.

Biſtarda.

De Bonoſa, & Bubone, & Buteo, & Butorio.

CAP. CLI.

Bonoſa. BOnoſa eſt auis in Germaniæ partibus, habens carnem exterius nigram, & interius albā, delicatam propè ad perdicis ſaporem; habet autē phaſiani magnitudinem. Cumque tempus venerem incitauerit, maſculus hianti ore currit, donec ore ſpumet; tūc fœmina veniens, ore ſpumam recipit, indeque concipit, & oua parit.

Bubo. *Bubo* nomen habet à vocis ſono; lucem fugit, in eccleſijs habitat, & oleum de lampadibus bibit, mures venatur, hac quoque volucres cęterę capiuntur. Quādo vero ab illis auibus quæ in luce habitaut impugnatur, reſupina pedum vnguibus ſe defēdit. Dicit autem Plinius, quod à cauda de ouo exit, quia pondere capitis poſteriorem partem corporis fouendam matri applicat.

Buteus. *Buteus* eſt de genere accipitrum, ſed paulo nigrior, & tarda nimium; pigra quoque ad volandum, præda tamen viuit, quam tamen dolo, vel languore aliquo aut pigritia detentam, aſſequi poſſit. Hæc auis ſapore dulciſſima eſt.

Butorius. *Butorius* eſt auis, ſic dicta à ſono vocis, habet crura longa, collum extentum, roſtrum quoque longum & acutum, ſicut Ardea; colore tantum diſtans ab illa; eſt enim terræ ſimillima. habitat circa ſtagna piſcium, cibo cupida, ranas etiam comedit, & venenata. Hæc ſola veris tempore pro cantu vocem horrificam edit, nec hoc poſſe dicitur, niſi caput ſuum aquis immergat, vt intra ſe denſitas elementi, conceptam vocem inſtar cuiuſdam tonitruationis ſonoram reddat. In littore ſub ardore ſolis, in loco vbi piſces frequentare nouit, adeo quieta ſtat, vt quaſi mortua appareat; vnde fit vt incautis piſcibus minus ſuſpecta ſit. Sed collum cum longum habeat, breue recuruitate facit; vt cum piſces incautius ei, quaſi nil pręmeditātti proixmauerint, illos ad ſe colli extēſione trahat. cumque laqueo ſe nouerit irretitam, quietem ſimulat: quā cum adueniēs auceps manu ſe capere putat, illa inopinatè correptam, roſtri iaculo, quo potenter valet, lanceando vulnerat. Idem quoque dormiendo & vigilando, roſtrum longum & acutiſſimum ad defendēdum ſe ſemper erigit, & cum accipiter eum apprehendere vult, in eius roſtrum ad mortem ruit. Carnes eius cum ad ignem torrētur, mirum odorem reddunt; & ob hoc in cibos diuitum ſæpius incedunt. Huius quoque ſagina medicaminibus vtilis eſſe dicitur.

Hæc auis vocem horrendam edit.

Carnes eius cum torrētur mirum odorem reddūt.

De Caladrio, & Calendre, & Carduele, & Cariſta.

CAP. CLII.

Caladrius. *Caladrius* eſt auis alba, quæ cum ad infirmum ſanandum adducitur, omnes infirmitates eius intra ſe colligit, & in aere volans, ibi eas comburit atque diſpergit. Huius quoque pars interior femoris, caliginem aufert ab oculis. Has aues Alexander inueniſſe fertur in Perſide.

Calendris. *Calendris* eſt auis parua, propè conſimilis alaudæ, colore fuſca, plumis deſpectis, ſed mira modulatione vocis audientes lætificat, omniumque voces auium expreſſiſſime imitatur. Itaque quando capta ergaſtulo includitur, ibi quoque captiuitatis & calamitatis ſuæ oblita, vix vnam horam diei ſine cantu præterit, adeoque ſpatiari diuerſis auium cantibus gaudet, vt nec cibi ſolicita ſit.

Carduelis. *Carduelis* eſt auis parua, nigro croceoque in corpore, rubro vero in capite, colore venuſtata. Mirum autem videtur quòd hęc auicula carduorum acutis aculeis paſcitur. In hac quoque naturæ miraculum appareat, quæ talem aſtutiam ei dedit quam nec Boui, nec Aſino, magnis animalibus imperiri voluit; vt videlicet ergaſtulo clauſa, ſuppoſitam aquam, ab imo per filum, vaſculo ſuſpenſo, ad ſe cum roſtro trahat, pedeque filo interdum ſuperpoſito; cum attigerit vaſculum, ſitim potu ſedat.

Cariſta. *Cariſtæ* (vt dicit Solinus) aues ſunt, quæ impunè flammas inuoluunt, ita vt nec plumæ, nec carnes earum, flammis ignium aliquatenus cedant.

De Ciconia, & Cigno.

CAP. CLIII.

Ciconia. *Ciconia* dicitur auis pia, cui ſerpentium exitio tantus eſt honor in Theſſalia, vt capitale fuerit occidiſſe Ciconiam, ſicut & hominem. Multifariè namque ſerpentibus inſidiatur, eoſque comedit, & alia venenata, nec tamen moritur. Bufonem autem non niſi in magna fame comedit, in quo naturale bufonis malum notatur, videtur autem ciconia caput habere valde rheumaticum, quia roſtro eius aqua ferè continuè diſtillat, & hoc hyeme magis. Ventriculus eius contra venenata remediũ eſt. Hæ nidos ſuos annuo reperunt, & vnũ è fœtibus ſuis domino loci ſub quo fœtificant, plumatum, quaſi tributum (vt fertur) deiiciunt. Sed forte cauſa magis eſt tædium nutriendi. Abituræ autem (vt dicit Solinus) in certo loco cõgregantur, ita vt nulla ſui generis niſi captiua relinquatur. In Aſia campus eſt, vbi cõgregatæ cõmurmurant, & eam quæ nouiſſima venit dilacerant, ſicque recedunt. Nec dubium eas caſtitatis ſectatrices eſſe, fœduſque coniugij adinuicem ſeruare. *Vnde* fertur quod in eminentiori loco domus cuiuſdam, vnum ciconiarum par habitabat, cuius mare ad paſtum recedente, frequenter alius mas aduenies, fœminam adulterino coitu polluebat. At illa ſtatim eminus in fonte ſe mergebat, ſicque ſcelus adulterij per aquæ lauamentum delens, marem proprium deludebat. Huius factum dominus habitationis frequẽter aduertit, & quadam die poſt adulterium, eam à fonte ne lauaretur prohibuit. Nec mora, maſculus à paſtu rediens, in fœminam ſuam cœnum adulterij deprehendit, & ad horam diſſimulans abijt. Reuerſuſque ſecunda die, maximam ciconiarum multitudinem ſecum adduxit, quæ ſingulæ adulteram aggreſſæ, miſeram crudeli laniauerunt morte.

Ciconia. Hæ interficiunt ſerpentes & comedũt, ſemperque vnum ex fœtibus deijciunt.

Amant caſtitatem, & coitum adulterinum agnoſcunt & puniunt.

Cignus. *Cignus* plumas habet albas, ſed carnes nigras; fortitudinem ſuam habet in alis; cholericæ complexionis eſt, & ob hoc iracundus. Dentes habet in roſtro minutiſſimos, vnde cibos incidit: oneris impatiẽs eſt, nec libenter volat, ſed in ſtagnis requieſcere delectatur. Cum vno pede natat, & cum alio ſe regit veli modo: cũ

Cignus. Hæc auis eſt iracunda & cholerica cõplexionis piſcibus nutritus, eis eſt innoxius. Super aquas nidificat, in pullis educandis ſolicitus: tempore coitus blandiuntur ſibi inuicem mas & fœmina, & alternatim capita ſuis collis inflectunt, velut amplexandi gratia. nec mora, vbi coierint mas conſcius læſionis in fœmina, fugit ab ea; at illa impatiens, fugientem inſequitur; ſed nequaquam rancor ille perſeuerat in longum, immo læſione ceſſante, pacificatur & animo; Ac à maſculi perſecutione ceſſans, poſt coitum, frequenti caudæ motu, & roſtri, ſe aquis immergens, purificat. Olores ſiue Cigni, quando ad alia loca pabulli gratia migraturi ſunt, congregati commeant tali ordine natandi, vt impetu roſtrato; ferantur, quo facilius aera findant, quã ſi in frõte collecti impellerẽt. A tergo quidem ſenſim ſe dilatant, & cuneo porrigitur agmen; colla præcedẽtibus imponunt, feſſoque duce, tergo illum recipunt. Cignus in capite percuſſus facilè moritur, qui tamen alias multas ſuſtinere poteſt læſiones. Inſtante morte, pennã in cerebro figit, & ſic dulciter canit; naturaliter enim mortẽ ſuam in cãtu lætitiæ & iubilationis præit.

Cignus inſtante morte dulciter canit.

De Columba.

CAP. CLIIII.

Columba. *Columba*, vt dicit Beda, felle caret. Dicit autem Ariſto. quod fel habet, non eo loco quo cætera animalia, ſed in inteſtino: morticino non viuit, ſed puro grano viſu recuperat 9. vicibus. In alta nidificat, vbi mala beſtia attingere non valeat. Super aquas libenter requieſcit, vt & ſitim ſedet, & vmbrã accipitris venientis in aquis proſpiciat: aliquãdo vero ſola ſedens, colores ſuos circa collum varios admirans, alarum plauſu roſtroque, plumeculas ſulcat, & in regimẽ volatus, comptioriſque cultus, pennas plumaſque diſponit: tunc Niſus ſpeculator occultus, gaudentem in huiuſmodi gloria rapit. Columbæ calidiſſimæ ſunt, vnde & lapillos propter ſtomachi temperantiam comedũt: fimum etiam ardentem nimis habent, quem & ipſæ nido eijciunt, pullos eijcere docent. Pennis eleuatis pugnant, & columbam errantem cũ viderint, ſibi aggregant. *Dicit* Iacobus, quòd transmare verſus Orientẽ columbę ſunt, quę nunciorum fungentes officio, literas dominorum ſuorum ſub alis breui ſpatio perlonge deportant. Ideoque valde neceſſariæ ſunt, maximè quando per terras inimicorum alij nuntij tranſire non audent. Certum eſt autem quod aliquæ ſunt columbæ quæ mares nõ nouerunt, aliæ vero quæ poſt habitos atque perditos, viduæ remanſerunt.

Columba quædam fũguntur officio nunciorũ in epiſtolis deportandis

Columbus. *Columbus* eſt ſpecies columbæ, quæ amiſſa corporali conſorte, ſolitaria incedit, nec coniugalem copulam vltra requirit, ſed nec viride quicquam ad veſcendum petit. Et illæ quidem quæ cælibes aut viduæ manent, cæterarum conſortium vel domum vitant, ne vexentur à maſculis eorum inquietationibus, fugiuntque, & in parietinis habitant. Imperioſos fœminæ mares & iniquos ferunt. Quippe quando ſuſpicio eſt adulterij, tunc plenum querela guttur, fœuique roſtro ictus. Mox in ſatisfactione oſculatio, & circa venerem preces, crebriſque pedum orbibus adulatio. Amor ſobolis vtrique frequenter æqualis, & incumbunt ambo viciſſim, pullos binos educant, ſemperque prius marem, & poſt triduum fœminam pariũt. Incubat fœmina poſt meridiem vſque in matutinum, cætero autem tempore mas; & 18. die pullos excludunt. Inter pullos plerumque inueniuntur & oua, dumque alij euolant, alij erumpunt; ipſi demum pulli trimeſtres fœtificant. Si mas deſit, fœmina ſalit, ouaque pariunt, ſed ex his nihil gignitur.

Columbus. Hæ aues sũt caſtiſſimæ, & amiſſa conſorte copulam amplius non requirunt.

Columba valde grauatur in ouorum partu, quod ſi parere tardauerit, à mare percutitur. Mas adultos pullos è nido deijcit, ſed prius cum eis coit. Colũbæ proprium eſt inter aues non eleuare caput quando potat, donec ei ſufficiat. huius carnes recentes, & hirundinum ſimul concerptę, iuxta Plinium, contra ſerpentes valent, Sanguis eius de ſub ala dexera acceptus, oculo

Caro & ſãguis colũbæ eſt medicinalis.

medetur

medetur impoſitus; eſt enim acutus, & habet potentiam diſſoluendi. Pulli columbarum, in autumno & vere ſaniores ſunt, quoniam his temporibus grano maximè viuunt.

De Cæteris quorum nomina incipiunt per C.

CAP. CLV.

Corvis. C *Orvix* in ſolſtitio morbo corrumpitur. Hæc nucibus libenter veſcitur. Hæ nobiliores aues quaſi hoſtes ſuos impugnant, ſed illæ frequenter cum impugnantibus multum detulerunt; tãdem impatientia victæ, lacerant importunas. *Coredulus.* *Coredulus* dicitur quaſi cor edens, carne namque præda viuens, corde maximè inhiat ſaturari.

Coruus. *Coruus* eſt auis clamoſa: nihil aliud ſonare nouit, niſi cras, cras; diuerſas tamen voces format, ſcilicet, 64. vt dicit Fulgentius. Volandq coit aliquando · Plures ſemper quam duos pullificat: grauidus fieri dicitur, ſi eum ouum coruinum edere contigerit. Ore concipere dicuntur, & parere, fœminæ quorundam coruorum oua ſolę cubant, & mares eis eſcam dant pulli eorum ſeptem diebus, abſque vlla cibi alimonia manere feruntur; Septima vero die nigreſcunt, quorum nõnullos ejciunt tædio nutriendi. fortior eſt coruus de die, Bubo de nocte, & viciſſim oua comedunt: *Eſt coruinum* genus in Oriente, quod cum aſino & tauro pugnat, eiſque fugientibus ſuper eos volat, ac ſic cum impetu eorum oculis ſe impingit, & cum potuerit, eos excæcans roſtro, dominis ſuis inutiles reddit: Itaque per conſequens occiſi decoriantur, & eorum cadauera volatilibus efferunt, ſicque ab aue improba, animalia fortia ſuperantur.

Pulli coruorum non vesciuntur cibũ à parentibus niſi poſt 7. dies.

Quidã coruus cum tauro pugnant & vincunt.

Coturnix. *Coturnix* eſt auis, quam vulgariter quiſtulam dicimus; hæ ducem habent ortigometram, quas in maris tranſitu, iam terræ; id eſt portui maris appropinquantes, Accipitres ſpeculati rapiunt; & idcirco cura eſt vniuerſis, vt externi generis ducem ſolicitent, ſcilicet cornicem, per quam prima diſcrimina caueant. Rariſſimas habent fœminas in genere auium, ſicut & pectines in genere piſcium: In hominũ vero genere pauciores naſcuntur maſculi quam fœminæ.

Huius generis væ ſunt fœminæ, quamuis inter homines plures ſint quã mares.

Crochilos in Italia Rex Auium appellatur; omnium quidem minima, ſed quanto minor; tanto velocior; adeoque animoſa, vt contra Aquilam audeat. conatus attentare homines quoque deludit, quia cum ſe propinquam quaſi manu capiendam obtulerit, caſſo hominis conatu & labore, impigra profugit. Araneis veſcitur, pullis fœcũda eſt, nam plurimos vno fœtu producit. Vno ſpecu vel antro in hyeme multi condiuntur, vt ad calorem turba conferente, calor qui paruus eſt, in tam minimis corporibus, congregatione multarum augmentetur. *Crochilos.*

Cuculus. *Cuculus* eſt auis improba, quę vocem in cantandum non mutat, ſed ſemper eam replicat, auis pigerrima eſt, loco inſtabilis; turturis vero colorem habet, hyeme plumis ſpoliari dicitur. Intratque terrę latibulum, vel concauitates arborum. Illic æſtate congerit, quo hyeme viuit. Oua ſua in nido minoris auiculæ ponit, & de ouis illius totidem demit; ne dum illa numero ſuperflua inuenerit, aliena repudiet. itaque cuculus ab aliena matre, cum pullis eius fotus & educatus, dum adhuc in nido inualidus ſedet, quadam tamen auiditate naturali, cæteris pullis cibos præripit, & hac ſatietate præ cæteris pingueſcit, atque nitidior fit. In cuius elegantiam nutrix conuerſa, gaudet de eius forma, miraturque ſeipſam quòd talem peperit, adeo deſipiens, vt magnitudine fœtum, à pullis minoribus non diſcernat, ſed omnes pullos ſuos in eius comparatione damnat. at vbi eum eduxerit, & ad robur euolandi nutrierit, ipſe verſa vice in nutricem inſurgit, & inſequendo perimit.

Hæc auis ab aliena matre fouetur & educatur, cui male repẽdit vices.

De Falcone, & Speciebus eius.

CAP. CLVI.

Falco. F *Alco* eſt auis nobiliſſima, volatu impetuoſiſſima, & in cuſtodia ſui minus cauta. Ideoque cum ad prædam dirigendus eſt, à domino ſuo retardatur, nec auis ei capienda oſtenditur, niſi prius aliquantulum elongetur, vt prędam cum impetu moderato ſubſequatur. In ardęę captura duo falcones pariter relaxantur, quorum vnus ſumma petit, alius iuxta terram in imo volat, vt videlicet ille volantem ardeam impulſu præcipitet, iſte vero præcipitatam accipiat. Falconum genera duo ſunt. Vnum nobile, quod autem miſu paruo naturaliter capit; aliud ignobile & vile, quod non niſi multo labore & macerationc aſſuefactum, hoc facit hoc vltimum genus, cum ardeam ad terram impulerit, iamque in promptu eſt vt eam capiat, Ardea anguillam, vel alium piſcem quem recentius voraverat, euomit; & tunc Falco liberam eam euolare permittens, ac munus fętidum ſibi oblatum prętereas & gaudens, ocius apprehendit: non ſic autem Falco nobilis, ſed eiectum munus vilipendens, auem doloſam ſeuerius punit. Habet autem falco os acutum ac durum in pectore, quod ei natura prouidens indidit, ad impulſionem prædæ.

Falconũ duo ſunt genera.

Scripſerunt Aquila, Symmachus & Theodoſion epiſtolam Ptolomeo regi Ægypti, in qua tractauerunt de auibus nobilibus, & earum medicinis; de qua tantum hic pauca breuiter ad præſens commemorare ſufficiat. Falconum genera ſunt octo. *Primum* eſt quod lanarium dicitur, & in duo genera ſubdiuitur, quorum vnum habet caput & roſtrum craſſa, pedes vt Aquila, quod cum graui labore habilitatur ad aucupandum habilitatum tamen, ſecundo & tertio anno egregium eſt in volatu: Alterum vero ſtaturæ minoris eſt, & vile reputatur. *Secundum* peregrinum. *Tertium* montanum, de cuius conſuetudine eſt, quòd frequenter reſpicit pedes. *Quartum* pedibus & cruribus cęruleum: hoc primo & ſecundo anno nobile, quinto anno viliſſimum. *Quintum* genus gracile & longum eſt in diſpoſitione, exertiſſimum in volatu. *Sextum* ſ. peranicum dicitur, quòd fere habet ſimilitudinem Aquilæ, excepto eo quòd in pedibus & alis & oculis, guttco aſſimilatur Falconi. *Septimum* genus Britannicũ eſt, quod omnium auium aucupantium obtinet principatum; vt nec vlla auium coram eo aucupari, vel etiam volitare audeat, ipſa deſuper volitante. Hoc genus habet crura nodoſa, pedes craſſos, vngues crudeles, aſpectum flammeum, oculos terribiles, caput & pectus craſſa, iuga alarum magna: facillime habilitatur ad volatum, multumque ac diu volare poteſt, delicatiſſime paſci vult, & tantum fere quantum Aquila comedit. hoc genus eſſe credimus, quod ſuperius Aëriophilon diximus. *Octauum* genus eſt quod Herodius, aut vulgariter Girfalcus appellatur, de quo inferius dicetur. Hoc genus præcedente communius eſt, & carius habetur propter moderantiam cibi ac vitæ.

Falconum octo genera.

Falcones Britannici ſunt omnium optimi.

De Speciebus Accipitris.

CAP. CLVII.

A Ccipitrum quoque quatuor ſunt genera. *Primum* eſt corpore magnum, domabile multum, oculis varijs perlucidis, hylari vultu, craſſo pede, longis vnguibus, delicioſe comedens. Omnes aues inuadit, nullamque timet; huius natura ſuperius deſcripta eſt titulo de Accipitre. *Secũdũ* genus eſt priore minus, quod alienũ dicere poſſumus, alas habẽs craſſas, ſecũdum quãtitatem ſui corporis, pedes breues, & vngues craſſos, oculos magnos & obſcuros, non cito mãſueſcit, & ideo pluribus odioſum eſt: anno 1. domationis parũ valet, ſecundo plus, tertia mutatione, aucupat ſatis bene.

Quatuor ſũt genera accipitrum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tis bene. *Tertium* genus est Nisus, paruus quidem aliorum respectu, sed tamen velox, cito mansuescit, & delicatè nutriri vult, & leuiter aucupat. *Quartum* genus est frogellus, quem muscetũ dicimus, multo quidem minor, sed colore consimilis, sicut Nisus accipitri consimilis est in dispositione habitus, & colore. Hæc auis cito mansuescit, & delicatè nutriri vult, ac leuiter aucupat velox ad volatum: Mutatione secunda vel tertia optimus fit.

Modus tractandi accipitrem.

Accipiter syluester multum ieiunare permittitur, & sic mansuescit. Qui vult accipitrem habere pinguem, det ei de carne bouis, vel porci, & hoc masculi: qui macilentum, det ei gallinas iuuenes aqua madefactas: qui tẽperatum, gallinas veteres, qui expeditũ in aucupando, faciat ei bonam vesicã gutturis, & includat eum in tenebris, cum lumine tamen modico, & aucupet diebus alternis. De sanguine quoque volucrum teneratum, multas vires & audaciam sumit, aues etiam aucupandi affectum. Super lignum salicis aut abietis sedeat, eique balneum aquæ frigidæ detur, nec multum alas eius contingas, nisi pendeant è diuerso. Si vis vt accipiter leporem vel cuniculum capiat, hoc eum in iuuentute doce, & liga gyros in cruribus eius prope pedes, interiecto spatio vnius palmę, sicque capit sine lęsione. Hæc de accipitribus. *Porro* Tertiolus aucupantium volucrum minima, sed pro sexu in natura sua ad aucupandum promptissima; falconum generibus adiungitur. Hæc in epistola prædicta, de nobilibus auibus, & alia multa de medicinis earum leguntur.

De Fasiano, & Fatatore, & Fœnice, & Fulica.

CAP. CLVIII.

Fasianus.

FAsianus est gallus syluaticus, auis pulchra valde, pennis choruscis instar ignis, cæruleis interdum ac viridibus rubeisque pennis interscribitur nitor; aures geminas habere videtur in capite, plumis extantibus, quas surrigit quando vult, atque submittit. Cristis autem in capite caret, & spiculis in cruribus; his tamen armis frustratus, animosus & audax est. Quod sciens auceps scutum ex panno lineo albo facit, in cuius medio panniculũ rubeum ponit, quem sc. ruborẽ in albo, gallus attentius contemplatur, insolitumque miratur: tunc auceps hærentem visu cernens, in dorsum retrocedere cogit scuti conamine, donec in retia eminùs parata captiuum deijciat. Hæc auis in aura pluuiosa tristatur, & tunc rubis ac syluis latet. Circa vesperam vel auroram egreditur de sylua, & tunc de facili venatur. Rostrum in terra figens abscondit, & sic absconditum se tutum credit: pennas pro pinguedine mutat, iterumque sese renouat. Carnes habet subtiliores ac leuiores cæteris auibus syluaticis, ex ceptis perdicũ pullis.

Modus quo capitur.

Fatator.

Fatator est auis in Oriente, quæ fœtuum procreandorum naturaliter cupida, tempus veris anticipat, quo scilicet aues cæteræ solent initiare conceptus. Vnde fit, vt oua quæ tunc facit, frigore corrumpantur, nec fœtuum habeant effectum; sed iterum sequenti tempore calido ponunt, & tunc pullos faciunt, quod est contra omnes ferè agrestes aues, quę semel in anno ouant atque pullificant.

Phœnix. Hæc auis vixit 340. annis, & postea suctensa, ex eius cineribus procreatur vermis qui in auem euadit.

Fœnix est auis in orbe sine pare; per annos 340. sola degens, caput habens oneratum vt pauo, caudamque cærulei coloris, in qua roseæ pennæ interscribũtur varietate mirifica. Cumque ætatis prouida grauescere cœperit, in altissimis Orientis partibus, in arbore pulcherrima, super amœnissimum montem posita, altare quasi nidum instruit, ex thure & myrrha & cinnamomo, ac cæteris aromatibus: tunc feruidos solis orbes alarum agitatione in se concitans, super struem ruit, ipsaque pariter accensa, vermis ex eius cinere procreatur, qui in auem pristinã reformatur. Hanc auem dicit Isidorus Heliopolim vrbem Aegypti mense Aprilis ingressam fuisse, oneratis alis diuersis aromatibus, & A struem sarmentorum ascendisse, qui coniectus fuerat in sacrificium à sacerdote, ibique seipsam inter illa aromata combussisse prima die: sequenti veniens sacerdos, ligna quæ posuerat super aram combusta reperit, & scrutans cinerem, vermiculum odore suauissimo fragrantem inuenit, qui secunda die in auem formatus apparuit, quę tertio die in statu suo perfectissima, sacerdoti valefaciens euolauit.

Fulica (vt dicit Ambrosius) pullos Aquilæ nido deiectos, reuerenda clementia cum pullis suis pascit ac nutrit, hominibus rationalibus exemplum prębens, quanta debeant erga peregrinos & pauperes ac tribulatos pietate moueri. Hæc auis in vno semper loco quieta manet, & escam suam circa se colligit. *Fulica.*

De Gallo.

CAP. CLIX.

Gallus.

GAllus est auis faucibus & capite cristata, spiculis aduersis in cruribus armata; habent & quinque spicula Gallinæ, sed hoc errore potius quàm operæ naturæ: Gallus nocte profũda cãtat validus, & matutino leuis. Cantus eius cum vento fertur, & antequam æstimari possit longius auditur; itaque cantu suo equos mitigat, camelos instigat, phantastica quoque propellere dicitur. Caudam sustollit, & ad modum semicirculi reflectit; cum pennas circa collum erigit, excutiens se audaciorem reddit. Dormiturus in altum scandit, ac super vnum pedem requiescit. Album gallum Leo timet; forma eius ecclesiarum turribus insidet, & rostrum contra ventum conuerrit. Plures herbæ quæ Gallum reficiunt, animalia cætera occidunt. Si in vno procinctu atrij plures Galli fuerint, vnus deuictis cæteris dominatur, & superbus graditur, finisque duello sæpe commorientibus est.

Cur gallus sit leonibus terrori.

Gallus idcirco Leonibus est terrori, quia basilisco assimilatur (vt quidam dicunt); vel potius vt credimus, naturaliter insitus est eis timor Galli. Gallinis mortuis Gallus merore cõfectus abstinet à cantu præ dolore. *Idem* in ętate decrepita facit ouum ex se, vnde basiliscus procreatur, sed in generatione hac oportet vt multa concurrant. In fimo nanque calido & multo ponit ouum, ibique fouetur vice patris, & post multum temporis exit pullus, & inualescit, sicut solent anatum pulli. Habet autem caudam vt coluber, residuum vero corporis vt Gallus. Dicunt autem hi qui creationem eius se vidisse ętestantur, quòd nulla est oui testa, sed validissima pellis, in tantum vt resistere possit ictibus valissimis. Opinio quoque quorundam est, quòd ouum illud Galli, coluber aut bufo fouet, sed hoc incertum est. Hoc tãtum in antiquorum scriptis habemus, quòd basilisci quoddam genus ex ouo galli decrepiti generatur. *Ex ouo gallis fit basiliscus*

Gallinaceus Gallus testiculis viduatus dicitur, qui capo vulgariter appellatur. Fertur autem citius impinguari, quia à libidine arcetur. Cum gallinis quidem impinguatur, sed nequaquam eas impręgnando fœcũdat; cũ eis pascitur, sed non eas defendit, non cantat, nec horas diei vel noctis discernit. Igitur ad nihil vtilis est, nisi ad coquinam: Vnde satis eleganter quidam nuper ad clerum in synodo loquens, ait.: *Transferetur*, inquit, *sobna scriba, sicut gallus gallinaceus, Sed nusquam vtique nisi ad coquinam diaboli. Et quare? quia non generat, neque cantat.* *Capo ad nihil vtilis est nisi ad coquinam.*

Aliquando gallus post triennium castratur, & postea quinque vel sex annis viuere finitur, & sic in eius iecore lapis electorius reperitur; quem vt ibi conceperit, nunquam postea bibit: vnde & si quis hunc lapidem in ore suo habuerit, sitim extinguit. huic aui quandoque plumæ in pectore suo extrahuntur, & vrticis adnudũ vritur, vt pullos orphanos vice matris foueat, ob calorem quem ex eis nudato corpori prestãt. *Modus efficiẽdi in gallo lapidem electorium qui sitim extinguit.*

Itaque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Itaque postquam frigoris præsidium, & vltionis medelam, in pullorum suppositione se adeptum esse cognouerit, maternum affectum concipiens, eos fouet & pascit, formatque secũdum morem gallinarum voces, vt confracta voce aduocet elongantes. Carnes galli crassiores sunt ad dirigendum, & minoris humiditatis, quàm gallinæ, vel gallinacij. Decrepiti tamen galli carnes teneriores sunt quàm iunioris. Gallinaceus autem habet carnes validiores omnibus volatilibus: bonum enim sanguinem generant, & optimum nutrimentum: habet quidem eius caro quiddam viscositatis, sed in coquendo dissoluitur.

Gallinaceus seu capo (vt huic authori placet) est cibus optimus.

De gallina.

CAP. CLX.

Gallina.

GAllina circa pullos suos est solertissima, frangit eis panis aut farris minutias, eosque confracta voce aduocat. Qui quandoque superbi, blandas eius alas refugiunt, & sic alitibus præda fiunt. Quotidie rapiuntur oua gallinis, nec propter hoc oua proferre desistunt; quin etiam postquam in abscondito posuerint, ea clamando raptoribus produnt. Modum autem excedentes in ouando, moriuntur cito. Oua de quibus exituri sunt masculi, gallina gerit in parte ventris dextra; ex quibus autem fœminæ, in sinistra. Fœminam proferunt illa quæ in acuminis loco rotundiora sunt, oblonga vero & in fine acuta mares pariunt, & hæc ipsa gratioris saporis sunt. Gallus gallinam aduocans pascit, & tunc eam ad labores imprægnationis & partus cogit. In ouando namque multum laborat, & tamen post partum cantat. Quærendo cibum puluerem cum pedibus vertit, & sic victum acquirit. Multæ gallinæ & pauones & anseres oua venti faciunt, id est oua sine coitu, quæ parua sunt & insipida, ac cæteris humidiora. Et si quis aliquod eorum posuerit ad fouendum, non mutabitur modus eius, sed manebit album atque citrinum: à parte latiori primo exit ouum, & post ab acuta.

Quanã oua sint masculum producturа, & quæ fœminam, quæque ad nanducandum meliora

Plinius auctor est, quod eo die quo gallina ouum ediderit, aspidis ictu non moritur, immo percussis est medicina. Quædam gallinæ gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt. Oua incubari intra decem dies edita vtilissimum est, nam vetera aut recẽtiora infœcunda sunt; subijci autem debent impari numero. Quarto vero die postquam cœperint incubari, si eorum cacuminibus contra lumen in manibus apprehensis, purus & vniusmodi color perluceat, æstimantur sterilia, & pro illis supponenda sunt alia. In aqua quoque experimentum est, nam ouum inane fluctuat iniectum aqua, subsidens vero plenum est. Subijcienda concuti experimenta vetant, quia non gignũt confusis vitalibus venis. Incubationi datur initium post nouam lunam, quia prius inchoata sæpe fallunt. Optima fotura ante vernum æquinoctium; post solstitium vero non implent iustam magnitudinem; tantoque minus, quanto peruenerint serius.

Oportet supponere oua recentia: sed quod numero impari, ad anules superstitiones attinere videtur.

Omnibus ouis inest in medio villi parua velut sanguinea gutta, quam esse auium cor existimãt, prius id gigni semper opinantes. Hęc gutta in ouis salit, ipsumque palpitat animal, & ex omni alio liquore oui non incorporatur aliquid pullo; cibus autem eius est in vitello vel luteo, omnibus intus caput toto corpore maius est, oculi compressi capite maiores. In crescente vero pullo, candor in medium vertitur, luteum circumfunditur, vigesimo die mouetur: iamque viuentis intra putamen vox auditur: ab eo itaque plumescit, ita positus vt caput super dextrum pedem habeat, & alam dextram super caput. Vitellus interim paulatim deficit, oui pars acuta caput continet, pars autem rotundior, posteriores pulli partes. In Ægypto homines oua stercore inuoluunt, & fabulo cooperiunt; ficque debito tempore sine fotura gallinæ complentur, & eis extractis testę finduntur, & pulli prodeunt. Gallina quando cubat in calida æstate, finduntur ouorum testæ per se, & exeunt pulli citius quàm in frigido tempore. Quędam semper gemellos faciunt: sed vnus eorum paruus est, & alter magnus: quandoque verò paruus à maiore compressus efficitur monstruosus.

Modus formationis pulli in ouo.

In Gallia visus est pullus gallinę cum duobus capitibus, & vno corpore; ambo cibum capiebant, & in vnum corpus traijciebant, quatuor pedes habebat, sed duo pendebant inutiles, cæteris currebat. Pulli celerius calidis diebus excluduntur, & contra omnia animalia cætera, sicut aues omnes, in pede nascuntur. Si subito tonat, sæpe fallunt, & accipitris audita voce vitiantur. Remedium est contra tonitru clauus ferreus per ouorum transuersa positus, aut terra ex aratro. Inimicissima gallinis est pituita, quę maximè est inter messis & vindemiæ tempus. Medicina vero est penna per transuersas nares inserta, & per omnes dies commota, vel cibus allium. Plinius auctor est, quod si aurum liquefeceris, & membra gallinarum admisceas, consumunt aurum, ita vt dici possit, auri venenum esse gallinas.

Impedimenta exclusionis, & remedia.

De his quorum nomina incipiunt per G.

CAP. CLXI.

Gosturdus.

GOsturdi sunt aues admodum paruę, coloris terrei, cristam paruam ex plumis habentes in capite, nec aliarum auium more volantes, sed vndosos fluctus innatantes, qui vento cogente, nunc alta, nunc ima petunt. De his vulgo fertur, quod earum oua in terra posita à Bufone fouentur, è quibus cum exierint pulli, tunc primum eos parentes curãt, eisque cibos ferunt, quoadusque volatus tentare possunt.

Glutis.

Glutis est auis Græcè nominata, quia longam exerit linguam. Hæc instante hyeme, recedentibus hirundinibus atque Ciconijs, blandiente sibi societate, auidè cum eis iter aggreditur; sed postmodum in volatu labore comperto, pœnitentia ducitur: at quoniam incomitatam reuerti piget, sequitur aues aliquas, tanto tamen tædio, tam paruisque dietis, vt eam incompleto itinere hyems anticipet. Econtra vero Citranius auis Asiæ festinantior perseuerat, & alias aues socias præit, redditque sollicitas, & excitat etiam de nocte somnolentas.

Graculus.

Graculus est auis nigra per totum corpus. Est enim de genere cornicis, licet corpore minor. Libenter in altis syluis nidificat, & hoc in tanta multitudine, vt in vna sæpius arbore septem paria gracculorum nidos cõstruant. Optimè namque aues istæ sibi inuicem compatiuntur. Est autem auis clamosa nimium, maximè à coitus tempore, quem scilicet coitum tempus excitat vernum: amoris gratia masculus fœminam cibat. Carnes pullorum eius esibiles sunt, & maximè si excorientur.

Hæc auis est nigra per totum & ideo differt à garrulo qui est multicolor.

Hanc auem nonnulli falsò opinantur eandem esse quam garrulum; sed multa est inter eas differẽtia, nam graculus (vt dictum est) vnius est coloris, garrulus autem colore distinctus ex diuersis plumis, dictus est à garriendo, de vna namque arbore in aliam garriendo transit, nec eam quisquam pertransire potest, quod non garriat. Cæterarum etiam auium voces vel modulos, non ad delectamenta lætitię, sed tantum ad garriendum dicitur imitari. Tanta plumarum varietate distinguitur, vt nullus ei cæterarum auium color deesse dicatur. Captus in iuuentute clauditur, vt articulata verba loqui doceatur. Quę etiam vbi euaserit, magis garrire gestit, & quandoque garrulitati intendens, sibi non prospicit, sed Nisus eam inopinatam rapit. Frequenter insanire dicitur, ita quod plerumque inter furcatos arborum ramos se suspendit.

Garrulus discit verba articulata proferre.

Gryps.

Gryps est auis quadrupes, capite & alis aquilæ similis, sed multo maior. In nido suo lapidem agatem ponit, nec dubium quin ad aliquod remedium. Hi equis & hominibus maximè infensi sunt, & homines armatos

tos præliando ſuperant & occidunt.

Grus. *Grues* aliquando vſque ad extrema terræ volant, vt terram complexionibus ſuis aptam inueniant, ſemperque volando ſe vento opponunt. Dicit Ariſto. quòd ad plagam ſeptẽtrionalem vltrá Aegyptum in hyeme veniunt, quibus Pygmei, homines ſcilicet cubitales occurrunt, & cum eis pugnant. Pugna gruum adeo fortis & pertinax eſt, vt manu capi poſſit. Quando nubes pluuioſas proſpiciunt, clamant & vociferantur: Ducem ſuum celeriores captare volatus ſollicitant. cum autem ſuper terram deſcenderint vt comedãt, dux earum caput in altum erigit, in cuſtodiam omnium; cæteræ vero ſecuræ depaſcunt. Cum vero dormiunt, alternis pedibus inſiſtunt. Fertur autem quòd poſt hyemen volantes à montibus Orientis, arenas aureas & aurichalcum lapidem tranſglutiunt, & poſt in partibus tranſmarinis reuomunt, vnde dixerũt qui experti ſunt, quòd lapis quem grues euomunt igne mediante tranſit in aurum. Grues habent carnes reliquis auibus grauiores, vnde occiſa grus, vno die in æſtate, duobus in hyeme ſeruari debet antequam comedatur, vt caro digeſtibilior fiat atque tenerior.

Pugnant gues cum Pygmæis.

Tranſglutiunt aurichalcum & alibi euomũt

De his quæ per, H. I. K. L.

CAP. CLXII.

Herodius, ſeu Girfalcus

Herodius, qui & gyrfale ſiue gyrfalcus appellatur, eſt auis inter omnes nobiliſſima, colore cæruleo, in maxima tamen parte corporis ad albedinem declinans, prẽterquam in pectore & alis, vbi cœleſtem colorem euidentius imitatur: adeo fortis eſt vt aquilam capiat, adeo quoque animoſus, vt cum poſt grues, vel alias quaslibet aues in aere volantes fuerit dimiſſus, ab earum perſecutione non deſiſtat, donec omnes ad terram ſucceſſiuè deijciat. Eſt autem canis ad hoc edoctus, qui herodio deſuper volante, ipſas aues deiectas capiat, & occidat. Herodius cum videt prædam, excutiens ſe animat & diſcernit an ad capiendum apta ſit. In altum quidem aſcendit, & cum impetu deſcendendo prædam deijcit; ad prædam autem volando pedes pectori coniungit, & ſic prædam ferit; quam ſi primo impetu non capit, in altum conſcendit, & præindignatione vix ad reclamatorem redit. Carnes crudas & ſeruatas non comedit, ſed recentes. Eſt enim genus gyrfalcorum quod cognominatur ſacrum, & hoc validius eſt, & habet colorem fuſcum.

Hæc auis eſt fortiſſima & ad aucupium vtiliſſima; nam etiam aquilam capit.

Ibis. *Ibis* eſt auis ſuper Nilum requieſcẽs, aquam tamen nunquam ingrediens, ſed eiecta cadauera comedens, quæ cum cibis nimijs conſtipata fuerit, roſtro de naturę ſecretis indigeſtibiles cibos detrahit. Mentiuntur plane qui dicunt Ibides eſſe ciconias, niſi forte dicant genus eſſe ciconiarum in orbe noſtro ignotum, nam Ibides dicit Plinius habere roſtrum aduncum, quod vtique de ciconijs noſtris falſum eſt, quæ roſtrum habent longum, directum, in ſummitate acutum. Hæc auis ore parit, & eius oua ſi quis comederit, moritur.

Riches. *Riches* eſt auis quæ vocibus diuerſis vociferat, & quolibet fere die vocem ſuam mutat: ſuper arbores nidificat, & ex glandibus quando maturæ ſunt, cibum congregat ſufficientem ſibi. educati vero pulli eius, & ad volatum roborati, cibant parentes ſuos in ſenectute, faciuntque eos manere in nidis abſque vllo labore.

Lucidius. *Lucidij* dicti ſunt quaſi lucem dantes, harum enim auium pennæ per obſcurum in nocte lucẽt. Vnde qui eas habent, quando volunt, præiactis luciferis pennis, harum gratia vias dirigunt. In Hircinio Germaniæ ſaltu, hæc auis habitat.

Lynachos. *Lynachos* eſt auis acuti viſus valde, quæ & pullos ſuos, antequam habeant alas completas, percutit, ac ſolẽ aſpicere cogit; & ſi cuius oculus lachrymetur, ipſum interficit, alios vero nutrit. Hęc marinis auibus cibatur, eaſque quandoque deſuper in aere leuata, natantes contemplatur; quam illæ videntes ſe ſubmergunt: at illa prope aquas deſcendit, & eas vſque ad ſuffocationem in ſubmerſione manere cogit, & tunc plumis ad ſuperficiem aquæ deductas rapit.

De his quæ primam literam habent. M.

CAP. CLXIII.

Meanta. *Meanta* eſt auis marina maior anate, cinerei coloris, habens collum & crura breuia, glaucos oculos, roſtrum ex parte croceum, & ex parte rubeum; à ſono vocis dicta eſt, ſemper enim clamat; cadauerum cupidiſſima eſt, & hoc humanorum. Itaque imminente tempeſtate maxime clamat, quaſi iam exultans, prẽda cadauerum imminente; oculum autem primo petit in cadauere.

Mergus. *Mergus* flumina ſtagnaque innata, piſces perſequitur; ſic dictus, eo quòd in aquis ſe immergat: diutius tamẽ ſub aquis morari non valet, quoniam in aere ſpiritum recuperat: quando percuti debet in aqua mergitur. Has aues beatus Martinus diuina virtute coegit aquas contra naturam ſuam deſerere, & arida loca deſertaque petere. Harum pulli ſtatim vt oua exeunt, tanto vigore poliẽt, vt ſi matrem eos perdere contigerit, virtute propria viuant.

Merillus. *Merillus* auis eſt non multo maior merula, colore quoque prope ſimilis, ſed roſtro pedibus vngũibuſque diſſimilis: prædæ cupidus eſt, ſed quia paruus & parui roboris, paruarum auium inſecutor eſt. Hi ſicut Accipitres & Herodij ſocialiter volant, imbuiq́ue quatuor ex illis poſſunt, vt cignum hoc modo capiant. Primus ex eis cigni caput inuadit; ſecundus & tertius, ex vtroque latere binas alas; quartus vero collum & pectus, & ſic auis grauida cignus, anguſtijs circumſepta, mouere ſe non valens, ab aucupe præuenta capitur, & occiditur.

Merops. *Merops* eſt auis habens in dorſo colorem cyaneum, in pectore ſubrutilum, in ventre palidum. Hæc naturali calore abundans, antra ſex pedum altitudinis in terra fodit, ibique nidificat, ac fætus facit, & eos vſque ad robur debitum illic abſconditos paſcit, & nutrit.

Merula. *Merula* dicebatur olim medula, quia mirabiles vocis modulos reddit, maximè cum vernum tempus imminere proſpexerit: nam hyeme tacet, aut tantum balbutit. Olim merula fuit ſpectandum in clero miraculum, quæ arte humana edocta, notulas in ordine ſecũdum muſicam cantabat ita perfecte, vt nullus muſicorum eam aliquatenus imitari poſſet, parilitate concordantiæ. Hęc auis croceum quantulumcumque colorem habet in pectore, reliquum vero corporis occupat nigredo. Merula domeſticata cõtra naturam ſuam carnes comedit; & hęc dulcius canit, libenter ſe balneat, & plumas roſtro purgat, cumque nigra ſit & turpis, in delectatione mouet ſeipſam, propter amœnitatem vocis. Merula plumas non exuit, ſicut aues cæteræ, ſed roſtrum ſuum ſingulis annis mutat in candorem, & in hyeme vix poteſt volare propter pinguedinem. *Eſt* quoddam merularum genus, cæteris multo maius, quæ agochile, id eſt caprimulgi vocantur, ſicut dictum eſt ſuperius.

Hæc auis edocta muſicam perfectiſſimè canit.

Milus. *Miluus* vngues pedes & roſtrum aduncum habet, inſtar accipitris; ſed alas curuas & non rectas, in quo eſt ei diſſimilis. Audax eſt in paruis, timidus in magnis, fugatur à Niſo, quamuis in triplo maior ſit illo. circa macellos excubat, & circa cadauera; iecur eius medicinale Plinius laudat.

Monedula. *Monedula* quaſi monetam tollens, aut diligens dicitur: auis eſt nigra, ſed formoſa & grata, hominum voces in pullo edocto imitatur, in matutino cum ortu ſolis ſollicitus, diſcretius & tenacius retinere dicitur. huius carnes pruritum capitis excitãt, vnde & ipſa appetit in capite fricari.

Muſcicapa. *Muſcicapa* eſt auis maior columba, plumas habens vt lanarius,

lanarius, pedes & roſtrum vt hirundo: quæ licet oris rictum habeat ampliſſimum propter muſcas & ciniphes, quibus ſolummodo veſcitur; roſtrum tamen inter aues comparatione ſui corporis habet paruiſſimum, & pedes ſimiliter.

De his quę primam literam habent N. vel O.

CAP. CLXIIII.

Nicticorax dicitur noctis coruus, ipſa eſt noctua, quæ noctis tenebras amat, & ſolem videre non patitur: Lucifuga enim eſt, & nocte cibos ſuos quærit; nam ſi de die volaret, à cęteris auibus impeteretur. Nocte (vt vulgus opinatur) mortes hominum prænunciare videtur vocibus importunis, caput habet ingens, nec vt aues cæteræ formatum; roſtrum habet adũcum vt niſus, vngues hamatos & aſperos. In domicilijs vel parietibus libenter habitat, & pullos ſuos fouet; humanis ſtercoribus delectatur, mures & omne genus earum perſequitur. Huius contra cæteras aues ſolers eſt dimicatio. Cum enim ab homine vel auibus impetitur, reſupinata iacens roſtro pedibuſque repugnat, & ſe defẽdit. Auxiliatur autem ei accipiter, quodam naturæ collegio, bellumque partitur. In inſula Creta ſi quando noctua inuehitur, ſtatim emoritur, huius carnes paralyticos iuuant.

Nicticorax

Hæ auis in inſula Creta non viuit.

Niſus.

Niſus eſt auis nobilis forma & rõbore, minor quàm Herodius, ſed vnus eſt color plumarum ambobus, & tamen ſocialiter volare recuſant; nam inuidia fertur & faſtu, & cum impetit auem, ſolus ambit honore victoriæ potiri: hoc quidem æſtimari poteſt, & forte merito; ſed reuera magis credibile eſt eum prędæ ſolum inhiare, ne dum quem in volatu ſocium habuerit, in paſtu quoque ſodalem accipiat. Non tamen dubia fides eſt Niſum parem ſui generis dedignari, & velut alieni generis auem perſequi, & hoc contra omnium auium genus. Nam (vt dicit Ariſto.) omnis auis prædam in volatu capiens, parcit ſui generis auibus. Solus ergo Niſus expers eſt generoſitatis huius; & hoc cum ipſo homine, qui inter animalia terreſtria, animali ſui generis inſidiari non ceſſat.

Solus Niſus ſuum genus perſequitur.

Onocrotalus

Onocrotalus eſt auis in partibus Orientis, quę cum vocem edere voluerit, caput in aquis ponit, & illic inſtar rugitus clamorem emittit. In faucibus quoſdam habet folliculos, in quibus primo cibum ſuſcipit, & poſt horam in ſecundum ventrem mittit, ibique eum digerit. Huius duo genera ſunt; vnum ſcilicet aquatile, & aliud ſolitudinis. Sola hæc auium (vt dicit Arist.) ſplene caret; & vt dicit Iſidorus multas ſimul eſcas in ventre recondit.

Oriolus.

Oriolus eſt auis, ſic dicta vulgariter à ſono vocis, eſt enim coloris aurei per totum, excepto quòd in alis habet pennas, quadam cærulea varietate diſtinctas. Nidum in ramis arborum minutiſſimis mira ſubtilitate ſuſpendit, ita vt in aere ſolo pendere videatur, dẽ terra cernentibus. Ipſum quoque nidum ab imbre camerat, ac denſa fronde protegit.

Oſina.

Oſina eſt auis magna vt cignus, fluuios ac piſcinas inhabitans, roſtrum habet magnum, & à gutture vſque ad pectus inſtar ſaccelli, receptaculum longum & amplum, in quo magnam ſimul copiam piſcium, vt ſcilicet in tanta mole diffuſa natura non egeat, ſed paulatim digeſtis in ventre cibis, inueniat paratum quod habeat. Nunquam aues huiuſmodi in aqua diffuſiori & piſcibus abundanti habitant, quia citiſſimè paruam aquam, & ſi piſcium copioſam, ingluuie ſua vacuant.

Ochus.

Ochus eſt auis quæ vulgariter Huans dicitur, à vocis ſono; nocte namque Huhu horrificè clamat, impropriè vocem humanam ſimilans, ita vt hominem contractum frigore clamare credas. Sed terras ſpeciales habet in quibus huiuſmodi voces profert, in cæteris autem muta eſt hæc auis. Bubone minor eſt, noctua maior, aduncum habet roſtrum ac pedes, & eminentibus plumis habere videtur aures. Prędа viuit, carnibus veſcitur, mures perſequitur, & ab auibus cæteris odio habetur.

De Paſſere & Pauone.

CAP. CLXV.

Paſſer in tectis habitat, gregatim ad paſtum volat, omnibus auibus calidior eſt: vnde caro eius ſtiptica eſt, & ſanguinis incentiua, citoque digerit quidquid glutit; vnde corpus eius nequaquam cibus ſumptus impinguat, ſed tantum ſuſtentat. Stercus etiam eius calidiſſimum eſt quando emittitur, ſed citiſſimè infrigidatur. Supra modum quoque luxurioſus eſt, & in furorem citius concitatur, ſed nulla mora diſcordiæ. Dicit Ariſtoteles quod mas vno tantum anno viuit, fœmina vero diutius: quod de paſſeribus Orientis credimus; Nam & illa nigredo de qua dicit quod eſt in collo maſculi, non eſt in eis qui ſunt apud nos in Europa, ſed alba quædam in genis macula nigred ne notata; & hi in vita perſeuerant hyeme & æſtate, ſicut eorum fœminæ. Ætas paſſeris apparet in roſtro: quia iuuenis habet illud tenerum, & circa fauces croceum; Senex vero durum & nigrum. In quibuſdam orbis partibus morbum caducum hæc auis patitur; & hoc vt Ariſtoteles credit, quia ſemen iuſquami comedit. Huius pulli cum euolare debent, vicini paſſeres cum eorum parentibus, conatus ipſorum euolantium comitantur, vt imbecilles (ſi neceſſe ſit) plurium conſtipatione confortentur.

Paſſer.

Paſſeres interdum incidunt in morbum caducum.

Pauo eſt auis pulcherrima, & pulchritudinis amica: collum habet longum & extentũ, colore ſaphirinum, & pectus ſimiliter; in capite vero plumas deſuper inſtar coronæ vel criſtæ; caudam quoque longam & & oculatam, quam cum laudatur extendit; ſi pedum deformitatem viderit, mox deponit: ſed & ſi à tacito ſpectetur, pennas omnes quas ſpectari gaudet, contractis oculis abſcondit. A trimatu fundere colores gemmantes incipit, & tunc parit. Idem nocte cum euigilauerit, ſeque in tenebris conſtitutum intueri non poterit, clamans pauidè ſuam pulchritudinem amiſiſſe ſe credit. Idem clamore ſuo ſerpentes deterret, & omnia animalia venenata depellit, nec de facili prope habitare audent, vbi vox illius frequenter auditur. Pauo quãdo aſcendit altè pluuiæ ſignum eſt: huius oua ſi gallinis ſubijciantur, pulli exeunt. *Nonnulli* pauones album colorem per totum habent, & tamen gemmantes oculi, qui in cæteris auro vel ſaphiro diuerſis coloribus nitent, in his etiam albo ſplendore diſcernuntur ac reſplendent. *Pauones* habent etiam deſerta ſylueſtres, ſed nequaquam in nitore, colore vel cauda domeſticis ſimiles; nec mirum, quia ſi caudarum eis pondus natura creaſſet, potius videretur oneraſſe volantes, quàm inexpertos honoraſſe gloria volucres.

Pauo.

Hæ aues clamore ſerpentes & venenata fugant

Sunt & albi pauones & ſylueſtres.

De Pegaſo, & Pellicano, & perdice.

CAP. CLXVI.

Pegaſus eſt animal magnum & horrendũ in Æthiopia, formam equi habens, & alas vt Aquila, ſed multo maiores; caput cornibus armatum, adeoque monſtruoſum, vt ipſe cuncta animantia terreat. Cumque ſit grauis corpore, alarum adiutus remedio, fuga mirabili potius currit quam peruolat, & aere colliſo, virtute pennarum ad inſtar turbinis ventos impellit; eſcas multas deuorat, & inquietè mouetur, infeſtus eſt animalibus, & homini maximè.

Pegaſus

Pellicanus dicitur quaſi pellem canam habens, id eſt plumas albas. In Ægypto circà Nilum habitat, & lacte Crocodili viuit, quod vtique beſtia præ nimia mãmillarum abundantia, in aliquo paluſtri loco, in magna quantitate eijcit: vnde & Crocodilũ libenter pellicanus ſequitur. Hæc auis macie ſemper afficitur, & quidquid glutit cito digerit, quia venter eius nullum

Pellicanus.

habet

habet diuerticulũ quo teneat cibum. Solum enim viſceris habet ductũ, qui ab introitu oris vſque ad ſecreta naturæ pertingit. Pullos ſuos ſanguine lateris ſui viui ficat, cum eos propter importunitatem ſuam occiderit, vel à ſerpente qui eis inſidiatur, interemptos inuenerit. Poſt ſanguinis autem effuſionem adeo debilitatur, vt exire de nido non valeat, ſed eius pulli pro cibatione eius & ſua, exire compelluntur. Quidam tamen eorum ſegnes exire volunt, & pereunt; quidam autem & ſeipſos quidem paſcunt, ſed matrem penitus negligunt. Quod cum illa poſt conualeſcentiam viderit, pios filios nutrit, impios autem abiicit & contemnit.

Perdix. *Perdix* eſt auis doloſa & luxurioſa, maſculis pro fœminis dimicantibus; victi calcantur à victoribus iniuſto coitu. Mater volat in circuitu venatorum, quouſque pulli ſui fugiant, & poſt fugam eorum fugit & ipſa, tuncque vocat eos ſecura. De nocte conuerſis poſterioribus perdices ſedent, & libidinis tempore linguis ad inuicem extentis, præ deſiderio coitus æſtuant. Cum autem in gurguſtio retiali ab aucupe capiuntur vna aliam ſequitur, nec diſcernit miſera ſequens, vel retractat periculum iam captiuæ, ſociorum deluſa cõſortio. *Carnes perdicum ſunt ſaniſſimæ.* Carnes perdicum præ cæteris auibus ſylueſtribus ſaniſſimæ ſunt. Perdix (teſtante plinio) non pingueſcit: fel eius cum melle æquo pondere, prodeſt ad oculorum claritatem.

De philomena, & pica, & pico.

CAP. CLXVII.

Philomena PHilomena dicitur à *philos*, quod eſt amor, & *mene*, quod eſt dulcis. Hæc enim auis mira modulatione lætificat audientem: gaudet ad ortum ſolis, præitque lætitia venientem. Verno tantum tempore cantat, hyberno nunquam. In initio quidem veris adeo ſuæ vocis amœnitate delectatur, vt rariſſimè comedat, & hoc cum ſumma feſtinatione. Itaque certant inter ſe cantando tam pertinaciter, vt victa ſæpe vitam finiat, prius deficiente ſpiritu quàm cantu: vnde & dicitur à *philos* quod eſt amor, & *mene* quod eſt defectus, quaſi amore deficiens. Miramur igitur in tam paruo corpuſculo tam pertinacem ſpiritum; miramur etiam in illo perfectam muſicæ ſcientiam. Modulatus enim editur ſonus, & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur, & conciſo copulatur intorto, grauis acutus creber extenſus vibrans, & aliquando quidem medius ſummus imus. *Hæc auis ſuauiſſimè modulatur; quandoque autem ita pertinaciter adinuicem certant vt deficientes moriantur.* Meditãtur interim aliæ minores, verſuſque quos imitentur addiſcunt. Audit attentè diſcipula, redditque vicibus cãtum; intelligitur, emendatur, & à docente quodammodo reprehenditur. Statim autem vt coire cęperit, vocis amænitatem perdit, & vt dicit Plinius alia vox fit, mutatur & color: ab exitu quoque verni tẽporis, aucto æſtu in totũ alia vox fit, mutatur & color, linguæ earum tenuitas illa, non eſt cæteris auibus.

Pica. *Pica* eſt auis calidiſſima, alba & nigra varietate diſtincta, linguam habens latiorem, qua ſermonem imitatur humanũ. Nidum ſuum inter loca ſpinoſa conſtituit, eumque terra interius, & ſpinis exterius in circuitu ſubtus ac deſuper diligentiſſimè ſæpit ac munit. *Hæc auis eſt calidiſſima.* Arctiſſimum vero foramen tantum, per quod ingrediatur, & egrediatur, in latere relinquit, & hoc eo loco quo nidus inacceſſibilior eſt. Quæ cum ab homine viſam ſe ſenſerit, oua transfert aliàs, commoditate digitorum iuuante. Cumque laqueo ſe nouerit deprehenſam, toto corpore quieta eſt, ſolo roſtri niſu laqueum aperire laborans, nec vſque ad extremam deſperationem reliqua parte corporis mouetur. Carnes pullorum eius ad acumen oculorum mandi dicuntur; qui tamen niſi prius excoriati fuerint, facilè coctioni non cedunt.

Picus. *Picus martius* eſt auis parua, aduncos vngues habẽs, & arbores roſtro penetrans. Cumque ſupinus corticem arboris percutit, ſubeſſe pabulum intelligit. pullos in arboribus cauis educat; in quas cum ſagittam, vel aliquod tale miſeris, Picus admota quadam herba, ſtatim eijcit, quantalibet vi ingeſtum ſit. Ex eorum genere plures nigri ſunt vt merula, crocei vt orioli, ſed illi ſpecioſiores atque maiores qui ſunt in vertice rufi, in pectore crocei, circa collum virides, in alis cærulei, in cauda coruſci. Picus in agro Tarentino negatur viuere: huic proprium eſt ſemel in anno calueſcere, eo ſcilicet tempore quo rapa ſeminatur. *Nota.* De hac aue quidam fertur in verſu dixiſſe.

Parua loquax volucris, dominum te voce ſaluto:
Si me non videas, eſſe negabis auem.

De Plathea, & Plumali, & Porphirione, & Pſittaco.

CAP. CLXVIII.

Plathea PLathea eſt auis, quæ ad aues in mari pro præda ſe mergentes aduolat, earumque capita corripit, donec prædam extorqueat.

Plumalis eſt auis prope ad magnitudinẽ perdicis, varijs pennis ornata, croceo & albo nigroque diſtincta; aere ſolo viuere dicitur. Huius argumẽtum eſt, quod licet pingueſcat, nihil tamen vnquam in eius viſceribus inueniri poteſt: Baculos plumbatos habent aucupes, quos altius in aere iactantes, deterrent aues, eaſque in imo volare cogentes, retia ſuper terram tendunt, ac fugitantes capiunt.

Porphirio eſt auis extra modum aliarum, vnum pedẽ habens latum ad natandum, alium vero fiſſum ad ambulandum: in quo notatur, quod vtroque elemento gaudet & in aqua natans vt anates, & in terra ambulãs vt perdices. Hic ſolus præter pſittacũ, pede ſuo inſtar manus aquam ſuſcipiens ad roſtrum defert, & potat, ſeque humano modo cibat; quia cum omni cibo, & cum ſolo morſu, oportet vt bibat. Virtutem enim appetitus habet debilem naturaliter in attrahendo cibum, & in incorporando. Huius generis laudatiſſimi ſunt qui roſtrum habent magnum, & crura prælonga.

Pſittacus eſt auis quæ vocem humanam imitatur, ad quod cum ab homine cogitur, caput habet tam valẽs, vt claua ferrea verberetur. Aquas alias quocũque modo patitur, ſed pluuia moritur. Idcirco in montibus Gelboe nidificare fertur, quia raro vel nunquam ibi pluit. Caudam ſuam & crura ſummo ſtudio cuſtodit, pennaſque ſuas roſtro ſuo frequentius extergit. Auis eſt luxurioſa nimiũ, bibitque libenter vinum; ſemetipſam pede cibat, & ori ſuo defert eſcas, ſicut homo manu.

Plathea.

Plumalis. Hæc ex ſolo aere viuit.

Porphirio

Hæc cum omni morſu cibi bibit.

Pſittacus

Hæc auis pluuiam non patitur, ſed vinum libenter bibit.

De Struthione, & Sturno, & Tragophale, & Turdo, & Turture.

CAP. CLXIX.

Struthio. STrutio eſt auis pene beſtialis generis, habet enim pennas, ſed nunquam eis vtitur in volatu; alas habet tenues, & plumas velut pilos. In eundo alas erigit, adeoque in terra currit, vt equos celeritate præcedat: habet autem vngulas biſulcas ad comprehendendos lapides, quos emittit in fuga contra inſequentes. Ferrum comedit ac digerit, quia calidiſſimæ naturæ eſt: equum naturaliter odit, & miro modo perſequitur; equus etiam illam in tantum odit ac timet, quod eam videre non audet. Officulum paruum ſub alis habet, quo ſe in latere pungit & agitat, quando prouocatur ad iram, in pectore verò magnum os & latum ad protectionem magni corporis ſibi creatum. Porro ſtoliditas ei tanta eſt, vt cum frutice colla occultauerit, reliqui corporis altitudinem latere credat. Naturaliter autem calueſcit, & ita plumas exuit, vt & nudus fere remaneat: ſed corium habet fortiſſimum, quo implumis protegitur ab importunitate frigoris. Corpus habet fere ad magnitudinem aſini, ſtatura mediocris. Oua quoque eius adeo magna ſunt, vt ex tranſuerſo ſecta, vaſa fiant ad bibendum pro amplitudine ſua.

Hæc auis ferrum comedit & digerit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sturnus. *Sturni* sunt aues paruæ, ad volandum extentę, fusco nitentes colore: cateruatim volant, & quodam orbe circumaguntur, omnibus in medium tendentibus; & hoc propter accipitres qui eis insidiantur. Vesperi quidem aggregantur, & immẽsis turbis commurmurant, nocte silent, autora rubente murmur excitant, domum vero per turmas ad cibum volant.

Tragophales *Tragophales* est auis in Aethiopia ferruginei coloris, maior quàm Aquila; caput habet vt pahænix, excepto quòd in eo cornua habet vt aries; vnde illud armatum profert aduersus omnes aues sibi contrariantes.

Turdus. *Turdi* sunt aues paruæ quidem corpore, sed prouidentia magnę: in cacuminibus arborum luto ædificant, & pene contextim id est continuo post coitum generant; & mirum, quia decem diebus oua in vtero matureſcunt, & postea pariunt.

Turtur. *Turtur* socium diligit, eoque mortuo vel capto, alteri se non iungit, sed incedens solitariè, siccis arborum ramis insidet gemens ac tristis; nulli auium est infesta, sed ad omnium infestationes patientissima. In locis tutissimis ac delectabilibus habitat; per totam hyemem in concauis arboribus implumis iacet, vere autem producitur. Multæ quidem earum, terras calidas hyeme petunt, & multæ remanent, si locum habẽt soli oppositum, & ad quiescendum aptum. In vento Meridionali, quoniam humidus est ac ponderosus, nõ bene volare possunt; volantes autem plerumque vociferantur, propter fatigationem volatus: aliquando etiam ita debiles sunt naturaliter, vt manu capi possint. Oua sæpe trina pariunt, sed nunquam plus quàm duos educant pullos; similiter & palumbi. Turtur ouat in vere bis, & sæpe ter, sed hoc quando vnum par ouorum corruptum fuerit, aut casu perierit; solaque auiũ pullos suos de nocte pascit. Huius alæ dextræ sanguis medicinalis est, immissus oculis.

De vanello, & vpupa, & Vulture.

CAP. CLXX.

Vanellus. *Vanelli* sunt aues, quas Plinius Stymphalidas vocat, satis pulchræ, columbina magnitudine, cristato capite vt Pauo, collo quidem colore viridi ac lucenti, reliqua vero parte corporis varietate distincta. Hæc auis cum quem à longè nido suo appropinquare præsenserit, egressa statim cum clamore occurrit, sicque stulta dum hominem à nido clamore suo amouere se credit, ipso clamoris indicio nidum prodit, quem progressus homo spoliare contendit.

Vpupa. *Vpupa* est auis admodum pulchra, licet immunda; vna tantum voce sicut & cuculus importuna. Hyeme latet, & muta est, vere producitur. Huius parentes senescentes, inter pullos iam adultos in nido plumas exuunt, & interim à pullis pascuntur, donec vires plumasque recuperent. Alia quoque fertur eis inesse pietas erga parentes suos: cum enim senio visum perdiderint, pulli herbam notam naturaliter colligunt, & eorum cęcatos oculos inde liniunt, vt visum recuperent. Huius auis cor, malefactoribus & incantatoribus valere dicitur.

Vultur. *Vultur* est auis ponderosa, sed ad volandum admodum experta, quamuis antequam in aere eleuetur tres saltus faciat: vnde quandoque agilitate canis intercipitur, priusquam ad volandum saltibus consuetis in alta aeris erigatur. Iraque si hominem non viderit, libenter in terra graditur, ob pondus corporis; vnde & gradipes appellatur. Volando cadauer olens respicit, & ad esum illius se deponit, in quo prius oculum petit. Et quoniam indifferenter ad omne cadauer se inclinat, pericula & laqueos venatorum non euitat, ideoque facilius capitur. *Exercitus* autem sequitur, vt mortuorũ cadaueribus satietur. Pullos suos vsquequo possint volare nutrit, seque pro eis periculo exponit, dum etiam fortiorem se, volentem eos diripere, suis vnguibus vulnerat, & alis percutit: post hoc eiiciens eos à nido, locis in quibus nati sunt approximare vetat, cibi scilicet æmula; quoniam vnum par vulturum magnum locum occupat nec venatur nido proximis locis, sed remotissimis; docente natura pacis amica, ne vicinarũ gentium odium contra se excitet. Venatur autem à meridie vsque ad noctem, & à solis ortu cessat vsque ad meridiem. Quod ei de cibo superfluit, in nido reponit, vt inde se cibet, & pullos; quia cibum de facili non acquirit. Quod si pullos suos ocius impinguari viderit, dolet; ideoque rostro eos in pedibus vulnerat, vt sic macilentos efficiat. Vultur cum adultus fuerit, matremque senem, & ad volatum debilem viderit, eã occidit. Idem cum Herodio pugnat, & in ipsum ruit; sed cum Herodius agilis sit, cum impetu ruenti cedit, auisque grauida se retinere non valens, semetipsam occidit. *Vultur matrem senem occidit.*

De hirundine, & hisida, & Zeleutide.

CAP. CLXXI.

Hirundo. *Hirundo* est auis leuissima, rostro paruo, cauda furcata, forma grata, nigredine decentissima, in vẽtre candida, sub gutture rufa, modicam habet carnem & nigram, plumas multas, & alas magnas; ideoque citum habet volatum, diem præcinendo nuntiat, dormientes excitat, & ad laudem creatoris inuitat. Huius sanguis extractus de sub ala dextra medetur oculis. Stercus autem eius si oculis inciderit, vim habet efficacissimam ad excæcandum. Africos montium recessus hyeme petit, ibiquenuda & implumis reperitur. Aduentus sui tempora custodit, & aduentu suo veris initium prodit. Thebarum tecta subire negatur. Nidum luto construit; fœno roborat, plumisque mollibus sternit. Fœmina libidinis imaginatione concipit, aut puluere: à cęteris auibus non impetitur, nec eis vnquam præda est. Ouat autem bis, sed oua prima sæpius hyeme corrumpuntur. Huius pulli primo sunt cæci, quos etiam si quis excæcauerit, eorum oculi redeunt, vt Aristoteles dicit. In fœtu summa æquitate cibum alternant, & notabili mũditia excrementa pullorum egerunt: adultos autem circumagi docent, & foras saturitatem emittere. Oculis eorum vexatis, matres herbam celidoniam adhibent ad medicinam. Hirundines quædam in iecore lapidem celidoniam portant. Harum pulli qui hunc lapidem habent, in hoc cognoscuntur, si pro signo pacis ore ad os in nido conuersi sedent; nam cæteri qui non habent, auersi posterioribus sedent. *Nota.* *Signum vnde deprehendamus quæ hirundines portant lapidem celidoniam.*

Hisida à sono vocis, est auis parua quidem, sed pennarum venustate clarissima: in dorso colorem habet inter viridem & cœruleum, in pectore verò præfert imaginem carbonum ardentium: duos tantum habet in pede digitos, & vngues aduncos, sed rostrum paruum ac directum, circa aquas assidua est, piscículis viuit, terram rostro cauat, ibique nidum congerit, ac fœtus facit. De hac opinatur vulgus, quod si pellem cum plumis aui mortuæ detrahas, & pariete infigas, in omni anno plumas, ac si esset in corpore, commutabit. *Hisida.*

Zeleutidis. *Zeleutides* sunt aues (vt dicit Plinius) quarum suffragiũ à Deo petunt incolæ montis Cadmicũ: à locustis enim fruges illius vastantur; itaque à Deo missæ locustas depopulantur, & vnde veniant, quoue abeant ignoratur.

De homine & ætatibus hominis.

CAP. CLXXII.

Anima hominis omniũ rerum similitudinem gerit. HOmo Græcè dicitur *microcosmus*, nam & corporis eius partes creatæ sunt, & positæ secundum creationem & sitũ mundi totius. Anima quoque eius ad simi-

ad ſimilitudinem totius ſapientiæ facta, omnium in ſe ſimilitudinem gerit, cum ſit vna: ſimilis terræ per ſenſum: aquę per imaginationem: aeri per rationem: firmamento per intellectum: cælo per intelligentiam. Similis quoque lapidibus per eſſentiam, arboribus per vitam, animalibus per ſenſum & imaginationem, homini per rationem, Angelis per intellectum, Deo per intelligentiam. Itaque duabus ſubſtantiis homo conſtat, anima, ſcilicet & carne; carne quidem cum ſenſibus ſuis, anima cum ratione, ſolumque credimus eam animam habere ſubſtantiam, quæ viuit etiam exuta corpore. Verumtamen infans natus, omnium animalium naſcētium debilitatem excedit; & hoc ideo, quia nutritus eſt de ſanguine mēſtruo. Currit pullus ouum egrediens capit cibum, & matrem ſequitur, ſic & quadrupedum fœtus: homo vero ab infantia primo ambulat ſuper manus, & poſtmodum adoleſcens in pedes erectus, tandem de ætate decrepita rurſus ad terram incuruatur, teſtis vtique ſibi, quia de terra aſſumptus eſt, & in terram reuertitur.

Infans naſcitur debilior cunctis animālibus.

Sex ſunt ætates hominis.

Infantia.

Pueritia.

Itaque vita hominis per ſex ætates ad mortem currit. *Prima* eſt infantia, cæteris purior, quia nec ore corruptelam contrahit; & extenditur vſque dum loqui poſſit. *Secunda* eſt pueritia, ſcilicet à tempore quo loqui puer incipit; non autem loquitur donec fonticulus ille qui eſt in ſincipite ſuper frontem deſiccetur, & teſta capitis in ſolidum contrahatur: Pueri qui tardius ire incipiunt, maturius loquuntur. Ætas puerilis vſque ad 14. annum extenditur. In annis autem quinque creſcit puer ad medietatem ſuæ ſtaturæ; & dicitur puer à puritate, quæ tamen in pauciſſimis hodie manet pueris, vſque ad ſtatutum terminum ætui puerilis, quia malitia ſuperexceſſit naturam. *Tertia* eſt adoleſcentia, quę ab anno 14. incipit, & vſque ad 30. decurrit. Et hac ætate homo fit habilis ad generationem, quia natura confortat in eo ſeminalem virtutem. Si tamen huic luxuriæ fræna laxentur, naturales corporis vires exhauriuntur: vnde conſultum eſſet prudenti cuilibet, ad annos 22. connubia differre; quia tunc perfectè nerui membrorum & oſſium ligamenta confortantur in homine, ceſſatque ſtatura corporis in longitudinem creſcere. *Quarta* eſt robus, ab anno 30. vſque ad 50. hinc enim perfectę ſtaturæ robur accipit homo in longitudine & latitudine, paululumque moderata libidine, diſponitur ad naturalis exercitia fortitudinis, & iracundię ſuperbięque ſubiacet vitijs. *Quinta* eſt ſenectus ab anno 50. vſque ad 70. vel 80. Eſt autem ſenectus paucitas ſanguinis, vnde qui parum habent de ſanguine, cito ſeneſcunt: Hinc incipit homo decreſcere tam viribus quàm corpore; in hac omnia vitia minuuntur in homine, excepta cupiditate, quia dum ſe videt ad occaſum tendere, filiis qui poſt eum ſunt prouidet neceſſaria vitæ, ſimulque ſuæ poſt modicum ſenectuti decrepitæ. *Sexta* eſt ætas ipſa decrepita, quæ ab anno 70. incipit, & vſque ad mortem decurrit: ex hac homo minoratur, ac vigore ſenſus & ingenij decreſcit, ſicque paulatim eius vita mortalis deficit.

Nota.

Adoleſcētia

Robur.

Senectus.

Ætas decrepita.

De Anima & eius organo.

CAP. CLXXIII.

Quid anima

EX ſum. de anima. *Anima eſt actus primus corporis phyſici organici, potentia vitam habentis. Actus*, inquā id eſt forma, ad differentiam materiæ & compoſiti: *Primus*, ad differentiam formę accidentalis, qui eſt actus ſecundus, quia non confert eſſe compoſitioni, id eſt compoſito, quod eſt proprium formæ ſubſtantialis, ſed eſt compoſitioni contingens. *Corporis phyſici*, id eſt naturalis ad differentiam artificialis. *Organus* ad differentiam cæterorum corporū naturalium, vt 4. elementorum. *Potentia vitam habentis*, ad differentiam corporum mortuorum. *Anima* eſt vna in ſubiecto, differens per potentias, ita quod vna eſt materialis ad aliam vt vita eſt materia tactus, & tactus aliorum ſenſuum.

A *Potentia* eſt principium tranſmutandi in aliud ſicut actiua potentia; vel recipiendi ab alio, ſicut paſſiua. *Organum* eſt id per quod potentia in operationem exit, & inſtrumentum ſimiliter, ſed differunt in hoc, quod organum eſt coniunctum potentiæ, ſicut oculi potentiæ viſibili; inſtrumentum autem materiæ & operationi, vt patet in ſecuri.

Quid potentia. Diſcrimen inter organa & inſtrumenta.

Potentiæ diſtinguuntur quædam per ordinem naturalem, ſc. per prius & poſterius, vt illæ quæ ſunt in eadem parte corporis, ſicut guſtus & tactus in lingua, & tunc vna eſt materialis ad alteram. Quædam vero per naturam diuerſarum partium, vt illæ quæ ſunt in diuerſis partibus, ſicut viſus in oculo, guſtus in lingua. Quandoque etiam vna potentia in diuerſis partibus inuenitur, vt ſi planta diuidatur, vtraque pars viuit; ſic B etiam eſt de quibuſdam animalibus: ſed quorundam quædam partes viuunt ad horam tantum; quoniam illa pars ſtatim deficit cui deſunt organa principalia, ſicut hepar, & cor, & ſimilia: Non autem omnis potentia habet organum, vel determinatam partem in corpore, vt intellectiua.

Vnde diſtinguuntur potentia.

De potentijs animæ.

CAP. CLXXIV.

Potentia animæ ſunt 5.

POtentiæ animæ ſecundum Ariſto. quinque ſunt, ſc. vegetatiua, ſenſitiua, appetitiua, motiua ſecundum locum, & intellectiua. Secundum Auicennā vero tres ſunt, ſcil. vegetabilis, ſenſibilis, rationalis. Sub C ſenſibili namque comprehendit tres medias quinque prædictarum. In plantis eſt ſola vegetabilis, & ibi non debet dici potentia, ſed anima. In brutis autem ſunt duę; nec vegetabilis potentia debet in eis dici anima, ſed potentia, quæ materialis eſt ad ſenſibilem. In homine vero ſunt tres, quarum duæ non debēt in eo dici animæ, ſed potentia animæ, quia materiales ſunt ad animam rationalem. Vegetabilis differt à cæteris, quia non eſt cognitiua; cæteræ vero duæ differunt inter ſe, quia ſenſibilis non poteſt ferri per affectum in rem ſpiritualem, rationalis vero poteſt. Item rationalis differt à cęteris, quia poteſt eſſe ſeparata, cæteræ vero ſunt inſeparabiles. Rationalis ab intellectiua differt, quia mouetur de forma in formam ratiocinandi, intellectiua vero non. D

Diuiſiones potentiarum

Potentiæ vegetabilis animæ tres ſunt, ſcil. nutritiua, augmentatiua, generatiua. Potentia ſenſibilis diuiditur in apprehenſiuam & motiuam. Apprehenſiua quoque ſubdiuiditur in apprehenſiuam exteriorem & interiorem. Exterior diuiditur in quinque ſenſus, ſc. viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum. Interior ſimiliter diuiditur in quinque, ſc. ſenſum communem, imaginatiuam, cogitatiuam, æſtimatiuam, & memoratiuam. Potentia motiua duplex eſt, vna quę imperat motui, alia quæ efficit motum. Imperans quoque motui duplex eſt, ſc. concupiſcibilis ad propinquandum, & iraſcibilis ad repellendum. Potentia vero rationalis diuiditur in virtutem ſciendi & agendi, quarum vnaquęque vocatur intellectus, ſcilicet theoricus & practicus. E

De ſomno & vigilia.

CAP. CLXXV.

Quid ſomnus, & quæ cauſa eius.

AVCTOR. *Somnus* (vt ſupra dictum eſt) *eſt primi organi ſentiendi interceptio, vt agere non poſſit.* Cauſæ vero ſomni extractæ à lib. Ariſtot. de ſomno & vigilia ſunt hæ, ſcil. alimenti euaporatio, labor, ægritudo, prima ætas, infrigidatio.

Priſcianus ad Coſdroe. Anima in ipſa ſoporationis hora, per quaſdam partes actualis videtur, & per quaſdā mortuo ſimilis, & inactualis. Actualitatis enim partes ſunt inſpiratio, reſpiratio, viſiones & phantaſmata videre, digerere, & corpus quietum facere. Inactualita-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tis autem est non sentire,nec scire, nec pedum & manuum actiones recipere:vnde apparet quasi dimidiam animam viuere vigilare & agere, dimidiam in somno, & inactualem,& quasi in morte esse separatam. *Deliberandum* est autem an somnus calidus sit, an frigidus: si enim calidus, cur sitim restringit, & humiditatem auget? Si vi vero frigidus, cur cibum indigestum ducit,& corpus calefacit,& sudores recipit? Non autem dicimus somnum priuationem esse vigiliæ, sicut sanitatis infirmitatem, & visus cæcitatem. Quæ enim secundum priuationem inducta sunt contra naturam nocitiua sunt. Somnus autem à natura inuentus est in salutem animalis,nec minus quam vigilia naturalis.

Somnus non est priuatio vigilia.

Alia somni explicatio & causarũ eius

Est itaque somnus insensibilitas quædam naturalis, & communis passio animæ & corporis; quoniam & eorum sensus propriè motus est communis. Sensibus autem per somnum silentibus,circa nutritiuam animę partem somnus operatur,non indigens ad hoc arteriarum motibus. *Causa* vero somni est extrinsecus intrans esca,& intrinsecus humidorum & calidorum superabundantia Cibo enim in receptiuis existente locis,vaporatio in venas efficitur,& inde in caput emittitur. Ibique cumulatim grauantes materias, accidit iterum reuerti deorsum,& refrigerare calidum quod est circa cor, qua refrigeratione facta somnus inducitur. Humidi enim vapores vsque ad superiora ascendentes,& implentes quod est circa cerebrum,in quod cumulantur,quod est frigidissimum omnium quæ in corpore sunt,aggrauant caput & palpebras,ac dormire faciunt: digestione autem facta somnus conquiescit. Quamdiu enim indiscretus est sanguis post escæ acceptionẽ, somnus fit; discreto vero sanguine,& puriore ad superiora collato, turbulentiore autem partibus inferioribus insidente, resurgit animal ex escæ grauitate absolutum. Sicut autem esca introducta somnum facit ex humiditatis abundantia, sic conceptio interius facta est,siue à lassitudinibus, siue etiam infirmitatibus, quæ ex abundantia calidi & humidi fiunt. Esca quidem indigesta inflante ex calore, & repulsa deorsum cumulatim, & calorem refrigerante, somnus efficitur. Idem enim humidorum ascensio, & iterum refluxio.

Adhuc de eodem.

CAP. CLXXVI.

Somnus refrigerat,& causa eius est calor intrinsecus congregatus ad digerendum.

DOrmitio igitur refrigeratio est; causa vero dormiendi calida; quia synodus quædam est somnus intus calidi, & compressio naturalis; ac per hoc accidunt dormientibus corporalia quidem talia, scilicet, tunc equidem grauiora & humidiora & algidiora esse corpora, sanguinem pinguiorem, plus quoque quàm in vigilantibus inspirationem & respirationem, & cætera plura: Spiritualia vero somniare,recordari sine omni sensu & intelligentia phantasmatum, & dormientes quasi vigilantes esse contemplatiores, & inuentiores verorum: grauiora quidem fiunt corpora dormientium propter quietem. Veluti enim defectus spiritus in membris fit,cõcumulato calido ad id quod intus est. Solutionem autem humiditatis & grauitatis sequitur alleuiatio, quia spiritus & calor extentus & inflammans in toto corpore, facit illud leuius.

Cur dormiẽtes sint frigidiores & citius cibum digerant.

Ex eadem quoque causa algidiores fiunt dormientes;calore enim relinquente exteriora, & concumulato ad id quod intra est,refrigerantur ea quæ extra sunt, sicque rigidiores fiunt, & ob hoc sanguis incrassatur. His consequens est, & escam facilius digeri,& corpus incrassari. Compressum etenim calidum ac totum interius cumulatum, facilè & cito digerit, ita vt & nutribiliora & pinguiora sint corpora. Nam in vigilantibus spiritus operans per suum naturalem impetum facit escę motationem, vnde & turbulenti somni ad digestionem non sufficiunt:per collectionem quoque caloris in ea quæ intus sunt,pallidiores fiunt dormientes. Formositatis enim incrementum in sanguine caliditas facit;per hoc etiam & sudant amplius, quia calidum in vnum locum intus conglobatum, cito soluit carnem, & plus facit euaporationem; sicque sudor emittitur,non ex toto corpore,sed circa pectus,& collum, & caput. Pedes vero calidi sunt dormientium, quia caliditas intus impetum facit, & in id quod est deorsum. Hæc autem accidunt somnis differenter, quoad ætates,& naturas,& tempora, & horas; adhuc etiam & à locorum causa,& alijs modis. Somnus itaque digerendo & nutriendo magis est calidus,sed quia refrigerari facit quod extra est, magis frigidus intelligendus est, & quia dormientes dum resurgimus sapientes efficimur,procedente vero hora minus: Intelligentia namque per refrigerationem,remissio vero ex caliditate fit.

An somnus sit dicendus magis calidus quàm frigidus.

De somnio.

CAP. CLXXVII.

Somniũ est phantasma in somno cõtingens.

IN somno vero phantasma somnium dicimus,vnde claret quod sensitiuæ partis est somnium, sicut & somnus. Sensibilia namque per vnumquodque sensum inficiunt,& ab eis facta passio,non solum operantibus sensibus inest arteriis, sed etiam transeuntibus iam & cessantibus. Velut si quid motũ fuerit ab altero,cessante motore manet ipsum motum, ita vt mouebatur ab illo. Sic itaque non solum in vigilantia, motus à sensibus facti remanent,etiam sensibus transeuntibus,sed etiam cum dormimus;magis enim tunc apparent,eo quod interdiu quidem expellantur & euànescant,intelligentia & sensibus operãtibus;sicut minor ignis à maiore,& paruæ passiones à magnis:noctu vero propter silentium sensuum,& infirmitatem operandi, supercrescunt & continuæ fiunt; sæpe quidem similes, sæpe vero in alias figuras dissoluti, per subiectæ materiæ resolutionem. *Ac per* hoc post escam continuò,cibis adhuc inflantibus non apparent somnia;quoniã in humido perturbato, nulla apparet vmbra;vel etiã videtur perturbata. Silente vero humido pura apparent in dormiendo phantasmata, & reliqui motus qui à sensibilibus accidunt. Itaque melancholicis,& febricitantibus,& inebriatis,visiones apparent turbatę. Inflatione vero sedente,& sanguine discreto, sensuum motus ex vnoquoqe sensibilium,consequentia & ordinata facit somnia.

Cur in principio somni somnia non apparent.

Cur recordamur somniorum, & in somnis memoriam non habemus.

Videtur autem mirabile,quod eorum quidem quæ in somnis fiunt phantasmata,resurgentes recordamur; eorum vero quæ vigilantes agimus, in somnis memoriam non habemus. Huius causa est, quia memoriæ fiunt eorum quæ sentiuntur, aut quorum phanthasia videtur, neutrum autem in somnis accidit; dormientes enim non sentimus, & eorum quę secundum vẽritatem aguntur nullum est phantasticum, consequẽter neque somnium. Fiunt autem somnia, non solum ex phantasia,sed ex passione alia, sicut esuriens aut sitiens videtur manducare aut bibere, alijs quoque similiter passionibus impetum facere. Aptè vero & secundum tempus, aut corporis positionem diuersificantur somnia. Circa ver enim & autumnum turbida fiunt & falsa, veluti ab ipsa continò esca sumpta, matutina vero,cessante iam perturbatione, pura: & iterum qui supini dormiunt, somniant; proni vero minus.quia bene collocati. Non solum autem à sensibilium susceptionibus, sed etiã ab anima causæ sunt somniorum, eo quod futura consueit præuidere, & quæ agenda à se sunt, aut aliter accessura, præsignificare.

Vnde diuersitas somniorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De morte & vita.

CAP. CLXXVIII.

Mors eſt priuatio vitæ atque adeo frigida & ſicca.

EX *libro de natura rerum.* Mors eſt priuatio vitæ, ſicut tenebræ priuatio lucis. Vita calida eſt & humida, mors vero frigida & ſicca; vnde calor igneus in humido vnctuoſo nutritur, & nunc quidem per ſuffocationem extinguitur, nunc autem per exhalationem, aliquando vero propter defectum humidi vnctuoſi, ſic & calor viuificus in animante mortali. Mors eſt terminus omnium animantium, ſiue ſenſibilium, ſiue rationabilium; ſed anima vegetabilis tranſit cum corpore, rationalis autem ad pœnam vel gloriam reſeruatur, pro meritis vitę: neque enim mori dicenda eſt, quæ ſecundum Ariſt. ſola diuina eſt, id eſt à Deo creata: *Gen. 2.* *Inſpirauit enim Deus in faciem hominis ſpiraculum vitæ*; non illud vtique quod animalibus dedit, hoc eſt enim temporale; ſed illud ſingulariter quod non habet terminum mortis, vnde ſubiungitur; *& factus eſt homo in animam viuentem.*

Quid faciat anima in corpore.

Ex lib. de anima & ſpiritu. Anima viuificatione quidem, & ſenſificatione deſcendit ad corpus; præſentia namque ſua viuificat illud, & in vnum colligit, in vno tenet, diffluere atque contabeſcere non ſinit, vt congruentiam eius ac modum ſumat, non tantum in pulchritudine, ſed etiam in creſcendo ac gignendo, de-

A hinc innumerabiles differentias ſaporum, ſonorum, odorum, formarumque dijudicat, & in his omnibus, quæ ſecundum naturam ſui corporis ſunt, appetit, fugitque contraria. Itaque præſentia ſua corpus viuificat, & ſic colligata eſt ei, vt nec cum velit ſe inde ſegregare poſſit, nec retinere cum iuſſionem ſui creatoris audierit. *Corpus* conſtat ex officialibus membris, officialia ex conſimilibus, conſimilia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elementis, & nihil horum eſt anima, ſed in iſtis tanquam in organis agit. Quæ cum

Quando recedat anima & quid illi poſtea eueniat.

B temperata & ordinata fuerint, congruunt in viuificatione, & nunquam recedit anima; ſi vero diſparata & cõfuſa fuerint, inuita recedit anima, ſecũ trahens omnia, id eſt ſenſum & imaginationem, rationem, & intellectum, intelligentiam, concupiſcibilitatem, iraſcibilitatem. Et ex his ſecundum merita afficitur ad delectationem, ſiue ad dolorem. Corpus autem quod prius integrum, tanquam organum contemperatum & diſpoſitum, vt melos muſicumque in ſe contineret, & motum reſonaret, nunc confractum & inutile iacet. *Anima* vero recurrentibus ad regiones ſuas elementorum partibus, non habens vbi vires ſuas exerceat, requieſcit ab his tantum motibus, quibus corpus pro tempore & loco mouebat, ipſa per tempus illocaliter mota; quoniam etſi organum perijt, non tamen melos, nec quod organum mouebat. *Auctor.* De hac quoque materia copioſius habetur ſuperius, in tractatu de anima humana.

SPECVLI MAIORIS
VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,
Tomus Secundus.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

De Mathematica.

CAP. I.

VCTOR. Dicto de Physica, id est, naturali scientia, dicēdum est de mathematica, quæ (vt superius dictum est) tractat de inuisibilibus visibilium formis, sicut physica de inuisibilibus visibilium causis: quantitatem enim abstractam considerat. Nam inter accidentia omnia, quantitas est quę proximo inhæret materiæ, & in pluribus communicat cum substantia, vnde magis considerari potest vt per se stans; & habet propria principia per quæ cognosci habet in abstractione, sc. vnitatē & punctum. Adeirco de quantitate sunt cōsiderationes mathematicæ potius quàm de alio accidente. Quæ quadrifariam fiunt: Nam aut est quantitas discreta permanens, & de hac etiam est arithmetica, sc. de numero; aut successiua, & de hac est musica, sc. de numero sonorum; aut est quantitas continua mobilis, & de hac est astronomia; aut immobilis, & de hac geometria.

Mathematica est quadruplex.

Michael Scotus. Igitur mathematicæ subiectum est quantitas continua & discreta. i. magnitudo & multitudo. Multitudinem. n. per se (vt Boetius ait) speculatur arithmetica, relatam verò musica. Similiter magnitudinem immobilē declarat geometria, mobilē astrologia. Intentio igitur mathematicę est dare certitudinē de omni ambiguitate proposita, quæ pertinet ad suam quęstionem. *Dicitur* autem mathematica. i. abstractiua. *Mathesis* enim Græcè, est abstractio Latinè. Fit autem abstractio siue apprehensio quatuor modis. Abstrahit enim vel apprehendit sensus formā præsente materia, & cum accidētibus sicuti visus abstrahit speciem visibilis: & imaginatio etiam præsente materia, sed tamen ab omnibus accidentibus eam non secernit. Similiter abstrahit æstimatio formam non materialem, quāuis ei accidit esse in materia, sicut amicitiam & inimicitiā, quæ est in cane & lupo. Abstrahit etiam intellectus i. apprehendit formas abstractione perfecta & nuda ab omni materia, quamuis & accidit eis esse in materia, sicut triangularitatem, circulationē. Nec curat in quo subiecto sint ista, vel cuius coloris, aut situs, & huiusmodi. Sed sic ea simpliciter cōsiderat, vt omnes numeri & omnes trianguli pariter in vna diffinitione conueniant, & ita de cæteris.

Mathematica vnde dicta, & quot modis fiat abstractio.

Hæc autem scientia dicitur doctrinalis, vel disciplinalis, quia disciplinat & restringit hominem semper ad vnam partem suppositi, scil. vt vnum tantum teneat quod demonstratiuè probatur. Ob hoc etiam apud Arabes nominatur scientia domatrix, quia scilicet hac domantur arrogantes & superbi; sicut Logici, qui solent habere viam ad vtramque partem propositi, dum id quod dicitur, per figuram subiectam oculis cōtemplantur. Hæc scientia post naturalem legenda est, quia naturalis considerat formam prout est in materia: hæc autem prout est abstracta, scilicet intellectu, apprehensio enim sensus prior est, quàm apprehensio intellectus.

Cur mathematica dicatur disciplinalis.

De excellentia & vtilitate Mathematicæ.

CAP. II.

Boetius in Arithmetica lib. 1. Manifestum est autem haud quenquam in philosophiæ disciplinis ad cumulum perfectionis euadere, nisi cui talis prudentiæ nobilitas quodam quasi quadriuio inuestigatur. Est enim sapientia, rerum quæ sunt, suique immutabilem substantiam sortiuntur, comprehensio veritatis. Esse autem illa dicimus, quæ nec intentione crescunt, nec retractione minuuntur, nec variationibus permutantur, sed in propria semper vi, suæq; naturæ subsidijs, se fixa custodiūt. Hæc sūt qualitates, quantitates, formæ, magnitudines, paruitates, æqualitates, habitudines, actus, dispositiones, loca, & tempora, & quidquid adunatum quodammodo in corporibus inuenitur. Quæ ipsa quidem natura incorporea sunt, & immutabilis substantiæ ratione vigentia, participatione vero corporis permutantur, & tactu variabilis rei, in vertibilem inconstantiam transeunt. Horū igitur, id est quæ sunt propriæ, quæque suo nomine essentiæ nominantur, scientiam sapientia profitetur.

Quid sapiētia, & quanam rerum genera consideret.

Essentię autem quantitatis geminæ sunt. Vna continua, hæc est magnitudo. Alia discreta, hæc est multitudo. Vtraque subdiuiditur, sicut infra dicetur. Quibus quatuor partibus si careat inquisitor, verum inuenire non poterit. *Illud* quoque addendum arbitror, quod cuncta vis multitudinis ab vno progressa termino, ad infinita progressionis augmenta concrescit. Magnitudo

Essentia quātitatis duplex. sine cuius inquisitione verum inueniri non potest.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quantitas qua infinita nõ cadit sub scientiam

gnitudo vero à finita inchoans quantitate, modum in diuisione non recipit; infinitissimas enim sui corporis recipit sectiones. Hanc igitur naturæ infinitatem inde terminatamque potentiam, philosophia sponte repudiat. nihil enim quod infinitum est, vel scientia potest colligi, vel mẽte cõprehendi. Sed hinc sumpsit sibi ipsa ratio, in quibus posset indagatricẽ veritatis exercere solertiam. Delegit enim de infinitę multitudinis pluralitate, finitæ terminum quantitatis: Et interminabilis magnitudinis sectione reiecta, de finita sibi ad cognitionis spatia deposcit.

Hoc igitur illud quadriuium est, quo ijs viandum sit, quibus excellentior animus à nobiscum procreatis sensibus, ad intelligentiæ certiora perducitur. Sunt enim quidam gradus, certæque progressionum dimensiones, quibus ascendi progredique possit, vt illum animi oculum, qui (vt ait Plato) multis oculis corporalibus saluari constituique sit dignior, quod eo solo lumine vestigari & inspici veritas queat: hunc inquam oculum diuersum, orbatumque corporeis sensibus, hæ disciplinæ rursus illuminent.

De speciebus Mathematicę.

CAP. III.

Quid quãtitas abstracta & quotuplex

Richardus vbi supra. Mathematica (vt dictum est) quantitatem abstractam considerat. Porro abstracta quantitas nihil aliud est quàm forma visibilis, secundum lineamentarem dimensionem animæ impressa. Quantitas autem alia est discreta, quę multitudo dicitur, vt grex, populus: alia continua quæ magnitudo appellatur, vt arbor, lapis. Rursus multitudo alia discreta per se, vt duo, tria, quatuor. Alia discreta ad aliud, vt sesquialterum, sesquitertium. Magnitudo vero alia immobilis, vt sphæra terræ. Alia mobilis, vt sphęra firmamenti. Multitudo discreta per se inest arithmeticę: Multitudo discreta ad aliud, materia est musicæ. Magnitudo immobilis, materia est geometriæ; mobilis autem astronomiæ.

Quatuor sũt species mathematicæ

Sunt igitur hæ quatuor species mathematicæ. Arithmetica tractat de numeris: Musica de proportione: Geometria de spatio: Astronomia de motu. Elementum arithmeticæ est vnitas, musicæ vnisonũ, geometriæ punctum, astronomię instans. Itaque arithmetica est numerorum scientia: musica est plurium dissimilium in vnum redactorum concordia: geometria est disciplina magnitudinis immobilis, formarumque descriptio contemplatiua, per quam vniuscuiusque rei termini declarari solet. Astronomia est disciplina magnitudinis mobilis, inuestigans spatia motus, & reditus cęlestium corporum certis temporibus. Arithmeticam scriptores sæcularium literarum, inter mathematicæ disciplinas, ideo primam esse voluerunt; quia vt ipsa sit, nulla alia indiget disciplina: Musica autem geometria & astronomia quæ sequuntur, vt sint atque subsistant, istius auxilio indigent.

Octo sunt partes mathematicæ

Alpharabius in li. de diuisione scientiarum. Scientia doctrinalis, id est mathematica in octo partes diuiditur quæ sunt Arithmetica, geometria, scientia de aspectibus, scientia de stellis, musica, scientia de ponderibus, scientia de ingenijs.

De primatu Arithmeticæ.

CAP. VI.

Arithmetica inter mathematicas est primò discẽda.

Boetius vbi supra. Quæ ex hisce prima discenda est, nisi ea quæ principium, matrisque quodammodo ad cæteras obtinet proportionem. Hæc est autem arithmetica; hęc enim cunctis prior est, non modo quia hanc ille huius mundanæmolis conditor Deus, primum suæ habuit ratiocinationis exemplar, & ad hanc cuncta constituit, quæcunque fabricante ratione, per numeros assignati ordinis inuenere cõcordiam. Sed & quæcunque natura priora sunt, his sublatis simul posteriora tolluntur. Quod si posteriora pereunt, nihil de statu prioris substantię permutatur, vt animal prius est homine: nam si tollas animal, statim quoque hominis natura deleta est: Si hominem sustuleris, animal non peribit. Et econtrario, ea posteriora sunt, quæ secum aliud quodlibet inferunt: Et ea priora sunt, quæ cum dicta sunt, nihil secum de posterioribus trahunt.

Sublata arithmetica auferuntur cætera scientiæ mathematicæ sed non contra

Hoc idem in geometria & arithmetica videtur accurrere. Si enim numeros tollas, vnde triangulum, vel quadratum, & quidquid in geometria versatur inuenies, quæ omnia numerorum denominatiua sunt? At vero si quadratum triangulumque sustuleris, omnisque geometria consumpta sit, 3. & 4. aliorumque numerorum vocabula non peribunt. Musica vero quàm prior sit numerorum vis, hinc maximęque probari potest, quod non modo illa natura priora sunt quę per se constant, quàm illa quæ ad aliquid referuntur; sed etiam ea ipsa musica modulatio, numerorum nominibus annotatur; diatesseron enim & diapente, & diapason, ab accedentis numeri nominibus nuncupantur. Ipsorum quoque sonorũ aduersum se proportio, solis neque alijs nisi numeris inuenitur: Ipsaque numerorũ natura omnis astrorum cursus, omnisque astronomica ratio constituta est: sic enim ortus occasusque colligimus, sic tarditates velocitatesque errantium syderum custodimus, sic defectus & multiplices lunæ varietates agnoscimus.

Prima mathematicarũ scientiarum est Arithmetica.

Richardus vbi supra. Prima ergo mathematicarum est arithmetica, quia in proportione, in spatio, in motu numerus inuenitur; sed non ecõuerso, in numero semper proportio, vel spatium, aut motus inesse cernitur. Vnde etiam arithmetica est vna de quatuor, & aliarũ trium instrumentum esse probatur.

De Arithmetica.

CAP. V.

Quid Arithmetica, & vnde.

Isido. in li. 3. etymo. Arithmetica est disciplina numerorum. Græci nanque numerum à *rythmom* dicunt. Hanc apud Græcos primum conscripsisse Pithagoram autumant, & postmodum à Nicomacho diffusius esse dispositam, quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius transtulerunt.

Arithmetica est duplex, s. practica, & speculatiua

Alpharabius vbi supra. Arithmetica est sciẽtia de numero: Numerus autem duobus modis consideratur, in se, & in materia; ideoque arithmetica alia est practica, alia theorica. Practica inquirit de numeris secundum quod aliquid eius numeratur, sicut vtuntur eis in commerciis & ngotiationibus. Theorica vero de numero, secundum quod mens percipit illum absolute abstractum ab omni motu & materia. Et cõsiderat ea quæ accidunt essentiæ illius in se, vt quod alius est par, alius impar. quod alius est superfluus, & alius diminutiuus, & huiusmodi. Vtraque etiam illarũ habet partes suas; Practicæ namque partes sunt, sciẽtia coniũgendi numeros, & scientia disiungendi. Et illa quidẽ quæ docet coniungere numeros, alia est scientia congregandi, alia duplicandi, alia vero multiplicandi: illa vero quæ disiungere docet, alia est scientia minuendi, alia mediãdi, alia diuidendi. Scientia vero radicis inueniendi sub vtraque continetur, & radix diuidendo & multiplicãdo inuenitur. Huius etiã practicę species multæ sunt; alia namque scientia vendendi & emendi, alia mutandi, & commodandi, alia conducendi & locandi, alia expendendi & seruandi, & aliæ multæ, de quibus pleniſſime habetur in lib. qui apud Arabes *Mahalche* dicitur.

De Numero.

CAP. VI.

Quid numerus.

Isid. vbi supra. Numerus autẽ est multitudo ex vnitatibus constituta. Nam vnũ, semẽ numeri esse, non

numerum

numerum volunt. Numero nummus nomen dedit, & à ſui frequentatione vocabulum indidit. *Ratio* numerorum contemnenda non eſt. In multis enim ſanctarum ſcripturarum locis, quantum myſterium habeat elucet. Non enim fruſtra in laudibus Dei dictum eſt: *Omnia in menſura, & numero, & pondere feciſti.* Senarius nanque qui partibus ſuis perfectus eſt, perfectionem mundi, quadam numeri ſui ſignificatione declarat. Similiter & 40. dies quibus Moyſes Elias & ipſe dominus ieiunauerunt, ſine numerorum cognitione non intelliguntur. Sicut & alii in ſcripturis ſacris numeri exiſtunt, quorũ figuras non niſi huius artis ſcientia ſoluere poſſumus. Datum eſt etiam nobis ex aliqua parte, ſub numerorum conſiſtere diſciplina, quando horas per eam diſcimus, quando menſium curricula ſupputamus, quando ſpatium anni redeuntis agnoſcimus. Per numerum ſiquidem ne confundamur inſtruimur. Tolle numerum in rebus omnibus, & omnia pereunt: adime ſeculo computum, & cuncta ignorantia cæca complectitur; nec differre poteſt à cæteris animalibus, qui calculi neſcit rationem.

Necessitas arithmetica.

Boetius vbi ſupra. Omnia quæcunque à primæua rerum natura conſtituta ſunt, numerorũ videtur ratione eſſe formata. hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar: hinc enim quatuor elementorum multitudo mutuata eſt, hinc temporum vices, hinc motus aſtrorum, cęlique cõuerſio. Numerus eſt vnitatum collectio, vel quantitatis aceruus, ex vnitatibus profuſus. Huius igitur prima diuiſio eſt in parem & imparem. Par quidem eſt, qui poteſt in æqualia duo diuidi, medio non intercidente. Impar vero quem nullus in æqualia diuidit, eo quod in medio poſitus vnus intercidat: Quod ſi hæc per alterurras ſpecies ſunt, diffinienda, dicetur imparem numerum eſſe, qui vnitate differt à pari, vel cremento, vel diminutione. Item par numerus eſt, qui vnitate differt ab impari, vel cremento, vel diminutione.

Diuiſio numeri in parẽ & imparem

Iſido. vbi ſupra. Numeros autem infinitos eſſe certiſſimum eſt, quantum in quocunque numero finem faciendum putaueris, idem ipſe, non dico vno addito augeri, ſed quam libet ſit magnus, & quamlibet ingentem multitudinem continẽs, in ipſa ratione atque ſcientia numerorum, non ſolum duplicari, verumetiam multiplicari poteſt. Ita vero ſuis quiſque numerus proprietatibus terminatur, vt nullus eorum par eſſe cuicunque alteri poſſit. Ergo & diſpares inter ſe atque diuerſi ſunt, & ſinguli quique finiti ſunt, & omnes infiniti ſunt.

Numerus eſt infinitus.

De Principalitate vnitatis.

CAP. VII.

Omnis numerus eſt medietas circũ ſepoſitorum, ſi in vnum numerum coniungãtur

Boetius vbi ſupra. Omnis quoque numerus circumſe poſitorum, & naturali ſibimet diſpoſitione iunctorum, medietas eſt. Et qui ſuper duos illos ſunt qui medio iunguntur, ſi componuntur, etiam ipſorum ſupradictus numetus media portio eſt. Et rurſus illorum qui ſunt ſuper ſecundo loco iunctos, cum ipſi quoque ſint compoſiti, prior his numerus medietatis loco eſt; & hoc erit vſque dum occurrens vnitas, terminum ponat, vt ſi ponat quis quinarium numerum, altrinſecus circa ipſum ſunt quatuor inferius, ſex ſuperius; hi igitur ſi iuncti ſunt faciunt 10. quorum quinque medietas eſt. Qui autem circa ipſos ſex & quatuor ſũt, 7. ſcilicet & 3. ſi iuncti ſunt, eorum. 5. medietas erit Rurſus illorum qui altrinſecus poſiti ſunt, ſi iungantur, etiam hi quinarii numeri duplices erũt. Nam ſubter tres ſunt duo, ſuper, 7. ſunt 8. hi igitur ſi iuncti ſunt faciũt 10. quorum quinarius rurſus medietas eſt. Hoc idem in omnibus numeris euenit, vſque dum ad vnitatis terminum peruenire queat, ſola enim vnitas circum ſe duos terminos non habet; atque ideo eius qui prope ſe eſt ſolius medietas eſt. Nam iuxta vnum ſolus binarius naturaliter conſtitutus eſt, cuius vnitas medietas eſt. Quare conſtat primam eſſe vnitatem cunctorum qui ſunt naturali diſpoſitione numerorum, & eam rite totius quamuis prolixæ genitricem pluralitatis agnoſci.

De Speciebus numeri.

CAP. VIII.

Diuiſiones numeri.

Iſidorus vbi ſupra. Numerus diuiditur in paribus & imparibus. Par numerus diuiditur in his, pariter par & pariter impar; impariter par, & impariter impar: Impar numerus diuiditur in his, primum & ſimplum, ſecundum & compoſitum, tertium mediocrem, qui quodammodo primus & incompoſitus eſt: alio vero modo ſecundus & compoſitus eſt. *Par* numerus eſt, qui in duabus æquis partibus diuidi poteſt, vt duo, quatuor, & octo. *Impar* vero numerus eſt, qui diuidi æquis partibus nequit, vno medio, vel deficiente, vel ſuperante; vt tria, quinque, 7. & 9. & reliqui. *Pariter par* numerus eſt, qui ſecundum parem numerum pariter diuiditur, quouſque ad indiuiſibile perueniant vnitatem: vtputa ſexagintaquatuor habet medietatem triginta duo, hic autem ſedecim, ſedecim vero octo, & octonarius quatuor, quaternarius duos, binarius vnum, qui ſingularis indiuiſibilis eſt. *Pariter impar* eſt, qui in partes æquas recipit ſectionem, ſed partes eius mox indiſſecabiles permanent, vt ſex decem, octo, triginta, quinquaginta. Mox enim vt hunc numerum diuiferis, incurris in numerum quem ſecare in ęqualia non poſſis. *Impariter par* numerus eſt, cuius partes etiam diuidi poſſunt, ſed vſque ad vnitatem non perueniunt, vt viginti quatuor: hi enim inmedietatem diuiſi 12. faciunt, rurſum in aliam medietatem ſex, deinde in aliam tres & vltra diuiſionem non recipit ſectio illa, ſed ante vnitatem inuenitur terminus, quem ſecare non poſis. *Impariter impar* eſt, qui ab impari numero impariter menſuratur, vt 25. 49 qui dum ſint impares numeri, ab imparibus etiam partibus diuiduntur, vt ſepties ſeptem, quadries nonies, quinquies quini, vigies quinquies. *Imparium* numerorum, alii ſimplices ſunt, alii cõpoſiti, alii mediocres. *Simplices* ſunt, qui nullam aliam partem habent, niſi ſolam vnitatem; vt ternarius ſolam tertiam, & quinarius ſolam quintam, & ſeptenarius ſolam ſeptimam: His enim pars vna ſola eſt. *Compoſiti* ſunt, qui non ſola vnitate metiuntur, ſed etiã alio numero procreantur, vt nouem, quindecim, & viginti vnum, vigintiquinque: Dicimus. n. ter terni, & ſepties terni, & ter quini, & quinquies quini. *Mediocres* numeri ſunt, qui quodammodo ſimplices & incõpoſiti eſſe videntur, alio vero modo compoſiti, vt verbi gratia, 9. ad 25. dum comparatus fuerit, primus eſt, & incompoſitus; quia non habet communem numerum, niſi ſolum monadicum. Ad quindecim vero ſi comparatus fuerit, ſecundus eſt, & compoſitus, quoniam ineſt illi communis numerus prẽter monadicũ, id eſt ternarius numerus. quia 9. menſurat ter trini, & 15 ter quini. *Item* parium numerorum alii ſunt ſuperflui, alii diminutiui, alii perfecti. *Superflui* ſunt, quorũ partes ſimul ductę plenitudinẽ ſuam excedũt, vtputa duodenarius; habet enim partes quinque: duodecimam, quod eſt vnum, ſextam quod duo, quartam quod tria, tertiam quod quatuor, dimidiam quod ſex. Vnum enim & duo & tria & quatuor & ſex ſimul ducta, ſedecim faciunt, & longè à duodenario excedunt, ſic & alii ſimiles plurimi. *Diminutiui* ſunt, qui partibus ſuis computati minorem ſummam efficiunt, vtpote denarius, cuius partes ſunt tres; decima quod eſt vnũ, quinta, quod duo, dimidia quod quinq; Vnum enim & duo & quinque ſimul ducta, octonarium faciunt, longe à denario minorem. Similis eſt huic octonarius, vel alii plurimi, qui in partes redacti infra conſiſtunt. *Perfectus* numerus eſt qui ſuis partibus adimpletur, vt ſenarius; habet enim tres partes, ſextam, tertiam, & dimidiam: Sexta eius vnũ eſt. tertia duo. dimidia tres, hæ partes, in ſummam ductæ, id eſt vnum & duo & tria, ſimul eundem conſummant perficiuntque ſenarium. Sunt autem perfecti numeri infra denarium ſex, infra centenariũ viginti octo, infra millenariũ, quadringinta nonaginta & ſex.

Impares numeri ſunt triplices.

Pares numeri ſunt etiam triplices.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Computo, & Algorismo.

CAP. IX.

Quid computus strictè dictus.

AVctor Computus dicitur à computando, id est numerando; vnde quælibet computatio potest dici computus, largè sumpto vocabulo, propriè vero cõputus dicitur scientia tẽporum distinctiua secundum motum solis & lunæ tantum, ad cognitionem eorum quæ in Calendario sunt, festorumque mobilium. De quibus sufficiant, quantum ad præsens opus, ea quæ dicta sunt superius in li. de luminaribus, quæ facta sũt in signa, & tempora, & dies, & noctem. Dicitur ergo computus, non quia cõputare tantum doceat, sed quia difficiliora quædã in eo cõputanda reseruantur. Quoniam autem ad intelligentiã computi omniumque maiorum numerorũm necessaria est scientia algorismi, sc. propter minutias tẽporis vel cuislibet alterius rei numerabilis ad summam facilius redigendas, hiic pauca de algorismi figuris breuiter annotanda sunt.

Numerus triplex.

Numerorum igitur alius digitus, alius articulus, alius numerus compositus. *Digitus* est quilibet numerus qui potest repræsentari per vnicam figuram. *Articulus* est numerus decuplus ad aliquem. *Compositus* numerus est ex digito & articulo. Ad numeros istos repræsentandos inuentę sunt nouem figuræ tales, 1.2.3.4.5.6.7.8.9. quæ ad differentiã Latinarum scribendę sunt à dextra in sinistram. Harum talis est lex: Quælibet in primo loco posita significat vnitatem, vel vnitates: In secundo denarium, vel denarios. In tertio centenarium, vel centenarios. In quarto millenarium, vel millenarios. Et vt breuius loquar, quælibet figura posita in secũdo loco significat decies magis quàm si esset in primo, & decies magis in tertio quàm in secundo, & sic in infinitum. Sed nondum istis figuris repræsentari potest quilibet numerus, quin maior excrescat, v.g. Non possumus his figuris repræsentare decem, si enim scriberemus figuram vnitatis in primo loco, & eandẽ in secundo fierent 11. secundum legem prędictam. Item si scriberemus figuram vnitatis in primo loco, & figuram nouenarij in secundo, fierent nonaginta vnum, secundum eandem legem. Item si econtra figuram nouenarij in primo loco, & figuram vnitatis in secundo fierent 19, secundum eandem regulam. Inuenta est igitur decima figura talis, sc. o. quæ cifra appellatur. Nihilque repræsentat, sed posita in primo loco facit aliam figuram esse in secundo loco, respectu sui, ac per hoc decuplum significare, quàm si esset in primo, iuxta præfatam rationem. Cum hac ergo figura possumus repræsentare decem. Ipsa enim in primo loco posita facit figuram vnitatis esse in secundo si subscribatur, quæ ibi significat decem, vt prædictum est. *Artis* huius species sunt sex, scilicet additio, subtractio, duplicatio, dimidiatio, multiplicatio, diuisio, de quibus singulis propriæ regulæ datæ sunt in algorismo, quas & plures alias numeri diuisiones, & proportiones, de quibus in Isidoro & Boëtio, ad præsens breuitatis causa prætermitto.

Vltra nouem figuras necessaria est adhuc cifra, vt quiuis numerus possit repræsentari.

Algorismi 6. sunt species.

De Musica.

CAP. X.

Quid musica.

RIchardus vbi supra. *Musica est plurium dissimilium in vnum redactorum concordia.* Alpharabius vbi supra. Musica comprehendit cognitionem specierum harmonię, & illud ex quo componitur, & quibus modis.

Vnde dicta musica, & quis primus inuentor.

Isidorus vbi supra. *Musica est peritia modulationis, sono cantuque consistens.* Et dicta etiam musica per deriuationem à musis. Musæ autem appellatæ sunt ἀπο τυ μυσον, id est à quærendo, quod per eas (sicut antiqui voluerunt) vis carminum, & vocis modulatio quæreretur. Huius artis repertorem Moyses dicit fuisse Tubal, qui fuit de stirpe Cain: Græci vero Pythagoram, alij vero Linum Thebeum, & Zetum, & Amphion primos in ea arte claruisse ferunt. Post quos paulatim multipliciter aucta est; eratque tam turpe musicam nescire, quàm literas. *Interponebatur* autem non modo sacris, sed & omnibus solemnibus, omnibusque lætis, vel tristioribus rebus. Sicut enim in veneratione diuina Hymni, sic in nuptijs Hymenæi, & in Funeribus Threni, & ad tibias quidem Lamenta canebantur. In conuiuijs autem aut Lyra aut Cithara circunferebatur, & accubantibus singulis, conuiuiale genus canticorum ordinabatur.

Encomia musicæ.

Itaque sine musica nulla disciplina potest esse perfecta; nihil enim sine illa. Nam & ipse mundus. quadam harmonia sonorum fertur esse compositus, & cælum ipsum sub harmoniæ modulatione reuolui. Musica mouet affectus, prouocat in diuersum habitum sensus. In prælijs quoque tubæ concentus pugnantes accẽdit, & quanto vehementior fuerit clangor, tanto fit ad certamen animus fortior. Siquidem remiges cantus hortatur, ad tolerandos quoque labores musica animum mulcet, & singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur. Excitatos quoque animos musica sedat, sicut de Dauid legitur, qui ab ipso spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias, necnon & serpentes, volucres, & delphinos, ad auditum suæ modulationis musica prouocat. Sed & quidquid loquimur, vel intrinsecus venarum pulsibus commouemur, per musicos rythmos harmoniæ virtutibus probatur esse sociatum.

Nil esse potest sine musica secundũ Isidor.

Nota.

De excellentia Musicæ.

CAP. XI.

Boëtius in musica lib. 1. Aurium vis ita sonos captat, vt non modo de his iudicium capiat, differentiasque cognoscat, verumetiam delectetur sæpius si dulces coaptatique modi sunt; angatur vero si dissipati atque incohærentes feriant sensum. Vnde fit, vt cũ quatuor matheseos disciplinæ, cæteræ quidem ad inuestigationem veritatis laborent; Musica vero non modo speculationi, verumetiam mortalitati coniuncta sit; nihil enim est tam proprium humanitati, quàm remiti dulcibus modulis, astringi contrarijs. Idque in singulis, vel studijs, vel ętatibus tenet, vt nulla omnino sit ætas, quæ à cantilenę dulcis delectatione seiuncta sit. Hinc etiam internosci potest, quod non frustra à Platone dictum sit, mundi animam musica conuenientia fuisse coniunctam. Cum enim ex eo quod in nobis est iunctum, conueniẽterque coaptatum, illud excipimus quod in sonis apte conuenienterque coniunctum est, eo quod delectantur, nos quoque ipsos eadem similitudine compactos esse cognoscimus. Amica enim similitudo, dissimilitudo odiosa, atque contraria.

Musica omni ætati conuenit, & omnes delectat.

Hinc etiam morum maximæ permutationes fiunt; lasciuus quippe animus, vel ipse lasciuioribus delectatur modis, vel sæpe eosdẽ audiens emollitur, aut frangitur. Rursus asperior mens, vel incitatioribus gaudet, vel eisdem asperatur. Hinc est quod modi etiam musici gẽtium vocabulo designati sunt, vt Lidius modus, & Frigius. Quo enim quasi vnaquæque gens gaudet, eodem modus ipse vocabulo nuncupatur. Gaudet vero gens modis pro morum similitudine. Neque enim fieri potest vt mollia duris, dura mollioribus annectantur, aut gaudeant. Sed amorem delectationemque (vt dictum est) similitudo conciliat.

Musica mores immutat

De obseruantia moralitatis in musica.

CAP XII.

VNde Plato etiam maximè cauendum existimat, ne de bene morata musica aliquid permutetur. Negat enim esse posse vllam tantam morum inscp. labem, quam paulatim de pudenti ac modesta musica inuertere. Statim. n. idem quoque audientiũ animos pa-

Musica impudica, & immodesta est maximè in repub. cauenda.

ti, pau-

ti, paulatimque deſcendere, nullumque honeſti ac recti retinere veſtigium, ſi vel per laſciuiores mòdos, inuerecundum aliquid; vel per aſperiores, ferox atque immane, mentibus illabatur. Nulla enim magis ad animum diſciplinis via, quam auribus patet. Cum ergo per eas rythmi modique ad animum vſque deſcenderint, dubitari non poteſt quin æquo modo mentem, atque ipſa ſunt afficiant, atque conforment. Id vero intelligi etiam in gentibus poteſt. Nam quæ aſperiores ſunt Getarum gentes durioribus delectantur modis, quæ verò mãſuetæ, mediocribus. Quod vero laſciuum ac molle eſt genus humanum, id totum ſcenicis ac theatralibus modis tenetur.

Qua muſica cẽſenda modeſta.

Fuit vero pudens ac modeſta muſica, dum ſimplicioribus organis ageretur; vbi vero variè permixtęque tracta eſt, amiſit grauitatis atque virtutis modum, & B penè in turpitudinem prolapſa, minimũ antiquæ ſpeciem ſeruat. Vnde Plato præcipit minime oportere pueros ad omnes modos erudiri, ſed potius ad valentes & ſimplices. Atque hic maximè retinendum illud eſt, quod ſi modo per paruiſſimas mutationes hinc aliquid permutaretur, recens quidem minime ſentiri, poſt vero magnam facere differentiam, & per artes ad animum vſque delabi. Idcirco magnam eſſe cuſtodiã reipub. Plato arbitratur, muſicam optimè moratam, pudenterque coniunctam; ita vt ſit modeſta ac ſimplex & maſcula, nec effæminata, nec fera, nec varia.

De varijs effectibus muſicæ.

CAP. XIII.

C

Muſica iræ reprimit.

TAnta igitur apud antiquos fuit muſicæ diligentia, vt per eam animos quoque obtinere arbitrarentur. Vulgatum quippe eſt, quàm ſæpe iracundias cantilena repreſſerit, quàm multa vel in corporum, vel in animorum affectionibus, miranda perfecerit. Cui enim eſt illud ignotum, quod Pythagoras ebrium adoleſcentem Tauromitanum, ſub Phrigij modi ſono incitatum, ſpondæo ſuccinente, reddiderit mitiorem, atque ſui compotem? Nam cum in riualis ſcortum domo eſſet clauſum, atque ille furens domum vellet amburere, cumque Pythagoras ſtellarum curſus (vt ei mos nocturnus erat) inſpiceret, vt intellexit ſono Phrigij modi incitatum, multis amicorum monitionibus à furore noluiſſe deſiſtere, mutari modum præcepit, atque in furentis animum adoleſcentis ad ſtatum mẽtis pacatiſſimè temperauit. Quod ſcilicet Marcus Tullius commemorat, in eo li. quem de conſilijs aliis verbis compoſuit.

Exempla.

Sed vt ſimilia breuiter exempla conquiram. *Terpandus*, Aryon, Methymus, Lesbios atque Iones, grauiſſimis morbis cantus eripuere præſidio. *Iſmenias* vero Thebanus Boetiorum pluribus (quos ſciatici doloris tormenta vexabant) modis fertur cunctas abſtetiſſe moleſtias. *Sed* & Empedocles, cum eius hoſpitem quidam gladio furibundus inuaderet, quod eius ille patrem accuſatione damnaſſet, inflexiſſe dicitur modum canendo, atque iracundiam adoleſcentis temperaſſe.

Cantus incitat ad ſomnum, & ſecundum aliũ modũ, ſomnum excutit

Intantum vero priſcæ philoſophiæ ſtudioſis vis muſicę artis innotuit, vt Pythagorici cum diurnas in ſomno reſoluerent curas, quibuſdam cantilenis vterentur, vt eis leuius & quietius ſopor irreperet. Itaque experrecti alijs quibuſdam modis, ſtuporem ſomni, confuſionemque purgabant. Id nimirum ſcientes, quod tota noſtræ animæ corporiſque compago, muſica coaptatione coniuncta ſit. Nam vt ſeſe corporis affectus habet, ita etiam pulſus cordis motibus incitantur.

Adhuc de eodem.

CAP. XIV.

Harmonia exterior qua delectamur,

ITaque non poteſt dubitari, quin noſtræ animæ corporiſque ſtatus, eiſdem quodammodo proportionibus videtur eſſe compoſitus, quibus harmonicas modulationes poſterior diſputatio coniungi, copularique monſtrabit. Inde enim eſt quod infantes cantilena dulcis oblectat, aliquid vero aſperum atque immite, ab audiendi voluptate ſuſpendit. Nimirum id etiã omnis ætas patitur, omniſque ſexus; quę licet ſuis actibus diſtributa ſunt, vna tamen muſica delectatione coniuncta ſunt. Quid enim fit, cum in fletibus luctus ipſos modulantur dolentes (quod maximè muliebre eſt) vt cantico quodam dulcior fiat cauſa deflendi. Id vero etiam fuit antiquis in more, vt cantus Tibiæ luctus præiret. Teſtis eſt Panius Statius hoc verſu:

—— Cornu graue iungit aduncos
Tibia cui teneros ſueuit producere manes.

Et qui ſuauiter canere non poteſt, ſibi tamen aliquid canit, non quod eum aliqua voluptate id quod canit afficiat, ſed quod quãdam inſitam dulcedinem ex animo proferentes, quomodo proferat delectantur. *Nonne* illud etiam manifeſtum eſt, in bellum pugnantium animos tubarum carmine accendi? quod ſi veriſimile eſt ab animi pacato ſtatu, quenquã ad furorem atque iracundiam excitari, non eſt dubium quod conturbatæ mentis iracundiam, vel nimiam cupiditatem, modeſtior modus poſſit aſtringere.

Cantilena cogit nõnullos ad tripudiandum.

Quid quod cum aliquis cantilenam libentius auribus atque animo capit, ad illud etiam non ſponte conuertitur, vt motum quoque aliquem ſimilem auditæ cantilenæ corpus effingat, & quod omnino aliquod melos auditum, ſibi memor animus ipſe decerpat: vt ex omnibus perſpicue nec dubitanter appareat, ita nobis muſicam naturaliter eſſe coniunctam, vt ea ne ſi velimus quidem carere poſſumus. Quocirca intendenda vis mentis eſt, vt id quod natura eſt inſitum, ſcientia quoque poſſit comprehenſum teneri. Sic etiam in viſu quoque non ſufficit eruditis colores formaſque conſpicere, niſi quæ ſit horum proprietas inueſtigauerint. Sic non ſufficit cantilenis muſicis delectari, niſi etiam quali inter ſe coniunctæ ſint vocis proportione diſcatur, &c.

Diuiſio Muſicæ ſecundum Alpharabium.

CAP. XV.

D

Quid muſica actiua proprium.

ALpharabius vbi ſupra. Muſica quoque diuiditur in actiuam & ſpeculatiuam. Actiuæ proprietas eſt inuenire harmonias ſenſitiuas ex inſtrumentis quæ præparata ſunt eis, vel natura, vel arte. Inſtrumenta naturalia ſunt vt epiglottis, & vuula, & quę in eis ſunt, deinde vero naſus. Artificialia ſunt, vt fiſtulæ, chordę, vẽrba, & alia huiuſmodi. Opifex itaque huius artis non format pneumata & harmonias, & alia eorum accidentia niſi ſecundũm quod ſunt in inſtrumẽtis, quorum acceptio conſueta eſt in eis. *Speculatiua* vero dat omnium eorum ſcientiam, & rationes, & cauſas omnes eius ex quo componitur harmonia non ſecundum quod ſunt in materia, ſed abſolutè ſecundum quod remota ſunt ab inſtrumento, & modo; & accipit ea ſecundũ quod audita ſunt ex inſtrumẽto, vel ex quocũque tempore accidunt. *Hæc* autem, id eſt ſpeculatiua, E diuiditur in quinque partes magnas. *Prima* eſt de principiis, quorum proprietas eſt vt adminiſtrentur in acceptione eius quod eſt in hac ſcientia, & qualiter ſit mundus in acceptione principiorum illorum & qualiter inuenta ſit hęc ars, & ex quibus rebus, & ex quot componatur. *Secunda* vero doctrinalis eſt de diſpoſitionibus huius artis, ſcilicet inueniendi pneumata, & cognoſcendi numeros, ac ſpecies eorum, & declarandi proportiones eorum adinuicem: docet etiam ſpecies ordinum ac ſituum eorum quibus præparantur, vt acceptor accipiat ex eis quod vult, & componat ex eis harmonias. *Tertia* eſt de conuenientia principiorum in ſermonibus & demonſtrationibus, ſuper ſpecies inſtrumentorum artificialiũ quæ præparantur eis, & de acceptione omniũ eorum, ac ſituum eorũ in ea, ſecundum menſurationẽ & ordinem quæ in princi-

Speculatiua eſt quintuplex.

pijs aſſi-

arguit interioré animã, & corporis harmoniam

pijs aſſignantur. Quarta eſt de ſpeciebus caſuum naturalium, quæ ſunt pondera pneumatum. Quinta vero de compoſitione harmoniarum integrarum, ſcilicet illarum quæ poſitæ ſunt in ſermonibus metricis ſecundum ordinationem & qualitatem artis eorum compoſitis. Et docet quomodo penetrabiliores fiunt, & magis vltimæ, ſcilicet in vltimitate intentionis ad quam factæ ſunt.

Alia Diuiſio.

CAPVT XVI.

Tria ſunt genera muſicæ ſcilicet, Mundana.

MVſicæ genera ſunt tria, prima quidem mundana eſt, ſecunda vero humana, tertia inſtrumentalis. Mundana in his maxime proſpicienda eſt, quæ in ipſo cælo, vel compage elementorum vel temporum varietate inſunt. Quomodo enim fieri poteſt, vt tam velox cæli machina, tacito ſilentique curſu moueatur, Etſi ad noſtras aures ſonus ille non peruenit, quod multis fieri de cauſis neceſſe eſt, non poterit tamen motus tam velociſſimus ita magnorum corporum, nullos omnino ſonos ſcire, cum præſertim tanta ſint ſtellarum curſus coaptatione coniuncti, vt nihil compaginatum, nihil ita commixtum poſſit intelligi. Namque alij excelſiores, alij inferiores feruntur, atque ita omnes æquali incitatione voluuntur, vt per diſpares inæqualitates, ratus curſuum ordo diſcatur: vnde non poteſt ab hac cæleſti vertigine ratus ordo modulationis abſiſtere. Iam vero quatuor elementorum diuerſitates, contrariaſque potentia, niſi quædam harmonia coniungeret, quomodo fieri poſſet, vt in vnum corpus ac machinam conuenirent. Sed hæc omnis diuerſitas, & ita temporum varietatem parit, & fructuum, vt tamen & vnum anni corpus efficiat. Nam quod conſtringit hyems, ver laxat, torret æſtas, maturat autumnus, temporaque viciſſim ita ſuos afferunt pro varietate modulos, quod & annuam conſonantiam, & circulationis excurſum, atque reditum ſubminiſtrant.

Motus cælorum harmoniam cauſat.

Humana.

Humanam vero muſicam, quiſquis in ſeipſum deſcendit, intelligit. Quid enim eſt quod illam incorpoream rationis viuacitatem corpori miſceat, niſi quædã coaptatio, & veluti grauium leuiumque vocum, quaſi vnam conſonantiam efficiens temperatio? Quid eſt aliud quod ipſius inter ſe partes animæ iungat, quæ vt Ariſtoteli placet, ex ſenſibili rationabilique coniuncta eſt? Quid eſt vero quod corporis elementa permiſceat, aut partes ſibimet rata coaptatione contineat? Tertia eſt muſica, quæ in quibuſdam conſiſtere dicitur inſtrumentis hæc adminiſtratur, aut intenſione, vt neruis; aut ſpiritu vt tibijs; aut his quæ ad aquam mouentur; aut percuſſione quadam, vt in his quæ non niſi in concaua ærea quædam feriuntur, atque inde diuerſi efficiuntur ſoni.

Inſtrumentalis.

Subdiuiſiones eiuſdem.

CAPVT XVII.

Subdiuiſiones triplicis generis muſica.

Richardus vbi ſupra. Muſica alia mundana, alia humana, alia inſtrumentalis. Mundana, alia in elementis, alia in planetis, alia in temporibus. In elementis, alia in pondere, alia in numero, alia in menſura. In planetis, alia in ſitu, alia in motu, alia in natura. In temporibus, alia in annis, ſcilicet mutatione veris, æſtatis, autumni, hyemis: Alia in menſibus, ſcilicet incrementis & decrementis lunaribus; alia in diebus; ſcilicet viciſſitudine lucis & noctis. Muſica humana, alia in corpore, alia in anima, alia in connexu vtriuſque. In corpore, alia in vegetationibus alia in humoribus, alia in operationibus. Prima conuenit omnibus naſcentibus. Secunda ſenſibilibus. Tertia rationalibus: Muſica in anima, alia in potentijs, vt ira, ratio; alia in virtutibus, vt inſtitia, fortitudo. Muſica in connexu vtriuſque, eſt illa naturalis æmicitia, qua anima corpori non corporeis vinculis alligata tenetur. Muſica inſtrumentalis, alia eſt in pulſu, vt in tympanis, & chordis, alia in flatu, vt in tibijs & organis, alia in voce, vt in carminibus, & in cantilenis.

De Elementis muſicæ inſtrumentalis ſcilicet de ſonis.

CAPVT XVIII.

Vnde conſonantia.

COnſonantia quæ omnem muſicæ modulationem regit, præter ſonum fieri non poteſt. Sonus vero præter quendam pulſum percuſſionemque non redditur; pulſus vero atque percuſſio nullo modo eſſe poteſt, niſi præceſſerit motus. Si enim cuncta ſunt immobilia, poterit alterum alteri concurrere, vt alterum impellatur ab altero; ſed cunctis ſtantibus, motuque carentibus, nullum fieri neceſſe eſt ſonum. Idcirco diffinitur ſonus ita. *Sonus eſt percuſſio aeris indiſſoluta vſque ad auditum.* *Quid ſonus.*

Motuum vero, alij ſunt velociores, alij tardiores: eorumdenique motuum, alij rariores ſunt, alij ſpiſſiores. Nam ſi quis in continuum motum, reſpiciat, aut velocitatem, aut tarditatem neceſſe eſt comprehendat. Sin vero quis moueat manum, aut frequenti eam motu mouebit, aut raro. Et ſi tardus quidem fuerit aut rarior motus, graues neceſſe eſt ſonos effici, ipſa tarditate & raritate pellendi. Sin vero ſint motus celeres ac ſpiſſi, acutos neceſſe eſt reddi ſonos. Idcirco enim idem neruus ſi tendatur amplius, acute ſonat, Si remittatur, grauè: quanto enim tẽſior eſt, velociorem pulſum reddit, celeriuſque reuertitur, & frequentius ac ſpiſſius aerem ferit. Qui vero laxior eſt, ſolutos ac tardos pulſus effert, raroſque ipſa imbecillitate feriendi, nec diutius tremit: neque enim quotiens chorda pellitur vnus edi tantum putandus eſt ſonus, aut vnam in his eſſe percuſſionem, ſed totiens aer feritur, quotiens eum chorda tremebunda percuſſerit. Sed quoniam iunctę ſunt velocitates ſonorum, nulla inter capedo ſentitur auribus, & ſonus vnus ſenſum pellit vel grauis, vel acutus, quamuis vterque ex pluribus conſtet; grauis quidem ex tardioribus & rarioribus, acutus vero ex celeribus ac ſpiſſis; vnde liquet adiunctione quadam motuum ex grauitate acumen, intendi, detractione vero motuum laxari ex acumine grauitatem; Ex pluribus enim motibus acumen quam grauitas conſtat. *Vnde acumẽ & grauitas ſoni.*

De Sonorum differentijs, & ſpecicbus inæqualitatis.

CAPVT XIX.

IN quibus autem pluralitas differentiam facit, eam neceſſe eſt; in quadam numeroſitate conſiſtere. Earum vero quæ ſecundum numerum conferuntur, partim ſibi ſunt æqualia, partim inæqualia. Quocirca ſoni partim ſunt æquales, partim vero ſunt inæqualitate diſtantes: ſed in his vocibus quę nulla inæqualitate diſcordant, nulla omnino conſonantia eſt. Eſt enim conſonantia diſſimilium inter ſe vocum, in vnum redacta concordia. *Soni partim ſunt æquales, partim inæquales.*

Quæ vero ſunt inæqualia, quinque inter ſe modis inæqualitatis momenta cuſtodiunt; aut enim alterum ab altero multiplicante tranſcenditur, aut ſingulis partibus, aut pluribus, aut multiplicante & parte, aut multiplicante, & partibus. Et primum quidem inæqualitatis genus multiplex appellatur. Eſt vero multiplex, vbi maior numerus minorem numerum habet in ſe totum vel bis, vel ter, vel quater, ac deinceps nihil deeſt, aut exuberat: Appellaturque duplum, vel triplum, vel quadruplum; atque ad hunc ordinem in infinita progreditur. Secundum genus eſt, quod appellatur ſuperparticulare, id eſt cum maior numerus minorẽ habet in ſe totũ, & vnam eius aliquam partẽ, eamque vel dimidiam, vt 3. duorum, & vocatur ſeſquialtera proportio, vel tertiam, vt quatuor ad 3. & vocatur ſeſquitertia; atque ad hunc modum eriam in poſterioribus numeris. Tertium genus eſt quoties maior numerus totum intra ſe numerum minorem *Inæqualitas quintuplex.* *Primum genus vocatur multiplex.* *2. Superparticulare.* *3 Superpartiens.*

continet, & eius aliquotas insuper partes; & si duas quidem supra continet, vocabitur proportio superbipartiens, vt sunt 5. ad 3. Sin vero tres vocabitur supertripartiens, vt sunt 7. ad quatuor, & in cæteris similiter. Postrema duo genera, quoniam ex superioribus mixta sunt, relinquantur.

Quæ species inæqualitatis aptentur consonantijs.

CAP. XX.

Inaqualitas multiplex: & superparticularis ad consonãtias deseruit, superpartiens vero non ita proprie.

OBtinere igitur maiorem ad consonantias potestatem videtur multiplex, consequenter autem superparticularis, superpartiens vero ab harmoniæ continentia separatur, vt quibusdam (præter Ptolomęo) videtur. Ea namque probatur coaptationi magis consentanea, quę sunt natũra simplicia: & quoniam grauitas & acumen in quantitate consistunt, ea maxime videbuntur seruare naturam continentiæ, quæ discretè proprietatem quantitatis poterunt custodire. Quantitas enim discreta in minimo quidem finita est, sed in infinitum per maiora procedit. Porro continua tota quidem finita est, sed per infinita minuitur.

Multiplicitas igitur, quoniam finem crescendi non habet, numeri maxime seruat naturam, superparticularitas autem, quoniam in infinitum minorem minuit, proprietatem seruat continuę quantitatis; minuit autem minorem, cum semper eum continet, & eius vel dimidiam partem, vel tertiam, vel quartam, vel quintam. Nam semper pars à maiore numero denominata, ipsa decrescit. Nam cum tertia à tribus denominata sit, quarta vero à quatuor, quamuis quatuor tria superent, quarta tamen potius quam tertia minutior inuenitur. Superpartiones vero quodammodo à simplicitate discedunt, duas enim vel tres, vel quatuor habet insuper superpartio partes; & à simplicitate discedens, exuberat à quadam partium pluralitate.

Rursus multiplicitas omnis in integritate se continet. Nam duplum bis habet totum minorem, atque ad eundem modum cætera multiplicitas: Superparticularitas vero nihil integrum vltra minorem seruat, sed nihil dimidio superat, vel tertia, vel quarta, vel quinta; sed tamen diuisionem singulis ac simplicibus partibus operatur. Superpartiens autem inæqualitas nec seruat integrum, nec singulas adimit partes; atque idcirco secundum Pythagoricos minime musicis consonantijs adhibetur. Ptolomæus tamen etiam hanc proportionem inter consonantias ponit,

De Proportionibus musicis.

CAPVT XXI.

Quales sint omnes musicæ consonantiæ & quomodo vocentur.

ILlud tamen cognitum esse debet, quod omnes musicæ consonantiæ, aut in dupla, aut in tripla, aut in quadrupla, aut in sesquialtera, aut in sesquitertia proportione consistant: & vocabitur quidem quæ in numeris sesquitertia est, diatessaron in sonis, quæ in numeris sesquialtera, diapente appellatur in vocibus; quæ vero in proportionibus dupla est, diapason, in consonantijs; tripla vero diapente & diapason, quadrupla autem bis diapason. Propositio itaque numero vel linea, nihil est facilius quam eius duplum oculo vel animo contueri. Itẽ post dupli iudiciũ sequitur dimidij, post dimidiũ tripli, post triplum partis tertiæ. Ideoque quoniam facilior est dupli descriptio, optimam Nicomachus putat diapason consonantiam, post hanc diapente, quæ mediam tenet; hinc diapente & diapason, quæ triplum: Cæteraque secundum eundem modum formamque diiudicat.

Optima consonantia est diapason, post hanc diapente &c.

Ergo nunc lectoris fidei quæ proponimus commendamus, vt arbitretur diapason in dupla, diapente in sesquitertia, diapente ac diapason tripla; Bis diapason in quadrupla proportione consistere, & tonum sesquioctauam facere proportionem, eumque in duo æqua diuidi non posse, sicut nullam eiusdem generis proportionem, id est, superparticularis: diatessaron etiam consonantiam duobus tonis semitonioque consistere: Semitonia vero esse duo, maius ac minus. Diapente autem tribus tonis ac minore semitonio contineri. Diapason autem quinque tonis, ac duobus minoribus semitonijs expleri, neque ad sex tonos vllo modo peruenire.

De consonantia.

CAPVT XXII.

Quid sonus.

SOnus igitur est vocis casus emelos, id est, aptus melo, in vnam intensionem. Sonum vero non generalem nunc volumus diffinire, sed eum qui Græcè dicitur pthongos, dictus à similitudine loquendi. In-

Quid interuallum.

uallum vero est soni acuti grauisque distantia. Con-

Quid consonantia & dissonantia.

sonãtia est soni acuti grauisque mixtura, suauiter vniformiterque auribus accidens. Dissonantia vero est duorum sonorum sibimet permixtorum, ad aurem veniens, aspera atque iniucunda percussio. Nam dum sibimet misceri volũt, & quodammodo integer vterque nititur ad sensum peruenire; cum alter sic alteri officit, ad sensum insuauiter vsque transmittitur. Consonantia vero, licet aurium quoque sensus diiudicet, tamen ratio perpendit. Quoties enim duo nerui, vno graui ore intenduntur, simulque pulsi reddunt permixtum quodammodo & suauem sonum, daæque voces in vnum quasi coniunctæ coalescunt, tunc fit ea quæ dicitur consonantia. Cum vero simul pulsi, quisque sibi singulariter ire cupit, nec permiscent ad aurem suauem atque vnum ex duobus compositum sonum, tunc est quæ dicitur dissonantia. In his autem comparationibus grauitatis atque acuminis, has consonantias necesse est inueniri quæ sibi commensuratæ sunt, id est quæ vnam possunt communem habere mensuram.

Vnde consonantia secundũ Platonem.

Plato autem hoc modo fieri in aure consonantiam dixit. Necesse est inquit velociorem quidem esse acutiorem sonum. Hic igitur cum præcesserit grauem, in aurem celer ingreditur, offensaque extrema eiusdem corporis parte, quasi repulsus iterato motu reuertitur, sed iam tardior & segnior; nec ita celeri vt primo impetu emissus cucurrit, quo circa grauior quoque fit. Cum igitur iam grauior rediens, nunc primum venienti graui sono simul occurrit, miscetur ei, vnamq; (vt ait) consonantiam miscet.

Verior opinio Nicomachi.

Sed Nicomachus non arbitratur veraciter dictum; neque enim similium consonantiam esse ait, sed dissimilium potius in vnam eandemque concordiam venientium: Grauis vero graui si misceatur, nullam facere consonantiam; quoniam hanc canendi concordiam similitudo non efficit, sed dissimilitudo, quæ cum distet in singulis vocibus, copulatur in mixtis. Sed hinc etiam potius Nicomachus fieri consonantiam arbitrabatur. Non inquit vnus tantum pulsus est, qui simplicem modum vocis emittit, sed semel percussus nerbus, sæpius aerem pellens, multas efficit voces. Sed quia ea velocitas est percussionis, vt sonus sonum quodammodo comprehendat, distantia non sentitur, & quasi vna vox auribus venit. Si igitur percussiones grauiorum sonorum, commensurabiles sint percussionibus acutorum sonorum, non est dubium quin ipsa commensuratio sibimet misceatur, vnamque vocum efficiat consonantiam.

Quod in musica non sit penitus innitendum sensui, sed amplius rationi.

CAPVT XXIII.

SEd de his ita proponimus, vt non omne iudicium sensibus demus, quamquam à sensu aurium huiuscemodi artis sumatur omne principium: nam si nullus esset auditus, nulla omnino disputatio de vocibus extitisset, sed principium quodammodo, & quasi

admo-

Senſus auditus ſæpe in ſono percipiendo fallitur.

admonitionis vicem tenet auditus. Poſtrema vero perfectio, agnitioniſque vis, in ratione conſiſtit, quæ certis regulis ſeſe tenens, nunquam vllo errore perlabitur, nam licet omnium pene artium atque ipſius vitæ momenta ſenſuum occaſione producta ſint, nullum tamen in his iudicium certum, nulla veri eſt comprehenſio, ſi arbitrium rationis abſcedat. Ipſe enim ſenſus æque maximis minimiſque corrumpitur; nam neque minima ſentire, propter ipſorum ſenſibilium paruitatem poteſt, & à maioribus ſæpe confunditur: vt in vocibus, quas ſi minimæ ſint, difficilius captat auditus; & ſi ſint maximæ, ipſius ſonitus intenſione ſurdeſcit.

Conſonantiarum regula non à ſenſibus ſed ab intellectu ſunt petẽda.

Hæc igitur maximè cauſa fuit cur relicto aurium iudicio Pythagoras ad regularum momenta migrauerit qui nullis humanis auribus credens, quæ partim natura, partim etiam extrinſecis accidentibus permutantur, partim ipſis variantur ætatibus, nullis etiam deditus inſtrumentis, penes quæ ſæpe multa varietas atque in conſtantia naſceretur: dum nunc quidem ſi neruos velis aſpicere, vel aer humidior pulſus obtunderet, vel ſiccior excitaret, vel magnitudo chordæ grauiorem redderet ſonum, vel acutum ſubtilior tenuaret, vel alio quodam modo ſtatum prioris conſtantiæ permutaret; & tamen idem eſſet in cæteris inſtrumentis. Omnia hæc inconſulta, minimæque æſtimans fidei, diu æſtuans inquirebat, quanam ratione firmiter conſtanterque conſonantiarum momenta perdiſceret.

Qualiter Pythagoras conſonantiarum proportiones inueſtigauit.

CAPVT XXIV.

Modus quo Pythagoras adinuenit proportiones conſonantiarum ex malleis fabrorum.

CVm interea diuino quodam nutu præteriens fabrorum officinas, pulſos malleos exaudit diuerſis ſonis vnam quodammodo continentiam perſonare. Ita ergo ad id quod diu inquirebat attonitus, acceſſit ad opus, diuque conſiderans, arbitratus eſt diuerſitatem ſonorum ferientium vires efficere, atque vt id apertius colliqueret, mutare inter ſe malleos imperauit: ſed ſonorum proprietas non in hominum lacertis, hærebat, ſed mutatos malleos comitabatur. Vbi igitur hoc animaduertebat, malleorum pondus examinat. Et cum quinque eſſent forte mallei, dupli reperti ſunt pondere, qui ſibi ſecundum diapaſon conſonantiam reſpondebant, eundem etiam qui duplus eſſent alio, ſeſquitertium alterius comprehendit, ad quem ſcilicet diateſſeron ſonabat. Ad alium vero quendam, qui eidem diapente conſonantia iungebatur, eundem ſuperioris duplum, reperit eſſe huius ſeſquialterum. Duo vero hi ad quos ſuperior duplex, ſeſquitertius & ſeſquialter probatus eſt; ad ſe inuicem ſeſquioctauam proportionem perpenſi ſunt cuſtodire. Quintus vero eſt reiectus, qui cunctis erat inconſonans. Cum igitur ante Pythagoram, conſonantiæ muſicæ, partim diapaſon, partim diapente, partim diateſſaron, quæ eſt conſonantia minima, vocarentur; primus Pythagoras hoc modo reperit, qua proportione ſibimet hæc ſonorum concordia iungeretur.

Exemplo totum elucidatur.

Et vt ſit clarius quod dictum eſt, ſint verbi gratia malleorum quatuor pondera, qui ſubterſcriptis numeris contineantur 12.9.8.6. Hi igitur mallei qui 12. & 6. põderibus iungebantur, diapaſon in duplo continentiam perſonabant: malleus vero 12. ponderum, ad malleum 9. & malleus 8. ponderum, ad malleum 6. ponderum, ſecundum ephitricam proportionem, ad diateſſaron conſonantiam iungebantur nouem vero ponderum ad 6. & 12. ad 8. diapente conſonantiam permiſcebant 9. vero ad 8. in ſeſquioctaua proportione reſonabant tonum.

Adhuc de eodem, & de Tubal.

CAPVT XXV.

Præcedentẽ experientiã Pythagoras inductione probauit.

TVnc igitur domum reuerſus, varia examinatione perpendit, an in his proportionibus ratio ſymphoniarum tota conſiſteret. Nunc quidem æqua pondera neruis aptans, eorumque conſonantias aure diiudicans; nunc vero in longitudine calamorum, duplicitatem, medietatemque reſtituens, cæteraſque proportiones aptans, integerrimam fidem diuerſa experientia capiebat. Sæpe etiam pro menſuratum modo, ciathos æquorum ponderum, acetabula diuerſis formata ponderibus, virga vel ærea vel ferrea percutiens, nihil ſeſe diuerſum inueniſſe teſtatus, perlętatus eſt, hinc etiam ductus, longitudinem craſſitudinemque chordarum vt examinaret aggreſſus eſt. Itaque inuenit regulam (quæ ex re vocabulum ſumpſit) eo quod ſit huiuſmodi inſpexio fixa firmaque, vt nullum inquirentem dubio fallat iudicio.

Tubal à quibuſdam, nõ Pythagoras, habetur muſicæ inuẽtor.

Petrus Commeſtor in Hiſtoria ſcholaſtica. Tubal filius Lamech, qui fuit pater canentium cithara & organo, non inſtrumentorum quidem, quę longe poſt inuenta ſunt, ſed inuentor fuit muſicæ, id eſt conſonantiarum, vt labor paſtoralis quaſi in delicias verteretur, & quia audierat Adam prophetaſſe de duobus iudicijs, ne periret ars inuenta, ſcripſit eam in duabus columnis, in qualibet totam; vna marmorea, alia lateritia; quarum altera non diluereturdiluuio, altera non diſſolueretur incendio. Marmoream dicit Ioſephus adhuc eſſe in terra Syriaca. Tubalcayn frater eius, ferrariam artem primus adinuenit: Res bellicas decenter exercuit: ſculpturas operum in metallis, in libidinem oculorum fabricauit: quo fabricante, Tubal de quo dictum eſt, ſono malleorum delectatus, ex ponderibus eorum proportiones & conſonantias quæ ex his naſcuntur excogitauit, quam inuentionem Græci Pythagoræ attribuunt fabulose.

De Differentijs vocum.

CAPVT XXVI.

Vox duplex ſcilicet continua, & cum interuallo.

EX *muſica primo lib.* Nunc vocum differentias colligamus. Omnis vox aut eſt continua, aut cum interuallo ſuſpenſa. Et continua quidem eſt, qua loquentes, vel proſam vel orationem legentes, verba percurrimus. Feſtinat enim tunc vox non hærere in acutis & grauibus ſonis, ſeu velociſſime verba percurrere; atque experiendis ſenſibus, exprimendiſque ſermonibus, continuæ vocis impetus operatur. Diſcontinua autem ſiue ſuſpenſa eſt quam canendo ſuſpendimus, in qua non potius ſermonibus, ſed modulis inſeruimus; eſtque vox tardior, & per modulandas varietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, ſed ſuſpenſæ ac tardæ potius cantilenæ. His, vt Albanus autumat, additur tertia differentia, quæ medias voces poſſit includere, cum ſcilicet heroum poema legimus, neque continuo curſu, vt proſam; neque ſuſpenſa ſegniori modo, vt vocis canticum.

Natura vtrique vocis terminũ poſuit.

Sed quæ continua vox eſt, & ea rurſus qua decurrimus cãtilenam, naturaliter quidem infinitæ ſunt. Conſideratione enim accepta, nullus eſt modus, vel euoluendis ſermonibus acuminibus attollendis, grauitatibuſque relaxandis, ſed vtriſque natura humana fecit proprium finem. Continuæ enim voci terminum humanus ſpiritus fecit, vltra quem nulla ratione valet excedere: tantum enim vnuſquiſque loquitur continue, quantum naturalis ſpiritus ſinit. Rurſus voci natura hominum terminum facit, quæ acutam eorum vocem, grauemque determinat. Tantum enim vnuſquiſque vel acutam valet extendere vel extollere, vel deprimere grauitatem, quantum vocis eius naturalis patitur modus.

De Modo audiendi, siue formandi auditum.

CAPVT XXVII.

NVnc quis modus audiendi sit disseramus. Tale enim quoddam fieri consueuit in vocibus, quale cum paludibus vel quietis aquis, iactum eminus mergitur saxum: prius enim in paruissimum orbem colligit vndam, deinde maioribus orbibus vndarum globos spargit, eousque dum defatigatus motus, abeliciendis fluctibus conquiescat: semperque posterior & maior vndula, pulsu debiliore diffunditur. Quod si quid sit quod crescens vndulas possit offendere, statim motus ille reuertitur, & quasi ad centrum vnde profectus fuerat, eisdem vndulis retunditur. Ita igitur cum aer pulsus fecerit sonum, pellit alium proximum vt quodammodo rotundum fluctum aeris ciet. Itaque diffunditur, & omnium circunstantium simul ferit auditum: atque illi est obscurior vox qui longius steterit, quoniam ad eum debilior pulsi aeris vnda peruenit.

Modus quo sonus ad auditum propagatur.

De Speciebus cantilenarum.

CAPVT XXVIII.

HIs igitur ita propositis, dicendum videtur quot generibus omnis cantilena texatur, de quibus harmonicæ inuentionis disciplina considerat. Sunt autem tria, diatonon, chroma, enarmonium. Et diatonon quidem est aliquanto durius & naturalius Chroma vero, iam quasi ab illa naturali intentione discedens, est mollius decidens. Enarmonium vero optimè atque aptè coniunctum. Cum sint igitur quinque tetrachorda, hipaitommeson. Sineumennon, viezeumenon, hiperboleon; In his omnibus diatonon cantilenæ vox procedit per semitonium, tonum & tonum, in vno tetrachordo. Rursus in alio per semitonium, tonum, ac tonum, ac deinceps. Ideoque vocatur diatonon quasi quæ per tonum ac per tonum progrediatur. Chroma autem quod dicitur color, quasi iam ab huiusmodi intentione prima mutatio, cantatur per semitonium & semitonium & tria hemitonia. Tota enim diatesseron consonantia est duorum tonorum, ac semitonij, sed non pleni. Tractum est autem hoc vocabulum, vt diceretur chroma, à superficiebus quæ cum permutantur in alium transeunt colorem. Enarmonium vero quod est magis coaptatum, cantatur in omnibus tetrachordis per diesin, & diesin, & ditonum: Diesis autem est semitonij dimidium.

Tria sunt cantilenarũ genera.

Diatonon.

Chroma.

Enarmoniũ.

De Harmonica regula.

CAPVT XXIX.

EX *mus. v. lib Harmonica.* Regula est facultas, differentias acutorum sonorum & grauium, sensu ac ratione perpendens: sensus enim ac ratio, quasi quædam facultatis harmoniæ instrumenta sunt; sensus autem confusum quidam ac proxime tale, quale est illud quod sentit, aduertit; ratio vero diiudicat integritatem, atque vna prosequitur differentias. Itaque sensus inuenit quæque confusa; at proxima veritati accipiunt integritatem per rationem accipit vero mens à sensibus confusam ac proximam verisimilitudinem, namque sensus nihil concipit integritatis, sed vsque ad proximum venit; ratio vero diiudicat velut si quis manu circulum esse oculum arbitratur, ratio vero nullo modo esse id quod similatur intelligit: hoc vero idcirco est, quoniam sensus circa materiam vertitur speciesque in ea comprehendit, quæ ita sunt fluidæ atque imperfectæ, nec determinatæ, atque ad vnguem expolitæ, sicut & ipsa materia; quare sensuum quoque confusio sequitur. Mens vero atque ratio quia circa materiam non moratur, species quas præuidet, præter subiecti communionem intuetur, atque ideo eam integritas comitatur ac veritas, potiusque quod in

Quid harmoniaca regula.

Ratio sensũ errantẽ corrigit.

A sensu aut peccatur, aut minus est; aut emendat; aut complet. Et per processus quidem, rationi locus accrescit, deficit sensui. Idcirco non est aurium sensui dandum omne iudicium, sed exhibenda est etiam ratio quæ errantem sensum regat ac temperet, cui labens sensus deficiensque, veluti baculo innitatur. Nam vt singulæ artes habent instrumenta quædam, quibus partim confusum aliquid informent, vt asciolam; partim vero quo & integrum deprehendant, vt circinum; ità etiam harmonica vis habet duas iudicij partes; vnam quiem huiusmodi, per quam suum obiectum confusum perficiat, alteram per quam ipsarum differentiarũ integrum modum mensuramque consideret. Huiusmodi igitur instrumentum, in quo rationis adhibito modo, sonorum differentiæ perquiruntur, vocatur harmonica regula.

B

De Differentijs vocum iuxta Ptolomæum.

CAPVT XXX.

DIfferentias sonorũ Ptolomæus diuidit hoc modo. Vocũ aliæ sunt vniſonæ, aliæ minimè. Vniſonæ sunt quarum sonus vnus est, vel in graui, vel in acuto. Non vniſonæ, vero quando alia grauior, alia acutior. Harũ aliæ partim ita sunt, vt earum inter se differentia communi fine iungatur; Non enim discreta est, sed à graui in acutum ita deducitur, vt continua videatur: alię vero sunt non vniſonæ, quarum differentia silentio interueniente distinguitur. Vt vero voces communi fine iungantur fit hoc modo; sicut enim cum in nubibus arcus aspicitur, ita colores sibimet sunt proximi, vt non sit certus finis quo cum alter ab altero disgregatur, sed ita verbi gratia à rubro discedit ad palidum, vt per continuam mutationem in sequentẽ vertatur colorem, nullo medio certo interueniente, qui vtrosque distinguat; ita etiam fieri solet in vocibus, vt si quis percutiat neruum, eumque dum percutit torqueat, euenit vt in principio pulsus grauior sit, dum torquetur vero vox illa tenuetur, continuique fient grauis vocis sonitus & acutæ.

Vocum aliæ vniſonæ aliæ non.

C

Cum igitur non vniſonarum vocum aliæ sunt continuæ, aliæ disgregatæ; continuè quidem tales sunt, vt inter se earum differentia communi fine iungatur, nec habeat locum designatum vox acuta grauisque, quẽ teneant. Discretæ vero habent proprios locos, veluti colores impermixti, quorum differentia visitur suo quodam loco constituta. continuæ quidem non æquisonæ voces ab harmonica facultate seiungantur; sunt enim sibiipsis dissimiles, nec vnum aliquod personantes. Discretæ vero voces harmonicæ subijciuntur arti. Potest enim distantium sibique dissimilium vocum duritia deprehendi, in quibus coniunctæ efficere melos possunt. Consonæ autem vocantur, quæ copulatæ, mixtos suauesque efficiunt sonos. Dissonæ vero quæ minimè, & hoc quidem est Ptolomæi de sonorum differentia iudicium. Pythagorici enim consonantias diapente ac diatesseron simplices arbitrabantur, atque ex his vnam diapason illam tripli, hanc quadrupli: diapason vero ac diatessaron consonantiam esse non æstimant, idcirco quoniam non in superparticulari, vel multiplici cadit comparatione, sed in multiplici superpartione.

D

Voces continuæ nõ vniſonæ ab arte muſica reijciuntur sed non discretæ.

Pythagoræ in prædictis à Ptolomæo dissidet.

E

De Partibus muſicæ iuxta Iſidorum.

CAPVT XXXI.

ISidorus *vbi supra.* Muſicæ partes sunt tres, id est harmonica rythmica, metrica. Harmonica est quæ discernit in sonis acutum, & grauem. Rithmica est quæ requirit incursionem verborum, vtrum bene sonus, an male cohæreat. Metrica enim quæ mensuram diuersorum metrorum probabili ratione cognoscit, vt verbi gratia, heroicum, iambicum, elegiacum &c.

Tres sunt partes muſicæ secundum Iſido.

Ex muſica Boety. 4. lib. Vt autem sit sonus, motum esse necesse est. Sed omnis motus habet in se, tum velocitatem, tum etiam tarditatẽ. Si igitur sit tardus in pel-

lendo

Motus tardus ſonum grauem reddit, velox vero acutum.

lendo motus, grauior redditur ſonus: Nam vt tarditas proxima ſtationi eſt, ita grauitas contigua taciturnitati. præterea quæ grauis eſt, intentione creſcit ad mediũ, quę acuta, remiſſione decreſcit ad mediũ; vnde fit vt omnis ſonus, quaſi ex quibuſdam partibus cõpoſitus eſſe videatur. Omnis autem partium coniunctio, quadam proportione connectitur ſonorum. Igitur coniunctio proportionibus conſtituta eſt, proportiones autem principaliter in numeris conſiderantur. Proportio vero ſimplex numerorum, in multiplicibus vel in ſuperparticularibus inuenitur. Secundũ multiplices vero proportiones, vel ſuperparticulares, conſonæ vel diſſonæ voces exaudiuntur. Conſonæ quidẽ ſunt, quę ſimul pulſæ ſuauem permixtumque inter ſe coniungunt ſonum. Diſſonę vero, quæ ſimul pulſæ, non reddunt ſuauem neque permixtum ſonum.

Proportio ſimplex in tribus numerorum generibus reperitur.

Iſido. vbi ſupra. Ad omnem autem ſonum qui materies cantilenarum eſt, triformem conſtat eſſe naturã. Prima eſt harmonica, quæ ex vocum cantibus cõſtat. Secuuda organica, quæ ex flexu conſiſtit. Tertia rythmica, quæ pulſu digitorum numeros recipit. Nam aut voce editur ſonus, ſicut per fauces, aut flatu ſicut per tubam aut tibiam, aut pulſu ſicut per citharam, aut per quodlibet aliud quod percutiendo canorum eſt.

Muſica triformis.

De Prima parte muſicæ, quæ dicitur harmonica.

CAPVT XXXII.

PRima diuiſio muſicę quæ harmonica dicitur, id eſt modulatio vocis, pertinet ad comædos, tragędos, vel choros, vel ad omnes qui voce propria canũt. Hæc ex animo & corpore motum facit, & ex motu ſonum, ex quo colligitur. Vox eſt aer ſpiritu verberatus, vnde & verba ſunt nuncupata. Harmonica eſt modulatio vocis, & concordatio plurimorũ ſonorum vel coaptatio. Symphonia eſt modulationis temperamentum ex graui & acuto concordantibus ſonis, ſiue in voce, ſiue in flatu, ſiue in pulſu. Per hanc quippe voces acutiores grauioreſque concordant, ita vt quiſquis ab ea diſſonuerit, ſenſum auditus offendat; Cuius contraria eſt diaphonia id eſt voces diſcrepantes vel diſſonæ. Euphonia eſt ſuauitas vocis: Hæc & melos, à ſuauitate & melle dicta. Diaſtema eſt vocis ſpatium, ex duobus vel pluribus ſonis aptatum. Dieſis eſt ſpatia quædam & deductiones modulandi, atque vergentes de vno in alterum ſonum. Tonus eſt acuta enunciatio vocis: Eſt enim harmoniæ differentia & quantitas, quæ in vocis accentu vel tenore conſiſtit, cuius genera in quindecim partibus muſici diuiſerunt, ex quibus hyperlidius nouiſſimus & acutiſſimus hypodorius omnium grauiſſimus. Cantus eſt inflexio vocis, nam ſonus directus eſt, præcedit autem ſonus cantũ. Arſis eſt vocis eleuatio hoc eſt initium: Theſis eſt poſitio vocis, hoc eſt finis.

Quid vox. Quid harmonica & ſymphonia. *Quid Euphonia. Diaſtema. Dieſis. Tonus.* *Cantus.* *Arſis.*

Suaues voces ſunt ſubtiles & ſpiſſæ, claræ atque acutæ. Perſpicuæ voces ſunt, quæ longius protrahuntur, ita vt omnem impleant continuò locum, ſicut clãgor tubarum. Subtiles voces ſunt, quibus non eſt ſpiritus, ſicut eſt infantium, mulierum, vel ægrotantiũ; ſicut in neruis: Quæ enim ſubtiliſſimæ chordæ ſunt, ſubtiles ac tenues ſonos emittunt. Pingues ſunt voces, quando ſpiritus multus ſimul egreditur, ſicut virorum. Acuta vox eſt tenuis & alta, ſicut in chordis videmus. Dura vox eſt, quę violenter emittit ſonos, ſicut tonitruum, ſicut in incudis ſonus, quoties ibi durum malleis percutitur ferrum. Aſpera vox eſt rauca, & quæ diſpergitur per multos, & diſſimiles pulſus. Cæca vox eſt, quę mox vt emiſſa fuerit conticeſcit, atque ſuffocata nequaquam longius perducitur, ſicut eſt in fictilibus. Vinnolata eſt vox mollis atque flexibilis: Et vinnolata dicta à vinno, id eſt cincinno mobiliter flexo. Perfecta autem vox eſt alta, ſuauis & clara. Alta vt ſublimis efficiatur. Clara vt aures adimpleat.

Quanam voces dicenda ſuaues, perſpicuæ &c. *Vox perfecta debet eſſe alta, ſuauis & clara.*

Suauis vt animos audientium blandiat: ſi ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

De Secunda, quæ dicitur organica.

CAPVT XXXIII.

SEcunda eſt diuiſio organica, in his quæ ſpiritu reflante completa, in ſonum vocis animantur, vt ſunt tubæ, calami, fiſtulæ, organa, pandoria, & his ſimilia inſtrumenta. Organum vocabulum eſt generale omnium vaſorum muſicorum; hoc autem cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant, vt autem organum dicatur, magis ea vulgaris eſt Græcorum conſuetudo.

Quid organum

Tuba primum à Tythenis inuenta: adhibebatur autem non ſolum in prælijs, ſed in omnibus feſtis diebus, propter laudis & gaudij quantitatem. Tibias excogitatas in Phrygia ferũt: has diu quidem funeribus tantũ adhibitas, mox & ſacris gentilium. Tibias autẽ appellatas putant, quod primũ de ceruinis tibijs, cruribuſque hinnulorum fierent; deinde per abuſionẽ ita cæptas vocari, etiam quæ non de cruribus oſſibuſve eſſent: hinc & tibicem, quaſi tibiarum cantor.

Tuba. *Tibia.*

Calamus eſt proprium nomen arboris, à calendo, id eſt fundendo voces vocatus. Fiſtulam quidam putant à Mercurio inuentam; alij à Fauno, quem Græci Pan vocant. Nonnulli æquè ab Ida paſtore Aggrigentino ex Sicilia: Fiſtula autem dicta quod vocem emittat: Nam Græcè fos Latinè vox, ſtolia miſſa vocatur. Sambuca in muſicis ſpecies eſt ſymphoniarum. Eſt enim ligni fragilis, vnde & tibiæ componuntur. Pandorius ab inuentore vocatus, de quo Virgilius.

Calamus *Fiſtula.* *Sambuca Pandorius,*

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit, Pan curat oues, omniumque magiſter,

Fuit enim apud gentiles Deus paſtoralis qui primum diſpares calamos ad cantum aptauit, & ſtudioſa arte compoſuit.

De Tertia, quæ dicitur rythmica.

CAPVT XXXXIV.

TErtia diuiſio eſt rythmica, pertinens ad numetos & pulſus, cui dantur ſpecies cithararum diuerſarum, tympanum & cimbalum, acitabula ænea & argentea, vel alia quę metallico rigore percuſſa, reddunt cum ſuauitate tinnitum, &c. huiuſmodi Citharæ ac pſalterij repertor Tubal, vt prædictum eſt, perhibetur. Veteres autem citharam fidiculam vel fidicen nominauerunt, quia tam concinunt inter ſe chordæ eius, quam bene conueniunt inter quos fides ſit. Apud antiquos citharæ ſeptem chordæ erant, vnde & Virgilius.

Cithara.

——Septem diſcrimina vocum.——

Diſcrimina autem ideo, quod nulla corda vicinæ chordæ ſimilem ſonum reddat. Sed ideo ſeptem chordæ, quia totam vocem implent, vel quod ſeptem motibus ſonat cœlum. Chordas autem dictas à corde, quia ſicut pulſus eſt cordis in pectore, ita pulſus chordæ in cithara. Has primus Mercurius excogitauit.

Pſalterium quod vulgo canticum dicitur, à pſallendo nominatum, quod ad eius vocem chorus conſonando reſpondeat. Eſt aute ſimilitudo citharæ Barbaricæ in modum deltæ literæ. Sed ſpalterij & citharæ hæc differentia eſt, quod pſalteriũ lignũ illud concauũ vnde ſonus reditur ſuperius habet, & deorſum feriuntur chordæ, & deſuper ſonat. Cithara vero concauitatem ligni inferius habet.

Pſalterium.

Lyra dicta apotulyrim, id eſt à varietate vocum, quod diuerſos ſonos efficiat. Lyram primũ à Mercurio inuentam fuiſſe dicunt, hoc modo. Cum regrediens Nilus in ſuos meatus, varia in campis reliquiſſet animalia, relicta ante teſtudo eſt. Quę cum putrefacta eſſet, & nerui eius remanſiſſent extenti intra corium, percuſſa à Mercurio ſonitum dedit, ad cuius ſpeciem Mercurius lyram fecit, & Orpheo tradidit

Lyra. *A quo & qualiter inuenta.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qui eius rei maxime erat ſtudioſus, vnde & exiſtimatur eadem arte non feras tantum, ſed & ſaxa atque ſyluas cantus modulatione applicuiſſe.

Tympanum. Tympanum eſt pellis vel corium ligno ex vna parte extenſum. Eſt enim pars media ſymphoniæ in ſimilitudinem cribri. Tympanum autem dictum quod medium eſt; vnde & margaritum medium tympanum dicitur, & ipſum vt ſymphonia ad virgulam percutitur. *Cymbala.* Cymbala acitabula quædam ſunt, quæ percuſſa inuicem tangunt ſe, & ſonum faciunt.

Siſtrum. Siſtrum ab inuentrice vocant. Iſis enim regina Ægyptiorum, id genus inueniſſe probatur. Inde & hoc mulieres percutiunt, quia inuentrix huius generis fuit mulier, vnde & apud Amazonas ſiſtro ad bellum fœminarum exercitus vocabatur. *Tintinnabulum.* Tintinnabulum de ſono vocis nomen habet, ſicut plauſus manuum, ſtridor valuarum. *Symphonia.* Symphonia vulgo appellatur lignum canum, ex vtraque parte pelle extenta, quam virgulis hinc & inde muſici feriunt, fitque in ea ex concordia grauis & acuti, ſuauiſſimus cantus.

Quod Scientia muſicæ magis ſit in ſpeculatione, quam in operatione.

CAPVT XXXV.

EX *muſica Boetij* 1. Nunc illud eſt intuendum, quod omnis ars, omniſque etiam diſciplina, honorabiliorem naturaliter habeat rationem, quam artificium, quod manu atque opere artificis exercetur. Multo enim eſt maius atque aptius ſcire quid quiſque faciat quam ipſum illud efficere quod ſcit. Etenim artificium corporale, quaſi ſeruiens famulatur. Ratio vero quaſi domina imperat, & niſi manus ſecundũ id quod ratio ſanxit efficiat, fruſtra fit. *Muſica præclarior eſt in cognitione quã in vſu.* Quanto igitur præclarior eſt ſcientia muſicæ in cognitione rationis, quã in opere efficiendi atque actu? tantum ſcilicet quantum corpus mente ſuperatur, quod. ſ. rationis expers ſeruitio degit. Illa vero imperat atque ad rectum deducit quod niſi eius pareatur imperio, expers eius ratione opus titubabit, vnde fit vt ſpeculatio rationis operandi actu non egeat; Manuum vero opera nulla ſint, niſi ratione ducantur. Iam vero quanta ſit gloria meritũque rationis, hinc intelligi poteſt, quod cæteri vt ita dicã corporales artifices, non ex diſciplina, ſed ex ipſis potius inſtrumentis cæpere vocabula. Nam citharedus ex cythara, tibicen ex tibia, cæterique ſuorum inſtrumentorum vocabulo nuncupantur. Is vero eſt muſicus, qui ratione perpenſa, canendi ſcientiam, non ſeruitio operis, ſed imperio ſpeculationis aſſumit, quod ſcilicet in ædificiorum, bellorumque opere videmus in contraria, ſcilicet nuncupatione vocabuli: eorum namque nominibus, vel ædificia inſcribuntur, vel dicuntur triumphi, quorum imperio ac ratione inſtituta ſunt, non quorum opere ſeruitioque perfecta.

Tria circa muſicam verſantur. Tria igitur genera ſunt, quæ circa artem muſicam verſantur: vnum eſt quod inſtrumentis agitur; aliud fingit carmina: Tertium inſtrumentorum opus, carmenque diiudicat. Sed illud quod inſtrumentis poſitum eſt, ibique totam operam conſumit, vt ſunt citharædi, quique organo cæteriſque muſicæ inſtrumẽtis artificium probant, à muſicæ ſcientiæ intellectu ſeiuncti ſunt, quoniã famulãtur, vt dictum eſt; nec quicquã afferunt rationis, ſed ſunt totius ſpeculationis expertes. Secundũ vero circa muſicam agentium genus poetarum eſt, quod non potius ſpeculatione ac ratione, quã naturali quodã inſtinctu fertur ad carmen; atque idcirco hoc quoque genus à muſica ſegregandũ eſt. *Quis vere dicendus muſicus.* Tertium eſt quod iudicandi peritiam ſumit, vt rythmos cantilenaſque, totumque carmen poſſit perpendere. Quod ſcilicet quoniam totum in ratione ac ſpeculatione poſitum eſt, hoc proprie muſicæ deputabitur. Iſque eſt muſicus, cui adeſt facultas ſecundum ſpeculationem rationemve propoſitam, ac muſicæ conuenientem, de modis ac rythmis, deque generibus cantilenarum, ac de permixtionibus, & de poetarum carminibus iudicandi.

De Geometria.

CAPVT XXXVI.

RIchardus *vbi ſupra. Geometria eſt diſciplina magnitudinis immobilis, formarumque deſcriptio contemplatiua, per quam vniuſcuiuſque rei termini declarari ſolent.* *Quid geometria & quotuplex.* Geometria habet ſpecies planimetriam, altimetriam, coſmimetriam. Planimetria longum & latum metitur, & extẽditur ante & retro, detrorſum & finiſtrorſum. Altimetria metitur altum & profundum, & extenditur ſurſum & deorſum. Coſmimetria vero ſphærica metitur, id eſt rotunda.

Iſid. vbi ſupra. Geometria diſciplina, primum ab Ægyptijs reperta dicitur; quia inundante Nilo, & omnium poſſeſſionibus limo obductis, initium terræ diuidendæ, per lineas & menſuras nomen arti dedit. *Vbi primum inuenta.* Quæ inde longius acumine ſapientium producta, & maris & cœli & aeris ſpatia metiuntur. Nam prouocati ſtudioſi, cæperunt poſt terræ dimenſionem, & cœli ſpatia quærere, quanto interuallo luna à terris, à luna ſol ipſe diſtaret, & vſque ad verticem cæli quanta ſe menſura diſtenderet. Sicque interualla ipſa cœli, orbiſque ambitum per numerum ſtadiorum, ratione probabili diſtinxerunt: ſed quia ex terræ dimenſione hæc diſciplina cæpit, ex initio ſui, & nomen ſeruauit. Nam Geometria de terra, & de menſura nuncupata eſt. Terra enim Græce ge vocatur, metra menſura. Huiusdiſciplinæ ars continet in ſe lineamenta, interualla, magnitudines, & figuras, & in figuris dimenſiones, & numeros.

Alpharabius vbi ſupra. Geometria quidem & arithmetica habent elementa, per quæ declarantur in eis multa, vt liber Euclidis dicitur liber elementorum in quo conſideratio ſit duobus modis. Vno reſolutionis, & altero compoſitionis. *Elementa geometriæ dupliciter poſſunt tractari.* Duobus modis antiqui tractatores huius ſcientiæ vſi ſunt in libris ſuis, ſed Euclides in libro ſuo non inceſſit, niſi ſecundum viam compoſitionis.

De Partibus Geometriæ.

CAPVT XXXVII.

ALpharabius *vbi ſupra.* Geometria ſimiliter, alia eſt actiua, alia ſpeculatiua. *Geometria alia actiua alia ſpeculatiua.* Actiua conſiderat lineas ſuperficies & corpora tribus modis; quia vel in altum, & hæc ſcientia dicitur altimetria; vel in planũ, & hæc planimetria; vel in profundum, & hec perimetria. *Actiua quid conſideret.* Vnaquęque autem iſtarum habet materiam propriam, & inſtrumenta, & opifices proprios, ſcilicet menſores & fabros. Menſores ſunt. Qui terræ ſuperficiẽ quamlibet menſurant, horũ inſtrumenta ſunt, palmus, pes; cubitus, ſtadium, pertica, & huiuſmodi. Fabri vero ſunt qui in mechanicis operando deſudant, vt carpentarius in ligno, ferrarius in ferro, cementarius in lapide & luto, cæteriq; opifices, quadraturas & rotunditates efficiendo, mediante materia, quæ ſubdita eſt arti ſuæ. Horum itaque multæ ſpecies eſſe dicuntur, ſecundum diuerſitatem materiarum, in quibus & ex quibus operantur. Inſtrumenta quoque diuerſa, vt linea, trulla, perpendiculum, & huiuſmodi.

Speculatiua quid conſideret. Speculatiua vero conſiderat figuras prædictas, ſecundũ modum communem in quo conueniunt omnes lineæ, ſuperficies, vel omnia corpora, abſolute quidem abſque omni materia. Inquirit autem earum quantitates, æqualitates, inæqualitates, ſpecies ſituum & ordinum. Et quod aliæ ſunt proportionales, aliæ quoque rationales, aliæ irrationales, & alia omnia quæ accidunt eis. Huius autem ſcientiæ partes ſunt duæ, vna ſpeculatur tantum circa lineas & ſuperficies, alia circa corpora, & hæc diuiditur ſecundum numerum ſpecierum corporum, in cubos,

pyra-

pyramides, ſphæralia, pinealia. De his omnibus ſpeculatiua duobus modis conſiderat. Vno modo vnum illorum per ſe conſiderando, ſcilicet lineam per ſe, cubum per ſe, & ita de alijs. Alio modo vnumquodque illorum alteri comparando; & hoc dupliciter, ſcilicet aut conſiderando æqualitatem, vel inæqualitatem, vel aliud ſuorum accidentium; vel conſiderando qualiter vnum ordinatur in alio; videlicet qualiter linea in ſuperficie, ſuperficies in corpore, vel ſuperficies in ſuperficie, corpus in corpore.

De Elementis Geometriæ.

CAPVT XXXVIII.

Quid punctus, linea, ſuperficies, &c.

Euclides in Geometria. Punctus eſt illud cui non eſt pars. Linea eſt longitudo ſine latitudine, cuius extremitates quidem duo puncta ſunt. Linea recta eſt ab vno puncto ad alium extenſio, in extremitates ſuas vtrumque eorum recipiens. Superficies eſt, quæ longitudinem & latitudinem tantum habet, cuius termini quidem ſunt lineæ. Superficies plana eſt ab vna linea ad aliam extenſio, in extremitates ſuas eas recipiens. Angulus planus eſt duarum linearum alternus contactus, quarum expanſio ſupra ſuperficiem applicatio eſt non recta. Cumque lineæ quæ angulum continent, duæ rectæ lineæ fuerint, rectilineus angulus nominantur. Quando recta linea ſupra rectam lineam ſteterit, duoque anguli vtrobique fuerint æquales, eorum vterque rectus erit, lineaque ſuperſtans ei cui ſuperſtat, perpendicularis vocatur: angulus vero qui recto maior eſt, obtuſus dicitur; angulus autem qui recto minor eſt, acutus appellatur.

Quid angulus planus, rectilineus, obtuſus, acutus &c.

Quid terminus, figura, circulus, diameter.

Terminus vero eſt, quod cuiuſque finis eſt. Figura eſt, quæ termino vel terminis continetur. Circulus eſt figura plana vna quidem linea contenta, in cuius medio eſt punctus, à quo omnes lineæ ad circumferentiam exeuntes, ſibinuicem ſunt æquales, & hic quidem punctus, circuli centrum dicitur. Diametros circuli, recta eſt linea, quæ ſuper centrum eius tranſiens, extremitateſque ſuæ circumferentiæ applicans, circulum in duo æqualia diuidit. Semicirculus eſt figura plana, diametro circuli & medietate circumferentiæ contenta. Portio circuli eſt figura plana, recta linea & parte circumferentiæ contenta; Semicirculo autem minor.

Rectilinea varie diuiduntur.

Rectilineæ, figuræ ſunt, quæ rectis continentur lineis: Quarum quædam trilateræ, tribus rectis lineis: Quædã quadrilateræ, quatuor rectis: Quædã pluribus quam quatuor rectis lineis continentur. Figurarum trilaterarum, alia triangulus, tria habens æqualia latera; alia biangulus, duo habens æqualia; & triangulus trium inæqualium laterum. Harum autẽ alia eſt ortogonium, vnum ſcilicet angulum rectum habens, alia eſt ampligonium, aliquem angulum obtuſum habẽs, alia exigonium, in qua tres anguli acuti ſunt.

Figuræ triũ laterum ſit diuerſimodè.

Figura quadrilaterum multiplex

Figurarum autem quadrilaterarum, alia eſt quadratum, quod æquilaterum, atque rectangulum eſt; alia tetragonus longus eſt, quæ rectangula ſed æquilatera non eſt; alia climiam eſt, quod æquilaterum, ſed rectangulum non eſt; alia ſimile climiam, quod oppoſita latera habet æqualia, atque oppoſitos angulos habet æquales. Idem tamen nec rectis angulis, nec æquis lateribus continetur. Præter has autem omnes quadrilateræ figuræ climinaria nominantur. Æquidiſtantes lineæ ſunt, quæ in eadem ſuperficie collocatæ, atque in alterutram partem protractæ, non conueniẽt etiam ſi in infinitum protrahantur.

De Figuris, & numeris Geometricis.

CAPVT XXXIX.

Geometria eſt quadripartita.

Iſidorus vbi ſupra. Geometriæ quadripartita diuiſio eſt: In planum: In magnitudinem numerabilem: In magnitudinem rationalem; & in figuras ſolidas. Planæ figuræ ſunt, quæ longitudine & latitudine altrinſecus continentur, quæ ſunt iuxta Platonem numero quinque. Numerabilis magnitudo eſt, quæ numeris arithmeticæ diuidi poteſt. Magnitudines rationales ſunt, quarum menſuram ſcire poſſumus: Irrationales vero, quarum menſuræ quantitas cognita non habetur.

Quid figura ſolida.

Figuræ ſolidæ ſunt, quæ longitudine & latitudine & altitudine continentur, vt eſt cubus; cuius ſpecies ſunt quinque in plano: Quarum prima circulus eſt, plano pede, figura plana, quæ vocatur circunducta, cuius in medio punctus eſt quo cuncta conuergunt, quod centrum Geometræ vocant; Latini punctum circuli. Quadrilatera figura eſt in plano quadrata, quæ ſub quatuor rectis lineis iacet. Dianatheton grammaton, figura eſt plana. Orthogonium, id eſt, rectangulum, figura eſt plana in plano pede: eſt enim triangulum, & habet angulum rectum. Iſopleuros, figura eſt plana, recta, & ſubtiliter conſtituta. Sphera eſt figura in rotundum formata, partibus cunctis æqualis in ſolidum. Cubus eſt figura ſolida, quæ longitudine latitudine & altitudine continetur. Cilindrus eſt figura quadrata, habens ſuperius ſemicirculum in ſolidum. Conon, figura eſt quæ ab amplo in angustũ finit, ſicut orthogonium. Pyramis eſt figura, quæ in modum ignis ab amplo in acumen conſurgit. Ignis enim apud Græcos pyr appellatur. Sicut autem infra decem omnis eſt numerus, ita intra circulum, omnis figuratum concluditur ambitus.

Quadrilatera. Dianatheton. Orthogoniũ. Iſopleuros. Sphæra. Cubus. Cilindrus. Conon. Pyramis.

Punctus eſt 1. figura Geometrie.

Prima autem figura huius artis punctus eſt, cuius pars nulla eſt. Secunda linea, præter latitudinem longitudo. Recta linea eſt, quæ ex æquo in ſuis punctis iacet. Superficies vero quod longitudines ſolas habet. Superficiei vero fines lineæ ſunt, quarum formæ ideo in ſuperioribus decem figuris poſitæ non ſunt, quia intra eas inueniuntur. Numeros autem ſecundum geometriam ita quæris. Extrema quippe eius multiplicata tantum faciunt, quantum & media duplicata; vtputa vi. & xij. Multiplicata, faciunt ſeptuagies dipondo. Media viij. & ix. multiplicata, tantundem faciunt.

Numerus in geometria quomodo quarendus.

De Vniuerſali ſcientia menſurandi.

CAPVT XL.

Ad menſurandã quinque ſunt, præcognoſcenda.

Euclides vbi ſupra. Intendenti vero menſurare, neceſſarium eſt quinque præſcire; ſcilicet à puncto in punctum rectam lineam, atque definitam, in continuũ rectumque quantumlibet protrahere. Item ſuper centrum quodlibet, & quantumlibet occupando ſpatium, circulum deſignare. Item omnes angulos rectos ſubinuicem æquales eſſe. Item ſi linea recta ſuper duas lineas rectas ceciderit, duoque anguli ex vna parte duobus rectis angulis minores fuerint; Illas duas lineas in eandem partem protractas, procul dubio neceſſe eſt eſſe inæquales. Item duas rectas lineas ſuperficiem nullam concludere.

Axiomata geometrica.

Scientia quoque Geometriæ communis vniuerſaliter hæc eſt. Quæ eidem æqualia ſunt, & ſibinuicem æqualia ſunt: ſi æqualibus æqualia addãtur. Tota ſunt quoque æqualia: Et ſi ab æqualibus æqualia auferantur, quæ relinquuntur æqualia ſunt. Et ſi inæqualibus æqualia addantur, ipſa tota fient inæqualia. Si fuerint duæ res vni æquales, vtraque earum equalis erit alteri: ſi fuerint duæ res quarum vtraque vnius eiuſdem dimidium erit, vtraque erit æqualis alteri. Si aliqua res alij ſupponatur, appliceturque ei, nec excedit altera alteram, illæ ſibiinuicem erunt æquales. Omne totum maius ſua parte eſt.

Euclides non recẽſuit omnia axiomata.

Gloſſa. Nota quod multas communes ſcientias prætermiſit Euclides, quoniam infinitæ ſunt & innumerabiles, quarum hæc eſt vna. Si duæ quantitates æquales ad quamlibet tertiam comparantur, ambæ ſunt illi, aut æque maiores, aut æque minores, aut eidem æquales. *Item alia.* Quanta eſt aliqua quãtitas ad aliam, tantam eſſe quamlibet tertiam ad aliquam quartam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

In quantitatibus quidem continuis hoc obſeruandum eſt, ſiue antecedentes maiores ſint ſuis conſequentibus, ſiue æquales: Magnitudo namque decreſcit in infinitum. In numeris vero, ſi fuerit primus ſubmultiplex ſecundi, quilibet tertius alicuius quarti æque erit ſubmultiplex: Multitudo namque creſcit in infinitum.

De menſuris ſpatiorum, ſiue locorum.

CAPVT XLI.

Quid menſura.

Iſido. vbi ſupra, lib. xv. Menſura eſt quicquid ponderе, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, imo, finitur. Maiores itaque orbem in partibus, partes in prouincijs, prouincias in regionibus, regiones in locis, loca in territorijs, territoria in agris, agra in centurijs, centurias in iugeribus, iugera in climatibus; deinde climata in actus, perticas, paſſus, gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias & digitos diuiſerunt. Tanta enim fuit eorum ſolertia. Digitus eſt pars minima agreſtium menſuratum. Inde vncia habet digitos tres; Palmus autem quatuor digitos habet, Pes ſedecim, Paſſus pedes quinque: Pertica paſſus duos, id eſt, pedes decem, à portando dicta, quaſi portica. Omnes autem præcedentes mẽſuræ in corpore ſunt, vt palmus, pes, paſſus, & reliqua; ſola pertica portatur. Eſt enim decem pedum ad inſtar calami in Ezechiele templum menſurantis.

Digitus eſt minima pars agreſtium menſurarũ.
Vncia.
Palmus.
Pes.
Paſſus.
Pertica.

Actus.
Climata.
Meſura viarum.
Milliarium.
Leuca.
Stadiũ vnde dictum.

Actus minimus, eſt latitudine pedum quatuor, longitudine cxl. Climata quoque vndique verſum pedes habet lx. Menſuras viarum nos milliaria dicimus, Græci ſtadia, Galli leucas, Ægyptij fines. Perſæ parãſages. Sunt autem proprio quæque ſpatio. Milliarium mille paſſibus terminatur; habens pedes quinque millia: leuca finitur paſſibus mille quingentis. Stadium octaua pars milliaris eſt, conſtans paſſibus centũ xxv. hunc primum Herculem ſtatuiſſe dicunt, eumque eo ſpatio determinaſſe, quod ipſe ſub vno ſpiritu confeciſſet, ac proinde ſtadium appellaſſet, quoniam in fine reſpiraſſet, ſimulque & ſteriliſſet. Fines dicti ſunt, eo quod agri funiculis ſunt diuiſi. Menſurarum enim lineæ, in terrarum partitione tenduntur, vt dimenſionis æquitas teneatur. Limites appellati antiquo verbo tranſuerſi: Nam tranſuerſa omnia antiqui lima dicebant, à quo & limina oſtiorum, per quæ foris vel intus itur: Et limites, quod per eos in agros foras eatur. Termini dicti, quod terræ menſuras diſtinguunt atque declarant; his enim teſtimonia finium intelliguntur, & agrorum cõtentio & certamen infertur. Limites maximi in agris duo ſunt, cardo & decumanus. Cardo eſt qui à ſeptentrione directus à cardine cœli eſt: Nam ſine dubio cœlum voluitur in ſeptentrionali orbe. Decumanus eſt qui ab oriente in occidentem per tranſuerſum dirigitur, qui pro eo quod formam x. faciat, decumanus eſt appellatus; ager enim bis diuiſus, figuram denarij numeri efficit.

Fines.
Limites.
Termini.
Cardo.
Decumanus

Menſura eſt vel corporis vel temporis.

Idem in xvi. Menſura eſt res aliqua, modo ſuo vel tempore circunſcripta. Hæc autem corporis eſt, aut temporis. Corporis vt hominum, lignorũ, & columnarum, longitudo vel breuitas. Sed & ſolem iſtum propriam ſui orbis haberi menſuram, quod geometrici perſcrutari audent. Temporis vt menſura horarum, & dierum, & annorum. Proprie autem menſura vocata, quod ea fruges metiuntur, atque frumentum; idem humida & ſicca.

De menſuris aridorum, & liquidorum.

CAPVT XLII.

Cochlear.
Concula.
Cyathus.
Acitabulus.
Cotula.

MEnſurarum pars minima cochlear, quod eſt dimidia pars dragmæ, appendens ſiliquas nouem; qui triplicatus conculam facit. Concula dragma vna & dimidia adimpletur. Cyathi pondus decem dragmis appenditur. Acitabulus quarta pars heminæ eſt, duodecim dragmas appendens. Cotula hemina eſt, habens cyathos ſex. Hemina autem appendit libram vnam, quæ geminata ſextarium facit. Sextarius duarũ librarum eſt, qui bis aſſumptus nominatur bilibris; aſſumptus quater fit Græco nomine chænix: Quinquies complicatus quinarem ſiue gomor facit: adijce ſextũ, congium reddet, à congiendo, id eſt, per augmentum creſcendo; vnde poſtea pecunia beneficij gratia dari cœpta, congiarium appellata eſt. Congiarium autem ſpecialiter menſura eſt liquidorum. Metreta eſt menſura liquidorum, metratorum enim menſuram dicũt Græci, & inde appellata metreta. Metrum ad omnem menſuram dicitur: Sed ideo hoc nomen ſpecialiter ſibi aſſumpſit, quod ſit menſura perfecti numeri, id eſt denarij.

Hemina.
Sextarius.
Congiarium.
Metreta.
Metrum.
Modius.

Ratio cur modius ſit 22. ſextariorum.

Modius dictus ab eo quod ſit ſuo modo perfectus. Eſt autem menſura librarum quadragintaquatuor, id eſt, ſextariorum vigintiduorum: Cuius numeri cauſa inde tracta eſt, quod in principio Deus vigintiduo opera fecerit. Nam prima die vii. opera fecit, id eſt, materiam informem, angelos, lucem, cœlos ſuperiores, terram, aquam, atque aerem. Secunda die firmamentum ſolum. Tertia die quatuor, maria, ſemina, ſationes, atque plantaria. Quarta die tria, Solem, Lunam, & Stellas, Quinta die tria, piſces, & reptilia aquarum, & volatilia. Sexta die quatuor, beſtias, pecudes, reptilia terræ, & hominem. Et facta ſunt omnia vigintiduo genera in diebus ſex, & vigintiduo literarum ſunt elemẽta quibus conſtat diuinæ legis doctrina. His igitur exemplis modius vigintiduorum ſextariorum à Moyſe ſecundum ſacræ legis menſuram effectus eſt.

Satum.

Satum genus eſt menſuræ iuxta morem prouinciæ Palæſtinæ, vnum & dimidium modium capiens, cuius nomen ex Hebræo ſermone tractum eſt. Satum enim apud eos nominatur ſumptio ſiue eleuatio, eo quod qui metitur exinde menſuram ſumat ac eleuet. Eſt & aliud ſatum menſura ſextariorum vigintiduorum capax quaſi modius. Batus vocatur Hebraica lingua, ab olearia mola quæ habetur apud eos; vel bata nominatur capiens quinquaginta ſextaria. Quæ menſura vna molæ vice proteritur. Amphora Græcè à figura ſua dicitur, quod eius anſæ geminatæ videantur aures imitari. Reſpicit autem vini vel aquæ pedem quadratum; Frumẽti vero modios Italicos tres. Cadus Græcè amphora eſt, continens vrnas tres.

Batus.
Amphora.
Cadus, Vrna.

Vrna autem menſura eſt, quam quidam quartarium dicunt; proprie autẽ vrna vas eſt quod pro condendis defunctorum cineribus adhiberi ſolet; de quo poëta: *Cælo tegitur, qui non habet vrnam.* Medimna eſt menſura quinque modiorum, dicta à dimidia, eo quod quinque modijs metiatur, qui eſt dimidius numerus à perfecto denario. Artaba apud Ægyptios ſextarios lxxij. continet, propter lxxij. linguas quæ orbem impleuerunt. Gomor xv. modiorum onus appẽdit. Chorus xxx. modijs adimpletur: hic Hebraico ſermone deſcẽdit, qui vocatur chora à ſimilitudine collis: Chora enim Hebraicè, colles appellantur: Coaceruati enim modij triginta, inſtar collis videntur, & onus cameli efficiunt.

Medimna.
Artaba.
Gomor.
Chorus.

De ſcientia perſpectiua.

CAPVT XLIII.

Perſpectiua eſt Geometria ſubalternata.

Alpharabius. Sciẽtia de aſpectibus inquirit de eiſdem de quibus eſt Geometria, ſcilicet de figuris, magnitudinibus, ſitibus, ordine, æqualitate, inæqualitate, & huiuſmodi; ſed ita vt ſunt in lineis, ſuperficiebus, & corporibus abſolute: vnde ſpeculatio Geometriæ communior eſt quàm iſtius. Sed quamuis idem ſit de quo hæc tractat, & de quo illa; tamen iſta non eſt ſuperflua, ſed neceſſaria. Nam ea quæ neceſſario probauit Euclides eſſe quadrata, cum ad ea reſpicitur ex aliqua longitudine, videntur eſſe concurrentia; & æqualia videntur inæqualia & econuerſo. Ex his enim quæ ſita ſunt in vna ſuperficie, quædam

appa-

apparent inferiora, & quædam altiora. Et ex his quæ ſunt prima, quædam videntur poſteriora, & econuerſo. Qua propter neceſſaria fuit hæc ſcientia, qua deſcernitur inter id quod apparet in viſu aliter quam ſit, & illud quod apparet ita vt eſt: aſſignat enim quibus de cauſis iſta fiant, & hoc demonſtrationibus neceſſarijs. Docet etiam quibus modis viſus errare poteſt ad hoc vt non erret, ſed deprehendat, vt eſt omne ad quod aſpicit: docet enim apprehendere altitudines arborum, & parietum altitudines, & profunditates fluuiorum, altitudines quoque montium, quatenus cadit viſus ſuper fines eorum. Deinde vero elongationem corporum cœleſtium, & quantitates eorum, & omne illud ad quod peruenire poteſt ex reflexione viſus aſpicientis, & quod quicquid videtur non videtur niſi radio penetrante in aera, vſquequo cadat ſupra rem ad quam aſpicitur.

Neceſſitas perſpectiuæ.

De radijs viſualibus, & de ſpeculis.

CAPVT XLIIII.

RAdij quidem corpora peruia, penetrantes vſque ad illud quod aſpicitur, aut recti ſunt, aut reflexi, aut conuerſi, aut fracti. Recti ſunt, qui cum egrediuntur ſecundum rectitudinem ſui viſus progrediuetur, vſque pertranſeant & finiantur. Reflexi ſunt, qui cum à viſu prodire incipiunt, ante quam pertranſeant, obuiat eis ſpeculum, à quo reflectuntur obliquè ad partes laterum ſpeculi, deinde extenduntur in latum ac reflectuntur, eundo ad id quod eſt inter manus aſpicientis. Conuerſi vero ſunt, qui eadem via qua prius inceſſerunt, à ſpeculo redeunt, quouſque cadant ſupra corpus eius, à cuius viſu exierunt; vnde videt ſeipſum homo cum illo eodem radio. Fracti vero ſunt illi, qui à ſpeculo redeuntes ad partes aſpicientis à cuius viſu exierunt, extenduntur flexuosè ab eo ad vnum laterum eius, & cadunt ſuper id quod eſt in aliquo laterum eius. Et medium quidem inter viſum & illud quod aſpicitur, ſiue ſpeculum, omnino ſunt corpora peruia, vt aër; vel corpus cæleſte, vel aqua, vel vitrum. Scientia vero de aſpectibus, inquirit de omni quod videtur, & de omni quod ijs radijs in vnoquoque ſpeculorum aſpicitur. Vnde ipſa in duas partes diuiditur, quarum prima eſt inquiſitio de eo ad quod aſpicitur cum radijs rectis; ſecunda de eo ad quod aſpicitur cum radijs non rectis, & hæc dicitur proprie ſcientia de ſpeculis.

Radij ſunt quadruplices.

Recti.

Reflexi.

Conuerſi.

Fracti.

Perſpectiuæ duæ ſunt partes.

Auctor. Iterum de ſpeculis habes ſuperius iiij. lib. dictum eſt de Iride, id eſt, arcu cœleſti.

De Aſtronomia.

CAPVT XLV.

Richardus vbi ſupra. Aſtronomia eſt diſciplina magnitudinis mobilis, inueſtigans ſpatia motus, & reditus cœleſtium corporum certis temporibus. Hæc omnium mathematicarum poſtrema eſt ordine, ſed loco ſuperior, & excelſior dignitate, quia cum cæteræ tres quodammodo inferius verſentur. Hæc ſola cœleſtium diſpoſitionem inueſtigandam atque tractandam ſuſcepit. Aſtronomia diuiditur in duas ſpecies ſcilicet in ſphæricam, & gnomonicam. Sphærica cœleſtium corporum ſpatia, ſituſque conſiderat. Gnomonica motum attendit.

Quid Aſtronomia & quotuplex.

Iſido. vbi ſupra. Aſtronomia eſt aſtrorum lex, quæ curſus ſyderum, & figuras, & habitudines ſtellarum circa ſe, & circa terram, indagabili ratione percurrit. Aſtronomiam primi Ægyptij inuenerunt: Aſtrologiam vero & natiuitatis obſeruantiam, Chaldæi primi docuerunt. Abraham autem inſtruxiſſe Ægyptios aſtrologiam Ioſephus author aſſeuerat. Aſtronomiæ ratio modis pluribus conſtat, diffinit enim quid ſit mundus, quid cœlum, quid ſpheræ ſitus & curſus, quid axis cœli & poli, quot ſint climata cœli, qui curſus Solis & Lunæ atque aſtrorum.

Inuentores Aſtronomiæ & Aſtrologiæ.

Auctor. De his iam ſupra diximus in operibus Dei ſecundæ & quartæ diei.

De differentijs inter Aſtronomiam & Aſtrologiam.

CAPVT XLVI.

Richardus vbi ſupra. Inter Aſtronomiam & Aſtrologiam hoc intereſſe videtur, quod Aſtronomia de lege aſtrorum, & conuerſione cœli diſſerit: regiones, circulos, ortus, & occaſus ſyderum, & cur vnumquodque ita vocetur, inueſtigans. Aſtrologia vero aſtra conſiderat, ſecundum natiuitatis & mortis, aut aliorum quorumlibet euentuum obſeruantiam: Quæ partim naturalis eſt, partim ſuperſtitioſa. Naturalis eſt in complexionibus, vt eſt ægritudo, ſanitas, ſterilitas, tempeſtas, ſerenitas, quæ ſecundum ſuperiorum contemperantiam variantur. Superſtitioſa vero in contingentibus, hoc eſt in conſtellationibus. Et hanc partem tractant mathematici, qui interpretantur vani.

Diſcrimen inter aſtronomiam & aſtrologiam.

Aſtrologia duplex ſcilicet naturalis & ſuperſtitioſa.

Alpharabius vbi ſupra. Igitur ſcientia de ſtellis duplex eſt, vna eſt de ſtellarum ſignificatione, ſcilicet de eo quod ſignificent quod futurum eſt, & de quibuſdam præſentibus, & de præteritis: Et hæc dicitur Aſtrologia. Alia eſt ſcientia doctrinalis, quæ inquirit de cœleſtibus corporibus, & de terra, ſecundum tres ſummas: Prima eſt de numeris, & figuris, & ordinibus eorum, & de quantitatibus ipſorum corporum, & de ſitibus ac proportionibus eorum adinuicē, & de quantitatibus elongationum earundem adinuicem; Et quod in totalitate terræ non eſt motus localis. Secunda eſt de motibus cœleſtium, quot ſint, & quod omnes ſphærici ſint, & quis ſit communis omnibus ſtellis. Deinde de motibus proprijs ſtellarum, & quot ſint ſpecies motus, vnicuique earum, & partes ad quas mouentur, & ſecundum quam partem. Docet etiam viam ad comprehendendum cuiuſque ſtellæ locum, ex parte ſignorum in vnaquaque hora. Inquirit iterum de omnibus quæ accidunt cœleſtibus corporibus, & de eclipſi Solis & Lunæ & ortu & occaſu, & huiuſmodi. Tertia inquirit de terra, & eius habitabili parte, & oſtendit quæ ſit illud quod inhabitatur ex ea, & quot ſunt eius partes magnæ, & quæ, & quot ſint climata, & vbi ſit locus habitationis vel ſituationis cuiuſque, & quàm diuerſa reuolutio diei & noctis propter terræ ſitum, & quod in diuerſis locis ſunt ortus & occaſus diuerſi, & longitudo dierum & breuitas noctis, & his ſimilia. Hæc eſt igitur ſumma quam hæc ſcientia comprehendit; & vocatur Aſtronomia.

Aſtrologia quid tractet aſtrologia, & quid aſtronomia.

De qualitatibus quæ planetis effectiuè non proprie attribuuntur.

CAPVT XLVII.

Auctor. De his quæ pertinent ad cõſiderationem aſtrologi, multa iam ſuperius diximus; hic autem de aſtronomia ſicut & de cæteris ſcientijs pertractantes, tanquam occaſione inuenta pauca tantum de proprietatibus planetarum, eo quod ſecundum eorum ſitus ac diſpoſitiones inferiora quæque corpora diſponuntur, breuiter inferamus.

Ex dictis cuiuſdam aſtrologi. Quæſiuiſtis quid ſit proprius effectus vniuſcuiuſque planetæ. Ad quod reſpondeo quam breuiter potero, narratione comprehendens vniuſcuiuſque planetæ quoſdam effectus proprios, ſecundum quod philoſophi inuenerunt eos, certis experimentis & rationibus neceſſarijs inueſtigando. Dico igitur quod Sol eſt calidus, ſiccus, igneus cholericus, maſculinus, aureus, regnandi cupidus, auri ambitioſus, amans munditiam, grauis in eloquio, magnificus, carnoſus, pulcher facie.

Effectus ſolis quos cauſat in his inferioribus.

Has proprietates attribuũt philoſophi Soli, & ſimiliter

liter cæteris planetis, vnicuique ſuas, non quia tales proprietates inſint, vel ineſſe poſſint cœleſtibus ſubſtantijs, cum non participent cõtrarietate, nec ſexuum diuerſitate, nec affectionum animi mutabilitate, ſed quia cæleſtia corpora ſunt efficientia & ſignificantia tales proprietates, & earum renouationes & defectiones in rebus mutabilibus mundi inferioris, alterabilis, & ſecundum omnes partes ſui corruptibilis. Omnia enim quæ renouantur in mundo inferiori, præter ea quæ cauſantur à ſuperiori facie rationis noſtræ, habẽt ſuas cauſſas efficientes in mundo ſuperiori, inalterabili, & incorruptibili.

Omnia renouata in mundo corruptibili, per virtutes cæleſtium corporum renouantur.

Cuius demum ratio eſt, quoniam omne quod eſt, prius eſt in potentia, & deinde exit in actum. Itẽ quod exit in actum, per aliquid actuale exit de potentia ad effectum. Quapropter omnia renouata in mũdo inferiori, cum fuerint potentia priuſquam actu, per actuale aliquod quod eſt ſemper vno modo in ſe, ſed comparatione ad effectum aliter ſe habẽs, neceſſe eſt prodire in effectum; omnia autem corpora cœleſtia ſunt ſemper vno modo in ſeipſis ſe habentia, renouantia ſolum comparationes ſituales ad ea quæ ſunt in mundo inferiori. Nec reperitur in vniuerſitate mundi ſenſibilis aliud à corporibus cœleſtibus, ſic ſe habens. Manifeſtum eſt igitur, quod omnia renouata in mundo corruptibili, per virtutes cæleſtium corporum renouantur.

De Proprijs effectibus Solis.

CAPVT XLVIII.

Quod ſol ſit generationis cauſa oſtenditur.

SOl igitur virtute ſua calefacit & deſiccat mundum inferiorem, & generationis cauſa eſt in naſcentibus vegetabilibus & animalibus, & augmentat in natis calorem & ſpiritum vitalem. Cuius ſignificatio eſt, quod cum incipit aſcendere à tropico hyemali per punctum vernalem in tropicum æſtiuum, renouatur generatio in terræ naſcentibus, & animalibus pleriſque, & vigoratur vis augmentatiua; vnde ipſe eſt ſignificator vitæ animalis, quæ viget per calorem temperatum. Cum vero recedit à nobis, corrumpuntur pleraque terræ naſcentia, & animalia, & debilitatur vis augmentatiua & nutritiua, propter defectum caloris vitalis, & ſuperabundantiam frigiditatis deſtruentis.

Itẽ quod ſit calidus, ſiccus, igneus, cholericus, maſculinus, aureus, &c.

Experimentis igitur ſenſibilibus ſcitur, quoniam ſol eſt effectiuè calidus & ſiccus: Ex hoc ſequitur quoniam ipſe ſit igneus, & etiam quod cholericus. Id enim eſt cholera in homine, quod ignis in mundo; & idem effector & ſignificator vtriuſque. Cum caliditas etiam ſit qualitas actiua, & maritas ſit per actiuitatem, fœminitas vero per paſſibilitatem, patet quoniam ſol eſt effectiuè maſculinus. Sol quoque virtute ſua mouet fumum ſulphureum mundum, & commiſcet cum argento viuo mundo, & decoquit ea calore temperato, & ſic efficit aurum. Nihil enim eſt aurum, niſi fumus ſulphureus mundus, commixtus argento viuo, decoctus calore temperato. Quod autem hæc operatio ſit à virtute Solis, ſcitur per hoc quod in locis quibus præfuerit ſol, & in annis in quibus dominatur Sol, magis abundant mineræ aureæ.

Quo ſenſu dicũtur planeta mouere affectus animi.

Quod affectus animi attribuuntur planetis, intelligendum eſt de affectibus quos habet homo per naturam, & non ex conuictu aut conſuetudine, aut philoſophia. Nam affectus naturales cauſantur ex planetis, quia planetæ ſunt affectores, & motores ſpirituum mouentium. Secundum namque affectus animi mouentur ſpiritus, & ſecundum motus ſpirituum mouentur affectus. Verbi gratia: Cum iraſcitur homo, accenditur ſanguis & ſpiritus qui ſunt in corde, & feruntur ſpiritus ſeſe impellentes, & ſupra ſeipſos impetuosè inundantes, & cum talis fuerit motus in ſpiritibus, cauſa aliqua extrinſeca erit in affectu, niſi refrænetur per bonos mores. Similiter in omni affectu animi eſt motus ſpirituum appropriatus illi affectui; quem motum efficit naturaliter, & ſignificat planeta aliquis. Nam ſcitur de vnoquoque planeta, quorum affectuum, & cuius figuræ corporalis ſit ſignificator, per hoc quod conſiderauerunt philoſophi dominium planetarum in horis natiuitatum, & inuenerunt ſemper in nato ſub dominio Solis, affectus vniuerſales, & figuram corporalem vniuerſalem, ſecundum rationes quas ſupra diximus: & ſimiliter in natis ſub reliquis planetis inuenerunt affectus & figuras, quos reliquis planetis aſſignauerunt.

Experientia de influxu planetarum.

De proprijs effectibus cæterorum planetarum.

CAPVT XLIX.

RElIquorum planetarum proprietates (vt vitem proxilitatẽ) abſque expoſitione narrabo. Quia perito in naturis & aſtronomijs, ſufficiunt quæ dixi in exponendis proprietatibus Solis, ad exponendum proprietates reliquorum. Eſt igitur Saturnus eſſentialiter frigidus & ſiccus, accidentaliter tamen humidus & terreus, melancholicus, plumbeus, obſcurus, amans veſtes nigras, tenax, religioſus, agricultor. Iupiter eſt calidus, humidus, temperatus, aereus, dulcis, ſanguineus, ſtanneus, ſapiens, gaudens, liberalis, eloquens, amans veſtes pulchras, rubeus & pulcher facie, terram proſpiciens. Mars eſt calidus, amans militiam & caſtra, pugnas & cædes turpes, malignus, incompoſitus. Venus eſt frigida, humida, temperata, habens de metallis latonem, fœminina, amans veſtimenta ornata, & redimicula aurea, & argentea, & cantilenas, gaudia, & iocos; & ipſa eſt laſciua, dulcis loquelæ, pulchra oculis, & ſupercilijs, ſtudens compoſitioni formæ, corpus habens leue, plenum carne, mediocris ſtatutæ. Mercurius eſt calidus & ſiccus; ſed quia ſiccitas eius eſt multum paſſiua, ipſe eſt frigidus cum frigidis, humidus cum humidis, & cum omni planeta conuerſibilis in ſuas qualitates, habens in metallis argentum viuum; eloquens, ingenioſus, ſtudens, amans ſcientias mathematicas & diuinationes, corpus habens gracile, labia ſubtilia, completam ſtaturam. Luna eſt frigida, humida, phlegmatica, fœminina, argentea, mediatrix mundi ſuperioris & inferioris, amans geometriam, & quicquid ei attinet, rotunda facie, mediocris ſtaturæ.

Effectus Saturni.

Iouis.

Martis.

Veneris.

Mercurij.

Lunæ.

De comparatione omnium planetarum ad rerum generationem.

CAP. L.

Omnes planeta concurrunt ad vniuſcuiuſque rei generationem, licet proprie dicatur res ab eo effici qui eſt maioris virtutis.

SEcundo quæſitum eſt, vtrum omnes planetæ ſint ſicut vnum efficiens ad generationem vniuſcuiuſque, vel poſſit vnus illorum per ſe aliquid efficere. Ad quod reſpondeo, quod omne quod efficitur in mundo inferiori, ab omnibus planetis efficitur, & omnes participant in efficientia vniuſcuiuſque effecti; & etiam comparticipat eis in efficiendo ſingulare alicuius ſpeciei, imago aliqua cœleſtis; planetæ namque ſunt effectores & etiam ſignificatores. Vniuerſales vero cauſæ non efficiunt particulare aliquod, niſi cum eis comparticipet in efficiendo aliqua de imaginibus cœleſtibus, quæ imagines ſunt effectrices, & etiam ſignificatrices ſpecierum ſpecialiſſimarum mundi terreſtris. Demonſtratio autem quod omnes planetæ ſunt ſicut vnum efficiens, & non poſſit aliquis illorum per ſe agere in hoc inferiori, hęc eſt; quod virtus inferior nõ agit, niſi per virtutem ſuperiorem, & duo quæ diſtant aliquibus medijs naturaliter interpoſitis non agunt vel patiuntur adinuicem abſque medio. Propter hoc nullus planeta inferior poteſt agere in hæc terrena, niſi mediante ſuo inferiori. Vnumquodque igitur in mundo inferiori effectum ab omnibus planetis efficitur, dicitur tamen proprie effici ab illo planeta, qui eſt in efficiendo maioris virtutis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Ordinatione motuum eorum.

CAPVT LI.

TErtio quæſitum eſt, vtrum in motibus planetarum ſit ordinatio. Quam quæſtionem quoniam eſt ambigua diuido. Poteſt enim hæc quæſtio quærere, an in motibus ipſorum ceciderit prius & poſterius in tempore, ſcilicet quod vnus planeta prius tempore motus fuerit quam reliquus: vel poteſt quærere, an motus vnius ſit natura prior motu alterius; vel poteſt quærere an motus ipſorum ſint ordinati adinuicem, ſecundum proportiones muſicæ commenſuratas. Si quæritur primum, dico quod omnes ſimul inceperunt moueri; omnes enim ſpheræ ſimul tempore creatæ erant, & in creatione moueri cœperunt. Si quæratur ſecundum, dico quod omnis planeta ſicut eſt ſupetior in ſituali, ſic eſt prior natura, & motus ſuperioris natura prior motu inferioris; non enim mouetur inferior, niſi participans virtutem ſuperioris. Si vero quæratur tertium, dico quod in illorum motibus eſt ordinata proportio muſicæ. Aliter enim non eſſet mundus aptiſſime & pulcherrime compoſitus.

Triplex eſt ordinatio in Motibus planetarum.

Nota.

Vtrum motus vnius poſsit impediri per motum alterius.

CAPVT LII.

QVarto quæſitum eſt, vtrum motus vnius planetæ poſſit impediri per motum alterius. Ad quod reſpondeo quod in corporibus cœleſtibus nõ eſt contrarietas, inobedientia, vel violentia; nec obuiant ſibi inuicem cæleſtia corpora; quare nullo modo poſſunt ſe adinuicem præpedire in mouendo. Si autem intendat hæc quæſtio quærerere, an effectus vnius planetæ impediatur per alterum, manifeſtum quoniam hoc eſt verum, quia cum alicui planetæ opponitur planeta ſibi contrarius, aut ei coniungitur, aut reſpicit à trino & quarto vel ſextili aſpectu, impedit opus alterius. Verbi gratia: Cum Saturnus opponitur Marti in renouatione anni, aut coniungitur ei ſecundum aſpectum aliquem & præfuerit Mars anno, diminuit calorem qui ex virtute Martis deberet prouenire in eodem anno.

Planeta non impediunt ſe in motibus, ſed bene in effectibus.

Quinto quæſitum eſt. Vtrum motus planetarum ſit circularis. Hanc quæſtionem determinat Ariſto. in lib. de cœlo & mundo, & hæc quęſtio non eſt quæſtio, ſed eſt ſuppoſitio in Aſtronomia. Huius autem demonſtratio apud Ariſto. hæc eſt. Simplicis corporis ſimplex eſt motus; omnis autem motus ſimplex, aut eſt circularis, aut rectus. Igitur planetæ cum ſint corpora ſimplicia, aut circulariter, aut recte mouentur, ſed non mouentur ſecundum rectum, quia omne quod ita mouetur, participat contrarietate, & eſt corruptibile: Planeta vero non participat contrarietate, igitur circulariter mouetur.

Motus planetarum eſt circularis.

Vltimo quæſitum eſt, quomodo planetæ ſint natura diſſolubiles. Ad quod reſpondeo cum Auguſtino, quod non ſolum planetæ, ſed omnis creatura ex ſeipſa eſt diſſolubilis, & corruptibilis. Cuius ratio eſt, quod omne quod eſt, de natura ſua facit periodum in ſuam originem; omnis autem creatura eſt ex nihilo, quare periodus eius eſt in nihilum. Veruntamen diuido hunc terminum diſſolubile, ſiue corruptibile; dicitur enim corruptibile, quod ex ſeipſo habet poſſibilitatem ad corruptionem; & ſic eſt omnis creatura corruptibilis: Nulla enim creatura ex ſeipſa eſſe poteſt, cum ſolum ipſum ens primum, ex ſe & per ſe ſit. Quapropter omnis creatura ex ſeipſa eſt corruptibilis, & ad corruptionem eſt poſſibilis. Dicitur etiam corruptibile, quod ex ſeipſo habet neceſſitatem ad corruptionem, & ſic dicitur omne & ſolum corruptibile, quod participat contrarietate naturali: bonitas autem conditoris, & ſapientia eius, & potentia, tam immenſæ ſunt, quod vnumquodque fecerunt in optimo quod ei eſt poſſibile, niſi ipſum voluntarie à cõditoris bonitate ſe ſubtrahat. Eſſe autem melius eſt quam non eſſe, & eſſe perpetuum, quam eſſe temporale. Propterea vnumquodque quod non habet in ſe neceſſitatem ad corruptionem, nec voluntarie à conditoris bonitate ſe ſubtrahit, à conditoris bonitate ſeruatur in eſſe perpetuo.

Quo ſenſu planeta ſunt corruptibiles.

De Scientia de ponderibus.

CAPVT LIII.

Apharabius vbi ſupra. Sequitur ſcientia de ponderibus. Ponderoſa duobus modis conſiderantur, ſcilicet ſecundum quod menſurantur, & ſecundũ quod cum eis menſuratur. Ita doctrina de ponderibus conſiderat ea ſecundum quod mouentur, & inquirit de principijs & inſtrumentis quibus eleuantur grania, vel per quæ de loco ad locum permutantur.

Ponderoſa duobus modis conſiderantur.

Iſido. lib. xvj. etym. Ponderum ac menſurarum iuuat cognoſcere modum. Nam omnia corporalia (ſicut ſcriptum eſt) à ſummis vſque ad ima, in menſura & numero & põdere diſpoſita ſunt atque formata. Cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit; ſuum quoque regit omnia pondus, & ponderibus ſuis terra librata dependet. Primus Moyſes (qui omnes antecedit gentilium philoſophos tempore) nobis, & numeros, & menſuras, & pondera diuerſis ſcripturæ ſuæ locis enarrauit. Primus Sydon Argiuus, ponderum rationem in Græcia conſtituit. Et licet alij antiquiores extiterunt, ſed iſte hac in arte experientior fuit.

Pondus dictum, eo quod in ſtatera librarum pendeat; hinc & penſum. Abuſiue autem pondus, libra vna eſt; vnde etiam dipondius dictus eſt, quaſi duo pondera. Trutina eſt gemina ponderum lanx æquali examine pendens, facta propter talenta & centenaria appendenda, ſicut momentana pro parua modicaque pecunia. Hæc eſt & ſtatera, nomen ex numero habens, quod duobus lancibus, & vno in medio ſtilo librata, æqualiter ſtet. Examen eſt filum medium, quo trutinæ ſtatera regitur, & lances æquantur: vnde & in lanceis amentum dicitur. Vnicuique autem ponderi certus eſt modus, nominibus proprijs deſignatus. Calcus minima pars ponderis, quarta pars oboli eſt, conſtans lentis geminis granis; appellatur autem calcus, quod ſit paruulus ſicut & lapis calculus, qui adeo minimus eſt, vt ſine moleſtia ſui calcetur. Siliqua viceſima quarta pars ſolidi eſt, ab arbore cuius ſemen eſt vocabulum tenens. Cerates oboli pars media eſt, habens ſiliquam vnam ſemiſ. Obolus ſiliquis tribus appenditur, habens Cerates duos, calcos quatuor. Fiebat enim olim ex ære ad inſtar ſagittæ, vnde & nomen à Græcis accepit, hoc eſt ſagitta. Scrupulus ſex ſiliquarum pondere conſtat.

Pondus vnde dictum.

Trutina.

Statera.

Examen.

Calcus.

Siliqua.

Cerates. Obolus.

Scrupulus.

Adhuc de ponderibus.

CAPVT LIV.

DRagma octaua pars vnciæ eſt, & denarij pondus argentei, tribus conſtans ſcrupulis, id eſt, decem & octo ſiliquis. Denarius autem dictus, quia pro decem nummis imputatur. Solidus nuncupatur, quia nihil illi deeſſe videtur; ſolidum enim veteres integrum dicebant & totum. Proprie quoque nummiſma vocatur, pro eo quod nominibus principum, effigijſque ſignetur: ab initio vero vnum numiſma vnus argenteus erat. Solidus apud Latinos alio nomine ſextula dicitur, quod ijs ſex, vncia compleatur: hunc vulgus aureum ſolidum vocat. Cuius tertiam partem ideo dixerunt tremiſſem, eo quod ſolidum faciat termiſſus. Sextula bis aſſumpta duellam facit; ter poſita ſtaterem integrum reddit: ſtater autẽ medietas vnciæ eſt, appendẽs aureos tres, vnde & vocatus ſtater, quod tribus ſolidis ſtet. Hic & ſemiuncia, quia ſemis habet

Dragma.

Denarius. Solidus.

Sextula.

Stater.

de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quadrans. de vncia; hic & ſemiſſis, quia ponderis ſemis eſt, quaſi ſemis aſſis. Quadrans quidem, quia vnciæ quartam partem appendit.

Sicel vel ſicius. Sicel qui Latino ſermone ſiclus corruptè appellatur, Hebræum nomen eſt, habẽs apud eos vnciæ pondus, apud Latinos autem & Græcos quarta pars vnciæ eſt. Vncia dicta, quod vniuerſitatem minorũ ponderum ſua vnitate vinciat, i. complectatur. Conſtat autem dragmis octo, i. ſcrupulis xxiiij. Quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus ſcrupulorum eius, horas diei noctiſque metitur; vel quia libram efficit duodecies computatus. Libra xii. vncijs perficitur, & inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot conſtat yncijs, quot menſibus annus. Dicta autem libra, quod ſit libera, & cuncta inter ſe pondera prædicta concludat. Mna in ponderibus centum dragmis appenditur, & eſt nomen Græcum. Talentum ſummum eſſe pondus perhibetur in Græcis; nam nihil eſt calco minus, nihil talento maius; cuius varium apud diuerſas gentes pondus habetur. Eſt autem triplex; minor quinquaginta, medius ſeptuaginta duarum librarum, ſummus centum viginti conſtat.

Vncia.

Libra.

Mna. Talentum.

Talentum triplex eſt.

De Scientia ingeniorum.

CAPVT LV.

Quid ſit ſcientia ingeniorum. *Alpharabius vbi ſupra.* Scientia de ingenijs, eſt ſcientia cogitandi qualiter quis cõuenire faciat illa omnia, quorum modi declarantur ac demonſtrantur in doctrinis: conuenire inquam in corporibus naturalibus, in acceptione & ſitu eorum in actu. Omnes enim aliæ ſcientiæ non conſiderant lineas, ſuperficies, corpora, & reliqua, niſi ſecundum quod intelliguntur tantum à corporibus naturalibus ſeparata; ſed quia nos vſu iſtorum indigemus, volumus ea actuare, & præſentare in actu in corporibus naturalibus & ſenſatis. Scientia ergo ingeniorum docet modos excogitandi & adinueniendi qualiter ſecundum numerum corpora naturalia coaptentur per artificium, ad hoc vt vſus quem quærimus, ex eis proueniant.

Exẽpla huiuſmodi ſciẽtiæ. Ex his eſt ingenium geometricum ad menſurandum corpora. Ingenium quoque inſtrumentorum, de arte eleuandi, & inſtrumentorum muſicorum, ac plurium artium mechanicarũ, vt arcuum, vel armorum. Sic & ingenium ſpectuale ſecundum artem, quæ dirigit vſum ad comprehendendum veritatem rerum remotarum. Et ingenium de arte ſpeculorum, ſecundum quod reddunt radios ita vt reflectant eos, aut conuertãt, aut frangãt. Ingenium quoque de arte ponderum, rationabilium inſtrumentorum, ſecundum artes plurimas. Hinc ergo ſunt cauſæ & ſcientiæ ingeniorum, quæ principia ſunt artium ciuilium practicarum.

De Metaphyſica, & eius excellentia.

CAPVT LVI.

Metaphy. ad mathematicas ſcientias non ſpectat, ſed in eodem lib tractatur quia poſt illas ſequitur, & ad nouã lib. per ſe non ſufficit. *Ariſt. in Metaphyſica veteri li. j.* Metaphyſica ſciẽtia eſt ad alias neceſſaria, id eſt, ad aliarũ ſciẽtiarum neceſſitatem, ſicut dialectica & ſophiſtica ad introductionem: ipſa eſt prima philoſophia, maximeque ſcibilis eſt, quia maxime ſcibilia ſunt principia & cauſæ, propter hoc enim & ex eis alia cognoſcuntur, non econuerſo. Tunc autem ſcire dicimur vnumquodque cum primam cauſſam opinamur cognoſcere. Hæc itaque ſola ſcientiarum liberalis eſt, quia ſola ſuiipſius gratia eſt: vnde iuſtè non humana exiſtimatur illius poſſeſſio, ſed diuina. Multipliciter enim humana natura ancilla eſt: Deus autem & cauſarum omnium principium quoddam eſt, & hanc ſcientiam aut ſolus, aut maxime habet: hac igitur potior nulla eſt.

Metaph. eſt ſcientia ſpeculatiua, quia eius finis eſt veritas non opus, vt in practicis. *Idem in iij. lib.* Hanc ergo vocare ſciẽtiarum ſapientiam congruit, ſecundum quod princeps eſt & potentiſſima, cui alias ſcientias vt famulas non contradicere iuſtum eſt, huius namque gratia ſunt aliæ. *Idem in nona lib. j.* Vnuſquiſque igitur hominum, aut nihil de veritate comprehendit, aut modicum: difficilis enim eſt eius cõſideratio, non quidem propter res, ſed propter nos. Diſpoſitio namque intellectus in anima, apud illud quod eſt in natura manifeſtum, ſimilis eſt diſpoſitioni oculorum veſpertilionis apud lucem ſolis. Rectum eſt autem philoſophiam vocare ſcientiam veritatis ſpeculatiuam, qui ſpeculatiuæ finis eſt veritas, practicæ vero opus. Operantes enim licet conſiderent in eo quod agunt, non tamen perſcrutantur de cauſſa propter ſeipſam, ſed reſpectu eius quod agunt. Nos autem veritatem non ſcimus, abſque eo quod ſciamus cauſſam illius. Manifeſtum eſt autem quod res habet ſuum principium, & quod cauſæ rerum omnium non ſunt infinitæ, neque ſecundum rectitudinem, neque ſecundum ſpeciem, ſcilicet vt ſpecies cauſarum ſit pluſquam numerari poſſit: Impoſſibile enim eſt ſecundum naturam, vt aliquid ex alio ſit in infinitum: Neceſſe eſt enim vt prius ſit cauſſa eius quod eſt poſt. Quapropter neceſſe eſt, ſi res aliqua non fuerit potentia, vt vtiliter non ſit omnino cauſſa. Itaque ſi cauſas infinitas faciunt, naturam boni deſtruunt. Dignum eſt autem in prima philoſophia perſcrutetur de omnibus; continet enim omnia principia, & ea quæ ſunt potentia.

Obiectum Metaph. eſt res ſeparata à materia. *Auic. in Metaphyſica ſua.* Scientia diuina eſt ſcientia de rebus ſeparatis à materia, termino, &. diffinitione, ſic dicta à parte digniore quæ eſt finis eius, hæc eſt cognitio Dei. Multæ namque res appellantur ab eo quod eſt dignius. In hac ſcientia quæritur de primis cauſis eſſe naturalis, & eſſe doctrinalis, & eius quod pendet ex his; & de cauſa cauſarum, quæ eſt Deus excelſus. Hæc eſt prophetia prima, quæ facit acquirere certificationem principiorum aliarum ſcientiarum, & ipſa eſt certiſſime ſcientia. Communicat autem cum dialectica ſimul & ſophiſtica, quia de eo quod in hac acquiritur, nulla ſingularium ſcientiarum tractat, niſi duæ prædictæ. Differt etiam ab vtraque, quoniam illæ loquuntur de compoſitionibus ſingularum ſcientiarum, hæc autem non; quoniam ipſa eſt prima philoſophia. Differt etiam à topica, quia ipſa non facit certitudinem, ſed acquirit opinionem. A ſophiſtica quoque per ſe differt, quia hæc quærit ipſam veritatem, illa vero apparentiam.

Metaph. differt à dialectica & ſophiſtica,

Cur Metap. dicatur diuina, & Metaphyſica. *Michael Scotus.* Dicitur etiam hæc ſcientia diuina, quia de rebus diuinis & ſpiritualibus tractat. Dicitur & prima philoſophia, quia cæteris philoſophiæ partibus altior eſt. Dicitur etiam Metaphyſica, quia ſupra phyſicam eſt, id eſt, ſcientiam naturalem. Legenda eſt autem poſt naturalem, & doctrinalem, quia multa de his in iſta conceduntur, quæ in illis approbata ſunt.

De Partibus Metaphyſicæ.

CAPVT LVII.

Metap. diuiditur in tres partes. *Alpharabius in lib. de diuiſione ſcientiarum.* Scientia diuina diuiditur in tres partes; Prima inquirit de eſſentijs, & de rebus quæ accidunt eis, ſecundum quod ſunt eſſentiæ. Secunda de principijs demonſtrationum in ſcientijs ſpeculatiuis particularibus, ſcilicet de principijs dialecticæ, & naturalis ſciẽtiæ, ſcientiarumque doctrinalium. Inquirit etiam verificationẽ earum & ſubſtãtias atque proprietates, & deſtruit errores antiquorum. Tertia de eſſentijs quæ non ſunt corpora, nec in corporibus: & probat quod ſunt eſſentiæ, deinde quod plures ſunt, & quod finitæ: deinde quod ſint inæquales, & quod ſecundum multitudinem ſurgũt de minore ad perfectionem, vel ad perfectiorem, quouſque perueniant ad extremum perfectum, quo perfectius nihil eſſe poteſt, nec ei poteſt aliquid eſſe ſimile, nec æquale, nec contrarium, nec præcedens. Ipſum eſt eſſe, quod impoſſibile eſt acquiri ab aliqua re, & omnia reliqua poſteriora ſunt ab illo in eſſe. Ipſum eſt eſſe primum, quod confert eſſe omni quod eſt præter ipſum. Ipſum eſt primum

Methodus Metaph. Ariſt.

vnum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vnum, quod vnitatem confert omni quod eſt præter ipſum. Ipſum eſt primũ verũ, quod veritatẽ omni habenti ipſam confert. Immò ipſum eſt quod ſupra omnia dignius eſt nomine & ſignificatione vnius, & entis, & veri, & primi.

Deinde oſtendit quod illud quod terminus eſt iſtarum proprietatum, debet credi quod ſit Deus, cuius gloria ſublimis. Poſtea docet qualiter eſſentiæ proueniunt ab eo, & qualiter adeptæ ſunt eſſe ab illo. Deinceps inquirit de ordinibus eſſentiarum, & qualiter adueniunt eis illi ordines, & qualiter vnaquæque meretur eſſe in ordine in quo eſt, & qualis eſt illa connexio earum adinuicem, & quibus rebus fiat. Deinde progreditur ad reliquas operationes Dei comprehendendas in eſſentijs, quouſq; compleat omnes illas: oſtendens etiam quod in nulla earum eſt defectus, neque diſcordia, neque malitia, neque diminutio, neque ſuperfluitas. Poſtea vero deſtruit errores quorundam de Deo, & operationibus eius, & eſſentijs quas creauit.

Metap. habet 4. partes

Michael Scotus. Diuina ſcientia diuiditur in quatuor partes, quarum prima eſt de diuiſionibus entis, ſecunda de principijs ſcientiarum, tertia de intelligentijs, quarta & vltima de Deo. Hæ quatuor partes continentur in Metaphyſica Ariſt. & Auicennæ, & in Algazel, & in Auicebronte.

De vtilitate eius, & ordinatione.

CAP. LVIII.

Auicenna vbi ſupra Vtile quidem in ſe eſt occaſio, quæ per ſe ducit ad bonum. Vtilitas autem eſt intentio quæ de malo perducit ad bonum & omnes quidem ſcientiæ communicant in vna vtilitate, quæ eſt acquiſitio perfectionis animæ humanæ, in effectu præparantis eam ad futuram fœlicitatem. Cum autem in principijs ſcientiarum inquiritur de vtilitate earum, non eſt intentio illarum ad hoc perueniendi, ſed inuicem ſe adiuuandi, ad hoc vt certificetur alia ſcientia. Et ſecundum hanc intentionem vtilitas dupliciter dicitur, vno modo abſolutè, ſcilicet vt ſit adducens ad certitudinem alterius ſcientiæ quocumque modo, alio modo minus communiter, ſcilicet vt ſit adducens ad excellentiorem, quæ eſt ſicut finis. Si igitur accipiamus vtilitatem abſolutè, profecto ſcientia hęc vtilitatem habet; ſi vero minus communiter, adeo certe alta eſt hæc ſcientia, quod non dignatur vtilis eſſe cæteris, ſed cæteræ potius ad eam vtiles ſunt, & ideo poſt illas legenda eſt.

Quo ſenſu eſt vtilis Metaph. ad alias ſcientias.

Poſt naturalem quidem eo quod multa quæ conceduntur in iſta, iam probata ſunt in naturali, ſicut generatio & corruptio, & alteritas & locus & tempus, & quod omne quod mouetur ab alio mouetur, & quæ ſunt ea quæ mouentur ad primum motorem, &c. Poſt diſciplinales vero, quoniam intentio vltima in hac ſcientia eſt cognitio gubernationis Dei altiſſimi, & cognitio Angelorum, & ordinum eorum. Cognitio quoque ordinationis in compoſitione circulorum, ad quam ſcientiam impoſſibile eſt peruenire niſi per aſtrologiam, ad ſcientiam autem aſtrologiæ peruenire non poteſt niſi per cognitionem arithmeticæ & geometriæ. Muſica vero, & particulares diſciplinalium, & morales, ac ſimiles, conſequentes ſunt, & non neceſſariæ ad hanc ſcientiam.

Quæ ſcientia ſint præmittenda Metaph tanquam illi neceſſaria.

De ſubiecto Metaphyſica.

CAP. LIX.

Michael Scotus. Huius ſcientiæ ſubiectum eſt ens, non Deus, vel quatuor cauſæ, ſicut quidam crediderũt. Teſte enim Ariſt. nulla ſcientia ſubiectum ſuum inquirit. In hac autem quęritur de Deo, quid ſit; & ſimiliter de cauſis, & ideo non poſſunt eſſe ſubiectum eius; Materiam ſiquidem non oportet quæri an ſit, vel quid ſit: inconueniens enim eſt, vt aliqua ſcientia materiam ſuam ſtabiliat. Intentio tamen huius ſcientiæ eſt dare certitudinem de rebus quæ continentur in prędictis quatuor partibus.

Subiectum Metaph. eſt ens.

Algazel. Diuinæ ſcientiæ ſubiectum eſt id quod eſt communius omnibus, ſcilicet ens ſimpliciter, vel abſolutè. Quæ autem in ea quæruntur, conſequentia ſunt ipſum eſſe inquantum ens tantum. Hæc ſunt ſubſtantia, accidens, vniuerſale, ſingulare, vnum, multum, cauſa, cauſatum, potentia, effectus, conueniens, inconueniens, quid debet, vel quid neceſſe eſt eſſe, & quid poſſibile: hæc enim omnia conſequuntur ipſum eſſe, ex hoc quod eſt ens. Non ſic tamen triangulatio, vel quadrangulatio; quæ quidem conſequuntur ens, ſed poſtquam fit menſura: nec ſic albedo & nigredo, quæ non conſequuntur ens, niſi poſtquam fuerit naturale corpus. Et omnino quicquid dicitur, quod non conſequitur ens, niſi poſtquam fuerit ſubiectum alicuius duarum ſcientiarum, ſcilicet mathematicę & phyſicę, illud profecto non pertinet ad conſiderationem huius ſcentiæ.

Metap. eſt conſideratiua quæ conſequuntur ens immediate.

Incidit autem in hac ſcientia conſideratio de cauſa vniuerſi eſſe, quoniam ens diuiditur in cauſam & cauſatum. Incidit etiam conſideratio de vnitate eſſentiæ, & de proprietatibus eius; & quod relatiua pendent ex ea, & qualiter fluxerint ex ea. Sed huius ſcientiæ conſideratio propriè de vnitate vocatur diuina ſcientia. Quæ vero remotior eſt à dubietate & errore, eſt mathematica. Naturalis autem magis impedita eſt, eo quod naturalia ſemper in permutatione ſunt, & ob hoc aliena ſunt à certitudine, quæ eſt in metaphyſicis.

Metap. eſt nobis minus certa quam Mathematica, certior tamen quam phyſica.

De Ente.

CAP. LX.

Ariſto. in Metaphyſica noua. 3. lib. Eſt itaque in ſcientia ſcientiarum prius conſideratio de ente, & de rebus quæ ſunt entis per ſe, vnde non eſt aliqua ſcientiarum particularium, quia non eſt alicuius particularis ſcientiæ determinare de ente vniuerſali, ſed de accidente quod accidit alicui partium entis. Ens itaque dicitur multipliciter, & non ęquiuocè, ſed attrahuntur omnes illi modi vni rei, & vni naturæ, ſicut omne ſanans attribuitur ſanitati. Quoddam enim dicitur ſanum, quia ſanitatem conſeruat: Quoddam quia ſignificat: quoddam quia recipit. Quædam ergo dicuntur entia, quia ſubſtantia ſunt, quędam quia accidentia, quędam quia paſſiones, quædam quia via ſunt ad ſubſtantiam, aut ad relationem &c. Vnum autem non ſignificat aliud ab ente.

Metap. eſt ſpecialis ſcientia.

Ens eſt Analogum.

Idem in 5. lib. Ens dicitur quodam modo accidentali. Verbi gratia, quod muſicus ædificat: Accidit enim ædificatori quod ſit muſicus. Dicuntur etiam entia per ſe, & horum quędam ſignificant quid, quædam quale, quædam quantum &c. Iterum ens ſignificat eſſentiam ſecundum veritatem rei, vt cum dicitur ſimpliciter aliquid eſſe vel non eſſe. Item quædam ſunt entia potentia, quædam actu.

Ens varie diuiditur.

AVCTOR. Primo quidem diuidit ens in ſubſtantiam & accidens, deinde in ens potentia & ens actu. Tertio in vnum & multũ. Et de his per ordinẽ agetur.

De Vno.

CAP. LXI.

Ariſto. in 1. lib. Phyſicorum. Vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & ens. Dicitur enim continuum, aut indiuiſibile, aut quorum ratio vna & eadem. Continuum autem diuiſibile eſt in infinitum. Eſt autem vnum & potentia & endelechia, id eſt actu.

Vnum dicitur multipliciter.

Idem in Metaphy. lib. 5. Vnum dicitur aut per ſe, aut per accidens. Per accidens, ſicut nauigator & muſicus, vel homo & homo muſicus ſunt vnum. Per ſe autem dicitur vnum per continuationem, vt lignum conglutinatum. Sed magis eſt vnum illud quod eſt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

continuum per naturam, quam quod per artificium; vt eſt crus, vel quodlibet membrum. Item dicuntur vnum quorum ſubiectũ non diuiditur ſecundum formam, vt vinũ, & aqua, & omnia liquabilia. Item quorum genus eſt vnum, vt omnia animalia. Item quorum diffinitio non diuerſificatur, vt augmentabile & diminutum. Itẽ quędam dicuntur vnum modo ſimplici, vt illa quæ non diuiduntur ſecũdum tẽpus, nec ſecundũ locum. Quædam modo vniuerſali, vt illud quod non diuiditur ſecundum ſpeciem ſuam: Verbi gratia, dicere vnum animal, & vnum ens. Quædam etiam dicuntur vnum ſecundum materiam, quamuis agant aliud, & patiantur ab alio, vel differant per alia. Item quædam ſunt vnum numero, quorum ſcilicet materia vna eſt: quædam forma, quorum ſcilicet totalitas vna eſt. Quędam ergo quorum natura vna eſt, quædam ſecundum ęqualitatem, quorum proportio vna.

Vnum per ſe dicitur 4. modis.

Idem in 10. lib. Vnum per ſe dicitur quatuor modis. Vno modo continuum naturaliter, non violento aliquo, vt per glutinum, & clauos, vel ligamenta. Item ſecundum formam & complementum, vt totũ. Item per conuenientiam, vt diffinitio eſt vnum ſecundum intellectum & rationẽ. Item indiuiſibile, vt ſingulare.

Vnum eſt analogum.

Et licet vnũ dicitur multipliciter, non tamen vniuocè, ſed per prius & poſterius de illis dicitur. Eſſentia vnius eſt vt non diuidatur. Vnum eſt principium numeri, non numerus, & omnes numeri cognoſcuntur per vnum: Numerus enim eſt multitudo vnitatum, & menſura & menſuratum ſemper vnigenia ſunt, id eſt vnius generis. Vnum & ens prædicamenta ſunt, & de omnibus dicuntur. Non ergo genera ſunt, neque ſubſtantiæ naturaliter abſtractæ.

De multo, & diuerſo, & oppoſito.

CAP. LXII.

Vnum & multum opponuntur.

VNum autem & multum ſibi opponuntur, ſicut vnum & plura; & ſicut diuiſio & non diuiſio. Multum n. diuiditur, vnum non. Vnum autem habet idem & ſimile & ęquale, ideſt dicitur tripliciter, ſc. ſecundum ſubſtantiam, & ſic eſt idem; ſecundum qualitatem, & ſic eſt ſimile; ſecundum quantitatem, & ſic eſt ęquale. Multũ autem ſimiliter diuiditur in diuerſum, & diſſimile, & inęquale. Sicut autem vnũ & multum habent oppoſitionẽ ſecundum ſitum, & idem & aliud. Itaque omne ens, aut eſt idem, aut diuerſum. Omne autem differens, aut per genus differt, aut per formam. Per genus, illa quæ non habent naturã communem, nec generantur inuicẽ, vt omnia quorum alia figura prædicamenti eſt. Per formã vero illa quorum genus eſt idem, & ſubſtantia diuerſa; & hęc ex contrarijs generantur. Quoniam autem contrarietas eſt differẽtia completa, impoſſibile eſt vt vnũ habeat multa contraria, quia differentia cõpleta eſt maxima diuerſitas, & hæc eſt extremorũ, quia maximè à ſe differunt.

Quæ dicantur differre genere & ſpecie.

Quid contrarietas.

Eſt itaque contrarietas, diuerſitas perfecta quæ eſt ſecundum formam; & quia contraria ſunt in eodem genere, hoc quod eſt illud genus eſt, & dicitur de vtroque: vnde omnia contraria conueniunt in prædicamento eodem, quæ differunt ſecundũ formam, & nõ ſecundum genus. Quæ autẽ ſunt alia ſecundũ genus, magis differunt quã quę ſecundum formam. Oppoſita autem in ſitu quatuor modis. Quorum prima diuerſitas eſt priuatio, & habitus. Priuatio eſt contradictio quoquomodo; omnia quoq; contraria priuationem habent alterius cõtrariorum. In quibuſdã autem oportet vt ſit medium inter contraria. Omnia. n. media ſunt in eodem genere. Et dico media omnia illa, ad quę primo tranſmutabile tranſmutatur neceſſario, vt ſi fuerit motus de albo in nigrum, primo veniet ad rubeum & glaucum. Contradictoria vero nullum habent medium omnino. Relatiua quoque omnia quæ non ſunt contraria, non habent medium, quia non ſunt in eodem genere. Non enim eſt medium inter ſcientiam & ſcitum, ſed inter magnum & paruum.

Quid priuatio.

Quid contradictoria.

De Cauſa.

CAP. LXIII.

Sunt 4. genera cauſarũ.

Idem in li. 5. Cauſa vno modo dicitur illud ex quo fit aliud, & eſt in eo; vt cuprum in idolo. Alio modo forma & exemplar, & hoc eſt quod ſignificat alicuius eſſe & eius genera, vt partes diffinitionis; alio vero modo ſecundum quod eſt principium trãſmutationis & quietis primæ, vt dicitur quod ambulatio eſt cauſa ſanitatis, ſcilicet efficiens, & pater filij, & omnino agẽs acti, tranſmutans tranſmutati. Item alio modo tanquam complementum, ſcilicet propter quod fit aliud, vt ſanitas eſt cauſa ambulationis. Omnes igitur cauſæ cedunt ſuper hos quatuor modos famoſos valde.

Proprietates cauſarum.

Idem in lib. 2. phyſi. Contingit autem multipliciter dictis cauſis, & multas eiuſdem cauſas eſſe, ſed non eodem modo, id eſt eodem genere cauſæ. Sunt etiam quædam adinuicem cauſæ; vt dolere quidem cauſa eſt mali habitus, vt dolendi: Non tamen eodem modo, ſed hoc quidẽ ſicut finis, illud vero ſecundũ principiũ motus, amplius autẽ eadẽ cauſa contrariorũ eſt. Quod enim prędẽs cauſa alicuius eſt, hoc & abſens aliquãdo cauſam contrarij ponimus: vt abſentia nautæ cauſa eſt euerſionis nauis, cuius erat præſentia cauſa ſalutis.

Et cauſarum aliæ quidem ſicut potentes dicuntur, ideſt ſecundũ potentiam; alię vero operantes, i. actuales. Oportet autẽ cauſam ſecũdũ vniuſcuiuſq; ſummã quærere. Scire namq; non opinamur vnumquodque, priuſquam accipiamus propter quid, hoc eſt primam cauſam, quoniam autẽ videmus aliud quidem ſemper ſimiliter fieri, quaſi ex prima neceſſitate, aliud autẽ ſicut frequenter, manifeſtũ eſt quoniam neutri eorum cauſa eſt fortuita. Eſt enim in his quæ fiunt prędẽr hęc. Et quoniam infinitæ ſunt cauſæ à quibus fit quod eſt à fortuna, & fortuna infinita eſt. & caſus ſimiliter.

Diſcrimen inter caſum & fortunam

Differt autẽ caſus à fortuna, quia circa plus eſt quã illa, quod enim à fortuna eſt, & à caſu, ſed non econuerſo. Eſt autẽ fortuna in ſolis agentibus ſecundũ propoſitũ. Quæ autem à natura ſunt, aut ſemper ſic fiunt, aut frequenter. Omnis autẽ ars aliqua quidẽ perficit, quæ natura non poteſt operari, alia vero imitatur Sed natura dupliciter dicitur, ſ. materia, & forma. Finis autẽ eſt propter quẽ alia fiunt, vel ſunt. Quorũ etenim cõtinui motus exiſtũr, eſt aliquis finis motus; hoc vltimum eſt & cuius cauſa fit. Veniunt autẽ tres cauſæ in vnum multoties, vt ſc. efficiens, & forma, & finis.

Cauſa ſubiecti eſt cauſa accidetis in illo.

Boetius in lib. de art. fidei. Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati: vnde & omnis cauſa ſubiecti eſt cauſa accidentis, quia ſc. accidens habet eſſe per ſubiectũ. Compoſitio quidem formæ ad materiam, eſt cauſa ſubſtantiæ. Nihil autem ſeipſum componit, aut in eſſe producit. Itaque nihil eſt cauſa ſui, cuiuſlibet autẽ inferioris eſt cauſa ſuprema. Cauſa vero ſuprema, neque componitur alicui, nec ipſam aliqua componunt.

Ex li. de cau. Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſuper cauſatũ ſuum, quam cauſa ſecunda vniuerſalis. Cauſa prima ſuperior eſt narratione, namq; deficiunt linguæ à narratione eius, niſi propter narrationẽ cauſę ipſius; quoniam ipſa eſt ſuper omnem cauſam, & non narratur niſi per cauſas ſecundas, quæ illuminantur à lumine primæ cauſæ, hęc exiſtit in omnibus tebus ſecundum diſpoſitionem vnam, ſed non ſic omnes res in illa, quia ſcilicet res vnaquæque recipit eam ſecundum modum potentiæ ſuæ.

Cauſa prima exiſtit in omni re vniformiter.

De principio, & elemento, & natura.

CAP. LXIIII.

Quid principium & quotuplex.

Ariſt in metaph. lib. 5. Initium dicitur illud ex quo prius mouetur aliquid, ſc. localiter: verbi gratia Principium longitudinis. Et dicitur principium melius, ex quo eſt melius aliquid fieri. Verbi gratia Doctrina; quæ non inchoatur forte de primo rei, ſed de illo de quo facilior eſt diſciplina. Dicitur etiam prin-

cipium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cipium naturale,ſc. illud ex quo fit res,& eſt in re.icil. materialiter: Verbi gratia fundamentũ nauis, vel domus: & ſicut dicunt quidam cor eſſe principium in animali,quidam cerebrũ,& quidã aliud.& vnuſquiſq; ſecundum ęſtimationem ſuam.Item dicitur principiũ illud ex quo fit res prius,& non eſt in eo, ſc.in re,& ex quo fit initium motus & tranſmutationis,verbi gratia Filius à parentibus,ſc.tanquam à cauſa extra generãte, quæ eſt cauſa mouens; & lis ab odio. Dicitur autem principium in voluntarijs illud, propter cuius voluntatem mouetur & mutatur quod tranſmutatur:Verbi gratia dominium in ciuitatibus, & regimen. In artificialibus dicitur principium in ordinatione,ſc.illud ex quo ſcitur res primò: Verbi gratia propoſitio in demonſtratione. Similiter & omnes cauſæ principia dicuntur,& omnia principia habent aliquid commune, quod eſt eſſe prius.Et quædam principia ſunt in rebus ſicut formæ ſc. & quædã extra res. Similiter etiam natura principium eſt, elementũ quoque & cognitio, & voluntas,& ſubſtantia,& illud propter quid,& bonũ, & motus etiam, hæc omnia poſſunt dici principia.

Quid ẽ elementum.

Elementum dicitur illud ex quo cõponitur res primo,& eſt in eo,nec diuiditur ſecundũ formã in aliam formam. Verbi gratia: Elementa ſoni ſunt ex quibus componitur ſonus,& ad quæ vltimo perueniunt; & ſi diuiderentur partes eſſent illis ſimiles ſecundũ formã, ſicut aqua cuius pars eſt aqua, non ſicut pars ſyllabæ. Item dicitur elementũ per minoritatẽ, illud quod eſt vnum minimum; & ſi diuiditur ſecundum rem, dicitur etiam elementum commune omnibus rebus, quod eſt principium cuiuſlibet, & in qualibet primum, ſcilicet vt materia prima.

Natura dicitur diuerſimode.

Natura dicitur vno modo de omnibus pullulantibus,id eſt ex ſe generãtibus; dicitur enim illud ex quo pullulat pullulãs primo, & eſt in eo,ſc vt pars in toto. Item illud ex quo eſt primus motus in vnaquaq; rerũ naturalium,& eſt in eis, id eſt intra. Pullulare autem dicitur omne quod habet crementum in alio ſecundũ contactũ,aut ſecundũ cõſolidationẽ,ſicut embriones. Item natura dicitur illud ex quo fit eſſentia rei naturalis.& ſua generatio; vt cuprum natura eſt idoli. Et per hunc modũ quidã dixerunt, quod elemẽta ſunt naturæ rerũ naturalium. Item alio modo dicitur ſubſtãtia rerũ naturalium, ſicut dicitur quod natura eſt potẽtia compoſitio; vel ſicut dicit Emp. quod natura entium nihil aliud eſt niſi mixtum vel mixtio, quia mixta eſt natura rerũ generabilium. Item dicitur natura prima materia,& hoc duobus modis; dicitur enim primũ in veritate,& primum in reſpectu alicuius: Ideſt dicitur materia prima,natura cõmunis omnibus,& etiam natura propria vnicuique enti. Dicitur etiam natura forma & ſubſtantia, & iſta eſt finis generationis.

De ſubſtantia.

Cap. LXV.

Subſtantia dicitur multipliciter.

SVbſtantiæ dicuntur corpora ſimplicia, vt terra, & ignis,& ſimilia. Item quæ ex ea conſtituuntur. Dicuntur autẽ ſubſtantiæ,quia nõ dicuntur de ſubiecto, ſed alia dicuntur ex eis. Aliter autẽ dicitur ſubſtantia illud quod eſt cauſa eſſentiæ rerũ, quæ non dicuntur de ſubiecto, vt anima animalium. Item omnia mẽbra animalium, ſc.quæ ſunt partes quantitatiuæ. Itẽ illud quod ſignificat quid in omnibus rebus, & diffinitionem eorum; & hoc eſt in ſubſtantia cuiuſlibet rei.

Idem in li. 7. Subſtantia eſt ens principaliter, & eſt prima omnium diffinitione, & cognitione, & tẽpore. Nullum enim prędicamentum eſt ſeparabile, niſi hoc ſolum. Et prius quidem eſt alijs diffinitione, quia neceſſe eſt vt diffinitio ſubſtantię accipiatur in cuiuſlibet rei diffinitione,cognitione quoque quia magis ſcimus quodlibet, quando ſcimus quid ſit. Dicitur autẽ ſubſtantia quatuor modis. Æſtimatur enim ſubſtantia, quod eſt eſſentia rei ſc.diffiniti,& vniuerſale,& genus cuiuſlibet:Et quartum iſtorũ quod eſt primum ſubiectum; hoc enim magis videtur eſſe ſubſtantia quàm aliud,& eſt illud de quo dicitur aliud,ſc.denominatiuè,non autem ipſum de alio. Dicitur autem tale quoquo modo materia,& alio modo forma, tertio modo id quod eſt ex his.Et dico materiam,vt cuprũ;formam autem,vt figuram ſtatuæ; & quod ex his,ſtatuam.Materia quidem eſt ſubſtantia, quia cum omnia alia fuerint abſtracta, ſcilicet per intellectũ, vt longitudo, latitudo,profunditas,nihil prẽter materiam videtur permanere. Dico autem materiam illud quod non per ſe, ſed per accidens ſcilicet dicitur quale, nec quantum, nec aliud eorum per quæ terminatur ens. Æſtimant autem quidam,quod forma,& illud quod eſt ex vtroque, ſint magis ſubſtantia quam materia.

Quidditas dicitur multis modis vti etiam diffinitio.

Et quoniam ęſtimatur vna ſubſtantiarũ illud quod ſignificat eſſentiam rei, id eſt diffinitio, ſciendũ quod compoſitũ ex ſubiecto & antecedente, non diffinitur vna diffinitione.Dicitur enim diffinitio multis modis, ſicut quidditas, id eſt eſſentialitas, ſcilicet in diuerſis generibus:Vno enim modo quidditas dicitur ſubſtantia: Alio modo vnumquodque prædicamentorum. Nam ſicut interrogarur de ſubſtantia quid ſit,ita & de alijs. Et quantitas igitur & qualitas ſunt eorum quæ dicuntur per quid, ſed non vt modo ſimplici, id eſt non modo abſoluto,ſed ſemper habent reſpectum ad ſubſtantiam. Itaque non ſolum ſubſtantiæ diffinitionem habent, ſed & aliæ ſpecies entis modo abſtracto. Et etiam accidentia per ſe.

Iam quidem quæ natura ſunt, vel artificio, materiam habent,quodlibet enim eorum habet potentiam ad eſſe & non eſſe.Quædam ſiquidem & natura,quædam artificio, quædam ex illo quod eſt per ſe.Et omne quod generatur eſt aliud, & ab alio, & per aliud. Quodque ex alio eſt,debet eſſe ex aliquo quod tranſmutatur, non quod remanet in eadem diſpoſitione. Materia quidem per ſe non cognoſcitur. Et eſt quædam materia ſenſibilis,vt cuprum, vel lignum,& omnia quæ mouentur. Quædam intelligibilis, & hæc eſt in ſenſibilibus,non ſecundum quod ſenſibilia ſunt,vt mathematica. Subſtantia igitur quædam eſt materia, quædam forma, & quædam illud quod eſt ex his. vt anima quidem eſt potentia ſubſtantia, ideſt forma: Corpus autem materia: homo vero coniunctum.

Subſtantia, alia materia,alia forma alia cõiunctum.

De triplici ſubſtantia creata.

Cap. LXVI.

Subſtantia alia mobilis alia immobilis.

IDem in lib. 9. Subſtantiæ ſunt duæ: quædam enim eſt ſenſibilis ſiue mobilis, & alia immobilis. Mobilis autem, alia perpetua, vt cœlum & corpora cœleſtia, alia vero corruptibilis, vt plantæ & animalia. Et de iſtis quidem duobus eſt ſermo naturalis, quia cum motu ſunt: Iſta vero alterius, id eſt ſubſtantia intelligibilis & immobilis eſt alterius ſermonis & ſcientiæ, cum non habeat principium commune cum ſubſtantijs mobilibus.Subſtantia ſenſibilis eſt tranſmutabilis, tranſmutatio autem eſt ex oppoſitis in ſitu,aut ex medio ſcilicet in extremum. Et contrarium quidem non tranſmutatur nec permanet, ſed materia vel ſubiectũ tranſmutatur ad contrarietatem, & ipſa eſt quæ permanet,& eſt tertia à contrarijs, ſcilicet quæ duo ſunt.

Tranſmutationes sũt quatuor.

Tranſmutationes autem quatuor ſunt, in quid, in quale,in quantum,in ibi.Generatio quidem ſimpliciter eſt in hoc: Augmentum in quantum, alteratio in paſſiones, tranſlatio vero in locum.Omne autẽ tranſmutabile tranſmutatur ex eo quod eſt in potentia, ad id quod eſt ens in actu.Omnia quę ſunt ex ente in potentia ſunt, & non ente in actu. Neceſſe eſt autem vt materia tranſmutetur, quia poteſt vtrumque, id eſt potẽtiam habet ad vtrũque contrariorum: igitur omnia quæ tranſmutantur habent materiam,ſcilicet tanquã principium cõmune cũ eo in quod tranſmutãtur. Fit itaq; generatio ex non ente quodã modo,ideſt ex materia, quæ eſt habens alterum contrariorum actu, ens autem non actu ſed potentia ad reliquum.

Quæ tranſmutantur habent materiam.

Tria ſunt principia generationis quorum duo ſunt contraria.

Cauſæ igitur ſunt tres,& principia tria,quorum duo ſunt contraria, priuatio ſcilicet formæ contrariæ quæ actu ineſt materiæ, & formę quæ debet imprimi in materia. Nam omne quod tranſmutatur tranſit ab alio,& in aliud. Illud autem à quo motor eſt,ad quod autem forma, tranſmutabile vero materia eſt. Tres itaque ſunt ſubſtantiæ, ſcilicet perficientes ſubſtãtiam ſenſibilem, vna eſt materia, & eſt hoc aliquid ſecundum quod videtur, & ſecundum contactum, non ſecundum ordinem, qui non eſt à materia. Non enim ſecundum materiam eſt diſtinctio, neque ordinatio in rebus, ſed ſecundum formã, ſine qua non eſt complementum. Tertium autem horum eſt ſubſtantia compoſita. Omne quoque quod eſt per artificium,eſt per ſimilem cauſam cauſæ in natura. Niſi enim eſſet ars, non eſſet generatio & corruptio in iſtis artificialibus; ſicut niſi eſſet forma, non eſſet generatio, neque complementum in naturalibus.Eſt autem in corporibus calidum quidem vt forma, frigidum vt priuatio: Materia vero, quod eſt in potentia hæc duo.

De ſubſtantia æterna immobili.

CAP. LXVII.

Datur aliqua ſubſtantia æterna & immobilis qua eſt Deus.

IDem in lib. 12. Neceſſe eſt autem aliquam eſſe ſubſtantiam ęternam & immobilem. Subſtantiæ namque præcedunt omnia entia, ſcilicet cauſalitate;ſi igitur omnes ſubſtantiæ fuerint corruptæ, omnia entia erunt corrupta, quia ſcilicet deſtructa cauſa deſtruitur cauſatum. Deus igitur ſemper eſt, & eſt intelligẽs per ſe, habetque vitam nobilem, & ſemper æternam. Ipſe eſt Deus, vnus, ęternus, in fine nobilitatis, & eſt vita continuum æternum, hoc eſt ſubſtantia æterna non mobilis, abſtracta à ſenſibilibus, non habens aliquam magnitudinem,nec partem,nec dimenſionem. Mouet autem infinito tempore,nec patitur,nec tranſmutatur: principium enim entium non mouetur eſſentialiter, nec accidentaliter; & mouet, & facit primum motum etiam perpetuum. Neceſſe eſt primum motum moueri per aliquod quod non mouetur per ſe: Et vt motus perpetuus ſit per motorem æternum, & vnus per vnum: & videmus præter motum totius ſimplicem id eſt vniformem,qui mouetur à ſubſtantia non mobili, alios motus eſſe perpetuos,qui ſunt erraticorum,id eſt per ſtellas erraticas: Corpus enim circulare,id eſt cœlum vel vniuerſum perpetuum eſt ſine quiete.Neceſſe eſt igitur vt vnuſquiſque iſtorum motuũ ſc.orbiũ in quibus mouẽtur planetæ,fiat per aliud quod perpetuũ ſit: natura enim ſtellarum etiã perpetua eſt. Quorũ motuum ſcientia propria mathematicorũ philoſophia eſt,ideſt aſtrologorum, primus autẽ motor qui non mouetur, vnus eſt numero & ratione.

Cauę ne ex his intidas in errorem Ariſt. contra fidem, quod mundus vel motus fuerit ab æterno.

De Potentia.

CAP. LXVIII.

Quid potentia.

IDem in li. 5. Potentia dicitur principium motus aut tranſmutationis in alio, ſecundũ quod eſt aliud; ſicut ars ædificandi, quæ eſt potentia, ſcil. effectiua, & non eſt in eo quod ædificatur; ſed ars medicinæ eſt potentia,& eſt in eo quod ſanatur. Item potentia dicitur illud per quod patitur aliquid,in quod ab eo facta eſt aliqua actio,& habet potentiam patiendi quod ei bonũ eſt,& cõuenientiam ad recipiendũ.Item illud per quod aliquid fit melius, & actio fit ſecundũ quod oportet: ſicut dicuntur homines potẽtes, qui poſſunt in bonitate ſermonis, i.qui bonũ habẽt modũ docẽdi quod ſciunt. Itẽ potentia dicitur eſſe in omnib. entibus, in quib.res non patiuntur omnino, neq; trãſmutãtur,aut quib. motus non erunt ad peiora. Nã omne quod frangitur, & deſtruitur, aut corrumpitur aliqua corruptione, accidit ei hoc quia non habet potẽtiam, vel quia diminuitur ab eo aliqua potentia.

Potentia dicitur quatuor modis.

AVCTOR. Primus igitur modus eſt principium faciendi aliquid eſſe. Secundus principium recipiendi eſſe ab alio. Tertium principium faciendi bene eſſe. Quartus principium reſiſtendi paſſioni.

Item Ariſt. ibidem. Tot igitur modis potentia dicitur, & potens eiſdem modis. Et quidem quod corrumpitur æſtimatur eſſe potens ad corruptionẽ, quia niſi hoc poſſet non corrumperetur,ſed habet aliquam diſpoſitionem & cauſam,vt talem recipiat paſſionem; & ſecundum hanc ęſtimatur corrumpi,vel quia habet eam, vel quia priuationem habet illius.

Quid potentia paſſiua.

Idem in li. 9. Potentia paſſiua eſt in ipſo paſſiuo principium trãſmutationis ab illo,ſecundũ quod eſt aliud: habitus autẽ,ideſt forma,eſt potentia quę non patitur ad aliud quod eſt prius,aut corruptionẽ ex illo ſecundum quod eſt aliud à primo tranſmutante. In paſſiuo quidẽ eſt potentia,patitur enim per aliquod principiũ quod habet,potentiæ autem actiuæ quędã ſunt in carentib. anima,ſc.vt in mineralibus.quædã autẽ in reb. animatis, & in habentibus animã. Quarũ quædã ſunt quæ habent diffinitionẽ,ideſt diſcretionẽ,quędã non, id eſt potentiarũ animatarum. Alia eſt habens diſcretionem,vt in homine, ſcil. potentia intellectiua. Alia vero ſine diſcretione, vt vegetatiua & ſenſitiua.

Potentię rationales ſunt ad contraria non autẽ irrationales ſed ad vnũ determinate

Et illæ quidem quæ ſunt cum diſcretione, contrariorum ſunt, id eſt ad contraria, & non ad vnũ, quia non agunt niſi voluntariè & ſecundũ appetitum:vnde quia appetunt contraria,agunt aliquãdo cõtraria.Potentiæ vero irrationales non ſic,quoniam agũt per approximationẽ non voluntariè: vnde & tales quando appropinquant ſecundũ quod eſt eis poſſibile,de actiuo & paſſiuo neceſſe eſt vt quędã agant,& quædã patiantur, id eſt potẽtia agens ſine ratione cũ appropinquat patienti neceſſe habet agere;& potẽtia paſſiua in his quæ ſine ratione ſunt.cũ appropinquat agenti,neceſſe habet pati: alias vero non eſt neceſſe, id eſt potentias cũ ratione, licet approximent ad ſe inuicem agens & patiens,non tamen neceſſe eſt agere vel pati. illa enim agunt contraria,ſcilicet potentiæ rationales, vt dictum eſt. Nihil enim agunt niſi quod appetunt. Ideo autem omnia artificia & ſcientiæ ſunt potentiæ, quia ſunt principia tranſmutationis in aliud,ſecũdum quod aliud eſt. Et nihil quidem erit illud ad quod nõ poteſt, ideſt nihil ſuſcipiet actũ, niſi habuerit potentiam ad eum. Cum autem eſt aliquid poſſibile ad aliquem actum,poſſibile eſt in alio tempore,ſcilicet non ſemper, neque quocumque modo, ſed quodã modo, ideſt cum appropinquant agens, & patiens.

Scientię & artes ſunt potentię.

De Actu.

CAP. LXIX.

Actus reſpõdent potẽtijs.

ACtus quoque non dicuntur vniuoce, ſicut nec potentiæ, ſed ſecundum conuenientiam,ſcil. ad potentias: Reſpõdent enim actus potentijs: & potentia quidem non eſt reſpectu prioris actus,ſed poſteriotis; vt homo non eſt in potentia id ex quo eſt, ſed res ex qua fit hoc;vt ſperma eſt in potentia homo.In quibuſdam tamen forma præcedit (ideſt actus)& in quibuſdam non.Non enim poſſibile eſt vt ſit ædificator, ideſt habens potentiam ędificandi, qui non ędificat omnino, ſcilicet actualiter; neque vt ſit citharиſta,qui non citharizat. Similiter etiam in naturalibus præcedit actus potentiam,ſecundum generationem,& tempus, & ſubſtantiam, ſc.compoſitam.Verbi gratia: Vir ante eſt puer, & homo ante vtrumque: quaſi diceret, Nullus habet potentiam viri,ſcil. in generando,antequam ſit vir,ſc. natura & actu, vnde prius eſt vir ſubſtantia, & generatione, & tempore,quàm habeat potentiam generandi; quare actus prior eſt potentia. Hoc quidem verum eſt de omnibus potentijs generatis & acquiſitis in aliquo, ſcilicet potentijs proprijs. In his enim neceſſe eſt actum præcedere: vnde aliquis addiſcit & operatur, vt poſſit docere: Sed in potentijs innatis potentia præcedit actum. Non enim aliquis ſentit, vt habeat potentiam ſentiendi, ſed potius econuerſo.

Actus interdum præcedit potẽtiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ariſto. vbi ſupra. Materia quidem cum eſt in potentia, poſſibile eſt vt veniat ad formam, & cum fuerit in actu, tunc erit in forma. Omnia vero quæ habent aliam operationem præter actus, eſt in eis (ſupple vt perfectio) ſicut conſideratio in conſiderante, & viuere eſt actus animæ, ac perfectio ſiue forma. Quoniam autem actus eſt melior & nobilior potentia nobili, ſcilicet in bonis rebus manifeſtum eſt: Contraria namque ſecundum quod in potentia ſunt, ſimul ſunt, vt ſanitas, infirmitas, motus, & quies. Contrarias autē actiones impoſſibile eſt ſimul eſſe, ſed neceſſe eſt in rebus malis, vt actus complementum ſint peius quàm potentia, quia potentia eſt ad vtrumque contrarium, vnde malum naturaliter eſt potentia, ſcilicet inordinata. Ex inordinatione enim potentiæ relinquitur in alijs rebus.

In bonis actus eſt nobilior quam potentia non autem in malis.

De diſpoſitione, & paſſione, & priuatione.

CAP. LXX.

Idem in lib. 5. Diſpoſitio vno modo dicitur, quaſi actio aliqua eius cuius eſt, ſicut ars aliqua vel motus. Cum enim aliquid agit, & aliud patitur, diſpoſitio eſt inter ea: ſimiliter & inter veſtiens & veſtitum eſt diſpoſitio, ſcilicet calor, non quia veſtis calefaciat, ſed quia prohibet frigus. Impoſſibile eſt autem quod iſta diſpoſitio ſit alterius tantum. Alio modo dicitur diſpoſitio ſecundum diſpoſitionē ſcilicet formæ ad materiam, & etiam ſecundum quod diſpoſitio vel compoſitio rei eſt bona vel mala, aut per ſe, aut reſpectu alicuius, vt ſanitas ſcilicet, quæ eſt diſpoſitio ad optimum. Dicitur etiam diſpoſitio ordinatio partium in toto. Et omnino bonitas partium eſt alia diſpoſitio.

Diſpoſitio dicitur multipliciter.

Paſſio dicitur vno modo qualitas qua poteſt tranſmutari ſubiectum, vt album & nigrum, dulce & amarum, &c. Alio modo trāſmutationes & actiones iſtorum, magis etiam ſpecierum tranſmutationes nocentes quæ læſionem inferunt, vt febris. Occaſiones enim vel actiones, maxime delectabilia vel contriſtabilia conferentes, dicuntur paſſiones.

Paſſio dicitur dupliciter.

Priuatio dicitur vno modo, cum aliquid non habet illud in cuius natura eſt eſſe in alio, licet ipſum non habeat hanc materiam; vt plantæ carent ſenſu ſecundum naturam ſuam. Repugnant enim remotæ diſpoſitiones & materiales, perfectio tamen vltima non repugnat. Nam vegetabile componitur non ſolum ſenſibili, vt in pecore, ſed etiam rationali, ſcilicet vt in homine. Hæc eſt igitur priuatio remota.

Priuatio dicitur multipliciter.

Alio modo dicitur priuatio, quæ non habet illud quod habere debet per naturā ſuam, vt homo cæcus; & hæc eſt priuatio per ſe, id eſt ſecundum ſpeciem; ſed alius eſt modus carendi viſu in talpa, hæc enim eſt priuatio ſecundum genus. Item cū hoc fuerit in ſui natura, & in tempore quo debet habere vel non habere. Cæcitas enim non eſt in omni tempore, ſicut in catulo, ſcilicet ante nonum diem, ſed in tempore in quo debet habere viſum & non habet. Item priuatio dicitur abſtractio quæ fit in vnaquaque rerum, ſcilicet ex ſuo loco naturali, vt extractio oculi. Secundum igitur numerum modorum qui fiunt per negationem, erit & numerus modorum etiam priuationis.

De perfectione, & fine.

CAP. LXXI.

Perfectum ſex modis dicitur.

PErfectum vno modo, ſcilicet ſecundum quantitatem dicitur illud, quod impoſſibile eſt aliam partem habere omnino extra illud, ſcilicet cuius eſt pars; ſicut tempus, quia extra illud impoſſibile eſt eſſe aliquod tempus, vel partem tēporis. Alio modo dicitur perfectum, ſcilicet ſecundum qualitatem, vt quod habet ſtudioſitatem, ideſt perfectionem ſcientiæ, ſicut dicitur medicus vel muſicus perfectus, qui non habet diminutionem, ideſt imperfectionē in modo ſtudioſitatis, id eſt ſcientiæ per ſtudium acquiſitæ. Similiter & quod dicitur bonitatis modo. Et ſecundum hunc modum ſumitur etiam in fædis, id eſt in turpibus, per tranſmutationem, vt cum dicitur bonus latro, bonus mendax, perfectus latro, perfectus fur. Tertio modo perfectum in natura ſcilicet, vt omnes ſubſtantiæ. Quarto modo ſecundum voluntatem, ſcilicet quod habet finem perfectum, vt qui non diminuitur in modo ſtudioſitatis ſuæ, id eſt qui finē habet ſtudij ſui. Quinto modo quod habet perfectionem nobilem, id eſt formam perfectiuam nobiliorem; vt dialecticus dicitur perfectus in reſpectu grammatici. Sexto modo perfectio dicitur finis aliquis, & tranſumptiue dicitur etiam de rebus malis. Dicitur enim quod aliquid corrumpitur perfecta corruptione, quando ſcilicet nihil deeſt corruptioni: per tranſumptionē igitur corruptio dicitur perfectio, quia vtrumq; eſt finis, ſc perfectio, & corruptio. Perfecta autē dicūtur quędā per ſe, quia non diminuitur ab eis aliquid de bonitate, nec in eis eſt etiam magis, & nihil inuenitur extra illa. Quædam autē modo vniuerſali, ita quod non eſt in eis nobilitas in aliquo genere, ſed ſupra, ſc. vt vniuerſale, & prima cauſa, & nihil eſt extra illam, ſc. nobilitatem, ideſt alię nobilitates habent ab illa perfectionem.

Perfecta quædam dicuntur per ſe, quadam modo vniuerſali.

Finis dicitur multipliciter.

Finis dicitur illud quod eſt vltimū vniuſcuiuſq; rerum, & extra quod nihil inuenitur. Item illud quod eſt primum, ſcilicet in genere continentis, vt cœlum & omnes partes eius ſunt intra. Item dicitur finis, ſcilicet in mathematicis, id quod eſt forma magnitudinis, & habens magnitudinem. Item in naturalibus, ſcilicet perfectio cuiuſlibet rei, & illud ad quod eſt motus, & propter quod. Item ſubſtantia vniuſcuiuſq; rerum compoſitarum, ſcilicet materia ex qua. Item id quod ſignificat eſſentiam cuiuſlibet, ſcilicet diffinitio: Hæc enim eſt finis cognitionis. Secundum igitur numerum modorum principij, dicitur & finis, & etiam magis in pluribus modis.

De neceſſario, per ſe, & ex aliquo.

CAP. LXXII.

Neceſſariū dicitur multipliciter.

NEceſſarium dicitur aliquid, quia niſi cū ipſo, ideſt per ipſum, res non poteſt eſſe; & eſt tanquā cauſa, ſicut anhelitus & nutrimentū in animalibus. Item dicitur neceſſarium, quia impoſſibile eſt niſi per illud vt ſit aliquod bonum, vt medicinam accipere bonum eſt, ne accidat infirmitas; & nauigare Athenas bonum eſt, vt recipiatur debitū. Item neceſſarium dicitur violentum, ſicut dicit Sophocles: *Violentia de neceſſitate me cogit, vt hoc faciam.* Et ſicut dixit Euenus, quod *omne neceſſarium eſt contriſtans.* Item dicitur neceſſarium illud quou impoſſibile eſt aliter eſſe.

Per ſe dicitur diuerſimode.

Per ſe dicitur eſſe vno modo forma, & ſubſtantia cuiuſlibet rei, vel quod ſignificat quidditatem rei, ſicut dicitur per ſe bonum id quod eſt bonum, ideſt quod habet bonitatem, hoc eſt per ſe ſecundum formam. Alio modo ſecundum materiam, ſcilicet illud in quo eſt aliquid primo naturaliter, vt in ſuperficie color, & vita in anima. Hoc modo dicitur per ſe ſubiectum cuiuſlibet, vnde ſuperficies eſt alba per ſe. Itē per ſe dicitur vniuerſaliter in eſſendo, ſic cauſa reſpectu cauſati; & etiam in cognoſcendo, ſicut illud vnde concluditur vera concluſio. Item illud quod non habet cauſam aliam, ſcilicet vt prima cauſa. Item illud quod eſt per ſe ſitum. Situs autem dicitur in habente partes ſecundū ordinem partium, ideſt diſpoſitio partium in toto, aut ſecundum locū, ſcilicet vt mammillæ ſitæ ſunt in pectore, aut ſecundum potentiam, ideſt ſicut actus ad ſuam potentiam ordinatur, vt iraſci eſt in virtute iraſcibili, aut ſecundum formam, vt ſecundum quatuor qualitates elementorum.

Ex aliquo multifariā dicitur.

Ex aliquo dicitur vno modo, ſicut aliquid dicitur ex materia; & hoc dupliciter, vel ergo ſecundum primum, ideſt ex materia prima, vel ſecundum vltimam formam, id eſt ſpeciem, ſcilicet materiæ; id eſt ex materia vltima ſiue proxima, verbi gratia: Omnia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

liquabilia ſunt ex aqua, ſcilicet tanquam ex materia prima, & idolum ex cupro, tanquam ſcilicet ex materia proxima: hęc enim eſt initium contrarietatis, ſcilicet materia proxima, & non prima: Huic enim nihil eſt contrarium. Alio modo dicitur ex alio illud, quod eſt compoſitum ex materia & forma: alio modo, vt partes ex toto, ſcilicet per reſolutionem, ſicut lapides ex domo fiunt, tanquam ſcilicet partes materiales ex diſſolutione totius, forma enim complementum eſt. Item alio modo ſicut forma, id eſt ſpecies ex parte, vt homo ex bipede, id eſt ex corpore quod eſt bipes dicitur & eſt homo, quæ eſt ſpecies logica. Item alio modo ſicut forma, quæ eſt elementum formæ. Item alio modo, ſcilicet ſicut totum materiale ex partibus materialibus, vt filius ex patre & matre; ſunt enim ſemina filiorum ex quibuſdam partibus parentum. Alio quoque modo quę ſunt poſt in tempore, ſupple fieri dicuntur ex prioribus, vt nox ex die, & pluuia ex ſereno, ſunt enim poſt illa, horum autem quædam ſunt quę potentiam habent tranſmutari adinuicem, ſcilicet circulariter, vt nox & dies. Quædam autem quæ ſequuntur ſeinuicem in tempore tantum, ſed non circulariter; vt ex meridie fit occaſus ſolis, non autem econuerſo.

De parte, & toto, & diminuto.

CAP. LXXIII.

Pars dicitur variis modis.

PArs vno modo dicitur id, in quod totum diuidi, vel quod ex eo diminui poteſt; vt duo ſunt partes trium. Alio modo illud quod numerat tantum iſta, ſcilicet præciſe, & non plus, neque minus. Tertio modo dicitur pars, ſcilicet in via cognoſcendi illud, in quod poſſibile eſt formam diuidi abſque quantitate, ſcilicet diuiſione formali. Vnde dixerunt logici, quod formæ ſunt tres generationis vel generis. Item partes dicuntur illa in quæ diuiditur aliquid, quantitate ſcilicet & non ſpecie, aut ex quibus componitur totum; aut etiam ex quo forma, ſicut cuprum eſt pars ſphæræ: Eſt enim materia in qua eſt forma prima, id eſt rotunditas & angulus eſt pars figuræ. Item illa quæ ſunt in diffinitione alicuius.

Totum dicitur multipliciter.

Totum dicitur à quo non diminuitur aliqua pars eorum quibus eſt totum. Dicitur autem totum naturaliter continens ad contenta, ita quod contenta ſint vnum; & hoc dupliciter, aut ſicut vnaquæque rerum continuarum vel diſcretarum eſt vnum, ſcilicet in toto integrali, vel numerali, aut ſicut in vniuerſali vniuntur partes de quibus prædicatur, vt homo & equus in animali. Eſt etiam totum cuius partes tantũ potentia ſunt. Dicitur autem vnitas vniuerſalitas aliqua quantitatis; & cum habeat initium, & vltimum, & medium, illa quorum in ſitu diuerſitas eſt, dicũtur totum; in quorum vero non eſt, dicuntur omne. In quibus autem poſſibilis eſt vtraque diſpoſitio, dicitur omne & totum, vt cera & pix. Aqua vero & vnumquodque humidorum, & numerus, dicuntur omne; quoniam horum natura in ſui diſpoſitione remanet in mutatione, id eſt in tranſmutatione partium ſecundum ſitum, in forma autem non.

Quid dicitur diminutum.

Diminutum dicitur membrum totius, non quolibet modo, ſed oportet vt illud ſit aliquid non diſtinguibile, ſed ſicut diſtinguitur ſuperfluum à neceſſario. Non enim caluities eſt diminutio membri, nec etiam quando diminuitur caro vel ſplen. Sed quando diminuitur aliquis aurę, vel alio extremorum; ſed nec in quocumque fuerit ex locis, ſicut arca cum perforatur non diminuitur à membro.

De Genere, & Falſo, & Accidente.

CAP. LXXIIII.

Genus variis modis dicitur.

GEnus dicitur einſdem formæ generatio continua, vt homo, ſcilicet per ſucceſſionem. Item primus morum cum generatione aliquorum, ſcilicet à quo denominantur tanquam à primo patre. Item ſicut ſuperficies plana genus eſt planarum figurarum, & corporea corporalium. Item omne quod eſt in diffinitionibus primum, & dicitur ſecundum quid. Item ſubiectum vel principium materiale cuiuſlibet rei, habens differentiam & qualitatem. Et dicuntur diuerſa genera, quorum ſubiectum primum eſt diuerſum, nec permutatur vnum in alterum, nec vtrumq; in idem; ſicut materia & forma, quę ſunt idem in genere. Dicuntur etiam diuerſa genera, quæ in diuerſis prædicamentis ſunt: Quædam enim entia ſignificant quid, quædam quale, &c. quæ non alterantur ad idem, neque ad inuicem.

Quæ sunt diuersa genera, & quæ eadem.

Falſum dicitur multipliciter.

Falſum vno modo dicitur in ſermone, quod eſt ex his quę non ſunt: Et hoc dupliciter, aut quia non eſt compoſitum, ideſt non cohæret ad pręſens, aut quia eſt impoſſibile componi. Et iſta non ſunt idem, ſcilicet ſicut temporale & ęternum, vt te ſedere aliquando falſum eſt: Diametrum autem eſſe ſimetrum ſemper eſt falſum. Alio modo dicitur falſum in re, ſcilicet ſicut illa quæ non apparent ſicut in natura ſunt, aut apparent quod non ſunt, ſicut vmbra & ſomnia. Secundum hunc modum dicuntur res falſæ, aut quia non ſunt, aut quia ſunt quidem, ſed non ſunt illa quæ imaginantur, id eſt non ſunt illa quæ apparent in imaginibus.

Accidens dicitur dupliciter.

Accidens vno modo dicitur quod de aliquo vero dicitur, non tamen neceſſario, nec in maiori parte, id eſt vt ſemper, nec vt frequenter; vt ſi quis alia intentione foderit foueam, & caſu inuenit theſaurum, hoc accidit. Accidens autem non habet cauſam terminatam, ſed caſum. Alio modo dicitur accidens, vt omnia quæ ſunt alicuius per ſe, & non ſunt de ſubſtantia, id eſt de eſſentia ſubſtantiæ, vt triangulum habere duos rectos angulos.

De eo quod accidit non datur ſcientia.

Idem in 6. lib. Accidens autem ſecundum primum modum, ſcilicet quod non habet cauſam determinatam, non habet ſcientiam permanentem. Omnis enim ſcientia permanens, aut eſt illius quod eſt ſemper, aut illius quod eſt in maiori parte.

De ante, & poſt.

CAP. LXXV.

Ante multis medis dicitur.

Idem in lib. 5. Dicitur autem *Ante* primum ens, & principium in vnoquoque genere. Item quod eſt proximum alicui principio determinato. Item dicitur ante ſecundum locum, quod eſt proximum alicui loco determinato: Verbi gratia, loco medio, vel vltimo: Remotum autem dicitur poſt. Item dicitur ante ſecundum tempus, aut in pręterito, & eſt illud quod eſt remotius ab inſtanti, ſicut bella Troiæ fuerunt ante bella Medorum; aut in futuro, & eſt illud quod eſt propinquius ad pręſens nunc. Item dicitur ante ſecũdum motum, ſcilicet id quod eſt propinquius ad motorem, ſicut puer eſt ante virum ſecundum motum, ſcilicet augmenti qui eſt per calorem naturalem. Item dicitur ante ſecundum potentiam, vel virtutem, ſicut dominus ante dominã, quia ſuperior eſt in potentia. Item illud quod eſt fortius dicitur ante, quia cogit alterum ſequi voluntatẽ ſuam. Item dicitur ante ſecundum ordinem, ideſt ſecundum relationem ad vnum, vt ſecundũ ante tertium, quia propinquius eſt ad primum. Item alio modo dicitur ante, ſcilicet modo ſimplici, quod eſt ante per ſcientiam. Dicitur etiam ante per diffinitionẽ, & ſecundũ ſenſum. Secũdum diffinitionẽ quidem, ideſt ſecundum intellectũ, id quod eſt ante modo vniuerſali: Secundum ſenſum autẽ, vt res particulares. Vniuerſaliter etiam accidẽs ante totum, vt muſicus ante hominẽ muſicum: Totum enim non erit penitus ſine parte. Item paſſiua, ideſt ſubiecta ante paſſiones, vt linea ante rectitudinem, ſuperficies ante planitiem. Quædã etiam naturaliter & ſubſtantialiter dicuntur ſecundum prius & poſterius, vt accidens præcedit ſubſtantiam, & actum potentia.

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS,

Tomus Secundus.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

De Theologica scientia.

CAP. I.

VCTOR. Poſt Metaphyſicam ac cæteras inferiores ſcientias, tam practicas, quã theoricas, quæ à Gentilibus & Paganis inuentæ ſunt, ad vltimũ de Theologia latius dicendum reſtat. Ad cuius veram notitiam etiam philoſophi peruenire non potuerunt, ad hanc enim tanquam ad finem reliquæ omnes vniuerſaliter ordinantur, eiq́ue tanquam reginæ multipliciter famulantur. Quãquam eadem ſcientia videatur apud philoſophos appellari Metaphyſica, quæ apud nos vocatur Theologia; eo quod Theologia tractat de inuiſibilibus viſibilium eſſentijs, & ſimiliter Metaphyſica: vnde & Metaphyſica vocatur ſcientia diuina, & Philoſophia prima, ſcientiarumq́; ſcientia: & ipſa merito ſupremum & vltimũ apud philoſophos locum tenet, quæ ab ipſis vltimo tempore poſt reliquas ſcientias eſt inuenta.

Gentiles philoſophi ad notitiam Theologiæ non peruenerunt.

Hugo ſuper Hierarchiam. Legimus enim artes & diſciplinas, & rationum præcepta plurima, quæ illi ſenſu & ingenio ſuo dato, in hoc ipſum ſcrutati ſunt, & inualuerunt in parte hac, vt verum apprehẽderent; quia & hæc veritas per eos miniſtranda erat, quæ non erat ad vitam, qui filij vitæ non erant. Ideo datum eſt illis propter nos quibus conſummatio ſeruabatur, & inchoatio paratur, vt inuenirent veritatem illam, quam oportuit ſuſcipere filios vitæ ad obſequium ſummæ veritatis, cuius labor ipſis appoſitus eſt, his fructus ſeruatus, & in his omnibus lumen intelligentiæ, & acumen ingenij, ſenſuſq́ue virtutem, ad documenta prima perceperunt, in quibus creaturam tantum, & modum naturæ inferioris, ſecundum rationis formam inſitæ, ſubtiliter diſcuſſerunt. Nouiſſimè vero Theologiam pro ratione diuinorum, & ſcrutatione inuiſibilium quaſi conſummaturi, ſapientiam addiderunt; vt ipſi putauerunt conſummaturi, ſed vere amiſſuri, & veram non inuenturi.

Cur ad huius ſcientiæ veram notitiam philoſophi non peruenerunt.

CAP. II.

FVit enim quędam ſapientia, quę ſapientia videbatur his qui veram ſapientiam non nouerant, hanc inuenit mundus, & inflari cœpit, & tumuit; magnum ſe æſtimans in ea, & præſumpſit, & dixit vltra pergere ad ſapientiam ſummam, confidens in ſapientia ſua, quaſi via eſſe potuiſſet ad illam: & fecit ſibi ſcalam ſpeciem creaturæ, nitens ad inuiſibilia creatoris, tunc quæ manifeſta erant Dei, ad illuſionem proceſſerunt, & nota facta ſunt, vt probarent corde non puro. Nam illa quæ videbantur nota erant: & erant alia, quæ nota non erant: & per ea quæ nota erant, putauerunt ire in illa quæ abſcondita fuerunt: & corruerunt mente vltra poſſibilem veritatem immunditia figmentorum ſuorum, vbi non inuenerunt amplius quod apprehenderent. Ideo ſtultum fecit Deus, ſcilicet huius cor, quo non potuit inuenirì ſapientiam Dei, & monſtrauit ſapientiam aliam quæ ſtultitia videbatur, & non erat vt vera ſapientia inueniretur per eam.

Sapientes huius mũdi in ſapientia ſua ſtulti facti ſunt.

Prędicatus eſt Chriſtus Crucifixus, vt humilitate veritas quęreretur, ſed mundus modicum reſpexit, & non potuit verum agnoſcere; voluit enim contemplari opera Dei quę miranda fecerat, & quæ propoſuit imitanda noluit venerari. Neque enim morbum ſuum attendit, vt pia deuotione medicinam quęreret, ſed de falſa ſanitate præſumens, dedit ſe vt vana curioſitate aliena inueſtigaret, & videbatur ex ſe proficere, & defecit in ſe, & eum qui erat ſupra ſe non inuenit, & propoſuit de illo eſtimationes quas corde ſuperbo conceperat, ne verum ignorare videretur, & ſciſſus eſt in inuia erroris alia & alia contra naturam plurima, & nouiſſime in dedecora Dei, & excellenti maieſtate deformia, vt error fieret manifeſtus, prius enim verum erat, & magnum videbatur, & nouiſſime ſucceſſit falſitas, cum veritas conſummari debuiſſet, & demonſtratum eſt quaſi lumen quoddam in parte vna, & ibi videretur aliquid, & erant contra denſæ tenebræ, & caligo profunda ignorationis, vbi confuſionis laqueus ponebatur in captionem ſuper-

borum, & viderunt vbi lumen erat, & vbi tenebræ erant, videre non potuerunt; & ibi laqueo capti sunt propter audaciam præsumptionis suæ, qua se præcipitauerunt ire in illud. Nam ibi corruere cœperunt immunditia figmentorum suorum, & assumpserunt specici simulachra diuinorum, vt inuisibilia viderent per ea quæ videbantur; & erat ibi simile aliquid, sed de longe ostendens quod quærebatur; Neque lucem ingerens oculis caliginantibus. Natura enim ad seruitutem condita, creatorem suum demonstrauit; sed erat similitudo peregrina ad excellentem maiestatem, & dominantem.

Creatura non deducit perfectè in cognitionem creatoris.

Neque potuit euidentem declarationem inuenire in his omnibus illa, quę docenda fuerant vera, quia & ipsa sana non erat, vt vi sua clarescceret in contemplationem. Non enim huic per gratiam exemplaria formabantur ad sanitatem visionis internæ. Neque arcana sapientiæ nouerat, & conditorum thesaurorum, sed naturali solo documento vtens, lippienti acie, lumen nubilum & ambiguum adducens, speculanti, in rerum creatarum specie contemplabatur. Propterea errauerunt, & euanuerunt, cum transire vellent mente, per ea quæ sola nosse acceperant, & palpitantes æstimationibus ad ea quæ videre non poterant, cæci inuenti sunt, qui se videre putauerunt. Dignum quippe erat vt confunderentur in summis, qui de inferiorum cognitione superbierant.

De triplici falsa Theologia.

CAP. III.

Antiqui philosophi circa Dei notitiam multipliciter errarunt.

AVCTOR. Et quoniam antiquis temporibus (videlicet priusquam Euangelica veritas propalaretur, ac verus vnius Dei cultus per orbem dilataretur) rudis stolidaque gentilitas, densis infidelitatis tenebris obuoluta, non solum in proprijs, verũ etiam in poetis atque philosophis circa Dei notitiam multipliciter errabat. Primò quidem de falsa Theologia huic operi inferimus, quatenus huiuscemodi erroribus eliminatis, ad veram Theologiam liberè transeamus.

Aug de Ciuit. Dei lib. 6. Marcus Varro tria genera Theologiæ esse posuit, scilicet vnum fabulosum, quo vtuntur poetæ; alterum naturale, quo philosophi; tertium ciuile, quo populi. Sed ciuilis Theologiæ turpitudines erroneas, philosophicis interpretationibus velut altioris doctrinæ specie, colorare conatur; videlicet tanquam ius animæ mundi, quam putauit per cuncta diffusam ex partibus molis huius, in quas visibilis mundus iste consurgit, & multiplici administratione naturæ, quamplurium Deorum nomina acceperit. O Marce Varro, cum sis homo acutissimus, dicis fabulosos Deos accommodatos esse ad theatrum, naturales ad mundum, ciuiles ad vrbem; cum mundus opus sit diuinum, vrbes vero & theatra opera sint hominum. Nec alij Dij derideantur in theatris, quàm qui adorantur in templis, nec fabulosa igitur, nec ciuili Theologia, sempiternam quisquam adipiscitur vitam. Illa enim de Dijs turpia fingendo seminat, hæc fauendo metit. Illa mendacia spargit, hæc colligit. Illa res diuinas falsis criminibus infectatur, hæc eorum criminum ludos, in diuinis rebus amplectitur. Illa de Dijs nefanda figmenta hominum carminibus personat, hęc Deorum ipsorum festiuitatibus consecrat. Facinora & flagitia numinum illa cantat, hæc amat. Illa prodit aut fingit, hæc autem, aut attestatur veris, aut oblectatur & falsis, ambæ turpes, ambæque damnabiles: sed illa quæ theatrica est, publicam turpitudinem profitetur, Ista quæ vrbana est, illius turpitudine ornatur, hinccine vita ęterna parabitur, vnde ista breuis temporalisque polluitur.

Reijciturdoctrina Varronis de triplici Theologia.

Quod Theologia fabulosa non sit à ciuili separanda.

CAP. IIII.

Æque turpis est Theologia ciuilis Gentilium, ac Theologia poetarũ.

REuocatur igitur ad theologiam ciuilem theologia fabulosa, theatrica, scenica, indignitatis & turpitudinis plena. Quid enim aliud ostendunt illa simulachra, formæ, ætates, sexus, habitus Deorum? Nunquid barbatum Iouem, imberbem Mercurium poetæ habent, pontifices non habent? Nunquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris, quàm procedit ridendus in theatris? Num Saturnus senex, Apollo ephebus, ita personæ sunt histrionum, vt non sint statuæ delubrorum? Cur Sorculus, qui foribus præest, & Limentinus, qui limini, sunt Dij masculi; atque inter hos Cardea fœmina est, quæ cardinem seruat? Nonne ista in rerum diuinarum libris reperiuntur, quæ graues poetæ suis carminibus indigna duxerunt? Nunquid Diana theatrica portat arma, & vrbana simpliciter virgo est? Nunquid scenicus Apollo citharista est, & ab hac arte Delphicus vocatur?

Dij gentiũ, etiam ipsissmet gentilibus attestãtibus fuerũt homines mortales.

Sed hæc honestiora sunt in comparatione turpiorum. Quid de ipso Ioue senserunt, qui eius nutricem in capitolio posuerunt? Nonne attestati sunt Euemero, qui omnes tales Deos, non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia, homines fuisse, mortalesque conscripsit. Sacra sunt Iunonis, & hæc in eius dilecta insula Samo celebrantur, vbi nuptum data est Ioui. Sacra sunt Veneris, vbi amatus eius Adon, Aprino dente extinctus, iuuenis fortissimus plangitur. Sacra sunt matris Deum, vbi Atthis pulcher adolescens ab ea dilectus, & muliebri zelo abscisus, etiam hominum abscisorum (quos gallos vocant) infelicitate deploratur. Hæc cum deformiora sint omni scenica fæditate, quid est quod fabulosa de Dijs figmenta poetarum, ad theatrum videlicet pertinentia, velut secernere nituntur à ciuili theologia, quam pertinere ad vrbem volunt; quasi ab honestis & dignis, indigna & turpia? Quid ipsa numinum officia tam viliter minutatimque concisa, propter quod eis dicunt pro vniuscuiusque proprio munere supplicari oportere? Nonne scurrilitati mimicæ, potius quam diuinę consonat dignitati? Itaque sacra pontificum, à carminibus poetarum, velut res honestas à turpibus, veraces à fallacibus, graues à leuibus, serias à ludicris, appetendas à respuendis, qua possunt quasi cernentur subtilitate discernere. Intelligimus quid agant, qui illam theatricam & fabulosam theologiam, ab ista ciuili pendere nouerunt, & ei de carminibus poetarum, tanquam de speculo resultare.

De origine falsorum Deorum.

CAP. V.

Ninus fuit primus author Idololatria, erigẽdo statuam Patris sui Beli, à quo idola nomen generale sumpserunt.

PEtrus Comestor in historia scholastica. A Nino rege Assyriorum orta sunt idola, in hunc modum. Mortuo Belo, Ninus in solatium doloris imaginem patris fecit sibi, cui tantam exhibuit reuerentiam, vt quibuslibet reis qui ad eam confugissent, parceret. Proinde homines de regno eius diuinos honores imagini cæperunt impendere. Huius exemplo plurimi charis suis mortuis imagines dedicarunt. Et sicut ab idolo Beli cætera traxerunt originem, sic & ab eius nomine generale nomen fuit idolorum. Sicut enim Belus dictus est ab Assyrijs, sic & aliq nationes secundum idiomata linguæ suæ dixerunt, aliæ Bel, aliæ Beel, aliæ Boal, aliæ Baalim, sermo & nomina specificauerunt, aliæ Belphegor, aliæ Beelzebub dicentes.

Isid. in lib. etym. lib. 8. Sic ergo simulachrorum vsus exortus est, cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies tanquam in cœlum receptis; Pro quibus se in terris dæmones colendos suppossuerunt, & sibi sacrificari à deceptis & perditis

per-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

perſuaſerunt. Simulachra autem à ſimilitudine nuncupata, eo quod manu artificis ex lapide aliave materia, eorum vultus imitantur, in quorum honore finguntur. Et notandum quod Latinus ſermo ſit, & non Hebræus: Apud eos enim idolum ſiue ſimulachrum Iſmael dicitur. Iudæi dicunt, quod Iſmael primus ſimulachrum luto fecerit. Gentiles autem primum. Prometheum ſimulachra hominum de luto finxiſſe perhibent.

Triplex incitamentum habuere gẽtiles ad idolatriam.

AVCTOR. Vt autem in libro ſapientiæ legitur, ad imaginum huiuſcemodi cultum habuerunt homines triplex incitamentum, quæ ſunt affectio viuentium erga morientes; timor & adulatio ſubditorum erga reges, diligentia quoque artificum in ſculpendo, ac depingendo imagines.

De Nominibus Deorum.

CAP. VI.

Nomina Deorum.

Iſid. vbi ſupra. Quos ergo Pagani Deos aſſerunt, homines olim fuiſſe produntur, & pro vniuſcuiuſque vita, vel meritis, coli apud ſuos poſt mortem cœperunt; vt apud Ægyptum Iſis, apud Cretam Iouis, apud Mauros Iuba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus. Eodem quoque modo apud Athenas Minerua, apud Samum Iuno, apud Paphos Venus, apud Lemnos Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delos Apollo. In quorum etiam laudibus acceſſerunt & poetæ, & compoſitis carminibus in cœlum eos ſuſtulerunt. Nam quorumdam adinuentiones artium cultu peperiſſe dicuntur, vt Eſculapio medicina, Vulcano fabrica. Ab actibus autem vocantur, vt Mercurius, quod mercibus præeſt; Liber à liberalitate. Fuerunt etiam quidam viri fortes, aut vrbium conditores, quibus mortuis, homines qui eos dilexerunt, ſimulachra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium.

Bel ſeu Saturnus.

Bel idolum Babylonicum eſt, quod interpretatur vetus. Fuit enim hic Belus pater Nini primus Rex Aſſyriorum, quem quidam Saturnum appellant.

Beelphegor, ſeu Baal & Priapus.

Beelphegor interpretatur ſimulachrum ignominiæ, Idolum enim fuit Moab, cognomento Baal, ſuper montem Phogor, quem Latini Priapum vocant, Deum hortorum: Fuit enim de Lapſaco ciuitate Helleſponti, de qua pulſus eſt; Et propter virilis membri magnitudinem, in numero Deorum ſuorum eum Græci tranſtulerunt, & in nomine eius ſacrauerunt hortum, vnde & dicitur præeſſe hortis, propter eorum fæcunditatem.

Beelzebub.

Beelzebub idolum fuit Accaron, quod interpretatur vir muſcarum: Zebub enim muſca vocatur. Spurciſſimum igitur idolum ideo vir muſcarum vocatum, propter ſordes idolatriæ, ſiue propter immunditiam.

De Phyſicis interpretationibus falſorum numinum.

CAP. VII.

QVædam autem nomina Deorum ſuorum gentiles per varias fabulas ad rationes phyſicas conantur traducere, eaque in cauſis elementorum compoſita eſſe interpretantur, ſed hoc à poetis totum fictum eſt, vt Deos ſuos ornarent aliquibus figuris, quos perditos ac infamia dedecoris plenos fuiſſe hiſtoriæ confitentur: Omnino enim fingendi locus vacat, vbi veritas ceſſat.

Saturnus.

Saturnus origo Deorũ, & totius poſteritatis à Paganis deſignatur: hunc & Latini à ſatu appellatũ ferunt, quaſi ad ipſum ſatio omnium pertineat rerum: vel à temporis longitudine, quod ſaturetur annis. Quòd filios ſuos fertur deuoraſſe, hoc eſt quod annos quos tẽpus produxerit in ſe reuoluit; vel eo quod ſemina vnde oriuntur iterũ redeunt, hunc Cæli patris abſcidiſſe genitalia dicunt, quia nihil in cælo de ſeminibus naſcitur. Falcem tenet inquiunt, propter agriculturam ſignificandam, vel propter annos & tẽpora, quod in ſe redeant; vel propter ſapientiam, quod intus acuta ſit.

Iouis ſeu Iupiter.

Iouis dicitur à iuuando, & Iupiter quaſi iuuans pater, hoc eſt omnibus præſtans, hunc & primaro titulo Iouem optimũ dixerunt, dũ fuiſſet inceſtus in ſuis, impudicus in extraneis: Quẽ modo taurũ fingunt, propter Europæ raptum: Fuit enim in naui cuius inſigne erat taurus Modo Danaes per imbrem aureũ appetiſſe concubitũ; vbi intelligitur pudicitiam mulieris ab auro fuiſſe corruptã; Modo in ſimilitudinem Aquilæ fuiſſe, propter quod puerũ ad ſtuprũ rapuerit; Modo ſerpentem, quia reptauerit; & Cignum, quia cantauerit. Et ideo non figuræ iſtæ ſunt, ſed planè de veritate ſcelera: vnde turpe erat tales Deos credi, quales homines non eſſe debeant.

Ianus.

Ianum dicunt quaſi mundi, vel cæli, vel menſium ianuam: duas Iani facies faciunt, propter Orientem & Occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mũdi partes hoc referunt, vel ad quatuor eleméra ſiue tempora: ſed dum hoc fingunt, monſtrum non Deum faciunt.

Neptunus.

Neptunum aquas mundi prędicant: & dicitur Neptunus ab eis, quaſi nube tonans.

Vulcanus.

Vulcauum vocant ignem, & dicitur Vulcanus, quaſi volans candor, vel quaſi Volicanus, quod per aerem volet: Ignis enim de nubibus naſcitur, vnde & Homerus dicit eum pręcipitatũ de aere in terras, quod omne fulmen de aere cadit. Idcirco autem Vulcanus de fæmore Iunonis fingitur natus, quia fulmina de imo aere naſcuntur. Claudus antẽ dicitur Vulcanus, quia per naturam nunquam rectus eſt ignis, ſed quaſi claudus, eiuſmodi ſpeciem morumque habet.

Adhuc de eodem.

CAP. VIII.

Pluton.

PLuton Græcè, Latine dieſpiter, vel ditiſpater, quem alij orcum vocant, quaſi receptorem mortium; vnde & orca nuncupatur vas quoddam quod recipit aquas. Ipſe & Græcè Charon. Liberum à liberamento appellatũ volunt, quod quaſi etiam matres in coeundo per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberentur. Item Liber muliebri & delicato corpore pingitur. Dicũt enim mulieres ei attributas, & vinum propter excitandam libidinem, vnde & frons eius pampino cingitur; ſed ideo coronam viteam in cornu habet, quia cum gratè & moderatè vinum bibitur, lætitiam præſtat; cum vltra modum, excitat lites, & quaſi cornua dat. Idem autem & Læus, *apo tu lien*, ideſt ab hac diſſolutione. quod multo vino membra ſoluantur. Iſte & Græcè Dionyſius, à monte Indiæ Niſo, vbi dicitur eſſe nutritus.

Liber ſeu Læus & Dionyſius.

Mercurius ſeu Hermes & Nuncius.

Mercurius ſermonẽ interpretatur, nã ideo & Mercurius, quaſi medius currens dicitur appellatus, quod ſermo currat inter homines medius. Ideo & Hermes Græcè, quod ſermo vel interpretatio, quæ ad ſermonẽ vtiq. pertinet, hermenia dicitur. Ideo & mercib. præeſſe, quia inter vendentes & emẽtes ſermo ſit medius. Qui ideo fingitur habere pẽnas, quia citius verba diſcurrunt; vnde & velox & errãs inducitur. Alas eius in capite & in pedibus, ſignificate volucrẽ ferri per aera ſermonem. Nuncium dictũ, quoniam per ſermonem omnia cogitata enunciantur. Ideo autẽ furti magiſtrũ dicunt, quia ſermo animos audientium fallit. Eum capite canino fingunt, eo quod inter omnia animalia canis ſagaciſſimum genus & perſpicax habeatur.

Mars.

Martem autẽ Deum belli eſſe dicunt, & Martẽ appellatum, quia per viros pugnatur, vt ſit Mars quaſi mas; licet tria ſint genera conſuetudinũ; ſicuti Scytharum, vbi viri & fœminæ in pugnam eunt: Amazonũ, vbi ſolæ fœminæ: Romanorum aliarumq; gentium, vbi ſoli mares: Quod vero nudo pectore ſtat, vt bello ſe quiſque ſine formidine cordis obijciat.

Apollo ſeu Sol & Phœbus atque Pythius.

Apollinem quamuis diuinatorem & medicũ vellent, ipſum tamen etiam ſolem dixerunt, quaſi ſolum: Ipſum phœbũ, quaſi ephebum, hoc eſt adoleſcentem:

vnde

vnde & ſol puer pingitur, eo quod quotidie oriatur, & noua luce naſcatur. Pythium quoque eundem Appollinem vocari aiunt, à Pythone immenſæ molis ſerpente, cuius non magis venenum quã magnitudo terrebat. Hunc Apollo ſagittarũ ictibus ſternens, nominis quoque ſpolia reportauit, vt Pythius vocaretur.

De nominibus Dearum, & interpretationibus eorum.

CAP. IX.

Nomina Dearum. Diana.

Dianam quoq; Germanam eius ſimiliter Lunam, & viarum præſidem aiunt: vnde & virginem volunt, quod via nihil pariat; & ideo ambas habere ſagittas fingunt, quod ipſa duo ſydera de cœlo radios ad terras emittunt. Dianam autem vocatam quaſi duanam, eo quod Luna, & nocte & die appareat: Ipſamq; & Lucinam aſſeuerant, eo quod luceat.

Ceres ſeu Opis, Proſerpina, Veſta &c.

Cererem, id eſt terram, & à creandis frugibus aſſerunt dictam, appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt eam & Opem, quod opere melior fiat terra. Proſerpinam, quia ex ea proſerpant fruges. Veſtam, quod herbis vel varijs veſtita ſint rebus, vel à vi ſua ſtando. Eandem & Tellurem, & Matrẽ magnam fingunt, turritam cum tympano & gallo & ſtrepitu cimbalorum. Quòd tympanum habet, ſignificare volunt orbem terrę. Quòd curru vehi dicitur, quia ipſa eſt terra quę pẽdet in aere. Quòd ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur & volubilis eſt. Quòd in capite turritam geſtat coronã, oſtendit ſuppoſitas terrę ciuitates quaſi inſignitas turribus conſtare. Quod gallos huic Deæ ſeruire fecerunt, ſignificat qui ſemine indigeant, terram ſequi oportere, in ea quippe omnia reperiri: Cymbalorum autem æreorum ſonitus, ferramentorum crepitus in colendis agris.

Iuno.

Iunonem dicunt quaſi ianonem, id eſt ianuam propurgationibus fœminarum, eo quod quaſi portas matrum natorum pandant, & nubentium maritis: Sed illud philoſophi. Poetæ autem Iunonem Iouis aſſerunt ſororem & coniugem. Ignem enim & aerem Iouem, aquam & terram Iunonem interpretantur. Quorum duorum permixtione vniuerſa gignuntur: & ſororem dicunt, quia mundi pars eſt, Coniugem eo quod commixta concordat.

Minerua ſeu Tritonia & Pallas.

Minerua apud Græcos Athene dicitur, id eſt fœmina: apud Latinos autem Mineruam vocatam quaſi Deam, & munus artium variarũ: hanc etenim inuentricem multorum ingeniorum perhibent. Et inde eam artem & rationem interpretantur; quia ſine ratione nihil poteſt contineri. Quæ ratio quia ex ſolo animo naſcitur, animumq́ue putant eſſe in capite & cerebro. Ideo eam dicunt de capite Iouis eſſe natam, quia ſenſus ſapientis qui inuenit omnia, in capite eſt. In cuius pectore ideo caput Gorgonis fingitur, quod illic eſt omnis prudentia quæ confundit alios, & imperitos ac ſaxeos comprobat; quod & in antiquis Imperatorum ſtatuis cernimus. In medio pectore loricæ, ad inſinuandam ſapientiam & virtutem. Hæc Minerua, & Tritonia dicitur; Triton enim Africæ palus eſt, circa quam fertur virginali apparuiſſe ætate, pro quo Tritonia nuncupata eſt; vnde & tanto procliuius Dea credita, quanto minus origo eius innotuit. Pallas autem dicta, vel ab inſula Pallente in Thracia, in qua nutrita eſt; vel *apo tu palle in to dori*, id eſt ab haſtæ concuſſione, vel quod Pallantem gigantem occiderit.

Venus.

Venerem exinde dicunt nuncupatam, quod ſine vi fœmina virgo eſſe non deſinat, quod autem fingunt Iouem Saturno Cœlo patri genitalia abſcidiſſe, & ſanguinem fluxiſſe in mari, atque ex ſpuma maris cõcreta Venus nata eſt; Illud aiunt, quod per coitum ſalſi humoris ſubſtantia eſt, & inde Aphroditin Venerem dici, quod coitus ſpuma eſt ſanguinis, quæ ex ſucco viſcerum liquido ſalſoque conſtat. Ideo autem Venerem Vulcani dicunt vxorem, quia venereum officium non ſine calore conſiſtit.

Iterum de quibuſdam numinibus apud gentiles nominatis.

CAP. X.

Cupido.

CVpidinem vocatum ferunt propter amorem. Eſt enim dæmon fornicationis, qui ideo alatus pingitur, quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius inuenitur. Puer pingitur, quia ſtultus eſt & irrationabilis amor. Sagittam & facem tenere fingitur; ſagittam quia amor cor vulnerat, facem quia inflammat.

Pan ſeu Syluanus.

Pan dicunt Græci, Latini Syluanum, Deum ruſticorum, quem in naturæ ſimilitudinem formauerunt; vnde dicitur Pan, id eſt omne: Fingunt enim eum ex vniuerſali elementorum ſpecie, habet enim cornua in ſimilitudine radiorum ſolis, & lunæ. Diſtinctam maculis habet pellem, propter cœli ſydera. Rubet eius facies, ad ſimilitudinem ætheris. Fiſtulam ſeptem calamorum geſtat, propter harmoniam cœli, in qua ſeptem ſunt ſoni, & ſeptem diſcrimina vocum. Villoſus eſt, quia tellus conueſtita eſt, & agitatur ventis, pars eius inferior fæda eſt, propter arbores, & feras, & pecudes. Caprinas vngulas habet, vt ſoliditatem terræ oſtendat: Quem volunt rerum & totius naturæ Deum; vnde & Pan, quaſi omnia dicunt.

Iſis.

Iſis lingua Ægyptiorum terra appellatur, quam Vſin volunt eſſe. Fuit autem Iſis Regina Ægyptiorum Inachi Regis filia, quæ de Græcia veniens, Ægyptios literas docuit, & terras colere inſtituit; propter quod & terrã eius nomine appellauerunt. Serapis omnium maximus Ægyptiorum Deus: Ipſe eſt Apis Rex Argiuorum, qui nauibus tranſuectus in Ægyptum, cum ibidem mortuus fuiſſet, Serapis eſt appellatus, propterea quia arca in qua mortuus ponitur, quam ſarcophagum vocant, *ſoros* dicitur Græcè; & ibi eum venerari ſepultum cœperunt, priuſquam templum eius eſſet inſtructum velut ſoros: Sed apis primo Sorapis, deinde vna litera commutata Serapis dicitur. *Apis* fuit taurus apud Ægyptios, ſerapi conſectatus, & ab eo ita cognominatus, quem Ægyptus ad inſtar numinis colebat, eo quod de futuris daret quędam manifeſta ſigna. Apparebat enim in Memphis, quem centum antiſtites proſequebantur, & repente velut lymphatici præcinebant; huius capitis imaginem ſibi in eremo Iudæi fecerunt.

Serapis vel Apis.

Apis.

Adhuc de eodem.

CAP. XI.

Faun.

Fauni à fando, eo quod voce non ſignis oſtendere viderentur futura. In lucis enim conſulebantur à paganis, & reſponſa illis, non ſignis, ſed vocibus dabant. *Fatum* dicunt eſſe quicquid Dij fantur. Tria autem fata fingunt in colo & fuſo, digitiſque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora: prꝛteritum, quod in fuſo iam netum & inuolutum eſt: præſens, quod inter digitos nentis traijcitur: futurum in lana, quæ colo implicata eſt, & quod adhuc per digitos nentis ad fuſum tanquam præſens ad præteritum traijciendum eſt.

Fatum.

Fortuna.

Fortunam à fortuitis nomen habere dicunt, quaſi Deam quandam res humanas varijs caſibus & fortuitis illudentem: vnde & cæcam appellant, eo quod paſſim in quoſlibet incurrens, ſine vllo examine meritorum, & ad bonos, & ad malos peruenit. Fatum autem à fortuna ſeparant: & fortunam quaſi ſit in his quæ fortuitu accidunt, nulla palam cauſa: Fatum vero appoſitum ſingulis, & ſtatutum aiunt.

Tres furiæ.

Aiunt & tres furias fœminas crinitas ſerpentibus, propter tres effectus qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, & interdum cogunt ita delinquere, vt nec famæ, nec periculi ſui reſpectum habere permittant. Ira quæ vindictam cupit: cupiditas quæ deſiderat opes: libido quæ appetit voluptates:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quæ ideo furiæ appellantur, quod ſtimulis ſuis mentem feriant, & quietam eſſe non ſinant.

Nymphæ vel Muſæ. Nymphas vel Muſas Deas aquarum putant, dictas à nubibus. *Penates.* Penates gentiles dicebant omnes Deos quos domi colebant: Et penates dicti, eo quod eſſent in penetralibus, ideſt ſecretis. Hi Dij quomodo vocabantur, vel quæ nomina habuerunt ignoratur. *Manes.* Manes Deos mortuorum eſſe dicunt, quorum poteſtatem inter lunam & terram aſſerunt, à quibus & mane dictum exiſtimant.

De proprio errore Chaldæorum circa Dei notitiam.

CAP. XII.

Tria ſunt Idololatriæ genera. NAcor contra Regem Auennir. Ipſi autem qui multos colunt Deos, in tria diuiduntur genera, Chaldæos, ſcilicet, & Græcos, & Ægyptios. Nam iſti fuerũt principes & magiſtri cæteris gentibus, in multorum Deorum cultu & adoratione. Videamus igitur horũ, qui ſint participes veritatis, & qui erroris.

Chaldæi coluerunt elementa pro Deo. Chaldęi quoque neſcientes Deum, errauerunt poſt elementa, & cœperunt colere creaturam potius quam ſuum creatorem. Quorum & imagines quaſdam facientes, nominauerunt figuras cœli & terræ & maris, ſoliſque & lunæ, & cæterorum elementorum, & luminarium: Et concludentes in templis adorauerunt, Deos vocantes eos; quos ſeruant diligenter ne rapiantur à furibus; & non intellexerunt quod omne quod ſeruat maius eſt ſeruato, & faciens maius eſt facto, quid ergo dico de elementis?

Quod cælũ non ſit Deus Qui dicunt cœlum eſſe Deum errant: nam videmus ipſum volubile, & ſecundum neceſſitatem motum, & ex multis conſtitutum. Nam aſtra ordine & ſpatio feruntur de loco ad locum, de ſigno in ſignum; & nunc quidem occumbunt, nunc autem oriuntur; & ſecundum tẽpora iter peragunt, vt perficiant æſtatem & hyemem, ſicut ordinatum eſt eis à Deo; & pertranſeunt proprios terminos, ſecundum ineuitabilem naturæ neceſſitatem, cum cœleſti ornatu, vnde manifeſtum eſt non eſſe cœlum Deum, ſed opus Dei.

Quod terra non ſit Deus Qui autem putant terram eſſe Deam, errauerunt: Videmus enim illam ab hominibus contumeliam patientem, & dominationi eorum ſubiacentem, defoſſam & conſperſam, & inutilem factam. Nam ſi igne torreatur, efficitur mortua. Inſuper ſi paulò amplius infundatur, corrumpitur & ipſa, & fructus eius. Conculcatur autem ab hominibus, & cæteris animalibus: ſanguine interfectorum inquinatur, effoditur, impletur, mortuorum theca fit corporum. His ita ſe habentibus, non ſequitur terram eſſe Deum, ſed opus Dei ad vtilitatem hominum.

Quod aqua non ſit Deus Qui autem putant aquam eſſe Deam, errauerunt. Nam & ipſa ad vſum hominum facta eſt, & dominationi ſubiacet eorum, polluitur, corrumpitur, & immutatur, caleſcit, & tingitur coloribus, & frigore congelatur, & cruoribus inquinatur, & ad cunctarum ſordium ablutionem aſſumitur: Idcirco impoſſibile eſt eſſe aquam Deam, ſed opus Dei.

Quod ignis non ſit Deus Illi vero qui arbitrantur ignem eſſe Deum, errant. Nam ignis factus eſt ad vſum hominum, & ſubiacet illorũm dominationi. Circumfertur de loco ad locũ, & accenditur ad elixandas carnes diuerſas, & aſſandas; adhuc autem & mortuorum corpora comburenda. Multis etiam modis corrumpitur ab hominibus, & extinguitur. Propter quod non eſt cõgruum ignem Deum æſtimare, ſed opus Dei.

Quod homo non ſit Deus Qui autem putant hominem eſſe Deum, errant. Videmus quippe illum natum ſecundum neceſſitatem, & enutritum, ac ſeneſcentem, etiam ſe nolente. Et aliquando quidem lætatur, & aliquando triſtatur. Indiget cibo & potu & veſtitu: Et eſt iracundus, & inuidus, & auidus, & pœnitens, & minorationes multas habens. Corrumpitur etiam multis mòdis ab elementis & animalibus, vel imminente ſibi morte. Non conuenit ergo hominem eſſe Deum, ſed opus Dei.

Errore igitur magno errauerunt Chaldęi poſt opiniones ſuas.

De Errore Græcorum.

CAP. XIII.

Græci coluerunt Deos ex hominibus aſſũptos & maxima nequitia auctores. VEniamus itaque ad Græcos, vt videamus quid forte de Deo ſentiant. Græci namque dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, deterius Chaldæis, introducentes plurimos Deos factos eſſe, alios quidem maſculos, alios vero fœminas: omnium vitiorum, cunctarumque auctores iniquitatum, vt aduocatos iſtos & patronos habentes ſuæ nequitiæ, adulterentur, rapiant, occidant, & omnia mala faciant. Inducitur enim ab eis ante omnes Deus Saturnus, & huic ſacrificant filios ſuos; qui genuit multos pueros de Rea, & inſaniens comedit filios ſuos. Aiunt autem Iouem abſcidiſſe ſibi virilia, & proieciſſe in mare, vnde Venus fabulosè dicitur fuiſſe nata. Alligans autem ſuum patrem Iupiter, proiecit in tartarum. Secundus inducitur Iupiter, quem ferunt regem eſſe aliorũ Deorum, & transformatum fuiſſe in animalia, vt cum mortalibus mulieribus adulteria cõmitteret. Inducunt enim hunc transformatum in taurum propter Europam, & in aurum propter Dianã, & in Cignum propter Ledã, & in Satyrum propter Emptionẽ, & in fulmẽ propter Semelem; & ita genuiſſe ex his filios multos, Liberum videlicet, & Zetum, & Amphionem, Herculem, & Apollinem, & Arthenicam, & Perſeum, Caſtoremq; & Pollucem, & Helenam, & Iunonem, & Radamantum, & Sarpedonem, & nouem filias, quas appellauerunt Muſas. Deinde inducunt de Ganimede.

Saturnus & Iupiter fuerunt viri peſſimi. Contigit ergo ô Rex hominibus imitari hęc omnia, vt fiant adulteri, & maſculorum concubitores, & aliorum malorũ operum patratores, ſecundum imitationẽ Dei ſui. Quomodo autẽ creditur Deũ eſſe adulterum, aut Sodomitã, vel Parricidam? Cum hoc inducunt & Vulcanum quendã Deum eſſe, & iſtũ claudum, & tenentẽ malleum, & forcipes, & ferrariam artem exercentẽ, victus gratia: ergo egenus erat, quod non conuenit Deum eſſe, nec claudũ. Deinde Mercuriũ inducunt eſſe Deum cupidũ, & furẽ, & auarum, & magũ, & verſipellẽ, & ſermonum interpretem. Sed non conuenit Deum eſſe talẽ. Eſculapium etiã inducũt Deum eſſe medicũ, & potiones conficientẽ, & emplaſtra cõponentẽ, victus gratia. Indigentiam enim patiebatur. Nouiſſime vero fulmine ictus à Ioue propter Darij Lacedemonij filiũ interijt. Mars autẽ inducitur Deus eſſe belligerator, & zelotes; cupidus ouium, & aliarũ quarundã rerũ. Nouiſſime vero adulterio perpetrato cum Venere, ligatum eſſe ferunt à paruulo Cupidine, & Vulcano. Bacchũ vero inducũt Deum eſſe, nocturnas agens feſtiuitates, & magiſtrum ebrietatis, & euellentem vxores proximorũ, & furioſum, & fugitiuum. Nouiſſimè autem à Titanis occiſus eſt. Herculem vero inducunt ebrioſum fuiſſe, & inſanum, & filios ſuos occidiſſe, & ad vltimum igne conſumptum interijſſe. Apollinem quoque inducunt Deum eſſe zelotem, inſuper arcum & pharetram geſtantem; aliquando vero citharam, & tibiam, & diuinantẽ hominibus mercedis gratia, vnde ſumentes homines occaſionẽ à Dijs ſuis, perpetrãt omnem iniquitatẽ, & luxuriam, & impietatem, & polluentes terrã & aerem, prauis ſuis actibus.

Cæteri etiã viri & mulieres pro dijs habiti, longè à deitate diſtabant.

De Errore Ægyptiorum.

CAP. XIIII.

Ægyptij deterius cæteris errauerunt, colẽtes inſuper animalia & plantas. ÆGyptij vero ſceleratiores, & ſtolidiores his exiſtentes, deterius omnibus gentibus errauerunt. Non enim contenti fuerunt Chaldęorum, & Græcorum cultibus, ſed inſuper & bruta animalia induxerunt Deos eſſe; terrena videlicet, & aquatilia; & arbores, & germinantia. Et contaminati ſunt omni inſania & luxuria, deterius omnibus gentibus quæ ſunt interra. Nam quidam eorum coluerunt ouẽ, quidam

vero

vero hircum, alij autem vitulum, & porcum. Nonnulli vero coruum, & accipitrem, & vulturem, & aquilam; alij vero crocodilum, quidam vero cattum, & canem, & lupum, & ſimiam, & draconem, & aſpidem; & alij, cæpe, & allium, & ſpinas, & cæteras creaturas.

Inter Ægytios quidam cloacas & ſtrepitum ventris pro Dijs venerabantur.

Clemens lib. 5. Veteres quoque Ægyptiorum, qui de cœleſti curſu, & aſtrorum natura, rationem ſibi viſi ſunt reperiſſe, dæmone ſenſus eorum obſidente, nihilominus contumelijs nomen incommunicabile ſubiecerunt. Nam alij eorum ouem, alij hircum, alij ſerpentem, piſcem quoque, & cæpas, & cloacas, aut ſtrepitum ventris, pro numinibus habendos eſſe docuerunt, & alia innumera, quæ pudet nominare.

Tullius in lib. de natu. Deo. li. 1. Ægyptij autem nullam belluam, niſi ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent, conſecrauerunt.

Hieron. ſuper Eſa. lib. 12. Facta ſunt, inquit, ſimulachra coram beſtijs, *& inf.* Religio nationum ſimulachra ſunt brutorum, quæ maximè in Ægypto cultui conſecrata ſunt: nam & pleraque oppida eorum ex beſtijs & iumentis habent nomina; vt Cyno à cane, leonto à leone, Thanis lingua Ægyptiaca ab hirco, Lico à lupo; vt taceam, de formidoloſo & horribili cæpe, & crepitu ventris inflati, quæ Peluſiaca religio eſt.

De errore Romanorum, in diuiſione numinum.

CAP. XV.

Romani innumeros coluere Deos ſingulis rebus & negotijs ſingulos Deos præficientes.

Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 4. Quæramus etiam ſi placet, ex tanta Deorum turba quam Romani colebant, quem potiſſimum, vel quos Deos credant illud imperium dilataſſe, atque ſeruaſſe, neque enim in hoc tàm præclaro opere, & tantæ pleniſſimæ dignitatis, audent aliquas patres Deæ Cloacinæ tribuere, aut Volupiæ, quæ à voluptate appellata eſt; aut Lubentinæ, cui nomen eſt à libidine; aut Vagitano, qui infantum vagitibus præſidet; aut Cunianæ, quæ cunas eorum adminiſtrat. Quomodo autem poſſunt vno loco libri huius commemorari omnia nomina Deorum aut Dearum, quæ illi grandibus voluminibus vix comprehendere potuerunt, ſingulis rebus propria diſpartientes officia numinum, nec agrorum numina vni alicui Deo committenda arbitrati ſunt; ſed rura Deæ Ruſinæ, Iuga montium Iugatino, collibus Deam Collatinam, vallibus Vallomam præfecerunt, nec ſaltem potuerunt vnam Segetiam talem inuenire, cui ſemel ſegetes commendarent, ſed ſata frumenta quamdiu ſub terra eſſent, præpoſitam voluerunt habere Deam Seiam. Cum vero iam eſſent ſuper terram, & ſegetem facerent, Deam Segetiam, frumentis vero collectis atque reconditis, vt tuto ſeruarentur, Deam Tutelinam præpoſuerunt, cui non ſufficere videretur illa Segetia, quamdiu ſeges ab initijs herbidis vſque ad ariſtas aridas perueniret.

Non tamen ſatis fuit hominibus Deorum multitudinem amantibus, vt anima miſera dæmoniorum turbæ proſtitueretur, vnius Dei veri caſtum dedignata complexum. Præfecerunt ergo Proſerpinam frumentis germinantibus: Geniculis nodiſque culmorum, Deum Nodotum: Inuolumentis folliculorum, Deam Volutinam: cum folliculi pateſcunt vt ſpica exeat, Deam Patelenam: Cum ſegetes nouis ariſtis æquantur, quia veteres æquare oſtire dixerunt, Deam Oſtilinam: Frumentis florentibus, Deam Floram: lacteſcentibus, Deum Lacturnum: Matureſcentibus Deam Maturam. Cum runcantur, id eſt à terra auferuntur, Deam Runcinam, nec omnia commemoro, quia me piget, quod illos non pudet. Quando ergo Segetia intraret imperium, cui curam gerere ſimul & ſegetibus & arboribus non licebat: quando de armis Cunina cogitaret, cuius præpoſitura paruulorum cunas non permittebat excedere? quando Nodotus adiuuaret in bello, qui nec ad folliculum ſpicæ, ſed tantum ad nodum geniculæ pertinebat? Vnuſquiſque domui ſuæ ponit oſtiarium, & quia homo eſt omnino ſufficit: Tres Deos iſti poſuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non poterat forculus ſimul & cardinem limenque ſeruare.

Item tres Deos oſtiarios, profloribus, cardine, & limine poſuerunt.

Adhuc de eodem.

CAP. XVI.

De Libero & Libera.

IDem in lib. 6. Liberum à liberamento appellatum voluerunt, quod mares in coeundo per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberentur. Hoc idem in fœminis agere Liberam, (quam & Venerem putant.) Quod & ipſam perhibeant ſemina emittere: & ob hoc Libero eandē virilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ. Ad hæc, addunt mulieres attributas Libero, & vinum, propter libidinem concitandam.

De tribus dijs cuſtodibus mulieris poſt partum.

Mulieri fœtæ poſt partum tres Deos cuſtodes commemorant adhiberi; Ne Syluanus Deus per noctem ingrediatur, & vexet, eorumque cuſtodum ſignificandorum cauſa tres homines nocte circumire limina domus, & primo limen ſecuri ferire, poſtea pilo, tertio deuertere ſcopis; vt his datis culturæ ſignis, Deus Syluanus prohibeatur intrare; Quòd neque arbores cæduntur ac putantur ſine ferro, neque far conficitur ſine pilo, neque fruges coaceruantur ſine ſcopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos Deos: Intercidonam à ſecuris interciſione, Pilumum à pilo, Diuertam à ſcopis, quibus Dijs cuſtodibus contra vim Dei Syluani fœta conſeruaretur. Ita contra nocentis ſæuitiam, cuſtodia bonorum non valeret, niſi plures eſſent aduerſus vnum, eique aſpero horrendo in cultu, vtpote ſylueſtri, ſignis culturæ tanquam contrarijs repugnarent. Itane eſt innocentia Deorum, iſta concordia? hæccine ſunt numina ſalubria vrbium? magis deridenda quam ludibria theatrorum.

De dijs coniugum & nuptiarum.

Cum mas & fœmina coniunguntur, adhibetur Deus iugatinus, ſit hoc ferendum, ſed domum eſt ducenda quæ nubit, adhibetur & Deus Domiducus, vt in domo ſit. Adhibetur Deus domitius, vt maneat cum viro; additur Dea materna. Quid vltra quęritur? parcatur humanæ verecundiæ, peragat & cętera concupiſcentia carnis & ſanguinis, procurato ſecreto pudoris. Quid, impletur cubiculum turba numinum, quando & paranymphi inde diſcedunt: & ad hoc impletur, non vt eorum præſentia cognita maior ſit cura pudicitiæ, ſed vt fœminæ ſexu infirmæ, nouitate pauidæ, illis cooperantibus ſine vlla difficultate virginitas auferatur. Et certe ſi adeſt Virginenſis Dea, vt virgini zona ſoluatur: Si adeſt Deus Subigus, vt viro ſubigatur: ſi adeſt Dea Prema, vt ſubacta ne ſe commoueat comprimatur, Dea Pertunda quid ibi facit? Erubeſcat, eat foras, agat aliquid & maritus.

De maiorum numinum officijs.

CAP. XVII.

Pro frumēti varioſtatu varios Deos poſuerunt Romani.

Auguſt. vbi ſupra lib. 4. Omiſſa igitur turba minutorum Deorum, vel aliquantulum intermiſſa, officium maiorum Deorum debemus inquirere, quo Roma tam magna facta eſt, vt tamdiu tot gentibus imperaret. Nimirum ergo Iouis hoc opus eſt. Ipſum enim Deorum omnium Dearumque regem eſſe volunt: hoc eius indicat ſceptrum, hoc in alto collo capitolium. De iſto Deo, quamuis à poeta dictum conuenientiſſimè prędicant: *Iouis omnia plena.* Cur illi etiam vxor Iuno adiungitur, quæ dicatur ſoror & coniux? Quia Iouem inquiunt in ęthere, accipimus in aere Iunonem; & hæc duo elementa coniuncta ſunt, alterum ſuperius, alterum inferius. Non eſt ergo ille de quo dictum eſt, *Iouis omnia plena*, ſi aliquam partem implet & Iuno. An vterque vtrumq; implet, & ambo iſti coniuges, & in duobus iſtis & ſingulis ſimul ſunt? Cur ergo ęther datur Ioui, aer Iunoni?

Reijcitur diuinitas Iouis.

poſtremo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

postremo ipsi duo satis essent. Quid est quod mare Neptunó tribuitur, terra Plutoni, & ne ipsi quoque sine coniugibus remanerent, additur Neptuno Salatia, Plutoni Proserpina? Quæritur quomodo sartiant fabulas, nec inueniunt? Si enim hæc ita essent, tria potius elementa mundi esse, non quatuor, eorum veteres proderent; vt singula Deorum coniugia diuiderentur singulis elementis. Miror autem plurimum, quod cum Deos singulos singulis rebus, & pænè singulis motibus attribuerent, vocauerunt Deam Agenoriam, quæ ad agendum excitaret; Deam Stimulam, quæ ad agendum vltra modum stimularet: Deam Murceam, quæ præter modum non moueret, & faceret hominem (vt ait Pomponius) murcidum, idest nimis desidiosum: Deam Streniam, quæ faceret strenuum. His omnibus Dijs & Deabus publica sacra facere susceperunt.

Quòd omnia potius vni Ioui viderentur esse attribuenda.

CAP. XVIII.

ITaque modo sit Iupiter corporei huius mundi animus, qui vniuersam istam molem ex quatuor, vel (vt eis placet) tribus elementis constructam atque compactam implet & mouet, modo inde suas partes sorori & fratribus cedat; modo sit æther, vt aerem Iunonem subterfusam desuper amplectatur; modo totum simul cum aere sit ipse cœlum, terram vero tanquam coniugem, eandemque matrem (quia hoc in diuinis turpe non est) fœcundis imbribus & seminibus fœtet: Modo autem (ne sit necesse percuncta discurrere) Deus vnus, de quo multi à poeta nobilissimo dictum putant: Deum namque iter per omnes terras, tractusque maris, cœlumque profundum. Ipse in æthere sit Iupiter, ipsa in aere sit Iuno, ipse in mari Neptunus, in inferioribus etiam maris ipse Salatia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina, in focis domesticis Vesta, in fabrorum fornace Vulcanus, in syderibus Sol & Luna & Stellæ, in diuinantibus Apollo, in merce Mercurius, in Iano initiator, Saturnus in tempore, Mars & Bellona in bellis, Liber in vineis, Ceres in frumentis, Diana in syluis, Minerua in ingenijs: Ipse sit postremò etiam in illa turba quasi plebeiorum Deorum: ipse præsit nomine Liberi virorum seminibus, & nomine Liberæ fœminarum: ipse sit dispater, vel diespiter, qui partum perducat ad diem: ipsa Dea Mena, quam præfecerunt menstruis fœminarum: ipse Lucina, quæ à parturientibus inuocetur: Ipse opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu, & vocetur Opis; ipse in vagitu os aperiat, & vocetur Deus Vagitanus: Ipse leuet de terra, & vocetur Dea Leuana: Ipse cunas tueatur, & vocetur Dea Cunina. Non sit alius scilicet in illis deabus, quæ fata nascentibus canant, & vocetur Carmentes: præsit fortuitis, voceturque Fortuna: In Diua Rumina, mammam paruulo immulgeat; quia rumam dixerunt veteres mãmam: In Diua Potina, potionem ministret. In Diua Edulica, escam præbeat. De pauore infantum Pauentia nuncupetur. De spe quæ venit Venilia: De voluptate Volupa: De Actu Agenoria. De stimulis quibus ad nimium actum homo impellitur, Dea Stimula nominetur. Strenia Dea sit, strenuum faciendo; Numera quæ numerare doceat, Camena quæ canere: ipse sit & Deus Consul prebendo consilia; & Dea Sentia, sententias inspirando; ipse Dea Inuenta, quæ post Prætextam, excipiat iuuenilis ætatis exordia: Ipse sit fortuna barbata, quæ adultis barbas induat (quam honorare voluerunt, vt hoc qualecumque numen, saltem masculum Deum, vel à barba barbatum, sicut à nodis nodotum; vel certe non fortunam, sed quia barbas habet, fortunium nominarent.) Ipse in Iugatino Deo coniuges coniungat; & cum virgini vxori zona soluitur, ipse inuocetur, & Dea Virginensis vocetur; ipse sit Mutunus, vel Tutunus, qui est apud Græcos Priapus si non pudet.

Vnus Deus pro omnibus sufficit.

Hæc omnia quæ dixi, & quęcumque non dixi. (Non enim omnia dicenda arbitratus sum) hi omnes Dij Deæque sit vnus Iupiter, siue sint (vt quidam volunt,) omnia ista partes eius, siue virtutes eius, sicut eis videtur, quibus eum placet mundi esse animum. Quæro quid perderent, si vnum Deum colerent prudentiore compendio? quid enim eius contemneretur, cum ipse coleretur. Si autem dicitur omnes simul, idest totum ipsum Iouem potuisse offendi, si patres eius non etiam sigillatim minutatimque colerentur, stultè dicitur; nulla quippe earum prætermitteretur, cum ipse vnus qui habet omnia coleretur.

Magis prudenter facerent gentiles vnũ Iouem pro omnibus dijs colendo

De Dijs Selectis à Varrone commendatis.

CAP. XIX.

Idem in lib. 7. Hos certè Deos Selectos, Varro vnius libri contextione commendat, Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Appollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Vestam. In quibus omnibus ferme viginti duodecim mares, octo sunt fœminæ. Hęc numina, vtrum propter maiores in mundo administrationes selecta dicuntur, an quod populis magis innotuerunt, maiorq; est eis cultus exhibitus? Si propterea quia opera maiora ab his administrantur in mundo, non eos inuenire debuimus inter illam, quasi plebeiam numinum multitudinem, minutis opusculis deputatam. Nam ipse primùm Ianus, cum puerperium cõcipitur, vnde illa cuncta opera exordium minutatim, minutis distributa numinibus sumunt, aditum aperit, recipiendo semina: Ibi est & Saturnus, propter ipsum semen: Ibi Liber, qui marem effuso semine liberat: Ibi Libera, quam Venerem volunt, quæ hoc idem beneficium conferat fœminæ, vt ipsa etiam emisso semine liberetur. Omnes hi ex illis sunt qui selecti appellantur. Sed ibi est & Dea Mena, quæ menstruis fluoribus præst, quamuis Iouis filia tamen ignobilis. Et hãc prouidentiam fluorum menstruorum in libris selectorum Deorum ipsi Iunoni idẽ auctor assignat, quæ in Dijs selectis etiam regina est. Et hic tanquam Iuno Lucina, cum eadem Mena priuigna sua, eidem cruori præsidet. Ibi sunt & duo nescio qui obscurissimi Vitumnus & Sentinus, quorum alter vitam, alter sensus puerperio largiuntur; & nimirum multo plus præstant, cura sint ignobilissimi, quàm illi tot proceres & selecti. Nam profecto sine vita & sensu quid est illud totum quod muliebri vtero geritur, nisi nescio quid abiectissimum, limo ac pulueri comparandum. Quæ igitur causa tot selectos Deos ad hæc opera minima compulit, vbi à Vitumno & Sentino, quos fama obscura recondit, in huius munificentiæ partitione superentur.

Dij quos Varro se lectos appellat non sunt aliis præstantiores.

De falsitate naturalis Theologiæ.

CAP. XX.

DIcit autem idem Varro de naturali Theologia pręloquens, Deum se arbitrari esse animã mundi, quem Græci vocant *Cosmon*, & hunc ipsum mundum esse Deum; sed sicut hominem sapientem, cum sit ex corpore & animo, tantum ab animo dici sapientem; Ita mundum Deum dici ab animo, cum sit ex corpore & animo. Hoc videtur quoquo modo vnum confiteri Deum: Sed vt plures etiam introducat, adiungit mundum diuidi in duas partes, cœlum & terram, & cœlum bifariam, in ęthera & aera, terram vero in aquam & humum: E quibus summum esse ęthera, secundum aera, tertium aquam, infimam terram; quas omnes partes quatuor, animarum esse ple-

Varro videtur agnoscere vnum Deum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nas, in aere & æthere immortalium, in aqua & terra mortalium: à ſummo autem circumitu cœli vſque ad circulum lunæ, æthereas animas eſſe aſtra & ſtellas, eos cœleſtes Deos non modo intelligi eſſe, ſed etiam videri: Inter lunæ vero gyrum, & nimborum atque ventorum cacumina aereas eſſe animas, ſed eas animo, non oculis videri: & vocari Heroas, & Lares, & Genios.

Quid putent Ethnici Iouem eſſe.

Iouem autem, qui etiam Iupiter dicitur, quem velint intelligi exponant. Deus eſt inquiunt, habens poteſtatem cauſarum, quibus aliquid fit in mundo, ſed cur ei præponitur Ianus, hoc nobis vir ille acutiſſimus reſpondeat. Quoniam penes Ianum inquit, ſunt prima; penes Iouem ſumma Hunc ſanè Deum penes quem ſunt omnes cauſæ factarum naturarum, naturaliumq; rerũ, ſi Iouem populi appellant, & tantis contumelijs, tamq, ſceleſtis criminationibus colunt, deteriore ſacrilegio ſeſe obſtringunt, quã ſi prorſus nullum putarent Deum. vnde ſatius eſſet eis alium aliquẽ Iouis nomine nuncupare, dignum turpibus & flagitioſis honoribus, ſuppoſito vano figmento, quod potius blaſphemaret? ſicut Saturno dicitur ſuppoſitus lapis quem pro filio deuoraret; quàm iſtum Deum dicere, & tonantem, & adulterantem, & totum mundum regentem, & per tot ſtupra diffluentem. & naturarum omnium naturaliumque rerum cauſas ſummas habentem, & ſuas cauſas bonas non habentem.

Gentiles Deũ ſuum Iouem blaſphemãt.

Deinde quæro quem iam locum inter Deos huic Ioui tribuant: Si enim Ianus eſt mundus, & Deus eſt Ianus: Nunquid Iouem vt Deus eſſe poſſit, aliquam partem Iani eſſe dicturi ſunt? Magis enim Ioui vniuerſum ſolent tribuere, vnde eſt illud: *Iouis omnia plena.* Omnes igitur iſtos ſelectos Deos, hunc eſſe mundum volunt: In quibuſdam vniuerſum, in quibuſdam partes eius; vniuerſum ſicut Iouem, partes eius, vt Genium, vt matrem magnam, vt ſolem, vt lunam, vel potius Apollinem, & Dianam. Et aliquando vnum Deum res plures, aliquando vnam rem Dij plures faciunt.

Ethnici inconſtanter loquuntur de vnitate & pluralitate Deorum.

De turpitudine ſacrorum Liberi & Cybeles.

CAP. XXI.

IAm vero Liberi ſacra, quem liquidis ſeminibus, ac per hoc non ſolum liquoribus fructuum, quorum quodammodo primatum vinum tenet, verumetiam ſeminibus animalibus animalium præfecerunt: ad quantam turpitudinem peruenerunt, piget quidem dicere propter ſermonis longitudinem, ſed propter iſtorum ſuperbam hebetudinem non piget. Inter cætera quæ prætermittere, quoniam multa ſunt, cogor: In Italiæ compitis, quędam dicit ſacra Liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis, vt in eius honorem pudenda virilia colerentur. Non ſaltem aliquantum verecundiore ſecreto, ſed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc turpe membrum per Liberi dies feſtos, cum honore magno ploſtellis impoſitum, prius rure in compitis, & vſque in vrbem poſtea vectabatur. Cui membro inhoneſto matremfamilias honeſtiſſimam palam coronam neceſſe erat imponere. Et Atthis ille non eſt commemoratus, nec eius ab iſto interpretatio requiſita eſt: In cuius dilectionis memoriam Gallus abſcinditur. Merito huic auerſatus eſt Varro noſter, nec hoc dicere voluit; non enim hominem doctiſſimum latuit. Idemq; de mollibus, eidem matri magnæ, contra omnem virorum mulierumque verecundiam conſecratis, qui vſque in heſternum diem, madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, inceſſu fœmineo, per plateas vicoſq; Carthaginis, etiam populis vnde turpiter viuerent exigebant, nihil Varro dicere voluit, nec vſpiam me legiſſe commemini: defecit interpretatio, erubuit ratio, conticuit oratio. Quid eſt ergo quod dicitur caput Deorum Ianus, caput Deorum Tellus? nec ibi facit vnum

Fœda cõſuetudo Romanorum in feſto Liberi.

error caput, nec hic ſanum furor, cur hæc fruſtra referre nituntur ad mundum, quod etſi poſſent, pro Deo vero mundum nemo pius colit? Referant hæc potius ad homines mortuos, & ad dæmones peſſimos, & nulla quæſtio remanebit.

De impotentia & flagitijs Deorum.

CAP. XXII.

Chriſantus ad Dariam. Quomodo vero poſſunt nobis eſſe cuſtodes, qui non cuſtoditi fuerunt à canibus, nocte à furibus rapiuntur. Deus enim non poteſt ęſtimari nec credi, niſi qui ſanctitatẽ, omnemq; ſupergreditur maieſtatem. Quot ergo bona Saturnus falcifer habuit, qui proprios filios quoties naſcebantur occidit; vt non dicam comedit, ſicut cultores eius ſcribunt? Quot bona in Ioue fuiſſe exiſtimas, qui quot dies vixit, tot inaudita inceſta, tot homicidia perpetrauit; qui omni caſtitati vſque ad mortem inimicus extitit, vt etiam Ganimedem libidine polluerit, & terram ſuis ſordibus inquinauit.

Flagitia Saturni & Iouis.

Auguſt. in lib. confeſſ. 1. Nonne ergo intelligo, & tonantem Iouem, & adulterantem; & vtique non poſſet hæc duo, ſed actum eſt vt haberet auctoritatem ad imitandum verum adulterum, lenocinante falſo tonitru. Fingebat quidem hoc Homerus hominibus flagitioſis diuina tribuendo, ne flagitia putarentur, & vtquiſquis ea feciſſet, non homines perditos, ſed cœleſtes Deos videretur imitatus.

Vitia Deorũ animarunt homines ad imitandum.

Author. Propter hæc & ſimilia merito huiuſmodi falſa numina, etiam à cultoribus ſuis, contempta & illuſa plerumque leguntur. Nam de Dionyſio Siciliæ tyranno refert Valerius, quod ſacrilegia ſua ioco condierit. Nam detracto Ioui aureo amiculo, & iniecto ei laneo pallio, dixit: Æſtate grauem eſſe aureum amictum, hyeme frigidum, laneum autem ad vtrumque tempus aptum. Idem autem coronas & pateras Deorum tollens à ſimulachris, in quibus ſcriptum erat *Bona Deorum*, non tollere ea, ſed accipere dicebat; ſtultum eſſe dicens, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere.

Dionyſius tyrannus ſacrilegia ſua ioco condierit.

Quòd adminiſtratio totius mundi non diuerſis numinibus, ſed vni vero tribuenda ſit.

CAP. XXIII.

Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 7. Itaque omnia quæ ab eis exiſtorum Deorum Theologia velut phyſicis rationibus referuntur ad mundum, Deo potius vero qui fecit mundum, omnis animæ & omnis corporis conditori tribuantur. Qui naturis à ſe creatis, & ſubſiſtendi, & mouendi initia fineſque conſtituit. Qui rerum cauſas habet, nouit, atque diſponit. Qui vim ſeminum condidit, qui rationalem animum, quę dicitur animus, quibus voluit viuentibus indidit. Qui ſermonis facultatem vſumque donauit. Qui munus futura dicendi, quibus placuit ſpiritibus impartiuit. Et per quos placet, malas valetudines pellit, qui bellorum quoque ipſorum, cum ſic emendandum & caſtigandum eſt genus humanum, exordijs, progreſſibus, finibuſque moderatur, qui mundi huius ignem vehementiſſimum, pro immenſæ naturæ temperamento, & creauit, & regit, qui vniuerſarum aquarum creator, & gubernator eſt, qui ſolem fecit corporalium clariſſimum luminum, eique vim congruam, & motum dedit, qui ipſis etiam inferis, dominationem ſuam, poteſtatemque non ſubtrahit. Qui ſemina, & alimenta mortalium, ſiue arida, ſiue liquida, naturis competentibus attributa ſubſtituit. Qui terram fundat atque fœcundat. Qui fructus eius animalibus hominibuſque largitur. Qui cauſas non ſolum principales, ſed etiam ſequentes nouit, atque ordinat. Qui lunæ ſtatuit modum ſuum. Qui vias cœleſtes atque

Vnus & verus Deus vniuerſam mundi machinam ſolus gubernat, permittendo tamen vt creatura proprios effectus producant.

terreſtres,

terrestres, locorum mutationibus præbet. Qui humanis ingenijs quæ creauit, etiam scientias artium variarum, ad adiuuandam vitam naturamque concessit. Qui coniunctionem maris ac fœminæ, ad adiutorium propagandæ prolis instituit. Qui hominum cætibus, quem focis & luminibus adhiberent, ad facillimos vsus munus terreni ignis indulsit. Ista sunt certè, quæ dijs selectis, per nescio quas physicas interpretationes, vir acutissimus atque doctissimus Varro distribuere laborauit: Hæc autem facit atque agit vnus verus Deus; sed sicut Deus idem vbique totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlum & terram, præsente potentia, non indigente natura: sic ira quam administrat omnia quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere & agere motus sinat.

De Varijs erroribus mundanæ philosophiæ, quæ & Theologia dicitur.

CAP. XXIIII.

Quid philosophus & vnde dictus.

ISidorus *vbi supra*. Philosophi Græci, amatores sapientiæ dicuntur. Est enim philosophus, qui diuinarum humanarumq; rerum scientiam habet, & omnem bene viuendi tramitem tenet. Theologi autem idem sunt qui & philosophi, dictique & Theologi, quia in scriptis suis de Deo dixerunt: quorum varia constat opinio, quid Deus esset, dum quęrerent. Quidam enim corporeo sensu, hunc mundum visibilem, ex quatuor elementis, Deum esse dixerunt, vt Dionysius Stoicus. Alij spiritualiter intellexerunt, mentem esse Deum, vt Thales Milesius. Quidam animum in omnibus commanentem & lucidum, vt Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, vt Plato. Quidam mentem solutam, vt Cicero. Quidam, & spiritum & mentem, vt Varro. Inuentum enim solummodo Deum, non vt inuenerunt exposuerunt, quia euanuerunt in cogitationibus suis; dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Platonici quidem Deum creatorem, & arbitrum, & iudicem asserunt. Epicurei, otiosum & inexercitatum. De mundo autem platonici affirmant incorporalem: Stoici corporalem; Epicurus ex atomis; Pythagoras ex numeris; Heraclius ex igne. Vnde & Vario ignem, mundi animum dicit, perinde quod in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis: quàm vanissimè; qui cum est inquit in nobis, ipsi sumus; cum exit emorimur. Ergo & ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur. Hi philosophorum errores etiam apud Ecclesiam induxerunt hæreses.

Variæ sententiæ philosophorum de Deo.

Varro putat animam esse ignem.

Duo philosophorũ genera

Aug. de Ciu. Dei lib. 3. In Græca lingua duo philosophorum genera traduntur, Italicum & Ionicum. Italicum ergo auctorẽ habuit Pythagoram Samium, à quo etiam fuit ipsum philosophiæ nomen exortum. Ionici vero generis princeps fuit Thales Milesius, qui rerum naturam scrutatus. In hoc admirabilis extitit, quod numeris comprehensis, defectus solis & lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamen putauit rerum esse principium, & hinc omnia elementa, ipsumque mundum, & quæ in eo gignuntur existere. Nihil autem huic operi, quod mundo considerato tam mirabile aspicimus, ex diuina mente præposuit.

Diuersa philosophorum placita de rerum principijs.

Huic successit Anaximander eius auditor, mutauitque de rerum natura opinionem; non enim ex vna re vt Thales, sed & suis proprijs principijs quasque res nasci putauit; qui rerum principia singularum credidit esse infinita, & innumerabiles mundos gignere; & quæcumque in eis oriuntur, eosque mundos, modo dissolui, modo iterum gigni existimauit; quanta quisque ætate sua manere potuit; nec ipse aliquid diuinæ menti in his operibus tribuens. Huius discipulus Anaximenes rerum causas infinito aeri dedit, & Deos ex ipso aere ortos credidit.

Anaxagoras vero eius auditor, harum rerum omnium quas videmus effectorem, diuinum animum sensit; & dixit ex infinita materia quæ constaret similibus inter se particulis rerum omnium, quibus suis & proprijs singula fierent, sed animo faciente diuino. Diogenes autem Anaximenis alter auditor, aerem quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent, sed eum esse compotem diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Anaxagoræ successit eius auditor Archelaus; etiam ipse de particulis similibus inter se, quibus singula quæque fierent, ita putauit constare omnia, vt inesse etiam mentem diceret, quæ corpora æterna, idest illas particulas coniungendo & dissipando, ageret omnia.

Huius discipulus fuit Socrates, magister Platonis, qui primus vniuersam philosophiam ad corrigendos mores, componendosque flexisse memoratur. Cum ante illum omnes magis physicis, idest naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderint. Sic autem diuersas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt, vt quidam summum bonum dicerent esse voluptatem, sicut Aristippus: Quidam virtutem, sicut Anastenes: sic alij atque alij, aliud atque aliud opinati sunt.

Philosophorum placita de summo bono.

Quod ex philosophis Platonici propius accesserunt veritati.

CAP. XXV.

CVm studium sapientiæ in actione & contemplatione verteretur. Vnde vna pars eius actiua, altera contemplatiua dici potest; quarum altera ad agendam vitam pertinet, scilicet actiua: Contemplatiua autem ad conspiciendas naturæ causas, & sinceritissimam virtutem. Socrates in actiua excelluisse memoratur. Pythagoras vero magis contemplatiuæ, quibus potuit intelligentiæ viribus institisse. Proinde Plato vtraque iungendo, philosophiam perfeciisse laudatur; quam in tres partes distribuit, vnam naturalem, quæ cõtemplationi deputata est; aliam moralem, quæ maximè in actione versatur; tertiam rationalem, qua verum disterminatur à falso. Quæ licet vtrisque, id est actioni & cõtemplationi sit necessaria, maximè tamen contemplatio perspectionem sibi vendicat veritatis. Fortassis autem qui Platonem acutius & veracius intellexisse laudantur, aliquid tale de Deo senserunt, vt in illo inueniatur, & causa subsistendi, & ratio intelligendi, & ordo viuendi. Quorum trium vnum ad naturalem, alterum ad rationalem, tertium ad moralem pertinere intelligitur. Si enim homo ita creatus est, vt per id quod in eo præcellit, attingat ad illud quod cuncta præcellit, vnum verum optimum Deum, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vsus expedit, ipse quæratur, vbi nobis secura sunt omnia; ipse cernatur; vbi nobis certa sunt omnia; ipse diligatur, vbi nobis recta sunt omnia.

Plato iungẽdo philosophiam actiuam & contemplatiuã, illam maximeperfecit.

Si ergo Plato Dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem dixit esse sapientem, cuius participatione sit beatus, quid opus est excutere cæteros? Nulli nobis quàm isti propius accesserunt. Cedat eis igitur, non solum Theologia illa fabulosa Deorum, carminibus oblectans animos impiorum, nec solum etiam illa ciuilis vbi impuri dæmones terrestribus gaudijs deditos populos, eorum nomine seducentes, humanos errores tanquam suos diuinos bonos habere voluerunt, ad spectandos suorum criminum ludos, cultores suos tanquam ad cultum suum studijs immundissimis excitantes & sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatoribus exhibentes. Sed alij quoque philosophi qui corporalia naturæ principia corpori deditis mẽtibus opinati sunt, cedant his tantis, & tanti Dei cognitoribus viris. Quantum enim ad illam philosophiæ partem, quam physicam, idest naturalem nuncupant, illi id solum cogitare potuerunt, quod cum eis corda eorum obstricta, carnis sensibus fabulata sunt.

Philosophia Platonica est præferenda cæteris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Qualiter Abraham, & prædicti philoſophi peruenerunt ad cognitionem vnius Dei.

CAP. XXVI.

Angelus inſtruxit Abraham de ijs quæ ad cultum veri Dei ſpectabant.

Clemens lib. 1. Itaque quondam poſt diluuium cæteris omnibus errantibus, Abraham cum arte eſſet aſtrologus, ex ratione & ordine ſtellarum potuit cognoſcere conditorem eius, cuius prouidentia intellexit cuncta moderari, vnde & Angelus ei per viſum apparens, plenius eum de his quæ ſentire cœpit, docuit.

Auguſt. de Ciuit Dei vbi ſupra. Iſti quoque ſummi philoſophi, quos merito fama & gloria cęteris prælatos videmus, conſideraverunt nullum corpus eſſe Deum. Et ideo cuncta corpora tranſcenderunt, quærentes Deum: viderunt́que quicquid mutabile eſt, non eſſe ſummum Deum, & ideo animam omneſ́que mutabiles ſpiritus tranſcenderunt, quærentes ſummum. Deinde viderunt omnem ſpeciem in re quacumque mutabili, qua eſt quicquid illud eſt, quoquomodo & qualiſcumque natura eſt, non eſſe poſſe, niſi ab illo qui vere eſt, quia immutabiliter eſt; ac per hoc, ſiue vniuerſi mundi corpus, figuras, qualitates, ordinatumque motum, & elementa diſpoſita, à cœlo vſque ad terram, & quæcumque corpora in eis ſunt, ſiue omnem vitam, vel quæ nutrit & continet, qualis eſt in arboribus; vel quæ & hoc habet & ſentit, qualis eſt in pecoribus; vel quæ & hoc habet & intelligit, qualis eſt in hominibus: vel quæ nutritorio ſubſidio non indiget, ſed tamen continet, ſentit, intelligit, qualis eſt in Angelis; niſi ab illo eſſe non poſſe, qui ſimpliciter eſt: quia non aliud eſt illi eſſe, aliud viuere, quaſi poſſit eſſe non viuens, Nec aliud eſt illi viuere, aliud intelligere, quaſi poſſit viuere non intelligens, Nec aliud eſt illi intelligere, aliud beatum eſſe, quaſi poſſit intelligere non beatus; ſed quod eſt illi viuere, intelligere, beatum eſſe, hoc eſt illi & eſſe. Propter hanc incommutabilitatem & ſimplicitatem, intellexerunt eum, & omnia illa feciſſe, & ipſum à nullo fieri potuiſſe. Conſideraverunt enim quicquid eſt, vel corpus eſſe, vel vitam, meliuſque aliquid eſſe vitam, quàm corpus; ſpeciemque corporis eſſe ſenſibilem, intelligibilem vitæ; Proinde intelligibilem ſpeciem ſenſibili prætulerunt. Senſibilia dicimus, quæ vſu tactuque corporis ſentiri queunt. Intelligibilia, quæ conſpectu mentis intelligi. Nulla eſt enim pulchritudo corporis, ſiue in ſtatu corporis, ſicut eſt figura; ſiue in motu, ſicut eſt in cantilena, de qua non animus iudicet; quod profecto non poſſet, niſi melior in illo eſſet hæc ſpecies, ſine tumore molis, ſine ſtrepitu vocis, ſine ſpatio, vel loci vel temporis. Sed ibi quoque niſi mutabilis eſſet, non alius alio melius de ſpecie ſenſibili iudicaret; melius ingenioſior quàm tardior; melius peritior quàm imperitior; melius exercitatior quam minus exercitatus; & idem ipſe vnus cum proficit, melius vtique poſtea quam prius. Quod autem recipit magis vel minus, ſine dubitatione mutabile eſt. Vnde ingenioſi homines, & docti, & in his exercitati, facile collegerunt non eſſe in his rebus primam ſpeciem, vbi mutabilis eſſe conuincitur. Cum igitur in eorum conſpectu, & corpus & animus, magis minuſque ſpecioſa eſſent, viderunt eſſe aliquid vbi prima & incommutabilis ſpecies eſſet, & ideo nec comparabilis: atque ibi eſſe rerum principium rectiſſime crediderunt, quod factum non eſſet, & ex quo cuncta facta eſſent; ita quod notum eſt Dei, manifeſtauit eis ipſe, cum ab eis inuiſibilia eius, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpecta ſunt.

Quomodo philoſophi deuenerint in cognitionem vnius Dei.

Auctor. Quæ autem philoſophi de Deo vera dixerunt, require ſupra lib 1.

De vera Theologia, quæ & Diuina.

CAP. XXVII.

Tres ſunt partes philoſophiæ.

Hugo ſuper hierarchiam. Nunc dicendum eſt quid ſit Theologia. Altius quidem inſpicienti propter euidentiam dicendorum, philoſophia tres continet partes. Primam, ſcilicet logicam, quæ vim & modum ratiocinationum, verique & falſi firmum iudicium aſſumpſit. Secundam, ideſt ethicam, quæ modum viuendi rectum, & diſciplinę formam, ſecundum virtutum inſtituta diſponit. Tertiam, ſcilicet theoricam, quæ ſola verum in omni quod eſt, & quod non eſt ſcrutari elegit. Huius, id eſt theoticæ tres ſunt partes. Prima mathematica. Secunda phyſica. Tertia theologica. In quibus contemplatio veritatis, quaſi quibuſdam contemplationum gradibus ad ſummum conſcendit: Mathematica ſpeculatur viſibiles rerum inuiſibilium formas. Phyſica ſcrutatur inuiſibiles rerum viſibilium cauſas. Sola vero theologia contemplatur inuiſibiles ſubſtantias, & eorum inuiſibiles naturas.

Philoſophiæ ſpeculatiuæ tres ſunt partes.

Seneca in lib, epiſtolarum 6. Quæcumque videmus, aut tangimus, Plato in illis non numerat quæ eſſe propriè putat; fluunt enim & in aſſidua diminutione, atque adiectione ſunt, hoc eſt quod ait Heraclitus: *In idem flumen bis deſcendimus, & non deſcendimus.* Manet enim idem fluminis nomen, aqua tranſmiſſa eſt.

Deus eſt ens per excellentiam & non vniuoce cum creaturis.

Auctor. Et his poteſt intelligi, quomodo accipiebat Plato Deum appellari ens, vel quod eſt, ſcilicet per excellentiam. Vnde dicit Auguſt. quod illa verba Domini ad Moyſen *Ego ſum qui ſum*, Platò vehementer tenuit, & diligentiſſime commendauit. Erauit autem valde, cum Deum poſuit in exiſtentium diuiſione, cum aliter dicatur eſſe creator, & aliter creatura. Non enim vniuocè prædicatur ens de Deo, & de cæteris. Quare Deus in eorum quæ ſunt diuiſione, poni non poteſt.

De materia diuinæ Theologiæ.

CAP. XXVIII.

Richardus in lib. exceptionum 1. Theologia, vt dictum eſt, tractat de inuiſibilium eſſentijs, ideſt de Deo, & ſpiritualibus creaturis, verum inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur. Opus autem duplex eſt, ſcilicet opus conditionis, quo factum eſt vt eſſent quæ non erant, & opus reſtaurationis, quo factum eſt vt melius eſſent quæ perierant. Opus conditionis eſt creatio mundi, cum omnibus elementis ſuis. Opus reſtaurationis eſt incarnatio Verbi, cum omnibus ſacramentis ſuis, primum in ſex diebus factum eſt, ſecundum non niſi ſex ætatibus perfici poteſt. Sex tamen contra ſex ſunt, vt cognoſcatur idem eſſe redemptor, qui creator.

Opus Dei duplex ſcil. conditionis & reſtaurationis.

Per opus conditionis tria inuiſibilia Dei demonſtrantur, ſcilicet ſapientia, potentia, benignitas; potentia creat, ſapientia gubernat, benignitas conſeruat. Potentiam manifeſtat creaturarum immenſitas, ſapientiam decor, bonitatem vtilitas. Immenſitas creaturarum in multitudine & magnitudine; multitudo in ſimilibus, in diuerſis, in permixtis: Magnitudo eſt in mole, & ſpatio: moles eſt in maſſa & pondere: ſpatium eſt in longo & lato, profundo & alto; Decor creaturarum eſt in ſitu & motu, in ſpecie & qualitate: Situs eſt in compoſitione & ordine: Ordo eſt in loco, & tempore, & proprietate. *Motus* eſt quadripartitus, ſcilicet localis, naturalis, animalis, rationalis. *Localis* eſt ante, & retro, dextroſum & ſiniſtroſum, ſurſum & deorſum, & circum. *Naturalis* eſt cum incremento & decremento. *Animalis* eſt in ſenſibus & appetitibus. *Rationalis* eſt in factis & conſilijs. *Species* eſt forma viſibilis, quæ oculo diſcernitur, ſicut colores, & figuræ corporum. Qualitas eſt proprietas interior, quæ certis

Per opus cõditionis tria inuiſibilia Dei demonſtrantur.

Motus quadruplex.

ſenſibus

sensibus percipitur, vt melos in sono, auditu aurium, dulcor in sapore, gustu faucium; fragrantia in odore, olfactu narium; lenitas in corpore, tactu manuum Vtilitas creaturarum constat in grato & apto, commodo & necessario: Gratum est quod placet, aptum quod conuenit, commodum quod prodest, necessarium sine quo quid esse non potest. Opus conditionis factum est, vt statim homini subesset: Opus restaurationis, vt lapsum erigeret.

De distantia eius à Theologia mundana.

CAP. XXIX.

Duo sunt simulacra quibus Deus cognoscitur s. naturæ & gratiæ, sed hoc secundū est omnino necessarium ad mōstrandum & illuminandum.

HVgo vbi supra. Itaque duo simulacra proposita erant homini, in quibus inuisibilia videre potuisset, vnum naturæ, & alterum gratiæ. Simulacrum naturæ erat species huius mundi; simulacrum gratiæ humanitas verbi. Et in vtroque Deus monstrabatur, sed in vtroq; non intelligebatur; quia natura quidem specie sua artificem demonstrauit, sed contemplantis oculos illuminare non potuit: Humanitas autem verbi, & medicina fuit, vt cæci lumen reciperent, & doctrina pariter, vt videntes agnoscerent veritatem. Lutum fecit ex spuro, & liniuit oculos cæci, & lauit, & vidit: & deinde videnti & cognoscenti ait: *Ego sum, & qui loquitur tecum ipse est filius Dei:* Prius ergo illuminauit, postea demonstrauit: Natura enim demonstrare potuit, sed illuminare non potuit. Per simulacra igitur naturæ creator tantum significabatur. In simulacris vero gratiæ Deus præsens ostendebatur: quia in his ita operatus est, vt intelligeretur esse, In istis vero vt agnosceretur præsens esse.

Hæc est distantia theologiæ huius mundi, à diuina theologia. Impossibile enim est inuisibilia, nisi per visibilia demonstrari: & omnis theologia necesse habet visibilibus demonstrationibus vti, in inuisibilium declarationem: Sed mundana vt diximus theologia, opera conditionis assumpsit, & opera huius mundi speciem concreata, vt demonstrationem suam faceret in illis: theologia vero diuina opera restaurationis elegit, secundum humanitatem Iesu, & sacramentorum eius quæ ab initio sunt: Naturalibus quoque pro modulo subiunctis, vt in illis eruditionem conformaret. Maior autem vt diximus declaratio in sacramentis gratiæ, & carne verbi, & mystica operatione ipsius ostenditur, quàm naturali rerum specie prædicetur; & ideo mundana theologia parum euidenti demonstratione vtens, non valuit incomprehensibilem veritatem sine contagione erroris educere, quam diuina nosci tur theologia, simplici & pura assertione prædicare.

Discrimen inter theologiam diuinā & naturalē.

De causa, & modo quibus edita est scriptura diuina.

CAP. XXX.

Difficile est homini mētem in Deū eleuare.

AVgust. de Ciuit. Dei lib. 11. Magnum quidem est, & admodum rarum, pauciſque concessum, vniuersam creaturam corpoream & incorpoream, consideratam compertamq, mutabilem, intentione mentis excedere, atque ad incommutabilem Dei substantiam peruenire, & illic discere ex ipso, quod cunctam creaturam, quæ non est quod ipse, non fecit nisi ipse. Sic enim Deus cum homine, non per aliam creaturam loquitur corporalem, nec per corporis imaginem, sed ipsa veritate, si quis sit idoneus ad audiendum mente non corpore: ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine cæteris quibus constat est melius, & quo ipse Deus solus est melior. Dum enim homo rectissime intelligatur, vel si hoc non poterit, saltem credatur factus ad imaginem Dei, profecto ea sui parte propinquior est superiori Deo, qua superat inferiores suas, quas etiam cum pecoribus communes habet.

Necessitas fidei.

Sed quia ipsa mens, cui ratio & intelligentia naturaliter ineſt, vitijs quibusdam veteribus & tenebrosis opprimitur, inualida est, non solum ad inhærendum fruendo, verumetiam ad perferendum incommutabile lumen, donec de die in diem renouata atque serenata, fiat tantæ felicitatis capax: fide enim primum fuerat imbuenda, atque purganda. In qua vt fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Deus Dei filius homine assumpto, non Deo consumpto, eandem constituit atque fundauit fidem, vt ad Deum iter esset homini per hominem Deum. Hic prius per prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos, quantum satis esse iudicauit locutus, & scripturam condidit, quæ canonica nominatur, eminentissimæ auctoritatis, cui fidem habens de his rebus quas ignorare non expedit, nec per nosipsos nosse idonei sumus. Sicut enim de visibilibus quæ non vidimus, eis credimus qui viderunt; ita de inuisibilibus, quæ animo & mente sentiuntur, sed à nostro sensu interiore remota sunt, his nos oportet credere, qui hoc in illo lumine incorporeo dispositia didicerunt, vel manentia contuentur.

Deus nobis loquitur per prophetas.

Visibilium omnium maximus mundus est: Inuisibilium omnium maximus Deus est; sed mundum esse conspicimus, Deum esse credimus. Quòd autē Deus fecit mundum, nulli potius credimus quam ipsi Deo, vbi eum audiuimus, nusquam interim melius quàm in scripturis sanctis, vt dixit propheta eius. *In principio Deus creauit cœlum & terram.* Nunquid ibi fuit iste propheta quando fecit cœlum & terram? non, sed ibi fuit sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, quæ in animas etiam sanctas se transfert Amicos Dei & prophetas constituit, eisque opera sua sine strepitu enarrat intus. Loquuntur eis quoque Angeli sancti, qui semper vident faciem patris, voluntatemq; eius quibus oportet annunciant. Ex his vnus erat ille propheta, qui dixit & scripsit. *In principio Deus fecit cœlum, & terram;* qui tam idoneus testis est, per quem Deo credendum sit, vt eodem spiritu quo hæc sibi reuelata cognouit, etiam ipsam fidem nostram futuram tanto ante prædixerit.

De excellentia diuinæ scripturæ respectu secularis scientiæ.

CAP. XXXI.

Philosophia mundana assimilatur parieti dealbato, diuina vero fauo mellis.

RIchardus vbi supra. Philosophorum scripturæ, quasi luteus paries dealbatus, nitore eloquij foris pollent. Quæ si quando veritatis prætendunt speciem, falsa dimiscendo, quasi quodam colore superducto, lutum erroris operiunt. Econtra diuina eloquia aptissime fauo comparantur, quæ & propter simplicitatem sermonis arida apparent, & intus dulcedine plena sunt.

In quo consistat cognitio vocum & rerum.

Richardus vbi supra. In hoc autem valde excellentior est diuina scriptura scientia seculari, quod in ea non solum voces, sed & res significatiuæ sunt. Sicut igitur in eo sensu qui est inter voces & res, necessaria est cognitio vocum, sic in eo sensu qui inter res & facta vel facienda mystica versatur, necessaria est cognitio rerum. Cognitio vocum in duobus consistit. In pronunciatione, ad quam solam pertinet grammatica; & significatione, ad quam solam dialectica; ad pronunciationem simul & significationem pertinet rhetorica. Cognitio rerum consistit in forma & natura. Forma est in exteriori dispositione, natura in interiori qualitate. Omnis autem dispositio, vel in numero est, ad quam pertinet arithmetica; vel in proportione, ad quam musica; vel in situ, ad quam geometria; vel in motu, ad quam astronomia. Ad interiorem vero qualitatem spectat physica. Omnes igitur artes subseruiunt diuinæ sapientiæ, & inferior scientia recte ordinata ad superiorem conducit. Sub eo igitur sensu qui inter voces & res versatur, continetur historia, &

Omnes scientiæ subseruiunt theologiæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ei ſubſeruiunt tres ſcientiæ, ſcilicet grammatica, dialectica, rhetorica. Et ſub eo ſenſu qui inter res & facta myſtica verſatur, continetur allegoria. Et ſub illo qui eſt inter res & facienda myſtica, continetur tropologia. Et his duabus ſubſeruiunt arithmetica, muſica, geometria, aſtronomia, & phyſica.

De ſacrorum eminentia librorum.

CAP. XXXII.

Canica ſcriptura eſt excellentis authoritatis adeo vt de illa non licet dubitare, ſecus de aliis ſcriptis ſanctorũ.

Auguſt. in 11. diſputatione contra Fauſtum. Sunt quidam libri, qui non præcipiendi auctoritate, ſed proficientis exercitatione conſcribuntur à nobis. Inter hos ſunt de quibus dicit Apoſtolus. *Et ſi quid aliud ſapitis, id quoque vobis reuelauit Deus:* quod genus literarum non cum credendi neceſſitate, ſed cum iudicandi libertate legendum eſt. Cu tamen ne intercluderetur locus, & adimeretur poſteris ad quæſtiones difficillimas tractandas, atque verſandas, linguæ & ſtili ſalubertimus labor, diſtincta eſt à poſteriorum libris excellentia canonica auctoritatis veteris eſtamenti & noui. Apoſtolorum firmata temporibus, per ſucceſſiones epiſcoporum, & propagationes Eccleſiarum, tanquam in ſede quadam ſublimiter conſtituta eſt, cui ſeruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Ibi ſi quid velut abſurdum mouerit, dicere non licet.

Author huius libri veritatẽ non tenuit, ſed aut codex mendoſus eſt, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opuſculis autem poſteriorum, licet eadem inueniatur veritas, longe tamen eſt impar auctoritas; vnde niſi vel certa ratione, vel ex illa canonica auctoritate demonſtretur, quod ibi diſputatum eſt, vel narratum; ſi quis credere noluerit, non reprehenditur. In iſta vero canonica eminentia ſacrarum literarum, etiamſi vnus prophera, vel Apoſtolus, vel Euangeliſta aliquid in literis ſuis poſuiſſet, quod ipſa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare quin verum ſit; alioquin nulla erit pagina, qua humanæ imperitiæ regatur infirmitas, ſi librorum ſaluberrima auctoritas aut contempta penitus aboletur, aut interminata confunditur.

De numero, & nominibus eorum.

CAP. XXXIII.

Triplex ordo veteris teſtamenti.

Iſidorus in lib. etym. 6. Hebræi vetus teſtamentum, Eſdra authore, iuxta numerum literarum ſuarum, in vigintiduobus libris, accipiunt, diuidentes eos in tres ordines, legis ſcilicet, Propherarum, & Agiographorum. Primus ordo legis in quinque libris accipitur, quorum primus eſt Bereſith, quod eſt Geneſis; ſecundus Veelle Semoth, quod eſt Exodus; tertius Vaicra, ideſt Leuiticus, quartus Vaiedabber, quod eſt Numeri: quintus Elleaddebarim, quod eſt Deuteronomium. Hos libros Hebræi Thorath, Latini legem appellant.

Volumina veteris teſtamenti ſecundũ Hebræos ſunt 22. iuxta numerum literarum ſuarum.

Secundus ordo eſt propherarum, in quo continentur octo libri. Quorum primus Ioſue Bennun, qui & Latine Ieſu naue dicitur. Secundus Sophotim, quod eſt Iudicum: Tertius Samuel, qui eſt Regum primus: Quartus Malachim, qui eſt Regum ſecundus: Quintus Eſaias: Sextus Hieremias: Septimus Ezechiel: Octauus Tariſta, ideſt xij prophetarum. Qui libri, quia ſibi pro breuitate adiuncti ſunt, pro vno accipiuntur.

Tertius ordo eſt Agiographorum, id eſt ſancta ſcribentium, in quo ſunt nouem libri. Primus Iob: Secundus Pſalterium: qui in quinque inciſionibus diuiditur: Tertius eſt Miſle, quod eſt prouerbia Salomonis: Quartus Coheleth, quod eſt Eccleſiaſtes: Quintus Sithaſſirim id eſt Cantica Canticorum: Sextus Daniel. Septimus Dibre hajamini, ideſt Verba dierũ, hoc eſt Paralipomenon, qui & Chronicon: Octauus Eſdras, qui in duos libros diuiditur apud Græcos & Latinos: Nonus Heſter, qui ſimul omnes, quinque, 8. & 9. fiunt vigintiduo, ſicut ſuperius ſunt comprehenſi. Quidam autem Ruth & Rinoth, id eſt Lamentationem Hieremiæ Agographis adijciunt, & vigintiquatuor volumina teſtamenti veteris faciunt; iuxta vigintiquatuor ſeniores, qui ante conſpectum Domini aſſiſtunt.

Libri canonici qui non ſunt in canone Hebraico.

Quartus ordo eſt apud nos veteris teſtamenti, eorum librorũ qui in canone Hebraico non ſunt. Quorum primus Sapientiæ liber eſt: Secundus Eccleſiaſticus: Tertius Tobias: Quartus Iudith: Quintus & ſextus Machabæorum: Quos licet Iudæi inter apocripha ſeparent, Eccleſia tamen Chriſti inter diuinos libros, & honorat, & prædicat.

Duplex ordo noui teſtam.

In nouo autem teſtamento duo ſunt ordines. Primus Euangelicus, in quo ſunt Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: Secundus Apoſtolicus, in quo ſunt Paulus in quatuordecim epiſtolis: Petrus in duabus: Ioannes in tribus Iacobus & Iudas in ſingulis; actus Apoſtolorum, & Apoc. Ioannis.

Diuiſio vtriuſque teſtamenti.

Summa autem vtriuſque teſtamenti trifariè diſtinguitur ideſt in hiſtoria, in moribus, in allegoria. Rurſus iſta tria multifariè diuiduntur, ideſt quid à Deo, quid ab Angelis vel ab hominibus geſtum dictumq; ſit; quid à prophetis pronunciatum de Chriſto, & corpore eius; quid de diabolo & membris eius; quid de veteri & nouo populo; quid de præſenti ſeculo, & futuro regno atque iudicio.

De Auctoribus librorum Heptatici, & Regum.

CAP. XXXIIII.

Moyſes author fuit Pẽtateuchi.

PRimus itaque Moyſes diuinæ hiſtoriæ coſmographiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentateuchum à quinque voluminibus dicitur: *Penta* enim Græce quinque, *teuchos* volumen. Geneſis liber dicitur, eo quod mundi generatio in eo continetur. Exodus vero, eo quod exitum populi de Ægypto digerit. Leuiticus vero, quod leuitarum miniſteria, & diuerſitatem victimarum exequitur. Numeri vero, eo quod in eo tribus egreſſæ de Ægypto numerantur, & 42 per eremum manſiones. Deuteronomium Græcè, Latinè ſecunda lex, ideſt repetitio, & Euangelicæ legis præfiguratio; quæ ſic ea habet quæ priora ſunt, vt tamen noua ſint omnia quæ in eo replicantur.

Ioſue libri ſui nominis auctor extitit.

Ioſue liber ab eo nomen accepit, cuius hiſtoriam continet. Scriptorem vero eius eundem Ioſue Hebræi aſſerunt, in cuius textu poſt Iordanis tranſitum regna hoſtium ſubuertuntur, terra populo diuiditur, & per ſingulas vrbes, viculos, montes, atque confinia, Eccleſiæ cæleſtiſque Hieruſalem ſpiritualia regna præfiguratur. Iudicum vero nominatur à principibus populi, qui præfuerunt in Iſrael poſt Moyſen & Ioſue, antequam Dauid & cæteri reges exiſterent, hunc librum & Ruth edidiſſe creditur Samuel.

Duos primos libros Regũ inchoauit Samuel perfecit Dauid.

Liber Samuel, eiuſdem Samuelis natiuitatem, & ſacerdotium, & geſta deſcribit, idcirco & ab eo nomen accepit; & quamuis hic liber Saul & Dauid hiſtoriam contineat, vtriq; tamen ad Samuel referuntur, quia ipſe vnxit Saul in regnum, ipſe Dauid in regem futurum. Cuius libri primam partem conſcripſit ipſe Samuel; ſequentia vero eius vſque ad calcem, ſcripſit ipſe Dauid.

Poſteriores in vnum volumen coegit Hieremias.

Malachim liber proinde appellatur, eo quod Reges Iudæ, & Iſraeliticæ gentis, geſtaq; eorum per ordinem digerat temporum. Malachim enim Hebraicè, Latinè Regum interpretatur. Hunc librum Hieremias primus in vnũ volumen coegit, nam antea ſparſus erat per ſingulorum Regum hiſtorias. Paralipomenon Græcè dicitur, quod nos prætermiſſorum, vel reliquorum dicere poſſumus; quia ea quæ in lege, vel Regum libris omiſſa, vel non plene relata ſunt, in iſto ſummatim ac breuiter explicantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De libro Iob, & Psalterio, & operibus Salomonis.

CAP. XXXV.

Librum Iob ab ipso scriptum putatur

LIbrum Iob, quidam Moysen scripsisse arbitrãtur, alij vnum ex prophetis. Nonnulli vero eundem Iob, post plagam suæ passionis, scriptorem fuisse existimant, vt qui certamina spiritualis pugnæ sustinuit, ipse narraret quas victorias expediuit. Principia autẽ & fines libri Iob apud Hebræos, prosaica oratione contexta sunt, media autem ipsius, ab eo loco quo ait: *Pereat dies in qua natus sum*, vsque ad illum locum: *Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam*; omnia heroico metro discurrunt.

Media pars Iob apud Hebræos heroico metro discurrit, psalmi vero diuerso metro.

Psalmorum liber Græcè Psalterium, Hebraicè Nabla, Latinè organum dicitur: vocatus autem psalmorum liber, quod vno propheta canente ad psalterium, chorus consonando responderet. Titulus autem in psalmis Hebraicus est Thehilim, quod interpretatur, volumen Hymnorum. Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis, Moyses scilicet, & Dauid, & Salomon, Asaph, Ethan, Idithum; & filij Chore, Eman Israelitæ, & reliquorum, quos Esdras vno volumine comprehendit. Omnes autem Psalmos apud Hebræos, metrico constat carmine esse compositos. Nam in more Romani Iacci, & Græci Pyndari, nunc alij iambo currunt, nunc elegiaco personant, nũc Sapphico nitent trimetro, vel tetrametro pede incedẽtes.

Auctores Psalmorum.

Salomon tria edidit volumina & quidem carmine hexametro & pentametro.

Salomon iuxta numerum vocabulorum suorum, tria volumina edidit; quorum primus est Misse, quem Græci Parabolas, Latini vero Prouerbiorum nominant, eo quod in ipso sub comparatiua similitudine, figuras verborum, & imagines veritatis ostenderet: Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reseruauit. Secũdum librum Coheleth vocauit, qui Græcè Ecclesiastes dicitur, Latinè concionator, eo quod sermo eius non specialiter ad vnum, sicut in prouerbijs, sed ad omnes generaliter dirigatur; docens omnia quæ in mundo cernimus, caduca esse, & breuia, & ob hoc minime appetenda. Tertium librum Sirhassirim prænotauit, quæ in Latinam linguam vertitur Cantica Canticorum, vbi per epithalamium carmen, coniunctionem Christi & Ecclesiæ mysticè canit. Dictum est autem Canticum Canticorũ, eo quod omnibus canticis prẽferatur quæ in scripturis sanctis habentur: sicut quẽdam in lege dicuntur sancta, quibus maiora sunt Sancta sanctorum. Horum autem trium librorum carmina hexametris, & pentametris versibus, apud suos composita perhibentur, vt Iosephus Hieronymusque scribunt.

De libris prophetarum, ac cæteris veteris testamenti.

CAP. XXXVI.

Esaias edidit librũ suum, vti etiam Hieremias.

ISaias Euangelista potius quàm propheta, libr. suum edidit, cuius per omnem textum eloquentiæ prosa incedit. Canticum vero hexametro, & pentametro versu discurrit. Hieremias similiter edidit librũ suum, cum Threnis eius, quos nos lamenta vocamus, eo quod in tristioribus, funeribusque adhibeantur: in quibus quadruplex diuerso modo composuit alphabetum: Quorum duo prima Sapphico metro sunt scripta, quia tres versiculos qui sibi nexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt, heroicum comma concludit. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, & à ternis literis versus terni incipiunt. Quartum simile primo & secundo habetur.

Ezechiel & Daniel à viris quibusdã sapientibus scripti perhibentur.

Ezechiel & Daniel à viris quibusdam sapientibus scripti esse perhibentur. Quorum Ezechiel principia & fines multis habet obscuritatibus inuoluta. Daniel vero claro sermone regna orbis pronunciat, & tẽpus aduentus Christi manifestissima prędicatione annunciat. Hi sunt quatuor prophetæ, qui maiores vocantur, quia prolixa volumina collegerunt.

Liber duodecim prophetarum, authorum suorum nominibus prænotatur. Qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum breues sunt; vnde & connexi sibimetipsi in vno volumine adinuicem continentur. Quorum nomina sunt Oseę, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, & Malachias. Esdræ liber authoris titulo prænotatur, in cuius textu eiusdem Esdræ Neemiæque sermones pariter continentur: Hester librum Esdras credirur conscripsisse. In quo eadem regina sub figura Ecclesiæ Dei, populum à seruitute & morte eripuisse scribitur, atque interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, diei celebritas in posteros mittitur.

Minores Prophetæ suos libros composuerunt, vti etiam Esdras librũ Esdræ & Hester.

De auctore libri Sapientiæ non constat sicut nec Iudith Tobiæ & Machabæorum: Ecclesiasticus tamen auctor fuit Iesus filius Syrach.

Liber sapientiæ apud Hebræos nusquam est, quem Iudęi Philonis esse affirmant, qui proinde sapientiæ nominatur, quia in eo Christi aduentus, qui est sapientia patris, & passio eius euidenter exprimitur. Librum autem Ecclesiasticum certissime Iesus filius Syrach Hierosolimita, nepos Iesu sacerdotis magni composuit, cuius meminit & Zacharias; qui liber apud Latinos propter eloquij similitudinem Salomonis titulo prænotatur. Dictus est autem Ecclesiasticus eo quod de totius Ecclesiæ disciplina religiosæ conuersationis, magna cura & ratione sit editus, hic apud Hebręos reperitur, sed inter apocriphos habetur. Iudith vero & Tobias, siue Machabæorum libri, quibus authoribus scripti sint minime constat, habent autem vocabula ex eorum nominibus, quorum gesta scribuntur.

De Authoribus quatuor Euangeliorum, & Apocalypsis.

CAP. XXXVII.

Auctores 4. Euangeliorũ. Matthæus.

Hieronymus in lib. de viris illustribus. Matthæus, qui & Leui, ex Publicano Apostolus, primus in Iudęa propter eos qui ex circuncisione crediderant, Euangelium Christi Hebræis literis, verbisque composuit. In quo aduertendum, quod vbicumque, siue ex persona sua siue ex Domini Saluatoris, veteris scripturæ testimonijs vtitur, non sequitur septuaginta translatorum auctoritatem, sed Hebraicam; è quibus illa duo sunt: *Ex Ægypto vocaui filium meum, & quoniam Nazareus vocabitur.*

Marcus.

Marcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & Ecclesijs legendum sua auctoritate tradidit. Meminit huius Marci, & Petrus in prima epistola; *Salutat* inquit *vos Marcus filius meus.* Assumpto itaque Euangelio quod ipse confecerat, perrexit ad Ægyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians constituit Ecclesiam, tantæ doctrinæ & vitæ continẽtia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.

Lucas.

Lucas medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator Pauli Apostoli, & omnis eius peregrinationis comes: scripsit Euangelium, de quo idem Apostolus: *Misimus* inquit *cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias.* Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Apostolicarum actionum prænotatur.

Ioannes.

Ioannes Apostolus, nouissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis aduersus Cerinthum, & alios quoque hęreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quod cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantum anni in quo & passus est post carcerem Ioannis historiam texuisse, prætermisso itaque anno

cuius acta à tribus compoſita fuerunt, ſuperioris temporis, antequam Ioannes clauderetur in carcere, geſta narrauit. In Pathmos quoque inſulam relegatus, Apocalypſim ſcripſit.

Cur 4. fuerint Euangeliſtæ ſcriptores, & cur interdum verbis non concordant.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, homelia prima. Quæri poteſt cur quatuor fuerunt Euangeliorum ſcriptores, cum vnus ſufficeret cuncta memorare. Sufficeret quidem, ſed cum quatuor ſint, qui hoc conſcribant; nec eiſdem temporibus, nec eiſdem locis, & tamen quaſi ex vno ore omnia pronunciant, fit hoc ſine dubio veritatis pergrande documentum, verum econtrario inquis res accidit: In multis enim inter ſe diſſonant, at hoc ipſum eſt maximum veritatis teſtimonium: Si enim ex toto vſque ad ſingula verba concinnarent, inimici veritatis eos crederent ad decipiendum homines, communi conſilio congregatos ſcripſiſſe.

De Epiſtolis Pauli.

CAP. XXXVIII.

Hieronymus vbi ſupra. Paulus Apoſtolus, qui antea Saulus, extra numerum 12. Apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudeæ Giſtalis fuit; quo à Romanis capto, cum parentibus ſuis Tharſum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymam, à Gamaliele viro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autem interfuiſſet ne ei martyris Stephani, & acceptis à pontificibus templi epiſtolis ad perſequendos eos qui crediderant Chriſto, Damaſcum pergeret, reuelatione compulſus ad fidem, quæ in actibus Apoſtolorum ſcribitur, in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt. Cumque primum ad prædicationem eius Sergius Paulus proconſul Cypri credidiſſet, ab eo quod eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen: & adiuncto ſibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertenſque Hieroſolymam, à Petro, Iacobo, & Ioanne, gentium Apoſtolus ordinatur. Et poſt paſſionem Domini viceſimoquinto anno, ideſt ſecundo Neronis, eo tempore quo Feſtus procurator Iudeæ ſucceſſit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in Liſiæ remanens cuſtodia, aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit.

Vnde Saulus, & cur Paulus nuncupatus.

Paulus prædicauit Euangelium in Occidẽte.

Sciendum autem in prima defenſione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ; Paulum à Nerone dimiſſum, vt Euangelium Chriſti in occidentis quoque partibus prædicaret; ſicut ipſe ſcribit in ſecunda ad Thimoth. eo tempore quo paſſus eſt, & de vinculis dictat epiſtolam: *In prima mea defenſione nemo mihi affuit, &c.* Manifeſtiſſimè per Leonem propter crudelitatem, Neronem ſignificans. Et hic ergo quarto decimo Neronis anno, eodem die quo & Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatur.

Quot ſcripſerit epiſtolas Paulus, & cur illa ad Hebræos in ſtilo à cæteris differat.

Scripſit autem 9. ad 7. Eccleſias epiſtolas. ad Romanos 1. ad Corinthios 2 ad Galatas 1. ad Epheſios 1. ad Philippenſes 1. ad Colloſſenſes 1. ad Theſſalonicenſes 2. Præterea ad diſcipulos ſuos, Timotheo 2. Tito 1. Philemoni 1. Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos non eius creditur, propter ſtili ſermoniſque diſſonantiam, ſed vel Barnabæ, vel Clementis, vel Lucæ; vel certè quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis, titulum in principio ſalutationis amputauerat. Scripſerat autem vt Hebræus Hebraicè, ideſt ſuo eloquio diſertiſſime, & quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentius vertiſſe dicitur in Græcum, & hanc eſſe cauſam quod à cæteris Pauli epiſtolis diſcrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.

De ſeptem epiſtolis canonicis.

CAP. XXXIX.

Iacobus filius Mariæ ſororis matris Domini ſcripſit vnã epiſtolam.

IAcobus qui appellatur frater Domini, cognomento iuſtus, vt nonnulli exiſtimant, filius erat fratris Ioſeph; vt autem mihi videtur, Mariæ ſororis matris Domini, cuius Ioannes in libro ſuo meminit, filius: poſt paſſionem Domini ſtatim ab Apoſtolis Hieroſolymorum epiſcopus ordinatur. Vnam tantum epiſtolam ſcripſit, quæ de ſeptem catholicis eſt. Hic de vtero matris ſanctus fuit; vinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nec attonſus eſt, nec vnctus vnguento, nec vſus balneo, &c. Tradit Ioſephus tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in plures, vt propter eius necem creditum ſit ſubuerſam Hieroſolymam. Euangelium quoque, quod appellatur ſecundum Hebræos, & à me nuper in Græcum ſermonem & Latinum tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpe vtitur; poſt reſurrectionem Saluatoris ſic refert: *'Dominus autem cum dediſſet ſindonem ſeruo ſacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei: Iurauerat enim Iacobus non ſe commeſturum panem ab illa hora qua biberat, calicem Domini, donec videret eum reſurgentem.*

Simon Petrus, filius Ioannis, prouinciæ Galileæ ex Vico Bethſaida, frater Andreæ Apoſtoli, princeps Apoſtolorum, poſt epiſcoparum Antiochienſis Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum. qui de circunciſione crediderant in Ponto, Galatia, Capadocia, Aſia, & Bithinia, ſecundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem magum Romam pergit; ibique 25. annis cathedram ſacerdotalem tenuit, vſque ad vltimum annum Neronis, ideſt quartumdecimum, à quo affixus cruci martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime, pedibus eleuatis, aſſerens ſe indignum quod ſic crucifigeretur vt Dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominantur.

Petrus Romæ ſedit 25. annis & ſcripſit duas epiſtolas.

Ioannes Apoſtolus, quem Ieſus amauit plurimũ, filius Zebedæi, & frater Iacobi. Scripſit & vnam epiſtolam, cuius exordium eſt: *Quod fuit ab initio, &c.* Reliquæ autem duæ Ioannis preſbyteri aſſeruntur, cuius & hodie ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur: at nonnulli putant duas memoratas eiuſdem Ioannis Euangeliſtæ eſſe. Iudas frater Iacobi, vnam paruam quæ de 7. catholicis eſt epiſtolam reliquit: & quia de libro Enoch, qui apocriphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſque reijcitur; tamen auctoritatem vetuſtate iam & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

Ioannis iam receptæ ſunt epiſtolæ tres; Iudæ vero vnica.

De reparatione facta bibliothecæ, & tranſlatoribus ſcripturæ.

CAP. XL.

ISidorus *vbi ſupra lib. 6.* Bibliotheca à Græco nomen accepit, eo quod ibi reconduntur libri. Nam *biblio* liber, *theca* repoſitio interpretatur. Bibliothecam veteris teſtamenti Eſdras Scriba poſt incenſam legem à Chaldæis, dum Iudæi regreſſi fuiſſent in Hieruſalem diuino afflatus ſpiritu reparauit; cunctaque legis, & prophetarum volumina, quæ fuerant à gentibus corrupta, correxit. Ptolemæus cognomento Philadelphus, omnis literaturæ ſagaciſſimus, cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum æmularetur, non ſolum gentium ſcripturas, ſed etiam diuinas in bibliothecam ſuam contulit. Nam 70. millia librorum huius temporibus Alexandriæ ſunt inuenta, hic etiam ab Eleazaro pontifice petens ſcripturas veteris teſtamenti, in Græcam vocem ex Hebræa lingua per 70. interpretes transferre curauit; quas in Alexandrina bibliotheca habuit. Siquidem ſinguli in ſingulis cellulis ſeparati, ita omnia per Spiritum ſanctum interpretati ſunt, vt nihil in alicuius eorum codice inuentum eſſet, quod à cæteris vel in verborum ordine diſcreparet. Fuerunt

Eſdras vetus teſtam. reparauit.

Tranſlatio 70.

Septem sunt translationes scripturæ in linguam Græcam.

& alij interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, & Theodotion, sicut etiam vulgaris illa interpretatio, cuius author non apparet; & ob hoc, quia sine nomine interpretis, 5. editio nuncupatur. Præterea sextam, & septimam editionem Origenes miro labore reperit, & cum cæteris editionibus comparauit. Presbyter quoque Hieronymus, trium linguarum peritus, de Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas conuertit, eloquenterque transfudit; Cuius etiam interpretatio merito cæteris antefertur. Nam est & verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior, atque (vtpote à Christiano) interpretatio verior.

Conuersio Hieronymi Latina est cunctis præferenda.

De sacræ scripturæ doctoribus & expositoribus.

CAP. XLI.

APud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Cæsariensis conscripsit, Pisistratũ sacræ bibliothecæ studio primus adęquare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope 30. voluminum millia habuit. Hieronymus quoque atque Gennadius Ecclesiasticos scriptores toto orbe quærentes, ordine prosecuti sunt, eorumque studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt. De nostris quoque apud Græcos Origenes, in scripturarum labore, tam Græcos quàm Latinos, operum suorum numero superauit. Denique Hieronymus 6. millia librorum eius legisse fatetur. Horum tamen omnium studia, August. ingenio vel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, vt diebus & noctibus, non solum scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

Origenes scripsit 6. millia librorum, Augu. vero eum superauit.

Ex decretis Gratiani di. 9. August. ad Hieronymum epistola 8. Ego quidem solis eis scriptorum qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere, vel si aliquid in eis offendero quod videatur contrarium veritati, nihil aliud existimem, quàm vel mendosum esse codicem, vel non esse assecutum interpretem quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleant, non ideo verum putem quod ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat persuadere potuerunt.

Soli libri canonici sunt censendi infallibilis veritatis.

Idem in epistola ad Fortunatum. Neque quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum & laudatorum hominum, veluti scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat, salua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scripturis improbare, atque respuere, si forte inuenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis.

Author. Vt scilicet Maximi Orosij, Prosperi, Leonis Papæ, Fulgentij, Boetij, Cassiodori, Gregorij Magni, Isidori, Bedæ, Alcuini, Rabbani, Strabi, Lanfranci, Anselmi, Bernardi Clareuallensis, Hugonis, & Richardi sancti Victoris.

De Clemente Papa, & Ignatio, & Dionysio.

CAP. XLII.

Clemens sedit in Pontificatu post Linũ & Cletum.

CLemens post Petrum & Linum & Cletum sedit quartus Romæ Episcopus Anno Domini 94. Hic scripsit epistolas decretales. Est etiam itinerarium Petri in libris eius, quod ei ascribitur, sed apocriphum est. Hic ex præcepto Petri pontificatum suscepit, sed ideo Linus & Cletus ante eum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale exhibendum ordinati sunt, vnde creduntur non fuisse summi pontifices. Hic etiam 7. regiones diuisit notarijs Ecclesiæ, qui gesta martyrum perquirerent. Sedit annis 9. Hic pro fide Christi, iussu Traiani subijt exilium. Tandem ligata ad collum anchora, in mare præcipitatur.

Ignatius tertius Antiochiæ Episcop.

Ignatius post Petrum & Enodium tertius Antiochiæ sedit Episcopus, scripsit epistolas 12. Hic damnatus ad bestias ait: *Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar.*

Dionysius Areopagita Episcopus Athenien-sium fuit.

Dionysius Areopagita claruit sub Imperatore Marco Antonio 2. Anno ab Incarnatione Domini 71. Hic cum esset in Ariopago magister, ad exhortationem Pauli conuersus ad fidem Christi, postmodum ab eodem Episcopus Corinth. ordinatus est secundum quosdam; sed secundum alios, Episcopus fuit Athenienſium, & hoc videtur esse verius. Nam alius fuit Dionysius Corinthiorum Episcopus, sicut patet in Ecclesiasticis historijs, de quo etiam loquitur Hieronymus in lib. de viris illustribus. Scripsit autem ille prior ad Timotheum coepiscopum suum, idest Ephesiorum Episcopum, de Hierarchia cœlesti, idest Angelica librum vnum, de Ecclesiastica Hierarchia lib. 1. de diuinis nominibus li. 1. de mystica Theologia lib. 1. Epistolas ad diuersas personas 10. Huius libros de Græco in Latinum translatos legati Michaelis Imperatoris Constantinopolitani inter cætera munera detulerunt Ludouico Imperatori Romano. Qui libri Parisijs in ipso sacri martyris festo cum gaudio susceptı sunt. Quod gaudium virtus martyris auxit, 19. ægris ipsa nocte sanatis, Anno Domini 924.

De Origene, & scriptis eius.

CAP. XLIII.

ADamantinus Origenes presbyter in Alexandria claruit, sub Imperatore Alexandro, Anno domini 202. Hic decimo Seueri pertinacis anno, ac Leonide patre suo Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua pauper relinquitur, annos natus circiter 17. Rem enim familiarem pro confessione Christi fiscus occupauerat, dispersa autem ecclesia Alexandriæ, ipse postmodum à Demetrio eiusdem vrbis episcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit, ecclesiasticam scholam ibi tenuit, auaritiam calcauit, voluptates in tantum fugit, vt zelo Dei, non secundum scientiam, ferro truncaret genitalia. Mille & eo amplius tractatus, quos in ecclesia locutus est, edidit, & innumerabiles præterea commentarios, quos vocat tomos.

Origenes ex indiscreto zelo se castrauit.

Attamen interdum magnus dormitat Homerus,
Atque operi longo fas est ignoscere somno.

Errores eius.

Male sensit de Dei filio, peius de spiritusſancto, animarum de cælo ruinam impiè protulit, veram carnis resurrectionem negauit, post multa secula vnam de omnibus restitutionem fore asserit: sed quia multa vtilia & præclara scripta reliquit, quædam eorum ecclesia recipit. Nam & papa Gelasius in decretis suis illa opuscula Origenis approbat, quæ beatus Hieronymus non reprobat.

Libri eius approbati.

Ex his ergo ea quę subscripta sunt defloraui, Apologia pro se, tractatus 1: super Genesim homeliæ 18. super Exod. homeliæ 13: super Leuiticum homeliæ 16. super Numeri homeliæ 28: super Iosue homeliæ 26. super Iudicũ homeliæ 9. de Helcana tractatus: super principium Iob. lib. 3. super Psalmum 36. homelię 5. super Psalmum 37. homeliæ 2: super Psalmum 38. homeliæ 2: super principium Canticorum lib. 3: super idem principium homeliæ 2: super Esaiam prophetam, homeliæ 9: super Hieremiam homeliæ 14: super Ezechielem homeliæ 14: super Mattheum lib. 26: super Lucam homeliæ 38: super principium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ioannis tract. 1. super epistolam ad Romanos li. 10. de singularitate clericorum li. 1. Planctus ipsius Origenis li. 2. Scripsit præterea libros Periarchon, in quibus maximæ eius hæreses inueniuntur. Sed in commentario eius super Matthæum cauendum est quod dicit Panem illum quem dedit Dominus discipulis non fuisse verum corpus eius, exponens illud mystice de pane verbi Dei, in commentariis quoque super libros Moysi, mihi videtur nimis allegoricum sensum sequi, & quasi improbare historiæ veritatem.

Error eius de veritate Eucharistiæ &c.

De Cypriano, & Athanasio, & Eusebio.

CAP. XLIIII.

Cyprianus multa scripsit.

CYprianus Carthaginensis Episcopus floruit anno Domini 257. imperante Valeriano. Hic primum quidem glorioſe rethoricam docuit. Exinde suadente presbytero Cecilio, à quo & cognomentum sortitus est; Christianus factus, omnē substantiam suam pauperibus erogauit; ac non post multum electus in presbyterum, tandem Episcopus factus est. Scripsit autem ad Donarum de gratia Dei li. 1. de lapsis li. 1. de vnitate Catholicæ Ecclesiæ li. 1. de oratione Dominica li. 1. de mortalitate li. 1. de opere & eleemosynis li. 1. de bono patientiæ li. 1. De zelo & liuore li. 1. ad Demetrianum li. 1. ad Fortunatum li. 1. ad Quirinum li. quatuor: de laude Martini li. 1. ad Antonianum li. 1. ad Iubaianum li. 1. ad Cecilium de sacro calice li. 1. ad Cornelium li. 1. de duobus montibus li. 1. de duodecim abusiuis seculi li. 1. Epistolas paruas ad diuersas personas li. 1. Cumque esset amicus sancti Cornelij, qui tunc Romæ pontificatum tenebat, & missilent epistolas sibijnuicem, pro Christo passus est, eo die quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

Athanasius ab Arrianis multa perpessus est.

Athanasius Alexandriæ ordinatur Episcopus anno Domini 332. qui multa Arrianorum perpessus insidijs, sub Constantino principe, ad Constantem Galliarum principem fugit; vnde cum literis reuersus, & rursus post mortem illius fugatus, vsque ad Iouiniani imperium latuit; à quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. Scripsit autem de Trinitate contra hæreticos libros octo; de Spiritu sancto li. 1 dialogum contra Arrianum libros duos: Exhortatorium ad monachos li. 1. Scripsit præter hæc librum contra Valentem & Vrsacium alioſque libros de virginitate, de psalmorum titulis, & vitam sancti Antonij monachi, & alia multa, quæ numerare longum est.

Libri eius.

Eusebius Emissenus multa elegãter scripsit.

Eusebius Emissenus Episcopus, elegantis & rhetorici ingenij, floruit temporibus Constantini imperatoris, & innumerabiles confecit libros. E quibus precipui sunt aduersus Iudæos, & gentes, & Nouatianos, & ad Galatas libros decem: Et Euangelij homeliæ breues, sed plurimæ. Inueni sermones eius de pascha. Claruit anno Domini 349.

De Hilario, & Didimo & Effrem.

CAP. XLV.

Hilarius multos libros egregie conscripsit.

HIlarius Pictauensis Episcopus anno Domini 358. factione Arrianorum in Phrigiam pulsus, libros de nostra religione composuit. Ex quibus hic deflorau Libros de Trinitate contra Arrianos 12. super Beati immaculati tractatus 22. super psalmum centesimum quadragesimum, tractatum vnum: ad Apram filiam suam epistolam vnam. Scripsit autem & alios psalmorum commentarios, & librum de synodis, quem ad Galliarum episcopos misit: libellum ad Constãtium, quem ei viuenti Constantinopolim porrexit; & alium in Constantium, quem post mortē eius scripsit: alium aduersus Valentem & Vrsacium, & ad præfectum Salustium, & librum hymnorum, librum mysteriorum; commentarios in Matthęum, tractatus in Iob, & elegantem libellum contra Auxentium; epistolas quoque ad diuersos. Obijt anno Domini 369.

Didimus Alexandrinus floruit anno Domini 374. qui à quinto vel quarto ætatis suæ anno, oculorum luminibus orbatus, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum sui miraculum omnibus præbuit, vt dialecticam quoque & geometriam, quæ maxime visu indigent, vsque ad perfectum didicerit: Plurimaq; ad nobilia de nostro dogmate per notarios conscripsit; scilicet commentarios in omnes psalmos: In Euangelium Matthæi, & Ioannis; & de dogmatibus & contra Arrianos libros duos: in Esaiam tomos 18 In Oseæ commentariorum libros tres, ad Hieronymum scribens; sed & in Zachariam rogatu Hieronymi li. 5. & commentarios in Iob. Quorum omnium nihil in armario cuiusquam inueni apud nos, quia nec fortè de Græco in nostram linguam translata sunt, sed tantum de Spiritu sancto li. 3. quos B. Hieronymus transtulit in Latinum. Vixit autem annis 85.

Didimus eũ fuerit à puericia cæcus liberales artes perfecte didicit, & multa in Theologiam & Scripturã per notarios edidit.

Effrem Ediſſenæ Ecclesiæ diaconus, multa Syro sermone composuit, & ad tantam venit claritudinem, vt post lectionem scripturarum, publicè in Ecclesijs quibusdam eius scripta soleant recitari. Scripsit autem de pœnitentia librum vnum, de luctaminibus seculi librum vnum, de compunctione cordis librum vnum, de beatitudine animæ librum vnum, de resurrectione librum vnum, de die iudicij librum vnum. Decessit autem sub Valente principe, qui imperauit anno Domini 367.

Effrẽ multa præclare scripsit.

De Basilio, & Gregorio Nazianzeno.

CAP. XLVI.

Basilius vir sanctus & doctus plurima scripsit.

BAsilius Cæsareæ Capadociæ Episcopus egregius, floruit anno Domini 378. gemina philosophia & sanctitate clarus. Scripsitque in Hexameron libros nouem; de institutione monachorum librum vnum: Exhortatorium ad monachos librum vnum: Scripsit & contra Eunomium libros: & de Spiritu sancto volumen vnum: & breues varioſque tractatus. Obijt anno Domini 384.

Gregorius Nazian. vir fuit eloquentissimus & multa scripsit.

Gregorius Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus, floruit anno Domini 331. hic cum philosophiæ studijs adhuc iunior apud Athenas floreret, vidit per soporem sedenti sibi & legenti, duas satis decoras dextra lęuaque fœminas consedisse. Quas ille castitatis instinctu oculo toruiore respiciens, quęnam essent, & quid sibi vellent percunctabatur; quæ eum familiarius complectentes aiunt, Ne molestè accipias iuuenis, notæ tibi satis & familiares sumus, altera enim ex nobis sapientia, altera castitas dicitur, & missæ sumus tecum habitare, quia iucundum satis & mundum in corde tuo habitaculum præparasti. Cum autem à patre episcopo in sacerdotium subrogatus esset, hoc ęgrè ferens, discessit ad tempus. Postmodum vero regressus, scripsit apologeticum in libros 2. causas discessionis suæ, vel etiam reditus allegans.

Docuit apud Constantinopolim vbi auditorem habuit Hieronymum.

Post hoc etiam defuncto patre successit in episcopatum apud Nazianzum breue oppidum, & inde Constantinopolim ad instituendam vel docendam Ecclesiam transire exhortatus est. Ibi ergo Episcopus constitutus docuit: vbi vero & Hieronymus sanctarum scripturarum studijs ab eodem eruditum se dicit. præter hunc apologeticum autem, inueni sermones eius tantum sex. Scripsit autem pręterea de morte fratris Cæsarij, laudes Machabęorum, laudes Cypriani, laudes Athanasij, laudes Maximi Philosophi: librum exametro versu virginitatis & nuptiarum contra se differentium: Contra Eunomium libros duos: De Spiritu sancto librum vnum: Contra Iulianum Imperatorem librum vnum. Obijt autem anno Domini 391.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Ambrosio, & scriptis eius.

CAP. XLVII.

Ambrosius doctor eximius introduxit vitium canendi Antiphonas &c.

AMbrosius Episcopus, de palatio ad pontificatum raptus, doctor eximius, claruit anno Domini 381. Hic ritum canendi antiphonas primus in Ecclesia apud Latinos à Græcis transtulit, apud quos hic ritus iam inoleuerat, ex instituto Ignatij Antiocheni Episcopi. Hymnos etiam composuit, qui numquam antea in Ecclesijs Latinis modulis canebantur. Scripsit autē de paradiso librum vnum: de vnica pœnitentia libros duos; de fuga seculi lib. 1. de Trinitate ad Gratianum libros quinque. De Spiritu sancto libros tres: de Incarnatione Christi lib 1. de officijs ministrorum libros tres, de excessu Satiri fratris sui libros duos: de consolatione Valentiniani librum vnum: de eligendo pontifice ad Vercellenses libr. 1. in hexameron libros sex; de arca Noë li. 1. de bono mortis li. 1. de Iacob, & vita beata, libros duos: de sancto Ioseph, librum vnum. De benedictionibus patriarcharum, librum vnum. De sancto Dauid apologiam, librum vnum: de eleemosyna & ieiunio, li. 1. de sancto Tobia li. 1. de sancta virginitate, libros tres: de Naboth libr. 1. super vndecim psalmos, tractatus 11. super Beati immaculati lib. super Lucam lib. 10. super quatuordecim epistolas Pauli lib. 14. de traditione basilicæ tractatus duos: de obitu Theodosij, tractatum vnum: de symbolo ad Neophitos, librum vnum: de viduis, librum vnum: de interpellationibus & infirmitate hominis, libros tres; epistolas breues ad diuersos 77. sermones 75. Obijt anno Domini 304.

Libri eius.

De Hieronymo, & libris eius.

CAP. XLVIII.

Hieronymus in exponēdis & transferendis sacris scripturis plurimum desudauit.

HIeronymus presbyter totus diuinæ scripturæ incumbens, contemporaneus fuit S. Ambrosio, hic trium linguarum peritus, nouum testamentū Græcæ fidei reddidit, & vetus iuxta veritatem Hebraicam transtulit. Solus ex antiquis doctoribus omnes sedecim prophetas exposuit. Quotundam etiam Græcorum doctorum opuscula in linguam nostram transtulit. Scripsisse autem & ipse reperitur omnia quæ subscripta sunt.

Libri eius.

Expositiones fidei suæ ad Damasum Papam, tractatum vnum: de symbolo Nicæno tractatum vnum: Ex regulis diffinitionum contra hæreticos, tractatum vnum: contra Pelagianos libros tres: contra Iouinianum libros duos: contra Luciferianum, librum vnum; contra Heluidium de perpetua virginitate S. Mariæ, librum vnum: contra Vigilantium librum vnum: contra Origenem de Resurrectione carnis, librum vnum: ad Auitum presbyterum de erroribus Origenis, librum vnum: ad Pammachium & Oceanum, librum vnum: contra Ruffinum presbyterum Aquilæ, librū vnum: Apologeticum ad Augustinum, librum vnum: Exhortatorium ad Iulianum, librum vnum: de pœnitentia ad Rusticum, librum vnum: de frugi & luxurioso ad Papam Damasum, librum vnum: de duodecim quæstionibus ad Hedibiam, librum vnum: de quæstionibus Simeonis ad Algunsiam: de correptione 70. in psalterio ad Summam & Fertelam, librū vnum: de homine perfecto librum vnum: ad Oceanum de hoc quod scriptum est: *Unius vxoris virum*, librum vnum: de historia Ioachin & Annæ, librum vnum: de viris illustribus, librum vnum: de distantia locorum, librum vnum: de septem gradibus Ecclesiæ ad Damasum Papam, librum vnū: de vita clericorum ad Nepotianum, librum vnum. Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum Episcopum, librum vnum: de institutione clerici vel monachi ad Paulinum, librum vnum: de vita monachi ad Rusticum, librum vnum: de vita clerici ad Oceanum, librum vnum: de virginitate seruanda ad Eustochium, librum vnum: ad Demetriadem virginem, librum vnum: ad Alecham de institutione Paulæ filiæ suæ, librum vnum: ad matrem, & filiam in Gallia commorantes, librum vnum: Obiurgationes Susannæ virginis consecratæ, de lapsu suo, librum vnum. Ad Fabianum diaconum lapsum, librum vnum: ad Ageruchiam de monogamia, librum vnum: ad Furiam de viduitate seruanda, librū vnum: ad Faliuncam de viduitate seruanda, & de morte Nebridij librum vnum: ad Paulam consolatorium super dormitione Bresillæ, librum vnum: Ad Pammachium de dormitione Paulinæ, librum vnum: ad Oceanum de morte Fabeolæ, Epitaphium S. Paulæ librū vnum: ad Tyrasium consolatorium super dormitione filiæ suæ, librum vnum: ad Mineruum, & Alexandrum, de Resurrectione carnis, librum vnum. Apologeticum ad Pammachium, librum vnum: ad Heliodorum monachum de contemptu seculi, librum vnum: ad Ptesiphontem librum vnum: ad Domnionem librū vnum: de tribus virtutibus, tractatum vnum: de morte Osiæ, & Seraphin, & calculo, librum vnum. Expositiones psalmi 14. ad Principiam virginem, librum vnum: de vita vel obitu sanctæ Marcellæ ad Principiam virginem, librum vnum Epistolas breues ad diuersos 70. sermones 10.

De expositionibus & commentarijs eiusdem.

CAP. XLIX.

Commētarij eius in S. scripturam.

SCripsit etiam in expositionibus diuinarum scripturarum; de interpretationibus Hebraicorum nominum, librum vnum: de optimo genere interpretandi, ad Pammachium, librū vnum: de studio scripturarum ad Paulinum, librum vnum de quęstionibus Hebraicis in Genesi, librum vnum: de tribus quæstionibus ad Damasum Papam, librum vnum: de veste sacerdotali ad Fabiolam, librum vnum: de 2 mansionibus filiorum Israel, librum vnum: de quęstionibus Hebraicis libri Regum, libros duos: de quęstionibus Paralipomenon li. 2. Breuiarij super psalterium li. 1. Commentariorum super Eccles. li. 1. super Esaiam li. 18. super Hieremiam li. 20. super Ezechielem li. 14. super Danielem librum vnum: super Oseæ li. 3. super Iohel li. 1. super Amos li. 3. super Abdiam libr. 1. super Ionam li. 1. super Mich. li 2. super Naum li. 1. super Abacuc li. 2. super Sophoniam li. 1. super Aggæum li. 1. super Zachariam li. 3. super Malachiam li. 1. super Matthæum li. 4. super Marcum li. 1 super epistolam ad Galatas li. 3. super epistolam ad Ephesios li. 3. super epistolam ad Titum li. 1. super epistolam ad Philemonem libros duos. Tandem per quadraginta annos libris suis confectis, ita corpore pfæ laboribus defecto, vt de lecto surgere nequiret, nisi apprehenio manibus fune, qui ad hoc de trabe dependebat, Obijt apud Bethleem anno ætatis suæ 88. anno Domini 421.

De Ruffino, & Ioanne Chrysostomo.

CAP. L.

Ruffinus & Hieronymus acriter in inuicem fuere.

RVffinus presbyter Aquileiæ, translator librorum Origenis, contemporaneus fuit S. Hieronymo. Qui etiam ambo, orta inter se simultate de quęstionibus scripturarum, libros inuectiuarum satis quidem luculentos, sed nimis mordaci sermone in alterutrum conscripserunt. Scripsit autem Ruffinus Apologeticum pro se libellum, id est purgans se ab erroribus Origenis, & plura alia.

Ioannes Chrysostomus erat in scribendo eo loquendo nimis seuerus.

Ioannes Constantinopolitanus episcopus fuit, & ipse Hieronymo contemporaneus, sanctitate quidem & scientia clarus, sed in facundia fuit seuerior & liberior iusto. Scripsit autem de hoc, quod nemo læditur nisi à seipso, libr. 1. de reparatione lapsi lib. 1. de compunctione cordis lib. 2. super Matthæum in modum commentariorum lib. 2. super Matthæum

per

per hom.20. ſuper Ioannem hom.88. ſuper epiſtolam Pauli ad Hebr.hom.34.de laudibus Pauli hom.7.Sermones diuerſos 30. Hic Eudoxiam vxorem Archadij Imperatoris, multoſque ſacerdotum infeſtos habens, epiſcopatu pulſus & exiliatus eſt; ſed populo pro eo tumultuante; ſecundo etiam exiliatus eſt: ſed terremotu regiam vrbem grauiter concutiente, à ciuibus reuocatus eſt. Tertio quoq; inimicis vrgentibus epiſcopatu abdicatus, ab Archadio exilio relegatur. Ibiq; non multo poſt moritur, anno Domini 409. ſub Papa Innocentio primo. Qui etiam ipſe, & occidentales epiſcopi, pro Ioannis præiudicio, à cõmunione orientales ſuſpenderunt. Iram quoque Dei pro morte eius, nimia grandinis tempeſtas Conſtantinopoli incumbens, & mors Eudoxiæ Auguſtæ ſubſecuta, intentauit. Poſtmodum verò corpus Ioannis ab exilio Conſtantinopolim relatum eſt, iuſſu Theodoſij Imperatoris, cum lachrymis orantis, vt veniam daret patri ſuo, & illis qui eum exiliauerant: & per hoc finita eſt diſſenſio quæ adhuc erat in Eccleſiâ pro eius damnatione, ſcilicet anno Domini 444.

Ter fuit à ſede pulſus.

Miraculũ in morte eius.

De Auguſtino, & libris eius quos edidit antequam eſſet epiſcopus.

CAP. LI.

Auguſtini laudes.

AVguſtinus epiſcopus volans per montium cacumina quaſi Aquila, vir acer ingenio, ſuauis eloquio, ſecularis literaturæ peritus, in eccleſiaſticis laboribus operoſus, in quotidianis diſputationibus clarus, in omni ſua actione conſpectus, in expoſitione fidei noſtræ catholicus, in quæſtionibus abſoluendis acutus, in reuincendis hæreticis circumſpectus, & in explanandis ſcripturis canonicis cautus; ſapientiæ lumẽ præfulgidum, propugnaculum veritatis & fidei tutamentum; omnes Eccleſiæ Doctores, tam ingenio quã ſcientia vicit incomparabiliter, florens tam exemplis virtutum quam affluentia doctrinarum. Etenim tanta ſcripſit, vt non ſolum ab aliquo toto vitę ſuę tẽpore ſcribi, ſed nec quidẽ poſſint lectione percurri. Huius enim librorũ, tractatuum, & epiſtolarũ numerus, pluſquam ad mille 30. extenditur; vt merito illud ei dictũ conueniat: *Mentitur qui te totum legiſſe fatetur.*

Libri eius & tractatus inueniuntur 1030. comprehenſis epiſtolis &c.

Ante conuerſionem quidem ſuam ad fidem catholicam ſcripſit (vt ipſe refert) de pulchro & apto lib.2. poſtea verò ſcripſit, adhuc catechumenus exiſtens, ſex volumina decem libros continentia, videlicet de academicis lib.3 de beata vita lib. 1. de ordine lib.2. ſoliloquiorum lib.2. de immortalitate animæ li.1. de diſciplinis liberalibus li.1. ſed hunc dicit ſe de armario ſuo perdidiſſe. Iam verò ſacri baptiſmatis vnda renatus, ſcripſit ante pontificatum 21. volumina, 31. libros continentia: videlicet de moribus Eccleſiæ, & moribus Manich. li 2. de quantitate animæ lib. 1. de libero arb. li.3. de Geneſi contra Manichæos li.2. de muſica lib.6. De magiſtro li.1. de vera religione li.1. de vtilitate credendi li.1. de duabus animabus li.1. acta contra Fortunatum Manichęum li.1. de fide vel ſymbolo li.1. de Geneſi ad literam, imperfectum lib.1. de ſermone Domini in monte lib. 2. pſalmum contra partem Donati li 1. contra epiſtolam Donati hæretici li.1. contra Adimantum Manichæum libr.1 expoſitiones epiſtolæ ad Galatas lib.1. expoſitionis quarundam propoſitionum ex epiſtola ad Romanos, libr. 1. epiſtolæ ad Rom. inchoatam expoſitionem lib.1. de quęſtionibus 83. lib.1. de mendacio lib.1.

De his quæ ante retractationem ſcripſit.

CAP. LII.

Quid ſcripſerit antequã fecerat retractationẽ.

POſtquam vero in epiſcopatu aſſumptus eſt, ſcripſit etiam ante retractationem 68. volumina, 217. libros comprehendentia; videlicet ad Simplicianum Mediolanenſem epiſcopum libr. 2. contra epiſtolam fundamenti Manichæi lib.1. de agone Criſtiano lib.1. de doctrina Chriſtiana libr. 4. contra partem Donati libr. 2. confeſſionum libr. 13. contra Fauſtum Manichæum 33. lib. contra Felicem Manichæum libr. 2. de natura boni contra Manichæos lib. 1. contra Secundinum Manichæum lib. 1. contra Hilarium Tribunitium lib. 1. quæſtiones Euangelij lib. 2. annotationes in Iob li. 1. de catheſizandis rudibus li. 1. de Trinitate li.15. de conſenſu Euangeliſtarum li. 4. contra epiſtolam Parmenij li.3. de baptiſmo contra Donatiſtas li.7. contra id quod attulit Centurius à Donatiſtis li. 1. ad inquiſitiones Ianuarij libr. 2. de opere monachorum libr. 1. de bono coniugali lib. 1. de ſancta virginitate lib. 1. de Geneſi ad literam li. 12. contra literas Petiliani li. 3. ad Creſtonium Grammaticum partis Donati libr. 4. probationes teſtimoniorum contra Donatiſtas lib.1. contra neſcio quem Donatiſtam libr. 1. de montorio Donatiſtarum, de Maximianiſtis libr. 1. de diuinatione dæmonum libr. 1. quæſtiones ſeptem expoſitæ contra paganos li. 1. expoſitionis epiſtolæ Iacobi ad 12. Tribus libr. 1. de peccatorum meritis & remiſſione, & de baptiſmo patuulorum ad Marcellinum, li. 3. de vnico baptiſmo contra Petil. ad Conſtantinum, li. 1. de Maximianiſtis contra Donatiſtas li. 2. de gratia noui teſtamenti ad Honoratum, li. 1. de ſpiritu & litera ad Marcellinum li. 1. de fide & operibus li. 1. Breuiculum collationis cum Donatiſtis li. 3. poſt collationem contrà Donatiſtas li. 1. de videndo Deo ad Paulinam li. 1. de natura & gratia contra Pelagium li. 1. de Ciuitate Dei li. 22. ad Horoſium preſbyterum contra Priſcillianiſtas, li 1. ad Hieronymum preſbyterum de origine animæ, & de ſententia Iacobi, li. 2. ad Emeritum Epiſcopum Donatiſtarum poſt collectionem, li. 1. de geſtis Pelagij li. 1. de correptione Donatiſtarum, li. 1. contra Pelagium & Cœleſtinum, & cęteros, lib. 2. geſta cum Emerito Donatiſta, li. 1. contra ſermonem Arrianorum lib. 1. de nuptijs & concupiſcentijs ad Valerium li. 2. locutionum lib. 7. quæſtionum lib. 7. de anima & eius origine lib. 4. ad Pollentium de adulterinis coniugijs, libr. 2. contra aduerſarium legis, & prophetarum li. 2. contra Gaudentium Epiſcopum Donatiſtarum lib. 2. contra mendacium li. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum li. 4. contra Iulianum hæreticum Pelagianum lib. 6. ad Laurentium Enchiridion li. 1 de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum, lib. 1. de 7. quæſtionibus Dulcitij li. 1. ad Valentinum & cum illo monachos, de gratia, & libero arbitrio li. 1. ad eoſdem de correptione & gratia lib. 1.

Hos igitur cum cęteris in duobus libris retractauit, quibus ſcilicet retractationum libris, ſimul cũ prędecedentibus adnumeratus, fiunt 219. libri 79. voluminibus comprehenſi, quos omnes poſt epiſcopatum edidit, ante vero epiſcopatum, vt dictum eſt ediderat poſt conuerſionem ſuam li. 41. videlicet catechumenus decem, & baptizatus 31. Qui ſimul omnes cum cæteris aggregati, fiunt 260. libr. 96. voluminibus comprehenſi. Hos omnes, vt dictum eſt, cum quadam iudiciaria ſeueritate retractauit, & quod in eis ipſum offendebat, velut cenſorio ſtilo denotauit.

Ante retractationem ſcripſerat 260. libros.

De his quæ poſt retractationem ſcripſit.

CAP. LIII.

POſtea tamen nihilominus eum multa ſcripſiſſe cõſtat, quia pręter iam dicta eius opuſcula, quæ in retractationum libris annotantur, ac recenſentur, plurima quidem, & ex his maxima quædam volumina ab ipſo edita, etiam apud nos in armarijs Eccleſiarũ vbique reperiuntur; ex quibus ſunt, ſuper pſalterium tractatus 150. iuxta numerum pſalmorum: Super Euangelium Ioannis tractatus ſiue ſermones 124. de verbis quoque Domini tract. 65. de verbis Apoſtoli tract. 20. ſuper canonicam primam Ioan. hom. 10. Extant etiam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eiusdem li. de vita Christiana 1. De disciplina Christiana li. 1. de prædestinatione diuina 1. de octo quæstionibus veteris testamenti li.1.contra Felicianum de Trinitatis vnitate li. 1. ad Prosperum & Hilarium de prædestinatione & perseuerantia lib. 2. contra Maximinum li.2.contra quinque hæreses,siue quinque hostium genera li.1. de pastoribus & ouibus li.2.de concupiscentia carnis aduersus spiritum orationes quatuor: De quęstionibus Orosij, librum vnum: de fide ad Petrum, librum vnum: de ieiunio sabbati, librum vnum: de decem chordis psalterium librum vnum:de pœnitentia librum vnum: de patientia libr. vnum: de bono viduitatis librum vnum: de continentia librum vnum: de Incarnatione Domini li.2. de secundo aduentu Domini librum vnum:ad Volusianum de quęstionibus ab eo missis li. 1. responsionis ad Marcellinum li.1. ad Vincentium li.1.ad Macedonium li.1. ad Dioscorum li.1. ad Paulinum li.1. ad Probam li.1. ad Enodium li.1. ad optatum Episcopum li.1.ad Pascentium comitem Arrianum, li. 1. ad Fortunatianum li. 1. ad Paulum & Eutropium de perfectione iustitiæ, li. 1. expositionis symboli contra Iudæos & Paganos & hæreticos, li. 3 ad Sixtum presbyterum contra Pelagianos, li. 1. de tempore Barbarico li. 1. Scripsit & alia plura, maximè contra sui temporis hæreticos, videlicet Arrianos, Donatistas, Pelagianos, Priscillianistas, & Manichæos: Porro extat libellus de anima & spiritu, qui eidem ascribitur, & nunc apud scholasticos præcipuè in vsu habetur. Anno autem Domini 430. in episcopatu Hipponensi Heraclium sibi fecit substitui. Tandem cum Wandali inuasam Africam deuastarent, sub hoc turbine tribulationis migrauit ad Dominum, 30. mense obsidionis vrbis suæ. Anno Domini 440. ætatis suæ 73. clericatus vel episcopatus, 40.

Mors Augustini.

De Paulino, & Maximo, & Orosio, & Prospero.

CAP. LIIII.

Paulinus vir sanctus & magnus eleemosynarius.

PAulinus Episcopus Nolanus S. Aug. fuit contemporaneus. Vnde & sibiinuicem scripserunt nonnulla.Hic cum esset innumerabilium prædiorum possessor, admirabili exemplo, venditis omnibus, religionem expeditus elegit. Et vt narrat Gregorius in tertio dialogorum libro, cum cuncta quæ per episcopij vsum habere posset, largitus esset captiuis & egenis,semetipsum qui solus ex omnibus suis sibi remanserat, pro captiuo filio viduæ pauperis in seruitutem Barbari adduxit. Sed diuinitus proditus quis esset, multos captiuorum libertati restituit. Scripsit autem epistolarum multarum li. 1. scripsit etiam antequam esset episcopus vitam S. Ambrosij ad S. Augustinum.

Maximus egregius concionator.

Maximus Taurensis Episcopus claruit anno Domini 415. viuentibus scilicet Augustino & Hieronymo. Hic in homelijs componendis, & in Ecclesia declamandis,studuit eleganter Huius defloraui hom.33.

Orosius.

Orosius presbyter ex Hispania floruit & ipse temporibus Augustini & Hieronymi. Vnde & ab Augustino missus est ad Hieronymum pro discenda quæstione de origine animæ Scripsit autem de Hormesta mundi li.1. Apologeticum contra hæresim Pelagianam li.1.

Prosper (sicut & alij iam nominati) fuit Augustino contemporaneus.

Prosper Episcopus, vir religiosus, probatur & ipse fuisse contemporaneus Augustino. Nam & ipse post Hieronymum chronicam digessit, quam paulò post mortem Augustini terminauit. Ipse quoque Augustinus ad Prosperum & Hilarium scripsit de prædestinatione & perseuerantia Sanctorum libros 2. Scripsit autem Prosper de vita contemplatiua libros tres: de sententijs Augustini librum vnum, & alia plura.

De Leone Papa, & Gelasio, & Fulgentio.

CAP. LV.

Leo Papa primus miraculosè eliciebat sanguinẽ martyrum è panno altaris.

LEo Papa primus sedit anno Domini 436. hic in homelijs declamandis multum valuit. Quoties autem rogabatur ab aliquibus, vt eis Apostolorũ, vel martyrum reliquias daret; Consuenit ad corpora, vel memorias ipsorum, quorũ reliquiæ petebantur, missas celebrare in eorum honorem; & sic pannum altaris,quo consecratum corpus Domini inuoluerat,particulatim diuidebat, & pro reliquijs Apostolorum vel martyrum dabat. Vnde si ab aliquibus dubitabatur, cultello pannos illos pungens, sanguinem eliciebat; sic palam faciens, quod in consecratione mysteriorũ Christi, sanguis sanctorum qui pro illo effusus est,per diuinam virtutem in illos pannos intret: & ideo merito illos dari pro reliquijs sanctorum, in quorum honore consecrati sunt. Scripsit autem epistolas decretales 70. Sermones ad populum 89. Vnde & dictus est sermologus.

Gelasius primus fuit amator pauperum & Romæ liberator.

Gelasius primus papatum accepit anno Domini 495. amator pauperum, clerum ampliauit, & à periculo Romam liberauit.Scripsitque contra Nestorium & Eutichen li.6.contra Arrium li.2 epistolas decretales 7. Fecit etiam hymnos in modum S. Ambrosij, & Sacramentorum præfationes, & multa alia, sedit annis tribus.

Fulgentius vir sanctus & facundia clarus, multa præclarè scripsit.

Fulgentius Ruspensis Episcopus prouinciæ Africanæ, floruit eodem tempore in Africa,quo & S. Remigius in Gallia,s.anno Domini 486. sanctitate & scientia,stilo & facũdia clarus, multaq; ab Arrianis pro vera fide perpessus,diutino in Sardinia exilio maceratus est. Scripsit autem ad Eutinium de remissione peccatorum libros duos: ad Donatum de fide li.1.de mysterio mediatoris li.4.ad Monimum de prędestinatione, & quibusdam alijs quæstionibus li.3. Responsionum contra obiectiones Transamundi Regis Arriani li.1. de continentia coniugatorum seruanda post votum li.1. ad Gallam de viduitate seruanda li.2. ad Probam de virginitate & humilitate li. 1. ad eandem de oratione cum compunctione li. vnum: ad Eugippum de charitate li.1. ad Theodorum Senatorem li. 1. ad Venantiam de pœnitentia & spe indulgentiæ, li. vnum: Scripsit & sermones.

De Boetio, & Cassiodoro.

CAP. LVI.

Boetius vir consularis doctissimus scripsit de Trinitate cõtra hæreticos sui temporis, & multa alia summa eruditione.

BOetius consularis vir clarissimus, & omnium liberalium artium eruditione conspicuus,quas penè omnes à Græco in Latinum transtulit & exposuit: Anno Domini 602. cum Symmacho patritio, cuius gener erat,Romæ rempublicam illustrabat.Tempore eius exorta est hæresis de Trinitate,sed ipse congregata omni studio se subtraxit,ne sibi propter facundiam eloquentiæ, causæ imponerentur agendæ. Ob quam causam cum suspectus Christicolis haberetur, composuit contra ipsos hęreticos de sancta Trinitate li. vnum. Quando autem Rex Gothorum Theodoricus Romanam Rempublicam armis inuasit, Boetius ei plus omnibus restitit. Postmodum apud eum accusatus quod solicitè laboraret, vt Senatum & Rempublicam ab eius manibus eriperet,cum pluribus alijs proscriptus atque in exilium missus, Papiæ incarceratus est. In carcere autem positus, quasi de graui gloria ac rerum mutatione doleret, vt consolationis medicinam tanto dolori, non tam sibi quàm alijs quæreret, librum edidit de consolatione philosophiæ, ostendens gloriam & dignitatem, cæteraque terrena, non vera bona, sed nihil esse, & ideo nulli appetenda esse, nec de eorum amissione dolendum, vel adeptione gaudendum. Tandem vero longo exilio fatigatus, ab ipso Theodorico peremptus est

anno

Cassiodorus Senator & postea Monachus fuit.

anno Domini 621. Cassiodorus Senator, post monachus, scilicet anno Domini 628 Scripsit autem de anima librum vnum. Super psalterium tractatus 150. Scripsit etiam de ortographia, & alia plura.

De Gregorio Magno.

CAP. LVII.

GRegorius primus, doctor egregius: hic Gordiani Senatoris filius Romæ adoleuit. Qui sex monasterijs in Sicilia fundatis, & septimo Romæ in domo sua ex pietore vrbano factus monachus, sapientia & doctrina & sanctitate claruit. Tandem ad pontificatum electus Romanæ Ecclesiæ præsidere cœpit anno Domini 590. Inter cętera opera pietatis animã Traiani quondam Imperatoris, quamuis pagani, à pœnis inferni liberati, miserando & plorando à Deo obtinuit. Inter multa quoque quæ Ecclesiæ vtilia fecit & instituit, Antiphonarium regulariter centonizauit & vtiliter compilauit, & quædam in ea nouæ missæ superaddit. Scripsit autem ea quæ hic subijciuntur. De cura pastorali lib. 2. De conflictu vitiorum & virtutum lib. 1 dialogorum ad Petrum lib. 4. Moralium super Iob lib 35. Super Cantica Canticorum lib 1. super principium Ezechielis homel. 12. super vltimam partem eiusdem lib. 10. super Euangelia missalia homel. 40 Registrum epistolarum eius decretalium lib. 10. qui continent epistolas 690. Inueniuntur etiam canonum excerptorum lib 3. quæ dicuntur decreta Gregorij, sed fortè alterius Gregorij sunt: Obijt autem Gregorius magnus anno pontificatus sui 13. Post cuius obitum fame Romam aggrauante, Romani ei derogantes, quod thesauros Ecclesiæ sua nimia liberalitate dissipasset, cum iam non adesset persona m qua exardescerent, memoriam nominis illius in libris eius delere volebant, sed eos exurere volentibus obstirit Petrus diaconus, prodens se Spiritum sanctum in columbæ specie super caput Gregorij tractantis sæpius vidisse. Idque confirmans iurisiurandi Sacramento, mox moriens ex condicto, fidem fecit suo testimonio.

Gregorius animã Traiani fertur precibus ab inferno reuocasse.

Libri eius.

Videtur post mortem.

De Isidoro, & Beda.

CAP. LVIII.

ISidorus Episcopus Hispalensis, sanctitate & doctrina claruit anno Domini 627. Scripsit autem hæc quæ subiecta sunt. Soliloquiorum vel sinonimorum lib. 2 Sententiarum lib. 3. Etymologiarum lib. 20 de origine officiorum lib. 2. ad Florentinam sororẽ suam contra Iudæos lib. 2. ad Orõsium episcopum de significationibus veteris & noui testamenti lib. 2. Allegoriarum in Genesi lib. 1. in Exodo lib. 1. in Leuitico lib. 1. in lib Num. lib 1. in Deuter. lib 1. in Iosue lib. 1. in lib Iudicum lib. 1. in lib. Reg. lib 1 de corpore & sanguine Domini tractatum vnum; & plura alia.

Isidorus multa laudabiliter scripsit.

Dominus Beda venerabilis presbyter & monachus, claruit in Anglia 30. ętatis agens annum Anno Domini 696. & reliquum tempus vitæ legendo, tractando, exponendo sacram scripturam, vniliter exegit. Scripsi ea quæ subjecta sunt: super Genesim lib. 1. de tabernaculo Moysi lib 3. super Samuelem lib 4. de templo Salomonis lib 1. super Esdram & Neemiam lib. 1. super Tobiam lib. 1. super Psalmos. super parabolas Salomonis. super Cantica Canticorum lib 5. super Marcum lib 4. super Lucam, super epistolas canonicas lib. 7. super actus Apostolorum lib. 1. super Apocalypsim; de quæstionibus libri Regum ad Nothelinum librum vnum: de locis sanctis librum vnum. Scripsit etiam de temporibus, & de Luna, & multa alia. Obijtque in Anglia anno Domini 721.

Beda, plurima, miræ eruditione conscripsit.

De Alcuino, & Gennadio, & Rabbano, & Strabo.

CAP. LIX.

ALcuinus de Britãnia oriundus, delitiosus magister Caroli Regis, qui primus ex Regibus Francorum imperauit Romanis, scientia literarum claruit in Gallia, Anno Domini 790. Cuius præcipuè magisterio Rex omnes artes liberales didicit, & iussu ipsius Regis diuinam historiam correxit. Scripsit autem multa, inter quæ eminent libri ad eundem Regem scripti de sancta Trinitate. Scripsit & ad discipulos suos dialogorum li. 1 Scripsit quoque Sententiarum li. 1 super epistolam ad Hebræos lib 1. super Ecclesiast. lib 1. super Ioannem lib. 7. ad Enlaliam virginem de ratione animæ li. 1. ad Fredegisum dialogum de Trinitate li. 1. Verumtamen hi quatuor vltimi ascribuntur Albino, sed videtur mihi esse nomina synonima Nam in commentario super Ecclesiasten inuenies, & nomen Albini in principio, scilicet in salutatione, & nomen Alcnini in fine, scilicet in quibusdam versibus quæ ibi ponuntur. hos modo.

Alcuinus fuit præceptor Caroli magni & multos libros cõposuit.

Alcuinus ingrediens pratum secreta priorum,
Carperet vt flores per p a rura sacros, &c.

In commentarijs quoque super Ioannem inueni virumque in diuersis titulis.

Gennadius Episcopus doctor Catholicus, licet hic à me post Alcuinum ordinatus, floruit tamen vt æstimo, longo tempore prius, scilicet temporibus Fulgentij. Nam & ipse librum suum de illustribus viris perduxit vsque ad tempora Fulgenti, & ibi terminauit. Inueni quoque Gennadij de diffinitionibus Ecclesiasticorum dogmatum, pulcherrimum & compendiosissimu m libellum.

Gennadius queda pulcherima scripsit.

Rabbanus sophista, & poeta insignis scripsit multa in S. scripturam.

Rabbanus sophista & poeta insignis, Anno Domini 824 factus est Abbas Fuldensis. Qui librum de laude crucis, figurarum varietate distinctum, difficili & mirando poëmate composuit, & Sergio Papæ sancto Petro offerendum misit: Anno autem Domini 848. ex Abbate Fuldensi Moguntiæ Archiepiscopus ordinatus est, vbi celebrata synodo iussu Ludouici Regis, multa Ecclesiæ vtilia decreuit Scripsit ergo de laude crucis libros duos: de institutione clericorum librum vnum: super Genesim l. b. 4 super Exodum lib 4. super Numeri librũ vnum: super Regum libros quatuor: super Paralipomenon libros quatuor: super Iudith librum vnum: super Hester librum vnum: super librum Sapientiæ libros tres: super Ecclesiasticum libros 10. super Hieremiam librum vnum: super librum Machabęorum libros tres: super Matthęum libr. 8. super actus Apostolorum librum vnum: Scripsit præter hæc, & de naturis rerum, & plura alia. Obijt autem anno Domini 856. Strabus Rabbani discipulus, ipso Rabbano dictante, Scripsit breuiarium tractatus in Exodum librum vnum: in Leuiticum librum vnum. Videtur etiam scripsisse super Genesim, vt patet in glossis.

Strabus discipulus fuit Rabbani.

De Lanfranco, & Anselmo.

CAP. LX.

LAnfrancus anno Domini circiter 1060. claruit, prior Beccensis monasterij sub Herluino Abbate. Qui & postmodum ex Abbate Cadomensi ordinatus est Cantuarien. Archiepiscopus. Ad hunc misit Berengarius Turon. literas, qui asserebat Eucharistiam, quàm in altari sumimus, non esse reuera corpus & sanguinem Christi. Harum portator cum non inuenisset eum in Normannia, quibusdam clericis eas tradidit, vnde de ipso Lanfranco orta est suspicio, quasi foueret ac faueret quæ à Berengario dicerentur. Igitur cum eas à quodam Remensi clerico Romam perlatas recitator legeret, Leone Papa synodo præsidente, intellecto quod Ioannem Scotum Berengarius extolleret, Paschasium verò damnaret, vt qui de

Lanfrancus Episcopus Cantuariensis scripsit contra Bereng.

Eucha-

Eucharistia fidei aduersa sentiret, promulgata est in eum damnationis sententia, priuans eum communione Ecclesiæ; & ipse Lanfrancus ex præcepto Papæ coram omnibus fidem suam exposuit, prauique rumoris à se maculam abstersit. Deinde contra eundem Berengarium scripsit in modum dialogi, de corpore & sanguine Domini librum vnum, ostendens ibi esse non tantum figuram, sed etiam veritatem corporis & sanguinis.

Anselmus Lanfranco succeſſit, & multa præclarè conſcripſit.

Ad huius Lanfranci eximiam doctrinam, de Burgundia conuolauit Anselmus, vir postmodum multa virtute, & sapientia adornatus, & ei in prioratu successit, multaque Ecclesiæ vtilia composuit. Postmodum autem ex priore Beccensi, in Abbatem Cadomensem assumptus; Tandem etiam & prædicto Lanfranco in Archiepiscopatu Cantuarien succeſſit. Scripsit autem Anselmus prologion, id est alloquium de Deo, quod opus quidam insipiens reuellere gestiens, quoddam scriptum contra illud composuit; quodcum sibi à quodam amico suo transmissum Anselmus considerasset, suam ad hoc responsionem edidit in libello vno. Scripsit & monologion, idest soliloquium de sancta Trinitate librum vnum. de veritate librum vnum. de processione Spiritus sancti librum vnum. de libero arbitrio librum vnum. de concordia liberi arbitrij & præscientiæ diuinæ atque prædestinationis, necnon & gratiæ, librum vnum. de casu diaboli librum vnum. de peccato originali librum vnum. de Incarnatione Verbi librum vnum. de Sacramento altaris librum vnum. de azimo librum vnum. cur Deus homo librum vnum. meditationum siue orationum librum vnum. de Grammatica librum vnum. Extat etiam parabolarum siue prouerbiorum Anselmi liber vnus. super Cantica Canticorum liber vnus de gradibus humilitatis liber vnus. Epistolarum quoque eius ad diuersas personas liber vnus. Suscepit Archiepiscopatum anno Domini 1097. Et licet à Rege Guillielmo & principibus Angliæ honorificè susceptus fuisset, multas tamen molestias & tribulationes sub eodem Rege passus est, pro statu Ecclesiæ corrigendo. Nam Reges Angliæ hanc iniustam legem diu retinuerunt, vt electores Ecclesiæ præsides Christi per vigam pastoralem Ecclesijs inuestirent.

Reges Angliæ ſolebant ſibi aſſumere inueſtituram prælatorum.

De Iuone, & Bernardo.

CAP. LXI.

Iuo Epiſcopus fuit Carnotenſis qui decreta Pontificum ad compendium redegit.

IVo venerabilis memoriæ, prædictorum virorum Lanfranci & Anselmi claruit temporibus. Sub quo in Ecclesia Beati Quintini Beluacensis reflorere cœpit ordo canonicus, primum ab Apostolis, postmodum à Beato Augustino regulariter institutus. Fuit enim præfatus Iuo illius Ecclesiæ præpositus, & postea Carnotensium Episcopus. Hic de canonum Ecclesiasticorum regulis, quorum per successiones pontificum tot & tanta in immensum creuerant volumina, vt vel comparari vix possent propter sumptum, vel legi propter fastidium, exquisita diligentia quædam capitula ordinauit, & laudabili compendio ad numerum redegit librorum decem. Scripsit etiam epistolas.

Bernardus Abbas quàplurima elegantèr & ſuauiter conſcripſit.

Bernardus iuuenis egregius, scientia & moribus & genere clarus, cum germanis fratribus & alijs comitibus, anno Domini 1093. Cistertij habitu religionis induitur, & miro religiositatis feruore conuersatus; postea Claraualle fundata, ibidem Abbas constituitur. Scripsit autem hæc quę subiecta sunt: de contemptu mundi ad clericos lib. 1. meditationum lib. 1. exhortatorium de Passione & Resurrectione Domini lib. 1. de diligendo Deo lib. 1 de gradibus humilitatis & superbiæ lib 1. de gratia & libero arbitrio lib. 1. de præcepto & dispensatione lib. 1. ad Carthusien. fratres lib 1. ad Archiepiscopum Senonensem lib. 1. ad Hugonem de sancto Victore lib. 1. ad Innocentium Papam contra hæreses Petri Abailardi lib. 1. super Psalmum. Qui habitat homelias 17. super Cantica Canticorum, homel. 87. super Missus est homel. 41. super Magnificat, tractatum vnum. Epistolas breues ad diuersos 240. Sermones penè innumerabiles. Tandem post claros actus, & multa animarum lucra, multa post fundata monasteria, & plurima miraculorum signa exhibita, beato fine quieuit, anno Domini 1153.

De Hugone, & Richardo.

CAP. LXII.

Hugo canonicus S. Victoris nonnulla eruditè conſcripſit.

HVgo Parisiensis S. Victoris canonicus, religione & literarum scientia clarus, & in septem liberalium artium peritia, nulli sui temporis secundus fuit, qui inter multa quæ vtiliter scripsit, & librum de Sacramentis valde necessarium, duobus voluminibus comprehensum edit. Scripsit etiam & alia plurima opuscula, scilicet didascalon lib 3. super Ecclesiasten. omnes lib. 16. super lamentatione Hieremiæ librum vnum: de virtute orandi librum vnum: de institutione nouitiorum librum vnum: de Arca Noe libros quinque: de anima Christi librum vnum: de perpetua virginitate sanctæ Mariæ, librum vnum. Expositiones super Magnificat, librum vnum. super *Tota pulchra es*, lib. vnum. de Sacramentis lib 12. Item notulas super quoldam versus psalmorum, & alia plura opuscula.

Richardus ibidem eodē tempore floruit, & plurima Eccleſia vtilia compoſuit.

Supradicto quoque venerabili viro Hugoni magister Richardus eiusdem Ecclesiæ canonicus, extitisse contemporaneus fertur; quorum etiam vnus in ipso monasterio prior, alter supprior vero fuisse perhibetur Hic quoque Richardus in libris & tractatibus varijs multa Ecclesię sanctę vtilia descripsit, inter quos eminent de sancta Trinitate lib. 7. Scripsit nihilominus de contemplatione pulchertimum librum, de Patriarcha intitulatum, alium quoque de mystico somno Nabuchodonosor: de arbore quoque quam idem Nabuchodonosor vidit, vnum; & alium de quatuor ventis in mari pugnantibus; alium de exterminatione mali, & promotione boni; alium iterum de officio Ecclesiæ; alium de sacrificio Abrahæ, & tractatum grandem de illo verbo Esaiæ, *Omne caput languidum*; & alium de illo, *In die illa nutriet homo vaccam bonm:* Tertium verò contra Andream, & alios in expositione sacrę scripturæ Iudaizantes, super illo verbo, *Ecce virgo concipiet & pariet filium*: alium autem ad nouitios de illo verbo psalmi, *Afferte Domino filij Dei* Scripsit etiam librum, qui dicitur excerptionum; in quo breuiter continetur diuisio & materia omnium scientiarum, ac series Historiæ præcedentium temporum, & quædam morales expositiones sacrarum scripturarum.

De Cateris Doctoribus Catholicis.

CAP. LXIII.

PRæter hos etiam extiterunt in Ecclesia plurimi Doctores Catholici, quorum nonnulli, licet eorum apud nos habeantur opuscula, tamen reperire non potui; ex quibus *Cæsarius* Arelatensis Episcopus decem homelias ad monachos elegāti sermone composuit. *Hisichius* Hierosolymorum presbyter in Leuiticum Commentarios edidit. *Radulphus* quoque Flauiacensis eundem librum diligenter exposuit. *Paschasius* libros de Sacramentis, & de Spiritu sancto, & super Hieremiæ lamentationes expositionem confecit. *Haymo* verò super Esaiam, & super Hieremiam, & super Epistolas Pauli, & super Apocalypsim commentarios fecit; insuper & libros Ecclesiasticarum Historiarum Eusebij abbreuians, in libellum qui dicitur Christianarum rerum memoria, compendiosè redegit.

Cæſarius.

Hiſichius. Radulphus.

Paſchaſius.

Haymo.

Fuerunt & alij multi, quorum vocabula, & laudes, & tempora, & opusculorum nomina, non solū in Ecclesiasticis historijs, verumetiam in libris de illustribus

Nomina quorum dū ſcriptorum quorum libriarius extant.

viris,

viris, Hieronymi ſ. & Gennadij leguntur: ſed apud nos ipſa eorum ſcripta ſiue libri nullatenus reperiuntur, verbi gratia, Papias Hierapolitanus Epiſcopus, Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, Ariſtides philoſophus, Egyſippus, Iuſtinus philoſophus, Theophylus Antiochenus, Appolinaris Hierapolitanus, Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, Philippus Cretenſis, Hircanus Lugdunenſis, Panthenus Stoicus, Clemens Alexandrinus, Serapion, Appolonius, Heraclius, Tertullianus, Berillus, Hipolitus, Alexander Capadox, Africanus, Æminus, Theodorus qui & Gregorius, Cornelius, Pontius, Dionyſius Alexandrinus, Archelaus, Antonius, Baſilius, Anchiranus, Titus, Damaſus, Optatus, Cyrillus, Epiphanius, Diodorus, Euagrius, Ambroſius Alexandrinus, Gregorius Emiſſenus, Amphilodius, Sophronius, Paulinus, Oroſius, & plures alij, quos enumerare longum eſt. Ex his autem ille quem primo nominaui Papias, & Tertullianus, & Victorinus, & Lactantius, & alij quidam, à rectitudine fidei dicuntur erraſſe.

A

B

C

De profunditate diuinæ ſcripturæ.

CAP. LXIIII.

HÆc de ſacræ ſcripturæ auctoribus, & tranſlatoribus, atque doctoribus & expoſitoribus breuiter conſtrinximus: nunc ad eius generalem doctrinam tranſeamus. Et primo quidem qualiter myſteriorum eius profunditas inueſtigari poſſit; deinde verò qualiter docenda vel exponenda ſit, ex dictis ſanctorum patrum colligamus.

Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 2 His qui ſcripturas diuinas legunt, quædam obſcurè dicta, plerumque denſiſſimam caliginem obducunt. Quod diuinitus prouiſum eſſe non dubito, ad edomandam labore ſuperbiam, & intellectum à faſtidio remouendum, cui facilè inueſtigata plerunq; vileſcunt.

Scripturæ ita ſunt legendæ vt intelligantur.

Idem in lib. 4. Sapientiam verò diſcit homo, quanto magis vel minus in ſcripturis proficit. Non dico in eis multum legendis, memoriæque mandandis, ſed bene intelligendis, & diligenter eorum ſenſibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt & negligunt, legunt vt teneant, negligunt vt intelligant. Quibus longè ſine dubio præferendi ſunt, qui verba earum minus tenẽt, & cor earum ſui cordis oculis vident: ſed vtriſque ille melior, & qui cum vult eas diſcit, & ſicut oportet intelligit.

Idem in libro Confeſſionum 12. Mira profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce antè nos ſuperficies blandiens paruulis, ſed horror eſt in eam intendere, horror honoris, & tremor amoris.

Gregorius in prologo moralium. Sacri enim tractator eloquij morem fluminis debet imitari, fluuius quippe dum per alueum fluit, ſi valles concauas ex latere contingit, in eas protinus ſui curſus impetus diuertit, cumque illas ſufficienter impleuerit, repente ſe in alueum refundit.

Scriptura myſterijs prudentes exercet, & ſuperficie ſimplices fouet.

Idem. Diuinus etenim ſermo ſicut myſterijs prudentes exercet; ſic plerunque ſuperficie ſimplices refouet; habet in publico vnde paꝛuulos nutriat, ſeruat in ſecreto vnde mentes ſublimium in admiratione ſuſpendat. Quaſi quidam vndique eſt fluuius (vt ita dixerim) planus & altus, in quo & agnus ambulet, & elephas natet.

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX
SINGVLORVM LIBRORVM,
ET CAPITVM. IN SECVNDO TOMO SPECVLI MAIORIS, DOCTRINALIS NVNCVPATI, CONTENTORVM.

In quo primus numerus capita, ſecundus folia indicant.

INDEX LIBRI PRIMI.

Liber Primus, Epilogo præmiſſo de lapſu hominis, agit vniuerſaliter de ipſius reparatione per doctrinam, & ſtudiũ Philoſophiæ. Deinde vero propter ſciẽtiam linguæ (quæ prior omnium comparanda eſt) agit, de quorundam vocabulorum, præcipuèque Latinorum, atque Græcorum plurimis ignorata ſignificatione. Habet autem liber iſte 68. Capitula.

EPILOGVS de lapſu, & miſeria generis humani, cap.1. fol.3.
De miſeriis huius vitæ, cap.2. fol.4.
De duabus malorum radicibus, ſiue malis ægritudinibus ignorantia, ſcilicet, & concupiſcentia, ſeu errore, & cupiditate, cap.3. fol.5.
De malis communibus omnium hominum, cap.4. fol.6.
De his, quæ propria ſunt iuſtorum, cap.5. fol.7.
De bonis originalibus homini relictis, etiam poſt peccatum, capite 6. fol. ibid.
De bonis animæ naturalibus, cap.7. fol.8.
De bonis corporalibus, cap.8. ibid.
De inuentione ſcientiarum, quæ data eſt homini in remedium, capite 9. fol. 9.
De primis Philoſophis, qui naturam ſcrutati ſunt, cap.10. 10.
De cæteris, qui poſtea Philoſophiam ad mores compoſuerunt, capite 11. 11.
De diuerſis generibus Philoſophorum, cap.12. fol.12.
De diffinitionibus Philoſophiæ, c.13. 13.
De partibus Philoſophiæ iuxta Iſidorum, cap.14. 14.
Alia diuiſio eiuſdem iuxta Hugonem, cap.15. 15.
Alia iuxta Michaelem Scotum, c.16. fol.16.
Iterum de eodem iuxta Philoſophos, cap.17. ibid.
Iterum alia eiuſdem diuiſio magiſtralis, cap.18. fol.17.
De origine ſcientiarum, & primo Doctrinalium, cap.19. f.18.
De origine Phyſicæ, & Metaphyſicæ, cap.20. 19.
De ordine ſcientiarum, cap.21. fol.20.
De via cognoſcendi in qualibet arte, cap.22. ibid.
Qualiter anima humana per Philoſophiæ ſtudium, & doctrinam ob ignorantia reparatur, capitulo 23. fol.21.
De ſtudio, & amore ſtudendi, cap.24. ibid.
Quod doctrinæ cuiuſlibet animo ſtudioſo, aliquatenus impreſſa ſit eiuſdem notio, c.25. 22.
Quod curioſus à ſtudioſi nomine diſcernendus ſit, cap 26. 23.
Quod tria ſtudentibus neceſſaria ſunt, cap.27. ibid.
De quinque ſtudij inuamentis, & primo de humilitate, c.28. 24.
De quatuor cæteris, cap.29. 25.
De his, quæ ſtudentem impediunt, c.30. 26.
De his, qui ſtudijs inutilibus ſe occupant, cap.31. 27.
De illis, qui artes confundunt, c.32. 28.
De his, qui omnia legere volunt, cap.33. ibid.
De his, qui legunt vel audiunt ea, quæ ſtatui ſuo non congruunt, capite 34. 29.
De ſecularibus literis ad eruditionem, non ad voluptatem legendis, cap.35. 30.
De diuerſorum Doctorum floribus excerpendis, cap.36. 31.
De magiſtris audiendis, & reuerendis, c.37. ibid.
De his, qui ad magiſterium accedunt, c.38. 32.
De his, qui hoc officium aſſecuti iam exequi volunt, c.39. 33.
De interiori magiſterio veritatis, c.40. ibid.
De eruditione puerorum, c.41. 34.
De libris, & actoribus eorum, c.42. ibid.
De diuerſis generibus opuſculorum, c.43. 35.
De diuerſitate linguarum, & idiomatum, cap.44. 36.
De ſcientia linguæ, & partibus eius, cap.45. ibid.
De vocabulis, quæ incipiunt per a, cap.46. 37. & 38.
De his, quæ incipiunt per b, cap.47. 41.
De his, quæ incipiunt per c, cap.48. 42.
De incipientibus per d, cap.48. 47. & 48.
De incipientibus per e, cap.49. 49. & 50.
De incipientibus per f, cap.50. 52.
De incipientibus per g, cap.51. 53. & 54.
De incipientibus per h, cap.52. 55.
De incipientibus per i, cap.53. 5. & 56
De incipientibus per k, cap.55. 56.
De incipientibus per l, cap 56. 57.
De incipientibus per m, cap.57. 58.
De incipientibus per n, cap.58. 61.
De incipientibus per o, cap.59. 62.
De incipientibus per p, cap.60. 64.
De incipientibus per q, cap.61 73.
De incipientibus per r, cap.62. eodem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De incipientibus per s, cap. 63. 74.
De incipientibus per t, cap. 65. ibid.
De incipientibus per u, cap. 66. 77. & 78.
De incipientibus per x, & y, c. 67. 79. & 80.
De incipientibus per z, cap. 68. 80.

INDEX LIBRI SECVNDI.

Liber Secundus agit de arte Grammatica, quæ inter ſermocionales ſcientias primũ obtinet locum, vtpotè cæteratum omnium inſtrumentum, vel etiam fundamentum. Habet autem Cap. 193.

DE diffinitione, & partibus Grammaticæ, cap. 1. 81.
De materia eiuſdem artis, id eſt, de voce, cap. 2. 82.
De differentijs vel ſpeciebus vocis, cap. 3. 83.
De litera, & origine literarum, cap. 4. 84.
De inuentione, vel origine literarum, & primo Hebraicarum, capite 5. 84.
De inuentione Græcarum, c. 6. 85.
Qualiter apud Græcos omnes literæ numerales ſunt, c. 7. ibid.
De inuentione Latinarum, c. 8. 86.
De accidentibus literæ, c. 9. ibid.
De poteſtate literæ ſubſtantiali, cap. 10. 87.
De poteſtate eiuſdem accidentali prima, c. 11. 88.
De cæteris quatuor, c. 12. ibid.
De ſyllaba, cap. 13. 90.
De ſpeciebus ſyllabæ, c. 14. ibid.
De accidentibus ſyllabæ, & primo de accentu, c. 15. 91.
De regulis accentuum, cap. 16. 91.
De cæteris accidentibus ſyllabæ, c. 17. ibid.
De pedibus, cap. 18. 92.
De dictione, cap. 19. 93.
De oratione, & partibus eius, c. 20. ibid.
De nomine, & eius ſignificatione, c. 21. 94.
De accidentibus nomini, cap. 22. 95.
De nominibus propriis, cap. 23. ibid.
De differentia propriorum nominum & appellatiuorum, c. 24. 96.
De ſpeciebus communibus tam propriis, quàm appellatiuis, capite 25. ibid.
De nominibus adiectiuis, c. 26. 97.
De nominibus tantum appellatiuis, c. 27. 98.
De patronymicis veris, & non veris, cap. 28. ibid.
De formatione maſculinorum, & fœminorum, c. 29. fol. 99.
De nominibus poſſeſſiuis, c. 30. 100.
De formis poſſeſſiuorum aſſumptis à Græcis, c. 31. ibid.
De formis propriis Latinorum, c. 32. 101.
De his, quæ deſinunt in nus, c. 33. 102.
De nominibus comparatiuis, c. 34. 103.
De formatione comparatiuorum, c. 35. 104.
De comparatiuis deficientibus, & abuſiuis, c. 36. ibid.
De triplici abuſione comparatiuorum, c. 37. ibid.
De abuſiua comparatione vnius ad aliũ, vel ad ſuperlatiuum, capite 38. 10.
De ſuperlatiuis, c. 39. 106.
De diminutiuis, c. 40. ibid.
De formis, vel formationibus diminutiuorum, c. 41. 107.
De denominatiuis, & primo de his, quæ terminatur in a, c. 42. 108.
De his, quæ terminantur in c, i, o, u, c. 43. 109.
De his, quæ terminantur in l, m, n, c. 44. 110.
De his, quæ terminantur in r, s, c. 45. ibid.
Item de his, quæ terminantur in s, c. 46. 111.
Adhuc de eodem, c. 47. 112.
De ſecundo accidente nominis quod eſt genus, c. 48. 113.
De diuerſis terminationibus diuerſorum generum ſecundum ordinem quinque vocalium, c. 49. 14.
De deſinentibus in c, d, l, m, n, cap. 50. ibid.
De deſinentibus in r, cap. 51. 115.
De deſinentibus in s, c. 52. ibid.
Adhuc de eodem, c. 53. 116.
De deſinentibus in x. vel in duas conſonantes, cap. 54. 117.
De tertio nominis accidente quod eſt numerus, c. 55. ibid.
De quarto accidente, quod eſt figura, c. 56. 118.
Adhuc de eodem, cap. 57. ibid.
De quinto accidente nominis, id eſt, de caſu, c. 58. 119.
De nominibus caſualibus, & formis, c. 59. 120.
De formatione genitiuorum ſecundum terminationes vocalium, & mutarum, c. 60. 121.
De eodem ſecundum terminationes ſeminocalium, & primo in l, n, cap. 61. ibid.
Adhuc de eodem ſecundum terminationem in r, c. 62. 122.
Adhuc de eodem, c. 63. 123.
De eodem ſecundum terminationem in as, es, is, & os, c. 64. ibid.
De formatione maſculinorum, quæ terminantur in us, c. 65. 124.
De formatione cæterorum generum eiuſdem terminationis, capite 66. ibid.
De formatione deſinentium in x. vel duas conſonantes, c. 67. 125.
De terminationibus caſuum primæ declinationis, c. 68. ibid.
De terminationibus ſecundæ declinationis, c. 69. 126.
De terminationibus tertiæ declinationis, c. 70. 127.
De formatione ablatiui eiuſdem, c. 71. ibid.
Adhuc de eodem, cap. 72. ibid.
De terminationibus quartæ, & quintæ declinationis, c. 73. 128.
De verbo, & eius ſignificatione, c. 74. 129.
De ſignificatione verbi ſubſtantiui, c. 75. 130.
De quattuor cauſis defectuum in accidentibus verbi, & aliarum partium, cap. 76. 131.
De cauſa differentiæ quæ ſolent quædam taceri, vel contra regulam proferri, cap. 77. ibid.
De accidentibus verbi, & primo de genere, c. 78. 132.
De terminatione ſingulorum generum, c. 79. 133.
De actiuis, & paſſiuis, & eorum conſtructione cum obliquis, capite 80. ibid.
De neutris, & deponentibus eorumque ſignificationibus, c. 81. 134.
De abuſionibus verborum in diuerſis generibus, c. 82. ibid.
De ſecundo accidente verbi, id eſt, de tempore, c. 83. 136.
De diuiſione eius in tria tempora, cap. 84. ibid.
De inſtanti, cap. 85. 137.
De temporibus per ſingulos modos diſtinctis, c. 86. ibid.
De gerundijs, cap. 87. 138.
Quod gerundia ſunt nomina non verba, c. 88. ibid.
De conſtructione gerundiorum, c. 89. 139.
De ſupinis, cap. 90. 140.
De verbis imperſonalibus, c. 91. ibid.
De ſignificato temporis in verbo ſubſtantiuo, & vocatiuo, capite 92. ibid.
De proprio ſignificato verbi ſubſtantiui, c. 93. 141.
De ſignificatione verbi ſubſtantiui, c. 94. 142.
De cognatione temporum, & vocum eorum, cap. 95. ibid.
De ſpeciali defectu quorundam verborum, in quibuſdam temporibus, cap. 96. 143.
De tertio accidente verbi, id eſt, de modo, c. 97. 144.
De numero, & ordine modorum, cap. 98. 145.
De quarto accidente, quod eſt ſpecies, c. 99. 146.
De quinto accidente, i. de figura, cap. 100. ibid.
De ſexto accidente, i. de coniugatione, c. 101. 147.
De perſona, & numero, cap. 102. ibid.
De declinatione, & inflexione verborum, c. 103 148.
De formis præteritorum in generali, c. 104. 149.
De formatione præteritorum, & ſupinorum primæ coniugationis, capite 105. 150.
De formis eorundem in ſecunda coniugatione, c. 106. ibid.
Adhuc de eodem, cap. 107. 151.
De regulis verborum tertiæ coniugationis, quæ deſinunt in io, capite 108. fol. 152.
De cæteris habentibus vocalem ante o, c. 109. 153.
De habentibus conſonantem ante o, c. 110. ibid.
Adhuc de eodem, cap. 111. 155.
Iterum de eodem, cap 112. ibid.
De verbis quartæ coniugationis, c. 113. 156.
De participio, & vtrum pars orationis per ſe, c. 114. 157.
De diffinitione participij, cap 115. ibid.
De origine, & formatione participiorum, cap 116. 158.
De accidentibus participij, & primo de genere, & caſu, capite 117. fol. 159.

De tem-

De tempore participij, cap. 118. ibid.
De significatione numero, & figura, c.119. 160.
De pronomine, & eius significatione, c.120. ibid.
De diffinitione, & proprietate pronominis, cap.121. 161.
De accidentibus pronomini, & primo de specie, c.122. 162.
Cur Donatus, quis, & qualis, & quantus putauit esse pronomina, Priscianus autem nomina, cap.123. 163.
Cur pronomen in tertia persona plures habeat voces, quàm in cæteris personis, cap.124. ibid.
De pronominibus demonstratiuis, & relatiuis, c.125. 164.
De pronominibus derivatiuis seu possessiuis, c.126. 165.
De differentijs inter pronomina derivatiua, & primitiua, c.127. 166.
De articulis, & articularibus pronominibus, c.128. 167
De pronominibus, in quibus deficit vocatiuus, & in quibus non, capite 129. 168.
De secundo pronominis accidente, quod est persona, c.130. 169.
De tertio eiusdem accidente id est, de genere, c.131. ibid.
De quarto accidente, quod est figura, c.132. 170
De syllabicis adiectionibus pronominum, cap.133. 171.
De pronominibus quibus per Anastrophen hæc præpositio cum postponitur, cap.134. 172.
De casu pronominis, cap.135. ibid.
De quattuor declinationibus pronominis, c.136. 173
De vnaquaque earum sigillatim, cap.137. ibid.
De quibusdam vocabulis, quæ putata sunt esse pronomina cum non sint, cap.138. 174.
De præpositione, & ratione nominationis eius, c.139. 176.
De differentia inter præpositiones, & coniunctiones, c.140. 177.
De differentia inter præpositiones, & aduerbia, c.141. ibid.
De compositionibus præpositionum, c.142. 176.
De accidentibus aduerbiorum, cap.143. 179.
De appositionibus præpositionum cum casualibus, c.144. 180.
De multitudine præpositionum apud Latinos, c.145. ibid.
De diuersis acceptionibus præpositionum, c.146. 181.
De communi significatione præpositionum, c.147. 182.
De propriis significationibus earum, quæ accusatiuo deseruiunt, & primo de monosyllabis, cap.148. ibid.
Adhuc de eodem, cap.149. 183.
De dissyllabis, quæ accusatiuo deseruiunt, cap.150. ibid.
Adhuc de eodem, c.151. 184.
De monosyllabis ablatiuo deseruientibus, c.152. 185
Adhuc de eodem, cap.153. 186.
De dissyllabis eidem casui deseruientibus, c.154. ibid.
De his, quæ vtrique casui deseruiunt, & primo de In, c.155. 187.
De sub, & super, & subter, c.156. ibid.
De præpositionibus inseparabilibus, c.157. 188.
De quibusdam dictionibus compositis, c.158. ibid.
De aduerbio, cap.159. 189.
De accidentibus aduerbio, & primo de specie, c.160. 190.
De formis aduerbiorum, & primo de terminantibus in e, capite 161. ibid.
De puta, & quisputas, cap.162. 191.
De nominibus locorum, quæ ponuntur aduerbialiter, & primo de simplicibus, cap.163. ibid.
De nominationibus locorum, quæ fiunt per nomina sanctorum, & de compositis, cap.164. 192.
De appellatiuis nominibus, quæ ponuntur similiter aduerbialiter, capite 165. 193.
De aduerbijs primitiuis, quæ terminatur in e, correptam, c.166. 193.
De derivatiuis eiusdem terminationis, c.167. 194.
Collectio regulæ de aduerbijs derivatiuis, c.160. 195.
De his aduerbijs, quæ terminantur in i, o, u, c.161. ibid.
De his, quæ terminantur in c, l, m, n, c.170. ibid.
De his, quæ terminantur in r, s, t, x, c.171. 196.
De figura aduerbij, cap.172. 197.
De aduerbijs localibus, cap.173. ibid.
De cæteris speciebus aduerbiorum, c.174. 198.
De aduerbijs equinocis, & ordine aduerbiorum, c.175. 199.
De interiectione, cap.176. 200.
De coniunctione, cap.177. ibid.
De figura, & specie coniunctionis, c.178. 201.
Adhuc de quibusdam speciebus coniunctionis, c.179. 202.
Adhuc de eodem, cap.180. 203.
De ordine coniunctionum cæterarumque partium, 181. 204.
De analogia partium, cap.182. ibid.
De constructione partium orationis, cap.183. ibid.
De constructione ad intellectum referenda, c.184. 205.
De ortographia, cap.185. ibid.
De materia, & instrumentis scribendi, c.186. 206.
De pronunciatione, c.187. 207.
De barbarismo, & solœcismo, c.188. ibid.
De cæteris vitijs grammaticæ, c.189. ibid.
De methaplasmis, cap.190. 208.
De schematibus, cap.191. ibid.
De tropis, cap.192. 209.
De allegoria, & quibusdam alijs figuris, c.193. 210.

INDEX LIBRI TERTII.

Liber Tertius agit de Logica, & Rhetorica, & Poetica. Habet autem Cap.131.

DE Logica, & eius inuentione, cap.1. 211.
De intentione Logicæ, cap.2. 212.
De partibus Logicæ, siue artis syllogisticæ, c.3. 213.
De Dialectica, & libris Aristotelis, c.4. 214.
De diuisione Logicæ, siue Dialecticæ, c.5. 215.
De Isagogis Porphyrij, cap.6. ibid.
Opiniones Philosophorum, & quæstiones de esse vniuersalium, capite 7. 216.
De prima quæstione, scilicet an sint, c 8. 217.
Assertio, quòd vniuersalia sint in rerum natura, c.9. 218.
Vtrum vniuersalia corporea sint an incorporea, c.10. 219.
Vtrum separata sint à singularibus an non, c.11. ibid.
Vtrum vniuersalia sint res, an nomina, & qualiter tot, & non plura, cap.12. 220.
De genere, & specie, cap.13. 221.
De differentia, proprio, & accidente, c.14. ibid.
De decem prædicamentis, cap.15. 222.
De prædicamento substantiæ, c.16. 223.
De prædicamento quantitatis, c.17. 224.
De prædicamento ad aliquid, c.18. 225.
De prædicamento qualitatis, c.19. 226.
De multiplici acceptione huius nominis forma, c.20. 227.
De numero, & ordine specierum qualitatis, & quantitatis, c.21. 228.
De prædicamento actionis, cap.22. 229.
De prædicamento passionis, c.23. 230
De prædicamento, quando, c.24. 231.
De prædicamento vbi, c.25. ibid.
De prædicamento situs, c.26. 232.
De prædicamento habitus, c.27. 233.
De consequentibus prædicamenta, & primo de magis, & minus, capite 28. 234.
De oppositis, cap.29. ibid.
De hoc, quod est prius, & simul, & de motu, c. 30. 235
De libro Perihermenias, c.31. 236.
De interpretatione, vel significatione, c.32. ibid.
De vocibus significatiuis ad placitum, c.33. 237.
De oratione enunciatiua, quæ est propositio, c.34. 238
De terminis cathegoricæ propositionis, c.35. 239.
De suppositionibus terminorum, c.36. ibid.
De appellationibus, cap.37. 240.
De communicantia propositionum in terminis, c.38. 241
De conuersionibus, & æquipollentijs, c.39. 242.
De propositionibus modalibus, c.40. ibid.
De lineis earum, secundùm distinctionem, quattuor modorum, capite 41. 243.
De æquiuocatione singulorum modorum, c.42. ibid.
De quæstionibus, cap.43. 244.
De argumentis, cap.44. ibid.
De argumentationibus, c.45. 245.
De locis Dialecticis, cap.46. ibid.
De locis intrinsecis, & extrinsecis, & medijs iuxta Themistium, cap.47. 246.
De alio modo, diuidendi locos, secundùm alios, c.48. 247.
De oppositis, cap.49. ibid.
De Syllogismis, & eorum figuris, c.50. 248.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De quatuor ſpeciebus ſyllogiſmi, cap.51. 249.
De ſyllogiſmo demonſtratiuo, & eius materia, c.52. ibid.
De hoc, quod in eſt homini per ſe, & uniuerſale, c.53. 250.
Quod demonſtratio ſit ex neceſſarijs, & ex propriis, c.54. 251.
De facilitate inueniẽdi medium, & de numero queſtionũ, c.55. 252.
De ſyllogiſmo Dialectico, cap 56. ibid.
De propoſitionibus, & problematibus, c.57. ibid.
De diffinitionibus utriuſque prout ſpectãt ad Dialecticũ, c.58. 253.
De inſtrumentis abundandi ſyllogiſmis, & primo de propoſitionibus eligendis, cap.59. 254.
De conſideratione ſimplicis, & multiplicis, c.60. ibid.
De conſideratione diuerſitatis, & ſimilitudinis, c.61. 255.
De conſiderationibus ad problema, de accidente abſoluto terminandum, cap.62. 256.
Adhuc de eodem, cap.63. 257.
De accidente comparato, cap.64. ibid.
De conſiderationibus ad problema de genere, c.65. 258.
De conſideratione ad problema de proprio, c.66. 259.
Adhuc de eodem, cap.67. 260.
De diffinitione, & eius problemate, c.68. 261.
De obſcuritate, & ſuperfluitate remouenda à diffinitione, c.69. ibid.
Quod per priora & euidentiora faciendа ſit diffinitio, c.70. 262.
De genere in diffinitione aſſignando, c.71. 263.
De differentijs ibidem apponendis, c.72. ibid.
De cæteris conſiderationibus ad problema diffinitionis, c.73. 264.
Adhuc de eodem, cap.74. 265.
Quod eiuſdem & diuerſi cognitio ſit utilis ad diffinitionẽ, c.75. ibid.
De conſiderationibus ad problema de eodem, & diuerſo, c.76. 266.
De difficultate conſtruendi diffinitiones, c.77. ibid.
De arte diuidẽdi quòd, & ipſa ſit ad diffinitionẽ neceſſaria, c.78. 267.
De diuiſione generis in ſpecies, c.79. 268.
De diuiſione totius in partes, cap.80. 269.
De diuiſione uocis in ſignificationes, c.81. ibid.
De diuiſione, ſecundùm accidens, c.82. 270.
De cautela opponendi in Dialectica, & propoſitũ celandi, c.83. ibid.
Adhuc de eodem, cap.84. 271.
De modo ornandi, & explanandi orationem interrogantis, c.85. ibid.
De modo reſpondendi, c.86. 272.
De oratione uitioſa, & manifeſta, c.87. 273.
De falſitate ſyllogiſmi, & petitione principij, c.88. ibid.
De exercitatione Dialectici in ſyllogiſmis, c.89. 274.
De ſophiſtica diſputatione, & eius comparatione ad alias, c.90. 275.
De paralogiſmis, & eorum ſpeciebus, c.91. 276.
De æquiuocatione, & amphibologia, c.92. ibid.
De compoſitione, & diuiſione, c.93. ibid.
De accentu, & figura dictionis, c.94. 277.
De fallacia accidentis, & ſecundùm quid, & ſimpliciter, c.95. 278.
De ignorantia elenchi, & petitione principij, & conſequente, capite 96. 279.
De fallacia, ſecundùm non cauſam, ut cauſam, & ſecundùm plures interrogationes, ut unam, cap.97. ibid.
De ſolutione paralogiſmorum, c.98. 280.
De arte Rhetorica, & definitione, cap.99. ibid.
De Oratore, & eius inſtitutione, c.100. 281.
De partibus orationis Rhetoricæ, c.101. 282.
De rebus expetendis, cap.102. 283.
De generibus cauſarum, c.103. ibid.
De ſtatibus Rhetoricis, cap.104. 284.
De ſyllogiſmis Rhetoricis, cap.105. 285.
De locis Rhetoricis, cap.106. ibid.
Adhuc de eodem, c.107. 286.
De conſtructione, & ornatu orationis Rhetoricæ, c.108. 287.
De arte Poetica, cap.109. ibid.
De Poetis, cap.110. 288.
De proſa, & metro, cap.111. ibid.
De carmine, & eius ſpeciebus, cap.112. 289.
De Fabulis fictis, & Poeticis, c.113. ibid.
De Fabulis Æſopi fictis, contra calumnioſos, & inſidioſos, capite 114. 290.
Item eiuſdem contra cupidos, & auaros, & guloſos, c.115. ibid.
Item contra incantos, cap.116. 291.
De figmentis eiuſdem contra uanè glorioſos, ſuperbos, & præſumptuoſos, cap.117. ibid.
Contra puſillanimes, cap.118. 292
Contra arrogantes, cap.119. ibid.
Contra contemptores humilium, cap.120. 293.
Contra infideles, & adulatores, cap.121. ibid.
Item contra pigros, cap.122. 294.
Item eiuſdem contra inſtantiam, & ad libertatis commendationem, capite 123. ibid.
De Mitologia Fulgentij, & primo de uita triplici, c.124. 295.
Item eiuſdem contra ebrietatem, & luxuriam, & auaritiam, capite 125. 296.
De libidine, & uſura, cap.126. ibid.
De hiſtorijs, cap.127. 297.
De ſententijs, & figmentis, c.128. ibid.
De figuris uerborum, c.129. 298.
De figuris ſententiarum, c.130. ibid.
De poſituris ac cæteris notis, c.131. 299.

INDEX LIBRI QVARTI.

Liber Quartus, incipit agere de practicis, ſiue moralibus ſcientijs, & agit de monaſtica, tanquam quæ priorem locum inter has tenet, eo quod vitam propriã vnumquemque componere docet. Habet autem 177. Capitula.

De practica ſcientia, & eius inuentore, cap.1. 301.
De partibus eiuſdem, cap.2. 302.
De ſcientia monaſtica, cap.3. 303.
De naturali appetitu boni, cap.4. ibid.
De rebus expetendis, & primo de uirtute, c.5. ibid.
De partibus honeſti, & primo de uirtute Philoſophorum, c.6. 304.
De eodem dicta poetarum, c.7. 305.
Quod nobis innata ſunt uirtutum ſemina, c.8. ibid.
De quatuor generibus uirtutum, c.9. 306.
De uirtute conſuetudinali, & quòd ipſa ſit habitus, c.10. 307.
Quod uirtus ſit uoluntaria tantum non coacta dicta Philoſophorum, cap.11. 308.
De eodem dicta poetarum, cap.12. ibid.
Quod uirtus gratuita ſit non mercenaria, c.13. 309.
Quod uirtus libera ſit, & regina, uitium ſeruile, ſecundum Philoſophos, cap.14. ibid.
De eodem ſecundum Poetas, cap.15. 310.
Quod uirtus medij ſit inſpectrix, & conſeruatrix, c.16. ibid.
De modo, & difficultate conſiſtendi in medio, c.17. 311.
De quatuor uirtutibus Cardinalibus, c.18. ibid.
De prudentia, & diſcretione ſecundum Philoſophos, c.19. 312.
De eodem dicta Poetarum, cap.20. 313.
De memoria, cap.21. ibid.
De intelligentia, & rerum æſtimatione, c.22. ibid.
De prudenti rerum ponderatione, c.23. 314.
De prudenti rerum uſu, cap.24. 315.
De prouidentia, cap.25. ibid.
De conſilio, & deliberatione, c.26. 316.
De cautela, & circumſpectione dicta Philoſophorum, c.27. 317.
De eodem dicta Poetarum, cap.28. ibid.
De obſeruanda temporis opportunitate, c.29. 318.
De iuſtitia, cap.30. ibid.
De latria, ſiue religione, cap.31. 319.
De eodem ſecundum Poetas, c.32. ibid.
De uitanda ſuperſtitione dicta Philoſophorum, c.33. 320.
De eodem dicta Poetarum, cap.34. ibid.
De ſacris diebus colendis, cap.35. ibid.
De oratione dicta Philoſophorum, cap.36. 321.
De eadem dicta Poetarum, cap.37. ibid.
De humilitate, cap.38. 322.
De reuerentia, cap.39. ibid.
De obedientia, cap.40. 323.
De pietate, cap.41. ibid.
De amore patriæ, cap.42. 324.
De humanitate, & conſuetudine, c.43. 325.
De concordia, & pace dicta Philoſophorum, cap.44. 326.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

De eodem dicta Poetarum, cap.45. ibid.
De liberalitate dicta Philosophorum, c.46. 327.
De eodem dicta Poetarum, c.47. 328.
Quod liberalitas debet esse discreta, c.48. ibid.
Quorum sit dare, & accipere beneficia, c.49 329.
Quod beneficium debet esse gratuitum, c.50. ibid.
De non protrahendo vel negando beneficio, c.51. 330.
De non repetendo, vel improperando beneficio, c.52. 331.
De gratia beneficijs repetenda, c.53. ibid.
De ingratitudine vitanda, c.54. 332.
Quod non propter quorundam ingratitudinem à beneficijs cessandum est, cap 55. ibid.
De moralitate dicta Philosophorum, c.56. 333.
De eodem dicta Poetarum, cap.57. ibid.
De fidelitate dicta Philosophorum, c.58. 334.
De eodem dicta Poetarum, c.59. ibid.
De veritate, cap.60. 335.
De lege dicta Philosophorum, c.61. ibid.
De eodem dicta Poetarum, c.62. 336.
De æquitate iudicij dicta Philosophorum, c.63. ibid.
De eodem dicta Poetarum, c.64. ibid.
De intercessionibus, & aduocationibus, c.65. 337.
De seueritate, cap.66. ibid.
De misericordia, & compassione, c.67. 338.
De indulgentia, cap.68. ibid.
De zelo, & correptione dicta Philosophorum, c.69. 339.
De eodem dicta Poetarum, cap.70. 340.
De fortitudine, cap.71. ibid.
De magnificentia, & confidentia dicta Philosophorum, c.72. 341.
De eodem dicta Poetarum, cap.73. ibid.
De pusillanimitate, & vana formidine abijcienda, c.74. 342.
De strenuitate laboris, & eius interpolatione, c.75. 343.
De exercitatione, cap.76. ibid.
De militia dicta Philosophorum, c.77. 344.
De eodem dicta Poetarum, cap.78. ibid.
De patientia dicta Philosophorum, c.79. ibid.
De eodem dicta Poetarum, cap.80. 345.
De causis patiendi, & tolerandi dicta Philosophorum, c.81. ibid.
De eodem dicta Poetarum, cap.82. 346.
De tolerantia dicta Philosophorum, c.83. ibid.
De eodem dicta Poetarum, cap.84. 347.
De constantia, siue perseuerantia, cap.85. ibid.
De stabilitate animi, cap.86. 348.
De vitanda instabilitate loci, cap.87. ibid.
De securitate mentis, & requie, cap.88. 349.
De temperantia, cap.89. 350.
De modestia, cap.90. ibid.
De verecundia, cap.91. 351.
De taciturnitate, cap.92. 352.
De moderatione, cap.93. ibid.
De maturitate, cap.94. 353.
De abstinentia, cap.95. ibid.
De sobrietate dicta Philosophorum, cap.96. 354.
De eodem dicta Poetarum, c.97. ibid.
De pudicitia, cap.98. 355.
De castitate, cap.99. ibid.
De Virginitate, cap.100. 356.
De parcitate, siue frugalitate, cap.101. ibid.
De eodem dicta Poetarum, c.102. 357.
De sufficientia, siue paupertate voluntaria dicta Philosophorum, capite 103. ibid.
De eodem exempla, cap.104. 358.
De eodem dicta Poetarum, c.105. ibid.
De vitijs fugiendis, c.106. 359.
De mala mente, & inculta, cap.107. 360.
De passionibus animæ, cap.108. ibid.
De amore, cap.109. 361.
De spe, cap.110. 362.
De gaudio, cap.111. 363.
De dolore, & luctu, cap.112. ibid.
De timore, cap.113. 364.
De suspitione, cap.114. 365.
De crudelitate, secundum Philosophos, c.115. ibid.
Adhuc de eodem, secundum Poetas, c.116. 366.
De errore, cap.117. ibid.
De stultitia, cap. 118. 367.
De naturalibus desiderijs secundum Philosophos, c.119. ibid.
De eodem, secundum Poetas, c.120. 368.
De cæco amore sui, cap.121. ibid.
De superbia, cap.122. 369.
De temeritate, cap.123. 370.
De præsumptione, cap.124. ibid.
De ambitione dicta Philosophorum, cap.125. 371.
De eodem dicta Poetarum, c.126. ibid.
De principatu, vel honore recusando, c.127. 372.
De inani gloria, cap.128. 373.
De hypocrisi, cap.129. ibid.
De inuidia dicta Philosophorum, c.130. 374
De eodem dicta Poetarum, cap.131. 375.
De malitia, cap.132. ibid.
De iracundia dicta Philosophorum, c.133. ibid.
De eodem dicta Poetarum c.134. 376.
De odio, & discordia, cap.135. 377.
De eodem dicta Poetarum, c.137. 378.
De impatientia, & tristitia, c.138. 379.
De luctu pro rerum, vel amicorum amissione, c.139. ibid.
De fictis lachrymis, & ioco, c.140. 380.
De pigritia, & somnolentia, c.141. ibid.
De otiositate, cap.142. 381.
De accidia, & desperatione, c.143. 382.
De auaritia dicta Philosophorum, c.144. ibid.
De eodem dicta Poetarum, c.145. 383.
De cupiditate dicta Philosophorum, c.146. 384.
De eodem dicta Poetarum, c.147. 385.
De acceptione, & contemptu munerum, c.148. 386.
De rapina, & fraude, & vsura dicta Philosophorum, c.149. ibid.
De eodem dicta Poetarum, c.150. 387.
De voluptate carnis, cap.151. ibid.
De eodem, cap.152. 388.
De vita delitiosa dicta Philosophorum, c.153. ibid.
De eodem dicta Poetarum, c.154. 389.
De vitio gulæ dicta Philosophorum, cap.155. ibid.
De eodem dicta Poetarum, cap.156. 390.
De ebrietate dicta Philosophorum, c.157. 391.
De eodem dicta Poetarum, c.158. ibid.
De inepta lætitia, cap.159. ibid.
De luxuria dicta Philosophorum, cap.160. 392.
De eodem dicta Poetarum, c.161. 393.
De adulterio, & sodomia, c.162. ibid.
De fomentis luxuriæ, c.163. ibid.
De effectibus luxuriæ, c.164. 394.
De vitijs linguæ, & primo de mendacio, ac periurio, c.165. 395.
De eadem, cap.166. ibid.
De adulatione, cap.167. 396.
Adhuc de eodem, cap.168. ibid.
De detractione, cap.169. 397.
De garrulitate, & turpiloquio, cap.170. ibid.
De contentione, c.171. 398.
De procacitate irrisione, & contumelia, c.172. 399
De maledictione, cap.173. ibid.
De ostentatione, cap.174. ibid
De iactantia, cap.175. 400.
De vitijs oculorum, cap 176. 401
De signis exterioribus interioris mentis habitus, c.177. 402.

INDEX LIBRI QVINTI.

Liber Quintus adhuc agit de monastica scientia, & est quasi complementũ quinti libri: In illo namque generaliter agitur de moribus, vel habitibus bonis, & malis, idest, de virtutibus, & vitijs. In hoc autem primo quidem describuntur particulariter mores hominum, cuiusque conditio-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nis, ac ſexus, & ætatis. Poſtmodum autem in vniuerſali de bona, & mala hominũ vita. De eloquentia quoque, & gloria, & amicitia, ac rebus cæteris, iuxta Tull. expetendis. Habet autem capitula 134.

DE bonis moribus Principum, & magnatum, cap. 1. 403
De clementia Principum, cap. 2. 404.
De moderatione, & patientia eorum, c. 3. 405.
De vitijs Principum dicta Philoſophorum, c. 4. 406.
De eodem dicta Poetarum, cap. 5. ibid.
Quod exemplis Principum formantur mores ſubditorum, c. 6. 407.
De lateribus Principum, ac magnatum, c. 7. ibid.
De moribus ſeruorum dicta Philoſophorum, c. 8. 408.
De eodem dicta Poetarum, c. 9. ibid.
De moribus fœminarum dicta Philoſophorum, c. 10. 409.
De eodem dicta Poetarum, cap. 11. ibid.
De moribus puerorum, cap. 12. 410.
De moribus iuuenum, cap. 13. ibid.
De moribus ſenum, cap. 14. 411.
De multiplicatione iniquitatis in ſæculo dicta Philoſophorum, capite 15. 412.
De eodem dicta Poetarum, c. 16. 413.
De noxia libertate, vel licentia peccandi, c. 17. 414.
De excuſatione, vel defenſione peccati, c. 18. ibid
De vitijs virtutum ſpeciem prætendentibus, c. 19. 415.
De quorundam peſſimis moribus, c. 20. ibid.
De peccatis leuioribus, cap. 21. 416.
De agenda pœnitentia, cap. 22. 417.
De pœnitentia, vel bona vita non differenda, c. 23. ibid.
De bonis initijs, & difficultate incipiendi, cap. 24. 418.
De vitijs extirpandis, aut ſubigendis, cap. 25. 419
De primis moribus reprimendis, cap. 26. ibid.
De regimine corporis, cap. 27. 420.
De regimine animi, cap. 28. ibid.
De regimine linguæ, cap. 29. 421.
De vnitate, & concordia totius vitæ, cap. 30. ibid.
De bonitate, ac ſinceritate vitæ dicta Philoſophorum c 31. 422.
De eodem dicta Poetarum, cap. 32. ibid.
De moderamine vitæ quorundam antiquorum, cap. 33. 423.
De tribus generibus vitæ ſecundũ Philoſophos, & Poetas, c. 34. ibi.
De interioribus vitæ propriæ teſtibus obſeruandis, ca. 35. 424.
De teſtibus forinſecus adhibendis, cap. 36. ibid.
De exemplis ab alijs accipiendis, cap. 37. 425.
De vita ſociali dicta Philoſophorum, cap. 38. ibid.
De eodem dicta Poetarum, cap. 39. 426.
De officijs adminiſtrandis, cap. 40. ibid.
De repetendo ſecreto mentis, cap. 41. 427.
De viciſſitudine quietis, & actionis, cap 42. 428.
De conſuetudine, & vſu, cap. 43. ibid.
De ſcientia & arte cap. 44. 429.
De ſtudijs, & meditatione, ca. 45. 430.
De docilitate dicta Philoſophorum, cap. 46. ibid.
De eligendo Doctore, cap. 47. 431.
De puerorum inſtructione, c. 48. ibid.
De curioſitate ſciendi, cap. 49. 432.
De eloquentia dicta Philoſophorum, ca. 50. 433.
De eodem dicta Poetarum, cap. 51. ibid.
De quorundam pulchra ſed mortifera facundia, c. 52. 434.
De gratia docendi, cap. 53. ibid.
De forma & modo docendi, cap. 54. 435.
De eodem, cap. 55. ibid.
De doctoribus male viuentibus, cap. 56. 436.
De peritia, vel induſtria ſcribendi, cap. 57. ibid.
De ſapientia, cap. 58. 437.
Quod ſtultus nihil habet, ſapientis verò ſunt omnia, c. 59. 438.
De cognitione ſui, vel ignorantia, c. 60. ibid.
De purgatione mentis ad inquiſitionem, ſeu cognitionem veritatis, cap. 61. 439.
De eodem, ſecundùm Poetas, c. 62. ibid.
De ſpectaculis naturæ, c. 63. 440.
De contemplatione cæleſtium, ac diuinorum dicta Philoſophorum, cap. 64. ibid.
De eodem dicta Poetarum, cap. 65. 441.
De quiete contemplantium, c. 66. ibid.
De gloria, & fama, ſecundùm Philoſophos, c. 67. 442.
De eodem, ſecundùm Poetas, c. 68. 443.
De laude, ſecundùm Philoſophos, c. 69. ibid.
De eodem, ſecundùm Poetas, c. 70. ibid.
De dignitate, cap. 71. 444.
De amplitudine diuitiarum, cap. 72. ibid.
De vanitate, & incertitudine diuitiarum, c. 73. 445.
De incommodis diuitiarum, ſecundùm Philoſophos, c. 74. ibid.
De eodem, ſecundùm Poetas, cap. 75. 446.
Quod diuitiæ non ſunt homini bona propria ſed aliena, c. 76. ibid.
De diuitijs contemnendis, cap. 77. 447.
De bono paupertatis, ſecundùm Philoſophos, c. 78. 448.
De eodem, ſecundùm Poetas, c. 79. ibid.
De ſecuritate eiuſdem, ſecundùm Philoſophos, c. 80. 449.
De eodem, ſecundùm Poetas, c. 81. ibid.
De amicitia, cap. 82. 450.
De vtilitate, & iocunditate amicitiæ, c 83. ibid.
De fidelitate, & conſtantia amicitiæ, c. 84. 451.
Quid pro amico faciendum ſit, & quid non, c. 85. 452.
Quod amicitia vera, niſi inter bonos non ſit, c. 86. 453.
De concordia, & communitate amicorum, c. 87. ibid.
De fomentis amicitiæ, cap. 88. 454.
De impedimentis amicitiæ, cap. 89. ibid.
De amicis fortunæ, ſecundùm Philoſophos, c. 90. 455.
De eodem, ſecundùm Poetas, cap. 91. ibid.
De perniciojis, ac fictis amicis, c. 92. 456.
De amicitia cum malis inita potius diſſoluenda, quam abrumpenda, cap. 93. ibid.
De vtili, vel vtilitate, cap. 94. 457.
De publica vtilitate quærenda, potius quàm priuata, c. 95. ibid.
De vtilitate priuata, & primo de incolumitate, c. 96. 458.
De eodem, cap. 97. 459.
De corporis pulchritudine, ſecundùm Philoſophos, c. 98. ibid.
De eodem, ſecundum Poetas, c. 99. 460.
De iuuenili ætate, cap. 100. ibid.
De ſenili ætate, & bono ſenectutis, cap. 101. 461.
De incommodis ſenectutis, c. 102. ibid.
De remedijs ſenectutis, c. 103. 464.
De breuitate huius vitæ, & labilitate, c. 104. ibid.
De multiplici miſeria huius vitæ dicta Philoſophorum, c. 105. 463.
Item de eodem dicta Poetarum, c. 106. 464.
De infelicitate animæ degentis in hoc mortali corpore, ſecundùm Philoſophos, c. 107. ibid.
De eodem, ſecundùm Poetas, cap. 108. 465.
De tædio huius vitæ, cap. 109. ibid.
Quod non ſit ad mortem recurrendum præ faſtidio vitæ, ſecundùm Philoſophos, c 110. 466.
De eodem, ſecundùm Poetas, c. 111. ibid.
De neceſſitate moriendi, cap. 112. ibid.
De præparatione ſui contra mortem, c. 113. 467.
De contemptu mortis, ſecundùm Philoſophos, c. 114. 468.
De eodem, ſecundum Poetas, cap. 115. 468.
De bona morte appetenda, c. 116. 469.
De compendio mortis, c. 117. ibid.
De æquitate mortis, cap. 118. 470.
De potentia, cap. 119. 471.
De fortuna, cap. 120. ibid.
De ambiguitate fortunæ, ſecundùm Philoſophos, c. 121. 472.
De eodem, ſecundum Poetas, c. 122. ibid.
De mutabilitate eiuſdem, c. 123. ibid.
De aduerſitate fortunæ, c. 124. 473.
De proſperitate, cap. 125. 474.
De falſa felicitate, cap. 126. ibid.
De vera miſeria, cap. 127. ibid.
De contemptu ſæculi dicta Philoſophorum, cap. 128. 475.
Exempla eorum, de eodem, c. 129. 476.
De eodem dicta Poetarum, c. 130. ibid.
De præſenti iuſtorum felicitate, cap. 131. 477.
De ſpe immortalitatis futuræ, cap 132. 478.
De deſiderio vitæ perpetuæ, ſecundùm Philoſophos, c. 133. ibid.
De eadem, ſecundùm Poetas, c. 134. 480.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX LIBRI SEXTI.

Liber Sextus agit de ſcientia œconomica, quæ merito ſecũdum locum à monaſtica tener, quia familiam propriam regere remq; familiarem, ſiue domeſticam adminiſtrare docet. Habet autem cap. 149.

DE ſcientia œconomica, cap. 1. 481.
De domo viri illuſtris ab ipſo cæuanda, & illuſtranda, cap. 2. 482.
De bona vxore amplectanda, malaq; cauenda, c. 3. 483.
Vtrum ſapienti expediat nubere, c. 4 ibid.
De incommodis nuptiarum, c. 5. 484.
Adhuc de eodem, cap. 6 485.
De immoderato vxoris amore, cap. 7. ibid.
De mutua parentum, & filiorum exhibitione, c. 8. 486.
De educatione filiorum, cap 9. ibid.
De beneficijs, & emendatione propinquorum, c. 10. 487.
De mutua viciſſitudine dominorum, atque ſeruorum, c. 11. 487.
De regimine ſeruorum, cap. 12. 489.
De ſeruanda pace domeſticorum, c. 13. 489.
De electione, vel acquiſitione amicorum, c. 14. ibid.
De adminiſtratione rerum domeſticarum, c. 15. 490.
De habitaculis conſtruendis, c. 16. 491.
De ſitu, & forma ædificiorum, c. 17. 492.
De pauimentis eorum, cap. 18. ibid.
De parietibus, & tecturis, cap. 19. 493.
De ciſternis, & piſcinis extruendis, c. 20. ibid.
De cellis vinarijs, & olearijs, c. 21. ibid.
De horreis, cap. 22. 494.
De ſtabulis, & corte, & auiarijs, cap. 23. ibid.
De columbarijs, & turdorum, ac turturum cubiculis, c. 24. 495.
De gallinis educandis, cap. 25. ibid.
De faſianis nutriendis, cap. 26. 496.
De anſeribus, cap. 27. ibid.
De pauonibus, cap. 28. ibid.
De arca ſtruenda, cap. 29. 497.
De balneis, & piſtrino, cap. 30. ibid.
De ſemili, & ſterquilinio, cap. 31. 498.
De hortis, & pomerijs, cap. 32. ibid.
De hortorum partibus, & arcolis, & ſerendi temporibus, c. 33. 499.
De nocumentis hortorum, & remedijs, c. 34. ibid.
De quibuſdam noxijs animalibus exterminandis, c. 35. 500.
De apibus emendis, & collocandis, ac nutriendis, c. 36. ibid.
De nocumentis eorum remouendis, c. 37. 501.
De agris eligendis, atque colendis, c. 38. ibid.
De ſalubritate aeris, & aquæ, & quæ ibi conſideranda, c. 39. 502.
De terræ fœcunditate exploranda, c. 40. ibid.
De ruſtici operis induſtria, c. 41. ibid.
De ſeminibus collocandis, c. 42. 503.
De oleis, ac cæteris arboribus excolendis, c. 43. ibid.
De vitibus plantandis, atque colendis, c. 44. 504.
De his, quæ circa rem domeſticam agenda ſunt in Ianuario, capite 45. ibid.
De agris eodem menſe proſcindendis, c. 46. 505.
De lactucis ſerendis, & caule, & allio, c. 47. ibid.
De frugibus ſeminandis, & ſarculandis, c. 48. ibid.
De vitibus ablaqueandis, & paſtinandis, c. 49. 506.
De ſolo congruente pangendis vineis, c. 50. ibid.
De amigdalo ſerenda, vel plantanda, c. 51. 507.
De eadem excolenda, vel inſerenda, c. 52. ibid.
De nuce ſimiliter excolenda, cap 53. 508.
De his, quæ agenda ſunt in Februario, c. 54. ibid.
De vitibus eodem menſe ponendis, vel plantandis, c. 55. 509.
De arbuſtis, vel arboribus vitiferis, c. 56. ibid.
De vineis communibus putandis, c. 57. 510.
De putandis arbuſtis, cap. 58. ibid.
De nouellarum vitium putatione, & veterũ propagatione, c. 59. 511.
De vite, tyriaca, & illa, quæ nimis eſt lachrymoſa, c. 60. ibid.
De vite, quæ propomata facit, & illa quæ varios botriones producit, cap. 61. 512
De vua, ſiue gramis, cap. 62. ibid.
De inſitionibus eodem menſe faciendis, c. 63. ibid.
Adhuc de duobus generibus inſitionis, c. 64. 513.
De oliueris inſtituendis, c. 65. ibid.
Adhuc de eodem, cap. 66. 514.
De arboribus pomiferis, cap 67. ibid.
De piris ſerendis & excolendis, c. 68. 515.
De piris inſerendis & remediandis ac fructibus eorum conſeruandis, cap. 69. ibid.
De melis ſerendis & excolendis, c. 70. 516.
De fructibus earum cuſtodiendis, c. 71. ibid.
De moris ſerendis & excolendis, c. 72. 517.
De ſiliquis & auellanis, & arboribus cæteris, c. 73. ibid.
De roſarijs conſerendis & lilijs, & cannis, c. 74. ibid.
De ſepibus hortorum ſeminandis, & herbis hortolanis, c. 75. 518.
De caule & alijs quibuſdam oleribus, c. 76. ibid.
De porro, & quibuſdam alijs, c. 77. 519.
De porcis eodem menſe educandis, c. 78. ibid.
De his quæ in Martio ſunt agenda, c. 79. 520.
De vineis eodem menſe putandis, & inſerendis, c. 80. ibid.
De vineis nouellis ac veteranis, & egris ac læſis, c. 81. 521.
De ſatione hortorum, & primo de carduis, c. 82. ibid.
De cucumere, & cucurbita, c. 83. 522.
De allio & cepulla, & oleribus cæteris, c. 89. ibid.
De arbore mali punici excolenda, c. 85. 523.
De eadem remediauda, c 86. ibid.
De malis punicis conſeruandis, & vino conficiendo in eis, c. 87. 524.
De arbore citrina, & piro ac cæteris, c. 88. ibid.
De meſpilis ſerendis, & excolendis, c. 89. 525.
De ficu plantanda, c. 90. ibid.
De eadem excolenda, & inſerenda, c. 91. 526.
De eadem purganda, & remedianda, c. 92. ibid
De ficis eligendis, & conſeruandis, c. 93. ibid.
De bobus eodem menſe comparandis, & eligendis, c. 94. 527.
De eiſdem edomandis, & iugo præparandis, c. 95. ibid.
De tauris, & vaccis ad copulam præparandis, c. 96. 528.
De equis ad copulam admittendis, cap. 97. ibid.
De conceptu equarum, & pullis earum, c. 98. 529.
De mulis educandis, & aſinis, c. 99. ibid.
De morbis apum eodem menſe remediandis, c. 100. 530.
De leguminibus, & oleribus in Aprili ſeminandis, c. 101. ibid.
De arboribus eodem menſe excolendis, c. 102. 531.
De vitulis in eo nutriendis, & ouibus tondendis, & apibus inueſtigandis, cap. 103. 532.
De his, quæ agenda ſunt in Maio, cap. 104. ibid.
De nouellis vitibus excolendis, & noualibus aperiendis, c. 105. 533.
De vitulis hoc menſe caſtrandis, cap. 106. ibid.
De tondendis ouibus, & caſeo faciendo, & apibus purgandis, capite 107. 534.
De his, quæ in agro agenda ſunt in Iunio, c. 108. ibid.
De his, quæ tunc in arboribus ſunt agenda, c. 109. 535.
De area præparanda, & meſſe trituranda c. 110. ibid.
De legendo, & conficiendo melle, vel cera, c. 111. 536.
De examinibus apum cuſtodiendis, c. 112. ibid.
De alucarijs ſupplendis, cap. 113. 537.
De his, quæ agenda ſunt in Iulio, cap. 114. ibid.
De tauris, & arietibus ad coitum admittendis, c. 115. 537.
De his, quæ in Auguſto ſunt agenda, c. 116. 538.
De vena aquæ inueſtiganda, cap. 117. 539.
De puteo fodiendo, & aqua probanda, c. 118. ibid.
De aquæ ductu faciendo, cap 119. 540.
De agris in Septembri arandis, & ſtercorandis, c. 120. ibid.
De frugibus, ac leguminibus ſeminandis, c. 121. 541.
De hortis, vel oleribus conſerendis, cap. 122. ibid.
De pratis nouellis formandis, & veteribus excolendis, c. 123. 542.
De vindemijs celebrandis, & diamoron conficiendo, c. 124. ibid.
De vindemia Octobris, & vuapaſſa, c. 125. 543.
De muſto, & vino, cap 126. ibid.
De vino condiendo, cap. 127. 544.
De vitibus eodem menſe ponendis, & excolendis, c. 128. ibid.
De oliueris inſtituendis, & oleis exprimendis, c 129. 544.
De palmis conferendis, & arboribus cæteris, c. 130. 545

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De cerasso, & fructibus eius, cap. 131. ibid
De ortus eodem mense conserendis, c. 132. ibid.
De frugibus seminandis, & alueariys apum castrandis, c. 133. 546.
De frugibus, & leguminibus in Nouembri seminandis, c. 134. 547.
De pratis, & hortis, & rosarijs instituendis, c. 135. ibid.
De vitibus eodem mense excolendis, ca. 136. ibid.
De persicis plantandis, & eorum fructibus obseruandis, c. 137. 548.
De pino, & nucibus eius, c. 138. 549.
De pruno, & fructibus eius, c. 139. ibid.
De castanea plantanda, vel seminanda, c. 140. 550.
De eadem excolenda, & fructibus eius conseruandis, c. 141. ibid.
De olea, & arboribus cæteris, c. 142. ibid.
De oleis conficiendis, & purgandis, c. 143. 551.
De apibus nutriendis, & alueariys purgandis, c. 144. ibid.
De agnis eodem mense educandis, c. 145. 552.
De ouibus pascendis, cap. 146. ibid.
De hircis ad capras admittendis, c. 147. ibid.
De glande legenda, & materia ad fabricam cedenda, c. 148. 553.
De his, quæ agenda sunt in Decembri, cap. 149. 554.

INDEX LIBRI SEPTIMI.

Liber Septimus incipit agere de Politica, quę pertinet ad regimen ciuitatum. Agit itaq; de ciuitatibus earumq; Rectoribus, & etiam de legibus, ac de iure multiplici, de personis publicis, & priuatis, de rebus quoque sacris, & non sacris. Et habet capitula 152.

DE scientia Politica, cap. 1. 555.
Qualiter Ethica, & Oeconomica ordinantur ad Politicam, cap. 2. 556
Quod alius sit Politicæ finis, apud fideles, & alius apud infideles, cap. 3. 557.
De materia Politicæ, cap. 4. 558.
De partibus eiusdem, cap. 5. 559.
De ciuitate, & ciuibus, ap. 6. ibid.
De Republica, cap. 7. 560.
De corpore Reipublicæ, & primo de capite, i. Principe, c. 8. 561.
De his, qui post Reges Rempublicam rexerunt, c. 9. 562.
De Senatoribus, cap. 10. ibid.
De Præfectis, & publicis Officialibus, c. 11. 563.
De Ducibus, & militibus, c. 12. 564.
De castris, cap. 13. 565.
De mercenarys, & colonis, ac seruis, c. 14. ibid.
De electione Principis, cap. 15. 566.
De institutione morum Principis, cap. 16. 567.
De studio eius, vel sapientia. c. 17. 568.
De humilitate eius, ac pietate, c. 18. 569.
De præmio regalis iustitiæ, cap. 19. 570.
De reuerentia Dei, & cultu sui, cap. 20. 571.
De officialium disciplina, c. 21. ibid.
De munerum acceptoribus, cap. 22. 572.
De publicis exactoribus, cap. 23. ibid.
De electione militum, cap. 24. 573.
De regimine eorum, c. 25. 574.
Quod non sit peccatum recte militare, cap. 26. ibid.
De recta intentione, & obedientia militantium, c. 27. 575.
De bello iusto, & iniusto, c. 28. 576.
De propulsanda iniuria sociorum, c. 29. ibid.
De affectu mutuo Principis, & subditorum, c. 30. 577.
De distinctione potestatis Principum, & Pontificum, c. 31. 578.
De præeminentia potestatis Pontificum, c. 32. 579.
Quod decreta Pontificum præferenda sint legibus Imperatorum, capite 33. ibid.
De legibus, & effectu, & qualitate earum, c. 34. 580.
De institutionibus earum, c. 35. 581.
De primis actoribus legum, cap. 36. 582.
De iure vniuersali, cap. 37. ibid.
De speciebus iuris, cap. 38. ibid.
De ortu iuris triplicis, cap. 39. 583.
De differentia eorum, & ordine dignitatis, c. 40. ibid.
De naturali, cap. 41. 584.
De iure positiuo, cap. 42. 585.
De iure ciuili, cap. 43. ibid.
De ortu iuris ciuilis Lacedæmone, scilicet, & Athenis, c. 44. 586.
De ortu, & incremento iuris apud Romanos, c. 45. 587.
De iure Quiritio, ideſt Romano, & partibus eius, c. 46. 588.
De iure Canonico, cap. 47. ibid.
De ortu eiusdem, & compilationibus decretorum, c. 48. 589.
De compilationibus extrauagantium, & abbreuiatione earum, capite 49. 590.
De concordantia canonum, cap 50. 591.
De rescriptis, cap. 51. 592.
De priuilegijs, cap 52. 593.
De effectu priuilegiorum, & excessibus priuilegiatorum, c. 53. ibid.
De principijs vtriusque iuris communibus, & propriys, capite fol. 54. 594.
De interpretatione iuris Canonici, vel Ciuilis, c. 55. 595.
De solutionibus contrarietatum iuris, c. 56. 596.
De iure non scripto, quod est mos, vel consuetudo, c. 57. 598.
De consuetudine bona seruanda, & mala abolenda, c. 58. ibid.
De vigore consuetudinis contra legem scriptam, c. 59. 599.
De personis publicis sæcularibus, & ecclesiasticis, c. 60. 600.
Qualiter ad illas iura pertineant, c. 61. 601.
De quadam personarum publicarum officijs, c. 62. ibid.
De iudicibus ordinarijs, cap. 63. 602.
De moderatione iudicis, cap. 64. 603.
De iudicibus delegatis, cap. 65. ibid.
De singularitate, & pluralitate eorum, c. 66. 604.
De expiratione iurisdictionis, c. 67. 605.
De subdelegatis, cap. 68. 606.
De assessoribus, cap. 69. ibid.
De aduocatis, vel patronis, c. 70. 607.
Qui pro quibus aduocare possint, cap. 71. 608.
De Procuratoribus, cap. 72. 609.
Item de eodem, cap. 73. 610.
De arbitris, cap. 74. 611.
Iterum de eodem, cap. 75. ibid.
De delegato, & eius officio, cap. 76. 612.
De personis priuatis, cap. 77. 613.
De seruis, & ancillis, cap. 76. ibid.
De ingenuis, cap. 79. 614.
De libertis, & libertinis, cap. 80. ibid.
De filijs legitimis, & illegitimis, cap. 81. 615.
De filijs adoptiuis, cap. 82. ibid.
De patribus, & auis, & nepotibus, cap. 83. 616.
De cognatis, & affinibus, cap. 84. ibid.
De hæredibus, cap. 85. 617.
De personis legitimis, ad hæreditatem admittendis, c. 86. ibid.
De tutoribus pupillorum, & curatoribus, c. 87. 618.
De rebus ad quas spectat ius, cap. 88. 619.
De rebus sacris, cap. 89. ibid.
De eodem, cap. 90. 620.
De rebus publicis, & communibus c. 91. ibid.
De rebus vniuersitatis singulorum, & bis, quæ sunt extra patrimonium, cap. 92. 621.
De rebus, quæ nullius sunt, & occupanti concessæ sunt, c. 93. ibid.
Adhuc de eodem, cap. 94. 622.
De rebus incorporalibus, & primo de hæreditate, cap. 95. ibid.
De vsufructu, & vsu, cap. 96. 623.
De seruitutibus prædiorum, cap. 97. 624.
De seruitutibus vrbanorum prædiorum, & rusticorum, c. 98. ibid.
De iure patronatus, cap. 99. 625.
De eius acquisitione, & debito, & translatione cap. 100. 626.
De bonorum possessione, cap. 101. ibid.
De vsucapione, cap. 102. 627.
De præscriptione, cap. 103. 628.
Iterum de eodem, cap. 104. 629.
De interruptione præscriptionis & eius effectu, & probatione, cap. 105. fol. ibid.
De obligatione, cap. 106. 630.
De pacto, & conuentione, cap. 107. 631.

De spe-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De ſpeciebus pacti, capite 108. 632.
De differentia pacti, promiſſionis, obligationis, contractus, & actionis, cap. 109. 633.
De obligatione, quæ contrahitur re, & primo de mutuo, c. 110. 634.
De commodato, cap. 111. ibid.
De precario, cap. 112. 635.
De depoſito, cap. 113. 636.
De natura depoſiti, & fide, cap. 114. ibid.
De pignore, cap. 115. 637.
De rebus pignorandis, & reſtitutione pignoris, c. 116. ibid.
De obligatione, quæ verbis contrahitur, id eſt de ſtipulatione, capite 117. 638.
De generibus ſtipulationum, cap. 118. 639.
Item de eodem, cap. 119. 640.
De obligatione Sacramenti, & eius abſolutione, c. 120. 641.
Item de eodem, cap. 121. ibid.
De temerario coniugum iuramento, cap. 122. 642.
De iuramento illicito non ſeruando, c. 123. 643.
De tribus comitibus iuramenti, cap. 124. 644
De fraude iuramenti, cap. 125. 645.
De fideiuſſione, cap. 126. 646.
De eodem, cap. 127. ibid.
De debiti ſolutione, cap. 128. 647.
De donatione, cap. 129. 648
Quis, quid, & qualiter poſſit donare, c 130. ibid.
De teſtamentis, cap. 131. 649.
De teſtibus, & inſtrumentis teſtamentorum, c. 132. 650.
De confirmatione, & executione teſtamentorum, c. 133. 651.
De his, qui non poſſunt facere teſtamentum, c. 134. ibid.
De teſtamentis clericorum, c. 135. 652.
De ſucceſſione ab inteſtato, c. 136. 653.
De obligatione, quæ literis contrahitur, c. 137. ibid.
De illa, quæ contrahitur conſenſu, c. 138. 655.
De emptione, & venditione, cap. 139. ibid.
Adhuc de eodem, cap. 140. 656.
De delicto, vel errore venditionem irritante, c. 141. ibid.
De rerum permutatione, cap. 142. 657.
De locatione, & conductione, c. 143. 658.
De eodem, cap. 144. ibid.
De infeudatione, cap. 145. 659.
De feudi acquiſitione, & amiſſione, c. 146. 660.
De obligatione contracta per ſocietatem, c. 147. 661.
De obligatione contracta per mandatum, c. 148. ibid.
De negociis gerendis, cap. 149. ibid.
De obligationibus, quæ naſcuntur ex quaſi contractu, c. 150. 662.
De obligationibus, quæ naſcuntur ex delicto, c. 151. 663.
De obligationibus, quæ naſcuntur ex quaſi delicto, c. 152. 664.

INDEX LIBRI OCTAVI.

Liber Octauus agit de actionibus, ſiue de illa parte iuris, quæ pertinet ad actiones. Continet ergo proceſſum cauſarum, ac litium, & ordinem iudiciarium. Habet autem liber iſte 130. capitula.

De cauſis, & litibus, cap. 1. 665.
De eodem, cap. 2. 666.
De actionibus, cap. 3. 667.
De ſpeciebus, actionum, cap. 4. ibid.
Iterum, de eodem, cap. 5. 668.
De ſpeciali in rem actione, cap. 6. 669.
De tranſlatione, cap. 7. 670.
De arbitrio, vel compromiſſione, c. 8. 671.
Item de eodem, ſecundùm leges, cap. 9. 672.
De iuriſdictione, cap. 10. 673.
De iudicio, & proceſſu, vel forma iudicij, c. 11. ibid.
De foro competenti, cap. 12. 674.
Item de eodem, cap. 13. 675.
De in ius vocatione, & citatione, cap. 14. 677.
De iudicis recuſatione, cap. 15 678.
Item de eodem, cap. 6. 679.
De alienatione rei litigioſæ, cap. 17. ibid.
De rei confeſſione, cap. 18. 681.
De libelli oblatione, cap. 19. ibid.
De ſpoliatorum reſtitutione, cap. 20. 683.
Quod cuique facienda ſit ante litem, cap. 21. ibid.
Vtrum pendente lite diuortij mulier viro reſtituenda ſit, c. 22. 684.
De iudicijs præſtandis poſt reſtitutionem, c. 23. 685.
De mutuis petitionibus, vel reconuentionibus, c. 24. 686.
De ordine cognitionum in diuerſis quæſtionibus, ſiue petitionibus, capite 25. ibid.
De plus iuſto petentibus, cap. 26. 687.
De minus petentibus, vel in petendo errantibus, c. 27. 688.
De quæſtione, vel cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, c. 28. ibid.
Quod omnibus liceat debita repetere, cap. 29. 689
De exceptionibus, cap. 30. 690.
De his, quæ vi, vel metus cauſa fiunt, c. 31. 691.
Item de eodem, cap. 32. 692.
De reſtitutione rerum, quæ per vim, vel metum extortæ ſunt, capite 33. ibid.
De dolo malo, cap. 34. 693.
De ignorantia, vel errore, c. 35. 694.
De differentis ignorantiæ iuris, c. 36. ibid.
De his, quæ fiunt mente alienata, c 37. 695.
De contumacia, cap. 38. 696.
De mittendo in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, c 39. 697.
De litigioſæ rei ſequeſtratione, c. 40. ibid.
Quod nihil innouandum ſit lite pendente, c. 41. 698.
De litis conteſtatione, cap. 42. 699.
De non procedendo ante litem conteſtatam, c. 43. ibid.
De abſentatione partium, poſt litem conteſtatam, c. 44. 700.
De dilationibus, cap. 45. 701.
De feriis ſiue vacationibus, cap. 46. 702.
De treuga, & pace, cap. 47. 703.
De ſatiſdatione, cap. 48. ibid.
De iuramento calumniæ, c. 49. 704.
De eodem, cap. 50. ibid.
De poſitionibus, & probationibus, c. 51. 705.
De probatione negatiuæ, cap. 52. 706.
Cui probationi inſtandum ſit cum duæ ſibi obuiant, c. 53. 707.
De teſtibus eligendis, c. 54. ibid.
De teſtium productione, c. 55. 708.
De his, qui à teſtimonio repelluntur, c. 56, 709.
De eodem, cap. 57. ibid.
De infamibus repellendis, c. 58. 710.
De numero teſtium legitimo, c. 59. 711.
De variatione atteſtationum, c. 60. 712.
De receptione teſtium in cauſa matrimonij, c. 61. 713.
De coactione teſtium, c. 62. 714.
De fide inſtrumentorum, c. 63. ibid.
De præſumptionibus, c. 64. 715.
De iureiurando, cap. 65. 716.
De exceptionibus contra teſtes, c. 66. 717.
De diffinitione, & proprietate exceptionis, c. 67. 718.
De ſpeciebus exceptionis, c. 68. ibid.
De ſententia diffinitiua, c. 69. 719.
De quadruplici ſententia, c. 70. 720.
De ſententia excommunicationis, c. 71. ibid.
De timenda ſententia paſtoris, c. 72. 721.
Quod non ſemper iniuſtè ſententiæ parendum ſit, c. 73. ibid.
Quando parendum ſit iniuſtè ſententiæ, c. 74. 722.
Quod iniqua ſententia ſuſtinentem non lædit, c. 75. 723.
De appellationis remedio, c. 76. 724.
De his quibus, & à quibus appellare licet, cap. 77. 725.
De appellatione ad Papam, c. 78. ibid.
De temporibus appellationis faciendæ, & proſequendæ, c. 79. 726.
De forma appellationis, c. 80. 727.
De proſecutione eiuſdem, c. 81. ibid.
Item de eodem, cap. 82. 728.
De officio appellantis, & appellati, c. 83. 729.
De effectu appellationis, c. 84. 730.
De appellationibus friuolis, & non neceſſarijs, c. 85. 731.
De caſibus in quibus appellare prohibetur, c. 86. 732.
Quando appellare liceat etiam appellatione remota, c. 87. 733.
De ſententiæ confirmatione, c. 88. ibid.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De re iudicata, capite 89. 734.
De sententiæ executione, cap.90. ibid.
De in integrum restitutione, cap.91. 735
Item de eodem, cap.92. 736.
Quod, & hi qui causam iniustã fouerunt tenẽtur restituere, c.93. ibi.
De causis criminalibus, cap.94 737.
De quinque modis accusandi, vel agendi de crimine, c.95. 738.
De infamatione, cap.96. 739.
De denunciatione, cap.97. ibid.
De publica fama clamante, cap.98. 740.
De inquisitione, cap.99. 741.
De legitima purgatione, c.100. 742
De purgationis vulgaris reprobatione, c.101. 743
De duelli prohibitione, c.102. ibid.
De solemni accusatione, c.103. 744.
Quod nullus sit condemnandus, nisi iudiciario ordine, c.104. ibid.
Quod crimina manifesta nõ indigent accusatione, c.105. 745.
De criminosi ad causam vocatione, c.106. 746.
De his, qui repelluntur ab accusatione, c.107. ibid.
Vtrum minoribus maiores liceat accusare, cap.108. 747.
De modo accusationis, & ordine, cap 109. 748.
De criminosi confessione, cap.110. 749.
De accusatorum calumnia, & temeritate, c.111. ibid.
De his, qui deficiunt in accusationis prosecutione, c.112. 750.
De deficientibus in primi capituli probatione, c.113. 751
De obiectione criminis in modum exceptionis, c.114. ibid.
De vitio collusionis, cap.115. 752.
De conscientia iudicis, c.116. ibid.
De causis suspendendæ condemnationis, & differentiæ executionis, capite 117. 753.
De absolutione accusati à crimine, cap.118. ibid.
De verborum significatione, cap.119. 754.
De pœnis canonicis, & legalibus, c.120. 755.
De speciebus pœnarum legalium, c.121. ibid.
De ignominiosa missione, & capitis diminutione, c.122. 756.
De iudicijs criminum publicis, secundum leges, c.123. 757.
Item de eodem, cap.124. 758.
Quod non solum opus, sed etiam voluntas, aut consilium in criminibus sit puniendum, cap.125. ibid.
De pœnarum legalium moderatione, c.126. 759.
De temperanda quoque iuris canonici seueritate, c.127. 760.
De his, quæ excusant aliquos à pœna, c.128. 761.
An aliquis puniendus sit, siue culpa sua, c.129. 762.
De ordine pœnarum, cap.130. 763.

INDEX LIBRI NONI.

Liber Nonus agit de criminibus, siue de Iudicijs criminum, quæ committuntur in Deum, secundùm quòd pertinent ad vtrunque forũ seculare, videlicet, & ecclesiasticum. Habet autem capitula 160.

DE criminibus, cap. 1. 765.
De crimine symoniæ, cap.2. 766.
De spirituali, & annexo spirituali, c.3. 767.
De illa specie symoniæ, quæ per munus à manu committitur, cap.4. 768.
Item de eodem, cap.5. 769.
De illa, quæ fit per obsequium corporale, c.6. 770.
De illa, quæ per obsequium spirituale missarum, c.7. ibid.
De illa, quæ in benedictione nubentium, c.8. 771.
De illa, quæ in exequijs defunctorum, c.9. 772.
De illa, quæ per preces committitur, c.10. 773.
De illa proprie, quæ committitur in ordinationibus, c.11. 774.
De eodem, cap.12. ibid.
De ordinatis à symoniaco, cap.13. 775.
De illa, quæ in consecrationibus, & rebus sacris, c.14. 776.
De illa, quæ in rebus ecclesiasticis spirituali annexis, c.15. 777.
De illa, quæ in electionibus, c.16. ibid.
De illa, quæ in redimendis vexationibus, c.17. 779.
De illa, quæ in beneficijs, cap.18. ibid.
De illa, quæ in præbendis recipiendis, c.19. 780.
De illa, quæ in præbendis de nouo constituitis, c.20. 781.
De symonia, quæ committitur ab episcopis in beneficiorum prouentibus retinendis, cap.21. 782.
De illa, quæ in receptione confraternitatis, c.22. ibid.
De illa, quæ in ingressu religionis, c.23. 783.
De conditionibus symoniacis, c.24. 784.
De sana forma recipiendi in pauperibus monasterijs, c.25. 785.
De his, qui prioratus emunt, vel redimunt, c.26. ibid.
De illa, quæ fit in commissione iurisdictionis, c.27. 786.
De illa, quæ fit in emptione iuris spiritualis, c.28. 787.
De illa, quæ in emptione iuris quasi spiritualis, c.29. ibid.
De illa, quæ committitur in doctrina, c.30. 788.
De mediatoribus symoniæ, c.31. 789.
De labe criminis huius, & eius detestatione, c.32. ibid.
De accusatione symoniaci, cap.33. 790.
De pœna symoniaci, cap.34. 791.
De renunciatione beneficij symoniacè recepti, c.35. 792.
De pecunia symoniace recepta, c.36. 793.
De perfidia Iudaica, cap.37. ibid.
Qualiter inter Christianos, Iudei collocandi sunt, c.38. 794.
De Saracenis, cap.39. 795.
De cohabitatione, vel communione fidelium cum vtrisque, capite 40. ibid.
De attractione eorum ad fidem, cap.41. 797.
De parnulis eorundem, c.42. ibid.
De seruis eorum, cap.43. 798.
De crimine hæreseos, cap.44. ibid.
De conuenticulis, & prædicationibus hæreticorum, c.45. 799.
De pœna hæreticorum, cap.46. 800.
De eodem, cap.47. 801.
De direptione bonorum eorum, c.48. ibid.
De eodem, cap.49. 802.
De diuersis generibus hæreticorum, c.50. 803.
De eodem, cap.51. ibid.
De eodem, cap.52. 804.
De hæreticis extirpandis, cap.53. 805.
De fautoribus eorum, cap.54. 806.
De his, qui eos extirpare negligunt, c.55. ibid.
De scismaticis, cap.56. 807.
De pœna scismatici, cap.57. ibid.
De crimine apostasiæ, cap.58. 808.
De apostasia perfidiæ, cap.59. ibid.
De apostasia inobedientiæ, c.60. 809.
De apostasia irregularitatis monachorum, c.61. ibid.
De apostasia irregularitatis clericorum, c.62. 810.
Adhuc de eodem, cap.63. ibid.
Iterum de eodem, cap.64. 811.
De eodem, cap.65. ibid.
De eodem, cap.66. 812.
De pœna apostatæ, cap.67. 813.
De transgressione voti, cap.68. ibid.
De fractione voti simplicis, & solemnis, c.69. 814.
Probabilis opinio de solemnizatione voti, c.70. 815.
Quod vota possint redimi, vel commutari, cap.71. ibid.
De arbitrio superioris in votis commutandis, c.72. 816.
De redemptione voti terræ Sanctæ, c.73. 817.
De eodem, cap.74. 818.
De votorum irritatione, cap.75. ibid.
De votis monachorum, cap.76. 819.
De his, qui voto Religionis non tenentur, c.77. 820.
De his, qui ad votum seruandum iure compelluntur, c.78. ibid.
De eodem, cap.79. 821.
Qualiter monacho liceat ad arctiorem regulam transire, c.80. 822.
De transeuntium, & fugitiuorum reuocatione, c.81. 823.
De votis episcoporum, & seruorum, c.82. ibid.
De votis impuberum, cap.83. 824.
Adhuc de eodem, cap.84. 825.
Iterum de eodem, cap.85. 826.
De votis coniugum, cap.86. 827.
De eodem, cap.87. ibid.
Adhuc de eodem, cap.88. 828.
Item de eodem, cap.89. 829.
Item de eodem, cap.90. 830.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De eodem, capite 91. 831
Adhuc de eodem, cap.92. 832.
De eodem, cap.93. ibid.
De mendacio, & eius ſpeciebus, cap.nonageſimoquarto. 833.
De mendacijs mortalibus, & venialibus, cap 95. ibid.
Vtrum mentiendum ſit pro ſaluanda vita alicuius, c.96. 834.
De crimine periurij, cap.97. 835.
De ſpeciebus periurij, cap.98. 83 .
De criminis aggrauatione, ratione ſolemnitatis adhibitæ, c.99. ibid.
De iuramento per creaturas non conceſſas, cap.100 837.
Vtrum iuramentum per idola, vel per creaturas obliget, c.101. 838.
Vtrum recipiens, vel exigens iuramentum pecet, c.102. ibid.
De illo, qui audit alium peierare, & tacet, cap.103. 839.
Vtrum iuramentum, vi, vel metu exactum obliget, c.104. 840.
Vtrum iuramentum, quod in deteriorem exitum vergit obliget, capite 105. 841.
Quot modis iuramentum in deteriorem vergit exitum, c.106. ibid.
De illo, qui iurat ſe reuelaturum delicta proximorum, c.107. 842.
Sententia fratris Guilelmi de eodem, cap.108. ibid.
De iuramento plurium, vel vniuerſorum, cap.109. 843.
Vtrum plures ſimul iurati poſſint inuicem iuramentum remittere, capite 110. ibid.
Vtrum vno, vel pluribus contrauenientibus liceat alij contrauenire, capite 111. 844.
Quis poſſit iuramentum in melius commutare, cap.112. 846.
In quibus caſibus excuſetur quis à periurio, cap.113. ibid.
De falſo teſtimonio, & pœna periurij, cap.114. 847.
De crimine ſortilegij, cap.115. 848.
De diuinatione, cap.116. 849.
Qualiter dæmones futura per diuinos prædicunt, c.117. ibid.
Qualiter mulierculas deludant, vt noctu ſe ambulare credant, capite 118. 850.
De maleficis artis Magicæ, cap.119. 851.
De diuerſis generibus Magorum, c.120. ibid.
De carminatoribus, & carminatricibus, c.121. 852.
De Sortilegis, ac Diuinis, ſiue Magis euitandis, c.122. 853.
De eiſdem puniendis, cap.123 854.
De inſpectione Aſtrolabij, cap.124. ibid.
De quorundam ſacerdotum ſuperſtitionibus, c.125. 855.
De crimine ſacrilegij, cap.126. ibid.
De violatione immunitatis ſacri loci, cap.127. 856.
De effractoribus eccleſiarum, c.128. 857.
De pœna ſacrilegij, cap.129. ibid.
De retentione decimarum, c.130. 858.
De veri nominis decima, cap.131. 859.
Vtrum Papa poſſit in huiuſmodi diſpenſare, c.132. ibid.
De quibus rebus dandæ ſunt decimæ, c.133. 860.
Vtrum de male acquiſitis dari debeant, c.134. ibid.
Qualiter, & quando debeant dari, c.135. 861.
De mora decimandi, cap.136. 862.
Quæ perſonæ tenentur dare decimam, cap.137. 863.
De his, qui priuilegiati ſunt in hac parte, c.138. ibid.
In quibus caſibus contingat priuilegium huiuſmodi ceſſare, capite 139. fol. 864.
An, à Iudæis debeat Eccleſia decimas accipere, c.140. ibid.
Quibus eccleſijs, vel perſonis ſoluendæ ſunt decimæ, c.141. 865.
Qualiter monachis, licet decimas accipere, cap.142. 866.
Quod eccleſiæ baptiſmalis ius non poteſt ad aliam, niſi per epiſcopum transferri, cap.143. 867.
Quod ius decimarum non cadit in laicum, c.144. ibid.
De prohibitione infeudationis decimarum, c.145. 868.
De priuilegio militum Cataloniæ, c.146. ibid.
De decimis noualium, cap.147. 869.
Qualiter decimæ poſſunt de manu laicorum redimi, c.148. 870.
Qualiter poſſunt in pignus recipi, cap.149. ibid.
Qua de cauſa prohibita ſunt impignorari, c.150. 871.
Quod fructus in ſortem non oporteat ab eccleſia comparari, capite 151. ibid.
De laico, qui decimas iniuſte detinet, & illo qui ſatisfactionem offert, capite 152. 872.
De primitijs, cap.153. 873.
De oblationibus, c.154. 874.
De feriarum tranſgreſſione, c.155. 875.
De illis, qui operantur in feſto pro neceſſitate, c.156. ibid.
De his, qui operantur propter Deum, cap.157. 876.
De quibuſdam alijs, & caſibus ad idem, cap.158. 877.
De fractione ieiuniorum, cap.159. 878.
Adhuc de eodem, cap.160. 879.

INDEX LIBRI X.

Liber Decimus agit ſimili modo de criminibus, quæ committit homo in proximum, vel etiam in ſeipſum. Habet autem liber iſte 154. capitula.

De crimine homicidij, cap.1. 881.
Vtrum occidere liceat alicui, cap.2. 882.
De diuerſis cauſis occidendi, cap.3. 883.
De homicidio iuſtitiæ, cap.4. ibid.
Quod non ſolum per iudices, ſed etiam per populos plerunque fit homicidium iuſtitiæ, cap.5. 884.
De homicidio neceſſitatis, quod ſit in ſui defenſione, c.6. 885.
Adhuc de eodem, cap.7. 886.
Qualiter, & quibus liceat vim vi repellere, c.8. ibid.
De inhibitione vindictæ, cap.9. 887.
Quando crimina punire oporteat, & quando tolerare, c.10. 888.
Quo animo liceat malos perſequi, vel punire, c.11. 889.
De homicidio caſuali, cap.12. 890.
Adhuc de eodem, cap.13. 891.
De medicis indiſcretis, cap.14. 892.
De cuſtodibus infirmorum negligentibus, vel indiſcretis, c.15. 893.
De homicidio voluntario, cap.16. ibid.
De parricidio, cap.17. 894.
De his, qui ſibi manus inijciunt, c.18. 895.
De his, qui filios ſuos occidunt, c.19. 896.
De his, qui aborſus procurant, c.20. ibid.
De crimine vxoricidij, cap.21. 897.
De crimine matricidij, c.22. 898.
De pœna criminalis homicidij, c.23. ibid.
De pœna homicidij iuſtitiæ, c.24. 899.
De cauenda irregularitate, cap.25. 900.
Item de eodem, cap.26. ibid.
De conſentientibus homicidio, c.27. 901.
De his, quæ fiunt in guerris, vel torneamentis, c.28. 902.
De pugnis duelli, cap.29. 903.
De clericis duellum ſuſcipientibus, c.30. ibid.
De crimine raptus, cap.31. 904.
De pœna raptoris, c.32. 905.
Quod rea non ſit puella violenter oppreſſa, c.33. 906.
De crimine inceſtus, & eius pœna, cap.34. 907.
De inceſtuoſis coniugijs ſeparandis, c.35. ibid.
De iuramentis ſeparationis, cap.36. 908.
De crimine adulterij, cap.37. 909.
Qualiter antiqui Patres excuſantur à culpa adulterij, c.38. 910.
Qualiter à culpa adulterij plerumque excuſat ignorantia facti, capite 39. ibid.
Quod vxor in adulterio permanens non ſit retinenda, c.40. 911.
De accuſatione adulteræ, cap.41. 912.
De replicationibus, & exceptionibus mulieris, & effectu accuſationis, cap.42. ibid.
De viro adultero repellendo, cap.43. 913
De adultera dimiſſa, cap.44. 914.
De adulterino coniugio, cap.45. ibid.
De ſtupro, cap.46. 915.
De fornicatione, cap.47. ibid.
De non ducenda meretrice, cap 48. 916.
De crimine ſodomitico, cap.49. ibid.
De crimine rapinæ, cap.50. 917.
De prædonibus, & incendiarijs, c.51. 918.
De pœna incendiarij, & primo Eccleſiæ, c.52. ibid.
De pœna incendiarij locorum cæterorum, c.53. 919.
De rapina commiſſa in rebus Eccleſiæ, c.54. 920.
De clericis male conſumentibus, vel reſeruentibus bona eccleſiæ, capite 55. 921.
De perſonis turpibus, quæ inde paſcuntur, c.56. 922.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De diuitibus, qui eisdem abutuntur, c.57. ibid.
De meretrice, quæ à clerico prædium accepit, cap.58. 923.
Vtrum persona regularis per se retinere possit quod male accepit, capite 59. 924.
De adultera quæ Spurium vel extraneum hæredem constituit, capite 60. ibid.
Adhuc de eodem, c.61. 925.
De his qui naufragorum bona diripiunt, cap.62. 926.
De illis qui pedagia vel thelonia indebite exigunt, c.63. ibid.
De his qui ea Christianis iniustæ subtrahunt, c.64. fol.927.
De his qui eadem paganis surripiunt, c.65. 928.
De his qui questus, & tallias indebitas a subditis exigunt, capite 66. fol. ibid.
De causis iustis, & iniustis, c.67. 929.
De his qui nihil aliud à subditis nisi tallias accipiunt, c.68. 930.
De eodem, cap.69. ibid.
De his qui guerras adinuicem exercent, cap.70. fol.931.
De his quæ rapiuntur in bello iniusto, c.71. 932.
Quod pro rerum tuitione vel repetitione liceat pugnare, c.72. 933.
Vtrum damna iusto bello illata oporteat restituere, c.73. 934.
Adhuc de eodem, cap.74. ibid.
Vtrum domini super damnis hominibus suis illatis possint componere, cap.75. 935.
De socijs raptorum, c.76. ibid.
De his, qui vinunt ex rapto, c.77. 936.
De his, qui emunt à raptoribus, c.78. 937.
Adhuc de eodem, cap.79. 938.
De his, qui emunt rem bello acquisitam, c.80. ibid.
De hæredibus raptorum, c.81. 939.
Adhuc de eodem, cap.82. 940.
De his, qui res alienas præscribunt, & vsucapiunt, c.83. 941.
De interruptione, & cursu præscriptionum, c.84. 942.
De bona, vel mala fide præscribentium, c.85. ibid.
De iniquis iudicibus, c.86. 943.
De his, qui condunt leges iniquas, & officialibus, c.87. 944.
De aduocatis, cap.88. 945.
De accusatoribus, & testibus iniquis, c.89. 946.
De forma restitutionis, c.90. 947.
De his, qui non habent potestatem, vel facultatem restituendi, capite 91. fol. 948.
De his, qui pluribus personis, vel ex pluribus causis tenentur restituere, cap.92. ibid.
De crimine furti, cap.93. 949.
De speciebus furti, & pœna furis, c.94. 950.
De participante cum fure, c.95. 951.
De restitutione rei furtiuæ, c.96. 952.
De illo, qui emit rem furtiuam, c.97. ibid.
De illo, qui furatur rem raptam, c.98. 953.
De illo, qui rem alienam inuenit, vel qui necessitate compulsus furatur, cap.99. 954.
De Christianis, qui furantur Saracenis, c.100. ibid.
De furto mulieris coniugatæ, c.101. 955.
De crimine vsuræ, cap.102. 956.
De casibus in quibus vsura permittitur, c.103. 957.
Adhuc de eodem, cap.104. 958.
Vtrum gratis oblatum inducat vsuram, cap.105. 959.
Vtrum spes faciat vsuram, capit. centesimosexto. ibid.
De fraude vsurarum, cap.107. 960.
De his, qui suscipiunt in se mutui periculum, c.108. 961.
De contractibus illicitis annuorum reddituum, c.109. 962.
De traditionibus boum ad meditationem, c.110. 963.
De traditione animalium ad crementum, cap.111. ibid.
De turpi lucro, cap.112. 964.
De legibus vsuras permittentibus vtrum teneant, capitulo 113. folio 965.
De compellendis vsurarijs ad restitutionem, c.114. ibid.
De rebus emptis ex pecunia vsuraria, c.115. 966.
De vsuris contractis circa pignora, c.116. 967.
Adhuc de eodem, cap.117. ibid.
De communicantibus in vsura, c.118. 968.
Adhuc de eodem, cap.119. ibid.
Vtrum à Christianis liceat Iudæis vsuras exigere, vel econuerso, capite 120. 969.
Vtrum vsuram ab vsurario acceptam teneatur quis ei restituere, capite 121. 970.
Vtrum vsurarius tenetur omnia de vsura acquisita restituere, capite 122. ibid.
Vtrum sub alieno nomine liceat vsuras accipere, c.123. 971.
De repetendis vsuris, cap.124. ibid.
De negocijs secularibus licitis, & illicitis, c.125. 972.
De illis, quæ prohibita sunt clericis, & religiosis, c.126. 973.
De casibus in quibus eis permissa sunt, c.127. ibid.
De publicis officijs, quæ eis interdicta sunt, cap.128. 974.
De negocijs, vel officijs lascorum, quæ mendacijs abundant, capite 129. fol. 975.
De his, qui merces periculosas, vel noxias vendunt, c.130. 976.
Vtrum de illicitè acquisitis fieri possit eleemosyna, c.131. 977.
Vtrum monacho liceat eleemosynam dare, cap.132. 978.
Vtrum, & vxor possit dare sine licentia viri, c.133. ibid.
Vtrum, & filius familias possit sine licentia patris, c.134. 980.
De ludo aleæ, cap.135. ibid.
Vtrum quod aleæ perditur ludo, repeti possit, c.136. 981.
De iniuria, vel damno dato, capite 137. 982.
De crimine falsitatis, cap.138. ibid.
De diuersis speciebus falsationis, cap.139. 983.
De iudicio, & pœna falsarij, cap.140. 984.
Adhuc de eodem, cap.141. ibid.
De crimine, & pœna collusionis, capite centesimo quadragesimosecundo. 985.
De scandalo, cap.143. ibid.
De casibus in quibus vitandum est scandalum, c.144. 986.
De scandalo pro re non data, vel repetita, cap.145. ibid.
De his, qui ex sola suspitione scandalizantur, c.146. 987.
De scandalo multitudinis actiuo, capite centesimo quadragesimoseptimo. ibid.
De notorio, cap.148. 988.
De perplexitate, cap.149. 989.
De perplexitate sacerdotis in Missa mortale recolentis, c.150. ibid.
De illo, qui panem, aut vinum, aut aquam ibi non ministrauit, capite 151. 990.
De sacerdote tenente concubinam, c.152. ibid.
De illo, qui post absolutionem recidit in idem peccatum, capite 153. folio 992.
De delictis puerorum, cap.154. ibid.

INDEX LIBRI VNDECIMI.

Liber Vndecimus agit de artibus Mechanicis, videlicet, de Lanificio, de Architectura, de arte Fabrili, de Armatura quoque, & arte Militari, de arte Theatrica, de Nauigatione, & Mercatura, de Venatione, & Agricultura, & Alchimia. Et habet 133. capitula.

DE arte Mechanica, & eius speciebus, c.1. 993.
De Lanificio, & eius materia, & instrumentis, capitulo 2. 994.
De vestibus communibus, cap.3. 995.
De vestibus legalibus, cap.4. 996.
De proprijs vestibus quarundam gentium, cap.5. 997.
De pallijs virorum, cap.6. ibid.
De pallijs fœminarum, cap.7. 998.
De ornamentis lectorum, & mensarum, c.8. ibid.
De tincturis vestium, cap.9. 999.
De coronis, & insulis, & cæteris membrorum ornamentis, capite 10. fol. ibid.
De annulis, & cingulis, cap.11. 1000.
De calciamentis, cap.12. 1001.
De armatura, & eius prima specie, quæ dicitur architectorica, capite 13. fol. ibid.
De partibus Architecturæ, cap.14. 1002.
De prima eius specie, quæ est ædificatio, c.15. ibid.
De Architectoribus, & instrumentis eorum, c.16. 1003.
De dispositione, & constructione ædificiorum, cap.17. ibid.

De

INDEX.

De partibus ædificiorum, cap.18. 1004.
De venustate ædificiorum, cap.19. 1005.
De habitaculis, cap.20. 1006.
De munitionibus, cap.21. ibid.
De sacris ædificijs, cap.22. 1007.
De repositorijs, vel operatorijs, c.23. 1008.
De clausuris, & tentorijs, & sepulchris, c.24. ibid.
De ciuitatibus, & opidis, & pagis, c.25. 1009.
De fabricis lignarijs, cap.26. ibid.
De fabricis ferrarijs, cap.27. 1010.
De vasis escarijs, cap.28. ibid.
De vasis liquoris, cap.29. 1011.
De vasis coquinarum, & luminariorum, c.30. 1012.
De vasis repositorijs, cap.31. ibid.
De lectis, & sellis, & vehiculis, ac cęteris, quæ in vsu habentur, cap.32. 1013.
De armis, cap.33. ibid.
De hastis, & clypeis, c.34. 1014.
De sagittis, & fundis, ac machinis, cap.35. 1015.
De bellis, cap.36. ibid.
De signis bellorum, cap.37. 1016.
De scientia militari, cap.38. ibid.
Cuius regionis, & artis tyrones eligendi sunt, c.39. 1017.
Cuius ætatis, & figuræ probandi sunt, c.40. ibid.
De probatione, & eruditione tyronum, c.41. 1018.
De exercitatione eorum, c.42. ibid.
Adhuc de eodem, cap.43. ibid.
De munitione, & ordinatione castrorum, c.44. 1019.
De partibus rei militaris, c.45. 1020.
De legionibus, cap.46. ibid.
De modo constituendi legionem, c.47. ibid.
De centurijs, & turmis, cap.48. 1021.
De instructione acierum ad pugnam, c.49. 1022.
De modo congrediendi, cap.50. ibid.
De exercitio militum, cap.51. 1023.
De sanitate exercitus gubernanda, c.52. ibid.
De alimonia prouidenda, atque seruanda, c.53. 1024.
De seditione militum præcauenda, c.54. ibid.
De militaribus signis, c.55. 1025.
De insidijs in itinere vigilanter cauendis, c.56. 1026.
De maioribus fluminibus arte transeundis, c.57. ibid.
De castris oportuno loco metandis, & ordinandis, c.58. 1027.
Qualiter intelligi possit vtrum insidijs, an publico Marte confligendum sit, cap.59. 1028.
De imparatione pugnæ, cap.60. ibid.
De ordinanda acie, c.61. 1029.
De æquitibus ordinandis, & subsidijs post aciem collocandis, capite 62. 1030.
De stationibus trium Ducum in exercitu, c.63. ibid.
De remedijs contra virtutem, aut dolos hostium, c.64. 1031.
De camelis bellicis, & equis catafractatis, & quadrigis falcatis, capite 65. ibid.
De elephantis, & qualiter eis resisti possit, c.66. 1032.
De quibusdam regulis bellorum generalibus, c.67. ibid.
De munitionibus extruendis, c.68. 1033.
De portis, & fossis, & propugnaculis muniendis, c.69. ibid.
De alimentis, & cæteris obsidioni præparandis, c.70. 1034.
De neruis, & aquis, & sale, cap.71. ibid.
De machinis, quibus impugnantur muri, & primo de Ariete, capite 72. 1035.
De vineis, & pluteis, & aggere, & musculis, c.73. ibid.
De turribus ambulatorijs, cap.74. 1036.
Qualiter earum discrimini resistere possit, c.75. ibid.
De scalis, ac cæteris machinis, quibus munitio capitur, c.76. 1037.
De balistis, & onagris, cæterisque quibus munitio defenditur, capite 77. ibid.
De cuniculis per quos murus defoditur eoque irrupto obsessi fugantur, cap.78. 1038.
De mutuis insidijs & cautelis obsidentiũ, & obsessorum, c.79. ibid.
De nauali prælio, cap.80. 1039.
De nauibus liburnis, cap.81. ibid.
De fabrica nauium liburnarum, c.82. ibid.
De notitia ventorum quæ nauigantibus est necessaria, c.83. 1040.
De mensibus aptis ad nauigandum, c.84. ibid.
De signis ac pronosticis tempestatum, c.85. 1041.
De æstuarijs agnoscendis, cap.86. ibid.
De armis & machinis nauali prælio necessarijs, c.87. 1042.
De insidijs & in huiusmodi prælio collocandis, c.88. ibid.
De modo præliandi in aperto mari, c.89. ibid.
De triumphis, cap.90. 1043.
De ornamentis equorum, cap.91. ibid.
De arte theatrica, cap.92. 1044.
De ludis circensibus, cap.93. 1045.
De arte circi, cap.94. ibid.
De ludis scenicis, siue theatricis, cap.95. 1046.
De ludis gladiatorijs, cap.96. 1047.
De ludis aleæ, & pilæ, cap.97. 1048.
De nauigatione, & nauium varietate, c.98. ibid.
De partibus nauium, & vtensilibus earum, c.99. 1049.
De mercatura, cap.100. 1050.
De venatione, cap 101. ibid.
De agricultura, cap.102. 1051.
De ratione agriculturæ, cap.103. 1052.
De instrumentis rusticorum, cap.104. ibid.
De alchimia, cap.105. 1053.
Vtrũ huius artis scientia vel operatio vera sit vel falsa, c.106. 1054.
De artificibus & materia, & instrumentis, c.107. 1055.
De igne multiplici, cap.108. 1056.
De corporibus mineralibus, c.109. 1057.
De metallis, & eorum creatione, capite 110. ibid.
De auro, cap.111. 1058.
De argento, cap.112. ibid.
De ære, cap.113. 1059.
De ferro, cap.114. ibid.
De stagno, cap.115. 1060.
De plumbo, cap.116. ibid.
De spiritibus mineralibus, cap.117. 1061.
De sale & arsenico, & sulphure, cap.118. ibid.
De argento viuo, cap.119. 1062.
Qualiter elementum sit omnium liquabilium, c.120. ibid.
De vitro, cap.121. 1063.
De atramento & alumine, c.122. ibid.
De naturali generatione lapidum mineralium, c.123. 1064.
De lapide elixir per quem imitatur ars naturam, c.124. 1065.
De duplici factura elixir, c.125. ibid.
De complemento elixir, & albi, & citrini, siue rubei, c.126. 1066.
De calcinatione corporum mineralium, c.127. 1067.
De quadruplici eorum præparatione, & spirituum similiter, capite 128. ibid.
Qualiter corpora dura liquefacta recipiunt tincturam, capite centesimo vigesimonono. 1068.
Quod olei liquabilitas sit ibi causa permixtionis, c.130. 1069.
Qualis fiat per elixir metallorum transmutatio, secundùm quosdam, cap.131. ibid.
De operationibus alchimiæ in cæteris corporibus, c.132. 1070.
De opere vermilionis, & cynabri, & auricalchi, c.133. 1071.

INDEX LIBRI XII.

Liber Duodecimus agit de Practica Medicinæ, quæ, & ipsa inter Mechanicas reputatur eo, quod operatione manuum exercetur. Habet autem liber iste 148. capitula.

DE arte Medicinæ, cap.1. 1073.
De institutione Medici, cap.2. 1074.
De dilatione mortis, & custodia sanitatis per opera Medici, cap.3. ibid.
De regimine sanitatis, cap.4. 1075.
De regimine corporis in Vere, c.5. 1076.
De regimine corporis in Æstate, c.6. ibid.
De regimine corporis in Autumno, c.7. 1077.
De regimine corporis in hyeme, c.8. ibid.
De purgatione corporis ad custodiam sanitatis, c.9. 1078.
De solutione ventris, cap.10. 1079.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De vomitu, capite 11. 1080.
De minutione, cap. 12. ibid.
De regimine minuti, cap.13. 1081.
De obseruantia consuetudinis, cap.14. ibid.
De seruanda consuetudine in dietis & purgationibus, c.15. 1082.
De proprio regimine corporum temperatorum, c.16. 1083.
De regimine corporum extra temperantiam positorum, c.17. ibid.
De malis habitudinibus corporum immutandis, c.18. 1084.
De regimine malæ complexionis, quæ varia est membris, & primo de cerebri regimine, cap.19. 1085.
De regimine oculorum, & aurium, c.20. ibid.
De regimine dentium, cap.21. 1086.
De regimine pectoris, & stomachi, cordisque, & epatis, ac renum, cap.22. ibid.
De regimine membrorum genitalium, c.23. 1087.
De regimine neruorum, atque iunctiurarum, c.24. ibid.
De regimine corporum debilium, & primo mulierum prægnantium, cap.25. 1088.
De regimine parientis, cap.26. 1089.
De regimine infantis nascentis, vel nati, c.27. ibid.
De regimine lactationis eius, c.28. 1090.
De eligenda nutrice, & eius regimine, c.29. 1091.
De ablactatione infantis, c.30. 1092.
De regimine puerorum, c.31. ibid.
De regimine adolescentium, & iuuenum, c.32. 1093.
De regimine senum, cap.33. 1094.
De regimine consenescentium ab egritudine, c.34. 1095.
De cautela contra morbos pestilentiales, c.35. 1096.
De cautela contra morbos ex humoribus prouenientes, c.36. 1097.
De figuis humorum in corporibus dominantium, c.37. ibid.
De præparatione corporis ad humorum purgationem, c.38. 1098.
De variis modis purgationis, c.39. ibid.
De regimine purgationis sanguinis, c.40. 1099.
De regimine purgationis colere melancholiæ, & flegmatis, capite 41. 1100.
De regimine corporum, quorum res naturales immutatæ sunt, capite 42. 1101.
De eodem, cap.43. ibid.
De amputatione causarum, quæ sunt extra rem naturalem, capite 44. 1102.
De amputatione earum, quæ sunt in capite, cap 45. 1103.
De amputatione earum, quæ sunt in cæteris membris, c.46. ibid.
De regimine iter agere volentium, c.47. 1104.
De regimine iter agentium æstiuo tempore, c.48. 1105.
De cautela contra sitim in itinere, c.49. ibid.
De regimine iter agentium in frigore, c.50. 1106.
De regimine peregrinantium in mari, & in exercitu, c.51. 1107.
De cautela contra pediculos, & pulices, ac muscas, c.52. ibid.
De remedijs contra bestias nociuas, & serpentes, c.53. ibid.
De cautela contra venenum, cap.54. 1108.
De curatione contra egritudinem, c.55. ibid.
De dieta infirmorum, c.56. 1109.
De electione medicaminum, secundùm sui qualitatem, & quantitatem, & egritudinis horam, c.57. 1110.
De electione medicaminum, secundùm numerum membrorum infirmorum, cap.58. 1111
De speciebus medicinarum simplicium, c.59. 1112.
De qualitatibus earum, vel complexionibus, c.60. ibid.
De medicinis calidis, secundùm quatuor gradus, c.61. 1113.
De frigidis, secundùm quatuor gradus, c.62. 1114.
De siccis in quatuor gradibus, c.63. ibid.
De humidis in quatuor gradibus, c.64. 1115.
De experimentis medicinarum simplicium, c.65. 1116.
De cognitione eorundem per ratiocinationem, c.66. 1117.
De cognitione eorundem per sapores, qui sunt octo, c.67. ibid.
De numero, & differentijs saporum, c.68. 1118.
De operationibus, & effectibus saporum, c.69. 1119.
Item de eodem, cap.70 1120.
De comparatione saporum adinuicem in calore, & frigore, capite 71. ibid.
Adhuc de eodem, cap.72. 1121.
De probatione medicaminum per odorem, c.73. 1122.
De cognitione medicinarum per colorem, c.74. 1123.
De cautela experiendi virtutes medicaminum, c.75. ibid.
De summa operationum medicaminum simplicium, c.76. 1124.
De secunda virtute illorum, & primo de maturatiuis, c.77. 1125.
De induratiuis, & mollificatiuis, & opilatiuis, & apertiuis, capite 78. ibid.
De vulnerum sanatiuis, cap.79. 1126.
De attenuatiuis, cap.80. ibid.
De confortatiuis, & veneno repugnantibus, & visus clarificatiuis, capite 81. 1127.
De dolorum mitigatiuis, & quibusdam alijs, c.82. ibid.
De medicinis constrictiuis, c.83. 1128.
De attractiuis, & laxatiuis, cap.84. ibid.
De humoribus in naturalibus, & primo de flegmate, c.85. 1129.
De colera innaturali, cap.86. 1130.
De purgatiuis prædictorum humorum, c.87. ibid.
De impedimentis purgationis, c.88. 1131.
De præparatione corporis ad purgationem, c.89. ibid.
De tempore, & modo accipiendi purgationem, c.90. 1132.
De regimine illius, qui accepit, c.91. 1133.
De malitia medicinæ frangenda, vel euacuanda, c.92. ibid.
De operatione medicinæ laxatiuæ, c.93. 1134.
De modo attrahendi humores, c.94. ibid.
Vtrum inter medicinam attrahentem, & humorem attractum conuenientia sit in substantia, c.95. 1135.
De medicina non operante, cap.96. 1136.
De euacuatione superflua, cap.97. ibid.
De remedio contra superfluitatem euacuationis, c.98. 1137.
De summa cautela reginiinis in sumptione laxatiui medicaminis, capite 99. ibid.
De medicinis vomitum prouocantibus, c.100. 1138.
De iuuamentis, & impedimentis vomitus, c.101. 1139.
De vomitu superfluo, & eius remedio, c.102. ibid.
De medicinis à natura compositis, c.103. 1140.
De medicinis artificiosè compositis, c.104. ibid.
De his, quorum nomina incipiunt, per a, b, c, d, e, cap.105. 1141.
De his, quæ incipiunt, per g, m, o, p, r, cap.106. 1142.
De sale sacerdotali, & tyriaca, & trifera, cap.107. 1143.
De unguentis, cap.108. ibid.
De zinzibere condito, & zucharo, c.109. 1144.
De cura doloris, & egritudinis, c.110. ibid.
De cura egritudinum acutarum, c.111. 1145.
De cura febris effimere, cap.112. 1146.
De cura febrium putridarum, cap.113. ibid.
De regimine febricitantium, cap.114. 1147.
De caloris febrilis extinctione, cap.115. ibid.
De humoris euacuatione, cap 116. 1148.
De subtiliatione dietæ, cap.117. 1149.
De moderatione eiusdem, cap.118. ibid.
De cura febris Ethicæ, capite centesimodecimonono. 1150.
De cura lepræ, cap.120. 1151.
De cura fluxus ventris, cap.121. ibid.
De cura lapidis, cap.122. 1152.
De cura veneni, cap.123. 1153.
De communibus vocabulis medicaminum, & instrumentorum medicinæ, cap.124. 1154.
De Cyrurgia, & eius speciebus, c.125. 1155.
De Phlebothomia, cap.126. ibid.
De causis, & temporibus Phlebotomiæ, c.127. 1156.
De quibus venis debeat fieri, cap.128. ibid.
De venis, quibus ex causis inscidendæ sunt, c.129. 1157.
Adhuc de eodem, cap.130. ibid.
De cautela, & modo venam inscidendi, c.131. 1158.
De mensura Phlebothomiæ, c.132. 1159.
De periculis Phlebothomiæ, cap.133. ibid.
De Cyrurgia, quæ fit in carne, & primo de ventosis, c.134. 1160.
De triplici ventosarum vsu, c.135. 1161.
De locis, quibus applicandæ sunt, cap.136. ibid.
De cura vlcerum, cap.137. 1162.
De cura vulnerum, cap.138. 1163.
De inscisione vulnerum, cap.139. ibid.
De restitutione fluxus sanguinis ex muliere, c.140. 1164.
De superflua carne dentium, & extractione molarium, c.141. ibid.
De faciendis Eunuchis, cap.142. 1165.
De cauterijs, cap.143. ibid.
De Enemate, & Epithimate, cap.144. 1166.
De Cyrurgia, quæ fit in ossibus, cap.145. ibid.
De fractura ossium consolidanda, cap.145. 1167.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De alligatione eiuſdem, cap.147. 1168.
De rectificatione eiuſdem, cap.148. ibid.

INDEX LIBRI XIII.

Liber Decimustertius incipit agere de Theoricis, & agit de Theorica medicinæ propter affinitatem ſuæ practicæ, de qua prius actum eſt immediatè. Habet autem liber iſte 176. capitula.

DE ſcientia Medicinæ, & eius Inuentoribus, capite primo. 1169.
Cur inter Liberales Artes non numeretur, c 2. 1170.
De partibus medicinæ, ſecundùm quoſdam, capite tertio. ibid.
Aliter de eodem, ſecundùm Auicennam, c.4. 1171.
Item aliter iuxta Conſtantinum, c.5. 117:
De elementis, cap.6. ibid.
De quatuor qualitatibus, cap.7. 1173.
De complexionibus, cap.8. id.
De varietate complexionum in membris, c.9. 1174.
De ſignis complexionum, in quatuor membris principalibus, capite 10. ibid
De ſignis complexionis oculorum, & pulmonis, ac ſtomachi, capite 11. 1175.
De ſignis complexionis totius corporis, c.12. 1176.
De ſignis mutatæ complexionis, & regimine, vel ex conſuetudine, cap.13. ibid.
De mutatione complexionis, ſecundùm ætatem, c.14. 1177.
Adhuc de eodem, cap.15. ibid.
De varietate complexionis ex ſexu, cap.16. 1178.
De quatuor humoribus, c.17. 1179.
De ſanguine, cap.18. 1180.
De ſtigmate, cap.19. 1181.
De colera rubea, cap.20. 1182.
De melancholia, cap.21. 1183
De quatuor humorum generatione ſecundùm quoſdam, c.22. ibid.
De eodem, ſecundùm Auicennam, c.23. 1184.
De cauſis eorundem, cap.24. 1185.
De ſignis abundantiæ humorum in corporibus, c.25. ibid.
De ſignis eiuſdem in ſomnis apparentibus, c.26. 1186.
De coagulatione corporis, cap.27. ibid.
De reſolutione caloris innati, cap.28. 1187
De ſpermate, & eius origine, cap.29. 1188.
De cauſis exuberationis ſpermatis, cap.30. 1189.
De cauſis erectionis virgæ, c.31. ibid.
De horis coeundi, cap.32. 1190.
De cauſis ſterilitatis, & difficultate imprægnationis, c.33. ibid.
De imprægnatione, & embrionis formatione c.34. 1191.
De creatura matricis, & nutrimento fœtus, eiuſque panniculis, capite 35. 1192.
De cauſis maſculinitatis in fœtu, c.36. ibid.
De ſignis maſculinationis in viro, & muliere, c.37. 1193.
De cauſa conceptionis geminorum ex periculo fœcus, c.38. ibid.
De cauſis difficultatis pariendi, c.39. 1194.
De cauſis aborſus, & ſignis eius, c.40. ibid.
De anathomia membrorum, c.41. 1195.
De ordine, & ratione membrorum ſimplicium, c.42. 1196.
De differentia membrorum ſecundum virtutes, vel actiones, capite 43. 1197.
De membris principalibus, & eis deſeruientibus, c.44. ibid.
De differentia membrorum ſecundum creationis ſuæ materiam, capite 45. 1198.
De differentia membrorum ſecundum fortunam, c.46. ibid.
De ſpiritibus, cap.47. 1199.
De virtutibus vitalibus, cap 48. 1200.
De virtutibus animalibus, cap.49. 1201.
De coloribus, cap. 50. 1202.
De figuris corporis, & primo de pinguedine, & macie, c.51. 1203.
De ſolliditate corporum, & raritate, cap.52. 1204.
De rebus non naturalibus, c.53. ibid.
De aere circundante nos, c.54. 1205.
De aeris mutatione ſecundum quattuor tempora, c.55. 1206.
De vere, & æſtate, cap.56. 1207.
De autumno, & hyeme, cap.57. ibid.
De naturis ventorum ſecundum loca, vel climata, c.58. 1208.
De locis habitabilibus, cap.59. 1209.
Adhuc de eodem, cap.60. ibid.
De veſtibus, cap.61. 1210.
De exercitys, cap.62. 1211.
De tempore, & moderatione exercit. cap.63. ibid.
De balneo, & tempore balneandi, c.64. 1212.
Quibus proſit, & quibus obſit, c.65. 1213.
De cibo, & eius operatione, c.66. 1214.
De diuerſitate ciborum in natura, c.67. ibid.
De diuerſitate ciborum in operatione, c.68. 1215.
De his, qui bonos humores generant, & his qui malos, c.69. ibid.
De his, qui ſtomacho nocent, & his qui iuuant, c.70. 1216.
De nutrientibus, & impingnantibus, c.71. ibid.
De qualitate cibi ſumendi, cap.72. 1217.
De quantitate eiuſdem, c.73. ibid.
De ordine, & tempore ſumendi cibos, c.74. 1218.
De conuenientia cibi ſecundum ſtatum ſumentis, c.75. 1219.
De pane, cap.76. ibid.
De diuerſitate panis ſecundum materiam, vel artificium, c.77. 1220.
De diuerſitate panis ex igne coctionis, & qualitate ſumendi, capite 78. 1221.
De cibo carnium, cap.79. 1222.
De carnibus quadrupedium, cap.80. ibid.
De carnibus auium, & piſcium, c.81. 1223.
De trilico & quis & melle ac reliquis cibis, c.82. 1224.
De potibus, cap.83. ibid.
De vino, cap 84. 1225.
De cæteris inebriantibus, cap.85. ibid.
De potu aqua, cap.86. 1226.
De ptyſana, cap 87. ibid.
De conuerſione cibi & potus, c.88. 1227.
De ſuperfluitate primæ, & ſecundæ digeſtionis, c.89. ibid.
De ſomno, & vigilia, cap 90. 1228.
De ſpeciebus, & actionibus ſomni, cap.91. 1229.
De regimine ſomni, cap.92. ibid.
De coitu, & eius iunamentis, c.93. 1230.
De nocumentis eiuſdem, cap.94. 1231.
De his, quæ coitum iuuant, & his, quæ impediunt, c.95. ibid.
De cæteris euacuationibus naturalibus, c.96. 1232.
D accidentibus animæ, cap.97. ibid.
De ſignis accidentium animæ, cap.98. 1233.
De motionibus ſpiritus, c.99. 1234.
De rebus extra naturalibus, capite centeſimo. ibid.
De diſpoſitionibus corporum, cap.101. 1235.
De cauſis vniuerſalibus diſpoſitionum, cap.102. ibid.
De cauſis neceſſarys, & non neceſſarys, c.103. 1236.
De cauſis caleſacientibus, & infrigidantibus, c.104. 1237.
De cauſis humectantibus, & deſiccantibus, & figuram corrumpentibus, cap.105. 1238.
De cauſis conſtrictionis, & dilatationis pororum, c.106. ibid.
De cauſis opilationis, cap 107. 1239.
De cauſis ſuperfluæ retentionis, & euacuationis, c.108. ibid.
De dolore, & cauſis eius, cap.109. 1240.
De multiplici dolore, & cauſis eius, c.110. 1241.
Item de cauſis dolorum, cap.111. 1242.
De cauſis delitiarum, cap.112. ibid.
De ægritudine, & eius ſpeciebus, cap.113. ibid.
De ſimplicibus ægritudinibus complexionis, c.114. 1243.
De cauſis ægritudinum complexionis, cap.115. 1244.
De ægritudinibus compoſitis, c.116. ibid.
De ſolutione continuationis, c.117. 1245.
De compoſitis ægritudinibus cæteriſque nocumentis corporis, capite 118. 1246.
De accidentibus morbos ſequentibus, & cauſis eorum, c.119. ibid.
De accidentibus virtuti regenti, id eſt, totali menti, c.120. 1247.
De accidentibus fantaſiæ, & cogitationi & memoriæ, c.121. 1248.
De accidentibus virtuti ſentienti, & primo ſenſui viſus, & organo, cap.122. ibid.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De accidentibus ſpiritui viſibili, cap.123. 1249.
De accidentibus pupillæ foramini, cap.124. ibid.
De accidentibus cuagaydos humori, c.125. 1250.
De accidentibus tunicæ corneæ, c.126. ibid.
De accidentibus ſenſui auditus, c.127. 1251.
De accidentibus ſenſui guſtus, cap.128. ibid.
De accidentibus ſenſui odoratus, c.129. 1252.
De accidentibus ſenſui tactus, c.130. ibid.
De accidentibus communibus quinque ſenſuum, id eſt, delectatione, & dolore, c.131. 1253.
Adhuc de eodem, cap.132. ibid.
De accidentibus meri, & primo de defectu appetitus, c.133. 1254.
De inordinatione appetitus in cibum, & potum, c.134. ibid
De accidentibus cerebro, & cordi ex incommodis oris ſtomachi, capite 135. 1255.
De accidentibus virtuti mouenti, & primo de eius defectione, capite 136 1256.
De mala eius habitudine ex actione naturæ, & primo de horrore, ac rigore, cap.117. ibid.
De tuſsi, & ſternutatione, c.138. 1257.
De ſingultu, & ructu, & oſcitatione, c.139. 1258.
De accidentibus virtuti mouenti ex ſolo morbo, c.140. ibid
De his, quæ accidunt exactionibus naturæ ſimul, & morbo, capite 141. 1259.
De accidentibus virtuti vitali, c.142. ibid
De accidentibus naturalium actionum, & primo digeſtiuæ primæ in ſtomacho ex cauſis interioribus, c.143. ibid.
De accidentibus eidem ex cauſis exterioribus, c.144. 1260.
De accidentibus virtuti attractiuæ, c.145. 1261
De accidentibus virtuti retentiuæ, c.146. ibid.
De accidentibus expulſiuæ, c.147. 1262
De accidentibus prædictarum vtrium in inteſtinis, c.148. ibid.
De accidentibus ſecundæ digeſtionis, c.149. ibid.
De accidentibus tertiæ digeſtionis, c.150. 1263.
De accidentibus habitudinum corporis, capite centeſimoquinquageſimoprimo. 1264
De his, quæ apparent in exiſtentibus à corpore extra naturali modo, cap. 152. ibid.
De his, quæ in euacuationibus naturalibus, & primo in egeſtione ſecundum tempus, & ſecundum quantitatem, c.153. 1265.
De his, quæ in eadem apparent ſecundum qualitatum ab interiori cauſa, cap.154. ibid.
De his, quæ apparent ab exteriori cauſa, capite centeſimoquinquageſimoquinto. 1266.
De accidentibus apparentibus in vrina, c.156. ibid.
De accidentibus, quæ apparent in menſtruis, & in ſudore, capite 157. 1267.
De ſignis communibus diſpoſitionum corporis, c.158. 1268.
De ſignis ſanitatis, cap.159. ibid.
De ſignis egritudinum, c.160. 1269.
De pulſu, & eius notitia, c.161. 1270.
De modo tangendi pulſum, c.162. ibid.
De ſpeciebus pulſuum, c.163. 1271.
De ſignificationibus pulſuum, & compoſitionum eorum, capite centeſimoſexageſimoquarto. 1272.
De differentijs pulſuum iuxta ſexus, & ætates, & complexiones, & figuras, cap.165. ibid.
De differentijs eorundem, ſecundùm ſtatus, & ſecundùm tempora, cap.166. 1273.
De differentijs eorum ex motu, & balneo, & cibo ac cæteris, capite 167. 1274.
De vrina, & his, quæ in ea conſiderantur, c.168. 1275.
De his, quibus accipiunt ſignificationes vrinarum, & primo de coloribus, cap.169. ibid.
De cauſis colorationis vrinarum, c.170. 1276.
Item de ſignificationibus colorum in vrina, c.171. 1277.
Adhuc de eodem, cap.172 1278.
De ſignificationibus ſubſtantiæ, & odoris, c.172. ibid.
De ſignis apparentibus in ſuperficie, vel in medio, vel in fundo, cap 174. 1279.
De hipoſtaſi, cap.175. ibid.
De diuerſitate vrinarum, ſecundùm ætates, & ſexus, capite centeſimoſeptuageſimoſexto. 1280.

INDEX LIBRI XIV.

Liber Decimuſquartus eſt, quaſi ſupplemẽtum tredecimi. Agit enim ſeparatim, & ordinatè de cunctis ſpeciebus ægritudinum, ac de ſignis particularibus, & cauſis earum. Habet autem liber iſte Cap.152.

DE ſignis particularibus, & cauſis ægritudinum, capite 1. 1281.
De febre, & corporibus ad febrem diſpoſitis, capite ſecundo. 1282.
De horis febrium, cap.3. 1283.
De cognitione horarum vniuerſalium, & particularium, c.4. ibid.
De ſpeciebus febrium, & cauſis earum, c.5. 1284.
De effimera & cauſis & ſignis eius, c.6. 1285.
De febribus humoris ſine putredine, c.7. 1286.
De ſpeciebus earum, cap.8. 1287.
De ſubdiuiſionibus earum quatuor ſpecierum, c.9. ibid.
De cauſis interpolationis earum, & continuitatis ſecundum Auicennam, cap.10. 1288.
De febre acuta, & continua, c.11. 1289.
De febre quotidiana, cap.12. ibid.
De tertiana, cap.13. 1290.
De febre quartana, cap.14. 1291.
De cauſis varietatis peryodorum in febribus interpolatis, c.15. 1292.
De cauſis abbreuiationis, & prolongationis paroxiſmorum, capite 16. ibid.
De inordinatione, vel mutatione peryodorum, & febre erratica, capite 17. 1293.
De febribus compoſitis, cap.18. ibid.
De ſignis vniuerſalibus febrium putridarum, c.19. 1294.
De febris horripilatione, & rigore, c.20. 1295.
De febre ethica, cap.21. 1296.
De cognitione eiuſdem, cap.22. ibid.
De febre accidentali, cap.23. 1297.
De apoſtewate, cap.24. 1298.
De flegmonibus, & furunculis, ſcrophulis, ac verrucis, c.25. ibid.
De paſsionibus, quæ in cute apparent ex interioribus cauſis, capite 26. 1299.
De variola, & rubeola, cap.27. ibid.
De elephantia, & morphea, cap. 28. 1300.
De lepra, cap.29. ibid.
De cauſis, & effectibus leprę, capite 30. 1301.
De ſignis eiuſdem, cap.31. 1302.
De impetigine, & ſerpedine, c.32. ibid.
De ſcabie, & prurigine, c.33. 1303.
Item de eodem, cap.34. 1304.
De ſudore ſuperfluo, & pediculis, cap.35. 1305.
De papulis, ac puſtulis, ac verrucis, c.36. ibid.
De vlcere, & ſanie, & cicatrice, c.37. ibid.
De proprijs, & manifeſtis paſsionibus capitis ex interioribus cauſis, & primo de allopicia, c.38. 1306.
Item de allopicia, & tyria, c.39. ibid.
De tynea, & furfure, c.40. 1307.
De paſsionibus, quæ apparent in cæteris membris ex interioribus cauſis, cap.41. 1308.
De vulneribus, & fracturis, c.42. ibid.
De fiſtula, & cancro, & igne ſacro, c.43. 1309.
De morſibus, & puncturis venenatorum, c.44. ibid.
De diuerſis ſpeciebus venenorum, c.45. 1310.
De communi via cognoſcendi paſsiones membrorum interiorum, capite 46. ibid.
De diuiſione paſsionum interiorum, & primo de paſsionibus cerebri, cap.47. 1311.
De cephalia, & cauſis eius ac ſignis, c.48. 1312.
Adhuc de eodem, cap.49. ibid.
De freneſi, cap.50. 1313.
De mania, cap.51. 1314.

De lithar-

De lithargia, capite 52. ibid.
De ſtupore mentis, & vigilia, cap.53. 1315.
De congelatione ac cogitationis, & memoriæ corruptione, capite 54. ibid.
De ſcothomia, & vertigine, cap.55. 1316.
De apoplexia, cap.56. 1317.
De epilenſia cerebri, cap.57. ibid.
De incubo, cap.58. 1318.
De melancholia nigra, & canina, & amore qui dicitur eros, capite 59. 1319.
De ſternutatione, cap.60. ibid.
De paſſionibus neruorum, c.61. 1320.
De eneruatione, & epylenſia neruorum, cap.62. 1321.
De paraliſi, cap.63. 1322.
De dormitione neruorum, c.64. ibid.
De ſpaſmo, cap.65. ibid.
De tremore, & titillatione, c.66. 1323.
De gibboſitate, cap.67. 1324.
De paſſionibus oculorum in conſolidanti tunica, c.68. ibid.
De paſſionibus, quæ fiunt in cornea, vel vuea, c.69. ibid.
De paſſionibus palpebrarum, & angulorum oculi, c.70. 1325.
De paſſionibus, quæ fiunt in neruis, lacertis, ac venis oculorum, cap.71. 1326.
De paſſionibus membrorum auditus, c.72. 1327.
De grauitate auditus, & ſurditate, c.73. ibid.
De paſſionibus odoratus, c.74. 1328.
De paſſionibus linguæ, c.75. 1329.
De corruptela guſtus, c.76. 1330.
De paſſionibus oris, c.77. ibid.
De paſſionibus dentium, c.78. 1331.
De paſſionibus membrorum anhelitus, c.79. 1332.
De ſynantia, & ſquinantia, c.80. 1333.
De catarro, cap.81. ibid.
De rancedine vocis, cap.82. 1334.
De paſſionibus pulmonis, & primo de tuſſi, c.83. ibid.
De aſinate, & anhelitus conſtrictione, c.84. 1336.
De peripleumonia, c.85. ibid.
De ſputo ſanguinis, c.86. 1337.
De ſputo ſanei, & de pthiſi, c.87. ibid.
De paſſionibus accidentibus operimento coſtarum, & lacertis pectoris, & dyafragmati, c.88. 1338
De paſſionibus cordis, & primo de cardiaca, c.89. 1339.
De ſyncopi, cap.90. 1340.
De paſſionibus accidentibus inſtrumentis ciborum, & primo meri, cap.91. 1341.
De paſſionibus oris ſtomachi, & primo de corruptione appetitus, capite 92. 1342.
De diminutione, & augmento appetitus, c.93. ibid.
De boliſmo, & immoderata ſiti, c.94. 1343.
De paſſionibus in fundo ſtomachi, & primo de mala digeſtione, & faſtidio, c.95. 1344.
De diarria, ſiue fluxu ventris, c.96. ibid.
Adhuc de eodem, cap.97. 1345.
De perturbatione, ſiue cholerica paſſione, c.98. 1346.
De licentia, & ſubuerſione ac vomitu, c.99. ibid.
De ſingultu, & inflatione, & ructu, & coagulatione, c.100. 1347.
De paſſionibus inteſtinorum, & primo de diſſenteria eorum, capite 101. 1348.
De diſſenteria epatica, & tenaſmo, c.102. 1349.
De colica paſſione, cap.103. ibid.
De ilia, cap.104. 1350.
De lumbricis, cap.105. ibid.
De paſſionibus natium, capite 106. 1351.
De paſſionibus hepatis, c.107. 1352.
De hidropiſi, cap.108. ibid.
De ſpeciebus hydropiſis, cap. 109. ibid.
Item de eodem, cap.110. 1353.
De paſſionibus plenis, cap.111. 1354.
De paſſionibus ſillis, c.112. 1355.
De hicteritia citrina, & nigra, cap.113. 1356.
De arena, & lapide in renibus, cap.114. ibid.
De cæteris paſſionibus renum, c.115. 1357.
De calculo ſiue lapide in veſica, c.116. 1358.
De communicantia renum ac veſicæ in lapidis generatione, capite 117. ibid.
Quibus perſonis maxime ſoleat vterque lapis accidere, capite 118. fol. 1359.
De cæteris paſſionibus veſicæ, c.119. 1360.
De paſſionibus ſiphach, c.120. 1361.
De paſſionibus teſticulorum, c.121. ibid.
De paſſionibus virgæ, & matricis, c.122. 1362.
De conſtrictione menſtruorum, & fluxu ſanguinis, c.123. ibid.
De impedimentis conceptionis, c.124. 1363.
De modo conceptionis, ſiue generationis, c.125. ibid.
De cauſis abortiendi, ſiue difficultate pariendi, c.126. 1364.
De paſſionibus mammillarum, c.127. 1365.
De paſſionibus coxarum, & pedũ, id eſt, ſcia, & arterica, c.128. ibid.
De podagra, cap.129. 1366.
De prognoſticis futurarum agritudinum, cap.130. ibid.
De ſignis mortis, cap.131. 1367.
De afforiſmis, cap.132. 1368.

INDEX LIBRI XV.

Quintusdecimus liber agit de Phyſica, ideſt de naturali Philoſophia, cuius ſpecies quędã, ſiue pars eſt ipſa medicinæ Theorica. Habet autem liber iſte 178. Cap.

DE naturali Philoſophia, cap.1. 1369.
De partibus Philoſophiæ, cap.2. 1370.
De natura, & eius operatione, cap.3. ibid.
Quot modis dicitur natura, c.4. 1372.
De principijs naturalibus, ſcilicet materia forma, & priuatione, capite 5. 1373.
De informitate primæ materiæ, c.6. 1374.
Quod omne compoſitum ex materia, & forma corruptibile eſt natura, cap.7. 1375.
De corporibus ſimplicibus, id eſt, elementis, c.8. 1376.
De qualitatibus elementorum, & commixtionibus eorum, c.9. ibid.
De ordine, vel pondere quatuor elementorum, c.10. 1377.
Item de ponderibus corporum, c.11. 1378.
De impreſſionibus corporum, c.12. 1379.
De magnitudine mobili, & continuitate, c.13. ibid.
De loco, quod ſit, cap.14. 1380.
Quid ſit locus, & quid eſſe in loco, c.15. 1382.
De tempore, cap.16. ibid.
De partibus temporis, c.17. 1383.
Qualiter tempore menſuretur, aut numeretur motus in anima, capite 18. 1384.
De motu, & quiete, cap.19. 1385.
De differentia motus, & mutationis, c.20. 1386.
De ſpeciebus mutationis, & motus, c.21. 1387.
De generatione, & corruptione, c.22. 1388.
De mixtione, cap.23. 1389.
De mouente, & motu, c.24. ibid.
Quod in omni ſpecie motus inter mouentem, & motum nihil eſt medium, cap.25. 1390.
De loci mutatione, cap.26. 1391.
De alteratione ſecundum quid habeat fieri large, vel propriè, capite 27. 1392.
Adhuc de eodem, c.28. 1393.
De augmento, & diminutione, cap. 29. 1394.
De infinito, cap.30. ibid.
De orbe, & partibus eius, c.31. 1395.
De terra, cap.32. 1396.
De lapidibus preciosis, c.33. ibid.
De illis quorum nomina incipiunt per a, c.34. 1397.
De his, quorum nomina incipiunt per b, c.35. ibid.
De his, quorum nomina incipiunt per c, cap.36. 1398
De his, quorum nomina incipiunt per d, e, f, g, ca.37. 1399.
De his, quorum nomina incipiunt per i, vel per l, c.38. ibid.
De his, quorum nomina incipiunt per m, o. p, c.39. 1400.
De his, quorum nomina incipiunt per s, vel per t, c.40. 1401.
De aquis, cap.41. 1402.
De aere, & regionibus eius, c.42. ibid.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De igne, & eius ſuperna regione, cap.43. 1403.
De ſeptem planetis, cap.44. 1404.
De Luna, & Mercurio, & Venere, cap.45. ibid.
De Sole, cap.46. 1405.
De Marte, Ioue, & Saturno, c.47. 1406.
De quinto elemento, quod eſt vapor, c.48. ibid.
De impreſsionibus aeris, c.49. 1407.
De paſsionibus aeris, & primo de ventis, cap.50. 1408.
De igniculis per aera exagitatis, & nubibus, c.51. ibid.
De tonitruis, & fulminibus, c.52. 1409
De arcu cœleſti, & nebula, c.53. 1410.
De humoribus aeris, & primo de imbre, & grandine, & niue, capite 54. 1411.
De rore, & melle, cap.55. ibid.
De ladano, & manna, cap.56. 1412.
De corporibus mineralibus, & primo de electro, capite quinquageſimo ſeptimo. 1413.
De auro, cap.58. ibid.
De argento, cap.59. 1414.
De aere, cap.60. ibid.
De ſtagno, cap.61. 1415.
De plumbo, cap.62. ibid.
De ferro, cap.63. 1416.
De lapidibus, & metallis à natura generatis, capite ſexageſimo quarto. ibid.
De alumine cæteriſque mineralibus, c.65. 1417.
De plantis in generali, c.66. ibid.
De herbis, cap.67. 1418.
De ſpeciebus herbarum, cap.68. 1419.
De arboribus, cap.69. 1420.
De ſpeciebus arborum, cap.70. 1421.
Adhuc de eodem, cap.71. 1422.
De arboribus aromaticis, c.72. 1423.
De natura animalium in generali, cap.73. 1424.
De eodem, cap.74. 1425.
De his, quorum nomina incipiunt per a, cap.75. 1426.
De bubalo, cap.76. 1427.
De caco, & camelo, cap.77. ibid.
De cane, cap.78. 1428.
De capra, & caprea, cap.79. 1429.
De caſtore, cap.80. ibid.
De ceruo, & chorochrote, & cuniculo, cap.81. 1430.
De daxo, & duran, cap.82. 1431.
De elephante, cap.83. ibid.
De eodem, cap.84. 1432.
De enchire, & emira, & equo, & equiceruo, c.85. 1433.
De erinacio, & eriminio, c.86. 1434.
De his, quorum nomina incipiunt per f, g, h, & i, c.87. ibid.
De lamia, & lauzani, c.88. 1435.
De leone, cap.89. 1436.
De leopardo, cap.90. 1437.
De luchanone, & linciſco, & lince, & locuſta, capite nonageſimo primo. ibid.
De lupo, cap.92. 1438.
De luthero, cap.93. 1439.
De mainoneto, & migale, & moloſo, & monocerote, capite nonageſimoquarto. ibid.
De mulo, & mulione, & muſquelibet, c.95. 1440.
De mure, & muſtela, c.96. ibid.
De onagro, & onocentauro, & orice, c.97. 1441.
De oue, cap.98. 1442.
De panthera, & pardo, & pirolo, c.99. 1443.
De porco, & puterio, c.100. 1444.
De rangifero, & roſurella, c.101. ibid.
De ſimia, cap.102. 1445.
De talpa, cap.103. ibid.
De tauro, cap.104. 1446.
De vario, & vro vrſo, cap.105. 1447.
De zubrone, cap.106. ibid.
De ſerpentibus, cap.107. 1448.
De ſpeciebus ſerpentum, c.108. 1449.
De dracone, & dracontopode, c.109. ibid.
De iaculo, & lacerta, & panthera, c.110. 1450.
De ſalamandra, & ſcorpione, & ſitula, & ſtellione, c.111. 1451.
De tortuca, & tyro, c.112. ibid.
De vipera, & hydro, cap.113. 1452.
De vermibus, cap.114. ibid.
De aranea, & bufone, cap.115. 1453.
De vermibus quorum nomina incipiunt per c, c.116. 1454.
De his, quæ per e, vel f, c.117. ibid.
De his, quorum nomina incipiunt per l, c.118. 1455.
De his, quorum nomina incipiunt per m, & o, c.119. 1456.
De his, quæ incipiunt per p, c.120. ibid.
De rana, cap.121. 1457.
De his, quæ incipiunt per s, cap.122. 1458.
De his, quæ incipiunt per t, c.123. ibid.
De piſcibus in generali, cap.124. 1459.
De eodem, cap.125. 1460.
De his, quorum nomina incipiunt per a, vel b, c.126. ibid.
De his, quæ incipiunt per c, c.127. 1461.
Adhuc de eodem, cap.128. 1462.
De his, quorum nomina incipiunt per d, e, g, c.129. 1463.
De his, quæ per i, k, l, cap.130. 1464.
De his, quæ incipiunt per m, c.131. 1465.
De his, quæ incipiunt per p, vel q, cap.132. 1466.
De his, quæ per r, cap.133. ibid.
De his, quæ per s, cap.134. 1467.
De his, quæ incipiunt per t, vel u, c.135. 1468.
De monſtris marinis, & primo de abune, & barbora, capite 136. ibid.
De his, quæ incipiunt per c, cap.137. 1469.
De his, quæ incipiunt per e, vel f, vel g, c.139. ibid.
De his, quæ incipiunt per k, vel l, c.140. 1471.
De his, quorum nomina incipiunt per m, vel n, o, p, c.141. 1472.
De his, quæ incipiunt per s, c.142. 1473.
De his, quæ incipiunt per t, vel u, c.143. 1474.
De his, quorum nomina incipiunt per y, & z, c.144. ibid.
De auibus in generali, c.145. 1475.
De accipitre, & achante, & aeriophylon, c.146. 1476.
De agochile, & alauda, & anate, & anſere, c.147. 1477.
De aquila, cap.148. 1478.
De ardea, & arpia, & aſalon, & auibus paradiſi, c.149. ibid.
De barluate, & biſtarda, c.150. 1479.
De bonoſa, & bubone, & buteo, & butorio, c.151. 1480.
De caladrio, & calandre, & carduele, & cariſte, c.152. 1481.
De ciconia, cap.153. ibid.
De columba, cap.154. 1482.
De cæteris, quorum nomina incipiunt per c, cap.155. 1483.
De falcone, & ſpeciebus eius, c.156. 1484.
De ſpeciebus accipitris, c.157. ibid.
De faſiano, & fatatore, & fœnice, & fulica, c.158. 1485.
De gallo, cap.159. 1486.
De gallina, cap.160. 1487.
De his, quorum nomina incipiunt per g, cap.161. 1488.
De his, quæ incipiunt per h, i, k, c.162. 1489.
De his, quæ primam literam habent l, m, c.163. 1490.
De his, quæ primam literam habent n, vel o, c.164. 1491.
De paſſere, & pauone, cap.165. 1492.
De pegaſo, & pellicano, c.166. ibid.
De philomena, & pica, & pico, c.167. 1493.
De plathea, & plumali, & porphirione, & pſitaco, c.168. 1494.
De ſtrutione, & ſturno, & tragopale, & turdo, & turture, capite 169. ibid.
De vanello, vpupa, & vulture, c.170. 1495.
De hirundine, & iſida, & zeleutide, cap.171. 1496.
De homine, & ætatibus hominis, cap.172. ibid.
De anima, & eius organo, c.173. 1497.
De potentijs animæ, cap.174. 1498.
De ſomno, & vigilia, cap.175. ibid.
Adhuc de eodem, cap.176. 1499.
De ſomno, cap.177. 1500.
De morte, & vita, cap.178. 1501.

INDEX LIBRI XVI.

Decimuſſextus Liber agit de Mathematica, & eius ſpeciebus, & etiam Metaphyſica,

quæ

quæ dicitur apud Philoſophos prima, & ſumma Philoſophia. Habet autem liber iſte 75. Capitula.

DE Mathematica, cap 1. 1503.
De excellentia, & vtilitate Mathematicæ, c.2. 1504.
De ſpeciebus Mathematicæ, cap.3. 1505.
De primatu Arithmeticæ, cap.4. ibid.
De Arithmetica, cap.5. 1506.
De numero, cap.6. ibid.
De principalitate vnitatis, cap.7. 1507.
De ſpeciebus numeri, cap.8. 1508.
De computo, & algoriſmo, cap.9. 1509.
De muſica, cap.10. ibid.
De excellentia muſicæ, c.11. 1510.
De obſeruantia moralitatis in muſica, cap.12. ibid.
De varijs effectibus muſicæ, c.13. 1511.
Adhuc de eodem, cap.14. ibid.
Diuiſio muſicæ, ſecundùm Alpharabium, c.15. 1512.
Alia diuiſio eiuſdem, cap.16. 1513.
Subdiuiſiones eiuſdem, cap.17. ibid.
De elementis muſicæ inſtrumentalis, c.18. 1514.
De ſonorum differentijs, & ſpeciebus inæqualitatis, c.19. ibid.
Quod ſpecies inæqualitatis aptentur conſonantijs, c.20. 1515.
De proportionibus muſicis, c.21. ibid.
De conſonantia, cap.22. 1516.
Quod in muſica non ſit pœnitus innitendum ſenſui, ſed amplius rationi, cap.23. ibid.
Qualiter Pythagoras conſonantiarum proportiones inueſtigauerit, cap.24. 1517.
Adhuc de eodem, & de tubal, c.25. 1518.
De differentijs vocum, c.26. ibid.
De modo audiendi, ſiue formandi auditum, c.27. 1519.
De ſpeciebus cantilenarum, c.28. ibid.
De armonica regula, c.29. ibid.
De differentijs vocum iuxta Ptolomeum, c.30. 1520.
De partibus muſicæ iuxta Iſidorum, c.31. ibid.
De prima parte muſicæ, quæ dicitur Armonica, c.32. 1521.
De ſecunda parte, quæ dicitur Organica, c.33. 1522.
De tertia, quæ dicitur Rythmica, c.34. ibid.
Quod ſcientia muſicæ magis ſit in ſpeculatione, quàm in operatione, capite 35. 1523.
De Geometria, cap.36. 1524.
De partibus Geometriæ, c.37. 1525.
De elementis Geometriæ, c.38. ibid.
De figuris, & numeris Geometricis, cap.39. ibid.
De vniuerſali ſcientia menſurandi, c.40. 1526.
De menſuris ſpaciorum, ſiue locorum, c.41. 1527.
De menſuris aridorum, & liquidorum, c.42. ibid.
De ſcientia perſpectiua, c.43. 1528.
De radijs viſualibus, & de ſpeculis, c.44. 1529.
De Aſtronomia, cap.45. ibid.
De differentia, quæ eſt inter Aſtronomiam, & Aſtrologiam, capite 46. 1530.
De qualitatibus, quæ planetis effectiuè non propriè attribuuntur, capite 47. ibid.
De propijs effectibus Solis, c.48. 1531.
De propijs effectibus cæterorum planetarum, c.49. 1532.
De cooperatione omnium planetarum ad rerum generationem, capite 50. ibid.
De ordinatione motuum eorum, c.51. 1533.
Vtrum motus vnius poſſit impediri per motum alterius, c.52. ibid.
De ſcientia ponderum, & de ponderibus, c.53. 1534.
Adhuc de ponderibus, c.54. ibid.
De ſcientia ingeniorum, c.55. 1535.
De Metaphyſica, & eius excellentia, c.56. ibid.
De partibus Metaphyſicæ, c.57. 1536.
De vtilitate eius, & ordinatione, cap.58. 1537.
De ſubiecto Metaphyſicæ, c.59. ibid.
De ente, cap.60. 1538.
De vno, cap.61. ibid.
De multo & diuerſo, & oppoſito, cap.62. 1539.
De cauſa, cap.63. 1540.
De principio, & elemento, & natura, c.64. ibid.
De ſubſtantia, cap.65. 1541.
De triplici ſubſtantia creata, cap.66. 1542.
De ſubſtantia æterna, & immobili, capite 67. 1543.
De potentia, cap.68. ibid.
De actu, cap.69. 1544.
De diſpoſitione, & paſſione, & priuatione, cap.70. 1545.
De perfectione, & fine, c.71. ibid.
De neceſſario, & per ſe, & ex alienio, c.72. 1546.
De parte, & toto, & diminuto, c.73. 1547.
De genere, & falſo, & accidente, cap.74. ibid.
De ante, & poſt, cap.75. 1548.

INDEX LIBRI XVII.

Decimuſſeptimus liber agit de illa, quæ eſt finis omniũ ſcientiarum, id eſt, de Theologia. Primo quidem fabuloſam Theologiam, qua quondam Poëtæ vſi ſunt, multitudinem quoque numinum, quam nonnulli in rerum naturalium adminiſtratione poſuerunt eliminando. Deinde autem ad veram Theologiam aſcendendo. Habet autem liber iſte 64. Capitula.

DE Theologica ſcientia, cap.1. 1549.
Cur ad huiuſmodi ſcientiæ veram notitiam, Philoſophi non peruenerunt, cap.2. 1550.
De triplici falſa Theologia, cap.3. 1551.
Quod Theologia fabuloſa non ſit à ciuili ſeparanda, c.4. 1552.
De origine falſorum Deorum, c.5. ibid.
De nominibus Deorum, c.6. 1553.
De Phyſicis interpretationibus falſorum numinum, c.7. ibid.
Adhuc de eodem, cap.8. 1554.
De nominibus Deorum, & interpretationibus eorum, c.9. 1555.
De quibuſdam numinibus apud Gentiles nominatis, c.10. 1556.
Adhuc de eodem, cap.11. ibid.
De proprio errore Chaldæorum circa Dei veri notitiam, c.12. 1557.
De errore Græcorum, cap.13. 1558.
De errore Ægyptiorum, c.14. ibid.
De errore Romanorum in diuiſione numinum, c.15. 1559.
Adhuc de eodem, cap.16. 1560.
De maiorum numinum officijs, c.17. ibid.
Quod omnia potius vni Ioui videntur eſſe tribuenda, c.18. 1561.
De Dijs ſelectis à Varrone commendatis, c.19. 1562.
De falſitate naturalis Theologiæ, c.20. ibid.
De turpitudine ſacrorum Liberi, & Cybeles, c.21. 1563.
De impotentia, & flagitijs Deorum, c.22. 1564.
Quod adminiſtratio totius mundi, non diuerſis numinibus, ſed vni, & vero tribuenda ſit, c.23. ibid.
De varijs erroribus mundanæ Philoſophiæ, quæ, & Theologia dicitur, cap.24. 1565.
Quod ex Philoſophis Platonici propius acceſſerunt veritati, capite 25. 1566.
Qualiter Abraham, & prædicti Philoſophi peruenerunt ad cognitionem vnius Dei, c.26. 1567.
De vera Theologia, quæ, & diuina, c.27. 1568.
De materia diuinæ Theologiæ, c.28. ibid.
De diſtantia eius à Theologia mundana, c.29. 1569
De cauſa, & modo quibus eſt edita ſcriptura diuina, c.30. ibid.
De excellentia diuinæ ſcripturæ reſpectu ſæcularis ſcientiæ, capite 31. 1570.
De ſacrorum eminentia librorum, c.32. 1571.
De numero, & nominibus eorum, c.33. ibid.
De actoribus librorum Heptaticis, & regum, c.34. 1572.
De libro Iob, & Pſalterio, & operibus Salomonis, c.35. 1573
De libris Prophetarum ac cæteris veteris teſtamenti, c.36 ibid.
De actoribus quatuor Euangeliſtarum Apocalypſis, c.37. 1574.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Epistolis Pauli, capite 38. 1575.
De septem Epistolis Canonicis, cap.39. 1576.
De reparatione sacræ Bibliothecæ, & translatoribus eiusdem, capite 40. ibid.
De sacræ scripturæ Doctoribus, & expositoribus, c.41. 1579.
De Clemente Papa, & Ignatio, & Dyonisio, & scriptis eorum, capite 42. ibid.
De origine, & scriptis eius, c.43. 1578.
De Cypriano, & Athanasio, & Eusebio, c.44. 1579.
De Hilario, & Dydimo, & Effrem, c.45 ibid.
De Basilio, & Gregorio Nazianzeno, c.46. 1580.
De Ambrosio, & scriptis eius, c.47. 1581.
De Hieronymo, & libris eius, c.48. ibid.
De expositionibus, & commentarys eiusdem, c.49. 1582.
De Ruffino, & Ioanne Chrysostomo, c.50. ibid.
De Augustino, & libris eius, quos edidit antequam esset Episcopus, cap. 51. 1583.
De his, quæ post episcopum edidit, & retractauit, c.52. ibid.
De his, quæ post retractationem scripsit, c.53. 1584.
De Paulino, & Maximo, & Orosio, & Prospero, c.54. 1585.
De Leone Papa, & Gelasio, & Fulgentio, c.55. 1586.
De Boetio, & Cassiodoro, c.56. ibid.
De Gregorio Magno, c.57. 1587.
De Isidoro, & Beda, c.58. ibid.
De Alcuino, & Gennadio, & Rabano, & Strabo, c.59. 1588.
De Lanfranco, & Anselmo, cap.60. ibid.
De Iuone, & Bernardo, c.61. 1589.
De Hugone, & Richardo, c.62. 1590.
De cæteris Doctoribus Catholicis, c.63. ibid.
De profunditate diuinæ scripturæ, cap.64. 1591.

INDEX COPIOSISSIMVS, RERVM, VERBORVM, AC MATERIARVM IN HOC VOLVMINE SPECVLI DOCTRINALIS CONTENTARVM,

Alphabetico ordine digestus.

In quo primus numerus librum, secundus Capitulum designat.

A.

ABLATIVI tertiæ declinationis formatio, libro 2. cap.71.
Aborsum procurantes an iudicentur homicidæ, libro 10. cap.20.
Aborsus causæ, & eius signa, lib.13. cap.40.
Abortiendi causæ, & difficultates pariendi libro 14. cap.126.
Abraham, & aliqui philosophi, peruenerunt ad cognitionem totius Dei, lib.19. cap.26.
Abstimentia, lib.4. cap.95.
Abusiones verborum in diuersis generibus, lib.2. cap.82.
Accentus syllabæ accidens, lib.2. cap.15.
Accentum regulæ, lib.2. cap.16.
Accidens nominis secundum quod est genus, lib.2. cap.48.
Accidens nominis tertium, quod est numerus, lib.2. cap.55.
Accidens nominis quartum, quod est figura, libro 22. cap.55. 56. & cap.57.
Accidens nominis sextum, quod est casus, lib.2. cap.58.
Accidens verbi secundum tempus, lib.2. cap.83.
Accidens verbi tertium, Modus, lib.2. cap.97.
Accidens verbi quartum, Species, lib.2. cap.99.
Accidens verbi quintum. Figura, lib.2. cap.100.
Accidens verbi sextum. Coniugatio, lib.2. cap.101.
Accidens pronominis. Species, lib.2. cap.123.
Accidens secundum pronominis. Persona, lib.2. c.130.
Accidens pronominis tertium. Genus, lib.2. c.131.
Accidens pronominis quartum, lib.2. c.132.
Accidens, quid, lib.3. c.14.
Accidens comparatum quid, lib.3. c.64.
Accidentia literarum, lib.2. c.9.11.12.16. & 17.
Accidentia syllabæ, lib.2. c.17.
Accidentia nominis, lib.2. c.21.
Accidentia verbi, li.2. cap.78.
Accidentia participij, & primo genere, & casu, li.2. c.117.
Accidentia morbos sequentia, & eorum causæ, li.13. c.119.
Accidentia virtute mouenti, libro eod. c.120.
Accidentia, fantasiæ, cogitationi, & memoriæ, lib.eod. c.121.
Accidentia virtuti sentienti, lib.eod. c.122.
Accidentia spiritui visibili, lib.eod. c.123.
Accidentia pupillæ foramini, lib.eod. cap.124.
Accidentia euagatos humori, lib.eod. c.125.
Accidentia tunicæ corneæ, li.eod. c.126.
Accidentia sensui auditus, lib.eod. c.127.
Accidentia sensui gustus, lib.eod. c.128.
Accidentia sensui odoratus, libro eod. cap.129.
Accidentia sensui tactus, li.eod. c.130.
Accidentia communia quinque sensuum, li.eod. c.131. & 132.
Accidentia meri, & primo de defectu appetitus, li.eod. c.133.
Accidentia cerebro, & cordi ex incommodis oris stomachi, libro eodem. c.135.
Accidentia virtuti mouenti, & primò de eius defectione, libro eodem. c.136.
Accidentia virtuti mouenti ex solo morbo, li.eod. c.140.
Accidentia ex actionibus naturæ simul, & morbi, li.13. c.141.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Accidentia virtuti vitali, lib.eod. c.142.
Accidentia naturalium actionum, & primò digestiuæ primæ in stomacho, ex causis interioribus, lib.eod. cap.143.
Accidentia eadem ex causis exterioribus, li.eod. cap.144.
Accidentia virtuti attractiuæ, lib.eod. cap 145.
Accidentia virtuti retentiuæ, li.eod. cap.146.
Accidentia virtuti expulsiuæ, lib.eod. cap.147.
Accidentia prædictarum virium in intestinis, li.eod. c.148.
Accidentia secundæ digestionis, li.eod. c.149.
Accidentia tertiæ digestionis, lib.eod. c.150.
Accidentia habitudinum corporis, li.eod. c.151.
Accidentia, quæ apparent in exeuntibus à corpore extra naturali modo, li.eod. c.157.
Accidentia, quæ sunt in euacuationibus naturalibus, & primò de egestione, li.eod. cap.153.
Accidentia, quæ apparent in egestione, secundùm qualitatem ab interiori causa, li.eod. c.154.
Accidentia, quæ apparent in egestione ab exteriori causa, libro eodem. c.155.
Accidentia apparentia in vrina, li.eod. c.156.
Accidentia apparentia in menstruis, & sudore, li.eod. c.157.
Accidentis fallacia, & secundùm quid, & simpliciter, li.3. c.45.
Accidia, & desperatio, li.4. c.143.
Actio negociorum gerendorum, li.7. c.149.
Actio quid, lib.8. cap.3.
Actio specialis in rem quid sit, li.8. cap.6.
Actionis, obligationis, contractus, pacti, & promissionis differentia, li.7. c.109.
Actionis, & quietis vicissitudo, li.5. cap.42.
Actionis prædicamentum, li.3. cap.22.
Actionum species, lib.8. cap.4.& 5.
Accipiter, Achantus, & Aeriphilon, li.15. c.146.
Accipitrum species, li.15. c.157.
Actiua, & passiua verba, quomodo, cum obliquis construantur, lib.2. cap 80.
Actus, lib.16. cap.69.
Acierum instructio ad pugnam, li.11. cap.49.
Acies congregandi modus, li.11. cap.50.
Acies quomodo ordinandæ, li.11. cap.61.
Accusandi, vel agendi de crimine quinque modi, li.8. cap.95.
Accusans de pluribus simul, & in vnius probatione deficiens, an ad alia admittatur, li.8. c.113.
Accusare qui prohibeantur, li.8. c.107.
Accusatio solemnis, quæ, li.8. c.103.
Accusationis quis modus, & ordo, li.8. c.109.
Accusationis in prosecutione, qui deficiunt, qua pœna plectantur, libro 8. cap.112.
Accusationum calumnia, & temeritas, li.8. c.111.
Accusatores, & testes quales esse debeant, li.10. cap.89.
Accusatus de crimine, quomodo absoluatur, li.8. cap.118.
Ad aliquid prædicamentum, li.3. cap.18.
Adiectiua nomina, li.2. cap.26.
Adolescentium regimen, li.12. cap.32
Aduerbia, lib.2. c.156.
Aduerbia primitiua, terminantia in è correptam, li.2. c.166.
Aduerbia deriuatiua eiusdem terminationis, li.2. c.167.
Aduerbia localia, li.2. cap.173.
Aduerbia æquinoca, & eorum ordo, li.2. cap.175.
Aduerbiorum, & præpositionum differentiæ, li.2. cap.141.
Aduerbiorum accentus, qui, li.2. c.144.
Aduerbiorum accidentia, & primo de specie, li.2. c.160.
Aduerbiorum formæ, & terminationes, li.2. c.61.
Aduerbiorum deriuatiuorum regula, li.2. ca.168.
Aduerbiorum diuersæ terminationes, li.2. c.169.170.171.
Aduerbiorum figura, & significatio, li.2. cap.172.
Aduerbiorum multæ species, li.2. c.174.
Adulatio, lib.4. c.167.& 168.
Adultera dimittenda, li.10. c.44.
Adultera, quæ spurium, vel extraneum hæredem instituit, an teneatur, lib.10. c.60. & 61.
Adulterij crimen, li.10. c.37.
Adulterij crimine excusantur antiqui patres, lib.eod. c.38.
Adulterij à culpa excusat quandoque ignorantia, li.eod. c.39.
Adulterij accusatio, li.10. c.41.
Adulterij accusationis effectus, li.10. cap.42.
Adulterinum coniugium, li.10. cap.45.
Aduocare qui pro quibus possint, lib.7. cap.71.
Aduocati in iudicio animæ quadruplici iudicio sunt obnoxij, libro 10. cap.88.
Aduocati, vel patroni qui, lib.7. cap.70.
Aer nos circundans qualis, lib.13. cap.54.
Aer, & eius regio in elementis, lib.15. cap.42.
Aeris salubritas, quomodo consideranda, lib.6. c.39.
Aeris mutatio, secundùm quatuor tempora, li.13. c.55.
Aeris impressiones, ex vaporibus ascendentibus, li.15. c.49.
Aeris passiones, & primò de ventis, li.15. c.50.
Aeris humores, & imber, & grando, & nix, li.15. c 54.
Affines, & cognati, lib.7. c.84.
Agni qualiter educandi, li.6. c.145.
Agochile, Alaudala, Alcion, Anates, & Agricultura, & eius species, lib.11. c.102.
Agriculturæ ratio, li.11. c.103.
Agni qui mense Ianuario colendi, li.6. c.46.
Agri in mense Septembri arandi, & stercorandi, li.6. c.120.
Agrorum electio, & cultus, lib.6. cap.38.
Agrorum cura in mense Iunio, li.6. c.108.
Alaune, lib.15. c.136.
Alchimia, quid proprie sit, li.11. c.105.
Alchimiæ scientia vtrum vera sit, vel falsa, li.11. c.106.
Alchimiæ artifices, materia, & instrumenta, li.11. c.107.
Alchimiæ operatio in corporibus, li.11. c.132.
Allegoria, & quædam aliæ figuræ, li.2. cap.193
Allegorissimus, & computus, li.16. cap 9.
Aleæ ludici, lib.10. cap.135.
Aleæ ludo quod perditur vtrum repeti possit, li.10. cap.136.
Aleæ, & Pilæ ludi, li.11. cap.97.
Alienata mente, quæ fiunt quomodo iudicanda, libro 8. cap.37. & cap. 128.
Alimenta exercitus prouidenda atque seruanda, li.11. c.53.
Alimenta, & cætera, quæ obsidioni præparari debent, li. 11. capite 70.& 71.
Allium, & Caules mense Ianuario præscindendæ, lib.6. capite 46. & 47.
Allium, Cepulla, & cætera olera, quando serenda, li.6. c.84.
Allopicia, & Siria, li.14. c.38.
Alucaria qualiter supplenda, li.14. c.113.
Alucaria apum quando castranda, li.6. cap.133.
Alumen, & cætera mineralia, li.15. c.65.
Alteratio, secundùm quid, an habeat fieri large, vel propriè, lib.15. cap.27.& 28.
Ambitio, secundùm philosophos, lib. 4. cap.125. & secundùm Poetas, cap 126.
Ambrosius, & eius scripta, li.19. cap.47.
Amigdalæ, quando serendæ, vel plantandæ, lib.6. cap.51. excolendæ, & inserendæ, cap.51.
Amici fortunæ, secundum philosophos, & Poetas, lib.eod.c.90.& 91.
Amici pernicioſi, li.eod. cap.91.
Amicitia, lib.5. cap.82.
Amicitia vera, inter bonos est, lib.eod. cap.86.
Amicitia cum malis inita, potius dissoluenda, quàm abrumpenda, lib.5. c.93.
Amicitiæ vtilitas, lib.5. c.83.
Amicitiæ fidelitas, & constantia, lib.eod. c.84.
Amicitiæ fomenta, lib.eod. cap.88.
Amicitiæ impedimenta, lib.eod. cap.89.
Amicorum electio, & acquisitio, lib.6. c.14
Amicorum concordia, & communitas, lib.5. c.87.
Amor, lib.4. c.109.
Analogia partium, li.2. cap.182.
Anathomia membrorum, lib.13. cap.41.
Ancillæ, & serui qui, li.7. cap.78.
Anima humana qualiter per philosophiæ studium, & doctrinam ab ignorantia reparetur, lib.1. c.23.
Anima, & eius organum, lib.15. cap.173.
Animalia quædam noxia, quomodo exterminanda, li.6. cap.35.
Animalia quorum nomina incipiunt per A. c.75.
Animalia quædam quorum nomina incipiunt per F.G.H.I. libro 15. cap.87.
Animalium natura in generali, lib.15. c.73.& 74.
Animæ passiones, lib.4. cap.108.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Animæ degentis in hoc mortali corpore infelicitas, ſecundùm philoſophos, & Poetas, lib.5. cap.107.& 108.
Animæ accidentia, lib.13 cap.97.
Animæ accidentium ſigna, lib.eod. cap.98.
Animæ potentiæ, li.15. cap.174.
Animi ſtabilitas, lib.4. cap.86.
Animi regimen, lib.5. cap.28.
Anſer, lib.15 cap.147.
Anſerum educatio, lib.16. cap.27.
Ante, & poſt, li.16. cap.75.
Apes quales emendæ, vbi collocandæ, & quomodo nutriendæ, libro 6. cap.36.
Apes menſe Aprili inueſtigandæ, li.6. c.103.
Apes qualiter nutriendæ & eorum aluearia purganda, li.6. c.144.
Appellare in quibus caſibus prohibeatur, li.8. c.86.
Appellare quando liceat, etiam appellatione remota, li.8. c.87.
Appellari à quibus, & ad quos poſſit, li.8. c.77.
Appellatio, quæ, lib 3. c.37.
Appellatio ad Papam, li.8. cap.78.
Appellationes friuolæ, & non neceſſariæ, li.8. cap.85.
Appellationis remedium, li.8. c.76.
Appellationis tempora, & eius proſecutio, li.8. c.79.
Appellationis forma, lib.8. cap.80.
Appellationis proſecutio, li 8. c.81.& 82.
Appellationis, & appellati officium, li.8. c.83.
Appellationis effectus, li 8. c.84.
Appellatiua nomina, lib.2. c.25.& 27.
Appellatiua nomina, quæ ponuntur aduerbialiter, li 2. c.165.
Appetitus in cibum, & potum ordinatio, li.13. c.134.
Appetitus corruptio, lib.14. c.92.
Appetitus augmentum, & diminutio, li.14. c.93.
Apoplexia, lib.14. cap.56.
Apoſtaſia perfidiæ, li.9. c.59.
Apoſtaſiæ inobedientiæ, li.9. c.60.
Apoſtaſia irregularitatis monachorum, li.9. c.61.
Apoſtaſia irregularitatis clericorum, li.9. c.62.63.64.65.& 66.
Apoſtaſiæ crimen, li.9. c.58.
Apoſtatæ pœna, lib.9. c.67.
Apoſtema, lib.14. c.24.
Apium nocumenta quomodo remouenda li 6. c.37.
Apum morbi, qualiter, & quando remediandi, li.6. c.100.
Apum examina qualiter cuſtodienda, li.6. c.112.
Aqua quid, lib.15. c.41.
Aquæ vena qualiter inueſtiganda, li.6. c.117.
Aquæ ductus quomodo faciendus, li.6. c.119.
Aquila, lib.15. c.148.
Aranea, lib.15. c.115.
Arbitrium qui, lib.7. c.74.& 75.
Arbitrium, vel compromiſſum, lib.8. c.8.& 9.
Arbores, quæ menſe Aprili excolantur, li.6. c.102.
Arbores, lib.15. c.69.
Arborum ſpecies, li.15. c.70.& 71.
Arbores aromaticæ, lib.15. cap.72.
Arborum cura menſe Innio, li.6. c.109.
Arbuſta, & arbores vitiferæ, li.6. c.56.
Arbuſta qualiter putanda, li.6. c.58.
Architectores, & inſtrumenta eorum, li.11. c.16.
Architectura, & eius partes, li.11. cap.14.
Arcus cæleſtis, & nebulæ, li 15. c.54.
Ardea, arpia, anſalon, & aues paradiſi, li.15. c.149.
Arca, quomodo ſtruenda, li.6. c.29.
Arca, quando præparanda, li.6. cap.110.
Argentum, & eius qualitates, libro 11. capite 112. & libro 15. cap.59.
Argentum viuum, & eius virtus, li.11. cap.119.
Argentum viuum elementum omnium liquabilium, libro vndecimo. cap.120.
Argumentatio quid, li.3. cap.45.
Argumentum quid, li.3. c.44.
Aries machina bellica, li.11. c.72.
Arietes, quando ad coitum admittendi, li.6. c.115.
Arithmeticæ primatus, li.16. c.4.& 5.
Armatura, & eius ſpecies, li.11. cap.13.
Arma, quæ, lib.11. cap.33.
Armã, & machinæ nauali prælio neceſſaria, li.11. c.87.
Armonia regula, lib. 16. cap.29.
Artem quinam confundant, lib. 1. cap.32.
Aſim, & mali qualiter educandi, li.6. cap.99.
Aſina, & anbelitus conſtrictio, li.14. c.84.
Aſſeſſores qui, li.7. c.69.
Aſtrolabij inſpectio, li.9. c.124.
Aſtronomia, lib.16. c.45.
Aſtronomiæ, & Aſtrologiæ differentia, li.16. c.46.
Atteſtationum variatio, li.8. c.60.
Atramentum, & alumen quid, li.11. cap.122.
Auaritia ſecundùm Philoſophos, libro 4. cap. 144. & ſecundùm Poetas, cap.145.
Audientij, ſiue anditus formandi modus, li.16. c.27.
Auditus membra quomodo patiantur, li.14. c.72.
Auditus grauitas, & ſurditas, li.14. c.73.
Aues in generali, li.15. cap.145.
Aues quædam quorum nomina incipiunt per c, li.15. cap.155.
Aues quædam, quorum nomina incipiunt per G, lib.15. cap.161. per H, I, K, L, capite 162. per M, capite 163. per N, vel O, capite 164.
Augmentum, & diminutio, li.15. c.29.
Auguſtinus, & libri eius, lib.19. c.51.& 52.& 53.
Auguſto menſe, quæ agenda ſunt, li.6. c.116.
Aui, patres, & nepotes, li.7. c.83.
Amariorum, & cortis, ac ſtabularum ſitus, li.6. cap.23.
Auium, & oculorum regimen, li.12. c.20.
Aurum, & eius qualitates, lib.11. cap.111.& li.15. cap.58.
Autumnus, & Hyems, lib.13. cap.57.

B.

Balnea, ciſternæ, & piſcinæ, quomodo extrahendæ, libro 6. cap.20.
Balnea & balneandi tempora, lib.13. cap.64.
Balnea quibus proſint, & quibus obſint, li.13. cap.65.
Balneorum, & piſtrini ſtructura, lib.6. cap.30.
Barliates, & Biſtarda, lib.15. cap.180.
Barthora, lib.15. cap.136.
Baſilius, & Gregorius Nazianzenus, lib.19. cap.46.
Bella quis primus intulit, & eorum genera, li.11. cap.36.
Bellorum ſigna, lib.11. cap.37.
Bellorum quædam regulæ generales, li.11. cap.67.
Bellum iniuſtum, quod, lib.7. cap.28.
Beneficia dare, vel accipere, quorum ſit, li.4. cap.49.
Beneficia non protrahenda, vel neganda, lib.eod. cap.51.
Beneficia non repetenda, vel improperanda, li.4. cap.52.
Beneficium gratuitum eſſe debet, li.4. cap 50.
Beneficium ſimoniacè acceptum tenetur quis renuntiare, li.9. c.35.
Bibliothecæ ſacrorum librorum reparatio facta, & tranſlatoribus eiuſdem, li.19 cap.40.
Boetius & Caßiodorus, li.19. cap.56.
Boliſinus, & immoderata ſitis, li.14. cap.94.
Bona originalia, poſt peccatum homini relicta, li.1. cap.6.
Bona animæ naturalia, li.1. cap.7.
Bona corporalia, lib.1. cap.8.
Bona naufragorum qui diripiunt, an teneantur, li.10. cap.62.
Boni appetitus naturalis, li.4. cap 4.
Bonorum poſſeßio, quæ, li 7. c.101.
Bonoſa, bubo, buteo, batorius, li.15. c.151.
Boues quo menſe comparandi, & eligendi, li.6. c.94.
Boues, quomodo edomandi, & iugo præparandi, li.6. c.95.
Bubalus, lib.15. cap.76.
Buffo, lib.15. cap.115.

C.

Acus, & camelus, libro 15. cap.77.
Caladrius, calandra, carduelis, cariſta, li.15. cap.52.
Caloris innati reſolutio, li.13. cap.28.
Camelli bellici, equi cataſtrafti, & quadrigæ falcatæ, libro 11. cap.65.
Canis, lib.15. cap.78.
Canneta, quando ponenda, li.6. c.74.
Canonum concordantia, li.7. c.50.
Cantilenarum ſpecies, li.16. cap.28.

Capitis

INDEX.

Capitis propriæ, & manifeſtæ paſsiones, ex interioribus cauſis, libro 14. cap.38.
Capra, & caprea, lib.15. cap.79.
Cardui quando ſerendi, lib.6. cap.82.& cap.132.
Carmina,& eius ſpecies, lib.3. cap.112.
Carminatores,& carminatrices, lib.9. cap.121.
Carnes quadrupedum, lib.13. cap.80.
Carnes auium, & piſcium, lib.13. cap.81.
Carnis voluptates, lib.4. cap.151.& 152.
Carnium cibus, lib.13. cap.79.
Caſtanea,quando plantanda,& ſeminanda, li.6. cap.140.
Caſtanea, quemadmodum excolenda, & fructus eius conſeruandi, libro 6. c.141.
Caſtitas, lib.4. c.99.
Caſtor, lib.15. cap.80.
Caſtra, quæ ſint, li.7. cap.13.
Caſtra metandum opportuno loco, lib.11. c.58.
Caſtrorum munitio,& ordinatio, lib.11. c.44.
Caſualium nominum formæ, lib.2. c.59.
Caſus pronominum, li.2. c.135.
Cathegoricæ propoſitionis termini, qui, li.3. c.35.
Catarrus, lib.14. cap.81.
Caules,& alia quædam olera,quando ſerenda, li.6. cap.76
Cauſa & his,quæ dicatur, lib.8. cap.2.
Cauſa, quid, lib.16. cap.63.
Cauſarum genera, lib.3. c.103.
Cauſarum quæ ſunt extra rem naturalem amputatio, li.12. c.44.
Cauſæ criminales, lib.8. c.94.
Cautela opponendi in Dialectica, & propoſitum celandi, libro 3. cap. 83.& 84.
Cautela,& circumſpectio, ſecundùm Poetas, li.4. c.27.& 28.
Cautela contra pediculos,pulices,& muſcas, li.12. cap 51.
Cautela contra venenum, lib.eod. c.54.
Cautela ſumma regiminis in ſumptione laxatiui medicamenti, libro 12. cap.99.
Cauterium quid,& eius vſus, li.12. c.143.
Cellæ vinariæ,& aluearia,quomodo extruenda, li.6. cap.21.
Centuriæ,& Turmæ,quæ, lib.11. c.48.
Cephalea,& eius cauſæ,& ſigna, li.14. c.48.& 49.
Cepullæ,allium,& cætera olera,quomodo ſerenda, li.6. c.84.
Ceraſa,& fructus eius, lib.6. cap.131.
Ceruus,corochrotes,& cuniculus, li.15. cap.81.
Chaldæorum error,circa Dei notitiam, li.19. cap.12.
Chirurgia,& eius ſpecies, lib.12. c.125.
Chirurgia,quæ fit in cuneis,id eſt è ventoſis, li.12. c.134.
Chirurgia,qualiter fiat in oſsibus, li.12. c.145.
Cibi qui generant humores bonos,& qui malos, li.13. cap.69.
Cibi qui ſtomacho nocent,& qui iuuant, li.13. cap.70.
Cibi nutrientes,& impinguantes, lib.eod. c.71.
Cibi ſumendi qualitas, lib.eod. c.72.
Cibi quantitas, lib.eod. c.73.
Cibi ſumendi ordo,& tempus, lib.13. c.74
Cibi conuenientia, ſecundùm ſtatum, li.13. c.75.
Cibi,& potus conuerſio, li.13. c.88.
Ciborum diuerſitas in natura,& de meliorum electione, li.13. c.67.
Ciborum diuerſitas in operatione, lib.eod. cap.68.
Ciborum inſtrumentis paſsiones accidentes, li.14. cap.91.
Cibus,& eius operatio, li.13. c.66.
Ciconia, lib.15. c.153.
Circenſes ludi, lib.11. c.93.
Ciuis ars, lib.11. c.94.
Ciſternæ,piſcinæ,& Balneæ,quomodo exſtruenda,li.6. c.20.
Citatio ſiue in ius vocatio, li.8. c.14.
Citri arbor,quando inſeratur, li.6. c.88.
Ciuitas,& ciues,qui lib.7. cap.6.
Ciuitas, lib.11. c.25.
Clemens Papa,Ignatius,& Dionyſius, li.19. cap.42.
Clerici pugnantes in duello, li.10. cap.30.
Clerici male conſumentes, vel reſeruantes bona eccleſiæ, lib.10. cap. 55.& 86.
Clericis, & religioſis, quæ negocia interdicta, prohibita, vel conceſſa ſint, lib.10. c.126.127.& 128.
Coagulatio corporis,qualiter fiat, li.13. cap.27.
Coeundi horæ, lib.13. cap.32.
Cognati, & affines, lib.7. c.84.
Cognitio temporum in verbo ſubſtantiuo,& vocatiuo, li.2. cap.92.
Cognitio eiuſdem,& diuerſe,vtilis ad diſſinitionem, li.3. c.75.
Cognitio,& ignorantia ſui, li.5. c.60.
Cognitionis via in qualibet arte, lib.1. cap.22.
Coitum quæ viuant,& quæ impediunt, li.13. c.95.
Coitus,& eius iuramenta, li.13. c.93.
Coitus nocumenta, lib.eod. c.94.
Colera innaturalis, lib.12. c.86.
Colera rubea, lib.13. c.20.
Coleræ,melancholiæ,& ſtegmatis purgatio, li.12. cap.41.
Colerica paſsio ſiue perturbatio, li.14. c.98.
Colica paſsio, lib.14. c.103.
Columba, lib.15. c.154.
Columbaria, & Turturum, & Surdorum cubicula, quomodo & in quo loco conſtruenda, lib.6. c.24.
Colluſionis vitium, lib.8. cap.115.
Colliſionis pœnæ, li.10. c.182.
Coloni, ſiculi, & Mercenarij qui, li 7. c.14.
Colores in corpore, quales, li.13. cap.50.
Commodatum quid, li.7. c.111.
Communitas vnius ciuitatis ſi det ad vſuram, vtrum omnes ciues ſint vſurarij, lib.10. c.118.& 119.
Comparatiua nomina,quæ, li.2. c.34.
Comparatiuorum nominum formatio, li.2. c.35.
Comparatiuorum nominum defectus,& abuſus, li.2. c.36.
Comparatiuorum abuſio triplex, li.2. c.37.
Comparatiuorum comparatio, vnius ad alium, vel ad ſuperlatiuum abuſiua, lib.2. c.38.
Complexionis malæ regimen, quæ varia eſt in membris, & primò cerebri, lib.12. c.19.
Complexionis ſigna, oculorum, pulmonis,& ſtomachi, libro decimo-tertio. cap.11.
Complexionis totius corporis ſigna, li.13. c.12.
Complexionis mutatæ ex regione, vel conſuetudine ſigna, libro eodem. cap.13.
Complexionis mutatio, ſecundum ætates, li.eod. c.14.& 15.
Complexionis,& ſexus varietas, li.13. c.16.
Compoſitorum propoſitiones, li 2. c.143.
Complexionum varietas in membris, li.13. cap.9.
Complexionum ſigna in quatuor membris principalibus, libro eodem. cap.10.
Compoſita ex materia, & forma corruptibilia ſunt natura, libro 15. cap.7.
Compoſitio,& diuiſio, lib.3. cap.9.
Compromiſſum, vel arbitrium quid, li.8. c.8.& 9.
Computus,& algoriſmus, li.16. cap.9.
Conceptionis geminorum, cauſæ, & periculum fœtus, libro decimo-tertio. c.38.
Conceptionis impedimenta, li.14. c.124.
Conceptionis, ſiue generationis modus, li.14. c.125.
Concordia, & pax, ſecundum Philoſophos, lib.4.cap.44. ſecundum Poetas, cap.45.
Condemnandus nemo,niſi iudiciario ordine, li.8. c.104
Condemnationis ſuſpendendæ, & differentiæ cauſæ, libro octauo cap.117.
Conductio,& locatio, quæ, lib.7. c.143.& 144.
Coniugatio ſexuum accidens verbi, li.2. c.101.
Coniugium adulterinum, libro decimo. cap.45.
Coniunctio quid, lib.2. c.177.
Coniunctionis,& prepoſitionis differentia, li.2. c.140.
Coniunctionis figuræ,& ſpecies, li.2. c.178.179.& 180.
Coniunctionum ordo, li.2. c.181.
Conſcientia illicita, quomodo, li.8. c.116.
Conſideratio ad Problema de Genere, lib.3. cap.65
Conſideratio ad Problema de Proprio, lib.3. c.66 & 67.
Conſiderationes ad Problema de accidente abſolutè terminando, libro 3. c.62.& 63.
Conſiderationes ad problema,de eodem, lib.3. c.76.
Conſilium,& deliberatio, li.4. c.26.
Conſonantia quid, lib.16. c.22.
Conſonantiarum propoſitiones,qualiter Pythagoras conſiderauit,lib. eodem. c.24.& 25.
Conſtantia, ſiue perſeuerantia, li.4. cap.85.
Conſtructio partium orationis, li.2. c.182.
Conſtructio ad intellectum referenda, lib.2. c.184.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Conſuetudo, & vſus, lib.5. cap.43.
Conſuetudo bona ſeruanda, & mala abolenda, lib.7. cap.58.
Conſuetudinis vigor, lib.7. cap.59.
Conſuetudo ſeruanda in dictis, & purgationibus, lib.12. cap.15.
Conſuetudinis obſeruatio, lib.12. cap.14.
Contemplantium quies, lib.5. cap.66.
Contentio, lib.4. cap.171.
Continuitatis ſolutio, lib.13. cap.117.
Contractus obligationis, pacti, promiſſionis, & actionis differentia, lib.7. cap.109.
Contumelia, & irriſio, lib.4. c.177.
Contumelia, quid, lib.7. c.38.
Calumniæ iuramentum, lib.8. c.49.& 50.
Conualeſcentium ab ægritudine regimen, li.12. c.34.
Conuentio, & pactum, quid, li.7. c.107.
Cordis paſſiones, lib.14. cap.89.
Corpora calefacientium, & infrigidantium cauſæ, libro decimotertio. cap 104.
Corpora humectantes, & deſiccantes & figuram corrumpentes cauſæ, lib.eod. cap.105.
Corpora ſimplicia, id eſt elementa, li.15. cap.8.
Corpora mineralia, lib.15. cap.52.
Corporalium diſpoſitionum ſigna communia, li.13. c.158.
Corporis regimen, lib.5. c.27.
Corporis pulchritudo, ſecundum philoſophos, lib.5. cap.98.& *ſecundum Poetas, cap.99.*
Corporis regimen, in vere, lib.12. cap.5. *In æſtate, cap.6. In Autumno, cap.7. Hyeme, cap.8.*
Corporis purgatio ad cuſtodiam ſanitatis, lib.eod. cap.9.
Corporis præparatio ad humorum purgationem, li.12. cap 38
Corporis præparatio ad purgationem, lib.12. c.89.
Corporis figura & primo de pinguedine, & macie, libro decimotertio. cap.51.
Corporum temperatorum proprium regimen, li.12. cap.16.
Corporum extra temperantiam poſitorum regimen, libro duodecimo, capite 17.
Corporum malæ habitudines immutandæ, li.12. cap.18.
Corporum debilium regimen, lib.12. cap.25.
Corporum, quorum res naturales immutatæ ſunt regimen, libro 12. cap.42. & 43.
Corporum quatuor qualitates, lib.13. cap.7.
Corporum complexiones, lib.13. cap.8.
Corporum ſoliditas, & humiditas, lib.13. c.52.
Corporum diſpoſitiones, & eorum cauſæ, li.13. c.101.
Corporum diſpoſitionum cauſæ vniuerſales, li.eod. c.102.
Corporum diſpoſitionum, cauſæ neceſſariæ, & non neceſſariæ, libro eodem. c.103.
Corporum pondera, lib.15. c.11.
Corporum impreſſiones, lib.eod. c.12.
Corporum magnitudo, & continuitas, li.15. c.13.
Cortis ſtabulorum, & Auiariorum ſitus, li.6. c.23.
Coſtarum operimento, lacertis pectoris, & diaſragmati paſſiones accidentes, lib.14. cap.88.
Coxarum, & pedum paſſiones, id eſt ſcia, & arterica, libro duodecimo. c.128.
Creatura matricis, nutrimentum fœtus eius panniculi, libro decimotertio. cap.35.
Credulitas, ſecundùm philoſophos, lib.4. cap.115.& *ſecundum Poetas, cap.116.*
Crimen ſimoniæ quod, lib.9. capite.
Crimen raptus, lib.10. c.31.
Crimen inceſtus, lib.10. c.34.
Crimen Adulterij, lib.10. c.37.
Crimen ſodomiticum, lib.10. c.49.
Crimen Rapinæ, lib.eod. c.50.
Crimen furti, lib.10. c.93.
Crimen vſuræ, lib.10. c.102.
Crimen falſitatis, lib.10. c.138.
Crimen colluſionis, lib.10. c.142.
Crimina manifeſta an accuſatione indigeant, li.8. c.105.
Crimina, quæ dicantur, li.9. cap.1.
Crimina quandoque punienda, quandoque toleranda, libro decimo. c.10.
Criminis obiectio in modum exceptionis, quæ, li.8. cap.114.
Criminoſi qualiter ad cauſam vocandi, li.8. c.106.
Criminiſi confeſſio qualiter extorqueri debeat, lib.8. cap.110.
Crudelitas, ſecundùm philoſophos, lib.4. cap. 136. *ſecundùm Poetas, cap.137.*
Cucumeres, & Cucurbitæ quando, & quomodo ſeminandæ, libro 6. cap.82.
Cum præpoſitio, quibus pronominibus præponitur, li.2. c.134.
Cupiditas originale malum, lib.1. cap.3.
Cupiditas, ſecundùm philoſophos, lib.4. capite 146. *& ſecundùm Poetas, cap.147.*
Cura doloris, & ægritudinis, li.12. c.110.
Curatores, pupilli, & Tutores, qui dicantur, li.7. c.87.
Curioſus, à ſtudioſi nomine, diſcernendus eſt, li.1. cap.26.
Cyprianus, Athanaſius, & Euſebius, lib.19. cap.44.

D.

Damna iuſto bello illata, an oporteat reſtituere, libro 10. cap.73. & 74.
Daxus, & Duran, lib.15. cap.82.
Debita omnibus repetere licet, lib.8. cap.29.
Debiti ſolutio quæ, li.7. c.128.
Decembri menſe, quæ agenda, li.6. c.149.
Decima quid propriè ſit, lib.9. c.131.
Decima de quibus rebus danda, libro nono. c.133.
Decima an danda de malè acquiſitis, li.9. c.134.
Decima quibus perſonis, vel eccleſijs ſoluenda ſit, li.9. c.141.
Decimam dare, quæ perſonæ teneantur, li.9. c.137.
Decimandi mora, lib.9. c.136.
Decimarum retentio ſacrilegium eſt, li.9. c.130.
Decimarum à ſolutione quis poſſit diſpenſare, li.9. c.132.
Decimarum à ſolutione qui priuilegiati ſint, li.9. c.138.
Decimarum non ſoluendarum priuilegium, quando eſſet, libro nono, c.139.
Decimarum ius, cadit etiam in laicum, li.9. c.144.
Decimarum infeudatio prohibita, li.9. c.145.
Decimas à Iudæis, an eccleſia debeat accipere, li.9. c.140.
Decimas accipere, qualiter monachis liceat, li.9. c.142.
Decimæ, qualiter, & quando dari debeant, li.9. c.135.
Decimæ noualium, quando ſoluendæ, li.9. c.147.
Decimæ qualiter poſſint redimi de manu laicorum, li.9. c.148.
Decimæ an poſſint in pignus recipi, libro nono, capite 149. *&* 150. *&* 151.
Decimæ à laicis detineri non poſſunt, lib.9. c.152.
Declinatio, & inflexus verborum, li.2. c.103.
Declinationes pronominum, libro ſecundo, capite 136. *& cap. ſequenti.*
Declinationum nominum caſuum terminationes, lib.2. cap.68.69. 70.72.73.
Decreta Pontificum ſunt præferenda legibus Imperatorum, libro ſeptimo, c.33.
Decretum iuris canonici compilatio, li.7. cap.48.
Deorum nomina, & interpretationes eorum, li.19. cap.9.
Dei reuerentia, & cultus qualis in principe eſſe debeat, libro ſeptimo. cap.20.
Dij ſelecti à Varrone commendat, lib.17. c.19.
Deo vni vero, non diuerſis nominibus, adminiſtratio totius mundi tribuenda, lib.17. c.23.
Deorum falſorum ordo, lib.17. cap.5.
Deorum nomina, li.16. cap.6.
Deorum falſorum phyſicæ interpretationes, li.17. c.7.& 8.
Deorum aliquorum apud gentiles nominatorum nomina, libro eodem. c.10.& 11.
Deorum impotentia, & flagitia, li.17. cap.22.
Delegati iuriſdictio qualiter expiret, li.7. c.67.
Delegatus quis, & eius officium, li.7. c.76.
Delictiarum cauſæ, lib.13. c.112.
Dæmones qualiter futura, ſecundùm diuinos prædicant, libro nono. c.117.
Dæmones qualiter mulierculas deludant, vt noctu ſe ambulare credant, lib.9. c.118.
Demonſtratio ſit ex neceſſarijs, & proprijs, li.3. c 54.
Denominatiua nomina, in a, terminantia, quæ, li.2. c.42.
De alijs eorum terminationibus, lib.eod. c.43.44.45.46.47.
Dentium regimen, lib.12. cap.21.
Dentium caro ſuperflua, & molarium extractio, li. cap.141.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dentium paſsiones, libro 14. cap.78.
Denunciatio quid, libro 8. cap.97.
Deponentia, & neutra verba, & eorum ſignificationes, libro ſecundo. cap.81.
Depoſiti natura, lib.7. cap.114.
Depoſitum quid, lib.7. cap.113.
Deſideria naturalia, ſecundùm philoſophos, lib.4. cap.119. & ſecundùm Poetas, cap.120. & de eodem amore ſui, cap.121.
Detractio, lib.4. cap.169.
Dialectica quid ex libris Ariſtotelis, lib.3. cap.4.
Dialecticæ diuiſio, lib.3. cap.5.
Dialectici loci, lib.3. cap.46.
Dialectici exercitatio in ſyllogiſmis, lib.3. cap.89.
Dictio quid, lib.2. cap.19.
Dictiones quædam compoſitæ. lib.2. cap.158.
Dictionis accentus, & figura, lib.3. cap.94.
Dies ſacri colendi, li.4. cap.35.
Dietæ ſubtiliatio, li.12. c.117.
Dietæ moderatio, lib.eod. c.118.
Differentia, Proprium, & Accidens quid, li.3. c.14.
Differentiæ, quomodo generi apponantur, li.3. c.77.
Diffinitio, & eius problema, li.3. c.68.
Diffinitio, per priora, & euidentiora facienda eſt, li.3. c.70.
Diffinitioni, quomodo genus aſsignetur, li 3. cap.71.
Diffinitionem conſtruendi difficultas, li.3. c.77.
Diffinitionis ad Problema, conſiderationes, libro tertio, capite 73. & 74.
Digeſtio mala, & faſtidium, li.14. cap.95.
Digeſtionis primæ, & ſecundæ ſuperfluitates, li.13. c.89.
Dignitas, lib.5. cap.71.
Dilatio, quid, lib.8. c.45.
Diminutiuæ nomina, quæ, li.2. c.40.
Diminutiuorum nominum formæ, & formatio, li.2 cap.41.
Diſsinteria inteſtinorum, li.14. c.101.
Diſsinteria epathicæ, & tenaſmo, li.14. c.102.
Diſpoſitio, paſsio, & priuatio, li.16. c.70.
Diuidendi ars, & quòd ſit ad diffinitiones neceſſaria, li.3. c.78.
Diuinatio quid, lib.9. c.118.
Diuinorum contemplatio, ſecundùm philoſophos, lib.5. cap.64. & ſecundùm Poetas, cap.65.
Diuiſio, ſecundùm accidens, li.3. cap.82.
Diuitiarum amplitudo, li.5. cap.72.
Diuitiarum vanitas, & incertitudo, lib.eod. c.73.
Diuitiarum incommoda, ſecundùm philoſophos, & Poetas, libro 5. cap.74. & 75.
Diuitiæ non ſunt homini bona propria, li.5. c.76.
Diuitiæ contemnendæ, lib.eod. cap.77.
Diuortij lite pendente, vtrum mulier viro reſtituenda ſit, libro 8. cap.22.
Docendi gratia, lib.5. c.53.
Docendi forma, & modus, lib.eod. c.54. & 55.
Docilitas, lib.5. c.46.
Doctor eligendus, lib.5. c.47.
Doctores malè viuentes, libro quinto, c.56.
Doctores quidam Catholici, li.17. c.64.
Doctrina cuiuſlibet animo ſtudioſo aliquatenus impreſſa eiuſdem notio, lib.1. cap.25.
Dolor, & luctus, lib.4. c.112.
Dolor, & eius cauſæ, lib.13. c.109.
Dolor multiplex, & eius cauſæ, lib.eod. c.110. & 111.
Dolus malus quid, li.8. c.34.
Domeſticarum rerum adminiſtratio, li.6. cap.15.
Domeſticorum pax quomodo ſeruanda, li 6. cap.13.
Domini ſuper damnis hominibus ſuis illatis, an poſsint componere, lib.10. c.75.
Dominorum, & ſeruorum mutua viciſsitudo, li.6. c.11.
Donare quis, & quid & qualiter poteſt, li.7. c.130.
Donatio, quid, li.7. c.129.
Dracones, & Dracontopodes, li.15. c.109.
Duces, & Milites, qui, lib.7. cap.12.
Duelli prohibitio, lib.8. c.102.
Duelli pugna, lib.10. c.29.
Dyaria, ſiue fluxus ventris, lib.14. c.96. & 97.

E.

Ebrietas, lib.4. cap.157. & 158.
Echonomica ſcientia, lib.6. cap.1.
Eccleſiarum efficactores, lib.9. c.128.
Eccleſiæ baptiſmalis ius, non poteſt ad aliam, niſi epiſcopum tranſire.
Ædificatio, lib.11. cap.15.
Ædificia ſacra, lib.11. cap.22.
Ædificiorum diſpoſitio, & conſtructio, li.11. cap.17.
Ædificiorum partes, lib.11. c.18.
Ædificiorum venuſtas, lib.eod. c.19.
Ædificiorum ſitus, & forma, li.6. c.17.
Ædificiorum pauimenta, li.6. c.18.
Æducatio filiorum, lib.6. cap.9.
Ægritudines ſimplices complexionis, li.13. c.114.
Ægritudines compoſitæ, li.13. c.116.
Ægritudines compoſitæ, cęteraque nocumenta corporis, libro decimotertio. c.118.
Ægritudo, & eius ſpecies, lib.13. c.113.
Ægritudinum curationes, li.12. c.55. & cap.109.
Ægritudinum acutarum cura, li.12. c.111.
Ægritudinum complexionis cauſæ, li.13. c.115.
Ægritudinum ſigna, lib.13. c.160.
Ægritudinum ſigna, & cauſæ particulares, li 14. cap.1.
Ægritudinum futurarum prognoſtica, li.14. c.130.
Ægyptiorum error circa Dei notitiam, li.17. c.14.
Electrum, lib.15. c.57.
Eleemoſina nunquid fieri poſsit de illicitè acquiſitis, li.10. c.131.
Elementa quæ, lib.13. cap.6.
Elementorum qualitates, & commixtiones eorum, li.15. cap.9.
Elementorum ordo, & pondus, li.15. c.10.
Elendro ignorantia, & principij petitio, & conſequentis, libro tertio. cap.96.
Elephantes, & qualiter eis reſiſti poſsit, li.11. c.66.
Elephantia & Morphæa, li.14. c.28.
Elephas, libro 15. cap.83. & 84.
Elixir lapis, lib.11. c.124.
Elixir natura duplex, lib.eod. c.125.
Elixir albi, citrini, & rubei complementum, lib.eod. c.126.
Eloquentia, ſecundùm philoſophos, lib.5. cap.50. & ſecundùm Poetas, cap.51.
Emptio, & venditio, quæ, lib.7. c.139. & 140.
Enchires Enitra, Equus, & Equiceruus, li.15. c.85.
Enema, & Epithima quid, li.12. c.144.
Ens quid, & eius conſideratio, li.16. c.60.
Epatis paſsiones, li.14. c.107.
Epilenſia, lib.14. c.57.
Epiſtolæ Pauli, lib.17. cap.38.
Epiſtolæ canonicæ, lib.eod. cap.39.
Equæ vt contineant remedium, libro ſexto. c.98.
Equi quando ad copulam mittendi, li.6. c.97.
Equites in prelio quomodo ordinandi, & ſubſidia, poſt aciem collocandæ, lib.11. cap.62.
Æquiuocatio, & Amphibologia, li.3. c.92.
Æquiuocationes modorum propoſitionum vocalium, li.3. c.42.
Equorum ornamenta, li.11. c.91.
Erinacius, & Eruinius, lib.15. cap.86.
Error, & cupiditas duo mala originanda, li.1. cap.3.
Error, lib.4. c.117.
Æs, & eius qualitates, lib.11. cap.113. & lib.15. cap.60.
Eſſe vniuerſalium opiniones Philoſophorum, & quæſtiones, libro 3. cap.7.
Æſtas, & ver, lib.13. c.56.
Æſtuaria agnoſcenda, lib.11. c.86.
Ætas iuuenilis, lib.5. c.110.
Ætas ſenilis, lib.eod. c.101.
Etica, & Echonomica qualiter ordinentur ad Politicam, libro ſeptimo. cap 2.
Euacuatio ſuperflua, li.12. cap.97.
Euacuationes naturales quædam, li.13. c.96.
Euacuationis ſuperfluæ remedia, li.12. c.98.
Euacuationis, & retentionis ſuperfluæ, cauſæ, li.13. c.108.
Euangeliorum quatuor, & Apocalipſis, actores, li.19. cap.37.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eunuchi quomodo fiant, libro 12. cap.147.
Exactores publici qui, lib.7. cap.23.
Exceptio quid sit, lib.8. cap.30.
Exceptiones contra testes, lib.8. cap.66.
Exceptionis diffinitio, & proprietas, li.8. cap.67.
Exceptionis species, lib.8. cap.68.
Excusatio, lib.5. cap.18.
Exercitatio, lib.4. cap.76.
Exercitij tempus, & moderamen, lib. cap.63.
Exercitus sanitas quomodo gubernanda, li.11. cap 52.
Exercitium, & motus, lib.13. cap.62.
Extrauagantium, compilatio, & abbreuiatio earum, li.7. c.49.

F.

Fabricæ lignariæ, libro 11. cap.26.
Fabricæ ferrariæ, lib.eod. cap.87.
Fabulæ poeticæ, lib.3. cap.113.
Fabulæ fictæ contra calumnioſos, & inſidioſos, libro eodem. cap.114.
Fabulæ contra cupidos, & auaros, & doloſos, li.3. cap.115.
Fabulæ contra incautos, lib.eod. cap.116.
Fabulæ, contra vaneglorioſos, lib.3. cap.117.
Fabulæ contra puſillanimes, li.3. cap.118.
Fabulæ contra contemptores humilium, li.3. c.120.
Fabulæ contra arrogantes, lib.eod. c.119.
Fabulæ contra infideles, & adulteros, lib.eod. c.121.
Fabulæ contra pigros, lib.eod. c.122.
Fabulæ contra iactantiam, & ad libertatis commendationem, libro eodem. c.123.
Facundia quorundam pulchra, ſed mortifera, li.5. cap.52.
Falco, & eius ſpecies, li.15. c.156.
Fallacia, ſecundùm non cauſam, & cauſam, li.3. c.97.
Falſarij pœnæ, & iudicium, li.10. c.140. & 141.
Falſitatis crimen, lib.10. c.138.
Falſitatis diuerſæ ſpecies, li.eod. c.139.
Fama publica, lib.8. c.98.
Faſiani, quomodo nutriendi, lib.6. c.26.
Faſiani iactator, Fœnix, & Iulica, li.15. c.158.
Febres putridæ, lib.14. cap.7.
Febres humoris, & eius ſpecies, li.14. cap.8. & 9.
Febres quibus periodi inordinantur, vel mutantur, & de febre erratica, lib.14. c.17.
Febres compoſitæ, lib.eod. c.18.
Febribus in interpolatis varietatis periodorum cauſæ, libro decimoquarto. c.15.
Febricitantium paroxiſmi, cur abbreuientur, & prolongentur, libro 14. c.16.
Febricitantium regimen, li.12. c.114.
Febrilis coloris extinctio, li.12. c.115.
Febris ephimeræ cura, lib.eod. c.119.
Febris, & corpora ad febrem diſpoſita, li.14. cap.2.
Febris effimera, & cauſæ, & ſigna eius, li.14. c.6.
Febris interpolationis, & continuitatis cauſa, ſecundùm Auicennam, lib.14. cap.10.
Febris continua, lib.14. c.11.
Febris quotidiana, lib.eod. c.12.
Febris tertiana, lib.eod. c.13.
Febris quartana, lib.eod. c.14.
Febris Horripilatio, & rigor, li.14. c.20.
Febris ethica, li.eod. c.21.
Febris ethicæ cognitio, lib.eod. c.22.
Febris accidentalis, li.eod. c.23.
Febrium putridarum cura, libro duodecimo. c.113.
Febrium horæ, li.14. cap.3.
Febrium horæ particulares, & vniuerſales quomodo cognoſcantur, lib.eod. cap.4.
Febrium ſpecies, & earum cauſæ, li.14. cap.5.
Febrium putridarum ſigna vniuerſalia, li.14. c.19.
Februario menſe, quæ agenda ſunt, li.6. c.54.
Felicitas falſa, lib.5 c.126.
Felicitas Iuſtorum præſens, li.5. c.131.
Fellis paſſiones, li.14. c.112.
Fœminarum mores, ſecundùm philoſophos, lib.5. cap.10. & ſecundùm Poetas, cap.11.
Feriatis, & feſtis, an, & quando operari liceat, li.9. c.156.
Feriæ, vel vacationes, li.8. c.46.
Feriæ, & earum tranſgreſsio, li.9. c.155.
Ferri natura, lib.15. c.63.
Ferrum, & eius qualitates, li.11. c.114.
Feſtis diebus an gratis, & amore Dei operari liceat, libro nono, capite 157. & 158.
Feudi acquiſitio, & amiſsio, li.7. c.146.
Ficus, quando plantetur, li.6. c.90.
Ficus, quando colatur, & inſeratur, li.6. c.91.
Ficus, quomodo purgetur, & remedietur, li.6. cap.91.
Ficus, quales eligendi, & conſeruandi, li.6. cap.93.
Fideiuſsio quid, lib.7. c.126. & 127.
Fidelitas, ſecundùm philoſophos, lib.4. cap.58. & ſecundùm Poetas, cap.59.
Fidelium cum infidelibus communio, & cohabitatio prohibita, libro 9. c.40.
Figuræ quartum accidens nominis, li.2. c.56. & 57.
Figura quintum accidens verbi, li.2. cap.100.
Figura, numerus, & ſignificatio participij, li.2. c.119.
Filij legitimi, & illegitimi, qui, li.7. c.81.
Filij adoptiui, qui, lib.7. cap.82.
Filiorum, & parentum mutua exhibitio, li.6. cap.8.
Filiorum educatio, lib.6. cap.9.
Filiusfamilias vtrum dare poſsit eleemoſynam ſine licentia patris, lib.10. c.134.
Fiſtula, cancer, & ignis ſacer, li.14. c.43.
Flebothomia, lib.12. c.126.
Flebothomia de quibus venis debeat fieri, li.12. c.128.
Flebothomiæ tempora, & cauſæ, li.12. c.127.
Flebothomiæ menſura, lib.eod. c.132.
Flegma, quid, li.13. cap.19.
Flegmatis humor, li.12. cap.8.
Flegmones, furunculi, ſcroſulæ, & Veracæ, li.14. cap.25.
Flores ex diuerſis doctoribus excerpendi, li.1. cap.36.
Flumina maiora, arte ab exercitu tranſeunda, li.11. c.57.
Fluxus ventris cura, li.12. c.121.
Forma multipliciter accipitur, li.3. c.20.
Forma recipienda aliquem in monaſterium, li.9. c.25.
Formatio præteritorum, & ſupinorum primæ coniugationis, libro ſecundo. c.105.
Formæ præteritorum verborum, li.2. c.104.
Formæ eorundem, in ſecunda coniugatione, libro ſecundo, capite 106 & 107.
Fornicatio quid, lib.10. c.47.
Fortitudo, lib.4. c.71.
Fortuna, lib.5. cap.120.
Fortunæ ambiguitas, li.5. cap.121. & 122.
Fortunæ mutabilitas, libro eodem. cap.123.
Fortunæ, aduerſitas, li.eod. cap.124.
Forum competens, quod dicatur, li.8. c.12. & 13.
Freneſis quid, lib.14. c.50.
Fruges, quæ in menſe Ianuario ſeminandæ, & ſarculandæ, libro ſexto. c.48.
Fruges, ac legumina, quæ in menſe Septembri ſeminanda, lib.6. cap. 120. & alio tempore, cap.132. & 133.
Furari an liceat Chriſtianis Saracenis, li.10. cap.100.
Furti crimen, lib.10. c.93.
Furti ſpecies, lib.eod. c.94.
Furtiuam rem qui emit ad quid teneatur, li.10. c.97.
Furtiuam rem, vel raptam, qui furatur ad quid tenetur, libro decimo. cap.98.
Furtiuæ rei reſtitutio, li.10. c.96.
Furum participes, lib.eod. c.95.

G.

Gallina, libro 15. cap.160.
Gallinæ, quomodo educandæ, li.6. cap.25.
Gallus, lib.15. cap.159.
Garulitas, & turpiloquium, lib.4. cap.170.
Gaudium, lib.4. cap 111.
Generi differentiæ quomodo apponantur, li 3. c.77.
Generis humani lapſus, & miſeria, cap.1.
Generis in ſpecies diuiſio, lib.3. cap.79.

Gene-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Generum diuerſorum terminationes, ſecundum ordinem vocalium, lib.2. cap.49.
Generum terminationes, ſecundùm ordinem conſonantium, libro 2. cap.50.51.52.53.54.
Generum ſingulorum verborum terminatio, li.2. cap.77.
Genus, ſecundùm Accidens Nominis, li.2. cap.48.
Genus, & ſpecies, quid, lib.4. cap.13.
Genus in diffinitione, quomodo aſſignetur, li.3. cap.71.
Genus, falſum, & Accidens, li.16. cap.74.
Genitiuorum formatio ſecundùm terminationem vocalium, & mutarum, lib.2. cap.60.
Genitiuorum formatio ſecundùm terminationem ſemiuocalium, lib.2. cap.61.62.63.64.65.66.67.
Geometria, lib.16. cap.36.
Geometriæ partes, lib.eod. cap.37.
Geometriæ elementa, lib.eod. cap.38.
Geometricæ figuræ, & numeri, lib.eod. cap.39.
Gerundia, quæ, lib.2. cap.87.
Gerundia ſunt nomina non verba, li.2. c.88.
Gibboſitas, lib.14. c.67.
Gladiatorij ludi, li.11. c.96.
Genitalium membrorum regimen, li.12. cap.23.
Glandes quo tempore legendæ, ac ſeruandæ, li.6. cap.48.
Gloria, & fama, ſecundùm philoſophos, lib.5. cap.67. & ſecundùm Poetas, cap.68.
Gratia beneficijs repetenda, li.4. cap.53.
Grammaticæ diffinitio, & partitio, li.2. cap.1.
Grammaticæ materia vox, li 2. c.2.
Grammaticæ quædam vitia, li.2. c.189.
Græcarum literarum inuentio, lib.2. c.11.
Græcorum error circa Dei notitiam, li.17. cap.13.
Gregorius magnus, lib.17. c.57.
Geruxdiorum conſtructio, li.2. c.89.
Gulla, ſecundùm philoſophos, lib.4. cap.155. & ſecundùm Poetas, cap.156.
Gurgulionis paſſiones, li.14. c.49.
Guſtus corruptio, lib.14. cap.76.

H.

Habitacula quomodo conſtruenda, lib.6. cap.16.
Habitacula, quæ, lib.11. cap.20.
Haſtæ & Clypei, lib.11. cap.34.
Habitus mentis interioris ſigna exteriora, libro quarto. cap.177.
Hebraicarum literarum origo, libro 2. cap.5
Herbarum ſpecies, li.15. cap.68.
Herbæ, lib.15. cap.67.
Hæredes qui, lib.7. cap.85.
Hæreditas quæ dicatur, li.7. cap.95.
Hæreſis crimen, lib.9. c.44.
Hæretici quando eorum bonis ſunt expoliandi, li.9. c.48.& 49.
Hæretici extirpandi, li.9. cap.53.
Hæreticorum conuenticula, & prædicationes, li.9. c.45.
Hæreticorum pœnæ, li.9. c.46.47.
Hæreticorum diuerſa genera, li.9. c.50.51.& 52.
Hæreticorum fautores puniendi, li.9. c.54.& 55.
Hyems, & Autumnus, lib.13. cap.87.
Hieronymi expoſitiones, & commmentaria, li.17. c.49.
Hieronymus, & eius libri, li.17. cap.48.
Hirci ad capras, quando mittendi, li.6. c.47.
Hirundo & Hiſida, lib.15. c.171.
Hiſtoria, lib.3. c.127.
Homicidæ in guerris, & torneamentis, an ſint pœnæ obnoxij, libro 10. cap.28.
Homicidij crimen, li.10. cap.1.
Homicidij pœnæ, li.10. c.23.& 24.
Homicidio conſentientes, an ſint in culpa, li.10. c.27.
Homicidium iuſtitiæ, li.10. cap.4.
Homicidium iuſtitiæ non ſolum per iudices, verùm etiam per populos quandoque fit, li.10. cap.5.
Homicidium neceſſitatis, li.10. c.6.& 7.
Homicidium caſuale, li.10. c.12.& 13.
Homicidium voluntarium, li.10. c.16.
Homo, & eius ætates, li.15. cap.172.
Honesti partes duæ, libro 4. cap.6.
Horreorum ſitus, lib.6. cap.22.
Horti, & pomerij ſitus, lib.6. cap.32.
Hortorum partes, & Areæ, ac deſerendi temporibus, libro ſexto, cap.33.
Hortorum nocumenta, & remedia, li.6. c.34.
Hortorum ſatio quando optimè fiat, li.6. c.82.& c.122.
Hugo, & Richardus, li.17. cap.62.
Humanitas, & manſuetudo, li 4. c.43.
Humiditas, lib.4. c.38.
Humores naturales, & primò flegma, li.12. c.85.
Humores attrahendi modus, li.12. c.94.
Humores quatuor, li.13. c.17.
Humoris euacuatio quomodo mouenda, li.12. c.116.
Humorum in corporibus dominantium ſigna, li.12. c.37.
Humorum fleginatis, & choleræ purgatiua, li.12. c.87.
Humorum quatuor generatio, ſecundùm quoſdam, li.13. cap.22. ſecundùm Auicennam, cap.23. cauſæ eorundem, cap.24.
Humorum abundantiæ in corporibus ſigna, libro decimotertio, capite 25.& 26.
Hydropiſis, lib.14. c.108.
Hydropiſis ſpecies, lib.14. c.109.& 110.
Hylarius, Drydimus, & Effrem, li.17. c.45.
Hypocriſis, lib.4. cap.129.

I.

Actantia, lib.4. cap.175.
Iaculus, Ipnalis, lib.15. cap.110.
Iamario menſe, quæ circa rem domeſticam agenda ſunt, lib.6. cap.46.47.48.& 49.50.51.52.53.
Icteritia citrina, & nigra, li.14. c.113.
Idiomatum, & linguarum diuerſitas, li.1. c.44.
Idros, lib.15. c.113.
Ieiunium, qualiter obſeruandum, li.9. c.159.& 160.
Igniculi per aera exagitati, quid, & de nubibus, li.15. c.51
Ignis multiplex, li.11. c.108.
Ignus, & eius ſuperna regio, li.15. cap.43.
Ignorantiæ, & erroris differentia, li.8. cap.35.
Iliaca paſſio, lib.14. c.104.
Immòrtalitatis futuræ ſpes, li.5. c.132.
Impatientia, & triſtitia, li.4. c.138.
Imperatorum legibus præferenda ſunt Pontificum decreta, libro ſeptimo. c.33.
Impregnatio, & embrionis formatio, li13. c.34.
Impetigo, & ſorpedo, li.14. c.32.
Inanis gloria, lib.4. c.128.
Incendiarij qui, lib.10. cap.51. Eorum pœnæ, c.52.& 53.
Inceſtuoſa conjugia ſeparanda, li.10. c.35.
Inceſtus crimen, lib 10. cap 34.
Incolumitas, lib.5. c.96.& 97.
Incubus quid, lib.14. c.58.
Induciæ, quæ petendæ poſt reſtitutionem, li.8. c.23.
Indulgentia, lib.4. c.68.
Inebriantia quædam, li.13. c.85.
Informatio quid, lib 8. c.96.
Infantis naſcentis, vel nati regimen, li.12. c.27.
Infantis lactentis regimen, li.12. cap.28.
Infantis ablactatio, li.12. c.30.
Infeudatio quid, lib.7. c.145.
Infideles qualiter ad fidem trahendi, li.9. cap.41.
Infidelium paruuli an poſſint eis inuitis auferri, & baptizari, libro 9. cap.42.
Infinitum, lib.15. cap.30.
Infirmorum cuſtodes negligentes, an in culpa ſint ſi eorum ſequatur mors, vel aliud inconueniens, li.10. cap.15.
Infirmorum dieta, li.12. c.56.
Ingenui qui dicti, li.7. c.79.
Ingratitudo vitanda, li.4. c.54.
Ingratitudo quorundam, non debet facere aliquem à beneficijs ceſſare, lib.4. cap.55.
Initia bona, & difficultas incipiendi, li.5. cap.24.
Iniquitatis multiplicatio in ſeculo, li.5. c.15.& 16.
Iniuria ſociorum propulſanda, li.7. cap.29.
Iniuria, & damnum datum quod dicitur, li.10. c.137.

Iouis vni omnia attribuenda, lib.17. cap.18.
Inquisitio quid, lib.8. cap.99.
Insidiæ in itinere ab exercitibus vigilanter cauendæ, libro vndecimo. cap.56.
Institiones quæ mense Februario faciendæ, li.6. cap.63. & quot eius genera, cap.64.
Instans tempus quid sit, li.2. cap.85.
Instrumentorum fides, lib.8. cap.63.
Intelligentia rerum æstimatione, li.4. cap.22.
Intercessiones, & aduocationes, li.4. cap.65.
Inuidia, secundùm philosophos, lib.4. cap.130. & secundùm Poetas, cap.131.
Iracundia, secundùm philosophos, libro 4. cap.133. & secundùm Poetas, cap.134.
Irregularitas cauenda, li 10. cap.25.& 26.
Isagoge Porphirij, lib.3. cap.6.
Isidorus, & Beda, li 17. cap.58.
Interiectio quid, lib.2. cap.176.
Intestinorum passiones, li.14. cap.101.
Iter agere volentium regimen, li.12. cap.47.
Iter agentium æstiuo tempore regimen, lib.eod. c.48.
Iter agentium in frigore cautela, lib.12. cap.50.
Iudaica perfidia, lib.9. c.37.
Iudei qualiter inter Christianos tolerandi, li.9. cap.38.
Iudæi, & Saraceni nunquid Christianum wãcipium retinere possint, lib.9. c.43.
Iudeis vtrum liceat à Christianis vsuras exigere, li.10. c.120.
Iudex delegatus, & eius officium, lib.7. cap.76.
Iudices delegati qui, lib.7. cap.65.
Iudices ordinarij qui, lib.7. c.63.
Iudices iniqui qui sint, lib.10. c.86.
Iudicia publica criminum secundùm leges quæ dicantur, libro 8. cap.123. & 124.
Iudicij forma, & processus, lib.8. c.11.
Iudicij equitas, secundùm philosophos, lib.4. cap.63. & secundùm Poetas, cap.64.
Iudicis moderatio, lib.7. c.64.
Iudicis recusatio, li.8. c.15.& 16.
Iudicum singularitas, & pluralitas, li.7. c.66.
Iulio mense, quæ agenda sunt, li.6. c.114.
Iuo, & Bernardus, lib.17. c.61.
Iura qualiter ad personas pertineant, li.7. c.61.
Iuramenti comites tres, li.7. c.124.
Iuramenti fraus, li.7. c.125.
Iuramento, vno vel pluribus contrauenientibus, an liceat alijs contrauenire, lib.eod. c.111.
Iuramentum coniugum, quando temerarium, li.7. c.122.
Iuramentum illicitum non seruandum, li.7. c.123.
Iuramentum per creaturas non concessas, li.9. c.100.
Iuramentum per Idola, vel per creaturas, an liget, li.9. c.101.
Iuramentum exigens, vel recipiens an peccet, li.9. c.102.
Iuramentum vi, vel metu exactum an obliget, li.9. c.104.
Iuramentum quod in deteriorem exitum vergit an obliget, libro nono, c.105.
Iuramentum quot modis vergit in deteriorem exitum, li.9. c.106.
Iuramentum plurium, & vniuersorum, li.9. c.109.
Iuramentum an inuicem remittere possint, plures simul iurati, libro 9. c.110.
Iuramentum in melius commutare quis possit, li.9. 1.112.
Iuramentum separationis an teneat, li.10. c.36.
Iurans se reuelaturum delicta proximorum an peccet, libro nono, cap.107.& 108.
Iurare falsum, qui alium audit, & tacet an peccet, li.9. c.103.
Iuris canonici ortus, & Decretorum compilatio, li.7. c.48.
Iuris vtriusque principia communia, & propria, li.7. c.54.
Iuris ciuilis, & canonici, interpretatio, li.7. c.55.
Iuris contrarietatum solutiones, li.7. c.56.
Iuris canonici seueritas, quandoque relaxatur, li.8. c.127.
Iuris ciuilis ortus, lib.7. c.44.
Iuris apud Romanos ortus, & incrementum, li.7. cap.45.
Iurisdictio delegati quomodo expiret, li.7. c.67.
Iurisdictio quid, lib.8. c.12.
Iuris ignorantiæ differentia, li.8. c.36.
Iuris species, lib.7. cap.38.
Iuris triplicis origo, lib.7. cap.38.
Iuris inter se differentia, lib.7. cap.40.
Iusiurandum quid, & quot eius species, lib.8. cap.65.
Ius naturale quod, lib.7. cap.41.
Ius positiuum, lib.7. cap.42.
Ius ciuile, lib.7. cap.43.
Ius non scriptum, mos est, vel consuetudo, li.7. cap.57.
Ius patronatus quid, lib.7. cap.99.
Iuris patronatus acquisitio, debitum, & translatio, li 7. c.100.
Ius Quiritum, id est Romanum, & eius partes, li.7. c.46.
Ius canonicum, lib.7. cap.47.
Iustitia, lib.4. cap.30.
Iustitiæ regalis præmia, lib.7. cap.19.
Iustorum, & iniquorum mala communia, lib.11. cap.4.
Iustorum mala propria, lib.1. cap.5.
Ius vniuersale quid, lib.7. c.37.
Iuuenum mores, lib.5. cap.13.

L.

Laboris strenuitas, & eius interpolatio, libro quarto capite 75.
Lacerta, lib.15. cap.110.
Lachrymæ fictæ, & iocus, lib.4. cap.140.
Lactucæ mense Ianuario serendæ, lib.6. cap.47.
Lania, & Lauzani, lib.15. c.88.
Lanfrancus, & Anselmus, lib 17. c.60.
Lanificium, & eius materia, & instrumenta, lib.11, cap.2.
Lapis elixir, per quem ars imitatur naturam, li.11. c.124.
Lapis, & arena in renibus, li.14. c.114.
Lapis, & calculi in vesica, lib.eod. c.116.
Lapis vesicæ, & renum quibus personis maximè soleat accidere, libro 14. c.118.
Lapides præciosi, lib.15. c.33.
Lapides preciosi quorum nomina incipiunt per A, lib.eod. cap.34. per B, cap.35. per C, cap.26. per D, E, F, G, cap.37. per I, & L, cap.38. per M, O, P, cap.39. per S, & T, cap.40.
Lapides, & metalla à natura generata, li.15. c.64.
Lapidis cura, lib.12. c.122.
Lapsus & miseria generis humani, lib.1. cap.1.
Lateres qualiter, & quando conficiendi, li.6. c.104.
Latinorum nominum formæ propriæ, li.2. cap.32.
Latria, siue religio, li.4. c.31.& 32.
Laudanum, & Manna, lib.15. c.56.
Laus secundùm philosophos, & Poetas, li.5. c.69.& 70.
Lecti, & sellæ, & vehicula, ac cætera quæ in vsu habentur, libro 11. cap.32.
Lectorum ornamenta, lib.11. c.81.
Legentes, & audientes ea, quæ statui suo non congruunt, damnantur, lib.1. c.34.
Leges vsuras permittentes vtrum teneant, li.10. c.113.
Legum effectus, & qualitas, li.7. c.34.
Legum institutio, lib.7. c.35.
Legum primi auctores, lib.7. c.36.
Lex secundùm philosophos, li.4. c.61. & secundùm Poetas, cap.62.
Legio quid, lib.11. c.46.
Legionem constituendi modus, li.11. c.47.
Legitimi & illegitimi filij qui, li.7. c.81.
Legumina, & oleva, quæ in mense Aprili seminanda, li.6. c.101.
Legumina, & fruges, quæ in mense Septembri seminanda, lib.6. cap.121.& alio tempore, cap.133.134.
Lepra quid sit, lib.14. c.29.
Lepræ causæ, & effectus, lib.eod. c.30.
Lepræ signa, lib.eod. c.31.
Lepræ cura, lib.12. c.120.
Leo, lib.15. c.89.
Leopardus, & Lepus, lib.eod. c.90.
Leo Papa, Gelasius, & Fulgentius, lib.17. cap.55.
Lætitia inepta, lib 4. c.159.
Libelli oblatio, lib.8. c.19.
Liberalitas, secundum philosophos, lib.4. cap.46. secundum Poetas, cap.47.
Liberalitas debet esse discreta, li.4. c.48.
Liberi, & Cybeles, turpitudo sacrorum, li.17. c.21.
Liberti, & Libertini qui, lib.7. c.80.
Liber Iob Psalterium, & opera Salomonis, lib.17. cap.35.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Libri prophetarum, & cæteri noui teſtamenti, lib.17. cap.36.
Librorum omnium lectio nunquid vtilis, lib.1. cap.33.
Librorum auctoritas quæ, lib.1. cap.42.
Librorum ſacrorum eminentia, lib.17. cap.32.
Librorum ſacrorum numerus, & nomina, li.15. cap.33.
Librorum ſacrorum actores Heptatici, & Reges, li.16. cap.34.
Lichaon, lincifcus, Lincis, & locuſta, li.15. cap.91.
Lienteria, & ſubuerſio, ac vomitus, li.14. cap.99.
Ligna; & materia ad fabricam cędenda, li.6. cap.48.
Lilia, quando ponenda, lib.6. cap.74.
Linguarum, & Idiomatum diuerſitas, li.1. cap.44.
Linguæ ſcientia, & eius partes, li.3. cap.45.
Linguæ paſsiones, lib.14. cap.75.
Linguæ vitia, mendacium, & periurium, libro 4. cap.165. & cap.166.
Linguæ regimen, lib.5. cap.29.
Litargia quid, lib.14. cap.57.
Litera quid, lib.2. cap.4.
Literarum origo, lib.2. cap.5.
Literarum Hebraicarum inuentio, lib.eod.
Literarum Græcarum inuentio, lib.1. cap.11.
Literarum Latinarum inuentio, li.2. cap.8.
Literarum accidentia, lib.2. cap.9.
Literarum ſubſtantialis poteſtas, li.2. cap.10.
Literarum poteſtas accidentalis, li.2. cap.11.
Literarum alia accidentia, li.2. cap.12.
Literæ ſæculares, ad eruditionem, non ad voluptatem legendæ, libro 1. cap.35.
Literæ apud Græcos omnes ſunt numerales, li.2. cap.7.
Lis, & cauſa, quæ dicatur, li.8. c.1. & 2.
Lite diuortij pendente, vtrum mulier viro reſtituenda ſit, libro 8. cap.22.
Lite pendente nihil innouandum, li.8. cap.41.
Lite non conteſtata, non procedendum, li.8. c.43.
Lite conteſtata qualiter partes abſoluantur, li.8. c.44.
Litis ante initium, quid cuique faciendum ſit, li.8. cap.21.
Litis conteſtatio quid, lib.8. cap.42.
Locatio, & conductio quæ, li.7. c.143 & 144.
Loci dialectici, lib.3. c.46.
Loci extrinſeci, & intrinſeci, ſecundùm Themiſtium, li.3. c.47.
Loca habitabilia, lib.13. c.59. & 60.
Loci ſacri violatio, lib.9. c.127.
Loci inſtabilitas vitanda, li.4. c.87.
Locorum nomina, quæ ponuntur aduerbialiter, tam ſimplicia, quàm compoſita, lib.2. c.163. & 166.
Locorum alia diuiſio, li.3. cap.46.
Locum eſſe, vel eſſe in loco quomodo differant, li.15. cap.15.
Locus quid ſit, lib.15. c.14.
Logica, & eius intentio, lib.3. cap.1.
Logicæ intentio, lib.3. cap.2.
Logicæ partes, ſiue artis ſyllogicæ, li.3. cap.3.
Logicæ, ſiue Dialecticæ diuiſio, li.3. cap.5.
Lucrum turpe quid, li.10. c 112.
Luctus pro rerum, vel amicorum amiſsione, li.4. c.139.
Ludi diuerſi, lib.11. c.95.96. & 97.
Lumbrici, lib.14. c.105.
Luna, Mercurius, & venus, li.15. c.45.
Lupus, lib.15. c.92.
Luter animal, lib.15. c.93.
Luxuria ſecundùm philoſophos, lib.4. cap.160. & *ſecundùm Poetas, cap.161.*
Luxuriæ fomenta, lib.4. c.163.
Luxuriæ effectus, lib.eod. c.164.

M.

Machinæ quibus impugnantur muri, libro 11. capite 72. & alia bellica inſtrumenta, cap.73.74.75.76.77. & 78.
Magi, & diuini qui puniendi, li.9. c.123.
Magicæ artis maleficia, li.9. c.119.
Magis, & Minus prædicamentorum conſequentia, li.3. c.28.
Magiſterio quæ accedunt, lib.1. c.38.
Magiſterij interior veritas, li.1. c.40.
Magiſtri audiendi, & reuerendi, li.1. cap.37.
Magiſtri officium exequi volentes, quales eſſe oporteat, libro primo. cap.39.
Magnificentia, & confidentia ſecundùm philoſophos, li.4. cap.72. ſecundùm Poetas, cap.73.
Magorum diuerſa genera, li.9. c.120.
Maio menſe, quæ agenda ſunt, li.6. c.104.
Mala iuſtorum, & iniquorum communia, li.1. cap.4.
Mala iuſtorum propria, lib.1. cap.5.
Mala punica, quando excolenda, lib.6. cap.85. de eorum remedijs, cap.86.
Mala punica quomodo conſeruantur, & qualiter ex eis vinum confi-ciatur, lib.6. cap.87.
Maledictio, lib.4. c.177.
Malitia, lib.4. c.132.
Malos proſequi, & punire quando liceat, li.10. c.11.
Mammillarum paſsiones, li.14. c.127.
Mamonettus, Migale, Moloſſus, & Mania quid, li.14. c.51.
Manna, & Laudanum, lib.15. c 56.
Mars, Iupiter, & Saturnus, li.15. c.47.
Martio menſe quæ agenda ſunt, li.6. c.79.
Maſculinitatis in fœtu cauſæ, li.13. c.123.
Materiæ primæ infortunitas, li.15. cap.6.
Mathematica, lib.16. qui falsò inſcribitur li.18. cap.1.
Mathematicæ, excellentia, & vtilitas, lib.eod. cap.2.
Mathematicæ ſpecies, lib.eod. cap.3.
Matricidij crimen, lib.10. c.22.
Matricis, & virgæ paſsiones, li.14. c.122.
Maturitas, lib.4. c.94.
Mecanicæ artes, & eius ſpecies, li.11. cap.1.cum ſeq.
Medicamina, maturatiua, mollificatiua, opilatiua; & aperitiua, libro 12. c.78.
Medicamina, vulnerum ſanatiua, lib.eod. c.79.
Medicamina, attenuatiua, & inciſiua, & quædam alia, libro eodem. c.80.
Medicamina confortatiua, & veneno repugnatiua, ac viſus clarificatiua, lib.12. c.81.
Medicamina dolorum mitigatiua, & quædam alia, libro duodecimo. cap.82.
Medicamina conſtrictiua, lib.eod. c.83.
Medicamina attractiua, & laxatiua, lib.eod. c.84.
Medicaminum electio, ſecundùm ſui qualitatem, & quantitatem, & ægritudinis horam, lib.12. c.57.
Medicaminum electio, ſecundùm naturam membrorum infirmorum, lib.12. cap.58.
Medicaminum, & inſtrumentorum eius vocabula communia, libro eodem. c.124.
Medicaminum virtutes experiendi cautela, li.12. c.75.
Medicaminum ſimplicium ſumma operatio, lib.eod. c.76.
Medicaminum ſecunda virtus, ſcilicet maturatiua, lib.eod. c.77.
Medici indiſcreti, an & quando peccent medicando, libro decimo-quarto. cap.14.
Medici inſtitutio, lib.12. cap.2.
Medicina attrahens, & humor attractus nunquid conueniant in ſubſtantia, lib.12. c.95.
Medicina non operans, lib.eod. c.96.
Medicina cur inter liberales artes non numeretur, li.13. cap.2.
Medicinarum ſimplicium ſpecies, li.12. c.59.
Medicinarum qualitates, vel complexiones, li.12. c.60.
Medicinarum ſimplicium experimenta, li.12. c.65.
Medicinarum cognitio per ratiocinationem, li.12. c.66.
Medicinarum cognitio per ſapores, qui ſunt octo, lib.eod. c.67.
Medicinarum probatio per odorem, li.12. c.73.
Medicinarum cognitio per calorem, li.12. c.74.
Medicinæ ars, lib.12. cap.1.
Medicinæ calidæ, ſecundùm quatuor gradus, quæ ſunt, libro duodecimo. c.61.
Medicinæ frigidæ, ſecundùm quatuor gradus, quæ ſunt, libro duodecimo. c.62.
Medicinæ, ſiue in quatuor gradibus, quæ ſint, lib.eod. c.63.
Medicinæ humidæ, ſecundùm quatuor gradus, quæ ſint, libro duodecimo. c.64.
Medicinæ malitia frangenda, vel enuertenda, li.12. c.92.
Medicinæ laxatiuæ operatio, lib. eod. c.93.
Medicinæ vomitum prouocantes, li.12. c.100.
Medicinæ à natura compoſitæ, li.12. c.103.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Medicinæ artificiosè compositæ, lib.eod. cap.104. & 105.106.
Medicinæ scientia, theorica, & eius inuentores, li.13. cap.1.
Medicinæ partes, secundùm quosdam, lib.eod. cap.3. & secundùm Auicennam, cap.4. & iuxta Constantinum, cap.5.
Medij inueniendi facultas, li.3. cap.55.
Meditatio, lib.4. cap.93.
Mel quando legendum, & conficiendum, li.6. cap.111.
Mela quando serenda, & excolenda, lib.6. cap.70. fructus earum qualiter custodiendi, cap.71.
Melancholia, lib.13. cap.21.
Melancholia nigra, & canina, & amores, qui dicitur eros, libro 14. cap.59.
Membra principalia, & eis deseruientia, li.13. c.44.
Membrorum simplicium, ordo, & ratio, li.13. c.42.
Membrorum differentia, secundùm virtutes, vel actiones, libro eodem. c.43.
Membrorum differentia, secundùm creationem suæ materiæ, libro 13. c.45.
Membrorum differentia, secundùm formam, li.13. c.46.
Membrorum interiorum passiones cognoscendi communis via, libro 14. c.45.
Membrorum interiorum passionum diuisio, & primò de cerebro, libro 14. cap 47.
Membrorum anhelitus passiones, li.14. c.79.
Memoria, lib.4. cap.21.
Memoriæ ac cogitationis congelatio, ac corruptio, li.14. c.54.
Mendacia mortalia & venialia, li.9. c.95.
Mendacium, & periurium, li.4. c.165. & c.166.
Mendacium, & eius Species, li.9. c.94.
Mania quæ, & munitiones, li 11. c.21.
Menses apti ad nauigandum, li.11. c.84.
Mensurandi vniuersalis scientia, li.16. c.40.
Mensura spatiorum, siue locorum, li.16. c.41.
Mensuræ aridorum, & lignorum, lib.eod. c.42.
Menstruorum, & fluxus sanguinis constrictio, li.14. c.123.
Mens mala, & inculta, lib.4. c.107.
Mentis securitas, & requies, li.4. c.88.
Mentis secretum repetendum, li.5. c.41.
Mentis purgatio, ad inquisitionem, seu cognitionem veritatis, libro 5. c.61.62.
Methaphysica, & eius excellentia, li.6. c.56.
Metaphysicæ partes, lib.eod. c.57.
Metaphysicæ, vtilitas, & eius ordinatio, li.16. c.58.
Metaphysicæ subiectum, lib.eod. c.59.
Mentiendum num sit pro saluanda vita alicuius, li.9. c.96.
Mercatura, lib.11. c.100.
Mercenary, coloni, & serui qui, li.7. c.14.
Meretrix in vxorem non ducenda, li.10. c.48.
Meretrix, quæ à Clerico recepit precium pro re carnali, & quando teneatur restituere, lib.10. c.58.
Meri passiones accidentes, li.14. c.91.
Mespila quando seruantur, & excolantur, li.6. c.89
Messis quando trituranda, li.6. c.110.
Metalla, & eorum creatio, li.11. c.110.
Metallorum transmutatio qualis per Elixir fiat, li.11. c.131.
Methaplasmus quid, lib.2. c.190.
Militare recte non est peccatum, li.7. cap.26.
Militaria signa, lib.11. c.55.
Militaris scientia, lib.11. cap.28.
Militaris rei partes, lib.11. c.45.
Militantium recta debet esse intentio, & obedientia, li.7. c.27.
Milites, & duces qui, lib.7. c.12.
Milites quales eligendi, li.7. c.24.
Milites Cataloniæ priuilegiati circa retentionem decimarum, libro 9. c.146.
Militia, secundùm philosophos, libro 4. cap.77. secundùm Poetas, cap.78.
Militum regimen, lib.7. c.25.
Militum exercitia, lib.11. c.51.
Militum seditio prægauenda, li.11. c.54.
Minerales spiritus, lib.11. c.117.
Mineralia corpora, dura liquefacta recipiunt tincturam, libro vndecimo. c.129.
Mineralia corpora, lib.11. c.109.
Mineralium lapidum naturalis generatio, li.11. c.123.
Mineralium corporum calcinatio, lib.11. cap.127.
Mineralium corporum quadruplex preparatio, & spiritus, libro 11. cap.128.
Minoribus an maiores accusare liceat, lib.8. c.108.
Minus petentes, vel in petendo errantes, lib.8. cap.27.
Minuti regimen, lib.12. cap.13.
Minutio, lib.12. cap.12.
Misericordia, & compassio, lib.4. c.67.
Missio ignominiosa, & capitis diminutio quæ, li.8. c.122.
Milites, & duces qui, lib.7. cap.102.
Mitologia Fulgentij de vita triplici, lib.3. cap. 124. Eiusdem contra ebrietatem, & luxuriam, & auaritiam, cap 125. De libidine, & vsura, cap.126.
Mixtio quid, lib.15. c.23.
Modestia, lib.4. c.90.
Modorum verborum numerus, & ordo, li.2. c 98.
Modorum propositionem modalium æquiuocationes, libro tertio, capite 42.
Modus tertium accidens verbi, li.2. c.97.
Monachi, fugitius transeuntes ad arctiorem religionem, qualiter reuocentur, lib.9. c.81.
Monachi vtrum possint facere elcemosinam, li.10. c.132.
Monacho qualiter liceat transire ad arctiorem regulam, libro nono, cap.80.
Monoceros, lib.15. c.94.
Monstra marina, lib.15. c.136.
Monstra marina, quorum nomina incipiunt per C. lib.15 cap.137. per D. cap.138. per E.F.G. c.139. per K. & L. c.140. per M.N.O.P. cap.141. per S. c.142. per T. & V. c.143. per Y. & Z. cap.144.
Morborum pestilentialium tutela, li.12. c.35.
Morborum ex humore prouenientium cautela, li.12. c.36.
Moralitas, secundùm philosophos, lib.4. cap.56. & secundùm Poetas, cap.57.
Moralitatis obseruantia in Musica, li.12.
Mores quorundam pessimi, lib.5. cap.20.
Mores primi reprimendi, lib.eod. cap.26.
Mori quando, & qualiter serendi, & excolendi, li 6. c.72.
Moriendi necessitas, lib.5. c.112.
Mors contemnenda, secundùm philosophos, & Poetas, libro quinto, c.114. & 115.
Mors bona appetenda, lib.eod. cap.116.
Mors non appetenda præ fastidio vitæ, li.5. c.110. & 3.
Mors negligenda, & non timenda, li.5. c.113.
Mors, & vita, lib.15. c.178.
Mortis compendium, lib.5. c.117.
Mortis æquitas, lib.eod. c.118.
Miseria vera, lib.5. c.127.
Mortis dilatio, & custodia sanitatis per opera medici, libro duodecimo. cap.3.
Mortis signa, lib.14. c.138.
Motus, & quies, lib.15. c.19.
Motus, & mutationis, differentia, li.15 c.20.
Motus, & mutationis species, li.15. cap.21.
Motus, & mouens, lib.eod. c.24.
Motus in omni specie, nihil est medium inter mouentem, & motum, lib.15. c.25.
Mulier, lite diuortij pendente, nam viro sit restituenda, libro octauo, c.122.
Mulieris, replicationis, vel exceptiones, in causa adulterij, libro 10. c.42.
Mulierum prægnantium regimen, li.12. cap.25.
Mulli, & Asini, qualiter educandi, li.6. c.99.
Mullus, Muscio, Mus quilibet, li.15. c.95.
Multiplicis, & simplicis consideratio, li.3. c.60.
Multum, diuersum, & oppositum, li.16. c.62.
Munerum acceptio, vel contemptus, li.4. c.148.
Munerum acceptores, li.7. c.22.
Munitiones qualiter exstruendæ, li.11. c.68.
Mures quomodo exterminandi, li.6. c.35.
Mustum, & vinum quomodo conficiendum, li.6. c.126.
Mutatio loci, lib.15. cap.26.
Mutuæ petitiones, vel reconuentiones, li.8. c.24.
Mutuum dicitur contractus, qui re contrahitur, li.7. c.110.
Mus, & Mustella, lib.15. c.96.
Musica, lib.16. cap.10.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Muſica non penitus innititur ſenſui, ſed amplius rationi, libro decimoſexto. cap.23.
Muſicæ excellentia, lib.eod. cap.11.
Muſicæ vary effectus, lib.eod. cap.13.& 14.
Muſicæ diuiſio, ſecundùm diuerſos, lib.eod. c.15.& 16.
Muſicæ ſubdiuiſio, lib.eod. cap.17.
Muſicæ inſtrumentalis, elementa, lib.eod. cap.18.
Muſicæ proportiones, lib.eod. cap.21.
Muſicæ partes iuxta Iſidorum, lib.16. cap.31.
Muſicæ prima pars, quæ dicitur Armonica, li.16. cap.32.
Muſicæ ſecunda pars, quæ dicitur organica, li.16. cap.33.
Muſicæ tertia pars, quæ dicitur Rithmica, li.16. cap.34.
Muſicæ ſcientia magis in ſpeculatione, quàm in operatione conſiſtit, lib.eod. cap.35.

N.

Nauale prælium, lib.11. cap.80.
Naualis prælij inſidiæ, lib.11. cap.88.
Nauales Liburnæ, lib.11. cap.81.
Nauium Liburnarum fabrica, lib.11. cap.82.
Nauigatio,& nauium varietas, li.11. cap.98.
Nauium partes,& vtenſilia earum, li.11. cap.99.
Natium paſſiones, lib.14. c 106.
Natura,& eius operatio li.15. cap.3.
Natura quot modis dicitur, lib.eod. cap.4.
Naturalia principia, id eſt, Materia, forma, & priuatio, libro 15. cap.5.
Naturæ ſpectacula, lib.5. cap.63.
Neceſſaria per ſe,& ex aliquo, li.16. c.72.
Negocia ſæcularia, quæ ſint licita, vel illicita, li.10. c.125.
Negocia prohibita clericis, vel regioſis, quæ ſint, libro decimo, pite 126.& 127.
Negocia laicorum, quæ mendacijs abundant, quæ ſint, libro 10.capite 129.& de his qui res periculoſas, vel noxias vendunt, lib. eod. cap.130.
Negociorum gerendorum actio, li.7. cap.149.
Nepotes, Aui,& Patres qui, li.7. cap.83.
Neruorum, ac iunctiurarum regimen, li.12. c.24.
Neruorum paſſiones, lib.14. c.61.
Neruorum enervatio,& epylenſia, lib.14. c.62.
Neruorum dormitio, lib.14. c.64.
Neutra verba, & deponentia, & eorum ſignificationes, libro ſecundo. c.81.
Nomen, & eius ſignificatio, li.2. c.21.
Nomina propria, lib.2. c.23.
Nomina adiectiua, lib.2. c.26.
Nomina tantum appellatiua, lib.2 c.27.
Nomina poſſeſſiua, lib.2. c.30.
Nomina deſinentia in nus, libro ſecundo. cap.33.
Nomina comparatiua, li.2. cap.34.
Nomina ſuperlatiua, quæ, li.2. c.39.
Nomina diminutiua, quæ, li.2. c.40.
Nomina diminutiua, & eorum terminationes, lib.2. à cap.42. vſque ad cap.47.
Nomina caſualia,& eorum formæ, lib.2. cap.59.
Nominis Accidentia, lib.2. c.22.
Nominis ſecundum accidens, quod eſt Genus, li.2. c.48.
Nominis tertium accidens numerus, li.2. c.55.
Nominis quartum accidens figura, li.2. c.56.& 57.
Nominis accidens ſextum, id eſt caſus, li.2. c.58.
Nominum propriorum, & appellatiuorum differentia, libro ſecundo. c.24.
Nominum propriorum, & appellatiuorum ſpecies communes, libro 2. c.25.
Nominum maſculinorum,& fœminorum formatio, li.2. c.29.
Nominum poſſeſſiuorum à Græcis aſſumptæ formæ, li.3. c.31.
Nominum Latinorum formæ, propriæ, li.2. c.32.
Nominum diuerſorum generum terminationes, lib.2. à cap.49. vſque ad cap.54.
Notorium quid, lib.10. c.148.
Noualia aperiendo, qualiter,& quando, li.6. c.105.
Nubere an expediat ſapienti, li.6. cap.4.
Nuces quando excolendæ, lib.6. cap.53.
Numerus tertium accidens nominis, li.2. cap.55.
Numerus, & perſona verbi, lib.2. cap.102.
Numerus, figura,& ſignificatio participij, lib.2. cap.119.
Numerus, lib.16. cap.6.
Numinum maiorum officia, lib.16. cap.17.
Nuptiarum incommoda, lib.6. cap.5.
Nutrix qualis eligenda,& eius regimen, lib.12. cap.29.

O.

Bedientia, lib.4. cap.40.
Oblatio, quid, lib.9. cap.154.
Obligatio quid, lib.7. cap.106.
Obligatio, quæ re contrahitur, puta mutuum quid, libro 7. cap.110.
Obligatio, quæ verbis contrahitur, quæ, li.7. c.117.
Obligatio ſit quandoque ſacramento, & qualiter abſoluitur, libro 7. c.120.& 121.
Obligatio, quæ literis contrahitur, quæ ſit, li.7. c.137.
Obligatio, quæ conſenſu contrahitur, quæ, li.7. c.138.
Obligatio per ſocietatem quomodo contrahatur, li.7. c.147.
Obligatio quomodo per mandatum contrahatur, libro ſeptimo, capite 148.
Obligationes, quæ naſcantur ex quaſi contractu, libro ſeptimo, capite 150.
Obligationes quomodo ex delicto naſcuntur, li.7. c 151.
Obligationes quomodo ex quaſi delicto naſcuntur, li.7. c.152.
Obligationis, pacti, promiſſionis, contractus, & actionis differentia, lib.7. c.109.
Obſcuritas, & ſuperfluitas, quomodo vemouenda à diffinitione, libro 3. cap.69.
Obſidentium, & obſeſſorum mutuæ inſidiæ, & cautelæ, libro vndecimo. cap.79.
Occidere an liceat, li.10. cap.2.
Occidere ſe ipſum prohibitum, li.10. cap.18.
Occidere filios, vel exponere, li 10. cap.19.
Occidendi diuerſæ cauſæ, li.10. cap.3.
Ociositas, lib.4. c.142.
Oſtentatio, lib.4. c.174.
Oculi palpebrarum,& angelorum paſſiones, li.14. c.70.
Oculi quomodo patiantur in neruis, lacertis, ac venis, libro decimoquarto. cap.71.
Oculorum vitia, lib.4. c.176.
Oculorum,& aurium regimen, li.12. cap.20.
Oculorum paſſiones in conſolidante tunica, li.14. cap.68.
Oculorum paſſiones, quæ fiunt, in cornea, vel vuea, libro eodem. c.69.
Odium,& diſcordia, lib.4. c.135.
Odoratus paſſiones, li.14 c.74.
Officia adminiſtranda, lib.5. c.40.
Officiales publici qui, lib.7. c.11.
Officiales, & condentes leges iniquas ad quid teneantur, libro decimo. c.87.
Officialium diſciplina qualis, li.7. cap.21.
Oleæ ac cæteræ arbores excolendæ, li.6. c.43.
Olei liquabilitas eſt cauſa permixtionis, li.11. c.130.
Olera, & legumina, quæ in menſe Aprili ſeminanda, libro ſexto, cap.101.
Oleum quomodo conficiendum,& purgandum, li.6. c.143.
Olineta qualiter inſtituenda, li.6. c.65.66.
Olineta qualiter, & quando inſtruenda, & oleum exprimendum, libro 6. c.129.
Omne,& per ſe,& vniuerſale, li.3. c.53.
Onager, Onocentaurus, Oraſius, & Opilationis cauſæ, libro decimotertio. c.107.
Oppoſita, quæ, lib.3. cap.29.
Oppoſitorum genera, lib.3. c.49.
Opus vermilionis,& Cinabrij,& auricalchi, li.11. c.133.
Opuſculorum genera diuerſa, lib.1. c.43.
Oratio,& eius partes, lib.2. c.20.
Oratio enuntiatiua, quę eſt propoſitio, quæ, li.3. c.34.
Oratio vitioſa,& manifeſta, li.3. c.87.
Oratio,& eius inſtitutio, li.8. c.110.
Oratio, ſecundùm philoſophos, libro 4. capite 36. ſecundùm poetas, cap.37.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Orationem ornandi, & explanandi modus, lib.3. cap.85.
Orationis Rethoricæ partes, lib.3. cap.3. cap.101.
Orbis, & eius partes, lib.15. cap.31.
Ordo cognitionum in diuersis quæstionibus, siue petitionibus, libro 8. cap.25.
Orice, lib.15. cap.97.
Origenes, & scripta eius, lib.17. cap.43.
Ouis passiones, lib.14. cap.77.
Ornamenta corporum, & omnium membrorum, libro undecimo, cap.10.11.& 12.
Operatoria, & Repositoria, lib.11. cap.23.
Ortographia, quæ, lib.2. cap.185.
Ossium fractura quomodo consolidanda, lib.12. cap.146.
Ossium alligatio, lib.eod. cap.147.
Ossium rectificatio, lib.eod. cap.148.
Oues mense Aprili tondendæ, lib.6. cap.103.
Oues quomodo pascendæ, lib.6. cap.146.
Ouis, lib.15. cap.98.

P.

Pacti promissionis, obligationis, contractus, & actionis differentia, lib.7. cap.109.
Pactum, & Conuentio quid, lib.7. cap.107.
Pactorum species, lib.7. cap.108.
Padera, lib.15. c.110.
Pallium viride, lib.11. cap.6.
Pallium muliebre, lib.eod. cap.7.
Palmæ quando, & quemadmodum inserendæ, li.6. c.130.
Panis, lib.13. c.76.
Panis diuersitas secundùm materiam, vel artificium, libro decimo-tertio. c.77.
Panis exiguæ coctionis diuersitas, & de qualitate sumendi, libro eodem. cap.78.
Panthera, Pardus, Philosus, & Pirolus, li.15. c.99.
Papulæ, Pustulæ, ac Verucæ, li.14. c.36.
Paralisis, lib.14. c.63.
Paralogismi, & eorum figuræ, li.3. c.91.
Paralogismorum solutio, li.3. c.98.
Parcitas, siue frugalitas, libro 4. cap.101. dicta poetarum de eodem. c.102.
Parentum, & filiorum mutua exhibitio, li.6. cap.8.
Pariendi difficultatis causæ, li.13. c.39.
Pariendi difficultates, & abortiendi causæ, li.14. c.126.
Parientis regimen, lib.12. c.26
Parietes, & Lectura, lib.6. c.19.
Parricidium quid, lib.10. cap 17.
Pars totum, & diminutum, lib.16. c.73.
Participij diffinitio, lib.2. c.115.
Participij accidentia, & primo de genere, & casu, libro secundo, cap.117.
Participij tempora, lib.2. c.118.
Participij significatio, numerus, & figura, lib.2. c.119.
Participiorum origo, & formatio, li.2. c.116.
Participium vtrum sit pars orationis per se, li.2 c.114.
Passer, & Pauo, lib.15. c.165.
Passiua, & actiua verba quomodo cum obliquis construantur, libro 2. c.80.
Passiones, in cute apparentes ab interioribus carnis, libro decimo-quarto. cap.26.
Passiones apparentes in membris corporis ex intentionibus causis, libro 14. c.41.
Patiendi, & tolerandi causæ secundum philosophos, li.4. cap.81.& secundum poetas, cap.87.
Patientia secundùm philosophos, libro 4. cap.79.& secundùm poetas, cap.80.
Patres, Aui, & Nepotes qui, li.7. c.83.
Patriæ amor, lib.4. c.42.
Patronimica vera, & non vera, li.2. c.28.
Pauimenta ædificiorum, li.6. c.18.
Paulinus, Maximus, Orosius, & Prosper, li.17. c.44.
Pauones quomodo nutriendi, li.6. c.28.
Paupertas voluntaria, siue sufficientia secundùm philosophos, libro 4. capite 103. Exempla de eodem. cap. 104. & secundùm poetas, cap.105.
Paupertatis bona, secundùm philosophos, & poetas, libro quinto. cap.78.& 79.
Paupertatis securitas, secundùm eosdem, lib.eod. c.80.& 81.
Peccandi libertas, & licentia noxia, li.5. c.17.
Peccata leuiora, lib.5. c.21.
Pectoris, stomachi, cordis, & epatis, ac venum regimen, libro duodecimo. cap.22.
Pecunia, vel possessio simoniacè accepta restitui debet, & cui, libro 9. cap.36.
Pedagia, vel thelonia, quo indebitè exigunt, an teneantur, libro 10. c.63.& 64.& 65.
Pedes syllabarum qui, lib.2. cap.18.
Pediculi, & sudor superfluus, li.14. c.35.
Pegasus, Pellicanus, Perdix, li.15. c.166.
Pœna in criminibus æqualis an sit in opere, voluntate, & consilio, lib.8. c.125.
Pœna legalis, & eius moderatio, li.8. c.126.
Pœna an imponatur sine culpa, li.8. c.129.
Pœnarum legalium species, lib 8. c.121.
Pœnarum ordo, & mensura, li.8. c.130.
Pœnæ canonicæ, & legales, lib.8. c.120.
Pœnitentia agenda, lib.5. c.22.
Pœnitentia, vel bona vita non differenda, lib.eod. c.24.
Peregrinantium in mari, & in exercitu cautela, li.12. c.51.
Perfectio, & finis, lib.16. c.71.
Perfidia Iudaica, lib.9. c.37.
Perihermenias liber, quid, li.3. c.31.
Perihermenias agit de interpretatione, vel significatione, libro tertio. cap.37.
Periurij crimen, lib.9. c.97.
Periurij species, lib.9. c.98.
Periurij aggrauatio, ratione solemnitatis adhibitæ. li.9. c.99.
Periurij quæ pœna, li.9. c.114.
Periurium, & mendacium, lib.4. c.165.& cap.166.
Periurium quando sit excusabile, li.9. c.113.
Perplexitas quid, & quotuplex, li.10. c.149.
Perplexitas sacerdotis in missa mortale recolentia, libro decimo, capite 150.
Persici quando plantandæ, & quomodo eorum fructus conseruandi, lib.6. c.137.
Persona, & numerus verbi, li.2. c.102.
Personarum quarundum publicarum officia, li.7. cap.62.
Personæ publicæ seculares, & ecclesiasticæ, li.7. c.60.
Personæ, quæ sunt legitimæ, ad hereditatem admittendæ, libro septimo. c.85.
Perspectiuæ scientia, li.16. c.43.
Philomena, Pica, & Picus, li.15. c.167.
Philosophiæ primi qui naturam scrutati sunt, li.1. c.10.
Philosophi Platonici proprius accesserunt veritati, libro decimoseptimo. c.25.
Philosophorum diuersa genera, li.1. c.12.
Philosophia naturalis, li.15. cap.1.
Philosophiam quinam ad mores composuerunt, li.1. c.11.
Philosophiæ diffinitio, lib.1. c.13.
Philosophiæ partes iuxta Isidorum, li.1. c.14.
Philosophiæ diuisio iuxta Hugonem, li.1. c.15.
Philosophiæ diuisio iuxta Scotum, li.1. c.16.
Philosophiæ diuisio iuxta philosophos, li.1. c.17.
Philosophiæ magistralis diuisio, lib.1. c.18.
Philosophiæ naturalis partes, li.15. cap.2.
Philosophiæ mundanæ, quæ & Theologia dicitur varij errores, libro 17. cap.24.
Physicæ, & Metaphysicæ origo, lib.1. c.20.
Pietas, lib.4. c.41.
Pignoris restitutio, & de rebus impignorandis, li.7. c.116.
Pignus quid, lib.7. c.115.
Pigritia, & somnolentia, li.4. c.141.
Pinus, & nuces eius, li.6. c.138.
Pira qualiter serenda, & excolenda, li.6. c.68.
Piri quomodo, & quando inserendi y remediandi, & eorum fructus conseruandi, lib.6. c.69.
Pisces in generali, li.15. c.124.& 125.
Pisces quorum nomina incipiunt per A. vel B. cap 126. per C. c.127. & 128. per D.E.& G. c.129. per I.K.L. c.130. per M. c.131. per P. cap.132. per R. cap.133. per S. cap.134. per T.& V. c.135.

INDEX.

Piſcinæ, Balneæ, & Ciſternæ quomodo, exſtruendæ, lib.6. cap.20.
Piſtrini, & Balneorum ſtructura, lib.6. cap.30.
Planetarum qualitates, quæ eis effectiuè non propriè attribuuntur, lib.16. cap.47.
Planetarum proprij effectus, lib.eod. cap.49.
Planetarum comparatio, ad rerum generationem, libro decimoſexto. cap.50.
Planetarum motuum ordinatio, lib.eod. cap.51.
Planetæ ſeptem, lib.15. cap 44.
Planetæ vnius motus vtrum poſſit impediri per motum alterius, libro 16. cap.52.
Planetæ in generali, lib.15. cap.66.
Plathea, Plumalis, Porphyrio, & Peripeumonia, libro decimoquarto. cap.85.
Plumbum, & eius qualitates, lib.11. cap.116.
Plumbum, & eius natura, li.15. c.62.
Plus iuſto petitiones, quæ dicantur, libro 8. cap.26.
Podagra, lib.14. cap.129.
Poëtæ vnde dicti, lib.3. cap.110.
Poëtica ars, lib.3. cap.109.
Poëticæ fabulæ, lib.3. cap.113.
Politica ſcientia, lib.7. cap.1.
Politicæ fines diuerſi, libro ſeptimo. cap.3.
Politicæ materia, lib.7. cap.4.
Politicæ partes, lib.7. cap.5.
Pomery, & Horti ſitus, libro ſexto. c.32.
Pomiferæ arboris diſpoſitio, lib.6. c.67.
Ponderum ſcientia, lib.16. c.53.& c.84.
Pontificum decreta, Imperatorum legibus præferenda, libro ſeptimo. cap.33.
Porci quo menſe educendi, lib.6. cap.78.
Porcus, & Putorius, lib.15. c.100.
Pororum conſtrictionis, & dilatationis cauſæ, lib.13. c.106.
Porri quando ſerendi, & quædam alia, li.9. cap.72.
Portæ, & foſſæ, & propugnacula munienda, li.11. cap.69.
Poſitiones, & probationes, li.8. cap.51.
Poſituræ, & motus, lib.3. c.131.
Poſſeſſiua nomina, lib.2. c.30.
Poſſeſſiones, & proprietatis quæſtio, & cauſa, li.8. c.28.
Poſſeſſiuorum nominum à Græcis aſſumptæ formæ, libro ſecundo, capite 31.
Potentia, lib.5. cap.119. & lib.16. cap.68.
Potus neceſſarius, li.13. cap.83.
Potus aquæ, lib.13. c.86.
Potus, & cibi conuerſio, li.13. c 88.
Prata vetera qualiter excolenda, & noua formanda, libro ſexto, capite 123.
Prata, Horti, & Roſaria quando inſtituenda, li.6. c.135.
Precarium quid, lib.7. c.112.
Predicamenta decem, lib.3. cap.15.
Predicamentum ſubſtantiæ, lib.3. cap.16.
Predicamentum quantitatis, lib 3. cap.17.
Predicamentum ad aliquid, li.3. cap.18.
Predicamentum qualitatis, lib.3. cap.19.
Prædicamentum actionis, lib.3. c.22.
Prædicamentum paſſionis, lib.3. cap.23.
Predicamentum quando, libro tertio, cap.24.
Prædicamentum vbi, lib.3. cap.25.
Prædicamentum ſitus, lib.3. cap.26.
Predicamentum habitus, lib.3. c.27.
Prædicamentorum conſequentia, lib.3. cap.28.
Predones, & eorum pœnæ, li.10. cap.51.
Præfecti, & officiales publici qui, li.7. cap.11.
Præliandi modus in aperto mari, li.11. cap.89.
Prælium nauale, lib.11. c.80.
Præpoſitio quid, & ratio nominationis eius, li.2. c.139.
Præpoſitiones monoſyllabæ ablatiuo deſeruientes, libro ſecundo, capite 152.& 153.
Prepoſitiones diſſyllabæ ablatiuo deſeruientes, li.2. c.154.
Præpoſitiones vnicuique caſui deſeruientes, quæ, libro ſecundo, capite 155.& 156.
Præpoſitiones modales, quæ, li.3. c.40.
Propoſitiones, & Problemata, li.3. c.57.
Propoſitiones quomodo eligendæ, li.3. c.59.
Præpoſitionis, & coniunctionis differentia, li.2. c.140.
Præpoſitionis, & aduerbiorum differentiæ, lib.2. cap.141.
Propoſitionis cathegoricæ terminus, lib.3. cap.35.
Præpoſitionum compoſitio, lib.1. cap.142.
Præpoſitionum cum caſualibus appoſitiones, li.2. c.144.
Prepoſitionum apud Latinos multitudo, li.2. c.145.
Præpoſitionum diuerſæ acceptiones, li.2. c.146.
Præpoſitionum communis ſignificatio, li.2. c.147.
Præpoſitionum propriæ ſignificationes, quæ accuſatiuo deſeruiunt, & primò de monoſyllabis, lib.2. cap.148.& cap.ſequenti. Et de diſſyllabis, cap.150.151.
Propoſitionum communicantia in terminis, li 3. cap.38.
Propoſitionum conuerſiones, & Equipollentiæ, li.3. c.39.
Propoſitionum modalium lineæ, ſecundùm diſtinctionem quatuor modorum, lib.3. c.41.
Propoſitionum diffinitio, prout ſpectant ad Dialecticum, libro tertio. c.58
Præſcribentes, vel vſucapientes res alienas, qui dicantur, libro 10. c.83.
Præſcribentium bona, vel mala fides, li.10. c.85.
Præſcriptio quid, lib.7. c.103.& 104.
Præſcriptionis interruptio, eius effectus, & probatio, libro ſeptimo. c.105.
Præſcriptionis interruptio, & curſus, li.10. c.84
Præſumptio, lib.4. c.124.
Præſumptio quid ſit, lib.8. cap.64.
Præteritorum verborum forma in generali, li 2. c.104.
Præteritorum, ac ſupinorum primæ coniugationis formatio, libro ſecundo. c.105.
Primitiæ quid, lib.9. c.153.
Principium, elementum, & natura, li.16. c.64.
Principatus, vel honor quando recuſandus, li.4. c.127.
Princeps Reipublicæ caput, li.7. cap.8.
Princeps qualis eligendus, li.7. c.15.
Princeps qualiter moribus inſtituendus, li.7. c.15.
Principes guerras adinuicem habentes, an ad reſtitutionem captorum in bello, lib.10. c.70.& 71.
Principis ſtudium, & ſapientia, qualis eſſe debeat, li.7. c.17.
Principis humilitas, ac pietas, li.7. c.18.
Principis, & ſubditorum affectus mutuus, li.7. c.30.
Principum, & magnatum mores boni, li.5. cap.1.
Principum dementia, lib.eod. cap.2.
Principum moderamen, & patientia, lib.eod. cap.3.
Principum vitia, ſecundùm philoſophos, lib.eod. cap.4. & ſecundùm poetas, cap.5.
Principum exemplis formantur mores ſubditorum, libro eodem, capite 6.
Principum, & magnatum laterales, lib.eod. cap.71.
Principum, & Pontificum diſtinctio poteſtatis, li.7. cap.31.
Principum poteſtatis præeminentia, li.7. c.32.
Priuatæ perſonæ, quæ, li.7. cap.77.
Priuilegium quid ſit, lib 7. c.52.
Priuilegiorum effectus, & priuilegiatorum exceſſus, libro ſeptimo. c.53.
Probatio negatiua, lib.8. c.52.
Probationi cui ſtandum ſit cum duæ ſibi obuiant, libro octauo, capite 53.
Probationis vulgaris reprobatio, li.8. c.101.
Procacitas, lib.4. c.172.
Procuratores, qui, lib.7. c.72.& 73.
Pronomen, & eius ſignificatio, lib.2. c.120.
Pronomen in tertia perſona, cur plures habeat voces, quàm in cæteris, lib.2. c.124.
Pronomina demonſtratiua, & relatiua, li.2. c.125.
Promina deriuatiua, ſiue poſſeſſiua, li.2. c.126.
Pronomina articularia, & eorum articuli, li.2. c.128.
Pronomina in quibus deficit vocatiuus, & in quibus non, libro ſecundo. c.12.
Pronomina quibus præpoſitio, cum, præponitur, li.2. c.134.
Pronominis diffinitio, & proprietas, li.2. c.121.
Pronominis accidentia, & primò de ſpecie, li.2. c.122.
Pronominis ſecundum accidens eſt perſona, li.2. c.130.
Pronominis tertium accidens, quod eſt genus, li.2. c.131.
Pronominis quartum accidens, lib.2. c.132.
Pronominum deriuatiuorum, & primitiuorum differentia, libro ſecundo. cap.127.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Pronominum ſyllabicæ adiectiones, libro 2. cap.133.
Pronominum caſus, lib.2. cap.155.
Pronominum declinationes, lib.2. cap.136.& cap.ſequ.
Pronuntiatio quæ, lib.2. cap.187.
Proœmium huius ſecundæ partis Doctrinalis, lib.1. cap.1.
Propinquorum emendatio,& beneficia, lib.6. cap.10.
Propria nomina, quæ, lib.2. cap.25.
Proprium quid, lib.3. cap.14.
Proſa,& metrum, lib.3. cap.111.
Proſperitas, lib.5. cap.125.
Prouidentia, lib.4. cap.25.
Prudentia,& diſcretio, lib.4. cap.19. ſecundùm philoſophos,& ſecundùm Poetas, cap.20.
Prunus,& fructus eius, lib.6. c.139.
Pſitacus. lib.15. c.168.
Ptiſana, lib.13. cap.87.
Pudicitia, lib.4. cap.98.
Puella violenter oppreſſa, an ſit rea, li.10. cap 33.
Puerorum eruditio, lib.1. cap.41.
Puerorum delicta, lib.10. c.154.
Puerorum mores, lib.5. c.12.
Puerorum regimen, lib.12. cap.31.
Puerorum inſtructio, lib.5. c.48.
Pugnandum publico Marte; an inſidijs qualiter intelligi poſsit, libro 11. c.59.
Pugnare licet pro rerum tuitione, vel repetitione, libro decimo, capite 72.
Pugnæ imperatio, li.11. c.60.
Pulli equarum quomodo educandi, li.5. cap.9
Pulmonis paſsiones, li.14. c.83.
Pulſum tangendi modus, li.14. c.162
Pulſus,& eius notitia, li.13. c.161.
Pulſuum ſpecies, lib.13. c.163.
Pulſuum ſignificationes, & compoſitiones eorum, libro eodem, capite 164.
Pulſuum differentiæ, iuxta ſexus, & ætates, & complexiones, & figuras, lib eod. c.165.
Pulſuum differentiæ ſecundùm ſtatus, & ſecundùm tempora, libro eodem. c.166.
Pulſuum differentiæ, ex motu, & balneo, & cibo, & cæteris, libro eodem. c.167.
Pupilli, tutores,& curatores, qui dicantur, li.7. c.87.
Puſillanimitas,& mala formido abijcienda, li.4. c.74.
Purgatio legitima, quæ, lib.8. c.100.
Purgationis varij modi, lib.12. cap.39.
Purgationis ſanguinis regimen, li 12. c.40.
Purgationum impedimenta, lib.12. c.88.
Purgatiuum accipiendi, tempus,& modus, li.12. c.90.
Purgatiuum, qui recepit, quomodo regatur, li.12. c.91.
Puta,& quis putas, num ſint aduerbia, li.2. c.162.
Putei quomodo fouendi,& aqua probanda, li.6. c.118.

Q.

Vando prædicamentum, lib.3. cap.2.
Qualitas prædicamentum, lib.3. cap.19.
Qualitatis,& quantitatis ſpecierum numerus, & ordo, lib.3. cap.21.
Quantitas prædicamentum, li.3. c.17.
Quæſtio quid, lib.3. c.43.
Quæſtionum numerus, lib.3. c.55.
Quis, qualis,& quantus, cur Donatus putauit eſſe pronomina, Priſcianus autem nomina, lib.2. cap.123.

R.

Apina, fraus,& vſura ſecundum philoſophos, lib.4.cap. 149.& ſecundum Poetas, cap.150.
Rapinæ crimen, lib.10. c.50.& 54.
Raptoris pœnæ, lib.10. c.31.32 & 33.
Raptorum ſocij tenentur in ſolidum, li.10. c.76.
Raptorum hæredes an teneantur ad reſtitutionem. libro decimo, capite 81.& 82.
Raptas res ementes an teneantur, li.10. c.78.& 79.
Rana, lib.15. c.121.
Radij viſuales, & ſpecula, lib.16. cap.44.
Rangiuer,& Roſurella, lib.15. cap.101.
Reddituum annuorum contractus illiciti, libro decimo, cap. 109. 110.& 111.
Regularis perſona, vtrum per ſe reſtituere poſsit, quod male accepit, lib.10. c.59.
Regulæ verborum tertiæ coniugationis, quæ deſinunt in io, libro ſecundo. cap.109.
Regulæ ceterorum habentium vocalem ante O, li.2. c.109.
Regulæ habentium conſonantem ante O, li.2. c.110.111.112.
Remedia contra virtutem hoſtium, li.11. c,64.
Remedia contra beſtias nociuas,& ſerpentes, li.12. c.53.
Regalis iuſtitiæ præmium, li.7. c.19.
Reipublicæ corpus quod, lib.7. cap.8.
Rempublicam, qui poſt rexerunt, li.7. cap.9.
Reſpublica, quæ, lib 7. cap.7.
Rem alienam qui inuenit, vel ex neceſsitate furatur, ad quid tenetur, lib.10. c.99.
Renum lapides,& arenæ, li.14. c.114.
Renum paſsiones, lib.eod. c.115.
Renum ac veſicæ communicantia in lapidum generatione, libro decimoquarto. c.117.
Repoſitoria,& operatoria, li.11. cap.23.
Rei permutatio, quæ dicatur, li.7. c.142.
Rei litigioſa alienatio, li.8. cap.17.
Rei confeſsio, lib.8. c.18.
Rei ſeruandæ cauſa qualiter in poſſeſsionem mittatur, li.8. c.39.
Rerum expetendarum tria genera, li.3. c.102.
Rerum prudens ponderatio, li.4. cap.23.
Rerum prudens vſus, lib.eod. cap.24.
Rerum domeſticarum adminiſtratio, li.6. c.15.
Res ad quas ius ſpectat, quæ ſint, li.7. c.88.
Res ſacræ quæ dicantur, lib.7. c.89.& 90.
Res publicæ,& communes quæ, li 7. c.91.
Res vniuerſitatis, & ſingulorum, & hæ, quæ ſunt extra patrimonium quæ dicantur, li.7. c.92.
Res, quæ nullius ſunt, & occupanti conceſsæ ſunt, quæ dicantur, libro 7. c.93 & 94.
Res incorporales quæ, lib.7. cap.95.
Res iudicata, lib.8. c.89.
Res bello acquiſitæ an iuſtè emantur, li.10. cap.80.
Res emptæ pecunia vſuraria, an licite retineri poſsint, libro decimo. c.115.
Res non naturales, lib.13. c.53.
Res extranaturales, lib.eod. c.100.
Reſcriptum quod dicatur, li.7. cap.51.
Reſpondendi modus, lib.3. c.86.
Reſtituere tenentur, & hi, qui iniuſtam cauſam fouerunt, libro 8. cap.93.
Reſtituere qui tenentur, ex pluribus cauſis, vel pluribus perſonis, lib.10. cap.92.
Reſtituendi facultatem, qui non habeat, li.10. c.91.
Reſtitutio rerum, per vim, vel metum extortæ ſunt, li.8. c.33.
Reſtitutio in integrum quid ſit, li.8. c.91.& 92.
Reſtitutionis forma, lib.10. cap.90.
Retentionis,& euacuationis ſuperfluæ cauſæ, li.13. c.108.
Rethorica ars,& eius dignitas,& diffinitio, li.3. c.99.
Rhetorici ſtatus, lib.3. c.106.& c.107.
Rhetoricæ orationis conſtructio,& ornatus, li.3. c.108.
Reuerentia, lib.4. cap.39.
Roſaria quando conſerenda, ſimiliter lilia, & cannæ, libro ſexto, cap.74.
Ros, & Mel, lib.15. c.15.
Romanorum error in diuiſione numinum, li.17. c.15.& 16.
Ruffinus,& Ioannes Chryſoſtomus, li.17. cap.50.
Ruſtica inſtrumenta, lib.11. c.104.
Ruſtici operis induſtria, lib.6. c.41.
Ruta quando,& qualiter ſerenda, lib.10. c.84.

S.

Acerdos tenens concubinam, quomodo puniendus, libro 10. cap.152.& 153.
Sacramentum calumniæ, lib.8. c.49.& 50.
Sacrilegij crimen, lib.9. cap.126.

Sacrile-

INDEX.

Sacrilegy pœna, libro 9. cap.129.
Sagittæ, fundæ, & machinæ, lib.11. cap 35.
Salamandra, ſcorpius, ſitula, & ſal ſacerdotis, ſiriaca, & triſora, libro 12. c.107.
Salis, Arſenici, & ſulphuris qualitates, lib.11. c.118.
Sanguinis fluxus ex vulnere quomodo reſtituatur, libro duodecimo, cap.140.
Sanguinis natura, & eius ſpecies, li.13. cap.18.
Sanitatis regimen, lib.12. cap.4.
Sanitatis ſigna, lib.13. c.156.
Sapientia, lib.5. c.58.
Sapienti an expediat nubere, li.6. cap 4.
Sapientis omnia ſunt, & ſtultus nihil habet, li.5. c.59.
Saporum numerus, & differentia, li.12. c.68.
Saporum operationes, & effectus, li.12. c.69.& 70.
Saporum operatio ad inuicem in calore, & frigore, libro duodecimo, c.71.& 72.
Saraceni qui, lib.9. c.39.
Satiſdatio quid, lib.8. c 48.
Scabies, & prurigo, lib.14. c.33.& 34.
Scandalum quid ſit, lib.10. c.143.
Scandalum in quibus caſibus vitandum, lib.eod. c.144.
Scandalum pro re non data, vel repetita, li.eod. c.145
Scandalum ex ſola ſuſpicione, lib.eod. c.146.
Scandalum multitudinis, lib.eod. c.147
Scenici, ſiue theatrici ludi, lib.11. cap.95.
Schemata, quæ, lib.2. c.191.
Scientia practica, & eius inuentor, lib.4. cap.1.
Scientia monaſtica, lib.4. cap.3.
Scientia, & ars, lib.5, c.44.
Scientia de ingenijs, quid ſit, li.16. c.55.
Scientiarum inuentio data eſt homini in remedium, li.1. cap.9.
Scientiarum doctrinalium diuiſio, li.11. c.19.
Scientiarum ordo, lib.1. c.21.
Scientiæ practicæ partes, li.4. cap.2.
Sciſmatici qui, lib.9. c.56.
Sciſmatici pœna, lib.9. c.57.
Scothomia, & vertigo, lib.14. c.55.
Scribendi materia, & inſtrumenta, li.2. c.186.
Scribendi peritia, vel induſtria, li.5. cap.57.
Scripturæ diuinæ editio modus, & cauſa, li.17. cap.30.
Scripturæ Diuinæ excellentia reſpectu ſecularis ſcientiæ, libro eodem. cap.31.
Scripturæ ſacræ doctores, & expoſitores, li.17. c.41.
Scripturæ diuinæ profunditas, li.17. c.64.
Sæculi contemptus, lib 5. c.128.129.130.
Seminum qualitates, lib.6. c.42.
Senatores qui, lib.7. c.10.
Sententia diffinitiua, quæ dicatur, lib.8. c.69.
Sententia quadruplex, lib.8. cap.70.
Sententia excommunicationis, li.8. cap.71.
Sententia paſſionis timenda, li.8. c.72.
Sententia iniqua ſuſtinentem non lædit, lib.8. c.75.
Sententia quando confirmanda, li.8. c.88.
Sententiarum figuræ, lib.3. c.130.
Sententiæ iniuſtæ quando parendum, lib.8. c.73.& 74.
Sententiæ executio, li.8. cap.90.
Sententiæ, & figmenta, li.3. c.128.
Senectutis incommoda, li.5. c.102.
Senectutis remedia, li.5. c.103.
Senum regimen, lib.12. c.33.
Senum mores, lib.5. c.14.
Sepes hortorum ſeminandæ quando, & hortulanæ herbæ, libro ſexto, c.75.
Serpentes, lib.15. cap.107.
Serpentum ſpecies, lib.15. c.108.
Serui coloni, & mercenarij qui, li.7. c.14.
Serui, & Ancillæ quæ, li.7. c.78.
Seruitutes prædiorum, quæ, li 7. c.97.
Seruitutes vrbanorum, & Ruſticorum prædiorum, quæ, libro ſeptimo. c.98.
Seruorum mores, ſecundùm philoſophos, lib.5. cap.8. & ſecundùm Poetas, cap.9.
Seruorum, & Dominorum mutua viciſſitudo, li.6. cap.11.
Seruorum regimen, lib.6. cap.12.
Seueritas, libro 4. cap.66.
Significatio, numerus, & figura participij, lib.2. cap.119.
Significatio pronominis, lib.2. cap.120.
Siliquæ, & Auellanæ quando ſerendæ, li.6. cap.83.
Simia, lib.15. c.102.
Similitudinis, & diuerſitatis conſideratio, li.3. cap.61.
Simoniacæ labis, crimen, & deteſtatio, lib.9. cap.32.
Simoniaci accuſatio, lib.9. cap.33.
Simoniaci pœnæ, lib.9. c.34.
Simoniæ crimen, & eius ſpecies, li.9. cap.2. vſque ad cap.24.
Simoniacæ conditiones, quæ, lib.9. c.24.
Simoniæ aliæ ſpecies, lib.9. cap.26.27.28. & cap.29.& 30.
Simoniæ mediatores, qui, & eorum pœnæ, li 9. c.31.
Simplicis, & multiplices conſideratio, li.3. c.60.
Sinantia, & ſquinantia, li.14. c.80.
Sincopis, lib.14. cap.90.
Stomachiori paſſiones accidentes, li 14. c.92.
Singultus, vnctus, & oſcitatio, lib.13. c.139.
Singultus, inflatio, vnctus, & coagulatio, li.14. c.110.
Siphach paſſiones, lib.14. c.120.
Situs in itinere vitandæ cautelæ, lib.12. c.49.
Situs immoderata, lib.14. c.94.
Situs prædicamentum, lib.3. c.26.
Sobrietas, ſecundùm philoſophos, libro 4. cap.96. & ſecundùm Poetas, cap.97.
Sodomita, & adulterium, lib.4. c.162.
Sodomiticum crimen, li.10. c.49.
Sol, lib.15. c.46.
Solis proprij effectus, lib.16. c.40.
Solum pondis vineis congruens, lib.6. c.50.
Somni ſpecies, & actiones, li.13. c.91.
Somni regimen, lib.eod. c.92.
Somnus, & vigilia, libro 13. capite 90. & libro 15. cap. 175. 176. & 177.
Sonorum inæqualitates, lib.16. c.19.
Sonorum inæqualitates, qualiter aptentur conſonantijs, libro eodem. c 20.
Sonus, lib.16. cap.19. & eius differentiæ, cap.19.
Sortilegia, diuini, & magi euitandi, li.9. c.122.
Sophiſtica diſputatio, & eius comparatio, li.3. c.90.
Sortilegy crimen, lib.9. c.115.
Spaſmus, lib.14. c.65.
Species quartum accidens verbi, li 2. c.99
Species, & genus quid, lib.3. c.13.
Sperma, & eius origo, lib.13. c.29.
Spermatis exuberationis cauſæ, lib.13. cap.30.
Spes eſt animi motus, lib.4. c.110.
Spiritus motiones, lib.13. c.99.
Splenis paſſiones, lib.14. c.111.
Spoliatorum reſtitutio, lib.8. c.20.
Sputum ſanguinis, lib.14. c.87.
Stabulorum, & Cortis, & Auiariorum ſitus, li. 6. c.23
Stagnum, & eius qualitates, libro 11. capite 115. & libro decimoquinto. cap.61.
Stationes ducum in exercitu quomodo colocandæ, libro vndecimo, cap.63.
Stellion, lib.15. cap.111.
Sterilitatis cauſæ, & difficultatis impregnationis, libro decimotertio. cap.33.
Spiritus in corpore quot, lib.13. cap.47.
Sternutatio, & tuſſis, lib.13. cap.138.
Sternutatio, & temulentia, lib.14. c.60.
Stipulatio eſt obligatio, quæ verbi contrahitur, li.7. c.117.
Stipulationum genera, quæ, li.7. c.118.& 119.
Stomachi paſſiones in eius fundo accidentes, li.14. c.95.
Studentes, quæ impediunt, lib.1. c.30.
Studentium curioſitas, lib.5. c.48.
Studentibus tria neceſſaria ſunt, lib.1. cap.27.
Studij iuuamenta, lib.1. c.28.& c.29.
Studys inutilibus, qui ſe occupant, lib.1. c.31.
Studium, & ſtudendi animus quid, lib.1. c.24.
Studium, & meditatio, lib.5. cap.4.
Stultitia, lib.4. c.118.
Stupor mentis, & vigilia, lib.14. cap.53.
Stuprum quid, lib.10. c.46.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Struthio, Sturnus, lib.15. cap.169.
Subdelegati iudices qui, lib.7. cap.68.
Subſtantia prædicamentum, lib.3. cap.16.
Subſtantia, lib.15. cap.65.
Subſtantia creata triplex, lib.eod. cap.66.
Subſtantia æterna immobilis, lib.eod. cap.67.
Succeſsio ab inteſtato, quæ dicatur, li.7. cap.136.
Sudor ſuperfluus, & Pediculi, lib.14. cap.35.
Superbia, lib.4. cap.122.
Superfluitas, & obſcuritas, quomodo remouenda à diffinitione, libro 3. cap.69.
Superlatiua nomina quæ, li.2. cap.39.
Superſtitio vitanda ſecundùm philoſophos, lib.4.cap.33. ſecundùm Poetas, cap.34.
Superſtitiones ſacerdotum, lib.9. c.125.
Supina, quæ, lib.2. c.90.
Suppoſitiones terminorum, quæ, li.3. c.36.
Suſpitio, lib.4. c.114
Syllaba quid, lib.2. cap.13.
Syllabæ ſpecies, lib.2. cap.14.
Syllabæ accidentia, lib.2. cap.15.& 17.
Syllabæ pedes, lib.2. cap.18.
Syllabicæ adiectiones pronominis, lib.3. c.133.
Syllogiſmi, & eorum figuræ, li.3. c.50.
Syllogiſmi quatuor ſpecies, li.3. c.51.
Syllogiſmi falſitas, & petitionis principij, li.3. c.88.
Syllogiſmus demonſtratiuus, & eius materia, li.3. c.52.
Syllogiſmus dialecticus quis, li.3. cap.56.
Syllogiſmis abundandi inſtrumenta, li.3. c.59.
Syllogiſticæ artis partes, li.3. cap.3.

T.

Aciturnitas, lib.4. cap.92.
Tallia, & quæſtus tantùm an licitum ſit à ſubditis exigere, lib.10. c.68.& c.69.
Tallias, & quæſtus qui indebitè exigunt an teneantur, libro 10. cap.66.
Tallias exigendi cauſæ iuſtæ, & iniuſtæ, quæ ſint, libro decimo, cap.67.
Talpa, lib.15. c.103.
Talpæ quomodo exterminandæ, libro ſexto, capite 35. & capite 82.
Tauri, & vaccæ qualiter ad copulam præparandi, libro ſexto, cap.96.
Tauri quando ad coitum admittendi, lib.6. c.115.
Taurus, & Trogodita, li.15. c.104.
Temeritas, lib.4. c.123.
Temperantia, lib.4. c.89.
Tempeſtatis ſigna, & pronoſtica, li.11. cap.85.
Tempora quomodo per ſingulas verborum modos diſtincta, libro ſecundo. cap.86.
Temporis partes, li.15. cap.17.
Tempus qualiter menſuretur, aut numeretur motus in anima, libro 15. cap.18.
Temporis opportunitas obſeruanda, li.4. c.29.
Temporum cognatio, in verbo ſubſtantiuo, & vocatiuo, libro ſecundo. c.92.
Temporum verborum, & vocum eorum cognatio, libro ſecundo, cap.95.
Tempus ſecundum accidens verbi, lib.2.cap.83. Diuiſio eius triplex, cap.85.
Tempus inſtans, quod, lib.2. cap.85.
Tempus participij, lib.2. c.118.
Tempus, lib.15. c.16.
Terra, lib.15. c.31.
Terræ fœcunditas exploranda, li.6. c.40.
Terminorum ſuppoſitiones quæ, li.3. c.36.
Terminationes caſuum primæ declinationis, libro 2. capite 68. ſecundæ 69.
Tertiæ, cap.70. quartæ, & quintæ, cap.73.
Teſtamenta Clericorum, li.7. c.135.
Teſtamenti confirmatio, & executio, li.7. c.133.
Teſtamentum quid, li.7. c.131.
Teſtamentorum teſtes, & inſtrumenta, li.7. c.132.
Teſtamentum, qui facere poſsint, lib.7. cap.134.
Teſtes quales eligendi, lib.8. cap.54.
Teſtes qui à teſtimonio repellantur, lib.8. c.56.57.& 58.
Teſtes quando cogendi, lib.8. cap.62.
Teſtium productio, lib.8. cap.55.
Teſtium numerus quis legitimus, li.8. cap.59.
Teſtium receptio in cauſa matrimonij, li.8. cap.61.
Teſtimonij falſidici pœna, lib.9. c.114.
Teſticulorum paſsiones, li.14. c.121.
Theatrica ars, lib.11. c.92.
Theologica ſcientia, lib.17. cap.1.
Theologicæ ſcientiæ cur philoſophorum veram ſcientiam non cognouerunt, lib.17. cap.2.
Theologia falſa triplex, li.17. cap.3.
Theologia fabuloſa non eſt à ciuili ſeparanda, li.17. cap.4.
Theologia vera, & Diuina, li.17. c.27.
Theologiæ naturalis falſitas, li.17. c.20.
Theologiæ diuinæ materia, li.17. c.28.
Theologiæ diuinæ à mundana diſtantia, li.17. c.29.
Timor, lib.4. c.113.
Tinea, & furfur, lib.14. c.40
Tolerantia ſecundùm philoſophos, lib.4. cap.83. ſecundùm Poetas, cap.84.
Tonitrua, & fulmina, li.15. c.52.
Tortuca, & Tyrus, li.15. c.112.
Totius in partes diuiſio, lib.3. c.80.
Tragophales, Turdus, & Turtur, li.15. c.169.
Tranſactio quid, lib.8. cap.7.
Treuga, & pax, lib.8. c.47.
Triticum, oua, & mel, & de reliquis cibis, li.13. c.82.
Triumphi, lib.11. c.90.
Tropus quid, lib.2. c.192.
Tremor, & Titillatio, li.14. c.66.
Turpiloquium, & Garulitas, li.4. c.170.
Tuſsis, & ſternutatio, li.13. c.138.
Tuſsis, lib.14. c.83.
Tutores, pupilli, & Curatores qui, li.7. c.87.
Tyrones, cuius regionis, & artis eligendi ſint, li.11. c.39.
Tyrones cuius ætatis, vel figuræ probandi ſint, li.eod. c.40.
Tirorum probatio, & eruditio, li.11. cap.41.
Tironum exercitatio, lib.eod. cap.42 & 43.

V.

Aſa eſcaria, lib.11. cap.28.
Vaſa liquoris, lib.eod. cap.29.
Vaſa coquinarum, & luminariorum, libro eodem, cap.31.
Vaſa repoſitaria, lib.eod. cap.31.
Varicæ & vlcera, lib.14. cap.27.
Vapor quantum elementum, li.15. c.48.
Varius Vrus, & Vrſus, li.15. c.105.
Vanelli, Vpupa, & Vultur, li.15. c.170.
Vbi prædicamentum, li.3. c.25.
Vena aquæ qualiter inueſtiganda, li.6. c.117.
Venarum, quæ ſint in capite amputatio, lib.12. cap.45. & earum quæ ſunt in cæteris membris, cap.46.
Venatio, & eius ſpecies, li.11. c.101.
Venditio delicto, vel errore quandoque irritatur, li.7. c.141.
Venæ quæ, & ex quibus cauſis inſcindendæ ſint, libro duodecimo, cap.129.& 130.
Venæ inſcindendæ, cautela, & modus, lib.eod. c.131.
Venenatorum morſus, & punctura, li.14. c.44.
Veneni cura, lib.12. c.123.
Venenorum ſpecies diuerſæ, li.14. c.45.
Ventorum notitia nauigantibus neceſſaria, li.11. c.83.
Ventorum natura, ſecundum loca, & climata, li.13. c.58.
Ventoſarum vſus, li.12. c.134.& 135.& 136.
Ventris ſolutio, lib.12. cap.10.
Ver & Eſtas, lib.13. c.56.
Verba actiua, & paſsiua, quomodo cum obliquo conſtruantur, libro 2. c.80.
Verba Neutra, & deponentia, & eorum ſignificationes, libro ſecundo. cap.81.
Verba imperſonalia, lib.2. cap.91.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Verba quartæ coniugationis, lib.2. cap.113.
Verbi secundùm accidens Tempus, lib.2. cap.83.
Verbi substantiui proprius significatus, lib.2. cap.93.
Verbi substantiui significatio, lib.2. cap.94.
Verbi tertium accidens, id est modus, li.2. cap.97.
Verbi numerus, & persona, lib.2. c.102.
Verbi substantiui significatio, lib.2. c.75.
Verbi in accidentibus, & aliarum partium defectus causæ quatuor, lib.2. c.76.
Verbi accidentia, lib.2. cap.78.
Verborum abusiones in diuersis generibus, li.7. c.82.
Verborum quorundam in quibusdam temporibus specialis defectus, lib.2. c.96.
Verborum modorum, numerus, & ordo; li.2. c.98.
Verborum declinatio, & inflexio, li.2. c.103.
Verborum secundæ coniugationis formæ, li.2. c.106. *& capit. seqn.*
Verborum tertiæ coniugationis desinentium in io. regulæ, libro secundo. cap.108.
Verborum habentium vocalem ante O. regulæ, li.2. c.109
Verborum habentium consonantem ante O. regulæ, lib. 2. cap.110. 111. *&* 112.
Verborum figuræ, lib.3. c.129.
Verborum significatio, lib 8. c.119.
Verbum, & eius significatio, li.2. c.74.
Verecundia, lib.4. c.91.
Vestes, diuersorum generum, li.11. c.3.4.5.6.
Vestium tinctura, lib.11. cap.9.
Vestes, lib.13. c.61.
Veritas, lib.4. c.60.
Vermes, lib.15. c.114.
Vermes quorum nomina incipiunt per C. lib.15. cap.116. *per E. & F.* cap.117. *per L.* cap.118. *per M.* cap.119. *per P.* cap.120. *per S.* cap.122. *per V.* cap.123.
Vertigo, & scotomia, lib.14. c.55.
Vesicæ lapides, & calculi, li.14. c.116.
Vesicæ cæteræ passiones, lib.eod. c.119.
Vigilia, & stupor mentis, li.13. c.53.
Vigilia, & somnus, libro 13. capite 90. & lib.15. capite 175.176. & 177.
Vi, vel metus causa, quæ fiant, li.8. c.31. & 32.
Vim vi repellere, qualiter, & quibus liceat, li.10. cap.8.
Vindemiæ, quando celebrandæ, li.6. c.124.125.
Vindicta inhibetur, li.10. cap.9.
Vineæ communes quando putandæ, li.6. c.57.
Vineæ nouellæ, & Veteranæ, & ægræ, & læsæ quomodo reparandæ, lib.6. c.80.
Vaccæ, & tauri qualiter ad copulam præparandi, li.6. c 96.
Vineis ponendis quale solum, li.6. c.50.
Vinum & mustum quo conficiendum, li.6. c.126.
Vinum, quomodo condiendum, li.6. c 127.
Vinum, & eius qualitates, li.13. c.84.
Vipera, lib.15. c.113.
Virgæ erectionis causæ, li.13. c.31.
Virgæ, & matricis passiones, li.14. c.122.
Virginitas, lib.4. c.100.
Viri illustris domus, quomodo ornanda, & illustranda, libro sexto. cap.2.
Viri adulteri repellendi, lib.10. c.43.
Virtus consuetudinalis, & quòd ipsa sit habitus, li.4. cap.10.
Virtus quòd sit voluntaria tantùm, dicta philosophorum, li.4. cap.11. & dicta Poetarum, cap.12.
Virtus gratuita non mercenaria, li.4. c.13.
Virtus libera, & regina, & vitium seruile, secundùm philosophos, li.4. cap.14. de eodem, secundùm Poetas, cap.15.
Virtus medij inspectrix, & conseruatrix, lib.4. cap.16. & de modo & difficultate consistendi in medio, cap.17.
Virtus expetenda, li 4. cap.5. de eadem philosophorum dicta, lib. eod. cap.6. & dicta Poetarum, de eadem, cap.2.
Virtutum semina nobis innata, li.4. cap.8.
Virtutes animales, lib.13. c.49.
Virtutes cardinales quatuor, li.4. cap.18.
Virtutis mouentis mala habitudo ex actione naturæ, & primò de horrore, & frigore, li.13. c.137.
Virtutum quatuor genera, lib.4. cap.9.
Virtutum vitalium genera, li.13. cap.28.
Vita socialis secundum philosophos, lib.5. cap.38. & secundum Poetas, cap.39.
Vita deliciosa, secundum philosophos, lib.4. cap.153. & secundum Poetas, cap 154.
Vitæ humanæ miseria, lib 1. cap.2.
Vitæ moderamen quorundam antiquorum, li.eod. cap.33.
Vitæ tria genera, secundùm philosophos, lib.eod. cap.34.
Vitæ propriæ tectes interiores obseruandi, libro eodem, capite 35. & 36. & 37.
Vitæ brevitas, lib.5. cap.104.
Vitæ huius multiplex miseria, secundum philosophos, & Poetas, libro 5. c.105. & 106.
Vitæ perpetuæ desiderium, secundum philosophos, & Poetas, libro 5. c 133. & 134.
Vitæ totius vnitas, & concordia, lib.5. c.20.
Vitæ bonitas ac sinceritas, lib.eod. c.31. & 32.
Vites nouellæ, quando excolendæ lib.6. c.105.
Vites qualiter plantandæ, atque colendæ, lib 6. cap.44. oblaqueandæ, cap.49. & 55.
Vites quando ponendæ, & excolendæ, li.6. c.128, & 136.
Vitis thyriacæ profectus, li 6. c.60.
Vitis quomodo propomata faciat, & varios botriones producat, libro 6. c.60.
Vitia fugienda, lib.4. c.106.
Vitia virtutum speciem pretendentia, li.5. c.19.
Vitia extirpanda, & fugienda, lib.eod. cap.25.
Vitium nouellarum putatio, & veterum propagatio, libro sexto, capite 59.
Vitrum, & eius qualitates, lib.11. c.121.
Vituli quando, & qualiter castrandi, & quomodo curandi, libro 6. cap.106.
Vituli mense Aprili nutriendi, lib.6. cap.103.
Vncutes de rapto, an teneantur, li.10. cap.77.
Vlcera sanies, & cicatrices, li 14. c.37.
Vlcerum cura, lib.12. c.137.
Vnguenta, lib 12. c.108.
Vnitatis principalitas, li.16. cap.7.
Vniuersalia an sint, li.3 cap.8.
Vniuersalia quòd sint in rerum natura, assertio, li.3. cap.9.
Vniuersalia, vtrum corporea sint, an incorporea, li.3. c.10.
Vniuersalia an separata sint, à singularibus, li.3. cap.11.
Vniuersalia vtrum sint res, an nomina & quare tot, & non plura, lib.3. c.12.
Vniuersalium esse, opiniones, & quæstiones, li.3. cap.7.
Vnum multipliciter dicitur, li.16. c.61.
Vocabula incipientia per singulas alphabeti literas, à cap.46 vsque ad cap.68. lib.1. vsque ad.
Vocabula quædam putata sunt esse pronomina, cum non sint, libro 2. c.138.
Voces sunt materia Grammaticæ, li.2. cap.2.
Voces significatiuæ ad placitum quæ, li.3. c.33.
Vocis species, lib.2. cap.3.
Vocis in significationes diuisio, li.3. c.81.
Vocis vanitas, lib.14. c.82.
Vocum differentiæ, lib 16. c.26.
Vocum differentiæ iuxta Ptolomæum, li.eod. c.30.
Vomitum iuuantia, & impedientia, li.12. c.101.
Vomitus beneficia, & effectus, li 12. c.11.
Vomitus superflui remedia, lib.12. c.102.
Vomitus, subuersio, & lenteria, li.14. cap.99.
Vota quæ possint redimi, vel commutari, li.9. c.71.
Vota monachorum, li.9. c.76.
Vota episcoporum, & seruorum, li.9. cap.82.
Vota impuberum, lib.9. c.83. & 84. & 85.
Vota coniugum, lib.9. c.86. & 87. & 88.89.90.91.92. & 93.
Voti transgressio, lib.9. c.68.
Voti simplicis, & solemnis fractio, li.9. c.69.
Voti solemnizatio quando, & quomodo fieri potest, libro nono capite 70.
Voti in commutatione arbitrium superioris, li.9. c 72.
Voti terræ sanctæ redemptio, li.9. c.73. & 74.
Voto religionis qui non teneantur, li9. cap.77.
Votorum irritatio, lib.9. c.75.
Votum seruare, qui iure compellantur, li.9. c.78. & 79.
Vrina & quæ in ea considerantur, lib 13. cap.168.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Vrinarum ſignificationes, ex quibus accipiuntur, & primo de coloribus, lib.13. cap.166.
Vrinarum colorationis cauſa, lib.eod. cap.170.
Vrinæ colores quid ſignificent, libro decimoterio, capite 171. & 172.
Vrinæ ſubſtantia, & odor quid ſignificet, lib.eod. cap.173.
Vrinæ ſigna apparentia in ſuperficie, vel in medio, vel in fundo, lib. eod. cap.174.
Vrinæ Hipoſtaſis, lib.eod. cap.175.
Vrinæ diuerſitas, ſecundùm ætates, & ſexus, lib.eod. c.176.
Vſurario quid, lib.7. c.107.
Vſura in quibus caſibus committitur, libro decimo, capite 103. & 104.
Vſura an committat quis ſi ſuſcipiet in ſe mutui periculum, libro undecimo, cap.108.
Vſuram an inducat gratis oblatum, li.10. c.105.
Vſuram ab vſurario acceptam, vtrum teneatur quis reſtituere, libro 10. cap.120.
Vſurarius vtrum teneatur omnia de vſura acquiſita reſtituere, libro 10. c.122.
Vſuras vtrum liceat accipere ſub alieno nomine, libro decimo, capite 123.
Vſurarium vtrum faciat ſpes, li.10. cap.106.
Vſurarum fraus, lib.10. cap.107.
Vſurarij an ad reſtitutionem compelli poſſint, li.10. c.114.
Vſuræ crimen quid, li.10. c.102.
Vſuræ contractæ circa pignora, li.10. c.116.& 117.
Vſuræ nunquid repeti poſſint, li.10. cap.124.
Vſusfructus, & vſus quid, lib.7. c.96.
Vtile, & vtilitas, libro 5. cap.94.
Vtilitas publica quærenda pluſquam priuata, li.5. cap.95.
Vtilitas priuata, lib.5. c.96.
Vua ſine granis, lib.6. cap.62.
Vineæ, quæ menſe Martij putandæ, & inſerendæ, libro ſexto, cap.80.
Vuæ paſſæ, quomodo conficienda, li.6. cap.125.
Vulnera, & fiſſuræ, lib.14. c.42.
Vulnerum cura, lib.12. c.138.
Vulnerum inciſio, lib.eod. c.139.
Vxor bona amplectenda, & mala cauenda, li.6. cap.3.
Vxor viro aliquid ſubripiens an furtum committat, libro decimo, cap. 101.
Vxor vtrum dare poſſit eleemoſinam ſine licentia viri, libro decimo. c.183.
Vxor in adulterio permanens, non eſt retinenda, libro decimo, cap. 40.
Vxoris Amor immoderatus, lib.6. cap.7.
Vxoricidij crimen, lib.10. cap.21.

Z.

Eleutides, libro 15. cap.171.
Zelus, & correctio, ſecundùm philoſophos, cap.69. & ſecundùm Poetas, cap.70.
Zinziber conditum, & Zuccarum, libro duodecimo, cap. 109.
Zubbro, lib.15. cap.106.

FINIS.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf